Nº 4
5-18

Nº 4
5-18

2 400 50 MADE IN SPAIN

R.3016 B.A. R.12.238

THESAVRI
LINGVAE LA-
TINAE

Tomus II.

LVGDVNI.

D

LITERA, in ordine alphabeti quarta: quæ quandoque conuertitur in B. vt quod olim duellum, nos iam bellum dicimus: & Duellona, bellona. aliquando in L. vt à sedeo, olim selda dicebatur, quæ nunc sella. Nonnunquam etiã in R. vt meridies, pro medidies, vt Cicero scribit in Orat. ab eo quod est medius dies.

D literæ cum T. quædã cognatio: Quintil. lib. 1. cap. 4, Quid D literæ cum T quædã cognatio? Quare minus mirum, si in vetustis operibus vrbis nostræ, & celebribus templis legantur Alexanter & Cassantra.

D.E.R.I.C. notæ, quibus in Senatusconsultis scribendis vtebantur, pro De ea re ita censuerunt. Vt apud Gell. lib. 4. cap. 6, Quod C. Iulius L. filius Pontif. nuntiauit in sacrario in regia hastas Martias mouisse, D.E.R.I.C. vt M. Antonius Consul hostiis maioribus Ioui & Marto procuraret.

D.C. vel CAES. Diuus Cæsar. D.C.A. Diuus Cæsar Augustus. D.C.S. De consulum sententia. D. Diuus vel Diua, Deuotus, Diuitus, Decius, Drusus, Domus, Dicauit, Dedit, Quingenta. D.D. Deo dicauit, Dotis dictio, vel datio, Diis dãtibus, Dono dedit, donauit, Deo domestico, Decreto Decurionum. DD. Dedicauit, vel Dedicauerunt. D.D.L.M. Dono dedit libero munere. DD.NN. Dominis nostris. D.D.S. Diis Deabus sacrum. D.D.D. Dono dedit, dicauit: Datus decreto Decurionum, seu dono Decurionum: vel Dono Decurio dedit. D.D.D.D. Dignum Deo donum donauit. D.AVG. vel A. Diuo Augusto. D.E.R.I.C. De ea re ita curatum, vel consultum est. D.F. Dotem fecit, vel dolum, vel donum, vel Decij filius, vel defunctus. D.G. Dedit gratias. D.H. Donauit, dedit heredibus. D.I.M. Diis inferis maledictis. D.I. Diis immortalibus, vel dari iussit. D.I.S. Diis immortalibus sacrum. D.L. Donauit locum, vel Decij libertus, Dat laudes. D.L.A.P. Donum libens animo posuit. D.L.D.P. Diis locũ dedit publicé. D.L.S. Diis Laribus sacrum. D.L. Delego. D.M. Domus mortui, Diis Manibus. D.M.S. Diis manibus sacrum. D.M. Dolũ malũ vel dubiũ malum. D.M.F.V.C. Doli mali, fraudísve causa. D.M.AE. Deo magno æterno. D.N. Domino nostro. DN. Dominus. DNN. Dominis. D.O.M. Deo optimo maximo. D.O. Diis omnibus, vel Deo optimo. D.P.R. De pecuniis repetundis. D.P.S. Deo posuit sibi. D.PP. Deo perpetuo. D.P. Diuus Pius, vel Diis penatibus, vel Diis paternis, vel Dotem petiit. DP. S.D.L.D.P. Deposuit sibi, Diis locum dedit publicé. D.Q. Diis quirinalibus, vel Diuus Quæstor. D.Q.R. De qua re. D.Q.S. De qua suprá. D.R. Drusus. D.S.P. De sua pecunia. D.S.P.L.D. De sua pecunia Laribus dant, vel dedit, vel dederunt. D.V. Deuotus Vestræ. DT. D. D.P.F. Duntaxat decem denuntiandi potestatem faciam. D.T.S.P. Diem tertium, siue perendinum. D.V. Deuotus vir, vel vester, vel vestæ, vel Diis volentibus, vel Dies quintus.

D. litera, datũ significat, vt in extrema præfatione Institutionum, D.C.P. Id est, Datum Constantinopoli: & alibi frequenter.

D. Cur pro quingentis vsurpetur, Vide M. putat Priscianus, &c.

D A

DAAE, Daarum, populi Scythici, vt ait Seruius. Virg. 8. Æneidos, Indomiti Daæ, & pontem indignatus Arapes.

DABANEGONS, Regio Arabiæ, de qua Plin. lib. 6. cap. 28.

Dabula, Palmæ genus apud Scenitas Arabas, quod Iuba omnibus saporibus præfert, vt author est Plin. lib. 13. cap. 4.

Daca, Poma sunt vilissima, inquit Plin. quanquam prima aduentu, decerpíque properantia. Hæc ille lib. 15. cap. 14.

DACIA {δακία} Regio in Scythia, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminam dicunt. Alij prouinciam citra & vltra Istrum esse autumant. Hæc (vt Ptolemæus scribit) à Septentrione, parte Sarmatiæ, à Meridie, Danubio terminatur: quam nonnulli Valachiam magnam esse voluerunt.

Dacisiani milites Claudio Imperatori dicebantur, quos Nero Augustianos vocabat, vtpote qui ex legionariis, alariis, & manipularibus electi, proprium aliquod, & ab aliis diuersum, pro Imperatoris libito, nomen fortiebantur. Hinc Probus Decimanos, Alexander Seuerus Optensionales, Tiberius Vigesimanos habebant, & sic de reliquis. Vide Alex. ab Alex. lib. Genial. 6. cap. 22.

Dacrymas, authore Festo, Liuius Andronicus appellabat, quas nos Lachrymas: Græcos sequutus, qui δακρύβη vocãt Lachrymari, & δάκρυμα Lachrymas. Vnde etiam constat verbum Lachrymor, & nomen Lachryma, melius sine aspiratione scribi, quemadmodum vox Græca, à qua originem trahunt.

DACTYLI Idæi {δάκτυλοι ἰδαῖοι} Magnæ matris ministri & assessores dicti fuere: ea ratione nuncupati, quòd sub Ida habitarent, qui mons Matri deûm dicatus credebatur, vt ait Strabo. Porrò Idæos dactylos Sophocles decem existimauit, quinque mares primùm natos, qui ferri fabricam excogitauere, aliáque permulta: quinque horum fuere sorores: ab hoc numero dactyli, id est digiti nuncupati. Horum verò nomina sunt, Hercules, Pæon, Epimedes, Iasius, Idas. Iulius Pollux de manu loquens lib. 2. Corybantes, inquit, dactylos etiam nuncupari tradunt plerique, propter numerum, quòd scilicet quinque sint: alij autem quòd Rheæ administrarent omnia. Hactenus ille. Sunt qui Idæos quatuor tantùm numerent, Salaminum, Damnaneum, Herculem & Acmonem. Pherecides verò duos & quinquaginta fuisse existimat. Strabo centum Idæos dactylos in Creta habitasse scribit. De his etiam meminit Diodorus Siculus, quem vide.

Dactylus, huius dactyli, pen. corr. {δάκτυλος} à Latinis dicitur digitus. vnde dactylotheca quæ & chirotheca à Græcis, pro tegumento manus vel digitorum sumitur. ¶Dactylus, pes metri, constans prima longa, & duabus breuibus: vt scribit. Herous pes à Cicerone vocatur, lib. 3. de Orat. quòd eo scribantur facta heroum & principum. ¶Dactylus, piscis genus è concharum genere. Plin. lib. 9. cap. 61, Concharum è genere sunt dactyli, ab humanorum vnguium similitudine appellati. His natura, in tenebris remoto lumine, alio fulgore clarere: & quanto magis humorem habeant. ¶Dactylus. Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10, Idæi dactyli in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt. ¶Dactylus, Herba. Plin. lib. 24. cap. 19, Sunt qui & aculeatum gramen vocant trium generum. Quum in cacumine aculei sunt plurimum quini, dactylon vocant. hos conuolutos naribus inserunt, extrahúntque sanguinis ciendi gratia. Altero quod est Aizoo simile, ad paronychia, & pterygia vnguium, & quum caro vnguibus increuit, vruntur cum axungia: ideo dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Tertium genus dactyli, sed tenuis, nascitur in parietinis aut tegulis. ¶Dactyli, pro fructibus palmæ arboris, quos Græci φοίνικας vocant. Apitius, Et croci drachmæ singulæ dactylorum ossibus torridis quinque, his denique dactylis nunc mollitis est. Hinc medicamentum quod vulgò dicitur de dactylis, vel Græcis diaphœnicon.

Dactylicus, pen. corr. Adiect. {δακτυλικός} Cic. in Orat. Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior.

Dactylis, dactylidis: vt Dactylides vites, dictæ à gracilitate digitali: vel fortassis quòd grana habeant dactylis similia, hoc est fructui palmæ arboris. Plin. lib. 14. cap. 3, Has etiam Dactylos vocat Colum. lib. 3. c. 2.

Dactyliotes {δακτυλιώτης} Digitus est qui Latinis sonat annularis. Pollux lichanum appellat. Romani verò annularem seu medicum. Illo enim, quum veniam poscebant à diis, locum Nemeseos (quæ dea vltrix malorum fuit, fautrix autem bonorum) post aurem dextram obsignabant. Ipsa enim Rhamnusia dicta, ibi locum venerationis habet. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. vlt.

Dactyliotheca, dactyliothecæ, pen. prod. {δακτυλιοθήκη} Annulorum capsula. δακτύλιος enim annulus est, θήκη capsula, siue arcula vbi quid reconditur. Vlpian. in l. librorum. §. fin. de legat. 3. Dactyliothecam meam, & si quos præterea annulos habeo, &c. Paul. l. argento. de leg. 3. D. Annulis legatis dactyliothecæ non cedunt.

Dactylotheca, Idem quod Dactyliotheca. Martial. lib. 11. epigram. 60,

Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit annulos:
Nec quum lauatur causa quæ sit, quæritis?
Dactyliothecam non habet.

Sunt tamen, qui & hic legendum putent Dactyliothecam, ne videlicet secunda syllaba producatur.

Dactylius, dactyli, Diminutiuum masculini gen. Annulus. δακτύλιος.

Dactylidion {δακτυλίδιον} Annulus sine gemma, aut sigillo. Gualtherus apud Pollucem lib. 5. cap. 16, vertit Condulum.

DACTYLIS, idis, Sculptoris insignis nomen, cuius laudata opera in hortis Seruilianis haberi, refert Plin. lib. 36. cap. 5.

Dactylotum, ti, n. g. {δακτύλωτον} Genus quoddam vasis vinarij, sic dictum ex proiecturis digitorum, quo Dionysius aliquando libasse fertur. Alex. ab Alex. Genial. lib. 3. cap. 10.

Dacus, daci {δάκος} siue Daci, dacorum, siue Dacæ, dicuntur qui olim, teste Strab. lib. 10, Daui siue δάοι appellati sunt. Ex quo apud Athenienses Dauorum nomina seruilia plurimum abundabant. Hinc factum est, vt in Comœdiis serui introducantur, Daui nominati, qui alio nomine Getæ dicti sunt.

Asper Dacus. Horat. 1. Carm. ode 35.

Dacus, daca, dacum, quod est à Dacia. Spartianus, Ad bellum Dacum, Traianum familiarius profectus est.

Prælia Daca. Stat. 4. Sylu. 2.

Daicus, pen. corr. {δάϊκος} qui Daciam vicit: sicut à Germania, Germanicus. Iuuen. sat. 6.

Dacius, etiam adiectiuum {δάϊος} vt Arma Dacia. Claud. 4. Paneg.

DADICAE, populi Scytharum ex parte Asiæ, vt scribit Herod. lib. 4.

DADVCHVS {δαδοῦχος} Maximus erat sacerdos apud Athenienses Herculis stephanophorus, Palladis Eteobutades à Bute propagati, ex qua familia longo tempore sacerdotio præfuere. Vide Alex. ab Alex. lib. Genial. 2. cap. 8.

DAEDALA, neut. gen. Vrbs Lyciæ, à monte Lyciæ, seu à Dædalo ibi sepulto. Plin. lib. 5. cap. 27.

Dædala à varietate rerũ, artificiorúmque dicta est apud Lucretium terra, apud Emium Minerua, apud Virgilium Circe, vt author est Festus: à verbo Græco δαιδάλλω, quod significat variare.

¶Dædala, Festum esse Platæensibus, in Græcorum obseruatum thesauris est. Huius ortum ex fabula quadam cœpisse memorant, quam vide apud Cæl. Rhodig. lib. 15. cap. vlt. antiq. lect.

DAEDALVS, pen. cor. {δαίδαλος} Athenienfis, clarus architectura, cuius historiam vide apud Diodor. lib. 5. & Ouid. 8. Metam. & Virgil. 6. Æneid. Ex huius artificis excellentia natum prouerbium, vt clara opera, Dædala appellentur. vt Virg. Dædala tecta. Vide MINOTAVRVS.

¶Fuit & Dædalus, alter de quo Plin. lib. 34. cap. 8, Dædalus & ipse inter fictores laudatus, pueros duos distringentes se, fecit.

Volucer Dædalus. Valer. 1. Argon.

Dædalus, Dædala, Dædalum {δαίδαλος} Adiect. item Dædaleus.

Tellus Dædala. Lucret. lib. 1.
Fingere tecta Dædala, id est Ingeniosa. Virg. 4. Georg.
Parit natura rerum Dædala. Lucret. lib. 5.
Polire signa Dædala, id est Artificiosa. Lucret. lib. 5.
Claustra Dædala. Sen. Hippol. 12. significat Labyrinthum.
Iter Dædaleum. Propert. 2. lib. eleg. 15.

DAEDALEON, Insulæ duæ contra Chimæram. vide Plin. lib. 5. cap. 31.

DAEMOGORGON {δαιμογοργών} Latinè dicitur deus terræ: quo nomine veteres intelligebant naturam rerum omnium matrem & altricem.

DAEMON, huius Demonis, pen. cor. {δαίμων} Latinè dicitur scitus. Dæmones dicuntur à Christianis spiritus in cœlo à Deo creati, qui de cœlo deiecti, partim in terræ infimo, partim in hoc aëre damnati sunt.

Dæmonium diuinum quiddam esse existimabat Socrates, cui parebat teste Cicerone in 1. lib. de Diuin. Idem in lib. de Vniuers. inquit, Reliquorum autem quos Græci δαίμονας appellant, nostri (opinor)

Lar es, si modò hoc rectè conuersum videri potest.

Dæmonicus, pen. cor. Adiect. {δαιμόνιος} vt, Dæmonicæ fraudes apud Lactantium.

Dæmoniacus, pen. corr. Qui à dæmone possidetur. Firmicus lib. 3. cap. 6, Insanos, lunaticos, dæmoniacos facient.

Daer, {δάηρ} Græcis est mariti frater: Latinis Læuir, quod & Alciatus probat. At mariti soror Glos à nobis, vt Rhodiginus ait, dici potest. Idem Alciatus, quin & alij obseruarunt, haud rectè ab Accursio Læuirum vxoris fratrem, quasi Læuum virum acceptum, quum Læuir solùm sit marici frater.

Daeta, æ {δαΐτη} Soror fuit Thyestis, cum qua rem habens Enorchum genuisse memoratur, à quo Dionysius Enorches apud Lycophronem dictus est. Vide Cæl. lib. Antiq. lect. 7. cap. 13.

Dagnades sunt auium genus, quas Ægyptij inter potandum cum coronis deuincire soliti sunt, quæ vellicando, mortificandóque, & cantillando assiduè, non patiuntur dormire potantes. Author Festus.

Dagon {δάγων} Deus fuit à Phœnicibus cultus, Cæli filius ab eis existimatus, & Saturni frater. De hoc in primo Regum ca. 5, multa leguntur, quum in eius templo captâ arcam Domini Philistæi reposuerunt, magno sui periculo, & maiore miraculo. Meminit & Suidas. Hunc Phœnices frumenti & aratri inuentorem putabant.

Dahae, Scytharum populi, teste Plinio lib. 6. cap. 17.

Dahippvs, Statuarius nobilis, cuius opera enumerat Plin. lib. 34. cap. 8,

Dai {δαΐοι} Persarum populi, omnes pastores. Herodot. lib. 2.

Dale {δάλη} Oppidum in Teuthrania regione, quam Mysi antiquitus tenuere. Plin. lib. 5. cap. 30.

Dalion {δάλιων} Fluuius prope Pylon, de quo Strab. lib. 8. Duo quoque propè fluunt amnes, Palion & Acheron Alpheum intrantes.

¶ Dalion, Herbarius, cuius meminit Plin. lib. 20. cap. 17.

Dalium, supinum ait esse Aurelius, Ælius stultum. Oscorum quoque lingua significat insanum. Santra verò dici putat ipsum, quem Græci δήναιον, Id est, propter cuius fatuitatem quis misereri debeat. Ex Festo.

Dalmatia {δαλματία} regio Illyrica ad mare Adriaticum spectans, contermina Liburniæ, versus Occasum: à qua Dalmatæ populi, qui (vt scribit Florus) plerunque in syluis degunt, inde ad latrocinia promptissimi. Ii ab Augusto Cæsare domiti fuere, vt scribit Appianus. Dalmatia plurimum auri profert, vt scribit Pli. li. 33. cap. 4. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10.

Frondens Dalmatia. Claud. 2. in Ruff.

Montana Dalmatia, Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.

Dalmata, huius Dalmatæ, pen. cor. {δαλματικός} Qui ex Dalmatia est. Cicero ad Vatinium, li. 5. 11, Dalmatis dij male faciant, qui tibi molesti sunt.

Dalmatæ montes. Stat. lib. 4. Sylu. 7.

Dalmaticus, pen. corr. Dalmaticum bellum, Sueton. Frigus Dalmaticum, Vatin. ad Ciceronem lib. 5. 10.

Fluctus Dalmatici. Lucan. 2.

Dalmaticatus, Dalmatarũ vestibus indutus. Lamprid. in Commodo, Dalmaticatus in publicum processit.

Dalmaticvs, Viri proprium. Cic. Post redit. ad Quirit. L. Dalmaticus pro Q. Metelli reditu deprecatus, &c.

Dalminivm {δαλμίνιον} Dalmatarũ ampla ciuitas, à qua & cognomen gens illa vendicat. Eam Nasica exilem reddidit, agrũque desolatum pecori pascendum, vt author est Strabo lib. 7.

Dama, æ, Mulieris proprium nomen, quam Pythagoræ fuisse filiã memorant, cuius ingeniũ & doctrinã in exponendis paternis sentẽtiarũ inuolucris nemo non mirabatur. Meminit Cæl. Antiq. lect. lib. 14. ca. 1.

¶ Dama, apud Syros seruorum peculiare nomen, sicut Lacedæmoniis dicebantur Heloræ, apud Phryges Manes, & apud alios aliter. Vide Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20. Turnebus in illud Horatij, Visne tegam spurco Damæ latusi &c. Dama, inquit, nomen seruile est, diminutionis forma à Demetrio deductum, & in Horatio libertini hominis, etsi pro vilissimis & sordidissimis semper habebantur, quod ex his Senecæ verbis probat, Idem res dicebat omniũ sordidissimas acetum, & pulcium, & Damam, & Phileroten, laternas & spongias. Hæc ille.

Dama, damæ {δορκάς} Genus capræ syluestris, tam masc. quàm fœm. gen. Virgil. 8. eclog. Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

Veloces damæ. Sen. Hippol. 1.

Agitare damas. Ouid. 10. Metam.

Figere damas. Virg. 1. Georg.

Damaethvs {δαμαίθους} Cariæ rex fuit, qui filiam suam nomine Syrnam, cùm tecto delapsam, Podalirius eam missо ex vtroque brachio sanguine persanasset, eam illi in vxorem dedit, tradita in dotem Cheronesо. Meminit Cælius, apud quem plura lib. 13. cap. 13.

Damaevs {δάμαιος} Neptunus cognominatus, quòd primus artem domandi equos docuerit, vnde & Hippium appellari etiam legimus, quasi dicas Equestrem. Ex Cæl. antiq. lect. lib. 14. cap. 18.

Damascene, penult. prod. Syriæ pars, quæ & Cœle & Mesopotamia dicitur, circa Libanum: sic dicta à Damasco, clarissima ciuitatum. Author Pomponius Mela. lib. 1. Nunc vocatur, *Terra di Damasco*. testis Oliuarius in Melam.

Damascenus, Adiect. {δαμασκηνός.} Plin. lib. 15. cap. 13, In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, à Syriæ Damasco cognominata. Martial. lib. 5.

Damascivs Sigiæus, historicus, Herodoti tempore ante bellum Peloponnesiacum scripsit de rebus in Græcia gestis: præterea de maioribus eorum qui ad Troiam profecti sunt, & de poetis & sophistis, aliáque complura, vt author est Suidas. ¶ Fuit item alius eodem nomine Stoicus philosophus, Simplicij & Elamitæ familiaris, qui sub Iustiniano principe viguit. Scripsit commentarios in Platonem, & alia quædam quæ enumerantur à Suida.

Damascvs {δάμασκος} Syriæ vrbs, à qua Damascene regio dicta. De Damasco sic Strabo, lib. 16, Damascus vrbs est insignis, omnium ferè nobilissima quæ in ea sint regione, Persiæ vicina.

Ventosa Damascus. Lucan. lib. 3.

Damasia {δαμασία} Oppidum Vindelicorum, & veluti arx quædam Lycaoniorum, qui ad Vindelicos pertinent. Strab. lib. 4.

Damasithynvs, vnus fuit è ducibus Xerxis Persarum regis, teste Herodoto. lib. 7.

Damasonium {δαμασώνιον} Herba est, plantaginis folia habens, angustiora tamen, & in terram reflexa. A Dioscoride Alisma appellatur, Nonnulli putant eam esse, quam vulgus *Plantaginem aquaticam* vocat; alij illam quæ ab officinis *Fistula pastoralis* dicitur. Vide Plin. lib. 25. ca. 10. & Galen. lib. 6. Simpl.

Damasvs Scombrus, Trallibus oriundus, clarus & grauis orator fuit, vt refert Strabo lib. 14. quem vide.

Damasvs {δάμασος} Democriti frater, teste Plinio lib. 18. cap. 35.

Damasvs {δάμασος} Romanæ vrbis episcopus quidam fuit, Hieronymi tempore, vt ipse testatur. Meminit & Cælius antiq. lect. li. 14. ca. 8.

Dame, Ciuitas inter Ciliciam & Cappadociam, Apamia postea dicta, quam sic vocatam initio ferunt, quòd ferocissimas gentes domuisset. Author Plin. lib. 5. cap. 30.

Dameas, nobilis statuarius, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Damia, Dea fuit, quam peculiari religione cum Auxesia Epidaurij coluere, de quibus vide in 5. lib. Herodoti, & suprà in Auxesia.

Damia, Cognomen Cybeles, & Damatris eius sacerdos.

Damianvs Ephesius, Sophista nobilis, circa M. Antonini principis tempora diuitiis ac potentia inter suos præditus, viros doctos liberalitate prosequutus est: eloquentiæ quoque genus secundum naturam imitatus. Author Philostratus in Sophistis.

Damis {δάμις} Philosophus fuit, Apollonij Thyanei comes, de quo plura apud Philostratũ de vita Apollonij. Meminit huius & Cæl. li. 6. c. 12.

Damium, sacrificium quod fiebat in operto in honorẽ Bonæ Deæ, dictum à contrarietate, quòd minimè esset δημόσιον, id est publicum. Dea quoque ipsa δαμία, & sacerdos eius δαμίας appellabatur. Hæc Festus.

Damiurgi {δημιοῦργοι} apud Dorienses vocantur, qui publica negotia rẽsque ciuitatis administrant, qui similes sunt iis, qui ab Athenieẽsibus Demarchi vocantur, Id est tribuni. Demiurgos vocat Hesychius. Lilius, Et sub aduentum, inquit, consulis Damiurgis ciuitatum, qui summus est magistratus, &c. De Peneloponnesiis loquitur, quo factum est vt Damiurgos Dorice dixerit. ὑπόδημιοῦργους appellat Thucydides lib. 1. Turnebus.

Damnaneus, Vnus ex Idæis Dactylis, quos quatuor tantùm quidam numerauerant, Salaminum, Damnaneum, Herculem, & Acmonem. Vide in dictione Dactyli Idaei.

Dammanitani, Hispaniæ citerioris populi, in cõuentu Cæsar augustano, inter stipendiarios à Plinio numerati lib. 3. cap. item 3.

Damnia, Regio in Arabia, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

Damnum, damni {ζημία, βλάβη.} Iurisc. in l. 3. D. de damn. infect.

Damnum & damnatio ab ademptione & quasi diminutione patrimonij dicta sunt.

Damnum est nisi hoc faciam. Terent. Adelph. 2. 2,

Damnum ex tempestate. Cato cap. 3. Si citò fustuleris, & vasa parata erunt, nihil damni erit ex tempestate.

Damna & detrimenta. Cic. 1. de Leg.

Iactura atque damnum. Cic. 2. de Lege Agr.

Damni iniuria. Cic pro Qu. Rosc. Com.

Acerba damna. Claud. Gigantomach.

Fatalia damna. Ouid. 1. Trist. eleg. 7.

Damna fatalia Iurisconsulti vocant quæ accidũt etiam quantumuis cautis & prudentibus, quæque nullo modo præcaueri possunt. Itaque ad ea præstanda nema obligatur. l. duobus. 5. Damna. D. pro socio.

Flebile. Claud. 2. in Ruff. Gemina. Claud. 2. Paneg.

Grauius. Ouid. 7. Metam. Leue. Ouid. 14. Metam.

Reparabile. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.

Speciosum damnum id vocamus quod speciem quandam exhibeat nobis non contemnendæ vtilitatis, quum tamen re ipsa noxium sit maximè. Hoc epitheto appositè vsus est Ouid. lib. 11. Metam. vbi Midæ fabulam enarrat.

Tenue. Claud. de bel. Get. Turpia. Claud. de bel. Gild.

¶ Damnis accedere. Ouid. de Nuce.

Damno auctus. Terent. Heaut. 4. 1,

Capere damnum. In capio. Certare damnis. In certo.

Coercere damno aliquem. Cic. 3. Offic.

Cogere damno aliquem. Cic. 1. Philipp.

Contrahere damnum in re aliqua. Cic. 5. de Finib. Nec mercatura quæstuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.

Damnum decidere, pro soluere, præstare, farcire damnum. l. Si seruus communis. §. His etiam. & §. quod verò. D. de furt.

Dissoluta & compensata damna. In compenso.

Damnum dare aut malum. Terent. Andr. 1. 1,

Facere damnum. Cic. de Clar. Orat. Damnum enim, illius immaturo interitu, res Romanę Latinaque literæ fecerunt.

Factum damnum in aliquo. Cic. Trebonio, lib. 10. 28, Magnum damnum factum est in Seruio.

Damni nihil facis quòd. Cic. Volumnio, lib. 7. 34, Quòd declamationibus nostris cares, damni nihil facis.

Ferre damnum cum pudore. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6.

Gubernare damna belli. Sil. lib. 10.

Damnum infectum, Est damnum nondum factum, quod futurum veremur. Caius, l. 2, De dam, infect. Vide infectvs.

Damni infecti promittere. Cic. in Topic. Siquis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, &c. Boetius, Damni infecti promisso est, quoties quis promittit, siquod damnum eius opera contigerit, sua restitutione esse pensandum.

Damni refecti cauere alicui. Paulus in l. Prętoris. D. de dam. inf.

Damni, siue eius quod interest tres sunt species. Prima eius, quod neque à lege, neque ex partiũ conuentione definitũ est, ideóque probandum, & quantumcunque erit, adiudicandũ, ex regula tamen l. vnic. C. sentent. quę pro eo quod interest. & appellatur Id quod interest. Altera autem species eius est, de cuius summa integra, & quantuncunque futura est inter partes conuenit, quę in iure appellatur. pœna. l. vltim. D. de pręt. stipul. l. 8. §. 2. D. rem rat. haber. Tertia species eius est, de cuius summa non integra, nec quantacũque ad extremum esse potest, sed quanta sit per singulos mẽses, ipso iure definitum est, sic vt quamuis pluris vel minoris interfit, sola tamen ea summa præstetur, vt patet ex l. vlt. D. de peric. & comm. rei vendit. Et hæc quoniam ab vsus diuturnitate pendet, Vsura, siue Interfurium appellatur.

Leuare damna. Ouid. 1. Fast. Pensare. Claud. de Rapt. Pros.

Plangere. Stat. 11. Thebaid.

Materiam præbere damno. Ouid. 2. Metam.

Rependere damna. Ouid. 2. de Arte.

Resarcire. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, In meis damnis ex authoritate Senatus resarciendis.

Damno esse. Plin. in Prœemio lib. 14.

Credulitas puellis damno esset solet. Ouid. epist. 16.

Damnosus, pen. prod. Adiect. {ζημιώδης, ὀλεθρώδης, ἀνωφελής} Quod infert damnum. Plaut. Bacch. 2. Terent. Heaut. 5. 4. Ganeo damnosus.

Alea damnosa. Martial. lib. 14. Artes. Ouid. 2. Metam.

Curæ. Ouid. 1. de Remed. Dies. Horat. 3. Carm. ode 6.

Dolus. Nerat. in l. Si procurator. D. de dol. mal. excep.

Gaudia. Claud. 7. Paneg

Hæreditas damnosa. Iul. ianus in l. Si hæreditatem. D. Mandat.

Libido. Horat. 2. epist. 1. Mora. Ouid. 11. Metam.

Damnosa famæ reique mulier. Liu. 9. bel. Maced.

Senectus. Ouid. 13. Metam. Superbia. Ouid. 3. de Arte.

Venus. Horat 1. epist. 19.

Virtus. Ouid. 10. Metam. Virtus, Id est fœcundo.

Voluptas Veneris. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11.

Damnosior. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5. ad amnem, Damnosus pecori curris, damnosior agris.

Nihil est damnosius deserto agro. Plin. lib. 8. cap. 5,

Damnosum est. Colum. lib. 1.

¶ Damnosus profusus & nequam. Sueton. in Nerone, cap. 31, Non in alia re damnosior, quàm in ædificando. Erasmus.

Damnosè, Aduerbium {ὀλεθρίως.} vt,

Damnosè bibere. Horat. 2. Serm. sat. 8.

Damnificus, pen. corr. {ζημιῶν} Qui facit damnum. Plaut. Cist. 10, Imitatur nequam bestiam & damnificam.

Damnigerulus, pen. corr. {ὀλεθροφόρος} Idem. Plaut. Trucul. 11,

Ite hac simul mulieri damnigeruli foras gerrones.

Damno, damnas {ζημιόω, ἀποβολὴν ποιῶ, ἀποδημιόω, καταγινώσκω} damnare. Quint. lib. 3. cap. 6, Et M. Tullius non dubitauit aliquos suos libros iam editos aliis postea scriptis iure damnare.

Aciem damnare. Vide acies.

Damnare reos & absoluere, opponuntur. Ouid. 15. Metamorp.

In vno facto damnandus. Ouid. 7. Metam.

Moras damnare. Ouid. 13. Metam.

¶ Damnatur in totum hæc herba. Plin. lib. 12. cap. 12.

¶ Damnare genitiuo aliquando iungitur, aliquando ablatiuo, quando autem genitiuo, subintelligitur fere ablatiuus crimine, vel scelere, aut simile, quod addit Ouid. 5. Fastorum,

Ambitus damnari. Cic. de Claris Orat.

Furti & pro socio damnatum esse. Cic. pro Flacco.

Damnare tempora infelicitatis. Quintilianus lib 10. cap. 2.

Iniuriarum. Cic. 5. Verr.

Maiestatis. Cic. pro Cluent.

Peccati alicuius damnari. Author ad Heren, lib. 4.

Peculatus damnatum esse. Cic. 2. Verr.

Damnare aliquem prævaricationis. Plin. Iunior epist. 9. lib. 3.

Damnari rei capitalis. Cic. de Senect.

Sceleris. Ouid. Parce tuum vatem sceleris damnare Cupido.

Absoluere hominem mentis crimine commotæ, & sceleris eundem damnare. Cic. ad Att. lib. 7.

Sordium. Plin. Iunior lib. 1. epist. 36.

Stultitiæ damnare aliquem. Cic. in Partit.

Damnari tarditatis. Quint. lib. 2. cap. 6.

Veneficij damnatus. Tacit. lib. 12.

Iungitur etiam genitiuo significanti pœnam: vt Damnari octupli. Cicero 5. Verr. Expecto vim edicti, seueritatem Prætoris: faueo aratori, cupio octupli damnari Apronium.

Damnatus calumniæ publici iudicij. l. 1. §. si quis tamen. D. de postul.

Damnatus longi laboris. Horat. 2., Carm. ode 14.

¶ Ablatiuo. Cic. 6. Verr. Dare quæque operam, vt is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine.

Damnatus crimine. in l. 1. §. 1. D. de postul.

Nomine sceleris coniurationisque damnari. Cic. 7. Verr.

Damnare de vi. Cic. ad Brutum, 12, Atque ille si armis positis de vi damnatus esset, &c.

Damnare de suspicionibus, Id est ex suspicionibus, per suspiciones. Vlpian. in l. absentem. D. de pœnis.

De pecuniis repetundis damnari. Cic. pro Cluentio.

De maiestate damnatum esse. Cic. 2. Verr.

Ablatiuo etiam pœnæ. Cic. 1. Tusc. Sed plurimi contrà nituntur, animósque quasi capite damnatos, morte mulctant.

¶ Caput damnare Orco. Vigil. 4. Æneidos.

-Stygióque caput damnauerat Orco. Hoc est, necdum morti destinauerat. Seruius.

¶ Damnari ad aliquem. Plaut. Rud. 2. 9,

Quem modò damnauit ad recuperatores Pseusidippus?

Partem damnatur in vnam. Ouid. 11. Metamorphoseos.

Cætera sunt hominis: partem damnatur in vnam,

Induitúrque aures lentè gradientis asselli. De Mida.

¶ Capite ob rem aliquam damnari. Cic. 1. Tusc.

Iudicio damnari. Cic. 1. Philip. Ibidem, Iure damnatus.

Senatus decreto non mea facta damnasti. Ouid. 2. Trist.

Turpi iudicio damnari. Cic. pro Sex. Rosc.

Ipsa hominum opinione tacita damnatum esse. Cic. pro Cluent.

Primis sententiis damnatum esse. Cic. 1. de Orat.

Per arbitrium damnari. Cic. pro Sex. Rosc.

Damnare fastidio aliquid. Plin. lib. 11. cap. 2, Quapropter quæso, ne hęc legentes, quoniam ex his spernũt multa, etiam relata fastidio damnent, quum in, &c. Martial. lib. 9.

Damnare odio. Seneca de Benefic. lib. 3. cap. 6.

¶ Additur interdum datiuus significans personam, quæ in causa vincit. Seneca de Benef. lib. 6, Sic debitori creditor sæpe damnatur, vbi ex alia causa plus abstulit, quàm ex credito petit.

¶ Damnari indicta causa dicuntur, qui causam nõ dixerũt, neque defenderunt, & inauditi sunt. Curt. lib. 8, de Callisthene. Cic. 1. de Legib. Vt Dictator qui esset, quem vellet ciuium indicta causa, impunè posset occidere. Id est non prius auditum, vt nunc loquimur.

Damnari inauditum. In inavdito.

¶ Damnari votorum, vel votis. Virgil. 5. ecloga,

Vt Baccho, Cereríque, tibi sic vota quotannis

Agricolæ facient, damnabis tu quoque votis. Vbi Seruius, Quum tu deus præstare aliqua hominibus cœperis, obnoxios tibi eos facies ad vota soluenda: quæ ante quàm soluantur, obligatos, & quasi damnatos homines retinent.

¶ Damnare, pro Morti dare. Virgil. Æneid. lib. 4.

Nondum illi flauum Proserpina vertice crimen

Abstulerat: Stygióque caput damnauerat Orco. Nonius.

¶ Damnare, pro reum peragere, siue condemnari facere. Tacitus lib. 3, Abolitas leges, & funditus versas, vbi in foro, in lumine curiæ, ab Annia Rufilla, quam fraudis sub iudice damnauisset, probra sibi, & minæ intendantur.

¶ Damnare, Liberare. Virgil. 12. Æneidos,

Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum. Seruius.

¶ Tributis damnare. Tacit. in l. b. de Germ. vbi Rhenano authore, damnare, pro multare accipitur: in qua quidem significatione Liuius etiã vsu pare cõsueuit. vt lib. 5. Decad. 4, Multos pecuarios damnarunt.

¶ Damnare, pre Obligare. l. fi filius. D. de diuort. Damnandum, inquit, eũ, quanti mulier litem iurauerit. Item de leg. 2. l. cũ filio. Hæredẽ, inquit, mihi dare damnauerit. Hinc damnatus, pro obligatus legitur.

Damnatus, Partici. {καταδικασμένος.} vt, Damnatus morti. Lucret. lib. 6.

Caput damnatum. Lucan. lib. 2.

Falso crimine mortis damnatus. Virgil. 6. Æneidos.

Causa propè conuicta & damnata. Cic. pro Cluentio.

Damnatum viuere paci. Sil. lib. 3.

Damnatus {καταδίκως} Nomen ex participio. Cic. in Pisonem, Quis te miserior, quis te damnatior, qui neque scribere ad Senatum, à te bene Remp. esse gestam, neque præsens dicere ausus es? Id est quem iustius quis iudex posset condemnare, quàm te?

Damnaturus, pen. prod. {καταδικασόμενος} Participium. Ouid. 7. Metam.

Damnatura fui non est delicta mariti.

Damnatio, Verbale {καταδίκασις, κατάκριμα.} Plin. lib. 28. cap. 6, Metuens damnationem.

Reorũ accerbissimæ damnationes, cui opponitur, Libidinosissimæ liberationes. Cic. in. Pisonem.

Ducere damnationem. Cic. 4. Verr. Quum rem ita exposuissem, quemadmodum nunc apud vos: docuissémque hanc damnationem duci non oportere, &c.

Esse in damnatione. Plin. lib. 20. cap. 11.

Eximere reum damnatione. Paul. in l. exceptio. D. de exceptio.

Damnas {καταδικαστής} pro Damnatus, apud Iurisconsultos. Marcellus in l. damnas. D. de vsu & vsufruct. per leg. dat. Quisquis mihi hæres erit, dare damnas esto.

Damnatorius, Adiect. {καταδικαστικός.} Cic. 5. Verr. Verres in Xenonem iudicium dabat illud suum damnatorium de iugerum professione.

Damnatoria tabella, apud Suetonium in Augusto, cap. 33. Vide Tabella, in tabvla.

Damnatus, huius damnati, pen. prod. Idem quod damnatio. Plin. lib. 7. cap. 44, Alieno beneficio postea vixit, bonis inde etiam consecratis à damnato suo.

Damocles {δαμοκλῆς} Nomen proprium vnius ex assentatoribus Dionysij. Meminit Cic. Tusc. quæst. lib. 5.

Damocrates {δαμοκράτης} Palestrita quidam fuit, qui quum pedibus æger certamina adisset sacra', vt si qua effici posset morbum discuteret, eò productus denique est, vt in stadio lineam sibi circumduceret, aduersariis iussis extrahere vi, si possent: neque illis verò, abiit demum coronatus. Ex Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 18.

Damocrita {δαμόκριτος} Matrona fuit Spartana, Alcippi ciuis clarissimi vxor, quæ quum virum ab his, qui contrarias in Rep. partes fouebãt, in exilium actum sequi prohiberetur, filiaque iam viro maturæ edicto publico nubere vetarentur, ne ex his quispiam Alcippi vxor nãscereretur, concepit animo facinus supra omnem mulierem audaciam. Nam quum ex more fœminæ primariæ noctu in Androne m quendam sacrorum causa conuenissent, Damocrita à filiabus adiuta, magnam vim lignorum, quæ ad sacrificium parata erant, ad fores congessit, ignémque iniecit, vt intus omnes exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris, illa filias primùm, deinde etiam seipsam interfecit. Ex narrationibus amatoriis Plutarchi.

Damoetas {δαμοίτας} Nomen pastoris, de quo Virgilius in Bucolicis, Dic mihi Damœta &c.

Damon & Pythias, Pythagorei {δάμων καὶ φιντίας} hoc animo (inquit Cicero) inter se fuerunt, vt quũ eorum alteri Dionisius tyrannus diem necis destinauisset: & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies, commendandorum suorum causa postulauisset: vas factus est alter sistendi eius: vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit vt se ad amicitiam tertium adsciberent. Hæc Cic. lib. 3. de Offic. Meminit & Valerius de Amicitia.

Damon, Damonis {δάμων} Athenieẽsis musicus fuit, qui (vt plerique consentiunt) remissam reperit harmoniam, quæ mixolydio contraria est, Iados autem persimilis. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 3.

Damophila, penult. corr. Græca mulier, vxor Pamphilij, socia

Sapphus poetrix, poemata multa conscripsit, partim amatoria, partim in Dianæ laudes, vt est author Philostratus in vita Apollonij.

DAMOPHILVS, pen. corr. Sophista, quem nutriuit Iulianus Consul sub M. Antonino principe: scripsit ad Lollium Maximum de vita Priscorum, & quædam alia. Suidas.

DAMOPHILVS, Plastes & pictor. Plin. lib. 35. ca. 12. Plastæ laudatissimi fuere Damophilus & Gorgasus, iidémque pictores: qui Cereris ædem Romæ ad circum maximum vtroque genere artis suæ excoluerunt, versibus inscripteis Græcè, quibus significarent à dextra opera Damophili esse, à parte læua Gorgasi.

DAMOSTRATVS, pen. corr. Philosophus, scripsit de piscibus libros xx. Suidas.

DAMOXENVS, pen. corr. Athenienſis comicus, cuius fabulæ nonnullæ memorantur ab Athenæo in Dipnosophistis.

DAMYNDAS, Vir fuit Macedo, teste Plutarcho.

DAN {Δάν} Vicus est in quarto à Paneade milliario, cuntibus Tyrum, qui vsque hodie sic vocatur, terminis Iudææ prouinciæ ad Septentrionem, de quo Iordanis flumen erumpens, à loco fortitus est nomen. Ior quippe fluuium siue riuum Hebræi vocant.

Danace, danaces {Δανάκη} Numisma quoddam paruulum est, quod Charonti porrigebant Stygiam paludem transmissuri, cuius fit mentio in Charonte apud Lucianum. Meminit in Psyches fabella Apuleius, atque item Plutarchus in collectaneis.

DANAE, Danaes {Δανάη} trium syll abarū, Acrisij regis Argiuorum filia, quam dicunt ab Ioue in auri guttam conuerso compressam. Ouid. lib. 4. Metamorphoseos,

-neque enim Iouis esse putabat
Perſea, quem pluuio Danae conceperat auro. Hæc postquam à Ioue est vitiata, pater eam in arcam inclusam pœcipitauit in mare. quæ delata ad Italiam, inuenta est à piscatore cum Perseo, quem illic enixa fuerat, & oblata regi, qui eam sibi fecit vxorem: cum qua etiam Ardeam condidit: à quibus Turnum vult Virgilius originem ducere. Hactenus Seruius in illud 7. Æneidos,

Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus Acrisiúsque, patres mediæque Mycenæ. De Danae vide Horat. 3. Carm. ode 16.

Danaeius, Adiectiuum {Δανάειος.} vt, Heros Danaeius, Id est Perseus, Iouis & Danaes filius. Ouid. 5. Metam.

DANAI {Δανάοι} Vnum est ex tribus castellis Troginorum, qui sunt Galatæ, vbi Lucullus & Pōpeius cōuenere, quum alter ad belli successionē, alter, illi potestate permissa, ad triumphū pergeret. Ex Strab. li. 12.

DANAVS {Δανάὸς} Beli filius, in Ægypto regnauit: is quinquaginta filias habuit, quæ maritos suos interfecerunt. de quibus diximus in dictione Belus. Vide Seruium in 10. Æneid. Is Danaus puteos dicitur inuenisse, vt est apud Plin. lib. 7. cap. 56.

DANDAGVLA, Oppidum, ab ostio Gangiis fluuij DCCXXV. M. pass. distans, de quo Plin. lib. 6. c. 20.

DANDARI {Δανδάριοι} Sarmatarum populi, Taniam amnem incolentes, vt vult Plin. lib. 6. cap. 7.

DANDARICA, proterra Dandardarum. Tacit. lib. 12, Ventúmque Sozā oppidum Dandaricæ. Subintelligitur terræ. Sic enim repositum (inquit Rhenanus ex castigationibus in Tacitum) pro Dandariæ.

DANDON, onis {Δάνδων} Propium viri nomen, quem ex Alexandro Cornelio refert Plin. quingentis annis vixisse, lib. 7. cap. 48, quo de spatiis agit vitæ longissimis.

DANEON, Portus inter Nelos & Marchadas, ex quo nauigabilem alueum perducere in Nilum, qua parte ad Delta dictum decurrit LXII. M. pass. interuallo (quod inter flumen & Rubrū mare interest) primus omnium Sesostris Ægypti rex cogitauit: mox Darius Persarum: deinde Ptolemæus sequens, & qui dixit fossam, &c. Vide Plin. lib. 9. ca. 29.

DANGVLAE, Oppidum ad Caucasum, in regione Capissene, ex aduerso Bactrianorum. Plin. lib. 6. cap. 23.

DANI, Populi Germaniæ, nunc Daci dicti. Sipontinus.

DANIA {Δανία χερρόνησος} Septentrionalis Oceani peninsula est, maritimæ Saxoniæ lateri adhærens, quam olim Cimbri habitarunt, quos posteà Marius deleuit in Italiam irrumpere conantes.

Daniſta, danistæ, masc. gen. {Δανιστὴς} Fœnerator. Quidam Danistas, à dando dictos voluere, quòd dent fœnori. quanuis alij à Græco potius existiment. hoc est ἀπὸ τῦ δανείζειν, quod est mutuare. Plautus Epid. 2, -id

Adeò argentum? T. ab danista apud Thebas. E. sumpsisti fœnore?
E. in dies, minásque argenti singulas numus. E. papæ.
T. Et is danista aduenit vnà cum eo, qui argentum petit.

DANTES {Δάντης} poeta Florentinus, regum & principum amicitiis clarus, cuius vitam scribit Volaterranus, lib. 21.

DANTISCVM, Poloniæ oppidum, ad Vistulam fluuium, aduectis mercibus clarum & opulentum, vt notat Vadianus. Vulgò *Dantzich.*

DANTHELITAE {Δανθηλίται} Thraciæ populi, magna ex parte Æmum incolentes, & latrociniis dediti. Strab. lib. Geograph. 7.

DANVBIVS {Δανούβιος} inquit Plin. lib. 4. ca. 12, ortus in iugis Abnobæ montis Germaniæ, ex aduerso Raurici Galliæ oppidis multis vltra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubij nomine, immenso aquarum auctu, & vnde primum Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum nauigabili, in pontum vastis sex fluminibus euoluitur. Hactenus Plinius. Ammianus quoque lib. 22, Amnis (inquit) Danubius oriens prope Rauracos montes, limitibus Rheticis per latiorem orbem portēsus, ac sexaginta nauigabiles penè recipiens fluuios, septem ostiis per hoc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Hunc secundum post Nilum facit Ausonius in 4. epigrammare,

Ilyricis regnator aquis, tibi Nile secundus
Danubius lætum profero fonte caput. Et Ouid. 4. de Ponto. Vulgò *Donaw, Le Dambe.*

Capax Danubius. Ouid. ad Liuiam. Ferox. Claud. 2. in Ruff.
Profundus. Horat. 4. Carm. ode 15.
Rapidus. Claud. 8. Paneg. Rigens. Claud. 1. Paneg.

Danunt, quandoquè à veteribus dicebatur pro dant. & Duis pro dederis. Plautus, Cui seruitutem dij danunt Ienoniam. Nonius. Vide infrà in DO, das.

DAORIZI, Liburniæ populi, in conuentu Naronæ coloniæ, vt Plin author est, lib. 3. cap. 22.

Dapalis, & Dapātice, Vide DAPS.

DAPHITAS {Δαφίτας} Grammaticus quidam fuit, qui in monte, qui Thorax appellatur, crucifixus fuisse dicitur, propterea quòd reges versibus incesseret, vt Purpurei stimuli, fæx vltima diuitiarum Lysimachi, Lydos subditis atque Phrygas. Hinc orum est prouerbium, Caue à Thorace: in illos torqueri solitum, qui paulo plus garruli & conuitiatores sunt. Ex Strab. lib. 14.

Daphnatum, Genus cinaræ dicitur vbi lauri fructum perforaris, & cinaræ immissum semen ita seueris. Vide Cælium Rhodig. lib. 4. ca. 8.

DAPHNE {Δάφνη} Penei fluminis filia, Phœbo adamata, ac in laurum conuersa. De qua Ouid. 1. Metam. & Aphthonius sophista. ¶ Daphne altera, filia Tiresiæ vatis, quæ Thebis capris missa est Delphos, vt vaticinium disceret. Itaque edidit varij generis responsa, cuius ex verbis Homerum ferunt multa mutuatum fuisse. Hæc Diodorus lib. 5.

Peneia Daphne. Ouid. 1. Metam.

¶Daphne, inquit Parthenius Eroticorum cap. 15, Amyclæ filia erat, quæ omnino ad vrbem non progrediebatur, neque etiam reliquis virginibus conuiuebat: verùm apparatu magno frequēter venabatur, aliquando etiam vsque ad Laconicam regionem peruagata, progressáque vlterius per reliquos Peloponnensi montes, adeo vt hanc ob causam valde grata esset Dianæ, quæ eam certè penitus spicula faciebat eiaculari. In eius cum æqualibus per syluas oberrantis amorem Leucippus incidit. OEnomai filius: qui quum aliās viam qua eam aggrederetur desperasset, muliebribus vestibus indutus, ac puellæ adsimulatus, cū ea venabatur. Erat autem omnino iucunda ipsi Daphne illius cōuersatio, adeo vt nunquam eum dimitteret, talisque colluderet, ac quasi ex eo penderet omni hora. Apollo autem, qui & ipse puellæ defiderio ardebat, iráque & inuidia ob Leucippi præsentiam tenebatur, puellæ in animum iniicit, vt cum reliquis virginibus ad fontem accedat, ac lauet. Quò sanè quum peruenissent, omnes exuebātur, & quum Leucippum inuitum ad hoc viderent, vestes ei detraxerunt. Cognita autem fraude & infidiis sibi paratis, omnes eum spiculis transfixerunt: atque ita ille diis volentibus disparuit. Daphne verò quum Apollinem se petentem persensisset, strenuum valde fugit. Illo autem pariter insequente, à Ioue petiit ex hominibus immutari. Aiunt itaque ipsam factam arborem, quæ adhuc ab illius nomine Daphne appelletur. Hæc Parthenius ex versione Cornarij. Vide plura in Fatidica laurus, & Venturi præfcia laurus, in dictione LAVRVS. Paufanias in Arcadicis rem sic narrat: OEnomaus, qui principatum Pisæ obtinuit, filium habuit Leucippum. Hic amore Daphnes correptus, statim eam vxorem petiit. Sed vt cognouit fugere eam virorum genus vniuersum, talem quandam fraudem excogitauit. Comam Leucippus Alpæo alebat. Hanc virginum more postquam composuit, veste indutus muliebri, ad Daphnem abiit. Quo facto & OEnomai se filiam esse simulauit, & vnà cum Daphne venaturum dixit. Quum itaque & pro virgine haberetur, & reliquas generis dignitate, venandique scientia superaret, adhæc frequenti obsequio plus satis esset officiosus, in firmam amicitiam Daphnen attraxit. Qui verò amorem Apollinis in Daphnen descripserunt, inuidisse eum Leucippo amoris felicitatem aiunt. Confestim itaque natare in Ladone voluit cum reliquis virginibus Daphne, inuitúmque Leucippum vestibus exuerunt. Quum itaque non virginem esse cernerent, iaculis eum ac pugionibus ictum interfecerunt.

¶Daphne, Straboni nemus est apud Antiochenses.

DAPHNEA Diana nuncupata, cuius sacellum Pausanias scribit fuisse in finibus Spartiatarum. Strabo libro 8. quum de Alpheonia Diana egisset: Ab Olimpia, inquit, stadiis LXXX distans: huic deæ in Olympia annuus conuentus celebratur, sicuti & Elaphiæ & Daphneæ. Tota enim hæc regio templorum Dianæ, Veneri & Nymphis dicatorum refertissima est.

DAPHNAEVS Appollo cognominatus, quasi tu Laureus Latinè dicas: vel vt alicubi apud nostros legas, Lauriger. Daphnæi Apollinis templum Antiochus Epiphanes dictus struxit, vt Marcellus lib. histor. 22. tradit. Arsit verò Iuliani Cæsaris temporibus. Fuit & Daphnites Apollo, à Syracusanis sic appellatus, vt scribit Hesychius.

DAPHNES, Lucus ad vrbem Antiochiæ fuit amœnissimus, & cupressis maximè opacus, vt Nicephorus libro 10. Eccles. histor. cap. 28. scribit. Eius sit mentio lib. 11. C. de cupress. ex luco Daphnes. Et apud Lampridium in Alexand.

Daphnia, Gemma comitialibus morbis vtilis existimata. Plin. li. 17. c. 10.

DAPHNIDIS, Insula apud Troglodytas commemoratur à Plinio lib. 6. cap. 29.

Daphniphagi {Δαφνιφάγοι} Dicuntur vaticinantes: ad quod alludit Iuuenalis, -Laurúmque momordit. Quando laureis coloris vates responsa dei edebant, stipis gratia, persuadentes vulgo comesta lauro haurire se numen. Cæl. Antiq. lib. 5. cap. 7.

DAPHNIS à poetis puer formosissimus, & Mercurij filius describitur. Pastor autē fuit qui carmen Bucolicum inuenit, in Sicilia boū armenta multa possedit: postremò captus luminibus, quòd ebrius cū aliena fœmina congressus esset, vt prædictū ei fuerat à nympha. Author Suidas.

¶Daphnis, Antiochiæ suburbanum, quod octoginta stadiorum ambitu claudebatur, vt ait Strabo,

¶Daphnis, Daphnidis, Grammaticæ artis seruus, CCC. M. DCC. sesterriis emptus est, Cn. Pisaurienſi vendente, & M. Scauro principe ciuitatis licente, quod prerium hominis in seruitio geniti maximum fuisse ad suam ætatem refert Plin. lib. 7. cap. 32.

Daphnitis, Alexādrina laurus vocatur, cuiz ramos spargit à radice dodrantes, topiarij ac coronarij operis, folio acuriore quàm myrti, molliore & candidiore, maiore semine inter folia rubro. Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti, nec nisi montosis. Hæc Plin. lib. 15. cap. vlt.

Daphonoides, Herba. Plinius libro 24. capite 15, Est & alia clematis Ægyptia

cognomine, quæ ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur, folio lauri, longa, tenuisque: aduersus serpentes, ac priuatim aspides ex aceto pota efficax. Ægyptus hanc maximè gignit. Ruellius lib. 3. cap. 137, dicit hanc appellari nostris herbaris *laurı̄ solam.*

¶Dahnoides, Casiæ species est, Ioscinnamos cognominata, cuius precium faciunt mangones X. C. C. C. Adulteratur styrace, vt inquit Plinius, & propter simultudinem corticum lauri tenuissimis surculis. Vide eius lib. 12. cap. 20.

Daphnon, daphnonis, pen. prod. {Δαφνών} Lauretum. Martial. lib. 10, Dispouit daphnona suo Torquatus in agro,
Castaneas centum seuit Oraclius. Idem lib. 12.

Daphnucus {Δαφνοῦχος} Vocabatur, qui in conuiuio primus caneret, quòd olim ad mensam carmina Homeri per vices decantabantur.

DAPHNVS, Daphnuntis {Δάφνους} Oppidum Locrorum in litore Phocidis, de quo Plin. lib. 4. cap. 7. ¶Est & Daphnus Cariæ fluuius, Harpasus posteà, ab impetu prærapido nuncupatus. Vide Cæl. Rhod. li. 29. capite 21.

Daps, dapis {δαῖς, δαΐτος} apud antiquos dicebatur res diuina quæ fiebat aut hyberna femente, aut verna. quod vocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαῖς dicitur. Hæc Festus. Liu. 1. ab Vrbe, Tum sacrum factum, adhibitis ad ministerium dapémque Potitiis ac Pinariis. Virgil. in Bucol. eclog. 6,

Quas illi Philomela dapes, quæ dona parārit.

Dapis, in genitiuo singulari. Horat. 4. Carm. ode 4,

Egit amor dapis atque pugnę. Loquitur de aquila.

¶Dapes, non tantùm sunt deorum, vel nostrę in sacrificiis deorum, vt volunt Valla libro 4, & Seruius: sed largiores & opipari apparatus. Virgil. 4. Æneidos,

Dirīpiúntque dapes, contractúque omnia fœdant.

Dapes (inquit Nonius) non tantùm opiparos apparatus aut religiosos, sicut plerunque, significare, sed & vitabiles, & infandos cibos, authore Virgilio, possumus dicere. Æneid. 3. de Cyclope,

Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus.

Acisę dapes, Id est vndique consumptę. Virg. 7. Æneid. Seruius.
Amor dapis. Horat. 4. Carm. ode 4.
Benigne dapes, Id est multę & liberaliter ministratę. Horatius Epod. 17, Egens benignę Tantalus semper dapis.
Festę dapes, Id est lautiores. Horat. Epod. 9.
Inemptæ, Horat. Epod. 2.
Lethales. Valer. lib. 2. Argon.
Libidinosæ. In LIBER.
Opimæ. Virgil. 3. Æneid.
Saliares. Vide Saliaris, in S A L I I.
Siculæ, pro lautis & sumptuosis dixit Horat. 3. Carm. ode 1. Vide SICILIA.
Superbæ Martial. lib. 5.

¶Celebrare dapes. Ouid. 5. Metam. Ferae dapes. Seneca Thyeste, 2.
Conuellere dapes auido dente. Ouid. 11. Metam.
Egens dapis. Horat. Epod. 17. Egerere dapes. Ouid. 6. Metam.
Epulari dapibus. Virg. 3. Æneid. Expletus dapibus. Virg. 3. Æneid.
Mensæ extructæ dapibus. Ouid. 11. Metam.
Impositæ auro dapes. Virgil. 3. Æneid.
Socias dapes inire cum aliquo, Est conuiuari cum aliquo. Stat. 1, Sylu. 6. ad Cęsarem,
Instaurare dapes. Claud. 3. de raptu Proserp.
Instituere. Virgil. 7. Æneid.
Onerare mensas dapibus. Virgil. 4. Georg.
Iuuare ali quem opima dape. Stat. 4. Sylu. 9.
Orare viam dapibus. Ouid. 8. Metamorphoseos,
Humana dape pascere aliquem. Ouid. epist. 9.
Properare dapes. Stat. 1. Achil. Significat celeriter apparare.
Dapes quomodo construantur, vide Catonem, cap. 132.

Dapalis {δάπιον} cœna, Amplis dapibus plena. Titinnius Varro, Toto fit in foco de lignis mihi dapalis cœna. Vide in ADDICIO, Adiicialis cœna.

¶Dapalis Iupiter, à Latinis vocatus & cultus est. Dictus autem videtur, quòd ei sacra dapali epulo fierent. Sicuti enim dicimus cœnam dapalem, Marcello teste, quæ amplis dapibus instructa est: ita & Iouem dapalem appellatum existimamus. M. Cato in lib. de Re & Iouem dapalem appellatum existimamus. M. Cato in lib. de Re rustica, Dapem, inquit, hoc modo fieri oportet: Ioui Dapali culignam vini quantumuis polluceto: eo die feriæ bubus & bubulcis, & cui dapem facient. Quum pollucere oportebit, sic facies: Iupiter dapalis, quod tibi fieri oportet in domo familiáque mea culignam vini dapi eius rei ergò.

Dapaticum, pen. cor. {μεγαλοφυὲς.} Id est amplum, & magnificum: vt, Dapaticum negotium. Festus.

Dapatice {λειτουργῶς} se acceptos antiqui dicebant significantes magnificé. Festus.

Dapino, dapinas {δαπτέω} dapinare, Dapes extruere & parare. Plautus Capr. 13,

Ærernum tibi dapinato victum, si vera autumas.

Dapsilis, & hoc dapsile, pen. corr. {δαψιλὴς} Abundans & largum: vt,
Dapsilis sumptus. Plaut. Mostel. 13,
Triginta mnæ, prætérque alios dapsiles sumptus facit. δαψιλὲς enim Græcè id valet, quod Latinè Largitas, affluentia, copia, abundantia, vis larga, liberalitas. Dapsilis igitur non à dape deducitur.
Dapsiles dotes. Plaut. Aulul. 6.
Dapsilis lectus, Excellens & sumptuosus. Plaut. Trucul. 3.
Dapsilis prouentus. Colum. lib. 4. cap. 27.
Dapsilis musto spionia. Colum. li. 3. ca. 2, Ar spionia dapsilis musto, & amplitudine magis vuarum, quàm numero fertilis. Id est abūdans.
Dapsilis dictis. Plaut. Pseud. 6.

Dapsile, Aduerbium {δαψιλῶς} Abundanter. Sueton. in Vespasiano, Sed & conuiuabatur assiduè, ac sepius rectè, ac dapsilè.

Dapsiliter, pen. corr. Aduerbium. Nœuius in Corollaria, Vltro meretur quamobrem ametur, ita dapsiliter suos amicos alit. Hæc Charisius lib. 2. Dapsiliter, id est opiparè, largè, magnificè, splendidè, abundè, liberaliter, affatim, lautè.

DARABA {Δαράβα} Ciuitas est Indiæ, non procul à Sabæis, de qua Strab. lib. 16.

DARADVS {Δαράδης} Ptolemæo} Fluuius est Africæ, quem aliquot literis in fine abiectis Plinius Darat vocat, lib. 5. cap. 1.

DARAS, Fluuius in Cascandro insula, non procul ab Armozeis populis, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 25.

DARAT, Mauritaniæ fluuius, in quo crocodillos gigni, Plin. lib. 5. cap. 1.

DARDAE, Indiæ populi, auri fertilissimi, sicut Setæ argenti, de quibus mentio fit à Plin. lib. 6. cap. 19.

DARDANVS, pen. corr. {Δάρδανος} Electiæ Iouisque filius, fratrem habuit Iasium: quo interfecto, è Coritj sede Hetruriæ, quę nunc Cortona est, in Samothraciā venit, iram fugiens populorū. De quo Virg. 7. Æneis. -his ortus in agris

Dardanus Idęas Phrygiæ penetrauit ad vrbes, &c. Quem locum exponens Seruius, sic ait: Iupiter cum Electra Atlantis filia, Coriti regis Italię vxore concubuit. Sed ex Iouis semine natus est Dardanus: ex Coritj, Iasius. Dardanus profectus ad Phrygiam, Ilium condidit: Iasius verò Thraciam tenuit, vbi est Samos, quam hic Samothraciam nominauit. Nam Iunonis alia est Samos. Virg. 8. Æneidos,

Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & author. Tradit idē Seruius in 3. Æneid. Iasium à Dardano fuisse occisum. Vide eundem Seruium in 3. & 4. Æneid.

Dardania {Δαρδανία} à Dardano, vt scribit Strabo lib. 13. & Ouidius lib. 1. Tristium. & Virgil. 2. Æneidos,

Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ. Id est Troiæ: aut à Dardano Iouis & Electrę filio: aut secundum Sallustium, à rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit. Seruius. quem rursum vide in Virgil. 3. Æneid.
Author Troiæ Dardanus. Virg. 6. Æneid.
Crudelis Dardanus. Virg. 4. Æn. Id est Æneas. Verba sunt Didonis.

DARDANIA, Insula eadem cum Samothrace posteà dicta, vt ex Callimacho refert Plin. lib. 4. c. 12.

DARDANI, populi feri, Dassaretis finitimi, quibus Triballi læuo prætenduntur latere, & Mœsię gentes, à fronte iunguntur Medi ac Denseletę. Author Plin. lib. 4. cap. 1.

Dardanis, Dardanidis. pen. corr. {Δαρδανὶς} patronymicum f. g. vt Mares Dardanides. Ouid. 13. Metam.

Dardanides, Darnanidę. pen. cor. m. g. {Δαρδανίδης} patronimicum. Virg. 10. Æneidos, Dardanides contrà furit.
Dardanidę duri. Virg. 3. Æneid.
Dardanidæ magni genus alto à sanguine diuum. Virg. 5. Æneid.

Dardanius, Adiectiuum {Δαρδάνιος.} Plin. lib. 33. cap. 3, Cuius sceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatem per annulos fecit, vt habeant in lacertis iam pridem & viri quod è Dardanis venit: itaque & Dardanum vocabatur.
Aceſtes Dardanius. Vide ACESTES.

Dardanarius {Δαρδανάριος} ab Vlpiano vocatur qui annonā supprimit, vti demum carius vēdat. in l. annonam. D. de extraord. criminibus. Dicti autem Dardanarij à Dardano quodā contaminatissimo & profligatissimo mago. A quo etiam Dardaniæ artes, quæ à Colum. in Horto vocantur magicæ, At si (inquit) nulla valet medicina repellere pestem, Dardaniæ veniant artes. Huius Dardani meminit Plin. lib. 30. cap. 1.

DARDANIVM {Δαρδάνιον} Oppidum paruum in Rhœteo litore, LXX. stad. à Rhœteo oppido quoque dicto dictans, quæ duo in Troade visuntur, teste Plin. lib. 5. cap. 30.

DAREMAE, Troglodytarum populi. Plin. lib. 6. cap. 29.

DARES, huius Daretis, pen. prod. Phrygius historicus, scripsit bellum Troianum Græcè, in quo ipse militauit, vt ait Isidorus, primus ferè historicorum: qui tandem capto Ilio, cum Antenoris factione remansit, vt scribit Corn. Nepos, qui opus eius è Græco in Latinum sermonem cōuertit, dicaustque Sallustio. Est & Dares apud Virgilium lib. Æneid. 5, cum Entello congressus.

DARI {Δάριοι} Populi Indum fluuium accolentes, infra solitudines, de quibus vide Plin. lib. 6. cap. 20.

DARIAEVM, Locus inclitę fertilitatis in Zapauortene regione, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 16.

Darici stateres, Persis numisma erant. Quin & Athenienſibus sic vocabantur nummi quidam, qui ex auro cudebantur, in quibus mulæ cum curru videbantur effictæ. Vide Alex. Genial. dier. lib. 4. ca. 15.

Daricus {Δαρεικὸς} Numisma priscum, Darij imagine percussum, non Xerxis patris, sed antiquioris alterius. Daricos autem scribunt Authores adæquasse pretium eius, qui ab Athenienſibus dicebatur chrysos, id est aureus. Alij drachmas argenti habere viginti prodidere, vt darici quinquemnam facerent argenti. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 10. cap. 2.

DARIDAEVS, rex Persarum, tempore Apollonij Tyanæi, id est tempore Tiberij, Caij, & Claudij imperatorum, vt scribit Philostratus in eius vita.

DARIORIGVM {Δαριόριγον} Galliæ vrbs Ptolemæo: vulgò *Vannes.*

DARITIS, Regio, Arianæ pars à quibusdam existimata, I. M. pass. latitudine dimidio minore, quàm Indiæ. Vide Plin. lib. 6. cap. 23.

DARIVS, penult. prod. {Δαρεῖος} Rex Persarum, cui Xerxes successit. Ouid. in Ibin, Vtque necatorum Darij fraude secundi.

DARON, Oppidum in Arabico laterę Ægyptiorum, qui Psammetichū fugerunt. Author Plin. lib. 6. cap. 30.

Darſis {Δάρσις} Medicis Latinè loquētibus Excoriatio est, nempe quum membrana à partibus sibi subiectis resoluitur. Deductū verò nomē est à verbo *Dirigo*, quod excoriare significat. Gal. li. 8. de administ. anatomicis.

DARVENTIVS {Δαρούεντις} Fluuius. Strabo de Meduallis populis, & illorū montibus loquēs, Suprà verò, inquit, nōnullis in locis admodum cauis lacus est ingens, & fontes duo, non multum inter se distantes, è quorum altero amnis effunditur Daruentius nomine, per confragosa sese in Rhodanum loca præcipitans. Hæc ille lib. 4.

DARVERNVM {Δαρούερνον Ptolemæo} Britanniæ insulæ portus

vnde in Galliam traiicitur. Vulgò *Dober*.

DARVS {δάρυς} Pannoniæ inferioris, Id est Vngariæ fluuius, Ptolemæo: Draus aliis dicitur. Vulgò *Mora*.

DASCVSA {δασκουσα} Armeniæ insula, quæ abest à Simyra LXXV. M. passi. Vide Plin.lib.5.cap.24.

DASCYLOS {δασκύλος} Bithyniæ oppidum Plinio & Pomponio lib.1. Ptolemæus & Strabo Dascylium nominant, & iuxta lacum Dascylitium. Hodie *Diasquilo*, seu *Diasquilos*.

DASELIS, Oppidum inter Ægyptum & Æthiopiam, cuius meminit Plin.lib.6.cap.29. in descriptione sinus maris Rubri Troglodytici, &c.

Dasia, pen.prod. {δασύτης} Denſitas ſpiritus, & ſignum eſt vocalis aſpiratæ: quod hac nota formatur.

DASIBARI, Flumen Cyrenaicæ regionis, de quo Plin.lib.5.cap.5.

DASSARETAE, Thraciæ populi, quos à tergo Epiro iiſctos, Plin.ſcribit. De his Mela lib.2.in deſcriptione Thraciæ.

DASTACVM {δαστακόν} Caſtellum. Strabo lib.11, Caraonum campi, & Meſitina, ciuitatem nullam habent, ac caſtella in montibus munita, Azamora & Daſtacum, quod Carmala flumen circunfluit.

DASTIR {δάστηρ} Ciuitas in Ponto, de qua Strabo lib.12.

DASTYLVS, Fuit Gygis regis pater, teſte Herodoto lib.1. hiſtor

Daſumaianum Senatuſconſultũ eſt, quo ſubueniitur his, qui iuſta ex cauſa abſunt, vt nec libertas impediatur, nec libertus eripiatur his, qui fraude careãt. I. neque infantes. & I. nõ tantũ. D. de fideicommiſſ. lib.

Daſypus, pen.corr. huius daſypodis, pen.corr. {δασύπους.} Plin.lib.10. cap.63, Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuperfœtant ſicut lepores. A partu ſtatim implentur, concipiunt quanuis vbera ſiccante fœtu. Pariunt non cæcos. Idem lib. 8. cap. 55, Lepus omnium prædæ naſcens, ſolus præter daſypodem ſuperfœtat, aliud educans, aliud in vtero pilis veſtiunt, aliud impſume, aliud inchoatum gerens pariter. In quibus duobus locis (inquit Budæus) Plinius hallucinatus eſſe creditur, qui daſypodem & leporem diuerſa animalia eſſe putauerit, quum idem ſit. Thodorus certè daſypodem vbique leporem ex Ariſtotele vertit. Haſtenus Budæus. Plura qui cupiat, videat priores huius in Pandectas annotationes.

Dotarius, Datatim, Datio, Datiuus, Dato, Dator, Datus, Vide D. o, das.

Datihiatum, Thuris genus, quod rufum exit, Alexãdriæque naſcitur, authore Plin.lib.12.cap.14.

DATIS {δάτις} Dux quidam fuit Darij, cuius copias Miltiades in Marathone funditus deleuit, quum Lacedæmoniorum auxilia non expectaſſet, tardius ob Lunam rotundam profecta. Ex Strab. lib. Geogr.9. Meminit Herodot.lib.6.

Datiſmus {δατισμὸς} quum oratio profertur iiſdem numeris, & eodem modo cadit, à Date quodam Perſarum Satrapa, qui quũ vellet Græculus videri, exclamauit, ἰδὺ ἰδὺ, καὶ τύπτομαι, καὶ χαίρομαι, quum dicendum erat χαίρω. Cæl. Antiq. lib.16.c.13. Et Eraſm. prouerb. Datidis cãtilena.

Daucus {δαῦκος} Herba, de qua Plin. lib.25 cap.9. Dauci genera quatuor fecit Petronius Diodorus, quæ perſequi nihil attinet, quum ſint differentiæ duæ. ¶Daucus à quibuſdam vocatur paſtinaca ſylueſtris, Vide Matthiol. Seneuſ.

DAVELLI {δαυέλλοι} Aſiæ populi, Megabaris finitimi, vt ſcribit Plin. lib.6.cap.29.

DAVI & Getæ, frequens ſeruorum nomen apud Athenienſes. Quum enim Daci antea Dani dicerẽtur, ad Iſtri fontes bello ſubacti, Athenienſibus ſeruierunt, indéque ſeruile nomen Dani & Getæ poſteris reliquerunt. Ex Alex. Genial. dier. lib.3.cap.20.

DAVLIA, vel Daulis {δαυλὶς} Oppidum Phocidis, ſub ditione Terei regis Thracum. vnde Philomela dicitur Daulias auis Ouidio, Deſſet Threicium Daulias ales Itym.

Daulis, daulidis, Feſtum erat apud Argos, in quo fuit imitatio pugnæ Troæi in Acriſium, vt ſcribit Cæl. Rhod. lib.18.cap.17.

DAVLIS, Nymphæ nomen, Cephiſi filiæ, quæ vbi nomen dedit: quæ vel Terei & Philomelæ ac Progues fabula notiſſima eſt. Vide Pauſaniam in Phocaicis.

DAVLOTES, Fontis nomen in Arabia, vt apud Plin.lib.6.cap.28.

DAVNI {δαῦνοι} Italiæ populi, à Dauno duce Diomédis ſocero dicti. Horum oppidum eſt Salapia, Annibalis meretricio amore inclytum, vt ſcribit Plin.cap.11.l.b 3. Dauni nunc Siponto, Manfredonia, mons Garganus. Teſtis Oliuarius in Melam.

Apulus: Daunus. Horat 4.Carm.ode 14.

Daunius, Adiectiuum {δαυνιακὸς.} vt Regna Daunia apud Silium libro 8.& Dauniæ Camœnæ apud Horat.lib.4.Carm.ode 6.

DAVNIA {δαυνία} Apulia, à Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam propter domeſticam ſeditionem excedens patria, occupauit. Feſtus.

DAVNVS, Filius fuit Pilumni & Danaes, & auus Turni, qui in Apulia regnauit, à quo etiam regio illa Daunia dicta eſt. ¶Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia ſorore amata Turnum ſuſcepit. Virgil. lib. 12. -Dauni miſerere ſenectæ. ¶Eſt quoque fluuij nomen in Apulia. Vnde Horat. lib 3. Carm. ode 33.

Qua pauper aquæ Daunus agreſtium
Regnator populorũ, &c. Quia inopia aquæ ſiticuloſa eſt Apulia. Acron.

DAVRISES, Herodoto circa finem lib.6, Vnus ex Darij ducibus fortiſſimus, eiuſdémque gener, qui in inſidiis à Cariis cæſus eſt. Nonnulli legunt Dauriſer.

Dautia, quæ & Laucia dicimus, munuſcula quæ dantur legatis hoſpitij gratia. Feſtus. E D

De {δέ} Præpoſitio, ablatiuo caſui ſeruiens: quæ ſuo caſui ſemper præponitur. Aliquãdo interponitur inter ſubſtantiuũ & adiectiuũ elegantiæ cauſa. Cic. ad Atticum, lib.7, Nam id niſi graui de cauſa non feciſſet.

De nocte abire: Id eſt in nocte, vel per nocte: quod eſt nocturno tempore. Terent. Adelph.5.3, Vbi Donatus dicit abundare D E.

De nocte muſca exurrexi. Plaut. Rud.22.

De media nocte miſſus equitatus, nouiſſimum agmen conſequitur. Cæſar 7.bel.Gal.

De nocte vigilare. Cic. pro Murena, Vigilas tu de nocte, vt tuis Conſultoribus reſpondeas.

De die. Plaut. Aſin.10,
Ergo vna orationis pars de die dabitur mihi?

De die potitare. Plaut. Aſin.14.
Hunc potitare, illam expilare, iam emone.

De medio potare die. Horat.1.Serm.ſatyr.8.

De die viuere cum perditis. Cic. 2. Philip. Iamiam mirimè miror te otium perturbare, non modò vrbem odiſſe, ſed etiam lucem, cum perditiſſimis latronibus non ſolùm de die, ſed etiam in diem viuere.

De die, pro ſtatim. Terent. Adelph.5.9, -cum fide
Scortum adducere, apparare de die conuiuium,
Non mediocris hominis hæc ſunt officia.

De meo his præceptis nihil nouum appoſui. Plaut. Milit.12.

De tuo iſtuc addis. Plaut. Menæch.4.

De meo, de tuo, Aliter. Terent. Adelph.1.2,
Obſonat, potat, olet vnguenta de meo. Plaut. Bacchid.1,
Et ad eam operam facere ſumptum de tuo.

De ſuo fungi aliquo munere. Liu.4.ab Vrbe, Decerneret Senatus vt ſtipendium miles de publico acciperet, quum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet.

De alicuius ſententia peccare. Plaut. Bacchid.20,
Neque ego haud commitram, vt ſiquid peccatum ſiet,
Feciſſe dicas de mea ſententia.

De ſua ſententia in Albano monte triumphauit. Plin.Iun. de Viris illuſtribus.

De ſua ſententia aliquid comminiſci. Plaut. Capt.2.

De ſententia populi lectus Imperator. Liu.2.ab Vrbe, Imperatores ad id bellũ de omniũ populorũ ſententia lecti Accius Iulius & Cn. Ma. tius.

De communi ſententia aliquid conſtituere. Cic.3.Offic. Ne noſter quidem Gradianus officio boni viri functus eſt tum quumPrætor eſſet, collegáque Prætorum Trib.pleb. adhibuiſſent, vt res nummaria de communi ſententia conſtitueretur.

De ſententia alicuius dare, quod ſit ſatis ad aliquid agendum. Cic.2. de Finibus.

De meo conſilio. Cic.ad Attic.lib.6, Q. Cicero puer legit, vt opinor, certè epiſtolam inſcriptam patri ſuo, ſolet enim aperire, ídque de meo conſilio. Id eſt meo ſuaſu.

De mea voluntate. Cic.ad Attic.lib.4, Abiecta toga, ſe ad generi pedes abiecit: ille nocte ſibi poſtulauit, non concedebant. Remiſcebatur enim Cal. Ianuar. vix tamen de mea voluntate conceſſum eſt.

¶De, pro à. Cic. pro Sylla, Etenim de principio ſtuduit animus occurrere magnitudini criminis, ſatisfacere expectationi hominum. Horat 3.Carm.ode 6.

¶De, pro ab, teſte Nonio, Lucil.lib.25,
Solus iam vim de claſſe prohibuit Vulcaniam.

De ſiniſtra parte eruti dentes. Plin.lib.28.cap.8.

¶De eodem genere, pro eiuſdem generis. Cic.4.Tuſcul. Afflictio, deſperatio. & ſigua ſunt de genere eodem.

¶De, pro quantum pertinet ad. Terent.Hec.3.3,
Nam de reducenda, id verò neutiquam honeſtum eſſe arbitror.

¶De interdum, pro vel propter ſignificat. Terent. Eunuch.3.2,
-ecquid nos amas
De fidicina iſtac? Cic 3.Verr. Flebat vterque non de ſuo ſupplicio, ſed pater de filij morte, de patris filius.

Mittere legatos de pace. Cæſar 2.bel.Gall. Et lib.4. Idem lib.5. De deditione. Cic. in Bruto, De Rhodiorum præmiis.

¶De, pro poſt Plaut. Moſtel.9,
Non bonus eſt ſomnus homini de prandio.

¶De manu in manum. Cic. C. Cæſari imperatori lib.7, epiſt.5, Totum denique hominem tibi ita trado, de manu (vt aiunt) in manum tnam iſtam & victoria & fide præſtantem.

¶De menſe Decembri nauigare: D E abundat. Cic. ad Qu.fr. li.2.5.

¶De ſummo loco adoleſcens. Plaut. Aulul.3.
De ſummo loco, ſummó que genere filius. Plaut. Cap.2.
De ſummo loco diues. Plaut. Pœn.7.

¶De, pro ad: vt Ædificare de exemplo alterius. Plaut. Bacchid.1,
Et ad eam operam facere ſumptum de tuo.

¶De ſcripto dicere, Id eſt legendo. Cic. de Clar. Orat. Idem.10. Philipp. Ita enim dixiſti, & quidem de ſcripto (nam te inopia verbi lapſum putarem, niſi tuam in dicendo facultatem noſſem) literas Bruti rectè & ordine ſcriptas videri.

¶De cætero. Plin.lib.11.cap.26, De cætero, in ventre nihil eſt.

De cætero, pro in poſterum. Seneca de Ira 3, De cætero vide non tantum an verum ſit quod dicis: ſed an ille cui dicitur, ferre poſſit.

De cætero, pro poſthac. Paul. in I. nequis. D. de cuſtodia & exhibit. reor. Nam quum ſcierint ſibi quoque moleſtiæ futurum magiſtratum, ſi facilè ſoluerent vinctos: non indifferenter de cætero facient.

De regno, de rege ſanguinem fundere, Vide fundere ſanguinem in SANGVIS.

De-compacto rem aliquam agere. Plau. Capt.8. Vide COMPINGO.

De-improuiſo. Plaut. Aſin.7, Tantum adeſt boni de-improuiſo.

De-improuiſo in aliquem incidere. Cic. pro Roſc. Amer. In quos ſi qui ex acie fugerunt, de-improuiſo incidant.

De-improuiſo interuenire. Terent. Adelph.3.3.

De-induſtria. Plaut. Aſin.5,
-quod nolebam ac vetueram, de-induſtria
Fugiebatis. Cic 2.de Fin. Si aut de-induſtria facias vt, &c.
Ex animo, aut de-induſtria. Terent. And.4.5.

De-integro. Terent. Heaut.4.2,
Ratio de-integro ineunda eſt mihi. Idem Phorm.1.3.

De-integro incidere in morbum. Cic.ad Cornifi. lib.12.29.

Oriuntur de-integro. Cic.1. de Diuinat. Inditémque eadem quæ oriuntur, de-integro atque eodem occidunt.

De-integro creare Cenſores. Cic.4.Ver.

De-integro ſcribere. Cic.ad Attic.lib.13.

De-more. Plin.Iun. in Paneg. Tibi aſcedenti de-more Capitolium. Virg. Æneid.lib.7, -ſolito matrum de-more locuta eſt.

De-nihilo iraſci. Plaut. Trucul.16. Liu.4.bel.Macedon. Mali rem exempli

exempli eſſe, de-nihilo hoſpites corripi. Sic Plaut. Curc.8, Dicere iniuriam de-nihilo.

Non hoc de-nihilo eſt, quòd Laches nunc me conuentam eſſe expetiit. Terent. Hecyra, 5.1.

¶De-plano, id eſt ex æquo loco, veluti vnde magiſtratus in tribunal, quod editiore in loco poſitum erat, conſcendebant. Itaque De plano, & pro tribunali, opponuntur. Vlp.l.3.§.6.D. de bonor. poſſeſſ. Si cauſa cognita bonorum poſſeſſio detur, non alibi dabitur, quàm pro tribunali: quia neque decretum de-plano interponi, neque cauſa cognita bonorũ poſſeſſio alibi quàm pro tribunali dari poteſt. Item in l.2.§.1.D. Quis ord.in bon. Huc alludẽs Seneca lib.de Clemen.1: Hæc tamen, inquit, magnanimitas in bona fortuna latiorem locum habet, meliúſq; in tribunali, quàm in plano cognoſcitur. Hotoman.

De-præfatis exorare. Plaut. Epid.1.4.

De-procul aſpicere. Plaut. Perſa, 1.4.

De-proximo. Plaut. Aululatia,
Eam ego hodie faciam vt hic ſenex de-proximo ſibi vxorem poſcat.

De-reliquo. Cic.ad Att.lib.7, De-reliquo, neque hercule quid agã, nec quid actarus ſim, ſcio: ita, &c.

De-repente. Terent. Hecyra, 4.1, Ita corripuit de-repente tacitus ſeſe ad filiam. Cic. pro Ligario, Tu de-repente irrupiſtes, & clamare cœpiſtes, C. Cæſar caue credas, caue ignoſcas.

De-ſubito. Plaut. Capt.2, Conari de-ſubito nos agere tragœdiam.

De-ſuper. Plin.Iun. in Paneg. Nihil tamen gratius, nihil ſeculo diginius, quàm quod contigit de-ſuper intueri delatorum ſupina ora. Idem de Viris illuſtribus.

Iſtum de ſuperioribus penè ſolum legi. Cic. de Claris Orat.

De-tempore, Tépeſtiué. Hirtius de bello Hiſpanico, Ipſe de-tempore cœnauit.

De-tranſuerſo. Cic.ad Att.lib.15, Ecce autem de-tranſuerſo Lucius Cæſar, vt veniam ad ſe rogat. Idem 4. Academ.

¶De Terentia, quod mihi omne onus imponis, non cognoſco tuam in me diligentiam. Cic. Att.lib.12.

¶De, in compoſitione auget interdum: vt Dehiſcẽs, valde hiſcens, apud Virgilium: & Deamo, apud Terentium.

D E A

Dea, deæ {θεὰ, θεᾶς} fœminiuum à Deus: ablatiuo deabus. Virgilius 2. Æneidos, -nec vox hominem ſonat, ô dea certè.
Æquorea dea. Ouid.epiſt.18.
Auxiliaris. Ouid.9.Metam.
Celeres deæ. Ouid.2.Metam.
Clara dea, Iris. Stat.10. Thebaid.
Flaua dea, Ceres. Ouid.3.Amor.eleg.9.
Frugifera dea, Ceres. Claud.2.de Raptu Proſerp.
Idalia dea, Venus. Ouid.3.de Arte amandi.
Pallens dea, Aurora. Stat.6. Thebaid.
Pharetrata dea, Diana. Ouid.epiſt.19.
Princeps dearum, Iuno. Ouid.6. Faſt.
Roſea dea, Luna. Ouid.3.de Arte amandi.
Sæua dea. Ouid.epiſt.20.
Spicifera dea, Ceres. Seneca Herc. OEth.5.
Sacra triformis deæ, id eſt Hecates, quæ & Luna & Diana, & Proſerpina creditur eſſe. Ouid.7.Metam.
Vlrices deæ Erebi. Seneca Octauia, 17.

Deacinatus, penult.prod. Adiectiuum {ὑπερβατικὸς.} vt Deacinata dolia, à quibus abſterſi ſunt acini. Cato cap.26, Vbi erit lectum, poſt dies triginta, ſi bene deacinata erunt dolia, oblinito.

Deactio, Peractio. Feſtus.

Dealbo, dealbas {λευκαίνω} dealbare, Album facere: vel potius tectorium inducere. Curtius ad Ciceronem, lib.7.30, Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Dealbatus, Participium. Cic.3.Verr. Omnes illæ columnæ, quas dealbatas videris.

Deambulo, deambulas, penult.corr. {περιπατέω} deambulare, Spatiari. Cicero 1.de Legibus, Quin pergimus igitur ad illa ſpatia noſtra, ſedéſque, vbi quum ſatis erit deambulatum, requieſcemus? Legitur & ambulatum in emendatioribus cod. Cato cap.127, Et ſaliat decies, & deambulet.

Deambulare, cum accuſatiuo. Seneca de Remedio fortuitorum, Multa quum deambulaueris, demum redeundum eſt. Subauditur ſpatia.

Ire deambulatum. Cicero 2.de Oratore, Idem quum cuidam diciſſet, Eamus deambulatum: & ille, Quid opus fuit de3imò verò, inquit, Quid opus fuit te?

Deambulatio, Verbale {περίπατος.} Terentius Heaut.4.6, Vel me hæc deambulatio, quàm non laboriosa ad languorem dedit.

Deambulatorium {περίπατος} Locus in quo deambulamus. Sipontin.

Deamo, deamas, penult.corr. {ὑπερφιλέω} deamare, Valde amare. Terentius Heaut.

Næ ego ſum fortunatus: deamo te Syre.

Deargentaſſere, Verbum obſoletum. Lucilius libro 26, Depeculaſſere aliqua ſperans me, ac deargentaſſere, de calauricare eburno ſpeculo. Nonius.

Dearmatus {ἀφοπλισθὶς} exercitus. Liu.4.ab Vrbe, Conſul triumphans in vrbem redit, Ciuilio Volſcorum duce ante currum ducto, prælatiſque ſpoliis, quibus dearmatum exercitum hoſtium ſub iugum miſerat. Id eſt, cui ablata fuerant arma.

Deartuare {ἐξαρθρῶ} Quaſi per artus cõcidere, inquit Nonius. Plautus Capt.11, Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus ſum miſer Sceleſti hominis technis.

Deartuare opes, per tranſlationem dixit Plaut. in Capt.12.

Deauro, as {χρυσόω} Inauro, auro tego. Vnde deauratus.

D E B

Debacchor, debaccharis {παροινέομαι} debacchari, Præ ebrietate valde furere. Terentius Adelph.2.1, Si ſatis iam debacchatus es leno, audi ſi vis nunc iam. s. Egone debacchatus ſum in te, an tu in me?

Quædam exemplaria legunt bacchatus.

Qua parte debacchentur ignes, Horat.3.Carm.ode 3.

DEBAE, populi ſunt Arabiæ felicis, proximi Sabæis, ex genere Nomadum. Horum regionem flumen interlabitur, quod teſte Strab.lib. 16, auri ſtrigilem defert. Meminit huius Propertius: ſed hic Debatas non Debas vocat, lib.4.eleg.5,

Si te Boa iuuat, Debatarúmque aurea ripa, &c.

Debellare {πολεμήσας νικῶ} Expugnare. Plinius lib.6.cap. 13, Darium Alexander debellauit. Virg.6.Æneid. Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Debellatus vi hoſtis. Liu.8.ab Vrbe. Id eſt Victus.

Tyrannus debellatus. Claud.7.Paneg.

Debellatum eſt cum Græcis, Id eſt finitum eſt bellum. Liuius 8.ab Vrbe. Sic 8. belli Macedon. Quod cum Antiocho vno prælio debellatum eſſet.

Debellato {κατακρατησάντος} vice aduerbij. Liuius 10. belli Punici. Idem 6. belli Punici, Quod niſi manente in prouincia bello non decerneretur, eum quaſi debellato triumphare, cum exercitus teſtis, &c.

Debellandus, Participium {κατακρατεῖν δυνάμενος} Virg.5.Æneidos, -gens dura, atque aſpera cultu
Debellanda tibi Latio eſt.

Debellator, penult.prod. Verbale {κατακρατητὴς.} vt Cruenti gurgitis debellator, apud Statium lib.9. Thebaid.

Debeo, debes, debui, debitum, penult.corr. {ὀφείλω, ὀφλισκάνω, χρεωφείλω, μέλλω} debere, notæ ſignificationis. Terent. Andr.4.1, Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo. Cic. Planc. lib.10. 12, Perſice vt ne minus Reſp. tibi, quàm tu Reip. debeas.

Calendis Ianuarij debuit, adhuc non ſoluit. Cic. Att. lib.14.

Quantum debeo? Cic. Att.lib. 5.10, Quid vos? quantum inquam debetis? Reſpondent, CVI. Subaudi talenta.

Priuatim debere. Cic. pro Quinctio, Neque interea verbum vllum interpoſuit Næuius, aut ſocietatem ſibi quidpiam debere, aut priuatim Quintium debuiſſe.

Amorem & omnia in aliquem ſumma & ſingularia ſtudia & animum debere. Cic. Lent. lib.1.9.

Animam debet. Vide ANIMA.

Animum debere ipſi patriæ. Cicero pro Flacco, Semper ita ſentiet talem ſe animum & generis dignitati, & pietati ſuæ, & patriæ debuiſſe.

Beneficium ſummum alicui debere. Cic.1.de Orat.

Fatum ſuum debere alicui, Id eſt acceptum referre alicui quòd vel viuat, vel iam moriatur, vel benè, vel malè agat. Stat.5. Thebaid.

Debeo tibi hanc fidem. Plin.Iun.lib.2.epiſt.8.

Fides communis omnibus debetur. Cic. Q. fratri, lib.1.1.

Gratiam debere alicui. Cic.2.de Finib.

Diuini honores pro diuinis meritis alicui debentur. Cicero 4. Philipp.

Laudem alicui debere. Cic. Att. lib 1.9.

Malum alicui pro ſceleribus debetur. Cic.3.Verr.

Miſericordia tibi nulla debetur. Cic.1.in Catil.

Multos nummos alicui debere. Cic. Att. lib.11.

Oculos debere alicui. Catul. epigr.77.

Debere alicui pecuniam. Cic. pro Quinctio.

Pecuniam grandem alicui debere. Cic. Silio, libro 13.62, Eius filio mirè ſtudioſo & erudito & modeſto pecuniam Nicæenſes grandem debent ad HS. octogies.

Pecunia debetur alicui ex. Cic. Appio, lib.3.5, Dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur. Idem pro Cecinna, Quum præſertim pecunia ex partitione deberetur.

Pecuniam debere pro. Cicero 2. Philipp. Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro ſectione debebas.

Pecunia cœpta eſt deberi. Cic.1. de Orat. Antè petitam eſſe pecuniam, quàm eſſet cœpta deberi.

Pœna tanto facinori debetur. Cic. in Piſonem.

Satisdato debere. Cic. Att. lib.16.

Supplicia debentur hoſtibus victis. Cic.7.Verr.

Vitam tibi debere fatetur. Ouid. de Ponto, 4.eleg.5.

Vitam armis debere. Claud. Paneg.3.

¶Debeo tibi, ſine accuſatiuo. Cic. ad Lentulum, lib.1.epiſt.1, Nos in cauſa eò authoritatem minorem habemus, quòd tibi debemus. Id eſt ſumus tibi obligati, aut debitores tui ſumus.

Debeam Credo iſti quicquam furcifero, ſi id fecerim. Terentius Eunuch.5.2.

Maximè debere & plurimum poſſe iuuare. Cicero Lentulo, libro 1.7, Qui te & maximè debeurunt, & plurimum iuuare potuerunt.

Cupere debere omnia alicuius cauſa. Vide CVPIO.

Magnopere debere alicui. Cic. pro Plancio, Ei me dedam cui nihil magnopere debeam.

Id noſtræ neceſſitudini debere me iudico. Cicero pro Plancio libro 10.12.

Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt. Brutus Ciceroni, lib.11.1.

¶Debetis velle quæ velimus. Plaut. Amphit.3.

Nihil debere cæleſtibus, pro mortuum eſſe. Qui enim viuunt, obnoxij ſunt ſuperis diis: mortui extra eorũ ditionem ſunt, & in aliorum ius conditionémq; concedunt: qui autem alicui obnoxius eſt, qui alicuius imperio paret, is ei aliquid debet. Virgilius,

Nos iuuenem exanimum, & nil iam cæleſtibus vllis
Debentem, vano mœſti comitamur honore. Turnebus.

Debuit noſſe, pro decebat. Cic. pro Cluent. Plin. Neſcio an minoris hominem, quanquam noſſe debes, Id eſt, veriſimile eſt te hũc noſſe, quum ſit tot notis nobilis. Budæus.

Quantum eſſet quod deberet accedere, Id eſt quod addi oporteret. Cic. de Vniuerſitate.

¶Debere, eſt iure aliquo teneri ad aliquid vel dandum, vel faciendum. Cic. in paradox. Tu poſſe te dicito, quãdoquidem potes, debere

ne dixeris,quoniã nihil quisquã debet,nisi quod est turpe nõ reddere.
Debere tibi non possum. Cic.Attic.lib.4.epist.2. de ea oratione loquens quam pro Domo sua habuit ad Pontifices : Itaque oratio iuuentuti nostræ deberi non potest. Hoc est edenda est, quia flagitari à iuuentute video.
¶Deberur inuentio rei alicuius illi. Plin. lib.18.cap.7. Id est, attribui debet:hoc est inuenit.
Debebitur. Cato cap.144.Pro eo nemo soluet,neque debebitur.
Sua cuique virtutis laus propria debetur. Cic.2. de Orat.
Corpora debentur fato. Virg.6.Æneid.
Vita necessitati debetur. Cic.pro Sextio.
¶Debeo,pro possum. Cic. Att.lib.8.epist.16,Neque enim suspicari debui , quod epistola superiore dixerat:Suspicione assequi non potui.
Debens,debentis {ὀφείλων} Participium.vt,
Dies longa videtur opus debentibus , id est obligatis ad aliquod opus singulis diebus exhibendum. Horat.1.epist.1.
Debitus,penult.corr.participium {ὀφειλόμενος.} Cic.pro Sextio,lib.5.17.
De tuo autem filio vereor , ne si nihil ad te scripserim , debitum eius virtuti videar testimonium non cepisse.
Meritam debitámque gratiam alicui referre. Cic.3.de Orat.
Mors naturæ debita. Cic.14.Philipp.
Meritos alicui honores & debitos decernere. Cic.7.Philipp.
Debito officio fungi. Cic.3. Tuscul.
Iandiu debitum necessitudini officium reddere. Cicero Licinio, libro 5.8.
Iandiu debitam alicui pecuniam soluere. Cic.pro Flacco.
Pietate debita fratres colam. Seneca Hippol.5.
Ferre pœnas debitas. Seneca OEdip.12.
Iustas & debitas pœnas soluere. Cic.pro Milone.
Reddere præmia debita. Virg.2.Æneid.
Cælo debita progenies. Claud.in Gigantomach.
Vita alicuius multis suppliciis iustis debitísque erepta. Cic.1.Catil.
Debitum, penult. corr. Substantiuum {ὀφείλημα, χρέος, ὄφλημα} Id quod debetur. Cic. ad Q.frat.lib. 1.2, prius quàm Fundanio debitum solutum esset.
Consectari debita. Cic. Att.lib.13, Ne existimes,eos,qui non debita consectari soleant,quod debeatur remissuros.
Exigere debitum. Seneca Thébaid.1.
Fraudari debito. Cic.in Orat.
Debito vitæ liberari. Vide VITA.
Retribuere debitum. Cic. Antequam iret in exilium, Fidei conducit,in loco debitum retribuere.
Soluere alicui debitum. Cic.Q.frat.lib.1.2.
Debitor,penult.corr. {ὀφειλέτης, χρεώστης, ὀφλέτης} Verbale. propriè (vt Modestinus ait) is dicitur à quo inuito exigi pecunia potest. Plin. Iunior in Paneg. Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.
Debitor numerosus. Martial.lib.5,
Et seruit dominæ numerosus debitor arcæ. Id est multi debitores.
Æris debitor. Horat.1.Serm.sat.2.
Leuior plaga ab amico quàm à debitore. Cic. Papirio,lib.9.16.
Creditorem debitoribus addicere. Cic.in Pisonẽ, Vltro Fusidium Equitem Romanum hominem ornatissimum creditorem debitoribus addixisti.
Debitoribus creditas pecunias condonare. Cic.2.Offic.
¶Dimittere debitorem , pro Remittere debitum, & acceptilatione debitorem liberare. Vlp.l.4. D. de decret. ab ordin. faciend. Ambitiosa decreta decurionum rescindi debent,siue aliquem debitorem dimiserint,siue largiti sint.
Interpellare debitorem. Vide INTERPELLO.
Perpetuus animæ debitor. Ouid.1. Trist.eleg.4.
Vitæ debitor. Ouid.4.de Ponto,eleg.1.
Debitrix,penult. corr. Verbale f.g. Vlp.in l. Quanuis pignoris datio. D. ad Senatusc. Velleian. Quasi debitrix delegetur. Paul.eod.tit.l.Debitrix mulier.
Debitio, Verbale f.g. {ὄφλημα} Idem quod debitum. Cic.ad Att.lib.14, Quintus autem de emendo nihil curat hoc tempore : satis enim torquetur debitione dotis. Facto enim diuortio cũ Pomponia, Attici sorore,dotẽ reddere Q. Cicero cogebatur. Sic apud eundẽ pro Planc. Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ. Vide Gellium lib.1.cap.4.
Debibo,bis,penult.corr.debibere. Solnus cap.12, Quorum alterum si omnillum pecus debibat,&c.
Debilis,& hoc debile.penult.corr.notæ significationis {ἀδύνατος, ἀμήχανος, ἀσθενής.} Terent.Adelph.4.4,Membra metu debilia sunt.
Infirmus ac debilis. Cic.3.in Catil.Infirmos sine illo ac debiles fore putabam.
Imbecillis ac debilis senex. Cic.pro Sextio.
Humero, lumbis,coxa debilis. Iuuen.sat.10.
Mancus & membris omnibus captus ac debilis. Cic. pro Rabirio Perduel.
Mancus & debilis magistratus. Cic.pro Mil. Occurrebat,mãcam ac debilem Prætoram suam futuram Consule Milone. De Clodio.
Debile & Firmum,contraria. Cic.pro Murena.
Debilis aliqua parte animi. Cic.de Claris Orat.
Senex & debilis. Cic.8.Philipp.
Sexus debilior. Claud.in lib.epigram.42.
Vires equitum debiles. Cic.pro Milone.
Debilito,debilitas, penult.corr. {ἀδύνω,ἀσθένεια,ἀμηχανία} debilitare. Cic.de Amic. Nec debilitari animos,aut cadere patitur.
Me dolor debilitat,includítque vocem. Cic.pro Rabir.Posth.
Onus debilitat me. Ouid.2. Tristium,
At si me iubeas domitos Iouis igne Gigantes
Dicere:conantem debilitabit onus.
Membra debilitant lapidibus,fustibus,ferro. Cic.pro Flacco.
Actio causæ debilitatur. Cic.pro Deiot. Quæ quoniam angustiora parietes faciunt, actióque causæ maximè debilitatur loco,tuum,&c.

Affligunt animos,& debilitant metu. Cic.4. Tuscul.
Audaciam alicuius debilitare & comprimere. Cic.pro Murena.
Debilitantur cogitationes inimicorum & proditorum. Cicero ad Lentulum,lib.1.6.
Consensus populi debilitatur. Cic.8.Philip. Consensus Pop.Rom. qui iã descendit in causam,si nos lãguescimus,debiliterur necesse est.
Debilitare & reprimere furores aliquorum. Cic.in Vatinium. Quæ leges sæpenumero Tribunitios furores debilitarunt & repressérunt.
Dolor patientiam debilitat. Cic.5. Tuscul.
Debilitat spem meam tua profectio. Cic.ad Att.lib.5.
Studia amicorum debilitare. Cic.pro Murena. Id est minuere.
Debilitari ac frangi viribus. Cic.pro Marcel. Nulla est enim tanta vis,tanta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangíque possit.
Virtutem alicuius debilitare. Cic.5.Philipp. Vtrum hoc est confirmare militum animos,an debilitare virtutem?
Vocem fletu debilitare. Cic. pro Cælio, Sed enim hæc facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio & vocem meam fletu debilitauit, & mentem dolore impediuit.
¶Debilitari,passiuè. vt Debilitari morbo. Celsus lib.1.cap.8. Cic.2. de Finib. Turpe esse viro debilitari,dolore,frangi,succumbere.
Frangi & debilitari molestia non oportet. Cic.Q.frat.lib.1.1.
Debilitor lacrymis. Cic. Terentiæ,lib.14.3.
Infringitur ac debilitatur magistratus. Cic. 1. de Orat. Drusiique Tribunatus pro Senatus authoritate susceptus, infringi iam ac debilitari videretur.
Debilitatus, penult.prod. Participium {ἀδυνατῶν,ἀσθενούμενος} vt Debilitatus stupris. Cic.2.in Catil.
Afflictus,debilitatus mœrens. Cic.2.de Orat.
Debilitatus atque abiectus. Cic.3.Catil. Recitatis literis debilitatus atque abiectus conscientia repentè conticuit.
Animo debilitatus. Cic. Bruto.9.3, Minimè decet,propter quem fortiores cæteri fumus,eum ipsum animo debilitatum videri.
Desperatione debilitatus. Cic.in Orat. Vereor ne,&c. tardem studia multorum qui desperatione debilitati, experiri id nolent,quod se assequi posse d.ffidant.
Multis vulneribus acceptis , ac debilitato corpore & contrucidato,se abiecit exanimatus. Cic.pro Sextio.
Fractus ac debilitatus metu. Cic.1.de Orat.
Inermem & debilitatum aliquem opprimere. Cic.pro Murena.
Victus & debilitatus obiecta specie voluptatis. Cic.1.de Finibus.
Periculis circunclusus & debilitatus. Cic.2.in Catil. Nunc si L.Catilina consiliis, laboribus,periculis meis circunclusus ac debilitatus fubitò pertimuerit,&c.
Ciuitas fracta malis, muta, debilitata,abiecta metu. Cic.pro Domo sua.
Præcipitans & debilitatus magistratus aliquis. Cicero pro Domo sua , In tuo præcipitante iam & debilitato Tribunatu , auspiciorum patronus subitò extitisti.
Illa naufragorum eiecta ac debilitata manus. Cic.2.in Catil.
Nomen Græciæ iam fractum propè ac debilitatum. Cic.pro Flac.
Veritas debilitata multis incommodis. Cic. pro Quint. Vt multis incommodis veritas debilitata,tandem æquitate talium virorum recreetur.
Virtus debilitata,animus fractus. Cic.Post redit.ad Quirites.
Vrbs soluta ac debilitata. Cic.2.de Lege Agraria, Quòd neruis vrbis omnibus exectis,vrbem ipsam solutã ac debilitatam reliquerunt.
¶A iure cognoscendo debilitatus. Cic.2. de Orat. Debilitati à iure cognoscendo,voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiiceremus. Id est, deterriti à iure cognoscendo.metus enim debilitat.
Debilitas,penult.corr.debilitatis {ἀδύνεια.} Plin.lib.17.cap.24, Quibusdam debilitas sterilitatem,non necem affert.
Animi debilitas. Cic.1.de Finibus, Ob eámque debilitatem animi multi parentes reliquerunt,&c.
Tarditas ingenij,stupor debilitásque linguæ. Cic.in Pisonem.
Bonum integritas corporis,misera debilitas. Cic.5.de Fin.
Debilitatio {ἀδύναμια.} Cic.in Pisonem, Quid debilitatio,atque abiectio animi tui?
Debiliter, aduerbium antiquum, Debilitatè,inquit Nonius. Pacuuius, Miserent me, lacrymis lingua debiliter stupet.
Debilo,debilonis, pro debili dixerunt veteres. Ennius, Debilo homo. Sipontinus.
Debitio.Debitor.Debitrix.Debitum,Debitus, Vide DEBEO.
Deblatero,deblteras,penultima correpta {καταβλάπτω} deblaterare, Est stultè loqui,inquit Festus.nam βλάξας,stultos vocãt Græci. Nonius verò deblaterare, Obloqui & confingere interpretatur. Plautus Aulularia,8.1, Vbi tu es quæ deblaterasti iam vicinis omnibus Me meæ filiæ daturum dotem? Lucil. lib.30, Deblaterat plenus,bonus, rusticus concinit vnã. Gell.lib.9.cap.15,Deblaterauis versuum multis milibus.
DEBRIS,Garamantum oppidum,affuso fonte,à medio die ad mediam noctem aquis feruentibus,totidémque horis ad medium diẽ rigentibus. Verba sunt Plin.lib.5.cap.item 5.
Debuccino,as,penul.corr.debuccinare,pro Buccinare vsus est Tertulianus De velandis virginibus.

D E C

DEC. Decius, Decurio. DE. Defunctus. DEC. DEC. Decem Decani, Decreto Decurionum. DE. vel DEDIC. Dedicata. DES. Designatus,Designauit. DEST. Destinato.
Deca,Græcè δεκὰ , Latinè decem dicitur.
Decachinari {κατακρημνίσαι} Est deridere, vt est apud Tertulianum.
Decachordum {δεκάχορδον} instrumentum musicum , decem chordas habens.
Decacumino , decacuminas , penult. corr. {βλακολογέω} decacuminare, Cacumen præcidere,& cacumine priuare. Columel.lib.5.cap.6. Idem lib.6 , Potest etiam vlmus sic disponi , vt adhuc tenera decacuminetur

minetur,ne altitudinem quindecim pedum excedat.
Decacuminatio {βλακολογία} Verbale. Plin.lib.17.cap.24,Similem & decacuminatio rationem habet,cupressi,picea,cedri.
Decadorus {δεκάδωρος} Longus decem palmis.
Decaduchus {δεκάδουχος} Decemuir. Erant magistratus Athenis, post exactos Tyrannos,qui Remp.administrabant,eorum vnusquisque Decaduchus vocabatur. Vide Alexandrum Genial.dier.libro 3. capite 16.
DECAENEVS {δεκαέτης} Byrebistæ regis Getarum consiliarius, quo tempore Cæsar aduersus illum instruxit exercitum , qui tanto præditus erat honore , vt inter Getas Dei nomen assequeretur. Id autem quomodo fieret , vndéque ortum habuerit, & alibi diximus,& apud Strab.reperies lib.7.
DECIETAE {δεκιήται} Liguriæ populi. Strab.lib.4, Hisce duabus nationibus Ligurum,quas antè dixi,Polybius vnam Oxybiorum,& alteram Deciatarum adiungit.
Decalauticare, obsoletum verbum apud Lucilium lib.26,Decalauticare eburno speculo. Meminit Nonius
Decalicatum {ὑποπεπαλιγμένον} Calce litum. Festus.
Decalitron {δεκάλιτρον} Stater erat Corinthius , obolorum decem. Cæl.Rhodig.lib.10.cap.2.
Decalogus,pen.corr. {δεκάλογος} Decem præcepta continens.
DECAMNICHVS {δεκάμυχος} Archelai aulicus quidam fuit, qui quum oris graueolentiam Euripidi obiecisset , excanduit poeta maledicto grauius , querelásque apud regem deposuit. Is verò , vt qui Euripidem amplius amaret , illíque afficeretur plurimum , Decamnichum in eius arbitrio posuit , in quem prout veller , plagis desæuiret. Qua tam insigni iniuria accepta , bilem non substrinxit Decamnichus, sed in Archelaum grassantibus ducem se præbuit , ac necis illius causa extitit grauissima. Ex Cæl.Rhodig.lib.24.cap.10.
Decani {δεκάνοι} Dicti sunt in exercitu , qui decem militibus præerant : alio nomine Caput contubernij dicti. Apud Ecclesiasticos dignitatis nomen Decanatus. Vide Alciatum in l.non plures. C.de sacrosanctis ecclesiis.
¶Decani erant collegiati, seu artifices quidam, ad quos cura libitinæ pertinebat, id est exequias , sepulturámque procurandi , ferebant item atque lecticas ferendi. Eligebantur autẽ ex vrbis fæce, & in collegia seu decanias distinguebantur, variis donati priuilegiis. Nouel. de offic. §. Eapropter. Const. 43. Et Nouel. de exequ.5. Inde adeò. Constit.59.l.4.& l.sub præcxtu. C.de sacrosc.eccles.
Decanto,decantas,decantare {αἰσχρολόγος, κυρίττω} Idem quod Cantare & celebrare. Cic.3. Tuscul.Hæc omnia vidisse & iam decantauerant fortasse. Idem 2.de Orat. Nec mihi opus est Græco aliquo doctore,qui mihi peruulgata præcepta decanter.
Miserabileis decantare elegos. Horat.1.Carm.ode 33.
¶Decantare pro Loquitari & blaterare, posuit Quintil. in lib. 12, Quum multa quæ neque ad Iudicem , neque ad Litigatorem pertineant,decantauerunt.bene comitati per forum reducũtur. Budæus. Isidem de rebus semper quasi dictata decantare. Cic.4.de Finib.
Decantatus,a,um {καταπεπλασμένος} Adiectiuũ ex participio. Cic.2.de Orat. Omnes causas diligẽtes, memores, & sobrij oratores percursas animo & propè decantatas habere debent.
Decaphoron, penult. corr. {δεκάφορον} Lectica, quæ fertur à decem hominibus,sicut Hexaphoron,quæ à sex. Sipontinus.
DECAPOLIS, penult. corr.Iudææ regio est decem vrbium trans Iordanem:hanc multi Cæsaream esse dixerunt. Plin.lib.5.cap.18.
Decaproti,penult.prod. {δεκάπρωτοι} Qui funguntur munere decaprotiæ:quos Cicero Decemprimos appellat. Vtpianus in l.Et qui. D. de Muneribus & Honor. Decaprotos minores etiã annis XXV. fieri iampridem placuit. Arcadius eod.tit.l. vlt. Mista munera sunt decaprotię,icosaprotiæ:vt Herẽnius Modestinus & notando & disputando bene & optima ratione decreuit.Nam decaproti & icosaproti tributa exigentes & corporale ministerium gerunt , & pro muneribus defunctorum fiscalia detrimenta refarciunt.
Decapulo,decapulas,penult.corr. decapulare, Enacuare,deplere. De oleo dicitur.Plin.lib.15.cap.6,Quare sæpius die decapulandum. Vide CAPVLO, capulas.
Decarchia {δεκαρχία} Decemuirorum imperium apud Lacedæmonios,qui singulis ciuitatibus decem præficiebant viros.
Decatones,Decatetæ,& Decatelogi dicuntur,qui decimas exigunt & colligunt. Vnde apud Abydenos decauterium legitur, quod nauli habebatur genus. Author Cælius Antiqu.lect.lib.22.cap.14.
Decarchos {δεκάρχης} is dicitur , qui decem præest militibus , inquit Valla lib.6.
Decas , decadis , penultima correpta {δέκας} significat aliquid decenarium numerum continens. Hinc T. Liuius libros suos Decades nuncupauit : quòd decem volumina singulæ continerent. Sipontinus. ¶Decas item domus vocatur carceris in qua cõdemnatos suffocare solebant, vt author est Plutarchus, & Alexand. Alexandrinus lib.3.cap.5.
Decaulescо, decaulescis, decaulescere {κανλόω} Emittere caules. Plinius lib.19.cap.7, Raphanus vtique iucundior detractis foliis ante quàm decaulescat.
DECEATES, Populi Liguriæ. Plin.lib.3.cap.5,Ligurum celeberrimi vltra alpes Sallyi,Deceates,Oxybij.
Decedo, decedis, penultima prod.decessi, decessum {κατοχωρίσω,ὑπεξαγαγεῖν} decedere,Est discedere. Cic.in Pisonem, Altera ratio, quòd ij quos in prouincia liberalitatis & virtutis suæ testes habuerat, nondum decesserant. Est igitur Decedere , ei qui successor missus est, cedere.
Decedamus hinc.Plaut.Bacchid.1,
Hic nescio quid turbæ est;quin hinc decedimus?
Decedere ex agris , ex decreto alicuius. Cic. pro Fonteio, Dicunt contra,quibus inuitissimis imperatum est:dicunt qui ex agris ex Cn. Pompei decreto decedere sunt coacti.
Decedere alicui.Plaut.Amphit.12,

Nam mihi quidem hercle qui minus liceat deo minitarier
Populo,ni decedat mihi,quàm seruolo in comœdiis?
Decedere alicui,pro Auersari aliquem. Cæsar bel.Gall.lib.6.vbi de Druidibus, Quibus ita interdictum est,iis omnes decedunt, adium sermonémque defugiunt. Id est via decedunt. Budæus. Alij legunt, ab iis omnes discedunt.
De suis bonis decedere. Cic.4.Verr. Verum Prætor imperet,víque cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere,an &c.
De curriculo vitæ decedere. Vide CVRRICVLVM.
A superioribus decretis decedere. Cicero pro Flacco , Cognosce quid me Consule Senatus decreuerit , quum quidem nihil à superioribus continuorum annorum decretis decesserit.
Decedere fide. Liu.4.bel.Maced. Potuisse se extra id periculum esse,si decedere fide,si coniurare cum cæteris voluissent.
Furori aliquorũ decedere. Cic. Antequam iret in exil. Id est cedere.
Decedere instituto suo. Id est aliter agere (inquit Budæus) quàm quis solitus sit. Liuius 7.bel.Maced. Esset deliberatio anceps ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis , aut decedereteis instituto vestro.
Decedere itinere,per metaphoram. Plin.Iun.epist.2.lib.1.
Decedere de suo iure, Est non sumno iure agere , aliquid sui condonare comiter. Cicero 2.Offic. Est enim non modò liberale,paululum nõnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. Idem pro Roscio Amerino, Esto, causam proferre non potes, tametsi statim vicisse debeo, tamẽ de meo iure decedam: & tibi quod in alia causa non concederem, in hac concedam , fretus huius innocentia. Hæc Budæus.
Decedere iure suo. Liuius lib.3. ab Vrbe, Decessíque iure suo , vt demptum de vi magistratus,populi libertati adiiceret. Vulgò dicunt, *Præterire ius.* Hæc Budæus.
Recto limite decedit. Stat.2. Thebaid.
Loco decedere. Tacit.lib.3.
Decedere de suo more,pro Mores mutare. Cicero 4.Verr.Nónne hoc indicant , tantas esse iniurias , vt multo maluerint de suo more decedere,quàm de tuis moribus non dicere?
Seræ meminit decedere nocti. Virg.eclog.8.
Decedere officio, vel de officio, Est contrà quàm decet atque officiosum est,aliquid agere. Cic.in Verrem , Quid faceres pro homine innocente & propinquo, quum propter hominem perditissimum atque alienissimum,de officio decesseris? Liu.Decad.3.lib.7, Eas quoque colonias quæ officio decessissent. Hæc Budæus.
Ab officio decedere. Liu.lib.6.Decad.
Possessione decedere , vel de possessione. Vlpianus in l. si finita. 15.§.siquis.D.de damno infecto : Siquis in possessionem missus,nondum possidere iussus sit, an dominus decedere de possessione debeat, videamus,&c.
De possessione decedere. Cic.2.de Lege Agrar.
Prouincia decedere. Cic.pro Ligario.
Decedere de prouincia,& ex prouincia. Cic.Cælio,lib.2.10,Itaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere.
Regnis decedere, pro priuari regno vel imperio. Sil.lib.17.
Sententia decedere. Tacit.lib.13, Non ideo aut Consules mutauere relationem,aut Thrasea decessit sententia.
De sententia decedere. Cic. pro Corn. Balbo, Qui de ciuitate decedere,quàm de sententia maluit.
Spatio decedere. Lucret.lib.2.
Decedere via. Plaut.Amphit.12,
Quamobrem mihi magis par est via decedere & concedere. Et Quintil.lib.4,Decedere via dicendi.
Decessit via errabundus. Suetonius in Cæsare. Et cum luminibus extinct.s decessit via diu errabundus , tandem ad lucem duce reperto per angustissimos tramites pedibus euasit.
Decedere de via. Plaut. Amphit.12,
Concedite , atque absc.edite omnes , de via decedite. Cicero pro Cluentio , Si inuitauerit , id quod solet, sic hominem accipiemus, vt molestè ferat,se de via decessisse.
Decedere alicui de via. Plaut. Trinum.6,
Non tibi dicam dolo,decedam ego illi
De via,de semita,de honore populi.
De vita decedere. Cic.pro Rabir.perduel.reo. Id est mori.
¶Decedet hæc ira. Terent.Hecyra,3.5,
Decedet iam ira hæc,etsi meritò iratus est.
Decessit cura ea patribus. Liu.9. ab Vrbe, Profligato ferè Samnitium bello,prius quàm ea cura decederet patribus Romanis,Hetrusci belli fama exorta est.
Nihil decedet de summa. Terent.Adelph.5.3.
Decedit febris. Cels.lib.3.cap.3.
Decedit hoc opibus. Liuius 3.ab Vrbe.
Decedit periculum de causa eius. Cicero pro Cluentio, Quod iam intelligetis , an vt de causa eius , periculi nihil decederet , ad causam nouum crimen accederet?
Decedunt vires. Liuius 4.bel.Macedon. Quantuncunque virium Antiocho decessisset,suo id accessurum regno ducebat.
¶Deceđi,passiuè. Cic.de Senect. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur leuia atque communia,salutari, appeti,deceđi,deduci, assurgi,reduci,consuli.
¶Decedere,sine appositione, pro Mori, quasi à custodia & gubernatione corporis proficisci,inquit Valla. Cic.ad Attic.lib.11.4, Pater nobis decessit ad VIII. Cal.Decemb.
Decedere & Accedere, opponuntur. Labeo in l. Si cui ædes. D.de legat.3.Nanque eo modo alteris ædibus id accedet,alteris decedet.
Decedere & Succedere,contraria sunt. Vlpian. l. Quive.D.ad legem Iuliam maiest. Quive , ait, de prouincia, cui ei successum esset, non decessit.
Decedens,Participium {κατοχωρῶν.} Cic.pro Murena,Multi obuiam prodierunt de prouincia decedenti.

Dies decedens,id est occasus.Virg.4.Georg.
Certis momentis tempora decedentia.Horat.1.epist.6.

Decessio ¶ Ἀναχώρησις ¶ Verbale.Cic.ad Q.frat.lib.1.1, Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam.
Decessio de prouincia.Cic.ad Attic.lib.6.
Mansio & Decessio,contraria. Cic.Sulpitio,lib.4.4, Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione Communicat.
Dies decessionis.Cic.Att.lib.6.
¶Decessio,pro diminutione.cuius contrarium est Accessio. Cic.3. Offic. Sed quum sit is qui solum bonum iudicet, quod honestum sit, quæ autem huic repugnent specie quadam vtilitatis, eorum neque accessione meliorem viram fieri,neque decessione peiorem.
Decessio de summa.Cic.pro Rabirio Posth.Nó intelligo hoc quale sit,verum accessionem decumæ, vt nostri facere coactores solent, centesima,an decessionem de summa fecerit.

Decessor ¶ Ἀναχωρητὴς ¶ est cui è prouincia abeunti,successor mittebatur. Vlpian. in l.Obseruare. D.de Offic.Proconf. Rectè autem & ordine faciet, si edictum decessori suo miserit, significétque quo die fines sit ingressurus. Sic in aliis muneribus.nam Iulij agricolæ Tacitus Decessorem vocat,qui legionem illi tradebat.

Decessus,huius decessus ¶ Ἀναχώρησις ¶ Idem quod Decessio. Plin.lib.18. cap. 18.
Vulgo credebatur ab eius decessu serere solitos.Cæs.3.bel.Gal.
Decessus febris. Celsus libro 3.capite 12, Sub decessu febris cibum sumat.

DECELIA, siue Decelea ¶ Δεκέλεια ¶ Locus & populi Hippothoontidos tribus, vt tradit Stephanus, ciúsque frequens mentio est apud Thucydidem.

Decem ¶ Δέκα ¶ numerale, indeclinabile. Terent. Heaut. 5. 1, Decem dierum vix mihi est familia.
Decem septem numero. Cæsar 1. bel. Ciuil. Naues longas expediunt numero decem septem. Sic apud eundem libro 1. bel.Gal.Decem nouem.

Decemiugis,penultima correpta ¶ Δεκάζυγος ¶ Adiectiuum.Suetonius in Nerone, Aurigauit quoque pluribus.Olympiis verò etiam decemiugem.Sub.currum.

Decemprimi, penultima producta ¶ Δεκάπρωτοι. ¶ Cicero pro Roscio Amerino, Itaque Decuriorum decretum statim fit, vt Decemprimi proficiscantur ad L. Syllam, doceántque eum qui vir Sext.Rocius fuerit.
¶Decemprimi ij decuriones sunt qui decem erant primi in albo Decurionum. Nam quorum erat maxima in municipio dignitas, quíque magistratus gesserant, primi, vt Vlpianus scribit, scribebantur. Eodem modo in Verrem Quinqueprimi sunt quinque viri,qui principem in Senatu locum habebant. Quinqueprimi autem & Decemprimi muneribus quibusdam & functionibus erant obnoxij, vt Iurisconsulti tradunt. Turnebus.

Decemprimatus, us ¶ Δεκαπρωτεία ¶ Decemprimorum munus & dignitas.Hermogen. in l.1. D.de muner.& honor.Patrimonij sunt munera rei vehicularis,item nauicularis Decemprimatus.

Decennis ¶ Δεκαετὴς ¶ decem annorum. A quo decennium: Decennis fœmina.Plin.lib.8.cap.5. Et cap.44.

Decies, aduerbium ¶ Δεκάκις ¶ Plaut.Sticho,5,
Quin & ipsa decies in die mutat locum.
¶Decies centena,proprægrandi & immani summa, idque iam inde ab vltima propè antiquitate vrbis est vsurpatum Latinis. Credo quòd tum ea pecunia videbatur ingens, quum minor erat nummi copia. Proinde Iuuenalem dixisse reor,
-ritu decies centena dabuntur, Antiquo. Pro imméſa dote.Certè postquam crevit pecunia & abundauit Romæ, nihilominus permansit illa antiqua loquendi ratio. Horatius,
-decies centena dedisses
Huic parco paucis contento,quinque diebus
Nil erat in loculis,&c. Turnebus.
Decies die vno.Plaut.Aulul.4.
Decies dixi.Plaut.Amphit.7.
Haud semel,sed decies iurasti mihi.Plaut.Pœnul.
Decies anno pariunt columbæ.Plin.lib.10.cap.53.
Decies centena.Plin.lib.3.cap.5.
Decies centena millia.Cic.3.Verr.
Decies bis.Martialis lib.1.
Decies millia centum.Martial.lib.1.
Vsque ad decies æris.Liuius 4.bel.Pun. Qui supra trecenta millia: vsque ad decies æris:quinque nauras:qui supra decies,septem.
¶Decem millia æris,Dicendi figura summis authoribus frequens, citra affium adiectionem, vti apud Liuium primo ab Vrbe condita, & in legibus Duodecim tabularum, Si iniuriam alteri faxit, viginti quinque æris pœnæ sunto. Quod apud Gellium exponens Phauorinus:Quis erit, inquit, tam inops, quem ab iniuria facienda viginti quinque asses deterreant. Vide Cæl.Rhod.lib.29.cap.6.

December,decembris ¶ Δεκεμβρίων ¶ nomen mensis, qui decimum locum tenuit antequam additi fuissent Ianuarius & Februarius.
Gelidus mensis December.Ouid.1.Trist.eleg.10.
Vti libertate decembris,id est, Saturnaliorum qua donabantur eo tempore serui.Horat.2.Serm.sat.7.
Canus december,Vide CANVS.

Decempeda, decempedæ,penult.corr.fœm.gen. ¶ Δεκαπεδίων ¶ Pertica qua mensuratur terra:à numero pedum dicta. Cic.14. Philipp. Idem pro Milone,Qui cum architectis & decẽpedis villas multorum,hortósque peragrabat. Idem 4.Acad.de Sole loquens. Horat.2.Carm. ode 15,Decempedæ priuatæ.

Decempedator, penult.prod. Qui decempeda metitur. Cic.13. Philipp. Caebat etiam L. Antonio qui fuerat æquissimus agri priuati & publici decempedator.

Decemplex,decemplicis,penult.corr. Adiectiuum. Æmylius Probus in Miltiade, Tanto plus virtute valuerunt Athenienses, vt decemplicem numerum hostium profligarent.

Decemplicatus, Adiectiuum. Varr.lib.5. de lingua Latina, His decemplicatis coniuncto præuerbio, ex vno quinque millia numero efficerent,&c.

Decemscalmus ¶ Δεκασκάλμιον ¶ Actuariolum decem scalmorum, quod proinde decem remis agebatur. Scalmus autem, lignum illud erat, in quo remus aptabatur ad facilius nauigandum.Cicero ad Atticum, libro 16, Hæc ego conscendens è Pompeiano tribus actuariolis decemscalmis.

Decemuiri, penult.corr. ¶ οἱ δέκα ἀνδρες ¶ qui fuerint docet his verbis Liuius 3. ab Vrbe, Anno trecentesimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab Consulibus ad Decemuiros,quemadmodum ab Regibus antè ad Consules venerat.Translato imperio minus insignis,quia non diuturna mutatio fuit. Læta enim principia magistratus eius,nimis luxuriauere, eo citius lapsa res est. repetitúmque duobus vti mandarentur Consulum nomen imperiúmque. Idem paulò antè, Iam redierant legati cum Atticis legibus.eò intentius instabant Tribuni,vt tandem scribendarum legum initium fieret. placet creari decemuiros sine prouocatione,& nequis eo anno alius magistratus esset. Budæus.
Perscripserunt duodecim tabulas decemuiri. Cic.1.de Orat.Dicát vel Græci si volunt,&c. vel nostros Decemuiros qui duodecim tabulas perscripserunt,quos necesse est fuisse prudentes,&c.
Decemuiri litibus iudicandis.Pomponius l.2. §.16. D. de orig.iur. Deinde quum esset necessarius magistratus,qui hastæ præessent, Decemuiri litibus iudicandis sunt constituti. Sueton.in August.Author fuit vt centumuiralem hastam, quam quæstura functi consueuerant cogere,Decemuiri cogerẽt. Cic.in Orat.Duumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium,aut Decemuirorum litibus iudicandis,dico nunquam,&c.

Decemuiralis,& hoc decemuirale,penult.prod. ¶ τοῦ δέκα ἀνδρικὸς ¶ Cic. de Lege Agraria, Iam illa omnibus in prouinciis, regnis,liberis populis quàm acerba,quàm formidolosa,quàm quæstuosa concursatio decemuiralis futura sit,non videtis?
Collegium decemuirale.Cic.6.Verr. Tum ex amplissimo collegio decemuirali sacerdotes Populi Romani quú esset in vrbe nostra Ceres pulcherrimum & magnificentissimum templum : tamen vsque ad Ennam profecti sunt.
Decemuirales leges,Leges XII. tabularum:quibus perferẽdis Decẽuiri Cõsulari potestate creati sunt. Liu.1.Decad.lib.3,Prius quàm vrbem egrederetur, Leges decemuirales, quibus tabulis Duodecim est nomen,in æs incisas in publico proposuerunt.
Potestas decemuiralis.Tacit.lib.1.

Decemuiratus,huius decemuiratus,penult.prod. ¶ τὸ δέκα ἀνδρικὸν, ἀνδρικότης ¶ Dignitas & officium decemuirorum. Liuius 1.Decad.lib.3, Opinio etiam fine authore exierat, non in præsentis modo temporis eos iniuriam conspirasse, sed fœdus clandestinum inter ipsos iureiurando ictum, ne comitia haberent:perpetuóque decemuiratu possessum semel obtinerent imperium.Hæc Budæus. Cic.de Lege Agraria,Vt ij decemuiratum habeant,quos plebs designauerit.

Decennale ¶ Δεκαετὴς ¶ Quod est decem annorum,vt Bellum decennale. Sipontinus.

Decennia,quæ & Decennalia, Sacra dici videntur, decimo imperij anno celebrata,de quibus Pollio Trebellius in Salonino scribit,Byzantium Galieno imperante à militibus ita deuastatũ, vt prorsus nemo superesset, vetustis etiam familiis funditus euersis. Id quum egregiè vltus foret Galienus,militibus ferè omnibus contrucidatis,Romam conuolans Decennia celebrauit, nouo ludorum genere, noua pomparum specie, velut magnum quippiam gessisset. Plura Cæl. Rhod. lib.22.cap.14.

Decennis,Vide DECEM.

Decens,Decentia,Decenter,Vide DECET.

Deceris ¶ Δεκήρης ¶ Latinè decemremis. Vsus est Suetonius in Caligula, vbi inquit, Fabricauit & deceris liburnicas. decedris alij legunt, sed mendosè. Naues enim intelligit ingẽtis magnitudinis, quæ thermarum & triclinia capaces essent, quales à regibus Ægypti & Macedoniæ fabricatas refert Athenæus. Laxitas autem & capacitas decemremis triclinia, & conclauia & thermas complecti potest. Emẽdatores quum deceris legissent,nec animaduertissent vocabulum esse Græcum,d literam interseruere,pretium materię sequuti,quum amplitudinem significaret. Tranquillus. Hæc ex Turnebo.

Decerno,decernis,decreui, decretum, penultima producta ¶ ψηφίζομαι, δογματίζομαι, κρίνω ¶ decernere, Iudicare. Terentius Adelphis 4.2,
Quid hoc.malùm,infelicitatis?nequeo satis decernere.
Decernere de. Plinius lib.17. cap.22, Sed de his, Catonis præcepta decernent.
Decernere & iudicare.Author ad Herenn.
¶Decernere,Statuere,& defigere,authore Donato.Terentius Hecyra,1.2,Sed quam decrerim me non posse diutius Habere,eam,&c. Martial.lib.2,
Dum modo causidicum,dum te modo rhethora fingis,
Et non decernis Taure quid esse velis.
Intus animus quid decreuit.Seneca Medea 12.
¶Decretum est mihi.Plaut.Aulul.16,
Mihi bibere decretum aquam est. Terent.Heaut.3.1,
Sumat,consumat,perdat,decretum est pati.
¶Decernere,cum infinitiuo. Cicero 2.de Oratore,Sic decreui philosophari potius, vt Neoptolemus apud Ennium, paucis. Liuius 1. ab Vrbe, Ad vnum omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt.
¶Decernere, Est etiam,vt ait Donatus,de magnis certam proferre sententiam. Terent.Andr.1.5,
Vxorem decretat dare sese mihi hodie.
Decernit Senatus,populus iubet.Cic.4.Verr.Centuripinorum Senatus decreuit,populúsque iussit.

Statuere,

Statuere,decernere. Cic.Capitoni in epist. ad Att.lib.16, Quæ res earum rerum quas Cæsar statuisset, decreuisset, egisset, Consulibus cognitionem dedit.
Decernere alicui vt. Cicero ad Lentulum, libro 1. 1, Ex illo Senatusconsulto quod te referente factum est, tibi decernit vt regem reducas.
Aliter vt quis edixit decernere.Cic.3.Verr.
Decernere aliquid contra rem alicuius. Cicero 5.Verr.Siqua in re contra rem meam decresset aliquid iniuria.
Contra edictum suum sine vlla religione decernere. Cicero 3. Verrina.
Decernere de re aliqua.Cic.ad Lentul.lib.1.3,Imprimísque vt quę Appius de eius re decreuit,ea comprobes.
De sententia consilij decernere aliquid. Cic. Capitoni in epist. ad Attic.lib.16.
Amplissimè decernere de salute & dignitate alicuius. Cicero pro Domo sua.
Secundum aliquem decernere.Cic.Att.lib.16,Consules de consilij sententia decreuerunt secundum Buthrotios.
Extra ordinem decerni vni negat oportuisse quicquam. Cic. pro Domo sua.
Decernere bellum.Cic.4.Verr.
Dona decreta,& grates deis decernuntur. Tacit.lib.15.
Gaudia decernere paruis spatiis.Claud.4.Paneg.
Superis decernere grates.Ouid.4.de Ponto,eleg.9,
Nunc pro Cæsaribus superis decernere grates.
Gratulationem conseruatæ Reipub. alicui decernere. Cicero 4. in Catil.
Hospitium alicui gratuitum.Plin.lib.35.cap.9.
Honores alicui. Cic. ad Brut. 15. Ibidem,9, Quis honos ei non fuit decernendus?
Imperium decernere alicui. Cic.11.Philipp.Clarissimo viro atque innocentissimo decreuit imperium,priuato tamen.
Iniuriam. Cic.pro Quint. Bruti, inquit,erat familiaris : itaque is intercedebat:tu contrà Butrieni qui iniuriam decernebat.
Laudationem alicui. Cic.6.Verr. Vt ei illam laudationem, quam se vi ac metu coactos paucis illis diebus decresse dicebant, tollerent.
Legationem contra aliquem.Cic.4.Verr. Sic Decernere legatos. Cic.ad Lentul.lib.1.1.
Legiones in Syriam.Cic.ad Caninium,l.b.2.16.
Noui aliquid decernere. Cic. Curioni,lib.2.6, Itémque petiui per literas,&c.non vt decernatur aliquid noui,quod solet esse difficilius, sed vt nequid noui decernatur.
Noxiam. Plin.lib.18.cap.3, Impubem Prætoris arbitratu verberari,noxiámve,duplionémve decerni.
Pecuniam ad.Cic.ad Q.frat.lib.1.1, Quòd edixeris ne ad ludos pecuniæ decernerentur.
Quæstionem decernere. Cæsar 7.bel.Gall.Quæstionem de bonis direptis decernunt. Cic.2. de Fin. Quo plebiscito decreta à Senatu est Consuli quæstio Cn.Scipioni.
Nouam quæstionem, pro eo quod nunc dicimus Ordinare vt fiat informatio, & vt contra delinquentes procedatur. Cic. pro Milone, Caruit foro postea Pópeius, caruit Senatu, caruit publico, &c. Num quæ rogatio lata?num quæ noua quæstio decreta est? Budæus.
Decernere vt veteribus legibus quæratur. Cic.pro Milone,Decernebat enim vt veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur.
Statuam alicui. Plin.lib.34.cap.6,Inuenitur statua decreta & Taraciæ Caiæ siue Sufetiæ virgini Vestali.
Stipendium.Cic.ad Lent.lib.1.7.
Sumptus legatis decernere.Cic.Appio,lib.3.10.
Supplicationem. Cic.ad Sulpit.lib.13, Itaque affui, supplicationésque libenter tibi decreui.
Triumphum decernere alicui.Cic.4.de Finib.
¶Decernere,pro Dicere. Plaut.Amphit. Qui nequeas,nostrorum vter sit Amphitryo decernere. Nonius.
¶Decernere cornibus,Bellare,decerrare.Virg.3.Georg.De tauris.
Suo solum capite decernere.Cic.Atrico,lib.10.Dices,Vbi ille ergo tuus animus, quem proximis literis? Adest, & idem est. Sed vtinam meo solum capite decernerem : lacrymæ meorum me interdum molliunt,&c.
Pro fama & fortunis alicuius decernere. Cic. 2. de Orat. Me pro meo sodali, quia mihi in liberũm loco more maiorum esse deberet, & pro mea omni fama propè fortunísque decernere.
Vno iudicio de omnibus fortunis decernere.Cic.pro Quint.
Acie decernere,In ACIES.
Armis decernere.Cic.Att.lib.7,Hic omnia facere omnis,ne armis decernatur:quorum exitus semper incerti,&c.
Decernere criminibus.Liu.lib.10.Decad.4,Decernite criminibus, mox ferro decreturi.
Decernere ferro vel armis.Virg.11. Æneidos,
Ipsum armis, ipsúmque iubet decernere ferro. Cic.2.de Orat. Sed si in ipso illo gladiatorio vitæ certamine, quo ferro decernitur, tamen,&c.
Pugna forti decernere.Valer.4.Argon.
Pugnam decernere. Liu.8. bel. Pun. Primo missilibus territauere: deinde amissis leuibus telis, quæ irritare magis quàm decernere pugnam poterant.
Ratio decernendi magis expetenda est,quàm decertandi fortitudo.Cic.1.Offic.
Æquabilitate decernendi vitat offensionem Prætor sapiens. Cic. pro Murena.

Decretus,pen.prod. ¶ ὁ ψηφισθείς, ἡ, θὲν ¶ Particip.Cato Cic.lib.15.5, Supplicationem decretam, Situ, qua in re nihil fortuitò, sed summa tua ratione & continẽtia Reip.prouisum est,diis immortalibus gratulari nos,quàm tibi,referre acceptum mauis,gaudeo.

Lex decreta per Senatum.Cic.pro Domo sua.
Aliquem decretum habere. Cic.pro Cælio,Nihil iam in istam mulierẽ dico : sed si esset aliqua dissimilis istius,quæ se omnibus peruulgaret, quæ haberet palàm decretum semper aliquẽ, cuius in hortos, domum,Baias,iure suo libidines omnium commearent,&c.
Omnibus decreta mors est.Seneca Thebaid.7.
Decreta virtutis præmia.Cic.2.de Orat.
Desponsa & decreta prouincia, diuersa. Cic. de Prouinc. Consul. Qui Consul Cal. Ian. habere prouinciam debet, is vt eam desponsam non decretam habere videatur.
Sumptus annuus decretus.Cic.Att.lib.7.

Decretum ¶ δόγμα, ἀφόρισμα, δόγμα, χρηστὸν ¶ est id quod placitum aliàs Latinè dicitur. Græcè dogma, & pleraque, & arestõ dicitur, authore Budæo. Plin. Iun. in epist. Quòd affirmare tibi possum, vt decreta,quibus damnati erant,proferebantur:ita nulla monumenta quibus liberti probarentur.
Philosophorum decretum. Cic.4.Acad.Sapientiæ verò quid futurum est, quæ neque de seipsa dubitare debet, neque de suis decretis (quæ philosophi vocant dogmata) quorum nullum fine scelere prodi poterit?
Edictum & decretum. Cic.4.Verr. Qui Romæ totum edictum,atque omnia decreta vendiderit?
Nouitas,iniquitásque decretorum.Cic.3.Verr.
Decreta patrum:iussa populi. Liu.8.bel.Maced.Sub vmbra Scipionis ciuitatem, dominam orbis terrarum, latère, nutus eius pro decretis patrum,pro populi iussis esse.
Sapientis nullum decretum esse potest nisi comprehensum, perceptum,cognitum.Cic.4. Acad.
Tabula decreti. Cic.1. Philipp. Assentiri etiam nos Seru. Sulpitio clarissimo viro voluit, nequa tabula post Idus Martias vllius decreti Cæsaris,aut beneficij figeretur.
Dura decreta.Valer.8.Argon.
Tristia decreta.Valer.8.Argon.
Sine decretis vitam agere.Cic.4.Acad.
Auferre decretum. Cic.Plãco,in epist.ad Att.lib.16,Liberalissimũ decretum abstulimus,quod est obsignatum ab amplissimis viris.
Concitare in se, & infestare aliquos suis & decretis & edictis. Cicero 3.Verr.
Defendere decreta. Cic.2.de Fin.Est enim tanti philosophi támq; nobilis,audacter sua decreta defendere.
Facere decretum. Cic. pro Domo sua, Omnes omnium publicorum societates de meo Consulatu ac de meis rebus gestis amplissima atque ornatissima decreta fecerunt.
Cum decreto & palàm aliquid facere. Cic.2.de Lege Agr.Cur nõ item,vt cum decreto & palàm regionem illam petierunt?
Aliud decretum habere. Cic. 4. Acad. Proinde quasi sapiens nullum aliud decretum habeat,&c.
Ex decreto depositam pecuniam habere.Cic.Ther.lib.13.
Magnificentissimis decretis honestari ab aliquo. Cicero Post red. in Senatu.
Interponere decretum.Author ad Herenn.
Sententia & decreto laudare aliquid.Cato Cic.lib.15.5,Itaque quod pro meo iudicio facere potui, vt innocentia consilióque tuo defensam prouinciam,&c.sententia mea & decreto laudarem,feci.
Mutare decretum,In MVTO.
Ornari decretis,In ORNO.
Patrare decreta, Exequi quod erat decretum. Paterculus libro 2, Nulla vnquam natio tam maturè consilium belli bello iunxit,ac decreta patrauit.
Perfringere decreta,In PERFRINGO.
Proferre.Cic.3.Verr.
Rumpere ferrea decreta.Ouid.15.Metam.
Statuere ius Reip.decretis.Cic.10.Philipp.

Decreturus,pen.prod.Participium ¶ ψηφισθησόμενος. ¶ Cic.in Vatin. Verum decreturus fueris id quod Augures omnes vsque à Romulo decreuerunt.

Decretorius ¶ κρίσιμος ¶ Adiectiuum.vt Decretoria pugna,qua decernitur de summa causæ. Quintil. lib.6.cap. 5. Quo in loco sunt qui legant decertatoria.
Decretorium sydus, & tempus decretorium dicitur per translationem,Quod decernit de vuis & aliis arboribus aut herbis. Plinius libro 18.cap.28,In hoc temporis interuallo res summa vitium agitur decretorio vuis sydere illo quod Caniculam appellauimus. Vnde carbunculare dicuntur, vt quodam vredinis carbone exustæ. Idem libro 18.capite 29, Aquila exoritur vesperi, decretorio die florentibus oleis.
Arma decretoria, Quibus serio certandum est. Seneca epist. 118.
Idem alibi decretorium diem appellat,diem mortis.
Stylus decretorius,pro seuero,quasi semel de re definiens. Seneca 1.de Clementia, Nisi plus est quod timet, quàm quod damnat, non accedet ad decretorium stylum.

Decerpo,decerpis,decerpsi,decerptum ¶ δρέπτω,κατδρέπτω,κατελέγω ¶ decerpere,Aliquid ex aliqua re detrahere: vt decerpere vuam. Plin.Iun. lib.9.epist.20,Ipse quum absis,vindemias graciles quidem,vberiores tamen quàm expectaueram colligo:si colligere est nonnunquam decerpere vuam, torculum inuisere,gustare de lacu mustum, obrepere vrbanis,qui nunc rustici præsunt.
Sic decerpere fœtus arborum.Plin.lib.4.cap.12.
Decerpere folia.Colum lib.5.cap.10.
Nouos flores decerpere.Lucret.lib.1.
Decerpere fructus ex re aliqua.Horat.1.Serm.sat.2.
Decerpere oliuam immaturam.l. si seruus. §. oliuam. D.ad Leg. Aquil.
Adducto ramo pomum decerpere.Ouid.3.de Ponto,eleg.5.
Affectat decerpere decus pugnæ.Sil.lib.4.
¶Murmura vocis decerpere.Stat.6.Thebaidos,

Illa tuos queſtus, lacrymoſóſque impia riſus
Audiit, & vocis decerpſit murmura primæ. Verba ſunt ad puerulum de nutrice.

¶Decerpere ex laude alterius. Cicero pro Marcello, Nihil ſibi ex iſta laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Idem 2. de Oratore, Nequid iocus de grauitate decerperet.

Ex cauſa in vſum decerpere, quæ maximè fauorabilia videntur. Quintil.lib.4.cap.1.

Spes magnas decerpit inuidia. Quintil.in Procem.lib.6.

Decerptus, Participium {κατηφὴς.} Cic.5. Tuſc. Humanus autem animus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo niſi cum ipſo deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt.

Herbæ decerptæ. Ouid.1.Metamorphoſeos,
Decerptas ſenior porrexerat Inachus herbas.

Ferre manu poma decerpta. Ouid.10.Metam.

Decerto, decertas {ὁμιλῶ, ἀγωνίζομαι, διαπολεμῶ, μάχομαι} decertare, Eiuſdem ſignificationis cum certo. Cic. pro Planc. Sed erat non iure, non legibus, non diſceptando decertandum.

Decertare armis. Cæſ.3.bel.Ciuil. Ne ciues cũ ciuibus armis decertarent.

Agmina bello decertant. Stat.4. Thebaid.

Contentione magna decertare. Cic. Licinio, libro 5.8, Nam cum Conſulibus & cum multis Conſularibus tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea vlla in cauſa.

Decertare cum aliquo de re aliqua. Cic. de Amicit. Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum eſt, Pyrrho & Hannibale.

Miſera conditione decertare cum aliquo. Cæſ.8.bel.Gall. Ne miſeriore ac duriore poſtea conditione cum toto exercitu decertare cogerentur.

Ferro decertare. Ouid.14.Metamorphoſeos,
Pace tamen ſiſti bellum, nec in victima ferro
Decertare placet, Tatiúmque accedere regno.

Ferro decertare cum aliquo. Cic. pro Planc.

Decertare inter ſe. Cicero 5.de Finibus, An eum locum libenter inuiſit, vbi Demoſthenes & Æſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt?

Decertare manu. Cic.1.Offic. Sed quum tempus, neceſſitáſque poſtulat, decertandum manu eſt.

Feliciſſimè cum aliquibus prælio certare. Cic.de Prouinc. Conſul, Itaque cum acerrimis nationibus & maximis, Germanorum & Heluetiorum præliis feliciſſimè decertauit.

Vi & armis contra vim decertare. Cic. pro Domo ſua.

¶Genera decertandi duo, vnum per diſceptationem, alterum per vim. Cic.1.Offic.

Fortitudo decertandi. Cic.1.Offic. Quare expetenda quidem magis eſt decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo.

¶Decertatur, impersonale. Cic.1.Offic. Quũ verò de imperio decertatur, bellóque gloria quæritur.

Obſtinatus ad decertandum. Liu.lib.6.Decad.1, Tum etiam quibus animi in ſpe victima obſtinati ad decertandum fuerunt.

Decertatus, penult.prod. {ἀγωνισμένος} Participium. vt Regna decertata odiis. Stat.lib.1.Thebaidos,
Fraternas acies, alternáque regna profanis
Decertata odiis, fontéſque euoluere Thebas.

Labores decertati, Id eſt certando peracti. Claudianus 1. Panegyr.

Decertatio {ἀγωνισμὸς} Verbale. Cic.11.Philip. Quúmque harum rerum omnium decertatio Conſulibus optimis & fortiſſimis commiſſa & commendata ſit.

Decertatorius, Adiectiuum {ἀγωνιστικὸς} vt Pugna decertatoria. Quintil.lib.6.cap.4. Quo in loco nonnulli legunt decretoria.

Deceſsio, Deceſſor, Deceſſus, Vide DECEDO.

Decet {πρέπει, πρόσηκει, καθήκει} Verbum eſt frequenter impersonale. Virgilius,
-iſta decent humeros geſtamina noſtros. Plaut.Amph.12,
Ibo intrò, ornatum capiam qui potius decet.

Decére, quaſi aptum eſſe, conſentaneúmque tempori & perſonæ. Cic. in Orat.

Aptum eſt & decet. Cic.3. de Orat. Idem.1.Offic. Ita ferè officia reperientur quum quæretur quid deceat, & quid aptum ſit perſonis, temporibus, ætatibus.

Quod decet honeſtum eſt, & quod honeſtũ eſt decet. Cic.1.Offic.

Decet & Dédecet, contraria. Cic.4. Tuſcul. Oratorem verò iraſci minimè decet, ſimulare non dedecet.

Deos decet opulentia. Plaut. Trinum.8.
Lacrymæ decuere pudicam. Ouid.2.Faſt.
Pudor decet ora. Ouid.1.Amor.eleg.8,
Erubuit, decet alba quidem pudor ora, ſed iſte,
Si ſimules, prodeſt: verus obeſſe ſolet.

Aliena non decent eum. Cic.1.Offic. Quæ contemplantes, expendere oportebit quid quiſque habeat ſui, eáque moderari, nec velle experiri quàm ſe aliena deceant.

Forma viros neglecta decet. Ouid.1. de Arte amandi.
Decet me hæc veſtis. Plaut. Moſtel.4.

¶Fieri ſic decet. Cicero 2. de Legib. Optime verò frater, & fieri ſic decet.

Neque abeſſe quicquam decet in definitionibus, neque redundare. Cic.2. de Orat.

Minus ſeuerè quàm decuit, res confecta eſt: non tamen omnino diſſoluté. Cic.6.Philipp.

Nil decet inuita, vt aiunt, Minerua facere. Cic.1.Offic.

Decet me his verbis fabulari. Plaut. Amphit.4.

Exemplis grandioribus decuit vti. Cic.1.de Diuin.

Decet abs te id impetrari. Plaut.Rud.17. Antiqui (inquit Donatus) ſi addebant ſtatim verbum, Nos decet facere, Nos decet dicere: non addebant, Nobis decet, dicebant.

¶Decet, datiuo iunctum. Terent. Adelph.5.8,
Imo hercle ita nobis decet. Cic. de Orat. Quandóque id deceat prudentiæ tuæ.

Decens {πρέπων} Participium, ſiue nomen ex participio, Pulchrum, conueniens & aptum.

Color decens. Horat. 4.Carm.ode 3,
Quò fugit Venus heu? quóve color decens?

Facies. Ouid.3. Triſt.eleg.7,
Iſta decens facies longis vitiabitur annis?

Prata. Seneca Hippol.6.
Reuerentia decens. Ouid.5.Faſt.
Solito decentior. Claud.4.Paneg.
Pœna decentior. Seneca Thyeſte,2.
Decens incede. Ouid.3.de Arte amandi,
Sera veni, poſtráque decens incede lucerna.

Decentia {εὐπρέπεια, εὐρυθμία} Conuenientia quædam & pulchritudo. Cic.2. de Nat. deor. In corporum etiam motione atque geſtu multa cernunt ſubtilius, colorum etiam & figurarum tum venuſtatem atque ordinem, & (vt ita dicam) decentiam oculi iudicant, atque etiam alia maiora.

Decenter {σφριστόντως} Pulchrè, aptè, conuenienter. Cic. pro Cecinna, Si quæ decentiſſimè deſcripta maioribus iura finium, poſſeſſionum, aquarum, itinerúmque ſunt, hæc perturbari aliqua ratione, commutáſque poſſunt?

Lacrymare decenter. Ouid.3.de Arte amandi.
Decentius. Horat.2.epiſt.2,
Tempus abire tibi eſt, ne potum largius æquo
Rideat & pulſet laſciua decentius ætas.

DECIANI, Calabrorum populi in tertia regione Italiæ, quorum memínit Plin.lib.3.cap.11.

Decido, decidis, decidi, pen.prod. deciſum {διαπίπτω, διαπολῶμαι} decidere, A cædo, cædis compoſitum, Idem quod amputare. Plaut.Merc. 6, Decide mihi collum, ſi falſum ad te loquar.

¶ Decidere, per metaphoram capitur pro Conſtituere, diiudicare. Cicero 4. Verrina, Res ad iſtum defertur, & iſtius more deciditur.

Quæſtionem decidere. Papin.in l.fiſcus. D.de iure fiſci, Priuſquam illa quæſtio decideretur.

¶Decidere, Eſt litem conſenſu mutuo dirimere, quod tranſigere plerunque Iureconſulti vocant. Tranſlatio eſt ab iis qui rem controuerſam ſcindunt, vt quiſque partem æquam auferat, & à controuerſia diſcedatur. Vlpianus de furtis, l.inter omnes, Vſqueadeo autem diuerſæ ſunt actiones, quæ eis competunt, vt ſiquis eorum pro ſure damnum decideriť, dici oporteat ſolummodo actionem ſibi competentem amiſiſſe eum, cæteris verò ſupereſſe. Nam & ſi proponas ſeruum communem eſſe ſurreptum, & alium ex dominis pro ſure damnum decidiſſe, is qui non decidit, habet furti actionem. Decidiſſe dixit cum accuſatiuo, more Græcorum. Iuuen.ſat.12,
-decidere iactu
Cœpit cum ventis imitatus caſtora. Cic.pro Roſc. Com. At enim tu tuum negotium geſſiſti bene: gere & tu tuum bene. magno tuam dimidiam partem decidiſti: magno & tu tuam partem decide. HS.CCCIↃↃↃ abſtuliſti: ſi fit hoc verò, HS.CCCIↃↃↃ tu quoque auferes. Sed hanc deciſionem Roſcij oratione & opinione augere licet, re & veritate mediocrem & tenuem eſſe inuenietis. Decidit (inquit) partem ſuam, id eſt, pro parte ſua maluit CCCIↃↃↃ ſeſtertia accipere, ne vltrà lite implicaretur. Budæus.

¶ Tranſigere & decidere cum aliquo. Cicero 4. Verrina, Qui cum reo tranſigat, pòſt cum accuſatore decidat. Idem pro Roſcio Amerino.

Decidere & ſtatuere. Cic. pro Quint. Decidis ſtatuíſque tu propter neceſſitudinem quæ tibi cum Scapulis eſt, quid iis ad denarium ſolueretur.

Decidere cum aliquo. Cic. 3. Verr. Niſi cum muliere decideretur, in poſſeſſionem ſe ire iuſſurum. Idem 5. Verr. Conflictari malebant quàm quicquam cum iſto ſua voluntate decidere.

De aliquo negotio decidere. Cicero Attico, libro 1.5. Idem pro Quintio, Niſi prius de rebus rationibúſque ſocietatis omnibus decidiſſet.

Decidere aliquid re alia. Cic. 5. Verr. Atque hoc in beneficij loco petitum eſt ab Apronio, vt iugera ſingula ternis medimnis decideret liceret.

Decidere pretio cum aliquo. Cic.5.Verr. Mancipes pretio cum ciuitatibus decidiſſe.

Per aliquem decidere. Cic.pro Quint. Quum pecuniam C. Quintius P.Scapulæ debuiſſet, per te C.Aquili decidit P.Quintius, quod liberis eius diſſolueret. Id eſt tranſactione & pacto promiſit ſe ſoluturum. Budæus.

Decidere pro libertate, hoc eſt tranſactione ſeruare libertatem ac redimere. Seneca epiſt.96.

Pro ſe decidere. Cic.pro Roſc.Com. Satiſne iſta ſtipulatio dicere tibi videtur aperte Roſcium pro ſe decidiſſe?

¶Decidere, pro Exprimere, metaphora ſumpta à ſculptoribus. Quintil.lib.9.cap.vlt. Hoc enim loco præter nomen cætera propriis deciſa ſunt verbis.

¶Decidere, eſt cum creditore ſuper debito tranſigere. Scæuol. de adminiſt. & peric.tut. l.cum hæreditas, Cum pleriſque, inquit, creditoribus ita decidit. Et infrà, Cũ pleriſque creditoribus ita deciderũt.

Deciſus, pen.prod. {διαπεπραγμένος, διακεκομμένος} Participium. Cic.7. Verr. Quibus rebus omnibus actis atque deciſis, producuntur è carcere, & deligantur ad palum. Id eſt tranſactis. Budæus. Et Quintil.lib.8, Cætera propriis deciſa ſunt verbis.

Deciſa negotia, Peracta. Horat.1.epiſt.7.

Aures deciſæ. Tacit.lib.12, Atque ille non propinquum, neque Arſacis de genere, ſed alienigenam, & Romanum increpans, auribus deciſis viuere iubet.

Pennæ

Pennæ deciſæ. Horat.2.epiſt.2,
Vnde ſimul primum me dimiſere Philippi
Deciſis humilem pennis, inopémque paterni
Et laris, & fundi, paupertas impulit audax
Vt verſus facerem.

Deciſio, Verbale {διάκρισις} Determinatio, vel diremptio litium mutuo conſenſu. Cic.pro Cecin. Quid noſtra deciſio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, vt iudicetis. Idem pro Flacco, Deciſionis arbiter C.Cæcilius fuit.

Augere deciſionem alicuius oratione & opinione. Cicero pro Roſcio Comœdo.

Facere deciſionem. Cic.pro Roſc.Com. Dicar deciſionem factam eſſe, quæ facta non eſt.

Deciſionem videtur poſuiſſe Cic. de Prouinc. Conſul. pro eo genere pactionis, vbi vterque ad ſe partem aliquam trahit, quod dicimus *Butiner*. Imperatore illo nihil aliud actum eſt, niſi pactiones pecuniarum, cum tyrannis deciſiones, direptiones, latrocinia, cædes. Nam ſingulis verbis illic aſcendit.

Decido, decidis, decidi, pen.corr. {καταπίπτω, καταπαύομαι} decidere, Ex alto cadere. Cicero 2. Offic. Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt.

Matura poma decidunt. Cic. de Senect. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur: ſi matura & cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas.

Turres grauiore caſu decidunt. Horat.Carm.2.ode 10.
Exanimis decidit. Virg.5.Æneid.
Decidere à, vel de ſpe. Liu.7.bel.Maced. Terent. Heaut.2.3,
Væ miſero mihi, quanta de ſpe decidi.

Decidere de lecto, de tegulis. Plaut. Caſin.23. Et in Perſa,7. Terent.Phorm.4.4.

Decidere equo vel ex equo. Cæſar 1.bel. Gall. Plin.lib.28.cap.8. Et apud Cicer.ad Attic.lib.2.16, Deciderat ex aſtris.

E flore decidere guttas. Ouid.9.Metam.
Decidũt arboribus folia. Plin.lib.12.cap.11. Et lib.11.cap.21, Quidam putant omnibus decidere aculeos ad hyemem.
Decidit ouibus illis fructus omnis. Plaut.Bacchid.23.
Si decidit imber. Horat.epiſt.1.14,
Addit opus pigro riuus, ſi decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato.

¶Decidere in aliquem locum. Plaut. Deciderint vobis femina in talos velim.

Decidit in caſſes præda. Ouid.de Arte amandi, lib.2.
In laqueos auceps decidit. Ouid.de Remed.amor.lib.2.
Lacrymæ decidunt in ora. Ouid.ad Liuiam.
Decidit in præceps. Ouid.12.Metam.
Vires, poteſtáſque vrbis decidit. Claud. de bello Gildon.

¶Decidere ab archetypo, Aberrare. Plinius Iunior, libro 5. epiſtola 10.

Decidere ſpe, ſine præpoſitione. Terent. Heauton. 4.8, Quanta ſpe décidi.

In vnius imperium ne res decidat admonemur. Cicero de Aruſp. reſpon.

Deciduus, Adiectiuum {καταπίπτων} Quod cadit. Plin.lib.11.cap.37, Omnibus autem cauæ, & in mucronem demum concreta ſunt, ceruis tantum ſolida, & omnibus annis decidua. De cornibus animalium loquitur. Idem lib.8.cap.37.

Decidui ad terras. Plin.libro 2.cap.20. Idem lib.11.cap.49, Teſtes pecori armentóque ad crura decidui, ſuibus adnexi.

Deciduum item, dicitur quod deciditur, ſecunda longa. Ouid.8. Metam. Contremuit, gemitúmque dedit decidua quercus.

Decidium {καταπίπτωμα} pro occaſu. Seneca epiſt.30, Baſſus noſter videbatur mihi profequi ſe, & componere, & viuere tanquam ſuperſtes ſibi, & fortiter ferre decidium ſui. Vbi alij legunt deſiderium, ſed parum aptè.

Decies, præciſa loquutione, pro decies centena millia. Papin.l.77.§.2. D.de cõdit. & demonſt. Quum vxori mandatum eſſet, vt moriens filiæ communi decies reſtitueret, &c.

Decimæ, decimarum, ſiue Decumæ {δεκάτη, δεκατεία} Decima pars quaruncunque rerum, quæ ſoluitur principibus, & ſacerdotibus. Cic. 5.Verr. L.Octauio, & C.Cottæ Conſulibus Senatus permiſit, vt vini & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te lege Quæſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romæ venderent, legémq; his rebus, quàm ipſis viderentur, ediderent.

Decimas, Plautus aliàs decimam partem vocat. In Sticho, Hæc væniſſe iam opus eſt quantum poteſt, vt decimam partem Herculi polluceam.

Accipere decimas, Vide ACCIPIO.

Addicere decumas alicui. Cic.5.Verr.

¶Decimæ, pro miſſilibus & teſſeris quas Imperatores ſpargebant ludis ſcenicis, atque ita velut quandam decimam Pop.Romano dabant, vt qui decimam bonorum ſuorum Herculi polluebãt & profanabant. Tranquillus, Scenicis ludis, inter plebem & equitem cauſam diſcordiarum ferens, decimas maturius dabat, vt equeſtria ab infimo quoque occuparentur. Hæc Turnebus.

Singularis numerus eſt apud Cic.lib.3. de Nat. deor. Neque Herculi quiſquam decumam vouit vnquam, ſi ſapiens factus eſſet.

Decimarum tres ſunt ſpecies. Quædã enim ſunt perſonales, quæ debentur ex opere perſonali, vt ex artificio, ſcientia, militia, negotiatione, &c. Quædam prædiales, quæ proueniunt ex prædiis, vt vinum, triticum, & fructus arborum. Quædã ſunt mixtæ, ſcilicet de quibus dubitatur vtrum ſint prædiales vel perſonales, vt de agnis, & fœtibus aliorum animalium, quæ ſunt in paſcuis, & gregatim paſcuntur. Ex Hoſtienſ. quem vide.

Decumani {δεκατικοὶ} (vt Aſconius Pedianus docet) vocantur publicanorum principes, per quos decumæ exigebantur. Cic.5. Verr. Eáqs, quæ iam diu ad ſalutem ſociorum, vtilitatémque Reip. compoſita,

comparatáque eſſent, ad ſuos improbiſſimos quæſtus conuerterent, qui primùm certos inſtituerit, nomine Decumanos, vt re vera miniſtros ac ſatellites cupiditatum ſuarum.

Decimo, decimas, penult.corr. {δεκατεύω} decimare, Decimam partem accipere.

Decimare legiones, Decimum quenque ex legione ſupplicio afficere. Liu.2.ab Vrbe, Cætera multitudo ſorte decimus quiſque ad ſupplicium lecti. Mos enim erat antiquus, quo in decimum quẽque militem ſortito animaduertebatur capitaliter. Ex Budæo.

Decimani milites quidam dicebantur à Probo Imperatore, de quibus vide in Daciſiani milites.

Decimiana pyra, à Decimio authore ſic dicta. Plin.lib.15.cap.15, Sed cõfeſſis verbis vocabulis authores ſuos nobilitauere Decimiana, & ex eo tractum quod pſeudodecimianum vocant. De pyris loquitur.

Decimodiæ, ſiue decemmodiæ {δεκαμόδιαι} Decem modios capientes. Columel.lib.12.cap.18, de vindemiæ apparatu, Perenne fabricandæ decimodiæ, & trimodiæ, & ſiſcellæ texendæ & picandæ. Ibidem cap.50. de oliuitare.

Decimus, pen.corr. {δέκατος} Adiectiuum, ſiue Decumus, vt apud antiquos ſcribebatur. Plaut. Amphit.5, Alter decumo pòſt menſe naſcetur puer.

Hora diei decima. Cic.2.Philipp. Quum hora diei decima ferè ad ſaxa Rubra veniſſet, delituit in quadam cauponula.

Pars decuma. Cic.5. Verr. Omnes denique agros decumanos per triennium populo Romano ex parte decuma C. Verri ex omni reliquo vectigales fuiſſe.

Decimùm, Aduerbium {δεκάκις.} Liu.6.ab Vrbe, Nos reficietis decimùm Tribunos. Quod barbarè dicunt, *pro decima vice.*

Decipio, decipis, pen.corr. decepi, deceptum {ἀπατῶ, ἐξαπατῶ, παραγράφω, παραιτίζω, παρεμβάλλω} decipere, Ex capio compoſitum, Deludere, defraudare. Plautus Rud. 10, At ego etiam qui ſperauerint, ſpem decepiſſe multos. Terentius Andr. 4. 1, Deceptus ſum, ac non defatigatus.

Decipere & fallere. Cic.2.de Diuinat. Nam illa Amphibolia quæ Crœſum decepit, vel Chryſippum potuiſſet fallere.

Arte decipere. Ouidius epiſt. 12, Victimus eſt aliqua decipere arte labor.

Decipi dolo. Cicero 1. Offic. Iam illis promiſſis ſtandum non eſſe quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiſerit?

Error decipit iudicium. Ouid.de Ponto,3. eleg.9,
Iudicium tamen hoc noſtrum non decipit error.

Error decipit oculos. Ouid.3.Metamorphoſ.os,
Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.

Formæ fiducia te decipit. Ouid.8.Metam.
Diem abſumere, & decipere. Ouid.4. Triſt.eleg.9.
Expectationem alicuius decipere. Cic.2.de Orat.
Labor fallitur & decipitur. Ouid.4. Triſt.eleg.1.

Decipi dulci ſono laborum, pro Obliuiſci moleſtias. Horatius 2, Carm.ode 13. Eſt autem Græca locutio, πόνων ὑπνώττειν τινί, Id eſt decipitur, vel fallitur, vel obliuiſcitur laborum. Sic Lambinus. Turnebus paulò aliter: non enim credit accipiendum eſſe vt vulgò auditur, ſed, Dulci laborum Alcæi ſono decipitur: ac decipitur erit κωφὸν τῷ, non ſentit ærumnas, non ſentit pœnas.

Imagine ſomni decipior. Ouid.1. de Ponto, eleg.2,
Aut vbi decipior melioris imagine ſomni.

Specie recti decipimur. Horat. Arte poet.
Maxima pars vatum pater, & iuuenes patre digni
Decipimur ſpecie recti.

Per te decipior. Ouid.2.Amor.eleg.10.
Deceptus ſum in eo. Plaut.Aſin.9.
Aſtu decipiendus. Ouid.13.Metam.

Deceptus, Participium {ἀπατηθείς.} vt,
Errore locorum deceptus. Virg.3.Æneidos,
Séque nouo veterum deceptum errore locorum.

Fides decepta. Stat.8.Thebaid.
Fraude deceptus. Ouid.epiſt.19,
Deceptam dicas noſtra te fraude licebit.
Deceptus verbis aliorum. Ouid. epiſt.2.

Deceptor, deceptoris, Verbale {ἀπατεών,} Seneca Thyeſte,2,
-prodítus, occidit
Deceptor dominæ Myrtilus, &c.

Decipula, æ, pen.corr. Quoddam laquei genus ad decipiendas, capiendáſque feras. Sipontin.

Decipulum, pen.corr. decipuli {ἀπατηδέον} Idem. Apul.lib.8, Opportunum decipulum nactus.

Decircino, decircinas, penultima correpta {κυκλόω} decircinare, Idem quod ſimplex Circino, quod ſignificat aliquid rotundum facio. Manilius libro 3. capite 40, Quam tereti natura ſoli decircinat orbem In tumidum, & mediam mundo ſuſpendit ab omni. De terra loquitur.

Deciremis, pen.prod.fg. {δεκήρης} Nauigij genus, decem habens remorum ordines. Plinius lib.7.cap.56, Quinqueremem inſtituit Neſichthon Salaminius: ſex ordinum Zenazoras Syracuſius: ab ea ad deciremem Neſigethon.

DECIVS ſub Valerio & Cornelio COSS. Tribunus mil. {δέκιος.} Idem bello Latino Conſul Manlium Torquatum Collegam habuit, in quo bello dum ſeſe hoſtibus obiiceret, cecidit. Huius filius P.Decius de Samnitibus triumphauit. Poſtremò Conſul, cum M. Fabium Collegam haberet, in bello aduerſus conſpirantes Gallos, Samnites, Vmbros, Tuſcos, patris exemplum imitatus, occubuit. Author Cæcilius.

Decius imbecillis. Sil.lib.11.
Pulchri Decij. Claud.5.Paneg.
Vecors Decius. Sil.lib.11.
Decij tres fuerunt: pater, filius, & nepos. Cicero 1. Tuſculan.

Non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruſcis filius, etiam cum Pyrrho nepos, ſe hoſtium telis obieciſſent. Virgilius 6. Æneidos.

Decius Brutus conſpirans cum Caſſio, necem Caio Cæſari intulit, dúrque & aſſertor Romanæ maieſtatis fuit. Filius autem Cæſaris eſſe creditus eſt. Nam quum Seruilia ſoror Vticenſis, matérque Bruti fuerit, cum qua adoleſcens Cæſar conſuetudinem non ſine probro habuiſſe fertur, cúmque eo tempore ex Seruilia natus foret, haud dubiè Cæſaris filius vulgò habitus eſt. Quod ipſum Cæſarem die cædis ſuæ, quum vndique infeſtis mucronibus appeteretur, dixiſſe ferunt. Ex Alex. Genial. dier. lib. 5. cap. 28.

Declamo, declamas, pen. prod. {μελετάω} declamare, Eſt fícto themate ſe exercere. Ouid. 2. de Arte,

Sed neque declament medio ſermone diſerti,
Nec ſua veſanus ſcripta poeta legat.

Solebant enim Romani adoleſcentes eloquentiæ ſtudioſi, exercendi ingenij gratia, inuchi orationibus in eos quos ſcirent aliquo crimine poſſe notari. Inde Senecæ & Quintiliani declamationes.

Contra aliquem vehementiſſimè declamare. Cic. 6. Verr. Ille autem inſanus, qui pro iſto contra me vehementiſſimè declamaſſet, poſtquam, &c.

Suaſorias declamare. Quintil. lib. 3. cap. 8.

In aliquem declamare impunè. Cic. Appio, libro 3. II. Quo in loco declamare nō ſignificat, intra domeſticos parietes aut in ſchola fictè accuſare: ſed vel accuſare, vel generaliter malè dicere aut loqui. Ita enim lædítur maieſtas, quando vel in Remp. vel in principes eius dicuntur aut fiunt ea, quæ lædunt imperij dignitatem, quæ Maieſtas propriè dicitur. Vt Sylla voluit, lege Cornelia maieſtatis.

Magiſter declamandi. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Opus declamandi. Quintil. lib. 2. cap. 10.

¶Declamare, pro Clamoſè contendere accipitur à Cic. pro Roſc. Amer. Niſi fortè expectatis vt illa diluam, quę de peculatu, ac de eiuſmodi rebus commentitiis, inaudita nobis ante hoc tempus ac noua obiecit, quæ mihi iſte viſus eſt ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur. Budæus.

Declamito, declamitas, pen. corr. declamitare, Frequentatiuum. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 21, Præterea declamitare Græcè apud Caſſiũ inſtituit: Latinè autem apud Brutum exerceri volo.

Sedentes declamitant Græci. Cic. 1. de Orat.

Vini exhalandi, ñon acuendi ingenij cauſa declamitare. Cicero 2. Philipp.

Cauſas declamitare. Cic. 1. Tuſcul.

De aliquo declamitare. Cic. 5. Philip. Ipſe interea decem & ſeptem dies, vt digeſtio potius quàm declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, ſicim quærens.

Declamitaas, pen. corr. Participium. Cic. de Clar. Orat. Commentabar declamitans (ſic enim nunc loquuntur) ſæpe cum M. Piſone, & cum Qu. Pompeio, &c.

Declamator, penultima producta {μελετητής} Qui aut in ſcholis, aut ſecum fictam cauſam agit, vt poſſit verá rectius agere. Cic. pro Planc. Non vobis videor cum aliquo declamatore, non cauſa laboris & fori diſputare?

Declamator de ludo, aut rabula de foro. Cic. in Orat. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimũ & perfectiſſimum quærimus.

Declamatio, Verbale {μελέτη.} Cic. 1. Tuſcul. Vt enim antea declamitabam cauſas, quod nemo me diutius fecit, ſic hæc mihi nunc ſimilis eſt declamatio.

Fortuna declamationis. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Senilis declamatio. Cic. 2. Tuſc.

Vulgari & peruulgata declamatione contendere. Cicero pro Planco.

Declamatorius, Adiectiuum {μελετητικός.} Cic. ad Q. frat. lib. 3. 19, Et ipſe puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur. Legitur & clamatorio.

Conſuetudo declamatoria. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Genus declamatorium dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Declamatorie {μελετητικῶς} Aduerbium, More declamantium. Hieronym. More eorum, qui declamatorie ſolent loqui ad populum.

Declaro, declaras, penult. prod. {δηλόω, φανερὸν ποιῶ, σαφηνίζω, ἀποφαίνω} declarare, Aperire, manifeſtare. Cic. 1. Offic. Declarauit id modo temeritas C. Cæſaris, qui omnia iura diuina atque humana peruertit. Idẽ ad Ligarium, lib. 6. epiſt. 13, Poſtea verò quàm magnam ſpem habere cœpi, fore vt te breui tempore incolumem haberemus: facere non potui, quin tibi & ſententiam & voluntatem declararem meam.

Declarare plus eſt quàm Significare. Cicero Luceio, libro 5. 13, Itaque hoc ſæpius dicendum, tibíque non ſignificandum ſolùm, ſed etiam declarandum arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius.

Vultu & verbis ſignificare, & re declarare. Cic. pro Mil. Si denique vnquam locus ampliſſimorum ordinum delectis viris datus eſt, vbi ſua ſtudia erga fortes & bonos ciues, quæ vultu & verbis ſæpe ſignificaſſent, re & ſententiis declaraſſent: &c.

Significatione. non demonſtratione vniuerſam rem & ſententiam declarat geſtus ſcenicus. Cic. 3. de Orat.

Luculentam plagam accepit, vt declarat cicatrix. Cicero 7. Philippica.

Beneuolentiam in aliquem declarare. Cic. pro Domo ſua.

Copiam declarat ſatietas rerum & abundantia. Cicero in Paradoxis.

Conſuetudinem vitámque maiorum actionum genera quædam declarant. Cic. 1. de Orat.

Declarant gaudia vultu. Catul. epig. 59.

Præſentiæ deorum declarant ab his, ciuitatibus & ſingulis hominibus conſuli. Cic. 2. de Nat. deor.

Acumen interpretis declarant quædam. Cic. 1. de Diuinat.

Perfectionem declarat officij, verbum oportere. Cic. in Orat.

Victorem declarat. Virgil. 5. Æneidos,

Victorem magna præconis voce Cloanthum Declarat.

Gemitu & mœſtitia declarauit quantum haberet odium ſeruitutis M. Lepidus. Cic. 5. Philipp.

Literis declarari aliquid. Cic. 2. de Orat.

Præſentiam ſuam ſæpe diui declarant. Cic. 2. de Diuinat.

Propriam cuiuſque rei vim definitione declarare. Cicero 1. de Oratore.

Declarare re potius quàm verbis. Cic. Ligario, lib. 6. 13, Quando quid ſentirem expoſui, quid vellem tua cauſa, re potius declarabo quàm oratione.

Volatibus auium, cantibúſque certiſſimis ſignis res futuras declarari. Cic. 1. de Diuinat.

Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa ſomniis, multa portentis. Cic. 2. de Nat. deor.

¶Non ſolùm homines, ſed etiam verba & vocabula declarare dicuntur. Cicero 2. de Finibus, Nullum inueniri poteſt, quod magis idem declaret Latinè, quod Græcè, quàm declarat voluptas. Idem paulo pòſt, Erit enim notius quale ſit, pluribus notatum vocabulis idem declarantibus.

¶Declarare Conſulem, Renuntiare. Cic. pro Murena, Vt eiuſdem hominis voce & declaratus Conſul & defenſus.

Declarans, Participium {δηλῶν.} Cic. 1. de Diuinat. Relinquendum eſt homini, vt ſignis quibuſdam conſequentia declarantibus, futura præſentiat.

Declaratio, Verbale {δήλωσις.} Cic. ad Planc. lib. 10. 5, Rurſus declaratio animi tui quem haberes de Rep. quémque habiturus eſſes, mihi erat iucundiſſima.

Amoris declaratio. Cic. Trebonio, lib. 15. 21, Liber iſte quem mihi miſiſti, quantam habet declarationem amoris tui?

Declauo, declauas, declauare, Clauas amputare, Id eſt ramos arboris, ſolúmq; relinquere truncum & ſtirpem. Nam clauas & clauulas in hac ſignificatione poſuerunt veteres. Palladius, Claua ſcri commodius eſt, quæ ſit manubrij craſſitudine, longitudine cubitali. Varro, Vt ſic de tenero ramo ex vtraque parte præciſum æqualiter, quas alij clauolas, alij raleas appellãt. Verbum hoc reperitur in Pandectis, in titul. Arbor. furt. cæſar. vbi tamen hactenus lectum eſt deglubere, vel delibrare: ſed quum veriſimilius ſit Prætori veniſſe in mentem ramalium & clauarum potius, quàm libri & corticis, declauare ſubſtituit Turnebus ſub veterum librorum authoritate, quod & rectius exiſtimo.

Declino, declinas, penult. prod. {κλίνω, κατακλίνω, ἐκκλίνω, ἐκτρεπτικῶς, κατακλίνω} declinare, Deflectere. Cicero pro Plancio, Brundiſium veni, vel potius ad mœnia acceſſi: vrbem vnam mihi amiciſſimam declinaui.

Loco mouere ſe & declinare. Cic. de Fato, Neque extrinſecus impulſam aromum loco moueri & declinari dicit.

Atomus ab atomo pulſa non declinat. Cic. de Fato.

Minimo interuallo declinare. Cic. de Fato.

Magna rerum permutatione impendente, declinaſſe paululum, & ſpe reliquæ tranquillitatis, præſentes fluctus, tempeſtatémque fugiſſe. Cic. pro Sextio.

Declinare à loco aliquo. Cic. ad Attic. lib. 14.

Declinare ſe extra viam. Plaut. Aulularia,

Nam ego modò declinaui paululum me extra viam.

Declinare de via ad dexteram. Cic. 5. de Fin. Modò etiam paulum ad dexteram de via declinaui.

Curſus declinare. Ouid. 10. Metam.

Paulatim declinat amor. Ouid. 9. Metam.

Declinat in veſperum dies. Colum. lib. 8. cap. 4.

Inflammatio declinat. Celſ. lib. 5. cap. 27.

Somnus declinat ocellos. Propert. lib. 2. eleg. 1.

¶Appetere & Declinare, contraria. Cic. 3. de Nat. deor. Appetuntur autem quæ ſecundum naturam ſunt, declinantur contraria.

Perſequi & Declinare, contraria. Cicero in Partit. Actionis autem duo ſunt genera. Vnum, ad perſequendum aliquid, aut declinandum.

Declinare à proposito deflectereque ſententiam. Cic. in Orat.

Declinare contentiones. Cic. ad Attic. lib. 2. epiſt. 20.

Impetum alicuius tectè declinare. Cic. in Orat.

Declinare laqueos iudicij. Cic. pro Milone.

A malis natura declinamus. Cic. 4. Tuſcul.

Subire & Declinare minas alicuius, cõtraria. Cic. Att. lib. 2. ep. 120, Minæ Clodij contentionéſque quæ mihi proponuntur, modicè me tãgunt: eremm vel ſubire eas videor mihi ſumma cum dignitate, vel declinare nulla cum moleſt. a poſſe.

Declinare ab religione officij: Hoc eſt, non obſeruare officij iura & ſanctitatem. Cic. 5. Verr. Qui ſibi hoc ſumpſit vt corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoſcat, ſiqua in re ipſe ab religione officij declinarit?

Declinare de ſtatu. Cic. de Prouinc. Conſul. Subire vim atque iniuriam maluí, quàm aut à veſtris ſanctiſſimis mentibus diſſidere, aut de meo ſtatu declinare.

¶Declinare de via, per translationem, pro Aberrare. Cicero de Amicitia. Ident de Fato, Hoc modo hanc cauſam diſceptari oportet, non ab atomis errantibus, & de via declinantibus petere præſidium.

Declinare vitia. Cic. 1. Offic.

A delictis quæ parua videntur, eſt diligentius declinandum. Cicero 1. Offic.

¶Eò reuocemur, vnde huc declinauit oratio. Cicero 2. de Oratore.

Huc declinabam nec inuitus. Cic. 1. de Leg.

¶Non eſt declinata quidquam ab aliarum ingenio. Terent. Hecy. 2. 1. Id eſt, eiuſdem ſunt ingenij.

¶Declinat

¶Declinat à topazio in aurum. Plinius lib. 37. cap. 8, Præfertur his chryſopraſius, porri ſuccum & ipſa referente, ſed hæc paulum declinans à topazio in aurum.

¶Declinare agmen aliquò, Pro de loco vno ducere ad alium. Liu. 1. ab Vrbe, Nec ea culpa quam arguo, omnium Albanorum ducem ſequuti ſunt, vt & vos ſiquò ego inde agmen declinare voluiſſem, feciſſetis.

¶Declinare, Vitare. Cic. 1. Offic. Declinétque ea quæ nocitura videantur.

Declinare certamen, & detrectare, pro eodem ponit Liuius, teſte Budæo.

Declinare ictum. Liu. 6. bel. Macedon. Non iaculis ſolùm vt ſolet, exceptos declinabant ictus, ſed armati frequentes, &c.

Declinans, penul. prod. {κλινόμενον} Participium: vt Declinans morbus. Plin. lib. 23. cap. 1, Quod ad febrium valetudines attinet, certum eſt, non dãdum in febre, niſi veteribus ægris, vinum, nec niſi declinante morbo. Ita quoque & declinans ætas dicitur, quam quidem inclinantem vocant, Hippocrates & Galenus conſiſtentem, nempe eam quæ media eſt inter vigeneem & decrepitam ætatem.

Declinatus, pen. prod. Participium {κλινόμενος.} vt Declinatus ictus.

Declinata ætas apud Quintil. libro 12. cap. vlt. Id eſt prouecta, & vergens.

Declinatus, pro Declinans, inquit Budæus. Quintil. lib. 12. cap. 1, Neque ſpe, neque metu declinatus animus, quo minus optimis ſe partibus, id eſt Reipublicæ, iungeret. De Cicerone loquitur.

Declinatio, Verbale {κλίσις, κλιμάτιον} Deflexio: vt

Declinatio corporis, pro Deflexione. Curtius lib. 7, Igitur Macedo lanceam omiſit, quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione vitaſſet, &c.

Declinatio breuis à propoſito. Cic. 3. de Orat.

Declinatio ad libidinem. Cic. 1. de Finib.

Appetitio & declinatio, contraria. Cic. 3. de Nat. deor. Præterea nullum poteſt eſſe animal, in quo non & appetitio ſit & declinatio naturalis.

Declinatio periculi. Cic. ad Att. lib. 2. epiſt. 20.

Laboris & periculi declinatio. Cic. pro Cluent.

Parua declinatione effugere aliquid. Cic. 1. in Catil.

Facere declinationem à malo cum ratione, ſapientis eſt. Cic. 4. Tuſc.

¶Declinatio (inquit Varro lib. 3. de Analogia) eſt quum ex verbo in verbum, aut ex verbi diſcrimine, vt tranſeat mens, vocis commutatio ſit, aliqua ſimilitudo declinationis. quum item ex aliqua figura in figuram tranſit.

Græcis nominibus Græcas declinationes dare. Quintil. lib. 1. cap. 5. & 6.

¶Declinatio mundi vel cæli dicitur à Latinis, quod Græci dicunt κλίμα, plagam nimirú duobus interiectam parallelis ab æquatore declinantẽ. Columell. lib. 1. cap. 6, Calore naturali eſt opus, qui contingit poſitione cæli & declinatione. Vſus eſt præterea idem Columella lib. 3. cap. 1. Gellius lib. 14. cap. 1, Deuergentiam vocat. Et Vitruuius libro 1. cap. 1. Inclinationem. Propter inclinationes cæli, inquit, quas Græci κλίματα vocant.

Decliuis, & hoc decliue, pen. prod. {κρημνὸς, κρημνώδης} Inclinatus atque incuruus. Cæſar 2. bel. Gall. Collis à ſummo æqualiter decliuis.

Decliuis & præceps locus. Cæſar 4. bell. Gall.

Antrum decliue. Ouid. epiſt. 7.

Decliuis area. Colum. lib. 1. cap. 5.

Aruum Horat. 3. Carm. ode 29.

Curſum decliuem ad littora habent amnes. Lucan. lib. 4.

Dexteriora montis decliuia. Lucan. lib. 2.

Faſtigium. Cæſar 1. bel. Ciuil. Ab oppido autem decliui faſtigio vergebat in longitudinem paſſuum circiter quadringentorum.

Flumina. Ouid. 1. Metamorphoſeos,

Fluminaque obliquis cinxit decliuia ripis.

Iter. Ouid. 15. Metamorphoſeos,

Labitur occiduæ per iter decliue ſenectæ.

Iuga. Stat. 5. Thebaid.

Olympus. Ouid. 6. Metam.

Stella. Ouid. 3. Faſt.

Trames. Ouid. 3. Faſt.

Via. Ouid. 7. Metam.

¶Decliuis ætate. Plin. epiſt. 171, Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diu vidua, mater olim, &c.

Decliuitas, pen. corr. decliuitatis {τὸ κρημνῶδες} Ipſa inclinatio, & incuruitas. Cæſar 7. bel. Gall. Exiguum loci ad decliuitatem faſtigium, magnum habet momentum.

Decoctus, Decoctura, Decoctor, Vide DECOQVO.

Decollo, decollas {ἀποκεφαλίζω, ἀποτεμαχκίζω} decollare, De collo deponere. Cæcilius, Notonicaſone, Habes, vide, tibi tradidi in tuo collo eſt, decolles caue. Nonius.

¶Decollare, Caput alicui auferre, Collum truncare. Diomedes lib. 1. de hoc verbo loquens, Quæ, inquit, ſignificatio apud Feneſtellam aliter inuenitur in lib. epitomatum ſecundo, quemadmodum Cæſar à pirateis captus ſit, vtque eos poſtea ceperit, & decollauerit. Vetereſ autem ſecuri cæſos dicebant. Suet. in Caligula, cap. 32, Miles decollandi artifex quibuſcunque è cuſtodia capita amputabat.

¶Decollare {καταλέπτειν} pro Deſtituere & fruſtrari, ſiue decipere, vt vult Diomedes. Plaut. Capt. 8,

Nunc ibo ad portum hunc: eſt illic mihi vna ſpes cœnatica:
Si ea decollabit, redibo huc ad ſenem ad cœnam aſperam.

Lucilius lib. 12, Quibus fructibus me decollaui. Quod Varro decollare dixit, Columella eandem rem tractans, deeſſe ſcripſit. Varronis verba hæc ſunt lib. 1. de Re ruſt. cap. 2, de vitibus loquentis, Duo in primis ſpectaſſe videntur Italici homines in colendo, poſſéntne fructus pro impenſa ac labore redire: & virum ſaluber locus eſſet, an non. Quorum ſi alterutrum decollat, & nihilominus quis vult cole-

re, mente eſt captus, atque ad agnatos & gentiles eſt deducendus Columellæ autem hæc, lib. 1. cap. 3, Porcius quidem Cato cenſebat in emendo, inſpiciendóque agro, præcipuè duo eſſe conſyderanda, ſalubritatem cæli, & vbertatem. quorum ſi alterum deeſſet, ac nihilominus quis vellet incolere, mente eſſe captum, atque eum ad agnatos & gentiles deducendum.

Decolor, pen. corr. decoloris, pen. prod. om. gen. {κακόχροος} Quod eſt colore vitiatum, vel quod colorem amiſit. Plin. lib. 16. cap. 12, Frigida hyeme deterior, ac minus copioſa, & decolor.

Ætas decolor. Virg. 8. Æneid. Decolor ætas, Vitioſa. In omni enim vitioſo corpore ineſt peſſimus color. Et alludit ad naturã metalli, quam cernimus diſcolorem: nec immeritó. Suprà enim dixerat Aurea ſecula: ideo nunc dixit ætas decolor. Hæc Seruius.

Sanguine decolor fluuius. Stat. 12. Thebaid.

Imber decolor. Claud. in Eutrop. 2.

India. Seneca Hippol. 3.

Indus. Ouid. 5. Triſt. eleg. 4,

Et quaſcunque bibit decolor Indus aquas.

Sanguis. Cic. 2. Tuſcul. Iam decolorem ſanguinem omnem exorbuit.

Decolor ſpecies æris, argentíve. Plin. lib. 31. cap. 6.

¶Decolor, pro fœdo. Ouid. epiſt. Deianiræ,

Fama Pelaſgiadas ſubitò peruenit ad vrbes
Decolor, & factis inficianda tuis.

Decoloro, decoloras, pen. prod. {κακοχρωματίζω} decolorare, Colorem auferre, vel vitiare. Colum. lib. 12. cap. 16, Deinde vuas pro magnitudine binas vel ternas inter ſe colligatas, in ahenum feruens demitti, & exiguum pati, dum decolorentur. Seneca 2. Natur. quæſt. cap. 41. Decoloratur id cuius color vitiatur, non mutatur.

Cædes decolorauere mare Dauniæ. Horat. 2. Carm. ode 1. 7.

Ex albo decolorari. Columel. lib. 12. cap. 47, Oliua paulea vel orchi ta quum primùm ex albo decoloratur, fitq; luteola, ſereno cælo manu diſtringitur.

¶Decolorari, per tranſlationem, pro infamia notari, in l. Eum qui probabilem. C. de epiſcop. & cleric.

Decoloratus, Participium {κακόχρους.} Author ad Heren. libro 2, Si tumore aut liuore decoloratum eſt corpus mortui.

Decoloratio, Verbale {κακόχρωσις.} Cicero 2. de Diuinat. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maximè poteſt ſanguini ſimilis eſſe.

DECONTES, Herculis filius fuit ex Megara Creontis Thebanorum tyranni filia. Author eſt Homer. in Odyſſ.

Decoquo, decoquis, pen. corr. decoxi, decoctum {ἑφθίω} decoquere, Paulatim diminuere ſignificat, & coquendo abſumere. Plin. libro 31. cap. 3, Neronis principis inuentum eſt decoquere aquam, vitióque demiſſam in niues refrigerare. Vnde decoquere muſtumvel aliud ad tertias & quartas, Columellæ lib. 13, & Plinio ſæpe. Budæus. Plinius lib. 20. cap. 19. Horat. 2. Serm. ſat. 1, -donec

Decoqueretur holus.

Humorem decoquit. Virg. 1. Georgicorum,

Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem.

Iram decoquere. Claud. 2. in Eutrop.

Decoquunt anni materiam abundantiorem. Quintil. lib. 2. cap. 4. Id eſt diminuunt, limant, atterunt, & quaſi expurgant.

Decoquit domino res. Columella in principio lib. 11. cap. 1, Nam quahuis interdum emendatum ſit perperam factum vel imprudentia, vel negligentia, res tamen ipſa iam domino decoxit. Decoxit, id eſt frugum fœturam quaſi fœnus debitum non reddidit. Hæc Budæus. Plinius lib. 21. cap. 6, Areis decoquentibus. Id eſt depoſitum non reddentibus.

Decoquitur argentum experientibus. Liu. 2. bel. Maced. Carthaginienſes eo anno argentum in ſtipendium impoſitum primùm Romam aduexerunt. id quia probum non eſſe Quæſtores renuntiauerunt, experientibúſque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua ſumpta interrimentum argenti ſuppleuerunt.

Decoquere creditoribus, Eſt vorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certè fidem ſuam per inopiam non liberare. Plin. lib. 33. cap. 10, Poſtea diuites cognominati, dummodo notum ſit eum qui primus accepit hoc nomen, decoxiſſe creditoribus ſuis. De Craſſo loquens, qui diues cognomento dictus eſt: cuius meminit Valerius lib. 6. cap. 2. Budæus.

Decoquere bonæ ſpei, pro Bonam ſpem fallere. Seneca epiſt. 36.

Decoquere publicam ſalutem. Plin. lib. 31. cap. 3.

Decoctum argentum, Cic. in Piſonem, pro pecunia in luxum & ganeam abſumpta, poſuit his verbis ſcommaticè & mordaciter in Piſonem dictis, Ita enim ſunt rationes perſcriptæ ſcitè & literatè, vt ſcriba ad ærarium, qui eas retulit, perſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans commurmuratus ſit. Ratio quidem hercle apparet, argentum decoctum, ἐξέφθαι. Id eſt reliqua non comparent, non extant. Verba autem ſunt Plauti ex Trinummo à Ciceronе in orationem ſuam tranſlata, quæ tamen in omnibus Ciceronis exemplaribus depraua tiſſimè leguntur. His enim verbis deſcribitur habitus hominis profuſi de reliquis rationum ſuarum anxij. Budæus. Alia Ciceronis exemplaria quæ putantur caſtigatiſſima, non habent hanc vocem decoctum.

Decoctus, Participium {ἑφθὸς.} Cicero 3. de Orat. Ita ſit nobis igitur ornatus & ſuauis orator, nec tamen poteſt aliter eſſe, vt ſuauitatem habeat auſteram & ſolidam, non dulcem atque decoctam.

Decocta, Abſolutè, ſic tamen vt ſubaudiatur aqua. Iuuen. ſat. 5,

Si ſtomachus domini feruet vinóque, cibóque,
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

Decoctor, decoctoris {δεσποτικῶς} Luxu & ganeæ ſtudio perditus, Latinè nequam verbo ſignificantiſſimo. Cic. 2. in Catilinam, Ex his copiis quæ à nobis quotidie comparantur magnopere contemno collectum ex ſenibus deſperatis, agreſti luxuria, ex ruſticis mendiculis, ex decoctoribus, ex his qui vadimonia deſerere, quàm illum

exercitum maluerunt. Catul. epig. 39.
¶Decoctor pecuniæ publicæ, Id est absumptor & dilapidator. l. 40. C. de decurionibus, lib. 10, Quilibet principalium vel decurionum, si vel decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adscriptionibus, &c.

Decoctum, decocti, Substantiuum {ἀφέψημα} Quod decoctum est. Plin. lib. 24. cap. 9, Decoctum eorum in vino potum, vel impositum cum rosaceo & cera sedat. Idem, lib. 24. cap. 10. Vulgus pharmacopolarum decoctionem vocat.

Decoctus, huius decoctus {ἕψησις.} Plinius libro 37. capite 12, Et aliàs omnes gemmæ mellis decoctu mitescunt. Hoc est, cum melle decoctæ.

Decoctura huius decocturæ, penultima producta {ἕψησις.} Plinius libro 23. capite 1, Decoctura eorum veteres dysentericos & cæliacos iuuat.

Decoqués, Particip. Ambitione, auaritiáque in villas, ac suburbana decoquentibus publicam salutem. Plin. lib. 34.

DECOR, decoris, pen. prod. {διπρόσωπον, πάρεσις} est (inquit Valla lib. 4) quasi pulchritudo quædam ex decentia rerum personarúmque in locis, temporibus, siue in agendo, siue in loquendo. Virg. lib. 5, Est Doryclì coniunx, diuini signa decóris.
Æui decor integer. Stat. 5. Sylu. 2.
Honestatis decor. Cicero 1. de Finib. Decor pro Decoro ponitur. Budæus.
Ipse decor recti. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3,
Ipse decor recti, facti si præmia desint,
Non mouet, & gratis pœniteat esse probum.
Clara decore proles. Ouid. 10. Metam.
Puluis decorem detraher. Tibul. lib. 1. eleg. 9.
Euersor decoris. Senec. Hippol. 8.
Positus decor. Ouid. de Arte Aman. 2,
In ferrum, flammásque ruit, positóque decore
Fertur, vt Aonij cornibus icta dei.
Incomptus decor. Senec. Hippol. 5. Id est natiuus, nullóque fuco adscitus.
Tener nitidi corporis cecidit decor. Senec. Hippol. 4.
Decor virgineus. Senec. Medea, 2.
Inest proprius quibusdam decor in habitu atque vultu. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Natura indulget decori. Ouid. de Arte Aman. 3.
Officere decori alicuius. In OFFICIO.
Spoliare virtutem decore. Cic. 1. Academ. Spoliauit enim virtutem suo decore, imbecillámque reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse beatè viuere. De Theophrasto.

Decorum, decori, pen. prod. {τὸ πρέπον, δίκαιον.} Cic. 1. Offic. Quæ autem subiecta pars generi est, eam sic definiunt, vt id decorum esse velint quod ita naturæ consentaneum sit, vt in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. Ibidem, Hoc loco continetur id quod dici Latinè decorum potest. Græcè enim πρέπον dicitur.
Honestum & decorum. Cic. 2. Offic. Etenim illud ipsum quod honestum decorúmque dicimus, quia per se nobis placet, animósque omnium natura & specie sua commouet, &c.
Quod consentaneum sit hominis excellentiæ, decorum est. Cic. 1. Offic.
Dignum viro decorum videtur, quod viriliter animóque magno fit. Cic. 1. Offic.
Confusum cum virtute decorum est, sed mente & cogitatione distinguitur. Cic. 1. Offic.

Decorus, pen. prod. {εὐπρόσωπος, εὐσχήμων} Adiectiuum. Plin. lib. 12. cap. 5, Sepes munita vallo arboris decora specie subter intuenti.
Decorum & elegans. Cic. 1. de Diuinat. Sentit autem nihil vnquam elegans, nihil decorum.
Decorum & insigne est, statuam in foro populi Romani habere. Plin. lib. 1. epist. 17.
Neque decorum est, nec diis dignum. Cic. 1. de Diuinat.
Iusta omnia decora sunt, iniusta contrà vt turpia, sic indecora. Cic. 1. Offic.
Decorus ab aspectu. Colum. lib. 6. cap. 1. de bobus.
Decorus ad ornatum. Cic. 2. de Natu. deor. Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, & ad vsum aptas, & ad ornatum decoras.
Summa pelle decorus. Pers. sat. 4.
Nigro crine decorus. Horat. 1. Carm. ode 32.
Ductores ostro decori. Virg. 5. Æneid.
Plebs decora cultu. Stat. 1. Sylu. 6.
Ædes decora. Horat. 1. Carm. ode 30.
Æs decorum. Virg. 12. Æneid.
Cæsaries. Virgil. 1. Æneidos,
-nanque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, &c.
Capilli. Ouid. 16. Metamorphoseos,
-mouénsque decoros
Cum capite immissos humerum per vtrunque capillos Constitit.
Caput. Horat. Epod. ode 2,
Vel quum decorum mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit.
Color albus præcipuè decorus deo est. Cic. 2, de Legib.
Crinis. Claud. 1. Paneg.
Disputatio non ita decora alicui. Cic. 4. Acad.
Facies. Horat. 1. Serm. sat. 2.
Cognata & decora forma. Cic. de Vniuers.
Frons. Lucan. lib. 8.
Insigne decorum. Virg. 2. Æneidos,
-sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeíque insigne decorum Induitur.

Hoc est ornamentum decorum. Non enim sunt duo epitheta: quod apud Latinos vitiosum est. Seruius.
Lacrymæ decoræ dicuntur, quando fletus ipse habet aliquid venustatis, ortus à gaudio, vt Terent. Lacrymo gaudio. Virgilius 5. Æneid.
Membra decora iuuentæ. Virg. 4. Æneid.
Os decorum Lunæ. Horat. 1. Serm. saty. 8.
Pectus. Virg. 4. Æneidos,
Térque, quatérque manu pectus percussa decorum.
Reddes ridere decorum. Horat. 1. epist. 7.
Decorus est sermo fenis, quietus & remissus. Cic. de Senect.
Silentium. Horat. 4. Carm. ode 1,
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Studia. Cic. 1. de Diuinat.
Verba. Horat. 2. Serm. saty. 7.
Vix satis decorum. Cic. Art. lib. 4, Vix satis decorum videretur eum pluris dies esse in Crassi Tusculano.
Valde decorum est, patère domos hominum illustrium illustribus hospitibus Cic. 2. offic.
Vultus. Claud. 2. Paneg.

Decorè, pen. prod. {διπρεπῶς, διδέοντως} Aduerb. Cic. 1. Offic. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenij non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea si non decorè, at quàm minimè indecorè facere possimus.
Sancta formata decore Iouis species. Cic. 1. de Diuin. Ex antiquo quodam poeta.
Ad rerum dignitatem aptè, & quasi decorè loqui. Cic. 1. de Orat.

Decus, decoris, pen. corr. neut. gen. {κόσμος, δίκαιωμα, τιμή} Ornamentũ, honor: cuius contrarium est Dedecus, proprièque ignominia quædam, aut ignominiæ genus, & infamis turpitudo. Quintil. in Milite Mariano, Satis dedecoris atque flagitij castra ceperunt.
Décoris honestatísque causa adeunda sunt quæuis pericula. Cic. 2. de Finib.
Ætheris decus. Senec. Octau. 7,
Latéque fulgens ætheris magni decus.
Hoc æui decus. Virg. 4. ecloga,
Téque adeo decus hoc æui, te consule inibit Pollio.
Astrorum decus. Virg. 9. Æneidos,
Astrorum decus, & nemorum Laconia custos. Hoc est Luna.
Decus belli. Ouid. 5. Fastorum,
Signa decus belli Parthus Romana tenebat.
Lucidum cæli decus. Horat. in Carm. secul. 1. Solem & Lunam intelligit.
Decus & laus ciuitatis. Cic. 1. de Nat. deor. Magni existimans interesse ad decus & ad laudem ciuitatis, res tam graues, támque præclaras Latinis etiam literis contineri.
Equitum decus. Horat. 3. Carm. ode 16.
Decora & ornamenta fanorum. Cic. 6. Verr. Hostium spolia, monimenta imperatorum, decora atque ornamenta fanorum, posthac his præclaris nominibus amissis, in instrumento & supellectili C. Verris numerabuntur.
Hominis decus, ingenium: sic ipsius lumen est eloquentia. Cicero de Clar. Orat.
Decus & lumen imperij Romani Cn. Pompeius. Cic. 2. Philip.
Iudiciorum decus atque ornamentum. Cic. pro Cecin.
Perit confusum decus iuris humani. Senec. OEdip. 14.
Laborum. Sil. lib. 1,
-da musa decus memorare laborum Antiquæ Hesperiæ.
Orbis. Senec. Herc. Oeth. 7.
Pompæ. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Ibat erátque decus pompæ, comitúmque suarum.
Populi. Plaut. Asin. 12,
Custos herilis, decus populi, thesaurus copiarum.
Ad decus & ornamentum senectutis, iuris interpretationem ab adolescentia comparare. Cic. 1. de Orat.
Triumphi decus & ornamentum. Cic. de Prouinc. Consul.
¶Æternum decus. Horat. 3. Carm. ode 25.
Æthereum. Claud. 4. Paneg.
Alta. Virg. 2. Æneidos,
Auratáque trabes, veterum decora alta parentum
Deuoluunt.
Terrarum decora ampla viri. Stat. 6. Thebaid.
Auitum. Tacit. lib. 3.
Conspicuum. Ouid. ad Liuiam,
Accipient iuuenem Germanica signa ferentem
Consulis imperio, conspicuúmque decus.
Eburnum. Claud. 1. de Raptu Proserp.
Egregium. Sil. lib. 13.
Eximium formæ decus. Stat. 1. Achil.
Grande decus mearum rerum. Horat. 2. Carm. ode 17.
Immortale. Claud. 2. in Eutrop.
Inane. Horat. Epod. ode 5,
Per hoc inane purpuræ decus precor.
Insigne. Valer. 3. Argon.
Iuuenile. Ouid. ad Pisonem,
Quanuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas
Cœperit, & nondum vicesima veneret ætas.
Syderum magnum decus. Senec. Octa. 7.
Mansurum. Sil. lib. 17.
Maximum decus gentis Pelasgæ. Senec. Troad. 10.
Minimum. Horat. in Arte Poetica,
Nil intentatum nostri liquere poetæ,
Nec minimum meruere decus.
Natiuum. Ouid. de Nuc.
Opimum. in OPIMVS.

Præcipuum

Præcipuum. Ouid. 14. Metamorphoseos,
O & de Latio, ô & de gente Sabina
Præcipuum matrona decus.
Probatum. Sil. lib. 13.
Regale. Ouid. 9. Metam.
Diadema, Regium decus. Senec. Agam. 1,
Hinc auspicari Regium capiti decus.
Sublime. Claud. de Nup. Honorij.
Venerabile. Lucan. lib. 8,
Permansisse decus sacræ venerabile formæ.
Verum decus in virtute positum est. Cic. Planco, lib. 10. 12.
Vile. Claud. de bel. Get.
¶Morti decus addere. Stat. 3. Thebaidos,
-seræque velit decus addere morti.
Honestatem & decus conseruare. Cic. 1. Offic.
Emptum decus ingenti clade. Claud. in lib. epigr.
Enitet ore decus. Virg. 4. Æneidos,
-haud illo segnior ibat
Æneas, tantum egregio decus enitet ore.
Expers decoris. Ouid. 2. Metam.
Gerere nomen & decus. Virg. 2. Æneidos,
& nos aliquod nomen decúsque Gessimus.
Immemores decoris. Ouid. 8. Metamorphoseos,
Immemores decoris, liuentia pectora tundunt.
Decus omne virtutis cum summa eloquentia laude iungere. Cic. de Claris Orat.
Oblitus decorísque sui, sociúmque salutis. Virg. 5. Æneid.
Eloquio partum decus. Sil. lib. 3.
Pellere omne decus ex animo, Id est omnem virtutem. Senec. Hippol. 4.
Decoris securus. Tacit. lib. 19, Apud auidos periculorum, & decoris securos. Sunt autem decoris securi (authore Rhenano in Castigat. in Tacitum) qui nullam honesti curam habent.
Dignitatem & decus sustinere. Cic. 1. Offic. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam ciuitatis, deberéque eius dignitatem & decus sustinere.
Tenere decus. Cic. 1. Offic.
¶Decus, pro Decoro, Cic. in Offic. sæpe vsurpat, & honesto. Restat, inquit, quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Budæus.

Decoro, decoras, penul. corr. {κοσμέω, τιμάω} decorare, Honestare, seu honorificare. Horat. 1. epist. 6, Ac bene nummatum decorat Suadela, Venúsque.
Donis militaribus triumphum decorare Cicero pro Murena.
Decorare lacrymis. Cic. 1, Tusc. ex Ennij epitaphio,
Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. cur? volito docta per ora virûm.
Sertis decorare comas. Tibul. libro 2. eleg. 2.
Decorare corpus. Quintil. lib. 5.
Hæc omnia vitæ decorabat grauitas & integritas. Cic. declar. Orat.
Decorare aliquem honoribus. Cic. pro Corn. Balbo, Quem pop. Romanus singularibus honoribus decorasset.
Amplissimis honoribus & præmiis. Cic. 1. de Orat.
Æterna triumphi laude imperatores. Cic. Antequam iret in exil.
Omni laude, prædicatione, literis, monimentísque decoranda virtus aliqua. Cic. pro Ligar.
Me sceptro decoras. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.
Decorare labores. Sil. lib. 10.
Scipiones patriam spoliis triumphísq; decorarũt. Cic. Octauio, 14.
Aliquem titulis decorare. Sil. lib. 15.
Oppida publico sumptu. Horat. 2. Carm. ode 15.
Oppidum maximis locis cõmunibus, monimentísq;. Cic. 4. Verr.
Decorare atque augere Rempub. Cic. in Pisonem.
Mores decorant virum. Claud. 1. Paneg.

Decorari, Passiuum {κοσμέομαι.} Cic. 4. Acad. Sed quæ populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea ferè sunt & Græcis literis celebrata & Latinis.
Honoribus, præmiis atque splendore decorari. Cicero 1. de Orat.
Quum verus, iustus atque honestus labor honoribus, præmiis atque splendore decoratur.

Decoratus, Participium, {κεκοσμημένος.} Cic. 5. Tusc. Quod honestum nos & laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, & inani vocis sono decoratum esse dicunt, &c.
Auro decoratus. Sil. lib. 17.

Decoramenta canteriorum. Arnobius l. [illegible]aduersus gentes.

Decoramen. pen. prod. decoraminis, n. g. [illegible]us lib. 10,
Vittáque maiorum decoramen fronte sine vllo
Delapsa attactu nudauit tempora regis. Id est, ornamentum suorum maiorum.

Decortico, decortícas, pen. corr. {κοπτολίζω} decorticare, Corticẽ detrahere. Plin. lib. 16. cap. 29, Cæci intempestiuum quæ decorticentur. Scribonius Largus excastrare vocat.

Decorticatio {κοπτόμενος} Verbale. Plin. lib. 17. cap. 24, Quòd si angusta decorticatio fuerit, nihil nocet supradictis.

Decorticatus, pen. prod. Participium. Plin. libro 16. cap. 41, Tradunt & abietem circa germinationes decorticatam qua diximus luna, aquis non corrumpi.

Decorum, Decorus, Vide DECOR.

Decotes, Dictæ sunt togæ attritæ, quasi cotibus detritæ atque consumptæ sint. Festus.

Decrepitus, pen. corr. {ἱκανῶς γέρων, παρὰ τὸ κρέπειν} Adiectiuum. Decrepiti (inquit Donatus) dicti sunt quorum crepitu & plangore familiæ, fuerant iam conclamata funera. Idem, Decrepita anus, aut stomacho anili, aut iracundo: aut decrepita, obtusi animi, & læsæ senectutis: aut decrepita, cui sæpe moribundæ crepuerit planctu familia. Festus, Decrepitus, desperatus, crepera iam vita, vt crepusculum, extremum dici

tempus. Siue decrepitus dictus, quia propter senectutem nec mouere se, nec vllum facere potest crepitum. Nonius, Decrepiti senes, in dubio vitæ constituti. Terent. Eunuch. 2. 1, Cum meo decrepito hoc Eunucho. Idem Adelph. 5. 8,
-atque anum decrepitam ducam.
Decrepita ætas. Cic. 1. Tusc. Ex his igitur, hora octaua quæ mortua est, prouecta ætate mortua est: quę verò occidente sole, decrepita.
Tristis ac decrepitus senex. Cic. pro Cælio, Huic tristi ac decrepito seni respondet Cælius?

Decrescо, decrescis, decreui, decretum, pen. prod. {μειοῦμαι} decrescere, Diminui. Martialis, Decreuere greges, quum cadit agna frequens.
Decrescere & Accrescere, contraria. Plaut. Curcul. 5, Valetudo decrescit, accrescit labor.
Crescere & Decrescere, contraria. Cic. 2. de Diuin. Ostreísque & conchyliis omnibus contingere, vt cum Luna pariter crescant, pariterque decrescant.
Cornua decrescunt. Ouid. 1. Metam.
Decrescit febris. Cels. lib. 3. cap. 6.
Metus decrescit. Sil. lib. 7.
Effosso marmore decrescunt montes. Ouid. 3. de Arte amandi.
Morbus decrescit. Cel. lib. 3, cap. 20.
Vestes decrescunt pueris, Id est illis crescentibus videntur breuiores fieri. Stat. lib. 2. Syl. 1.
Decrescente die. Plin. lib. 2. cap. 59.
Flumina decrescentia. Horat. 4. Carm. ode 7,
-& decrescentia ripas
Flumina prærerunt.
Vndæ decrescentes. Ouid. 1. Metam.

Decretorius, Decretum, Vide DECERNO. Plin. lib. 13. cap. 13, Numæ decretorum libros XII. fuisse.
Decreta Principum dicuntur, quæ princeps caussa cum consilio cognita, & veraque parte audita pronunciauit, vt in l. 3. D. de his quæ in test. delent.
Decreta priuata Cæsaris dicuntur, quę non publico decreto, vt inter exempla referantur, sed priuati iuris caussa statuta esse videntur. Vide Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 23.

Decretalis, le, Quod fit per decretum. vt,
Decretalis bonorum possessio, quæ facti est, & extraordinaria vulgò vocatur: & ideò dicta est decretalis quòd potissimum à decreto pendeat, suámque substantiam accipiat. Id monuit Alciatus, enarrans l. delata. D. de verb. signific.

Decretorij dies medicis dicuntur, quos Græci κριτικοὺς vocant, eósque Lunę acceptos referri debere Galenus lib. De criticis diebus 3. author est. Meminit Cæl. lib. antiq. lect. 14. cap. 11.

Decubo, decubas, pen. corr. decubui, decubitú, pen. corr. {κοιτάζομαι} decubare, Iacêre. Aquilius, Decubantem excitaui feram.

Deculco, deculcas, {κατατατέω} deculcare, Idem quod calco, vnde est compositum. Plin. lib. 17. cap. 10, Alij in qualo pedibus in profluente deculcant.

DECVLANI, Populi in secunda regione Italię numerantur à Plinio lib. 3. cap. 11.

Decultarunt, Valde occultarunt. Fest.

DECVMA, Hispaniæ oppidum, in conuentu Cordubensi, teste Plinio lib. 3. cap. 1.

Decumanus, pen. prod. {δεκατεύς} authore Festo, appellatur limes, qui fit ab ortu solis ad occasum. Alter ex transuerso currens, appellatur Cardo. Plin. lib. 18. cap. 34, Linea hæc erit ab ortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrum, decumanus vocabitur. Hic limitem, non pro termino, sed pro forma agri intelligere oportet. Idem lib. 17. cap. 22.
Decumana oua dicuntur, & decumani fluctus, qui sunt magni, nam & ouum decimum maius nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur. Festus. Lucan. in 5. Phar.
Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Inualida cũ puppe leuat. Sic Decumana pyra apud Columel. lib. 12, cap. 10.
Decumana porta in castris, præcipua, & patentior aliis atque frequentior, quæ in postica parte castrorum erat, vt ex Cæsare libro 3, bel. Gall. intelligimus: & ex Liuio libro 10.
Decumanus acipenser apud Cic. in 2. de Fin. Ex Lucilij carminib.
Decumanus ager, Ex quo decimæ recipiuntur. Cic. 5. Ver.

Decumbo, decumbis, decubui, decubitum, pen. corr. {κατάκειμαι} decumbere, Idem quod decubare, Iacêre. Colum. lib. 7. cap. 9, Siquem mater decumbens oppresserit, cubanti subtrahat.
Tertia falce decubuit Ceres. Seneca lib. 2. Theb.
¶Decumbere more veterum, cibi sumendi gratia. Plaut. Merc. 3.
Terent. Phorm. 2. 2, Prior bibas, prior decumbas. Sic Cic. 5. Verr.
Decumbere ad tabulam. Varro 3. de Re rust. cap. 5.
¶Decumbere, Verbum proprium gladiatorum, quum ipsi vulneribus confecti cadunt. Cic. 2. Tusc. Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos qui quærant quid velint: si satisfactum iis sit, se velle decumbere.
Honestè decumbere, Id est mori. Cic. 3. Philip.

DECVNI {δεκοῦνοι} Liburniæ populi, qui in Salonam coloniam iura petunt. Plin. lib. 3. cap. 22.

Decupa, decupæ, quid sit, à viris doctis ignoratur. Legitur tamẽ apud Ciceronem in Pisonem, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola atque decupa. Quo loco legendum putat Budęus de cupa, vt sit sensus, Pisonem non viuere frugaliter & vt solent quibus est cura domestica: sed vinum à propolis emere, atque id è cupa, hoc est non diffusum aut asseruatum, sed quemadmodum è cupa adfertur, hoc est penè musteum: non enim futuris annis prouidebat.

Decuplus, pen. corr. Adiectiuum {δεκαπλάσιος} Id est decies tantum. Liu. 9. bel. Maced. Vti ea quoque decuplo tãto pluris qui quãti essent, æstimarentur. In emendatioribus codicibus legitur, decẽ tanto, &c.

Decures, decuriones. Festus.

Decurio, huius decurionis {δεκάρχης.} Valla lib. 6, In municipiis (vt mihi quidem videtur) idem est Decurio, qui Romæ Senator. Cic. pro Sextio, Recita quæso P. Sexti, quid decreuerint Capuæ decuriones. Plinius Iunior libro primo, Esse autem tibi centum millium censum, satis indicat, quòd apud nos decurio es. Igitur vt te non decurione solùm, verumetiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta millia nummûm. Pomponius Iurisconsultus, Decuriones quidam dictos aiunt eo, quòd in initio quum coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, consilij publici gratia conscribi solita sit.

¶Decurio. Vegetius lib. 2. cap. 14, Quemadmodum inter pedites centuria vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur. Et habet vna turma equites triginta duos. Huic qui præest, Decurio nominatur. Centum autem pedites ab vno centurione, sub vno vexillo gubernantur: similiter triginta duo equites ab vno Decurione, sub vno vexillo reguntur. Idem tradit Modestus in libro De vocabulis rei militaris. Ælianus tamen in libro De instruendis aciebus, eundem vocat & Decurionem & Decanum: eum videlicet qui præest vni militum decuriæ.

Decuria est numerus hominum, qui à duce vno positione simplici subinde deductus serie, cesser vel in octauum, vel in duodecimum, vel in decimumsextum. Numerus enim decuriæ, variè ad hunc modum à diuersis authoribus datur. Hactenus Ælianus in lib. De instruendis ciebus.

Decuria, decuriæ {δεκανία.} Romæ Iudicum decuriæ quatuor primùm fuere: quibus Gaius princeps quintam adiecit. erántque in singulis decuriis mille & eo amplius equites: hínceque Decuriæ dictæ, quòd decies centum caperent iudices. Vide Plinium lib. 33. cap. 1. & cap. 2. Cic. pro Cluent. Vno iudicio multa est ab eo petita, sicut ab Iunio, quòd non suæ Decuriæ munere, neque ex lege sedisset.

Decuria senatoria. Cic. 4. Verr.

Asconius in 3. Verr. Decuriam interpretatur ordinem: scribíque inter centurias & decurias hoc interesse, quòd honestiorum decuriæ, inferiorum centuriæ dicerentur, vt non immeritò suspicari quis possit Decurias ex eo dictas, quòd decies decem continerent, vt siue centurias siue decurias dicamus nihil intersit.

Decuriæ etiam erant municipalium & rusticorum hominum. Quintil. lib. 4.

Decuriam emere. Cic. 5. Verr. Noli hos (Scribas) colligere, qui múmulis corrogatis de nepotum donis ac de scenicorum corollariis, quum decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem ciuitatis se venisse dicunt.

Reiicere decurias. Cic. 5. Verr. Quid Prætor, iubet recuperatores reiicere decurias. Scribamus quas decurias. De cohorte mea reiicies, inquit.

¶Decuria, decem hominum numerus. Colum. lib. 1. cap. 9, Classes etiam non maiores quàm denum hominum faciendæ, quas decurias antiqui appellauerunt. Virruuius lib. 7. cap. 1, Deinde rudus inducatur, & vectibus ligneis decuriis inductis crebriter pinsatione solidetur.

¶Decuria, pro cœtu & conuentu coepulonum. Plaut. Persa, 4, 4, exigam ego hercle te ex hac decuria.

Decurio, decurias {καταλέγω} decuriare, In curias distinguere & describere. Cic. pro Domo sua, Quum desperatis ducibus, decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum. Idem ad Qu. fratrem, lib. 2. 7, Eodem die s. c. factū est, vt sodalitates, decuriatíq; discederēt.

Homines vicatim conscribere & decuriare. Cic. pro Sextio

Prædæ causa improbos decuriare. Cic. 7. Philip. Hunc prædæ causa quid facturum putatis? non cursus improbos decuriabit?

Decuriatus, huius decuriatus, pen. prod. {διανεμήσις} Ipsa decuriatio. Liuius 2. bel. Pun. Et vbi ad decuriatū & centuriatū cōueniissent, &c.

Decuriatio, Verbale {καταλογάδην} Idem. vt Decuriatio Tribulium. Cic. pro Plancio.

Decurro, decurris, decurri, & decucurri, decursum {καταδίω, κατατρέχω} decurrere, Deorsum currere. Virgil. 2. Æneid. Laocoon ardens summa decurrit ab arce. Liu. 1. ab Vrbe, Metius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decurrerat.

Aperto pelago decurrere, Id est per apertū mare. Virgil. lib. 5. Æneid.

Decurrere cita puppi. Catul. epig. 59.

Celeri cymba decurrere. Ouid. 5. Fastorum,

Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba.

Cito decurrit tramite virgo. Virg. 5. Æneid.

Decurrit super æquora. Ouid. 14. Metamorphoseos,

Summáque decurrit pedibus super æquora siccis.

Decurrere sursum deorsum. Plin. lib. 24. cap. 18, Scarabeum hac in aurena habet, sursum deorsum decurrentem.

Decurrunt in plana arbores. Plin. lib. 12. cap. 14, Attollúntur colles alti, decurrúntque & in plana arbores sponte natæ.

¶Decurrere, Accedere. Liu. 2. ab Vrbe, Qui positus fortè in statione pontis, quum captum repētino impetu Ianiculum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset, &c.

Decurrere ad aliquid. Liu. 4. ab Vrbe, Ipse ad interpellātis pœnam vecors de tribunali decurrit.

Effuso passu decurrere. Lucan. lib. 4.

¶Decurrere dicuntur milites. Vide DECVRSIO. Liu. 10. bel. Maced. Mos erat, lustrationis sacro peracto, exercitum decurrere, & diuisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnæ. Suet. in Nerone, cap. 11, Nobilissimus eques Romanus elephantos superfedens, per catadromum decucurrit.

Decurrere cum aliquo. Cic. ad Tironem, lib. 16. 66, Ego puto te bellissimè, si rectè erit, cum Quæstore Mescinio decursurum.

Decurrere in armis. Liu. 6. bel. Pun. Primo die legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt.

¶Decurrere, pro Cōfugere. Cic. pro Quintio, Ad hæc extrema & inimicissima iura tā cupidè decurrebas, vt tibi nihil in posterum, &c.

Ad aliquam hortationem decurrere. Cic. pro Cæcina, Nam cæteri tum ad istam hortationem decurrunt, quum se in causa putant habere æquum & bonum quod defendant.

Ad remedium aliquod decurrere. Plin. Iunior, lib. 3. epist. 19.

¶Incœptum laborem decurrere. Virg. 2 Georg.

Vitam decurrere, Id est viuere. Propert. lib. 2. eleg. 16.

Versū decurrere pugnas. Stat. lib. 5. Sylu. 3.

Breuiter decurrere. Ouid. ad Pisonem,

Nec si cuncta velim, breuiter decurrere possim.

¶Decurritur, pen. corr. Impersonaliter, pro Confugitur. Cæs. 1. bel. Ciuilis, Decurritur ad illud extremum atque vltimum s. c. quo, &c.

Decursum est ad calcem. Cic. 1. Tuscul. Nunc video calcem: ad quem quum sit decursum, nihil sit præterea extimescendum.

Decurrendum per capita Quintil. lib. 6 cap. 1.

Decurrens, Participium {κατιών.} vt Decurrens ad oceanum Gallicum fluuius. Plin. lib. 3. cap. 1.

Decursus, Participium {ἐπαγωγὴ κινήσεως.} vt Decursum spatium ætatis. Plaut. Sticho, 3. Cic. de Senect. Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres reuocari.

Lumen vitæ decursum. Lucret. lib. 3, Ipse Epicurus obiit decurso lumine vitæ.

Septingēta millia passuū vis esse decursa biduo? Cic. pro Quinctio.

Decursa ætate vitia. Cæl. ad Cic. lib. 8. cap. 13, Cætera porrò quibus adhuc ille sibi parum vtilis fuit, & ætate iam decursa: & consuetudine atque authoritate tua, pudore Tulliæ, siqua restabunt, confido celeriter sublatum iri.

Propè acta iam ætate decursáque. Cic. pro Quinctio.

Decursa abs te hæc sunt breuiter. Cic. 1. de Orat. Attamen ista quæ abs te breuiter de arte decursa sunt, audire cupimus. Id est breuiter à te tractata.

Decursus, huius decursus {κατάδρομὴ.} Liu. 1. ab Vrbe, Itaque ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt.

Magnus decursus aquarum. Lucret lib. 5.

Rapidus decursus. Virg. 12. Æneidos,

Aut vbi decursu rapido de montibus altis

Dant sonitum, &c.

Decursus pronus. Catul. epig. 60.

Decursus mei temporis. Cic. Appio, lib. 3. 2, Vides ex s. c. prouinciam esse habendam. si eam (quoad eius facere potueris) quàm expeditissimam. mihi tradideris, facilior erit mihi quasi decursus mei temporis.

Decursus, pro simulacro præliorum. Gell. lib. 7. cap. 3.

Decursus honorum. Cic 1. de Orat. Egregia est & insignis trāslatio à curriculo circóve ducta. Nam circi & stadij spatium decurritur, quū ad metā ventū est, pars ea flexus dicitur, Græcè καμπτὴρ. Turneb.

Decursus, pro fine cursus. Suet. in Nerone, cap. 24, Sed excussus curru, ac rursus repositus, quum perdurare non posset, destitit ante decursum.

Decursorium, ij, Locus in quo decurritur: Græci κατάδρομον, Galli *Licias* vocant.

Decursio, Verbale {κατάδρομος.} Cic. 5. de Finib. Quem Tyberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto, &c.

¶Decursio militum. Suet. in Nerone, cap. 7, Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donatiuum proposuit: indictáque decursione prætorianis, scutum sua manu prætulit.

¶Decursiones equitum. Brutus ad Cic. lib. 11. 16, Aut Apennino, Alpibúsque se teneant, & decursionibus per equites quos habet multos, vastet ea loca in quæ incurrerit.

Decussatio {χιασμὸς} dicitur, quam recentiores annularem rationem appellauere, & Ptolemæus aptissimè cricoron nuncupat: cuius rei commeminit Hermolaus quoque in Plin. Vide Cæl. lib. 8. cap. 13.

Decurto, decurtas {καλύω} decurtare, Curtum facere. Plin. lib. 25. cap. 5, Leguntur autem tenuissimæ radices, breuésque, ac velut decurtatę etiam hæ. Cicero in Orat. Mutila sentit quædam & quasi decurtata.

Decus, Vide DECOR.

Decussis, huius decussis, m. g. {δέκας} Decem asses.

Decussem Vitruuius pro Decade accipit lib. 3. cap. 1, Platoni placuit denarium numerum ea re esse perfectum, quòd ex singularibus rebus, quæ monades apud Græcos dicuntur, perficitur decussis: quæ simul ac vndecim aut duodecim sunt factæ, quot superauerint non possunt esse perfectæ, donec ad alterum decussim perueneriut.

Decussem {χιασμὸν} pro decussatione accipit lib. 10. cap. 11. Decusses & decussationes Vitruuius vocat rectas & exactas diuisiones cōplanatorum capitum tigni & exasciatorum, quæ decussatio fit ductis lineis quatuor ad centrum complanati tigni sese intersecantibus, ita vt lineę areolas octo faciant trigonas, quas vulgò facies appellamus, ob id octantes ab eodem authore dicuntur. Hoc autem facilè est intelligere, siquis per ambitum teretis materiæ, & in duobus summis capitibus læuigatæ complanatæque, iisdem spatiis octo puncta adnotet: & à puncto ad punctum obuersarium perpetuam lineam ducat. sic enim fit vt omnes lineæ per centrum planitiei transeant, & similitudinem stellæ reddant. Plin. lib. 18 cap. 34, Ducantur deinde aliæ duæ lineæ in decusses obliquæ, ita vt à Septentrionis dextera læuáque ad Austri dexteram, læuámque descendant: omnes per eundem currāt vmbilicū, omnes inter se pares sint, omnium paria interualla.

Decusso, decussas {χιάζω} decussare, In formam X literæ diducere & diuidere. Columel. lib. 4. cap. 17, de vinea iugata loquēs, Nihil enim refert iugum in stellam decussari atque diduci; nisi & palmites adiungantur. Alij legunt adiungentur.

Decussare, propriè Per medium secare significat: id quod ostendit Cic. in lib. de Vniuersitate, quum inquit, Hanc igitur omnē coniunctionem, duplicem in longitudinē diffidit, mediæq; accommodans mediam, quasi decussauit. Plena enim decussatio fit, quum litera X in seipsam transuersa incidit, vt ex eo loco Platonis intelligendum datur, quem Cicero Latinum fecit. Columella lib. 3. cap. 13, Nam duas regulas

regulas eius latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ literæ X decussauimus. Vtitur & Martianus Capella, lib 8. cap. De coluris. Hæc omnia ex Budæo, in lib. de Asse.

Decussatim, pen. prod. Aduerbium {κατὰ χιασμόν.} Columel. lib. 12. cap. 54, Deinde sicut consueuerunt falgamarij, decussatim ferramento limato incidito.

Decutio, decutis, pen. corr. decussi, decussum {κατασείω} decutere, Ex de & quatio quatis compositum, significat Deiicere, deorsum quatere. Plaut. Epid. 6,

Quin ex occluso atque obsignato armario

Decutio argenti tantum quantum mihi lubet. Ouid. 2. Fastorum,

Nuntius vt rediit, decussāque lilia dixit. Colum. lib. 11. cap. 2, Dum prorepentes oculi digito decuti possint. Liu. 5. bel. Pun.

Decutere vi. Plin. lib. 34. cap. 11.

Frondes decutiuntur aqua. Ouid. 5. Fast.

Decutit ense caput. Ouid. 5. Metam.

Bucula decutiat rorem. Virg. 4. Georg.

Syluis honorem decutit December, eo quòd spoliantur arbores suis foliis mense Decembri. Horat. Epod. ode 11.

Decussisse dicitur baculo summa capita papauerū. Liu. 1. ab Vrbe.

Decussus, huius decussus {κατάστιγμα.} Plin. lib. 11. cap. 37, Aliqui tunc scribunt decidere eum, rursúsque recrescere facilem decussu. Nisi malis supinum esse posterius.

D E D

Dedecet, pen. corr. {ἀσχημονεῖ ἐστὶ} aliquando personale, aliquando impersonale, contrarium suo simplici. Ouid. 6. Metam. Admoúique pre ces quarum me dedecet vsus. Cic. 1. Offic. Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse.

Comæ non dedecuere dominam. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.

Decere atque Dedecere, contraria. Cic. in Orat. Decere, quasi aptū esse consentaneúmque tempori & personæ: quod cum in factis sæpissime, tum in dictis valet, in vultu denique & gestu & incessu, contráque item dedecere.

Oratorem irasci minimè decet, simulare non dedecet. Cicero 4. Tuscul.

Modicè & scienter vti rebus suis, & vt ne dedeceat. Cicero 1. de Oratore.

Dedecet illud in eum. Cic. 1. Offic. Quo in genere non est incommodū quale quodque eorum sit, ex aliis iudicare: vt siquid dedeceat in illos, vitemus ipsi.

Si non dedecui tua iussa. Stat. 10. Thebaid. Hoc est, si monitus tuos non indecenter effeci: si non dehonestaui. Lactantius.

Dedecus, pen. corr. dedecoris {αἰσχύνη, ἀκοσμία} Ignominia. vide Decus in DECOR. Cic. 2. Tuscul. A. Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. Etiámne maius quàm dedecus?

Dedecus vitæ ac turpitudo. Cic. pro Cluentio.

Flagitium & dedecus. Cic. Att. lib. 16, Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non possum, flagitij scilicet plenum & dedecoris.

Probrum & dedecus. Cic. pro Rosc. Amer. Sumptus effusi cum probro atque dedecore.

Dedecus & infamia. Author ad Heren. lib. 3.

Adulatorium dedecus. Tacit. lib. 5.

Grande. Horat. 2. Serm. sat. 2,

Grande ferunt vnà cum damno dedecus.

Magnum. Horat. 1. Serm. sat. 4,

Ebrius, & (magnum quod dedecus) ambulat ante

Noctem cum facibus.

¶Parentum dedecus abolere. Sil. lib. 1.

Dedecore nullo abstinere. Cic. 3. de Fin. Quid autem dici poterat, si turpitudinem non ipsam per se fugiendam esse statuerimus, quominus homines tenebras & solitudinem nacti, nullo dedecore se abstineant, nisi &c.

Admittere dedecus. Cic. 3. Verr.

Concipere. In CONCIPIO.

Coniungere dedecus cum probro. In CONIVNGO.

Patriæ dedecus depellere. Sil. lib. 1.

Domum dedecori domino fieri. Cic. 1. Offic. Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo.

Dedecus hæret infamiæ. Cic. 1. in Catil. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ?

Imprimere dedecus Reip. In IMPRIMO.

Incurrere in dedecora. Cic. 1. de Finib. Tum in morbos graues, tū in damna, tum in dedecora incurrunt.

Inferre dedecus alicui. Ouid. 6. Metam.

Natus in dedecore. In NASCOR.

Iudicia, vera atque infigni turpitudine notata, atque operta dedecore & infamia. Cic. pro Cluent.

Cum ignominia & dedecore perire. Cic. 2. de Diuinat.

Propulsare dedecus solet virtus. Cic. 4. Philipp.

Dedecori esse patribus. Cic. 1. Offic.

Maculæ & dedecori esse suis. Author ad Heren. lib. 4.

Dedecori esse studiis ac literis. Cic. Att. lib. 8.

Hæreditati patris dedecori esse. Cic. 1. Offic. Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis, omníque patrimonio præstantior, gloria virtutis rerúmque gestarum: cui dedecori esse, nefas & vitium iudicandum est.

Susceptum in aliquo loco, aut ex aliquo loco deportatum flagitiū ac dedecus. Cic. pro Murena.

Testatum dedecus. Ouid. 2. Metam.

Tollere dedecus æui. Ouid. 5. Fastorum,

Ille notas vereres & longi dedecus æui Sustulit.

Voluntari in dedecore. Cic. ad Heren. 4.

Maculosus omni dedecore. Tacit. lib. 19.

Dedecorus, pen. cor. Adiectiuum {ἄτιμος, αἰσχρός.} Tacit. lib. 3, Sex. Pompeius M. Lepidum, vt socordem, inopem, & maioribus dedecorum, eóque etiam forte Afræ depellendum incusauit.

Dedecoro, dedecoras, penult. corr. {ἀτιμάζω} dedecorare. Terentius Heeyra, Et me, & te, & familiam dedecoras? Sic Cic. 3. Offic.

Faciem dedecorare. Propert. lib. 3. eleg. 22,

Aut faciem turpi dedecorare boue.

Dedecorans, pen. corr. Participium {ἀτιμάζων.} Cic. 3. Offic. Dedecorantem & vrbis authoritatem & magistri.

Dedecoratus, pen. prod. {ἀτιμασθεὶς} Nomen ex participio. Tranquillus in Nerone, Tanquam aliter illi non possint nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus.

Dedecorosus, pen. prod. Adiect. Iulius Firmicus lib. 3. cap. 8, Dedecorosis hominem valetudinibus implicabit.

Dedico, dedicas, pen. corr. {κατάθεσις, ἐπιδείξις, ἀφιέρωσις, κλητήριον} dedicare, Idem quod dicare. Liu. 1. ab Vrbe, Multa alia sacrificia, locáque sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicauit. Cicero 1. de Legib. Post excessum suum Romulus Proculo Iulio dixerit se deum esse, & Quirinum vocari, templúmque sibi dedicari in eo loco iusserit.

Dedicare, inquit Festus, propriè est dicendo deferre.

Dedicare bibliothecam. Plin. Iunior lib. 1. epist. 8.

Thearum dedicare. Asconius enarrans orationem contra Pisonem, Ante paucos dies, inquit, quàm Cn. Pompeius ludos faceret, quibus theatrum à se factum dedicauit.

Ædem alicui dedicare. Cic. 3. de Nat. deor.

Ædeis alicuius dedicare, Id est religione deuincire. Cicero pro Domo sua.

Smyrnæi delubrum Homero dedicauerunt. Cic. pro Archia.

Dedicaui tibi hos libellos. Plin. in præfat. Naturalis historiæ.

Signū in aliquo loco dedicare. Cic. pro Domo sua, Te meam domum consecrasse, te monimentum fecisse, in meis ædibus te signum dedicasse.

Simulacrum aut aram dedicare. Cic. pro Domo sua.

Marcellus si Syracusas cepisset, duo templa se Romæ dedicaturum vouerat. Cic. 6. Verr.

¶Dedicare, pro dicere. Acc. Alphesibœa,

At vereor quum te esse Alcmæonis fratrem factis dedicat. Cæcil. Ann. lib. 1. Legati quò missi sunt, veniunt, dedicāt mandata. Nonius.

Dedicatus, pen. prod. Participium {ἀφιερωθείς.} Martialis lib. 13, Et pisces venerare dedicatos.

Ingenium in homine dedicatum. Cic. 2. de Leg. Nam qui se ipse norit, primùm aliquid se habere sentiet diuinum, ingenium in se suum sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit.

Mentis, pietatis, fidei templa publicè dedicata. Cic. 2. de Leg. Idem 2. de Nat. deor.

Dedicati etiam dicuntur dij, quorum simulacra sunt ad religionem consecrata. Horat. lib. 1. Carm. ode 31.

Dedicatio, Verbale {ἐγκαίνισμα.} Cic. pro Domo sua, Nisi quem fortè illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret.

Dedicatio religiosa. Cic pro Domo sua.

Dedignor, dedignaris {ἀπαξιόω} dedignari, Indignum habere, contemnere. Virg. 4. Æneid. Quos ego sum toties iam dedignata maritos. Columel. lib. 9. cap. 5, Iámque enim dedignatur, si minus purè habita est, ac si tractetur fraudulenter. De generibus apum deligendis loquitur.

Amicum dedignatus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8,

Is me nec comitem, nec dedignatus amicum est.

Dedignatio, Verbale {ἀπαξίωσις.} Plinius Iunior in Paneg. Quàm speciosum est enim quòd disciplinam castrorum lapsam, extinctámque refouisti, depulso prioris seculi malo, inertia & contumacia, & dedignatione parendi.

Tacita dedignatio. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Dedisco, dedisces, dedidici, pen. corr. {κατμελετῶ ἐκτὸς} dedisscere, Quod didici obliuiscor, inquit Valla lib. 5. Cic. 3. de Orat. Ob eámque causam iuuentus nostra dedisceret penè discendo. Propertius,

Turpe est virtutem dedidicisse datam.

Dedidicit pacem subitò feritate reuersa. Mart. lib. 2.

Dedisscre & obliuisci. Cic. Pæto, lib. 9. 24.

Hæc verba mutari, dediscique possunt. Cic. de Clar. Orat.

Dedisscre loqui. Ouid. 3. Trist. eleg. 14.

Dedisscre, pro Relinquere consuetudinem. Cic. Pæto, lib. 9. 20, Dedisscndæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui.

Vsu dedisscitur amor. Ouid. 2. de Remed. amor.

Deditio, Dedititius, Deditus, Vide DEDO.

Dedo, dedis, dedidi, deditum, pen. corr. {ἐκδίδωμι} dedere, Est addicere, permittere, dare, & propriè est victi ad victorem. Plaut. Curcul. 1, 3, Ego illum tibi dedam, tace.

Dedere se hostibus. Plaut. Amphit. 4. Cæsar 2. bel. Gall. Si prius quàm aries murum attigisset, se dedidissent.

Constrictum aliquem dedere hostibus. Cicero Post reditum ad Quirites.

Dedo me tibi. Terent. And. 5. 3, Tibi pater me dedo: quiduis oneris impone, impera.

Dedere se totum alicui. Cic. 2. de Legib. Sed necesse est charitatem eam præstare, qua R. P. nomen vniuersæ ciuitatis est. pro qua mori, & cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus.

Dedere se aliis. Terent. And. 1. 1.

Dedere se angoribus aut voluptatibus. Cic. 2. Offic. Sic Dedere se libidinibus. Cic. 1. Tuscul. Et Dedere se languori & desidiæ. Idem 1. Offic.

Aures suas poetis. Cic. pro Archia poeta.

Se delectationi toto animo. Cic. 5. Tuscul. Huic discendi quærendíque diuinæ delectationi toto se animo dedidissent.

Dedo tibi hunc diem. Plaut. Sticho, 7.

Dedere se in ditionem & arbitratum hostium. Plaut. Amph. 4.

Dedere in ditionem alterius aures suas. Plaut.Milit.13. Id est diligenter eum auscultare.

Vide quibus hominibus aures sint deditæ meæ. Cicero ad Attic. lib.2.

Famam per prouincias dedere. Tacit.lib.11, Clarum ex eo in vrbe dedita per prouincias fama,&c. Nisi fortè legendum siti didita, Id est dispersa.

Se lamentis muliebriter,lacrymísque. Cic.2. Tuscul.

Manus,Id est se victum fateri. Lucret.lib.2.

Aliquem dedere morti.Senec.Med.12.

Me dede morti.Plaut.Asin.12.

Dedere neci seipsum.Virg.4.Georg.

Dedo tibi istuc negotij. Terent.And.5.4.

Dedatur nupta marito.Catul.epigr.59.

Dedere noxæ.Colum.in Præfatione libri 1,Rem rusticam pessimo cuique seruorum,velut carnifici, noxæ dedimus. Per translationem. Vide NOXA.

Dedere aliquem alicui noxæ,Id est in noxam. Senec.epist.106.

Dedere aliquem in pistrinum,vsque ad necem. Terent.And.1.2.

Pœnas temeritatis suæ dedere. Cic.ad Atticum,lib.9, Itaque dies & noctes tanquam auis illa mare prospecto,euolare cupio:dedo pœnas temeritatis meæ. Emendatiores codices habent, Do, do pœnas temeritatis meæ.

Rumor deditur.Virg.7.Æneidos,

Deditur hic subitò Troiana per agmina rumor
Aduenisse diem, quo debita mœnia condant. Vbi tamen legendum contenderim diditur, vtique per tertiam vocalem, pro diuiditur,seu dispergitur:vt apud Lucretium,lib.2,
Dum facilè in venas cibus omnis diditur: & dum, &c. Rursum libro 4.

Ad scribendum se dedere.Cic.1.de Orat.Quum se ad audiendum, legendum, scribendúmque maiore opera dediderit: exiitat talis Orator,qualem quærimus.

Dedere aliquem alteri ad supplicium: Luius 1.ab Vrbe. Cæsar 7. belli Gallici, Ne se & communes liberos hostibus ad supplicium dederent.

Inimicorum crudelitati deditur vita alicuius. Cicero pro Quinctio,Ne cum bonis fortunísque omnibus,Sex.Nævij cupiditati crudelitatíque dedatur. Idem pro Rosc.Amer.Non recusamus quin illorum libidini Sex.Roscij vita dedatur.

Deditus, pen. corr. Participium {ἐκδεδομένος.} vt, Deditus amori animus. Terent.Hecyra 3.1. Item, amatoriis lenitatibus. Cicero 1. de Finibus.

Deditus literis à pueritia.Cic.ad Lent.lib.1 7.

Deditæ eò mentes cum oculis erant.Liu.1.ab Vrbe. Hoc est, Et animi & oculi erant ad spectandum intenti.

Deditus voluptatibus,Deditus Epicuro.Cic.1.de Finib.

Addictus,deditus,obstrictus alicui.Cic.pro Cælio,Quem si vobis, si suis,si Reipub.conseruatis addictum,deditum,obstrictum vobis,ac liberis vestris habebitis.

Castra dedita.Sil.lib.10.

Homo grauitati deditus.Cic.pro Cælio.

Corpora paupertate & morbo dedita morti. alij legunt tradita. Lucret. lib.6.

Musæ deditus.Horat.2.Serm.sat.3.

Dedita opera, Idem quod Data opera.Terent.Eun.5,
-apud Antiphonem vterque pater & mater, Quasi dedita opera domi erant.Cicero pro Rosc. Amerino,Quæ facitis,eiusmodi sunt, vt ea dedita opera à vobis contra vosmetipsos facere videamini.

Rebus deditus.Lucret.lib.4.

Sanguine toto tibi deditus.Stat.1.Sylu.2.

Mirificè deditus aliquibus studiis. Cic.1.de Orat.Ac iam tum erat adolescentulus his studiis mirificè deditus.

Studio musarum deditus.Claud.in Epithal.Palladij.

Vita vitiis flagitiísque omnibus dedita.Cic.pro Rosc.Amer.

Voluntati bonorum & authoritati Senatus deditus. Cicero pro Milone.

Dedititius {ἐκδοτος.} Qui se permittit alienæ volútati & imperio.Cic.ad Brutum,3.5, Itaque id Senatusc5sultum plerique interpretátur etiam ad tuos siue captiuos,siue dedititios pertinere. Liuius,Quicquid deinde patiemur dedititij vestri passuri.

Deditio,Verbale {ἔκδοσις.} Cic.pro Lege Manil. Spem deditionis non demit,obsidésque imperauit.

Locum alicui reliquum non modò ad pacem, sed ne ad deditionem quidem facere. Cic.13.Philipp.

Occulta deditio.Claud.4.Paneg.

Deditione corporis quod deliquit euitare litis æstimationẽ. Caius in l.1.D.de Noxal.actio.

Facere deditionem ad hostem. Quintil.lib.3.cap.8.

Paratur deditio.Claud.4.Paneg.

Ad deditionem perpellere.In PERPELLO.

Properare deditionem.Tacit.lib.2.

Redigere in deditionem imperij. Cic.4.Philipp.

Deditionis formula apud Liuium describitur in Collatiæ deditione,lib.1.ab Vrbe,his verbis,

Rex interrogauit, Estísne vos legati, oratorésque missi à populo Collatino,vt vos,populúmque Collatinum dederitis? Sumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? Est.Deditísne vos populúmque Collatinum,vrbem,agros,terminos,aquam,delubra,vtensília, diuina, humanáque omnia in meam populíque Romani deditionem? Dedimus. Et ego vos recipio.

Accipere in deditionem. Cæsar lib.1.belli Gallici.

Concedere in deditionem. Liu.de bel.Pun.

Deferre,vel omittere deditionem.Sallust.in Iugur.

Significare deditionem. Cæsar 7.bell.Gall.

Subigere ad deditionem.Liu.lib.6.

Subire deditionem.Cæsar 1.de bel.Ciuil.

Venire in deditionem.Cæsar.1.de bell.Gall.

Dedoceo,dedoces,pen.corr. dedocui,dedoctum {μεταδιδάσκω} dedocere,cui contrarium est doceo. Itaque qui dedocetur dediscit, vt discit qui docetur. Quintil.lib.2.cap.3,Et quidem dedocẽdi onus grauius ac prius, quàm docendi est. Cicero 1. de Finib. Si à Polyæno familiari suo geometriam discere maluisset, quàm illum etiam dedocere.

Dedoleo, dedoles, pen.corr.dedolui {ἀπαγάω} dedolere, Non dolere,vel dolore se priuare.Ouid.3.Fastorum,

Quid me in desertis moriturum Liber arenis
Seruabas? potui dedoluisse semel. Hoc est,morte dolorem deponere & finire. Ariadne Bacchum alloquitur. Idem 1.de Remed.amoris,
Optimus ille fuit vindex.lædentia pectus
Vincula qui rupit,dedoluítque semel.

Dedolo, dedolas, pen.corr. {πελεκίζω} dedolare, Est veluti dolabra vel alio instrumento ferreo perfectè dolare & excindere. Columel. lib.4.cap.26, Hæc eorúmque similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partésque eorum putres dedolandæ. Martial.lib.11. Dedolare senem, per metaphoram dixit Plaut. Menæch.17.

Deduco,deducis,pen.prod.deduxi,deductum {κατάγω, μετάγω, ἐπάγω, παράγω, πεῖθω, ἕλκω} deducere, Ex alto deorsum ducere. Virg.8.eclog. Carmina vel cælo possunt deducere lunam.

Deorsum deducere.Lucret.lib.2.

Deducere de rostris conantem concionari. Cæsar 3.bel.Ciuil.

De capite & de oculis omnia deducet, & sanum faciet. Cato cap. 157. de brassica.

¶Deducere,De loco ad locum ducere: vt Deducere colonias, vel colonos, Plinio lib.3.cap.6. Et Cic.4.Verr. Nam eò quoque colonos P.Rupilius deduxit.

Agmina deducere.Lucan.lib.3.

Armatas classes.Virg.1.Georg.

Fert ac deducit res eõ. Cic.1.de Orat. Studia nihil prosunt perueniendi aliquò,nisi illud,quod eò quò intendas ferat, deducátque cognoris.

¶Deducere etiam is dicitur, qui alicui officij gratia præstat comitatum: cuius contrarium est,Reducere. Cic.1.de Inuent. Quum deducaris ab eo quicum libentissimè vixeris. Liu.3.bel.Pun.Frequentésque eum domum deduxerunt.

Deducere candidatum. Vide Obducere aliquem in OBDVCO.

Deduci & Reduci,contraria. Cic.de Senectute, Assurgi, deduci, reduci,consuli.

Deducere ad aliquem.Terent.Eunuch.2.3. Ibidem.2.3.Huc deducta est ad Thaidem meretricem.

Domo aliquem. Cic.Planco,lib.10.12, Quúmque magna multitudo optimorum virorum & ciuium me domo deduceret, feci continuò omnes participes meæ voluptatis.

¶Deducere, Idem quod perducere,vel quod vulgus dicit,*conducere*. Cicero de Senect. Si aliquò eum deducit, vbi futurus sit æternus.

¶Deducere adolescentem ad senem. Cic.pro Cælio. Idem de Amicitia,Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam,&c.

¶Sponsam marito vel ad maritum, vel amicam ad amantem. Cicero 4.Verr. Hic est Decimus ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori mimi filiam. Ouid.de Fastis, Quum primum cupido Venus est deducta marito.

Vxorem deducit maritus domum. Terent.Hecyra.

Deducere ex hortulis in Academiam.Cic.1.de Legib.

Ex aliquo loco milites.Cic.7.Verr.

Ex præsidiis cohortes. Cæsar 1.bel.Ciuil.

De locis præsidia. Sallust. Cic.ad Att.lib.7, Vtille de his oppidis quæ extra suam prouinciam occupauisset,præsidia deduceret.

Legiones in aciem. Tacit.lib 18.

Aliquem in carcerem.Cic.2.de Inuẽt. Sic Deducere in sedem aliquam hospitalem.Cic.pro lege Agraria.

¶Non deducere pœna, quominus,&c. Cic. Terentiæ,lib.14.4, Neque legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitij amicitiæ ius,officiúmque præstaret.

Non eò deducam,aut progredi patiar, vt opera mea manus inter vos conferatis. Id est non committam, aut per me non fiet vt.Cic. Antequam iret in exilium.

Deducere actionem in iudicium. Triphon.in l. Si alienus.D.De noxal.acti.

Deducere ad agnatos. In AGNATVS.

Aquam ad vsilitatem agri.Cic.2.de Diuinat.

Deducit in astra.Horat.4.Carm.ode 2,
-moréque
Aureos deducit in astra.

Cæsariem longæ dextra deducere barbæ.Ouid.15.Metam.

Deducere carbasa.Lucan.lib.2.

Perpetuum carmen.Ouid.1.Metamorphoseos,

Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Deduxi carmina versu.Propert.lib.1.eleg.15.

Deductus ad casum extremum. Hirtius 4.bel.Alexan. Tantus incessit timor,vt ad extremum casum omnes deducti viderentur.

Deduci in casum. Cæsar 2.bel. Gal. Sibi præstare, si in eum casum deducerentur, quanuis fortunam à Pop.Rom.pati, quàm ab iis per cruciatum interfici.

Casum in iudicium.Cic.de Optimo gen.Orat.

Se in casum. Liu.6.bel.Maced.Petebant enim ne se temerè in casum deduceret.

Deducere cibum. Terent.Eunuch.2.3,
Siqua habitior paulò, pugilem esse aiunt: deducunt cibum. Id est subducunt,vel subtrahunt.

Deducere aliquem ad cibum. Celsus lib.3.cap.18, Ad cibum quoque quosdam non desiderantes deduxerũt hi,qui inter epulantes eos collocauerunt.

Deduci

Deduci spe ad aliquá cogitationem. Cic.ad Att.lib.9,De gratia & opum significatione,mecum ipse quærebam. Spe tamen deducebar ad eam cogitationem,vt te pro tua admirabili ac singulari sapientia, de otio,de pace,de concordia ciuium agi velle arbitrarer.

Deducta res in controuersiam. Cæsar 7.bel. Gall. Re impetrata, contendunt vt ipsis summa imperij tradatur: & in controuersiam deducta,totius Galliæ concilium Bibracte indicitur.

Crimen deducis ad oculos.Ouid.3.Amor.eleg.13.

Crinem deducere pingui amomo.Stat.1.Syl.2.

Deducere pleroſque dies contra omnium sententias. Cic.1 Acad. Id est prolongare.

Deduci ad aliquam disciplinam. Cic.4.Acad. Quæ tandem ea est disciplina,ad quam me deducas,si ab hac abstraxeris?

Deduci à dolore, Id est,dolore cogi aliter sentire de re aliqua, & dolore à sententia abduci. Cic.2. Tuscul.E quibus homo sanè leuis Heracleotes Dionysius,qui à Zenone fortissimus esse didicisset,à dolore deductus est. Nam quum ex renibus laboraret, ipso in ciulatu clamitabat falsa esse illa quæ antea de dolore sensisset ipse.

Deducere fastidium dicitur herba aliqua. Id est auferre. Plin.lib. 25.cap.8.

Febres deduxit.Horat.1.epist.2,

Ægroto domini deduxit corpore febres. Id est abstulit.

De fide deduci. Cic.2.Verr. Cuius diuitiæ me de fide deducere nõ potuissent. Hoc est auertere.

Ad fletum misericordiámque deduci.Cic.2.de Orat.

Deducere fila.Ouid.1.Amor.eleg.4,

Vel pede quod gracili deducit aranea filum.

Filum deducens leui pollice.Ouid.4.Metam.

Deducere furem ad præfectum. Iulianus in l.Interdum fur. D. De furtis.

Deduci in fraudem.Plancus ad Ciceronem,lib.10.23,Qui quidem quum in fraudem se deductum videret,manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset,sibi afferre conatus est.

Deducere in insidias. Scæuola in l.Cuiusque. D. ad legem Iuliam maiestat.

Moribus aliquem de fundo deducere. Cic.pro Cecinna, Placuit Cecinnæ de amicorum sententia constituere,quo die in rem præsentem veniretur,& de fundo Cecinna moribus deducererur.

Deducere funus. Plin.lib.10.cap.43, In ea vrbe in qua multorum principum nemo deduxerat funus.

Deducere sibi galerum vel pileolum. Sueton.in Nerone.

Genus deducere ab aliquo.Senec.Med.4.

Deducere ab humanitate, integritate & religione aliquem. Cic. 6.Verr. Id est auocare.

Deduci ad iudicium aliquod. Cic.pro Flacco, Sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non sunt.

In censum aliquid deducere. Scæuola in l. quæ quisque.D.de acq. rer.dom.

In dubitationem, Id est vocare. Marcellus in l. si quis duos.D.de solution.

Deduci in ius.Cic.5.Verr.

Deducere in obligationem, Obligare. Paulus in l.Ex sextante.D. De excepr.rei iud.

Deducere in stipulationem. Vlpian.in l.Si à colono.D.De verbor. oblig.at.

Lineamenta deducere,pro Trahere.Senec.epist.96.

Litem deducere, Id est auferre. Columel.lib.3.cap.13. Vide ORGANVM.

Deducere maiestatem diuinæ solertiæ vsque ad apum perfectionem.Cic.4.Acad.Negatis hoc tam politè, támque subtiliter effici potuisse sine diuina aliqua solertia, cuius quidem vos maiestatem deductis vsque ad apum formicarúmque perfectionem.

Deduci à mente & consilio.Cic.3.Verr. Et 7.Verr.

Deduci periculo de animi lenitate.Cic.in Catil.

Deduci ad morem patris.Cic.1.Offic.Plerunque autem parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem, morémque deducimur.

Deducunt socij naues. Virg.3.Æneid.

Oculos deducere in rem aliquam. Ouid.4.Trist.eleg.2.

Opus deduxi in tua tempora.Ouid.2.Tristium,

Paucaquibus prima surgentis ob origine mundi,
In tua deduxi tempora Cæsar opus.

Deducere rem aliquam ad otium. Cæsar 1.bel. Ciuil. Siqua hominum æquitate res ad otium deduci potuisset.

Deducere pedes de lecto.Plaut.Curcul.7.

Rem in iudicium. Vlpianus in l.Si mater. D. de Exceptione rei iudic. Hoc iure vtimur, vt ex parte actoris in exceptione rei iudicatæ hæ personæ contineantur,quæ rem in iudicium deducunt.

In periculum rem aliquam.Cæsar 5.bel.Gall.

In discrimen.Plancus ad Ciceronem,lib.10.24.

De prauitate animi aliquem.Cic.de Petit.Consul.

De prouincia deduci,Id est reuocari.Cic.de Prouin.Consul.

Rationem deducere, pro habere. Suet.in Augusto, Vt non minorem arantium & negotiantium, quàm populi rationem deduceret. Id est vt non minorem numerum supputaret arantium & negotiantium,quàm populi.

Deducere aliquem ex regno, pro Priuare, & auferre ei regnum. Hirtius de bel.Alexand.lib.4.

Deduci à re aliqua. Cic.ad Lent.lib.1.1, Quod instituit referre de religione,& sæpe iam retulit,ab eo deduci non potest.

Ad aliquam rem non casu, sed duce deo deduci. Cicero 2. de Diuinatione.

Rem huc deduxi vt, Id est opera mea factum est vt. Cicero 2. in Catilin.

Deducta eò res est. Cicero ad Atticum, lib.7,Sed quoniam res eò

deducta est, non quæram vt scribis, &c. Eidem, lib.2. Vniuersa res eo est deducta,spes vt nulla sit,&c.

In eum locũ res deducta est, vt nisi qui deus vel casus aliquis subuenerit,salui esse nequeamus. Cic.Tironi,lib.16,11.

Deducere riuos.Virg.1.Georgicorum,
-riuos deducere nulla
Religio vetuit.

Sensum membris.Lucret.lib.3.

Aliquem de sententia. Cic.2. Tuscul.

Aliquem in sententiam.Plin.Iunior lib.1.epist.8.

De statu vitæ. Cic.4.Verr.Fecerunt etiam vt me, cuius fidem continentiámque cognouerãt,propè de vitæ meæ statu, dolore ac lacrymis suis deducerent,vt ego istum accusarem.

Perterritos à timore.Cic. 2.de Nat.deor.

A tristitia & acerbitate commodè ac hilarè dicto deduci.Cicero 2. de Orat.

Vela deducere.Ouid.3.Metamorphoseos,

Illi admirantes remorum in verbere perstant,
Veláque deducunt,geminámque ope currere tentant.

Versum. Ouid.1.de Ponto,eleg.6.

Deducere vestes à pectore.Ouid.6.Metamorphoseos,

Mater in inuidia est,hanc tunc quoque dicitur vnus
Fleſſe Pelops, humeróque suas à pectore postquam
Deduxit vestes,ebur ostendisse sinistro.

Deducere aliquem in viam. Cic. 1.de Legib. Noster quidem hic natura vir iustus ac bonus etiam colloquetur, ituabit, in viam deducet.

¶Deducere vocem, Tenuem & exilem facere. Afranius in Virgine, Verbis pauculis respondit, tristis voce deducta. Pomponius in Atellana quæ Calendæ Martiæ inscribitur,Vocem deducas oportet: vt mulieris videantur verba. Hæc ex Macrob.lib.6. Saturn.cap.4.

Dicendo voluntates impellere quò velis, vnde autem velis deducere.Cic.1.de Orat.

¶Deducere,pro apud hospitem collocare,*Loger,comme font les fourriers & mareschaux des logis.* Cic.3.Verr.Deducitur iste ad Ianitorem quendam hospitem : comitésque eiusdem apud cæteros hospites collocantur.

¶Deducere,pro De summa aliquid demere. Cic.2.de Leg.Partitio nis caput scriptum cautè,vt centum nummi deducerentur.

Deducetur. Cato cap.144, Siquid redemptoris opera domino damni datum erit,resoluto:id boni viri arbitratu deducetur.

Deducere de aliqua re.Cic.1.de Diuin.ex versibus Ennij,De his diuitiis sibi deducant drachmam,reddant cætera.

Addere & Deducere,contraria,Id est addere ad summam,& de ea aliquid demere.Cic.1.Offic.

Deductus,Adiectiuum ex participio. vt,

Homo deductus ex vltimis gentibus.Cic.13.Philipp.

Deductum carmen, pro tenui & subtili eleganter posítum est à Virgilio,6.eclog.teste Macrobio,lib.6.cap.4,
-deductum dicere carmen. Hoc est,tenue. Trãslatio à lana,quæ deducitur in tenuitatem. Seruius.

Frons deducta.Ouid.epist.20.

Mos deductus.Horat.4.Carm.ode 4.

Nomen.Ouid.6.Fastorum,

Martia sacrificio deductum nomen ab Anco.

Oratio deducta,atque circumlata.Quintil.lib.4.cap.1.

Deducti viri ab Eriphilo.Celsus lib.5.cap.1.

Deductior,oris,pen.prod. Comparatiuum. Sueton.in Augusto,cap.79, Nasum habuit & à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem. Hoc est,demissiorem.

Deductio,Verbale {ἀπαγωγὴ, παραγωγὴ, μετάγωγὴ, ἐπάγωγὴ.} Cic.pro lege Agraria,de colonis deducendis, Nam & ipse qui deduxit, & qui magistratum Capuæ & Leocreanti ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis,honoris,muneris attigerunt,&c.

Deductionem facere moribus. Cic.pro Cecinna, Ibi tum Cecinnam postulasse,vt moribus deductio fieret.

Deductio aquæ. Cic.1.de Diuin. Ex quo illa mirabilis à maioribus Albanæ aquæ deductio est.

Riuorum à fonte deductio. Cic.in Topic.Partium distributio sæpe est infinitior,tanquam riuorum à fonte deductio.

Rationis deductio in causæ constitutione.Cic.1.de Inuentione.

¶Deductio,pro Collocatione apud hospitem. Cic.2.Philipp.Italiæ rursus percursatio eadem comite mima: in oppida,militum crudelis & misera deductio. Id est, *Logement par fourriers, ou par le mareschal des logis.*

¶Deductio, pro Diminutione. Senec.lib.2.de Benef. Hæc itaque curæ habebis,si gratè æstimari quæ præstabis voles, vt beneficia tua ad eos quibus permissa sunt, integra & illibata perueniant, sine vlla (vt aiunt) deductione.

Deductor,deductoris,Verbale {κατηγορικὸν.} Q.Cic.ad M. Ciceronem, de Petitione Consulatus, Huius autem rei tres sunt partes: vna salutatorum, quum domum venitur, altera deductorum, tertia assectatorum.

Deducto,deductas,deductare.Lucilius lib.30,
Deductat hunc voce leo,cur tu ipsa venire
Non vis huc? Ex Nonio.

D E E

Deerro, deerras, deerrare {πλανάομαι.} A via & instituto itinere sæpe digredi & abscedere.

Itinere deerrare.Quintil.lib.10.cap.3.

Angiporto toto deerrare.Author ad Heren.lib 4.

Vir gregis ipse caper deerrauerat.Virg.eclog.7.

Deerrare dicuntur iaculantium ictus. Plin.lib.28.cap.8,Tantúmque est vanitatis, vt si ad brachium adalligetur superioris rostri dextræ partis dens,iaculantium ictus deerraturos negent.

Deerrauit à patre puer. Plaut. Menæch. 24.
Deerrare, Idem quod errare. Colum. lib. 1. cap. 4, Multos enim deerrasse, memoria prodidit, vt L. Lucullum, &c.
Deerrare ab eo quod cœpimus exponere. Author ad Heren. libro 1.
Deerrabat sors ad parum idoneos. Tacit. lib. 13.
Deerrare sententia & visu. Colum. lib. 2. cap. 2.

Deesis {δέησις} Indigentia. Antiph. Item deprecatio, qua rogamus liberari malis vrgentibus, aut etiam imminentibus. Dicitur etiam precarium, id est quod vsum nullum certum habet, sed quandiu libuerit concedenti. Deesis, apud Iulium Rufinianum inter figuras sententiarum, est obsecratio vel obtestatio, qua deos oramus vel homines.

D E F

Defæco, defæcas {ἀφυλίω} defæcare, A fæcibus purgare. Plin. lib. 18. cap. 26. Per brumam vitem ne colito: vina tamen defæcari, etiam diffundi Hyginius suader. Colum. lib. vltimo, Et defæcatum vinum in amphoras bonas adiicito.
Defæcatum, pen. prod. Purum, inturbatum, & sine sordibus possumus dicere, inquit Nonius. vt Vinum defæcatum, quod est sine fordibus. Hinc defæcatus animus, per transtationem dicitur, purus & omni anxietatum & dolorum sorde vacuus. Plaut. Aulul. 5, Nunc defæcato demum animo egredior domo. Idem Pseud. 11.

Defalcare {ὑποκόπτειν} significat tollere, & amputare, quasi falce abscindere. Sipontinus.

Defamo, as, pen. prod. Fama priuo, sicut Diffamo. Gellius, Vt vocabula eorum quoque defamata, atque deformia cum rebus ipsis viderentur.

Defatigo, defatigas, pen. prod. {κατατονία} défatigare, Labore conficere. Terent. And. 4. 1, Deceptus sum, at non defatigatus. Idem Adelph. Ita se defatigarit velim, vt, &c.
Non conquiescere, neque defatigari. Cic. 3. de Orat. Profectò nunquam conquiescam, neque defatigabor, antequam illorum ancipites vias ratione sque & pro omnibus & contra omnia disputandi percepero.
Defatigati cursu & spatio pugnæ. Cæsar 1. bel. Gall.
Defatigare aliquem assiduo labore. Cæsar 7. bel. Gall.
Animi defatigati ab aduersariis multitudine verborum. Author ad Heren. lib. 3.
Nec animi nec corporis laboribus defatigari. Cicero Terentiæ, libro 14. 1.
Defatigari satietate alicuius rei. Cic. 2. de Orat.
Defatigari & diffidere in malis. Brutus Cic. epist. 16, Ne defatigêre, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis.
Noli in conseruandis bonis viris defatigari. Cic. pro Marcello, 11.
Iudices defatigare. Cic. 3. de Legib.
Defatigor, cum infinitiuo. Lentulus Cic. lib. 12. 14, Nec defatigabor permanere non solùm in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis.
Defatigatus in Repub. conseruanda. Cic. Planco, lib. 10. 19.

Defatigatio, Verbale {κατατόνωσις, ἀπαγρύπνωσις} Cic. de Senect. Corpora quidem exercitationum defatigatione ingraue scunt: animi autem se exercendo leuantur.
Defatigatio equorum. Cæsar 8. bel. Gall.
Defatigatio & satietas. Cic. 5. Philipp. Nulla res ei finem cædendi nisi defatigatio & satietas attulisset.
Defatigatione desistere aliquid facere. Cic. pro Sextio.
Morbum metuere ex defatigatione membrorum. Cicero 2. de Natura deorum.

Defatiscor. Vide DEFETISCOR. Plin. lib. 17. cap. 2.

Defectio, Defectiuus, Defectus, Vide DEFICIO.

Defendo, defendis, defendi, defensum {φοβίσασθαι, ἀμύνω, ἀποτρέπω, ἀποτροπιάζω, ἀποκρούομαι, ἀμύνω, φρουρῶ} defendere, Tueri, & quasi vim depellere. Plaut. Asin. 9, Te obsecro defende.
Clypeo defendere aliquem. Claud. de bello Get.
Præsidio & periculo suo defendere aliquid. Cic. pro Sextio.
Pro virili parte aliquid defendere. Cic. pro Sextio, Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt cuiuscunque sint ordinis.
Defendere aliquem cõtra iniquos. Cic. ad Matium, lib. 11. 27, Equidem siquando audio, tam defendo, quàm me scio à te cõtra inimicos meos solere defendi.
Æstatem defendere capellis, Id est capellas ab æstu defendere. Horat. 1. Carm. ode 17.
Defendere aliquem de ambitu. Cic. pro Sylla, Præsertim qui illum solus de ambitu defendisset.
Studio defendis amicum. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.
A calamitate aliquem. Cic. pro lege Manil.
Defendere caput & famam. Cic. 4. Acad.
Caput domini. Cic. pro Milone, Non libertate solùm, sed etiam omnibus præmiis dignissimos fuisse qui domini caput defendissent. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5.
Defendêre meum numina nulla caput.
Ab omni casu aliquem. Valer. 7. Argon.
Causas. Cic. de Senectute, Causarúmque illustrium quascunque defendi nunc, quammaximè conficio orationes.
Tueri ac defendere causas. Cic. 1. de Oratore, Videtur etiam si hac scientia iuris nudata sit, posse facilè cæteris armis prudentiæ causas tueri atque defendere.
Causas rerum copiosè defendere. In COPIA.
Lege, & præsidio legis causam. Cic. pro Cluent.
Crimen. Ouid. 13. Metam.
Audacter sua decreta. Cic. 2. de Finib.
Delictum. Horat. in Arte Poetica.
Dignitatem ab inimicis. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Domum ac deos penates aliquo oppugnante. Cic. pro Milone.
Excusatione adolescentiæ se defendere. Cic. pro Cælio.

Fortiter. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.
Amici fortunas. Cic. pro Murena.
Toga frigus. Horat. 1. Serm. sat. 3.
A frigore. Virg. in Miliboeo,

Hic ego dum teneras defendo à frigore myrtos.

Hunc defende furorem. Virg. 10. Æneid.
Honorem suum. Cic. 6. Verr. Sic Defendere sententiam suam. Cic. 2. de Finib.
¶ Hostes, pro Repellere. Ennius. Serua ciues, defende hostes quum potes defendere. Gell. Qu. Claud. hostes defendebat à pinnis facillimè.
Iniuriam alicui. Plaut. Mostel. 8. Virg. in Buc. eclog. 7,

Solstitium pecori defendite: iam venit æstas Torrida.

Iniuriam alicuius. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Defendere & obsistere iniuriæ. Cic. 1. Offic. Qui autem nec defendit nec obsistit, si potest, iniuriæ, tam est in vitio quàm qui, &c.
Defendere ac propulsare iniuriam. Cic. 3. Offic.
Locum suum honestissimè defendere. Cic. pro Quinctio.
Mores defendere. Ouid. 2. Amorum, eleg. 4,

Non ego mendosos ausim defendere mores.

Muros longo bello. Virg. 9. Æneid.
Noctes. Propert. lib. 1. eleg. 15,

Nec possum infamis dominæ defendere noctes.

Noxiam. Terent. Phorm. 14.
Armis ac virtute patriam. Lucret. lib. 2.
Pacem, Cic. 8. Philipp.
Defendere perfrãctè. In PERFRINGO.
Pericula ciuium. Cic. pro Murena.
Ciuem à periculo. Cicero pro Fonteio, A quo periculo defendite

Indices ciuem fortem atque innocentem.

Pudor defendit aliquem. Metellus Cic. lib. 5. 1.
Publicè priuatímque aliquem. Cic. 4. Verr.
Rationem. Cic. 2. de Finib.
Rectè ac iure defendere aliquid. Cic. pro Milone.
Defendere rectum, pro tueri opinionem de virtute, aut ipsam virtutem. Horat. 2. Sermonum,

Aut quia non firmum rectum defendis.

Turpe lingua empta reos. Ouid. 1. Amor. eleg. 10.
Communem salutem Reipub. Cic. pro Murena.
Defendere ac tegere scelus. Cic. pro Sylla.
Se acri animo. Cic. pro Milone.
Se manu. Cæsar 5. bel. Gall.
Se telo. Cic. pro Milone.
Æquitate & fide socios. Cic. 2. Offic.
Defendit solis ardores. Cic. de Senect.
Solem. Plin. lib. 19. cap. 1.
Defendere & protegere spoliatum. Cic. pro Sylla, Ego iacentem & spoliatum defendo & protego.
Tecta sua defendere, & ab aris, focis, ferrũ flammámque depellere. Cic. pro Sextio.
Valetudinem bonam. Cels. lib. 4. cap. 5, Nam redit huc imbecillitas sua, nisi iisdem defenditur bona valetudo, quibus reddita est.
Vestes à tineis defendit hæc herba. Plin. lib. 20. cap. 17.
Vim. Plaut Rud. 18. Hoc est arcere & protrudere.
Vi vim defendere. Cic. pro Milone.
Vitam ab inimicis. Cic. pro Milone.
Vitam suam noctis & fugæ præsidio, non iuris iudiciorúmque. Cic. pro Sextio.
Vocem. Ouid. 13. Metamorphoseos,

Ille potest authore suam defendere vocem.

Vrbem bello. Claud. de bel. Gild.
Vrbem à vastatione. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 15.
¶ Defendor, defenderis. Cic. de Amic. Itaque re magis, quàm authoritate causa illa defensa est.
Ab armis defendar. Ouid. 2. Tristium,

Néve peregrinis tantùm defendar ab armis.

Ab hostibus defendi paludibus & itinerum angustiis, & altitudine montium. Cic. 2. de Lege agr.
Arte defendi. Valer. 8. Argon.
Liberè defendi. Vide LIBERE.
Defendi per aduocatum. Plin. in Præfatione.
¶ Defendere, Ratione affirmare & astruere. Cic. in Vatin. 3, Defendebatur testibus collegis suis, non recitandi causa legisse, sed recognoscendi. Budæus.
Defendere & Præuaricari, diuersa. Cic. pro Cluent. Hoc quanquam sedulò faciebat, tamen interdum non defendere, sed præuaricari accusatori videbatur.
Verisimile nonnunquam, etiam si minus sit verum, defendere, est patroni. Cic. 2. Offic.

Defensus, participium. Cic. 5. de Finib. Sex igitur hæ sunt simplices de summa bonorum malorúmque sententiæ: duæ sunt sine patrono, quatuor defensæ.
Causa pluribus argumentis defensa viriliter. Quint. lib. 6. cap. 1.
Prouincia ab hostium populatione defensa. Cic. pro Fonteio.
Defensum dare, pro Defendere. Virgil. lib. 12. Æneidos,

-nunc te mea dextera bello Defensum dabit. Id est defendet.

¶ Defensuri, vetustè pro Defensum iri. Vlp. l. 1. §. 3. D. de dot. præleg. Et mulierem agentem ex testamento cauere debere defensuiri hæredem aduersus maritum: ergo maritus idem debebit cauere, aduersus mulierem defensuiri, si prior agat. Et §. sequẽti, Non aliàs eũ legatum consequuturum, quàm si cauerit hæredes aduersus mulierem defensuiri. Hotom.

Defensurus, pen. prod. {ὑπερασπιστής} Participium: vt,
Defensura reos facundia. Ouid. ad Pisonem.
Manus defensura. Stat. 12. Thebaid.

Defenso, defensas, defensare {ἀπίζομαι} Plautus Rudente, 17, Hinc ego

ego defensabo præsidio Veneris.
Defensare ab hostibus. Sallust. Arma capientes ab hostibus defensabant.
Defensat patrem. Stat. 4. Syl. 8.
Defensare se iniuria. Plaut. Bacchid. 8.

Defensito, defensitas, penultima correpta {ὑπερασπίζομαι} defensitare. Cicero 4. Acad. Idem hæc non acrius accusauit in senectute, quàm antea defensitauerat.
Defensitare causas. Cic. de Claris Orat.

Defensor, Verbale {ὑπερασπιστής, ὁπλοφύλαξ} Qui defendit. Cic. 3. Ver. Sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem maximè laudari volo.
Defensor necis, Quasi propulsator, qui mortem arcet & prohibet. Cic. pro Milone. Nam defendere, arcere est. Budæus.
Paterni iuris defensor, & quasi patrimonij propugnator sui. Cic. 1. de Orat.
Custos, defensórque iuris & libertatis. Cic. pro Rab. Perduel.
Defensorem sui iuris, vltorem iniuriarum, actorem totius causæ adoptare. Cic. 1. Verr.
Salutis alicuius defensor. Cic. pro Milone.
Vltor, propugnator, defensor, patronus. Cic. pro Milone, P. Lentulus vltor sceleris, propugnator Senatus, defensor vestræ voluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis meæ.
Acerrimus defensor. In ACER.
Assiduus defensor & propugnator fortunarum alicuius. Cic. post reditum in Senatu.
Bonus defensor. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Acerrimum defensorem alicuius in re aliqua se ostendere. Cicero Lent. lib. 1. 1.
Non defensoribus istis tempus eget. Virg. 2. Æneid.
Idoneus suæ rei defensor. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Miluer defensor. Vlpian. in l. Et primo. D. ad Senatusc. Velleia. Sed & si mulier defensor alicuius exstiterit, &c.
¶ Defensor, apud Iurisconsultos tametsi à procuratore non vsquequaque distet, dicitur, qui absque mandato cum sola satisdatione alterum in iudicio defendit, atque tuetur, vt est in l. minor. cum duab. seq. D. de procurat.
Defensores ciuitatum siue locorum, Magistratus quidam erant similes Tribunis plebis, atque ideo defensores plebis appellantur in l. 1. C. de offic. iurid. Alexand.
Defensores, Milites quidam vocabãtur, qui ex acie nunquam exibant, nec excurrebant, sed ordines semper seruabant. Vsus est Mauricius quidam, qui de militia Romana Græcè quidem scripsit, multis tamen & Latinis & barbaris vocabulis aspersis. Annotauit Turneb.

Defensio, Verbale {σφετασία, ὑπολογία} Cic. 4. Acad. Vt ea pars defensionis relinquatur.
¶ Defensio, apud Iurisconsultos pro excusatione, l. si Reipublicæ. D. de vsur. ¶ Item pro exceptione vsurpatur, l. 1. C. de iur. & fact. igno. l. siquidem. D. de except.
Defensio plena accipietur, vt ait Vlpian. in fine l. Item ait prætor. D. ex quib. caus. maior. si & iudicium non detractetur, & iudicatum solui satisdetur.
Propugnatio & defensio dignitatis. Cic. Lentulo, lib. 1. 7, Nam nostra propugnatio, ac defensio dignitatis tuæ, propter magnitudinem beneficij tui, fortasse plerisque officij maiorem authoritatem habere videatur, quàm sententiæ.
Criminis defensio. Cic. pro Milone.
Innocentiæ defensio sæpe multorum improbitate intercluſa respirat. Cic. pro Cluent.
Iuris defensionem suscipi posse, etiam in confessione facti. Cicero pro Milone.
In defensione spem causæ suæ ponere. Cic. pro Cecinna.
¶ Breuis defensio. Cic. pro Cælio.
Facilis & prompta defensio. Cic. 1. de Orat.
Fortis & inuicta defensio salutis meæ. In INVICTVS.
Iniuior defensio. In INIQVVS.
Mala & improba defensio. In IMPROBVS.
Magnifica & præclara defensio. In MAGNVS.
Præclara defensio facinoris. Cic. in Vatinium.
Timida defensio. Quintil. lib. 7. cap. 2.
¶ Accipere vultu truci defensionem. Tacit. lib. 4.
Afferre in defensionem. In AFFERO.
Comparabit defensionem ex constitutionibus ab actore inductis defensor. Cic. 2. de Inuent.
Conterere defensionem obliuione. In CONTERO.
Dare defensionem. Cic. pro Milone, Nam qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus quærendam, non interitum putauit.
Habere defensionem in iudicio. Cic. Bruto, 12.
Patefacere defensionem. In PATEFACIO.
Polliceri defensioni alicuius auxilium & silentium. Cic. pro Milone. Neque auxilium modò defensioni meæ, verùm etiam silentium pollicentur.
Probare defensionem suam aliquibus. Cic. pro Milone.
Suscipere defensionẽ dignitatis alicuius, & in ea permanere. Cic. Licinio, lib. 5. 8.
Rationem defensionis tentare. Cic. 4. Verr. Neque nunc tam mihi isti Verrem defendere videntur, quàm in Verre defensionis tentare rationem.
Vti defensione aliqua. Cic. 4. Verr.

Deferbeo, Vide DEFERVEO.

Defero, defers, detuli, pen. corr. delatum, pen. prod. {ὑποφέρω, χρηματίζω, ὑπαγορεύω} deferre, Ex loco ferre. Plaut. Amph. 8, Quid si è portu nauis huc nos dormientes detulit?
Deferri naui ad vlteriores Rheni littus. Plin. lib. 8. cap. 19. Id est, abduci.

Deferre literas alicui. Plaut. Trinum. 13. Et ad aliquem, Cæsar 5. ell. Gall.
Dotem viro dicitur vxor. Plaut. Merc. 15.
Aliquid ad aliquem. Plaut. Asin. 16. Et deferre in aliquem locum, Cic. ad Att. lib. 12.
In portum. Plin. lib. 12. cap. 19.
In abruptum barathrum. Catul. epigr. 63.
In terram. Quint. lib. 1. cap. 12, Videlicet vt corpora infantium nec casus, quo in terram toties deferuntur, tam grauiter affligit.
Deferar in vicum. Horat. 2. epist. 1.
Deferri in vndas. Virgil. 8. eclog.
Per præcipitia deferri. Quint. lib. 1. cap. 10.
¶ Deferri in errorem. Cic. 2. de Inuent. Ne fortè varietate, & dissimilitudine rerum deductus alicuius animus in quendam errorem deferatur.
In præceps. Liu. 5. ab Vrbe, Ruináque tota prolapsa acies in præceps deferri.
¶ Defertur Moganus in Rhenum. Plin. Iunior lib. 4. epist. 3.
¶ Ad quancunque disciplinam quasi tempestate deferri. Cicero 4. Acad.
¶ Deferre studium suum & laborem ad aliquem, Est vltro ad amicitiam prouocare, & amicitiam offerre. Cic. ad Cecin. lib. 6. 6. Idem ad Trebatium lib. 6. 10, Vniuersum studium meum & beneuolẽtiam ad te defero. Budæus.
Authoritatem, gratiam, copias, opes ad aliquod negotium conficiendum deferre alicui. Cic. pro Flacco.
Aliquid in beneficij loco. Cic. 4. Verr. Etenim reuera multo magis est petendum ab hominibus, si salui esse volumus, vt eant nobiscum in prouinciam, quàm hoc illis in beneficij loco deferendum.
¶ Causam ad patronum deferre dicitur litigator, quum eum consulit, & ei controuersiæ ordinem argumentúmque exponit. Cicero 7. Verr. Idem, Reliqua est causa Iudices, nõ iam recepta, sed innata: non delata ad me, sed in animo sensúque meo affixa atque infita. Budæus.
Querelas ad aliquem per alium. Cic. pro Flacco, Quæ si ciuitas per bonos viros grauéque homines querelas ad vos detulisset, &c.
Querelas ad aliquem, pro Queri. Liu. 9. bel. Pun.
¶ Deferre {ὑπαγγέλλειν} ad aliquem quæ audiuimus, Denuntiare. Cæs. 5. bell. Gall. Carpineius & Iunius quæ audierant, ad legatos deferunt. Cic. 3. Verr. Virg. 4. Æneidos,

-eadem impia fama furenti
Detulit, armari classem, cursúmque parari.

Animo amicissimo insidias alicui paratas ei defetre. Cicero pro Plancio.
Consilia ad aduersarios. Cic. pro Cluentio.
Mandata vel postulata alicuius ad alterum. Cæsar 1. bel. Ciuil. Petit ab vtroque, quando Pompeij mandata ad se detulerint, ne grauentur sua quoque ad eum postulata deferre, si paruo labore magnas cõtrouersias tollere, atque omnem Italiam metu liberare possent.
Mandata ab aliquo. Cic. pro Sylla.
Acerbum nuntium alicui. Cic. pro Corn. Balbo.
Ad coniectorem. Cic. 2. de Diuin.
¶ In censum deferre, Id est profiteri. Vlpian. in l. Forma. D. de Censibus, Forma censuali cauetur, vt agri sic in cẽsum referantur. nomen fundi cuiusque & in qua ciuitate, & in quo pago sit, & quos duos vicinos proximos habeat: & aruum, quod in decem annis proximis satum erit, quot iugerum esse videatur. vinea quot vites habeat: oliuetum quot iugerum & quot arbores habeat: pratum, quod inter decem annos proximos sectum erit, quot iugerum: pascua, quot iugerum esse videantur: item syluæ cæduæ. omniáque ipse qui defert, æstimet. Vide Census in CENSEO.
¶ Polliceri & deferre quicquid possumus, Id est offerre. Cic. pro L. Manil. Quicquid authoritate, fide, cõstantia possum, id omne ad hãc rem conficiendam tibi & Pop. Romano polliceor & defero.
Denegare & deferre, contraria. Cicero 2. de Orat. Idem pro Cælio, Ea non petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt.
Ad vnum omnia delata sunt. Cic. Marcel. lib. 4 9.
Vltro deferre aliquid alicui. Cic. Figulo, lib. 4. 13.
In beneficiis ad ærarium aliquem deferre. Cic. pro Arch. Testamentum sæpe fecit nostris legibus, & adit hæreditates ciuium Romanorum, & in beneficiis ad ærarium est delatus à L. Lucullo Prætore & Consule. Signa sunt & argumẽta, quibus vult probare ciuem esse Archiam, licet non fuerit census.
Honorem alicui deferre. Cic. in Pisonem, Homini ille honorem, non generi: moribus, non maioribus meis: virtuti perspectæ, non auditæ nobilitati deferebat.
Honorem & imperium rogatione sua ad aliquem deferre. Cicero pro Domo sua, Quem crudelitatis authorem fuisse dixeras, ad hunc honorem & imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detulisti, &c.
Clamore imperitæ multitudinis, nullo publico consilio aliquod publicum munus ad aliquem deferre. Cic. pro Ligario.
Beneficia dormientibus. Cic. 7. Verr. Sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati sunt, quibus omnia Pop. Rom. beneficia dormientibus deferuntur.
Facultates alicui. Cicero ad Att. lib. 11, Siquas habuimus facultates, eas tum Pompeio, quum id videbamur sapienter facere, detulimus.
Optionem eligendi. Cic. ad Att. lib. 4, Hybernam legionem eligendi optio delata.
Pacem. Liu. 3. bel. Pun. Ego, siquis de pace consulet, seu deferenda hostibus, seu accipiẽda, habeo quid sententiæ dicam. Legitur & disiunctim in aliquibus codicibus, de ferenda.
Palmam alicuius rei alicui. Cic. 2. de Orat. Et illud quidem admiror, te nobis in eo genere tribuisse tantum, & non huius rei quoque palmam, vt cæterarum, Crasso detulisse.

Poteſtatem alicui. Cic. pro Corn. Balbo, Poteſt eſſe vlla denique maieſtas, ſi impedimur, quominus per Pop. Rom. beneficiorum virtutis cauſa tribuendorũ poteſtatẽ imperatoribus noſtris deferamus?

Præconium alicui. Cic. Att. lib. 13, Ligarianam præclarè vendidiſti: poſthac quicquid ſcripſero, tibi præconium deferam.

Præmium dignitatis alicui. Cic. pro Flac.

Primas alicui. Cic. ad Att. lib. 1. Idem in Orat. 15, Cui primæ ſine controverſia deferebantur.

Triumphum. Cic. Att. lib. 8, Sed ſit, deferet triumphum: non acciperẽ periculoſum ſit? an accipere, inuidioſum ad bonos?

Aliquid ad alterum. Cicero de Amicit. Quòd ſi etiam poſſis quidvis deferre ad alterum, videndum eſt tamen quid ille poſſit ſuſtinere.

Negotium ad aliquem. Cic. ad Att. lib. 1.

Iudicia iam facta, domo ad cauſas. Cic. pro Cluent. Etenim non modò authoritatem, ſed etiam nomen iudicum amittemus, niſi hìc ex ipſis cauſis iudicabimus, ac ſic ad cauſas iudicia iam facta domo deferemus.

¶ Indicium ad Prætores. Liu. 4. bel. Pun. Id eſt, indicare.

Rationes deferre. Cic. Rufo, lib. 5. 20.

Alicui regnum. Liu. 1. ab Vrbe, Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Id eſt, offerendum atque tradendum.

Studium & beneuolentiam ad aliquem deferre. Cicero Trebiano, lib. 6. 10.

Voluntatem ſuam ad aliquem. Cic. Domitio, lib. 6. 22.

¶ Deferre aliquem, pro Accuſare. Cornelius Tacitus, Maieſtatis delatus eſt. Cic. pro Cornelio Balbo, In Prætura, in Conſulatu præfectum fabrûm detulit: conſilium hominis probauit: fidem eſt complexus, officia obſeruantiámque dilexit.

Impietatis deferri. Tacit. lib. 5, Dein multorum amoribus famoſa Albucilla defertur impietatis in principem.

Deferre & demonſtrare. Cic. 6. Verr. Sopater iterum ſens ad Senatum defert iſtius cupiditatem, minásque demonſtrat.

Deferre nomen alicuius, apud iudicem vel magiſtratum aliquem de aliquo crimine incuſare. Cic. 3. Verr. Longo interuallo veterem conſuetudinem retuli, & rogatu ſociorum atque amicorum Populi Romani, meorum autem neceſſariorum, nomen hominis audaciſſimi detuli.

Nomen amici mei de ambitu detulit. Cic. pro Cælio.

Deferre nomen alicuius de repetundis. Cic. 4. Verr.

Deferre nomen, & accuſare, differunt. Nam deferre nomen dicitur, qui legibus interrogat apud Prætorem, vt ſi interrogatus neget, eius nomen in reos referatur: nam deferre nomen idem eſt quod reum facere. Accuſare verò, eſt agere cauſſam, & ſuum reum in iudicium adducere. Terent. Lto. D. de iur. patron. Qui nomen detulit accuſaſſe intelligẽdus eſt. De patrono loquitur, qui ſe liberti nomen detulerit, non minus à bonorum poſſeſſione remouetur, quàm ſi accuſarit. Horom.

Deferre crimina de aliquo ad Senatum. Liu. 9. bell. Maced.

Sermones de aliquo ad alterũ. Cic. ad App. lib. 3. 8, Tu cum iſtiuſmodi ſermones ad te de me delati ſunt, non debuiſti credere.

Cupiditatem alicuius ad Senatum. Cic. 6. Verr.

Defertur fur ad Senatum per iudicem. Suet. in Nerone.

Maleficium alicuius ad iudicium. Cic. pro Cælio.

De aliquo apud alios. Cic. 3. de Lege Agrar. Commodius feciſſent Tribuni pleb. Quirites, ſi quæ apud vos de me deferunt, ea coram potius me præſente dixiſſent.

¶ Deferre, pro indicium facere. Sen. in epiſt. Videamus hoc quod concupiſcimus quanti deferatur.

Delatus, penult. producta {ἐγκλητός} Participium. Cicero 2. de Inuent. Vtin quodam iudicio, quum venefici cuiuſdam nomen eſſet delatum, &c.

Diuinitus ad nos delatus vir. Cic. 1. de Orat.

Delatus honor. Sil. lib. 16.

Delatio {ἐγκλησις} Verbale. Cic. 1. Verr. Nuper quum in P. Gabinium vir fortiſſimus & innocentiſſimus L. Piſo delationem nominis poſtularet, &c.

Nominis delatio. Cæl. Ciceroni, lib. 8. 6, Illud mihi occurrit, quòd inter poſtulationem & nominis delationem, vxor à Dolabella diſceſſit.

Crebræ delationes. Tacit. lib. 20, Crebris apud Neronem delationibus famoſos.

Dare delationem. Cic. 1. Verr.

Dare aliquam delationem alicui. Cic. 1. Verr. Ecquis vnquam tam palàm de honore, tam vehementer de ſalute ſua contendit, quàm ille atque illius amici, vt ne hæc mihi delatio detur?

Factitare delationes. Tacit. lib. 17. Hoc eſt quod in Bruto Accuſationes factitare Cicero dixit.

Subire delationem. Tacit. lib. 11.

Delator, pen. prod. {ἐνδείκτης, μηνυτὴς, μεταδότης} Verbale, m. g. Occultus accuſator dicitur, & calumniator. Plin. Iun. in Paneg. Delatorum claſſis permiſſa omnibus ventis. Martial. Et delator habet quod dabat exilium. Suet. de Domitian.

¶ Delator dicitur, qui auctor & cauſa eſt prodendi alicuius negotij, vel rei, quæ antè incognita, ab eo poſteà detegitur, ac indicatur. Harmenop. tit. de delator.

Defercueo, deferues, deferbui, & deferui {ἐκζέω} deferuere, vel Deferueſco, deferueſcis, deferueſcere, Proprìè eſt ſummè feruere, itaque quod deferbuit, refrigeratur. Colum. lib. 9. cap. 15, Dum muſteus fructus deferueſcat. Cato cap. 96, Vbi lupinus deferbuerit.

Æſtus deferueſcunt. Varro 2. de Re ruſt. cap. 2, Circiter meridianos æſtus, dum deferueſcunt, ſub vmbriferas rupes & arbores patulas ſubiiciunt. De ouibus.

¶ Deferuere, ad hominem transfertur, pro Miteſcere & placidum fieri. Cic. in Orat. Quantis illa clamoribus adoleſcentuli diximus, de ſupplicio parricidarum? quæ nequaquam ſatis deferbuiſſe, pòſt aliquanto ſentire cœpimus. Tranſlatum eſt à vino in lacu, vel dolio potius feruere deſinente, quod iam auſteritatem accipit: quæ auſteritas ad iudicium iam maturum tranſfertur.

Deferuere & mitigare. Cic. pro Cælio, Iam iſta deferbuerint: iam ætas omnia, iam iſta dies mitigarit.

Deferbuit adoleſcentia. Terent. Adelph. 1. 2, Sperabam iam deferbuiſſe adoleſcentiam.

Cupiditates adoleſcẽtiæ deferbuerunt. Cic. pro Cælio, Summi homines & clariſſimi ciues fuerunt, quorum quum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent, eximiæ virtutes firmata iam ætate extiterunt.

Deferueſcit ira. Cic. 4. Tuſcul. Aut rogandi, orandíque ſunt, vt ſi quam habent vleiſcendi vim, differant in tempus aliud, dum deferueſcat ira.

Studia hominum deferbuere. Cic. pro Cluent. Paucis enim diebus illis & ipſe priuatus eſt factus, & hominum ſtudia deferbuiſſe intelligebat.

Deferuefacio, deferuefacis, pen. corr. {ζεστοποιῶ} deferuefacere, Idem quod feruefacere. Cato cap. 157, de braſſicæ medicamentis, Tormina quibus moleſta erunt, ſic facito. Braſſicam macerato bene: poſtea in aulam conijcito: deferuefacito bene. Vbi cocta erit bene, aquam defundito. Eò addito oleum bene, & ſalis paululum, & cuminum & pollinem polentæ. Poſtea ſerue bene facito, &c. Plin. lib. 23. cap. 7, Radix caprifici deferuefacta in vino, dentium dolores. Subaudi, ſedat. Rurſum lib. 20. cap. 7, de caulibus lactucæ, Deferuefacti hi caules, & ſtomacho vtiliſſimi traduntur. In his exemplis Deferuefacere nihil aliud ſignificat quàm feruefacere, vel potius vehementer feruefacere, vt DE augeat: vel certè coquere, vt palàm eſt propius intuenti.

Defetiſcor, defetiſceris, penultima correpta, defeſſus ſum, vt ait Priſcianus {κατατυγχάνω, κατάγνυμι} defetiſci, Labore deficere. Terent. Phormione, 4. 1,

Neque defetiſcar vnquam ego experirier,
Donec tibi id quod pollicitus ſum, effecero.

Languens & defeſſus. Cic. Trebonio, lib. 10. 28, Senatúmque iam langueſcentem & defeſſum ad priſtinam virtutem conſuetudinémque reuocaui.

Omnibus medullis defeſſus. Catul. epigr. 51.

Sarietare defeſſus. Cic. Curioni, lib. 2. 2, Neque quiſquam eſt, quin ſatietate iam defeſſus ſit.

Defeſſus ſum quærere. Plaut. Epid. 5.

Defeſſus ſum quæritando. Plaut. Amphit. 1. 3. Terent. Adelph. 2. 2, Ego vapulando, ille verberando vſque, ambo defeſſi ſumus. Ibid. 4. 6.

Defeſſus ſum ab gerunda aqua. Plaut. Pœnulo, 4.

Defeſſus ſum ridendo de te. Terent. Eunuch. 5. 7.

Bendo defeſſus. Ouid. 9. Metam.

Cedo defeſſus malis. Senec. Medea, 7.

Defeſſus recreatur. Plin. lib. 27. cap. 12.

Defeſſus acie. Stat. 12. Thebaid. Vide ACIES.

Defeſſus cultu agrorum. Cic. pro Lege Agrar. Sic Defeſſus labore diſputationis. Cic. 2. de Orat.

¶ Defeſſa ac refrigerata accuſatio. Cic. 2. Verr.

Animi forenſibus negotiis atque vrbano opere defeſſi, geſtiunt ac volitare cupiunt vacui cura atque labore. Cic. 2. de Orat.

Artus defeſſi. Ouid. 3. Triſtium, elegia 12.

Aures conuitio defeſſæ conquieſcant. Cic. pro Archia.

Membra labore. Catul. epigr. 47.

Torméta. Cic. pro Cluent. Quum iam tortor atque eſſent tormenta ipſa defeſſa.

Deficio, deficis, penult. corr. defeci, pen. prod. defectum {ἀπορρέω, ἐκλείπω, ἀποδειλιάω, ὑπολείπω, ἀφίσταμαι} deficere, quando pro Relinquere & deſerere accipitur, habet paſſiuum: quando verò pro defetiſcor, neutrum eſt. Eſt autem à de, & facio compoſitum.

Deficere, pro Deeſſe. Cicero 3. Verr. Vererer ne mihi crimina non ſuppeterent, ne oratio deeſſet, ne vox viréſque deficerent. Subaudi, mihi.

Æquor deficit puppibus. Stat. 1. Achil.

Anima deficit per æſtum. Celſ. lib. 1. cap. 17, Atque hic quoque habenda virium ratio eſt, neque committendum vt per æſtum anima deficiat.

Animantes, quum calor defecerit, tum interire. Cic. 3. de Natura deorum.

In cauſa aliquem deficiunt omnia. Cic. pro Fonteio.

Deficiunt artes, deficiúntque doli. Tibul. lib. 1. eleg. 4.

Dolor me non deficit. Cic. 7. Verr.

Linguæ defecerat humor. Ouid. 9. Metam.

Noctis lentus non deficit humor. Virg. 1. Georg. Hoc eſt non deſerit. Vnde & qui deſertũ exercitum ad hoſtes tranſeuntes, defectores vocantur. Seruius.

Improbitas aliquem defecit. Cic. 3. Catil. Ita eum non modò ingenium illud, & diſcendi exercitatio, qua ſemper valuit, ſed etiam propter vim ſceleris manifeſti atque deprehenſi, impudẽtia qua ſuperabat omnes, improbitáſque defecit.

Deficit ingenium. Ouid. 2. Faſt.

Deficit luna nocturno tempore. Plin. lib. 2. cap. 10. Cic. 1. de Diuin. Si Luna paulò ante Solis ortum defeciſſet, &c.

Interpoſitũ, interiectúque terræ repentè Luna deficit. Cicero 2. de Natura deorum.

Membra deficiunt. Lucret. lib. 5.

Ad cœpta manus deficiunt. Ouid. 8. Metam.

Memoria deficit. Cic. 2. de Fin.

Hominem deficit omnis motus animi. Cicero de Claris Orator. Dein quum otioſus ſtylum prehenderat, motúſque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flacceſcebat oratio. De Galba oratore.

Nerui deficiunt. Horatius in Arte Poetica. Ouidius 12. Metamorph.

Deficit

Deficit illum prudentia. Cic. de Claris Orat.

Deficiunt te Latina. Cic. 1. Acad.

Dies, latera & vox me deficiunt. Cic. 4. Verr.

Res eos iampridem fides deficere nuper cœpit. Cic. 2. in Catil.

Res frumentaria ipſos deficere cœpit. Cæſar.

Res ipſa quam ſcribam deficit. Cic. Q. frat. lib. 2. 15, Omnia colligo, vt noui ſcribam aliquid ad teſed vt vides, res me ipſa deficit.

Deficere rebus dubiis. Virg. 6. Æneid. Hoc eſt, deferere in rebus incertis. Seruius.

Deficiunt illum ſanguis & vires. Cæſar.

Vndique ſenſus deficit. Lucret. lib. 3.

Deficit & extinguitur Sol. Cic. in Som. Scip. Nanque vt olim deficere Sol hominibus, extinguíque viſus eſt, &c.

Deficiunt me ſolatia. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 5, Sed opprimor interdum, & vix reſiſto dolori: quòd ea me ſolatia deficiunt, quæ cæteris quorum mihi exempla propono, ſimili in fortuna non defuerunt.

Spes deficit, non voluntas. Cic. Att. lib. 7.

Studia cuncta ætate exacta deficiunt. Cic. pro Deiotaro.

Deficiunt ſyluæ glandes. Virg. 1. Georg.

Tempus deficit ab bellum gerendum. Cic. pro Roſc. Amer.

Tempus hercle te citius, quàm oratio deficeret. Cic. pro Sex. Roſc. Sic deficiet me iam dies, nox, &c. pro Cælio.

Deficiunt mihi tela. Cæſar 3. bel. Gal. Non ſolùm vires, ſed etiam tela noſtris deficerent.

Vires deficiunt aliquem. Cic. 1. de Orat.

Diſcentes vita deficit. Cic. 3. de Orat.

Vires & vita deficit in ea re, &c. Cic. 7. Verr. Si me in ea querimonia quam ſum habiturus de iſtius crudelitate, & de ciuium Romanorum indigniſſima morte, non modò vires, verumetiam vita deficiat, id mihi præclarum & iucundum putem?

Vox eum defecit in illo loco. Cic. ad Marium, lib. 7. 1.

¶ Deficit in mucronem figura. Plin. lib. 2. cap. 10. Id eſt deſinit, hoc eſt habet mucronem.

¶ Deficere {ἀποστάω} Deſiſtere, & à ductu alterius recedere & quaſi rebellare. Salluſt. in Iugurtha, Quod oppidum primũ omnium poſt malam pugnam ab rege defecerat. Cæſar 5. bel. Gal. Ille veritus, ne ciuitas eorum impulſu deficeret.

Planè ab aliquo. Cic. Trebatio, lib. 7. 12.

A principe aliquo ad alium. Liu 2. ab Vrbe, Eodem anno duæ coloniæ Latinæ, Pometia & Cora, ad Aruncos deficiunt. Id eſt à Romanis deficiunt, & ad Aruncos ſe conferunt. Cæſar 2. bel. Gal. Ab Heduis deficiſſe.

Deficit vtilitas ab amicitia. Cic. 2. de Finib. Sed quid ages tandem, ſi vtilitas ab amicitia (vt ſæpe fit) defecerit? Id eſt, ſi nulla vtilitas percipitur ex amicitia.

A dignitate ſua. Cic. pro Sylla.

A virtute. Cic. de Amicit. Difficile eſt amicitiam manere, ſi à virtute defeceris.

A ſeipſo, Eſt mores mutare. Cic. Cælio, lib. 2. 15, Illud miror, adduci potuiſſe te, qui me penitus noſſe deberes, vt exiſtimares aut me tam improuidum, &c. aut tam inconſtantem, vt collectam gratiam florentiſſimi hominis effunderem, à méque ipſe deficerem, &c.

A vita. Cicero 3. de Finib. Sæpe officium eſt ſapientis, deſicere à vita. Legitur in emendatioribus codicibus deſciſcere.

¶ Deficere, Pro defetiſci, neutrum. Mart. lib. 2, Laſſus tam citò deficis viator. Cic. 4. Acad. Tamen nec illi defecerunt, neque nos ſtudium exquirendi defatigati relinquemus.

Deficere, propriè res dicitur, quæ propemodum conſumpta eſt.

Considere & deficere. Cic. Att. lib. 1. 11, Ne vna plaga accepta P. C. conciderent, ne deficerent.

Conſeneſcere & deficere. Cic. de Senect. Nec vlli bonarum artium magiſtri non beati putandi, quanuis conſenuerint vires atque defecerint.

Deficere animo, animis, viribus. Cic. Martius Rufus Quæſtor in caſtris relictus à Curione, cohortatus ſuos ne animo deficiãt. Liu. 6. bell. Cæſar 7. bel. Gal.

Deficere animum, pro animo. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16, Ne deficiant animum. De apibus.

Alimento. Colum. lib. 3. de vite, Quúmque tranſtuleris de humido in aridum locum, vide ne priſtino alimento deficiat. Idem, Commodè fluunt, nec deficiunt macro ſolo.

Cœptis. Valer. 2. Argonaut. Ne defice cœptis.

Diſcurſibus. Valer. 5. Argonaut.

Mente. Ouid. 9. Metam.

Viſu. Suet. de Claris Grammat. Quum iam non greſſu modò deficeret, ſed & viſu.

¶ Deficior, paſſiuè. Colum. lib. 3, Iugatum quadam parte deficitur, quadam ſuperat. Cic. pro A. Cluentio, En hoc illud eſt quod antè dixi, mulier abundat audacia, conſilio & ratione deficitur.

Deficitur aqua ſalienti hæc amœnitas. Plin. Iunior lib. 2. epiſt. 17.

Deficiens, Participium {ἐκλείπων.} Cicero 1. Tuſcul. Qui quum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, vt aſpectum omnino amitterent, &c.

Ales deficiens cadit. Senec. Herc. OEth. 8.

Cibus deficiens. Ouid. in Ibin.

Deficiens animo mœſto. Lucret. lib. 6.

Sermoni deficiente die. Ouid. 5. Triſt. eleg. 14,

Vtque ſolebamus conſumere longa loquendo
Tempora, ſermoni deficiente die.

Defectus, Participium {ἐκλελοιπὼς} à deficio vel deficior, habet interdũ ſignificationem actiuam in voce paſſiua. vt Martialis lib. 13,

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Defectæ ſenectutis homo. Vlpian. in l. arboribus. 9. de illo. D. de vſufruct.

Defecta ſenio arbor. Colum. lib. 5. cap. 6.

Dentibus defecti, Id eſt edentuli. Plin. lib. 8. cap. 16.

Animo. Plin. lib. 20. cap. 14, Magna ſocietas cum hac ad recreandos defectos animo, pulegio.

Ætate. Vlpian. in l. 3. § Ignoſcatur. D. De S. C. Syl.

Libri defecti. Cic. Attico, lib. 13, Libri ad Varronem non morabantur. Sunt enim defecti, vt vidiſti, tantum librariorum menda tolluntur. Baptiſta Pius legit defecti, hoc eſt æquati, læuigati, vmbilicis decorati.

¶ Defectus, Paſſiuè {ἐλλειπτικῶς} pro Deſtitutus. Ouid, in Ibin,

Sitque (quod eſt rarum) ſolito defecta fauore
Fortunæ facies inuidioſa tuæ.

Aqua, cibóque defecti. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Solo mœret defecta cubili. Valer. 7. Argonaut.

Genibus defectus. Stat. 6. Theb.

Sol lumine. Tibul. lib. 2. eleg. 6.

Viribus. Sen. Hippol. 4.

Defecta à menſtruis mulier. Celſ. lib. 1. cap. 8, Quæ neque peperit, neque grauida eſt, ſi lac habet, à menſtruis defecta eſt.

Defectus, Nomen ex {κλῖσις πτῶσις.} Columel. in Præfat. lib. 1, Sed ſiue fundum locuples mercatus eſt, è turba pediſſequorum lectiariorúmque, defectiſſimum quenque annis & viribus in agrum relegat.

Defectus, huius defectus {ἐλλείψεως, κλίσεως} Liu. 4. ab Vrbe, Defectus alibi aquarum circa torridos fontes riuóſque, ſtragem ſiti pecorum morientium dedit.

Defectu cordis. Plin. lib. 11. cap. 37, Ideo non viuere hominem vltra centeſimum annum defectu cordis.

Defectus animi. Plin. lib. 20. cap. 2. ad finem, Ipſe cucumis odore defectum animi. Subaudi, ſanat.

Defectus ſolis & lunæ. Gell. lib. 2. Cic. 2. de Nat. deor. Neque ſolùm eius ſpecies ac forma mutatur, tum creſcendo, tum defectibus in initia recurrendo: ſed etiam, &c. De ſole.

Defectus varij ſolis. Virg. 2. Georg.

Defectus velox, Plin. lib. 34. cap. 2. de æris generibus. Eodem ſignificatu dixit, Non longi æui, & velocis defectus.

Defectus ſtomachi præcipuè excitat inula. Plin. lib. 19. cap. 5.

Defectu medicorum multi perierunt: Id eſt quia medici defuerunt, præſto non fuerunt. Ex Valla.

Laborat luna defectu. Claud. in lib. epigr. de magnete, 4.

Defectum, ti, Subſtantiuum n. g. Cic. pro Sextio, Ille ad eos à quibus audiebatur quotidie, aliquid defecti afferebat.

Defectio {ἀπόστασις} propriè eſt Receſſio (inquit Valla) aut militum, aut ciuitatis à domino, vel à ſuperiore. Liu. 1. ab Vrbe. Cic. Qu. frat. lib. 1. 4, Multa conuenerunt, quæ mentem exturbarent meam, ſubita defectio Pompeij, alienatio Conſulum, &c.

Abſtinere à defectione. Liu. de bell. Punic.

Attentare defectionem. Liu. de bel. Pun.

Circunſpectare defectionis tempus. Liu. de bel. Pun.

Eſſe in defectione. Liu. de bel. Pun.

Facere defectionem. Liu. de bel. Pun.

Inire. Liuius de bel. Pun.

Moliri. Liu. Cyrceióſque & Velitras colonias iamdiu molientes defectionem, &c.

Oriri defectionis initium. Cæſar 5. bel. Gall.

Spectare ad defectionem. Liu. de bel. Pun.

Defectio à recta ratione. Cic. 4. Tuſcul. Omnium autẽ perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quæ eſt à tota mente ac recta ratione defectio.

¶ Defectio mulierum à conceptu {ἀκυισμὸς, λειποψυχία.} Plinius in Proœmio lib. 25, Pampini ſanguinem excreantibus, & mulierum à conceptu defectioni diluti potu profunt. Eam intelligit affectionem prægnantium, quæ & Malacia, & Pica vocatur.

Animi defectio. Cic. Att. lib. 3.

Animæ defectio. Celſ. lib. 7. cap. vlt.

Defectio virium. Cic. de Senect. Etſi ipſa defectio viriũ, adoleſcentiæ vitiis efficitur ſæpius quàm ſenectutis.

Defectio ſolis & lunæ. Cic. de Senect. Quàm delectabatur quum defectiones ſolis & lunæ multo antè nobis prædiceret?

¶ Defectio, Pro debilitate. Suet. in Caligula, cap. 50, In adoleſcentia ita patiens laborum erat, vt tamen nonnunquam ſubita defectione ingredi, ſtare, colligere ſemet ac ſuſtinere vix poſſet. Tacit. lib. 5, Vocaríque qui recreandæ defectioni cibum adferrent.

Defector, Verbale, {ἀποστάτης.} Suet. in Nerone, cap. 43, Renocatíſque ad pœnitentiam defectoribus, &c.

Defectiuus {ἐλλιπὴς} Calepinus probat ex Cicerone lib. 1. Offic. quo loco vox hæc videtur adiecta ab interprete aliquo, cui MANCVM ſignificare videbatur defectiuum.

Defigo, defigis, pen. prod. defixi, defixum {κατανύσσω} defigere, Propriè eſt immittere, & veluti implantare. Colum. lib. 2, Tum in terram bene paſtinatam & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito. Idem 7. Verr. Aciem defixere in his veſtigiis, &c.

Terræ defigitur arbos. Virg. 2. Georg.

Defigere animos. Liu. 1. ab Vrbe, Tacita mœſtitia ita defixit omniũ animos, vt, &c.

Defigere animos & intendere. Cic. 4. Acad. Parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perſpicua ſunt, vt, &c.

Audaciam in mentibus atque oculis omnium. Cic. de Prouinc. Conſul. Nihil de hac eius vrbana, quam ille præſens in veſtris oculis mentibúſque defixit, audacia loquor.

Aliquem colaphis in terram. Plaut. Perſ. 8.

Columnellas in trabibus. Cæſar 2. bel. Ciuil.

Cultrum in corde. Liu. 1. ab. Vrbe. de Lucret.

Crucem defigere. Cic. 6 Verr.

Sicam in corpore alicuius. Cic. in Catil.

Gladium iugulo. Liu. 1. ab Vrbe.

Curas in Reipub. salute. Cic. 14. Philipp.
Defigi diris deprecationibus nemo non metuit. Plinius libro 28. cap. 2.
Defigere enſem. Silius lib. 10.
Furta alicuius in oculis populi. Cic. 2. Verr. Hoc eſt ita recitare vt non modò audiri, ſed etiam fieri videantur.
Mentem in aliqua re. Cic. 3. de Orat. Omiſſis cæteris argumentis, in eo mentem, orationémque defigit.
Ocellos in aliquem. Ouid. 2. Amor. eleg. 8.
Oculos ſpe & mente in rem aliquam. Cic. 11. Philipp. Cuius ſanguinem non bibere cenſetis? in cuius poſſeſſiones atque fortunas non impudentiſſimos oculos ſpe & mente deſigere?
Oculorum aciem in terram. Plin. lib. 8. cap. 16.
Aliquid intueri, in eóque defixum eſſe. Cic. in Orat.
Defixerat pauor cum admiratione Gallos. Liu. 7. ab Vrbe. Et lib. 5. Ipſi pauore defixi primùm ſteterunt. Et lib. 3. Stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit.
Plantam in hortis. Ouid. 1. de Remed. Amor.
In animis aliquam ſententiam iudicum. Cic. pro Domo ſua, Ac quam ſententiam dixi? primùm eam, quam populi ſermo in animis veſtris iam antè defixerat.
Crabrones ſpicula defigunt. Ouid. 3. Faſt.

Defixus, Participium {κατηκτικός} Cicero 4. Philipp. Virtus eſt vna alteſſimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari poteſt, nunquam dimoueri loco.
Stat cuneo defixa acies. Stat. 9. Thebaid.
Animus defixus malis, Id eſt vi malorum atque calamitatum attonitus & mentis inops atque conſilij. Claud. 4. Pàneg.
Animus defixus in aliqua conreplatione. Plin. Iunior lib. 2. epiſt. 1.
Atatra defixa. Virg. 3. Georgicorum,
Atque opere in medio defixa relinquit atatra.
Defixa humi mens. Cic. in Somn. Scip. Quouſque humi defixa tua mens erit?
Videre defixis oculis. Horat. 1. epiſt. 6.
Obtutu hæret defixus in vno. Virg. 1. Æneid.
Defixi ora tenebant. Virg. 8. Æneidos,
Vix ea fatus erat: defixéque ora tenebant
Æneas Anchiſiades, &c.
Ora Latinus Obtutu defixa tenet. Virg. 7. Æneid.
Poſita & defixa ſpes omnium in te. Cic. pro Flacco, Vt omnia Reipubl. ſubſidia, totũ ſtatum ciuitatis, omnem memoriam temporum præteritorum, ſalutem præſentium, ſpem reliquorum, in veſtra poteſtate, in veſtris ſententiis, in hoc vno iudicio poſitam & defixam putetis.

Defixũ, ſic dicitur vt inuſtũ, hoc eſt indelebile. Cic. pro Domo ſua, Hanc verò in palatio, atque in pulcherrimo vrbis loco porticum eſſe patiemini, &c. doloris mei defixum indicium ad memoriã omnium gentium ſempiternam. Budæus.

Defingo, gis {ψεύδομαι} Vide DEPSITICVS.

Definio, definis, pen. prod. definiui, definitum, pen. prod. {ὁρίζω, περιγράφω, περιλαμβάνω} definire, Terminare, & quaſi finem dare. Cic. de Amicit. Altera ſententia eſt, quæ definit amicitiam paribus officiis, ac voluntatibus.
Definiunt fundi extremam partem oleæ. Cic. pro Cecinna, Eius autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.
Benè dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis ſepta teneatur. Cic. 2. de Orat.
Vnamquanque rem certo naturæ termino definire. Author ad Heren. lib. 3.
Circunſcribere & definire. Cic. pro Sextio.
Definire & complecti. Cic. 1. de Orat. Quamobrem ſi quis vniuerſam & propriam Oratoris vim definire complectíq; velit, is Orator erit, &c.
Concludere ac definire orationem. Cic. 6. Verr. Vt aliquando totam huius generis orationem concludam ac definiam.
Aliquid breuiter illuſtrare, verbíſque definire. Cic. 2. de Orat.
Ædes ſibi optimas definire. Cic. 8. Philipp.
Definire alicui quid faciat. Cic. pro Quint.
Artem definire ex rebus perſpectis planéque cognitis. Cicero 1. de Orat.
Definire diem. Cæſar 1. bel. Ciuil. Vulgus *determinare* dicit.
Diſcordias. Cic. de Aruſp. Reſpon. Quas ego alias optimarum diſcordias à diis immortalibus definiri putem?
Horizon noſtrum aſpectum definit. Cic. 2. de Diuinat.
Imperium, orbis terrarum terminis. Cic. pro Sextio, Qui imperiũ Populi Romani orbis terrarum terminis definiſſet. De Pompeio.
Definire in quinquennium. Cic. de Lege Agraria, Dat præterea poteſtatem verbo Prætoriam, reuera regiam definit in quinquennium, facit ſempiternam.
Definire legem alicui. Cic. 5. Verr. Cur huic præcipua lex iniuriæ definitur?
Certus ac definitus locus. Cic. in Somnio Scip. Sic habeto, omnibus qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in cælo, ac definitum locum, &c.
Locum definire. Hirtius lib. 6.
Lucidè ac breuiter definire. Cic. 2. Orat.
Mala dolore, bona voluptate definiunt. Cic. in Piſonem.
Tempore & die memoriam beneficij definire. Cicero Poſt red. ad Quirites.
Definita animi moderatio. Author ad Heren. lib. 1.
Modum vitæ ſuæ animi æquitate definire. Cic. pro Marcello, Hic tu modum tuæ vitæ, non ſalute Reipub. ſed æquitate animi definies.
Numerum & magnitudinem alicuius rei. Cic. 3. Verr. Non ſolùm numerum ſignorum, ſed etiam vniuſcuiuſque magnitudinem, figuram, ſtatum literis definiri vides.
Definita quæſtio apud Oratores. Cicero in Partitionibus, Quid

quæſtio? quáſnam habet partes? c. 19. Infinitã, quam conſultationem appello: & definitam, quam controuerſiam nomino.
Res quas Romani geſſerunt, orbis terræ regionibus definiuntur. Cic. pro Archia.
Conſtituta & definita res. Cic. 2. de Orat.
Quam vitam ingrediar, definias. Cic. 4. Acad.
¶Definire dialecticis eſt quid res ſit, explicare, quod perfectè ſit ex cauſſis rei naturam comprehendentibus: circunſcriptè ex reliquis argumentis.
¶Definitum eſt. Plaut. Ciſtel. 5, Perge loqui: non remittam, definitum eſt.
Definitum ac certum. Cic. Appio, lib. 3. 8, Nihil enim habent quod definitum ſit aut certum.
Definitum & conſtitutum. Cic. de Fato, Non ſequitur tamen vt etiam ſedere eos, & ambulare, & rem agere aliquam principalibus cauſſis definitum & conſtitutum ſit.

Definitio {ὅρος, ὁρισμός} Eſt ratio explicans quid res ſit. Quintilian. lib. 7. cap. 4, ſinitionem vocat. Cic. 1. Offic. Omnis enim quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci: vt intelligatur quid ſit id de quo diſputatur. Vide in Topic. Item 1. de Orat. & 2. de Finib.
Definitio genere declaratur, & proprietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quid ſit eluceat. Cicero in Partit.
In definitionibus neque abeſſe quicquam decet, neque redundare. Cic. 2. de Orat.
Hominis definitio vna in omnes valet. Cic. 1. de Legib.
Propriam cuiuſque vim definitione declarare. Cic. 1. de Orat.
Vera definitio. Cic. 2. de Inuent.
¶Hominum & temporum definitione ſublata. Cic. 1. de Diuinat. Hoc eſt, non explicando ſeu exprimendo nominatim homines & tempora. Definitione, id eſt (vt bai bari loquuntur) ſpecificatione.
¶Definitio, Regula, locus communis: quam *maximam* vulgus vocat. Iauol. l. 202, Omnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt.

Definitiuus, pen. prod. Adiectiuum {ὁριστικόν} Cic. de Inuent. Quũ facti controuerſia eſt, quando coniecturis cauſa firmatur: conſtitutio coniecturalis appellatur. Quum autem nominis, quia vis vocabuli definienda eſt, conſtitutio definitiua nominatur.

Definitè, pen. prod. {ὁριστικῶς} Aduerb. Cic. pro Corn. Balbo, Lex id Gellia & Cornelia quæ definitè poteſtatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, ſuſtuliſſet.
Definitè dicere. Cic. in Orat. Qui enim nihil poteſt trãquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè. diſtinctè, facetè dicere, præſertim, &c.
Definitè ac diſtinctè deſignare. Plin. Iunior in Paneg.

Defit {λείπεται} impersonale, pro deeſt: non niſi in aliquot tertiis perſonis, & in infinitiuo reperitur. Terent. Hecyra, 5. 2, Nihil apud me tibi defieri patiar. Idem Eunucho, 2. 2, Nihil quum eſt, nihil defit tamen.
Defit animus mihi. Plaut. Mil. 18,
Quia ſtare nequeo, ita animus per oculos meos defit.
Defit dies. Plaut. Rud. 24.
Defit mihi fortuna. Cic. 3. Tuſc. Pol mi fortuna magis defit quàm genius.
Non defit lac. Virgil. eclog. 2,
Lac mihi non æſtate nouum, non frigore defit.
Vitæ copia defit. Lucret. lib. 6.

Defioculus, pen. corr. (λοπτοφθαλμος) dicitur à Martiale pro luſco, lib. 12, de importunis baliatoribus, Hinc defioculus & inde lippus.

Defixus, Vide DEFIGO.

Deflaccare, Vetus & prorſus obſoletum verbum eſt, quo antiquiſſimi vſi ſunt pro Atterere. Author eſt Nonius. Niſi fortè defloccare rectius legatur, de quo infrà ſuo loco.

Deflagro, deflagras, pen. corr. {κατακλύσμοι, ἐμφορῶδομαι} deflagrare, Vehementer comburi. Cicero 3. Officior. Ictu fulminis deflagrauit. Idem 2. de Natura deorum, Dianæ Epheſiæ templum deflagrauiſſe.
Deflagrare ardore, flamma. Cic. 4. Acad. Fore tamen aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret.
Communi incendio deflagrare. Cic. pro Sextio, Aut qui propter inſitum quendam animi furorem, diſcordiis ciuium ac ſeditione paſcantur: aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio maluit quàm ſuo deflagrare.
Phaëthon ictu fulminis deflagrauit. Cic. 3. Offic.
¶Deflagrare, Deferueſcere, langueſcere. Lucan. lib. 4,
-ſic deflagrare minaces.
Incaſſum, & vetito paſſus langueſcere bello.
Iræ deflagrant. Liu. libro 10. Decad. 4, Sed interdum ſpes animum ſubibat, deflagrare iras veſtras, purgari ſuſpiciones poſſe.
Seditione paulatim deflagrante. Tacit. lib. 18.

Deflagratio, Verbale {ἐμφορῆσις, κατάρρηξις} Cic. 3. de Finib. Quoniámque illa vox inhumana & ſcelerata ducitur eorum qui negant ſe recuſare quo minus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur: quod vulgari quodam verſu Græcq pronunciari ſoler.

Deflagratus, Participium {κατακλυσθείς} Cicero 3. Tuſcul. Fana, flamma deflagrata,

Deflecto, deflectis, deflexi, deflexum {κατακάμπτω, κόπτω} deflectere, Torquere & curuare. Columella libro 6. cap. 11, Poſt triennium quum iam ſatis amplum incrementum ceperit, ramum oliuæ qui videtur nitidiſſimus deflectæ, & ad crus arboris ſiculneæ religa.
¶Deflectere, pro Diuertere. Suet. in Auguſt. cap. 93, At contrà non modò in peragranda Ægypto paulo deflectere ad viſendum Apin ſuperſedit, ſed & Caium, &c.
Carinam deflectere aliquò. Lucan. lib. 5.
Deflexit conſuetudo maiorum de ſpatio & curriculo. Cic. de Amicitia, Etenim eo loco Fanni & Scæuola locati ſumus, vt nos longè

proſpicere oporteat futuros caſus Reip. deflexit enim iam aliquantulum de ſpatio, curriculóque, conſuetudo maiorum.
Deflexit de via conſuetudo. Cic. 2. Offic. Hoc autem de quo nunc agimus, idipſum eſt quod vtile appellauit: in quo verbo lapſa cõſuetudo deflexit de via.
Deflectere ſc. de curriculo petitionis, & animum ad accuſandum transferre. Cic. pro Murena, Tu quum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animúmque ad accuſandum tranſtuliſſes, exiſtimaſti te vtique negotio ſatisfacere potuiſſe?
Deflectere de curſu ſuarum actionum. Cælius ad Ciceronem, libro 8. 11.
Interpretationem nominum deflectere. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 3, Horum nominum interpretationem, & prout cuique viſum eſt cõuenire, deflexit.
Deflectere in aliquem locum. Plinius Iunior libro 4. epiſt. 1, Deflectemus in Thuſcos, non vt agros, rémque familiarem oculis ſubiiciamus: id enim poſtponi poteſt: ſed vt fungamur neceſſario officio.
Aliquem ab ira in ſe deflectere. Stat. 2. Syl. 1.
Deflectere ex itinere. Plin. Iun. in epiſt. Spero, imò cõfido facilè me impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te.
Iter deflectere. Lucan. lib. 3, Quid rapidum deflectis iter?
Lumina deflectere. Ouid. 7. Metamorphoſeos,
Lumina deflexi, reuocataque rurſus eodem
Retruleram: & medio (mirum) duo marmora campo Aſpexi.
Oculos deflectere à cura. Valer. 8. Argon.
Vnde oratio deflexit. Cic. 5. Tuſcul. Sed adhibeat oratio modum, & redeat illuc vnde deflexit.
In peius deflectere. Ouid. 1. de Remed. amor.
Deflectere de recto. Cic. 7. Verr. Siqui tantulum de recta regione deflexerit, &c. Id eſt à recto.
Deflectere rem ad verba. Cic. pro Cecinna, Si ad verba rem deflectere velimus.
Declinare à propoſito, & deflectere ſententiam. Cic. in Orat.
Belli deflectere tumultus. Stat. 1. Thebaid.
A veritate. Cic. pro Qu. Roſc.
A virtute patris. Cic. de Aruſp. reſp.

Deflexus, Participium {κατακαμπτός} Plin. lib. 17. cap. 23, Altera deflexa vite vel palmite iuxta ſuam arborem.
Amnes in alium curſum contorti & deflexi. Cic. 1. de Diuin.
Deflexa ætas à laboribus ad otium. Cic. ad Att. lib. 9, Ætas iam à diuturnis laboribus deflexa ad otium, domeſticarum me rerum delectatione molliuit.
Eſt in obſcœnos deflexa tragœdia riſus. Ouid. 2. Triſt.

Deflexus, huius deflexus {κάμψις} Colum. lib. 4. cap. 26, de vite, Ne deflexa frangatur.

Defleo, defles, deflẽi, deflẽtum, pen. prod. deflẽre {κατακλαίω} Idem quod flere ſignificat: niſi quòd compoſitio aliquid addit energiæ. Aſinius Pollio Cic. lib. 10. 31, ſtraque illud initium Ciuilis belli deſteui.
Sic Caſus deflere, Cic. de Claris Orat.
Deflere cœnas. Plaut. Stich. 3, 4.
Inſatiabiliter deflere. Lucret. lib. 3.
Deflere in ſinu amici. Plin. Iunior in epiſt.
Vanos labores. Claud. 2. in Eutrop.
Immaturam mortem alicuius in ſinu amici. Plinius Iunior epiſt. 1. libro 2.
Grauibus cogor deflere querelis. Propert. lib. 1. eleg 15.
Voce deflere quempiam. Tacit lib. 3, Vitellij, & Veranij voce deflętum Cæſarem, &c.
Suprema deflere, Hoc eſt mortem. Tacit. lib. 3, Poſt celebre carmẽ, quo Germanici ſuprema deflẽuerat.
¶Genitrix deflenda. Senec. Octa. 1.

Defletus, penultima producta {κλαυσθείς} Participium à defleor. Cicero 1. Tuſcul. Non liberi defleti, non fortunæ omnes à victoribus poſſiderentur. Idem 13. Philipp. Sed hæc ſatis diu multúmque defleta ſunt.
Domus defleta. Claud. in Præfatione lib. 2. in Eutrop.
Mors à multis ſæpe defleta. Cic. 3. de Orat.
Nomen defletum. Sil. lib. 3.

Deflexus, Vide DEFLECTO.

Deflo, deflas {κατακνίω} deflare, Idem quod flare. Plin. lib. 28. cap. 2, Cibus etiam è manu prolapſus reddebatur, vtique per menſas, verabántque munditiarum cauſa deflare.

Defloccare, eſt atterere, tractum à veſtibus ſine flocco. Plaut. Caſin. Perij, defloccо: habebit iam illic homo lumbos mꝰos. Ex Nonio.

Defloccati {αἰωρηθέντες} ſenes apud Plautum in Epid. 13.
-nam per vrbem adeò defloccati ſenes
Quæritent me. Defloccatos ſenes dixit, qui florem virium deposuere.

Defloro, defloras, pen. prod. {αἰωρῶ} deflorare, Verbum formatum à flos floris: Id eſt quaſi florem demere, & rei decus diminuere. Liu. 7. bel. Maced. Erant qui fama id maius bellum, quàm difficultate rei fuiſſe interpretarẽtur: vno memorabili prælio debellatum, gloriámque eius victoriæ deſloratam ad Thermopylas eſſe.
Futurum gaudij fructum ſpes iam deflorauit. Gell. libro 13. cap. 1, Tum planè duo erunt incommoda, & expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, & futurum gaudij fructum ſpes tibi iam deflorauerit.
Gloria victoriæ deflorata. Liu. lib. 8. Decad. 4.

Defloratus {αἰωρήτος} Quint. lib. 6, Certos atque defloratos fructus oſtenderat.

Defloreſco, defloreſcis, deflorui {ἀπανθίζω} defloreſcere: dicitur id quod florem facere deſinit, vel florem amittit. Plin. lib. 14. cap. 16, Ii poſtquã defloruere, ſingulare remedium habent.
Flos tenui carptus deſloruit vngui. Catul. in Carm. Nupt. 57.
Gratia oris defloruit. Claud. 1. in Eutrop.
Defloreſcit formæ dignitas, per tranſlationem. Author ad Heren-

nium, lib. 4, Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate extinguitur.
Cum corporibus vigent & defloreſcunt animi. Liu. 6. ab Vrbe.
Defloreſcunt amores. Cicero pro Cælio, Amores autem & hæ deliciæ quæ vocãtur, quæ firmiore animo præditi diutius moleſtæ non ſolent eſſe (maturè enim & celeriter defloreſcunt) nunquam hunc occupatum, impeditúmque tenuerunt.
¶Defloreſcere, Flores producere, ac deinde amiſſis floribus fructum. Colum. lib. 2. cap. 12, Omne autem frumentum & hordeum, quicquid denique nõ duplici ſemine eſt, ſpicam à tertio ad quartum nodum emittit: & quum totam edidit, octo diebus defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta, quibus poſt florem ad maturitatem deuenit.

Defloreſcens, Participium {ἀπανθίζων} Cic. de Claris Orat. Alter ornatus, acer, & non talis qualem tu eum Brute iam defloreſcentem cognouiſti, &c.

Defluo, defluis, defluxi, defluxum {κατακλύζω, κατάρρυτον} defluere, Deorſum fluere. Plin. lib. 12. cap. 8, Ex quibus defluat mel horis matutinis duabus. De arboribus.
Segnis aqua ſecundo defluit amni. Virg. 8. Æneid.
Exigua mora defluit vnda. Ouid. ad Liuiam.
Defluere ad terram, vel in terram. Liu. 2. ab Vrbe, Nec quicquam equitis vulnere equo retardato, moribundus Romanus labentibus ſuper corpus armis, ad terram defluxit. Cic. de Amicitia, Nequid excidat, aut nequid in terram defluat.
Ad terram tacito defluxit ſiſtula lapſu. Claud. in Epithalamio Palladij.
Defluit in Lagoum amnem Opharus. Plin. lib. 6. cap. 7.
Coronæ defluunt. Cic. 5. Tuſcul. Iam ipſæ defluebant coronæ.
In latus à dextro paulatim defluit armo. Ouid. 6. Metam.
Aut cruór, aut alto defluxit ab æthere tabes. Lucan. lib. 7.
Defluunt hæc à ſuperis in terram. Cic. 2. de Nat. deor.
Hoc totum è ſophiſtarum fontibus defluxit in forum. Cicero in Oratore.
Pedes veſtis defluxit ad imos. Virg. 1. Æneid.
Ignauus defluxit pectore ſomnus. Tibul. lib. 3. eleg. 4.
Toga defluit. Vide TOGA.
¶Defluere, pro Declinare. Quint. lib. 10. cap. 1, Tantúmque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis deſcenderat.
Defluere ex aliquo numero. Cic. pro Sextio, Nam ex nouem Tribunis, quos tunc habueram, vnus me abſente defluxit.
Defluere ad aliquem dicitur res aliqua. Cic. 5. Ver. Neceſſe eſt quod redundaret de veſtro frumentario quæſtu, ad illum poſſimum per quem agebatis, defluxiſſe.
Oratio ab aliqua re defluxit ad aliam. Cic. de Amicitia, Sed neſcio quo pacto ab amicitia perfectorum hominum, &c. ad leues amicitias defluxit oratio.
¶Defluere etiam dicitur, quod ætate aut vetuſtate morbóve ſoluitur. vnde defluere capillus dicitur. Plin. lib. 10. cap. 67.
Defluxit ætas, tempus, ingenium, &c Salluſt. in Iugurtha, Vbi per ſocordiam, vires, tempus, ætas, ingenium defluxere, naturæ infirmitas accuſatur, ſuam quique culpam authores ad negotia transferunt.
Defluit capillus. Plin. lib. 22. cap. 21, de adianto.
Color defluit. Tibul. lib. 1. eleg. 1.
Fructus defluit. Plin. lib. 17. cap. 24.
Defluere luxu & inertia. Colum. lib. 12. in Procem.
Defluxiſſe id dicitur quod tranſactum eſt. Cic. ad Pætum, lib. 9. 20, Vbi ſalutatio defluxit, literis me inuoluo, aut ſcribo. aut lego.
A neceſſariis artificiis ad elegantiora defluximus. Cic. 2. Tuſcul.
Defluere dicuntur beneficia, quorum memoria intercidit. Seneca 1. de Benefic.
Ex animo defluere illud dicimus, cuius obliuiſcimur. Propert. lib. 1. eleg. 19,
Id tibi ne vacuo defluat ex animo.

Defluens, Participium {κατρέων} Plin. lib. 25. cap. 11, Defluentem capillum confirmat & denſat. Idem lib. 27. cap. 13.

Defluxus, Participium {ἀπορρυέντος} vt Æther defluxus in Auſtrum. Lucan. lib. 3. Sed hic alij legunt Deflexus. Id eſt, vergens in meridiem.

Defluus, Adiectiuum {κατρέουσιος} Quod decidit, aut decidere ſolet. Plin. lib. 20. cap. 4, Hippocrates mulierum capillos defluos fricari raphanis iubet. Emendatiora exemplaria legunt, mulierum deffluuia fricari, &c.

Defluuium, defluuij {κατρέουσα, κατρέουσα.} Plin. lib. 11. cap. 39, Inuentæ tamen quædam defluuio capitis inualidæ. De fœminis.
Defluuia capitis, fœmine illito cohoneſtari. Plin. lib. 22. cap. 13.

Defodio, defodis, pen. corr. defodi, pen. prod. defoſſum {κατορύσσω} defodere, Idem quod fodere, vel fodiendo implantare & inſerere. Colum. lib. 7. cap. 5, Conſeſtim ſerobem defodiamus in limine ſtabuli, & viuam pecudem quæ fuerit puſtuloſa, reſupinam obruamus. Idem lib. 11. cap. 2.
Defodere vineam. Cato cap. 50, Hoc facito antequam vineam defodere incipias.
¶Defodere, Obruere, & ſepelire. Plaut. Aulul. 3, Clàm omnes in medio foco defodit. Liu. 3. ab Vrbe, Defoſſum cadauer domi apud Publium.
Humo defodi. Ouid. 7. Faſtorum,
Hoc duce, nec viua defodietur humo.
Defodere in terram. Liu. 8. ab Vrbe, Tum ſignum ſeptem pedes altum aut maius in terram defodi.
Defoderet theſaurum. Cic. 2. de Diuinat. Reſpõdit coniector, theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto. Fodit, inuenit, &c.
Aurum multifariam defoſſum. Cic. 2. de Orat. Si aurum cui quod eſſet multifariam defoſſum, commonſtrare vellem.
Specus defoſſi. Virg. 3. Georg.
Talpæ cæcitatis perpetuæ tenebris etiamnum altis defoſſæ. Plin. lib. 30. cap. 3.

Terga defossi verbere. Claud.2.in Eutrop.

Defossus, huius defossus {κρατῆρος}. Plinius lib.19.cap.8, Area in defossu cauata.

Defœtus, si Latinum sit, idem erit quod effœtus, hoc est fœtui per ætatem inidoneus. Quod tamen haud scio an apud classicos scriptores reperiatur. Nam quod ad illud testimonium attinet, quod ex Ibide Ouid. adduci solet,

Sit quoque, quod rarum est, solito defœta fauore
Fortunæ facies inuidiosa tuæ,

in castigatioribus exemplaribus defecta legitur, non defœta. Similiter apud Colum. in præfat. lib.1, defectissimum legi debet, non defœtissimum.

Defomitatum lignum dixerunt antiqui, quod à fomitibus, quibus confoueri solet, erat succisum. Fest.

Defore, pen. corr. {ἐλλείψειν}. Oportuit vtinã déforé, défores, déforet. Et pl. déforent. Fut. infin. défore. Cæteris caret. Significat defuturum esse. Cic. contra Rullum, Verùm arbitrabãtur non defore qui illa restituerent. Silius, Promittítque viris, nulli se defore testem.

Deformo, deformas {διαμορφῶ} deformare, Destruere, & quasi formam auferre, deturpare. Author ad Herennium, lib.4, Qui sunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginienses.

Nec malè deformet rigidos tonsura capillos. Ouid.1.de Arte amandi.

Canitiem immundo deformat puluere. Virg.10. Æneid.

Comas deformat arena. Valer.3.Argon.

Amictu se deformare. Claud.1.in Eutrop.

Cicatricibus feruum. Vlp.in l.locum.D.de vsufr.

Castrorum pars incendio deformata. Liu.9.ab Vrbe.

Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati. Cicero de Aruſp. responſis.

Horrida vultum deformat macies. Virg.4.Georg.

¶Deformare, pro Fœdare. Suet.in Caligula, cap.27, Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla, & munitiones viarum, aut bestias condemnauit.

Deformatum pugnat cum eo quod dicitur Pictum & politum. Cic. Att. lib.2. epist.19, Hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus, subitò deformatum non sine magno dolore vidi.

Deformata ignominia imago. Cic. pro Murena.

Deformatus & decoloratus. Author ad Heren. lib.2.

¶Deformare aliquem, & detrahere spoliaréque eius dignitatem. Cic. pro Cælio.

Ornare aliquem & Deformare, contraria. Cic. de Aruſp. resp. Legant hanc eius concionem de qua loquor, in qua Pompeium ornat, an potius deformat?

Deformatus, atque ornamentis omnibus spoliatus. Cicero pro Quinctio.

Deformata ciuitas. Cic.3.de Orat.

Vitiis deformatus. Cic.3.de Aruſp. resp.

Deformatus corpore, fractus animo. Cic.ad Att.lib.2.epist.19.

Deformare genus & fortunam honestam. Liu.2.bel.Pun. Ibid.lib.10, Caue deformes multa bona vno vitio.

¶Deformare {διαμορφῶ} Figurare, & noua forma insignire. Vitru. lib.5.cap.8, Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, & regalibus rebus. Martialis,

-marmora prima
Deformata manu, Id est insculpta & deformata. Nec enim hîc DE auget, non magis quàm in deambulare ac deosculari. Hæc verba habet Quint.lib.5.cap.11.

De formare areas. Cato cap.161.

¶Deformare, Delineare, vt solent pictores. Vitru.lib.1.cap.1, Architectus graphidis peritus, vt deformare possit lineis imitationem quam velit ædificiorum.

Deformare locum aliquem ad literariæ tabulæ speciem, Id est cõponere & constituere, vel pingere. Var.3.de Re rust.cap.5.

Deformati parietes. Cic.3. Tusc. ex quodam poeta.

¶Deformatũ aliquid habere, Pro instituto, ornato & in ordinem dispositio. Plaut. Pseud.10. Sic Quint. in Præf. lib.6, Deformatos fructus vocat, sua iam constantes forma.

A fortuna deformatæ virtutes. Cic. pro Sylla, Quid reliquam constantiam vitæ commemorem? dignitatem, liberalitatem, moderationem in priuatis rebus, splendorem in publicis? quæ ita à fortuna deformata sunt, vt tamen à natura inchoata compareant.

¶Deformare aliquem, Pro describere. Cic. pro Cecinna, Ille quem suprà deformaui, voluntarius amicus mulieris.

Deformatio, Verbale {διαμόρφωσις}. Liu.9. ab Vrbe, de Caudina pace loquens, Vt suæ quisque cõditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ maiestatis, velut à nefando spectaculo auerteret oculos.

Deformatio, Aliter. Firmicus lib.1.cap.3. non procul à fine, Ecce ille, nondum corporis deformatione completa, in maternis visceribus, præmatura festinatione præmoritur: illum completa deformatione corporis, etiam maternorum viscerum angustiis liberatum, vitalis spiritus aura non vegetat.

Deformis, & hoc deforme {ἄμορφος, ἄμορφον}. Turpe, quasi sine forma. Cic. pro Cælio, Id nunquam tam acerbè feret M. Cælius vt eum pœniteat non deformem esse natum. Voluit (inquit Seruius) pulcherrimum dicere.

Achelous deformis. Vide ACHELOVS.

Deformis & horridus ager. Cic.5.Verr.

Animal deforme. Ouid.14.Metam.

Arundo. Virg.4.Georg.

Aspectus. Cic.1.Offic. Quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ aspectum essent deformem habituræ atque formam, eas contexit atque abdidit.

Cadauer. Claud.1.in Eutrop.

Campi. Ouid.1.de Ponto, eleg.8.

Corpus, Id est sine hominis forma. Senec. Troad.12.

Sæua ac deformis tota vrbe facies. Tacit.lib.19.

Genus. Sil.lib.3.

Deformis luctu laurea. Liu.2.ab Vrbe.

Littora. Ouid.5. Trist.eleg.3.

Malum. Ouid.2.de Arte.

Motus statúsve. Cic.5.de Fin.

Pallore deformis. Lucan.lib.8.

Pretium deforme moræ. Stat.11. Thebaid.

Turpiculæ res & quasi deformes. Cic.2.de Orat. Grauitas honestis in rebus seuerè, locus in turpiculis & quasi deformibus ponitur.

Senium. Senec. Hipp.6.

Spectaculum. Liu.1. ab Vrbe, Quòd vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent.

Tecta. Ouid.5. Fastorum,

Tecta senis subeunt nigro, deformia fumo.

Vita, Id est turpis & sordida. Stat.10. Theb.

Dandus deformibus color. Quint.lib.3.cap.8.

Deformior, Comparatiuum {συμμορφότερος}. Cicero Marcello, lib.4.9, Nec eam diligere minus debes quòd deformior est, sed misereri potius.

Deformius nihil est ardelione sene. Mart.lib.4.

Non est deforme, pro Pulchrum vel pulcherrimum est. Cæsar 7. bell. Gall. Hoc in speciem varietatémque, opus deforme non est.

Deformitas, pen. corr. huius deformitatis {συμμορφία}. Cic.5.de Finib. Integritatem vnguiculorum omnium, deformitatem, morbum, debilitatem, &c.

Deformitas hominis, pro suppliciis & afflictionibus. Liuius 9. bel. Pun.

Vnde ille habitus? vnde deformitas? Liu.2.ab Vrbe.

Deformitas & corporis vitium. Cic.2.de Orat. Est autem deformitatis & corporis vitiorum fatis bella materies ad iocandum.

Turpitudinem in deformitate corporis habere aliquid offensionis. Cicero 3.Offic. An est vllum maius malum turpitudine? quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quãta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri?

Deformitas & prauitas. Cic.1.de Orat. Ne mala cõsuetudine ad aliquam deformitatem, prauitatémque veniamus.

Agendi deformitas. Cic.in Orat. Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt.

Deformitas animi, & corporis prauitas. Cic.1.de Leg.

Exitus deformitas misericordiam abstulerat. Tacit.lib.19.

Insignis ad deformitatem. In INSIGNIS.

¶Deformitas Pro dedecore, vt apud Fabium lib.6.cap.1, Si iudicibus aut gloriæ futura est absolutio rei, aut deformitati damnatio.

Dignitas & Deformitas, pugnãtia. Cic. Plancio, lib.10.6, Non modò dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas.

Deformitas fugæ, negligentiæque alicuius. Cic. ad Att. lib.9.

Deformiter, pen. corr. Aduerbium {αἰσχρῶς}. Quint. lib.8.cap.3, Iunctura deformiter sonat.

Defossus, Vide DE FODIO.

Defrænatus {ἀχάλινος} pro effrænato. Ouid.1.Metam. Et defrænato voluuntur in æquore cursu.

Defraudo, defraudas {ὑποστέλλω, παρακρούω} defraudare, vel defrudare per syncopen, Fructum minuere, vel per fraudem aliquid decerpere. Terent. Adelph.2.2, Etiam insuper defraudet? Cic. ad Trebatium, libro 7.10, Quem antea ne Andabatem quidem defraudare poteramus.

Defraudare aliquem drachma. Plaut. Pseud.3.

Aures. Cic.in Orat. Ne breuitas defraudasse aures videatur, néve longitudo obtudisse.

Genium, Naturæ negare quod appetit. Terent. Phorm.1.1.

Se fructu victoriæ. Liu.6.bell.Maced.

Defraudator, pen. prod. Verbale {νοσφιστής}. Senec. de Benef. lib.4, Huic ingrato qui beneficiorum defraudator est, non magis dabit beneficium quàm aptatori.

Defrico, defricas, pen. corr. defricui, defrictum: vel defricaui, defricatum {ἐπιτρίβω} defricare, Idem quod fricare. Colum. lib.6.cap.2, Totum eorum palatum sale defricato. Cato cap.88, Amphoram defricato, colluitóque. Author ad Heren. lib.4, Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit postquam perfusus est defricari.

Gingiuam defricare. Catul. in Egnatium, 37.

Defricari ieiuna saliua. Celsus lib.5.cap.vltimo.

Defricari pumice. Plin.lib.26.cap.5.

¶Defricare, pro Taxare. Horat.1.Serm.sat.10,

-at idem, quod sale multo
Vrbem defricuit, charta laudatur eadem. Hoc est, Propterea laudo Lucilium poetam, quòd multa vrbanitate & mitis facetiis ciues Romanos reprehendit & taxauit.

Defricatus, & defrictus {ἐπιτριβής}. Participia.

Defricatis prius maculis. Plin.lib.28.cap.12.

Defricta pumice testa. Colum.lib.7.cap.5. Et lib.6.cap.13. Defrictum allium.

Defrigescere {κατατρίβεσθαι} Idem quod frigescere. Columel. lib.12. cap.20, Iubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eo vsque dum defrigescit.

Defringo, defringis, defregi, pen. prod. defractum {κατακλάω} defringere, Decerpere, decidere. Virg.2.Georgicorum,

-aut summas defringere ex arbore plantas. Cic. pro Cecin. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.

Ferrum defringere. Virg.11.Æneid.

Pedem. Author ad Heren. lib.4.

Remos. Liu.6. bel. Maced. Primùm ab vtroque latere remos defringunt. In emendatioribus codicibus legitur detergunt.

¶Defringere furculum, est furculum de agro, vel arbore potius frangere. Cicero 3. de Oratore, Etiam hac instituendo diuisione vtuntur: sed ita vt non iure aut iudicio, vt denique recuperare amissam possessionem, sed vt ex iure ciuili furculo defringendo vsurpare possessionem, &c. Hic Iurisconsultorum attigit consuetudinem, qua in locis consitis quadam solennitate furculum defringebant vindiciarum loco, qui suam rem esse contendebant.

Defrudo, defrudas, defrudare, Veteres pro defraudare dixerũt. Cato de Re rustic. Segerem ne defrudet, Defraudare autem genium suum homo, & se, qui sibi non indulget, & miserè viuit, & tanquam demenso suo detrahit: quod idem facit, qui segeti & agro culturam & opera iusta non tribuit, sed vel de aratione, vel lætamine, vel semente deducit. Turnebus.

Defrugo, defrugas, pen. prod. {ἐπικαρπίζομαι, καρπίζω} defrugare. Defrugare segetem videtur qui vel nimia fœtura exinanit agros, vel per inscitiam, aut negligentiam perdit: omnino quum vel præpropera fementis est, vel serotina, aut præpostera, defrugari segetem contingit. Plin.lib.18. cap.24, Oraculum illud magnopere custodiendum, Segetem ne defruges. Columel. Constat segetem nimia defrugatione exinaniri.

Defrutum, defruti, penult. corr. {ἕψημα} Est vinum coctum vsque ad consumptionem mediæ partis, à deferuendo dictum. Vide Plin. lib.14.cap.9.2. Columel.lib.12.cap.21, Mustum quam dulcissimum decoquitur ad tertias: & decoctum, sicut suprà dixi, defrutũ vocatur. Nostri sapam à sapiditate vocant, inquit Sipontinus.

Defrutum lutosa dulci cœno. Stat.4.Syl.9.

Pinguia defrutum. Virg.4.Georg.

Defruto, defrutas, pen. corr. {ἑψέω} defrutare, Est mustum decoquere, vt defrutum fiat. Columel. lib.2. cap.22, Defrutum quoque facere, & defrutare vinum licet.

Defrutarius, Adiectiuum {ἑψητικός} vt Vasa defrutaria à Columel. lib.12. cap.19. appellantur, defruto conficiendo accommoda. Sic apud eundem lib.1. cap.6, Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torcularium, cellam vinariam, defrutariam.

Defrui dicebant antiqui vt deamare, deperire, significantes omnem fructum percipere. Author Fest.

Defuat, pro Deficiat {ἐκλείπῃ} apud Plaut. Bacch.1.3, Pol ego magis metuo in monendo ne mihi defuat oratio, Id est desit.

Defugio, defugis, pen. corr. defugi, pen. prod. defugitum {φεύγω, ἀποδιδράσκω} defugere, Idem quod vehementer fugere. Cæsar 6. bel. Gall. Aditum eorum sermonémque defugiunt, nequid ex contagione incommodi accipiant.

Defugere administrationem Reip. Cæs.1.bel.Ciuil.

Defugere authoritatem. Vide Authoritatem defugere, in AVTHORITAS.

Inimicitias. Cic.pro Plancio, Nullas enim sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes, nec pro Repub. nec pro me defugiendas putauit.

Iniurias fortunæ. Cic. 5. Tusc. Iniurias fortunæ quas ferre nequeas, defugiendo relinquas.

Munus. Cic.in Somnio Scip. Ne munus humanum assignatum à deo defugisse videamini.

¶Defugio, pro Deficio, seu desisco. Liu.4.bel. Pun. Ea pugna defugientes ab Romanis quum cohibuissent Siculos, Marcellus Syracusas rediit. Vetus exemplar habet deficientes.

Defundo, defundis, defudi, defusum, pen. prod. {κατασκεδάννυμι} defundere, Idem quod infundere. Columel. lib.12. cap.26, Postea quum refrixerit, in vasa defundas, & operias. Sic apud Catonem, cap.156.

Defusa in plumbeum vas aqua. Columel.lib.12. cap.11.

¶Defundere, Effundere, extrà fundere. Columel.lib.12.cap.47, Postea quadragesimo die omne ius defundunt, & sapæ vel defruti tres partes cum aceti vna permiscent, & amphoram replent. Ibidem, Omne ius defundatur, &c.

¶Defundere, Deorsum fundere, quo verbo propriè vtebantur antiqui in libamentis, quæ quòd diis inferis funderẽt, & tanquam inferias deorsum libarent, ideò delibamenta vocabãt, & quum ea funderent, se defundere dicebant. Id ex Valerio Maximo obseruauit, cuius hæc verba sunt, Tunc defusis Mercurio delibamentis, & inuocato numine eius, vt se placido itinere in meliorem sedis infernæ deducere parte, cupido hausto mortiferã traxit potionem. Ex Turnebo.

Defungor, defungeris, defunctus sum {ἀπαλλάττομαι, ἀποτελῶ, τελευτῶ} defungi. Virgil.6.Æneid. O tãdem magnis pelagi defuncte periclis, Id est, qui finisti & absolusti pericula. Defuncte. Id est liberate. Hinc ἔκτους mortuos dicimus, qui compleuerunt vitæ officia. Seruius. Cic. defunpro Sextio, Vt omni populari concitatione defungerer. Cælius ad Cic. lib. 8.1, Et hoc mendacio, siqua pericula tibi impendérent, vt defungeremur optaui. Id est liberaremur.

Defunctus iam sum. Terent.in Prolog. Eunuch. Vbi Donatus, Defunctus iam sum, Id est iam egi fabulas meas: aut iam destiti periclitari in edendis comœdiis: aut certè iam edidi, quam tu reprehendis fabulam.

Defunctũ vtinã hoc sit modo. Terent. Adelph.3.4. Vbi Donatus, Defunctum, finitum: id est ne vlterius peccet Æschinus.

Defungi authoritatem. Plaut. Pœnul.3, Si authoritatem postea defungeris. Hoc loco quædam exemplaria legunt defugeris: & fortasse rectius.

Amore leui defungi. Senec. Hippol.2.

Defunctus pietate animus. Cic. Antequam iret in exilium, Si igitur aliquo tempore his hominibus consulusti is, quorũ animus est religionis pietate defunctus, debetis mihi quoque prospicere, qui, &c.

Defunctus cæde. Liu.3.ab Vrbe.

Certamine. Liu.10.ab Vrbe.

Cura. Liuius 5.ab Vrbe.

Tribus decumis pro vna defungi, Tres decumas pro vna soluere. Cic.5.Verr. Quis non maximo se affectum beneficio putauit, quum tribus decumis pro vna defungeretur, præter paucos, qui propter sceleratem furtorum tuorum nihil omnino dederunt?

Defunctus fato. Liu.9.bel. Maced. Defunctósque fato vulgò ferebant, quòd inter fatalia vates ceciniſſent, necesse esse tabernacula in foro statui. Defunctos fato dixit, Id est solutos & exemptos, nec vltra

illi fato obnoxios. In emendatioribus codicibus non legitur FATO. Liu. lib. 10. ab Vrbe, At ex parte altera Pontifex cui lictores Decius tradiderat, iussérátque Prorætorem esse, vociferari, vicisse Romanos, defunctos Consulis fato. Id est Consulis sese deuouẽtis spontanea morte ab imminentibus periculis liberatos & exemptos. Bud.

Defungi in hac re cupio. Terent. Phorm.5.9,

Quamobrem te oro, vt alia tua facta sunt, æquo animo hoc feras:

N. Quid ego æquo? cupio misera in hac re iam defungier. Vbi Donatus, Defungier, Desinere.

Laboribus defunctus. Horat.3.Carm.ode 24,

Defunctúmque laboribus
Æquali recreat sorte vicarius. Hoc est, liberatum. Acron.

Defunctus fatalibus malis. Sueton. in Nerone, cap.40, Britannia, Armeniáque amissa, ac rursus vtrâque recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat. Budæus.

Defungi morbo. Liuius 4. ab Vrbe, Defuncta ciuitate plurimorũ morbis, perpaucis funeribus, pestilentẽ annum inopia frugum, &c.

Defuncta morbis corpora, Quæ euaserunt morbos. Liuius 3. ab Vrbe, Defuncta morbis corpora, salubriora esse cœpere.

Vili munere orationis defungi. Plan. Cic. lib.10.24, Neque ego lubẽter pro maximis tuis beneficiis tãvili munere defungor orationis.

Periculis defunctum esse. Hoc est, liberatum. Cic. pro Roscio Amerino, Quum etiam qui antea metuerent, redirent, ac iam defunctos sese periculis arbitrarentur.

Defungi pœna. Liuius Decad. 3. lib.9, Ante omnia placuit libera corpora sine omni morã Locrensibus restitui: non leui defunctorum pœna qui non restituisset.

Oportet omnes defungi vnius pœna. Liu. 2. ab Vrbe, Sed adeò coorta erat infensa plebs, vt vnius pœna defungendum esse patribus. Id est, vt Marci Coriolani damnatione, ab illa populari consternatione liberandus esset Senatus. Budæus.

Defungi prælio festinat. Liu.1.ab Vrbe.

Scelere defungi. Senec. Theb.2.

Somnio defungi. Iustin. lib.1. de Astyage: Quoniam defunctus sibi somnio videretur. Id est, liberatus eo malo quod sibi viderat portẽdi per somnium. *Quitte & deliure.*

Præmensæ defunctus tempora lucis. Tibul. lib.3. eleg.3.

Temporibus suis defuncta. Horat.2.epist.1. Id est vetera ac demortua: quæ suæ tempora compleuerint ac finierint. Porphyr.

¶Defungi etiam dicimus, pro Satisfacere vel exequi. Liu. lib.1.ab Vrbe, de Romulo & Remo, Ita velut defuncti regis imperio, in proxima alluuie, vbi nunc ficus ruminalis est, (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt.

Defunctus {ἀπολελαυκώς}. Participium, absolutè dicitur qui mortem obierit, quasi ærumnis seculi liberatum & exemptum significemus. Budæus. Plin. lib.13. cap.1, Honósq; is ad defunctos pertinere cœpit.

Excitare defunctos. Quintil. lib.4. cap.1.

Defuncta corpora incorrupta æuis seruat, viuentia corrumpit cedrus. Plin. lib.24. cap.5.

Corpora defuncta vita. Virg.6.Æneid.

Defunctum etiam more Græcorum, pro cadauere intelligimus substantiué. Vnde scitum illud Plinij lib.2.cap.68, de terra habitabili loquentis, Et vt publicos gentium furores transeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtóque vicini cæspitem nostro solo affodimus, vt qui latissimè rura metatus fuerit, vltráque fines exegerit accolas. quota terrarum parte gaudeat? vel quum ad mensuram auaritiæ suæ propagauerit, quam tãdem portionem eius defunctus obtineat? Hæc Budæus.

Defunctoriè, Aduerb. Defunctoriè facere dicimur, quod non ex animo, sed quia vel cogimur, vel debemus, facimus, hoc vnum spectantes vt officio nostro defuncti esse videamur: deniq; id significat quod vulgò dicimus, *par maniere d'acquit.* Vlpianus in l. secunda ad s. c. Tertullianum, Non solùm autẽ quæ non petiit, coercetur, sed etiam quæ defunctoriè petiit, vt rescripto declaratur: vel priuilegio munitum, vel oneratum tribus puta tutelis. Hoc autem & perfunctoriè dicitur. Papinianus in l. Propter. 6. Præsidis, De Senatusſyll. Hæredib. qui non defunctoriè debitũ officiũ impleuerant. Vide DICIS causa.

D E G

Degener, pen. corr. om. gen. in ablatiuo degenere vel degeneri, pen. corr. {ἀγενής} Qui patris vel maiorum suorum moribus non respondet, inquit Seruius. Virg.2.Æneidos, Degenerémque Neoptolemum narrare memento. Lucan. lib.4, Si me degeneri strauissent fata sub hoste.

Iuuenis patrij non degener oris, Id est æquè distortus ac pater. Ouid.3.de Ponto, eleg.5.

Degener altæ virtutis patrum. Sil. lib.10.

Degener ad rem aliquam. Tacit. lib.1, Quum se diuo Augusto ortum, neque degenerem ad pericula testaretur.

Proles non degener. Seneca Agamemn.5.

Insidiæ degeneres. Tacit. lib.11, Nec irritæ, aut degeneres insidiæ fuere aduersus transfugam, & violatorem fidei.

Prece haud degenere permotus Eunones, alleuat supplicem. Tac. libro 12.

Sanguis degener primam stirpem refert. Senec. Hip.8.

¶Degener, Ignobilis & vilis. Virg.4.Æneid. Degeneres animos timor arguit. Plin. lib.11. cap.50, Canum degeneres sub aluum reflectunt caudam.

Metus degener. Lucan. lib.3.

Degenero, degeneras, pen. corr. {νοθεύομαι, μεταπίπτω, ἐκπίπτω} degenerare, Ageneris nobilitate descíscere. Propertius, Dij mihi sunt testes nõ degenerasse propinquis. Cic.5.Verr. Cõsuetudo tamen eum & disciplina degenerare non sineret. Vide Abducere à paternis iniuriis, in ABDVCO.

Degenerare tam à bono, quàm à malo dicimus. Liu. lib.9, Ne degeneraueris à familia imperiosissima & superbissima.

Naturale quoddam stirpis bonum degenerat vitio depraua-

voluntatis.Cic.de Claris Orat.

Non degenerare à grauitate paterna.Cic.de Prouin.Conſ.Patrem dico:cuius vtinam filij non degenerâſſent à grauitate paterna.

Degenerare à perenni conteſtataque virtute maiorum. Cicero pro Flac.

Degenerare à ſecta, aut doctore aliquo. Cic. 1. de Diuinat. Sed à Stoicis vel principibus eius diſciplinæ, Poſidonij doctor, diſcipulus Antipatri degenerauit Panætius.

Patri degenerare.Claud.7.Paneg.

Degenerare in feritatem.Plin.lib.17.cap.15.de vite.

Dextera in armis deganerat.Sil.lib.15.

Degenerant poma. Virg.2.Georgicorum,

Pomáque degenerant ſuccos oblita priores.

Ita degenerant, vt ipſi ex ſe nati eſſe videantur.Cic.5.de Fin.

¶ Degeneratus pater Valerio,à quo filius degeneravit, vt annotauit Budæus.

¶Degenerare,actiué.Columel.lib.7.cap.12.de canibus,Huic quadrupedi neque fœminæ, neque mari, niſi poſt annum permittenda venus eſt, quæ ſi teneris conceditur, carpit & corpus & vires, animóſque degenerat.

Degero, degeris, pen.corr. degeſſi, degeſtum {κατανάλισκω} degerere,Idem quod gerere.Plaut.Menæch.17, Me deſpoliat,mea ornamẽta apud meretrices degerit. Vbi interpres,Degerit,apud meretrices abſumit, interpretatus eſt. Idem Menæch. 16, Atque illud tuæ degeris amicæ.

Deglabro,deglabras,pen.corr.deglabrare,Glabrum facere, Corticẽ demere. Paulus in l. Cædere. D. Arborum furt. cæſar. Cædere eſt non ſolùm ſuccidere, ſed etiam ferire cædendi cauſa. Cingere eſt deglabrare.

Deglubo,deglubis,pen.prod.deglubi,deglubitum{ξυστεφάω} deglubere,Corticem eximere, ſiliquá aut folliculum excutere, & granum ſua nudare tunica. Varro 1. de Re ruſt. cap. 48, Quòd eo folliculo deglubitur granum. Vide GLVBO.

¶Deglubere, Per tranſlationem eſt pellem detrahere. vnde Adagium,Boni paſtoris eſt tondere pecus,non deglubere. Id adagij Tiberius Cæſar,author Suetonio,aut reperit,aut certè vſurpauit. Nam is admonitus ab amicis,vt prouincialibus augereт vectigalia, reſcripſit, Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere. Ex Chiliad. Eraſm.

Deglupta,Verbum eſt turpiſſimum, vt ἀλλὰς Græcè, cuius ſcilicet renudata eſt pudendorum glans.Plaut.Pœnulo,

Deglupta mæna, ſarrapis ſementium,&c. Sed Turnebus,vt id obiter,diſſocianda eſſe putat elementa,quæ malè adiuncta ſunt non ſuis verbis,legendúmque,

Deglupta mænas, arra piſa ementium. Mollem enim virum ſic contumelioſè appellabit Baccham, & obſcœnum intelliget, & qui pro arra dari poſſit vilis mercimonij.

Deglutino,deglutinas,pen.corr. {κολλάω} deglutinare, Diſungere quod glutinatum erat. Plin.lib.25.cap.13, Purgat enim vlcera oculorum,explétque, & ad cicatricem perducit,palpebras deglutinat.

Dego,degis, degi {διάγω} degere, Idem quod agere, vel Vſque ad finẽ ducere. Terent.Adel.4.1.

Degere ætatem, Viuere. Terent. Phorm. 2. 3, Vt cum eo vno ætatem degeret. Cic.pro Roſc.Amer.Inter feras ſatius eſt ætatem degere,quàm in hac tanta immanitate verſari. Idem 1.de Nat. deor.

Degere omnem ætatem in tranquillitate.Cic.2.de Fin.

Ætas degitur ſub nutu alterius.Lucret.lib.4.

Genus aliquod ætatis degendæ ſibi conſtituere.Cic.1.Offic.Id ſibi quiſque genus ætatis degendæ conſtituit,quod maximè adamauit.

Æuum pulchrè degere.Lucret.lib.5.

Bellum cum ventis.Lucret.lib.4. Id eſt Viuere vitam bellicam & ſemper ventis hoſtilibus obnitentem.

¶Coriũ de tergo alicuius:Id eſt detrahere, authore Nonio. Plaut. Epid.2.Quaſi deorſum agere.

Laborem alicui,Id eſt diminuere. Plaut.Aulul. 6. antiquum eſt & inuſitatum.

Otia in thalamo.Catul.ad Mall.63.

Quod reliquum eſt vitæ,in otio degere.Matius Cic.lib.10.28.

Senectam turpem.Horat.1.Carm.ode 31.

Tempus ætatis ſine moleſtia.Cic.de Senect.

Vitam.Cic.pro P.Sylla. Idem 1.Offic.Facilè totius vitę curſum videt,ad eámque degendam præparat res neceſſarias.

Placidam ac pacatam vitam.Lucret.lib.5.

Vitam cum virtute.Cic.4.de Fin.

Vitam in egeſtate.Cic.pro Roſc.Amer.

Vitam in exilio.Cic.Antequam iret in exil.

Vitam ſine metu.Cic.3.de Fin.

Ex æquo cum aliquib.Plin.lib.6.cap.25. Id eſt viuere.

¶Degi,Infinitiuus. Plin.lib.12.cap.1, Mille præterea ſunt vſus earũ ſine queis vita degi non poſſit.De arboribus.

¶Degere antiqui poſuerunt pro expectare.Feſtus.

Degrandinat,pœnul. corr. {ἱσταλάζει} pro vehementer grandinat, Impersonale. Ouid.4.Faſtorum,

Da veniam culpæ:nec,dum degrandinat,obſit. Niſi malis interpretari,Donec grandinare deſinat,donec ceſſet grando.

Degraſſor,degraſſaris,degraſſatus ſum {ἐγκαταπατέω} degraſſari. Statius 1.Achil.Vbi tanta iniuria primos Degraſſata duces?

Degrauo,degrauas,pen.corr. {καταβαρύνω} degrauare,Grauem & pœroſum reddere,premere,moleſtare,Liu.4.ab Vrbe, Alios in aquã compulſos gurgites ferunt: etiam peritos nandi, laſſitudo & vulnera,& pauor degrauant.

Degrauari minus eſt quàm Mergi.Plin.lib.9.cap.5,Aſcendere eum nauigia nocturnis temporibus, ſtatímque degrauari quas inſideret partes:& ſi diutius permaneat,etiam mergi.

Labore operis degrauari.Columel.lib.6.cap.2.

Genua quoque degrauat.Plin.lib.22.cap.25.

Paulatim degrauatũ pondere ſuo præceps attrahetur. Columella lib.1.cap.5.

Vitis degrauat vlmum.Ouid.5.Triſt.eleg.4.

Degredior, degrederis, pen. corr. degreſſus ſum {καταβαίνω} degredi,pen.corr.Deſcendere.vt

Degredi ad pedes. Liu.3.ab Vrbe, Verecundiæ erat equitem ſuo alienóque Marte pugnare, peditem ne ad pedes quidem degreſſo equiti parem eſſe.

In ſpecum degreſſus ſacerdos hauſta fontis arcani aqua, &c. Tacit.lib.2.

Pullo amictu palatio degreditur. Tacit.lib.19. Perperam aliqui legunt digreditur. Nam quoties ex alto deſcenſus innuitur, aptè locum habet hoc verbum degredior, inquit Rhenanus in Caſtigat. in Tacitum. Liu. lib.9. Dec. 1.Cum quingentis,inquit,haud amplius peditibus, ducentiſque equitibus degreſſum iugis Maſaniſſam perſequutus.

Degrummor, degrummaris, degrúmari, Ad grummam menſuram dirigere.Lucil.lib.3,Viámque degrummari vis,vt caſtris menſor facit olim.Nonius.

Degulo,degulas,pen.corr. {καταπίνω} degulare, antiquum pro cõſumere & ligurire,quaſi gulę tradere. Plaut.Poſtquam degulato patrimonio pauper eſt factus.Ex Sipontino.

Degunere, pro Degustare, obſoletum. Feſtus. Quidam legunt Degumare.

Degusto, degustas {γεύομαι} degustare, Idem quod guſtare. Plin. libro 18. cap. 2, Ac ne deguſtabant quidem nouas fruges aut vina. Cato cap.148,Vinum boni viri arbitratu deguſtato.

Odorari & degustare aliquem.Cic.ad Atticum,lib.4.epiſt.8,Tu vel Ilim & Fabium, ſiquem habes aditum, odorere: & iſtum conuiuam tum deguſtes. Hoc eſt,leuiter in ſermone tentes,vt ſcias qui ſit animus eius erga me. Metaphora à cibis,quorum ſaporem deguſtando percipimus.

Deguſtare artus.Lucan.lib.7.

Ignes deguſtant tigna celeri flamma.Lucret.lib.2.

¶Deguſtare,pro Leuiter & in tranſcurſu attingere. Quintil.lib.4. cap.1, Deguſtanda tamen hæc proœmio, non conſummanda.

Deguſtare genus aliquod exercitationum.Cic.in Parad.

Imperium & tu Galba quandoque deguſtabis.Tacit.lib.5.

Deguſtare mentes,ſenſúſque eorum apud quos acturi ſumus.Cic. 1.de Orat.

Deguſtare pauca de fabulis.Cic.ad Attic.lib.13.

Pauca ex orationibus.Cic.ad Attic.lib.1.

Celeri deguſtat ſingula ſenſu.Claud.1.in Eutrop.

Aliquid ſpeculæ ex ſermoné alicuius deguſtare. Id eſt aliquantum ſpei concipere.Cic.pro Cluent.

Deguſtare vitam aliquam, Id eſt experiri vitæ rationem. Cic. 5. Tuſcul. Viſne igitur,inquit,ô Damocle, quoniam hæc te vita delectat,ipſe eandem deguſtare,& fortunam experiri meam?

Dehaurio,dehauris,dehauſi,dehauſtum {ἐξαντλάω} dehaurire,Idem quod haurire, vel exhaurire. Cato cap.66, Quum oleum ſuſtuleris de cortina,amurcam dehaurito.

Dehinc, Aduerbium temporis {ἀπὸ τούτου,μετὰ ταῦτα} Id eſt poſthac, poſtea. Terent.Eunuch.5.2,

At nunc dehinc ſpero æternam inter nos gratiam Fore Thais.

Dehinc omnes deleo ex animo mulieres. Terent.Eunuch.2. 3.

Dehinc iam.Plaut.Merc.2.4,

Miſſas iam ego iſtas artes feci,& quidem ego dehinc iam.

Dehinc cæterum.Plaut.Pœn.2,Dehinc cæterum valete,adeſte.

Nunc iam dehinc.Plaut.Pœn.4, Siquidem antè mentitus ſit,nunc iam dehinc erit tibi verax.

¶ Dehinc {τοῦντεῦθεν} pro deinde, Aduerbium ordinis. Cicero 2. Tuſcul. Primùm igitur de imbecillitate multorum, & de variis diſciplinis philoſophorum loquar: quorum princeps & authoritate & antiquitate Socraticus Ariſtippus,non dubitauit dolorem,ſummum malum dicere. Dehinc ad hanc eneruatam muliebrémque ſententiam ſatis docilem ſe Epicurus præbuit. Virg.3.Æneidos,

Dona dehinc auro grauia, ſectóq; elephãto Imperat ad naues ferri.

Dehinc aliquando in vnam ſyllabam contrahitur à poetis. Virg.1. Æneidos,

Oſcula libauit natæ,dehinc talia fatur.

Dehiſco,dehiſcis,dehiſcere {χάσκω} Eſt ſe veluti hiatu quodam aperire. Vnde terram dehiſcere dicimus, quum ſe aperit deorſum ad ſorbendum aliquid. Virg.4.Æneidos,

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat.

Æquor dehiſcit. Virg.5.Æneid.

Dehiſcit arbor. Cato cap. 12, Quibus arbores comprimat ſi dehiſcent.

Cælum à media regione dehiſcit.Ouid.3.Faſt.

Cymba rimis dehiſcit.Ouid.5,Triſt.eleg.13.

Dehiſcit roſa.Plin.lib.21.cap.4, Quo mox intumeſcente,& in virides alabaſtros faſtigiato,paulatim rubeſcens dehiſcit.

Dehiſcit,ſéque populis aperit Taurus.Plin.lib.5.cap.27. De Tauro monte.

Rictus animalis dehiſcens ad aures.Plin.lib.8.cap.21.

Dehiſcunt quidam piſces præ pinguedine, hoc eſt diſſiliunt, finduntur,crepant.Plin.lib.9.cap.15. De Thynnis.

Terra mihi dehiſcat.Virg.12.Æneid.

Terræ dehiſcunt ardore.Virg.5.Georg.

Vnda dehiſcens,terram inter fluctus aperit.Virg.1.Æneid.

¶Acies dehiſcens.In ACIES.

¶Dehiſcente vtero parit acus piſcis.Plin.lib.9,cap.51.

Dehoneſtus, Adiectiuum {ἀνήμερος} Non honeſtus. Gellius libro 19. cap.10, Dehoneſtum tibi,deculpatúmque hoc verbum videtur.

Dehoneſtamentum {ἀτιμία,ἀκαμία} dicitur id quod gratiam & honeſtatem

ſtatem alicui rei adimit. Vnde vultus dehoneſtamentum dicitur cicatrix,vultum hominis dedecorãs,vt oculi effoſſio. Iuſtinus,Vt generis dehoneſtamentum pater exponi iubet. Gell.lib.2.cap.27, Quo ille dehoneſtamento corporis maximè lætabatur.

Oris dehoneſtamentum. Tacit.lib.20.

¶ Dehoneſtamentum,pro Cõtumelia. Tacit.lib.12,Auribus deciſis viuere iubet, oſtentui clementiæ ſuæ,& in nos dehoneſtamento.

Dehortor,dehortaris {ἀποτρέπομαι,ἀποτρέπω} dehortari,Diſſuadere. Terent.Phorm.5.8,

At hic dehortatus eſt me ne illam illi darem.

Dehortari ab aliqua re. Author ad Heren.lib.3.

Inuitare & Dehortari,contraria.Cic.in Piſonem,Res ipſa,& Reipub.tempus,aut meipſum, quod nolim,aut alium quempiam aut inuitabit,aut dehortabitur.

D E I

DEIANIRA,pen.prod.{Δηϊάνειρα} Filia Œnei Ætoliæ regis,cuius regia Calydon fuit. Hæc verò ob formæ pulchritudinẽ multos procos habuit: tandem autem Acheloo deſponſata eſt primò,deinde Herculi. quúmq; nuptiarum gratia ortum eſſet inter eos certamen: Acheloo deuicto,tandem Herculi ceſſit. Ouid.9.Metamorphoſeos,

Nomine ſiqua ſuo tandem peruẽnit ad aures

Deianira tuas, quondam pulcherrima virgo. Vide Diodorum libro 5.cap.2.

DEIDAMIA,pen.prod. {Δηϊδάμεια} ſiue vt alij volunt,Deiamia, filia fuit Lycomedis Scyri inſulæ regis, cum qua Achilles conſuetudinem habuit,& inde natus eſt Pyrrhus. Stat.1.Achil. Æaciden furto iam nouerat vna latentem Deidamia virum.

Deiero,deieras,penult.corr. {ἐπόμνυμι} deierare, Per deos iurare, vel valde iurare, inquit Donatus. Terent.Eunuch.2.3, Illum liquet mihi deierare. Idem Hecyra, 5. 2, Phidippę Bacchis deierat perſantẽ, &c.

Deiũro apud Plautum legitur,in Caſina 15, Per deos omnes & deas deiurauit,hac,&c. Idem Rud.30.

Deiurium,deiurij {ἐπίορκος} Gell.lib.7.cap.18, Tum octo ex iis poſtliminium iuſtum non eſſe ſibi reſponderunt, quoniam deiurio vincti eſſent.

Deiicio,deiicis, penult.corr. deieci, pen.prod. deiectum {καταβάλλω, πλήσσω} deiicere,Deorſum mittere.Plaut.Aſin.9,

Iuſsín' columnis deiici operas aranearum?

Mœnia alicuius deiicere.Ouid.12.Metam.

Auem deiecit ab alto cælo.Virg.5.Æneid.

Deiicere de foribus araneas.Plaut.Stich.6.

De ponte.Cic.pro Roſc.Amer.

De ſaxo.Liu.5.bel.Pun.

Equo. Liuius 4. ab Vrbe. Sic deiicere templo magiſtratus. Cic. pro Sextio.

Deiicere præſidium equitum,deiicere propugnaculum.Cæſ.3.bel. Ciuil. Cic.5.Verr.

¶Aliquem ædilitate,vel honore.Cic.2.Verr. Liu.3.ab Vrbe. Subauditur præpoſitio DE vel EX. Cic.pro Murena, His hœdinis pellículis Praxitea deiectus eſt.

¶Deiicere aluum. Cato cap.156, Aluum ſi voles deiicere,ſuperiorem ſumito cymam braſſicæ.

¶Deiicere cruciatum à corpore.Cic.7.Verr.Hac ſe commemoratione ciuitatis,omnia verbera depulſurum, cruciatúmque à corpore deiecturum arbitrabatur.

Deiici de gradu: Id eſt dignitate. Cic.Att.lib.16, Lepræ literarum exemplum tibi miſi, ex quo mihi videtur ἔκστασις ille deiectus de gradu. Budæus.

Aliquem de gradu, per metaphoram, Pro eo quod eſt de conſtantia deducere, & propoſito in quo pedem fiximus. Cicero 1. Officiorum.

Hoſtem deiicere.Claud.de bello Getico.

Iugum ſeruile à ceruicibus. Cic.1. Philipp. Patriæ liberatores vrbe carebant ea,cuius à ceruicibus iugum ſeruile deiecerant.

Metum. Cic.7.Verr. Hunc ego ſi metu Siciliæ damnatione iſtius per veſtram fidem & ſeueritatem deiecero Iudices, ſatis officio meo, ſatis illorum voluntati, qui à me hoc petiuerunt, factum eſſe arbitrabor.

Oculos de aliquo. Cic.6.Verr. Pueri autem Siſennæ,credo qui audiuiſſent quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta, oculos de iſto nuſquá deiicere,neque ab argento digitum diſcedere.

Oculos à Repub. Cic.1.Philip. Nec verò vſquam diſcedebam,nec à Repub.oculos deiiciebam.

Pudor gremio deiecit ocellos.Ouid.epiſt.11.

Si tantum oculos deiecerimus, Celeritatem ſignificat. Cicero 7. Verrina.

Deiicere aliquem de poſſeſſione,& ſimilibus. Vide orationem Ciceronis pro A.Cecinna, circa finem, in qua abundè tractat de hoc verbo deiicio.

Deiicere & dimouere ex poſſeſſione. Cic. de Lege Agrar. Rullus exſtitit qui ex ea poſſeſſione Remp.dimouerer, ex qua nec Gracchorum benignitas eam,nec Syllæ dominatio deieciſſet.

Deiicere de poſſeſſione,& Reſtituere,contraria. Cic.pro Cecinna, Tantum vt vnde deiecíſſet,reſtitueret.

Deiici de vrbis præſidio,& de cuſtodia ciuitatis deturbari. Cicero pro Murena.

Senatum à gubernaculis deiicere.Cic.pro Domo ſua.

De ſententia. Cic. 2. Tuſcul. Me pudet tam citò de ſententia eſſe deiectum.

Aliquem de ſermone aliquo inani. Cic.ad Att.lib.15, Noſter Brutus citò deiectus eſt de illo inani ſermone.

Aduerſarios de omni ſtatu. Cic.in Orat. Magno ſemper vſi impetu,ſæpe aduerſarios de ſtatu omni deiecimus.

De ſtatu vitæ. Cic.1.de Nat.deor.Prius te quis de omni ſtatu vitæ, quàm de iſta authoritate deiecerit.

Deiici ſpe.Cæſ.1.bel.Gall.Heluetij ea ſpe deiecti.

Deiicere de terrore doloris. Cic.2. Tuſc. Vidéſne igitur quantum breuiter admonitus de doloris terrore deiecceris?

Vultum.Virgil.3.Æneid.

Pudor deiicit vultus.Valer.7.Argon.

¶Deiicere, Iaciendo defigere. Liu. lib.1, Dum intentus in eum ſe rex totus auerteret, alter elatam ſecurim in caput deiecit. De Tarquinij priſci morte.

¶Iuuencum deiicere.Valer. 1.Argon.mactare ſignificat & proſternere. Sic idem lib.2,

Protinus ingentem procerum ſub nomine taurum Deiicit.

Deiectio, Verbale {κατάκλισις, κατακλή.} Cic.pro Cecinna, Qui illam vim deiectionémque tuo rogatu,aut tuo nomine fecerit.

Deiectio apud Celſum pro ſubductione alui ponitur, lib.1.cap.3, Deiectio quoque medicamento petenda eſt, vbi venter ſuppreſſus parum reddit.

Petere deiectionem medicamento.Celſ.lib.1.cap.3.

Moliri deiectionem.Celſ.lib.2.cap.12.

Deiectus,Participium {κατακλώμενος.} Plinius lib.2.cap.9.de Lunæ natura,Aliàs contigua montibus,nunc in Aquilonem elata,nunc in Auſtros deiecta.

Spe deiectus.Sil.lib.10.

Deiectus vultum.Stat.3. Thebaid.

Vi deiectus.Cic.pro Cecinna.

Caput enſe deiectum.Sil.lib.13.

In terram oculi deiecti.Quintil.lib.1.cap. 11.

Coniuge deiecta mulier,Id eſt priuata marito.Virg.3.Æneidos,

Heus quis te caſus deiectam coniuge tanto Excipit?

Lacrymis deiectis turpia lumina.Propert.lib.1.eleg.17.

Vultus pudore deiectus.Seneca OEdip.12.

Ire deiectum aliquid.Horat.1.Carm.ode 2.

Deiectus,huius deiectus {καταβολή.} Liu.9.ab Vrbe,Quum ad alias angustias protinus pergerent, ſeptas deiectu arborum, ſaxorum ingentium obiacentem molem inuenere.

Grauis deiectus.Ouid.1.Metam.

Deiectus gemmæ.Plin.lib.37.cap.6,Neque in receſſu gemmæ,aut in deiectu renitente,ſed in ipſis vmbonibus nitente.

Deiectus habere dicitur collis.Cæſ.2.bel.Gall.Quòd is collis,vbi caſtra poſita erant,paulum ex planitie editus, tantum aduerſus in latitudinem patebat, quantum loci acies inſtructa occupare poterat: atque ex vtraque parte lateris deiectus patebat, & in fróte leuiter faſtigiatus,paulatim ad planitiem redibat.

DEI-FACIES {οὗ θεὸς ὁράσιμος} Ciuitas Tripoli vicina. Strabo libro 16, Tripoli continua eſt ea, quæ Dei-facies appellatur, in qua Libanus mons deſinit.

Dein, & Deinde, Aduerbia ordinis {ἔπειτεν} hoc eſt Poſtea. Terent. Andr.1.1,

Accepit cõditionem,dein quæſtum occipit. Cic.in Orat.Hæc quidem duo bina pedibus inciſim, dein membratim.

Dein,pro Præterea. Cic.2.de Nat.deor.Deiti quæ ſequuntur.

¶Deinde {τὸνεῦθεν} Compoſitum eſt ex præpoſitione, & loci ſignificatione: vt exinde, proinde,perinde,ſubinde,quæ item tempus ſignificant.Feſtus. Terent.in Prol.Heautontim.

-factum hic eſſe id non negat,

Neque ſe id pigere:& deinde facturum autumat.

Primum cur?Et paucis interiectis,Deinde,Nihilne præterea diximus? Cic.4.Acad.

Deinde ponitur aliquando vbi non præceſſit Primum, aut aliud ordinis aduerbium. Cic.pro Cluentio,Capit hoc conſilium,vt pecuniam quibuſdam iudicibus Iniuſſimis pollicentur, deinde eam poſtea ſupprimat.

Deinde,quater repetitum apud Cic.reperitur,1.de Inuent.

Deinde,cui mox ſuccedit Exinde.Cic.1.de Nat.deor.-deinde Delphinus, Exinde Orion obliquo corpore nitens. Ex Arato.

Deinde repetitum in ſingulis attributis eiuſdem rei aut perſonæ. Cic.Appio,lib.3.7,An ego tibi obuiam nõ prodirem?primùm Appio Claudio? deinde Imperatori? deinde more maiorum? deinde(quod caput eſt)amico?

Deinceps,deincipis {ἐφεξῆς,ἀλλεξῆς} (inquit Feſtus) qui deinde cepit,vt princeps qui primus cepit. Deincipẽ antiqui dicebãt (ait idem alio loco)proximè quẽque captum, vt principem primum captum, id eſt electum. Hæc enim nomina non à caput veniunt, ſed à capio, quod interdum eligere ſignificat. compoſita autem ex caput, faciunt genitiuum in pitis:vt Biceps,bicipitis.

Deinceps,Aduerbium {ἐφεξῆς} Poſtea,vel deinde ſiue poſtremo. Cic.1. de Diuinat. Quo affert Rhodium quendam morientem,ſex æquales nominaſſe, & dixiſſe, qui primus eorum, qui ſecundus,qui deinceps moriturus eſſet. Cæſ.7.bel.Gall.Nam vbi maior atque illuſtrior incidit res, clamore per agros, regionéſque ſignificant. hinc alij deinceps excipiunt, & proximis tradunt. Cic. 1. Acad. Opinionibus & inſtitutis omnia teneri,nihil veritati relinqui, deinceps omnia tenebris circunfuſa eſſe dixerunt. Idem 1.Offic. Et 3.de Finib.Primum eſt officium (id enim appello καθῆκον) vt ſe conſeruet in naturæ ſtatu: deinceps vt ea teneat quæ ſecundum naturam ſint, pellátque contraria.

¶Deinceps, pro Iterum. Author ad Herenn.lib.1, Cauendum eſt etiam ne id quod ſemel ſuprà diximus,deinceps dicamus.

¶Deinceps pro eo quod vulgò dicitur, *ſucceſſiuè & conſequenter.* Cic.Thermo,lib.2.17. Idem de Clar.Orat.Poſteáque proſperæ res deinceps mulæ conſecutæ ſunt.

Deinceps inde.Cic.de Clar.Orat.Itaque prima cauſa publica,&c. Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas eſſe quàm elucubratas afferebamus. Alterum ſignificat ordinem, alterum tempus.

Deinde, Vide DEIN.

Deinſuper,pro Deſuper {ἔνερθεν.} Salluſt.lib.1.Hiſt. Ad medium quaſi

deinsuper astantum manibus in murum attollitur.

Deintegro, deintegras, deintegrare, inquit Nonius, Diminuere. Cæcilius, Nomen virginis, nisi mirum est, deintegrauit.

De-integro. Vide DE præpositionem.

DEIOCES, Phraortæ filius fuit, ob iudicandi æquitatem primus Medorum rex declaratus. Author Herod. lib. 1.

DEIONES, ēs {Δηϊόνης} Mater fuit Mileti ex Apollinis concubitu: vnde Miletum Deionidem vocat Ouid. lib. 9. Metam. Tunc erat inualidus, Deionidenque iuuentæ Robore Miletum, Phœbóque parente superbum Fertimuit.

DEIOPEIA, pen. prod. {Δηϊόπεια} Nymphæ nomen est apud Virgil. lib. 1. Æneid.

DEIOTARVS, pen. corr. {Δηϊόταρος} Galatiæ rex à Senatu iuuante Pompeio factus, in bello Ciuili eius postea partes sequutus, post pugnam Pharsalicam domum se recepit. Deinde ad Cæsaris clementiam confugiens, bella gerenti subsidia ministrauit. Quare ab ipso rex dimissus, verùm parte regni tantum mulctatus fuit. Tandem accusatus à Philippo quodam, quòd Cæsari apud se diuertenti insidias struxisset, à Cicerone defenditur, luculenta illa pro Deiotaro rege oratione. Author Pædianus. Lucan. lib. 5,

-fidúmque per arma
Deiotarum, & gelidæ dominũ Racipalin oræ. ¶Fuit & Deiotarus alter Adramitenus, ludi literarij magister, apud Gargara Troadis, vt scribit Stephanus.

DEIPHOBVS, penul. corr. {Δηΐφοβος} Priami & Hecubæ filius. Virgilius 6. Æneidos, Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucri. Hic Paride mortuo, Helenam duxit vxorem. Vide Virgil. in loco antè citato.

Acer Deiphobus. Horat. 4. Carm. ode 9.
Priamides Deiphobus. Virg. 6. Æneid.
Domus ampla Deiphobi. Virgil. 2. Æneid.

DEIPHOBE, es {Δηϊφόβη} Nomen proprium Sibyllæ Cumanæ, Glauci filiæ, quæ Æneam ad inferos duxit. Virgil. 6. Æneidos,

-Phœbi, Triuiæque sacerdos, Deiphobe Glauci.

DEIPHYLE {Δηΐφυλη} Adrasti filia, Tydei vxor, ex quo Diomedem suscepit, qui in bello Troiano in virtute primus post Aiacem & Achillem ab Homero scribitur. Vide Hyginum in fabula 69. & Diodorum lib. 5 cap. 6.

DEIPHYLVS {Δήϊφυλος} Fuit Scheneli filius, Capanei in bello Troiano amicus fidissimus, teste Homero 5. Iliad.

DEIPYRVS {Δήϊπυρος} Vnus ex principibus iuuentutis Græcorum, teste Homero Iliad. 8.

DEITANA, Hispaniæ citerioris regio, referente Plin. lib. 3. cap. item 3.

Deitas, Vide in DEVS.

Deiugo, deiugas, pen. corr. {Δηϊζυγόω} deiugare, Disiungere. Pacuuius Chryse, Pérque nostram egregiam vnanimitatem, quam memoria deiugat.

Deiungo, deiungis, deiunxi, deiunctum {Δηϊζεύγνύω} deiungere, Disiungere. Plautus Asin. 12, Ne nos deiunge amantes. Cic. de Vniuers. Ita necessitas cogit, vt eadem sint ea quæ deiuncta fuerunt.

Deiuro, Deiurium, Vide DEIERO.

Deiuuo, deiuuas, pen. corr. {Δηϊσυβάω} deiuuare, Non iuuare. Plautus Trinummo, 6, Deserere illum, & deiuuare in rebus aduersis pudet. Antiquum.

Delabor, pen. prod. delaberis, delapsus sum {καταδύομαι, καταπίπτω} delabi, Deorsum labi. Plaut. Casin. 8, Delabor, pectus tundit. Virgil. in Bucolicis,

Serta procul capiti tantum delapsa iacebant.

Ascendere & Delabi, pugnantia. Cic. in Partit. Aut à minoribus ad maiora ascendimus, aut à maioribus ad minora descendimus.

Delapsus ab alto tecto. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.
Signum cælo delapsum. Cic. 11. Philipp.
Cælo repente delapsus. Liu. 1. ab Vrbe.
Delabi de cælo & è cælo. Cic. 1. de Fin.
Ex annalium memoria, aut de cælo delapsum esse. Cic. Q. frat. lib. 1. 1, Nam Græci quidem sic te ita viuentem intuebuntur, vt quendam ex annalium memoria aut etiam de cælo demissum hominem esse in prouinciam delapsum putent.
Delapsa de manibus audacissimorum hominum arma ceciderũt. Id est furor ciuium compressus. Cic. 1. Offic.
In flumen delapsus. Cic. 1. de Diuinat.
Pondere delabi in terram. Lucret. lib. 6.

¶Delabi, res familiaris dicitur, Consumi, & ad nihilum redigi. Cic. 2. Offic. Habẽda est autem ratio rei familiaris, quam delabi sinere flagitiosum est.

Delabitur in eas difficultates, vt necessitatem fati coafirmet inuitus. Cic. de Fato.
Delabi in fraudem. Cic. 3. de Orat.
In insidias. Plin. Iun. de Viris illustribus.
In idem genus morbi. Cic. ad Attic. lib. 7.
In turpitudinem. Cic. 1. Offic.
In vitium. Cic. 2. de Orat.

¶Delabi aliquò, pro Cõuertere sermonem. Cic. pro Murena, Pòst, quum id assequi nõ potuissent, ipsi tùc potissimum sunt delapsi, vt aiunt in Græcis artificibus, eos, &c.

Delabitur interdum, vt dicat, &c. Cic. 4. Acad. Carneadem autem etiam heri audiebamus solitum esse delabi interdum vt diceret opinaturum, Id est peccaturum esse sapientem.

Delabitur oratio ad vulgares amicitias. Cic. de Amic. Iam enim à sapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias nostra delabitur oratio.

Ad præcipiendi rationem delapsa oratio. Cic. Q. frat. libro 1. 1, Sed nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea, quum id mihi propositum initio non fuisset.

Delabi in aliquem sermonem. Cic. 1. de Orat. Insperanti mihi, inquit, & Cottæ, sed valde optanti vtrique nostrũm cecidit, vt in istum sermonem delaberemini.

Eodem delabi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15,

Scribere sæpe aliud cupiens, delabor eodem.

¶Ad aliquem. Cic. ad Attic. lib. 12, De Mustela, vt scribis, etsi magnum opus est, eo magis delabor ad Clodiam.

Ad æquitatem. Cic. Trebiano, lib. 1. 10, Nam & ipse qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem & ad rerum naturam videtur.

¶Delapsa fluxerunt. Cic. pro Marcello, Omnia quæ delapsa iam fluxerunt, festis legibus vincienda sunt.

Delacero, delaceras, pen. corr. {καταμώρω} delacerare, pro Dilacerare, & absumere. Plaut. Capt. 12, Delacerauisti, deartuauistique opes. Antiquum.

Delacrymo, delacrymas, penult. corr. {καταδακρύω} delacrymare, Est lacrymas vel aquam more lacrymantis demittere. Columel. libro 4. cap. 9. de vite loquens, Sed nec ad eam partem, qua est gemma, verùm ad posteriorem declinatur, vt in terram potius deuexa, quàm in germem delacrymet.

Delacrymatio, Verbale {κατάδακρυσις.} Plin. lib. 34. cap. 11, Vis eius collyriis oculorum aptissima, & delacrymationibus mordendo proficiens. Idem lib. 25. cap. 13, Claritatem facit inunctis oculis, delacrymationémque ceu fumus.

Delæuo, delæuas {κατα λεύω} delæuare, Compositum à læuo læuas, significat læuigare. Colum. lib. de arboribus, cap. 6, Plagam acutissimo ferro delæuato.

Delambo, delambis {κατα λείχω} delambere, Idem quod lambere. Stat. 2. Thebaidos,

Molliáque ejecta delambit vellera lingua.

Delamentor, delamentaris {καταθρηνέω} delamentari. Ouidius 11. Metamorphoseos,

Et natam delamentatur adeptam.

Delanico, as, penul. corr. Discindo, & quasi lanam traho. Vnde Lacinia, & Lanius, qui pecus discindit. Festus.

Delapido {καταλιθάζω} Vide DILAPIDO.

Delapidata, dicuntur lapide strata, cuiusmodi est via Appia, quam à porta Capena Brundusium vsque quadratis saxis strauit Appius ille cæcus. Ex Festo.

Delapsus, Vide DELABOR.

Delasso, delassas {κατα κάμνω} delassare, Valde lassare. Plaut. Asin. 16, Ibi labore delassatum, totam noctem sterrere. Martial. lib. 10, Delasset omnes fabulas poetarum. Horat. 1. Serm. sat. 1.

Delator, Delatio, Vide DEFERO.

Delauo, delauas, pen. corr. delaui, delotum, pen. prod. {καταπλύνω} delauare. Plaut. Rud. 14,

-cho an te pœnitet,
In mari quod delaui, ne hic in terra quoque eluam? Antiquum.

DELDON {Δήλδων} Mysorum ac Basternarum rex fuit, quos quum M. Crassus prælijs frequentibus edomuisset, illorum tandé regem Deldona sua manu interemisse fertur, vt scribit Dion in historia, & refert Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 23.

Delebilis, Vide DELEO.

Delecto, delectas {ἐπιτέρπομαι} delectare, à Delicio: est propriè Attrahere & illicere, Annius Thyeste, Et me Apollo ipse delectat, ductat Delphicus. Quadrigarius Annalium lib. 4, Fabius de nocte cœpit hostibus castra simul oppugnare, eum hostem delectare, dum Collega id caperet quod captabat. Nonius.

¶Delectare {τέρπειν, ψυχαγωγεῖν} Voluptate afficere. Cicero de Senectute, Nónne ita deficiunt, vt quenuis cum admiratione delectent?

Herba spe delectat agrestes. Ouid. 15. Metam.
Incredibiliter me delectarunt. Cic. Q. frat. lib. 2. epist. 16.
Plus nimio delectare. Horat. 1. epist. 10,

Quem res plus nimio delectauêre secundæ, Mutatæ quatient.

Delectare oues in agro. Plin. lib. 17. cap. 9.
Pulchritudo mouet oculos & delectat. Cic. 1. Offic.
Non solùm delectat, sed etiam sine satietate delectat. Cicero 3. de Orat.
Delectare se. Cic. Papirio, lib. 9. 18, Tu istic te Atheriano iure delectato, ego me hic Hirtiano.
Cum Musis se delectare. Cic. Att. lib. 2. epist. 2, Interea cum Musis quidem nos delectabimus animo æquo.
Valde delectare. Cic. Att. lib. 1. 1.

¶Delectat, more impersonalium. Cic. Q. frat. lib. 2. 15, Me magis de Dionysio delectat: ipse enim est veterator magnus.

¶Prudens dici delector. Horat. 1. epist. 17.
Delectari in re aliqua. Cic. 1. de Fin. Idem 2. de Legib. In hoc admodum delector, quòd, &c.
Delectari ab aliquo. Cic. in Orat.
Duci ac delectari declamatorio genere. Cic. Q. frat. lib. 3. 19, Ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur.
Nec criminibus inferendis amicus delectetur. Cic. de Amic.
Cogitatione quadam sępe delectari. Cic. pro Archia.
Vulgus imperitorum ludis magnopere delectatur. Cicero pro Murena.
Opinione æquitatis delectari. Cic. Att. lib. 1. 15, Multi partim maleuolentia, partim opinione æquitatis delectantur.

Delectamentum {ἐπαγωγή, ψυχαγωγία} Verbale, Recreatio. Cic. de Senect. Possum persequi permulta delectamenta rerum rusticarum, sed ea ipsa, quæ dixi, sentio esse longiora. In emendationibus codicibus legitur oblectamenta. Idem in Pisonem, Inania sunt ista (mihi crede) delectamenta penè puerorum.

Delectatio, Verbale {τέρψις, τερπνότης, ψυχαγωγία.} Cic. 4. Tuscul. Delectatio, voluptas, suauitate auditus animum deleniens.

Delectationi esse. Cic. ad Attic. lib. 13.
Gaudium & delectatio. Cicero Post redit. in Senat. In omni parte corporis

corporis semper oportere aliquod gaudiũ delectationémque versari.

Delectatio & iucunditas. Cic. 3. de Orat. Post autem delectatio iucunditásque celebrauit.

Suauitas & delectatio. Cic. 1. de Orat. Mira quędam in cognoscendo suauitas & delectatio.

Voluptas & delectatio. Cic. Pæto, lib. 10. 20, Magna enim te delectatione & voluptate priuasti.

Ars plena delectationis. Cic. 1. de Orat.

Conuiuiorum delectatio. Cic. de Senectute. Neque enim ipsorum conuiuiorum delectationem corporis voluptatibus magis quàm cœtu amicorum & sermonibus metiebar.

Sermonis delectatio. Cic. de Senect. Ego verò propter sermonis delectationem tempestiuis quoque conuiuiis delector.

Fabulæ delectationis habent quantum voles, id est multum. Cic. 2. de Diuinat.

Studij, delectationísque causa scribere aliquid. Cic. 2. de Leg.

Popularis delectatio. Quintil. lib. 2. cap. 10.

¶Afferre delectationem alicui. Cic. Mario, libro 7. 1, Quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent.

Delectationis causa aliquid agere. Cic. 1. de Orat. Res rusticas vel fructus causa, vel delectationis inuisere.

Allicere delectatione. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Duci delectatione audiendi. Cic. 1. Offic. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitãdo semper aut aliquid anquirit, aut agit, videndíque & audiendi delectatione ducitur.

Habere magnam delectationem. Author ad Herenn. lib. 4.

Ab delectatione negotiis impediri, & Habere in occupatione delectationes, Contraria. Cic. pro Murena.

Magna delectatione & voluptate aliquem priuare. Cicero Pæto, libro 9. 24.

Amœnitas ad delectationem reuocat. Cic. pro Lege Manil. Non auaritia ab instituto cursu ad prædam aliquem reuocauit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem.

Delectus, Vide DELIGO deligis.

Delego, delegas, penultima producta {ἐπιτρέπω, ἐπιτάσσω} delegare, Demandare, committere, onus imponere. Delegare dicimur, quum id quod nostrum est, ad alium transferimus. Cicero pro Domo sua, Delegaui amico locupletiori, non quo illi ita de me merito onus illud imponerem.

Delegare causam peccati mortuis, pro Imputare. Hirtius libro 8. belli Gall.

Curam alicui. Quintil. in procem. lib. 4.

Decus ad aliquem, pro Assignare. Liuius libro 1. bel. Pun.

Laborem alteri. Cælius Ciceroni, lib. 8. 1, Tamen in hoc deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes, quòd hunc laborem alteri delegaui.

Delegare exscribendas pingendásque imagines. Plinius Iunior libro 4. epistola 28. Vt apud Suetonium in Cæsare, Delegare ordinandas bibliothecas.

Aliquem alicui negotio. Colum. lib. 3. cap. 10.

Delegabo te ad Epicurum. Seneca epist. 18.

Delegare prouinciam alicui, vel curam rei alicuius. Cic. Post delegatam mihi hanc prouinciam. Colum. lib. 11. cap. 2.

Officium alicui. Plin. Iun. in epist. lib. 3.

Rem aliquam ad alterum. Cicero 2. de Oratore, Hæc ipsa quæ nunc ad me delegare vis, ea semper in te eximia & præstantia fuerũt.

Delegare spes suas fortunæ loci. Liuius libro 6. ab Vrbe Condita, Has inanium rerum inanes ipsas volucres cogitationes, fortunæ loci delegauerant spes suas. Id est numine loci Romanis religiosi & infausti fidentes.

¶Delegare, apud Iurisconsultos, est vice sua alium dare reum creditori vel cui creditor iusserit. Est autem delegatio vel per stipulationem, vel per litis contestationem.

Delegare dos. Seneca libro 4. de Benefic. Debitores nobis deos delegat, precatúrq;, vt illi pro se gratiam referant. Sic restituit optimè Turnebus, quum in excussis derogatur legatur. Delegat enim debitorem, qui alium pro se qui soluat, substituit.

¶Delegare, Veteres pro dispescere posuerunt, vel dispertire. Plaut. Amphit. Si cui fautores delegatos viderint. Ex Nonio.

¶Delegare, Mittere. Cato cap. 30, Vbi sementem facturus eris, ibi oues delegato.

¶Delegare, In legationem mittere. Liuius, Decernunt vt duodecim delegarentur.

¶Delegata, Diis consecrata, quæ nunc dedicata dicimus. Festus.

Delegatum exilij, Pro relegatione. Seneca 1. de Clementia, Quòd exilio contentus, & exilio delegato, Massiliæ patricidam continuit.

¶Delegatam pecuniam Paulus dixit, pro Decreta, cõstituta, ac assignata, in l. 2. ad l. Iul. peculat.

¶Delegatus dicitur, cui caussa cõmittitur terminãda, vel exequenda, vices delegantis repræsentans, & in iurisdictione nihil proprium habens. l. 1. D. de offic. eius cui mand. est iurisd.

Delegatio, Verbale {κατηγορία, ἐπιτροπή} Ipse delegandi actus.

¶Delegatio, pro assignatione debiti, vt loquimur. Cicero Attico, lib. 12, Nomen illud, quòd à Cæsare, tres habet conditiones: aut emptionem ab hasta, aut delegationem à mancipe annua die, aut Veteni conditionem, &c. Libro 8. Cod. de Nouat. & deleg. Delegatio debiti, nisi consentiente & stipulanti promittente debitore, iure perfici non potest.

Deleno, delenis. penult. prod. deleniui, delenitum {καταψήθίζω} delenire, Quod & delinire dicitur, idémque significant. Plautus Asina. 9, Vah delenire apparas, mihi scio vicarium esse.

Delenificus, penult. corr. {ψαθύρισμα.} Plaut. Mil. 5, Domi dolos, delenifica verba, domi fallacias. Antiquum.

Delco, deles, deleui, deletum, penult. prod. {ἐξαλείφω, ἐξαφανίζω, καθαιρῶ, καταλύω} delere, à leo antiquo verbo, vel lino leui, significat destrue-

re: & ad lineam & notam refertur. Cic. pro Cluent. Eadem hac Dinea testamentum faciente, quum tabulas prendisset Oppianicus, quigener eius fuisset, digito legata deleuit: &c.

Delere epistolam lacrymis. Cic. Terentiæ lib. 14 3, Accepi ab Aristocrito tres epistolas, quas ego lacrymis propè deleui. Hyperbole ad exprimendum ingentem mœrorem.

Delere tectorium & Inducere, contraria. Cic. 3. Verr. Dico esse ex qua tantum tectorium vetus deletum sit, & nouum inductum.

¶Delere, per translationem, vt Delere vrbem. Cæsar 2. bel. Ciuil. Quin spe prædæ in vrbem irrumperent, vrbémque delerent. Sic Delere patriam. Cic. 4. Acad.

Delere & Seruare, contraria. Cic. pro Quinto Rosc. Comœdo, Sic delentur statim, illæ seruantur sanctè.

Extinguere & funditus delere. Cicero de Aruspicum responsis, Sic Annius ad illam pestem comprimendam, extinguendam, funditus delendam natus esse videtur.

Perimere ac delere omnino. Cic. 2. Tuscul. Sinautem perimit ac delet omnino, quid melius, &c.

Ætas deleuit quod olim lusit Anacreon. Horat. 4. Carm. ode 9.

Ædificia deleta. Cic. 2. de Lege Agrar.

Tempus deleuit amorem. Ouid. 3. Trist. eleg. 7.

Delere bella futura. Cic. de Amicit.

Ciuem deleri. Sil. lib. 7.

Copias delere. Cic. pro Lege Manil.

Exercitum & imperatorem. Cæsar 6. bel. Gal.

Homines deleti. Cicero pro Murena, Quorum alteri vno aduentu nostri exercitus deleti sunt, alteri nostri imperij, &c.

Homines hominum impetu deleti, Id est bellis aut seditionibus. Cicero 2. Offic.

Morte deleti homines. Cic. 1. de Nat. deor.

Vetustas delet famam operis. Ouid. 1. Metam.

Improbitatem extinguere atque delere. Cicero 1. Verr. Omnino improbitas (id quod Pop. Rom. iandiu expostulat) extinguenda atque delenda sit.

Delere ex animis hominum infamiam iudicij. Liuius libro 4. ab Vrbe.

Nummulis acceptis ius ac fas omne delere. Cic. Att. lib. 1.

Extincto Senatu, deletúsque iudiciis. Cic. 3. Offic.

Leges delere. Cic. pro Sextio.

Maculam bello aliquo suscepto. Cic. pro Lege Manilia, Et quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes, atque auidi laudis fuistis, delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta.

Immortalem memoriam beneficij alicuius. Cic. in Parad.

Memoriam discordiarum, obliuione sempiterna. Cic. 1. Philip.

Memoria nominis deleta. Cic. pro Flac. Nominis propè Romani memoriam cum vestigio imperij non modò ex ædibus Græcorum, verumetiam ex literis esse deletam.

Molestiam delere. Cic. Q. frat. lib. 3. 24, Deleuit enim mihi omnem molestiam recentior epistola.

Nomen Pop. Rom. Cic. ad Att. lib. 10.

Obliuio delet. Cic. pro Deiotaro, Quæ vnquam vetustas obruet? aut quæ tanta delebit obliuio?

Obliuione delere. Vide OBLIVIO.

Delenda opprobria. Sil. lib. 16.

Religionem hominum delere. Cic. 1. de Diuinat.

Rempub. Cic. Post reditum in Senatu.

Senatum. Cic. 13. Philipp.

Orbita iterata priores sulcos delet. Stat. 6. Thebaid.

Veritatem. Cic. de Amicit.

Cauda vestigia pedum. Stat. 1. Achil.

Vrbem. Lucan. lib. 3.

Vrbem cruore & flamma. Cic. ad Augustum.

¶Delere, pro mitigare. Cicero ad Atticum, 1, Tamen habet quiddam profectò quod magis in animo eius insederit, quod neque epistolæ tuæ, neque nostra legatio tam potest facilè delere, quàm tu præsens, non modò oratione, sed tuo vultu illo familiari tolles.

Deletio, Verbale {ἐξάλειψις} Lucil. lib. 26, Deletionem nostri ad vnum exercitus.

Delebilis, & hoc delebile, penultima correpta {ἐξαλειπτός} Quod deleri potest. Martialis libro 7,

Casibus hic nullis, nullis delebilis annis Viuet.

Delector {ἐξαλείπτης} & Delectrix, penult. prod. delectricis, Qui vel quæ delet & destruit. Cic. de Aruspic. respon. Tum est illa in templo Castoris scelerata & penè delectrix huius imperij fica deprehensa.

Deletilis, & hoc deletile, penult. corr. {ἐξαλειπτικός} dicitur non quod deletur, sed quod delet. Varro Modio, Si displicebit tibi tã magnum, tumam spongiam deletilem.

Deletirius, Adiectiuum. vt Charta deletitia. Vlpianus in l. Chartæ. D. de Bonorum possessecun. tabul. Chartæ appellatio & ad nouam chartam refertur. & ad deletitiam.

Delephat {δηλιφάτ} Veneris stella matutina, sic à Chaldæis dicta, quam alij Phosphorum vocant. De hac Cic. 2. de Nat. deor. Apul. Martian. & cæteri.

Deleteria medicamẽta {δηλητήρια φάρμακα} A medicis appellantur noxia, & mortifera, quæ scilicet, quũ à calore nostro vinci non queant, neque concoqui, alia celerius, alia tardius mortem inferunt. Vide Galen. lib. 3. de temperam.

DELIVS. DELIACVS, Vide DELOS.

DELIADES, Sculptoris nomen apud Plin. lib. 34. cap. 8.

Deliastæ {δηλιάσται} Athenis homines dicebantur quidam, qui Delphos ad cõsultanda oracula mittebãtur, vt scribit Philochorus apud Sophoclis interpretem in OEdipo Coloneo.

Delibero, deliberas, penult. corr. {βουλεύομαι, γνώμας μεμφόμενος, προβούλευμα} deliberare, A libella dictum est, authore Festo. Terent. Adelph. 2. 1, Delibera hoc, dum ego redeo leno.

Deliberare verum. Cicero ad Brutum, lib. 12. Deliberant verum traiciant legiones ex Africa, nécne.

Statuere & deliberare. Cic. 3. Verr. Iſte certè ſtatuerat ac deliberauerat non adeſſe.

Delibe randum & concoquendum. Cicero pro Quinto Roſcio Comœdo, Tibi verò Piſo diu deliberandum & concoquendum eſt, vtrum potius, &c.

Amplius deliberandum cenſeo. Terent. Phorm.

Noctem ſibi ad deliberandum poſtulauit. Cic. pro redit. ad Quir.

Spatium deliberandi habere. Cic. 1. Offic.

Delibero, Cõſulo aliquem. Cicero 2. de Finibus, Qui voluptatem ſummum bonum eſſe decernit, non cum ea parte animi, in qua ineſt ratio atque conſilium, ſed cum cupiditate, id eſt cum animi leuiſſima parte deliberat. Budæus.

Deliberare cum amicis. Cic. 2. de Fin.

Deliberare de abſoluendo Apronio. Cic. 5. Verr.

¶ Deliberatur, impersonale. Cæſar 7. bel. Gal. Deliberatur de Auarico in communi conſilio, incendi placeret an defendi.

Vtri conſulendum ſit, deliberetur. Cic. 2. de Inuent.

¶ Deliberatum eſt, Id eſt fixum, & decretum eſt. Cic. 7. Verr.

Certum eſt, deliberatúmque. Cic. pro Roſc. Amer.

Deliberatum eſt mihi. Cic. ad Att. lib. 15, Mihi verò deliberatum eſt, vt nunc quidem eſt, abeſſe ex ea vrbe, in qua, &c.

Statutum cum animo, ac deliberatum habere. Cic. 5. Verr.

Deliberatum & conſtitutum eſt mihi. Cic. 1. de Lege Agrar. Præſertim quum mihi deliberatum & conſtitutum ſit, ita gerere Conſulatum, quo vno modo geri grauiter & liberè poteſt.

Deliberatus, penult. prod. Participp. {βεβουλευμένος.} vt Mors deliberata. Horat. 1. Carm. ode 37.

Deliberatus {βούλευτος} Nomen ex participio. Cic. Metello, lib. 5. 2, Neque illi quicquam deliberatius fuit, quàm me, &c.

Deliberatum, Subſtantiuum {βεβουλευμένον.} Cæſar 1. bel. Ciuilis, Illi deliberata reſpondent, ſcriptáque ad eum mandata per eos remittunt.

Deliberator, penul. prod. {βουλευτὴς} Verbale. Cic. pro Sextio, Illi interea deliberatori merces, longa interpoſita nocte duplicata eſt.

Deliberatio, Verbale {συμβουλὴ, βούλευσις.} Cic. 1. Offic. Triplex igitur eſt, vt Panætio videtur, conſilij capiendi deliberatio.

Deliberatio & conſultatio. Cicero 3. Officiorum, Sapientem & bonum virum fingimus, de eius deliberatione & conſultatione quærimus.

Deliberatio & demonſtratio, genera ſunt cauſarum. Cicero 1. de Inuent.

Difficilis deliberatio. Cic. pro Lege Manil.

Ad deliberationes aliquos adhibere. Cic. 1. Philipp.

In deliberationem illud cadit. Cic. 1. Offic.

Ex deliberatione conſtans cauſa, vt belli. Cic. 2. de Orat.

Conſumere deliberationem in aliquid agendo. Cicero Poſt reditum ad Quirites, Quæ deliberatio non in reddenda, &c. ſed in augenda mercede conſumpta eſt.

In deliberationibus omnem orationem conſumere. Cic. de Fato.

Habere domi deliberationem de aliqua re. Cic. 1. Philipp.

Habet res deliberationem. Cic. Att. lib. 7, Habet enim res deliberationem, etſi ex parte magna tibi aſſentio.

Inciditur deliberatio. Cic. 2. de Orat. Inciditur enim omnis iam deliberatio, ſi intelligitur non poſſe fieri, aut ſi, &c.

Introducere deliberationem aliquam. Cic. 3. Offic.

Suſcipere deliberationem alicuius. Cic. Art. lib. 14, Suſcipe nunc meam deliberationem, qua ſolicitor: ita multa veniunt in mentem in vtranque partem.

Deliberatiuus, penult. prod. Adiectiuum {συμβουλευτικός.} vt Deliberatiuum genus orationis. Cic. 1. de Inuent. Et Quintil. lib. 3, Ergo pars deliberatiua, quæ eadem ſuaſoria dicitur.

Cauſa deliberatiua. Cic. 2. de Inuent.

Materiæ deliberatiuæ, iudicialéſque. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Deliberabundus, Adiectiuum {βουλευόμενος} Deliberans. Liuius 2. ab Vrbe Condita, Conſules velut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur.

Delibo, delibas, penult. prod. {λείβω, νοτιεύομαι} delibare, Deguſtare, & primis labris attingere.

Contentus deliballe cibos. Claud. de bello Getico.

Artes delibare. Ouid. 1. Faſt. Quiſque ſuas artes ob idem delibat agendo. Id eſt leuiter attingit & exercet primo anni die, Totus ab auſpicio ne foret annus iners.

Nouum honorem. Liu. 5. ab Vrbe. Hoc eſt, velut deguſtare magiſtratum recens inſtitutum, vel eum gerere.

Cauſam narratione. Quintilianus lib. 4.

¶ Delibare, pro Decerpere. Cic. de Senect. Audiebam Pythagoram Pythagoreósque, incolas penè noſtros, qui eſſent Italici philoſophi quondam nominati, nunquam dubitaſſe quin ex vniuerſa mente diuina delibatos animos haberemus.

Floſculos orationis alterius delibare & carpere. Cicer. pro Sextio.

Delibare de gloria alterius. Cic. de Inuent. Id eſt auferre.

De honeſtate. Cic. 2. de Inuent. Quod ſit in præſentia de honeſtate delibatum, virtute aliquando & induſtria recuperetur.

De laude ieiuni hominis quicquam. Plancus Cic. lib. 10. 21

Benefaciendi materiam. Plin. Iunior in Paneg.

¶ Delibare, Violare, deſtruere, vitiare. Columella libro 2. cap. 2, Néue aut cornu bos ad ſtipitem vehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet, ramúmque deplantet. Varro 2. de Re ruſtica, capite 2, Ne toto die curſantes inter ſe téneri delibent aliquid membrorum.

Delibare honeſtatem. Gel. lib. 1. cap. 3, Rependitur quippe & compenſatur leue damnum delibatæ honeſtatis.

¶ Flos delibatus populi dictus eſt ab Ennio Cethegus, aut potius à Pop. Rom. Id eſt eloquentia excellenti. Cic. de Claris Orat. Delibatus, hoc eſt (vt opinor) intactus, incorruptus, illibatus.

¶ Delibata numina, Id eſt contaminata, diminuta, violata, Horatius in epiſt.

Delibata deûm per te tibi numina ſancta Sæpe aderunt, &c.

Delibatio, Verbale. Florent. in l. Legatum eſt. D. de leg. 1, Legatum eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit.

Delibito, delibitas, delibitare, Idem quod Delibo. Cicero ad Pætum, Solebam enim antea delibitari oleis & lucanicis tuis, &c. Sic enim legit Turnebus, non delectari, hoc ſenſu, Tu me tua promulſide antea delibabas, ac meam famem diminuebas illis primis ferculis, quam tibi integram & illibatam ad omnia cœnæ fercula afferam, neque primis illis miſſibus eam perdam & conſumam, ac delibabo: ſed vt integer & recens ad reliqua fercula veniã, principio cœnæ abſtinebo. Vt autem ab appello appellito, à cœno cœnito deducitur, pari ratione à delibo delibito deriuatur. Hæc Turnebus.

Delibro, delibras, penult. corr. {νοτιφλοιόω} delibrare, Librum, id eſt corticem arbori detrahere. Columella libro 4. cap. 24, Cortex quoque aridus, fiſſúſque per ſumma trunci dependens, corpore tenus delibrandus eſt.

Delibro, delibras, penult. prod. à libra compoſitum {σταθμίζομαι} ponderare. Gel. lib. 15. cap. 8, Quid relinquitur, niſi vt delibrari ſibi cœnas iubeant, ne edendo defatigentur?

¶ Delibrare, Aquam ſulco deriuare. Feſtus.

Delibratum, authore Nonio, Decorticatum: vt Deartuatum, Per artus diſciſſum. Virg. Georg. lib. 2,

-vdóque docent inoleſcere libro. Hæc Nonius.

Delibutus, penult. prod. {ἀλειμμένος} Vnctus, quaſi oleo, aut alio liquore imbutus. Colum. lib. 7. cap. 4, Vbi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit. Martial. lib. 11.

Deliburus medicamentis. Cic. de Claris Oratoribus, Qui deuinctus erat faſciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus.

Deliburus capillus. Cicero pro Roſc. Amer. Ipſe verò quemadmodum compoſito, & delibuto capillo paſſim per forum volitet cum magna caterua togatorum, videtis Iudices.

Cruore Neſſi delibutus Hercules. Horat. Epod. ode 17.

Rubrica delibuta imago. Author ad Herenn. lib. 3.

Sanie delibutum aliquid. Cicero 1. Tuſculan. Ex antiquo quodam poeta.

Dona delibuta veneno. Horat. Epod. ode 3,

Hoc delibutis vlta donis pellicem

Serpente fugit alite.

¶ Delibutus gaudio. Terent. Phorm. 5. 6. Tranſtulit ad animum quod eſt corporis, inquit Donatus.

Deliburus periuriis. Salluſt. in Ciceronem, Vxor ſacrilega, ac periuriis delibuta.

Delicatus, penult. prod. {τρυφερὸς, ἁβρὸς} Mollis & deditus deliciis. Delicata dicebant veteres, quæ nunc dedicata. Vnde adhuc manet dedicatus, quaſi luxui deditus. Feſtus. Cic. 6. Verr. Noſtrum enim vnuſquiſque, qui tam beati, quàm iſte eſt, non ſumus, tam delicati eſſe non poſſumus. Et lib. 2. de Orat. Filius delicatior.

Adoleſcens delicatus. Cic. de Claris Orat.

Delicatiſſimus amnis, Id eſt leniter fluens, cui opponitur Rapidus & violentus. Plin. Iun. in epiſt. Sic Delicatum littus, Cic. 7. Verr.

Mulierbris & delicatus ancillarum, puerorúmque comitatus. Cic pro Milone.

Delicatum conuiuium. Cic. ad Att. lib. 2.

Voluptaria & delicata diſciplina. Cicero 1. de Finibus, Vt tollatur omnis error imperitorum, intelligatúrque ea quæ voluptaria, delicata, mollis habeatur diſciplina, quàm grauis, quàm continens, quàm ſeuera ſit.

Domus. Seneca Hippol. 2.

Delicatiſſimum faſtidium. Cicero 1. de Finibus, Rudem enim eſſe omnino in noſtris poetis, aut inertiſſimæ ſegnitiæ eſt, aut faſtidij delicatiſſimi.

Libidinoſa & delicata iuuentus. Cic. Att. lib. 1.

Puella tenellulo delicatior hœdo. Catul. ad Coloniam, 17.

Puer lepidus & delicatus. Cic. 2. in Catil. Hi pueri tam lepidi ac delicati, non ſolùm amare & amari, neque cantare & pſallere, ſed etiam ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt.

Delicatior & mollior ratio. Cic. 5. de Finib.

Delicatior ſententia. Plin. lib. 15. cap. 2.

Sermo delicatus & conuiuio dignus. Cicero 1. Officiorum, Turpe enim valdéque vitioſum, in re ſeuera conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre ſermonem.

Delicatiſſimis verſibus exprimere omnia conuiuiorum genera, cœnarúmque, & adulteria. Cic. in Piſonem.

Delicata vita. Cic. 2. Tuſcul.

Delicatæ & obſcœnæ voluptates. Cic. 1. de Nat. deor.

Molles & delicatæ voluptates. Cic. 1. de Nat. deor.

¶ Delicatus debitor, eſt quaſi luxui conſecratus: quod enim nunc dedicatum, prius delicatum dixere. Vlp. de pig. act. in fin. l. ſi ſeruos. Igitur hæc, inquit, à iudice erunt diſpicienda, vt neque delicatus debitor, neque oneroſus creditor audiatur.

Delicate, pen. prod. Aduerbium {τρυφερῶς.} vt Delicatè cœnitare. Varro 3. de Re ruſt. cap. 4.

Recubare molliter & delicatè. Cic. 3. de Orat.

Delicatè & molliter viuere. Cic. 1. Offic.

Delicatè veſtiri. Colum. lib. 11. cap. 1, Cultam, veſtitámque familiam viliter magis habeat, quàm delicatè.

Delicium, delicij: in plurali deliciæ, deliciarum {τρυφὴ} Oleſtamentum quod nobis voluptati eſſe ſolet. Mart. lib. 13. Delicium paruo donabis Dorcada nato.

Delicium domus. Martial. lib. 7,

Gloria conſpicuæ deliciúmque domus.

¶ Delicium digamma, Formianum ſuum agrum intelligit Cicero, quòd

quòd ab F digammate Æolio incipiat. Ad Att. lib. 9. In emendationibus ex ſcripto antiquiſſimo codice exemplaribus legitur, Deli tuum digamma videram.

¶ Delicia, deliciæ. Plaut. Trucul. 19, At ego ad te ibam. 5. ad me delicia? Sed antiquum eſt & inuſitatum.

Amor & deliciæ. Cic. 6. Verr. Vnde igitur potius incipiam, quàm ab ea ciuitate, quæ tibi vna in amore, atque in deliciis fuit?

Mel & deliciæ. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8, Scito C. Sempronium Ruſum, mel ac delicias tuas, calumniam maximo plauſu tuliſſe.

Multarum deliciarum & magnæ pecuniæ locus. Cic. de Lege Agr.

Multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Cic. pro Mur.

Cogitatio ſupellectilis ad delicias, aut epularum ad voluptates. Cicero in Parad.

Votorum deliciæ. Iuuen. ſat. 10.

Alexandrinæ deliciæ. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Deliciæ meæ Dicæarchus, per appoſitionem. Cic. 1. Tuſc. Sic Catullus, Paſſer deliciæ meæ puellæ.

Deliciæ pueri. Plautus Perſa, 6, Pæcnium deliciæ pueri ſalue. Sic dictum eſt vt Delicias hominum à Iuuenale, pro delicato homine. Budæus.

Deliciæ noſtræ. Virg. ecloga 9. Per delicias noſtras, intelligit communem amicam. Seruius. Idem ecloga 2, Delicias domini. Hoc eſt qui domino in deliciis erat.

¶ Faciles deliciæ. Ouid. 13. Metam.

Illepidæ atque inelegantes deliciæ. Catul. epig. 6.

Loquaces deliciæ. Stat. 5. Sylu. 5.

Pueriles. Cic. 3. de Orat. Regificæ. Claud. 7. Paneg.

Luxu carentes. Stat. 1. Sylu. 3.

¶ Alicuius delicias ſe dicere. Cic. pro Domo ſua.

Dicere delicias, Vide DICO.

Excutere delicias. Claud. 2. in Eutrop. Significat amouere.

Facere delicias & libidines. Catul. epigr. 42. Ouid. Triſt.

Delicias facere, pro Diſſimulationibus ioculariſbus vti. Plautus Menæch. 9, -eia delicias facis Mi Menæchme: quin amabo is intro? hic tibi erit rectius. Id eſt quod vulgari ſermone dicimus, Nimiú eſt hoc fruſtrari & illudere, quód te tandiu rogari vis. Budæus.

Fugare delicias animi. Catul. epigr. 63.

Habere in deliciis aliquem. Cic. Att. lib. 6.

Implere aliquem deliciis. Ouid. 3. Amor. eleg. 13.

Inficere animum deliciis, Vide INFICIO.

Nouis luxuriare deliciis. Ouid. epiſt. 15.

Infantiam ſtatim deliciis ſoluimus. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Eſſe in deliciis alicui. Cic. in Vatinium teſtem, Illi autem quibus erat in deliciis, vix riſum tenebant.

¶ Deliciæ, in malum, pro moroſitate. Cic. ad Att. lib. 1. 12, Ecce autem aliæ deliciæ equitum, vix ferendæ, quas ego non ſolùm tuli, ſed etiam ornaui.

Deliciæ & ineptiæ. Cic. in Orat. Quo magis ſunt Herodotus, Thucydidéſque mirabiles: quorum ætas quum in eorum tempora, quos nominauí, incidiſſet, longiſſimè tamen ipſi à talibus deliciis, vel potius ineptiis abfuerunt.

Deliciarum cauſa, vt Animi cauſa. Cic. 13. Ver. Quos Antonius deliciarum cauſa loris in conuiuio cædi iubebat à ſuis publicè.

¶ Deliciolæ, Diminutiuum. Cicero 1. ad Atticum, Tullíola, deliciolæ noſtræ, tuum munuſculum flagitat, & me vt ſponſorem appellat.

¶ Delicia dicitur etiam genus tigni, quod à culmine ad regulas angulares infimas verſus faſtigium collocatur. Vnde & tectum ipſum deliciatum, & regulæ deliciares ſiue colliciares appellantur. Hæc Feſtus. Cato cap. 14, Deliciares regulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur.

Delico, delicas, penult. corr. {ἐνδεύω} delicare pro Dedicare ponebant veteres, inquit Feſtus.

Delicare, Explanare, indicare. Accius Achilli, Qua re alia ex crimine inimicorum effugere poſſis, delica. Cæcilius Obolo ſtate, Imò verò hæc ſol ante ſoltus ſum, res delicat. Titinnius lib. 5, Quid iſtuc eſt, aut iſtic ſibi vult ſermõmater delica. Nonius. Antiquum.

Delico, delicis, delicere, Illicere, antiquis. Titin. lib. 5,

Quòd ea parafitus habeat, qui illum ſciat

Delicere, & noctem facere poſſet de die. Nonius.

Delictum, Vide DELINQVO.

Delicus {ἐνδεκαζήμιος} porcus qui dicatur, exponit Varro 2. de Re ruſt. cap. 4, his verbis, Quum porci depulſi ſunt à mamma, à quibuſdam delici appellantur, neque iam lactantes dicuntur.

Deligo, deligas, penult. corr. {σφοδέω} deligare. Notæ ſignificationis. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 47, Ea ſumma integenda binis tabellis dextra ac ſiniſtra deligatis, herbæque elidendæ.

Deligare ad palum. Cic. 7. Verr. Cæſar 4. bel. Gal.

Apud menſam. Plaut. Menæch. 3.

Deligata in linteolo grana. Plin. lib. 22. cap. 25.

Vulnus deligauit aliquis antequam hæc ars eſſet. Quintilianus libro 2. cap. 17.

Deligo, deligis, penult. corr. delegi, penult. prod. delectum. {συλλέγομαι, κατέχω} deligere, Ex de & lego compoſitum: Deligere eſt, quod magis idoneum ad rem agendam eſt, de multis cernere & aſſumere. Liu. 1. ab Vrbe, Deligere generum. Cæſar 3. bel. Gall. Duces verò hi deliguntur, &c. Cic. pro Lege Manil. Tum de imperatore deligendo eſſe dicendum.

Bona deligere & reiicere, contraria. Cic. 2. de Legibus.

Deligere aliquem ad extrema Reipub. diſcrimina. Cic. pro Domo ſua, Nos quòd nominatim rei maximæ penè iam deſperatæ, ſummum virum ſæpe ad extrema Reipub. diſcrimina delectum præfecimus, à te reprehendemur?

Aliquem ad imitandum. Cic. 2. Offic. Quibuſcum ſi frequentes ſunt, opinionem afferunt populo, eorum ſe fore ſimiles, quos ſibiipſi delegerunt ad imitandum.

Comites delegi. Virg. 5. Æneid.

Famulum ſibi. Claud. 7. Paneg.

Caſtris locum idoneum. Cæſar 2. bel. Gall.

Lumina ipſa ex florentiſſimis ordinibus. Cic. pro Mil.

Magiſtratus deligit Populus Romanus, quaſi Reip. villicos. Cic. pro Plancio.

Multos ex ſuis annalibus poſſe deligere, quos velit & poſſit imicari. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.

Deligere ex omni numero. Cic. 4. Verr.

Sibi oppida maritima domicilio. Liu. 9. bel. Maced.

Deligere optimum virum ad facra Idæa accipienda. Cic. 5. de Fin.

Ex Senatu aliquos in cõſilium deligere. Cic. pro Roſcio Amerino, Qui ex ciuitate in Senatum, propter dignitatem, ex Senatu in hoc conſilium delecti eſtis propter ſeueritatem.

Vnum ex cunctis deligere. Cic. de Lege Agrar.

In deligendo genere vitæ ratio habenda eſt. Cic. 1. Offic.

Poteſtas deligendi ex populo data. Cic. 2. de Lege Agrar.

¶ Deligere, pro Colligere. vt, Tenui primâ deligere vngue roſam, Ouid. epiſt. 4.

Delectus, Participium {κατειλεγμένος.} vt, Delecti ad omne facinus coloni. Cic. de Lege Agraria.

Ad rem aliquam delectus. Cic. pro Roſc. Amer. Ad éamne rem vos reſeruati eſtis, ad éamne rem delecti, vt eos condemnaretis, &c.

Iuuentus delecta. Virg. 9. Æneid.

Natium & delectum malum. Cic. pro Domo ſua, Nónne fuit eò maior adhibenda medicina, quæ & illud natium, & hoc delectum malum ſanare poſſet?

Ab omni ordine delecti Oratores. Virg. 7. Æneid.

Delecti viri, Fortes & præcipui, vel egregij. Cic. 1. Tuſcul.

Delectus, huius delectus, Verbale {κατάλογος.} Cæſar 8. bel. Gal. Nam Cn. Pompeius legionem primam, quam ad Cæſarem miſerat, confectam ex delectu prouinciæ, Cæſari eam tanquam ex ſuo numero dedit.

Delectus, & diſcrimen. Cic. 4. Verr. Omniúmque rerum delectum atque diſcrimen pecunia ſuſtuliſſet.

Delectus & iudicium. Cic. pro Cluent. Quod idem facere cenſores in delectu dignitatis, & in iudicio ciuium & in animaduerſione vitiorum, quí conuenit?

Delectus & notatio iudicum etiam in noſtris ciuibus haberi ſolet. Cic. 5. Philipp.

Dignitatis delectus in beneficentia ſit. Cic. 1. Offic.

Verborum delectus. Cic. de Claris Orat. Primóque in libro dixerit, verborum delectum originem eſſe eloquentiæ.

Virtutis delectus. Cic. pro Corn. Balbo.

Sine vllo delectu, ſine pop. notione, ſine iudicio Senatus addicere alicui aliquid. Cic. de Lege Agrar.

¶ Adhibere delectum. Cic. 5. de Finib. Mihi quidem etiam lautius videtur quod eligitur, & ad quod delectus adhibetur.

Agere vel habere delectum. Vide AGERE & HABERE delectum. Liu. 2. ab Vrbe.

Superbiſſimo delectu & duriſſima conquiſitione collectus exercitus. Cic. de Prouinc. Conſul.

Conficere delectum. Cæſ. 6. de bel. Gal.

Decernere. Liu. lib. 3.

Delectu aliquo aut ſapientia non ducitur ad iudicandum populus, ſed, &c. Cic. pro Planco.

Edicere. Liu. lib. 2.

Facere certum ſtudiorum delectum nemo diſſuaſerit. Quintilianus lib. 2. cap. 8.

Facere delectum militum, Vide FACIO.

Iudicio ſuo delectum habere aliquem. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.

Habere delectum ciuis & peregrini. Cic. 1. Offic.

Acceptorum beneficiorum ſunt delectus habendi. Cic. 1. Offic.

Inſtituere delectum militum, Vide INSTITVO.

Intermittere. Cæſar 1. de bel. Ciuil.

Mandare. Liuius lib. 5. de bel. Pun.

Nullum rerum delectum relinquere. Cic. 1. Offic. Qui tamen haberent ius ſuum diſputãdi de officio, ſi rerum aliquem delectum reliquiſſent, vt ad officij inuentionem aditus eſſet.

Tenere delectum rerum. Cic. 1. de Fin.

Delimo, delimas, penultima producta {ἀπαλείφω} delimare, De re aliqua limare. Plinius lib. 34. cap. 11, Alij delimatum æris ſcobem aceto ſpargunt.

Delingo, delingis, delinxi {ἐκλείχω} delingere, Idem quod lingere. Plaut. Curcul. 12, Hic hodie apud me nunquam delinges ſalem. Idem Perſa, 12, Niſi me hæc defendet, nunquam delinget ſalem.

Delingere plenum cochleare. Celſ. lib. 3 cap. 22, non procul à fine.

Delinio, delinis, penult. corr. deliniui, delinitum, penult. prod. {ἀλείφω, ἄπτω} delinire, Idem quod linire.

¶ Delinire, per tranſlationẽ, pro verbis demulcere & irretire. Plaut. Stich. 8, Vt eum aduenientem meis dictis deliniam.

Delinire animum ſuauitate. Cic. 4. Tuſc.

Delinire animos præda, pretio, ſermone. Liu. 1. ab Vrbe. Cic. 5. Verr. & 2. Offic.

Delinire atque corrumpere blanditiis. Cic. 1. de Fin. Qui blanditiis præſentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores, &c.

Fouere hominum ſenſus, delinire animos, & adhibere voluptates. Cic. pro Murena.

Flectere virtute ſua & patrimoniis delinire. Cic. pro Mil.

Pellicere, capere ac delinire. Cic. pro Cluent. Animum adoleſcentis nondum conſilio ac ratione firmatum pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri poteſt.

¶ Delinire, delirare antiquis. Titinnius Prælia: Verùm enim dotibus deliniti, vtrò etiam vxoribus ancillantur. Nonius.

Delinitus, penult. prod. Participium {κακοπαθῶν.} Cic. 1. de Orat. Genus hominum in montibus ac ſyluis diſſipatum, non prudentium conſiliis compulſum potius, quàm diſertorum oratione delinitum, ſe oppidis mœnibus ſepſiſſe.

Illecebris voluptatis delinitus. Cic. Cassio, lib. 15. 16.
Non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus delinita mulier. Cic. pro Cluent.

¶ Delinitus, Mente alienatus, vt ait Nonius. Plaut. Amphit. Delinitus sum profectò, ita vt me qui sim, nesciam. Lucil. lib. 28, Concedat homini id quod vult, deliniat, corrumpat prorsus, ac neruos omnes.

Delinitor, penult. prod. Verbale { θελκτήρ. } Cic. de Claris Orat. Vt non cum aduersario solùm, sed etiam (quod mirabile esset) cum iudicio ipso, cuius delinitor esse debet Orator, iurgio sæpe contenderet.

Delinitio, verbale { θέλγητρα. } Cic. 2. Offic. Ipsáque illa delinitio multitudinis ad breue tempus exiguúmque duratura sit.

Delinimentum { θελκτήριον, θέλγητρον } Idem quod delinitio. Liuius 4. ab Vrbe, Aptissimum tempus erat vindicatis seditionibus delinimentum animis Volant agri diuisionem obiici. Idem 10. bel. Pun.
Vitæ delinimenta monstraueram tibi. Tacit. lib. 15.

¶ Delinimenta, pro venenis, veneficiis, & poculis amatoriis. Afranius, Si possent homines delinimentis capi, Omnes haberent nunc amatores anus: Æcas & corpus tenerum & morigeratio, Hæc sunt venena formosarum mulierum, Mala æcas nulla delinimenta inuenit. Sed & delinitus est alienatus mêre, quòd his venenis afficiatur.

Delinio, delinias { διαχρίω } delinire. Linimenta formæ ducere. Plin. lib. 35. cap. 10. Arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete delinierunt.

Delino, delinis, penultima correpta, delini, deliui, & deleui, delitum { ἀπαλείφω } delinere, Fœdare, corrumpere. Cicero in Epist. ad Caluum, Tuli molestè, quòd literæ dehæc mihi antè redditæ sunt. Ex Pisc. ano, lib. 9.

Delinquo, delinquis, deliqui, penultima producta, delictum { πλημμελέω } delinquere, Propriè est prætermittere quod non oportet præterire, inquit Festus. Cicero 3. de Natura deorum, Ferrême ciuitas vlla latorem istiusmodi legis, vt condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset? Plaut. Menæch. 7. Ne tu delinquas, tuéve ego irascar tibi.

Peccare & delinquere. Cic. 2. de Inuent. Nam necesse est eum qui velit peccare, aliquando primùm delinquere.

Aliquid delinquere. Cic. 2. de Lege Agr. Si quid deliquero, nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecentur.

Delinquere erga aliquem. Plaut. Epid. 9.

In ancillam si quis delinquere possit. Ouid. 2. Amor. eleg. 8.

In aliqua re delinquere. Cic. 2. de Inuent. Idem pro Cluent. Quare ne in bello propter hostium metum delinqueret, amplior ei mortis & supplicij metus est à maioribus constitutus. De milite.

Delinquere in vita. Cicero 2. Tusc. Ul. Artémque vitæ professus, delinquit in vita.

Delinquere minus est quàm peccare, vnde obligationes ex delictis priuatis nasci dicuntur: accusationes ex criminibus. Cicero 2. de Inuent. Nam necesse est eum qui velit peccare, aliquando primùm delinquere.

¶ Delinquor, Passiuum. Papinianus in l. Si adulterium. §. Fratres denique. D. Ad Legem Iuliam De adulteriis, Adulterij crimen quod puberrate delinquitur, non excusatur.

Siquid deliquitur, fit nescio quomodo, vt magis in aliis cernamus, quàm in nobismetipsis. Cic. 1. Offic.

Parum delictum est. Cic. pro Cecinna, In iure parum delictum esse, qui prohibitus sit, nisi ex eo loco, vbi vestigium impresserit, deiici neminem posse.

Deliquium, deliquij { ἔκλειψις, λειποθυμία } Defectus. Plaut. Capt. 11, Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi
Et parentum & libertatis apud te deliquio sit. Id est diminutioni.
De deliquio vide Varronem lib. 6. de lingua Latina sub finem.

¶ Deliquium solis, inquit Festus, à delinquendo dictum, quòd delinquat in cursu suo. Plin. lib. 2. cap. 12. Hinc quoque medici recentiores & Latini vocant animi deliquium pro defectu illo, quem quidam syncopen vocant.

Deliquum, deliqui { ὕπνος } Id est, minus. Plaut. Cas. 5,
Siue amet, siue quod lubet id faciat, quando tibi nil domi
Deliquom'st. Id est nihil tibi defit propterea.

Delictum, delicti { πλημμέλεια } minus est quàm peccatum. Plautus Bacchid. 23,
Sine hoc exorare me obsecro abs te, vt istud delictum
Desistas tantopere ire oppugnatum. Plin. lib. 14. cap. 1, Atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat.
Manifestus delicti. Tacit. lib. 2.
Author. & reprehensor delicti. Ouid. epist. 16.
Liber à delictis. Vide LIBER.
Terrarum delicta. Stat. 1. Thebaid.
Maius delictum. Cic. pro Cecinna, Quo delictum maius est, eo pœna tardior.

Parua. Cic. 1. Offic. Quæ autem parua videntur esse delicta, neque à multis intelligi possunt, ab iis est diligentius declinandum.

¶ Coercere delicta suppliciis. Horat. 1. Serm. sat. 3.
Commoueri delicto suo. Cic. Sextio, lib. 5. 17, Et illud adiunges, homines sapientes turpitudine, nõ casu: & delicto suo, non aliorum iniuria commoueri.
Defendere delictum. Horat. in Arte.
Domare delicta. Claud. 8. Paneg.
Ob delictum expetunt pœnas ab aliquo dij. Cic. pro Marcel.
Fateri delicta. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.
Luendum morte delictum. Seneca Hippol. 8.
Inque vicem illorum patiar' delicta libenter. Horatius 1. Sermon. satyra 3.
Piare delicta. Silius lib. 17.
Stringuntur pectora delicto. Ouid. 5. Trist. eleg. 7.

Deliqueo, deliques, penult. corr. delicui { πάσχω } deliquere, neutrum, vel Deliquesco, deliquescis, delicui, deliquescere, In totum refolui & dissolui. Ouid. Metam. lib. 4,
Protinus imburum cælesti nectare corpus Delicuit. Columella libro 12. capite 41, Hæc ita coquuntur, vt omnia poma deliquescant cum musco.

¶ Deliquescere, per translationem. Cic. 4. Tusc. Nec sitienter quid expetens ardeat desyderio, nec alacritate futuli deliquescat. Hoc est mollescat, inquit Budæus.

Deliquescat sors. Plaut. Casina, 8.

Deliquiæ vt colliquiæ, quæ stillicidia excipiunt in cauædio. Vitruuius libro 6. capite 3, Cauædia autem displuuiata sunt, in quibus deliquiæ aquam sustinentes stillicidia reiiciunt. Aliqua exemplaria habent arcam sustinentes.

Deliquium, Vide DELINQVO.

Deliquo, deliquas, penult. corr. { ὑγραίνω } deliquare, A liquore formatum, significat effundere. Columel. lib. 12. cap. 39, Deinde post viginti vel triginta dies quum deferbuerit, in alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare.

¶ Deliquo, deliquas, deliquare, Verustum verbum est, quod valet aperire, declarare, vt docet Nonius. Titinnius lib. 5, Quid istuc est, aut quid sibi vult fermo? mater deliqua. Lucret. lib. 1,
At contrà grauius plus in se corporis esse Deliquat, &c.

Deliro, deliras, penult. prod. { παραληρέω, παραπαίω } delirare, De recto recedere. Verbum ductum ab arantium lira.

¶ Delirare, per translationem, A recto & æquo, & à communi sensu recedere. Horat. lib. 1. epist. 1, ad Maximum Lollium, Quicquid deliurant reges, plectuntur Achiui. Cic. 2. de Orat. Multos se deliros senes sæpe vidisse, sed qui magis quàm Phormio deliraret, vidisse neminem.

Desipere, delirare, dementem esse. Cic. 1. de Nat. deor. Summos viros desipere, delirare, dementes esse dicebas.

Delirare, & mente captum esse. Cic. 1. Offic. Omnísque in re quid sit verum videre & tueri decet: contráque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse.

In aliqua re delirare. Cic. 1. de Diuinat. Vtar igitur, nec abducar vt reor aut in extis eorum Hetruriam delirare, aut eandem gentem in fulguribus errare, aut fallaciter portenta interpretari.

Acumen delirat. Horat. 1. epist. 12.

Delirat linguáque, ménsque. Lucret. lib. 3.

Delirans, penult. prod. Participium { παραληρῶν. } vt Delirans senex. Terent Adelph. 4. 7.
Delirans in libris suis, quos scripsit. Cic. 1. de Nat. deor.
Delirantia dicta. Plaut. Amph. 7.
Somnia delirantium. Cic. de Nat. deor. Exposui ferè non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia.

Delirus, penultima producta, Adiectiuũ { παράφρων } Qui delirat. Plaut. Amphit. 15, Adeò me istic hodie delirum fecit. Sic apud Cicer. 2. de Orat. Deliri senes.

Anus delira. Cic. 2. de Diuinat. An tu censes vllam anum tam deliram futuram fuisse, vt somnijs crederet?

Scriptor delirus, & iners. Horat. 2. epist. 2.

Deliratio. Verbale { παραλήρημα. } Plinius lib. 18. cap. 20, Hoc quoque vbi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operientes semina: vnde primùm appellata deliratio est.

¶ Deliratio { παραφροσύνη } Vitium peculiare senibus. Cic. de Senect. Ista similis fluluitia (quæ deliratio appellari solet) senum leuium est, non omnium. Idem 2. de Diuinat. O delirationem incredibilem.

Deliramentum { λήρημα } Ipsa deliratio. Plautus Amphitr. 8, Hæc quidem deliramenta loquitur. Idem Menæch. 10.

Delirium, delirij, Idem quod Deliramentum. Celsus lib. 5. cap. 27, Illa pernicios a est, quæ vel leui vulneri superuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet.

Deliritas, pro deliratione. Laberius, Quoniam mens quæ deliritas vos suppilatores facit, &c. Nonius.

Deliteo, delites, penult. corr. delitui, à quo delitesco, delitescis, delitui { διαλανθάνω, κατακρύπτω, ὑποκρύπτω, ὑποφωλεύω } delitescere, Eiusdé cum suo simplici significationis. Plaut. Rud. 20, Amat hercle me, vt ego opinor: delituit mala. Plin. lib. 36. cap. 5.

Delitescere in vlua per noctem. Virg. 2. Æn. de Sinone. Varro 3. de Re rust. cap. 12, Vbi interdiu lepores delitescunt in virgultis atque herbis. Cæsar 4. bel. Gal. Noctu in syluis delituerant.

Delitescere, & Se aperire, cõtraria. Cic. 2. de Nat. deor. In quo cursu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tũ vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis se rursum aperiendo, nihil immutat sempiternis seculorum ætatibus, quin eadem iisdem temporibus efficiat. De Saturni stella.

Delitescere & Prosilire, contraria. Cic. pro Cælio, Constitui locum iussit balneas Xenias, vt eò mitterent amicos qui delitescerent: deinde repentè, quum veniret Licinius, venenum traderet, prosilirent, hominémque comprehenderent.

In aqua delitere. Ouid. 2. de Arte amandi.
In parua casa. Ouid. 2. de Arte amandi.
In cubilibus delitescunt bestiæ. Cic. 2. de Nat. deor.
Delituit cælum. Stat. 3. Sylu. 1,
Delituit cælum, & subitis lux candida cessit Nubibus.
Priuato loco delituisse. Ouid. 3. Trist eleg. 1.
Occultata delituit virtus. Stat. 10. Thebaid.
Exilio aliquem delituisse. Ouid. in Ibin.

¶ Delitere, vel delitescere, per translationem. Cicero pro Cecinna, Iuris iudicium quum erit, & æquitatis, caue in ista tam frigida, tam ieiuna calumnia delitescas.

Delitescere in authoritate alicuius. Cic. 4. Acad. Qui constituram philosophiam euerteret, & in eorum authoritate delitesceret, qui negauissent quicquam sciri, aut percipi posse.

Delitescere sub tribunitia vmbra. Liu. 4. ab Vrbe, Vbi illi patritij spiritus, vbi subnixus & fidens innocentiæ animus esset, quærebat: sub tribunitia vmbra Consularem virum delituisse.

Delitens,

Desitens, penult. corr. Participium { διαπαυόμενον. } Plin. lib. 35. cap. 1, Non placent iam abaci, nec spatia montis in cubiculo delitentia.

Delitigo, delitigas, penult. corr. delitigaui, delitigatum, penult. prod. delitigare. Horat. de Arte, Iratúsque Chremes tumido delitigat ore. Hoc est, vehementer litigat.

DELIVS { Δήλιος } Adiectiuum à Delo. Vide DELOS.

DELIVM { Δήλιον } Oppidi parui nomen, in Tanagra regione, vt author est Strephanus.

DELLI, Lacus erat breuiores, bullientibus aquis insignes, non longè à Catana, miræ profunditatis: quos incolæ Crateras vocãt. Hos Poetæ fingunt fuisse fratres Palicos, Iouis & Thaliæ filios. Nam quum Thalia se videret ex Ioue grauidam, metuens iram Iunonis, optauit vt sibi terra dehiscerer. Instante autem partus tempore, recluía terra ea in parte, vbi nunc Delli lacus sunt, duo pueri emerserunt, quos Palicos fratres vocauerunt, διὸ τῶ πάλιν ἀναδῦναι, quòd prius in terram demersi, denuò reuersi sint. Hos lacus accolæ fratribus Palicis sacros putant, quòd per eos credantur in lucem esse reuersi, & lacus ipsos Delos vocant. Qui tanta olim veneratione habiti sunt, vt circa eos iuramentum exigi soleret, siquis in furti suspicionem veniſſet, prius tamen accepto fideiussore, qui si iuranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet.

DELMINIVM, Vulgò *Demna*, Dalmatiæ oppidũ est, apud Ptolemæum lib. 2. cap. vlt.

DELOS { Δῆλος } Insula in Ægæo mari, omnium Cycladum clarissima, Apollinis templo & mercatu nobilis. Dicta Delos (vt docet Aristoteles) quòd quum mersa esset, subitò apparuit. Nam δῆλον, ostendo significat. Hæc primò Pyrpile dicta ab igne ibi primũ reperto. A quibusdam Cinthia, ab aliis Asteria, ab aliis Cynethum. Sed in primis Ortygia: quoniam in ea primùm coturnices inuẽtæ sunt, quas Græci ortygias vocant. Hæc ex Plin. lib. 4. cap. 12. Vide 3. Verr. & Hygin. in Fabula 53.
Dele, Vocatiuus apud Statium legitur, lib. 3. Thebaidos,
-ipsa tua Mycone, Gyaróque reuelli Dele times.
Natalis Apollinis Delos. Horat. 1. Carm. ode 21.
Candida delos. Ouid. epist. 20.
Erratica. Ouid. 6. Metam.
Hospita gentibus. Stat. 1. Achil.
Latonia. Virgil. 3. Georg. Hæc est, in qua Latona enixa est Apollinem & Dianam: quam insulam antè vagam Apollo stabilem fecit, vt in tertio legimus, Mycone celsa, Gyaróque reuinxit. Seruius.

Deliacus, penult. corr. { Δηλιακός } Qui ex Delo est. Vnde æs Deliacum, & Deliaca dicta sunt vasa ex ære pretioso, ab insula Delo, vbi fuit prima nobilitas æris. Vide Plin. lib. 34. cap. 2.
Mercatus Deliacus. Plin. lib. 34. cap. 2.
Vasa Deliaca. Cic. pro Rosc. Amerino, Domus refecta vasis Corinthiis & Deliacis.

Deliaca supellex, In qua erant triclinia, & lecti cum pedibus, & fulcris ex ære Deliaco factis. Vide Bayfium.

¶ Deliaci, fuere mercatores, qui Delum frequẽtabant, vbi nobilissimus erat mercatus. Cic. pro Cornelio, Neque verò ornamenta ista villarum, quibus L. Paulum, & L. Mummium, qui rebus his vrbem Italiámque omnem referserunt ab aliquo video perfacilè Deliaco aut Syro potuisse superari. Deliacorum etiam gallinariorum Columella meminit, & Cicero in Lucullo. Petronius molles Deliacos vocat. Vide Turnebum.

Delius { Δήλιος } aliud Adiectiuum. vt Apollo Delius, Delia Diana. Cicero 3. Verr.
Antra Delia. Stat. 5. Sylu. 3.
Apollo Delius. Virg. 3. Æneid.
Ornatus foliis Deliis. Horat. 4. Carm. ode 3. Id est laureata corona, Porphyr.
Nemoralis Delia. Stat. 9. Thebaid.
Dea Delia, Diana. Horat. 4. Carm. ode 6.
Vates Delius. Virg. 6. Æneid. Id est, Apollo fatidicus. & sic ait Delius, vt Lyciæ sortes, id est Apollineæ. Seruius.

DELPHACIA { Δελφακία } Insula in Propontide, de qua Plinius libro 6. cap. vlt.

Delphax, cis { δέλφαξ } Porculus est lactens, vt ostendit Epicharmus, ducto vocabulo à delphys, quę vox apud Pollucem vulua est: vnde & adelphi, inquit, dicuntur fratres, qui ex vulua prodierint eadem. Sed propriè ex hoc delphax femellam signat, veluti quæ delphyn habeat, id est vuluam. Delphacium verò, sunt qui vulgò tẽporalem dictum fuem intelligant. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 7.

DELPHI, tam pro oppido, quàm pro oppidanis, plurali tãtum numero, sicut Gabij { Δελφοί. } Est autem ciuitas in Bœotia iuxta Parnassum. Dicta à Delpho Neptuni filio ex Melãcho Deucalionis filia suscepto. Ibi Apollo clarissimum templum habuit, & oracula reddebat. Hinc Delphicus dicitur.

Delphi vmbilicus orbis. Liuius 8. bel. Macedon. Verum etiam Delphis, quondam commune humani generis oraculum, vmbilicum orbis terrarum Galli spoliauerunt.

Sortilegi Delphi. Horat. in Arte.
Insignes Apolline Delphi. Horat. 1. Carm. ode 7.
Taciti Delphi. Claud. 7. Paneg.

Delphicus, penultima correpta, Adiectiuum { Δελφικός. } vt Delphica laurus, quòd victores Delphis ea coronarentur. Et est viridior laurus. Plin. lib. 15. cap. 30, Vel delphica laurus, quod Apollini sacra esset. Claud. in Gigant.
Delphicus Apollo. Ouid. 2. Metam.
Pytho Delphica. Tibul. lib. 2. eleg. 3.

¶ Delphicus gladius, de re dicebatur ad diuersos vsus accõmodabili. quemadmodum iisdem vasculis, & poculorum vice in cõuiuiis, & clypeorum vice in bellis vtebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, vt eodem simul & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent supplicio. Meminit huius gladij, cum Euripides in tragœdiis, tum Aristoteles Politicorum libro 1. cap. 1, differens naturam non gignere singula ad plures vsus, sed vnumquodque ad suum peculiarẽ propriúmq; finem. Meminit idem huius rei, lib. De partibus animalium 4. cap. 6, tractans de linguis insectorum quæ pluribus funguntur officiis, simul & tentantes cibum, & attrahentes, & spiculi vice aduersus iniurias defendentes. Quadrabit igitur in pauperes, qui ob penuriam eandem vestem aut aliam rem quampiam ad varios vsus accommodant. Hęc & plura Erasmus in Chiliadibus. Alciatus tamen lib. 7. Parerg. cap. 6, Illud, inquit, non omiserim, gladium Delphum simpliciter accipi, quia ad aram Apollinis Delphici Pyrrhus fit occisus: & nihil pertinere ad Delphicam machæram, cuius Aristoteles libro 1. Politicorum mentionem facit: quanuis aliter parœmiographo visum sit. Erat illa machæra in supellectile, & prima tãùm parte ferrea, vt pro ense esset: cætera lignea, vt aliis quoque vsibus accommodaretur, quod Grammatici veteres tradiderũt. Delphicus verò gladius ad eos referri potest, qui eodem fato, eodémque vindice pereunt.

Delphicum, delphici, penultima correpta. Procopius de bello Vandilico lib. 3. Igitur Belisarius tempus nactus opportunum, suis esse præcipit, vbi Gilimer & duces eibum capere ac morari consueuerunt: Delphicum appellant eum locum Romani, non tamen propria lingua, sed quum iam diu græcissarent Romæ in palatio, vbi lectus stramineus regis fuerat, tripus etiam constiterat, in quo pocula regij pincernæ ponebant. Delphicum hanc vocabant habitationem. nam & Palatium ipsius Imperatoris ædes vocabãt Romani græcissantes. Augustus hic primùm habitauit: vnde Palatium omnẽ regiam appellare ab eo postea contigit. Igitur Belisarius in Delphico est epulatus.

Delphica mensa. Cælius lib. 8. cap. 6, Delphinida poculorum mensam vocat in Lexiphane Lucianus, his verbis: ποτήρια δὲ ἐκέντο παντοῖα ἀπὸ τῆς δελφινίδος τραπέζης. Id est pocula verò omnimoda iacebant in mensa Delphinide. Hanc Porphyrio Latinè Delphicã vocauit, quum ait Horat. lib. 1. Serm. sat. 6,
Cœna ministratur pueris tribus, & lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet. Lapis albus, Id est mensa marmorea, quam vocant Delphicam. Iuuenalis item significauit sat. 3,
-& recubans sub eodem marmore Chiron. Delphicum verò, vti scribit Procopius, erat locus in Palatinis ædibus, in quo versari ac cibum capere consuessent principes: quod ex Græcæ linguæ vsu factum arbitratur. Nam & ibi, inquit, stabat tripus, super quo ab regiis pincernis asstituuntur pocula. & Latini mensam eiusmodi, Delphicam item nuncupant. Hæc Cælius. De his meminit & Plin. lib. 34. cap. 4, Ex ære, inquit, factitauere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Sed & Paulus in l. 3. in princ. D. de supellect. legat. Supellectile legata hæc continentur: mensæ, trapezophora, delphicæ, subsellia, scamna, &c.

Delphica Sibylla quædam fuit, quæ ante Troiana bella vaticinata est, & pleraque Homerum operi suo carmina ex illius vaticinijs accommodasse ferunt. Alij Cumanam, quæ Amalthæa dicta est, dicunt fuisse. Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 16.

Delphica vasa sunt, quorum nulla mutata forma, varius & multiplex vsus est. Nanque ita erant facta, vt duplici facie diuersis vsibus inseruirent, nunc poculorum vicem præstantia, nunc clypeorum vsum: tàm elaboratæ artis Delphi vasa habebant. Alexnn. ab Alexan. Genial. dier. lib. 3. cap. 10.

Delphici thesauri, ab authoribus vbique celebrati sunt, in quibus & lateres aurei à Cræso dicati visebantur, & pretiosa fegmenta ab Helena & Eriphyle eidem affixa templo cernere licebat. Quæ quia sacrilegas admouentibus manus, aut omnino ausis gestare pestimũ peperere exitium, prouerbij sibi locum vendicant, non secus ac Tolosanum aurum, itémque Seianus equus, apud Gellium. Historia verò sic habet, Bello sacro Delphica pecunia, & quicquid ibi pretiosius erat, cessit in prædã. Inter reliqua verò ipsa hæc, de quibus diximus, segmenta: quæ duorum ex Phocensibus ducum, qui id bellum gerebant, vxores, vt est mulierbre ingenium, auide obiata arripuere, protinúsque collo circundedere, vt ipsis tum est visum, ornamenta præfignia: vt mox docuit euentus, interitum exitialem. Ea siquidem, cui Helenes monile obuenit, turpiter prostituto corpore, pudicitiæ iactura & famæ dispendio, quæ bene sentientibus vita quoque comparatur, pœnas facinoris perpetrati luisse fertur. Alterã verò crudelior excepit pernicies: nam furentis filij vecordia tectis iniecto igni, viua exusta est. Meminit Plutarch. libro De iis qui serius à numine castigantur, & refert Cæl. Antiq. lect. libro 12. cap. 13.

¶ Delphicum { δελφικὸν } Locus erat in palatinis ædibus, in quo versari, ac eibum capere consueuerant principes, quod ex Græcæ linguę vsu factum arbitratur Procopius. Nam & ibi, inquit, stabat tripus, super quo ab regiis pincernis asstituuntur pocula. Vide Cælium Antiq. lect. lib. 8. cap. 6.

Delphin, delphinis: vel delphinus, delphini, penult. prod. { δελφίς } Genus piscis marini. Plin. lib. 9. cap. 8, Velocissimum omnium animalium, non solùm marinorum est delphinus ocyor volucre, ocyor telo: ac nisi multum infra rostrum os illi foret, medio penè in ventre, nullus piscium celeritatem eius euaderet. Ab hoc autem pisce, vt ex Plutarcho accepimus, huiusmodi fertur adagium, Delphini in terra vis. Id in eos promptum videtur, qui quod nesciunt, iudicant, & in quod minus valeant, toto conatu petunt, nec se intra pelliculam continent, supra crepidam aliquid ambitiosius affectantes.

Curui delphines. Ouid. 2. Metamorphoseos,
-nec se super æquora curui
Tollere consuetas audent delphines in auras.
Pandi delphines. Ouid. 3. Trist. eleg. 10,
Tum neque se pandi possunt delphines in auras
Tollere, conantes dura coercet hyems.

Delphini se in portum coniicientes significant tempestatem. Cicero 2. de Diuinat. Gubernatores quum exultantes loligines viderint, aut delphinos se in portum coniicientes, tempestatem significari putant.

Delphina peluis non capit { λεκάνη δελφῖνα οὐχ ὑφίσταται } Prouerbium ele-

gans,quo vtimur innuentes re pretiosa quem videri indignum.Sicuti apud Seleuciam superbè pronuntiauit rhetor Amphicrates, quum amplius rogaretur,vt artis suæ documenta inibi promeret. Meminit Rhod.lib.Antig.lect.21.cap.9.

Delphiniscus {δελφινισκος} Diminutiuum, Paruus delphin, Aristoteli, eadem forma qua Cicero Diuinationum 1,Paniscum,paruum Pana, & Satyriscum,paruum Satyrum,appellat.Cæl.Antiq.lect.lib.8.cap.6.

DELPHINI portus apud Ingaunos Ligures, non longè à fluuio, quem Feritorem vocant,collocatur à Plin.lib.3.cap.5.

DELPHINIA Diana appellata fuit & culta, vt apud Iul. Pollucem legimus:Ait enim lib.8, Delphinium cõstitutum ab Ægeo Apollini Delphinio, & Dianæ Delphiniæ,in eóque primum Thesæum iudicatum fuisse,&c.

¶Delphinus,genus vasis argentei cælati.Plin.lib.33.cap.11,Delphinos quinis millibus sesterciis in libras empros C. Gracchus habuit. L.verò Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sesterciis c.

¶Delphinus, Stella apud Varronem lib.2. de Re rustica, capite 5, Maximè idoneum tempus ad cõcipiendum à Delphini exortu vsque ad dies XL. & paulo plus. Vide Hyginum in fabula 194, & rursum libro 2. & lib.3.

¶Delphis, siue Delphin, vt inquit Aristophanis interpres, instrumentum est nauticum, tum plumbeum,tum ferreum, quod in bello nauali pendens ex antenna,vbi se ostendisset occasio, in hostiles naues demittebatur,deprimendi causa. Erat autẽ animalis figura compactum, vnde & nomen. Thucydides lib.7, nauem delphinophoron vocat, ex qua properderet delphin eiusmodi: meminit & Pherecrates. Iulius Pollux delphina pro parte nauis accipere videtur, quum ait: Carinæ affixum dicitur phalcis, siue lesbium, aut clitopodium, cuius posterema pars ad proram vergens,parembolis, sub qua embolum,quo nomine quidam rostrum intelligunt. Medium verò inter proembolida & embolum, stira, id est carina. Super embolum stat, inquit,delphis,quando nauis fuerit delphinophoros,nisi quis Pollucem quoque de instrumento sensisse videri malit. Nostris tamen temporibus celocium altius surrectum rostrum recurvum, vulgus nauticum delphina appellat.Ex Cæl.Antiq.lect.lib.8.cap.6.

¶Delphinis, idis {δελφινὶς} Mensa est poculorum, vt ex Luciano apparet in Lexiphane,vt patuit.

Delphinium {δελφινιον} Herba est florem habens purpureum, violæ non dissimilem, sesquipedales ex vna radice surculos emittens, folia autem diuisa & prælonga,quæ Delphinorum effigiem repræsentant, vnde tractum est nomen. ¶ Alterum præterea est Delphinij genus, quod Romani Buccinũ vocant,superiori nõ dissimile, sed ramis longè gracilioribus.Vtriusque meminit Dioscorid.lib.3.cap.70.

DELPHINIVM {δελφινιον} Arx in Chio, & templum Apollinis in Attica.Pollux dicit forum esse iudiciale Athenis ab Ægeo constructum, vbi iudicabatur de his, qui factum non negabant, sed iure factum aiebant. Iudicium in eo primum Thesei factum est,dum interfectos quidẽ à se latrones fateretur,sed iure diceret interfectos.Cæl.Rhod. lib.8.cap.6.

DELPHINIVS {δελφινιος} Portus, sacer dictus, contra quem antiqua iacet Eretria in Eubœa, nauigationem LX. stad.habens. Hæc Strab. libro 9.

¶Delphinius Apollo cognominatus, non quia is in delphina deformatus classi ducem se præstitisset, sed quòd delphinem emiserit, quem consequuti Cretenses Cirrham sint delati. Ex Plutarch. in commentariolo, Terrestria prudentiæ amplius sibi vendicent, an aquatica. Colebatur item Delphinia Diana,vt apud Iul.Polluc.lib.8. obseruauimus. ¶ Fuit & apud Æginetas Delphinius mensis,Apollini Delphinio sacer, quo etiam mense ei sacrificium & rem diuinam faciebant.Cæl.Rhod.lib.8.cap.6.

DELPHVSA{δελφουσα}Fons est insignis apud Delphos. ¶Delphusia verò vrbs Arcadiæ est.Vtriusque meminit Strephan.lib.8.cap.6.

DELTA {δελτα} Ægypti insula in Nilo, non longè ab Alexand. ita dicta,quòd literæ Græcæ Δ imaginem referat.Hirt.lib.4.bel.Ciuil. ¶Est item Deltæ nomen vrbis,non procul à Syria,teste Stephano.

DELTA, Regio quædam est apud Argiuos hoc nomine, in qua Dianæ cognomento σκοτιᾶς sacellum visitur, quod Hypermnestra condidit, quum in iudicio patrem reiecisset, à quo illi facessebatur negotium, quòd Lynceo pepercisset, extra quàm proposuisset is. Vide Rhodig. lib.11.cap.26.

Deltoides {δελτοειδὴς} Medicis dicitur musculus in brachio, ea in parte quam brachij caput ambit, qua iam etiam totius manus initium est. Nominatur autem sic quòd Δ. literæ Græcorum figuram quodammodo repræsentet.Galen.lib.3.de anatom.administ.

DELTOTON, penult. prod. {δελτωτὸν} Cic. in Arato, Andromedæ signum,Deltoton dicere Graij Quod soliti, simili quia forma littera claret. Vide Hyginum lib.2.& 3.commentarios quoque in Aratum.

Delubrum,delubri, penult.prod. {τεμενος} Locus in quo dei simulacrum dedicatum est. Plin.lib.13. cap.16, Præcipuam autem esse eam arborem circa Ammonis delubrum. Cicero 1.de Nat.deor. Virgil. 2.Æneid.

Delubrum, inquit Festus, dicebant fustem delibratum,hoc est decorticatum,quem venerabantur pro deo.

Delubrum, Locus ante aras, dictus à deluendo. religio enim sacrificij apud antiquos exigebat, vt ante sacrum, sacrificulus manus abluerer.

Delubrum dictum, inquit Seruius, quòd vno tecto plura complectitur numina:vt est Capitolium,in quo est Minerua,Iupiter,Iuno.

Aræ & delubra dei alicuius. Cic. 3. de Nat. deor. An hæc quoque dea est? Vidimus enim eius aras delubráque in Græcia.

Pro deorum templis atque delubris certamen.Cicero 3.de Natura deorum,Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen,& pro deorum templis atque delubris.

Alta deorum delubra.Virg 4.Georg.

Alta superûm delubra vaporant.Stat.lib.5.Thebaid.

Delubra sanctissimis religionibus conferata. Cic.2.Verr.Neque hoc solùm in statuis publicis,ornamentísque fecit,sed etiam delubra omnia sanctissimis religionibus consecrata depeculatus est.

Decora deûm delubra.Lucret.lib.2,

Nam sæpe ante deûm vitulus delubra decora

Thuricremas propter mactatus concidit aras.

Ditia delubra donis.Ouid.2.Metam.

Religiosissima delubra. Cic.1. Verr. Quòd eorum simulacra sanctissimá C.Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.

Sancta deûm delubra.Lucret.lib.6.

Summa.Virg.2.Æneidos,

At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt.

Musarum delubra colere.Cic. pro Archia.

Delúctor,delúctaris {παλαίω} deluctari,Idem quod luctari significat. Plautus Persa, 2, Cum auibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mauelim.

Deluctó,delúctas,Actiuum. Plaut.Trin.12, Quibus ærumnis deluctaui,filio dum diuitias quæro?

Delúdo,deludis,penult.prod.delusi,delusum,penult.prod. {παιπαλίζω} deludere,Deridere,& decipere. Terent. Adelph.1.2, Vbi vis facilius passus sim,quàm in hac re me deludier. Cic.de Lege Agrar. Deludi vosmetipsos diutius à Trib.plebis patiemini?

Deludere dolis.Terent.And.3.4.

Terra deludet arantes.Propert.lib.2.eleg.16.

Guttur delusum inani cibo.Ouid.8.Metam.

¶Delusisse etiam dicũtur gladiatores,quum,vt in digladiando fit, aliquod membrum luxarunt aut læserunt,vt iam ludere non possint: aut quum causarij facti sunt, vt interquiescere cogantur, nec spectaculũ sui dare possint. Plinius,Luxatis potus medetur.vt licet videre gladiatores,quum deluerunt,hac iuuari potione. Turnebus.

Delúdificor, penult. corr. deludificaris {παιπαλίζω} deludificari, Idem quod deludere. Plaut.Mostel.14,Deludificatus est me hodie in perpetuum modum.

DELVENTINVS, Deus peculiaris Crustumenis fuit, quem vt patrium deum coluisse ferunt,ne quando hostili vastarentur incursu. Vide Alex.Genial.dier.lib.6.cap.4. & Cæl.Rhod.lib.22.cap.3.

Deluit, soluit,inquit Festus,à Græco διαλύειν.

Delúmbo,delumbas {λοπαρίζω} delumbare, Lumbos extrahere, debilitare. Plinius lib.28. cap.4, Hoc sæpe delumbata quadrupede approbarur.

Delumbatæ radices. Plin.lib.19. cap.6, Nunc sarculo leuiter conuelluntur radices,vt delumbatæ alant,neque distrahant.

¶Delumbare sententias,per translationem. Cic.in Orat.Nec minutos numeros sequens concidat, delumbétque sententias. Id est eneruet, decurtétque.

Delumbis, & hoc delumbe,Quod lumbis caret: & ideo debile.in lumbis enim,corporis virtus sita est. Plin.lib.10.c.33,Perdix prægrauem aut delumbem se se simulans.

Delumbis.Mollis & effœminatus.Pers.sat.1,

-summa delumbe saliua Hoc natat in labris.

Delúo,deluis,delui, delutum, penult.prod. {λοπαίω} deluere, Depurgare & diligenter lauare. Cato, cap. 116, Laserpitium aceto deluito. Alij legunt diluito.

Deluere, Madefaciendo aliquid delere. Varro, Obortæque inter

Demandare alicui curam alicuius rei. Liuius 8. ab Vrbe, Curam eorum nominatim Legatis Tribunisque & Præfectis demandabat. Idem 1.ab Vrbe.

Demandare curæ alicuius aliquid. Liu.5.ab Vrbe.

Demandare vicem suam alicui. Suetonius in Caligula, capite 41, Et cuidam proximo collusori demandata vice sua, progressus in atrium domus, quum præterenntes duos Equites Romanos locupletes sine mora corripi confiscarique iussisset,exultans redit,gloriánsque nunquam se prosperiore alea vsum. *Apres qu'il eut baillé son ieu à iouer,&c.*

Demano, demanas, pen. prod. {καταῤῥέω} demanare, Idem quod manare.Catul.epig.48,

Lingua sed torpet,tenueis sub artus

Flamma demanat sonitu suopte

Tinniunt aures,gemina teguntur

Lumina nocte.

DEMARATHVS, Lacedæmoniorum dux, quum exularet apud Athenienses, bellíque contra patriam cerneret apparatum, plus se debere patriæ, quàm Athenienssibus exist mans, clàm Lacedæmonios certiores fecit. ¶Fuit & Demarathus, Tarquinij superbi pater, qui Corintho in Hetruriam se recepit, quòd Cypsellum tyrannum ferre non posset, vt scribit Cicero Tusculan. Quæst. libro 5. Hunc Demarathum vixisse temporibus Philippi Macedonis, author est Plutarchus in vita Alexandri. Vide apud Liu.1.Decad.lib.1.

Demarchus, Princeps populi, aut Tribunus plebis dicitur. Spartianus in vita Adriani, Fuit Demarchus in patria sua, Athenis archon. Aristophan. interp. Demarchi, inquit, scribebant in diariis eorum nomina, qui Reipublicæ aliquid debebant: libellos item lexiarchicos penes se seruabant, populúmque ad leges accipiendas conuocabant.

Demaretium numisma {δημαρέτιον νόμισμα} Numisma est à Gelone Acragantinorum tyranno ex Demaretæ vxoris mundo muliebri cusum apud Siculos,vti à Pindaricis interpretibus relatum est.

DEMEA, Demeæ, Persona est apud Terentium in Adelphis, dura ac rustica. Vide Demeæ homines rustici,duri & asperi dicti sunt.

Demeaculum,Vide DEMEO,demeas.

Dememini, apud Martialem legitur pro obliuiscor. Sic enim habet ille libro 2,

Ipse iubet mortis dememinisse Deus. Sed quoniam hoc verbum alibi non legitur, non desunt qui hoc in loco malint legere, Te memminisse.

Demens, dementis, omnis generis {παράφρων, παράνους} Sine mente, insanus. Terent.And.3,

Quid hoc? adeóne est demens ex peregrina?

Dementior, comparatiuum. Cic. in Pisonem, Ego te non vecordem,non furiosum,non mente captum,non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem qui sis ausus,&c.

Inconsyderatissima ac dementissima temeritas. Cicero de Arusp. respond.

Scelere demens. Cic.3. in Catil. Tum ille subito scelere demens quanta conscientiæ vis esset,ostendit.

¶Demens,Improuidus.Qui non consyderat. Virgil.6.Æneidos,

Sed tum fortè caua dum personat æquora concha

Demens,& cantu vocat in certamina diuos.

Orestis actus demens.Horat.2.Serm.satyr.3.

¶Animus demens.Seneca Hippol.2.

Cura.Valer.6 Argonaut.

Discordia.Virgil.6.Æneid.

Furor.Propert.lib.1.eleg.12,

Tantus erat demens inter verasque furor.

Impetus.Seneca Hercule furente,11,

Magni tamen compesce dementem imperum.

Otium,Plin.lib.2.cap.23,Nec vt mensura(id enim velle, penè dementis otij est)sed vt tantum,&c.

Timidum dementia somnia terrent.Propert.lib 3.eleg.8.

Strepitus.Horat.3.Carm.ode 19,

-audiat inuidus Dementem strepitum Lycus.

Dementia,huius dementiæ {παράνοια,παραφροσύνη.} Cic 3.Tusculan. Nec minus illud acutè,quòd animi affectionem lumine mentis carẽtem, nominauerunt amentiam,eandémque dementiam.

Aspera dementia.Propert.lib 2.eleg.6.

Popularis turbulentáque dementia ciuium perditorum. Cic. in Bruto.

Robusta vetúsque dementia.Claud.de bello Gildonico. Dementiam vocat hoc loco furorem & insaniam bellorum.

Dementia deprauatus. Cic. 4. in Catil. Qui autem ex numero ciuium dementia aliqua deprauati, hostes patriæ semel esse cœperunt,&c.

Quæ te dementia cœpit? Virgil.eclog.6.

Soluere aliquem dementia.Horat.Epod.ode 17.

Dementia operæ. Plin.lib.17. cap.5. ad finem, Terram enim terra emẽdari(vt aliqui præcipiunt)super tenuem pingui iniecta, aut gracili bibulâque super humidam ac præpinguem, dementia operæ est.

Dementio,dementis {παραφρονῶ} dementire,Insanire,delirare,de mente exire. Lucret. lib. 3, Sæpe animus dementit enim,deliráque fatur. Alij legunt,dementia enim.

Demento,dementas {παραφρονῶμαι} dementare,Idem. Apuleius in Magia,Confessa est sese mea Magia in amorem inductam dementare.

Dementer, Aduerbium {ἀλόγιστως} Insané. Cic. in Catil. Tanta res tam dementer credita.

Vti dementer amoribus.Ouid.4.Metam.

Demensum,Vide DEMETIOR.

Demeo, demeas {χέζω} demeare, Deorsum penetrare,descendere. Apuleius,Quæ suis pedibus ad tartarum demeare cogeretur.

Demeaculum, Descensio ad loca subterranea. Apuleius lib.6, Et illuminarum Proserpinæ nuptiarum demeacula.

Demereo, demeres, pen.corr.demerui, demeritum {καταθύομαι τοῖς ἱεροῖς} demerẽre, Lucrari. Gel.lib.1.cap.8, Lais Corinthia, ob elegantiam,venustatémque formæ,grandem pecuniam demerebat. Plaut. Pseud.20, Quid mercedis petasius hodie domino demeret?

Demereor, demereris,penul.prod.demeritus sum {χαρίζω} demerẽri, significat merito aliquo sibi alios constringere, inquit Valla in Raudensem.& accusatiuo iungitur. vt Ouid.Heroidum,epist.2,

Crimine te potui demeruisse meo. Plaut.Mostel.9,

Nec qui esca vna sibi me demeruerit magis.

Demereri aliquem. Quintil. lib. 9. cap.1. Et Gel.lib. 1, Demerebat grandem pecuniam.

Cuitu demereri deos.Ouid.ad Liuiam.

Pleniori obsequio amantissimos sui demereri. Quintil.in procem. libri 1.

Demereri beneficio ciuitatem. Liu.3.ab Vrbe.

Demereri amœnitate aliqua vxorem.Columel.lib.1. cap.4, Iucundius vtique viro si etiam matrona comitabitur, cuius vt sexus, ita animus est delicatior:quamobrem amœnitate aliqua demerenda erit, quo patientius moretur cum viro.

Demergo, demergis, demersi, demersum {καταπονῶ} demergere, Idem quod mergere,vel immergere,& aqua obruere. vt Demergere naugia dicuntur loligines pisces. Plin.lib.32.cap.2.

Obscœnam Ponto demergite puppim.Ouid.epist.5.

Demergit caput cornix per littora.Cic.1.de Diuinat.

Demergere semen. Colum.lib.3.cap.18.

Demersi in aqua,demersus in palude.Cic.3.de Finib.

Demersa in profundo veritas.Cic.1.Acad.

In vndis demersus.Ouid.14.Metam.

Domus demersa exitio. Horat. 1. Carm. ode 16. Hoc est,deiecta hiatu telluris. Acron.

¶Demersus ære alieno. Liu.2.ab Vrbe,Totam plebem ære alieno demersam esse:nec fisti posse,ni omnibus consulatur:quin si alia aliorum sit conditio,accedi magis discordiam,quàm sedari.

Patriam demersam extuli.Cic.pro Sylla.

Animus ex altissimo domicilio depressus & quasi demersus in terram.Cic.de Senect.

Demersæ leges opibus. Cic. 2. Offic. Quanuis enim demersæ sint leges alicuius opibus,quanuis timefacta libertas,&c.

DEMETER {δημήτηρ} pen.prod.dicta est Ceres, quasi Gemeter,id est terræ mater. Hinc apud Galen. lib.2.de Alim. legimus,Demetria signa.Id est. Cerealia,& frumentaria.

Demetior, demetiris, penult. prod. demensus, vel demetitus sum {διαμετρῶ} demetiri, Diligenter & quadam ratione metiri. Vide DIMETIOR.

Demetitus,penul.prod.actiuè & passiuè accipitur. Cicero 2. de Natura deorum, Atque ita demetita signa sunt, vt in tantis descriptionibus diuina solertia appareat. Ibidem,Eorum enim cursus demetiti,maturitates temporum,& varietates,mutationésque cognouimus.

Demensus, Participium {διαμετρητὸς} Mensuratus & æquatus. Plautus Menæch.2,Nunc argentum vobis demẽsum dabo. Cic.in Orat.Qui non insidus, sed apertè ac palam elaboratur, vt verba verbis quasi demensa & paria respondeant.

Demensum,Substantiuum {ἀπομέτρημα.} Terent.Phorm.1.1,

Quod ille vnciatim vix de demensso suo

Suum defrudans genium comparsit miser,&c. Vbi Donatus, Serui quaternos modios accipiebant frumenti in mensemve id demensum dicebatur. Et verum à mense,an à metiendo,incertum est.

Demeto, dementis, pen.corr.demessui, demessum {θερίζω} demetere,Idem quod metere. Columel.lib.7,Illud deinceps præcipiendum habeto,vt demessis segetibus iam in area futuro semini consulamus.

Catullus,Sole sub ardenti flauentia demetit arua.

Demetere flores.Colum.lib.10,

Et vos agrestes duro qui pollice molles

Demetitis flores.

Flos demessus virgineo pollice.Virgil,11.Æneid.

Ferro demetere aliquid.Horat.1.Serm.satyr.2.

¶Demetere ac percipere fructus. Cic. 2. de Nat. deor. Idem de Senect. Reliqua autem tempora demetendis frugibus ac percipiendis accommodata sunt.

Esse demetere aliquem.Valer.3.Argon.

Demetria, numero plurali {δημήτρεια} Ludi Athenis in gratiam Demetrij Poliorcetæ, vt ἀλαζόνες instituti, qui quotes actitabantur in proscœnio,Demetrij nomen inscribi solebat.

DEMETRIAS, Vulgo *Demitriada*, Thessaliæ oppidũ est, quod prius Pagasa dicebatur. Author Plin.lib.4. cap.8. Stephanus à Demetrio rege dictam putat, qui ea in ora regnauit, & ciuitates,quotquot sub Pelio erant, euertit. Idem alteram eiusdem nominis vrbem in Macedonia collocat,& terriam in Perside iuxta Arbelum.

Demetrias, demetriadis {δημητριὰς} Tricesimus mensis apud Athenienses, dictus aliquando fuit à Demetrio Macedone, vt scribit Polemon.

DEMETRIVM {δημήτριον} Locus in finibus Thessaliæ, circa campum Crocotum, & Amphrysum fluuium. ¶Est præterea eiusdem nominis ciuitas in Æolide,teste Stephano.

DEMETRIVS, Antigoni Macedoniæ regis filius, cognomento Poliorceres. Hic post Alexandrum præter alios Macedonas nomine ac virtute clarus, transmisso Euphrate, Babyloniam occupauit. Athenas Cassandri, Ptolemæique imperio liberauit: Cyprum, victo Ptolemæo, bello nauali recepit: Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliæ repressit. Postremò quum bellum aduersus Antiochum suscepisset, infeliciter pugnans,in eius potestatem venit: Chersonesúque ab eo custodiæ traditus est, permisso tamen ei regio sumptu mollique victu, venationibus, omnibúsque voluptatibus: quibus ille vsus,minimum de salute anxius,in morbum ob incontinentiam incidit, ex quo periit. Cum M. Antonio comparatur à Plutarcho in Parallelis. ¶Demetrius item Phalereus, Theophrasti auditor, de

quo abundè Cicero in Bruto, Hic primus inflexit orationem, eámque mollem tenerámque reddidit: & suauis sicuti fuit, videri maluit, quàm grauis, &c. ¶Demetrius alius, præter dictos, Syrus, Ciceronis præceptor, vt scripsit ipse in Bruto, Eodem tempore (inquit) Athenis apud Demetrium Syrum veterem, & non ignobilem dicendi magistrum, exerceri solebam. ¶Fuit præterea Demetrius, Pompei libertus, qui ex sanguine Quiritium, & proscriptionum licentia, cum pluribus aliis suæ conditionis hominibus, ditatus est, vt refert Plin. lib. 36. cap. 18.

Demigro, demigras, pen. corr. {μετοικίζω} demigrare, Est (inquit Valla libro 5.) domicilium mutare, & alió se ad habitandum conferre. Cic. 1. Tuscul. Verat enim dominans ille in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare.

Demigrare ex campestribus vicis agrísque. Liuius libro 8. belli Maced.

Loco. Plaut. Amphit. 4,

Animum amittunt prius quàm loco demigrent.

Ex agris in vrbem. Liu. 1. ab Vrbe.

Ex oppido, & aras ac focos relinquere. Cic. in Pisonem.

De oppidis. Cæs. 4. bel. Gal.

In loca quædam propter bonitatem. Cic. de Lege Agrar.

¶Demigrare, per translationem: vt Demigrare ex vita, pro mori. Cic. pro C. Rabirio, Fortissimorum ciuium mentes quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem & sanctimoniam demigrasse, testor, me, &c.

Demigrare de statu suo. Cic. ad Atticum, lib. 4.

Ab improbis. Cicero in Paradoxis, Mortémne mihi minitaris, vt omnino ab hominibus: an exilium, vt ab improbis demigrandum sit?

Demigratio, demigrationis, Verbale. Æmylius Probus in Miltiade, Quum magnus numerus esset, & multi eius demigrationis peterent societatem.

Deminuo, deminuis, deminui, deminutum, pen. prod. {ὑπομείω} deminuere, Idem quod diminuere. Plaut. Trucul. 11, Iam de hoc obsonio de mina deminui modò quinque nummos. Sed antiquum est. Vide DIMINVO.

Deminutus capite appellatur, qui ciuitate mutatus est: & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui liber alteri mancipio datus est: & qui in hostium potestatem venit: & cui aqua, ignísque interdictum est. Festus.

Demiror, penult. prod. demirari {ὑπερθαυμάζω} demirari, Valde mirari. Terent. Heaut. 2. 3,

At hoc demiror, qui tam facilè potueris

Persuadere illi. Plin. lib. 31. cap. 6, Homerum calidorum fontium mentionem non fecisse demiror.

¶Demirari, pro Nescire: nam admirationem, inquit Donatus, ignorantia facit. Terent. Phorm. 2. 1,

-quid mihi dicent? aut quam causam reperient? Demiror.

Demissè, Demissio, Demissus, Vide DEMITTO.

Demitigo, demitigas, pen. corr. {καταπραΰνω} demitigare, Idem quod mitigare. Cic. Attico, lib. 1, Nosmetipsi, qui Lycurge à principio fuissemus, quotidie demitigamur.

Demitto, demittis, demisi, pen. prod. demissum {καθίημι, καταπέμπω} demittere, Deorsum mittere. Sallust. lib. 3. Histor. Cum machinis strepitu demissum victoriæ simulacrum coronam capiti imponebant. Virgilius, Cælo demittitur alto.

Demittere in. Columel. lib. 12. cap. 6, Vbi dulcem caseum demiseris in eam.

Demittere equum in flumen. Cic. 1. de Diuinat.

¶Demittere, Defodere. Virgil. 2. Georgicorum,

-altéque iubebis

In solido puteum demitti, &c. Plin. libro 14. cap. 21, Imbecilla vina demissis in terram doliis seruanda, valida exponitis.

¶Robora demittere ferro, Est cædere arbores. Valerius libro 1. Argonaut.

¶In adulationem demitti. Tacit. lib. 15, At in Senatu cúctis vt cuique plurimum mœroris, in adulationem demissus, &c.

¶In aluum demittere. Ouid. 8. Metamorphoseos,

Plúsque cupit, quò plura suam demittit in aluum.

Per aurem demissa, Id est audita. Horat. in Arte.

Demittere in carcerem. Liu. 4. bel. Maced. In inferiorem demissus carcerem est, necatúsque.

In casum aliquem. Plancus Senatui, lib. epist. fam. 10. 8, Quum in eum casum me fortuna demisisset.

Se in casum. Cic. ad Attic. lib. 7.

Censum in viscera. Ouid. 8. Metamorphoseos,

-tandem demisso in viscera censu,

Filia restabat, &c.

Corpora morti. Ouid. 3. Metam.

Corpus à ceruicibus. Author ad Heren. lib. 3.

Ensem in armos. Ouid. 12. Metam.

Equites in campum inferiorem. Liu. 7. bel. Pun. In hunc inferiorem cápum posteriore de Asdrubal, &c. equites Numidas, leuiúmque armorum Baleares & Afros demisit.

Ferrum in artus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.

Fistulam in iter vrinæ demittere, est quod vulgò chirurgi dicunt, *syringam vel ârgaliam immittere*. Celsus lib. 7. cap. 26, Medicus autem à dexro latere sinistra quidem manu colem masculi continere, dextra verò fistulam demittere in iter vrinæ debet.

Gladium in ima ilia. Ouid. 12. Metam.

Imbrem cælo. Virgil. 1. Georg.

Insontem neci. Virgil. 2. Æneid.

Lacrymas demisit. Virgil. 6. Æneid.

Letho aliquem. Valer. 7. Argon.

Nomen demissum à magno Iulo. Virg. 1. Æneid.

Oculos. Ouid. 15. Metam.

Orco demissus. Horat. 1. Carm. ode 28,

-habéntque

Tartara Panthoiden iterum Orco

Demissum.

¶Aliquid in pectus. Sallust. in Iugurtha, Postremò hoc in pectus tuum demitte, nunquam Pop. Rom. beneficiis victum esse: nam bellum quid valeat, tute scis.

In pectora & animos vocem. Liuius libro 4. belli Macedonici, Vt eas voces, velut oraculo missas, in pectora, animósque demitterent.

Metu vultum. Ouid. 7. Metam.

Ad minora me demittere non recusabo. Quintilian. in proœmio libri 1.

¶Animum. Cic. 1. de Inuent. Qua oratione habita grauiter & sententiosè, maximè demittitur animus hominum, & ad misericordiam comparatur.

Contrahere, & demittere animum. Cicero ad Q. fratrem, libro 1. 1, Quapropter hoc te primùm rogo, ne contrahas aut demittas animum.

Demitti & contrahi animo. Cic. 4. Tuscul. Est igitur ægritudo, opinio recens mali præsentis, in quo demitti, contrahíque animo, rectum esse videatur.

Debilitari, & animos demittere. Cic. 5. de Finib. Si vincunt, efferúnt se lætitia: victi debilitantur, animósque demittunt.

Demittere mentes. Virgil. lib. 12, Demittunt mentes: it scissa veste Latinus. Id est, desperant: sicut econtrà, Sperantes aliquid, erigunt mentes. Seruius.

Demissus somno. Propert. lib. 2. eleg. 30,

Talis visa mihi somno demissa recenti.

Vim dicendi tantis comparatam laboribus ad vnum auditorem demittere, est quædam tacita dedignatio. Quintilianus libro 1. capite 2.

¶Demittere librum dicitur vlmus à Columella, lib. 5. cap. 6.

Demissus, Participium {κατεσταλμένος} siue nomen ex Participio. Plinius libro vndecimo, capite 37, Tum siquidem inferiore labro demisso, ad, &c.

Demissæ aures. Virgil. 3. Georgicorum,

-demissæ aures incertus ibidem Sudor.

Capilli. Ouid. epist. 10.

Caput. Catul. epig. 83.

Demisso capite. Cic. pro Cluentio, At C. Fabritius à subselliis demisso capite discesserat.

Genus demissum ab Ænea. Horatius 2. Serm. satyr. 5. Id est deductum.

Demissis humeris virgo. Terent. Eunuch. 2. 3. Vbi Donatus, Antiqui Græci etiam virginibus suis præbebant palæstram ad componenda corpora. vel, Demissis humeris, liquidè & molliter deductis, neque extantibus alæ in modum.

Demissis labiis homo. Terent. Eunuch. 2. 3.

Læna demissa ex humeris. Virgil. 4. Æneid.

Demissa & palustria loca. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Demissis manibus fugere domum. Plaut. Epid. 10.

Pallia demissa. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.

Demissa vsque ad talos purpura. Cicero pro Cluentio. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Demissiores ripæ. Plin. Iunior epist. lib. 7.

Vestis. Horat. 1. Serm. satyr. 2.

Voce demissa loqui. Virgil. 3. Æneid. Id est humili. Seruius.

¶Demissus animus, Abiectus. Cic. pro Fonteio, Versari animo demisso, atque humili, vt solent ij, qui affecti iniuriis, ad opem iudicum supplices, inferiore fortúnæque confugium?

Demissior animus. Liu. 4. ab Vrbe.

Fracto ac demisso animo esse. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.

Animum demissum & oppressum erigere. Cic. pro Cluentio.

Humilis & demissus, cui repugnat Alacer & lætus. Cic. 2. Verr. Quum iste repentè ex alacri atque læto sic erat humilis atque demissus, vt non modò Populo Rom. sed etiam sibi ipse condemnatus videretur.

Mœrens, demissus & afflictus. Cic. pro Sylla.

Tristis & demissus. Cic. pro Murena, Videsne tu illum tristem demissum? iacet, diffidit, abiecit hastas.

Homo demissus. Horat. 1. Serm. satyr. 3. Id est vilis & ignauus.

Probus, demissus, non acer, non pertinax, non litigiosus. Cic. 3. de Oratore.

Demissio, Verbale {καταστολή.} Cic. 3. Tuscul. Verisimile est igitur, in quem cadit ægritudo, cadere in eundem timorem & infractionem quandam animi, & demissionem.

Demissè, Aduerbium {καταπεπλῆχθαι.} vt Volare demissius. Ouid. 3. Trist. elegia 4.

Demississimè atque subiectissimè aliquid exponere. Cæsar 1. belli Ciuilis, Hæc quàm potest demississimè atque subiectissimè exponit.

Suppliciter demisséque respondere. Cicero pro Flacco. & pro Domo sua.

Suppliciter ac demissè gratias agere. Brutus ad Ciceronem, 16.

Humiliter, demisséque sentire. Cic. 5. Tuscul. Non est ausus elatè & amplè loqui, quum humiliter demisséque sentiret.

Demium, Gemma est à pinguedine dicta. Græci enim δυσὶν pinguem dicunt: quo vocabulo Homerus frequenter vtitur, à quo δύμιον gemma appellata. Nec fuit in vsu antiquorum gemma vlla frequentior, vt Menandri fabulæ testantur. Plin. lib. 37. cap. 7, In India trium generum, rubrum, & quod demium vocant à pinguedine, tertium quod argenteis bracteis sublinitur.

Demiurgus {δημιοῦργος} Magistratus nomen apud Græcos. Liuius 2. bel. Maced. Tum inter magistratus gentis (Demiurgos vocant, decem numero creantur) certamen nihilo segnius, quàm inter multitudinem

tudinem esse. Ibidem, libro 8, Demiurgis ciuitatum qui summus est magistratus, Ægium euocantibus, &c. In nonnullis codicibus legitur Damiurgus. ¶Demiurgus item Græcis opificem, seu artificem sonat. ¶Item hoc nomine dicebatur mulier in nuptiis dulciariorum bellatiorúmque apparatrix, quæque sponsum lauabat, & in nuptiis sacra parabat.

Demo, demis, dempsi, demptum {ἀφαιρέω, ἐξαίρω} demere, Detrahere. Terent. Eunuch. 4. 1, Inde aurum mulier sibi clàm demit. Cic. 3. de Natura deorum, Idémque Æsculapij Epidauri barbam auream demi iussit.

Addere & Demere, contraria. Cic. 4. Acad. Quum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.

Demere de re aliqua. Plautus Trinum. 6. Liuius 7. ab Vrbe, Æquè impotens postulatum fuit, vt de stipendio equitum æra dementur.

De capite demere. Cicero 5. Verr. Demit de capite medimna sexcenta.

Ex esse demere. Cels. lib. 8. cap. 4, His ita succurrendum est, vt tamen quàm minimum ex esse demat.

Minutatim & gradatim aliquid demere. Cic. 4. Acad.

Capita aliquorum demere. Cicero de Petitione Consul. Nam illis quos meminimus Gallis, qui tantum Titinium, ac Nanniorum, ac Tanusiorum capita demebant, Sylla vnum Catilinam præfecerat.

Demere soleas. Plaut. Trucul. 8,

Iam redit animus: deme soleas, cedo vinum.

Vngues. Plaut. Aulul. 9.

¶Demere & Tribuere, contraria. Lucret. lib. 1,

Posse eadem demptis paucis, paucísque tributis.

Amores. Ouid. 2. de Remed. amor.

Authoritatem pecuniæ. Sallust. in Oratione ad Cæsarem, de Republica ordinanda, Ergo in primis authoritatem pecuniæ demito: neque de capite, neque de honore ex copiis quisquam magis aut minus iudicauerit.

Cibo aliquid. Cels. lib. 1. cap. 3, At verè paululum cibo demendum, adiiciendúmque potioni. Id est, verè non tantum cibi capiendum, sed paulo liberalius bibendum est. Idem libro 6. cap. 5, Demere aliquid ex cibo.

Commoda. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.

Curam & solicitudinem. Liu. 1. bel. Maced.

Dolorem. Lucret. lib. 2.

Fenestras & ostia. Iulianus in l. habitator. D. de rei vendicat. Habitator in aliena ædificia fenestras & ostia imposuit, eadem post annú dominus ædificiorum dempsit.

Fidem demere alicui rei. Ouid. 1. de Remed. amoris,

Deme veneficiis, carminibúsque fidem.

Demere fidem fabulis. Suetonius de Claris Orat. Sæpe fabulis fidem firmare, aut demere.

Vero quoque & honesto fidem dempsit. Tacit. lib. 4.

Honorem alicui demere. Ouid. 13. Metam.

Demere ignominiam. Liuius 2. ab Vrbe, Hæc mouerunt Veientes, ac pro se quisque Romano saltem duce ignominias demendas, bellóque amissa reperenda minaciter ferunt.

Iuga equis. Ouid. 4. Fast.

Aliquid laudi. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8.

Metum. Tacit. lib. 18, Sibi quisque consuluere, donec missæ à Fabio Valente epistolæ demerent metum.

Mœrorem è pectore. Lucret. lib. 3.

Molestias. Terent. Adelph. 5. 3.

Lacrymis demenda mora est. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.

Odorem vini deteriorem. Cato cap. 110.

Otia. Stat. 1. Sylu. 2.

Solicitudinem. Tacit. lib. 18.

Nubem supercilio demere. Horat. 1. epist. 19. Hoc est, non tristem, & nimis seuerum se præbere. Porphyr.

Vitio aliquid. Cels. lib. 5. cap. vlt. de virilibus speciebus.

Demptus, Participium {ἐξαιρεθείς.} Plin. lib. 15. cap. 17, Demptis forcipe corruptioribus acinis.

Pomum arbore demptum. Ouid. 11. Metam.

Carere aliqua re fine dempto. Ouid. epist. 1,

Vtque mihi dempto fine carendus abest.

Aliquid agere dempto metu. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Paulatímque metu dempto, nunc pectora præbet

Virginea palpanda manu.

Referre nouam faciem dempta pelle. Tibul. lib. 1. eleg. 8.

Dempta æternitate, nihilo beatior Iupiter quàm Epicurus. Cic. 1. de Finib.

DEMOCEDES, pen. corr. Crotoniata medicus illustris, qui quum inter Darij captiuos esset, & Darius ipse ob inuersum pedem grauiter ægrotaret, ita vt iam septem noctes insomnis exegisset: nec à medicis suis vel parum iuuaretur: ductus in medium Democedes, vinctus compedibus, Darium penitus liberauit: & deinde maximo in honore apud regem & Persas omnes habitus est. Author Herodotus lib. 4.

DEMOCHARES, penult. corr. Orator Athenienfis, Demosthenis ex sorore nepos, missus cum aliis ad Philippum regem legatus, expositis mandatis, petenti regi quid gratum Athenienfibus facere posset, respondit, Suspende te. Indignantibus ob eam rem cæteris, rex demisit incolumem: Vos (inquiens) cæteri renuntiate Athenienfibus, quos censeant superiores, qui talia dicunt, an qui audiunt patienter. Hæc Seneca libro 3. de Ira. Hic etiam historiam earum rerum quæ gestæ erant sua ætate Athenis, non tam historico, quàm oratorio genere conscripsit. Author Cicero in Bruto. Et libro 2. de Oratore.

DEMOCIDES, medicus, qui Polycratem, Samiorum tyrannum, curauit talentis duobus, scripsitque librum de medicina. Suidas.

DEMOCLES, penult. corr. adulator quidam dixit Dionysio tyranno, quòd vitam beatissimam viueret. Tyrannus autem, vt beatitudinem suam illi declararet, induit eum habitu regio, & mensam copiosè paratam ei appositit, sed super caput eius appendit tenui filo gladium districtum. Tunc Democles tyrannicam vitam miseram esse intellexit. Valerius hanc historiam & elegantissimè & copiosissimè describit. Cic. 5. Tuscul. vbi Damoclem vocat vtique per primam vocalem.

DEMOCOON, fuit nothus Priami, qui velocissimos patris equos apud Abydum custodiebat. huc Vlysses in bello interemit, vt est apud Homer. lib. Iliad. 4.

¶Democoon Megaræ filius, ab Hercule furore percito, vnà cum matre Megara, tribúsque aliis fratribus, quorum hæc sunt nomina, Onites, Theremachus, Democoon, Creontiades, interemptus. Quanquam octo perfossos canit Pindarus: aliis adiicientibus duos etiamnum Iphicli fratris. Vide Cælium Rhodiginum, libro 6. capite 7.

Democopi {δημοπότης} Idem quod Demagogi, nisi quòd hi concionibus, illi verò legibus agrariis, ac muneribus gladiatoriis, & spectaculis multitudini lenocinari, & obrepere solent, aut epulum sæpe prębendo. Hinc Democopia, popularitas. Budæus.

Democrates {δημοκράτης} Tarentinorum summus magistratus appellabatur, qui parem regiæ dignitati poreftatem habebat, vitæ necísque imperium tenens, eiusmodi fuit Dictator Romæ. Ex Alex. Genial. dier. lib. 4. cap. 23.

DEMOCRATES, penult. corr. architectus Alexandri, qui Alexandriam metatus est. ¶Fuit & Democrates athleta, qui facto in stadio circulo consistens, à nullo dimoueri poterat. Author Ælianus de varia historia. ¶Fuit & Democrates, medicus, qui testis citatur à Plinio.

Democratia, pen. prod. {δημοκρατία} Principatus populi.

Democratici {δημοκρατικοί} Qui fouent principatum populi, qui sic licet populari instituto viuentes, dignitatem in libertate constituunt: à Latinis vocantur Populares. Oligarchici verò, qui dignitatem partim in censu & facultatibus, partim in generis nobilitate ponentes, paucorum gaudent principatu. Aristocratici autem, qui virtute dignitatem metientes, optimorum fouent statum. Author Budæus in Annot. in Pand. & hi dicuntur à Latinis Optimates.

DEMOCRITVS, penult. corr. {δημόκριτος} Abderites, vt author est Diogenes, Pythagoræ imitator, non tamen auditor: quum duos haberet fratres maiores natu, ab eis discedens hæreditatem suam accepit: quam in pecuniam redactam, breui tempore peregrinando absumpsit. Nam primùm ad Ægypti facerdotes contendit, ab illis Geometriam accepturus. Inde Rubro mari emenso, ad Chaldæos, & (vt quidam volunt) ad Gymnosophistas, in Indiam penetrauit. Postremò Athenas rediit ad Socratem, vbi se gloriatur ignotum omnibus fuisse. Veni (inquit libro 5. Tuscul.) Athenas, neque me ibi quisquam agnouit. Quod dictum refert Cicero vt sapientis viri & gloriam spernentis. Coniugióque iunctus, deinde profectus est Athenas, affirmans se breui reuersurum. Quod quum non faceret, Phyllis impatientia amoris se laqueo suspendit, vt est apud Ouidium in epistolis. Vide Plinium libro decimooctauo, capite 28.

Democritus, Physicus ornatè loquutus est. Cic. 1. de Orat.

Studiosus nobilitatis Democritus. Cic. 4. Acad.

A Democrito propter discedi cupiditatem videmus vltimas terras esse peragratas. Quæ qui non vident, nihil vnquam magna cognitione dignum amauerunt. Cic. 5. de Finib.

Democritus vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. Cic. 1. de Nat. deor.

Democritus perpetuo ridens. Iuuenal. satyr. 10,

Perpetuo risu pulmonem agitare solebat

Democritus.

¶Democritus alius fuit Sicyonius, quem non solùm hospitem, sed etiam valde sibi familiarem Cicero scribit Attieno, lib. 13.

Democriteus, Adiectiuum {δημοκρίτειος.} Cicero 2. de Diuinatione, Verum sint sanè ista Democritea vera, quando ea nos extis exquirimus, &c.

DEMODOCVS, penult. corr. fuit citharœdus, quem Homerus libro Odysseæ 8, inducit in cõuiuio Alcinoi regis Phæacum citharam pulsantem & simul canentem, vt est apud Virgilium 1. Æneidos, in conuiuio Didonis, -cithara crinitus Iopas

Personat aurata.

Demœ {δῆμοι} apud Atticos sunt, vt apud nos Pagi. Festus.

DEMOGORGVS, Magus tam excellens, vt præesse Iaruis dictus sit, & illas pro nutu coegisse.

DEMOLCHVS, Syracusanus comicus, Epicarmi medici filius, docuit fabulas XIIII lingua Dorica. Suidas.

Demolior, demoliris, demolitus sum {καταβάλλω, κατασκευάζομαι} demoliri, A mole deductum, significat diruere, deiicere. Cic. 3. Offic.

Demoliti ea quorum altitudo officeret auspiciis.

Parietem muri demoliri. Cassius Cic. lib. 12, 13.

Columnas. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17.

Domum. Cic. Offic. lib. 1.

Parietem. Cic. in Topic.

Robora demolitur. Ouid. 15. Metam.

Statuas. Cic. 4. Verr.

Destruere ac demoliri ius. Liu. 4. bel. Maced. Siquod cuipiam priuatim officiet ius, id destruet, ac demolietur.

¶Demoliri culpâ de se, pro Amoliri. Plaut. Bacch. 6. Id est, se non esse in culpa ostendere.

Demolio, demolis, pen. prod. demolitui, pen. prod. demolitum, demolire. Alphenus in l. Qui insulam. in princ. D. Locat. Dominus insulæ, quia ædificia vitium facere diceret, demolierat eam.

Demolitus, pen. prod. Participium passiuum. Vlpianus in l. Quid tamen. D. Quibus modis vsus fruct. amit. Verumetiam si demolitis æ-

dibus testator alias nouas restituerit.

Demolitio, Verbale {καταβαίνω, καταβολή.} vt Demolitio statuarum. Cic.6.Verr.

Tollere demolitione aditus templorum. Cicero Post Reditum in Senatu.

DEMONAX, fuit Adriani temporibus philosophus, qui nó, vt plerique, solitudinem sectabatur, sed nihil potius habuit, aut putauit inter homines amicitia: omnémque hominem sibi familiarem existimabat: nullum sibi vnquam viaticum præparauit, sed quum esuriret, quam proximam domú aperram videbat, in eam ingrediebatur, & victum ibi quæritabat. Centenarius decessit, elatus publico sumptu. Apud Lucianum. ¶Fuit & alter Demonax, de quo Plin. Transcendit eum amnem (de Iaxarte loquitur) Demonax, Seleuci & Antiochi regum dux, quem maximè sequimur in iis, &c. Vide Plinium libro 6. capite 16.

DEMONESVS {Δημόνησος} Insula est circa Chalcedonem, in qua cyanus lapis, chrysocolla, & aurum inuenitur, si Stephano credimus.

DEMONICA, mulier quæ auri auiditate vrbem Ephesum Brenno duci prodidit, vt est author Plutarchus in Parallelis.

Demonstro, demonstras {δεικνύω, ὑποδείκνυμι, ὑποφαίνω, ἐμφανίζω} demonstrare, Aperté & palàm monstrare. Terent. Heaut. 4.4, Audistin' homo iste modò quam villam demonstrauit? Idé Phorm. 2.1, Aut vbi habitet demonstrarier.

Docere & demonstrare. Cicero 4. Verrina, Legatos mittunt qui eum leges doceant, consuetudinémque omnium annorum demonstrent.

Demonstrare & exponere. Cic. Pæto, lib. 9. 24, Spurina quidem, quum ei rem demonstrassem, & vitam tuam superiorem exposuissem, magnum periculum summæ Reipub. demonstrabat.

Demonstrare & ostendere. Cic. Attic. libro 1.1, Demonstraui hæc Cælio, & illud ostendi, si ipse vnus cum illo contenderet, me ei satisfacturum fuisse.

Demonstrat præceptor aliquid discipulo. Vlp. in l. Sed etsi quencunque. D. ad leg. Aquil. Sutor puero discenti, parum bene facienti quod demonstratum erat, forma calcei ceruicem ita percussit, vt oculus puero persunderetur.

¶Demonstrare, pro Narrare. Cic. 1. de Orat. Etiam illa cognoram & acceperam, antequam de re diceremus, initio conciliandos eorum esse animos qui audirent, deinde rem demonstrandam, postea controuersiam constituendam, tum id quod nos intenderemus confirmandum, &c.

Breuiter demonstrare. Quintil. in Procem. lib. 1.

Se demonstrat incolumem esse non posse. Cic. 3. Verr.

Digito demonstrare. Cic. in Somnio Scip.

Demonstrare iter. Cic. in Catil.

Pli. lib. 8. cap. 4.

¶Demonstrabitur {δεικνύω} Impersonale. Cic. 4. Verr. Tamen vobis alio loco, vt se tota res habeat, quod ad eam ciuitatem attinet, demonstrabitur.

Demonstratus, pen. prod. Participium {δεικνύω, ἐμφανίζω.} vt Demonstratus locus. Cic. 1. de Diuinat.

Demonstratio, Verbale {δεῖξις} Quãdo necessariis & suis caussis res explicatur: quales imprimis sunt demonstrationes geometricæ. Aristoteles censuit demonstrationem esse proprietatis de subiecto per causssam propriam, vt esset risus de homine, si causssa esset vlla. At nullum talis demonstrationis exemplum Aristoteles ipse proferre potuit.

¶Demonstratio rhetoribus est genus causssæ ad laudandum aut vituperandum. Cic. 1. de Inuent. Si deliberatio & demonstratio genera sunt causssarum, non possunt rectè partes alicuius generis causssæ putari.

Demonstratio & significatio. Cic. 3. de Orat. Vniuersam rem & sententiam non demonstratione, sed significatione declarans.

Conuersam demonstrationem habere. Cic. 6. Verr. Hi qui hospites ad ea quæ visenda sunt, ducere solent, & vnumquidque ostendere, quos illi mystagogos vocant, conuersam iam habent demonstrationem suam.

Demonstratio apud Iurisconsl. plerunque rem factam, Cõditio futuram ostendit, l. 1. D. de donat.

Demonstrator, pen. prod. Verbale {δεικτικός.} Columel. lib. 3. cap. 10, Itaque huius rationis demonstratorem magis esse me, quàm inuentorem libenter profiteor. Cic. 2. de Orat.

Demonstratiuus, penultima producta {δεικτικός} Adiectiuum. vt Demonstratiuum genus. Cicero 1. de Inuent. Demonstratium est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem, aut vituperationem.

DEMOPHON, vel Demophoon, filius Thesei & Phedræ, ad Troiam profectus, qui inde rediens, tempestate delatus est in Thraciam: & à Phyllide, loci regina, hospitio exceptus. Hæc Perottus. Vide Phyllidis ad Demophoontem epistolam inter Ouidianas.

DEMOPOLIS, penultima correp. & Neocles, Themistoclis filij, quum apud Athenienses mentionem fecissent legum quæ aduersus exules latæ erant, à paternis inimicis lapidibus obruti sunt. Cæl. capite 12. libri 8.

Demordeo, demordes, demordi, demorsum {δάκνω} demordêre, Morsu decerpere. Plaut. Merc. 2.9, Aut angue demorsa cessauit turgida. Plin. lib. 28. cap. 4, Et è ligno fulgure icto, reiectis post terga manibus demorderi aliquid, & ad dentem qui doleat admoueri, remedio esse produnt.

Demorsus, Participium. Persius satyr. 1,

Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vngues.

Demorior, demoriris, penultima producta, vel demoreris, penultima correpta {θνῄσκω} demori, penult. corr. Eiusdem cum simplici significationis. Columel. lib. 5, Siue enim caput demortuum est, duo induantur statim vimina.

Demoritur ea te, Id est te deperit, & ardet amore tui. Plautus Milit. 1.3.

Demortuus, Participium {θνῄσκω.} Cic. 4. Verr. Nam quum esset ex veterum numero quidam Senator demortuus, & cum, &c.

In demortuorú locum subsortitionem fieri. Suetonius in Cæsare, capite 41.

Demortuæ potationes & cœnæ, per translationem. Plautus Stich, 4.

Demoror, penultima correp. demoraris, demoratus sum {διατρίβω, αἰτιάομαι} demorari, Morari & detinere. Plaut. Epid. 8, Diu me estis demorati. Columella libro 3. capite 2, Prudentis magistri est, eiusdem nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat, studiosos non demorari.

Demorari, Expectare. Virg. 10. Æneidos,

Et tua progenies mortalia demoror arma. Id est expecto, sustineo. Seruius.

Detinere & demorari aliquem. Lentulus Senatui plebíque Romano, lib. 12. 15, Nonnullis etiam ipsi magistratus veniebant in suspicionem, detinuisse nos, & demoratos esse, dum classis Dolabellæ certior fieret de aduentu nostro.

Ne diutius vos demorer. Cic. 2. de Orat.

Sermone longè petito demorari aliquem. Claudianus de bello Getico.

¶Demorari, pro Morari, seu manere, vel commorari. Vlp. in l. 2. §. omnes. D. de iudic. Exceptis legatis, qui licet ibi contraxerint, non compelluntur se Romæ defendere, quandiu legationis causa ibi demorantur. Hinc Gallicè dicimus *Demourer*.

¶Demoratus, passiuè. Gell. lib. 19. cap. 8, Hisque ipsis quæ iam dixi, demoratos vos video, alicui, opinor, negotio destinatos.

¶Demorari, neutrum, pro Tardare. Plaut. Rud. 11, Quid sacerdoti meæ dicam, hic demoratam tandiu?

DEMOSTHENES, pen. corr. {Δημοσθένης} Athenensis, Græcorum oratorum longè princeps: cuius vitam scripsit Plutarchus. ¶Est & Demosthenes, dux Athenensium in bello Peloponnesiaco apud Thucydidem. ¶Fuit & Demosthenes alius, genere Thrax, grammaticus, qui Iliada Homeri, & Hesiodi Theogoniam in prosam orationem conuertit. De Demosthene Athenensi oratore, Cicero 1. de Oratore.

Eloquium ac fama Demosthenis. Iuuen. sat. 10.

Demosthenes vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi. Cic. in Orat.

Demosthenes Platonis audiendi studiosus. Cicero 1. de Orat.

Et ipsum Platonem studiosè lectitauisse & audiuisse dicitur. Cic. de Claris Orat.

DEMOSTRATVS, Scriptoris nomen apud Plin. lib. 37. cap. 6.

Demoueo, demoues, penult. corr. demoui, demotum, penult. prod. demouere, De loco mouere. Terent. Adelphis, 2.1, Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos.

Demouere & Constituere, contraria. Cic. pro Sylla, Ita charus vtrisque est, atque iucundus, vt non alteros demouisse, sed vtrosque constituisse videatur.

Nomen, & effigies priuatis ac publicis locis demouendas censebat. Tacit. lib. 11.

Demotus manu, & actus præceps. Cic. pro Cecinna.

Aluco demoueri. Tacit. lib. 1, Ne Clanis solito aluco demotus in amnem Arnum transferretur.

¶In insulas interdicto igni & aqua, demoti sunt. Tacit. lib. 5.

Demouere aliquem de sententia. Plaut. Persa, 10,

Dicat quod quisque vult, ego de hac sententia

Non demouebor.

Nec terrore, aut minis demouentur. Tacit. lib. 20.

Cura rerum Pallantem demouet. Tacit. lib. 17.

Demoueri ex recto. Cic. 4. de Fin. Quibus in locis multo melius fortassis legeretur dimoueri.

Demouere gradu. Liu. 6. ab Vrbe. Quantúmque Romana se inuexit acies, tantum hostes gradu demoti.

Sed Tiberius demouerat Syria Creticum Syllanum. Tacitus libro 2.

Seueros tribunos demouere. Tacit. lib. 2.

Si priorem ætate, etiam labefactum demouisset. Tacit. lib. 4.

Demptus, Vide DEMO.

Demugio, demugis, pen. prod. demugiui {μυχάομαι} demugire, Mugitu implere. Ouid. 11. Metamorphoseos,

-sed omne

Vulnerat armentum, sternítque hostiliter omnes. Et paulo pòst,

-sanguine littus

Vndáque prima rubet, demugitæque paludes.

Demulceo, demulces, demulsi, demulsum {μειλίσσω, κατακηλέω, κατηρεμίζω, παραπείθω} demulcêre. Valde vel leniter mulcere: vt solet fieri catellis quum manibus atrectantur. Ideò & pro delinire ponitur. Terent. Heaut. 4.5, -non possum pati Quin tibi caput demulceam. Liu. 9. ab Vrbe, Ne nihil remissum dicatis, remitto, ne vtique deorsum demulceatis quum ex equis descendetis.

Demulcere aures. Lactant. Et tamen videmus in aliis animantibus quædam signa lætitiæ, quum ad lusum gestiũt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem serenant, oculos in lasciuiam resoluunt.

Demum {τὸ τέλος, τὸ τελευταῖον} Aduerbium ordinis, inquit Linacer. Id est, tandem ad postrémum, vel (vt ait Festus) pòst. Terentius Adelph. 5. 8,

Ego nouus maritus, anno demum quinto & sexagesimo

Fiam, atque anum decrepitam ducam? Idem Hecyra, 1. 1,

Ibi demum ita ægrè tulit, vt, &c.

¶Nunc demùm, Modóne demum, Signa tarditatis, inquit Donatus. Terent. Heaut. 2.3,

Vah, nunc demum intelligo. Idem Andria, 5.3,

Me miserum. s. modóne id demum sensti Pamphile? Cic. Attico,

Nunc demum literis tuis referibo quas ad me misisti.

Post demum.

Post demum. Plaut. Asin. 16,

At interea vt decumbamus suadebo, hi dum litigant

Post demum huc eras adducam ad lenam, vt viginti minas ei det.

Quantum demum. Cic. 5. Tusc. Iam verò exilium, si rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt, &c.

Tum demum quando vel vbi. Plaut. Milit. 10,

Ego enim dicam tibi tum demum, quando vsus poscet.

¶Demum, Solum, tantummodo. Plin. Iun. de Viris Illust. Et quum moueri nullis viribus posset, ex libris cognitum est, castissimæ demú fœminæ manu moueri posse.

¶Demum, pro Solùm, duntaxat, siue pro omnino: præcipuè iunctum cum is, & cum ita. Plautus Capt. 4. Cic. in Sallust. Ea demum magna voluptas est, Crispe Sallusti, æqualem ac parem verbis vitam agere. Quintil. lib. 1. cap. 4, Possunt autem id demum quod in proximo est. Plin. lib. 7. cap. 7, Is demum profectò vitam æqua lance pensitabit, &c. Quintil. lib. 4, Quod tamen rarum esse debet & ex necessitate demum.

Ita demum. Quintil. Declamat. 10, Ita mihi demum satisfacies, si apud patrem fuisti. Hæc Valla lib. 6.

¶Demum, quod significat post, apud Liuium demus legitur. Alij demum, pro duntaxat posuerunt. Festus.

Demus, Pro demú veteres posuerunt. Pacuuius, Quid demus magis commodum est, quàm ne tutum perduas inuriam pati? Sipontinus.

Demussata {ὑπωμοσία} contumelia apud Apuleium lib. 3. legitur, pro dissimulata, & cum silentio indignationéque transmissa.

Demutilo, demutilas, pen. corr. {ἐκπαπτόω} demutilare, Idem quod mutilare. Columella de Arboribus, 11, Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.

Demuto, demutas, penult. prod. {μεταλλάσσω, ἀναλλάττω} demutare, Idem quod mutare. Plaut. Milit. 15, Nunquid videtur demutare?

Demutant ingenium mores. Plaut. Trinum. 4,

-aut si demutant mores

Ingenium tuum, neque eos antiquos seruas.

Demutare animum de firma fide. Plaut. Trinum. 15.

Imperium alicuius. Plaut. Menæch. 17.

Aliquò orationem. Plaut. Milit. 19,

Sed eccum Palæstrionem, stat cum milite:

Oratio illò mihi demutanda est mea.

Non demutabo. Plaut. Pseud. 7. Hoc est, Non reuocabo quod pollicitus sum.

Placitum, instituto Flaminum nihil demutari, Tacit. lib. 4.

Demutatio, Verbale {μεταλλάσσω.} Plin. lib. 28 cap. 8, de chamæleõte, Nullum animal pauidius esse existimatur, & ideo versicoloris esse demutationis. Alij legunt mutationis.

D E N

Denarius, Adiectiuum {δηνάριος} Quod decem continet. vt Denariæ fistulæ. Plin. lib. 31. cap. 6, de ratione aquæ ducendæ, Fistulas denum pedum longitudinis esse legitimum est. Et si quinariæ erunt sexagena pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, centena vicena, ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur, cuius laminæ latitudo, antè quam curuetur, digitorum decem est: dimidióque eius quinaria.

Denarius nummus {δηνάριον.} Liu. 8. ab Vrbe.

Denariæ ceremoniæ dicebantur, & tricenariæ, quibus sacra adituris decem continuis diebus, vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat. Festus.

Denarius, Substantiuum {δηνάριον} Decem librarum nummus erat, cuius quarta pars sestertius: eo tempore scilicet quo denarius decussi valebat. Erat autem denarius argenteus nummus quatuor & viginti siliquas pendens. Apud Priscianum ita legitur, Siliquæ tres obolum faciunt. duo autem oboli scrupulum. tria scrupula drachmam. ita duodeuiginti siliquæ in drachma. sic quatuor drachmæ in tribus denariis, hoc est duæ & septuaginta siliquæ. Budæus. Sextiuum autem denarium dici lectum est, quia in sex vncias, hoc est sex obolos, vt ait Celsus, diuidatur drachma, quæ Latinè dicitur denarius. Cælius Rhodig. lib. 10. cap. 2.

Denarius Romanus quaternos sestertios nummos valebat, hoc est quaternos caroleos nostros & binos denariolos turonicos. Ex eo denarius dictus, quòd pro decem assibus æreis locaretur, & cederet in solutum. Cic. 5. Verr. quum ita dixisset, Nam quum ex Sicilia & ex legibus frumentum & in cellam sumere liceret: idque frumentum Senatus ita æstimasset quaternis sestertiis tritici modium, binis hordei: iste numero ad summam tritici adiecto, tritici modios singulos cum aratoribus denariis ternis æstimauit. Hæc verba velut exponens, paulò pòst, ita subdit, Verum enimuero quum esset sestertius binis aut etiam ternis quibusuis in locis prouinciæ: duodenos sestertios exegisti. Budæus.

Denarium nunc appellare possumus caroleum nummum argenteum, qui antiquorum sestertium valet. Budæus.

Spes denarij. Cicero Attic. lib. 2. Vide quid narrent, & quæ spes sit denarij.

Quingenos denarios singulis militibus dare, Pollio Ciceroni libro 10. 32.

Emere denario quod sit mille denariũm. Cic. 3 Offic.

Ad denarios peruenire. Cic. 5. Verr.

Ad denarium soluere alicui aliquid. Cic. pro Quinctio.

Exigere quaternos denarios ab aliquo in singulas amphoras vini. Cic. pro Fonteio.

Denarro, denarras {ἐξηγέομαι} denarrare, Ordine narrare. Terent. Phorm. 5.8, Hæc adeò ego illi iam denarrabo. Gell. lib. 2, Hæc nobis Fauorinus summa cum elegantia verborum, totiúsque sermonis comitate atque gratia denarrauit. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Denascor, denasceris {γίνομαι} denasci, pro Mori. Cassius Hemina annalium lib. 2, Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt.

Denaso, denasas, penult. prod. {ἐκτρέπω} denasare, Nasum auferre. Plautus Capt. 11, Nanque ædepol si adites propius, os denasabit tibi.

Denato, denatas, pen. corr. {κατανήχομαι} denatare, Idem quod natare, vel enatare. Horat. 3. Carm. ode 7, Nec quisquam citus æquè Thusco denatat aluco.

DENDA, Municipium ciuium Romanorum, in ora Macedoniæ collocatum à Plinio lib. 3. cap. 23.

Dendrachates, pen. prod. Gemma est velut arbuscula insignis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Dendritis, penultima producta, dendritidis, fœmin. gener. Gemma, quæ sub arbore defossa, non permittit secum hebetari. Plin. libro 37. cap. 11.

Dendrocissos, Hedera quæ sine adminiculo stat. Sipont.

DENDROGALENVM {δενδρογάλανον} Vini species est apud Græcos, quod fit ex vite pulcherrima Bithynia, quæ mersites dicitur, vt refert Cæl. lib. Antiq. lect. 28. cap. vlt.

Dendroides {δενδροειδής} Septima tithymali species, teste Plinio lib. 26. cap. 8. in petris nascens. Ampliter opacat, in cacumine frondosam spargens comam, succo lacteo prægnans, caulículis rubentibus, foliis myrti tenuioribus, fructu characiæ. Ex Dioscorid. lib. 4. cap. 159. Theophrastus tamen tria tantum tithymalorum genera prodit lib. 9. cap. 12. de histor. plant. vbi vide.

DENDROS {δένδρος} Insula Spiræo promontorio obiacens, Plinio lib. 4. cap. 12.

Denego, denegas, pen. corr. {ἀπαρνέομαι, ἀπαγορεύω} denegare, Negare se daturum, Non dare. Plaut. Trinum. 17.

Dare denegabis. Terent. Heaut. 3.1.

Deferre, & Denegare, contraria. Cicero pro Flacco, Quod enim esset præmiũ dignitatis, quod Populus Rom. quum huius maioribus semper detulisset, huic denegaret? Idem 2. de Orat.

Denegarat se commissurum mihi gnatam suam. Terent. And. 1.5.

In denegando. Terent. And. 4.1. Cic. ad Q. frat. lib. 2.9, Diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda.

Denegare alicui auxilium aduersus alterum. Cæs. 8. bel. Gal.

Gaudia alicui. Ouid. 4. Metamorphoseos,

-speratáque gaudia nymphæ Denegat.

Honorem. Cic. 11. Philipp. Suffragio meo, tanquam comitiis, homini honorem amicissimo denegauero.

Naturæ & necessitati omnia iucunda. Cic. 7. Verr. Vt omnia semper, quæ iucunda videntur esse, non modò his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem.

¶Denegare, Sedulò negare se aliquid fecisse, aut sibi quid creditum esse. Plaut. Amph. 8,

-atque his si denegat

Facta, quæ tu facta dicis.

Crimen denegare. Cic. pro Fonteio, Si hoc crimen optimis hominibus denegare possumus.

¶Occupatio onus impositum denegat. Cic. Lucceio, lib. 5. 12.

Amnis tibi deneget vndas. Ouid. in Ibin.

Denicales feriæ colebantur, quum hominis mortui causa familia purgabatur. Græci enim νεκρὸν mortuum dicunt. Hæc Festus lib. 4. Colum. lib. 2. cap. vlt. Nos apud Pontifices legimus feriis tantum denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere. Denicales fortè nomen habent à denis diebus. id quod suspicari lubet ex his Iustiniani verbis in nouella Constitutione 115. sub finem: Sancimus, inquit, vt nemini prorsus defuncti hæredes, vel parentes, vel liberos, vel vxorem, vel agnatos, vel alios cognatos, vel alioqui affines eius, vel fideiussores, ante nouem dierum spatium, in quibus lugere videntur, actionem intentare liceat, aut quocunque modo negotium facessere, &c.

Denigro, denigras, pen. corr. {μελανόω} denigrare, Offuscare, nigrum facere. Plin. lib. 23. cap. 5, Capillũ denigrat suffitu. Varro 1. de Re rust. cap. 55, Non solum denigrat terram, &c.

Honorem famámque alicuius denigrare. Firmicus lib. 5. cap. 10. sub fin.

Denique, pen. corr. {τέλος, τὸ τέλος} Aduerbium ordinis, inquit Donatus, & ferè in fine sensus & in vltima sententia ponitur à Terentio, eodem authore, pro præterea & tandem. Terent. Phorm. Quid fit denique? Ibidem, 2.2, Vereor ne isthæc fortitudo in nerium erumpat denique. Cicero 5. Verr. Si ternos denarios qui cogit, erit absolutus: quaternos denos denique aut vicenos coget alius, quæ erit reprehensio?

Denique tum subiungimus, quum sunt multa enumerata, significantes hoc vltimum esse omnium, inquit Valla libro 6. Terentius Phorm. 4.3,

Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias:

Hæc denique eius fuit postrema oratio,

Ego, &c. Cicero pro Lege Manilia, Non auaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam reuocauit, non libido ad voluptatẽ, nõ amœnitas ad delectationem, non nobilitas orbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem.

Denique, inquit Donatus, ad finem dictorum ponitur pro postremó.

Nunc denique. In NVNC.

Tum denique. Plaut. Capt. 4,

Tum denique omnes nostra intelligimus bona,

Quum quæ in potestate habuimus, ea amisimus. Cic. Quum excessisset è vita, tum denique viuerer.

Denique ad extremum. Cic. Post Red. ad Quir. Primum vos docuit, &c. Tum in perorando posuit, &c. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogauit solùm, verumetiam obsecrauit.

Denique, pro tum demum. Cicero pro Milone, Itaque Milonis consulatus qui viuo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus est. Id est confestim, vel potius tãdem & demum, inquit Budæus.

DENNA, Oppidum, de quo Plin. in descript. sinus maris Rubri, Troglodytici, & Æthiopici, lib. 6. cap. 29.

Dennus {δένν⟨ος⟩} Apud Persas iniuria est, & probrum. Vnde si cui ingeratur vt deri eum fœmina socordiorem, δέννος ἐστι μέγιστος, inquiunt, id est Dennus est insignis, vt prodit Herodotus.

Denomino, denominas, pen. prod. {παρονομάζω} denominare, Idem quod nominare, siue nomen imponere. Quint. lib. 1. cap. 10, Propria sunt verba, quum id significant in quod primùm denominata sunt. Idē lib. 8. cap. 2, Mulea sunt & Græcè & Latinè nō denominata. Horat. 3. Carm. ode 17.

Denominatiuum, pen. prod. {παρονυμικὸν} apud Grammaticos dicitur, quod à nomine deducitur: vt à lapis, lapillus.

Denormo, denormas {παρεκτεινω} denormare. Horat. 2. Serm. sat. 6,
-ô si angulus iste
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum. Id est deturpat, & inæqualem facit, vt interpretatur Acron. *Qui est enclauē dedans mon champ.*

Denoto, denotas, pen. corr. {σημαίνω} denotare, Idem quod notare. Cic. pro Lege Manil. Quòd is qui vno die tota Asia, tot in ciuitatibus, vno nuntio atque vna literarum significatione ciues Romanos necandos, trucidandósque denotauit.

Denotare creta pedes venalium mancipiorum, aut victorum. Plin. lib. 35. cap. 17.

Denotata linea aliquo conspicuo colore. Colum. lib. 3. cap. 15.

Denotatas habere res aliquas. Cic. 4. Acad.

¶ Denotare, pro infamare, ignominia notare. Pompon. in l. Turpia D. de leg. 1, Turpia, inquit, legata, quæ denotandi magis legatarij gratia scribuntur, odio scribentis pro non scriptis habentur.

Denotatus, huius denotatus, pen. prod. pro denotatione. Tertullianus in lib. De pallio.

Dens, dentis, m. g. {ὀδούς} Notum nomen. Plaut. Curcul. 7, Os amarum habeo, dentes plenos.

Caua dentium. Plinius lib. 30. cap. 3, Cauis dentium inditus mirè prodest.

Cauernis dentium in dolore inditum cera includi. Plin. libro 22. capite 23.

Crepitus dentium. Cic. 4. Tusc.

Cauere dentium dolores. Plin. lib. 28. cap. 4, Frigida aqua matutinis impari numero ad cauendum dentium dolores.

Dentium dolores colluere. Plin. lib. 24. cap. 7, Tedæ decoctæ in aceto, dentium dolores efficaciter colluunt.

Dentium dolorem prohibet. Plin. lib. 20. cap. 7.

Dentium dolori prosunt laricis folia. Plin. lib. 24. cap. 6.

Dolores dentium sedat succus illitus. Plin. lib. 20. cap. 8.

Dentium dolores sedātur ossibus draconis marini scarificatis gingiuis. Plin. lib. 32. cap. 7.

Dentium dolorem tollunt carnes cucurbitæ. Plin. lib. 26. cap. 3.

Euulsio dentis. Cic. 3. de Nat. deorum, de Æsculapio, Tertius Arsippi & Arsinoæ, qui primus purgationem alui, dentísq; euulsionem (vt ferunt) inuenit.

Foramen dentium. Vide Dentem eximere.

Infirmitas dentium. Plin. lib. 23. cap. 4, Os quoque colluitur illo ad dentium infirmitatem.

Dentium labefactio. Plin. lib. 23. cap. 1.

Dentium mobilitates. Plin. lib. 20. cap. 21.

Motus dentium stabilire. Plin. lib. 20. cap. 3. de cucurbita, Decoctæ autem vniuersæ succus, dentium motus stabilit. & dolores inhibet.

Dentium stabilitati efficacissimè subuenit amurca. Plinius libro 23. cap. 3.

Stridor dentium. Cels. lib. 2. cap. 7.

¶ Acuti dentes. Plin. lib. 11. cap. 37.

Aduersi. Cic. 2. de Nat. deor. Hos Plin. vocat primores, lib. 11. cap. 37. Anteriores vulgò nuncupant.

Albi dentes lupi. Virg. 11. Æneid.

Atri. Horat. epod. 6. & 1. epist. 19.

Auido dente conuellere dapes. Ouid. 11. Metam.

Boni. In BONVS.

Calceati. In CALCEO.

Candidi. Catul. epigr. 37. Plin. lib. 11. cap. 37.

Candiduli. Cic. 5. Tusc.

Canini. Vide CANIS.

Cariosi & fœtidi dentes. Plin. lib. 32. cap. 7.

Cauus dens inuritur putamine nucis iuglādis. Plin. lib. 23. cap. 8.

Concauus. In CONCAVVS.

Continui dentes. In CONTINEO.

Crinales dentes, periphrasis pectinis apud Claud. de bel. Gild.

Curuus. Vide Duriores osse dentes sunt.

Defricatus vrina. Catul. epigr. 37.

Degener luoris. Seneca Hipp. 4.

Domito dente fræna premunt leones. Ouid. 10. Metam.

Duriores osse dentes sunt: quorum pars maxillæ, pars superiori ossi malarum hæret. Ex his quaterni primi quia secant, tomici à Græcis nominantur. Hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Vltra quos vtrinque ferè maxillares quaterni sunt, præterquam in his in quibus vltimi, qui ferò gigni solent, non increuerunt. Ex his priores singulis radicibus, maxillares vtique binis, quidam etiam ternis quaternísue niuntur. feréque longior radix breuiorem dentem edit: rectíque dētis recta etiam radix, curui flexa est: éxque eadē radice in pueris nouus dens subit, qui multo sæpius priorem expellit: interdum tamen suprà infráve eum se ostendit. Hæc Cels. lib. 8. cap. 1.

Duplices. Plin. lib. 11. cap. 37.

De dentibus eboreis extat epigramma apud Mart. lib. 14.

Eburnus, pro pectine eburno. Claud. 2. Paneg.

Exerti. Plin. lib. 11. cap. 37.

Exigui. Sueton. in August. cap. 79.

Expolitus. Catul. epigr. 37.

Feri. Lucret. lib. 5. de apris.

Fœtidi & cariosi. Plin. lib. 32. cap. 7.

Firmus. Sil. lib. 10.

Genuini. Cic. 2. de Nat. deor. Plin. lib. 11. cap. 37.

Ieiunis dentibus acer. Horat. 2. epist. 3. de mulite, quem lupo comparat.

Immanes. Claud. 3. Paneg. de elephantis.

Indi, Id est elephantini, ebur. Ouid. 8. Metam. & 11.

Indomiti sunt flammis dentes. Plin. lib. 7. cap. 16.

Intimi, qui & genuini vocantur. Cic. 2. de Nat. deor.

Inuicti sunt ignibus dentes. Plin. lib. 7. cap. 17.

Lasso dente piger. Seneca in Thyeste, 8. de leone.

Lati. Plin. lib. 11. cap. 37.

Liuidus. Horat. epod. 5.

Luridi. Horat. 4. Carm. ode 13.

Magnis insignia dentibus ora. Ouid. 8. Metam.

Dente maledico carpere aliquem. Cic. pro Corn. Balbo.

Dens maxillaris. Vide MAXILLA.

Mobiles stabilit myrrha commanducata. Plin. lib. 20. cap. 20.

Mobiles dentes fistit succus colocynthidis cum aceto calefactus. Plin. lib. 20. cap. 3.

Niger. Vide Dens scaber.

Nigro dente turpis. Horat 2. Carm. ode 8.

Nigrescentes dentes dentifricio ad colorem reducere. Plinius lib. 31. cap. 10.

Niueus. Ouid. epist. 17.

Numerosus. Id est pectē. Ouid. de Nupt. Honorij,
-hæc morsu numerosi dentis eburno
Multifidum diserimen arat.

Obliquo dente timendus aper. Ouid. epist. 4.

Plani. Plin. lib. 11. cap. 37.

Primores dentes septimo mense gignuntur. Plin. lib. 7. cap. 16.

Puerilium dentium lapsus. Senec. lib. 4. De benefic. cap. 6.

Pullinos dentes iacere. Plin. lib. 8. cap. 44. de asina.

Putridi. Cic. in Pisonem.

Rari. Sueton. in Augusto, cap. 79.

Rectus. Vide Duriores osse dentes sunt.

Ruricolæ dentes dicuntur vomeres aratri. Lucan. lib. 7.

Dens scaber, qua parte niger est, radendus est, illinendúsque rosæ flore contrito. Cels. lib. 7. cap. 12.

Scabri rubigine dentes. Ouid. 8. Metam.

Serrati, & pectinatim coeuntes. Plin. lib. 11. cap. 37.

Sesquipedales. Catul. epigr. 92.

Sicci. Stat. 10. Thebaid. de lupis esurientibus.

Solidi, quibus opponuntur concaui. Plin. lib. 11. cap. 7.

Superiores. Vide Dens mouet dolores.

Theoninus. In THEON.

Timendi. Vide Acuere dentes, in ACVO.

Tomici. Vide Duriores osse dentes sunt.

Triti dentes in querno stipite. Ouid. 8. Metam.

Vacui dentes dicuntur illius, qui non habet quod edat. Valer. 3. Argonaut.

Viperei. Ouid. 3 Metam.

Vncis dentibus horrendus draco. Ouid. 7. Metam.

Vulnificos acuit dentes aper. Senec. in Hipp. 3.

¶ Acuere dentes timēdos. Horat. 3. Carm. ode 20. De puella, quam leænæ comparat. Intelligit autem dentes acuere, pro minari malum, aut auxilium. Vide ACVO.

Adurgendus dens digito. Vide Dens nascitur.

Afferre dentes in damnum. In AFFERO.

Amittuntur dentes. Plin. lib. 11. cap. 37.

Atteruntur dentes vsu. Plin. lib. 7. cap. 16.

Dentibus auxiliatur succus radicis lapathi. Plin. lib. 20. cap. 21.

Cadunt dentes. Plin. lib. 30. cap. 3, Vermium terrenorum cinis exesis dentibus coniectus, ex facili cadere eos cogit. In CADO.

Circumpurgare dentem, Vide Dens nascitur.

Circunradere dentem.

Comprehendit dentem forfex.

Concutere dentem.

Confringitur dens sub forfice. Vide Dens mouet dolores.

Inuiso carpere dente. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.

Cauantur dentes tabe pituitæ. Plin. lib. 7. cap. 16.

Theonino dente circunrodi. Horat. 1. epist. 19. Vide THEON.

Circunscalpti dentes, dolore liberantur. Plin. lib. 20. cap. 5.

Circunscarificare dentem. Plin. lib. 30. cap. 3.

Citare. Vide Dentem eximere.

Colluere. Plin. lib. 21. cap. 31.

Dentes conficiunt cibum. Cic. 2. de Nat. deor.

Confirmat dentes inula à ieiunis commanducata. Plinius libro 20. cap. 5.

Confirmantur dentes ossibus pernarum combustis. Plinius libro 28. cap. 11.

Dens corruptus, aut fractus. Cels. lib 6. cap. 13.

Dentes crepuere retecti. Pers. sat. 3. Hoc est, labris diductis apertis, cum stridore sonuerunt.

Decidunt dentes anno septimo, aliísque sufficiūtur. Plin. lib. 7. cap. 16. Et lib. 11. cap. 37.

Denigrare dentes. Plin. lib. 32. cap. 7.

Deficiunt multo primùm in aliquibus dentes. Plinius libro 7. capite 16.

Defluunt dentes. Plin. lib. 7. cap. 16.

Dentes digerunt cibum. Plin. lib. 11. cap. 37.

Direxit ad inguina dentes. Ouid. 8. Metam. de apro Calidonio, & Ancæo, qui cum ipso congrediebatur.

Dentes diuidunt escas morsu. Cic. 2. de Nat. deor.

Dolet dens. Cels. lib. 6. cap. 9.

Edit breuiorem dentem longior radix. Vide Duriores osse, &c.

Eroduntur dentes. Plin. lib. 31. cap. 9.

Erosi dentes. Plin. lib. 24. cap. 10.

Eruere dentes. Plin. lib. 28. cap. 8.

Euellitur dens. Vide Dens mouet dolores, & Dens nascitur.

Euellere dentes. Plin. lib. 30. cap. 3, Hanc autem vel inueteratam cū cera celerrimè dentes euellere tradunt.

Exacuit dentes sus. Virg. 3. Georg.

Excidit dens. Vide dentem eximere, & Dens nascitur.

Excipere dentem forfice. Vide Dens mouet dolores.

Excipere dentem manu. Cels. lib. 7. cap. 12.

Excussi dentes. Iuuen. sat. 16.

Exesus. Cels. lib. 6. cap. 9, Si verò exesus est dens, festinare ad eximendum eum, nisi res coegit, non est necesse.

Dentem eximere. Cels. lib. 6. cap. 9.

Dentes sine vexatione extrahit radius pastinacæ. Plinius libro 32. capite 7.

Casuros dentes extrahit amurca. Plin. lib. 23. cap. 3. ad finem.

Dentibus candorem facit origanum. Plin. lib. 20. cap. 17.

Fatigare dentem in dente, est comprimendo dentes atterere. Ouid. 8. Metam.

Figere dentes in aliquid. Ouid. 3. Metamorphoseos,

Vulnera dat ferro, figítque in acumine dentes.

Findere dentem. Vide Dent em eximere.

Firmat dentes commanducata lapathi radix. Plinius lib. 20. cap. 21. ad finem.

Fouere dentem. Cels. lib. 6. cap. 9.

Frangit dentes & extrahit cedria. Plin. lib. 24. cap. 5.

Fricare dentes melle. Plin. lib. 30. cap. 4.

Fusca inertia dentes. Ouid. 3. de Arte,

Quid si præcipiam ne fuscet inertia dentes?

Gignuntur dentes. Plin. lib. 37. cap. 39.

Hebetare dentem. Sil. lib. 8.

Dens hærens. Vide Dens mouet dolores, & Dentes labant.

Illidere dentes labellis. Lucret. lib. 4.

Incidere ferro dentes. Ouid. 8. Metamorphoseos,
-ferróque incidit acuto
Perpetuos dentes, & ferræ repperit vsum. De Perdice puero, quem dicit fuisse inuentorem serræ: quod tamen Dædalo adscribit Plin. lib. 7. cap. 56.

Increscunt dentes. Vide Duriores osse dentes sunt.

Infricare dentes cinere cornus cerruni. Plin. lib. 28. cap. 11.

Irritare dentes. Celsus lib. 6. cap. 9, de doloris dentium curatione, Cibo quoque primò abstinēdum, deinde eo modico mollíque vtendum, ne mandentis dentes irritet.

Iuuat dentes integros illitus cinis vermium terrenorum. Plin. lib. 30. cap. 3.

Dentes labant. Celsus lib. 7. cap. 12.

Cruento dente lacessitus, Id est conuitiis, & ignominiosis verbis lacessitus. Horat. 2. epist. 1.

Laniare dentibus aliquid. Virg. 3. Georg.

Lauare dentes. Catul. 37.

Limare. Cels. lib. 6. cap. 12.

Dens limandus est, si sit acutior. Cels. lib. 6. cap. 12.

Liuent rubigine dentes. Ouid. 2. Metam.

Sæuo dente mandere aliquid. Ouid. 15. Metam.

Mederi dentibus. Plin. lib. 23. cap. 6. Sic lib. 30. cap. 3.

Inuido dente morderi. Horat. 4. Carm. ode 3.

Dentes mouentur. Cels. lib. 7. cap. 12.

Dens mouet dolores. Cels. lib. 7. cap. 12.

Mutat homo dentes. Plin. lib. 11. cap. 37, Timarchus Nicoclis filius Paphij, duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non mutauit primores, ideóque præriuit.

Mutantur dentes homini. Plin. lib. 11. cap. 37.

Dens nascitur. Cels. lib. 7. cap. 12. Plin. lib. 11. cap 37.

Nituntur dentes radicibus. Vide duriores osse dentes sunt.

Nocet dentibus & gingiuis brassica. Plin. lib. 20. cap. 9.

Oriuntur dentes. Corn. Cels. lib. 2. cap. 1, Maximéque caninis dentibus orientibus malè habent.

Perfricare dentes. Ouid. 3. de Arte.

Petere dente. Hoc est inuadere, vel ferire. Horat. 2. Serm. sat. 1.

Atro dente aliquem petere. Horat. Epod. ode 6. in fine. Hoc est, maledico & obtrectatorio sermone.

Præterere dentes. Plin. lib. 11. cap. 37.

Prodest dentibus. Plin. lib. 20. cap. 9.

Putrescunt dentes. Plin. lib. 31. cap. 9.

Recrescunt dentes. Plin. lib. 11. cap. 37.

Rumpere dentes. Plin. lib. 25. cap. 13, Radix in dolore commanducata diutius, rumpit dentes.

Expulsi falerunt cuspide dentes. Stat. 9. Thebaid.

Dentes sanat radix anemonæ commanducata. Plin. lib. 21. cap. 23.

Scalpere dentes penna vulturis. Plin. lib. 30. cap. 4.

Scarificare dentes. Plin. lib. 28. cap. 11.

Seruare dentem, &c.

Soluere dentem. Vide Dentem eximere.

Stridere dentibus. Cels. lib. 2. cap 6.

Triplici stant ordine dentes. Ouid. 3. Metamorph. de serpente Cadmæo.

Subit dens. Vide Duriores osse dentes sunt.

Superbo dente tangere cibum, est fastidire cibum. Horat. 2. Serm. satyr. 6,
-cupiens varia fastidia cœna

Vincere tangentis male singula dente superbo.

Candorem trahunt dentes quodam medicamine. Plin. libro 7. capite 16.

Vinciendi sunt dentes auro. Vide Dentes labant.

¶ Dens pro Clauo, quòd in clauibus ferè semper insint velut dentes. Tibullus, Seu referat fixo dente puella fores. Germanicus in Arateo carmine,

Qualis ferrato subigens clauicula dente

Succutit, & foribus reducit vincula claustri. Turnebus.

¶ Dens, Omne id quo aliquid teneri vel extrahi potest, solet appellari. Virg. 6. Æneidos,
-tum dente tenaci
Anchora fundabat naues.

¶ Dens aratri. Columel. lib. 2. cap. 4, Nam vel respuitur duritia soli dens aratri.

Curuus dens. Ouid. lib. 3. Amor. eleg. 9,

Et vererem curuo dente feuclit humum.

Durus dens vomeris. Virgilius 1. Georg. Dens, id est acumen. Seruius.

Vncus dens, Ligo incuruus. Virg. 2. Georg.

¶ Dentem Saturni pro falce posuit Virgil. lib. 2 Georgicorum,
-& curuo Saturni dente relictam

Perfequitur vitem attondens, fingítque putando.

Dentio, dentis {ὀδοντοφυῶ, ὀδοντεύω} dentire, Verbum neutrum, Emittere dentes. Plin. lib. 30. cap. 3, Cinis eorum pueros tardè dentientes adiuuat cum melle. Et lib. 21. cap. 20.

Dentire dentes dicuntur à Plauto, quum inuicem atteruntur & concutiuntur fame. Vt enim pueri dicuntur dentire, cùm eis primùm oriuntur: sic quibus cessant à terendo cibo, quia non deteruntur, grandescere videtur, atque dentire populari ioco dicitur. In Milit. 3.

Dentitio, Verbale {ὀδοντοφυΐα} Dentium emissio. Plin. lib. 28. cap. 19, Infantibus nihil butyro vtilius per se & cum melle, priuatim & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris vlcera. Idem lib. 30. cap. 15, Ad dentitionem cerebrum pecoris vtilissimum est.

Dentatus, penult. prod. {ὀδοντωτὸς} Adiectiuum, Qui habet dentes. Martial. lib. 1,

Sic dentata sibi videtur Ægle
Emptis ossibus indicóque cornu.

Cornua bisulcis dentata forcipibus. Plin. lib. 11 cap. 28. de grandiorum scarabæorum cornibus.

Dentata charta res agetur, Id est acri & pungenti scripto. Cic. ad Qu. Frat. lib. 2. epist. 16.

Malè dentata puella. Ouid. 1. de Remed. Amor.

¶ Dentatus, Qui magnos habet dentes. Plaut. Pseud. 17, Non ego te ad illum duco dētatum virum. ¶ Hinc Edentatus, Cui dentes sunt euulsi. Macrob. Edendatæ belluæ morsus. ¶ Similiter Edentulus, Qui dentibus caret.

DENTATVS, cognomen fuit M. Curij, vt scribit Plin. lib. 7. cap. 16, quòd cum dentibus fuerit. Hic cōsul fuit cū P. Cornelio, anno CDLXIII, vt author est Cassiodorus & Eutropius lib. 12. Bellum Samniticum gessit, & de Samnitibus, Sabinis & Lucanis triumphauit, vt author est Florus, lib. 1. cap. 15. Hic contra Pyrrhum missus cum eo pugnauit, & exercitum eius cecidit, ipsum Tarento fugauit, & de eo triumphauit. Florus lib. 1. cap. 18.

Denticulatus, penult. prod. Adiectiuum {ὀδοντωτὸς} In formam dētium factus. Plinius lib. 9. cap. 31, Præterea bina brachia denticulatis forcipibus.

Denticulatæ asperitatis venter terrestribus quibusdam animalibus. Plin. lib. 11. cap. 37.

Denticulatæ falces. Colum. lib. 2. cap. 21.

Denticulatum olus. Plin. lib. 26. cap. 15, Item ophrys herba, denticulato oleri similis.

Dentale, dentalis, penult. prod. neut. gen. {ὑνίς} Lignum ad quod vomer includitur, inquit Seruius: quod & dens à Varrone dicitur. Virg. 1. Georgicorum,

Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso.

Vomer & dentale. Colum. lib. 2. cap. 2, Censet exiguis vomeribus & dentalibus terram subigere, quo minoris formæ bubus administrari id possit.

Dentarpagas, quas Græci ὀδοντάρπαγας vocant, Latinè voluit appellari Varro Quinquatribus, Hic bipensile forcipem dentarpage. Nonius.

Dentifricium {ὀδοντόστιγμα} Medicamentum quo dentes fricantur vt fiant candidi. Plin. lib. 28. cap. 11, de talo bibulo, Eiusdem cinis cum myrrha dentifricium est. De dētifricio extat epigramma apud Martialem lib. 14.

Dentifcalpiū {ὀδοντοξέστης, ὀδοντογλυφίον} Quo dentes scalpuntur & mundantur. de quo est epigramma apud Martial. lib. 14. Idem lib. 7, Bissenos triplices, & dentiscalpia septem.

Dentifrangibulum, penultima corr. {ὀδοντολάβιον} Quo dentes franguntur. Plaut. Bacchid. 3, Ira dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt.

Dentifrangibulus, masc gen. Plaut. Bacchid. 13, Vale dentifrangibule. PL. & tu integumentum vale.

Dentiloquus, dentiloqui, pen. corr. {ὀδοντολόγος} Plaut. Capt. 13, Dentiloquos omnes mortales faciam, quenque offendero. Id est Dentes loquentes faciam, hoc est ex ore emittentes, verborum loco: quia illis adeò dentes concutiam, vt suis sedibus eiectos expuant. Aliqui codices habent dentilegos, Id est dentes legentes, vt sacrilegos, sacra legentes.

DENSELETAE, Thraciæ populi, qui dextero latere amnem Strymonem accolunt, Medis finitimi, authore Plinio lib. 4. cap. 11.

DENSELETI, Macedoniæ populi. Cic. in Pison.

Densus, Adiectiuum {δασύς, συκνός} Spissus, à dente quidā

deducunt,quasi dentibus coactus:sed hoc paucis probatur. Plin.lib. 10.cap.69,Liquidius audiunt talpæ obrutæ terra,tam dēso atque surdo naturæ elemento.
Densum & Rarum,contraria.Virg.2.Georgicorum,
Densa magis Cereri,rarissima quæque Lyæo. Sub.terra.
Aer densus.Horat.2.Carm.ode 7.
Agmen densum agere.Virg.5.Æneid.
Amores,Id est crebri. Virg.4.Georg. Seruius.
Amplexus.Valer.4.Argonaut.
Densus Aquilo dicitur,quòd nubes condenset. Virgilius 3.Georgicorum.
Qualis Hyperboreis Aquilo quum densus ab oris Incubuit.
Armis densis circunfundi.Virg.2.Æneid.
Armis densis incurrere. Virg.2. Æneid.
Asperitas densa frigoris.Ouid.3.Fast.
Austris densis nigerrimus imber.Virg.5.Æneid.
Buxum densum foliis. Ouid.3.de Arte amandi,
Nec densum foliis buxum,fragilésque myricæ,
Nec tenues cytisi,cultáque pinus abest.
Caligo densa.Virg.12.Æneid.
Caput cæsarie.Ouid.3.Amor.eleg.1.
Chaos.Senec.Herc.fur.10.
Cohortes.Claud.7.Paneg.
Corpora densissima duris setis. Ouidius 13.Metamorph.de Polyphemo.
Ficus densissima pomis. Ouid.2.Fast.
Folia.Plin.lib.12.cap.7,Foliis paruis,densísque cyperi modo.
Fremitu denso circunstare aliquem.Virg.4.Georg.
Frondes.Virg.eclog.9.
Frutices. Ouid.1.Metam.
Funale densum lampadibus.Ouid.12.Metam.
Hostis.Ouid.5. Trist.eleg.11.
In hostes densos ferrum.Virg.2.Æneid.
Ictibus densis pulsare aliquem.Virg.5.Æneid.
Imber.Virg.1.Georg.
Iuba densa.Virg.3.Georg.
Labor densus, Id est perpetuus, continuus. Valerius 5. Argonauticōn.
Lacus densus nube.Claud.de Aponi balneis.
Loca densa nemoris.Senec.Hippol.4.
Loca syluestribus sepibus densa. Cic.1.de Nat.deor.
Lucus iuncis.Ouid.6.Fast.
Luna imbribus.Valer.2.Argon.
Malorum densorum turba.Ouid.5. Trist.eleg.7.
Acie densi milites.Virg.10.Æneidos,
Mille rapit densos acie. Rapit,id est raptim ducit mille densos acie, hoc est in acie constrictos & coniunctos. Seruius.
Nebula.Liu.6.bel.Pun. Ouid.11.Metam.
Nemus arboribus.Ouid.14.Metam.
Nimbi. Ouid.1.Metam.
Nox.Ouid.15.Metam.
Nubes.Ouid.11.Metamorphoseos,
densis texit sua nubibus ora.
Nubila.Virg 6.Æneid.
Pecudes. Stat.5.Thebaid.
Pericula.Ouid.4.de Ponto,eleg.7.
Pingue.Virg.3.Georg. Pingue substantiuum est.
Plagis densis extricata cerua. Horat.3.Carm.ode 5.
Sentes. Virg.9.Æneid.
Series densior gestorum.Claud.1.Paneg.
Soboles densior.Virg.3.Georgicorum,
Dēsior hinc soboles,hinc largi copia lactis. Binos enim(inquit Seruius) capellæ plerunque pariunt.
Sues densæ,Quæ densas setas habent. Colum.lib.1.in Præf.1, Nec eundem glabræ sues, densæque cæli flatum, nec eandem educationem,cultúmve quærunt. Sic lib.7.cap.9.
Sylua densa & aspera! Cic.ad Attic.lib.12. Sic densissimæ sepes, Cæsar 2.bel.Gall. Et lib.3.
Tela densissima.Virg.9.Æneid.
Tellus densior aere.Ouid.1.Metam.
Tenebræ densæ.Sil.lib.12.
Densa & glutinosa terra in Asia & Mysia. Columel. libro 1. in Præfat.
Densis terroribus aulam Fama quatit.Claud.2. in Eutrop.
Trabibus densis vmbrosa templa.Ouid.11.Metam.
Turba.Senec.Herc.Fur.9.
Vmbra.Virg.1.Georgicorum,
densæque in montibus vmbræ. Quia (inquit Seruius) arbores tunc incipiunt frondescere. Ouid.1.de Ponto,eleg.9.
Vortices.Ouid.6.Fast.
Conuictor,densóque domesticus vsu.Ouid.4.de Ponto,eleg.3.
Vulgus densum humeris,Id est arctè constrictum, & coactum ob magnam frequentiam.Horat.2.Carm.ode 13.

Denso,densas {πυκνόω,κατασυκνόω,συσφίγω} densare,Spissum facere.Virg. 1.Georgicorum,
-& Iuppiter humidus austris
Densat,erant quæ rara modò,& quæ densa relaxat.
Aer densatus & laxatus. Quintilianus libro 5.cap.9. ex Virgil.lib. 1.Georg.
Densatus agger.Liu.lib.10.ab Vrbe.
Cateruas densare.Virg.12.Æneid.
Densatum lutum.Cato cap.40.
Capillum defluentem confirmare & densare. Plin. lib.25.cap.11, Frutice quoque maior est: defluentem capillum confirmat & densat.
Densati ordines. Liu.10.bel. Pun. Non tamen ita perculsos iratósque in aciem accipere, sed dēsatis ordinibus,in cornua, vacuúmque circa campum extra prælium eiicere.
Densatis excipere scutis. Liu.8.bel.Pun. Subsidunt Hispani aduersus emissa tela ab hoste. inde ad emittenda ipsi consurgunt.quæ quū conferti,vt solent,densatis excepissent scutis, tum pes cum pede collatus, & gladiis geri res cœpta est.
Tenebræ densantur nocte.Virg.1.Georg.

Densatior, & hoc densatius. Macrob.lib.7. Saturn. Faciliora enim ad coeundum videntur,quæ læuigatiora densatióraque sunt.

Denseo,denses {πυκνόομαι} densēre. Virgil.7.Æneidos, -totis Agmina densentur campis. Vbi Seruius,Denseo, denses dicimus, aliter non. Plin.lib.20.cap.14,Ipsa acescere,aut coire,densérique lac non patitur. De menta loquitur.

Densatio,Verbale {πύκνωσις.} Plin.lib.31.cap.7, Prima densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur.

Densitas,pen.corr.densitatis {πυκνότης.} Plin.lib.11.cap.3, Quanuis arcente spiritum densitate & alcitudine humoris.
Coire in densitatem.In COEO.

Densè, Aduerbium {πυκνῶς.} Plin.lib.16.cap.37,de salice loquens,Cæsáque densius innumero hærede prosint.Ouid.1.de Ponto,eleg.10, Nulla tamen subeunt mihi tempora densius istis.

Dentale Dentatus,Denticulatus,Vide DENS.

Dentex,icis,A quibusdam appellatur piscis, qui à Græcis συνόδους dicitur,in cuius cerebro inuenitur gemma, quæ synodontides vocatur, teste Plin.libro 37.cap.10. Naturam eius vide apud Ælianum libro 11. capite 40.

Denubo,denubis,pen.prod. denupsi,denuptum {γαμέω,συναιρέω} denúbere,Coniungi matrimonio. Apuleius in oratione secunda Apollinis, At tu dum eam putas etiam nunc claro fratri denuptam falsa spe inductus,filióque eius Pontano author assentiēdi fuisti. Colum. lib.10, Semina depositis cupient denubere plantis. Alij codices habent se nubere.
Denubere in familiam alicuius filia dicitur. Tacitus libro 5. Suetonius in Nerone, capite 29, Cui etiam sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit.

Denudo,denudas, pen.prod. {γυμνόω} denudare, Idem quod nudare. Plin.11 cap.22,Vt denuder fœminas vestis bombycina. Varro 1.de Re rustic.cap.41, Et cum sic exacuendum, vt non denudes medullam.
Artus denudare,est carnem ab artubus auferre. Senec. Thyeste,8, Denudat artus durus,atque ossa amputat.
Denudari à pectore. Cic.7. Verr.Ne excitetur Verres, ne denudetur à pectore,ne cicatrices populus Rom.aspiciat.
Denudatis crudelissimè ciuibus. Lentulus Senatui,lib.12.15,Vastata prouincia,correptis vectigalibus,præcipuè ciuibus Rom.omnibus crudelissimè denudatis ac diuenditis.
Spoliare atque denudare scientiam iuris ciuilis ornatu. Cicero 1. de Oratore.

Denumero,as,Vide DINVMERO.

Denuntio,denuntias {προαγγέλλω} denuntiare,Futurum aliquid nuntiare.Cicero de Senect. Aut Senatui quæ sunt gerenda præscribo, & quomodo Carthagini malè diu cogitanti bellum inferatur multo antè denuntio.
Denuntiare anté. Cic.1.Verr.Huic ego homini iam antè denuntio,si à me causam hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam esse mutandam.
Denuntio,antè prædico.Cicer.6.Philipp.Testificor, denuntio,antè prædico, nihil M. Antonium eorum quæ sunt legatis mandata, facturum.
Denuntiare palàm & prædicare. Cic.pro Milone, Mortem ab illo denuntiatam palàm Miloni & prædicatam.
Denuntiare periculum,aut pestem. Cic.pro Milone. Plin. lib.13. capite 22.
Terrores.Cic.14.Philipp.Omnibus,quanquam ruit ipse suis cladibus,pestem,vastitatem,cruciatum,tormenta denuntiat.
Sol cæruleus pluuiam denuntiat.Virg.1.Georg.
Horam nigram denuntiat Persephone,Id est tempus adest mortis. Tibull.lib.3.eleg.5.
Iras tristes denuntiare.Virg.3.Æneid.
Necessitatem vltimam.Tacit.lib.15.
Armorum denuntiationem eleganter dixit Liu.5.Decad.lib.5,pro belli denuntiatione.
Monente te & denuntiante. Cicero Sulpitio,lib.4.3, Multo enim antè tanquam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram: neque id solùm mea sponte, sed multo etiam magis monēte & denuntiante te.
¶Denuntiare alicui, quod vulgus corruptè, *Facere fore*, dicit.Latinè aliàs significare dicitur. Cicer.1.Tuscul.Nos verò siquid tale acciderit, vt à Deo denuntiatum videatur vt exeamus è vita, læti, & gratias agentes pareamus.
Domum denuntiare. Cic.pro Quinctio,An quum Romæ domus eius,vxor,liberi sint,domum potius denuntiem?
Denuntiauit vt adesset.Cic.7.Verr.
De re aliqua denuntiare. Cic. pro Cecinna, Postea cur Ebuti de isto potius fundo quàm de alio (si quem habes) Cecinnæ denuntiabas, si Cecinna non possidebat?
In iudicium denuntiare. Cic.pro Rosc. Comœdo,Quod temere commisisti,in iudicium vt denuntiaret, rogasti vt ignosceret.
Denuntiare & indicere bellum.Cic.1.Offic.
Cædem alicui Propert.lib.4.eleg.3,
Illa dies hornis cedem denuntiat agnis.
Alicui dimicationem.Cic.pro Domo sua,Vt Equitibus Romanis mortem proscriptionémque minitarentur, me terrerēt,mihi cædem & dimicationem denuntiarent.
Iudicium alicui.Cic.pro Sextio,Nec mihi iudicium populi,nec legitimam aliquam contentionem,nec disceptationem, aut causæ dictionem,sed vim,arma,exercitus,Imperatores,castra denuntiabat.

Testimonium

Testimonium alicui. Cicero 3. Verr. Non putasti me tuis familiarissimis testimonia denuntiaturum,qui tuæ domi sæpe fuissent, ex quibus quærerem, signáne scirent fuisse quæ non essent? Testimonium denuntiare Ciceroni non est testificari, vt vulgò existimatur: sed est homini dicē dicere dicendo testimonio. Fab.lib.5.cap.7,Duo sunt (inquit) genera testium:aut voluntariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudiciis lege denuntiare solet. quorum altero vtraque pars vtitur:alterum accusatoribus tantum concessum est.Ex hoc intelligo in publicis tantummodo iudiciis licuisse denuntiari testimonium:hoc est, inuitum euocari ad remotum longinquúmque tribunal. Hæc Budæus.
¶Denuntiare,absolutè,pro Minari. Cic.ad Attic.lib.2.epist.22.de Clodio loquens,Volitat,furit,nihil habet certi,multis denuntiat.

Denuntians,denuntiantis, Participium {προαγγέλλων.} Cic.4. Famil.ad Sulpitium, Neque id solùm mea sponte, sed multò etiam magis monente & denuntiante te.

Denuntiatus,Participium {προαγγελθείς.} Cic.1.Offic.Nullum bellum esse iustum,nisi quod denuntiatum antè sit,& indictum.

Denuntiatio,Verbale {προαγγελία} Prædictio.
Significatio,& quasi denuntiatio calamitatum. Cic.2.de Diuinat. Quę est enim ista à diis profecta significatio,& quasi denuntiatio calamitatum?
¶Denuntiatio,Minæ. Cic.ad Attic. lib.4, Denuntiationem illam Memmij valde Cæsari displicere. Liu. 8.bel.Maced. Hac denuntiatione conterritus,&c.
Denuntiatio & minæ.Plin.Iun.ad Prisc.um,lib.6,Quanquam quid denuntiationibus & quasi minis ago?
Belli denuntiatio.Cic.6.Philipp.
¶Denuntiatio testimonij à iudicibus, vel ab accusatore fiebat: vt planum fit ex sequentibus Plinij verbis libro 6. epist. Licinius (inquit) petendum censuit à Consulibus, vt referrent sub exemplo legis ambitus de lege Repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adnici, vt sicut accusatoribus inquirendi, testibúsque denuntiandi potestas ex ea lege esset,ita reus quoque fieret. Cic. pro Flac. Adiunxit ille,vt eos qui domo exire nolebant, testimonij denuntiatione terreret:qui domi stare non poterant, largo & liberali viatico commouerēt. Budæus.
¶Denuntiatio,Ciuilis interpellatio,siue admonitio,olim obseruabatur,quæ debitoribus in personam solenniter fiebat,antequam cum uenirentur apud iudicem. Siquidem agens aduersario huiusce modi denuntiabat,TALI DIE ADSIS MECVM DISCEPTATVRVS. Aqua denuntiatione licet hodie recessum sit, condictionis tamen nomen, pro personali retentum est actione,vt monuit Theoph.in §. appellamus. Instit.de action.

Denuo,aduerbium {ἐξ ὑπαρχῆς} id est rursus,de-integro,inquit Valla. Liu.10.ab Vrbe,Fabius in Hetruria rebellante denuo, quatuor millia & quingentos Perusinorum occidit.
Etiam denuo? Plaut.Amphit.4.
Denuo ædificare ædes.Plaut.Mostel.3,
Donicum parietes ruunt,ædificantur ædes totæ denuo.

Denti,denæ,dena {δίμοιρα} Numerus distributiuus,pro decem.Plin.lib. 10.cap.63, Viuunt Laconici annis denis. Cic.4.Verr. Pueri annorum senūm,septenúmque denūm.
Bis dena,viginti.Plinius libro 2.cap.7.
Ter denæ naues.Virg.10.Æneid. Id est triginta,pro ter decem.
Deni, duodenique homines.Cæsar 5.bel.Gall.Vxores habent deni,duodenique inter se communes. De Britannis loquitur.
Deni creabantur.Cic.3.de Legib.

D E O

DEO {διὰ} Ceres inter alia cognomina à Græcis appellatur.

DEOIS,pen.prod.Proserpina cognominata est à *Deo*, Id est Cerere,forma patronymica. Ouid.in lib. Metamor.6, Mnemosynen pastor,varius Deōida serpens. Ausonius in Cupidine,
Virgineas inter choreas Deōida raptam. Cæl.Rhodig. lib.26.cap. 20.legit Theoida.

DEOCCO, deoccas {διακενόω} deoccare, Idem quod occare. Plinius libro 18.capite 15,Vicia non sarritur, non stercoratur,nec aliud quàm deoccatur.

Deonero, deoneras, penult. corr. {ἀποφορτίζω} deonerare, Contrariū suo simplici,est onus deponere. Cic.1. Verr.Quid quum commiserari,conqueri,& ex illius inuidia deonerare aliquid,& in te traicere cœperit? per translationem.

Deorare, pro perorare nonnulli vsurparunt. Et deorarum, pro perorarum,vt testatur Festus.

Deorsum, aduerbium {κάτω.} Eius contrarium est Sursum. Plautus Amphit.17,Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo.
Directò deorsum ferri.Cic.1.de Nat.deor. Ait atomum quum pondere & grauitate directò deorsum feratur,declinare paululum.
Deorsum cuncta ferunter pondera.Lucret.lib.2.
Deorsum. Terent.Adelph.4.2,
Nostin' porticum apud macellum hanc deorsum?
Deorsum ducere se de arbore, pro Descendere de arbore, Vide DVCO.
Sursum deorsum cursitare. Teren.Eun.2.2. Nescio(inquit Valla lib.2.) an de Athenis hoc dictū sit, quibus portus in imo, vrbs verò editiori loco sita est. fortè sic loqui deceat,per sursum deorsúmq; si de fortunæ mutabilitate dicatur, quæ nunc tollit, nunc deprimit. Hic verò modus loquendi à Græcis sumptus videtur.plerunque enim apud Demosthenem reperitur forma prouerbiali dictum ἄνω κοὐ κάτω, hoc est sursum & deorsum.
Sursum deorsum, vltro citróque commeare. Cic.2. de Nat.deor. Naturis his ex quibus omnia constant, sursum deorsum, vltro citróque commeantibus,mundi partium coniunctio continetur.
Deorsum versum, vel deorsum versus, Versus inferiorem locum. Terent.Adelph.4.2,Cliuus deorsum versum est,hac te præcipitato.

Cato cap.156,Postea vbi deorsum versus ibit.
¶Deorsum trisyllabum interdum ponunt poetæ, vt Lucret.lib.2, Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur.
Interdum dissyllabum contractis e & o,vt Idem eodem lib.44, Corpora quum deorsum rectum per inane feruntur.

Deosculor, pen.corr.deoscularis {καταφιλέω} deosculari, Idem quod osculari,vel vehementer & arctè osculari. Martial.lib.8, Hos amplectitur,hos deosculatur.

D E P

Depascor,depasceris,depastus sum {συνήθομαι} depasci, Idem quod pasci. Quidam depecisci scribunt.
Depasci cum hoste. Cicero 2. de Inuent. Quidam Imperator quum ab hostibus circunsidereturn, neque effugere vllo modo posset, depastus est cum eo, vt arma & impedimenta relinqueret, milites educerēt.
Depasci partem suam cum aliquo.Cicero pro Roscio Amerino, Non paulum nescio quid in rem suam conuertit, sed hunc funditus euertit bonis:ipse tria prædia sibi depastus est,voluntatem Decurionum ac Municipum omnium tanto idem quanti fidem suam fecit.
Depasci morte. Terenc.Phorm.1.3. Vbi Donatus,Depasci,pactione transigere.
Depasci honestissimo periculo. Cic.ad Attic.lib.9,Video tibi illud placere, me πολίτευμα de pace suscipere: in quo non extimesco periculum. quum enim tot impendeant, cur non honestissimo depasci velim?
Depasci ad conditiones alterius. Cic.5. Verr. Equitem Romanum scitote biduum cibo tectóque prohibitum: biduum Leontinis in foro custodiis Apronij retentum atque seruatum: neque antè dimissum,quàm ad conditiones eius depactus est.

Depactus, Participium à Depascor, Vide suprà: & à Depango, Vide DEPANGO.

Depactus {συνθεμένος} Participium à Depecisor. Vlpian.in l.Et generaliter.§.1.D.de Calumniatoribus,Hoc igitur edicto tenetur etiam is qui depactus est. Depactus dicitur turpiter pactus. Quædam exemplaria legunt Depactus.

Depalmo,depalmas {διαμετρέω} depalmare,Palma percutere. Gel.lib. 20. cap. 1, Quencunque depalmauerat, numerari statim secundum XII.tabul.viginti & quinque asses iubebat.

Depango,depangis,depanxi,& depēgi,depactum {καταπήγνυμι} depangere,Plantare,defigere,in terram ponere. Plinius libro 16.capite 26, Sed in hoc quoque prouidens natura facilè nascenti & depacto surculo incuriosius semen dedit. Columella libro 3.cap. 16, Quúmque sat erit medio spatio quod vacat inter vites per imam lineam depangere.
Depacta in terram non extrahuntur.Plin. lib.2.cap.96.

Depactus à Depango,Idē quod defixus.vt Depactus vitæ terminus.Lucretius lib.2. Id est, fixa vitæ meta.

Deparcus,Adiectiuum {φειδωλός} pro immodicè parco. Suetonius in Nerone,cap.30,Sordidos putabat esse ac deparcos, quibus impensarum ratio constaret.

Depasco, depascis, depaui, penult.prod.depastum {νέμω} depāscere, Pascendo absumere. Colum. lib.7. cap.5, Si hœdi rosidas herbas depauerint.Plin.lib.8.cap.25.
Agros depasci à pecore. Cic.2. de Orat. Quum ageretur de agris publicis,& de lege Thoria,& premeretur Lucullus ab iis qui à pecore eius depasci agros publicos dicerent.
¶Depascere,aliter. Colum.lib.2. c.11, Et si depascere sæpius voles, vsque in mensem Maium sufficit. Potest sic interpretari, Si vis boues depascere,vel si vis vt boues ea depascant pabula.
¶Depascere possessionem alienam, per translationem. Cic. 1. de Legib. Depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non finemus.
Stylo depascere luxuriem orationis. Cic. 2. de Orat. Quòd si hic noster Sulpitius faceret,multo eius oratio esset pressior; in qua nunc interdum, vt in herbis rustici solent dicere, in summa vbertate inest luxuries quædam,quæ stylo depascenda est.

Depascor,deponens {βίαιον νέμομαι} vt Beluæ depascuntur sata. Plinius libro 9. capite 3. Et libro 11. capite 19, Nam & papilio ceras depascitur.
Febris depascitur artus.Virg.3.Georg.
Syluas depascitur quadrupes. Tibul.lib.4.ad Mecœnatem.
Libare & depasci. Lucret.lib.3,
Floriferis vt apes in saltibus omnia libant:
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

Depastus,Participium {νενεμημένος.} vt Depasta arbor. Plin.lib.17.capite 24, Depastam arborem turpi facie relinquunt. Quo in loco passiuè accipitur.
Frondes depastus amaras sonipes.Claudianus 4.Paneg. Vbi actiuè sumitur.
Sepes depasta florem.Virgilius ecloga 1. Hypallage est, inquit Seruius, pro florem depastum habens. Depasta igitur hoc loco passiuum est. vnde crediderim verbum commune esse, non deponens. Sic idem lib.6.Æneidos,
Libaúsque dapes,rursúsque innoxius imo
Successit tumulo,& depasta altaria liquit.

Depastio,Verbale {βόσκημα} Plin.lib.17.cap.24,Similem rationem & depastio animalium habet.

Depaupero,depauperas,penult.corr. {συσπανίζω}depauperare,Pauperem facere, consumere. Varro, Prius quàm domum depauperasset sumptu suo.

Depecisor,Depectus, Vide DEPACISCOR.

Depecto, depectis, depexui, depexum {κτενίζω} depéctere, Idem quod pectere. Columella libro 10,Punicea depexa coma, sed lactea crure est.
Crines depectere.Ouid.6.Fast.

Depectere frondium canitiem. Plin.lib.6.cap.17. Et lib. 12. cap. 14, Quod in arbore hæsit, ferro depectitur.

Depexus {κτενιδιὸς} Participium. vt Iubæ depexæ. Ouid.de Arte,lib.1. de equis.

Depexi crinibus Indi.Ouid.3.Fast.

Depexum aliquem reddere,per translationem,pro inuolare in capillum,& percutere. Terentius Heaut.5.1. Nonius,depexum,laceratum interpretatur. Perottus hoc loco depessum legit, à pando vel à patior, id est laceratum. Quòd si depexum legamus, inquit: significabit cultum, & pexas vestes indutum: dictúmque erit à contrario sensu.

Depeculasso, depeculassis, depeculassere,pro depeculari: obsoletum verbum. Lucil.lib.26,Depeculassere aliqua sperans me,ac deargentassere,decalauticare,eburno speculo depeculassere. Nonius.

Depecúlor,penultima producta,depecularis,depeculatus sum,depeculari {κλέπτω τὰ ὑμέτερα χρήματα}. A peculio deductum verbum, significat propriè ea quæ ad Rempublicam, siue principem, siue sacra pertinent furari. Cic.3.de Finib. Nam vt peccatum est patriam perdere, parentes violare, fana depeculari,&c. Idem 6.Verr. Apollonium Niconis filium Drepanitarum, qui nunc A. Clodius vocatur, omni argento optimè facto spoliasti ac depeculatus es. Hic de furto priuatæ rei dixit.

Depeculari laudem alicuius. Cic.6.Verr.Cur pro isto qui laudem honoremque familiæ vestræ depeculatus est,pugnas?

Depeculator,penul.prod. {κλέπτης} Verbale,huiusmodi.fur.fur.Cic 2.Verr. Depeculator ærarij.Cic.in Pisonem.

Depeculator Veientanæ prædæ. Val.Max.lib.5.cap.3. de Camillo.

Depeculatus, à pecore dicitur: qui enim populum fraudat, peculatus pœna tenetur. Festus.

Depello,depellis,depuli,penult.corr.depulsum {ἀπωθέω, ἐξωθέω} depellere,Abigere,prohibere.

Dimouere,depelli,& deduci de loco.Cic.pro Cecinna.

Depellere & deiicere. Cic. 3. in Catil. Simulacra deorum immortalium depulsa sunt,& statuæ veterum hominum deiectæ.

Depellere loco.Cic.pro Cecinna. Cæsar 3.bel.Ciuil.

Deducere & depellere de loco6.Cic.pro Cecinna.

Depellere aliquem manu. Cic.3.Offic. Qui stadium inquit, currit, eniti & contendere debet quammaximè possit,vt vincat:supplantare eum quicum certet,aut manu depellere,nullo modo debet.

Depellere à se. Cic.3. de Legibus, Quid iam de Saturni supplicio reliquisque dicam? quos ne depellere quidem à se sine ferro potuit Respub.

Aliud ab alio depelli.Cic.de Fato.

¶Vi,ferro, periculis, vrbe, omnibúsque patriæ præsidiis depellere aliquem.Cic.de Arusp.resp.

Depellere & Restituere,contraria. Cic.pro Cecinna, Hoc opinor optaret,vt à quo loco depulsus esset,in eum se fortuna restitueret.

Depellere aliquem ad calamitatem.Cic.Antequam iret in exilium, Me quem paulo antè fortuna exererat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem: eundem Tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem.

Falsas auditiones. Tacit.lib.4, Mihi tradendi, arguendíq; rumoris causa fuit,vt claro sub exemplo falsas auditiones depellerem.

Cibum de pectore, Idem est ferè quod digerere. Cic.2.de Diuinat. Depulso enim de pectore & in omne corpus diuiso & mitificato cibo,cantus edere quiete fatiatos. De gallis gallinaceis loquitur.

Depellere ac dissipare copias. Cic. pro Domo sua, Sed iam depulsis ac dissipatis tuis copiis,à Pop.Rom.vniuerso,&c.

Curas vino. Tibul.lib.1.eleg.5.

Cursu recto aliquem.Horat.2.Serm.sat.5.

Dedecus patriæ.Sil.lib.1.

¶Dolorem. Cic.1.de Finib.Omnis voluptas assumenda est,omnis olor depellendus.

Exercitus. Tacit.lib.2.Nam Phrahates quanquam depulisset exercitus,diuésque Romanos cuncta,&c.

Famem cibo & potione.Cic.1.de Finib.

Frigus famémque.Horat.1.Serm.sat.2.

Tecta sua defendere & ab aris, focisque ferrum flammámque depellere.Cic.pro Sextio.

Ad depellendos hostes iaculum quærit.Claud.de bel.Gigant.

Ictum alicui depellere,Est auertere ictum ab aliquo illatum alicui. Valer.lib.6.Argon.

Causam lethi.Ouid.epist.20.

Molem mali à ceruicibus aliquorum.Cic.3.in Catil.

Molestias omnes ratio depellit.Cic.Cælio,lib.2.15.

Morbum.Cic.Gallo,lib.7.27.

Morbos depulsurus Epidaurius.Claud.3.Paneg.

Mortem opinione mortis.Cic.pro Sextio.

Nubila cælo. Tibul.lib.1.eleg.2.

Periculum à se.Cic.pro Cluent.Quum ad amici pericula depellenda adhiberer.

Pestem.Virg.lib.9.

¶Ex potestate. Cic.de Lege Agrar. Vt ex omni custodia vestræ libertatis,ex omni potestate,curatione,patrocinio vestrorum commodorum Cn.Pompeius depellereturt?

Sententia. Cic.2.Tusc. Oppositóq; dedecore sententia depellere.

De vetere. diuturnáque sententia, maleuolentissimis obtrectationibus aliquorum depelli.Cic.Lentulo,lib.1.7.

De suscepta causa propositáque sententia, nullam contumeliam, nullam vim, nullum periculum posse aliquem depellere, magni cuiusdam animi est.Cic.pro Ligar.

Spe,& de spe.Liu.1.bel.Maced. Cic.in Catil.

Suspitionem à se.Cic.12.Philipp. Quid egit,nisi vti falsam à se suspicionem depelleret?

Tela. Cicero pro Quinctio, Qui tela depellere & vulneribus mederi debeam.

Terrores à capite alicuius.Cic.pro Fonteio,Sic ab huius nunc capite Gallorum impetus,terrorésque depellit.

Tribunatu depelli.Cic.3.de Orat. Ex quibus C.Cotta,qué ille storentem reliquerat,paucis diebus post mortem Crassi depulsus per inuidiam tribunatu, non multis ab eo tempore mensibus eiectus est è ciuitate.

Turpitudinem nefariam voluntaria morte.Cic.de Prouinc.Cons. Verbera depellere, & deiicere cruciatum à ciuitate.Cicero 7.Verr.

Recta via depelli.Quintil.lib.2.cap.17.

Vim,scelus,furorem malorum, suo corpore opposito à bonorum omnium ceruicibus depellere.Cic.pro Domo sua, De seipso.

¶Aquam de agro per hyemem.Cato cap.155.

¶Agnum à matre,pro Ablactare. Varro 2.de Re rustica, capite 2, Quum depulsi sunt à matribus agni,adhibenda diligentia ne desiderio senescant.

Depellere lacte,vel à lacte. Idem. Tranquillus, Infantes firmiores, necdum tamẽ lacte depulsos.Virg.7.ecloga,-nec Phyllida habebam, Depulsos à lacte doomi quæ clauderet agnos.

Ab vbere matris depulsus equus.Virg.3.Georg.

Depellere fœtus teneros simpliciter, pro A lacte remouere. Virgilius ecloga 1. Idem ecloga 3,

-depulsis arbutus hœdis.

Depulso,depulsas {ἀπωθῶμαι} depulsare. Plaut.Stich.5,Cubitis depulsa de via.

Depultus {ἀπωσθῆναι} Participium antiquum pro depulsus, quomodo pultare dicit Plautus pro pulsare. Author ad Herenn. Nam qui perdullionibus venditat patriam, non satis supplicij dederit, si præceps in Neptunias depultus erit lacunas.

Depulsus & detrusus cibus in stomachum. Cicero 2. de Natura deorum, Atque iis agitatione & motibus linguæ quem depulsum & quasi detrusum cibum accepit,depellit. De stomacho loquitur.

Depulsor {ἀπωθῶν} Verbale,Qui depellit. Cic.2.Philip. Depulsor dominatus,quàm particeps esse maluit.

Depulsio,depulsionis {ἀπώθησις}. Cic.4.Acad. Omniũ deinde inanium visorum vna depulsio est.

Doloris depulsio.Cic.5.de Fin.

Intentionis depulsio.Cic.1.de Inuent.

Luminum depulsio. Cicero de Vniuers. Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum, quæ conuertens inferiora reddit quæ sunt superiora. De speculo

Depulsio mali.Cicero 2.de Fin.Nos beatam vitam non depulsione mali,sed adeptione boni iudicemus.

Seruituris depulsio.Cic.8.Philipp. Quę causa iustior est belli gerendi,quàm seruitutis depulsio.

¶Depulsio,pro responsione rei. *La response du defendeur.*

Depulsum, depulsi, Ipse depellendi actus. Valerius Maximus libro 1. capite 1, Portentorum depulsa, Hetrusca disciplina explicari voluerunt.

Dependeo, dependes, dependi, dependsum {κρεμάμαι} dependere, penultima producta,Deorsum pendère. Columella libro 3.capite 6, Sed si per vnumquenque pampinum maior numerus vuarum dependet.

Dependent lychni laquearibus aureis.Virg.1.Æneid.

Dependent illi collo binæ verruculæ.Colum.lib.7.cap.6.

Dependent naribus eius.Martial.lib.7.

Fides dependet adueniente die. Hoc est pendet de adueniente die. Id est habendáne sit fides verbis, an non, declarabit crastina dies. Ouid.3.Fastorum,

Discedunt dubij,promissáque tarda videntur:

Dependétque fides adueniente die. De Numa Pompilio qui in concione Romanis promittebat, Iouem sequenti die pignus imperij futuri daturum illis.

Dependo,dependis,dependi,depensum {ἐκτίνω,κρεμάννυμι,κρεμαννύω} dependere,penult.corr.Soluere.Plin.lib.33.cap.3,Libralis vnde etiam libella dicitur, & dipondius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta. Et adhuc expensæ in rationibus dicuntur. Item impendia & dependere.

Dependere mercedem. Colum.lib.5.cap.1,Pro quibus nulla merces dependitur. Apul.lib.8.Depenso pretio,Id est soluto.

Pecuniam dependere.Papinianus in l.2.D.de distract.pignor.

Soluere,& dependere.Cic.ad Brutum,18, Est rei familiaris iactura tolerabilis Reipub.quòd spoponderis quemadmodum soluas, nisi is dependi facilè patitur,pro quo spoponderis?

Pro capite pecuniam dependere.Seneca de Benef.lib.2.

Caput felicibus armis.Lucan.lib.8,

-mallem felicibus armis

Dependisse caput,&c.

Operam.Columella lib.4.cap.22, Nanque aliter incassum dependitur opera.&c.

Pœnas.Cic.pro Sextio,Omnes ferè Reipublicę pœnas aut præsenti morte.aut turpi exilio dependerunt.

Dependse pœnæ. Vlp.in l.Pœnæ. D.de condict.indebit, Pœnæ non solent repeti,quum dependæ sunt.

Dependere tempus amori, Id est consumere tempus in amoribus. Lucan.lib.10,

Tempora Niliaco turpis dependet amori.

Deperdo, deperdis, deperdidi, deperditum, penult.corr. {κατάλλω} deperdere. Caius scribit deperditum dici, quod in natura rerum esse desiit. Cicero 5.Tusc.Qui timebit nequid ex his deperdat,beatus esse non poterit.

Deperdere sanguinem. Cic.de Claris Orat.

Deperdere folia dicuntur arbores.Plin.lib.16.cap.22.

Sensum vitalem membratim deperdere.Lucret.lib.3.

Linguæ vsum deperdere.Ouid.5.Metam.

¶Deperdere aliquid de iure,vel de libertate ciuitatis. Cic.pro Cecinna, Quum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere.

Deperdere

Deperdere de existimatione.Cicero pro Fonteio, Verebatur enim videlicet, nequid apud vos populúmque Romanum de existimatione sua deperderet.

Deperdere honestatem. Cic.de Prouinc.Cons.Non solùm bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt.

Deperditus, penult.corr. {κατολολυμένος} Participium. vt, Letho gnatæ deperdita mater.Id est propter filię mortẽ pessimè affecta,vt & ipsam periisse putes.Catul.in Argon.

Amore alicuius deperdita mulier.Sueton.in Domitiano,cap.3.

Deperditum intelligitur, quod in rerum natura esse desiit,l.21. D. de hæred.petit.

Depereo,deperis,penul.corr.deperiui,vel deperij,deperitum,penult. corr. {κατόλωμαι,πεφροντίλωμαι} deperire, Valde perire, inquit Festus.

Deperierunt naues,Idem quod perierunt.Cæsar 5.bel.Gal.

Scheda nequa depereat.Cic.ad Att.lib.1.15.

Decor lacrymis deperit.Ouid.epist.22.

Deperire heredi.Afric.in l.Si Seruus.§.Qui quinque.D.de legat.1, Quòd si mortis tempore plena summa fuerit, & postea aliquid ex ea deperierit,sine dubio foli hæredi deperit.

¶Deperire,pro mori. Cic.in Topicis,Si is cuius vsus fructus legatus est,deperisset. De seruo loquitur.

¶Deperire aliquam {ὑπερφιλῶν} pro vehementer amare. Plautus Curcul.2,

Ea me deperit,ego autem cum illa nolo facere mutuum.

Deperire aliquem amore.Plaut.Cistel.3.

Deperire amore sponsæ, vel mulierculæ. Liu.6.bel.Pun. Et lib.7. Et bel.Maced.lib.9.

Amore impotente deperire aliquem.Catul.ad libellum,33.

¶Deperit eum consilium.Plaut.Milit.14,

Redeo nunc ad te,consilium quasi hunc depereat.

Deperit sapor.Plin.lib.14.cap.20.

Deperitutus,penult.prod. {κατολολυσάμενος} Participium. Ouid.2. Amor. elegia 14,

Gens hominum vitio deperitura fuit.

Depesta.Vasa vinaria erant,quæ sacris Sabinis in deorum mensa collocari solebãt. ¶Depesta itẽ fœminini generis,poculi genus est apud Græcos.Vtriusque author est Varro lib.4.de lingua Latina.

Depilis,& hoc depile, penult. corr. {ἄτριχος} Qui est sine pilis. Varro lib.1.de vita Populi Romani, Quòd ludis Prælius pueri essent glabri,ac depiles propter ætatem.

Depilatus,penult.prod. {ἐπιτετριμμένος} Adiectiuum,Qui nullos aut raros habet pilos,vel cui pili sunt detracti, apud Martial.lib.9. epigram.28. in Crestum, Quum depilatos Creste coleos portes.Scazon est. Nonius,depilati,rarefacti. Lucilius,Nato quid actũ est?depilati omnes sumus. Vide Senec.lib.2.De tranquillitate vitæ.

Depingo, depingis, depinxi, depictum {κατογράφω} depingere, Est perfectè pingere,aut etiam describere.Cic.3.de Orat.Pamphilúmque nescio quem finamus in insulis tantam rem tanquam pueriles delicias depingere.

Manus,obscœnas depinxit tabellas. Propert.lib.2.eleg.6.

Depingere verbis rem aliquam. Plaut.Pœnulo 16. Cic.2.de Finib. Pudebat te, inquam, illius tabulæ, quam Cleanthes sanè commodè verbis depingere solebat.

Facta alicuius.Terent.Phorm.2.1. Cic.pro Roscio Amerino, Vitam alicuius depingere.

Depingere cogitatione. Cic.4.Academic.Vt & ea declarant,quæ cogitatione depingimus. Idem 1.de Natura deorum,Magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum,vt eos ne coniectura quidem informare possumus, quum mẽs nostra quidnis videatur cogitatione posse depingere.

Depictus, depicta, depictum {κατάγραπτος}. Quintilianus libro 6, Tabella depicta.

Deplango,deplangis,deplanxi,deplanctum {κατακόπτω} deplangere, Idem quod plangere, vel potius multum & vehementer plangere. Ouid.4.Metamorphoseos,

-Cadmeida palmis

Deplanxere domum,scissis cum veste capillis. Ibidem,14,

-& ipsa suis deplangitur

Ardea pennis.

Deplano,as,penult.prod. {ἐξεμπλάω} Complano,planum facio. Lactantius lib.4, Ego antè ibo,& montes deplanabo.

Deplanto,deplantas {κατωτεύω} deplantare.Plin.lib.17.cap.16,Quæ cortice nituntur tantùm, vel leui aura, ocyssimè deplantantur. Columella lib.2. cap.2, Ne aut cornu bos ad stipitem vehementius offendat,aut extremo iugo truncum deliber,ramúmque deplantet.

Depleo, deples, deplevi, depletum, penult.prod. {ἐξαντλέω} deplere, Notæ significationis. Colum.lib.12. cap.50, Conchæ ferreæ quibus depletur oleum. Stat.1.Achilleidos,

Tu modò si veteres digno depleuimus haustu,

Da fontes mihi Phœbe nouos.

Deplexus,Participium à verbo Deplecto.Lucret.lib.5,

Deplexæque dabant in terram volnere vinctos

Morsibus adfixæ validis,&c. Deplexæ, hoc est deligatæ & solutæ. Lambinus.

Deploro,deploras,penultima producta {κατολύρομαι, κατοδύρομαι} deplorare,Deflere.

Deplorare, pro Conqueri. Cic.de Senect. Nostri ferè æquales deplorare solebant,tum quòd voluptatibus,&c. Idem 1.Tusculan.Sed quid necesse est, quum id agam ne post morię miseros nos putemus fore,vitam etiam efficere deplorando miseriorem?

Conqueri & deplorare.Cic.7.Verr.Si in aliqua destitissima solitudine ad saxa & ad scopulos hæc conqueri & deplorare vellem.

Deplorare & lamentari.Cic.4.in Catil. Id est initum consilium, vt interfectis omnibus,nemo ne ad deplorandũ quidem Pop.Rom.nomen,atque ad lamentandum tanti imperij calamitatem relinquatur.

Eloquentia,vel tacita pietate deplorare aliquid.Cicero pro Cluentio, Te appello Oppianice, te T. Acti: quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat.

De aliquo,siue de re aliqua.Cic.5.Verr. Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de istius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallent.

De suis miseriis apud patronos.Cic.4.Verr.

Copiosè dicere ac deplorare apud aliquem de miseriis aratorum. Cic.5.Verr.

Calamitates.Cic.11.Phipp.

Dolentius. Cicero pro Sextio, Necessariò mihi de iisdem rebus esse arbitror, si non subtilius disputandum, at certè dolentius deplorandum.

¶Deplorantur,Passiuum. Cicero 2.de Orat.Quæ de altero deplorantur,ad suas res reuocare.

Deplorans,participium {κατακλαίων}.Cicero 5.Tusc.l.Itaque augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt poetæ, nunquam inducunt deplorantem cæcitatem suam.

Deploratus,penultima producta {κατακεκλαυμένος} Participium,siue nomen ex participio.

Deploratus, Cui vltimus luctus persolutus est. Liuius 4. ab Vrbe, Ante omnia deplorati erant equites, non priuato magis, quàm publico luctu.

Deploratum dicitur, de quo conclamatum est, neque ei aliquo remedio succurri potest,vt Deplorata Resp. Plin.lib.25.cap.8, Prodest, vt demonstrabimus suo loco,deploratis in phthisi.

Domus deplorata.Ouid.3.Fastorum,

Ausus es igne Iouis percussum tangere corpus,

Et deploratæ limen adire domus.

Res est deplorata, hoc est desperata. Vulgus dicit, *Nullum est remedium.*

Deploratus à medicis. Plin.lib.7.cap.50.

Vir deploratus.Ouid.1.Trist.eleg.3.

Vota.Ouid.1.Metam.

Vulnus.Claud.de bello Getico.

Deplorandus {κατακλαυτέος} Qui debet deplorari. vt Deploranda calamitas.Cic.1.Verr.

Deplorabundus,pro deplorans. Plaut.Aulul. Homo ad prætorem venit deplorabundus. Nonius.

Deplumis, & hoc deplume, penult.prod. {ἄπτερος} Quod nullas aut raras habet plumas. Plin.lib.10.cap.24, Inuentæ sunt ibi nudæ atque deplumes. De hirundinibus.

Depluo,depluis,deplui,deplutum,penultima producta,depluere.Columella libro 10. cap. 21, Inque sinus matris violento depluit imbre. Tibul.lib.2.eleg.6,

Multus vt in terras depluerétque lapis.

Depolio,depolis,penult.correp.depoliui,depolitum,penultima prod. {κατατρίβω}depolire,Perficere.Festus,Depolitũ,perfectum:quia omnes perfectiones,antiqui politiones appellabant.

Depolire,Idem quod polire. Plinius lib.36.cap.25,Si verò cote depolitum est,nigri pauimenti vsum obtinet.

Depolitio, depolitionis, Verbale. Varro, Quid mirum si ex agri depolitionibus eiiciuntur,hîc in cœnaculo polito recipiuntur? Antiquum. Nonius.

Depono, deponis, penult. prod. {κατατίθημι,κοπτίθημι,πεφρονατίθεμαι} deposui, depositum, penult.corr.deponere, Deorsum ponere. Plaut. Mostel.6,Ecce autem hic deposuit caput,& dormit.

¶Deponere malleolum in terram,Plantare. Colum.lib.3. cap. 10, Comperimus eum malleolum,qui quatuor vnas tulerit, deputatũ,& in terram depositum,à fœcunditate materna sic degenerare vt,&c.

Deponere in gremio alicuius.Plin.lib.15. cap.30, Ex his in gremio Iouis optimo maximo deponitur.

Deponere semina fuleo,Plantare. Colum.lib.5. cap.4, Omnium autem satorum ferè eadem est conditio.nam vel scrobe, vel fulco semina deponuntur. De vineis.

¶Deponere in syluas liberos, vxores, & sua omnia. Cæsar 4. bell Gall.

¶Deponere ædificationem,pro cessare ab ædificãdo.Cic.Mémio, lib.13.1,Nunc verò si audierit te ædificationem deposuisse,&c.

¶Deponere amicitias, & suscipere inimicitias. Cic. de Amicitia, Cauendum erit ne nõ solùm amicitiæ depositæ, sed inimicitiæ etiam susceptæ videantur.

Amorem. Cic.de Amicitia, Quòd summi puerorum amores sæpe vnà cum prætexta toga deponerentur.

Animam.Propert.lib.1.eleg.12.

Arma. Plin.lib.15.cap.29. Cæsar 3.bel.Ciuil.

Bellum. Cic.de Legibus,Sequitur enim de iure belli,in quo & suscipiendo,& gerendo,& deponendo,ius vt plurimum valet.

Caput deponere & recondere strauis. Ouid.11.Metam.

Relinquere & deponere ciuitatem.Cic.pro Cecinna.

Cogitationem reparandæ classis.Hirt.lib.4.bel.Alex.

Comam.Stat.9.Thebaid.

Contumaciam.Colum lib.6.cap.2.

Corpora sub ramis deponunt arboris altæ. Virgil.7.Æneid. Id est discumbunt sub arbore.

Crines.Martial.lib.5.

Curam.Ouid.4.Trist.eleg.6.

Curas animo.Virg.4.Georg.

Omnes curas doloréque in alicuius sermone & suauitate deponere.Cic.Sulpitio,lib.4.6.

Nunquam deponere de manibus.Cicero 1.Academ. Non te ea intermittere, sed accuratius tractare, nec te de manibus vnquam deponere.

Desyderia rei alicuius. Cic. Trebatio lib. 7. 6, Tu modò ineptias istas & desyderia vrbis & vrbanitatis depone.

Dictaturam. Quintil.lib.3.cap.8.

Dolorem susceptum.Cic.3.Tusc.l.

Errorem suum. Cic.8.Philipp. Cæteris autem si errorem suum deposuerint, & in Reipub. gratiam redierint, veniam & impunitatem dandam puto.
Exercitum. Cic.8.Philipp. Veranque prouinciam remitto,exercitum depono,priuatus esse non recuso.
Famem. Ouid.6.Fastorum,
Hospita carmentis fidos intrasse penates
Diceris,& longam deposuisse famem.
Fastigia supplex deposui. Claud.de Nupt.Honor.
Pecuniam pupillarem in fidem publicam. Liuius 4. belli Punici, Pecuniæ quoque pupillares primò,deinde viduarum cœpte conferri, nusquam eas tutius sanctiúsq; deponere credentibus qui deferebant, quàm in publicam fidem.
Liberum apud fidem alicuius. Traianus ad Plinium Iuniorem, lib.10.epist.
Formidinem. Virg 3.Æneidos,
Ille hæc deposita tandem formidine fatur.
Furtim deponere. Horat.1.Serm.sat.1,
Quid iuuat immensum te argenti pondus,& auri,
Furtim defossa timidum deponere terra?
Falsa licet cupidus deponat gaudia luor. Propert.lib.1.eleg 8.
Gloriam abiicere & deponere. Cic.2.de Orat.
Deponere aliquem imperio. Suetton. Ne imperio turpiter deposito, priuatus viueret.
Imperium accipere & Deponere,contraria. Cic.1.Offic. Nec verò imperia expetenda, ac potius aut non accipienda interdum,aut deponenda nonnunquam.
Ineptias. Cic. Trebatio,lib.7.6.
Ingenia syluestria,pro Mitescere. Colum.lib.8.cap.15,Sic enim excluſi,educaſque pulli,deponunt ingenia syluestria.
Inimicitias susceptas Reip.nomine. Cic.ad Att.lib.14.
Inuidiam. Cic.de lege Agraria.
Ius populi in fide iudicum. Cicero pro Cecinna, Derelinquo iam communem causam: populíque Romani ius in vestra fide ac religione depono.
Aliquid de leuitate. Cic.ad Att.lib.2.16, Vt ille esset melior, & aliquid de populi leuitate deponeret. Id est,cessaret à leuitate.
Memoriam. Cæsar 1.belli Gall. Quòd si veteris contumeliæ obliuisci vellet,num etiam recētium iniuriarum, quòd eo inuito iter per prouinciam per vim tētassent,quòd Heduos, quòd Ambarros,quòd Allobroges vexassent,memoriam deponere posset?
Memoriam doloris. Cic.pro Cælio.
Ex memoria. Cic.pro Sylla, Quibus ego rebus Iudices ita flectebar animo,atque frangebar, vt etiam ex memoria quas mihi ipsi fecerat insidias,deponerem.
Deponere quodammodo apud memoriā cogitatio dicitur. Quintilianus lib.11.cap.2.
Mentem,mentúmque in gremio mimarum deponere. Cicero 13. Philippica.
Merum. Ouid.5.Metam.
Mœrorem atque luctum,gauderéque potius. Cic.14.Philip.
Molestias. Cic.2.Offic. Existimaui honestissimè molestias posse deponi,si me ad philosophiam retulissem.
Partem morbi. Horat.1.epist.1.
Negotium. Cic. ad Att.lib.7, Nec prius quidem quàm nostrū negotium aut confecerimus,aut deposuerimus.
Oculos in aliquem. Horat.1.Carm.ode 36. Id est figere.
Offensionem. Cicero ad Atticum,lib.1.12, Quàm mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offensionem, nihil attinet ad te qui ea nosti,scribere.
Officium,Plin.Iunior in Paneg. Magistratum,Cæsar 7.bel.Gall. Imperium,Liu. 2.ab Vrbe. Prouinciam,Cic.ad Att.lib.2.16, Quum prouinciam deposui in concione.
Onus. Cæsar 1.bel.Ciuil. Neque iumentis onera deponunt.
Onus,per translationem. Cic.7.Verr. Potero hoc onus tantum in hoc iudicio deponere,aut diutius tacitus sustinere?
Opinionem de aliquo deponere atque abiicere. Cicero 3.de Lege Agraria.
Pauorem. Ouid.10.Metam.
Pecuniam,pro Collocare apud sequestrum aut diuisorem. Plinius Iunior lib.6.Epist.
Personam accusatoris deponere. Cic.pro Quinctio.
Pudorem. Ouid.epist.16.
Rabiem deposuere feræ. Claud.8.Paneg.
Rationes Quæstoris deponere. Cic. Caninio, lib.2. 16, Rationes mei Quæstoris,nec verum fuit me tibi mittere, nec tamē erant confectæ,cas nos Apameæ deponere cogitabamus.
Deponere religiones,& Suscipere religiones, contraria. Cicero 2. de Diuinatione, Valeántque potius ad deponendas quàm ad suscipiendas religiones.
Rem susceptam. Cic.de Amicitia, Neque enim est consentaneum, vllam honestam rem,actionémve ne solicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere.
Inhumanæ senium depone camœnæ. Horatius 1.epist.19.Id est seueritatem.
Seueritatem. Martial.lib.4,Paulum deposita seueritate.
Simultatem. Cic.ad Att.lib.3.
Sitim deponere. Ouid.4.Metam.
Soleas. Martial.lib.5.
Spem deponas. Horat.2.Serm.sat.5,
Aut spem deponas,aut artem illusus omittas.
Studium pristinum. Cic.1.Tuscul. Nobis placet nec pristinum dicendi studium deponere,& in hac maiore & vberiore arte versari.
Timorem. Cicero pro Milone, Quamobrem adeste animis Iudices:& timorem,si quem habetis,deponite.
Vim suam deponunt venti. Ouid.2. Trist.

Voluntatem. Cic.in Catil.
¶Deponere aliquem vino,Inebriare,vino deiicere. Plaut. Aulul.16.
¶Deponere aliquid apud aliquem {παρακαταθέσθαι} Seruandum dare,& fidei eius committere. Plaut. Bacchid.5,
Nos ibi apud Theotimum omne aurum deposuimus. Cic.6.Verr. Apud amicos multa deposita. Idem 3. Offic. Si gladium quis sana mente apud te deposuerit,repetat insaniens,&c.
Quicquid habes,age depone tutis auribus,Id est dic taciturno. Horatius 1.Carm.ode 27.
¶Deponere aliquid dicuntur certantes pignore. Virg.eclog 3,
De grege non ausim quicquam deponere tecum.
¶Deponere,pro deprimere ædificiū,in l.17. D. de seruit.vrb.præd. l.6.D.Si seruit.vend.
¶Deponere,pro transferre,l.si sponsus sponsæ. §.si maritus. D. de donat.inter vir.& vxor.
¶Deponere,etiam demoliri, & ad aream redigere, & solo æquare significat,l.23.in fin.D.de vsucap.l.8.D.Si seruit.vendic.l.83.§.sacram. in fine. D.de verb.obligat. Ita depositionem ædificij accipe in l.9.§. Item Pomponius.D.Quod met.caus.
¶Deposui pro deposui præteritum legitur apud Catullum in Carmine seculari,32,
Quam mater prope Deliam
Deposuit oliuam. Id est,enixa est.
Deponens,penult.prod.Participium {ὑποτιθεμένος} Qui deponit.
Deponens verbum dicitur quod or finitum, vel actiui significationem obtinet, vt tueor, contemplor, loquor: vel neutri, vt philosophor, labor.
Depositus,penult.corr.Participium {ὑποτεθειμένος} vt
Depositam pecuniam recuperare. Cic.de Lege Agrar.
Fastus depositus. Claud.4.Panegyrico,
Visere deposito dignatus limina fastu.
Poplite deposito. Id est,flexo. Lucan.lib.1.
¶Depositus,pro desperato,siue desperatæ salutis. Cic.3.Verr. Itaque mihi videor magnam & maximè ægram, & propè depositam Reip.partem suscepisse. Virg.12.Æneidos,
Ille vt depositi proferret fata parentis. Vbi Seruius,Depositi,desperati.nam consuetudo erat, vt desperati ante ianuas suas collocarentur:vel vt extremum spiritū redderēt terræ:vel vt possent à transeuntibus sortē curari,qui aliquando simili laborauerant morbo. Ouid.2. de Ponto,eleg.2.
Pandere vrbem depositam. Stat.1.sylu.4.
Depositum,depositi,penult.corr. Substantiuum {παρακαταθήκη παρακαταθολή} Quod alicui commissum est, & datum vt seruet. Vlpianus in l.1. D.Depositi, vel contrà, Depositum est quod custodiendum alicui datum est.dictum ex eo quod ponitur.præpositio enim de, auget positum: vt ostendat totum fidei eius esse commissum, quod ad custodiam rei pertinet.
Depositum sospes erit. Iuuen.sat.13.
Clàm depositum. Cic.3. Tuscul. Qui propter auaritiam clàm depositum non reddidit,quod est iniustitiæ.
Depositum abnegare. Vide ABNEGO.
Accipere depositum. Quintil.lib.7. cap.4.
Celare depositum alicuius,Id est conseruare & absconder e. Claud. 3.de Raptu Proserp.
Reddere depositum. Ouid.1.de Arte.
Reddere depositum legentibus. Quintil.lib.1.cap.7.
¶Depositum in sequestre propriè dicitur, quod à pluribus in solidum certa conditione custodiendum,reddendúmque traditur.l.6.D. depos.
¶Depositum est contractus, quo res aliqua ea lege apud alterum deponitur,vt is dolum tantùm in ea reddenda, non culpam præstare debeat.l.1.D de oblig.& action.
¶Depositum iudiciale est, quū res ea,de qua controuersia sit, apud officium,vel vbi iudex statuerit,deponitur.l.16.in fine. D.de off.præs. l.7.§.vlt.D. Qui satisd.cog.l.7.D.depos.
Depositio, Verbale, Actus ipse deponendi. Florent.in l.licet deponere. D.depos.
Depositor,Aliud verbale, Qui deponit,aut deposuit. Vlp.in l.1.§. Apud Iulianum.D.depositi.
Depositarius {σωματοφύλαξ} Custos depositi, vel susceptor depositarum rerum. Vlpian.l.1.§.Si pecunia. D. depositi,Satisdatione autem non intereueniente rem in ædem deponi, & omni actione depositarium liberari.
Depontani,Senes appellabātur,qui sexagenarij de ponte deiiciebantur. Festus. Vide Erasmum in prouerb.
Depopulor,penult.corr.depopularis {λαφυραγωγέω, δῃόω} depopulari,Prædari,siue deprædari,passim; & quasi populatim diripere. Cic. 5.Verr. Qui quum agros maximos ac feracissimos per seipsum, hoc est per Apronium Verrem alterum depopularetur.
Aues depopulantur dona Cerealia. Ouid.1.Fast.
Humum depopulari. Ouid.3.Trist.eleg.10.
Depopulare {πορθεῖν} actiuè apud Hirtium lib.6.de bello Hispaniensi, Agros, vestrámque prouinciam vestro impulsu depopulauit. Valer. 4.Argonaut. Cæcilius Asoto,Iamdudum depopulat macellum. Ennius Ambracia,Agros audaces depopulant serui dominorum dominis. Nonius.
Depopulatio,Verbale {πόρθησις.} vt Depopulatio prædiorum. Cic.pro Domo sua.
Agrorum depopulatio. Cic.in Pisonem.
Ædium sacrarum,publicorúmque operum depopulatio. Cicero 2. Verr. Cuius prætura vrbana, ædium sacratum fuit, publicorúmque operum depopulatio.
Depopulationes & vastationes. Cic.5.Philipp.
Inferre depopulationem agris. Cic.de Aruſp.resp. Excisionem,inflammationem, euersionem, depopulationem, vastitatem eam sua cum præda meis omnibus tectis atque agris intulerunt.

Depopulator,

Depopulator,pen.prod.{ἀφανιστής} Verbale,vt Depopulator fori. Cicero pro Domo sua.
Deporto,deportas {κατακομίζω,κατακομίζομαι} deportare,De loco portare. Dicimus autem deportare ad locum,& deportare de loco.
Deportare iumentis. Cic. ad Attic. lib. 8, Quæ arma superabant, ea si Brundusium iumentis deportaueritis, vehementer Reipub. profueritis.
Nauibus. Cæs.3.bel.Gall. Magno numero nauium appulso sua omnia deportabant:séque in proxima oppida recipiebant.
¶Deportare se,pro se conferre. Cic.ad Tiron.lib.16.epist.1, Mihi placebat, si firmior esses, vt te Leucadem deportares, vt ibi te planè confirmares.
Ex aliquo loco. Cicero Trebatio,lib.6.15,Mihi crede,nihil ex ista prouincia potes quod iucundius sit,deportare. Plinius lib.7.cap.30, Deportauit ex Cypria.
Ad locum. Cic. 5. Verr. Omnes decumas ad aquam deportatas haberent.
In aliquem locum. Cic.ad Att. lib.1.2, Illa omnia in Tusculanum deportabo.
In solas terras,pro In exilium mittere. Terent.Phorm.5.8.
Captiuos Romam. Liu.de bello Punico. Videtur subaudiri ablatiuus naui.
Exercitum,Est exercitum in patriam reducere,vt ait Budæus. Liu. 3.bel. Pun. Annibal victor in Africam hinc decedat, exercitúmque deportet. Cic.pro L. Manilia,Bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportauit.
Minore exercitu insigneis captiuos,cædem ducis, bellíque confecti famam deportarat. Tacit.lib.4.
Flagitium ac dedecus ex aliqua regione deportatum. Vbi quis nō continenter vixerit. Cic.pro Murena.
Deportauit humanitatem Athenis. Cic.de Senect. Noui enim moderationem animi tui,& æquitatem:séque non cognomen solùm Athenis deportasse,sed humanitatem & prudentiam intelligo.
Literas deportare ex Sicilia in Verrem. Cic.1. Verr.
Deportare triumphum. Cic.1.Offic. Mihi quidem certè vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius multis aud ētibus hoc tribuit, vt diceret frustra se tertium triumphū deportaturum fuisse, nisi meo in Rempub. beneficio,vbi triumpharet,esset habiturus.
Deportatus,penult.prod.Participium {κατακεκομισμένος.} vt Deportatus Romam.
Inter deportatos & relegatos. Vlpian. l. relegatorum. D.de interdict. & releg. Hæc est differentia inter deportatos & relegatos: quòd in insulam relegari & ad tēpus, & in perpetuum quis potest. Deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps in insulas adnotauit, vel de quibus deportandis scripsit. Vide & l.3.§.2. D. de legat.& fideicom.lib.32.
Deportatio,Verbale {ἐξορισμὸς, κατακόμισις.} Cato cap.144, De fundo ligna & oleam ne deportato. Qui oleam legerit,qui deportarit,in singulas deportationes H.S.N.II. deducentur,neque id debebitur.
¶Deportatio,est perpetua in exilium, siue insulam condemnatio, ciuium Romanorum pœna, quæ successit in locum aquæ & ignis interdictionis, quasi circunfinitio,quum ei, qui damnatus est, certo spatio circunscribitur pœnæ perpetuò pendēdæ locus. Inter pœnas. D.de interd.& releg. Vnde Præses aliquem ciuem deportare non poterat. ¶Ité Deportatio interdum vltimum supplicium, & mors censetur §.publicorum. Instit.de publ.iudic.§.quum autem. Instit. quib. modus pat.potest.solui.
Deportationis nomen, quod multò relegatione grauius erat, natum ex eo est, quod Senatus censuit eos, qui ex Cannensi acie fugerant, ex Italia in Siciliam deportandos esse, nec antè inde reportandos in Italiam, quàm Pœnus Italia depulsus esset. Eorum militum more in insulas pœnæ nomine rei amandabantur. Turneb.
Deportatio insulæ,In insulam relegatio. Vlpian.l.inter pœnas.D. de interd.& releg.
Deposco,deposcis,depoposci,depositum,pen.corr. {ἐξαιτέω} deposcere,Vehementer poscere. Cic.6.Verr. Vt illa flamma diuinitus extitisse videatur, non quæ deleret Iouis Opt.Max. templum, sed quæ præclarius magnificentiúsque deposceret.
Deposcere omnibus pollicitationibus ac præmiis. Cæs.7.bel.Gall. Omnibus pollicitationibus ac præmiis deposcunt, qui belli initium faciant,& sui capitis periculo Galliam in libertatem vendicent.
Non modò non recusare aliquid,sed etiam deposcere. Cicero pro Flac. Idem 3.Philip. Id non modò non recusem, sed appetam etiam atque deposcam.
Dextras. Silius lib.7,
-quum optabile tempus
Deposcet dextras.
Hostem. Valer.lib.5.Argonautic&n,
Et Persen simul & Minyas deposcimus hostes.
Mandata alicuius. Vide Mandatum,in MANDO,mandas.
Aliquem ad supplicium. Cæs.8.bel.Gall. Cic.pro Cælio, Hac lege Cælij adolescentia non ad Reip. pœnas, sed ad mulieris libidines & delicias deposcitur.
Deposcere in pœnam. Liu.1.bel.Pun. Ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum.
Morti deposcere,pro ad mortem. Refertur autem deposcendi verbum frequenter ad supplicium. Tacit.lib.13, Dum Centurionem cognomento Scirpicum illa morti deposcit.
Prælia deposces. Sil.lib.17.
Téne istas partes depoposcisse,vt,&c. Cic.pro Sex. Rosc.
Votis deposcere pugnam. Lucan.lib. 2.
Supplicia fœua. Stat.12. Thebaid.
Deposcere atque expetere imperatorem ad bellum. Cicero pro Lege Manil.
Deposcens,tis,Participium {ἐξαιτῶν.} Cic.5.ad Attic. Hortensio deposcēti mandata mea,cætera vniuersa mandaui.

Depositus, Depositum, Depositarius, Vide DEPONO.
Depostulo,depostulas,pen.corr. {ἐξαιτέω} depostulare, Vehementer postulare. Hirt.6. bel.Hispan. Ciuitates contrariæ Pompeio auxilio sibi depostulabant.
Deprædor,deprædaris {λῃστεύω} deprædari,Idem quod depopulari.
Deprælior, deprælaris, depræliatus sum {κατακρατέομαι} deprælliari, Idem quod simplex præliari, hoc est dimicare. Horatius 1.Carmin. ode 9,
Permitte diuis cætera,qui simul
Strauêre ventos æquore feruido
Depræliantes,&c.
Deprauo,depraues,penul.prod. {διαστρέφω,στρεβλόω,κακόω} deprauare, Praum facere, corrúpere,vitiare. Terent.Phorm.4.4, Nihil est Antipho,quin malè narrando possit deprauarier. Cic.3.de Fin. Eas non modò nihil adiuuare arbitror,neque affirmare quo meliores simus, sed ipsam deprauare naturam.
Corrigere,& Deprauare,contraria. Cic.1.de Fin. Sed ita vt ea quæ corrigere vult,mihi quidem deprauare videatur.
Nimiæ rerum omnium copiæ deprauant aliquem. Cic. 2. de Lege Agraria.
Nihil est tam sanctum, quod non soleant domestici deprauare nonnunquam. Cic.1.Philipp.
Multi ad deprauandum parati. Cic. Bruto,18.
Deprauatus,pen.prod.Participium {κεκακωμένος.} vt,Deprauati mores, & Deprauatæ opiniones. Cic.3.Tusc.ul.
Natura alicuius deprauata mala disciplina. Cic. 2. de Fin.
¶Deprauare hominem, pro fractis vel debilitatis membris vitiare. Seneca epist.102,Depraues licet, dum monstruoso & distorto tem poris aliquid supersit.
Deprauatio,Verbale {διαστροφή.} vt,Deprauatio oris. Cic.2.de Orat.
Distortio & deprauatio. Cic.5.de Fin. In quibus si peccetur distortione & deprauatione quadam,aut motu,statúve deformi.
Consuetudinum deprauatio. Cic.1.de Legib.
Deprauatio & fœditas turpificati animi. Cic.3. Offic.
Deprauatio verbi. Cic.in Partit. Defensor autem de ea quam proposui,æquitare nitatur: & ea quum secum faciat, non re,sed depravatione verbi se vrgeri queratur.
Deprauatè,Aduerbium: vt,Deprauatè & corruptè iudicare, Id est non rectè. Cic.1.de Finib.
Depreciatus,pen.prod.Vide DEPRETIO,as.
Deprecor, penult.correp. deprecaris, deprecatus sum {ἐκπαρέομαι, ἐκπαρέσμαι, κατάκομπτω.} deprecari,Vehementer precari. Catul.epig.87, Cui ego quasi eadem totidem mox deprecor illi
Assiduè,verùm dispeream nisi amo.
Te lacrymæ fratris deprecantur. Cic. Marcello,lib.4.7.
Authoritas,atque virtus alicuius deprecatur. Cic. Post reditum ad Quirites, At me C. Pisonis generi mei diuina quædam & inauditæ authoritas atque virtus, fratrísque mei miserrimi atque optimi quotidianæ lacrymæ, fordéque lugubres à vobis deprecatæ sunt. Id est reditum mihi ac restitutionem impetrauerunt.
Deprecari ab aliquo. Cic.7. Verr. Tum deprecabitur à vobis, tum etiam pro suo iure contendet.
Deprecari aliquid ab altero. Cic. 5. Verr. Nunc proficiscemur ad reliqua,si pauca antè erimus à vobis Iudices deprecati.
Deprecatum venit ad me,vt sibi ignoscerem. Cic.de Amicit.
Deprecor adiiciendum. Varro 1.de Re rust.cap. 19, In hoc genere semiuocalium adiiciendum deprecor. Emendati codices habent, de pecore.
Deprecari aliquem ab altero. Cicero de L. Agrar. contra Rullum, Quemadmodum quum peterem, nulli me vobis authores generis mei commendarunt: sic siquid deliquero, nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecentur.
Deprecari alicui ne vapulet. Plaut. Asin.17,
Nunc si vultis deprecari huic seni ne vapuler,
Remur impetrari posse.
In hoc te deprecor ne,&c. Cæl. Cic.lib.8.1.
Deprecari pro reditu alicuius. Cic. Post reditum ad Quirites, Non enim pro meo reditu, vt pro P. Popilij nobilissimi hominis adolescentes filij,& multi præterea cognati atque affines,deprecati sunt.
Iratos aliquorum animos atque horribiles impetus. Cicero pro Fonteio.
Pacem, cui opponitur Denuntiare bellum. Cic.Cornificio, lib.12. 24, Nondum Legati redierant, quos Senatus non ad pacem deprecandam,sed ad denuntiandum bellum miserat.
Sibi exilium & fugam. Cic.3.de Orat. Quum sibi non incolumem fortunam, sed exilium & fugam deprecaretur, esse coactum vt vita seipsum priuaret.
Vitam alicuius. Cic. pro Sylla, Quàm multorum hic vitam à L. Sylla deprecatus?
¶Precari & Deprecari,contraria. Ouid.1.de Ponto,eleg.2, Sæpe precor mortem,mortem quoque deprecor idem.
Detestari ac deprecari querimoniam alterius à se. Cic. 1. in Catil. Nunc vt à me P.C. quandam propè iustam patriæ querimoniam detester ac deprecer,percipite quæso diligenter quæ dicam.
Anteacta. Tacitus lib.11,Circunsistunt Cæsarem, anteacta deprecantes.
Calamitatem ab esse. Cic.3.Verr. Id est amoliri, & precibus propulsare. Budæus.
Auaritiæ crimina laudibus frugalitatis: Id est,depellere, & ita orare vt nequis auarus existimetur,sed magis frugalis. Cic.4.Verr.
Munus aliquod. Quintil.lib.2 cap.13.
Odium summæ improbitatis excusatione summæ stultitiæ. Cic. pro Cecinna. Idem pro Balbo, Quiddam de communi conditione omnium nostrum deprecandæ maleuolētiæ causa breuiter commemorandum videtur. Idem lib. 6. de Rep. Etiam Claudij inuidiam, Gracchi charitas deprecabatur. Id est,propulsabat & defendebat.

¶Deprecari periculum, Auerfari, Precari ne eueniat. Cic.7.Verr. Mortem. Caſ.7.bel.Gall.
Periculum decreto deprecari. Cic.pro Sextio.
Refugere periculum aut deprecari. Aſin. Cic.lib.10.31, Nec periculum eſt vllum quod pro libertate aut refugiam aut deprecer.
Deprecari pœnam. Liu.lib. 10.bel. Maced. Ego ſiquid impiè in te pater, ſiquid ſceleratè in fratrem admiſi, nullam deprecor pœnam. Si innocens ſum, ne inuidia conflagrem, quum crimine non poſſum, deprecor. Verba ſunt Demetrij ad Philippum patrem.
Deprecari ſanguinem & mortem innocentiſſimi ciuis. Cicero 7. Verrina.
Deprecari ſupplicium & recuſare. Cic.2. Tuſc. Nullum genus ſupplicij deprecatus eſt, neque recuſauit.

Deprecator, Verbale {δεήτωρ, παρεγητής} Qui pro reo deprecatur veniã. Cic.pro Cornel. Balbo, Potuit magis de re iudicare, quàm quum ad veſtrum iudicium ciues ampliſſimos legauit, teſtes huius iuris, vitæ laudatores, periculi deprecatores?
Miſeriarum deprecator. Cic.pro Flacco, Sperabam Iudices honoris potius L. Hacci me adiutorem futurum, quàm miſeriarum deprecatorem.
Legatos & deprecatores mittere. Cic.pro L.Manil. Quum ad eum vſque in Pamphiliam legatos deprecatoréſque miſiſſet.
Deprecator mei, tui, ſui. Cic.Att.lib.11, Quintus miſit filium non ſolùm ſui deprecatorem, ſed etiam accuſatorem mei.
¶Deprecator fortunarum alicuius, pro Seruatore. Cic.pro Plancio, Nec me ſolùm deprecatorem fortunarum tuarum, ſed comitem ſociúmque profitebor.

Deprecatio, Verbale, Deprecandi actio {δέησις, παράκλησις.} Cic.ad Att.10, Non me hercule deprecationi locus.
Vti deprecatione. Cic.pro Cluentio, Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione Iudices quam mihi ſæpius vtendum eſſe intelligo, ſic vt me audiatis, &c.
Non ille deprecatione redit. Cic.Poſt redit.ad Quir.de Mario. Id eſt ſupplicatione amicorum.
¶Diræ deprecationes, pro imprecationibus, in malum. Plin.libro 28.cap.29, Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit.
¶Deprecatio eſt etiam recuſatio & amolitio. Quintil.in Proœm. lib.1, Sed qua ex cauſa faciliorem mihi veniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis. Plinius lib.28.cap.2, Etiam parietes incendiorum deprecationibus conſcribuntur. Hoc eſt, certis verbis quæ vim habeant auertendi incendia ab ædibus.
¶Deprecatio, Recuſatio, & repulſio accuſationis & petitionis. Cicero 2.de Inuent. Deprecatio eſt in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur.

Deprecabundus {λιτεύων} pro precante & petente. Tacitus, Vt Lateranus quaſi ſubſidium rei familiaris oraret deprecabũdus, & genubus principis accidens.

Deprehendo, deprehendis, deprehendi, deprehenſum {μανθάνω, καταλαμβάνω} deprehendere, & in carmine, deprendo, deprendis, deprendere, Eſt quod barbari dicunt *Capere in ipſo facto*: ita vt nec fugere, nec inficiari poſſit. vt Deprehendi in furto. Plaut. Aſin. 11. Cicero 7. Verr. Quaſi eſſet in aliquo manifeſto ſcelere deprehenſus.
Deprehendi pro mœcho. Terentius Eunuch. 5.5, Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia deprehendi quenquam?
Deprehendi cum aliqua muliere. Cæl. Cic. lib. 8. 7.
Apud aliquem aliquid deprehenſum. Cicero 3. in Catil. Qui paulo antè aliquid tamen de gladiis ac ſicis, quæ apud ipſum erant deprehenſæ, reſpondiſſet.
Manifeſtè deprehendi. Cic.3.in Catil.
In adulterio deprehendi. Cic.2.de Orat.
¶Deprehendere, Eſt per diſputationem, ſeu inquiſitionem & inueſtigationem inuenire. Horat. 2. Serm. ſat. 7. Plinius lib. 2. cap. 8, Quam naturam eius Pythagoras Samius primus deprehẽdit. Idem lib. 12. cap. 9, Sed deprehenduntur odore, colore, pondere, guſtu.
Aliquid deprendere mente. Lucret. lib. 3,
Nec memori tamen id quimus deprendere mente.
Manifeſtò deprehendere. Cic. in Orat. Nec deprehendetur manifeſtò quid à nobis de induſtria fiat.
Animi tormenta in ægro. Iuuen. ſat. 9.
Arcanum alicuius. Claud. de bello Getico.
Facinora oculis. Cic. pro Cælio, Cuius ego facinora oculis prius quàm opinione, manibus antequam ſuſpicione deprehendi.
Furta. Ouid. 3. Metamorphoſeos,
-quis enim deprendere poſſit
Furta Iouis?
Venenum manifeſtó. Cic. pro Cluent.
Verum. Stat. 8. Thebaid.
¶Deprendere, pro Comprehendere. vt, Curſu feram deprehendere. Seneca Herc. fur. 4.
Deprehendere tabellarios, & literas intercipere. Cic. Caſſio, libro 12. 12.
Turbine rapido deprendi. Ouid. epiſt. 7,
Fingeage, te rapido (nullum ſit in omine pondus)
Turbine deprendi, quid tibi mentis erit?

Deprenſus vel Deprehenſus, Participium {καταληφθείς.} Iuuen. ſat. 9,
Quid tibi cum vultu, qualem deprenſus habebat
Raubola, dum Rhodopes vda terit inguina barba?
¶Deprehenſus, Qui in ſumma difficultate ſtupet animo, & inopia conſilij oppreſſus eſt. Deprehenſi enim dicuntur, qui effugere nequeunt vel vitare quum maximè cupiant, aut è re incommodè nata ſe explicare & ſubducere. Quintil. lib. 12. cap. 2, Itaque reperias quoſdam in diſputando mirè callidos: quum verò ab illa cauillatione ſe ceſſerint, non magis ſufficere in aliquo grauiore actu, quam paruæ quædam animalia, quæ in anguſtiis mobilia, in campo deprehenduntur. Hoc eſt, nullum in ſe aut in alio reperiunt præſidium: omni conſilio, omnique ope defecta.

¶Deprehenſus, Id eſt vt vulgò dicitur *captus in ipſo facto*. Cic. 2. de Fin. Occultum facinus eſſe potuerit, gaudebit: deprehenſus omnem pœnam contemnet.
Deprehenſus cum veſte muliebri. Cic. Lent. lib. 1. 7, P. Clodium Appij filium te credo audiſſe cum veſte muliebri deprehenſum domi C. Cæſaris, quum ſacrificium pro populo fieret.
¶Deprehenſus, Cognitus. Plin. lib. 12. cap. 5, Ibi & ſpina ſimilis, ſed deprehenſa vel lucernis, igni protinus tranſiliente.
Ars deprenſa. Ouid. 2. de Arte,
Si latet ars, prodeſt: affert deprenſa pudorem.
Scelus manifeſtum atque deprehenſum. Cic. 3 in Catil.
¶ Teſtis deprehenſus, qui varians vulgò, titubánſq; dicitur. Quintil. lib. 5. cap. 7.
¶ Deprehenſa, dicitur genus militaris animaduerſionis, caſtigatione maior, ignominia minor. Feſtus.

Deprehenſio, deprehenſionis, Verbale {κατάληψις.} Cic. pro Cluent. Denique omnis accuſatio variè grauitérque tractata, ad extremum manifeſta, veneni deprehenſione concluſa.

Depreſſus, Vide DEPRIMO.

Depretio, depretias, depretiaui, depretiatum, depretiare, Ad minus pretium redigere. Paul. in l. proinde. D. ad legem. Aquil. Et eius ratio haberi debet, quo cætera corpora depretiata ſunt.

Deprimo, deprimis, pen. corr. depreſſi, depreſſum {καταπίπτω, καταπονέω, καταπιέζω} deprimere, Deiicere. Plin. lib. 2. cap. 38, Terrenà in cælum tendentia deprimit ſyderum vis.
Fluctus deprimit carinam. Ouid. 14. Metam.
Lanx in libra ponderibus impoſitis deprimitur. Cic. 4. Acad.
Deprimere plantam, vel vitem in terram. Colum. lib. 11. cap. 3. Et lib. de Arboribus, cap. 7. Item Cato, cap. 32.
Deprimere naues. Vulgò dicunt, *mittere in fundum*. Cæſar 2. bel. Ciuil. Cic. 2. de Diuinatione, Si enim fatum fuit claſſes Populi Romani bello Punico primo alteram naufragio, alteram à pœnis depreſſam interire.
Extollere & Deprimere, contraria. Cic. Antequam iret in exilium, Nam quem virtutis gloria cum ſumma laude ad cælum extulit, eundem inimicorum inuidia digniſſimè oppreſſum deprimit ad ſupplicium.
Ædificium deprimere, cui opponitur Tollere. Vlp. in l. ſi arborem. D. de ſeruit. vrban. præd. Interdum dici poteſt eum quoque qui tollit ædificium, vel deprimit, lumin: bus officere.
Deprimere & Adaugere, contraria. Author ad Heren. lib. 3, In quibus extranea cauſa conficiet deliberationem, in his ea ipſa erit cauſa adaugenda, aut deprimenda.
Locum deprimere, pro Depreſſiorem facere. Vlp. Vt locus deprimatur pecoris appellandi gratia.
¶Deprimunt me quæ porto. Plaut. Merc. 13,
Simul hæc etiam quæ mecum porto, deprimunt.
¶Deprimere, Præponderare. Cic. 5. de Fin. Terram, mihi crede, ea lanx & maria deprimet. Budæus. Idem 5. Tuſcul.

Depreſſus, Participium {πιεσμένος.} vt, Depreſſum ad mentum ſupercilium. Cic. in Piſonem.
Depreſſus & demerſus, In DEMERGO.
Superata ac depreſſa claſſis. Cic. pro L. Manil.
In altitudinem depreſſum ſaxum. Cicero 7. Verr. Opus eſt ingens, magnificum. regum ac tyrannorum: totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, & multorum operis penitus exciſo,
Depreſſus & oneratus auro. Author ad Heren. lib. 4.
Aratrum depreſſum. Ouid. 15. Metam.
Conualles. Virgil. 3. Æneid.
Corpus. Ouid. 3. Metam.
Onere ſuo nauis. Cic. 7. Verr.
Victæ, comminutæ, depreſſæque opes ciuitatis. Cic. 7. Verr.
Depreſſa veritas. Cic. pro Cluentio, Hoc vno modo Iudices ſæpe multorum improbitate depreſſa veritas emergit.
Depreſſa & extincta virtus. Cic. 5. Verr.

Depreſſus, nomen ex participio {πιεστός.} Colum. lib. 1. cap. 5, Quum ex depreſſiore loco fuerint orſa fundamenta. Idem lib. 2. cap. 4.
Aqua depreſſior & altior, contraria. Vlp. in l. 1. §. quod autem ait. D. ne quid in flumine publico, ſive ripa eius fiat, dum vel depreſſior, vel altior fiat aqua, ac per hoc rapidior ſit, cum incommodo accolentium.
Vox depreſſa & inclinatus ſonus. Author ad Heren. lib. 3, In conqueſtione vtemur voce depreſſa, inclinato ſono, crebris interuallis, longis ſpatiis, magnis commutationibus.
Sedata & depreſſa vox. Author ad Heren. lib. 3.

Depromo, depromis, penult. prod. depromſi, depromptum {προφέρω, προκάλλομαι, ὑφαίρω} depromere, Idem quod promere. Plautus Trucul. 13, -vt bubus
Glandem prandio depromerem.
Benignius depromere merum. Horat. 1. Carm. ode 9.
Vinum depromere cellis. Horat. 1. Carm. ode 37.
Ex arca pecunia, ex virtute opera depromitur. Cic. 2. Offic.
Sagittam depromere. Virgil. 11. Æneidos,
Dixit, & aurata volucrem Threiſſa ſagittam
Depromſit pharetra, cornúque infenſa tetendit.
Scientiam iuris à peritis, vel de libris. Cic. 1. de Orat. Iuris vtilitas ad quanque cauſam quanuis repentè vel à peritis, vel de libris depromi poteſt.
De iure ciuili aliquid. Cic. 1. de Orat.
Argumenta è locis quaſi theſauris. Cic. 4. de Fin.
Ex ſenſu ſuo. Cic. in Parad.
Ex intima alicuius arte mirificum genus commendationis. Cic. Valerio, lib. 13. 6.
Verba domo patroni. Cicero 5. Verr. Iam hoc cæde, concide: non verba domo patroni depromere videtur ad omne genus nequitiæ accommodata?

Ex intimo

Ex intimo artificio verba gratiſſima. Cic. pro Cluent.

Depromptus, Participium {προκαλούμενος} Cic. 2. de Orat. Ira & momenti aliquid afferent, quum erunt penè ex intima defenſione depromptæ, & apparebit eas, &c.
Maledicta deprompta ex recordatione impudicitiæ & ſtuprorum alicuius, conijcere in eum. Cic. 3. Philip.
Deprompta ex ærario pecunia. Cic. pro L. Manil.

Depropero, deproperas, pen. corr. {κατασπεύδω} deproperare, Valde properare. Plaut. Pœn. 4, Deproperant ſedulò ſacrificare. Horatius 2. Carm. ode 7,
-quis vdo
Deproperare apio coronas
Curátve myrto? Id eſt feſtinanter afferre. Acron.

Depſo, depſis, depſui, depſitum, penult. corr. {ἁλίσκω} depſere, Subigendo manibus aliquid molle & tenerum reddere. A Græco verbo ἁλίσκω venit, quod eſt coquo vel mollio, teſte Nonio. Cato cap. 90, Id vbi excoxeris depſito benè, oleo manum vnguito, primùm puſillum, poſtea magis depſes, oleo tangito, depſitóque dum poteris facere tutundas. Varro Myſteriis, Sed tibi fortaſſe alius mollit & depſit. Obſoletum.

Depſiticus, Adiectiuum {ἁλιτικός.} Cato cap. 74, Panem depſiticum ſic facito, manus, mortariúmque benè lauato, farinam in mortarium indito, aquæ paulatim addito, ſubigitóque pulchrè. vbi bene ſubegeris, defingito, coquitóque ſub teſtu. Caſtigatiora exemplaria habent Panem depſititium.

Depubet, vel depubis, pen. prod. {ἀνδρόω} dicitur is qui ad pubertatis annos non potuit peruenire. Hinc depubem porcum (inquit Feſtus) lactentem, qui prohibitus ſit pubes fieri.

Depudet, pen. corr. depuduit, depudère {αἰσχύνη} Pudorem abiicere. Ouid. epiſt. 4, Depudui, profugúſque pudor ſua ſigna reliquit. Hoc eſt, ornamẽta abieci pudorem. Seneca de Tranquil. vitæ, Si duritia oris ille hoc potuit, qui aſſiduis conuitiis depudere didicerat.

Depudeſco, is, Quo vſus eſt Hieronym. ad Euſtachium, Nõ depudeſco infelicitatis meæ.

Depudico, depudicas, pen. prod. {αἰσχύνω} depudicare, pro Stuprare, vſus eſt Laberius in Mimis, teſte Gellio, libro 16. cap. 7. in principio. Obſoletum.

Depugno, depugnas, pen. prod. {καταπυγμάχομαι} depugnare, Idem quod pugnare.
Depugnauit Græcia apud Salamina. Plin. lib. 2. cap. 25. Cic. pro Cecinna, Non erit cur depugnare quiſquam poſthac poſſeſſionis cauſa velit.
Peregrè depugnare, Vide PEREGRE.
Depugna portius quàm ſeruias. Cic. Att. lib. 7.
Collatis ſignis depugnare. Plaut. Caſina, 7.
Verſis gladiis depugnare. Plaut. Caſina, 7. Itẽ, Depugnare claſſe, Plin. lib. 7. cap. 56.
Depugnauit cum Gallo apud Anienem prouocatus, voluptatis cauſa. Cic. 12. de Finib.
Depugnare ferro. Cic. 2. Tuſcul.
Depugnant inter ſe ferro. Hirt. 5. bel. Africani.
Depugnare cum animo ſuo. Plaut. Trinum. 6,
Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat ſuo.
Depugnat voluptas cum honeſtate. Cic. 4. Acad. Plin. lib. 21. cap. 8, Paria nunc componuntur, & natura atque luxuria depugnant.
Depugnare feram quæ regioni nocet, apud Vlpian. l. 1. §. ſed ſiquis operas. D. de poſtulando.

Depugnatur, Impersonale {καταμάχεται.} Plin. lib. 12. cap. 1, Depugnatur menſarum ſecundarum cauſa cum feris. Cic. ad Attic. lib. 16, Calend. Ian. erit fortaſſe præſidio: aut quidem antè depugnabitur.
Depugnatum haudquaquam certamine ambiguo. Liu. lib. 7.

Depugnatus, Participium {καταμεμαχημένος} A depugnor. Plautus Menæch. 2, Sed metuo ne ſerò veniam, depugnato prælio.

Depugnatio, onis, Verbale. Iul. Firmicus in præfatione lib. 4, In otio conſtitutus, & forenſium certaminum depugnationibus liberatus.

Depulſio, Depulſo, Depulſor, Depulſus, Vide DEPELLO.

Depurgo, depurgas {καθαρίζω} depurgare, Mundare, & nitidum facere. Cato cap. 112, Et ſiqua acina corrupta erunt, depurgato. Columella libro 12. capite 9, Caules lactucæ ab imo depurgatos caetenus, &c.
Depurgare locum aliquem ab herba. Cato cap. 151, Terram cum ſtercore bene commiſceto, depurgato ab herba, graminibúſque.
Depurgare piſces. Plaut. Sticho, 6,
Alij piſces depurgate, quos piſcator attulit.
¶ Crimina. Liu. 9. bel. Maced. Filium mittere Romam ſimul ad depurganda crimina, ſimul ad deprecandam iram Senatus ſtatuit. Alij codices habent purganda.

Depuro, as, penult. prod. depurare, Verbum compoſitum à puro, & ſignificat quaſi purum extrahere. Inde depuratum dicimus defæcatum atque mundatum. Sipontin.

Deputo, deputas, pen. corr. {ἀποκόπτω} deputare, verbum ruſticum & agricolis proprium, veluti amputare & reſecare. Cato cap. 50, Vbi vineam deputaueris, accruum lignorum, virgarúmque facito.
Falx deputat vmbras. Ouidius de Nuce. Id eſt ramos vmbram facientes.
¶Deputare {καταλογίζεται} Per tranſlationem eſt Cenſere, exiſtimare, iudicare. Plaut. Pſeud. 2, Satis id dictum vobis puto iam atque deputo. Cic. 1. de Diuinatione,
Proin vide ne quem tu eſſe hebetem deputes æquè ac pecus,
Is ſapientia munitum pectus egregium gerat,
Téque regno expellat.
Deputat ſe indignum, Terent. Hecyra, 3. 5.
Deputare ſe dignum quouis malo. Terent. Heaut. 1. 1. Cic. 3. Tuſcul. Malo ſe dignum deputat, niſi miſer ſit.
Deputare alicuius operam parui pretij. Terent. Hecy. 5. 3. Vbi Donatus, Deputat parui pretij, quia ſic ſolicet abutitur. Deputat parui eam, qui deputat eam in re nullius pretij conſumendam.

Deputare in lucro. Terent. Phorm. 2. 1,
Quicquid præter ſpẽ eueniat, omne id deputare eſſe in lucro. Hunc verſum citat Cic. 3. Tuſcul.
Deputare ſecum rationes. Terent. Adelph. 2. 1,
Sed nemo dabit, fruſtra egomet mecum has rationes deputo.

Deputio, is, depuuire, Cædere. Lucilius,
-palmiſque miſellam
Depuuit me. Id eſt verberauit me: quod ipſum ex Græco eſt πάσσειν. Feſtus.

D E Q.

Dequeror, penul. corr. dequereris, dequeſtus ſum {κατακλάομαι} dequeri, Idem quod queror. Valer. 5. Argon.
-antè omnes ſecum dequeſta labores. Stat. 1. Thebaidos,
-eadem ſub nocte ſopora
Luſtra terit, ſimuléſque Notos dequeſtus, & imbres, &c.

D E R.

Dera do, deradis, pen. prod. derasi, derasum {ξύω} deradere. Plinius lib. 34. cap. 11, Nanque & è lapide ex quo coquitur æs, deraditur. Cato cap. 121, De virgalauri deradito. Celſus lib. 5, Sed ne illa quidem negligenda vbi integra cute interior pars colliſa eſt, aut vbi deraſum quid, attritúmve eſt.

DERADIOTES {δεραδιώτης} Apollo cognominatus fuit. Quidam δέρας quendam eſſe locum tradunt. Valer. Arpocrat. Dirades populum eſſe Leontidis, à quo populari δεραδιώτης formetur. Alij Diras Argiuam regionẽ eſſe prodidere. Pauſanias verò, Deradiotem ait Apollinem à loco dici, cuius vaticinium etiam ſua tempeſtate durare aſſeruit: eóque ritu fieri, vt à viro mulier ſecubaret, & ſingulis menſibus noctu, vt de agno rem ſacram faceret, cuius agni ſanguine epoto, numinis Apollinei inſtinctu reſponſa daret.

Deræa {δέρεια} Ornamẽta colli, ex Polluce, Heſychio, & Suida. Nam & δέρη, & δείρη collum eſt. Vide PERIDERAEON.

Deræambus {δερεάμβους} Latum eſt corium apud Græcos, quo venaticorum canum armari collum aduerſus ferarum impetus ſolet. Author Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 26.

DERANGAE, Populi ad Indum fluuium accolentes, de quibus Plin. lib. 6. cap. 20.

DERASIDAE, Inſulæ iuxta Magneſiam, Mæandri cognomine inſignem, de quibus Plin. lib. 5. cap. 29.

DERBES, es {δέρβη} Caſtellum eſt, & portus Iſauriæ, patria Timothei, qui D. Pauli diſcipulus fuit. ¶Hinc Derbites, δερβείτης, gentile. Meminit Strabo lib. 12.

DERBICES, Populi ſunt iuxta Caucaſum mõtem, hi ſupra Stoicam ſeueritatem minimum quodque delictum pœna capitis puniunt: terram venerantur: fœmininum animal neque edunt, neque ſacrificãt: qui LXX. annos exceſſerunt iugulant, cognatorum carnes vorant, anus ſtrangulant, deinde ſepeliunt: citra ſeptuageſimum annum obeuntes non edunt, ſed humant, vt lib. 2, Strabo ſcribit.

DERCE {δέρκη} Veneris filia nonnullis dicitur, quæ in mare prolapſa, à piſcibus in cælum mox tralaris feruata fuit: quo nomine, Syri in menſam piſces non admittunt: ſed ab his abſtinent. Alij eandem cum Derceto faciunt, de qua poſteà. Vide Cælium Rhodig. libro 23. cap. 5.

DERCE, Fons eſt frigidiſſimus æſtate inter Bilbilim & Sepobrigam, in ripa ferè Salonis amnis.

DERCETO, pen. corr. Dercetus, vt Sappho Sapphus, Nomen cuiuſdam deæ, de qua Diodorus, lib. 2, Iuxta Aſcalonem lacus eſt, vbi tempium inſignis deæ, quam Syri vocant δερκετὼ, mulieb ri ſpecie: reliquum verò corpus figura piſcis, cuius filia Semiramis, à columbis educata ſit. De hac Plin. lib. 5. cap. 13. & 23, vbi dicit eam alio nomine Atargatem dici. Idem dicit Strabo lib. 15. ad finem, Vide ATERGATIS.

DERCYLLIDAS {δερκυλλίδης} Lacedæmonius quidã fuit, qui quòd vafer eſſet ac ferinus, Scythos eſt cognominatus. Hæc Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. eod.

DERDAE {δέρδαι} Populi Indiæ, Strabo. lib. 15. Megaſthenes de formicis ait, apud Derdas, quæ maxima natio eſt Indorum montanorum, ad orientem expoſitorum, collem quendam eſſe trium millium ſtadiorum ambitu, & ſub eo aurifodinas, quas formicæ effodiunt, vulpibus magnitudine non minores, mira celeritate, victum ex venatione comparantes. Plura vide apud eundem.

Derelinquo, derelinquis, dereliqui, pen. prod. derelictum {καταλιμπάνω, καταλείπω ὑπολείπω} derelinquere. Cic. pro Cecinna, Derelinquo iam communem cauſam, Populi Romani ius in veſtra fide ac religione depono.
Deſerere & derelinquere. Cic. 5. Verr. Permulti locupleres homines, magni & naui arato res agros latos & fertiles defererent, totáſq; arationes derelinquerent.
Animum in graui derelinquere cœno. Catul. epig. 17.

Derelictus, Participium {καταλελειμμένος} Plin. lib. 10. cap. 60, Vrina fiunt oua derelicta incubatione.
Pro derelicto habere rem. Cic. ad Attic. Hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere. Iabolenus l. quod ſeruus. D. de ſtipulat. ſeruor. Quod ſeruus ſtipulatus eſt, quem dominus pro derelicto habebat, nullius eſt momenti: quia qui pro derelicto rem habet, omni modo à ſe reiecit.
Derelictus ab omni ſpe. Cic. in Catil. Nactus eſt ex perditis, atque ab omni non modò fortuna, verumetiam ſpe derelictis conflatam improborum manum.
Inculum & derelictum ſolum. Cic. de Claris Orat.
Derelicta & Celebris regio, contraria. Author ad Herenn. lib. 3, Item commodius eſt in derelicta, quàm in celebri regione locos comparare.

Derelictus, huius derelictus {ὑπόλειμμα}. Gell. lib. 14. cap. 12, Siue quis arborem ſuam vineámque habuerat derelictui, non id ſine pœna fuit.

Derelictio, Verbale {καταλειμμα} Cic. 3. Offic. Sed communis vtilitatis derelictio contra naturam eſt: eſt enim iniuſta.

DEREMISTAE, Liburniæ populi in conuentu Naronæ coloniæ, ſicut ſcribit Plin.lib.3.cap.22.

Derepente {ἐξάφνης} Vna eſt dictio(vt ait Donatus)aduerbiis præpoſitionem ſeparatim non addimus. Terent.Hecy.4.1, Ita corripuit de repente tacitus ſeſe ad filiam. Cic.pro Qu.Ligar. Tu derepente irrupiſtes,& clamare cœpiſtes.

Rapere derepente. Cic. 1. de Diuinat. Sed quid oculis rapere viſa eſt derepente ardentibus?

Derepo,derepis,pen.prod. Compoſitum ex De & Repo. Plinius lib. 8.capite 36, Ingrediuntur & bipedes. Arborem auerſi derepunt. De vrſis.

DERETINI {δηρητῖνοι} Liburniæ populi in Naronam coloniam iura petentes,vt vult Plin.lib.3.cap.22.

Derideo,derides,penult.prod. {καταγελῶ, κατατιθήνω, ἐκμυκτηρίζω, ὑποπτύω.} Donatus, Ridet qui ſimpliciter ridet. Deridet qui cum alterius irriſione & contemptu ridet. Cic. 7.Verr. Deriſum credo eſſe hominem amantem à ſuis conſiliariis. Ouid.5.Triſt. eleg.11, Derident ſtolidi verba latina Getæ.

Deridere atque contemnere. Cic. 3. de Orat. Quare omnes iſtos me authore deridete atque contemnite.

Deridere & ludere. Cic.pro Flacco,Pergameni te deriſerunt.quid tu&ludi te non intelligebas?

Deridere,& Arridere,contraria.Cic.de Opt.gen.Orat.Satis enim his res ipſa reſpondet,quũ aut non adhibeantur ad cauſas, aut adhibiti arrideantur:nam ſi irrideantur,eſſet idipſum Atticorum.

¶Deridere ſententiam, pro Improbare, ſeu opinionem confutare.Vlpian.in l.ſed an vltrò.D.de negot.geſt.

Deriſus,pen.prod.Participium {καταγελασθείς.} vt,Deriſum atque contemptum beneficium.Cic.5.Verr.

Deriſus,huius deriſus,pen.prod.{καταμείδιαμα.} Quintil.lib.6.cap.4, A deriſu non procul abeſt riſus.

Lenis deriſus.Quintil.lib.6 cap.2.

Deriſor, penult. prod. huius deriſoris {καταγελαστής.} Plinius libro 11. capite 52, Supercilia quibus iuxta tempora inflexa, deriſores ſignificant.

Ad omnes deriſor,omnium irriſor.Horat.2.Serm.ſat.6.

Deriſorius,Adiectiuum,vt Deriſoriæ conditiones. Martianus in l.conditiones.D.de condit.inſtitut.

Deridiculum,penult.corr.{καταμείδιασις} Irriſio. Plaut.Pſeud.18,Quàm mihi illum verba per deridiculum dare. Lucret.lib.3.

Corporis deridiculum. Tacit.lib.12, Ignauia animi,& deridiculo corporis iuxta deſpiciendus.

Deridiculo eſſe. Tacit.lib.3,Deridiculo fuit ſenex fœdiſſimæ adulationis.

Per deridiculum auditi. Tacit.lib.5,Togonius Gallus,dum ignobilitatem ſuam magnis nominibus inſerit,per deridiculum auditur.

Deridiculum eſt. Liuius 9.bel.Maced. Varro 1.de Re ruſtica, Sequetur vt duos villicos & duas villicas habere debeat: quod eſt deridiculum.

Deridiculus, Adiectiuum {καταγελαστός.} vt, Deridicula vanitas, apud Gell.lib. 10.cap.12.

Deripio,deripis,pen.corr. deripui,dereptum {καθαιρπάζω} deripere, Idem quod diripere. Plautus Menæch. 17, Sed quis hic eſt qui capillo me huc de curru deripit?

Deripere velamina.Ouid.6.Metam.

¶Deripere,in bonum quandoque accipitur.Virg.2.Georgic.

-tu ſpiſſo vimine qualos,

Colaque prælorum fumoſis deripe tectis.

Deris, Græci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus ſegeſtria. Feſtus.

Deriuo,deriuas,pen.prod. {παράγω,παραχαράσσω} deriuare,Aliò de riuo deducere.

Ab aliquo aquam deriuare. Plaut.Trucul.11. Columel.lib.2.cap. 8, Et omnem humorem in colliquias, atque in dextra ſegetes deriuemus.

Deriuare aquam,Sulco deducere. Feſtus.

¶Ex fontibus deriuata.Quintil.lib.2.cap.17.

Hoc fonte deriuata clades. Horatius 3. Carminum, ode 6. de adulteriis.

¶Deriuare,per tranſlationem.vt Deriuare iram alicuius in ſe. Terent.Phorm.2.2,

Atque in me omnem iram deriuem ſenis?

Deriuare crimen. Cic.pro Milone, Fecerunt id ſerui Milonis (dicam enim non deriuandi criminis cauſa, ſed vt factum eſt)neque imperante, neque ſciente, neque præſente domino, quod ſuos quiſque ſeruos in tali re facere voluiſſet.

Deriuatio (inquit Donatus) dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertinebat,ad eum ad quem non pertinet.

Deriuare ſuã culpam in aliquem.Cic.Att.lib.4,Habebat ille quidẽ difficilẽ manifeſtámq; cauſam,ſed tamẽ cauſam: id poterat inficiari, poterat in alios deriuare,poterat etiã aliquid iure factum defendere. Idem 4.Verr. Quid eſt quamobrem putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem,ſed communicare cum aliquo poſſe?

Deriuata expectatio largitionis agrariæ in agrum Campanum. Cic.ad Attic.lib.2.13,Omnis expectatio largitionis agrariæ in agrum Campanum videtur eſſe deriuata: qui ager vt dena iugera ſint, non amplius hominum quinque milia poteſt ſuſtinere.

Deriuare reſponſionem aliò. Cic.3.Verr. Hoc eſt, ad rem non reſpondere rectà.

Partem curæ & cogitationis in rem aliquam. Cic. 11.Philipp. Tamen rerum natura cogit te neceſſariò referre animum aliquando ad Dolabellam perſequendum, & partem aliquam in Aſiam & Syriam deriuare curæ & cogitationis tuæ.

¶Deriuo,pro Auerto,interuerto. Cic.5.Tuſculan. Tranſeat idem iſte ſapiens ad Rempub.tuendam, quid eo poſſit eſſe præſtantius, quum contineri prudentia vtilitatem ciuium cernat, iuſtitia nihil in

ſuam domum inde deriuet,reliquis vtatur tot,támque variis virtutibus? Budæus.

Deriuatio,Verbale {παραχώρησις} Cic.2.Offic.Adde ductus aquarum,deriuationes fluminum. Liu.5. ab Vrbe. Et Quintil.lib. 3. Vtendum proxima deriuatione verborum.

Dermaticum {δερματικόν} Vocabatur antiquitus pecunia, quæ ex diuenditis pellibus irrationalium ſupererat,teſte Lycurgo Rhetore.

Dermoptera.n.plur. {δερμόπτερα} dicuntur Ariſtoteli volucria, quibus cutis pro pennis eſt:cutipennia voces liecbit.

Derõdo,derodis,pen.prod.deroſi,deroſum {καταδιαβρόσαι} deródere, Idem quod rodere. Plin.lib.11.cap.37,Et cochleæ dentes habent: indicio eſt à minimis earum deroſa vitis.

Deroſo ſtore ederæ. Plin.lib.12.cap.17. Et Cic.1.de Diuin. A muribus eſſe deroſos.

Derogo,derogas,penult.corr.{ὑποτιθέμαι,κατακλύω,παραχαράσσω,ὑποπτεύω} derogãre, Quum quid ex lege veteri, quo minus fiat, ſancitur lege noua, inquit Feſtus. Vide ABROGO. Cic.ad Atticum,lib.3, Siquid in hac rogatione ſcriptum eſt,quod per leges plebiſve ſcita, s. c.hoc eſt,quod per legem Clodiam promulgare,abrogare,derogare,obrogare,ſine fraude ſua non liceat,non licuerit,&c.

De lege aliquid derogari,aut legem abrogari, aut aliquid ex parte commutari indignius eſſe, quum populo cognoſcendi,& probandi, aut improbandi poteſtas nulla ſiat.Cic.2.de Inuent.

Ex æquitate aliquid derogare. Cic.2.de Inuent. Nam ſumma impudentia eſt, eum qui contra quod ſcriptum ſit, aliquid probare velit,non æquitatis præſidio id facere conari. Siquid igitur ex hac ipſa quippiam accuſator deroget, omnibus partibus iuſtius & probabilius accuſare videatur.

De magnificentia alicuius, Id eſt detrahere, authore Feſto. Cic.2. de Inuent. Quare aut de magnificentia, aut de honeſtate quiddam derogetur.

Aliquid ex lege fatorum. Seneca in præfatione libri 1. Natur. quæſt.

Sibi. Cicero pro Roſcio Amer. Non enim mihi tantum derogo (tameſſi nihil arrogo) vt te copioſius, quàm me putem poſſe dicere.

De fide teſtium aduerſarij. Cic.pro Cecinna.

Fidem alicui.Cic.pro Flacco,Non quo nationi huic ego vnus maximè fidem derogem.

Gratiam alicui. Plin.lib.7. cap.28, M.Sergio, vt quidem arbitror, nemo quenquam hominum iure prætulerit: licet pronepos Catilinæ gratiam nomini derogarit.

In commune nihil derogent. Tacit.lib.13.

¶Derogatur legi,quum pars detrahitur,ait Modeſtinus: Abrogatur legi, quum prorſus tollitur,l.102.D.de verb.ſignif.

Derogito,derogitas,pen.corr. {ὑποτιθέμαι} derogitare.Plautus Aſin.7, Placidè ergo vnumquodque derogita,vt acquieſcam. Hoc eſt,vehementer roga & precare.

Derogatio,Verbale {ὑποτίθεσις.} Author ad Herenn.lib.2, Quum duæ leges inter ſe diſcrepant,videndum eſt primùm num quæ abrogatio aut derogatio ſit.

Deroſus,Vide DERODO.

DERRHA {δέρρα} Macedoniæ oppidum, in ſinu Thermaico, cuius meminit Plin.lib.4.cap.10.

DERRHIATIS, Diana cognominata, vt Pauſanias ſcribit, à Derrhio,non procul à Taygeto, cuius ſimulacrum ſub dio conſtitutum ait. Huius deæ templum etiam Strephanus commemorat: Ait enim Derrham,non Derrhium,locum eſſe Laconiæ,vnde ſit gentile Derrhæus,vel Derrheates,vnde Derrheatidis Dianæ templum.

DERSAEI, ſiue (vt alij legunt) Derſes {Δέρσαι} Populi ſunt Græcorum in litoribus Thraciæ,quorum meminit Herodot.lib.7.

DERTONA {Δέρτωνα} Taurinorum vrbs Ptolemæo:hodie Torona.

DERTVSANI, Hiſpaniæ citerioris populi. Plin.lib. 3. cap.3, Tarracone diſceptant populi XLIIII. quorum celeberrimi ciuium Romanorum Dertuſani,Biſgargitani,&c.

Derumpo,derumpis,derupi, pen.prod.deruptum {καταῤῥήγνυμι} derumpere,Idem quod dirumpere:à quo

Deruptus {καταῤῥωγώς} Participium,ſiue nomen ex participio.

Collis arduus & deruptus. Tacitus libro 2. hoc eſt abruptus, ſiue præruptus.

Rupes deruptæ. Tacitus libro 9, Et pars maxima inermes per inuia & rupes deruptas præcipitantes fugerunt. Vbique tamen legitur diruptas.

Tumulus altior,deruptiórque. Liu.lib.8.Decad.4,In altiorem deruptiorémque vndique tumulum conceſſere. Aliàs legitur diruptiorem,ſed prior lectio eſt caſtior.

¶Deruptum,pro præcipitio. vt, Multi pauore in derupta præcipitati.Liu.lib.8.Decad.4.

Dimiſſo equo per derupta, & auia, ſequenteis fruſtratus eſt. Tacitus lib.4.

Per auia ac derupta. Tacit.lib.5.

Deruncino,deruncinas,pen.corr. {ἀκροτομίζω} deruncinare, D.Iſſecare & diſſipare. Tractum à runcinis,quæ maiores ferræ dicuntur,quibus fabri lignarij maiora ligna ſecant. Plautus Mil.16, Vt lapide deruncinauit militem.

Deruo,deruis,derui,derurum,penult.corr.{καταπίπτω} derúere,Deorſum ruere.Apul.Prolapſus deruiſſem.

Deruere de laudibus {καταβάλλειν} Pro detrahere. Cic. ad Att.lib. 16, Et de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

Deruptus, Vide DERVMPO.

DERVSIAE,fuerunt oratores Perſici,teſte Herodoto lib.6.

DERXENE, Regio,per quam fluit Euphrates fluuius, authore Plin. lib.5.cap.34.

D E S

Des olim pro bes,dicebatur as,dempto triente.Eſt enim des,ſiue bes, octo vnciarum pondus.

Deſacro,

Deſacro,deſacras,pen.corr. {καθιερῶ} deſacrare. Idem quod ſacrare vel conſecrare.Stat.9. Thebaidos,

Nota per Arcadias felici robore ſyluas

Quercus erat, Triuiæ quam deſacrauerat ipſa

Electum turba nemorum,numémque colendum Fecerat.

Deſæuio,deſæuis,deſæuiui,deſæuitum {ἀφηνιάσω,κατασπάσθαι} deſæuire,Deſinere ſæuire.Lucan.lib.5,

-nec dum deſæuiat ira, Expectat.

Dum pelago deſæuit hyems.Virg.4.Æneid.

¶Deſæuire, Valde ſæuire. Columella libro 6.cap.2. de bubus domandis, Patere vnum diem noctémque deſæuiant. Id eſt peculiariter agant. Tranquil.in Nerone,cap.29.

In omnes deſæuit. Claud.1.in Eutrop.

Sanguine plebeio deſæuire,Sæuire in plebem.Stat.lib.12.

Deſalto,deſaltas {ὀρχέομαι} deſaltare,Saltationem peragere.Suetonius in Caligula,cap.54,Deinde repente magno tibiarum & ſcabellorum crepitu cum palla,tunicáq; talari proſiluit,ac deſaltato cantico abiit.

Deſcendo,deſcendis,deſcendi,deſcenſum {καταβαίνω,κατέρχομαι} deſcendere,Propriè ſignificat è loco ſuperiore in inferiorem venire.

Deſcendere ex alto puteo,ſurſum ad ſummum.Plaut.Mil.16.

De caſtello.Cic.pro Cecinna.

Deſcendiſſéque de roſtris.Varro 1.de Re ruſt.cap.54.

Deſcenderunt ex oculis lacrymæ.Plaut.Merc.12.

Deſcendimus ad noſtras nauiculas.Cic.4.Acad. Vide NAVIS.

Ad forum. Cic.ad Attic.lib.1.13.

Equo,& ex equo. Liu.2.ab Vrbe, Tum ad equites Dictator aduolat,obteſtans vt feſſo iam pedite deſcendant ex equis. Cic.de Senect. Quum ingreſſus iter pedibus ſit, in equum omnino non aſcendere: quum equo,ex equo non deſcendere. De Maſiniſſa.

In locum aliquem, Cic. 2. Tuſcul. Poſt meridiem in Academiam deſcendimus.

In roſtra.Cic.3.Offic.

In altum,& altè,dicuntur radices. Colum.lib.11.cap.3,Subiacens ſoli duritia, non patitur in altum deſcendere. Plin.libro 15.cap.31, Quidam non altius deſcendere radices,quàm ſolis calor tepefaciat.

In mare deſcendit Tybris.Lucan.lib.6.

Deſcendere prædatum in agros.Liu.3.ab Vrbe.

Deſcendunt in planã corylus,cornus,&c.Id eſt creſcunt in planis locis.Plin. lib.16.cap.18.

Deſcendere radice dicuntur arbores. Plin. lib. 16. cap.31, Æſculus quantum corpore eminet,tantum radice deſcendit.

Deſcendit è vicino.Plin.lib.37.cap.9,Multum ab ea diſtat hyacinthos,tamen è vicino deſcendens.

Gradibus deſcenditur. Cic.3.de Orat.Eſt item contrà quiddam in remiſſione grauiſſimum, quóque tanquam ſonorum gradibus deſcenditur.

¶Deſcendit & hiat rimis ingentibus theatrum. Plin.Iun. in epiſt. Ingentibus enim rimis deſcendit & hiat:ſiue in cauſa ſolum humidũ & molle,ſiue lapis ipſe gracilis & putris.

¶Concedere alteri,& ad conditionem alterius deſcendere. Cic.2. de Inuent. Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius deſcendere, & in præſentia quieſcere, atque aliud tempus expectare oportebit.

Deſcendere paratus ad omnia.Cæſar 4.bel.Ciuil.Sed tamen ad omnia ſe deſcendere paratum,atque pati Reipub.cauſa.

Deſcendo,abſoluté. Cic.4.Verr. Placet mihi iſta defenſio. deſcendo. Id eſt aquieſco.

¶Deſcẽdere ad accuſandum.Cic.pro Cluent.Ex quo intelligi poſſit debuiſſe Cluentium magnopere cauſæ cõſidere, quòd ceruſſimis criminibus & teſtibus fretus ad accuſandum deſcenderit.

Ad accuſationem.Cic.pro Cælio.

In aciem,Vide ACIES.

Deſcendere in æquum,in planitiem, in aciem, in certamen, Idem ſignificant. Valla, Deſcendo in prælium,deſcẽdo in forum,deſcendo in campum dicimus:non quia de loco ſuperiore in inferiorẽ deſcendimus,ſed quia de loco tuto in locũ deſcriminis:opinor quòd qui in loco celſiore ſe tenet,pugnã detrectare exiſtimatur: quem quum relinquit,& in locum æquũ venit,atque deſcendit,mentem ſe pugnandi habere declarat. Ideóque non ferè dicitur in forũ deſcendere,niſi qui pugnandi & defendendæ litis cauſa venit in forũ,non rerum venalium coemptor ac negotiator.Et in cãpum deſcendere non niſi qui litis,dignitatiſve cauſa(ſicut in campo Martio fiebat) certaturus vadit.Nec in prælium pugnámve deſcendere,quod in loca inferiora deſcendat. Nõ enim locus eſt pugna,& prælium,quũ nihil interſit qualis locus ſit, planus,an montuoſus,in quem ſe confert qui in pugnam deſcendere dicitur. vt apud Virgilium,11.Æneid.(ſatis autem erit in re perſpicua vnum exemplum protuliſſe)

Inſtructos acie Tyberino à flumine Teucros,

Tyrrhenámque manum totis deſcendere campis. Hactenus Valla lib.5. Liu. 7. ab Vrbe, Primò credere duces Gallorum deſcenſuros in æquum Romanos. Cic.1. Tuſcul. Nullum ab iis qui in id certamen deſcendant,deuitari dolorem?

Aluus deſcendit.Celſ.lib.3.cap.7, Vbi pluribus diebus non deſcendit aluus,docet aut ſubitam deiectionem,aut febriculam inſtare.

In amicitiam deſcendere. Seneca de Benef.lib.2.cap.31, In amicitiam autem quæ ſimiles iungit,non deſcendam.

In aures.Horat.in Arte, Si quid tamen olim

Scripſeris,in Metij deſcendat iudicis aures.

Ad extremum auxilium. Cæſ.3.bel.Ciu.Quũ eſſent infirmi ad reſiſtendũ,propter paucitatem hominũ, crebris confecti vulneribus,ad extremũ auxiliũ deſcenderunt, ſeruóſq; omnes puberes liberauerũt.

Ad nouiſſima auxilia.Brutus Ciceroni,Si peſſimus caſus fuerit ad nouiſſima auxilia deſcendemus. Ex Budæo.

In campum.Horat.3.Carm.ode 1, -hic generoſior

Deſcendat in campum petitor.

In cauſam. Cic.ad Att.lib.8, Quo minus mirẽre ſi inuitus in eam cauſam deſcendo, in qua neque pacis, neque victoriæ ratio quæſita vnquam eſt. Per tranſlationem de partibus Pompeianis loquens. Liu.6.bel.Maced.Si ſemel in cauſam deſcenderit,nihil integrum futurum eſt.

Cibus celeriter deſcendit.Celſ.lib.1.cap.6.

Ad conditionem alicuius. Cæl.ad Cic.lib.8.8,Alterutram ad conditionem deſcendere vult Cæſar,vt aut,&c.aut,&c.

Ad extremum conſilium. Cæſ.5. bel.Gall. Poſtremò quis hoc ſibi perſuaderet ſine certa re Ambiorigẽ ad extremũ conſiliũ deſcẽdiſſe?

Ad curas alterius.Plin.Iunior,in epiſt.Salua magnitudine tua,deſcendas oportet ad meas curas, quum ius mihi dederis referendi ad te de quibus iudico.

In dimicationem vitæ pro patria.Author ad Heren.lib.4.

Ad extrema.Pollio Cic.lib.10.33,Si nihil in Lepido ſpei ſit,deſcẽſurũ ad extrema: & non modò nationes,ſed etiã ſeruitia cõcitaturum.

Fabula deſcendit in gentes.Propert.lib.3.eleg.5,

An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes,

Et timor aut vltra quàm rogus eſſe poteſt?

Ferrum deſcendit in ilia.Ouid.3.Metam.

Ad inimicitias deſcendere.Cic.pro Murena.

In iugulum enſe.Claud.de bello Getico,

Altius haud vnquam toto deſcendimus enſe

In iugulum Scythiæ.

Obuiam alicui.Cic.2.Philipp.

Ad iuris ciuilis perdiſcendi occupationem.Cic.1.de Orat.

In omnia familiaritatis officia. Plin. Iun. in Paneg. Deſcendis in omnia familiaritatis officia,& in amicũ ex imperatore ſubmitteris.

In partes. Tacit. lib. 15. Igitur vbi coniuratis præfectum quoque Prætorij in partes deſcendiſſe,crebro ipſius ſermone facta fides,propẽtius,& cætera.

Deſcendit peſtis,Id eſt incendium,Seruius.Virg.5.Æneid.

Ad preces deſcendere dicitur, qui quum poſcere aliquid poſſit & pro ſuo iure imperare, tamen ita ſe demittit, vt malit illud exorare, & inferiori ſupplex eſſe.Seneca Hippol.5.

Ad pugnas.Valer.3.Argon.

Deſcendere in ſeſe,Id eſt conſyderare ſeipſum.Perſ.ſat.4, Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere. Quod alia dicendi formula Secum habitare dicitur.

Vulnus deſcendit magno hiatu.Stat.12. Thebaid.

Lapſu molli deſcendunt Zephyri. Valer.1. Argon.

¶Deſcendit ad hyacinthum hæc gemma. Plin.lib. 37.cap.9, Alterum earum genus deſcẽdit ad hyacinthos. Et paulo pòſt, Quintum ad viciniam cryſtalli deſcendit.

Ad minora deſcendere.Quintil.lib. 2.cap.3.

¶Deſcendere,pro oriri,naſci, apud Vlpianum,& cæteros. Hinc à nobis nati deſcendentium nomine veniunt, qui cum aſcendentibus rectam lineam cõſtituunt, de qua vulgatum illud, Nullos aſcendentes inter ſe poſſe connubium contrahere.

Deſcendens,Participium {καταῤῥέμπων.} Cic.pro Plancio,P.Naſica domum deſcendens,&c.

Deſcenſus,huius deſcenſus {κάθοδος.} Virg.6.Æn.Facilis deſcẽſus Auerni,Id eſt ad Auernũ. Plin.lib.10.cap.26,Ipſo deſcenſu Iouis ſpelũcæ.

Deſcenſio,Verbale,Idem {καταβάσεις.} Plin. lib.20.cap.17, Item ad ſcabiem,pruriginem,pſoras,in deſcenſione balnearum.

Deſcenſiones facere. Liu.bel. Pun.lib.2, Prius quàm in continentem deſcenſiones facerent.Id eſt deſcenderent.

Deſciſco,deſciſcis,deſciui,deſcitum,penul.prod.{ἀφίσταμαι} deſciſcere, Ex de & ſciſco compoſitum, Eſt ab imperio ſe,ductúq; alterius ſubtrahere. vt milites à duce, populi à domino, diſcipuli ab opinione magiſtri,quem prius ſequebantur,præſertim ad alterius vel imperiũ vel ſententiam ſe transferentes.Hæc Valla lib.5. Liu.2.ab Vrbe,Prænéſte à Latinis ad Romanos deſciuit.

Ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem deſciſcere. Cic.Curioni,lib.2.15.

Deſciſcere à conſuetudine parentum. Plin. Iun.lib.3.epiſt.20. Sic deſciſcere ab antiqua inſtitutione.Cic.4.de Fin.

A natura.Cic.3.Tuſc.

Ab opinione alterius. Gellius, Eam rem Cæcilium non inconſyderatè dixiſſe,neque temerè à Menandro,atque à multorum opinionibus deſciuiſſe.

A Rep.Cic.pro Rabirio.

A ſe.Cic.ad Attic.lib.2.19, Neque vnquam mihi veniet in mẽtem, Craſſo inuidere:neque pœnitere quòd à me ipſe non deſciuerim.

Ab ſocietate.Liu.6.ab Vrbe.

A veritate. Cic.4.Acad.

A vita,Excedere è vita.Cic.3.de Fin.

A Populo Romano ad Illergetes.Liu.8.bel.Pun.

Deſciſcere aperté.Liu.1.ab Vrbe.

Deſciſcere in pratum. Plin. lib. 18. cap.16, Si ſit humidum ſolum, herboſúmve,vincitur, & deſciſcit in pratum.

Apes deſciuere fauis.Claud.4.Paneg.

¶Deſcitũ,pen.prod. {ἀφίστατο} Imperſ.Paſſiuum.Liu.6.bel.Pun.Quorum de ſententia maximè deſcitum à Romanis conſtabat.

Deſcobinatus {κατεῤῥιμένος} Saucius,abraſus,ſectus. Varro in Meleagris, Sinautem delectationis cauſa venamini, quanto ſatius eſt ſaluis cruribus in circo expectare, quàm his deſcobinatis in ſylua curare? Nonius.

Deſcribo,deſcribis,pen.prod.deſcripſi,deſcriptum {ἀπογράφω,ἐκγράφω,ὑπογράφω,ἐπιγράφω} deſcribere, proprièeſt,quod barbarè vulgò *copiare* dicitur,*exemplare*, vel *tranſſcmere*, aut *tranſcribere*. Cic.ad Att.lib.2,Edicta eius & conciones deſcribunt,& legunt.

Deſcribere librum ab aliquo, Id eſt ad exemplar quod aliquis habet. Cic.ad Attic.lib.13, Scripſit enim Balbus ad me, ſe à te quintum de Finib.librum deſcripſiſſe. Ibidem, Mirificè Cercliã ſtudio videlicet philoſophiæ flagrans,deſcribit à tuis.

Deſcribere comœdias Græcas,pro Verbis Latinis eas exprimere,

& ad exemplum earum similes, eiusdémque argumenti componere. Terent.in Prol.Eunuchi,

Qui benè vertendo, & eas describendo malè,
Et Græcis bonis, Latinas fecit non bonas. Vide MALVS adiect.

Hominum sermones morésque describere. Id est effingere imitando.Cic.in Orat.

Describere rationes.Cic.4.Acad.Hæc quum vera esse concessero, si adniciam iusiurándum, sapientémne prius quàm Archimedes eo inspectáte rationes omnes descripserit eas, quibus efficitur multis partibus solem maiorem esse quàm terram, iuraturum putas?

¶Describere {διαιρεῖσθαι} Videtur aliquando significare Definire, & partiri, siue diuidere & distribuere. Cic.5.Verr. Quod nisi omnis frumenti ratio, ex temporibus esset, & annona, non ex numero, neque ex summa consideranda, nunquam tam graui his sesquimodij Q.Hortensi fuissent: quos tu quum ad mensuræ tam exiguam rationem Populo Romano in capita descripsisses, gratissimum omnibus fecisti. Et 2. de Lege Agrar. Adiungit Stellatem campum in agro Campano, & in eo duodena deferibit in singulos homines iugera. Idem pro Rabirio, Quæque multi homines necessarij secúdis Posthumij rebus descripta sustinuerunt, nunc eius afflictis fortunis vniuersa sustinet. Id est inter se partita & diuisa. Sic Iustin.lib.16. Quú Athenienses victis Persis, Græciæ tributum in tuelam classis describi fissent Ex Budæo.

Describere officia.Cic.4.Acad.

Iura. Cic.7.Verr. Sic Describere iussa populis, Apud eundem 2. de Legib.

Ciuitatibus pro numero militum, pecuniarum summas. Cicero 7.Verr.

Vibis partes ad incendia.Cic.1.in Catil.

In genera. Cic. 2. de Orat. Sed hæc ipsa minus mihi videor multa in genera descripsisse. Plin.lib.2.cap.7.

Descriptus populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet in suffragium consilij, quàm fusé in tribus conuocatus. Cic.3.de Legib. Id est, Partitus & digestus.

¶Describere {ἐκτυπώσεως} Est aliquando exprimere, & proprietatibus quibusdam quasi quadam pictura, ante oculos ponere. Plautus Asinar.8,

Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.
M. Non potuit pictor rectius describere eius formam. Idē Milit.10, Bonus hercle vt malos describi mores.

Mulierem aut alium quempiam describere.Cic.pro Cæl.

Ingensi sui finibus aliquid. Cic.1.de Orat.Crassus verò mihi noster visus est Oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenij sui finibus immensis penè describere.

Definire & describere verbum aliquod. Cic. in Partit. Vter enim definiendo describendóque verbo, magis ad sensum iudicis opinionémque penetrarit, &c.

Definire rem verbis & breuiter describere.Cic.1.de Inuent.

Naturam alicuius certis signis.Author ad Heren.lib.4.

¶Describere aliquādo est notare & occultè indicare. Cic.pro Milone, Videlicet me latronem ac sicarium abiecti homines & perditi describebant.

¶Describere in deos.Plin.lib.18.cap.28, Neque est ei minor veneratio, quàm descripsus in deos stellis.

¶Describere pecuniam, vel sumptū, aut vectigal, Id est hanc huic, hanc illi summam pecuniæ, quam soluere debeat, definire: Id quod in exigendis tributis fieri solet. Cic. pro Flacco, In quo igitur Prætoris est diligentia requirenda? in numero nauium, & in describitione æquabili sumptus? dimidium eius quo Pompeius erat vsus, imperauit, nō potuit parcius. Descripsit autem pecuniam ad Pompeij rationē, quæ fuit accommodata L.Syllæ descriptioni: qui quum omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisset, illam rationem in imperando sumptu & Pompeius & Flaccus sequutus est. Ad Pompeij rationem, Id est secundum Pompeij descriptionem. Idem ad Q.frat.lib.1. epist.1, Nomen autem publicani aspernari non possunt qui péndere ipsi vectigal sine publicano non potuerint, quod iis æqualiter Sylla descripserat.

Orbem radio describere.Virg.eclog.3. Hoc est metiri.

¶Describi, pro Transferri. Seneca epist.109, Non credis animas in alia corpora atque alia describi, & migrationem esse quam nos dicimus mortem?

Descriptus, Participium {κατεγεγραμμένος} vt, Descriptæ leges.

Ætatis partes descriptæ.Cic.de Senect.

Dimensa atque descripta. Cic.de Senect.Mitari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa & descripta. Id est Concinnè digesta. Mox subiicit, Et ei Cyrum respondisse, Atqui ego ista sum omnia dimétus, mei sunt ordines, mea descriptio, multæ etiam istarum arborum mea manu non satæ.

Descriptum distributúmque est. Cic. 3. in Catil. Vt quum vrbem ex omnibus partibus, quemadmodum descriptum distributúmque erat, incendissent, &c.

Ius ciuium generatim in ordines, ætatésque descriptum. Cicero 1. de Orat.

Materiem orationis omnibus locis descriptam, instructam, ornatámque comprehendere. Cic.2.de Orat.

Ratio belli descripta. Cic.2. in Catil. Quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, docui.

Vita descripta tabella. Horat.2.Serm.sat.1.

Descriptus, Nomen ex participio {κατάγραπτος.} Cic.3.de Finib. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis tam compositum, &c.

Descriptio, descriptionis, Verbale {κατα γραφή, διαγραφή, ὑπογραφή.} vt, Descriptio & imago tabularum. Cic.4.Verr.

¶Descriptio, Partitio, & digestus in ordines, aut familias, aut ciuitates, aut tribus, aut centurias.

Descriptio populi. Cicero pro Plancio, Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione deuincta seueritatem Senatus excitauerunt.

Descriptio equitum peditúmque. Cic.4.Tusc.

Seruorum vicatim tota vrbe celebrare descriptionem. Cicero pro Domo sua.

Descriptiones temporum. Cic.1.Acad.

¶Descriptio pro definitione. Author ad Herenn.lib.4, Descriptio nominatur quæ rerum consequentium continet perspicuam & dilucidam cum grauitate expositionem. Cic.1.de Orat.Philosophi denique ipsius, qui vnus omnia penè profiteatur, est tamen quædam descriptio, vt is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam causásque nosse, & omnem benè viuendi rationē tenere & persequi, nomine hoc appelletur. Idem in Topic. Descriptio, qualis sit auarus, qualis assentator, cæteráque eiusdem generis, in quibus natura & vita describitur. Et paulo antè additur etiā descriptio, quam Græci {χαρακτῆρα} vocant.

Descriptionibus explicare. Cic.1.Tuscul.

¶Descriptio, subnotatio, cognitio, disputtio rationum, instrumentorúmve differunt. Describimus, ea quorum exemplum accipimus. Subnotamus quú quasi inuentarium cōficimus, l.fin.C.de bon. auth. iudic. possid. adscribimúsque quot corpora instrumentorum sint, & de qua re. Cognoscimus quum ea legimus, atque relegimus. Qui enim rationes recognoscit, verū est eum ipsas cognoscere, sicut qui red.dit, dat, qui reperit, petit. Bartol. in Rub.D.solut. matrim. Dispungit rationes, qui data & accepta confert, excutítque & examinat. Vnde & disputtio pro diligenti percunctatione, examinationěque accipitur. l. si statuliber pœnæ. in fin. D. de statuliber. Ex Alciato.

Desĕco, desecas, pen.corr. desecui, desectum {διαφείδω} desecāre, Idem quod secare siue incidere. Cæs.7.bel.Gall.Auribus desectis, & singulis effossis oculis domum remittit. Varro 1.de Re rust. cap. 50, Hæc quum comprehendit, spicarum fastem desecat.

Desecare prata. Colum.lib.11.cap.1.

Agglutinare & Desecare, opposita. Cic.Att.lib.16, Tu illud desecabis, & hoc agglutinabis. Hoc est, in defecti loco glutinabis.

Desecare arborem ferra. Columel.lib.5. cap.6, Sed si fieri poterit, vno ictu arborem præcidi: sin minus, ferra desecari, & plagā falce alleuari oportebit.

Desecare vitem. Varro 1.de Re rust.cap.41.

Collum alicui. Virgil.lib.8,

Gorgona desecto vertentem lumina collo.

Crinem. Ouid.2. Tristium,

Ni patrium crinem desecuisset amor.

¶Segetem, pro incidere, apud Iurisconsult. in l.si seruus seruum.§. oliuam. D.ad l.Aquiliam.

Desecans, pen.corr. {διαφείδων} Participium. Cic.de Vniuers.Partes rursus ex toto desecans.

Desectus, Participium à desecor {περιτετμένος.} vt, Desecta cum stramento seges. Liu.2.ab Vrbe.

Ceruix desecta. Propert.lib.4.eleg.11.

Gramen. Ouid.14.Metam.

Desectis stramentis. Colum.lib.2.cap.10.

Desectæ offæ in mulsum aut dulce vinum. Plin.lib.14.cap.16.

Saxa desecta metallis. Stat.2.Sylu.2.

Desectio, Verbale {διάφαιμα.} Colum.lib.6.cap.3, Horum desectio cum pecoribus agro est vtilis. De stramentis loquitur.

Desĕcro, desecras, pen.corr. {βεβηλόω} desecrare, Propriè est ex sacro prophanum facere. & quod vulgò dicitur *degradare*. Sipont.

Desecratus, pen.prod. Plin.lib.28.cap.8, Iungemus illis similima & peregrina æquè animalia, prīúsque chamæleontem, peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra desecratum, non sine magna voluptate, cognitis, proditísque mendaciis Græcæ vanitatis.

Desĕro, deseris, pen.corr. deseui, pen.prod. desitum, pen.corr. {καταλείπω} à sero compositum. Varro 1. de Re rust. cap.23, Nam & in recentibus pomariis desitis seminibus, in ordinémque arbusculis positis primis annis ante quàm radices longius procedere possint, alij conserunt hortos.

Desĕro, deseris, pen.corr. deserui, desertum {καταλιμπάνω, καταλείπω, σφηλείπω} deserere. Derelinquere. Terent.Heaut.2.3,

Mulier telam deserit continuó.

Patronus propriè dicitur deserere, teste Donato.

Deserere aliquem. Terent.And.1.5,

Tum autem hoc timet, ne deseras se. Idem Eunuch.2.2,

Omnes noti me atque amici deserunt.

Deserere & derelinquere. Cic.pro Plancio, Deinde sitientem me virtutis tuæ deseruisti ac dereliquisti.

Deserit amicus amicam. Plaut.Mostell.4.

Deserere amorem alicuius. Valer.3.Argon.

Deserere in malis. Terent.Heautom.2.3,

Et me in his deseruisti malis. Catul.epigr.28.

Aliquem fide & factis in ærumnis. Plaut.Capt.7.

-in tantis ærumnis tamen

Neque me deseruisse te neque factis, neque fide.

Deseri à magna parte militum. Cæs.1.bel.Ciuil.

Aura deserit moribundos. Lucret.lib.3.

Causam suam, vel litem. Papin.in l.liberto. §.litem. D.de negot. gestis, Litem in iudicium deductam, & à reo desertam fruftratoris amicus vltro egit.

Amici causam. Ouid.1. Trist.eleg.8.

Causam suam. Cicero de Fato, Vigila Chrysippe, ne tuam causam in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio est, deseras.

A consiliis malitiæ deseri. Cicero pro Cluentio, Aut illi quorum eminet audacia, atque proiecta est, à consiliis malitiæ deseruntur.

Consuetudinem

Consuetudinem reuertendi. Caius in l.naturalem.§.ceruos. D.de acquir.rer.domin.

Exercitum. Cic.7.Verr. Cæs.5.bel.Gall.

Fama deserit aliquem. Cic.1. Tusc. Multo autem tardius fama deseret Curium, Fabritium, &c.

Fidem in aliquem. Catull.ad Ianuam, 62,

Dic agedum nobis, quare mutata ferariis

In dominum veterem deseruisse fidem.

Deserunt me fides & fama. Plaut.Mostell.3,

Nunc simul res, fides, fama, decúsque & virtus

Deferuerunt me.

Fugam alicuius. Ouid.1.de Ponto, eleg.5,

At nostram cuncti deseruere fugam. Hoc est me exulantem.

Deserunt hunc g. nua. Plaut.Mercat.4,

Genua hunc cursorem deserunt.

Iter medium. Claud.4.Paneg.

Suum ius. Cic.pro Cecinna. Item Deserere ius amicitiæ.

Litem. Papin.in l.liberto. D.de negot.gest.

Laborem imperfectum. Claud.1.de Raptu Proserp.

Maritum. Plaut.Amphit.16.

A mente deseri. Cic.Attico, lib.3, Ad primam tibi hoc scribo, me ita dolere, vt non modò à mente non deserar, sed id ipsum doleam, me tam firma mente vbi vrar, & quibuscum, non habere.

Ab oblectationibus & voluptatibus deseri. Cic.Att.lib.2.

Susceptum officium. Cic.1.de Fin. Vide OFFICIVM.

Officium promissum deserere. Caius in l.si quis alicui.§.qui susceperit. D.mandat.

Opus. Ouid.1.Fastorum,

Néve suum præsta deserat author opus.

Pignus. Plaut.Capt.7,

Túque te pro libero esse ducas, pignus deseras.

Preces alicuius. Cic.Attico, lib.3, Non deseram, neque optimi atque vnici fratris miseras ac luctuosas preces, nec Sesti cęterorúmque promissa, &c.

Orantis medias deseruere preces. Ouid.epist.15.

Sedem. Virgil.3.Æneid.

Deserere optimè meritos socios. Cæs.1.bel.Gall.

Spem. Plaut.Rud.4,

Sed mea desidia spem deserere nolui.

Spem nostram, terras deseruítque simul. Ouidius 4. de Ponto, eleg.6.

Spes deserit. Cic.2.de Inuent. Si tum quum spes deseruisset, opitulatus sit.

Ex toto deserere. Ouid.4.de Ponto,

Nec tamen ex toto deserere illa potes.

Turpiter deserere. Quintil.lib.2.cap.1.

Vadimonium. Cic.2.in Catil. Idem pro Quinctio, Vadimonium sibi ait esse desertum. Olim & turpe erat & damnosum, vadimonium deserere: nec excusabatur vadimonij promissor, nisi ob causas graues.

Vires, vita meum corpus nunc deserit omne. Cicero 1.de Diuinat. Ex Ennio.

Virtutis viam. Horat.3.Carm.ode 24.

Vitam suam. Cic.pro Sextio, Nónne si meam vitam deseruissem, Rempub. prodidissem?

¶Deserere, propriè militum est, qui relinquunt locum in acie, aut sine comitatu discedunt ex castris. Hinc Desertor & Desertio, de quibus sæpe in lib.D.Nebrissencis.

Desertus, Participium {κατελειμμένος, ἠρημωμένος, οἰκισθείς.} vt, Deserta signa. Liu.2.ab Vrbe.

Littus desertum. Virgil.2.Æneid.

Nox. Ouid.3.de Arte.

Suis desertus, pro à suis. Tacit.lib.3,

Neque prælium omisit, donec desertus suis caderet.

Tesqua. Horat.1. epist.14.

Vela vento. Seneca Agamemn.6,

Virgo neci deserta. Valer.2.Argon.

¶Deserta promissio, Contempta, non obseruata. Vlp.l.4.§.2.D.siquis caut. Quæsitum est an possit conueniri, ne vlla exceptio in promissione deserta, iudicio sistendi causa facta obiiciatur: & ait Atilicinus conuentionem istam non valere. Alciatus in Parergis Diserta emendat, sed quàm rectè, aliorum esto iudicium.

Deserto, as, Frequentatiuum {ἐρημόω} Accius, Quum me solum vterque parens desertassent.

Desertus {ἔρημος, οἰκισθείς} Nomen ex participio. Desertæ solitudines. Cic.2.de Diuinat.

Desertus ager. Plinius libro 18. cap. 5, Nihil damnosius deserto agro.

Domus. Ouid.3. Trist.eleg.8.

Desertus homo, deserta mulier. Terent.Adelph.5,4,

Illum diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertus sum. Idem Phorm.5,1,

Ego autem quæ essem anus deserta, egens, ignota.

Desertior locus. Cic.ad Attic.lib.13.

Loci celebres & deserti, contraria. Cic.in Partit.

Lustra ferarum. Virg.3.Æneid.

Regio siti, Id est inhabitabilis ob siccitates & aquarum penuriam. Virgil.4.Æneid.

Lebedus desertior Gabiis. Horat.1.epist.11.

Reditus. Cic.in Pisonem, Sic iste tanto exercitu, tanta prouincia triennio post Macedonicus imperator in vrbem se intulit: vt nullius negotiatoris obscurissimi reditus vnquam fuerit desertior.

Terræ, Virgil.3.Æneid.

Via deserta & inculta, atque intercluſa iam frondibus & virgultis relinquatur. Cic.pro Cælio.

Desertius nihil. Cic.ad Q.frat.lib. 3.17, C.Memmius Trib.plebis cum L.Capitone ad vrbem accessit ad XII. Calend. Octobris: nihil turpius nec desertius.

Desertum, huius deserti {ἔρημος} locum appellamus inhabitatum, quasi ab hominibus derelictum, quem Græci eremum dicunt. Virgilius 1.Æneidos,

Ipse ignotus, egens, Lybiæ deserta peragro,

Europa atque Asia pulsus.

Colere deserta, Versari in locis desertis. Claudianus 3. de Raptu Proserp.

Interuenientibus desertis, Vide INTERVENIO.

¶Desertum, pro neglecto. l.quisquis. de Agric. & censit. lib.11.

Desertor, Verbale, Qui deserit: vt, Desertor amicorum, cui Conseruator opponitur. Cic.ad Attic.lib.8, Sed obsecro te, quid hoc miserius, quàm alterum plausus in fœdissima causa quærere, alterum autem of fensiones in optima? alterum existimari conseruationem inimicorum, alterum desertorem amicorum?

Desertores salutis meæ. Cic.ad Quirites Post red.in Senatu.

Desertor communis salutis, Qui communem salutem non curat. Cic.3.de Finib.

Desertor miles. Cæs.6 bel.Gall. Qui ex iis sequuti non sunt, in desertorum ac proditorum ordine ducuntur. Liu.3.ab Vrbe, Pro desertore futurum cuius causam non probassent. Modestinus l.desertorem. D.de re militar. Emansor est, qui diu vagatus, ad castra reuertitur. Desertor est, qui per prolixum tempus euagatus reducitur.

Desertor Asiæ, Exul. Virgil.12. Æneidos,

Aut hac Dardanium dextra sub tartara mittam

Desertorem Asiæ. Seruius.

Desertio, Verbale {ἐρήμωσις.} Liu.lib.1. Decad.5, Cur execrabilis ista nobis solis veluti desertio generis humani est?

Desertiones, scribit Festus esse patrimonij diuisiones inter consortes. Turnebus distortiones legit, vt consortioni opponantur, & verius est.

Desertus, deseruis, deseruiui, deseruitum, penult.prod. {ὑπουργέω, θεραπεύω} deseruire, Idem quod seruire: nisi quòd aliquid auget præpositio DE: vt

Deseruire amicis. Cic.pro Sylla.

Deseruire cuiuis. Cic.1.Offic. Itémque alij qui quiduis perpetiantur, cuiuis deseruiant dum quod velint consequantur.

Alicui deseruire per multos annos. Ouid.1.Amor.eleg.3.

Bonis. Stat.2.Sylu.2,

-nos vilis turba, caducis

Deseruire bonis.

Corpori, Habere curam corporis. Cic.1.de Legib.

Rebus diuinis. Cic.in Partit.

Honoribus. Plin.Iun.in epist. Quis adeò expetitis honoribus, aut deseruit, aut sufficit?

Studiis. Plin.Iun.in epist. Te negotiis distineri ob hoc molestè fero, quòd deseruire studiis non potes.

Desĭco, desiccas {ξηραίνω} desiccare, Idem quod siccare. Plinius lib. 20.cap.19.

Desidæmones {δεισιδαίμονες} Græcis dicuntur superstitiosi, ab incon sulta & absurda diuinæ potentiæ formidine. Huiusmodi meticulos, scrupulos nunc appellant, non inepto verbo, & inde superstitiosos, scrupulosos. Inest enim semper aliquid, quod eos malè habeat, & tanquam iapillus, id est scrupulus in calceo, identidem punctiret. Bud.in Annotat.

Desĭdeo, desides, pen.corr. desedi, pen.prod. {καθυμέω καθεύδω} desidēre, Otiosum sedere. Plaut. Pseud. 17, Quid tu intus quæso desedisti? Idem Bacchid. 5, Nam meus formidat animus nostrum tandiu ibi desidere, neque redire filium. Terent. Hecy. 5,3, Fruttra vbi totum desedi diem. Sueton. in Cæs. cap.2, A quo ad accersendam classem in Bithyniam missus, desedit apud Nicomedem.

Deses, desidis, pen.corr.om.gen. {νωθρός} Qui nihil agit, & otiosus sedet. Liu.1. ab Vrbe, Desidem Romanum regem inter sacella & aras acturum esse regnum rati. Idem lib. 3, Sedemus desides domi mulierum ritu inter nos altercantes.

Annus deses vocatur, in quo nihil agimus. Stat.3.Sylu.1,

Intermissa tibi renouat Tyrinthie sacra

Pollius, & causas designat desidis anni.

Cura deses, Id est remissa & negligens. Stat.lib.6. Thebaid.

Passu deside ire. Stat.5.Sylu.2.

Somnus. Stat.10. Thebaid.

Vita. Stat.3.Sylu.5.

Desidem ab opere suo aliquem facere. Colum.lib.7. cap. 12, Tertium genus canum venandi gratia comparatur: idque non solùm nihil agricolam iuuat, sed & auocat, desidémque ab opere suo facit.

Desidia, desidiæ {νωθρία, νωθρότης} Otiositas & inertia, ignauia. Cicero 5. Tuscul. Sed nos vmbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus, &c.

Socordia atque desidia. Author ad Heren.lib.2.

Molles desidiæ. Claud 6. Paneg.

Horridus desidia, Id est Incultus propter desidiam. Virgilius 4. Georgic.

Languori desidiæq; se dédere. Cic.1.Offic. Nihil autem magis cauendum est senectuti, quàm ne languori se desidiæque dedat.

Indormire desidiæ, In INDORMIO.

Animum inficere desidia, In INFICIO.

Marcescere desidia, In MARCEO.

Homo desidiæ ac luxuriæ plenus. Cic.in Sallust.

Desidiam puer ille sequi solet: odit agentes. Ouid.lib.1.de Remed. amor. De Cupidine seu Amore.

Vitanda est improba Siren Desidia. Horatius 2. Sermon. satyra 3.

Desidies, desidiei, Idem quod Desidia. Lucret.lib. 5,

Quídve superbia, spurcitia, ac petulantia, quantas

Efficiunt clades? quid luxus desidiésque?

Desidiosus, penult.prod. {ἀεάργος} Qui nihil agit. Ouid.1.de Remed. amoris,

Quæritur Ægystus quare sit factus adulter:
In promptu causa est, desidiosus erat.

Desidiosa delectatio. Cic. 3. de Orat. Sed si tota vita nihil velis aliud agere, ipsa tractatio & quæstio quotidie ex se gignit aliquid, quod cum desidiosa delectatione vestiges.

Desidiosior. Varro in Procem.lib.2. de Re rust. Sic qui in oppido sederent, quàm qui rura colerent, desidiosiores putabant.

Inertissimum & desidiosissimum otium. Cic.2.de Lege Agr.

Desidiosè, pen.prod. {ἀεαργῶς} Aduerbium. vt

Agere ætatem desidiosè. Lucret.lib.4.

Desiderium, Vide Desyderium, in DESYDERO.

Desido, desidis, pen.prod. desedi (nam præteritum à sedeo mutuatur, teste Valla,lib.5.) {καταχέζω} desidere, pen.corr. Idem quod sedere, sed cum moru. Cic.1.de Diuin. Vt multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræque desederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint. Sic paulo pòst, Desederint, Id est pessum ierint, & velut descenderint, subsiderint.

Hiatu aliquo desidere. Valer.8. Argonauticõn,
-vasto rursus desedit hiatu

Abrupta reuolutus aqua.

Desidunt nares. Cels.lib.8.cap.5. In naribus verò, & os, & cartilago frangi solet, & quidem modò aduersa, modò à latere, si aduersa fracta sunt; alterúmve ex his, nares desidunt, difficulter spiritus trahitur.

Terra desidit. Liu. Decad. 4. lib.2, Terra Velitris trium iugerum spatio cauerna ingenti desederat.

Desidit tumor, quando imminuitur. Cels.lib.7.cap.18.

Vada desidunt. Stat.3.Sylu.2.

Desidens, pen.prod. Participium {ἀεάργων}. vt, Desidentes mores, pro desciscentibus. Liu.in Præfatione, Labente deinde disciplina, velut desidentes primò mores sequatur animo: deinde vt magis, magisque lapsi sint: tum ire cœperint præcipites. Quæ putantur castigatiora exemplaria, habent dissidentes. Prior tamen lectio magis arridet. Pulchrè enim hæc congruunt, desidere, labi magis magisque, ire præcipites.

Desidùò, pro diuturnè, Aduerbium antiquum & obsoletum. Varr. Corollario, Diuidiæ mihi fuerunt, tàm desidùò abfuisse te. Nonius.

Designo, designas {ὑποτυπῶ, χαράττω, βραβεύω, ἀναλάπτω} designare, Describere, quasi per signa demonstrare. Cic.in Catil. Notat & designat oculis ad cædem vnumquenque nostrum.

Digitis vulgi designari. Ouid.3.Amor.eleg.5.

Verbis aliquid. Cic.1.de Orat. Hæc ab hominibus callidis ac peritis animaduersa ac notata, verbis designata.

Certum quiddam. Cic.1.de Inuent. Ex qua certum quiddam designatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum.

Templo Iouis fines. Liu.1.ab Vrbe.

Consules & Prætores & Tribuni plebis creari solebant in annum proximum, túmque designati dicebantur, ante quàm scilicet magistratum inissent: quod fieri solebat Cal.Ian. Sallustius, Catilina nihilominus in proximum annum Consulatum petebat: sperans, si designatus foret, facilè se ex voluntate Antonio vsurum. Cicero 3. Tusculan. Designatus Prætor. Et ad Brutum, 1, Designatus Tribunus plebis.

Agrum seminario designare. Columel.lib.3, Ipsum autem agrum quem seminario designaueris, planum & succosum.

Designatus Reipub. ciuis. Cic pro Cluent. Memoria teneo Milesiam quandam, &c. quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidiú generis, hæredem familiæ, designatum Reipub. ciuem sustulisset.

Res constituta & designata, quam prædestinatam vocamus. Cic. 1.de Diuin. Neque non diligunt nos dij, neque ignorant ea quæ ab ipsis constituta & designata sunt.

Respublica ratione & disciplina designata. Cic.3.de Nat.deor. Vt enim nec domus, nec Respub. ratione quadam & disciplina designata videatur, si in ea nec rectè factis præmia extent vlla, nec supplicio peccatis.

Hæc notant & designant turpitudinem aliquam. Cic. 2. de Orat. Hæc enim ridentur vel sola, vel maximè quæ notant & designant turpitudinem aliquam non turpiter.

¶ Designare, inquit Donatus, est rem nouam facere in vtranque partem, bonâ & malam. Et designata, rectè & prauè facta dicebantur. Terent.Adelph.1.2,
-nam illa quæ antehac facta sunt
Omitto: modo quid designauit! Apul. libro 10, Post dies plusculos ibidem designatum scelestum & nefarium facinus memini. Budæus. Horat.lib.1.epist.5,

Quid non ebrietas designat?

Designare & conficere. Cic. 1. de Nat. deor. Anaxagoras primus omnium rerum descriptionem & modum, mentis infinitæ vi ac ratione designare & confici voluit.

Designare nota ignominiæ, pro ignominiam inurere. Liu.libro 4. belli Pun. Hanc multam ita æquo animo feretis, si reputabitis nulla ignominiæ nota leuiore designari vos potuisse.

Designator, designatoris, masc.gen. {βραβεύτης} Sunt qui designatores esse putent (& rectè nostra quidem sententia) eos qui constituendæ funebri pompæ, aut etiam cuicunque præsunt, vnicuique incedendi locum, ordinémque præscribêtes: simili ferè munere eorum qui Romæ magistri ceremoniarum vocabãtur. Plaut.Pœn.2, Neu designator præteriens obambuler, &c. Budæus. Cic.Att.lib.4, Deserrus à suis vix iam Decimum designatorem, vix Gellium retinet. Horat.1. epist.7. Vlpian.in l.Athletas. D.de his qui notantur infamia, Designatores autem, inquit, quos Græci βραβεύτας appellant, artem ludicram non facere Celsus probat: quia ministerium, non artem ludicram exercent.

Designatio, Verbale {ὑποτύπωσις}. Cic.ad Attic. lib.4, Si ad nos venebris, offendes designationem Tyrannionis, mirificam librorum meorum bibliothecam. Designationé, id est ordinem, quo bibliotheca mea digeratur à Tyrannione.

Designatio atque apparatus. Cic.1.de Nat.deor. Omnem totius operis designationem atque apparatum.

Sine designatione personarum & temporum oratio. Cic. 1. de Orat. Deinde esse omnem orationem aut de infinitæ rei quæstione sine designatione personarum & temporum, aut de re certis in personis actemporibus locata.

Desilio, desilis, penult. correp. desiliui, & desilij, vel desilui, desultum {καταπηδάω, κηδάλλομαι, καταβάσσω} desilire, Descendere. Plinius Iunior, de Viris illustribus, Dum à templo Dianæ desiliit, talum intorsit.

Desilire ad pedes. Cæs.4.bel.Gall.

Æthere desiluit Iuno. Valer.lib.4.Argon.

Lecto desilire. Horat.1.Serm.sat.2.

Ab equo. Virg.11.Æneidos,
-portísque ab equo regina sub ipsis Desiluit.

De nauibus, de rheda. Cæs.4.bel.Gall. Cic.pro Milone.

Ex equo. Liu.9.ab Vrbe. Cæs.4.bel.Gall.

In arctum, Id est angustiis se committere. Horatius metaphoricè dixit in Arte poet. pro intra arctos limites stylum cohibere, nec diuagari.

In nauem. Plaut.Rud.2. Et apud Plinium lib.8.cap.8, Inde totius aginis nouissimum speculati, extremas in clunes desiliunt. Sub. elephantorum. De Troglodytis.

Perniciter desilire, In PERNIX.

Aqua desiliens ex alto. Ouid.4.Fast.

Desultor, desultoris, Verbale {κελητιστής, μιμητής} Qui desilit.

Desultores, dicebantur, qui duos equos absque ephippiis agitantes, ex altero in alterum subinde mira pernicitate desiliebant. Hos Ælianus de aciebus instruẽdis ἀμφίππους appellat, de antistomo phalange loquens. Valet autem hoc (inquit) instruendæ aciei genus potissimum contra barbaros qui loca Histro amni vicina incolunt, quos Amphippos cognominãt à mutatione equorum: ex aliis enim in alios transsultare cõsueuerunt. Hæc Budæus. Varro 2.de Re rust. cap.7, Peritus belli alios quos eligit, atque alit, ac docet: aliter quadrigarius, ac desultor. Vide Cæl.lib.21.cap.30.

Desultorius {κελητιστικός} Adiectiuum, per translationem, hoc est, identidem ab alio in aliud commeans, & instabilis. Translarum à desultoribus equitibus, quos Græci Amphippos appellant. De quibus Liuius lib.3.bel.Pun. Cic.pro Lucio Murena, Respõdebo igitur Posthumio primum, qui nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Consulatum, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Apuleius in primo de Asino, Iam hæc quidem ipsa vocis immutatio, desultoriæ scientiæ ἅλυιο, quem accessimus, respondet. Ex Budæo.

Desultorij equi. Sueton. de Cæsare, Quadrigas, bigásque & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes.

Desultoria natura prouerbialiter dicitur. Ioannes Picus, Homo (inquit) variæ ac multiformis & desultoriæ naturæ animal. Desultoriam hominis naturam dixit, quasi versipellem, & subinde esse in aliam aliámque formam mutantem, vt Proteum factitasse fabulantur. A Martiano Capella hoc sumptum, qui leuitatem desultoriam dixit lib.1. Budæus.

Desultura, huius desulturæ, pen.prod. {κελήτισμα.}

Desino, desinis, pen.corr. desiui, & per syncopen desij, desitum, penult. correp. {καταπαύω, παύομαι, λοφέω, λήγω} desinere, Cessare. Terentius Phorm.2.3,
-imò haud desinam,
Donec perfecero hoc.

Desino, cum genitiuo, Græcorũ est: vt si dicam, Desine sermonis, παύσαι τοῦ λόγου. Hos imitatus est Horat.2.Carm.ode 9,
-desine mollium
Tandem querelarum.

Tardè desinere. Ouid.2.de Remed.amor.

¶ Desino, Silco, finem loquendi facio. Terent.Adelph.5.3, Ah pergísne? desiam desino. Idem Eunuch.5.2.

Desine, iam conclamatum est. Terent.Eunuch.2.3. Et in Heautontim.5.1,

Iam desine deos vxor gratulando obtundere.

Desine plura puer. Virg.eclog.5.& eclog.9.vbi Dicere, vel Obtendere vtrobique subauditur, authore Seruio.

Admirans illud, miraci iam desino. Cic.2.de Orat.

Desinit dicto magistri esse obediens. Plaut.Bacch.8.

Desinat ea se putare posse emere, quæ ipse semper habuit venalia. Cic.5.Verr.

Fieri desinit. Cic.Att.lib.1.14, Itaque conuentus, qui initio celebrabantur, iandiu fieri desierunt.

Desine ei succenfere. Cic.7.Verr.

Re aliqua desinere, pro Cessare de re aliqua. Cic.4.Acad.

Imbres desierant. Ouid.5.Metam.

Desinunt tremores, quum ventus emersit. Plin.lib.2.cap.82.

¶ Desinere & Incipere, contraria. Plin.Iun.in Paneg. Cic.1.Offic. Et vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinẽdi modus.

Desinere gradatim. Plin.lib.2.epist.14, Sumus tamen solito rariores: quod initium est gradatim desinendi.

Desinere in orbem dicuntur Elenchi. Plin.lib.9 cap.35, Elenchos appellant fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes.

Desinit in cacuminis fine effigies. Plin.lib.2.cap.3.

Desinere in violam dicitur gemma. Plin.lib.37.cap.9.

Desinunt caduca. Plin.Iun. lib.2. epist.10, Nam cætera fragilia & caduca, non minus, quàm ipsi homines, óccidunt, desinúntque.

¶ Similiter desinere, & similiter cadere. Cic. 3. de Orat. Nam geminatio verborum habet interdũ vim, & lepórem aliàs, & paulum

immutatum verbum atque deflexũ, &c. & illa quę similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter. Hoc est, quæ finiuntur & terminantur iisdem syllabis, aut eodem sono & rhythmo.

¶ Desinere pertinere vsum fructũ accipiemus, etsi nec cœperit pertinere, quanuis legatus sit: & committetur nihilominus stipulatio, quasi desinat pertinere, quod nec cœperit. Vlp.in l.3.§.1.D.Vsufruct. quemad.caueat.

¶ Desinere autem, pro Relinquere, & arti renuntiare. Sueton.in Tiberio, cap.36, Expulit & mathematicos: sed deprecãtibus, ac se artem desituros promittentibus, veniã dedit. Cic.ad Marium, lib.7.15, Quòd si tam facilem populum haberem, quàm Æsopus habuit, libenter me hercule artem desinerem, recúmq; & cum similibus nostri viuerem. Gell.lib.15, Quum iam natu grandis, artem athleticam desisset.

Desinere bellum. Sil.lib.12.

Desinitur, penult.corr. {παύεται} Impersonale. Ouid.1. de Arte, Tunc bene desinitur.

Desitum est contra eos disputari. Cic.2.de Fin. Idem 2.de Diuin.

Si enim esset factitatum, non esset desitum.

In quo desitum sit, deinceps incipere. Cic.1.de Inuent.

Desitus, penult.corr. {πεπαυμένος} Particip. Cic. de Claris Orat. Nocuimus forsasse, quòd veteres orationes post nostras, non à me quidem (meis enim illas antepono) sed à plerisque legi sunt desitæ.

Desita ars, pro Derelicta. Gell.lib.15.cap.17. Cic. ad Pætum, lib.9. 21, Post hunc tredecim fuerunt sella Curuli ante L. Papyrium Crassum, qui primus Papisius est vocari desitus.

Desinendus, Participium. Gellius lib.2. cap.12. Qui penitus atque altè vsum ac sententiam legis inspexerit, non ad augendam, sed ad desinendam seditionem, legem hanc esse dicebat. Desinendam, id est finiendam, terminandam.

Desipio, desipis, penult.corr. desipui, vel desipiui {παραφρονέω, ἀεφρονῶ} desipere: cuius contrarium est sapere. Cic.7. Verr. Verum ego desipio, & plus quàm satis est, doleo, in tanta calamitate miseriáq; sociorum? Et ad Cælium, lib.2.8.

Senectute desipere. Cic. Lentulo, lib.1.9, Quum offendisset populũ Athenienſem propè iam desipientem senectute, quúmque eum nec persuadendo, nec cogendo regi posse vidisset, quum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur.

Desipere, delirare, & dementem esse. Cic.1. de Nat.deor.

Desipere intra verba. Celsus lib.3.cap.18, Eius autem plura genera sunt, siquidem ex phræneticis alij hilares, alij tristes sunt, alij facilius continentur, & intra verba desipiunt, alij consurgunt, &c. Desipere intra verba, est nullo alio gestu, quàm absurdis sermonibus desipientiam prodere.

Dulce est desipere in loco. Horat.4.Carm.ode 12.

Desipere mentis. Plaut.Epid.3,

Desipiebam mentis, quum illas scriptas mittebam tibi.

Desipiens, Particip. {ἀφρονέστερον} Cic.2.de Diuin. Estne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse, deum dicam an hominem?

Arrogantia desipiens. Cicero 2. de Natura deorum, Esse autem hominem qui nihil in omni mundo melius esse quàm se puret, desipientis arrogantiæ est.

Desipientia, desipientiæ. Lucret.lib.10,

Desipientia fit, quum vis animi atque animaï Conturbatur.

Desisto, desistis, destiti, destitum, penult.corr. {ἀφίσταμαι} desistere, Stare in loco. Plaut. Mostel.10,

Quid illic destitisti obsecro tandiu?

¶ Desistere, Cessare, desinere. Cic.7.Ver. Rogat vt id facere desistãt. Idem pro Quinctio, Auctionem velle facere desistit.

Incipere & Desistere, contraria. Cic.1. Tuscul. Homines mortem vel optare incipiant, vel certè timere desistant.

Desistere ex toto. Cels.lib.3 cap.3.

Desistere ab aliquo, Secedere. Plaut. Menæch.17,

Quid tu es tristis? quid ille abs te iratus

Desistit? Id est, recedit.

Desistere bello. Liu.7.ab Vrbe.

Causa. Cic.3.Offic. Rem ad populum detulit, docuit cur sibi causa desistere necesse esset.

Conatu. Cæsar 1.bel.Gall.

Consilio. Cæsar 3.bel.Ciuil.

A defensione. Cæsar 2.bel.Ciuil.

Fuga. Cæsar 4.bel.Gall.

Incœpto. Liu.5.bel.Pun. Virg.1.Æneid.

Itinere. Cæsar 5.bel.Gall. Cæsar legiones, equitatúmque reuocari atque itinere desistere iubet.

Litibus. Terent. Phorm.4.3.

Desistere liti is videtur, nõ qui diſtulit, sed qui liti renuntiauit in totum. Desistere enim, est de negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat, l.10.D.de iudic.

De aliqua mente. Cic.Metello, lib.5.2, Misi ad Metellum communes amicos, qui agerent cum eo, vt de illa mente desisteret.

Negotio, & de negotiis. Cæsar 1.bel.Gall. Hirt.5. belli Afric. Et te magnopere vt de negotiis desistas adhortor.

Pugna. Varro 3 de Re rust.cap.16.

Re aliqua. Plaut.Milit.10.

Sententia, & à sententia, & de sententia. Cic.4.Acad. Cæpit hortari, vt sententia desisteret. Idem 3.Offic. Itaque quum sint docti à peritis, facilè desistunt à sententia. Idem 2. Tusc. Rogatus à me, etiámne maius quàm dedecus, verbo de sententia desistitisti.

Cura labori desistit. Id est, laborem desistuit. Stat.5. Thebaid.

¶ Desistere, cum infinitiuo. Cic.4.Verr. Atque vt aliquãdo de rebus ab isto cognitis, iudicatísque, & de iudiciis datis dicere desistamus.

Non desistit vrbes inflammare odiis. Stat.3. Thebaid.

Desistens, Participium {ἀφιστάς} Qui desistit.

Desistente autumno. Varro 2.de Re rust.c.3, Quod ad fœturã attinet, desistente autumno exigunt à grege è campis hircos in caprilla.

DESITIATAE {ἀιατιάται} Pannoniorum populi, quibus Bato imperauit, teste Strabone lib.7.

DESITIATES {διατιάται} Liburniæ populi in conuentu Naronensi, quos commemorat Plin. lib.3.cap.22.

Desitare, Desinere. obsoletum. Festus.

Desolo, desolas, pennult.prod. {ἐρημόω, εἰδέω} desolare, A solus adiectiuo deriuatum, significat solum relinquere, & etiam destruere, siue vastare, vt Desolare agros. Col.lib.1.cap.3, Nec magis quia superbum videbatur tãtum loci detinere, quàm quia flagitiosum, quos hostis profugiendo desolasset agros, nouo more ciuem Romanum supra vires patrimonij possidendo deferere. Virg.11. Æneidos,

Diſiectíque duces, desolatíque manipli. Hoc est, deserti signiferi. Seruius.

Vrbes desolauimus. Stat.6. Thebaid.

Penates desolati. Stat.2.Sylu.1.

Loca. Stat.10. Thebaid.

Deserta & desolata loca. Plinius lib.10. cap.12, Deserta incolitnes tantùm desolara, sed dira etiam & inaccessa. De bubone.

Agmen desolatum magistro. Stat.9. Thebaid.

Filius, Solus è liberis relictus. Plin.Iun.in epist. Domúmque pluribus adminiculis ante fundatam, desolatus fulcit & sustinet. Budæus.

Desolatus {ἐρημωτής} Nomen ex participio, vt apud Silium lib.8, Gentes desolatæ virorum.

Despectio, Despecto, Despectus, Vide DESPICIO.

Desperno, despernis, desperui, despretum, penult.prod. {καταφρονέω} despernere, Idem quod spernere. Varro, Homo ridiculus, & ab omni pube despretus.

Despéro, desperas, penul.prod. {ἀπελπίζω, δυσηχέω, ἀπαγορεύω} desperare, Extra omnem spem esse. Variè construitur.

Desperare & Confidere, contraria. Cic.1. Offic. Consyderandum est ne aut temerè desperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem.

Desperare & diffidere rebus suis. Cic. in Pisonem, Quid quod tu toties diffidens, ac desperans rebus tuis in sordibus, lamentis, luctúq; iacuisti?

Ab aliquo desperare. Cic.in Pisonẽ, Spem habere à Tribuno pleb. si tua consilia cum illo coniunxeris: sed à Senatu quidem desperasse.

Bene desperare salutem. Ouid.3.de Ponto, eleg.7.

Desperare de aliqua re. Cic.3. Verr. Necesse est quum de toto ordine desperarit, aliud genus hominum, atque aliam rationem iudiciorum requirat.

De regno. Cæsar 1.bel.Gall. Imperio Pop.Rom. non modò de regno, sed de ea, quam habeat, gratia desperare.

De Republica. Cic.Curioni, lib.2.4. Et ad Att.lib.8.

De se. Plancus Ciceroni, lib.10.21.

Sibi. Cæsar 7.bel.Gall. A multitudine oppressus, ac sibi desperans, multis iam vulneribus acceptis, &c. Cic.pro Murena, Alium faciam quoniam sibi hic ipse desperat.

Suis fortunis. Cæs.3.bel.Gal. Et Cic.Post reditum in Senatu.

Fugam. Cæsar 5.bel.Gall.

Honores. Cic.2.in Catil. Honores quos quieta Repub. desperant, perturbata consequi posse arbitrantur.

Nil desperandum. Horat.1.Carm.ode 7.

Quod est optimum, non est desperandum. Cic.in Orat.

Desperare. Cic.in Pisonem, Thessalonicenses, quum oppido desperassent, munire arcem coegerunt.

Pacem. Cic.ad Att. lib.7, Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit: pacem enim desperaui.

Reditum in aliquem locum. Cic.in Somnio Scip.

Saluti. Cic.pro Cluent. Promissis eum suis excitauit abiectum, & simul saluti desperare vetuit.

Salutem alicuius. Cic.de Amicit. Et ad Attic. Sed hæc iam nostra salus cum hac lege desperata erit

Vitam alicuius. Cic.pro Milone, In quos incensos ira, vitámque domini desperantes quum incidisset, hæsit in his pœnis, quas ab eo serui fideles pro domini vita expetiuerunt.

Temerè desperare. Cic 1. Offic.

¶ Desperare, cum infinitiuo. Cic.2.de Diuin. Non equidem planè despero ista esse vera: sed nescio, & discere à te volo.

¶ Desperari, Passiué. Cic.Q.fratri, lib.1.3, Siue restituimur, siue desperamur, nihil amplius opus est.

Desperabantur promissi prælia Martis. Martial.lib.1.

Turpiter desperatur quicquid fieri potest. Quintil.lib.1.cap.10.

Desperans, Participium {ἀπελπίζων} Cic.1.de Finibus, Omnia semper desperantes.

Desperantia vlcera. Plin.lib.22.cap.24, Dolores neruorum mulcet, vlceráque iam desperantia cicatrice includit.

Desperanter, aduerbium {ἀελπίστως}. Cic.ad Att.lib.14, Seruius proficiscens, quòd desperanter tecum loquutus est, minimè miror: neque ei quicquam in desperatione concedo.

Desperatus, penul.prod. Particip. {ἀπηγμένος} De quo nulla est spes. Cic.in Catil. Desperatorum hominum flagitiosi greges.

A seipso desperatus & relictus. Cic in Pisonem.

Desperatus ab omnibus. Cic.pro Rosc. Amerino.

Desperatus {ἀπηγής, ἀείλπιστος} Nomen ex participio. Cic. Att. lib.9. Sed me hercule rursus tam abiectam compositionis spem non desperatissimam esse puto.

Cusa publica desperata. Cic. Att.lib.7.

Collegium desperatum. Cic.3.de Legib. Quod enim est tã desperatum collegium, in quo nemo è decem sana mente sit?

Fuga alicuius. Cic.5. Philipp.

Lustrum. Cic. Att.lib.4.

Lux. Claud.4.Paneg. Lux, id est vita.

Magnus & diuturnus, & iam desperatus Reipub. morbus. Cic.pro Sylla.

Pecuniæ. Cic.pro Murena, Ipse autem in Gallia, vt nostri homines desperatas iam pecunias exigerent, æquitate diligentiáque perfecit.

Desperatissimum perfugium. Cic. 4. Verr.
Res penè desperata. Cic. pro Domo sua.
Desperata & ægrota Respub. Cic. 1. Verr.
Respublica desperata sanari potest. Brutus Attico, in Epist. ad Brutum 17.
Desperatissima spes. Cic. ad Att. lib. 9.
Desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Cicero Attico, lib. 16.
In perditis & desperatis habere, Vide HABEO.

Desperandus, Participium {ἀπογνωστέος.} Cic. 2. in Catil. Quòd si in vino & alea comessationes solùm & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi.

Desperatio {ἀπόγνωσις, ἀπόγνωσις.} Cic. 4. Tuscul. Desperatio, ægritudo sine vlla rerum expectatione meliorum.
Amissio rerum, & desperatio recuperandi. Cicero Sulpitio, lib. 4. 3.
Tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi.
Imbecillitas & desperatio. Brutus Ciceroni, 16. Ista verò imbecillitas & desperatio, cuius culpa non magis in te residet quàm in omnibus aliis, & Cæsarem in cupiditatem regni impulit, &c.
Rerum alicuius desperatio animos omnium occupat. Cicero Attico, libro 11.
Desperatio sapientiæ. Cic. 4. de Finibus, Huic mori optimum esse propter desperationem sapientiæ.
Victoriæ desperatio. Cicero 12. Philipp. His igitur omnibus victoriam sperantibus, pacis nomen afferemus, id est desperationem victoriæ?
Vitæ desperatio propter conscientiam scelerum. Cic. 2. Philipp.
Quum magna desperatione affectus essem, ecce tibi, &c. Cicero Att. lib. 14.
Cum omnium rerum desperatione confligit bona spes. Cicero 2. in Catilin.
A desperatione ad spem revocare. Cicero Post redit. in Senatu, Qui me à morte ad vitam, à desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocauit.
Quærere desperatione fugam, & maritimam opportunitatem. Cicero Attico, lib. 8.

Despicio, despicis, penult. corr. despexi, despectum {ὑπερφρονέω, παρορῶ, καταφρονῶ} despicere, Deorsum aspicere. Plautus Cistel. 10, Hoc inquam age, ad terram aspice, & despice, oculis inuestiga.
Despicere & aspicere. Cic. de Arusp. resp. Tollam altius tectum: nõ vt ego te despiciam, sed tu ne aspicias vrbem eam, quã delere voluisti.
Despicere ad aliquem. Plaut. Mil. 9.
Fronte superba despicere aliquem. Claud. 3. Paneg.
De vertice montis in valles. Ouid. 11. Metam.
In terram. Colum. lib. 4. cap. 26.
In vias. Horat. 3. Carm. ode 7,
Prima nocte domum claude, neque in vias
Sub cantu querulæ despice tibiæ.
Irrisum vultu despicit. Ouid. 1. Fast.
¶Despicere, pro Aspicere. Cic. 4. de Fin. Quoniam catuli qui iam despecturi sunt, cæci æquè vt hi qui modò nati. Idẽ pro Rosc. Amer.
¶Despicere, pro Animaduertere. Cicero pro Sylla, Nec verò possum meo tantum ingenio dare, vt tot res, tantas, tam varias, tam repentinas in illa turbulentissima tempestate Reipub. mea sponte despexerim.
¶Despicere, per translationem, pro contemnere, & quasi infra se, & ad pedes suos proiectum aspicere: quemadmodum & Suspicere Venerari significat, quasi supra nos aspiciamus aliquem esse collocatum. Hæc Valla lib. 5. Cicero pro Fonteio, Quòd si tantas auxiliorum nostrorum copias Induciomarus ipse despexerit. Tibul. lib. 1. elegia 1.
Despicere, ac pro nihilo putare. Cic. 3. de Finib.
Contemnere ac despicere. Cic. 4. de Finib. Sed neque magnum bonum, & præ rectis honestisque contemnendum & despiciendum, nec magnopere expetendum.
A suis despici. Cic. de Senect.
Munera alicuius despicere. Propert. eleg. 13.
Omnes despicere, & hominem præ se neminem putare. Cic. pro Sext. Rosc. Amer.
Et regum magnæ despiciantur opes. Tibull. lib. 1. eleg. 8.
Vulgi & imperitorum insciticm. Cic. 3. Offic.
Solitudinem, communémque alterius calamitatem nemo despexerit. Cic. Q. frat. lib. 1. 4.
Vitam, mortem, diuitias, paupertates excelso animo, magnóque despicere. Cic. 2. Offic.

Despiciens, Participium {παπαφρονῶν.} Cic. 2. de Orat. Nemo vnquam tam sui despiciens fuit, qui desperaret, aut melius, aut eodem modo se posse dicere.
Despiciens mare veliuolum, terrásque iacentes. Virg. 1. Æneid. de Ioue. Hoc est deorsum aspiciens. Seruius.

Despiciendus, Participium {καταφρονητέος.} Ouid. 5. Fast. Tunc etiam pecori despiciendus eram.

Despicientia, huius despicientiæ {περόρασις, ὑπεροψία.} Cic. in Partition.
Despicientia in contemnendis honoribus.
Despicientia rerum humanarum. Cic. 2. Tuscul.
Animi despicientia. Cic. 2. Offic. Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit.
Rerum externarum despicientia. Cic. 1. Offic.

Despectus, Particip. {καταφρονηθείς, καταφρόνητος.} Cic. in Pisonem, Sed abiectum, contemptum, despectum à cæteris, &c. videre te volui.
Despectus tibi sum. Virg. eclog. 2.
Consilia despecta. Claud. 2. de Raptu Proserp.
Honos despectus pacis. Sil. lib. 1.

Despectus, huius despectus, Aspectus deorsum vergens {καταφόρησις.} Cæsar 7. bel. Gall. Erat ex oppido Alexia despectus in campum. Ibidem libro 3.

¶Despectus, Contemptus. vt, Ludibrio & despectui aliquibus opponi. Author ad Herennium, lib. 4.

Despectio, Verbale {παφόρασις.} Cicero in Hortensio, Consolabitur tam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio. Ex Nonio in Despicio.

Despecto, despectas {καταφέρω} despectare. Virg. 1. Æneidos,
-nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam despectare videntur. Liu. 6. bel. Maced. Tum regionem maximè eo despectat oppido, qua breue internallum videtur.
Ex æthere despectat terras. Ouid. 4. Metam. de Perseo volante.

Despica, & prospica, Intenta & contempla. Nævius Assigiola, Ac nisi prospica ac despica. Hæc Nonius. Sipontinus autem, Despicus à despiciendo, intentus, vigil: cuius exempla apud Apuleium frequentissima sunt.

Despicor, penult. corr. despicaris {ὑπεροῦ} despicari, Idem quod despicere. Terent. Eunuch. 2. 3,
-quæ nos nostrámq; adolescentiam Habent despicatam. Vbi Donatus, Despicatam, contemptã atque despectam. & ita est ὑπόπτως & καταπεπρωμένη, vel certè alterius verbi declinatio ab eo quod est despicor, vt conspicor. Plin. Iun. de Viris illustribus, Primùm vt deos venerati, deinde vt homines despicati interfecere.

Despicatus, penultima prod. {ὑπερόπτης} Nomen ex participio, pro contemnendo. Cic. pro Sextio, Cessi Tribunis plebis despicatissimi hominis furori. Gell. lib. 15. cap. 4. Ignobilissimos prius homines & despicatissimos.

Despicatus, huius despicatus, penult. prod. {ὑπερόπτης} Contemptus.
Despicatui duci, Est contemni. Cicero pro Flacco, Quid porrò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quàm siquis despicatui ducitur, vt Mysorum vltimus esse dicatur?

Despicatio, Verbale {ὑπερόρασις.} Cic. 1. de Finib. Vt odia, inuidiæ, despicationes aduersantur voluptatibus.

Despœna {δέσποινα} Latinè domina, hera. Accipitur pro Proserpina. Virg. Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. Cælius libro 10. cap. 17.

Despolio, despolias {κατεδύω, ἀφαιρέω} despoliare, Exuere. Plaut. Casina, 2. 0. Vir te vestiat, tu virum despolies. Cicero ad Atticum, lib. 7. Quum ferret literas ad bustum Basilij, vulneratus & despoliatus est. Vide DISPOLIO.
Despoliare digitos, pro Annulos ex digitis detrahere. Plaut. Milit. 14. Ab illa quæ digitos despoliat suos, & tuos digitos decõrat.
Virgis dorsum alicuius. Plaut. Epid. 2.
Templum. Cic. 5. Verr. Qui in sua patria dux isti quondam & magister ad despoliandum Dianæ templum fuit.
Misera & despoliata pars. Cicero Terentiæ, lib. 14. 2. Illud doleo, quæ impensa facienda est, in eius partem miseram & despoliatam venire.

Despondeo, despondes, despondi. desponsum {μνηστεύω, ἐγγυάω, καθομολογοῦμαι, μνάομαι} despondere. Est, inquit Varro de lingua Lat. spontis suæ, id est voluntatis finem facere, id est promittere. Plaut. Cistel. 7,
Nempe istic est, qui Alcesimarcho filiam
Suam despondit in diuitias maximas. Cic. pro Cluent. Idem ad Att. lib. 1. Tullio lam C. Pisoni L. F. frugi despondimus. In his exemplis Despondet pater puellæ. Terent. And. 1. 1,
-hac fama impulsus Chremes,
Vltrò ad me venit: vnicam gnatam suam,
Cum dote summa filio vxorem vt daret.
Placuit. despondi. hic nuptiis dictus est dies. Hoc loco despondet etiam pater adolescentis.
Bibliothecam suam alicui despondere. Cicero Att. libro 1. epist. 8, Bibliothecam tuam caue cuiquam despondeas, quanuis acrem amatorem inueneris: nam ego omnes meas vindemiolas eò reseruo, vt illud subsidium senectuti parem. hoc est, venditurum te promittas.
Filiam alicuius sibi despondere. Cæl. Ciceroni, lib. 8. 7, Cornificius adolescens Orestillæ filiam sibi despondit.
Puellam despondere alicui. Claud. in lib. epigr. 17. 11.
¶Despondere animum ille dicitur, qui suæ sponti statuit finem, & quasi ex desperatione mori decreuit {ἀθυμέω, ἀπογινώσκω, ἔχειν.} Plaut. Milit. 15,
Nam nisi tu fers illi suppetias, iam illa animum despondebit. Liu. 6. bel. Pun. Ne desponderent animos.
Despondere, subaudito nomine animum. Colum. de Turdis loquens, lib. 8. cap. 10, Difficulter in aliam regionem transferuntur: quia caueis clausi plurimi despondent.
¶Dotem virgo desponderat hosti. Propertius lib. 3. elegia 19. Hoc est, promiserat.
¶Despondere sapientiam. Colum. lib. 11. cap. 1, Quàm probabilis ratio est obmutescendi, quia nequeas Orator esse perfectus: aut in socordiam compelli, quia desponderis sapientiam? Id est, desperaris te posse assequi sapientiam.
Spes Reipub. desponderur te Consule. Cic. Cassio, lib. 12. 9, Exigua enim spes est Reipub. nam nullam non libet dicere, sed quæcunque est, ea desponderur anno Consulatus tui.
¶Despondere sibi domum alicuius. Cic. ad Att. lib. 11, L. verò Lentulus Hortensij domum sibi, & Cæsaris hortos & Baias desponderat. Hoc est, Sua quodammodo hæc omnia futura pollicebatur.
¶Despondebitur. Terent. Andr. 5. 6,
Ne expectetis dum exeant huc, intus despondebitur.

Desponsus, Participium {ἐγγυητέος, μνηστός} vt Desponsa puella.
Thalamo alicuius desponsa virgo. Stat. 10. Thebaid.
Desponsa & destinata laus alicui. Cic. de Arusp. resp. Cui me præripere desponsam iam & destinatam laudem, quum ipse eius opera & dignitatem & salutem recuperarim, valde est iniquum.
Connubia. Catul. Argonaut. 57.
Prouincia. Cic. de Prouinc. Consul. Habere prouinciam debet is, vt eam desponsam, non decretam habere videatur. Idem ad Att. lib. 1, Despon

Desponsam homini iam Syriam ademi.

Desponsatus, penult. prod. {μνηστευθείς} Participium, à desponsor, desponsaris. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 11, Dederam ad te literas antea, quibus erat scriptum, Tulliam nostram Crassipedi pridie nonas Aprilis esse desponsatam. Alia exemplaria habent desponsam.
Desponsata, pro desponsa. Sueton. in Cæsare, cap. 1, Dimissa Cossutia, quæ familia equestri, sed admodum diues prætextato desponsata fuerat, &c.

Despositanutæ. Lacedæmoniis dicebantur serui quidã libertate donati, qui classes conscenderent. Vide Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 20.

Despretus {καταφρόνητος} Valde spretus. Festus. Vide DESPERNO.

Despumo, desspumas, penult. prod. {ἀποφέζω} despumare, Spumas extrahere. Plin. lib. 36. cap. 25, Fastigium verò seruari in pedes denos fescuncem, ac diligenter cote despumare, quernísque axibus contabulare. Idem lib. 22. cap. 24.
Despumatum mel. Virgil. 1. Georgic. Et foliis vndam tepidi despumat aheni.
¶Despumare pro Decoquere, vel Concoquere, per translationem. Perf. sat. 3,
Stertimus indomitum quod despumare Falernum Sufficiat.
¶Despumare, pro spumando eiicere. Seneca epist. 100, Quòd aliquid lacrymarum affectus effuderit, & vt ita dicam, despumauerit.
¶Despumare, neutrum. Seneca 2. de Ira, Labor illos citra lassitudinem exerceat, vt minuatur non consumatur calor, nimiúsque ille feruor despumet. Id est, quasi iecta spuma resideat.

Despuo, despuis, despui, despuitum, penult. prod. {καταπτύω} despuere, Idem quod spuere: & per translationem, tidere, abominari. Plin. lib. 28. cap. 4, Eadem ratione terna despuere deprecatione in omni medicina mos est.
Mores alicuius despuere, Id est contemnere. Claud. 7. Paneg.
Despuere in mores, Abominari. Perf. sat. 4,
Est prope te ignotus cubito qui tangat, & acre
Despuat in mores.
Despuere comitiales morbos. Plin. lib. 28. cap. 4,
Despuimus comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus,
Preces alicuius despuere. Catull. ad Licinium 347.

Despui, Passiuum {καταπτύεται.} Plin. lib. 10. cap. 23, Simúlque comitialem propter morbum despui suetum.

Despuitur, penult. corr. {καταπτύεται} Impersonale. Liuius 5. ab Vrbe, Vbi nunc despui religio est.

Desquamo, desquamas, penult. prod. {λεπίζω} desquamare, Squamas auellere & auferre. Plaut. Aulul. 14,
Domo desquama pisces, &c.
¶Desquamare, etiam de arboribus dicitur. Plinius libro 17. cap. 24, Etiam subarator imprudens luxauit radices, corpúsue desquamauit, Idem lib. 23. c. 7, Summo cortice desquamato, altiore plaga siccatur.
Desquamare vestes. Plinius lib. 35. cap. 17, Primùm abluitur vestis Sarda, dein sulphure suffitur, mox desquamatur cimolia, quæ est coloris veri.

Destercoro, destercoras, penult. corr. vt Destercorare latrinas, Id est stercoribus purgare. Vlp. in l. Sed & siquid inædificauerit. §. 1. D. de vsufructu, Destercoriadis latrinis præponat. Haloander habet, exstergendis. Pandectæ Florent. stercorandis. Iudicet lector.

Deitero, desterris, desterrui, desterrere, Quod vulgus Gallicum dicit *Desjonger*. Persius sat. 6. 2,
Cor iubet hoc Enni, posteaquam desterruit esse
Mœonides quintus pauone ex Pythagoræo. Cor Enni, Id est sapientia Ennij, siue sapiẽs Ennius. Desterruit, sterrere desiit à somno excitatus, non amplius sterruit sanæ mentis effectus, desiit somniare iuxta Pythagoræ palingenesiã animam Homeri in suum corpus transisse, & ita se factum esse poetam. Non desunt qui exponãt desterruit, multum sterrendo sibi visus est esse Mœonides, id est accepisse animam Mæonidæ Homeri. Quæ interpretatio si recipitur, ironia erit satyrica in dictione COR, significabitque stultitiam.

Destito, destitas, destitare, dicuntur sorices, vt ait author Philomelæ in fine operum Ouidij.

DESTICOS {δίστικος} Insula est exigua, Thraciæ adiacens, non procul à Cheronesso, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Destillare {καταλείειν} pro distillare legitur apud authores, vt apud Colum. lib. 12. cap. 18. Cels. lib. 4. cap. 2, Destillat autem humor ex capite interdum in nares.

Destino, destinas, penult. corr. {προορίζομαι, προτείνω, τάττω, ἀποτάττω} destinare, Deliberare, assignare, deputare, addicere, quasi stare facere. Plin. Iunior lib. 3. epist. 3, Destino enim (si tamen officij ratio permiserit) excurrere istò.
Destinare ædes. Plaut. Mostel. 8,
-quid, eas quanti destinas? TR. Talentis magnis totidem quot ego & tu sumus.
Destinare aliquid agere. Cæsar 1. bel. Ciuil. Infectis iis quæ agere destinauerat.
Destinare animo, & animis, & in animo. Liu. 1. bel. Pun. Si hoc bene fixum omnibus, destinatúmque in animo est, iterum dicam, victis. Idem 7. ab Vrbe, Adeò morte sola vinci destinauerant animis.
Destinare animo authorem cædis, pro suspectum habere. Liu. lib. 3. Decad. 4, Animis Leuippum omnes cædis authorem destinabant.
Destinare de aliqua re. Suetonius in Cæsare, cap. 44, De ampliando imperio plura aut maiora in dies destinabat. Id est parabat, constituebat, deliberabat. Caius l. vlt. in princ. D. de verborum obligat. Si seruus aut filiusfamil. ita stipulatus sit: Rem illam aut illam, verum ego velim: non pater dominúsve, sed filius seruúsve destinare de alterutra debet.
Destinati Censores. Plin. Iun. lib. 10. epist. 83, Ego à destinatis Censoribus quid censerem interrogatus, eos, &c.
Destinare aliquem aræ, id est immolationi, siue vt immoletur. Virgilius 2. Æneidos, & me destinat aræ.
Destinari foro. Quintil. lib. 2.

Destinare ægrum cibo. Cels. lib. 3. cap. 4, Asclepiades vbi ægrum triduo per omnia fatigarat, quarto die cibo destinabat.
Alicui diem necis. Cicero 3. Officiorum. Et Plin. epist. 203, Dummodo iam nunc destines diem, quo & de illis, & de his coram exigere possimus.
Collum in furcas. Varro 1. de Re rust. cap. 20, Nouellos quum quis emerit iuuencos, si eorum colla in furcas destinata incluserit ac dederit cibũ, &c. Castigatior lectio ex vetusto exemplari, habet in furcas destitutas, &c.
Adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati. Tacit. lib. 3.
Ictum certum destinare. Claud. de Histrice, 237.
Aliquem imperio. Ouid. 15. Metam.
Arcus destinat. Ouid ad Pisonem, -non semper arcus
Destinat, exempto sed laxat cornua neruo. *L'arc n'est pas touiours bendé prest à tirer.*
Desponsam & destinatam laudem alicui præripere. Cic. de Aruspicum responsis.
Destinari ad mortem. Liu. 2. ab Vrbe.
Destinata alicui pecunia, Promissa. Vlpianus in l. à A diuo Pio. D. de re iudicata.
Destinare alicui prouinciam. Liu. 1. bel. Pun. Asdrubali fratri viro impigro eam prouinciam destinat.
Puellam, pro Despondere. Plin. Iunior in epist. Iam destinata erat egregio iuueni, iam electus nuptiarum dies.
Destinare sibi puellam minis triginta. Plaut. Rud. 2. & Persa, 15.
Sermonibus aliquem hostem esse. Liu. 5. bel. Maced. Romæ destinabant quidem sermonibus hostem Antiochum, sed nihildum ad id bellum præter animos parabant.
Spei alicui destinatus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Destinare spe aliquid futurum. Liu. 9. bel. Pun. Quî enim cõuenire, quem modò ciuitas iuuenem admodum vnum recuperandæ Hispaniæ delegerit ducem, quem recepta ab hostibus Hispania ad imponendum Punico bello finem creauerit Consulem, spe destinauerit Africam subacturum, Annibalem ex Italia retracturum, &c.
Seruitiis destinare aliquem. Valer. 2. Argon.
Tempus & locum ad certamen. Liu. 3. bel. Maced.
Vsibus publicis destinatus locus. Vlpianus in l. ossa. D. de relig. & sumpt. funer.
Destinatũ est mihi, & destinatũ est mihi in animo. Liu. 6. ab Vrbe.
¶Destinare, pro Mittere. Sueton. in Galba, cap. 16, Statímque legationem ad Prætorianos cum mandatis destinauerunt, displiciere imperatorem in Hispania factum, &c.
Destinare in prouinciam. Vlpianus in l. 2. §. legatis. D. de iudic.
¶Destinare, pro Notare. Curtius lib. 9, Dioxippus coniectum oculorum, quibus vt fur destinabatur, ferre non potuit.
¶Destinare, pro Scopum designare quem petas. Liuius, Nõ capita solùm hostium vulnerabant, sed quem locum destinassent oris. Hinc Destinatum apud Ambrosium scopum significat.
¶Destinare, Attingere id quod petis & prendere. Cæsar, Nam laqueis falces auertebant, quas quum destinauerant, tormenta retrorsus reducebant. Ex Turnebo.
¶Destinare, pro Definire. Marcell. l. 94. D. de verb. oblig. Alioquin si quum destinare genus, & modum vellet, non fecit, nihil stipulatus videtur.

Destinatus, penult. prod. Particip. {ἐξωρισμένος} Destinati ad certamen. Liu. 3. bel. Maced.
Certis, destinatísque sententiis addicti. Cic. 2. Tusc.
Non est annus hic tibi destinatus. Cic. Furnio, lib. 10. 25. Id est, non est tibi legitimus ad petendum.
Locus alicui destinatus. Cic. pro Sextio, Qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus.
¶Destinatus, pro Certo & definito. Fab. lib. 3. cap. 8, Iudicialem in qua ferè eadem: sed certus destinatísque personis quærantur.

Destinatio, Verbale {προαίρεσις.} vt Destinatio mortis. Plin. lib. 36. cap. 14. Et lib. 8. cap. 25.
Destinatio, pro Deliberatione. Plin. lib. 7. cap. 45, Pestilentia vrbis, fames, sitísque Italiæ, destinatio expirandi, & quatridui inedia, maior pars mortis in corpus recepta.
Certus destinationis. Tacit. lib. 12, Ortæ apud Brigantes discordiæ retraxere ducem, destinationis certum, ne noua moliretur, nisi prioribus firmatis.

Destituo, destituis, destitui, destitutum, penult. prod. {καταλείπω, μεθίημι, ἐξαπορέω} destituere, Ex de & statuo, significat Derelinquere: vt Destituere rem inchoatam. Liu. 4. bel. Maced.
Destituere aliquem, pro deserere. Cic. ad Attic. lib. 13, Ait illum me animi conscientia, quòd Phameam destituissem, de se suspicari.
Ab arte destitui. Ouid. epist. 5,
Destituor prudens artis, ab arte mea.
Pietas & fides destituunt. Lucan. lib. 5. Hoc est, abeunt.
Somnus destituit. Ouid. 2. de Remed. amor.
Spes destituit. Tibul. lib. 1. eleg. 1,
Nec spes destituat, sed frugum semper aceruos Præbeat.
Comitem destituere. Ouid. 8. Metamorphoseos,
-comitémque suam crudelis in illo Littore destituit.
Sorti fortunas. Cic. 5. Philip. Qui ne sorti quidem fortunas nostras destituit, sed libidini cuiusque nos ita addixit, vt ne sibi quidem, &c.
Incœptum opus. Ouid. 3. Amor. eleg. 11.
Poma destituunt famem. Seneca Herc. fur. 9, Hoc est, à famelico Tantalo fugiunt.
Preces destituere. Ouid. ad Liuiam.
Propositum. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6.
Tam citò me somnos destituisse queror. Ouid. epist. 21.
Destituere spem. Liu. 1. ab Vrbe, Inde illam absentis infectationem esse natam, quòd morando spem destituerit. Columel. lib. 4. cap. 24, Quæ nec spem vindemiæ destituant, nec emacient stirpem suam. De palmis vitium.

Spe destitui.Ouid.epist.3.
Destituere studia alicuius.Liuius 9.bel.Maced.Gratias Pop.Rom. egit quòd tanto studio, quotiescunque declarandæ voluntatis potestas facta esset,Prætorem se voluisse facere:ea sibi studia ciuium suorum destituere non in animo esse.
¶Destituere,pro fallere fidem,& promissum non præstare. Cicero pro Cluent. Contrahit frontem,& queritur se ab Oppianico destitutum. Budæus.
Decipere ac destituere aliquem. Cic.pro Sex.Rosc. Eiusdem muneris, legationis, officij, mandatorúmque socios induxit, decepit, destituit.
¶Destituere nauem anchoris,apud Næuium,pro dissoluere.

Destitutus,penult.prod. {κεκτημένος ἀπὸ τινος} Participium.Cicero 1. Offic. Magísque ille cui promissum sit, ab officio discedat,si se destitutum queratur.
Illusus atque destitutus.Cic.pro Quinctio.
Destitutus aliqua re,Id est carens ea.Quintil.lib.4.
Destitutus bonis.Cic.1.Tuscul. Sic Destitutus consiliis & promissis alicuius.Cic.ad Q.frat.lib.1.3.
¶Destitutus,absolutè,pro desperans.Sueton.in Galba,c.11,Accessit ad tanta discrimina mors Vindicis,qua maximè consternatus,destitutóque similis,non multum abfuit quin vitæ renuntiaret.

Destitutio,Verbale {κατάλειψις.} Cic.pro Cluent.Hos qui leuiores erant, destitutione iratos Oppianico reddere.

Destringo,destringis,destrinxi,destrictum {κατέχω,κατατίλλω} destringere,Amputare,colligere,excidere.Colum.lib 11.cap.2, Tum & olea destringenda est,ex qua velis viride oleum efficere.
Auenas destringere. Cato cap. 37, Frumenta bis face sarrias, runcésque,auenásque destringas.
¶Destringere,pro Abradere.Plin.lib.31.cap.11,Et oculorum causa comburuntur in cruda olla figulini operis plurimum proficiente eo cinere contra scabritias genarum excrescentésq; carnes, & quicquid opus sit ibi destringere,spissare,explere.
Destringere & abradere aliquid bonis alicuius,per translationem. Plin.Iun.in Paneg.
¶Destringere,pro strigilibus radere. Plin.Iunior lib.3.epist.5,Dum destringitur tergiturq;,audiebat aliquid. Alij tamen distringitur legunt.Vide DISTRINGO.

Destrigmentum, destrigmenti, Idem quod Strigmentum, siue ramentum. Plin.lib.20.cap.24,de cucurbita syluestri, Et ignes sacros, destrigmétis,vel his impositis,vel seminibus. Alij legunt,vel strigmentis his impositis.

Destruo, destruis, destruxi, destructum {κατασκάπτω,κατασκάπτω,καταβάλλω,καταμηχανῶμαι} destruere,Quod structum erat corrumpere. Cuius contraria sunt apud authores exempla,quàm fuerit opus hic congerere.
Construere & Destruere,contraria.Cic.de Senect.Vt naué,vt ædificium idem destruit facilimè qui construxit,&c.
Æuum destruit animos.Lucan.lib.8,
-sic longius æuum
Destruit ingentes animos.
Destruit eum infamia.Plin.Iun.in Paneg.
Vetustas destruit aram.Ouid.5.Fastorum,
Ara erat illa quidem Curibus, sed longa vetustas
Destruit,& saxo longa senecta nocet.
Fortunam suam destrui Cæsar, imparémque tanto imperio rebatur.Tacit.lib.4.
Honores destruere.Ouid.ad Liuiam,
Nec iuuenis posici supremos destrue honores.
Mœnia destruat.Virg.4.Æneid.
Destruere testes. Quintil.lib.5.cap.7. Id est ostendere iis moribus eos esse,vt in testimonio reddendo non sint recipiendi.
Opus destruendi,ac confirmandi,hoc est confutatio,& confirmatio.Quintil.lib.2.cap.4.

Destructile,penult.corr. {φθαρτὸν} Quod destrui potest.Lactant.lib.De ira Dei, Destructilia sunt omnia,quæ manu fiunt.Alij legunt Destructibilia.

Desub,Vide DE.

Desubito,Aduerbium {ἐξαπίνης} Idem quod subitò & celeriter. Plaut.Bacchid.1,
Quid si apud te veniat desubito prandium aut potatio. Idem Mostel.6.
Desubito & repente. Titinnius, Quis desubito tam repente ad me venisti? Nonius.

Desubito, desubitas, penult.corr. desubitare. Firmicus lib.3. cap.4, Sed nihilominus etiam si Iupiter eas artes fuerit largitus, easdem crebra euersione desubitat. Locus enim textus habet propriam malitiæ prærogatiuam.

Desubulare {διατρῆσαι} à subula deductum significat Perfodere. Varro,Alterum Carneadem desubulasse bona corporis. Nonius.

Desudo, desudas, penult.prod. {κατατρύχω} à quo desudasco, desudascis,& impersonale desudascitur,penult.corr. Plaut.Bacchid.1,
Quid ego metuam rogitas?homo adolescens
Penetrem huiusmodi in palæstram,vbi damnis desudascitur? Id est valde sudatur. Stat.3.Thebaidos,
Illum ego perpetuis mihi desudare caminis
Si iubeam,&c. Venus de Vulcano ad Martem.
Desudare atque elaborare in re aliqua. Cic.de Senect.In his desudans atque elaborans,corporis vires non magnopere desydero.

Desudatio,onis,Verbale.Scribonius Largus.

Desueo,desues,desueui, desuetum, Verbum antiquum authore Nonio:vt Desueui illum,hoc est consuetudinem ei abstuli. Titinnius Gemina: Parásitos amoui, lenonem ædibus absterrui, desueui ne quò ad cœnam exiret extra consilium meum.

Desuesco,desuescis {ἀποτίθεμαι,ἀποδύομαι} desuescere,neutrum verbum,Contrarium est verbo consuescere siue assuescere: & significat morem suum intermittere. Liu. 8. ab Vrbe, Id aliquandiu æquauit pugnam iampridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati.
Paulatim desuescit honori.Sil.lib.3.
Gens ferri patiens,ac læta domare labores,
Paulatim antiquo patrum desuescit honori.

Desuetus,penult. prod. {ἀπὸ τινος,ἀσυνήθης} A consuetudine remotus, inquit Valla in Pogium. Virg.6 Æneidos,
-iam desueta triumphis Agmina.
Desueta res. Liu.3. ab Vrbe, Postquam audita vox in foro est præconis,Patres in curiam ad Decemuiros vocátis, velut noua res (quia intermiserunt iamdiu morem cõsulendi Senatus) mirabundam plebem conuertit quidnam incidisset cur ex tanto interuallo rem desuetam vsurparent.
Retractare verba desueta.Ouid.5.Trist.eleg.8.

Desuescendus,Adiectiuum {ἀποδυσόμενος.} Quintil.lib.3.cap.10, Hæc adolescentes sibi scripta sciant,aliter quàm dicturi sint,exerceri velint, & in desuescendis morentur.

Desuetudo, penult. prod. huius desuetudinis {ἀσυνήθεια.} Liu.1.ab Vrbe, Mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus,Ianum ad infimum,&c.
Resides,& desuetudine tardi.Ouid.14.Metam.
Abire in desuetudinem. Vlp.in l.Si seruus,§.Huius. D.ad l.Aquil. Huius legis secundum quidem caput in desuetudinem abiit.
Per desuetudinem tacito omnium consensu leges abrogantur. Iulianus in l. De quibus causis.D.de legibus.

Desuefacio,desuefacis,penult.corr.desuefeci,penul.prod.desuefactum, desuefacere, Consuetudinem prætermittere, vel relinquere. Cic.pro Cluentio, Multitudinémque iam desuefactam à concionibus ad veteris consuetudinis similitudinem reuocauerat.

Desuefio,penult.prod.desuefis {ἀνήθεια} desuefieri. Varro 2.de Re rust. cap. 9, Duobus mensibus primis à partu non disiunguntur à matre, sed minuratim desuefiunt.

Desugo, desugis, penult. prod. desuxi, desugere, Idem quod simplex sugo. Palladius lib.1.cap.9.Et siqua fundẽtur ex poculis,velociter rapta desugent.De carbonibus,fabulone,& fauilla,quæ substernuntur pauimentis ædificiorum,loquitur.

Desultor,Vide DESILIO.

Desum,dees,deest,defui {ἐλλείπω} deesse. Deest pecunia quando nulla est, Deficit, quando est aliqua,sed tam pauca vt non sufficiat. Terentius Phorm.2.1,Non ratio,verùm argentũ deerat. Virg.8.eclog. Nihil hic nisi carmina desunt.
Deesse alicui opera,&c.Id est non iuuare.Cic.ad Lentulum, Tantum enitor,vt neque amicis, neque etiam alienioribus, opera, consilio,labore desim. Sic Deesse causæ communi, Cic.6.Verr.
Deesse & Abundare, contraria. Cic.1.de Diuin.Siue deest naturæ quippiam,siue abundat,atque effluit.
Defuit ei animus ab initio.Cic.ad Brutum,10.2.
Bello propter timiditatem deesse. Cic.2. Philipp. Cur ei bello tum propter timiditatem tuam & libidines defuisti?
Desit mihi in hac parte fides.Ouid.10.Metam.
Ingenium deesse alicui. Cic.1.de Orat. Quòd si tibi tantum in nobis videtur esse, quibus etiam si ingenium, vt tu putas,non maximè defuit,doctrina certè & otium,& hercule etiam studium illud dicẽdi acerrimum defuit.
Lingua palato non deest.Ouid.epist.21.
Deesse occasioni. Liu.7.bel.Pun. Plin.lib.11.cap.25, Nullóq; momento meditari cessat nequando desit occasioni.
Officio suo & muneri.Cic.3. Tuscul.
Tristi officio.Ouid.12.Metamorphoseos,
Defuit officio Paridis præsentia tristi.
Orationem ad alicuius rei disceptationem deesse. Cicero de Lege Agraria.
Alicui prudentiam in consilio defuisse.Plancus Ciceroni lib.10.17.
Non deerit sapienti quod agat.Cic.4.Acad.
Sermo mihi deest abs te.Cic.Att.lib.4, Nec metuo tamen ne mihi sermo desit abs te,quo magnopere delector.
Deesse sibi.Cic.pro Roscio Amer.Mihi ausculta,vide ne tibi desis.
Horat.2.Serm.sat.1,
-haud mihi deero,
Quum res ipsa feret. Non sibi deest is, qui facit & quod sibi opus est,& quod oportet. Acron.
Non tibi defuit cura aut studium in tanto officio.Cic.9.Philipp.
Tibi nullum à me amoris,nullum studij,nullum pietatis officium defuit.Cic.pro Milone.
Deesse voluntati amici.Cic.ad Atticum.lib.3,In Trib.pleb.Desse reliqua spes est:quam si expectaro,non erit quod putes me causæ meæ, voluntati meorum defuisse.
Non animus eis,sed vires defuerunt.Cic.pro Flacco.
¶Paucæ centuriæ ad Consulatum defuerunt.Cic.de Claris Orat.
Deest paululum.Vide PAVLVLVM.
¶Non desunt qui interpretentur,hoc est,Quidam interpretantur. Plin.lib.2.cap.109,Nec defuere geometræ qui interpretarentur significare epistolam à medio terrarum orbe missam. Cicero contra Rullum,Verùm arbitrabatur,non defore qui illa restituerent.
¶Deesse,pro Abesse. Cicero Quinto fratri,libro 2.8, Huic conuiuio puer optimus Qu. tuus meúsque, quòd perleuiter commotus fuerat,defuit.

Defore,Vide suo loco.

Desumo, desumis, penult.prod. desumpsi,desumptum {παραβάτης,παραβαίνω} desumere.Item quod sumere.Liu.4.ab Vrbe,Duo singuli singulos sibi Consules asseruãdos assidua opera desumunt. Horat.2.epist. Ingenium sibi quod vacuas desumpsit Athenas.
Desumere sibi aliquem hostem. Liuius 7. ab Vrbe. Idem 8. bel. Macedon. Recto itinere duxisti exercitum ad eos quos tibi hostes desumpseras?

Desuper, penult. corr. {ἄνω,ἄνωθεν} Aduerbium, Idem quod super. Virgilius 4.Æneidos,

His ego nigrantem commista grandine nimbum,
Dum trepidant alæ,saltúsque indagine cingunt,
Desuper infundam. Cato cap.18, Aut binas pro singulis desuper ponito.
Incurrere desuper. Tacit.lib.2, Soli Cherusci iuga insederunt, vt præliantibus Romanis desuper incurrerent.

Desurgo,desurgis,desurrexi,desurgere,In secessum ire ad exonerandã aluũ. Scribon.Largus,Quoties desurrexerint torminosi. Idem, Tenesmos est irritatio vltimæ partis directi intestini:in quo sæpius libet desurgere sine causa. Proderit ad hoc quoties desurrexerit, vino austerissimo & aqua calida fouere.

Desydero,desyderas,pen.corr. {ἐπιθυμέω, ἐπιθύω, ἐπιποθέω, ἱμείρομαι} desyderare. Desyderare (inquit Festus) à syderibus dici certum est. Sunt qui sydus à σεύω & ἀστὴρ deducunt, & per y scribunt desydero. Alij à fido fidis: & per i Latinum scribendum censent. Cic.de Senect. Non caret is qui non desyderat. Plaut.Trinum.13,
Fieri istuc solet,quod in manu teneas,
Atque oculis videas,id desyderes.
Desyderare & requirere. Cic.pro Quinctio,Qui in vita rationem summi officij desyderemus, & institutæ bonorũ virorũ requiramus.
Hæc longam desyderant orationem. Cicero Att.lib.5,Dum hæc quæ longiorem desyderant orationem, summatim tibi perscriberem.
¶Nihil desydero.Plaut.Sticho,9,
Nunc me gratiam abs te inire verbis, nihil desydero. Vide NIHIL.
Non desyderare imperium alicuius. Cæsar 3.bel.Ciuil.Exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor, tantúmque studium infamiæ farciendæ,vt nemo aut Tribuni,aut Centurionis imperium desyderaret. Id est, cuperet.
Non magnopere desyderare aliquid. Cicero de Senect. Quòd ea voluptates nullas magnopere desyderat.
¶Desyderare aliquem, pro Cupere. Cic.de Natura deorum, Hæc enim scire desydero. Id est,cupio. Terent.in Eunuch.Dies noctésque me ames,me desyderes.
Non desyderare solùm, sed etiam poscere & flagitare. Cicero 7. Verrina.
¶Desyderare Ciceronis eloquentiam, Est dolere se non habere Ciceronis eloquentiam. Ea enim tãtùm quæ absunt,desyderamus.
¶Desyderamus alicuius vires, quando ille non auxiliatur nobis. Cicero in Catone,Non curia vires meas desyderat, non rostra, non amici,non clientes. Quasi dicat, Curia non sentit me senio debilitatum,quú fungar meo munere perinde ac si integra ætate essem.
Nunquam istam sententiam desyderaui.Cicero.Id est ea nunquam mihi defuit,vt ait Budæus.
Animum alicuius desyderare ex ipsius libris. Cic.Curio, lib.7.29, Intellexi enim ex tuo sermone quodam, quum mœstitiam & desperationem accusares domi tuæ, dicere te ex meis libris animũ meum desyderare.
Aliquid ab alio. Cicero de Amicit. Plerúque peruersè, ne dicam impudenter,amicum habere talẽ volunt,quales ipsi esse non possunt: quæque ipsi non tribuunt amicis,hæc ab his desyderant.
Desyderatur à philosopho grauitas. Cic.5.de Finib.Sed ea quæ desyderatur à magno philosopho grauitas,in eo non fuit.
Desydero abs te aliquid. Cic.ad Qu.frat. Id est,Non videris mihi facere quod debes,ait Budæus.
Amorem desyderare ab aliquo. Cic. Attico, Tu me consolari desine: obiurgare verò noli, quod quum facis, vt ego tuum dolorem amorémque desydero. Id est videris mihi non dolere vicem meam, & me amare,inquit Budæus.
Sextilem totum desyderor. Hoc est, Absum. Horat.1.epist 7.
¶Desyderari, per translationem, pro Deficere vel mori:quòd eos qui mortui sunt,vel quæ deficiunt, quæque non habentur, desyderemus,siue in nobis, siue in aliis. Cæsar 5.bel.Gall. Ac sic accidit,vt ex tanto nauium numero,tot nauigationibus, neque hoc, neque superiore anno, vlla omnino nauis quæ milites portaret, desyderaretur. Id est nulla nauis perierat.
¶Desyderare,pro Petere,& postulare in iudicio. Vlp.in l.Si quis.§. pen.D.De agnoscẽdis vel alendis liberis, Siquis à liberti liberto alis se desyderet: non debet audiri. Idem in l.1.§.1.D De inspiciendo ventre, Post editum planè partum à muliere, iam potest maritus iure suo filium per interdictum desyderare exhiberi sibi. Idem in l.2.in fine. D.Vbi pupillus educari debeat, Tunc enim imputabitur ei,cur non adiro Prætore desyderarit alimenta minui.

Desyderans, pen.corr. Participium {ἐπιποθῶν.} vt Desyderans quod satis est,Id est nihil vltra ea quæ vitæ necessitas exigit. Horat.3.Carminum,ode 1.

Desyderatus,pen.prod. Participium {ἐπιπεπόθηκώς.} Cicero post Red. ad Quirit. Sed omnia desyderata magis quàm assiduè perspecta delectant.

Desyderium, desyderij {ἐπιθυμία,πόθος,ἵμερος} Est (inquit Cic.4. Tusc.) libido, eius qui nondum adsit, videndi. Tacitus, Desyderium mariti honestis solatiis toleraret,Id est absentiam,defectum,vel mortem, vt interpretatur Budæus.
Satietas nostri, & Desyderium, contraria. Cicero Attico,lib.2.20, Cupio equidem & iampridem cupio Alexandriam reliquámque Ægyptum visere, & simul ab hac hominum satietate nostri discedere, & cum aliquo desyderio reuerti.
Igniculus desyderij.Cic.Trebonio,lib.15.20,Quo tolerabilius feramus igniculum desyderij tui,crebris nos literis appellato.
Vis desyderij in voluntate alicuius. Cicero Caroni lib.15.4, Huic meæ voluntati in qua inest aliqua vis desyderij,ad sanandum vulnus iniuriæ,vt faueas adiutórque sis,&c.vehementer te rogo.
Poculum desyderij.Horat.epod.18,
Possim crematos excitare mortuos,
Desyderiique temperare poculum. Desyderij poculum, amoris potionem interpretatur Porphyrio.

Incutere desyderium. In INCVTIO.
Oris desyderia.Plin.lib.22.cap.24,Faucibus,tõsillis,anginæ,omnibúsque oris desyderiis vtilissimum. De melle.
Pro desyderio corporum, Prout corpora desyderant,siue opus habent.Plin.lib.11. cap.50, Caudæ præter hominem ac simias omnibus ferè animalibus, & oua gignentibus, pro desyderio corporum: nudæ hirtis, vt apris: paruæ villosis, vt visis: prælongis fetosæ, vt equis.
Ad desyderium, Vide AD præpositio.
Naturalia desyderia. In NASCOR.
Desyderia thoracis & præcordiorum. Plin.lib.27.cap.13, Exprimitur & succus radici, vtilis fœminis & thoracis præcordiorúmque desyderiis. caifacit enim & concoquit,& purgat. De smyrnio.
Scabendi desyderia tollunt minutæ & latæ. Plin.lib.30.cap.14.De cochleis loquitur.
¶Annus tertius accessit desyderio nostro. Cic.Qu.frat.lib.1.1.
Afficere desyderio. In AFFICIO.
Agi desyderio. In AGO.
Angi desyderio. In ANGO.
Attingit nos desyderium nostri, Hoc est cura nostri nos tangit.Lucret.libro 3.
Capere desyderium. In CAPIO.
Effluere desyderiis nostris dicitur, quem paulatim minus atque minus amamus. Ouid.2. de Remed.amor.
Explere expectationem desyderij alicuius. Cicero 1. de Orat.Ea si paulo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni desyderij nostri.
Desyderio alterius aliquid facere. Terent.Heaut.2.3,
Vt facile scires desyderio id fieri tuo.
Desyderia prouincialia, Hoc est priuatæ prouincialium actiones, petitiones. Accusf.negotia intelligit,in l.omnia.D.de offi.præsid.
Non posse ferre desyderium.Cic.Attico,lib.9.
Desyderio vrbis flagrare. Cic.ad Att.lib.5, Non dici potest quàm flagrem desyderio vrbis.
Fidelibus icta desyderiis Quærit patria Cæsarem.Horat.4.Carm. ode 5.
Desyderio incendi. In INCENDO.
Indulgere desyderio alicuius.In INDVLGEO.
Infidet nobis desyderium rei alicuius. Lucret.lib.3.
Laborare desyderio partus. In LABOR.
Desyderium lenire. In LENIS.
Mederi desyderio.Vlpian.in l.vlt.D.de mort.inferendo.
Minuere.Cic.Famil.5.
Mori desyderio. Cic.ad Attic.1.
Desyderio alicuius moueri. Cic.de Amicitia, Ego si Scipionis desyderio me moueri negem, quàm rectè id faciam,viderint sapientes, sed certè mentiar.
Oblanguere desyderio.Cic.Famil.16.
Premi desyderio.Cic.ad Attic.2.
Desyderia sua proferre, Id est porrigere libellum, in l. Nequicquam.D.de Offic. Proconsul.Mediocres desyderia sua nõ proferant. Budæus.
Relinquere desyderium sui apud aliquem. Cic.pro C.Rabirio, Et par desyderium sui reliquit apud Popalum Romanum.
Triste desyderium relinquere. Cic.in Bruto,2.de Hortensij morte loquens,Vir egregius alienissimo Reip.tempore extinctus, & authoritatis & prudentiæ suæ triste nobis desyderium reliquerat.
Renouare desyderium.Cic.post Redit. ad Quirites.
Desyderio magno esse alicui, pro Magnopere desyderari. Terent. Heaut.4.5,Ita mágno desyderio ei fuit ei filius.
In aliquo desyderio esse. Cic.de Amicit. Diutius in hoc desyderio esse non possum.
Esse in desyderio alicuius. Cic.10.Philipp. Erat enim in desyderio ciuitatis,in ore,in sermone omnium. De Bruto.
Tabescere desiderio. Cic.in Catilin.
Desyderio virium teneri. Cic.de Senectute, Moderatio modò virium adsit,& tantum quantum quisque potest,nitaturne ille quidem magno desyderio virium.
Memoria & desyderium tui me tenet. Cic.Post red.ad Quir.Vt aliquando vos, Patrésque Conscriptos, Italiámque vniuersam memoria mei,misericordia, desyderiúmque teneret.
Meum desyderium,Blandientis vox. Cic.Terentiæ,lib.14.20, Valete mea desyderia, Valete. Paulo antè, Hem mea lux, meum desyderium.
¶Desyderium,pro Petitione. Vlpian.in l.1.§.1. D. de postulando, Postulare,est desyderium suum, vel amici sui, in iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere: vel alterius desyderio contradicere. Idem in l. Si quis.§.1.D. De agnoscendis vel alendis liberis, Singulorum desyderia perpendere iudicem oportet.

Desyderatio,Verbale {ἐπιποθία.} Cicero de Senect.At non est voluptatum tãta quasi stillatio in senibus,credo: sed ne desyderatio quidem. nihil autem est molestum,quod non desyderes.

Desyderabilis,& hoc desyderabile,penult corr. {ἱμερτός,ποθεινός,ἐπιθυμητός.} Cicero 1.de Finib.Nihil enim desyderabile concupiscunt. Liu.4. bel.Pun.

D E T

Detego,detegis,pen.corr.detexi,detectum {ἀποκαλύπτω, ἀποκαλύπτω} detegere,Denudare,& aperire. Plaut.Mostel.3, Texit, detexitque me illico.
Ensem detegere vagina.Sil.lib.13.
Detegere,per translationem.Liu.10.ab Vrbe,Ite igitur: Dicite,inquit,detegant nequicquam conditas insidias.
Laceros artus,& grandia detegit ossa. Ouid.9.Metam.
Facta detegere variis modis. Ouid.2. Trist.
Imbelles animos.Lucan.lib.5.

Furta.Ouid.2.de Arte amandi,
Electe iter,& monitu detege furta meo.
Detexit mihi modestiam tempestas illa.Plaut.Mostel.
-ô Venus venusta,
Hæc illa est tempestas mea, mihi quæ modestiam omnem
Detexit,tectus qua fui. Id est,quæ abstulit mihi omnem modestiam.
Orationis ossa.Quint.in Procem.lib.1.
Stomachum. Plaut.Amphit.15, Hominem ne congrediemur quæso,prius quàm stomachum detexerit.
Magicas vanitates.Plin.lib.27.cap.8.
Vulnus.Ouid.epist.6,
Detegit ingenio vulnera facta suo.

Detectus, Participium {ἀποκεκαλυμμένος.} vt Detecta fraus. Liuius 2.belli Punici.
Ædes detecta, Tecto spoliata.Cornelius Nepos in vita Attici, Quũ ædes Iouis Feretrij vetustate atque incuria detecta prolaberetur.
Parefacta & detecta. Cic.4.Acad.
Detectus,pro nudo. Ouid.2.Fastorum,
Nunc quoque detecti referunt monimenta vetusti
Moris,& antiquas restificantur opes.
Caput detectus, Id est sine galea, Seruius.Virg.10.Æneid.

Detendo, detendis, detendi, detensum {ἀείρω} detendere. Cæsar 3.bel.Ciuil. His constitutis rebus, signo iam profectionis dato, tabernaculisque detensis. Liuius lib.1. Decad.5, Nautici tabernacula detendunt.

Deter, deterior, deterrimus. Vide DETERO.

Detergeo, detergeres, vel Detergo, detergis, detersi, detersum {κατμάσσω, κατμάττω} detergêre, vel detergere, Idem quod tergere. Plaut. Menæch.3,
Mensam quando edo detergeo. Colum.lib.3,Quoties falcem acueris,ea pelle aciem detergito.
Fletus detergunt stamine.Claud.2.in Eutrop. Et apud Ouid.lib.13.Meram.Lacrymas detergere.
¶Detergere,per translationem: vt Detergere fastidia, pro auferre. Colum.lib.8.cap.10. Horat.1.Carm.ode 7,
Albus & obscuro deterget nubila cælo
Sæpe Notus.
Somnum detergere pollice. Claud.in Epithalamio Palladij.
Gemmas.Colum.lib.4.cap.26.
Spurcitias.Colum.lib.1.cap.5.
Nubila detersa radiis.Claud.1.Paneg.
Numerum aliquem.Cic.Att.lib.8.epist.14, Quid quæris? iámne ad centena Cluuianũ? adueõtare videtur:sed primo anno LXXX. detersimus. Iámne ad centena Cluuianũ? subaudi,perducatur.nam epistola quæ sequitur proxima,sic ait, De Cluuiano,res ad centena perducitur. Sensus est:Quod scire vis num hîc Cluuiana bona ita constituerim, vt ex his posthac centena festertia quotannis capere possim: breui futurum spero vt ita sit: & hoc ipso anno,quo Cluuianam hæreditatem adiui, LXXX HS. cepi. Centena: centum HS. in singulos annos: vt in libro Paradoxorum: Capit ille ex suis prædiis sexcenta HS,ego centena ex meis. Cluuianum:Cluuiana res,quam ex Cluuij hæreditate acceperat. Aduentare: ad centena,fructum centenorum festertiorum. Detersimus: cepimus.sed venustius detersimus quàm cepimus.
¶Remos detergere, pro abscindere. Cæsar 1.bel.Ciuil. Vide Bayfium de Re nauali.
Rubigo detersa.Sil.lib.4.
Detergere sarmenta de arboribus putatis, & vineis. Cato cap.37.
Sic detergere palmites,pro decerpere.Colum.lib.4.cap.27.
¶Detergere pro Corrigere & emendare.Claud.8.Paneg.
-tu prima hominem sylueſtribus antris
Elicis, & fœdo detergis sæcula victu. Hoc est facis velut nitidiora, fœdum victum detergens.

Deteriæ porcæ,id est macilentæ. Festus.

Deterior, Vide DETERO.

Determino, determinas, pen.corr. {ὁρίζω, κατορίζω} determinare, Terminos imponere, vel terminis, & velut limitibus quibusdam designare. Liuius 1.ab Vrbe, Inde vbi prospectu in vrbem agrúmque capto,deos precatur, regiones ab oriente ad occasum determinauit,&c. Plaut.Pœn.2,
Eius nunc regiones,limites,confinia
Determinabo:ei rei finitor factus sum ego. Plin.lib.3.cap.15.
Determinant spatia. Plin.lib.10.cap.38. De aquilis.
¶Determinare,pro Terminare.Sueton.in Galba,cap.15,Existimabatur etiam Senatoria & Equestria officia biennij spatio determinaturus,nec daturus nisi inuitis ac recusantibus.
¶Determinare, per translationem. Cic.3.de Orat. Et id quod dicit,spiritu,non arte determinat. Plin.lib.18.cap.23.
¶Determinare,pro certò exprimere,definire, seu describere.l.fin. D.de iust. & iur. Quem locum,inquit Paulus, determinare hoc modo possumus.
Iter determinare, & Viam determinare. Iabolenus in l.Certo generi.D.de seruitut.rusticor.prædior.
Tempus.Vlpian.in l. Si finita.§.Siquid in via. D. de damno infect.
Prætor causa cognita tempus pro conditione operis determinabit.
Pœna pro tempore determinata. Papinianus in l.Imperator.D.de postulando.

Determinatus, Participiũ {κατεσχεδιασμένος.} vt Determinatus cursus.Cic.2.de Nat.deor. Nunc legitur,cursus ordinatos definiunt.

Determinatio,Verbale {ὅρισις.} Cic.2.de Nat deor.Extrema ora & determinatio mundi.
Exitus & determinatio orationis Cõclusio dicitur. Cic.1.de Inuẽt.

Detero,deteris,pen.corr. detriui,detritũ,pen.prod. {κατατρίβω,ἀλοάω} deterere, Valde terere.Colum.lib.1.cap.6,Area optima est silice constrata,quòd & celeriter frumenta deterantur. Sic deritum milium, Apud eundem lib.6.cap.12.

¶Deterere calces.Plaut.Merc.22,
Clementer quæso,calces deteris.
Manibus deterere tabellas.Propert.lib.3.eleg.23.
Vsu aliquid deteri. Quintil.lib.2.cap.4.
¶Deterere,Destruere,corrumpere.Plin.Nimia cura deterit magis quàm emendat.
Deterere laudes alicuius,Imminuere.Horat.lib.1.ode 6,
Laudes egregij Cæsaris & tuas
Culpa deterere ingeni.
¶Famæ alicuius,pro detrahere.Sil.lib.7.

Detrimentum {βλάβος} A detritu:quòd ea quæ trita sunt, minoris pretij sint,vt ait Varro de ling.Lat.4. Terent.Hecyra,2.1,
Satis scio peccando detrimenti nihil fieri potest.
Detrimentum & Emolumentum,repugnantia. Cic.1.de Fin.
Incommodum & detrimentum. Cic. de Claris Orat. Nostro incommodo detrimentóque,si ita est necesse,doleamus.
Detrimentum accipere.Cæsar 5.belli Gallici,Quod detrimentum culpa & temeritate legati sit acceptum.
Prouidere nequid Resp.detrimenti accipiat.Cic.5.Philipp.
Afferre detrimentum. In AFFERO.
Capere detrimentum. Cic.pro Milone, Videret nequid Respub. detrimenti caperet.
Facere detrimentum. Cicero 6.Verr.Idem significat quod accipere detrimentum.
Importata publicis rebus detrimenta. Cic.1.de Orat. Huic opponit:Adiumenta rebus publicis importata.
Inferre detrimentum.In INFERO.
Iniungere detrimentum Reipub. In INIVNGO.
Detrimenta atque damna cum maximis iniuriis contumeliisque perferre.Cic.5.Verr.
Resarcire detrimentum. Cæs.Cupiens eius dici detrimentum resarcire.
Sarcire detrimentum.Cæs.1.de bell.Ciuil.
Non sine magno Reip.detrimento.Cic.6.Verr.

Detrimentosus,pen.prod. {βλαβώδης} A dieci.Quod adfert detrimentũ. Cæsar 7.bel.Gall.

Deter siue deterus, deterior, deterrimus {κατωδὶς} Cui aliquid deest, quasi detritum, ne bonum sit. Terent.Heaut.3.1,
Deteriores omnes sumus lecentia. Horat.3.Carm.ode 5,
Nec vera virtus quum semel excidit,
Curat reponi deterioribus.
Deterius & Peius, inquit Nonius, his sensibus discernuntur:quòd sit Peius à malo quod in vsu est, & crebertimè frequentatur: Deterius verò à bono,vt minoris sit meriti quàm id quod placet. Virgil. 4.Georgicorum,
Deterior qui visus,eum ne prodigus obsit Dede neci.
Deteriores & repulsi.Cic.de Arusp.resp.Habent Herrusci libri certa nomina,quæ in id genus ciuium cadere possunt. deteriores,repulsos (quod iam audietis) hos appellant, quorum & mẽtes & res sunt perditæ,longeque à communi salute disiunctæ.
Author haud deterior. Cic.2.de Legib. At Theophrastus, author haud deterior,mea quidem sententia.
Æras deterior,Senectus Ouid.1.de Ponto,eleg.5.
Causa deterior.Cic.pro Cecinna, Sic in iudiciis deterior causa sit eorum qui fugerint,quàm qui,&c.
Color. Virg.3.Georg.
Deteriore conditione esse. Liu.5.bel.Pun.Nunc deteriore conditione sumus,quàm apud patres nostros fuerunt captiui.
Concoctio.Cels.lib.3.cap.2, Atque in lõgis quoque morbis etiam tales notas non habentibus scire licet increscere, si somnus incertus est,si deterior concoctio.
Facies.Ouid.12.Metam.
Deteriore iure esse.Cic.pro Cecinna,Iam principio ausus est dicere, non posse hæredem esse Cesenniæ Cecinnam, quòd is deteriore iure esset,quàm cæteri ciues,&c.
Deteriorem odorem vino adimere. Cato cap.110.
Partes deteriores. Lucret.lib.2.
Deterior res, & Fructuosior, contraria. Cic.Att.lib.14,Ruina rem non fecit deteriorem,haud scio an iam fructuosiorem.
Deteriore tempore absens auctionatur. Cic.pro Quinctio.
¶Pertinaciter hærent,quæ deteriora sunt. Quint.lib.1.cap.1.
Vitiosius & deterius. Cic.4.de Orat.Quicquid aut addideris, aut mutaueris,aut detraxeris,vitiosius & deterius futurum.
Deterius facere.Cic.5.Verr.Nisi hoc ita statuisses, in re tam manifesta,quicquid dixisses,re deterius esse factum.
Corrigere & Deterius facere,contraria. Cic.2.de Nat.deor.
Mutatus in deterius principatus.Tacit.lib.4.
At tu deterius palles. Perſ.sat.3.
In deterius referre. Tacit.lib.13, Nec defuere qui in deterius referrent.
Deterius scripta. Cic.5. de Finib. De malis Græcis Latinè scripta deterius.
Veráque, aut in deterius credita, ab vno iudice facilius discernũtur. Tacit.lib.3.
In deterius cuncta Romæ audita Martianum angebant. Tacit. libro 20.
Deterrimus homo.Cic.4.Verr. Sic Deterrimæ mulierculæ,Cicer. 5. Verr.
Mortalium deterrimus. Cic.de Arusp.resp.
Quod optimo dissimillimum sit, id esse deterrimum. Cic.de Opt. genere Orat.
Deterrima via. Cic.ad Att.lib.9.

Deterreo, deterres, deterrui, deterritum, pen.corr. {κατακόπτω, καταπλήττω} deterrêre, Idem quod terrere, vel terrore à sententia vel proposito auertere. Cic.3 de Fin. Nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat. Terent.Heaut.1.1, Rectum vt faciam, non vt deterream.

Deterrere atque auocare à religione. Cic.de Arusp.resp. Qui his delecter,aut vtar omnino literis quæ animos nostros deterrẽt atque auocant à religione.
Deterrere & Cohortari, contraria. Cic.1.de Orat. Vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit,quàm ad cohortandum.
Pudore deterreor, commemorare nefarias eius libidines. Cic. Verr.2.
Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrere. Cicero Bruto,15.
Liberalitatem deterrere. Cic.2. Offic. Omnes enim immemorem beneficij oderunt, eámque iniuriam in deterrenda liberalitate sibi etiam fieri: eúmque qui faciat,communem hostem tenuiorum putãt.
Ense pauidum deterrere. Ouid.14.Metam.
Ab amore deterrere. Horat.1.Serm.sat.4,
-à turpi meretricis amore Quum deterreret.
A bello faciendo. Cic.pro Fonteio.
A studiis. Cic.1.de Finib.
Ab industria. Cic.1.de Finib.
Nulla re deterreri à proposito. Cic.Bruto,11.
A scribendo. Cic.de Opt.genere dicendi, Nec verò Aristotelem in philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis.
De sententia. Cic.2.de Diuinat. Num igitur eorum frequẽtia Stoici de sententia deterrentur?
De statu suo aliquem contumeliis. Brutus Cic.lib.11.12.
Deterrere ne. Terent.in Prologo Phorm.3,
Maledictis deterrere ne scribat,parat.
Deterrere quin. Plaut.Amphit.7,
Tamen quin loquar hæc vti facta sunt,
Nunquam vllo modo me potes deterrere.

Deterritus,pen.corr. {κατατρομαγμένος} Particip.vt Deterritus pudore. Cic. ad Att.lib.10.
Ab officio deterritus. Cælius Ciceroni,lib.8.6, Nemo enim necessitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet.

Detestor, detestaris, detestatus sum {μαρτύρομαι} detestári, Vehementer testari. Plaut. Menæch.17,
-summum Iouem
Deósque detestor,me neque isti malefeciſſe mulieri,&c.
¶Detestari {μισοπόθητος, ἀποπόθητος, ἀποπτύειν} pro abominari: vt Caput alicuius detestari hostili prece. Ouid.15.Meram.
Tanquam auspicium malum detestari aliquem. Cic.in Vatinium, Si vitant,fugiunt, audire de te nolunt, quum viderunt tanquam auspicium malum detestantur,&c.
Exitum belli detestari. Cic.8.Philipp. De proximo bello Ciuili non libet dicere. ignoro causam:detestor exitum.
¶Iram Dei in caput alicuius,Iureiurãdo imprecari. Plin.Iun.lib.2. epist.vlt.
¶A Rep.nomen alicuius. Cic.in Pisonem.
¶Detestari pro Vitare,& à se propulsare,siue amoliri. Cic.in Catil. Nunc vt à me P.c. quandam propè iustam patriæ quetimoniam detester ac deprecer,percipite quæso quæ dicam.
Inuidiam. Cic.1.de Nat.deor. Id est amouere.
Auertere & detestari. Cic.4.Philipp. O dij immortales auertite & detestamini quæso hoc omen.
Tellus detestanda. Sil.lib.17.
¶Detestari,est absenti denuntiare, inquit Paulus in l.39.§.2.D.de verb.signif.

Detestabilis, pen.corr. {βδελυκτός, βδελυκτὸς} Idem quod abominabilis. Cic.2.Philip. Non te execrandum Populo Rom. non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & esse inimicos, & futuros scias. Idem 3.Tuscul.
Quo detestabilior istorum immanitas qui lacerarunt omni scelere patriam. Cic.1.Offic.
Inuidiosum,& detestabile. Cic.1.Philipp. Metui verò & in odio esse,inuidiosum,detestabile,imbecillum,caducum.
Detestabile & pestiferum. Cic.de Senect.
Omni parte vitæ detestabilis homo. Suet.in Nerone,cap.5,Ex Antonia maiore patrẽ Neronis procreauit, omni parte vitæ detestabilẽ.
Omen detestabile auertat Deus. Cic.11.Philipp.
Pestis detestabilis. Cicero 2.Offic. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur.
Scelus. Cic.de Amicit.
Vmbra. Senec.in Thyeste,1.

Detestatio {βδελυγία} Verbale. Plin.lib.15.cap.30, Laurus quidem manifesto abdicat ignes crepitu & quadam detestatione, interaneorum etiam vitia & neruorum ligno torquente.
Detestatio apud Iurisconsultos, Est (vt Vlpian.l.40. D. De verborum significatione affirmat) denuntiatio facta cum testatione.
¶Detestatio,authore Festo lib.13, dicebatur, quum Deus testis in deteriorem partẽ vocabatur. Inuenitur & apud Gell. Detestatio sacrorum,lib.10.cap.27.
¶Detestatio, Testium abscissio. Vtitur Apuleius,vt scribit Cæl. Rhod.lib.4.cap.7.

Detexo, detexis detexui, detextum {κατακλώθω, πτερόω} detexere, Dissoluere.
¶Detexere telam,pro Texẽdo ad finem perducere. Plaut.Pseud.5.
Detexere aliquid viminibus. Virg.2.ecloga,
Quin tu aliquid saltem,potius quorum indiget vsus,
Viminibus,mollíque paras detexere iunco? Id est, mulcum texere, finire,perficere.nã DE modò non minuẽtis est,sed augentis. Seruius.
¶Exordiri,detexere,retexere. Cic.2.de Orat. Et ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus,& multa quærendo reperiunt, non modò ea quæ iam non possint ipsi dissoluere, sed etiam quibus antè exorsa,vel potius detexta propè retexantur.
Ab exordio aliquid detexere. Author ad Heren.lib.2.
Linum detextum.Vlpian.in l.Sicui lanam.68.D.De legat.3.

Detineo, detines, pen.corr.detinui, detentum {κατέχω, κατείργω, κλίω}

detinêre,Remorari,occupare. Terent.Eunuch.2.2,Detineo te fortasse. Idem Phorm.4.1,Pol me detinuit morbus.
Detinere aliquem & demorari. Lentul.ad Senatum,lib.12.15.
Detinere aliquem lepôre. Cic.ad Att.lib.4. Item Detinere inani spe,Colum.lib.8.cap.5.
Aliquem de suo negotio. Plaut.Pœnulo,4.
Detineri in alienis negotiis.Cic.2.de Inuent.
Animum studiis detineo. Ouid.5.Trist.eleg.8.
Compede detinere.Horat.1.Carm.ode 33.
Curas detinui,Cohibui.Ouid.4.de Ponto,eleg.10,

Detinui,dicam,curas,tempúsque fefelli.
Diem detinere sermone.Ouid.1.Metam.
Feras cithara.Martial.lib.14,
De Pompeiano sæpe est electa theatro
Quæ duxit syluas,detinuítque feras.
Fugam incœptam.Ouid.2.Amor.eleg.12,
Dicitur incœptam detinuisse fugam.
Ius. Liu.1.ab Vrbe, Vt non plus darent iuris, quàm detinerent. Id est,sibi retinerent.
Detinuere moræ.Ouid.epist.23.
Aliquem lenta mora.Martial.lib.7.
Detinet me hoc negotium.Plaut.Perſa,15,
Itaque hic est quod me detinet negotium.
Maiore aliquo negotio detineri. Author ad Heren.lib.4.
Detinent terras niues. Plin.lib.18.cap.7. Id est,occupant,neque liquescunt.
Carmina oculos detinent.Ouid.2.Tristium,
Et mea sunt populo saltata poemata sæpe:
Sæpe oculos etiam detinere tuos.
Detines mẽ suspensum: Id est, me diutius in dubio tenes. Cic.ad Att.lib.10. Virgilius per verbum teneo,idem dixit: vt in sexto,
Dicam equidem:nec te suspensum nate tenebo.
Vela detinere. Ouid.epist.22.
Detineri ventis.Plin.Iunior in epist.

Detondeo, detondes, detondi, detonsum {ξυρέω, κατεξυρίω} detondere,Prorsus tondere. Colum.lib.7.cap.4, Et est modus optimus considerare tempestates,quibus ouis neque frigus, si lanam detraxeris: neque æstum, si nondum detonderis, sentiat. Verùm quum quæque detonsa erit,vngi debet tali medicamine.
Detondere capillos. Mart.lib.8.
Detondere virgulta vineæ.Colum.lib.4.cap.23,Nec dubium quin sit horum virgultorum natura talis, vt quãto maturius detonsa sint, plus materiæ:quanto serius,plus fructus afferrtur.
Buxum detonsum. Ouid.6.Fastorum,
Non mihi detonso crines depectere buxo,
Non vngues ferro subsecuisse licet.
Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes.Ouid.3 Fast.
Sicambria detonsa. Claud.1.in Eutrop.

Detono, detonas, pen.corr. {κατασφυρτάω} detonãre. Quintil.lib.12. cap.9, Nam quum illa dicendi vitiosa iactatio inter plausores suos detonuit,resurgit vera & virtutis fortior fama.
Ira detonare. Valer.4.Argonauticõn,
Illum insperata turbatum fraude furentem
OEbalides prima refugit dum detonat ira.

Detorno, detornas {περιτόρνω} detornãre, Idem quod tornare. Plin.lib. 13.cap.9,Ex quo velares detornant annulos.

Detorqueo, detorqueo, detorsi, detortum, & rarò detorsum {καταπλέκω, καταστρέφω} detorquêre, Deflectere, siue idem quod torquere. Colum.lib.5.cap.6, Sed hæc vlmus autumni tempore melius quàm vere disponitur, paulatímque ramuli eius manu detorquentur.
Detorsit à latere in dextram partem. Cic.de Vniuers.
Detorquere in læuam,pro Declinare ad læuam. Plin.lib.28.cap.8, Quum fugiant venantem,declinare ad dextram. Et paulo pòst,At si in læuam detorserit,deficientis argumentum esse.
Ceruicem ad oscula.Horat.2.Carm.ode 12.
Cornua antennarum torquere,& Detorquere,contraria.Virgil.5. Æneidos,
-vnà ardua torquent
Cornua,detorquentíque,ferunt sua flamina classem.
Imminutæ & detortæ corporis partes, quibus repugnant Aptæ & integræ.Cic.3.de Finib.Aptas malit & integras omnes partes corporis,quàm eodem vsu imminutas & detortas habere.
Cursus detorquere ad aliquem. Virg.4.Æneid.
Labra dicentis ne detorqueantur. Quintil.lib.1.cap.11.
Ab aliquo lumen detorquere.Ouid.6.Metam.
Oculos detorquere ad vndas. Valer.1.Argon.
Se aliò detorquere.Horat.2.Serm.sat.2.
Viam detorquere ad amnem.Valer.5.Argon.
Detorquere vulnus.Virg.9.Æneid.
¶Detorquere,per translationem. Cic.2. Offic.Nam & voluptates blãdissimæ dominæ, sæpe maiores partes animi à virtute detorquẽt.
Detorquere rectè facta. Plin.Iunior lib.1.epist.8,Atque ea demum rectè facta minus detorquemus & carpimus,quæ in obscuritate & silentio ponuntur.
Prauè detorta opinio. Colum.lib.3.cap.10, Atque hæc & forsitan pluribus dicta sunt quàm exigebat ratio veritatis:minus tamen multis quàm postulabat prauè detorta & inueterata opinio rusticorum.
Flectere & detorquere voluntatem alicuius. Cic.pro Cælio.

Detorsus,Participium {καταμεμυτός.} Sueton.in Galba,cap.10, Ac subinde Alexandrina nauis detorsa appulit armis onusta fine gubernatore,&c. Id est depulsa, seu deflexa à legitimo cursu quo destinata pergebat. Alij detorta legunt: alij decursa. nam & cursus de nauigatione dicitur.Plin.lib.2.cap.37.de stellis Castoribus: Geminæ autẽ salutares, & prosperi cursus prænuntiæ. Cursus, hoc est nauigationis. Virg.lib.5.Æneidos, -ventísque vocatis
Prona petit maria,& pelago decurrit aperto.

Detraho,detrahis,detraxi, detractum {κατασπάω, ἀφαιρέω} detrahere, Auferre,tollere. Terent.Eun.4.4,Chærëan' tuã vestem detraxit tibi?
Detrahere amiculum.Cic.3.de Nat.deor.
Addere & Detrahere,contraria.Cic.pro Cluent.
¶Detrahere aliquid alteri,Vt auferre.Cic.3.Offic.Detrahere igitur aliquid alteri,& hominem hominis incommodo suum augere commodum,&c. Idem 2.de Diuinat. Eidémque detraxisset Armeniam à Senatu daram.
Detrahere de digito. Terent.Heaut.4.1,
Quum exponendam do illi,de digito annulum detraho.
Aliquid de alıquo quod sibi assumat. Cic.3.de Finib.
Aliquem pedibus è tribunali.Suet. De claris rhet.
Naues ad terram.Hirt.lib.4.de bel.African.
Torquem hosti.Cic.1.de Fin.Et Detrahere cruenta spolia.Cic.pro Rosc.Amer.
¶Detrahere {διαγορεύειν, κατηγορεῖν} alicui, Id est famam eius maledictis & obloquutionibus minuere.Ouid.5.Trist.eleg.15,ad vxorem,
Detrahat authori multum fortuna licebit,&c.
Sibi detrahere.Cic.6.Ver.Et si quæritis vt egomet mihi detraham, illos ego accusatores puto fuisse,&c.
De absentibus.Cic.1.Offic. Et pro Cecinna,De teste.Et pro Rab. De senatu.
De authoritate Senatus: cui opponitur, Ornare Senatum multis laudibus.Cic.pro Cluent.
De fama alicuius.Cic.Appio,lib.3.8.
¶Ad accusationem aliquem. Cic.pro Cluent.Vt hunc Oppianicũ aliud agentem, ac nihil eiusmodi cogitantem,ad hãc accusationem detraheret. Hoc est,pertraheret.
Alumnum mamma. Plin.lib.11.cap.40.
De amore aliquid. Cic. Appio,lib.3.12, Nequid de summo meo erga te amore detractum esse videatur.Id est,ablatum aut imminutũ.
Auxilia siue legiones principi. Cæsar 6.bel. Gal.Hæc prius illi detrahenda auxilia existimauit. Ibidem,lib.8.
Aliquem de cælo, Est de summa gloria eum deiicere. Cicero 2. Philipp.
Calamitatẽ alicui. Cic.Post reditum ad Quirites, Tum in studiis vestris tanta animorum declarata est voluntas,vt non solùm calamitatem mihi detraxisse,sed etiam dignitatem auxisse videamini.
De causa aliquid.Cic.6.Philipp.Celeritas detracta de causa est:boni tamen aliquid accessit ad causam.
De commodis suis. Cic.de Amicit. Mulrǽque res sunt in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt, detrahíque patiuntur. vt his amici potius, quàm ipsi fruantur.
Crimen alicui.Lucan.lib.8,
Hoc solum crimen meritæ bene detrahe terræ.
Detrahere & spoliare dignitatem alicuius. Cic. pro Cælio, Vt ad ea quæ accusatores deformandi huius causa,detrahendæ,spoliandæque dignitatis gratia dixerunt,primùm respondeam.
Animis errorem detrahe nostris.Ouid.2.Metam.
Detrahere fastidium dicuntur lupini.Plin.lib.22.cap.25,Iidem auiditatem cibi faciunt,fastidium detrahunt.
Fidem verbis alicuius.Quintil.lib.5.cap.7.
Nido fœtus implumes.Virg.3.Georgicorum,
Amissos queritur fœtus,quos durus arator
Obseruans,nido implumes detraxit.
Honorem debitum alicui. Cic.6.Verr.Senatorem Pop.Rom.si nõ inuitauerunt, honorem debitum detraxerunt non homini, sed ordini,&c. Sic Detrahere laudem.Cic.pro lege Manil.
Ab iniuria aliquem. Cic.ad Qu.Metel.lib.5.2. Quem quum comperissem omnem sui Tribunatus conatũ in meam perniciem parare atque meditari, egi cum Claudia vxore tua, & cum vestra sorore Mutia,vt eum ab illa iniuria detraherent.
In iudicium aliquem. Cic.pro Milone, Ne P.Clodius quum in iudicium detrahi non posset,vi oppressam ciuitatem teneret.
De suo iure. Cic.3.Verr.Hoc si non vtor, non tibi iniuriam facio, sed de meo iure aliquid & commodo detraho.
Inuidiam noxæ.Ouid.epist.7.
De pecunia aliquid. Cic.5.Verr.Scribæ nomine de tota pecunia bi næ quinquagesimæ detrahebantur.
De pondere,& paulo minoris æstimare.Cic.4.de Finib.Saltem aliquid de pondere detraxisset, & paulo minoris æstimauisset ea quàm Peripatetici.
Aliquem ex possessione.Liu.10.bel.Pun.Hæc accusans,quærénsq; ex diutina possessione Italiæ est detractus.
Detrahitur pretio,pro minuitur pretium.Colum.lib.8.cap.17,Macies indicat eum nõ esse libero mari captum,sed de custodia elatum: propter quod plurimum pretio detrahitur. Sic Plin. lib.36.cap.26, Metallis pretia detraherentur.
Aliquem ex prouincia suis sententiis. Cic.de Prouinciis Consul. At hi non modò illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed & propter rationem Gallici belli prouinciam extra ordinem decernebant.
Ex reditu. Colum.lib.4.cap.3, Minorem deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri: nec sic ex pristino reditu detraxisse.
Sacerdotem ab aris. Cic.de Aruſp.resp.
Sãguinem. Colum.lib.6.cap.14, Et ex diuersa auricula sanguinem detrahemus.
Sanguis detractus venis. Lucret.lib.3.
Detractis de homine sensibus.Cic.1.de Finib.
Detrahit solicitudines philosophia. Cic.2. Tusc.Efficit hoc philosophia, medetur animis,inanes solicitudines detrahit.
Detrahe menti spem fructus auidæ.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.
Ex summa.Cic.ad Attic.lib.10. Sic Detrahere de viuo. Cic.pro L. Flacco, Dat de lucro, nihil detrahit de vino, minus igitur lucri facit.
Detracta opinione probitatis. Cic.2.Offic. Quo enim quis versutior & callidior est, hoc inuisior & suspectior, detracta opinione probitatis.

Detractio,Verbale {ἀφαίρεσις,ἀφαίρεσις.} vt, Detractio alieni, hoc est ablatio & furtum rei alienæ.Cic.3.Offic.Non igitur magis est contra naturam morbus,aut egestas, aut quid eiusmodi, quàm detractio, aut appetitio alieni.
Detractio confecti cibi.Cic.de Vniuers.Nec verò desyderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti & consumpti cibi. Id est, exoncrationem alui.
Detractiones apud Plinium pro vacuationibus & inanitionibus prauorum humorum,lib.16.cap.44.
Sustinere detractionem sanguinis. Celsi.lib.2.cap.10, Facilius itaque illi detractionẽ sustinent: celeriúsque ea, si nimium est pinguis, affligitur.
Detractio sanguinis.Plin.lib.17.cap.26. Quintil.lib.2.cap.10.
Detractio molestiæ. Cic.1.de Finib.
Detractor,Verbale, Qui famæ alicuius derogare nititur. Sipontinus.
Detrecto,detrectas {ἀναίτιόμαι,ὑποφθονῶ,ἀξιόπιστος} detrectare, Vitare, fugitare,auersari,restitare.vt,Detrectare certamẽ, apud Tacitum,lib.20. Virg.3.Georgicorum,
Nec mihi displiceat maculis insignis & albo,
Aut iuga detrectans,interdũmque aspera cornu.
Militiam detrectare.Ouid.13.Metam.
Officium suum. Quintil.lib.2.cap.1,Et Rhetorice, cui nomen vis eloquendi dedit,officia sua non detrectet.
Onus. Claud.1. de Rapt.Proserp.
Prælia.Sil.lib.7.
Principem, pro Recusare & non ferre. Suet.in Tiberio,cap.25.
Taurus detrectat aratrum.Ouid.3.de Ponto,eleg 7.
Detrectat administrare tutelam. Paulus in l. Ingratus.D.de iure patron.
¶Detrectare,pro Detrahere. Sallust.in bel.Iugurth.Milites alius alium læti appellãt, acta edocent atque audiunt: quisque fortia ad cælum effert.Quippe res humanæ ita sese habent, in victoria, vel ignauis gloriari licet: aduersæ res etiam bonos detrectant. Id est etiam boni in aduersis vt malè audiant,efficiunt.
Benefacta malignè detrectare. Ouid.13.Metam Liu.lib.8.bel. Maced. Cæca inuidia est,nec quicquam aliud scit, quàm detrectare virtutes,corrumpere honores,ac præmia earum.
Ingeniũ magni liuor detrectat Homeri. Ouid.1.de Remed.amor.
Laudes detrectare.Ouid.5.Metam.
¶Detrectare,inquit Festus,est malè tractare.
¶Detrectare, Diminuere. Macrob.lib.5.Saturn.cap.11,In arboribus etiam & frugibus ad indolem vel detrectandam vel augendam, maior plerunque vis & potestas est aquarum & terrarum quæ alum, quàm ipsius quod iacitur seminis.
Detrectatio,Verbale {ἀπόπειρα.} Liu.6.ab Vrbe,Iuniores Romani ad edictum sine detrectatione conuenere.
Detrectatio militiæ.Liu.3.ab Vrbe.
Detrectator, Verbale masc. {ἀποστάτης} Qui renuit. Liu.4.bel.Maced. Cato ipse haud sanè detrectator laudum suarum, multos cæsos ait, numerum non scribit.
Detrimentum, Vide DETERO.
Detrudo,detrudis,pen.prod.detrusi, detrusum, pen.prod. {καταθέω} detrúdere, Trudendo deiicere. Cicero pro Cecin. Potéstne detrudi quispiam qui non attingitur? Liu.lib.2,Iam impetu conabantur detrudere virum.
Deiicere & detrudere. Cic.pro Cecin.Decessi, vnius hominis telo perterritus,dejectus,detrusúsque sum.
Depellere & detrudere. Cic. 2.de Nat.deor.Atque is agitatione & motibus linguæ quum depulsum & quasi detrusum cibum accipit, depellit. De stomacho loquitur.
Ad id quod facere possit,aliquem detrudere. Cic.1.de Orat.
Detrudi de saltu agróque communi. Cic.pro Quinctio.
Colonos rure detrudere. Claud.de bello Gildon.
Ex aliquo loco detruserunt aliquem niues, frigora, imbres. Vatinius Ciceroni,lib.5.10.
In partem dextram aut læuam detrudere. Cicero de Vniuers.Id fit quũ speculorum læuitas hinc illínc neque altitudinem assumpsit, & ita dextra detrusit in læuam partem oculorum,læuáque in dextram.
Corpus detrusum sub inania tartara.Ouid.12.Metam.
Detrudunt naues scopulo.Virg.1.Æneid.
Detrudere aliquem ad aliquem.Plaut.Aulul.10,
Huccine detrusísti me ad senem parcissimum?
Detrudi in luctum.Cic.ad Qu.fra.lib.1.4,Quoniam in tantum luctum & laborem detrusus es,quantum nemo vnquam.
Aliquem ad mendicitatem.Plaut.Menæh.5.
Detrudi morti.Plin.lun.de Viris illust.
Detrusit ad ea necessitas. Cic.1.Offic.Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit,quæ nostri ingenij non erunt.
Detrudi ac cõpingi in pistrinũ. Cic.1. de Orat.A quibus omnibus vna penè repelli voce Oratorem à gubernaculis ciuitatum, excludi ab omni doctrina,rerúmque maiorum scientia,ac tantum in iudicia & conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum, detrudi ac compingi videbam.
Detrudere in pœnam. Cic.pro Flac.Non putant satis conuersam esse Rempub.nisi in eandem impiorum pœnam optimè meritos ciues detruserint.
De sententia. Cic.ad Terentiam,lib.14, Quæ me ita conficiunt,vt ij voluerunt qui me de mea sententia detruserunt.
Aliquem regno.Virg.6.Æneidos,
-superísque Iouem detrudere regnis.
¶Detrudere comitia in aduentum alicuius, pro differre. Cicero ad Qu.fratrem,libro 2.15. Idem ad Atticum,lib.4, Quibus si non valuerit, putant fore aliquem qui comitia in aduentum Cæsaris detrudat.

Detrusus,

Detrusus,detrusa,detrusum,Adiectiuum ex Partic. {κατωθούμενος.} Cic.2.de Nat. deor. Atque is agitatione & motibus linguæ,quũ depulsum,& quasi detrusum cibum accipit,depellit. De stomacho loquitur.
Detrullo, detrullas {ἀπορύσσω} detrullare. De trulla in trullam deplere, quo vsus est Apitius,quod ipsum & diffundere vocatur Plinio,sicut in oleo decapulare. Hermolaus.
Detruncо, detruncas {κατακόπτω} detruncare, Decidere, secare: vt Detruncare arborem.Liu.1.bel.Pun.Quum cædendum esset saxum, arboribus circa immanibus deiectis, detruncatísque, struem,ingentem lignorum faciunt.
Detruncare alam regi apum.Plin.lib.11.cap.17.
Caput detruncat.Ouid.8.Metam.
Detruncare corpora. Liu.1.bel.Maced.Posteaquam gladio Hispanienſi detruncata corpora,brachiis abscissis,aut tota ceruice.
Manu prensum aliquem.Valer.3.Argon.
Vitem,pro resecare. Colum.libro 4.capite 22, Tales vineas supra quartum pedem detruncant, nihil reformidantes eiusmodi resectionem.
Detruncatio, Verbale {κατάτμησις, κατακοπή.} vt Detruncatio ramorum. Plin.libro 24.cap.9. Et lib.17.cap.24, Nam detruncatio vt diximus quibus prodesset.
Detulit,pen.corr.præteritum à defero. Vide DEFERO.
Detumeo, detumes,pen.corr.detumui,detumere,est tumorem amittere. Stat.5. Thebaidos,
Detumuere animi maris,& clementior Auster
Vela vocat. Intelligit mare non amplius irasci, hoc est tranquillum esse.
Deturbo, deturbas, deturbare {ἀποβάλλω,καταβάλλω} Est (vt ait Valla lib.5.) deorsum cum violentia deiicere. Virgil.5.Æneidos,
-puppi deturbat ab alta. Plaut. Rud. 2,Cuius deturbauit vetus tectum & tegulas. Sic Deturbare ædificium,Cic.ad Q.fratrem, lib.3.24.
Deturbare aliquem equo transfixo.Liu.5.bel.Maced.
Aliquem ædibus,pro eiicere.Plaut.Amphit.15,
Tecto exclusum foribus,me deturbauit ædibus.
Deturbare,affligere,comminuere,dissipare statuam alicuius. Cic. in Pisonem, Illi autem statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur,deturbant,affligunt,comminuunt,dissipant.
Agmina deturbat gladio.Sil.lib.7.
De fortunis omnibus aliquem.Cic.pro Quinctio.
Deturbare milites ex præsidiis & stationibus. Liu.1.bel.Macedon. Partim breui circuitu quum in iugum collis euasissent, trepidos ex præsidiis stationibúsque Macedonas deturbant.
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.Virgil.5.Æneid.
De tribunali.Cæs.3.bel.Ciuil.
Possessione, vel de possessione. Cic. pro Quinctio, Debueris, aut potueris P.Quinctium de possessione deturbare. Idem Cornificio, lib.12.25.
¶De mente.Cic.in Pisonem,Sua quenque fraus,suũ facinus,suum scelus,sua audacia,de sanitate ac mente deturbat.
Deturbari spe.Cic.Cornificio,lib.13.25.
Ex spe. Cic. Cn. Pompeio, lib.5.7, Sed hoc scito,tuos veteres hostes,nouos amicos vehementer literis perculsos,atque ex magna spe deturbatos iacere.
Deturbauit illi verecundiam.Plaut.Mostel.3.
Hæc verecundiam mihi,& virtutis modum deturbauit.
Deturgeo, deturges, detursi, deturgere, Contrarium est suo simplici. Plin.lib.9. cap.58, Quippe deturgente Nilo musculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquæ, terræque. Aliqua exemplaria habent detegente.
Deturpo,deturpas {αἰσχύνω} deturpare, à turpis nomine compositum. Suetonius in Caliguia,cap.35, Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Plin.lib.15.cap.16, Aquilonis quoque afflatu poma deturpante rugis.

D E V

DEVA {δεύα} fluuius Britanniæ Ptolemæo. Vulgò *Dee*.
DEVADAE,Insula prope Apitamos populos in Arabia, cuius meminit Plin.lib.6.cap.28.
DEVANA {δεύανα Ptolemæo} vrbs Britanniæ insulæ: alio nomine Duana castra,vulgò *Doncastre*.
Deuasto, deuastas, deuastare {ἐρημόω,καταστρέφω} Deprædari, spoliare,profligare.Liu.2.bel.Pun.Vbi satis quietis datum, præda ac populationibus magis quàm otio aut requie gaudentibus profectus, Prætutianum Adrianúmque agrum,Marsos inde,Marrucinósque & Pelignos deuastat. Ibidem lib. 3,Ita sumus aliquoties hac ætate deuastati,vt,&c.
Agmina ferro deuastata.Ouid.13.Metam.
DEVCALION,huius Deucalionis,pen.prod. {δευκαλίων} Promethei filius, rex Thessaliæ, cum Pyrrha Epimethei filia matrimonio iunctus. Vide Ouid.1.Metam. & THESSALIA.
Deucalioneus, pen. prod. {δευκαλιώνιος} Adiectiuum. vt Vndæ Deucalionea apud Ouid.lib.7.Metam. Lucan.lib.1,
Deucalioneos fudisset Aquarius imbres.
Deueho, deuehis, deuexi, deuectum {καταφέρω} deuehere, Idem quod vehere,vel deorsum vehere, vel de vno loco in alium vehere. Plinius Iunior,lib.5.epist.6, Medios ille agros secat,nauium patiens,omnésque fruges deuehit in vrbem, hyeme duntaxat & vere.
Seleſtadio deuehimur Argentoratum Ello flumine. Tacit.libro 3. & lib.18.
Ad astra deuehor.Propert.lib.4.eleg.1.
Deuexit Tyberis commeatum.Liu.4.ab Vrbe.
Deuehuntur Liparas.Liu.5.ab Vrbe.
Merces deuehere trans æquora.Claud.2.in Eutrop.
Deuehi quàm mollissimè.Colum.lib.1.cap.2. Sic Deuehere in vltimas terras.Liu.1.bel.Pun.

Deuectæ materiæ vitium. Colum.lib.5.cap.6, At qui bonitati vini student, in summas arbores vitem promouent,vt quæque materiæ se deuectæ in celsissimum quenque ramum extendant,sic,&c.
Nare ac mox Tyberi deuectus. Tacit.lib.3.
Rhescuporis Alexandriam deuectus. Tacit.lib.2.
Ac simul vtrunque exercitum Rheno deuectum Frisis intulit. Tacitus lib.4.
Deuectus, Participium {καταφέρω.} Cic. 1. Philipp. Atque ego celeriter Veliam deuectus Brutum vidi:quanto meo dolore,non dico.
Deuello, deuellis, deuelli vel deuulsi, deuulsum {ἀνασπάω} deuellere, Idem quod euellere.Plin.lib.21.cap.11,E cæteris hyacinthus maximè durat,& viola alba, & œnanthe: sed hæc ita,si deuulsa crebrò prohibeantur in semen abire.
Laceros deuellere crines. Claud.de Gigantomachia.
Deuelo, deuelas,pen.prod.deuelaui,deuelatum {καταχαλάω} deuelare, Velum auferre significat,& detegere:idémque ferè quod reuelare. Ouid.6.Metamorphoseos,
Oráque deuelat miseræ pudibunda sororis. De Progne & Philomela.
DEVELTVM, Plinio {δυόκτης Ptolemæo} Oppidum Thraciæ mediterraneum, lacum habens eiusdem nominis. Vtriusque meminit Plin.lib.4.cap.11. Vulgò *Deuelto*.
Deueneror, pen. corr. deueneraris, deueneratus sum {σεβάζω} deuenerari,Idem quod venerari.Ouid.epist.2,
Sæpe deos supplex,vt tu scelerate valeres,
Sum prece thuricremis deuenerata focis. Tibul.lib.1.eleg.5,
Ipse procurasi ne possent fœua nocere
Somnia,ter sancta deueneranda mola.
Deuenio, deuenis,pen.corr.deueni,pen.prod.deuentum {καταγίγνομαι} deuenire, Propriè est ex editiore loco in humiliorem venire. vt Deueni in planum,Deueni in vallem. Virgilius 4.Æneidos,
Speluncam Dido,dux & Troianus eandem
Deueniunt.
Deuenire ad mare. Plaut. Pœnul. 9. Cæsar 2.bel.Gall. Ad legionem decimam deuenit.
In castra alicuius. Hirtius 5.bel.Afric.Interim nobiles homines ex suis oppidis profugere,in castra Cæsaris deuenire. Ouid.8.Metam. Deuenit in Scythiam.
In victoris manus. Cic.Mario,lib.7.5, Discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deueniendum in victoris manus.
Deuenit inter.Ouid.2.de Remed.amoris,
Et cupidos inter deuênit amantes.
Sine præpositione.Virgil.1.Æneidos,Deuenêre locos,&c.
¶Deuenire in aliquem, vel incidere. Cic. in Pisonem, Deuenit, aut potius incidit in istum eodem deceptus supercilio Græcus,atque aduena.
In aliquã fortunam. Seruius Ciceroni,lib.4.5, Denique quoniam in eam fortunam deuénimus,vt etiam huic rei nobis seruiendum sit: noli committere vt quisquam te putet,&c.
In insidias.Plaut.Menæh.4.
Ad iuris studium. Cic.pro Murena,Sic nõnullos videmus qui Oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire. Id est conferre se ad studium,&c.
Deuenit malum ad illum. Terent.Heaut.4.5,
Miserer me tantum deuenisse ad eum mali.
Deuenire ad maturitatem. Colum. lib.2.cap.12, Octo diebus defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem deuenit.
In medium certamen atque discrimen. Cic.1.de Orat.
Ad Senatum, Idem significare videtur quod vulgo barbarè dicitur,*habere recursum*. Cic.7.Verr.Quò confugient socij? quem implorabunt?qua spe denique,vt viuere velint,tenebuntur,si vos eos deseritis? Ad Senatum deuenient.qui de Verre supplicium sumat?non est visitatum,&c.
Deuenit sermo in alienas manus. Cic. ad Atticum, libro 1.6,Nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire.
¶Deuenire, Idem quod venire, vel ire: vt Deuenire domum. Plaut.Epid.8,
Deueniam ad lenonem domum egomet solus.
Deuenustare {καταχαυνόω} Idem quod Deturpare. Gell.libro 12.cap.1,
Tanquam pulchritudinis sibi insignia deuenustet.
Deuerbero.deuerberas,pen.corr. {τύπτω,σπαράσσω} deuerberare, Valde verberare. Terent.Phorm.2.2,
Quot me censes homines iam deuerberasse vsque ad necem
Hospites,tum etiam ciues?
Deuerbium, Vide DIVERBIVM.
DEVERRA, Dea ab antiquis putata est, de qua sic Augustinus ex Varrone lib.6.de Ciuitate Dei:Mulieri,inquit,fœtæ post partum tres deos custodes Varro commemorat adhiberi, ne Syluanus deus per noctem ingrediatur, & vexet: Eorúmque custodum significandorum causa tres homines nocte circumire limina domus: & primò limen ferire securi,posteà pilo,tertiò deuerrere scopis, vt his datis culturæ signis,deus Syluanus prohibeatur intrare: quia neque arbores cæduntur ac putantur sine ferro, neque far conficitur sine pilo,neque fruges coaeruantur sine scopis. Ab his autem tribus rebus tres nũcupatos deos: Intercidonẽ,à securis intercisione:Pilumnum, à pilo: Deuerram, à scopis, quibus deis custodibus, contra vim dei Syluani fœta conseruantur. Hæc D.Augustinus. vbi suprà.
Deuergentia,deuergentiæ,f. gen. Inclinatio. Gell.lib.14.cap.1. Vide Declinatio mundi,in DECLINO.
Deuerto, deuertis, deuerti, deuersum {καταστρέφω} deuertere, Probè verrere. Columel.lib.7. cap.4, Stabula verò frequenter euerrenda,& purganda,humórque omnis vrinæ deuerrendus.
Deuersus, Veteres dicebant,quasi deorsum versus. Festus.

Deuerto, pro diuerto frequentissimè apud Plautum legitur more veterum. Vide DIVERTO. Quintil.lib.2,Atque inde alia non minus communia ac nota deuertunt.

In odium T.Iunij deuerterant. Tacit.lib.17. Aliàs diuerterant.

Deuerti.Stat.3. Thebaidos,

-haud aliter saltu deuertitur orbus

Pastor ab agrestum nocturna strage virorum.

Deuestio,deuestis,deuestiui,deuestitum,pen.prod. {δυδύω} deuestire, Veste exuere. Apuleius lib. 3, Iam primum omnibus laciniis se deuestit. Feudalium autem placitorum conditoribus adimere significat,in princip.tit.7.de nautic.fœnore.

Deueto, deueras, pen. corr. {κωλύω} deuetare,pro Vetare. Quintil.1. Declamat. Omnino summam calamitatem corporis occurrere delicatis vxoris oculis deuetaret. Alia exemplaria habent vetaret.

Deuexo, deuexas {κατασύρω} Valde vexo. Lactant. lib. 4, Et quum corpora hominum occupant,animósque deuexant,adiurátur ab his, & nomine Dei veri fugantur.

Deuexatus, pen. prod. Cicero ad Planeum,lib.10.epist.3, Per tot annos Reipub.deuexata.

Deuexus, Adiectiuum {κατακρήμνης,κατάντης} Decliuis & deflexus. Columella lib.1. cap. 2, Parte campestri,parte alia collibus vel ad Orientem,vel ad Meridiem molliter deuexis. Plin.Iunior,lib.5.epist.6.

Deuexus & placidus.Plin.lib.6.cap.10.

Alpes deuexæ Lucan.lib.2.

Amnis deuexus vsque ab Indis.Virgil.4.Georg. de Nilo.

Arua.Ouid.8.Metam.

Caput in dextrum humerum.Plin.lib.28.cap.6.

Dies deuexior.Claud.8.Paneg.

Deuexus in viam lucus.Cic.1.de Diuinat.

Lacus accliuis deuexo margine.Ouid.9.Metam.

Montes.Valer.3.Argon.

Mundus premitur deuexus in Austros.Virgil.1.Georg.

Ad terrámque fluit deuexo pondere ceruix.Virgil.3.Georg.

Rupes.Claud. de Aponi balneis.

Deuexitas, pen. corr.huius deuexitatis {τὸ κρήμνης} Decliuitas. Plinius Iunior, in epist. Inde non loci deuexitate, sed ipsa sui copia & quasi pondere impellitur. Plinius libro 17.cap.22, Puluinatis à deuexitate labris.

Deuincio, deuincis, deuinxi,deuinctum {κατασειρώω,κατασδέω} deuincire,Vehementer ligare & constringere.

Deuinctus & constrictus omnibus vinculis.Cic.de Lege Agraria, Quam præsidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinculis deuinctam & constrictam teneretis.

Deuincire ad.Plaut.Pseud.4,

Cras te,quasi Dircen olim(vt memorant)duo gnati Iouis

Ad taurum deuinxere,ita hodie te stringam ad carnarium.

Ad duas res deuinciri. Cic. pro Cecinna , Ad duas dissimiles res duo deuincta interdicta sunt.

Vrbem præsidiis.Cic.de Lege Agraria,Attellam,Cumas,Neapolin,Pompeios,Nuceriam suis præsidiis deuincient.

Vna cõplexione multa. Cic.in Orat.Non faciet Rempub.loquentem,nec ab inferis mortuos excitabit,nec aceruatim multa frequentans,vna complexione deuinciet.

Verba comprehensione.Cic.de Claris Orat.

Impediri, & regum dominatione deuinciri. Cic. de Claris Orat. Nec enim in constituentibus Rempubl. nec in bella gerentibus, nec in impeditis ac regum dominatione deuinctis , nasci cupiditas discendi solet.

Fœderibus deuincitur fides cum hoste.Cic.3.Offic.Id indicant fœdera,quibus etiam cum hoste deuincitur fides.

Deuincire se cupiditate. Terent.Heaut.1.2,

Verùm vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala,

Necesse est Clitipho consilia consequi similia.

Hominum inter homines societatem. Cic. 1. Offic. Tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem.

Se scelere. Cic.de Arusp.resp. Qui si sensit quo se scelere deuinxerit, non dubito quin sit miserrimus.

¶Deuincire sibi aliquem , per translationem. Cicero pro Milone , Cn. Pompeium nouo reditu in gratiam quasi deuinctum arbitrabatur.

Alligare & deuincire.Cic.pro Cluentio,Vt cum nuptiis alligatum simul,& testamenti spe deuinctum possit habere in potestate.

Lenire imperitam multitudinem & præmiis deuincire. Cicero 3. Philipp. Muneribus, monimentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat:suos præmiis adueršarios clementiæ specie deuinxerat.

Affinitate sese alicui. Cic.de Claris Orat.Nam & cum summo illo Oratore Seruio Galba,cuius C.filio filiam suam collocauerat,affinitate sese deuinxerat,&c.

Sibi aliquem beneficiis. Plaut.Asin.7. Cic.ad Attic.lib.16, Quod si feceris, me, quem voluntate & paterna necessitudine coniunctum semper habuisti,maximo beneficio deuinctum habebis.

Cautione,fœdere,execratione aliquem. Cic.pro Sextio, Hunc vir clarissimus,mihique multis repugnãtibus amicissimus Cn.Pompeius omni cautione,fœdere,execratione deuinxerat.

Copiis aliquem. Cic.pro Cælio, Illum filiumfamil.patre parco ac tenaci,habere tuis copiis deinctum non potes.

Donis beneficiísque plurimis aliquem.Cic.7.Verr.

Charitate homines deuincit sanguinis coniunctio & beneuolentia.Cic.1.Offic.

Liberalitate aliquem.Cic.Lentulo,lib.1.9.

Summo officio & summa obseruantia sibi in perpetuum aliquem. Cic.Memmio,lib.13.3.

Deuincimini vtrique ab vtrisque hoc beneficio. Terẽt.Heaut.2.4. Mentem hominis voluntate libera spoliatam necessitate fati deuinciunt, qui introducunt causarum seriem sempiternam. Cicero de Fato.

Deuincire pignore animos Centurionum, dixit Cæsar.

Societate.Cic.2.de Nat.deor.Hæc nos iuris,legum, vrbium, societate deuinxit. De eloquentia. Et lib.1. Offic. Deuinciri firma societate.

Sermone & familiaritate deuincire. Cic.Q.fratri, lib.1.2, Primùm Dionysipolitas , qui erant inimicissimi mei, leniui : quorum principem Hermippum non solùm sermone meo , sed etiam familiaritate deuinxi.

Studiis deuinciri.Cic.Appio Pulchro,lib.3.13,Præsertim in his studiis quibus vterque nostrum deuinctus est.

¶ Templum religione.Cic.pro Domo sua,Præscribere enim se arbitrabatur , vt sine studiis dissensionis sententiæ dicerentur, si sedem ipsam ac templum publici consilij religione Concordiæ deuinxisset.

Deuinctus,Participium {κατασδεδεμένος.}Cic.pro Plancio,Ita putauit Senatus , quum reo tribus ederentur hæ quas is largitione deuinctas haberet,eosdem fore testes & iudices.

Deuinctus colla catenis.Sil.lib.11.

Deuinctus fasciis , & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. Cic. in Bruto. Quod Cicero deuinctus , Quintil. lib.11.cap.3,deligatus dixit,de eodem verba faciens.

Tempora deuinctus lauro. Tibul.lib.2.eleg.5.

Amore deuinctus alicui.Stat.9. Thebaid.

¶Deuinctus metri necessitate.Plin.Iunior in epist.

Deuinctam consuetudine domum tenere.Cic.pro Archia.

Legibus,iure certo,firma pace deuinctæ nationes.Cic.de Prouinciis Consul. Domitæ sunt à Cæsare maximæ nationes, sed nondum legibus,nondum iure certo,nondum firma pace deuinctæ.

Deuinctus {κατάδεσμος} Nomen ex particip.Hor.1.Serm.sat.5, -nanque Plocius,& Varius Sinuessæ,Virgiliúsque

Occurrunt:animæ,quales neque candidiores

Terra tulit,neque quis me sit deuinctior alter.

Deuinco, deuincis, deuici, penult. prod.deuictum {κατισχύω} deuincire, Idem quod vincere,superare.Cic. de Senect. Qui Pœnos primus classe deuicerat. Cæsar 3. bel. Ciuil. Qui Galliam Germaniámque deuicerit.

Deuincere & capere vrbem aliquam.Cic.2.de Lege Agraria,Quibus Consulibus Capua deuicta,atque capta est.

Deuincere bello,prælio,vi.Cicero ad Brutum,15. Et 2.de Natura deorum.

Deuictus , Participium {νενικημένος. } Cic. 1. de Nat. deorum,Qui risus classe deuicta multis ipsi lacrymas , magnam Populo Rom. cladem attulit.

Deuictus animus.Terent.Heeyr.1.2.

Deuictus consuetudine & coniugio liberali. Terent.And.3.3.

Deuictus lumina somno. Catul.in Argon.

Vulnere amoris deuictus.Lucret.lib.1.

Deuio,deuias,deuiare. Macrobius lib. 5. Saturn. cap. 15, In nonnullis paululum à grauitate Homerica deuiauit. Idem in Somnio Scipionis,lib.1.cap.21,Ad Septentrionalem verticem deuiare.

Deuirgino, deuirginas,pen.corr.deuirginaui,deuirginare. Paulus in l.præses.D.de offic.præs.{ Præses quum cognoscit de seruo corrupto, vel ancilla deuirginata,&c.

Deuirginari dicebantur qui ex ephebis excesserant {ἐκπαρθενίζω} vt probat Nonius ex Varrone.

Deuirginatio,onis,Verbale. Scribonius Largus,Pueros vel virgines liberari post complexum & deuirginationem.

Deuito, deuitas,pen. prod. {ἀλεξικακέω,φυλάττομαι,ἐξίσταμαι,ἐκκλίνω,παραγγέλλω} deuitare,Declinare,cuitare. Terent.Phorm.1.4, Quæ neque vti deuitem scio , neque quomodo me inde extraham. Idem Andr. 3.5, Posthac incolumem sat scio fore me,nunc si deuito hoc malum.

Sic Deuitare mortem.Cic.2. Tuscul.

Subterfugere & deuitare. Cic.2. Verr. Vt quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat,procellam temporis deuitaret.

Dolorem deuitare.Cic.2. Tuscul.

Incommodum.Cic.2.de Inuent.

Exiguum censum, turpémque repulsam deuitare animi, capitísq; labore.Horat.1.epist.1.

Aliquem. Cic.ad Attic.lib.9,Si nec hic,nec illic cum videro,deuitatum se à me putet.

Deuitare,Valde vitare. Festus.

Deuitatio , Verbale {ἀλεξικάκημα.} Cic.ad Attic. lib.16, Facilior enim & exploratior deuitatio legionum fore videtur , quàm piratarum qui apparere dicuntur.

Deuius {ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ} Adiectiuum , Qui longè à via habitat , inquit Budæus. Cic. 2. Philipp. Qui quum essent deuij,obuiam ei descenderunt,vt iſtum tanquam si esset Consul,salutarent.

Deuia & syluestris gens. Liu.4.bel.Maced. Lacetanos deuiam , & syluestrem gentem, quum insita feritas continebat in armis, tu conscientia,&c.

Deuium iter.Cic.1.Tuscul. Et ad Attic.lib.4.

Lustra.Ouid.3.Metam.

Montani.Liu.4.bel.Maced.

Oppidum.Cic.in Pisonem.

Rura.Ouid:1.Metam.

Deuium scortum dixit Horatius , pro vulgari & nimis prostituto.

¶Auis deuia,Id est bubo.Ouid.epist.2.

¶Deuium tibi non erit. Cic.Attico,lib.2, Tu,si in Formiano non erimus (si nos amas) in Pompeianum venito. id & nobis erit periucundum,& tibi non sane deuium.

¶Flexibile & deuium.Cic.de Amic. Quid potest esse tam flexibile, tam deuium , quàm animus eius, qui ad alterius non modò sensum ac voluntatem,sed etiam vultum atque nutum conuertitur?

Consiliis

Consiliis præceps & deuius. Cic.5.Philipp.Dubitaret credo homo amentissimus,atque omnibus consiliis præceps & deuius,non solùm cum exercitu suo,sed etiam cum omni immunitate barbariæ bellum inferre nobis,&c.

Æqui deuius.Sil.lib.1.

Pectora deuia recti.Sil.lib.8.

Deunx,deuncis,m.g. {ἕνδεκα τέταρτος} Ponderis, siue mensuræ species, vndecim vncias continens,quasi dempta vncia ab asse.

¶Deunx, Mensura vndecim cyathos capiens,vel cyathi vndecim. Sextarius enim Romanus in duodecim cyathos , velut as vel libra in duodecim vncias,diuidebatur. Martial.lib.12,

Poto ego sextantes,tu potas Cinna deunces,

Et quereris, quòd non Cinna bibamus idem. Deunces (ait Budæus libro 5.de Asse) vndenos cyathos intelligit, vt sextantes binos. Vide Sextarius Romanus,in SEX.

¶Deunx,Vndecim vncias iugeri. Hoc est,iugerum integrum.vna vncia , siue vna duodecima parte dempta. Iugerum enim diuidebatur, vt as, in vncias duodecim, hoc est in duodecim partes æquales, quæ vocabantur vnciæ. Colum.lib.5. cap.1, Partes duæ tertiæ & vna quarta , pedes viginti sex millia & quadringentos, hoc est deunx,in quo sunt scrupula 264.

Ex deunce & semuncia aliquem hæredem facere. Cicero pro Cecinna.

Auidi deunces.Pers.satyr.5.

Deuoco,deuocas,pen.corr. {κατακαλέω} deuocare, Deorsum vocare. vt Deuocare cælo Iouem.Plin.lib.28.cap.2.

Deuocare de prouincia ad gloriam.Cic.de Prouinc.Consul. Quare siqui hominem non diligunt, nihil est quòd eum de prouincia deuocent:ad gloriam deuocant,ad triumphum,&c.

Ad auxilium.Liu.6.ab Vrbe.

In dubium suas fortunas.Cæsar 6 bel.Gal.

In suspicionem maleficij.Author ad Heren.lib.2.

E cælo philosophiam , per translationem. Cic.5. Tuscul. Socrates autem primus philosophiam deuocauit è cælo , & in vrbibus collocauit.

Refixa cælo deuocare sidera.Horat.Epod.17.

¶Deuocare.Prouocare. Liu.1.Decad.lib.4, Quum ab fauciis hostibus suscitando comperisset castra Volscorum deserta esse , lætus à tumulo suos deuocat.

Deuolo,deuolas,pen.cor. {κατοδύρομαι} deuolare,Deorsum volare. Liu. 7. bel. Pun. Et Pruerni satis constat bouem locutum , vulturémque frequenti foro in tabernam deuolasse.

Deuolare deorsum.Plaut. Amphit.17.

De cælo. Liu.7.ab Vrbe.

In aliquem locum.Plin.lib.10.cap.2, Cornelius Valerianus Phœnicem deuolauisse in Ægyptum tradit.

Deuolat in terram liquidi color aureus ignis. Lucretius lib.6. de fulgure.

Qui fortunis alicuius inducti amicitiã eius secuti sunt, hi simulac fortuna dilapsa est,deuolant omnes. Author ad Heren.lib.4. Id est, auolant,citò abeunt.

¶Deuolare,pro festinare:vt Deuolare de tribunali.Liu.2.ab Vrbe, Deuolant de tribunali,vt lictori auxilio essent.

Transfugere ab amicitia,& deuolare ad aliam.Cic-pro Quinctio, Fateur se non bellè dicere , non ad voluntatem loqui posse, non ab afflicta amicitia transfugere,atque ad florentem aliam deuolare.

In forum , in portum. Liu.3.ab Vrbe. Plinius lib.35.capite 10,At Protogenes victum se confessus , in portum deuolauit , hospitem quærens.

Deuoluo, deuoluis, deuolui, deuolutum,pen. prod. {κυλίω,κατακυλίω} deuoluere , Deorsum voluere : vt Deuoluere rogos , deuoluere trabes,deuoluere saxa,deorsum præcipitare. Hæc Valla lib.5. Colum. lib.1.cap.5, Huic proxima fluens aqua è montibus oriunda, quæ per saxa præceps deuolutur.

Corpora deuoluunt in humum.Ouid.7.Metam. de peste.

Pensa deuoluere fusis.Virgil.4.Georg.

Verba.Horat.4.Carm.ode 2. de Pindaro,

Seu per audaces noua dithyrambos

Verba deuoluit.

Deuolui ex sublimi.Plin.lib.27.cap.12,Datur & decoctum eius bibendum duplici mensura ad rupta , conuulsa , contusis , ex sublimi deuolutis.

Iumenta cum oneribus ruinæ modo deuoluere. Liuius 2. belli Punici.

Deuolutus monte præcipiti torrens.Liu.8.bel.Pun.

¶Deuolui retro,per translationem. Liuius 1.ab Vrbe, Facesse hinc Tarquinios,aut Corinthum:deuoluere retro ad stirpem, fratri similior quàm patri. Imperatiui modi est.

Deuolui ad otium & inertiam.Colum.in Procem.lib.1.

Deuolui ad spem inanem. Cicero 7.Philipp. Cui quum pridie frequentes essetis assensi,postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti.

Deuoluta eò res est vt. Liu. 5. ab Vrbe , Et eò deuolui rem, vt aut Patricij,aut Patriciorum assecłæ habendi Tribuni plebis sint.

Deuoro,deuoras,pen.corr.{κατασθίω,κατεσθίω,καταπίνω,καταναλίσκω} deuorare,notæ significationis:pro Cibum non gustatum deglutire. Cato de Re rust.cap.78, Bos si ægrotare cœperit , dato continuò ei vnum ouum gallinaceum,crudum,integrum facito deuoret.

¶Deuorare,ad alia transferturi:vt Deuorare pecuniam, pro Consumere. Cicero 5. Verrina , Deuorare omnem pecuniam non dubitauit.

Comedere & deuorare. Cic.Bruto,lib.11.21,Seguliũ negligamus, qui res nouas quærit:non quo veterem comederit (nullam enim habuit) sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit.

Exhaurire & deuorare. Cic. 15. Philipp. Qui suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris deuoratis,fortunas nostras concupierunt.

Spe & auaritia , bona & fortunas aliquorum deuorare. Cic. pro Domo sua, Nõ enim arbitror,quum post meum discessum omnium locupletum fortunas,omnium prouinciarum fructus,& Tetrarcharum ac regum bona,spe & auaritia deuorasses, argẽti & supellectilis meæ cupiditate cæcatum.

Deuorare dicta alicuius.Plaut.Asin.12,

Ausultate,atque operam date,& mea dicta deuorate. Hoc est,Tanta cum attentione audiertite,vt dicta mea deuorare videamini.

Spe hæreditatem.Cic.ad Attic.lib.1.

Hominum ineptias & stultitias.Cic.de Clar.Orat. Id est, patienter ferre & dissimulanter.

Lacrymas introrsus abortas deuorat.Ouid.4.Fast.

Libros.Multa & ardentissimo animo legere.Cic.ad Attic.libro 7. epist.3,Quid enim tibi faciam,qui illos libros deuorasti?

Spe lucrum , Hoc est tam ardenter affectare , vt iam consequutus esse videaris. Cic. pro Flacco. Sumpta metaphora à canibus voracibus,qui ostenso sibi frusto,malis increpant,& mandentium speciem præbent gestientes auiditate & gannientes.

¶Deuorare,pro Absumere,eripere. Accius Æneadis,Patrio exemplo,& me dicabo atque animam deuorabo hostibus. Nonius, Deuotare melius legeretur.

Molestiam paucorum dierum , Patienter ferre & pati quæ paucis diebus duratura est,molestiam. Cic.6.Philipp.Quapropter Quirites expectate legatorum reditum , & paucorum dierum molestiam deuorate.

Nomen alicuius : Id est obliuisci nominis. Plaut. in Trinum. 13. Tractum ab iis , qui aliquid in ore tenentes , id imprudentes deuorant.

Orationem alicuius, Libenti animo & cum magna voluptate audire,vt videatur is eam quasi deuorare.Plautus Pœnulo,16. Sic Deuorare verbum aliquod apud Ciceronem,pro Sextio,Verbum ipsum omnibus modis animi & corporis deuorabat.

Orationem alicuius , pro Non satis animaduertere : & vt vulgus dicit,*non satis gustare*,vt ait Budæus. Cicero in Bruto, siue de Claris Oratoribus , Itaque eius oratio minia religione attenuata, doctis & attentè audientibus erat illustris : à multitudine autem & à foro, cui nata eloquentia est , deuorabatur. Id est non intellecta transmittebatur. Quæ significatio ducta est ab iis qui cibum non gustatum deglutiunt,quasi stupente palato.

Patrimonia deuorare.Catull.in Iulium Cæs.

Patrimonium comesum & deuoratum.Cic.in Sallust.

Prædam spe & opinione.Cic.3.Verr.

Tædium.Quintil.lib.11.cap.2.

Verbum. Vide paulo antè,Deuorare orationem.

Dolor vocem lacrymásque deuorat.Ouid.13 Metam.

¶Deuoratur vox.Plin.lib.11.cap.51,In theatrorum orchestris, scobe aut arena superiecta deuoratur vox.

Deuoratus {κατασπαραχθείς,κατεσθιόμενος,ἀναγὸς} Participium. Cic. in Pisonem, In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vtinachorum , centum talenta euomere non poteras.

Deuoueo, deuoues, pen.corr. deuoui, deuotum, pen.prod. {κατεύχομαι,κατατάττομαι,κατατίθεμαι} deuouẽre,Destinare. Cic.lib.3.Off.Quid? Agamemnon quum deuouisset Dianæ quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno,immolauit Iphigeniam.

Deuouere & constituere alicui hostiam. Cic.de Arusp.resp. Accedit etiam, quòd expectatione omnium, fortissimo & clarissimo viro T.Annio deuota & constituta hostia esse videtur.

¶Se amicitiæ alicuius,Id est dẽdere. Cæs.3.bel.Gall.Neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam , qui eo interfecto, cuius se amicitiæ deuouisset,mori recusaret.

¶Se pro populo , Id est Morti sese addicere , vt morte sua populus siue Resp.seruetur. Cic.de Senect. Idem 2. de Finib. Liuius lib.9, Equidem mortem pro patria præclarã esse fateor, & me vel deuouere pro Populo Romano legionibúsq;,vel in meos me mittere hostes paratus sum. Plin.lib.22.cap.5, Hic Decius postea se Consul, imperioso Collega,pro victoria deuouit.

Deuouendi seipsum, aut hostium vrbes exercitúsve,morem ac ritus & verba, vide apud Liu.1.Decad. lib.8. & Macrobium 3. Saturn. capite 9.

Se , fortunásque suas pro aliquorum incolumitate, otio, concordiáque deuouere.Cic.Post red.in Senatu.

Se & caput suum aliqua conditione.Cic.pro Domo sua.

Se pro ære alieno. Cic.11.Philip.Videte etiam P.Decij auctionem clarissimi viri,qui maiorum suorum exempla persequens,pro alieno ære se deuouit.

Se aris superorum.Virgil.12.Æneid.

¶Deuouere aliquem, pro Diris imprecationibus malum alicui optare. Ouid.in Ibin,

Illum ego deuoueo quem mens intelligit Ibin. Ibidem,

Deuoueo tẽque tuósque modo.

Caput alicuius deuouere.Ouid.13.Metam.

Deuotus, pen. prod. {ἀφοσιωμένος,κατάκοπος,ἀναγὸς} Participium.vt Deuota sacris sica.Cic.in Catil.

Caput deuotum.Stat.10. Thebaid.

Periuria.Catull.in Argon.

¶Deuotus,Destinatus.Virgil.1.Æneidos,

Præcipuè infelix pesti deuota futuræ. Varro,Tum deuoro tibi animo vtere.

Victima.Horat.3.Carm.ode 23.

Pectora morti.Horat.4.Carm.ode 14.

Sanguis.Horat.Epod.16.

¶Deuoti, Qui in alterius amicitiam sese dediderunt. Cæsar 3.bel. Gallici , Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis , alia ex parte oppidi Adcantuannus, qui summam imperij tenebat cum fexcentis deuotis,quos illi soldurios appellant.Quorum hæc est conditio, vt omnibus in vita commodis vnà cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderunt. Vide SOLDVRII.

¶Deuotus, Deditus. Suetonius in Tiberio Cæsare, capite 67, Siquando, inquit, de moribus meis, deuotóque vobis animo dubitaueritis, &c.
Deuotus alicui cliens. Iuuenal. satyr. 9.
Deuotus & donatus studiis. Cic. 3. Tusc.
¶Deuotus, Dirus & execrandus. Ouidius,
Viuite deuoto fœmina vírque toro. Horat. 3. Carm. ode 4,
Non me Philippis versa acies retro,
Deuota non exinxit arbor.
Domus. Ouid. epist. 9.
¶D. uoti, qui *professa* vulgò vocantur. Religiosus & deuotus olim in malam partem solùm, at hodie solùm in bonam. Alciat. in rubric. de verb. signif.

Deuoto, deuotas, Frequentatiuum {*inusitatum.*} Cic. in Paradox. Quæ vis Cocliten contra omnes hostium copias, tenuit in ponte solum? quæ patrem Decium, quæ filiũ deuouit, ac immisit in armatas hostium copias? In antiquis codicibus sic legitur.

Deuotus {*κατασπόδιος.*} Quintil. lib. 4, Modus litis, propter quam deuotus sui ipse non fuerit.

Deuotio. Verbale {*ἐκτυφλ.*} Cic. 3. de Natura deorum, Tu autem etiam Deciorum deuotionibus placandos deos esse censes. Idem pro Domo sua.
Vitæ deuotio. Cic. pro Rab. Posthu. In deuotione vitæ, & in ipso genere mortis imitatus est P. Decium filius.
¶Deuotio, Execratio {*κατάρα.*} Sueton. in Caligula, cap. 3, Lenis adeò & innoxius, vt Pisoni decreta sua rescindenti, non prius succensere in animum induxerit, quàm veneficiis quoque & deuotionibus impugnari se compertus esset.

Deuotorius, Adiectiuum: vt Carmina deuotoria apud Liuium & Macrobium, quibus homines vrbésque deuouebantur.

Deuro, deuris, penult. prod. deussi, deustum {*κατακαίω*} deurere, Idem quod vrere. Liu. 9. bel. Maced. M. Æmylius alter Consul agros Ligurum, vicósque qui in campis aut vallibus erant, ipsis montes duos Ballistam Suismontiúmque tenentibus deussit depopulatúsque est.
Deurere morsu dicitur serpens, vel afflatu, quum inflammat. Seneca lib. 1. de Clementia.
Mons deustus. Tacit. lib. 4.
Pars Circi. Tacit. lib. 4.

Deus, dei {*παρὰ τὸ δείδιναι, σπάω.*}
Deus dictus est, quòd ei nihil desit, vel quia omnia commoda hominibus dat: Siue à Græco *δέος*, quod significat metum, eo quòd hominibus metu sit. Sed magis constat id vocabulum ex Græco *θεὸς* esse dictum, aspiratione dempta, qui mos antiquis nostris frequens erat. Festus.
Nulla gens est, neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiam si ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendũ sciat. Cic. 1. de Legib.
Quis est tam vecors, qui aut quum suspexit in cælum, deos esse non sentiat? Cic. de Arusp. resp.
Cœnæ deûm Horat. 2. Serm. satyr. 6.
Contemptor deûm. Virgil. 8. Æneid.
Genitrix deûm, Cybele. Ouid. 14. Metam.
Interpres deûm. Seneca Troade, 10.
Mater deûm, Cybele. Lucret. lib. 2.
Radiantis ora dei, Id est vultus Apollinis. Valer. 5. Argon.
Rector deûm Iupiter. Ouid. 2. Metam.
Regina deûm Iuno. Virgil. 1. Æneid.
Regnator deûm, Iupiter. Virgil. 4. Æneid.
Rex deorum Iupiter. Horat. 4. Carm. ode 4.
Sator deorum atque hominum, Iupiter. Virgil. 1. Æneid.
Placidissimus deorum somnus. Ouid. 11. Metam.
Spretor deorum. Ouid. 8. Metam.
Templa & simulacra deorum. Cic. 1. de Nat. deor.
¶Dis charus ipsis. Horat. 1. Carm. ode 31.
¶Aduerso deo agere aliquid. Ouid. epist. 7,
aduerso mouimus ista deo.
Aduersis diis & fato sinistro genitus. Iuuenal. satyr. 10.
Adumbrati dij. In ADVMBRO.
Æquorei dij. Ouid. 12. Metam.
Æterni. Ouid. 3. Amor. eleg. 3.
Alienigenæ. In ALIENIGENA.
Aliger. Stat. 10. Thebaid. Sic vocat Somnum.
Alipes, Id est Mercurius. Ouid. 11. Metam.
Arcitenens, Apollo vel Cupido. Ouid. 1. Metam.
Armiger, Id est Mars. Sil. lib. 17.
Deus asper alicui. Valer. 3. Argon.
Asperi. Seneca Hippol. 6.
Auersi. In AVERTO.
Auerruncus. In AVERRVNCO.
Auidus, Id est Pluto, quòd omnes ad se recipiat. Ouid. ad Liuiam.
Auspices. Virgil. 4 Æneid.
Bellicus, Mars. Seneca Agamemn. 6.
Beneuolentes. In BENEVOLENS.
D. j boni, boni quid porto, Exultantis vox. Terent. And. 2. 2. Cic. pro Milone, Di boni, quid potest agi seuerius?
Cælestes. In CAELVM.
Cærulei, Id est dei æquoris. Ouid. 2. Metam.
Di mihi sint faciles. Ouid. 9. Metam.
Fatidicus, Apollo. Ouid. 2. Fast.
Ferales, Id est Infernales. Seneca Thyeste, 8.
Immortalis. Horat. in Arte.
D. j immortales, homini homo quid præstat, Admirantis exclamatio est. Terent. Eunuch. 2. 2. Cic. 2. de Finib. Quos dij immortales, ille, quum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat.
Indigena. Ouid. 6. Metam.
Inferni. In INFERI.

Inuerecundus, Bacchus apud Horatium, Epod. 2.
Dis meis iratissimis. Plaut. Pœn. 6. Deus meus quum dicebant veteres, genium suum intelligebant. Terentius, Memini relinqui me deo irato meo.
Latonigenæ, Apollo & Diana. Seneca Agamemn. 5.
Magni. Horat. Epod. 15.
Dij magni, Admirantis est apud Catullum ad Caluum, 14.
Manes dij. Cic. in Vatinium. Idem 7. Verr. Iam illa præclara, non testium modò cæterus, quum tua res ageretur, sed tum à diis manibus innocentium pœnas, sceleratorúmque furias in tuum iudicium esse venturas.
Maris dij. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.
Dij meliora, Modus optandi, imperfecto sermone: cui subauditur verbum adferant, vel dent. Cic. 8. Philip. Ergo habet Antonius quod suis pollicetur. quid nos? nunquid tale habemus? dij meliora. Virgil. 5. Æneid. Dij meliora piis, errorémque hostibus illum.
Minuti. In MINVO.
Mortalis quidam deus sit Orator. Quintil. lib. 1. cap. An Oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia.
Natiui. In NASCOR.
Nemorum dij. Ouid. 7. Metam. Hi sunt, Fauni, Satyri, Panes, &c.
Noctiuagus, Id est Somnus. Stat. 10. Thebaid.
O dij. Cic. Attico, lib. 9.
Ogygius, Id est Apollo. Stat. 5. Thebaid.
Opifer, Æsculapius, apud Ouid. 15. Metam.
Opifex trisulci fulminis deus. Id est Iupiter. Seneca Hippol. 2.
Parui. Horat. 3. Carm. ode 23.
Patrij. Cic. 3. Verr.
Penates. Horat. 1. epist. 7.
Dij penetrales, Id est dij penates. Seneca Thebaide, 2.
Præpes, Cupido. Ouid. epist. 8.
Princeps. Cic. in Somnio Scip. Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hûc mundũ regit, quod quidem in terris fiat acceptius, &c.
Princeps ille Deus, parens reum, fabricatórque mundi. Quintil. lib. 1. cap. 16.
Propitij. Seneca Agamemn. 6.
Rectos deos habere, Id est æquos & propitios. Horatius 4. Carminum, ode 4.
Sancti. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
Secundis diis agere aliquid. Virgil. 8. Æneid.
Summi. Ouid. 6. Metam.
Superi. Horat. 2. epist. 1.
Syluestres. Claud. in Epithal. Palladij. Intelligit Faunos & Satyros, & hoc genus deos alios.
¶Deum suæ vitæ Lentulum vocat Cic. Post reditum ad Quirites, hoc est seruatorem, conseruatorem. P. Lentulus, inquit, Consul, parens, deus, salus nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, &c.
¶Per deos. Cic. 2. Offic. Quid enim est, per deos, optabilius sapientia? Idem 3. Philip. Hâc igitur occasionem oblatam tenete, per deos immortales, Patres conscripti, &c.
¶Adhibere deos. In ADHIBEO.
Appellare deum. In APPELLO.
Dij auerruncent. Cic. Attico, libro 9, Proponis quàm sit turpe me adesse, quum quid de illo detrahatur, nefas esse approbare. certè contrà igitur? dij, inquis, auerruncent.
Auertant omen dij. Cic. 3. Philipp. Quòd si iam (quod dij omen auertant) fatum extremum Reipublicæ venit, &c.
Diis equidem auspicibus reor, & Iunone secunda
Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas. Virg. 4. Æneid. Vbi Seruius, Hoc dicit, Dij qui auspices sunt matrimonij, Æneam hunc venire fecerant. Nuptiæ enim captatis fiebant auguriis.
Ve deum, aliquem colere. Cic. de Senect.
Ad deum confugere. Cic. 1. de Nat. deor.
Nihil est quod deus efficere non possit. Cic. 3. de Nat. deor.
Placatos deos pietas efficit & sanctitas. Cic. 2. Offic.
Ad deos euehi aliquem dicimus *κατ' ὑπερβολὴν* quem felicissimum esse, & quasi supra humanam conditionem positum significare volumus. Horat. 1. Carm. ode 1.
Dij faciant: Optantis est, significátq; id quod vtinam. Cic. in Verr.
Siquis deus id faciat, Id est si fortè, si quo casu id fiat. Horatius 1. Serm. satyr. 7.
Dij vestram fidem, Admirantis aduerbium cum exclamatione, inquit Donatus. Terent. And. 4. 3.
Genuit omnia deus. Cic. de Vniuers.
Hæc deus aliquis gubernabit. Cic. Attico, lib. 11.
Informare deos coniectura. In INFORMIS.
Infringere deos precatu, Id est flectere precibus. Stat. 1. Achil.
Inferre deos minimis rebus. In INSERO.
Instigante deo numine. In INSTIGO.
Inuitis diis hominibúsque absolutus. In INVITVS.
Inuocare omnes deos in auxilium. Quintil. in Procem. lib. 4.
Iuuantibus diis. Cic. 3. Philip. His authoribus & ducibus, diis iuuantibus, nobis vigilantibus, &c.
Moderantes cuncta dij. Ouid. 1. Metam.
Per deos obsecrare & obtestari aliquem. Horat. 1. epist. 7.
Per omnes deos orare aliquem. Horat. 1. Carm. ode 8.
Dei numini parent omnia. Cic. 1. de Diuinat.
Placare deos boue, vel quacunque re alia. Horat. 1. epist. 17.
Si diis placet, Ironia. Cic. 2. de Finib.
Plaudentibus diis & hominibus. Cic. Q. fratri, lib. 2. 8.
Deorum immortalium numine omnia regi, gubernarique perspeximus. Cic. de Arusp. resp.
Deum & parentem fortunæ & nominis sui aliquem statuere. Cic. pro Sextio, Video P. Lentulum, cuius ego patrem deum ac parentem statuo fortunæ ac nominis mei, fratris, rerúmque nostrarum in hoc misero squallore & sordibus.

Di mihi

Di mihi sint testes. Ouid. 2. de Ponto, eleg 4.
Teste deo credere. Ouid. epist. 6.
Vix mihi teste deo credita vita tua est.
Testari deos. Virg. 4. Æneid. Cic. Antequam iret in exil.
Vereri deos. Cic. de Senect.
Dij bene vertant. Terent. Eunuch. 2. 3. In omnibus quæ cupitè venerint, dici solet, ait Donatus.
In aliqua re videri alteri deum. Cicero 2. de Orat. Qui ordo tibi placet, inquit Catulus, & quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper deus videri soles, Id est, singularis ac summus. Terent. in Adelph. Act. 4. scen. 1,
Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum:
Virtutes narro. Deum te facio, Id est, summis te laudibus effero. Socrates apud Platonem in Menone, ait hanc Laconum esse consuetudinem, vt quoties aliquem virum admirantur, dicant, *θεῖος ἀνὴρ ἔσσι*: Id est, Diuinus vir hic est. Quintil. lib. 1. cap. An oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia, Virum omni laude cumulatum, numerísque omnibus consummatũ, vulgò mortalem deum dici solium indicat. Nam & sapientes, inquit, formantes eum qui sit futurus consummatus vndique, & (vt dicunt) mortalis quidam deus, non modò cognitione cœlestium vel mortalium putant instituẽdum, &c. Qui verò scse ingenioſe rebus egregiis accommodant, eos lib. 1. de Oratore Cicero quasi à Deo fictos vocat. Sunt autem, inquit, quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, sed ab aliquo Deo ficti videantur.

Deitas, quæ & Diuinitas dicitur *ἀπὸ τοῦ θεοῦ.* August. lib. 7. de Ciuitate Dei, Hanc diuinitatem, vel, vt sic dicam, deitatem: nam & hoc verbo vti iam nostros non piget, vt expressius è Græco transferant, quod illi *θεότητα* appellant, &c.

Deuteragonista, æ *δευτεραγωνιστής.* Qui secundas partes agit, vel alteri subseruit, scenicus, qui secundas partes fabulæ agit. Budæus.

Deuteria, æ, penultima producta *δευτερία.* Genus vini quod vigorem suum perdidit. Fit autem huiusmodi ex maceratis aqua vinaceis post mustum acinis expressum. Latini loram vocant, & secũdarium. De hoc Plin. lib. 14. cap. 10.

Deuterologi *δευτερολόγοι.* Causidici dicuntur qui adiuuare accusatorem poterant, quos oportebat summissius agere, quàm eum quem sequebantur. Prædianus Subscriptores à Ciceronе appellari ait. Huiusmodi sunt hodie, qui in causis illustribus perorandis solent adesse ei qui causam ipsam agit, & cum circunstare, gestúque & tacita admonitione se ab eo stare profiteri. Budæus.

Deuteropotmus *δευτεροπότμος.* Ita dicebatur, cui iam quasi mortuo iusta celebrabãtur, & qui deinde præter omnium opinionem saluus rediret, vt ex bello, vel peregrinatione.

Deuterurgon *δευτερεργὸν.* Lanæ quoddam genus, quam posteriores etiam epigraphon dixere, sicut eius artifices deuterurgos vocarunt. Significauit vestem hanc in Bacchis Lysippus. Cuius verò gentis fuerit hæc, parum compertum est. Ex Cælio Rhodig. lib. 16. cap. 10.

DEVTORIX *δευτόριξ.* Bæroritis filius magni apud Cheruscos nominis ductus inter cæteros captiuos Germanico Iumori clarissimum præbuit triumphum. Author Strab. lib. Geogr. 7.

Deutoruga, deutorugæ *δευτόρυγα.* Genus vestis quoddam apud Athenienses, ex prouincia nomen habens, quemadmodum Sardonica, Sicula, Phrygia, ac aliæ multiplicis generis. Vide Alexan. Genial. dier. lib. 5. cap. 18.

D E X

DEXAMENAE, plurali numero *δεξαμεναί.* Ambraciæ regiuncula est, ita dicta à Dexameno Mesoli filio, & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuisse perhibetur. Author Stephanus.

DEXAMENE *δεξαμένη.* Vna ex nymphis marinis, à recipiendo dicta.

DEXICREON, ontis {*δεξικρέων*} Nauclerus quidam negotiandi causa enauigarat in Cyprum, cui iamiam onus in naues imposituro Venerem iussisse ferunt, aquam tantùm in nauim imponeret, statímque solueret. Ille verò dicto audiens comportata in nauim aqua, profectus summa tranquillitate, sitiẽtibus reliquis & mercatoribus & nautis, aqua singulis venundata multum inde argenti collegit, éxque eo statuam dææ posuit, quam ex suo nomine appellauit. Cælius Rhod. lib. 29. cap. 18.

DEXIMONTANI. Carmaniæ populi, dexteram ripam Granij amnis accolentes. Author Plin. lib. 6. cap. 23.

DEXIPPVS *δεξίππος.* Orator Athenienſis fuit, sub Valeriano, & Aureliano principibus. ¶Fuit & alter hoc nomine medicus, patria Cous, discipulus Hippocratis. Author Suidas.

Dextans, dextantis, masc. gen. {*δεξάμενος*} dicitur quia assi deest sextans, quemadmodum duodeuiginti & deunx. Hæc Festus. Colum. libro 5. capite 1, Pars dimidia & tertia vigintiquatuor millia, hoc est dextans, in quo sunt scrupula 240, Quo in loco dextantem à deunce separat: subdit enim postea deuncem valere scrupula 264. Est autem dextãs, idem quod decem vnciæ. Diuidebatur autem iugerum, vt as, in duodecim vncias, hoc est duodecim partes æquales, vt ibidem plaſſimè docet Columella.
¶Dextans, Decem cyathorum mensura. Vide Sextarius Romanus, in SEX.

Dextera, penul. corr. vel, Dextra, dextræ, manus altera {*δεξιὰ, δεξιτερά.*} Virg. 2. Æneidos,
si Pergama dextra
D. fendi possent, etiam hac defensa fuissent. Plin. lib. 11. cap. 43, Dextera procerior.
¶Certa dextra. Vide CERTVS.
Crudelis. Ouid. epist. 10,
Dextera crudelis quæ me, fratrémque necauit.

Fabrilis. Ouid. 4. Metamorphoseos. De Vulcano.
Ferox. Claud. epigr. 34,
dextra ferox in vulnere sæuit.
Fidissima. Valer. 5. Argon.
Funerea. Valer. 7. Argon.
Hostilis. Virg. 10. Æneidos,
Tantáne me tenuit viuendi nate voluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ
Quem genui?
Impia. Ouid. epist. 7,
Non bene cæleſtes impia dextra colit.
Inermis. Claud. 5. Paneg.
Lassa. Stat. 10. Thebaid.
Letifera. Ouid. 12. Metamorphoseos,
Certáque letifera direxit spicula dextra.
Inuicta bello. Virg. 6. Æneid.
Strenua. Ouid. de Medicamine faciei.
Studiosa. Ouid. epist. 21.
Supplex. Stat. 1. Achilleidos,
vltro etiam veneratur supplice dextra.
Temeraria. Lucan. lib. 8.
Terribilis. Ouid. 2. Metam.
Tremula. Ouid. 5. Fastorum,
tremula dant vina rubentia dextra,
Accipit æquoreus pocula prima deus.
Venalis. Sil. lib. 5.
Viuax. Ouid. ad Pisonem,
Nunc quoque viuaci seruaris pectora dextra, &c.
Vltrix. Seneca Herc. fur. 11.
¶Abluere sanguine dextram obsoletam. Seneca Agamem. 13.
Affectare dextram. Virgil. 3. Æn. Verùm vbi nulla datur dextram affectare potestas. Hoc est intendere, scilicet sic vt posset nauem tenere. Seruius.
Afferre dextram ad omne facinus. Seneca Med. 12.
Amplecti dextram. Seneca Herc. fur. 4,
vnde illum mihi
Quo te tuámque dexteram amplectar.
Appetere dextram. Vide APPETO.
Assurgens dextra. Virg. 10. Æneidos,
Iámque assurgentis dextræ, plagámque ferentis
Æneæ subiit mucronem, ipsúmque morando Sustinuit.
Audendum dextra. Virg. 9. Æneidos,
prior Hyrtacides sic ore locutus,
Euryale, audendum dextra, nunc ipsa vocat res.
Cedo dextram. Vide CEDO.
Dextram dextræ committere. Ouid. in epist. Sic apud Virgilium multis in locis Iungere dextras, pro Pacifci & ferire fœdus.
Compescere impiam dextram. Seneca Herc. fur. 6.
Computare annos dextrâ. Vide COMPVTO.
Coniungere dextras. Virg. 1. Æneidos,
auidi coniungere dextras Ardebant.
Victricem dextræ coniungere dextram. Ouid. 8. Metam.
Conserere. Stat. 1. Sylu. 6,
Edunt vulnera conserúntque dextras.
Contingere. Ouid. 3. Amor. eleg. 7,
Qua perit aliquis, potes hanc contingere dextram?
Copulari. Vide COPVLO.
Dare alicui. Virg. 3. Æneidos,
Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus
Dat iuueni: atque animum præsenti pignore firmat. Dextra enim consecrata est Fidei. Seruius.
Dextram dare dicimus, non modò manum præbere, sed etiam auxilium præstare. Virg. 6. Æneid.
Miti aliquem deducere dextra. Sil. lib. 12.
Dextram oculis fatigare. Tacit. lib. 15.
Imbuere rudem dextram cruore. Seneca Troad. 4.
Inhibere. Seneca Herc. OEth. 12,
Parcite ô dites, inhibete dextras.
Intendere ad statuam. Vide INTENDO.
Dextras ineuntes iungere. Vide INTERVNGO.
Dextræ iungere dextram: maiorum enim hæc fuerat salutatio: cuius rei *τὸ αἴτιον*, id est causam Varro, Callimachum secutus, exposuit: asserens omnem eorum honorem, dexterarum constitisse virtute: ob quam rem hac se venerabantur corporis parte. Hæc Seruius. Virg. 1. Æneidos,
cur dextræ iungere dextram Non datur?
Iungere dextram ad fœdera. Valer. 6. Argon.
Iungere hospitio dextras. Virg. 3. Æneid.
Mouere prælia collata dextra. Ouid. 1. Fast.
Obarmare dextras. Horat. 4. Carm. ode 4.
Aliquid dextra obruere. Virg. 5. Æneid.
Opposui dextram passuræ vulnera fronti. Ouid. 12. Metam.
Precans dextra. Virg. 12. Æneidos,
Ille humilis, supplexque oculos dextrámque precantem
Prorendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit.
Prehendere dextram. Cicero 1. de Diuinatione, Quúmque te tua patria vi pulsum esse dixisses, prehẽdisse eum dextram tuam, & bono animo te iussisse esse, &c.
Dextra refellere dicta alicuius. Virg. 12. Æneidos,
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam? Id est virtute. nam pro rei officio ipsam rem posuit, dextram scilicet pro virtute. Seruius.
Renouari dextras cupere. Tacit. lib. 2. Idẽ author (referente Alciato) ostendit lib. 18, dextras concordiæ signa vltro citróque destinari ab exercitibus solitas.
Reprimere dextram, pro continere. Virg. 12. Æneidos,
Æneas voluens oculos, dextrámque repressit.

Tangere dextram. Virg. 7. Æneidos,
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
Tendere. Cicero 10. Philipp. Quæ quidem nunc M. Bruti imperio, authoritate, copiis non instructa solùm, sed etiam ornata tendit dextram Italiæ, susúmque ei præsidium pollicetur. De Græcia.
Viduare dexteram ense. Seneca Hippol. 6.
¶ Dexterá se antiqui venerabantur, per dexteram iurabant, tanquam fidei sedem, & virtutis ministram.
Testes fidei, dextræ. Cic. 11. Philipp. Dextræ quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violatæ.
Firmior non tam in bellis & in prælijs, quàm in promissis & fide dextera. Cic. pro Deiot.
Fidem & dexteram porrigere. Cic. post reditum in Sen. Qui mihi primus afflicto & iacenti, Consularem fidem, dexterámq; porrexit.
Per hanc te dexteram oro. Terent. Andr. 1. 5. Vbi Donatus, Fœderis & fidei mẽbrum erat dextera. Cic. pro Deiot. Per dexterá istam te oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti, &c.
¶ A dextra canere. Cic. 1. de Diuin. Iupitérne cornicem à læua, corúum à dextera canere iussisset.
A dextera maris. Plin. lib. 12. c. 14, Saba regio à dextera maris scopulis inaccessa.
Dextera, ablatiuus, pro In parte dextera. Plautus Amphit. 4, Hinc enim dextera vox aures vt videtur verberat. Salluſt. in Iugurtha, Dextra Adherbalem adsedit.
Dextra, læua. Liu. 4. ab Vrbe, Dextra montibus, læua Tyberi amne septus.
Dextra, læuáque largè amplectens montem. Plinius lib. 2. cap. 11.
Dextra, siniſtra. Cic. 4. Academ. Suprà, infrà, dextra, siniſtra, antè, pòst, &c.
Ad dextram. Vide AD præpositionem.
Ad dextram & Ad læuam, contraria. Cicero de Vniuerſ. Nam & antè & ponè, ad læuam & ad dextram, & surſum & deorsum, &c. Idem 12. Philipp.
Dextrabus, pro dexteris. Antiquum. Liuius Odyſſ. Déque manibus dextrabus. Nonius.

Dextella, Diminutiuum {δεξιδίον.} Cicero Attico, libro 14, Q. F. vt scribis, est dextella per eum ignitur, quod volemus, facilè auferemus. Id est, eo quasi dextera vtemur ad auferendum ab Antonio quod volumus. est enim Antonij familiaris.

Dexter, dextra, dextrum, vel dextera, dexterum, penultima corr. {δεξιὸς} Qui dexteræ partis est, inquit Sipontinus. Virgil. Quò tandem mihi dexter abis?
Dextrum cornu & siniſtrum in acie tenere. Liu. 3. ab Vrbe.
Fores dextræ. Ouid. 2. Metam. Signáque sex foribus dextris, totidémque siniſtris, &c.
Manu dextera tenere pateram. Cic. 1. de Diuinat.
Dextra auspicia Prospera. Festus.

Dextrale {δεξιδίωτον} Ornamentum dextræ, commune viris & mulieribus. Vsus est Cyprianus libro De habitu virginum, citans Esaiam. Dextrarum tibiarum genus est, quæ dextra tenentur. Festus.
¶ Dexterior, Comparatiuum. Ouid. 12. Metamorphoseos,
saucius armo
Dexteriore Medon.
Dexterior pars. Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. De taurorum compressu.
Martialis lib. 5, Et ſtellam cubito dexteriore premit.
¶ Dexter. Prosper, propitius. Virg. lib. 8,
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
Adsit Domitianus dexter, ac volens. Quintil. in Procem. lib. 4.
Dexter ades ducibus. alloquitur Ianum. Ouid. 1. Fast.
¶ Dexter, Aptus, conueniens, agilis, ab aptitudine dexteræ manus. Strab. lib. 3. Sylu.
Signa frænatæ moderatus alæ
Castore dextro.
¶ Dexter. pro dextere aduerbio. Liu. 9. ab Vrbe, Rem per se populari ea dexter egit, vt rodendis corporibus, animi multo plus militum imperatori reconciliarentur.

Dexterè, Aduerbium, Feliciter {δεξίως.} Liu. 1. ab Vrbe, Notitiáque eum breui apud regem, liberaliter, dexteréque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat iura. Horat. 1. Serm. sat. 9,
Nemo dexterius fortuna est vsus.

Dexteritas, penultima correpta, dexteritatis {δεξιότης} Aptitudo, conuenientia. Liuius 7. bel. Maced. Multa in eo & dexteritas & humanitas visa.

Déxtimum {δεξίτατον} & siniſtimum antiqui pro dextro & siniſtro dicebant, teste Festo. Varro {δεξιὸν λέξιον,} Primo compito déxtimam viam munit Epicurus. Salluſtius in Iugurtha, Sylla cum equitatu apud dextimos, in siniſtra parte Aulus Manlius cum funditoribus & sagittariis.

Dextrarij {ζύγιοι} Dicuntur equi maximè bigarij.

Dextro, dextras, dextrâre. Solinus, Tarpeium Iouem trina dextratione lustrauit. Circumactio vel circuitio explicari poterit, quòd equi scilicet templum Capitolini Iouis dextrorsum ter circumierãt. Dextrare igitur est dextrorsum ire: sed vox est parum Latina.

Dextrocherium {ψελιοδέκτον} Muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in anuli lati formam gemmis pretiosiſsimis integebatur. Iulius Capitolinus scribit Maximinum pollice fuiſſe tam vasto, vt dextrocherio vxoris vtereturpro anulo. Meminit Cælius libro 8. capite 13. vbi docet dextrariolum in libro Iudith, non aliud esse, quàm dextrocherium.

Dextrorsus & dextrorsum {ἐπὶ τὰ δεξιὰ} Id est, à dextra parte, aut versus dexteram partem. Cic. 1. de Diuin. Dextrorsum orbem flammeum. Plin. lib. 24. cap. 16, Efficaciſsimum remedium esse aiunt, si tres quoque trium nationum homines perungãt dextrorsus. Liu. 6. bel. Pun. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Dextrouersum Aduerbium {πρὸς τὰ δεξιὰ} A dextra parte. Plaut. Curcul. 2, Si deos salutas, dextrouersum censeo. Idem Rud. 4.

Di, & dis, præpositiones eiusdem significationis sunt, quia ambæ separatiuæ, & in compositione solùm reperiuntur. Componitur autem di, cum dictionibus incipientibus à D, vt Diduco: G, vt Digero: L, vt Diluo: M, vt Dimitto: N, vt Dinumero: I, vt Diiudico: V, vt Diuerto.

D I A

DIA {Δία} Deæ nomen, quæ apud Sicyonios & Phliaſios colebatur, eadémque fuiſſe creditur cum Hebe Iuuentutis dea. Vide Strabon. libro 8.

DIA {Δία} Insula est maris Ægæi, vna Cycladum, distans à Delo 17. M. paſſ. Aliis nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionyſias à vini fertilitate. Author Plin. lib. 4. cap. 12. In hac Liber pater Ariadnen à Theseo destitutam vxorem duxit: Qua de causa etiá Baccho sacram esse volunt. Ouid. in Triſtibus,
Quà breuis æquoreis Dia feritur aquis.
¶ Est item Dia Theſſaliæ vrbs, ab Æaco condita, Alia item Thraciæ, ad Athon montem. Tertia, Eubœæ. Quarta, insula iuxtà Scyllæum Peloponnesi promontorium, oppidum habens eiusdem nominis. Quinta, Lusitaniæ, ad Oceanum. Sexta, Italiæ, iuxta Alpes. Septima, Scythiæ, iuxtà Phaſim. Octaua, Cariæ. Nona, Bithyniæ, iuxtà Pontum. Author Stephan.

Diabateria, plur. num. {διαβατήρια} Sacrificia, quæ pro transitu fiunt. Horum meminit Plutarch. in Lucull.

Diabathra, diabathræ {διαβάθρα} Genus solearum Græcanicarum, ait Festus. Turnebus muliebria calceamenta fuiſſe scribit. Varro, Diabathra in pedibus habebat, erat amictus epicroco. De homine dictum cultum muliebrem & molliorem gerente.

Diabathrarij sunt, qui Latinis Coriarij. Nam Diabathra, vt scribit Festus, Græcarum solearum species est. Plaut. in Aulularia. Sedentarij, sutores, diabathrarij. Varro quoque meminit ex Næuio, Diabathra in pedibus habebat. ¶ Capiuntur etiam pro gradibus pensilibus, seu scalis. Batho enim ascendo significat. Hinc Anabathra. Iuuenalis sat. 7.

Diabetes, Renum affectio quædam est, quam nonnulli matellæ intercutem vocant: vrinæ profluuium alij: quidam dipsacon. Sitim enim parit extra modum, vnde dicitur dipsacos, vti author est Paul. Ægineta lib. Medicinæ tertio. Diffinitur autem ab eo, παρὰ τὴν ὑπερβολὴν διαβαίνειν. Id est perceler eorum quæ ebibita sunt transitus: vnde & διαβήτης, diabetes nuncupatur, ὅτι τὸ διαβαίνει. Meminit & Galen. lib. 1. de Crisib.

Diabetes, diabetis, penult. prod. masc. gen. {διαβήτης} transitus, ὅτι τὸ διαβαίνει. Vnde & pro siphone vsurpatur. Colum. lib. 3. cap. 10, de vite, Naturali enim spiritu omne alimentum, virentis quasi quædam anima per medullam trúci veluti per siphonem, quem diabetem vocant mechanici, trahitur in summum.

DIABITAE {διαβῆται Stephano} Insulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum, quas recenset Plin. lib. 5. cap. 31.

DIABLINDI {διαβλινδοί} Galliæ Lugdunensis populi, quos commemorat Plinius lib. 4. cap. 18.

Diabole {διαβολὴ} Latinis Calumnia, cui aras Athenienses consecrasse, testis est Theophraſtus apud Diogenianum.

Diabolus. Erasmo delatorem, aut calumniatorem significare videtur: à verbo διαβάλλω, quod est deferre, traducere, siue infamem reddere. Budæo autem aduerſarium.

Diacatharotia {διακαθαρμία} Id muneris est, quum Imperator priuatis fundis concedit, vt purgentur. διακαθαίρω enim, idem est quod purgo. Alciat. in l. Quicunque. C. de omni agr. deser. lib. 11.

Diacatoche {διακατοχή} Bonorum possessio dicitur: & Diacatochus, Bonorum possessor. Reperitur hæc dictio in lege Quicunque. Codice, De omni agro deser. sed corruptè: Diacatochiæ enim ibi legitur pro Diacatoches vel pro Diacatochi. Monuit Budæus in annotationibus.

Diacheton, Spina alba est, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cuius radix vuguentis expetitur, aliàs dipsacos dicitur. Plinius lib. 24. cap. 13.

Diachyton {διαχυτὸν} Dulcis vini genus, quod'fit, vt Plinius author est, vuis in sole siccatis loco clauso per dies septem, in cratibus, totidem pedes à terra alte, noctibus à rore defensis, octauo die calcatis. Hæc ille lib. 14. cap. 9.

Diacodion {διὰ κωδείων} Medicamentum quod ex capitibus papaueris fit. Plinius libro 20. capite 19. Sanè κώδεια caput papaueris significat.

Diaconus, diaconi, penult. corr. {διάκονος} significat miniſtrum, à verbo διακονέω, id est miniſtro.

Diacope, diacopes {διακοπὴ} Intercisio, separatio. Diacope siue Diastole, apud Iulian. Rufinianum, figura est, qui inter duo eadem verba diuersum ponitur aliquid medium, vt, Duc, age, duc ad nos.

DIACOPENE, diacopenes {διακοπήνη} Cappadociæ regio, ad Halym fluuium. Strabo lib. 12.

Diacopi {διάκοποι} Vocabãtur in aggeribus meatus intercisi, siue incilia hiantia, per quæ Nilum transmittebant in arua remotiora, segetibus destina. Vlpian. l. penult. D. de extraord. crimin. Commata etiam & Diacopi, qui in aggeribus fiunt.

Diacosmum {διάκοσμον} Strabo accipit pro instructione, aut etiam catalogo, vt quum Homerum prodit meminisse in Paphlagonico diacosmo. Vide Cæl. Rhod. lib. 1. cap. 6.

Diactor {διάκτωρ} Quasi internuntius, quod nomen datum est Mercurio, quem deorum internuntium Poetæ finxerunt.

Diadema, penult. prod. diadematis, penult. corr. neut. gen. {διάδημα, μάτος} Ornamentum capitis regum insigne. Tacit. lib. 5, Surena patrio more Tiridatem insigni regio euinxit. Paulo pòst subdit, Delectum capiendo diademati diem hunc concelebrauerant. Surenæ enim gentilibus ius erat, nouo regi primùm diadema ponere. Reginæ quoque eo insigni ornabantur, vt docet Plutarch. in Luculllo de Monima Mil. sia, altera Xerxis vxore, cuius magna fama & honor apud Græcos.

Græcos. Hæc Baysius. Cic. 2. Philip. Diadema ostendis: gemitus toto foro. vnde diadema? Martial. lib. 8. Cui diadema daret marmore picta Nomas.
Generis diadema. Claud. de Nuptiis Honorij.
Regum diademata. Stat. 3. Sylu. 2.
Imponere diadema. Cic. 2. Philipp. Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plausu reiiciebat. Ibidem 3. Philip. Vt Collegæ diadema imponerer.
¶ Diadema (inquit Cælius lib. 24. cap. 6.) erat fascia candida, quæ regum capitibus obligabatur. Quod insigne regium inuenit primus, authore Plinio, Liber pater. Coronam lauream fascia præligatam quum quidam Cæsaris statuæ imposuisset, Tribuni Pleb. detrahi coronæ fasciam, & duci in vincula hominem iusserunt. Alexandrum Magnum legimus, quandoque sibi diadema detraxisse vulneri obligando quod in fronte acceperat Lysimachus. Quam rem protendisse illi regnú ferunt, quod & mox sit consequutus. Tradit Ammianus Marcellinus, inuidiæ Pompeio datú ab obtrectatoribus, quòd fascia obligatum crus circunferret vlceris causa, veluti nouarum rerum affectationis præsagiú id foret, vnde illud est Ciceronis de Põpeio ad Att. lib. 2. epist. 3, Mihi caligæ eius & fasciæ creratæ non placebant. In gente Turcarum reliquias etiamnũ antiqui moris seruari palam est. Suetonius in Iulio cap. 79, Quum sacrificio Latinarum, reuertẽtes eo, inter immodicas ac nouas populi acclamationes, quidam è turba ſtuæ eius coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset, & Tribuni plebis Epidius Marullus, Cæsetiúsque flauius, coronæ fasciam detrahi, hominémque duci in vincula iussissent: dolens seu parum prosperè motam regni mentionem, siue (vt ferebat) ereptam sibi gloriam recusándi, Tribunos grauiter increpitos potestate priuauit: neque ex eo insamiam affectati etiam regij nominis discutere valuit, quanquam & plebi regem se saluranti, Cæsarem se esse, non regem respondent: & Lupercalibus, pro Rostris à Cõsule Antonio admotum sepius capiti suo diadema repulerit, atque in Capitoli Iouis Optimo Maximo miserit. Hactenus Suet. Ideo Tribuni fasciam coronæ laureæ, quam quidam imposuerat ſtatuæ Cæsaris, detrahi iusserunt, quia videbatur significare regiam potestatem: quod nomen apud Romanos erat inuidiosiſsimum. Fascia enim cãdida nihil aliud est, quàm diadema: quod regum insigne primus inuẽnit Liber pater, vt testatur Plin. lib. 7. cap. 56.

Diadematus, penult. prod. {διαδεδεμένος} Diademate ornatus: vt Diadematus Apollo. Plin. lib. 34. cap. 8. Item Apollinem diadematum.

DIADEMATVS, cognomen fuit L. Cæcilij Metelli, eam ob causſam ita appellatus, quod frontem ex vlcere diu ligauerit fascia, quæ diadema Græcè dicitur. Author est in Coriolanis Plutarchus. Hic fuit Metelli Macedonici, qui quatuor reliquit liberos, filius: & posteà à deuictis Dalmatis est appellatus Dalmaticus. Epito. Liu. 62. & Eutropius lib. 4.

DIADES {Διάδες} Ciuitas Athenarum, ab Athenienſibus ædificata, quæ freto incumbit ad Caunum. Sic Strab. lib. 10.

Diadicasia {διαδικασία} Latinè altercatio, quę à continua oratione differt. Huius præcepta Quintil. lib. 6. posuit: Bonus, inquit, altercator vitio iracundiæ caret. Nullus enim rationi magis obstat affectus, & fert extra causam, & plerunque deformia conuicia facere ac mereri cogit, & ipsos nonnunquam iudices incitat. Budæus.

Diadochos {διάδοχος} Gemma beryllo similis. Plin. lib. 37. cap. 10, ¶ Apud Athenienſes autẽ Diadochi dicebantur οἱ συνπαίδες, hoc est quingenti viri, quorum concilio de rebus publicis priuatíque statuebatur. Ita dicti quasi succeſſores, ad differentiam Areopagitarum, quorum perpetuus erat magiſtratus.

DIADVELLA {διαδύελλα} Mons est Æthiopiæ proximus, in quo Rheni fluminis origo esse dicitur. teste Strab. lib. 4.

Diadumenus {διαδούμενος} Quasi vittatus, diadematúsque: quo nomine dictus iuuenis quidã speciosus, quem Polycletus ex ære expreſsit. Plin. lib. 34. cap. 8, Polycletus Sicyonius Agelladis discipulus Diadumenum fecit molliter iuuenem, centum talentis nobilitatum.

Diadysis {διάδυσις} Fruſtratoria fugiratio, certamen rectum, legitimúmque detrectantis. Budæus Comm.

Diaeresis, huius diæresis, penult. corr. f. g. {διαίρεσις} Latinè Diuiſio. Cic. Att. lib. 6. Breue autem edictum est propter hanc meam διαίρεσιν, quòd duobus generibus edixendum putaui, &c.
¶ Diæresis, Figura est Grammaticis, quum vna syllaba diuiditur in duas: vt, Olli respondit rex Albai longai, pro Albę longæ: & Aulai in medio libabant pocula Bacchi, pro aulæ: &, Diues pictai vestis & auri, pro pictæ. Donatus.

Diæta, diætæ, f. g. {δίαιτα, ἡ διαγωγή} Cœnaculum, quod & cœnatio siue cœnationcula dicitur. A cõuersatione & victu nomen habet. Apud Græcos enim διαγωγὴ significat viuere & conuersari. Plin. Iun. in epist. Ex triclinio in diætam siue cœnatiunculam transitus. Scæuola de Legat. 3. Liberto meo ex domo mea quam libertis meis dedi, diæta in qua habitaui. Varro, quòd in ea per diem edatur, dici existimat.
Diætæ hypocaustæ. Vlpian. in l. Ligni. §. lignis autem legatis. D. de legatis 3.
Diætula, diætulæ, penult. corr. Diminutiuum. Plin. Iunior lib. 5. ad Apollinarem, epist. 6.
¶ Diæta, Viuendi modus ac lex. Cic. Att. lib. 4. ep. 3. Diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. Sec hoc loci per metaphorã Cic. loquitur. De Clodio enim qui in se & suos impetú fecerat, sed fuerat repulsus, sic ait: Ipse occidi potuit. sed ego diæta, &c. Ipse inquã Clodius. Séius est: Institui me tueri contra meos inimicos moderatione quadam: qua vtens, spero fore, vt huic malo dies quotidie magis medeatur, sicuti solet dicta non rectè se habentibus. Ferro vt res agatur, minimè volo. Ab ægrotantibus sumpta tralatio.
¶ Diæta in hortis habitationem significat amœnitatis & voluptatis causa extructam, l. 43. §. 1. D. de legat. 1. l. 13. §. vlt. D. de vsufruct. Meminit & Lamprid. in Heliogabalo, qui Zætas appellat more Græco rum, qui διὰ in ζὰ sæpe commutant, vt ζάζηλος pro διάζηλος apud Ecclesiasticos scriptores, & maximè Paulinum.

¶ Diæta, Iudicium, sed arbitrorum. Aristoteles enim ponit eandem differentiam inter diætam & diæsterion, quam Cicero ponit inter arbitrium & iudicium. Hinc Diæterion, locus in quo iudicant arbitri, & Diæsetæ, pen. prod. ipsi arbitri. Vide infrà.

Diætarij {διαιτητικοὶ} vocabantur ministri diætæ seruientes, quorum meminit Vlpian. de fundo instructo. l. Quæsitum est.
Dictarij fures à furconsulis dicuntur, qui in aliena cœnacula furandi gratia se dirigebant, quos Vlp. scribit plus quàm fures esse puniendos. Itaque aut ad tempus relegãdos, aut in opus publicum dandos, aut fustibus cædendos. Tit. de extraord. crimin. l. Sacculatij. Hã loander legit Directarij. Cui lectioni fauet verbum Dirigunt.

Diæteta, æ {διαιτητὴς} Arbiter datus, vel cognitor. Sic vocabantur iudices, qui per singulas tribus lecti numero erant quatuor & quadraginta. Vide Polluc. lib. 8. & Bud. in annot. poster. & Comment.

Diætetica {διαιτητικὴ} medicina dicitur quæ victu medetur, teste Celso lib. 1, In Procœmio, nempe quæ ex moderata victus ratione sanitatem tuetur: vulgus regimen vocat.

Diaglaucion, Genus collyrij, ex glaucio herba temperatum. Plinius lib. 27. cap. 10.

Diaglyphice, es {διαγλυφικὴ} Ars est ſtatuaria ad impreſſuram spectans: anaglyphice verò, quum ita exculpsimus, vt promineant imagines. Ex Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 24.

Diagoge, es {διαγωγὴ} Itatio. Herodot. lib. 4. ¶ Est etiam institutũ vitæ, & oblectamentum quo tædium vitatur, vt sunt ludicræ actiones. Arist. Ethic. 10. & Strabo lib. vlt.

Diogogica tributa {διαγωγικὰ τέλη} Vectigalia, quæ in trajiciendo pendũntur, cuiusmodi sunt ad Rhenum hodie compluria. Strabo lib. 4.

DIAGONDAS, Nomen proprij viri. Cic. 2. de leg. Diagondas Thebanus nocturna omnia in media Græcia lege perpetua sustulit.

Diagonios {διαγώνιος} linea recta ab angulo parallelogrammi ad oppositũ angulũ, quæ dicebatur etiã diagonalis, vt dicit Vitru. lib. 9. c. 1, Ergo quoniam id nõ explicatur numero in ea quadrato lõgo & lato pedes decem, quæ fuerit linea ab angulo ad angulum diagonios perducatur, vti diuidatur in duo trigona æqua magnitudine, singula areæ pedum quinquagenum, ad eius lineæ diagonalis longitudinem locus quadraturs paribus lateribus describatur. Martianus angulatè vocat, quia ab angulo ad angulum pertinet. Budæus.

DIAGORAS, penult. corr. {διαγόρας} Milesius philosophus, & poeta Melicus, post Pindarum & Bacchilidem, quem Democritus ob physiognomiam, quum seruus esset, emit mille drachmis, vt disciplinis erudiret. Vocatus est ἄθεος, quòd nullos deos esse putaret. Sic præterea mysteria contempsit, vt etiam ea sectantes auerteret. Quare ab Athenienſibus pulsus est, qui talẽtum polliciti sunt iis qui eum interfecissent. Suidas. Cic. lib. 1. de Nat. deor. {Diagoras item Rhodius gaudio exanimatus, de quo scriptum est apud Gell. cap. 15. lib. 3.

Diagramma, diagrammatis, neut. gen. {διάγραμμα} Geometrica figura, vel inscriptio libri. Vitruu. lib. 6. cap. 1, Vti in diagrammate musico mediana vocis habent sonitum. ¶ Est etiam diagramma perscriptio & breuiarium quoddam in publicis collationibus fieri solitum, vt ex censu tributa conficerentur, vt author est Suidas. Cic. in Verrem scripturam vocat, hoc est rationem mancipum, id est eorum, qui aut pascua publica, aut decumas quæstus sui causa redimebant. Cælius lib. 10. cap. 20.

Diagrammata appellantur figuræ quales ab Aristotele identidem describuntur in organo. Vitruuius lib. 5. cap. 5, descriptionem vocat diagramma.
Ab vno diagrammate. Locutio prouerbialis. Vide A & Ab præpositiones.

Diagrammismus {διαγραμμισμὸς} Species fuit ludi tesserarij veteribus, in quo, vt inquit Eustathius, adhibebantur calculi sexaginta, tum albi, tum nigri. Meminit Philemon, vt testis est Cælius Rhod. lib. 20. capite 27.

Diagraphice, huius diagraphices, penult. corr. Plin. lib. 35. cap. 10, Et huius authoritate effectum est Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est picturam in buxo docerentur, reciperetúrque ars ea in primum gradum liberalium. διαγραφὴ, Descriptio: Antiquatio & peremptio rei cœptæ, vel iam peractæ.

Diagrapharius {διαγραφάριος} Qui publica repetit, teste Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 20.

Diagrapheus {διαγραφεὺς} Qui censu conscribendo præfectus est. Cæl. lib. 10. cap. 10.

Dialectica, dialecticæ, siue Dialectice, dialectices, penultima correpta {διαλεκτικὴ} ars bene differendi, ὅτι τὸ διαλέγεσθαι, quod est disserere & disputare. Cicero in Topicis, Iudicandi enim vias diligenter perfecuti sunt, eam sententiam quam dialecticen appellant. Cicero 2. de Oratore.
Dialectica, veri & falsi quasi disceptatrix & iudex. Cicero 4. Academ.
Dialectica, quasi contracta & astricta eloquentia putanda est: sine qua etiam tu Brute, iudicasti te illam iustam eloquentiam, quam dialecticam dilataram esse putant, consequi non posse. Cicero de Claris Orat. Hoc diferimen ab Aristotele & Zenone iactatum deriderat Cicerone 2. Fin.
Dialectica infantiæ garrula disciplina. Author ad Herenn.
Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. Cic. 2. de Orat.
Similis pugno dialectica. Cic. 2. de Fin. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat, quòd latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius. Idem in Orat.
Dialectica habet rationem ne cui falso assentiamur, néve vnquam captiosa probabilitate fallamur. Et paulo pòst de eadem, Nam sine hac arte quemuis arbitramur à verò abduci, fallíque posse. Cicero 3. de Finib.
Dialectica primo progressu festiuè tradit elementa loquendi, & ambiguorum intelligentiam, concludendíque rationem: tum paucis

additis venit ad Soritas, lubricum sanè & periculosum locum. Cic.4. Academ.

Dialectica,dialecticorum,plur.num.neut.gen. {τὸ διαλεκτικόν.} Cic. Att. lib.14, Accubans apud Vestorium hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

In dialecticis omnem curam consumere. Cic. de Claris Orat.

Dialecticè,aduerbium {διαλεκτικῶς.} vt Dialecticè dicere. Cic. 1. Acad.

Dialecticè disputare, Idem 2. de Fin.

Probare dialecticè. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Dialecticus,penult. corr. {διαλεκτικὸς} Substantiuum, Qui dialecticam tenet. Cic. in Orat. Disputandi ratio & loquendi Dialecticorum sit: Oratorum autem, dicendi & ornandi.

¶Dialectici, Cornificio lib. 2. ad Herennium in amphibologia non alij sunt quàm Stoici, vt & alias sæpe apud Ciceronem: Nam quòd diligentissimè rationem disputandi callebant, nomẽ vniuersum proprium suúmque effecerant. Cornificius, Vehementer pertinere cognitionem amphibologiarum eam quæ à dialecticis profertur, &c. Turnebus.

Acumen dialecticorum. Cic. 1. de Orat.

Mina merces dialecticorum. Cic. 4. Acad.

Quid sit verum aut falsum, dialecticus iudicabit. Cic. 4. Acad.

Ad dialecticum deferendæ sunt sortes ambiguæ. Cicero 2. de Diuinatione.

Dialecticus. Adiectiuum {διαλεκτικὸς} Quod ad dialecticam pertinet. vt Captiones dialecticæ. Cic. 2. de Fin.

Disputationes dialecticæ. Quintil. lib. 5. cap. 14.

¶Dialecticus, est, vt interpretatur in Cratylo Plato, qui interrogare, & ad interrogata aptè respondere nouit. Budæus.

Dialeucon {διαλεύκων} Croci sartui genus, in medio candidum, vnde & nomen accepit. Plin. lib. 21. cap. 6, Est, inquit. & per se genus sartui blandissimum: vulgò, quum sit medio candidum, dialeucon vocant.

Dialis, penult. prod. quasi Iouialis, Adiectiuum, ἀπὸ τοῦ Διός, quod Iouem significat. vt dialis flamen. Liuius 5. ab Vrbe. Et libro 6, Apex dialis.

Flaminica Dialis. Tacitus libro 4, Sed lata lex, qua Flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri, cætera promiscuo fœminarum iure ageret.

Dialis & hoc diale, Vide DIES.

Dialithon {διάλιθον} positum inter ornamenta muliebria Polluci lib. 7. cap. 22. vbi Gualterus vertit Gemmam.

Diallage, penult. corr. {διαλλαγὴ} à nostris transfertur conciliatio. Figura est quum plura argumenta ad vnum effectum deducuntur. Author Quintil. lib. 9. cap. 2, non procul à fine. Ibidem quoque cap. 3. Figura tamen elocutionis hic nulla est.

Dialogus, dialogi, penult. corr. masc. gen. {διάλογος} Latinè disputatio: à διαλέγομαι, quod est disputo. Oratio est in qua disputantes introducuntur, quotquot authori libuerit: vt Dialogus Ciceronis de Amicitia. Cic. Att. lib. 13, Feliciter velim, inquam, séque laudo. sed quando? Nihil ad me, inquit, de tempore: quoniam rem probo. At ego, inquam, censeo prius, quàm proficiscaris, ita patri quoque morem gesseris. Faciam, inquit, vt censes. Hic dialogus sic concluditur est. Sed heus tu, &c.

¶Includere in dialogos. Cic. ad Att. lib. 13.

Dialogus, vt inquit Quint. sermo est ex interrogatione, & responsione compositus, de ea re, quæ vel Philosophiam, vel Reipub. partes attingeret, disceptans, cum apposita verborum, personarúmque expressione. Laert. in vit. Platonis.

Dialogismus {διαλογισμὸς} A Rufiniano refertur inter schemata διανοίας, quum scilicet quis secum rem aliquam volutans, tanquam cum altero colloquens, interrogat & respondet. Exemplum insigne est illud Eunuch. Terent. Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem, Quum accersor vltro? an potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Excludit, reuocat: redeam? nõ, si me obsecret.

Dialogista {διαλογίστης} Qui artem disserendi, vsúmque optimè callet. Sic enim in Auidieno Vulcatius scribit: Non deerant qui illum Catilinam vocarent, quum ita se appellari gauderet: addebat, Se futurum Sergium, si dialogistam occidisset, Antoninum philosophum significans. Ex Cæl. lib. Antiq. 7. cap. 30.

Dialutensis, & dialutense. vt Dialutense genus purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 37, Est longe optimum purpuris dialutense, id est vario soli genere natum.

Dialysis, penult. corr. fœm. gen. {διάλυσις} Latinè dissolutio dicitur. Est etiam figura, de qua in DIALYTON.

Dialyton, penult. corr. {διάλυτον} Dici potest dissolutum. figura est contraria polysyntheto, carens coniunctionibus: vt Ferte citi flammas, date tela, impellite remos. Donatus. Dicitur & Asyntheton.

Diamastigosis {διαμαστίγωσις} Solennitas fuit maxima apud Lacedæmonios, cuius cum alij meminere, tum Tertullianus in Apologetico, & in lib. ad Martyres: Nam, inquit, hodie apud Lacedæmonios solennitas maxima est Diamastigosis, id est flagellatio: in quo sacro ante aram nobiles quoque adolescentes flagellis afflguntur, astantibus parentibus & propinquis, & vti perseuerent adhortantibus. De hac etiã Philostratus in vita Tyan. Apoll. & Nazianz. Greg. & Lucia. in Anacharsi.

Diameter, vel diametrus, diametri, penultima correpta, masculini generis {διάμετρος} Est recta linea per centrum inscripta, figurámque ex æquo secans. Latini dimetientem vocant, Nam Græcis διάμετρος, παρὰ τὸ διαμετρεῖν, id est, à dimetiendo dicitur. Columella libro 5. capite 10, Esto area rotunda, cuius diameros habeat pedes septuaginta.

Diameter, Adiectiuum. Firmicus lib. 4. cap. 1, Si istum Lunæ cursum, Mars vel Saturnus quadrata, seu diametra radiatione respexerit. Sic alibi frequenter.

Diamoron {διαμόρον} Medicamentum σύμμικτον, id est ori gratum, quod mororum succum recipit. Author Galenus libro 1. de alimen. facult.

DIANA, penult. prod. {Ἄρτεμις} à διός, quasi Iouiana, Iouis filia ex Latona, quæ & Luna: sic dicta, quòd quasi diem noctu efficiat. Vel quòd noctu sola luceat, quasi lucens vna. Quapropter & noctiluca in palatio vocabatur, quòd ibi noctu templũ eius luceret. Vel quasi Deuiana, quia venantes per syluas deuiare solent. Ab ea Dianus dicebatur locus ei consecratus. Eandem esse Lucinam dicunt & Iunonem. Iunonem, à iuuando: Lucinam, quòd partum in lucem prodat, quam in pariendo inuocant. Virgil. Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Siue (vt Plinius sentit) quòd oculis præsit & luci. Siue à luco quem Romæ in Exquiliis habebat. Dicta est & Proserpina. Et Dictynna, de quo suo loco. Præterea Hecate dicta fuit, vel quòd cẽtum victimis placaretur, vel quòd centum annos errare faceret insepultos. Dicta est & Pergæa, à Perga Pamphiliæ oppido, in quo templum habuit insigne. Plures tamen Dianas fuisse Cic. lib. de Nat. deor. scribit, Sed illa nominatissima est, quę eodem partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata est. Hæc ob virginitatis amorem fertur hominum cõsortia fugisse, & vt à se libidinis pruritum amoueret, venando syluas incolebat, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetram, succincta semper incedens, & cothurno induta. ob hanc causam syluarum & nemorum dea putabatur. Dicta & Fascelis, à fasce lignorum, vbi eius simulacrum abditum erat, quod occisso Thoante Tauricæ regionis rege, ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum est. Cic. 2. de Nat. deor. Itaque vt apud Græcos Dianam, eámque Luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant, quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à venando, sed quòd in septem numeratur tanquam vagantibus. Diana dicta, quia noctu quasi diem efficeret. Adhiberut autem ad partus, quòd ij maturescunt aut septem nonnunquam, aut vt plerunque nouem lunæ cursibus, qui quia mensa spatia conficiunt, Menses nominantur. De eadem Idem in Arato, Vt quondam Orion manibus violasse Dianam Dicitur, &c.

Dianæ plures. Cic. 3. de Nat. deor.

De simulacro Dianæ. Cic. 6. Verr. Fuit apud Segestanos ex ære simulacrum Dianæ, tum summa atque antiquissima præditum religione, &c.

Alphernia Diana. Vide ALPHERNIA.

Amarusia Diana. Vide AMARVSIA.

Armata. Stat. 9. Thebaid.

Clara. Valer. 5. Argon.

Iaculatrix. Ouid. 5. Metam.

Incincta. Ouid. epist. 4,

Quid iuuat incinctæ studia exercere Dianæ?

Inferna, Id est Hecate. Valer. 5. Argon.

Integra, hoc est incorrupta, casta. Horat. 3. Carm. ode 4,

Testis mearum centimanus Gyges

Sententiarum, notus & integræ

Tentator Orion Dianæ

Virginea domitus sagitta.

Limenetis Diana. Tacit. lib. 4, Auditæ dehinc Lacedæmoniorum & Messeniorum legationes de iure templi Dianæ Limenetidis.

Lucifera. Id est Luna. Valer. 7. Argon.

Nocturna. Ouid. 15. Metamorphoseos,

Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ

Esse potest vnquam.

Omniuaga. Vide OMNIVAGVS.

Tria virginis ora Dianæ. Virgilius 4. Æneid. Alludit ad tria nomina Dianæ.

Syluarum potens. Horat. in Carm. secul.

Scythica. Ouid. 14. Metamorphoseos,

Quæque colunt Scythicæ stagnum nemorale Dianæ.

Succincta. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.

Torua. Ouid. 6. Metam.

Verecundia. Ouid. in Ibin.

Dianius, penult. corr. Adiect. Quod est Dianæ. Ouid. lib. 5. Fastorum, Exagitant & Lar, & turba Dianiafures,

Peruigilántq; Lares, peruigilántq; canes. Turbam Dianiam appellat canes Dianæ dicatos, vtpote quibus vtitur Diana venatrix.

Dianaria, Herba quæ Græcè est artemisia, vt est apud Vegetium in mulomedicina.

DIANENSES, Hispaniæ citerioris populi, in conuentu Carthaginiensi, de quibus Plin. lib. 3. cap. item 3.

Diancea {διάνοια} Ratiocinatio, mens, siue intellectus, vel sensus, vel sententia.

DIANIVM {Διάνιον} Vulgò *Denia*, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in ora maris Balearici. Ptolem. inter Edetanorum oppida enumerat, lib. 2. cap. 6. ¶Est & hoc nomine insula, quam Artemisiam vocant, contra Cosanum litus, in Corsica. Plin. lib. 3. cap. 6.

DIANIVS, Locus Dianæ sacratus. Festus.

Diaparthenia {διαπαρθένια} Munera, quæ sponsæ pro delibata virginitate dantur. Cæl. lib. 11. cap. 60.

Diapasma, huius diapasmatis, penul. corr. n. g. {διάπασμα} Inspergimen quo ad sudores coercendos vtimur: cuiusmodi sunt quæ siccis odoribus constant, à verbo διαπάσσω, quod est inspergo. Plin. lib. 21. cap. 19, Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos. De rosis aridis & expressis loquitur. Martialis lib. 1. in Fescennian.

Quid quod olet grauius mistum diapasmate virus? Plinius lib. 13. cap. 2, Siccis odoribus constant, quæ diapasmata vocantur.

Diapason, penult. corr. {διὰ πασῶν} Musicæ artis symphonia. constãs ex quinque tonis & duobus semitonis, id est ex diapente & diatessaron. Plin. lib. 2. cap. 22, Ab eo ad Iouem dimidium, & ab eo ad Saturnum dimidium, & inde sesquiplum ad Signiferum: ita septem tonos effici, quam Diapason harmoniam vocant, hoc est vniuersitatem concentus.

Diapenidion magnum, Medicamentum est asthmaticis, arthriticis, phthisicis, peripneumonicis & pleuriticis salutare, cuius compositionem vide apud Galenum lib. 2. de Dinamidis. ¶ Est & alterum Diapenidion

Diapenidion minus, quod facit ad vulnera, quæ intrisecus sunt, maturanda, de quo idem Gal. vbi suprà.

Diapensia, nonnullis Sanicula appellata, Quarta pentaphylli, seu quinquefolij species est, cui in caulículorum summitatibus, & adnatorũ fastigiis capitula prodeunt subalbida, facie fragris similia. Prouenit in riguis, & scrobiũ marginibus, caulículis tenuibus, floribus aureis, è quibus subinde semẽ oritur. Pediculos de se mittit, & in singulis quina folia oblonga, mẽtæ ferè æmula, in ambitu tamen magis serrata. Radix illi subrubens apparet, quæ in plures radiculas diuiditur, elleboro nigro crassiores. Vide Mathiol. Senẽs. apud Dioscor. lib. 4.

Diapente {διὰ πέντε} quasi de quinque: quia totidem voces refert.

DIAPHANES {διαφανὴς} Fluuius est Ciliciæ, ea in parte, qua Syriæ conterminia est: ita dictus ab aquæ perspicuitate. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. ¶Sic etiam lapis quidam vocatur, quòd transluceat, de quo Lucianus in Pseud.

Diaphanum {διάφανον} Latinè dicitur transparens. Iulian. ex Phœnicum & Iamblichi doctrina ait lumen esse purum actum: diaphanum verò actus eiusmodi vehiculum, & id quidem incorporeum, neque permixtum corporeis qualitatibus, quanuis per ea diffusum omnia. Vide Cæl. lib. 15. cap. 1.

Diaphora, pen. corr. Latinè differentia {διαφορά} Schema est Oratoribus, quum verbum iterarum aliam sententiam significat ac significauit primò dictum. Id est huiusmodi, In vniuersum mulierem quid potius dicam, aut verius quàm mulierẽ? Rutilius Lupus. At hæc ambiguitas figuram nullam facit.

Diaphoresis {διαφόρησις} Digestio dicitur Galen. & distractio. Alij migrationem interpretantur apud Cic. epist. lib. 16. Nõ desunt tamen, qui ibidem διαφώνουσι, hoc est declamationem malint legere.

Diaphoretica medicamenta {διαφορητικὰ φάρμακα} A Latinis vocantur discussoria, quum scilicet in vlceribus colliciones non ad pus & saniem perducãtur (quod Græcis πυοποιῆσαι, id est maturare dicitur) sed discutiuntur, vt sine suppuratione aliqua soluantur, & euanescant. Id enim Græci διαχωρεῖν dicunt. Vide Cæl. Antiq. lect. lib. 27. cap. 28.

Diaphragma, huius diaphragmatis, n. g. {διάφραγμα} Omne mediũ: à verbo διαφράττω, quod est distinguo & f. paro. Vnde à Galeno sumitur, pro parte illa corporis, partim membranosa, partim musculosa, quæ superiora viscera, nempe cor & pulmones, ab inferioribus distinguit ac separat: quæ à quibusdam septum transuersum appellara est, quum tamen situs eius obliquus sit maximè: vnde septum obliquum potius dici deberet. est autem præcipuum respirationis instrumentum. Cels. lib. 4. cap. 1.

Diaphrattontes {διαφράττοντες} Græcis membranæ dicuntur in corpore humano, quæ rectę ad iugulum vsque perferuntur. Intercipientes Latinè dixeris. Gal. lib. 5. de anatomic. adminis.

Diapnoe {διαπνοὴ} Medicis est aëris attractio citra nostrum propositum, à naturali calore per superficiem. Vide Cælium Rhodig. libro 27. cap. 20.

Diaponi {διάπονοι} Cretici canes sunt, quorũ in venando gloria plurima. Noctes enim addunt labori, sæpéque feris assidẽtes dormiunt, mox orta luce depugnant. Ex Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 28.

Diaporesis, pen. prod. {διαπόρησις} Latinè addubitatio dicitur. Figura est qua veimur quum propter res aliquas volumus videri dubitare quo potissimum genere orationis vtamur. Quale est Cic. pro Cluentio Prœmium, Equidẽ quò me vertam Iudices nescio. negem fuisse illam rem, &c.

Diapsalma, atis {διάψαλμα} Cõmutatio rhythmi, aut vicissitudo canendi, vt quidam volunt. Alij pausationem spiritus interpretantur: alij alterius sensus exordiũ: alij rhythmi distinctionem: alij verò cuiusdam musicæ varietatis silentium. Author Hieronym. in epist. ad Marcell. cuius initium, Quæ acceperis, &c. Meminit Cæl. Rhodig. lib. 15. cap. 20.

DIAREVSA, Insula Chio finitima, cuius meminit Plin. in descriptione insularum ante Asiam, & c. lib. 5. cap. 31.

Diarium, huius diarij {ἡμερικὸς} Victus quotidianus, vel præmium laboris diurni. Martial. lib. 11. epigr. vlt. Sed Lupus vsuram, puerísque diaria poscunt.

Vrbana diaria. Horat. 1. epist. 14.

¶Diarium, dicitur Græcè ephemeris: vulgò *registrum* vocatur, nimirum liber quo res quotidianæ continentur. Vide COMMENTARIVS Hinc etiam à Galeno febris ephemera dicitur, Latini diariam febrem vocant, nempe quæ quolibet die semel aut bis apprehendit.

Diarrhœa {διάῤῥοια.} Cic. Gallo, lib. 7. 27, In cœna augurali apud Lentulum tanta me διάῤῥοια arripuit, vt hodie primùm videatur cœpisse consistere.

Diarryton {διάῤῥυτον} Græcis significat aquosum, paluſtre: quo cognomine etiam Hipponem, Aphricæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum est Numidiæ) distinxerunt: quos & Romani imitati, Hipponẽ diarrhytum vocauerũt. Author Plin. lib. 5. cap. 4.

Diarthrosis {διάρθρωσις} Dearticulatio, ossium structura dicitur, quorum motus euidens est. Huius tres species facit Galen. lib. de ossib. quem vide.

DIAS, Sophista Ephesius Philippi Macedonis tempore commemoratur à Philostrato.

DIAS, Diadis {Δίας} Lyciæ oppidum, à Diade quodam conditum, à quo & nomen accepit. Author Stephan.

Diasatyrion {διασατύριον} Compositio quædam medicorum ad excitandam veneremi: ita dicta, quòd satyrion herbam recipiat, excitando veneris appetitui imprimis efficacem.

DIASCONES {Διάσκονες} Pannoniorum populi sunt, quorum imperiũ Bato tenuisse fertur, authore Strab. lib. 7.

Diasia {Διάσια} Milichij Iouis sacra fuerunt, Athenis celebrata, vt Suidas & Lucianus in Charidemo docent. Meminit & Aristoph. dicta ἀπὸ τοῦ διαφυγεῖν αὐτοὺς δίκας τὰς ἄδικε. Scribit Hesychius, Diasia celebritatem fuisse Athenis, quæ cum quadam tristitia agererur. Alex. ab Alex. Dialia vocat, aitque his in festis Athenienses extra vrbem non veras victimas, sed commodè effictas offerre solitos. Vi-

de Genial. libro 3. cap. 12.

Diasphendone {διασφενδόνη} Supplicij genus, quod antiquis in vsu fuit, quum videlicet arborum duarum incuruatis cacuminibus, obligatum hominis corpus emittitur. Huius meminit Plutarch. & Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 5. Alij Disphendomena vocant. Vide infrà.

Diastema, atis {διάστημα} A Græcis dicitur pro spario, intercapedine, seu interuallo. Vtitur hac voce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falsus est, quòd penult. syllabam corripuerit, quæ apud Græcos per ω longam vocalem scribitur. Sic, inquit, Placidam Paphien seruare diastema quintum.

Diastematicè vox {διαστηματικὴ φωνὴ} Interuallata vox est, hoc est, quam canendo suspendimus. In qua non tam sermonibus, quàm modulis inseruimus: estque vox ipsa tardior, & per modulandas varietates quoddam faciens interuallum, non taciturnitatis, sed suspensæ ac tardæ potius cantilenæ. Huic opponitur σωνεχὴς, quæ continua est. Ex Cæl. Antiq. lib. 9. cap. 5.

Diastole, penult. correp. {διαστολὴ} distinctio. Figura quum vna dicto vel sententia ab alia distinguitur: vel quum breuis syllaba producitur.

Diastolen cordis & arteriarum vocat Galenus quum dilacrantur cor & arteriæ in longum, latum & profundum: quemadmodum etiam systolen vocat, quum contrahuntur: quæ duo simul pulsum efficiunt.

Diastylus {διάστυλος} Quum trium columnarum crassitudinem intercolumnio interponere possumus. Vitruu.

Diasyrmos {διασυρμὸς} Eleuatio vel irrisio dicitur, vt apud Tullium 1. Verr. Est adhuc (id quod vos omnes admirari video) non Verres, sed Quinctus Murius.

DIATESBES {Διατησβαῖος} Montanorum populi in Sardinia, quam etiam frequenter populantur, qui antea Iolenses nominabantur. Memoriæ enim proditum est, Iolaum pleroſque adducentem Herculis filios, huc applicuisse, & cum insulæ accolis Barbaris cohabitasse, qui natione Thusci erant. Vide Strab. lib. Geograph. 5.

Diatessaron {διὰ τεσσάρων} de quatuor: quia quatuor voces habet. Est autem Diatessaron authore Macrobio, musicæ mensura, constans duobus tonis, & semitono minore.

Diatettigon {διατέτιγμα} Medicamentum est ad renum vitia valde vtile, de quo Paulus Ægineta, vt refert Cælius Rhodiginius libro 4. cap. 19.

Diatheca, æ {διαθήκη} & Diatheca, orum, pro testamento ponitur, & pro hæreditate quæ testamento obuenit. Budæus Comm. Quum autem testamentum significat, pluraliter plerunque effertur. Martialis lib. 11,

-quantum diatheca valent, & quinque comati,

Tunc quum pauper erat, non sitiebat Aper.

Diathyron {διάθυρον} Obicem significat transuersarium ductilem, aut versatilem, id est, repagulum è materia compactum, quod & vehicula & equos à vestibulo ædium arcet, qualia multa Lutetiæ videntur. Vsus est hoc verbo Vitruuius. Vide Bud. in Annotat.

Diatoni lapides, Vide in FRONTANI.

Diatonicum {διατονικὸν} Vnum est ex melos generibus, quæ tria recensentur à Macrobio, Enharmonicum, Diatonicum, & Chromaticum. Sed ex iis, quod principe loco positum, nimis intrusa, nimísq; recondita difficultate defertum exoleuit. Tertium mollitie insita, infamiæ nota non caruit. Medium verò, Id est d. atonicum, mundanæ musicæ doctrina Platonis asscribit. Hæc Cælius Ant. q. lection. libro 9. cap. 2.

Diatreton, diatreti, pen. prod. {διάτρητον} Foratile, pertusum, tornatile, aut torno factum significat: à verbo διατρέω. Sũt igitur calices diatreti cælati, & tornatiles, quæ toreumata verbo Græco dicuntur Sallustio, Ciceroni, Tranquillo. Martial. lib. 11. epigr. 67,

O quantum diatreta valent, & quinque comati:

Tunc quum pauper erat, non sitiebat Aper. Aliter tamen legitur ab interpretibus. Vlpianus ad legem Aquiliam, l. si seruus, Si calicem diatretum faciendum dedisti, siquidem impertia fregit, damni iniuria tenebitur.

DIATRETARIVS {διατρητοπώλης} Cælator, qui tornata opera perficit. Eius mentio fit in l. 1. de excus. artif. lib. 10. Cod. Vide & Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 7.

Diatriba, æ {διατριβὴ} Conuersatio. Item Exercitium, exercitatio, studiũ. Vsurpatur & pro loco disputationis & exercitij, siue auditorio, à Gellio lib. 1. cap. 16. & lib. 10. cap. 5.

Diatrium pipereum {διὰ πεπέρεως πτερέων} Medicamentum est quod ex tribus generibus conficitur, additis anisso, thymo & gingibere, vt ostendit Gal. lib. 4. de sanit. tuend.

Diatritarii {διατριτικοὶ} Medici quidam nuncupati sunt deridiculi causa, quoniam cibi abstinẽtiam initio morbi in diem tertium prorogabant. Proinde subsannans Galenus identidem διατρίτου διάπνοιαν appellat Therapeutices octauo. Vide Cælium Rhodig. libro 22. cap. 9.

Diatrygium {διατρύγιον} Fructiferum nonnullis intelligitur apud Homerum. Alij loca inter vites, quæ feruntur, vel partem, vbi maturuerint vuæ, hoc nomine significari putant. Vide Cæl. Antiq. lect. lib. 28. cap. 26.

Diaturel {διατρυτὴς} Custodes nauis sunt, qui non pretio cõducti, sed solo victu nauem custodiebant. Vox est composita ἀπὸ τοῦ διάτρυτος, id est victus, παρὰ τὴν δίαιταν quod custodem notat. Alciatus in l. 1. D. naut. caup. stab.

Diatyposis {διατύπωσις} Formatio, descriptio, statutum. ¶Est ité Rhetoribus schema, vbi rebus delectis, personarũ & formas ipsas, & habitus describimus & exprimimus. Author Roman. Aquil. de figuris.

Diaulium {διαύλιον} Dicebatur, quum in scena tacentibus omnibus, solus intus caneret tibicen. Cæl. Antiq. lect. lib. 9. cap. 7.

Diaulodromi {διαυλοδρόμοι} Sunt qui cursum Circensem peragunt, Id est δίαυλον, qui quum ad metam peruenerant, flectentes eo rursus recurrebant vnde cursum inierant. Bud. in Annot.

Diaulonitum {διαυλόνιτον} & n.plur. Diaulonia, locorum sunt angustiæ, & fauces, in quibus cothurnices, aliæq; aues illaquentur. Bud. in Annot. & Comm.

Diaulus {διαυλος} Spatium duorum stadiorum. Stadium enim, vt Hieronymo placet, pedes in lõgitudinem sexcentos habet, diaulus mille ducẽtos, milliariũ stadia octo, dolichus stadia duodecim. Vitruu. lib.5, In palæstris, inquit, peristylia quadrata, siue oblonga ita sunt faciẽda, vti duorum stadiorum habeãt ambulationis circuitum, quam Græci vocant διαυλον. ¶Item Diaulus vir erat, ex medico factus cadauerum funerator, de quo Martialis,

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Diaxyla {διάξυλα} Dicuntur Græcis quæ intus probiore sunt materia, solidioréque, vel vt in medio lignea prorsum. Cæl. Rhodig. libro 25. cap. 18.

D I B

Dibalo, dibalas, dibalare, Verbum antiquum. Varro lib. 6. de Lingua Latina, Multa ab animalium vocibus translata in homines, partim quæ sunt aperta, partim obscura. Perspicua, vt Ennij, Animus cum pectore latrat. Cæcilij, Tãtam rem dibalare, vt pro nihilo habuerit.

Dibaphus, pen. corr. {δίβαφος} Adiectiuum, bis tinctus. Dibapha Tyria, purpura bis tincta. Plin. lib. 9. cap. 39. Huic successit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Id est mille Iuliis, vel cẽtum aureis solis. Paulo pòst, Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio.

Dibapho strumam vestire, Prouerbialiter dicitur de iis, qui scelera, turpitudinem, sordésque suas, honorum fastigio occultant, aut honestare nituntur. Struma enim, vt colligunt nonnulli, exstantia quædam in tergo est, sicuti in pectore habeatur gibbus. Cic. 2. ad Attic. Deinde Vatinij strumam sacerdotij dibapho vestiant, &c. Id est veste purpurea, & bis tincta. Dibapha enim, vel dibaphus Græcis est purpura bis tincta, à δὶς & βάπτω. Vtebantur autem purpura sacerdotes & magistratus. Vnde lepidissimè Cic. ad Cælium, Curtius, inquit, noster δίλογον cogitat: sed eum infector moratur.

DIBRITACH {δίβριτος} Oppidum Parapotamiæ regionis, quæ Tigri proxima est. Author Plin. lib. 6. cap. 27.

Dibolia {δίβολια} Tela sunt cuspidis duplicis, cuius erat modi Cimbrorum iacula. Probat Cælius Rhodig. ex Plutarch. lib. Antiq. lect. 11. cap. 16.

DIBVTADES Sicyonius, primus fuit figulus Corinthi, qui ex creta docuit fingere, primúsque personas tegularum extremis imbricibus imposuit. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

D I C

DICA {δίκη} dea iudiciorum præses dicitur: quæ dictio etiam ius significat. & ob id Græcè dicta, quia lites & contentiones dirimat: eiúsque deæ diaconi & ministri, δίκεραί, id est iudices dicuntur, quasi litium diremptores. Budæus.

Dica, dicæ, priore corr. {δίκη} vt, Acte Acta, Calliope Calliopa, vt ait Donatus, & Latinè significat causam & iudicium. Budæus.

Dicas, vel dicam sortiri. Cic. 4. Verr. Aduenit dies, quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicas sorturum Syracusis ille edixerat. Id est sortitione causas cogniturum. Budæus.

Dicam grandem impingere alicui. Terent. Phorm. 2. 3. Id est graui actione agere. Est enim dica, actio qua contra aliquem in iudicio experimur.

Dicam scribere, Idem, nimirum formulam intendere, & certa lege agere apud iudicem. Plaut. Aulul. 26. Idem Pœn. 12, Cras subscribam homini dicam. Terent. Phorm. 1. 2, Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam. Cic. 4. Verr. Scribitur Heraclio dica.

Dicam scribere, à Iurisconsultis Dictare actionem dicitur, seu intendere. Item iudicium dictare, teste Budæo.

Dicacitas, Dicaculus, Vide DICO, dicis.

DICAEA {δίκαια} Vrbs Macedoniæ, in Thermaico sinu, à Dicæo Neptuni filio. Author Plin. lib. 4. cap. 10.

DICAEARCHIA, pen. prod. {δικαίαρχεια} Vrbs quæ nunc Puteoli dicitur, teste Plin. lib. 3. cap. 5. & aliis: Sic dicta quòd ea ciuitas quondã iustissimè regebatur, vt Festus author est. Quidam Dicæarcheam scribunt, quidam Dicæarchæam propter Græcam ω. Poetæ secũdam & tertiam syllabam contrahunt, aut si mauis, elidunt secundam, & Dicarchiam, vel Dicarcheam efferunt.

Vrbs Dicarchea. Sil. lib. 13.

Sinus Dicarchei. Stat. 2. Sylu. 2.

Portus Dicarchei. Stat. 3. Sylu. 5.

Profundum Dicarcheum, pro mari Dicarcheo. Stat. 2. Sylu. 1,

Celsa Dicarchei speculatrix villa profundi.

DICAEARCHVS, Siculus è Messana, Aristoclis auditor, Philosophus, Orator & Geometra: scripsit de Republica Spartiatarum, quẽ librum quotannis prælegere in loco publico cautum est, iuuenésque auditum conuenire. Huius Dicæarchi multis locis meminit Cicero. ¶Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus Aristarchi auditor. Suidas.

Dicædotes {δικαιδότης} Iuris dator, iustitiam exhibens. Qui rectus prouinciam mittitur, is vicem principis obtinet: sub eo est is qui δικαιδότης dicitur, Id est iura reddens, & iurisdictionem habens. Hæc Bud. in Annotat.

DICAEVS, Apollo cultus & appellatus est, quòd quum Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum à fugiente conditum, in sinu eius celatum esset. Author Plin. lib. 34. cap. 8.

DICAEOGENES, pen. corr. poeta, scripsit Tragœdias & Dithyrambos. Author Suidas.

Dicæologia, pen. corr. {δικαιολογία} Iustificatio dicitur. Rutilius, Dicæologia, schema est, quod fieri solet, quum æquitatem causæ quàm maxime breui sententia complectimur. Hîc eloquutionis schema nullum est.

Dicasis, Dicasit, Vide DICO.

Dicasticum {δικαστικὸν} Dicebatur merces, quæ iudicibus dabatur pro opera iudicandis controuersiis impensa, hoc est, sportulæ iudiciales, sportularia pecunia. Bud. in Annot. poster.

Dicax, Vide DICO, dicis.

DICEAE {δίκαιαι} Thraciæ oppidum, in Bistonum gente, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Dicelicæ {δικελικαὶ} Dicebantur apud Laconas, qui Comicos lusus obibant. Fuit enim, inquit Cælius, quod scitu dignum est, apud Spartanos Comici lusus species, verùm studij nõ magni, frugalitatem in eo quoque affectante ciuitate. Dicendi præterea erat formula, argumentum nõ aliud ferè, quàm pomorum furta, & id genus pleraque. Qui eiusmodi ludos obirent, ab Laconibus Dicelicæ nuncupabantur, velut Scenopœos dicas, & Mimetas, Id est imitatores. Hæc ille lib. 6. cap. 17. Et Athen. lib. 13.

Dicella {δίκελλα} Ensis genus vtrinque scindens. Ná, vt prodit Theon, macella est, quæ vno tãtùm cædit mucrone. At dicella, quæ duobus. Ex Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 16.

Dichalcum {δίχαλκον} Quadrans oboli dicebatur apud Græcos, vt author est Alex. Genial. lib. 4. cap. 24. Meminit & Cæl. Antiquar. lect. lib. 10. cap. 2.

Dichasteres {δικασταὶ} Dicuntur quatuor dentes anteriores, qui in meditullio constituti habentur, à diuisione nomen sortiti. Insequuntur hos duo κυνόδοντες appellati, siue canini, quoniam in acutum producti caninos præferant dentes. Adiacent qui dicuntur gomphi, seu molares: quibus adnumerantur quos mylos nuncupant: post quos postremi sophronisteres, sic enim Cleanthes vocabat: Auicenna dẽtes sensus, vel intellectus. Vide de his plura apud Cæl. Antiq. lect. lib. 4. cap. 1.

Dichoræus {διχορεῖος} Genus pedis, de quo sic Cic. in Orat. Insistit autem ambitus modis pluribus, è quibus vnum est secuta Asia maximè, qui Dichoræus vocatur, quum duo extremi choræi sunt, id est è singulis longis & breuibus.

Dichotomus {διχότομος} Apud nos idem est quod dimidiatus, siue per medium sectus, qualis septimo quoque die post plenum orbem Luna videtur. Cyrill. & Ammon.

Dichus {δίχως} Mensura est Attica capiens heminas sedecim, vt vult Aristoph. interpres. Alij Choa duodenas cotulas capere tradunt, vt iam Dichus vigintiquatuor cotularum esse debeat, idémq; cum bicongio, quod & Plin. voluit. Athen. lib. 10. de temulentia loquens, huius mensuræ meminit, quum ait Alexandrum illa prouocasse Proteam, & cætera quæ ibi videre poteris.

Dices {δίκες} Vermes appellantur, qui sunt in virentibus lignis, ac humectis, sicut qui in aridis thripes, qui in vitibus ices: cornuũ ipes: leguminum troges: vestium σῆτες: & in chartis qui ad nascuntur, vocantur tilphæ. Author Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 1.

Dicibulum, dicibuli. Dicibula puerilia pro nugis dicit Tertullianus aduersus Valentinianos. Satis meminerat Ptolemæus puerilium dicibulorum, in mari poma nasci, & in arbore pisces.

Dicis causa, Dicis gratia, loquendi formulæ, vetustæ & elegantes. Cic. 6. Verr. Attamen vt possit se dicere emisse, Artagatho imperat, vt aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis causa daret. Caius in l. sæpe. D. commodati. Sæpe etiam ad hoc commodãtur pecuniæ, vt dicis gratia numerationis loco intercedant. Vlp. D. de senatusc. Silania. l. sub finem. Excusantur autem serui, qui auxilium tulerũt sine dolo malo. Nam si finxit se quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum ei prodesse it, quibus locis Haloander & alij multi scribunt ditis. Alciat. lib. 4. Disiunct. cap. 15, suspicatur legendũ dãtis. Lælius Taurellius, Antonius Augustinus, Petrus Victorius, & alij scribendum omnino censent dicis. sic enim habent Pandectæ Florentinæ. neque aliud existimant Dicis causa significare, quàm quod Iureconsulti perfunctoriè, aut defunctorié, aut trãslatitiè appellant. hoc est, vt defungi suo munere viderẽtur. *par manière d'acquit.* Apud Ciceronẽ illa verba, vt possit se dicere emisse, præclarè elegans hoc dicendi genus declarãt. Varro lib. 5. de Ling. Lat. recẽsens ducta à verbo Dico, Hinc, ait, antiqua illa, dicitur in imo, & dicis causa, & addictus. Idem lib. eodẽ penè in extremo, de vetere vocabulo Inliciũ disputans, Hoc nũc aliter fit atque olim, quòd Augur Cõsuli adest, tum quũ exercitus imperatur, ac præit quid eum dicere oporteat: Cõsul Auguri imperare solet vt inlicium vocet, non Accẽso aut Præconi. Id inceptũ credo quũ non adesset Accensus: & nihil intererat, cui imperaret: & dicis causa fiebãt quædã, neque item facta, neque ité dicta. Sic enim ex vetustissimo exẽplari hunc locum reposuit Victorius. Charisius lib. 1. videtur indicare dicis gentium casum esse. quũ enim doceret quædam nomina vnius tantùm casus esse, exẽpla protulit inficias, suppetias, pedum, sponte, dicis, ergò, nequam, nihili, frugi. Huius loquẽdi formulæ originem ignorare se ingenuè fatetur Anton. Augustinus. at Cõnanus rem totã mihi videtur his verbis feliciter explicasse. *Dicis*, inquit, id est iustitia, aut iudicium, vel iudicialis actio. & δίκιον, ius, vel iustũ: quod nomen Latinis pro eo quandoque ponitur, quod perfectũ est, & omnibus suis numeris absolutũ: velut quum Vlpianus scribit, Testamẽtum esse iustam defuncti sententiã, id est legum regulis congruentẽ, sic vt nullum solẽne iuris omissum sit aut neglectum. Eodẽ modo apud Caiũ dicis causa datur pecunia, vt cõtractus sit iustus, & ex legis præscripto. Cuius exemplũ sumi potest in omnibus imaginariis, quos appellamus, contractibus, vt olim in emãcipationibus. Naturalis enim pater à fiduciario patre vnũ aut duos nummos accipiebat pretij loco, ad simulationem emptionis, quasi ab eo re vera, & nũmo illo filium suũ vendidisset, alienasseq; à se. Idq; ipsum obseruabatur in testamentis, quæ per æs & libram fiebãt, atque adeò in omnibus abalienationibus, quæ mancipatione fiebãt & nexu. Nullũ enim illi veteres contractum, præter emptionẽ, putabãt idoneũ esse, qui dominiũ transferre posset. quare in cæteris omnibus alienationibus, seu testamẽto fierẽt, seu cõtractu, pretiũ adhibebãt, quod speciẽ emptionis induceret, nõ vt verè pretiũ esset, fierẽtq; accipiẽtis, hoc est eius qui venditoris gereret personã, sed dicis causa, quod vulgò dicitur ad iustificãdum actũ, & pro forma. Idcò siquis huiusmodi ficto emptori, aut fiduciario patri nũmos aliquot dederit, quos daret patri naturali ad solẽnia & iusta emãcipationis peragẽda, non

non mutuasse ei, sed commodasse videbitur. nec enim vt eius fierẽt, & in vsus suos consumeret dedit, sed vt vteretur tantùm ad emancipationem ex legum formulis perficiendam, & essent numerationis loco. quare nec hic in patrem fiduciariũ, nec fiduciarius pater in patrem naturalẽ dominium transtulit nummorum: quia fiduciario patri dedit ad cæremonias emãcipationis. quod verò cum patre naturali actum est de numeratione, totum illud fictè actum est & simulatè, sic vt veri solidíque iuris nihil habere possit. Hoc loquendi genere vsus est Tullius in Verrem, Vt aliquid illis quorum argẽtum fuerat, nummorum dicis causa daret. hoc est, vt iuste fecisse videretur: nec dono vel vi accepisse, quod vtrunque lex prohibebat, sed emisse putaretur. Vlpianus, locati: Siquis conduxerit nummo vno, conductio nulla est. quia & hoc donationis instar inducit. Et Sueton. in Iul. cap. 50, Bello ciuili super alias donationes amplissima prædia nummo addixit. In hisce contractibus nummus dicis causa datus dicetur, nẽpe vt contractus iure initus esse videatur, nec contra legem factus. quæ donationes prohibet. Quod translatitium est hodie apud nos, dum quidam fraudibus suis prætextũ quærunt, & obtentu emptionis vim legum vitant. Hoc modo & Vlp. ad Senatusc. Sillan. Qui auxilium dicis causa tulit, hoc est leuiter & perfunctoriè, tantùm vt officio suo functus esse videatur, & senatusconsulti pœnam effugiat. Vtrunque enim in hoc exemplo dici potest, & perfunctoriè, & dicis causa: quia senatusconsulto illo fraudem capitalem committit seruus, si non pro virili dominum defenderit. At si amicus in amici periculo idem peccasset, non dicerem eum dicis causa defendisse, quum nulla eum lex teneat, quam elusisse dici possit, sed perfunctoriè, hoc est in speciem, & (vt Galli loquuntur) *per acquitum*. quod verbum omnibus iis conuenit, qui simulatam præstant operam, & fictum officium. quod etiã in solo officij nomine nonnunquam vsurpatur, vt apud Ouidium,

Officium præstet nulla puella mihi. Hoc est, quod mea causa facit, non faciat grauatè aut fictè, & tanquam necessitate officij adducta, sed libenter & vtrò. Hoc pacto est accipiendum quod ait Vlp. l. aut qui, quod vi aut clam. Neque quidem perfunctoriè aut obscurè dicere, aut denuntiare debet. Et Pap. ad illud s. c. Syllan. l. propter. ad finem, Hæredibus qui non defunctoriè debitum officium impleuerãt. At dicis causa dicitur factum, quod vitandi iudicij, & regendi criminis gratia factum est. Itaque iidem Græci aliud loquendi genus repererunt, quod etiam ea comprehenderet, quæ non criminis, sed vituperationis, & malæ hominum existimationis vitandæ gratia fit. ὁμοσάντας καὶ ὑπὲρ ὑπερᾶ πολλῶν π, hoc est, ad verbum, pietatis & sanctitatis causa facere aliquid. Latini perfunctoriè, aut defunctoriè & leui brachio dicunt, non verè, neque ex animo. Ac ne quis miretur dicis nomen in vsu fuisse Latinis, iidem ab eodem verbo dicam finxerũt: vnde illa, dicam alicui impingere, aut scribere. illo Terentius vtitur, hoc Tullius non semel in orationibus contra Verrem. & item dicas sortiri. Hæc ex Connano.

DICO, dicas, prima corr. {δίκην, δίκαι νέμειν} dicare, Tradere. Cic. ad Cæsarem, lib. 13, Balbum quanti faciam, quãquam me ei totum dicauerim, ex ipso scies. Ex Nonio.

Coniugio dicare aliquem alicui. Valer. 3. Argonauticãn,

Quem tibi coniugio tot dẽignata dicaui

Nympha procos, &c.

Donum alicui dicatum atque promissum. Cic. 7. Verr.

Dicare aliquam operam alteri. Terent. Phorm. 1. 2, Ergo ausculta. hanc operam tibi dico. Vbi Donatus, Plus est dico quàm do. Dicatur perpetuo: Datur ad tempus.

Dicare se alicui. Cic. 3 de Orat. Non vidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Crasso se dicarant, horribiles miserósque casus.

Se alicui in clientelam. Cæs. 6. bel. Gall. Se Rhemis in clientelam dicabant.

Se alicui in seruitutem. Cæs. 6. bel. Gall. Plerique quũ aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur, esse in seruitutem dicant nobilibus.

Se in aliquam ciuitatem. Cic. pro Corn. Balbo, Peritus verò nostri iuris ac moris nemo vnquam qui hanc ciuitatem retinere vellet, in aliam ciuitatem se dicauit. Dicimus & dicare se ciuitati. In DICATIO.

Studium suum laudi alicuius. Cic. Curioni, lib. 2. 5, Hoc à te peto, vt subuenias huic meæ solicitudini: vt huic meæ laudi, vel (vt verius dicam) propè saluti tuum studium dices.

Totum hunc tibi dicamus diem. Cic. 2. de Legib. Id est totũ hunc diem occupabimus in te audiendo.

¶Aliquid Deo, pro consecrare, & dedicare. Plin. lib. 12. cap. 1. Cic. 1. Tusc. Dicati Apollini cygni. Plin. Iun. in Paneg.

Annos suos vitæ cælibi. Seneca Hippol. 2.

Dona Stat. 4. Sylu. 6.

Propitium aliquid, hoc est, ad obsequium dare. Virg. 1. Æneid.

Templa dicata deis. Ouid. 1. Fast.

Vota dicare. Sil. lib. 7,

Iunoni pallam, concepráque vota dicabant.

¶Opus alicui rei. Plin. lib. 10. cap. 68. Idem lib. 12. cap. 22, Sanè enim dicamus & de iunco, quanuis alio herbis dicato volumine.

Nominatim alicui opus aliquod. Plin. in totius operis præfatione.

Dicare bibliothecam, Publicare. Plin. lib. 35. cap. 2. Et cap. 3, Suorũ clypeos in sacro vel publico priuatim dicare primus instituit.

Dicario, Verbale, Ipse dicandi actus {διάδειτος.} Cic. pro Cornel. Balbo, Duarum ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest. Non esse huius ciuitatis ciuis, qui se alij ciuitati dicarit, potest. Neque solùm dicatione (quod in calamitate clarissimis viris Q. Maximo, & c. vidimus accidisse) sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio.

DICO, dicis, dixi, dictum {λέγω, φημί, ἀγορεύω, διαγορεύω, ἐρῶ, φράζω} dicere, Notæ significationis. Terent. Eunuch. 5. 5, Dico, edico vobis nostrum esse illum herilem filium.

Dixti pro dixisti, frequens apud auctores. Cic. ad Attic. lib. 4, Sed quibus sententijs dixti quod & ipsi probarent. Frequentius tamẽ apud Comicos, quàm vel Poetas vel Oratores reperitur. Atque hic locus

Ciceronis mea sententia intelligendus est per iocum: quo dicendi more frequenter eum Attico ludit.

Dicit te accurare, Pro, dicit vt accures. Plaut. Menæh. 12,

At te accurare dicit. M. accurabitur.

¶Dic dic quæso clarius, per emphasim & vehementiam quandam à Cicerone dicitur 3. Verr.

Dico factum. Terent. And. 3. 2,

Quasi tu dicas factum id consilio meo.

Dixi venturam. Terent. Heaut. 4. 4,

Aut quum venturam dixero, & constituero: quum is certè

Renuntiarit. Plaut. Amph. 3, Qui tragœdiam dixi futuram hanc?

Dicitur is venturus nunc peregre. Plaut. Trucul.

¶Dico tibi, an non? Terent. And. 4. 5. Quasi dicat, non putas me tibi loqui, & ad te pertinere quod dico?

Dicísne, an non? Interrogantis est & vrgentis. Plaut. Truc. 17. Terent. Eunuch. 1. 2, -dic mihi Hoc primum, potin' est hic tacere?

Dic mihi, aufugistine? Terent. Eunuch. 5. 2, Bone vir Dore salue, dic mihi aufugistine? Interrogantis cum ioco particula.

¶Dicere, propriè est Oratorum, & eleganter, facundéque loquentium. Quintil. lib. 10. cap. 7, Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui dispositè, ornatè, copioséque dicit. Cic. 1. Officior. Vt non modò Græcarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adepros & ad dicendum, & ad iudicãdum. Id est in Oratoria arte, & in Philosophia. Hæc Valla lib. 5.

Non idem loqui esse quod dicere, Vide LOQVOR.

Dicere apud iudices. Cic. 2. Offic. Multíque in nostra Repub. adolescentes & apud iudices, & apud Senatum dicendo laudem assequuti sunt.

Pro aliquo. Cic. de Clar. Orat. Hoc est, aliquem defendendo orationem habere.

Accuratè dicere. Quintil. lib. 4. cap. 1.

¶Ab aliquo, Vide AB, in a præpositione.

Ad aliquid. Cic. 2. de Diuinat. Dicendum est mihi igitur ad ea quæ sunt à te dicta.

Aduersus aliquem. Plaut. Amphit. 8.

De ambitu causam. Cic. pro Sextio.

Ad iudicem. Cic. de Clar. Orat.

¶Ad ætatem alicuius. Cic. 5. de Fin. Ita prorsus, inquã, & si ea quidem quę adhuc dixisti, quanuis ad ætatẽ rectè isto modo dicerentur. Æqui bonique partem aliquam. Terent. Phorm. 4. 3,

Nam sat scio, si tu aliquam partem æqui bonique dixeris.

Die age. Hortantis aduerbium est. Virg. 6. Æneid.

Dicere aliorsum. Plaut. Aulul. 9,

Atqui ego isthuc Anthrax aliorsum dixeram,

Non isthuc quod tu insimulas dicere. Id est, alio animo dixeram, atque tu interpretaris.

Alternis dicere. Virgil. eclog. 3.

Dicis amicé. Plaut. Pseud. 7,

Bene atque amicè dicis.

Amores dicere dicitur fistula. Virg. eclog. 10,

Vestra meos olim si fistula dicat amores.

Dicam paulo amplius. Cic. 4. Verr.

Animo præsenti, Id est audacter, & sine vllo timore ac prompto animo. Terent. Eunuch. 4. 6.

Ex animo. Terent. Eunuch. 1. 2,

Vtinam istuc verbum ex animo ac verè diceres.

Angustè & exiliter. Cic. in Bruto.

Nimis antiquè & duré. Horat. 2. epist. 1.

Appositè ad persuadendum. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Aptè. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Argumenta alicui rei. Plaut. Mostell. 3.

Arma. Id est bella describere. Horat. -nunquam nisi potus ad arma Prosiluit dicenda.

Attenuatè pressèque dicere, cui opponitur Sublatè ampléque dicere. Cic. in Bruto, Oratorum bonorum duo genera sunt: vnum attenuatè presséque, alterum sublatè ampléque dicentium. Sed cauẽdum est presso illi oratori inopia & ieiunitas, amplo autem inflatum & corruptum orationis genus.

Audacter, & aperrè. Cic. pro Rosc. Com.

Dicere bene Latiné. Cic. 2. de Finib. Sed tu istuc dixti bene Latinè, parum planè.

In aurem. Plin. lib. 7. cap. 53. Et lib. 28. cap. 10, Quinetiã siquis asino in aurem percussum à scorpione se dicat, transire malum protinus tradunt. Martial. lib. 1.

In aurem nescio quid puero, & c. Horat. 1 Serm. sat. 9.

Astrictius aut effusius. Plin. Iun. epist. 20. lib. 1, Optimus tamẽ modus est, quis negat? sed nõ minus non seruat modum qui infra rem, quàm qui supra: qui astrictius, quàm qui effusius dicit.

Carmina dicere. Virgil. 6. Æneid.

Carmen deductum. Virgil. eclog. 6.

Carmine aliquem. Virgil. 2. Georg.

Dicere causam, dicitur reus, quum accusationibus respondere cogitur. Plaut. Menæch. Apud Ædiles præliis factis plurimis, pessimísque dixi causam. Cic. pro Rosc. Amerino, Ea nos hoc tempore vtimur qui causam dicimus. Cæs. 1. bel. Gall. Orgentorigem ex vinculis causam dicere coegerunt. Et subdit, Die cõstituta causæ dictionis, Liu. de bel. Maced. Scipio iussus dicere causam, orationem magnificam de rebus ab se gestis exorsus est. Vide CAVSA.

Causam apud aliquem. Cic. 1. de Finib.

Causam contra aliquem apud iudices. Cic. 2. de Orat. Quod ego maximè potui iudicare in ea causa, quam ille contra me apud Centumuiros pro fratribus Cossis dixit.

Iniqua conditione causam. Cicero pro Cluentio, In fausto tamen illi iudices statuerunt, iniqua conditione reum causam dicere, quum aduersario eius ad ius accusationis summa vis potestatis accederet. Vide CONDITIO.

Causam pro aliquo,Defendere.Plaut.Bacchid.8,
Sed tu qui pro tam corrupto dicis causam filio,
Eadémne erat hæc disciplina olim quum tu adolescens eras?
Non dico causam quin,Id est non renuo. Terent.Phorm.2.1,Nó causam dico,quin quod meritus est ferat.
Dicere causam nescio quam.Terent.Hecy.1.2,
Vbi illic est dies complures,accersi iubet:
Dixère causam tunc nescio quam.
Dicere causam de incesto. Liu.ab Vrbe cond. Virgo Vestalis de incesto causam dixit.
Causam veneficij dicat adultera.Quintil.lib.5.cap.11.
Circuncisè dicere,Vide CIRCVNCIDO.
Clanculum: Id est,sine arbitro,insciis aliis.Plaut.Pœn.14,
Vale,& hæc cura,clanculum vt sint dicta.
Clarè, Id est apertè rem eloqui. Plaut. Casin.9. Quintilian.libro 1.cap.11.
Clementer & moderatè,In CLEMENS.
Cœnam.Plaut.Stich0,12,
Nanque ædepol cœna dicta est,locus liber datus est mihi.
Coloris loco aliquid.Quintil.lib.7.cap.2.
Dictum breuiter & commodé. Cic.de Amicit. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breuiter & commodè dicta, memoriæ mandabam.
Commodè dicere,In COMMODVS.
In commune.Plin.lib.23.cap.1.
Compositè,In COMPONO.
Conatu magno nugas. Terent.Heaut.4.1,
Næ ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.
Concinnè,In CONCINNVS.
Conditiones pacis.Liu.9.bel.Pun.
Congruenter,In CONGRVO.
Consules dicere,Vide Consul in CONSILIVM.
Conuenienter,In CONVENIO.
Contortè,In CONTORQVEO.
Contra aliquem dicitur aduocatus dicere.Cic.pro Quinctio,Qui hoc iudicio partes accusatoris obrinet,contra me sit dicturus.
Contra aliquem ad populum. Cic.de Claris Orat.Quum quidem eo ipso anno contra Seruium Galbam ad populum summa contentione dixisset:quam etiam orationem scriptam reliquit.
Contumeliam.Terent.Phorm.2.3,
Absenti tibi te indignas,séque dignas contumelias
Nunquam cessauit dicere hodie. Liuius 5.bel.Pun. Ea pronuntiata Campanis, atque ita spreta, vt vlero dicerent contumelias, minarentúrque.
Contumeliosè aliquid dicere,In CONTVMELIA.
Cõtumeliosè & asperè dicere in aduersarios permissum est.Quintil.lib.6.cap.3.
Credibiliter dicere de re aliqua.Quintil.lib.3.cap.11.
Decies dixi,In DECEM.
Delicias.Catul.epigr.69,
Gellius audierat patruum obiurgare solere,
Siquis delicias diceret,aut faceret.
Dicta. Cic.2.Phil.Sed materia facilis,in te & in tuos dicta dicere.
Dictatorem,pro Creare. Liuius,Nam neque id vitium nosti facile fuisse, quum Consul oriente noctis silentio, diceret Dictatorem. Idem, Quòd plebeius Dictator sit dictus, id vitium Auguribus visum. Hæc Budæus.
Diem alicui,Est certam diem reo cõstituere vt accusetur. Cic.pro Milone. Diem mihi(credo)dixerat, multã irrogarat. Liu.ab Vrbe cond.lib.3, Accusatorem primum Virginium, & Appium reum delegunt.Quum diem Appio Virginius dixisset,Appius stipatus patritiis iuuenibus,in forum descendit. Idem de bello Maced.Scipioni Africano duo Q.Petilij diem dixerunt. Cic.ad Q.frat.lib.1.2.
Diem capitis,vel rei capitalis,Est vadimonio capitali obstringere. Liu. 3. ab Vrbe, Virginius ex collegio vnus Cæsoni capitis diem dicit. Ibidem,Rei capitalis diem Posthumio dixerunt. Sueton.in Cæsare,cap.12, Subornauit etiam qui Caio Rabirio perduellionis diem diceret. Budæus.
Diem creditæ pecuniæ dicere. Seneca de Benef.lib.3. cap.10, Dies præterea reddendo beneficio non dicitur,sicut pecuniæ creditæ.
Diem iuris.Plaut.Menæh.14,
Iuris vbi dicitur dies,simul patronis dicitur.
Diem nuptiis, vel operi, quod & Præstituere dicitur, est Certam diem nuptiis constituere & assignare. Terent.And.Act.1.scen.1,Hic nuptiis dictus est dies.
Diem dicunt qua ad ripam Rhodani omnes conueniant. Cæsar 1. bel.Gall.
Non dicam dolo.Plaut.Menæh.7.
Dotem & doti,filio vel filiæ omnia sua bona, Id est promittere in dotem, inquit Budæus. Terent.Heaut.5.1. Cic.pro L.Flacco, Dori, inquit,Valeria pecuniam omnem suam dixerat. Ibidem,Nisi ostenderis illam in tutela Flacci non fuisse.si fuit,quæcunque sine hoc authore est dicta dos,nulla est. Hæc Budæus.
Effusius dicere,Vide paulo antè Astrictius dicere.
Egregiè dicere.Quintil.lib.6.cap.1.
Exiliter.Cic.in Bruto.
Facile.Seneca Thyeste,8,
Nec facile dicam corpora,an flammæ gemant.
Facta alicuius,Id est historiam conscribere.Virg.eclog.4.
Falsum,Mentiri. Plaut.Amphit.4, Per Iouem iuro me esse, neque me falsum dicere.
Dicere bona fide.Hoc est reuera,& certó.Plaut.Pœn.5,
Ita me dij amabunt,vín' bona dicam fide,
Quod hic inter nos liceat?
Vt fortius dicere videantur indocti.Quintil.lib.2. cap.12.
Grauiter & lenté.Plin.Iun.lib.2.epist.14.

In aliquem grauius.Terent.Adelph.1.2,
Ipse sentiet posterius:nolo in illum grauius dicere.
Identidem,Vide IDEM.
Impetu dicere se,& viribus vti gloriantur.Quintil.lib.2.cap.11.
Inclementer vel acerbè in aliquem,Verbis duris corripere aliquẽ: iniuriis afficere. Plaut.Amphit.8. Cic.ad Att.lib.11,Etsi multa,præsens in præsentem acerbè dixerat & fecerat.
Dicere inclementer literis,Vituperare.Plaut.Pseud.3,
Cur inclementer dicis,&c.lepidis literis,
Lepidis tabellis,lepida conscriptis manu?
Inculté dicere,Vide Inculté,in INCOLO.
Inducias.Plaut.Curcul.2,Inducias occœpi dicere.
Ex-industria. Quintil.lib.1.cap.5,Mastrugam quod Sardum est,illudens Cicero ex-industria dixit.
Apud populum industrié. Cic. pro Domo sua, Quis apud Populũ Rom.de illius dignitate industrius,quis Senatui sæpius dixit?
Inepté.Cic.in Bruto.
¶Dicere de inofficioso, præcisa loquutio est, pro Dicere causam de inofficioso. Scæuol. l.20. D.de inoffic. testam. Qui de inofficioso vult dicere,licet negetur filius,&c.
Iniustè alteri.Plaut.Pseud.9,
Non soles respicere te quum dicas iniustè alteri.
Inter. Plin.lib.12.cap.3,Quæ ex his incolarum numero esse cœpere,dicentur inter fructiferas.
Inter nos dictum fuit,Vide INTER.
Non inuenustè dicere. Quintil.lib.1.cap.6.
Ioco,vel per iocum.Plaut.Amphit.10,
Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi. Et paulo pòst,
-siquid dictum est per iocum,
Non æquum est id te serio prætortier.
Ius dicere,est magistratuum.Plaut.Epid.2, -te volo
Percontari,operam da,opera reddetur tibi t.ius dicis. Cic.4.Verr. Audistis ob ius dicundum, Q.Varium dicere, procuratores suos istícentum & triginta millia nummûm dedisse. Idem de Prouinciis Consularibus,Emisti grandi pecunia vt tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos,contra Senatusconsultum,& contra legem generi tui dicere liceret.
Alicui ius dicere. Cic.de Prou.Consul.Perseuerauit ius publicano non dicere.
Ius de pecunia credita.Liu.ab Vrbe Cond.
Anno antè Romæ ius dixerat.Cic.pro L.Flacco.
Dicere iura.Ouid.4.de Ponto,eleg.5.
Laudes.Virgil.eclog.6.
Legem,Est præscribere quid opus sit facto.Horat.lib.2.epist.2,Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex. Aliquãdo additur datiuus rei. Liu.lib.3.Decad.5, Legem censui censendo dicturos esse.
Legem fullonibus, & similibus.Plin.lib.35.cap.17,Quum lex Metella extet fullonibus dicta.
Fletibus legem dicere.Stat.5.Sylu.5.
Legem sibi dicere. Seneca de Benef.lib.2.cap.18,Animum in potestate habent, & legem sibi, quam volunt dicunt, & quam dixerunt seruant. Ouid.13.Metam.
Lentè dicere.Plin.Iun.lib.2.epist.14.ad Maximum.
Leuissimè dicere,In LEVIS.
Liberè dicere,In LIBER.
Liberius aut iocosius aliquid dicere.Horat.1. Serm.sat.4.
Liquido dicere,In LIQVOR.
De loco superiore, vel è loco superiore. Cic.4.Verr. Primum ipse in Sicilia sæpe & palàm de loco superiore dixerat,& in sermone multis demonstrarat, licere nomen recipere absentis. De loco superiore dixit, pro eo quod est, de sella Prætoria, & pro tribunali sedens. Suprà enim dixerat, Palàm de sella tribunali.
E superiore loco, significat Pro Rostris & ad populum loqui.vt ex inferiore loco est ad iudices loqui, qui ex locis editioribus sedebant.
Longum est dicere. Cic.3.Verr. Iam verò in bonis Q.Opimij vẽdendis quas iste prædas, quàm apertè, quàm improbè fecerit, longum est dicere.
Luculentè dicere,In LVCVLENTVS.
Magis dicas,vel diceres,In MAGIS.
Magnificè dicere,In MAGNVS.
Magnificè,miserabiliter,inuidiosè,grauiter,dulciter,vrbanè dicere. Quintil.lib.4.cap.2.
Magnopere in aliquem,In MAGNVS.
Mala plurima dicit.Catul.ad Mulum. Id est conuitiatur.
Malè dicere,In MALVS.
Melius dicere,In MELIVS.
Membratim,cæsiḿque dicere,In MEMBRVM.
Mendacium,Mentiri. quanuis propriè differant Mentiri,& Mendacium dicere:vt declarant Nonius & Gellius. Plaut.Amph.4,Si dixero mendacium,solens meo more fecero. Idem Bacchid.9.
Modicè dicere,In MODVS.
Multam Antiqui tum dicebant, quum ad populum & in comitio multa disceptanda irrogabatur: quod ipsi certare multam dicebant. Liu.lib.5,secundi bel.Pun. Excitatísque tandem duo Trib.pleb.Sp.& L.Caruilij quum rem inuisam,infamémq; cernerent,ducentûm millium æris multam M.Posthumio dixerunt. Cuius certandæ quũ dies aduenisset, conciliúmque tam frequẽs plebis adesset,vt multitudinẽ area Capitolij vix caperet: perorata causa, spes vna videbatur esse,si C.Seruilius Casca Tribunus plebis qui propinquus erat, cognatúsq; Posthumio,prius quàm ad suffragium tribus vocarentur,intercessisset. Idem paulo pòst, Hæc quum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent,vímque eam contra Rempub.pernicioso exemplo factam Senatus decerneret, confestim Caruilij Tribuniplebis omissa multæ certatione,rei capitalis diem Posthumio dixerunt:ac ni vades daret, prehendi à viatore,atque in carcerem duci iusserunt. His verbis appareat moris fuisse,vt Tribuniplebis multã dicerent:quæ postea populi

populi suffragiis vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur,quo tẽpore multa certari dicebatur: nõ enim Tribuni damnare multæ poterãt,sed tantùm rogare populum: apud quem quũ reus non iure multatum se contenderet, lis illa multatitia disceptabatur. Sic sit hodie,quum iudicũ edicta gestantes viatores,iubent,verántve quid fieri, multam dicentes, ni edicto pareatur. Cui si non paruerint ij ad quos ea res pertinet,dicm tum ad iudices dicunt, à quibus edicta manarunt, quo die commissam esse multam pronuntiatione iudicum amplius audituri sint: Id est, se incurrisse pœnas,vt nunc dicimus. Cic.11.Philipp. Crassus Consul Pontifex maximus,Flacco collegę Flamini Martiali multam dixit,si à sacris discessisset.quam multam Pop.Romanus remisit, Pontifici tamen Flaminem parère iussit. Plin.Iunior,lib.4. epist.penult. Licinius nepos Prætor,acer & fortis, muleam etiam dixit Senatori. egit ille in Senatu causam suam sic vt deprecaretur,remissa est multa. Budæus.
Multationem, siue multam pecoris. Plinius lib.18.cap.3, Multatio quoque non nisi ouium boúmque impendio dicebatur. Varro apud Gellium, lib.11.cap.1, Sed quum eiusmodi multa pecoris armẽtique à magistratibus dicta erat,adigebantur oues,bouésque.
Musam alicuius.Virgil.eclog.8,
Damonis musam dicemus,& Alphesibœi.
Neruosè dicere. In NERVVS.
Nihil dixit tum. In NIHIL.
Non dico. In NON.
Non satis vno dicere verbo,sed facere.Catul.ad Ianuam,62.
Nomen alicui,pro Imponere. Liu.1.ab Vrbe, Breui stirps quoque virilis ex nouo matrimonio fuit,cui Ascanio parentes dixere nomen.
Crudelem nomine dicere.Virg.4.Georg.
Nugas.Plaut.Casin.2.4,
Nugas isthic dicere licet:vapulo hercle ego inuitus tamen.
Nummos vel pecuniam dicere, Id est promittere.Pompon. in Pictoribus,Nummos certos dicas.Dico quinquaginta millia. Sallust. lib.1.Histor. Quibus potuit pecunias dictas coegit. Ex Nonio.
Obnoxiè dicere. In OBNOXIVS.
Obscœnè. In OBSCOENVS.
Obtusè. In OBTVSVS.
Odiosè. Cic.in Bruto.
Officiosè. In OFFICIOSVS.
Orationes dicere. Cic.in Bruto, Scribebat tamen orationes,quas alij dicerent.
Oratoriè & pulchrè. Vide Oratoriè,in ORO.
Ordine.Virgil.4.Georg.
A prima dic hospes origine nobis.Virgil.1.Æneid.
Duro ore.Ouid.3.de Arte amandi.
Palàm.Plaut.Aulul.9,
Me quidem hercle,dicam palàm,non diuides.
In vtranque partem. Cic.4. Academ. Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi vt in vtranque partem dicẽdo & audiendo eliciant,&c.
In vtráque partem, vel plures de re aliqua dici credibiliter potest. Quintil.lib.3.cap.11.
De peccatis alicuius.Terent.in Prologo Heaut.
De illius peccatis plura dicet,quum dabit
Alias nouas,nisi finem maledictis facit. Item Eunuch.5.6.
Pereleganter. In PERELEGANS.
Persuasibiliter.Quintil.lib.2.cap.15.
Dicit planè quod intelligam.Cic.1.de Finib.
In plenum. In PLENVS.
Plenius ac melius.Horat.1.epist.2,
Qui quid sit pulchrum,quid turpe,quid vtile,quid non,
Plenius ac melius Chrysippo,& Crantore dicit. De Homero.
Præclia.Horat.2.Carm.ode 12,
-túque pedestribus
Dices historiis prælia Cæsaris Mecœnas melius.
Presè,subtiliter,asperè dicere.Quintil.lib.2.cap.8.
Pretium muneri.Horat.4.Carm.ode 8.
De capite suo priore loco causam.Cic.pro Quinctio.
Probra alicui. In PROBRVM.
Prologum. Terent.in Prologo Phorm.
Vetus si poeta non lacessisset prior,
Nullum inuenire prologum potuisset nouus
Quem diceret,nisi haberet cui malediceret.
Propriè. Seneca de Benef. lib.2. cap.27, Hic quater millies sestertium suum vidit:propriè dixi,nihil enim amplius quàm vidit.
Publicè, hoc est nomine publico ciuitatis ab legatis. Cic.7.Verr. Hoc nauarchi reliqui dicunt, hoc Netinorum fœderata ciuitas publicè dicit.
Purè ac solutè dicebat Cotta.Cic.in Bruto.
Putidè.Cic.in Bruto.
Quid, quóque flexu,quid lentius, concitatius, celerius, lenius dicendum,demonstrari,nisi in ipso opere,non potest. Quintil. libro 1. capite 8.
Dico quod videtur. Terent.Heaut.3.3. Plaut. Amphit.4, Dicito quidvis,non nocebo. Terent. Heaut.5.2,Ego dicam quod mihi in mentem:tu diiudica.
Repudium dicere. Tacit. lib.3, Quirinius post dictum repudium adhuc infensus, quãuis infami, ac nocenti miserationem addiderat.
Dicet tibi res ipsa.Plaut.Epid.14.
Rem ipsam dicere,Id est vt res ipsa se habet. Terent.And.5.3,
Rem potius ipsam dic,at mitte malè loqui.
Sacramento dicere, dicebãtur milites, quum ad iusurandum adigebantur Rempublicam se non deserturos. Liuius lib.5.bel. Punici, Siqui roboris satis ad ferenda arma habere viderentur, etiam si nondum militari ærate essent,milites fierent: Tribuniplebis,si eis videretur, ad populum ferrent, vt qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si viginti

annorum,aut maiores,milites facti essent.Liu.lib.4.ab Vrbe,Hoc decreto Consul armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset,metu cæteri sacramento dixère. Budæus.
Sacramentum.Horat.2. Carm.ode 17,
-non ego perfidum
Dixi sacramentum. Tacit. lib. 20, Dixit sacramentum, non vultu neque animo satis affirmans. Liu.4.bel.Pun.
Salsè.Quintil.lib.6.cap.3.
Saluere eis dicebat.Sueton.in Galba,cap.4.
Dicere salutem alicui. Cic.ad Attic.lib.5, Cicero meus modestissimus & suauissimus puer tibi salutem dicit.
De scripto. Cicero pro Plancio,Recitetúrque oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est. Vide DE, in De scripto dicere.
De seipso pauciora dicit,& parcius. Quintil.lib.4.cap.1.
De se,& de suo ingenio. Cic. de Amicitia, Sed nihil de me:de Scipione dicam libentius. Idem 1. Verr. Quamobrem nihil dico de meo ingenio,neque est quod possim dicere:neque si esset,dicerem.
Seduló. Terent.Phorm.2.4,
Ego sedulò hunc dixisse credo.
Semel. Plin.lib.12. cap.9, Quod semel dixisse & in cæteros odores satis sit.
Sensim & cursim. Cic. 2. Philipp. Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset:tu cursim dicis aliena.
Sententiam : quum quis (vt ineptè dicunt) *vocem suam dat, vel opinionem suam dicit.* Cic.6.Ver. Mos est Syracusis,vt sigua de re ad Senatum referatur,dicat sententiam qui velit,nominatim nemo rogatur. Idem, Vt quisque ætate & honore antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine.
Liberè sententiam dicere.Cic.4 Philip.
Singulares sententias.Cic.4.Philip.
Dicere sententiam existimatur arbiter,qui ea mente quid pronuntiat, vt secundũ eam discedere eos à tota cõtrouersia velit,l.18.§.1.D. de recep.arbit.
Dicere sententiam, etiam de iudice dicitur. Vlpian. in l.5 filiusfamilias.D.de iudiciis,Iudex tunc item suam facere intelligitur,quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Idem Vlpianus in l. iudex.D.de re iudicata,Iudex posteaquàm semel dixit sententiam,iudex esse desinit. Paulo pòst, Quidam consulebant, an valeret sententia à minore vigintiquinque annis iudice data. sed æquissimum est tueri sententiam ab eo dictam, nisi minor decem & octo annis sit.
Pro sententia. Liu.2. bel. Maced. Et quando nemo vestrum qui in hoc concilium aduocati estis,pro sentẽtia quicquam dicere vult, aut audet, orationes Legatorum hesterno die pro sententiis dictas percenseamus. Dicere pro sententia, & Dicere sententiam, idem: vt Dicere testimonium,& Pro testimonio.
Dicis,si.Plaut. Trinum.17, -dicis,si facies modó.
Significanter,ornatéque.Quintil.lib.1.cap.7.
Dic sodes.Horat.1.epist.1.
Solutè & suauiter. Cic. in Bruto, Neque enim refert videre quid dicendum sit,nisi id queas solutè & suauiter dicere.
Concordi dixere sono.Ouid.5.Metam.
Sublatè dicere. Vide paulò antè Attenuatè pressèque dicere.
Ad summam.Cic.Attico,lib.7.
Ex-tempore. Cic.pro Archia,Quoties ego hunc vidi,quũ literam scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus quæ tum agerentur,dicere ex-tempore?
Dicere testes dicuntur. Cic. 3. Verr. Alij amentiam mirari, stultitiam alij, &c. cui comperendinato quum tam multi testes dixissent, quicquam illorum veniret in mentem?
Testimonium & testimonia, Testificari & probare. Dicimus autem, Dicere testimonium in aliquem, Contra vel aduersus aliquem, de ambitu, de coniuratione. Cic. de Orat. Num igitur placet quum de eloquentia præcipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis quasi in arte tradere? Idem ad Q.fratrem, lib.3.20, Quum testimonium secũdum fidem & religionem grauissimè dixissem. Idem pro Sylla, Qui testimonium de coniuratione dixi in alios. In Verrem, Qui priore actione ita testimonio grauiter,vehementérque dixerunt,&c. In eundem,Idem absens & de istius scelere,improbitate,audacia testimonium dicat. Idem pro Cn. Plancio, Multi etiam communes inimici reorum omnium,qui ita semper testimonium de ambitu dicunt. Idem 3.de Natura deorum,Contra deos testimonium dicere. Liu.ab Vrbe cond.Quòd falsum aduersus se testimonium dixisset.
Pro testimonio dicere, Quod nunc dicimus *deponere*, inquit Budæus. Cic.7.Verr.Dicet is pro testimonio,de missione nautarum,de fame,&c.
Turpiter,aut impotenter aliquid.Quintil.lib.6.cap.3.
In transcursu. Vide IN.
Tute dicere possis.Lucret.lib.3. Id est,tu ipse.
Sub noctem dixere vale.Ouid.4.Metam.
Valere sibi dici iubebat. Sueton.in Galba, capite 4. Vide Vale in VALEO.
Dicis vera.Plaut.Pseud.5.
Verba amantia dixit.Ouid.6.Fast.
Consolantia verba dixerunt.Ouid.15. Metam.
Verba digna rubore dicere.Ouid.14.Fast.
Timidè verba excusantia dicit.Ouid.9.Metam.
Lugubria verba.Ouid.in Ibin.
Dixit nouissima verba.Virgil.4.Æneid.
Verba precantia dixit.Ouid.7.Metam.
Verè dicere.Cic.2.de Legib.
Verecundius de re aliqua dicere.Quintil.lib.4.cap.1.
Multa ad veritatem admirabilia.Cic.2.de Legib.
Dicere versus.Virgil.eclog.5.
Vitiosè.Quintil.lib.1.cap.5.

De vnaquaque earum,quas demonstrauimus,rerum dicat propriè & copiosè.Quintil.lib.1.cap.4.
Gratia vocc.Ouid.3.Amor.eleg.5.
Ad voluntatem alicuius. Cic.de Amicit.Semper auget assentatio, id quod is cuius ad voluntatem dicitur,vult esse magnum.
Vrbané. Quintil. libro 6.capite 1, Cicero pro Vareno multa dixit vrbané.
Dicam vt. Terent.And.3.4, Domum modò ibo:vt apparentur dicam,atque huc renuntio.
Nihil dixit vt. Terentius Eunuch.4.5,Nihil dixit tum vt sequerêre sesse?
Dico vt res est.Plaut.Merc.7. Hoc est, rem ipsam,vt est & vt se habet exprimo.
¶Dicitur. Cic.3.de Nat.deor.Quartus is,quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur. De Solibus.
Vt dicitur. Cic. 3. de Orat. Quanuis sphæram in scenam (vt dicitur) attulerit Ennius , tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse.
Nunquam audiui dici.Terent.Eunuch.4.4,
-norásne eum prius?
D O. Non,nec quis esset,vnquam audieram dicier.
¶Diceret:pro Dicere posset.Terent. And.1.1,
Nec satis ad obiurgandum causæ. diceret,
Quid feci? quid commerui,aut peccaui pater?
¶Dicere volui , Correctionis genus est , quum quis in loquendo falsus est,& verbum vnùm pro altero protulit. Plaut.Milit.11,
-sorbet dormiens.
D A. Quid sorbet? L V. illud,ſtertit volui dicere:
Sed quia consimile est,quod ſtertas,quasi sorbeas.
¶Dixi. Asconius,Moris fuit,quum satis visum esset fluxisse verborum,hanc sibi necessitatem finiendæ orationis imponere,vt dicerent ad vltimum Dixi:quòd etiam ab vtraque parte orationc consumpta, vt in consilium dimitterentur, Præco soleret pronuntiare Dixerunt. Hæc ille. Quintil.lib.11.Iudex,inquit, in priuatis,Præco in publicis dicere de causa iubet. Nam vt initio pronuntiabat Dicite , sic in extremo Dixerunt.
Dixi iram. Sic diximus , quum quis malè intellexit verbum quod protulimus,vt illud denuo proferre liceat.Plaut. Trucul 6,
-comprime.
S. Spero meam quidem hercle,tu quem solitas comprimas.
Impudens per ridiculum vt rustico suadet stuprum.
A. Iram dixi.
At nesciebam id dicere illam : Id est intelligere quòd hæc ea vellet. Terent. Eunucho.
De prandio dicis. debetur.dabo.Plaut.Pœn.20.
Dicis de fallacia? Terent.Heaut.3.3.
¶Quod inter nos liceat dicere. Cic.Attico,lib.2.
¶Dixi Phormio : veluti comminantis & terrorem incutientis: quasi quod dixi,subitò fieri velit. Terent.Phorm.2.3,
-nisi tu properes mulierem
Abducere,ego illam eiiciam. dixi Phormio.
P. Si tu illam attigeris,secus quàm dignum est liberam,
Dicam impingam tibi grandem.dixi Demipho. Vbi Donatus,Dixi,solent dicere perorata causa,& mirè comminationem & ferocitatem Demiphonis imitatus est Phormio simili verbo.
¶Dixíne ego in hoc esse vobis Atticam eloquentiam? Terentius Eunuch.5 9.
¶Dicces,Quid postea,si Romæ assiduò fuit?Cic.pro.Rosc.Amer.
Dicet aliquis. Cic. 3. Tusc. Dicet aliquis,Quid ergo tu Epicurum ex istimabas voluisse?
¶Ne dixis istuc,genus est negandi quod quis dixerit,quasi quis dicat,Non ita est vt dicis.Plaut.Asin.15.
¶Dicere,Nominare.Virgil.1.Æneidos,
Est locus,Hesperiam Graij cognomine dicunt.
¶Nimius fortasse,auiduisque doloris dicor.Stat.5.Sylu.5.
Diceris.Martial.lib.1.epig.3,
Quum verus patriæ diceris esse pater. Id est,existimaris.
Dicor tibi frater ex Iberis.Martial.lib.10.
Dici vix potest quàm multa sint quæ respondeatis antè fieri oportere.Cic.pro Quinctio.
¶Dicassis,pro Dicas,apud Comicos frequens.Plaut.Curc.10,
Haud in malè meditantem malè dicassis.
Dicebo, Futurum antiquum , pro Dicam. Nævius Pathicis , Primùm quod dicebo,rectè,secúdum quod dicebo,eò melius. Nonius.
Dice, pro Dic , etiam apud Comicos. Plaut.Rudent.4, Tu siquid opus est , dice. Varro 1. de Re rustica , capite 9, Tertium illud de modis dice.
¶Deformia dictu vapulantibus sæpe dolore , vel metu accidunt. Quintil.lib.1.cap.3.
Dictu nihil facilius,De re difficili.per ironiam.Terent.Phorm.2.1, Verùm argentum deerat. D. sumeret
Alicunde. G. alicunde? nihil est dictu facilius. Hoc est , facillimè id quidem dicitur,sed difficilius multò fieret.
Dictu facilia.Plin.lib.3.cap.1.
Horrendum dictu.Virgil.8.Æneid.
Mirabile dictu.Virgil.1.Æneid.
Dictu parua.Plin.lib.2.cap.7.
Prodigium dictu nefas.Virgil.3.Æneid.
Pudendum dictu.Quintil.lib.6.cap.4.
¶Dicenda,tacendáque calles.Perſ.ſatyr.4.
Cum pondere aliquo hæc dicenda sunt.Quintil.lib.6.cap.1.
Temporibus Augusti dicendis non defuere decora ingenia. Tacitus libro 1.
Acutissimum & subtilissimum dicendi genus.Cic.lib.2.de Orat.
Artificium dicendi.Cic.in Orat.
¶Facultas dicendi.Quintil.lib.2.cap.15.

Forense, atque declamatorium dicendi genus. Quintil.lib2.cap.10.
Gloria dicendi.Cic.in Bruto.
Pressum,limatúmque genus dicendi.Quintil.lib.2.cap.8.
Incunabula dicendi.Quintil.lib.1.in Procœmio,Non inutiles fore libri videbantur: quos ab ipsis dicendi velut incunabulis per omnes artes ad summam eius operis perducere destinabamus.
Magister dicendi.Quintil.lib.2.cap.8.
Officina dicendi. In O F F I C I N A.
Dicendi opus elaboratum. Cic. in Bruto. Id est facultas dicendi, ars dicendi,eloquentia.
Ornamenta dicendi. Cic.in Bruto, Cæsar ad hanc elegãtiam verborum Latinorum,adiungit illa oratoria ornamenta dicendi.
Primordia dicendi. Quintil. lib.1.cap.9.
Ratio dicendi.Id est modus. Quintil.lib.1.in Procem.
Rudimenta dicendi. Quintil.lib.2.cap.1.
Rudis dicendi. Tacit.lib.1.
Veniam dicendi ante alios exposcit. Tacit.lib.12.
Virtutes dicendi,& Processus dicendi. Cic.in Bruto,Nec verò tam de virtutibus dicendi tuis , quæ cum omnibus , tum certè mihi notissimæ sunt,quàm quòd gradus tuos,& quasi processus dicendi studioe cognoscere. Vide Virtus , Gradus , &c. Id est,tua initia, tuos progressus,tuæ eloquentiæ velut quandam educationem, vt Cornelius Tacitus in dialogo de Oratoribus quasi interpretatur.
Vis dicendi.Quintil.lib.1.cap.2.
Vis strictè,robustéque dicendi.Quintil.lib.5.cap.12.
¶Dicundi , dicundo, dicundum,pro Dicendi,&c. apud antiquos. Plaut. Rud. 23, Imò etiam amplius : nam si non dat , dominum dicundum censeo.
Dictus,Participium {ῥητὸς,κατειρημένος,πεπαμένος} Constitutus , ordinatus, assignatus. Terent.And.1.1,Hic nuptiis dictus est dies.
Dictum istud? Pro,Est'ne verum quod dicis?Plaut.Bacchid.4,
Imò vt eum credis,misera amans desiderat.
C. Dictum isthuc? P. imò Chrysale,hem,non,&c.
Conuenire in dictum locum.Ouid.3.Fastorum,
Conueniunt nuptæ dictam Iunonis in ædem.
Dicto citius,Id est citius quàm dici potest. Virgil.1.Æneidos,
Sic ait: & dicto citius tumida æquora placat. Horat.2.Serm.sat.2,
Alter,vbi dicto citius curata sopori
Membra dedit vegetus,præscripta ad munia surgit. Liu.3.bel.Pun.
Dicto prope citius equum in viam Claudius egit.
Dicta est soror tua , Id est dictum est vulgo tuam esse sororem. Terent.Eunuch.1.2. Idem And.4 5,
Semper enim eius dicta est
Hæc atque habita est soror. Idem Heaut.2.3,
Quæ est dicta mater esse ei antehac,non fuit.
Honore dicto. Plinius libro 28.capite 8,Hæc sunt quæ retulisse fas sit,ac pleraque ex his non nisi honore dicto. Quod barbari dicunt, *Cum reuerentia.*
¶Dictus,Dicatus,consecratus.Virgil.8.Æneidos,
-& gelida monstrat sub rupe Lupercal
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi. Dictum(inquit Seruius) Dicatum,cõsecratum.Id est,olim dedit Lupercal Panos Lycæi dicatum de more Arcadico. Hæc ille.
Dictum est,pro Rumor erat. Terent.And.4 6,
In hac habitatis platea dictum est Chrysidem.
Dictum est , minantis particula , quemadmodum hæc quæ prius annotata est. Dixi Parmeno : quasi velit innuere factorum se statim quod dicit. Terent.Eunucho , 5. 9, -eia haud sic decet. P H. Dictum est.
Dictum ac factum, Prouerbium celeritatis,Id est cito, inquit Donatus. Terent.And.2.3,
-dictum ac factum inuenerit
Aliquam causam quamobrem eiiciat oppido.
Dictum ac factum reddidit.Hac figura significamus nihil esse prætermissum in negotio procurando. Terent.Heaut.4.5. Erasmus in Chiliad.
Dictum factum,Id est citó. Terent.Heaut.5.1,
Quid postquam hoc est factum? M. dictú factum,huc abiit,Clitipho.
Acutè, venustè, stultè,iracundè,timidè dicta. Quintilianus lib. 6. capite 3.
Cum gratia & venere dictum. Quintil.lib.6.cap.3.
Crudeliter dictum. Quintil.lib.1.cap.5.
Frigidius dicta. Quintil.lib.6.cap.3.
Inconstantissimè dicta. In C O N S T A N S.
Insolenter dictum. Quintil.lib.1.cap.5.
Minaciter dictum. Quintil.lib.1.cap.5.
Obscurè dicta interpretari. Quintil.lib.3.cap.4.
Sanctè & moderatè dictum. In M O D E R O.
Superbè dictum. Lucret.lib.5.
¶Dictum sapienti sat est.Plaut.Perſa,9. Terent.Phorm.3.3,
Pater adest hîc. G. scio:sed quid tum? A. ah,dictum sapienti sat est.
Dicta puella. Nonius : Inter speratam, inquit, dictam, pactam & sponsam hoc interest, quòd virgo postquam petitur,sperata dicitur: dehinc promissa,dicta vel pacta.Virgil.Æneid.2,
-& coniunx quondam tua dicta relinquor. Reliqua exempla sunt apud Nonium.
Dictum, dicti, pro omni sermone intelligitur, sed specialem quoque significationem habet pro dicaci sermone {εἰρημένον,λεχθέν.} Terentius in Prologo Eunuchi,
Nullum est iam dictum,quod non dictum sit prius.
Ob dictum, Vide O B.
Absona dicta fortunis.Horat.in Arte.
Dicta blanda & benedica.Plaut.Cistel.7,
Pergo illò,subagito blandis prius & benedicis dictis.
Dicta bona, pro salsis. Cic.2. de Orat.Dicere enim aiunt Ennium, flammam à sapiente facilius ore in ardente opprimi , quàm bona dicta teneat.

cta teneat.hæc,scilicet bona dicta quæ falsa sint. nam ea dicta appellantur iam proprio nomine.
Docta.Plaut.Asin.10.
Facunda.Ouid.13.Metamorphoseos,
-neque abest facundis gratia dictis.
Horrisona.Claud.1.in Ruffin.
Irrita dicta factáque.Catull.ad Alphenum,28.
Meliora.In M E L I O R.
Mulsa. In M V L S V M.
Procacia.Claud.4.Paneg.
Ridiculum,Quod excitandi risus causa profertur.Plaut.Capt.8,
Dico vnum ridiculum dictum de dictis melioribus.
Ridiculum dictum plerunque falsum est.Quintil.lib.6.cap.3.
Terriloqua.Lucret.lib.1.
Tumida.Valer.3.Argon.
Veridica.Lucret.lib.6.
Vernile. Tacit. lib. 18, Vernile dictum omnem inuidiam in eum vertit. Hoc est,scurrile & procax. Rhenan. in Castigat. in eundem Taciti librum.
¶Tristia dicta abolere.Sil.lib.7.
Accedere dictis.Stat.1.Achil.
Conuitia addere obscœnis dictis.Ouid.14.Metam.
Addere altera verba dictis.Ouid.5.Fast.
Dictis affatur amorem.Virgil.1.Æneid.
Aliquem aggredi dictis.Virgil.4.Æneidos,
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.
Animum arrigere dictis.Virgil.1.Æneid.
Audiens dicto.Quintil.lib.3.cap.6.
Dictis auertere curas.Virgil.4.Æneid.
Castigare aliquem dictis.Virgil.5.Æneid.
Circunuestire dictis. In C I R C V N V E S T I O.
Cohærent dicta inter se. In C O H A E R E O.
Componere dicta cum factis. In C O M P O N O.
Consequi omnia dictis.Ouid.15.Metam.
Fidem dictis contradere.Lucret.lib.1.
Per auras deferre dicta.Virgil.4.Æneid.
Curas demere dictis.Virgil.3.Æneid.
Aurea dicta depasci.Lucret.lib.3,
Omnia nos itidem depasci mur aurea dicta.
Detrahere fidem dictis.Quintil.lib.5.cap.7.
Dicta dicere. In D I C O.
Dicta dimittere in aures.Virgil.4.Æneid.
Dicta dedit. Virgil.6.Æneid. Et lib.8.
Talia dicta dabat.Virgil.5.Æneid.
Da lepõrem dictis.Lucret.lib.1.
Docere dictis.Lucret.lib.5.
Eliminare foras dicta.Horat.1.epist.5,
-ne fidos inter amicos
Sit,qui dicta foras eliminet.
Eludenda aduersariorum dicta.Quintil.lib.5.cap.13.
Expedire dictis.Virgil.3.Æneid.
Fictis dat cultum & pondera dictis.Valer.1.Argon.
Figere dicta animis.Virgil.10.Æneid.
Haurire dicta auribus.Ouid.13.Metam.
Dicta iocosa iactare in aduersarios. In I A C I O.
Dictis amaris aliquem incendere.Ouid.3.Trist.eleg.11.
Ingerere dicta in aliquem. In I N G E R O.
Ingerere dicta in dolium pertusum. Ibidem.
Lædere aliquem vel tenui dicto.Claud.3.de raptu Proserp.
Migrant dicta. In M I G R O.
Miscere fortia placidis dictis.Ouid.4.Metam.
Moueri dictis.Quintil.lib.5.cap.7.
Dictis mœrentia pectora mulcet.Virgil.1.Æneid.
Mutare dicta. In M V T O.
Memori pectore dicta notare.Ouid.3.Fast.
Notari dicto.Quintil.lib.6.cap.3.
Nuntiare alicui non bona dicta.Catull.ad Furium & Aurel.
Dicto obediens,Qui dictis obsequitur & paret.Plaut.Perſa,10.
Obtegere cum dicto. In C V M.
Dictis onerare aliquem.Plaut.Merc.24,
Optime hercle perge,ego assistam hinc altrinsecus,
Quibus est dictis dignus vsque oneremus ambo. Id est , corripiamus eum vt dignus est.
Perlustrare dicta.Stat.4.Sylu.3.
Dictis bonis petere.Plaut.Amphit.3,
Verùm profectò hoc petere me precario
A vobis iussit,leniter,dictis bonis.
Sententia prætentanda dictis ambiguis.Ouid.9.Metam.
Reddere dicta.Ouid.8.Metam.
Refellere.Virgil.4.Æneid.
Mutua dicta referre,est respondere.Ouid.1.Metam.
Regere dictis animos.Virgil.1.Æneid.
Reportare dicta alicuius.Claud.1.de raptu Proserp.
Tristia dicta reportat.Virgil.2.Æneid.
Reprobare vltima dicta.Ouid.9.Metam.
Repugnare dictis alicuius.Ouid.2.Metam.
Resoluere dicta.Quintil.lib.5.cap.13,Interim si resoluere ex parte diuersa dicta difficilius erit , nostra argumenta cum aduersariorum argumentis conferemus.
Facta arguebantur,dicta erant impune. Tacit.lib.1.
Dicta parentis non sunt : Id est , hæc indigna sunt quæ à parente dicantur. Terent.Heaut.5.4.
¶Dictum,idem quod prouerbium,siue adagium:quod facetis hominibus adscribitur,vt ait Donatus. Terent.Eunuch.3.1,
Tuum obsecróne hoc dictum erat? verus credidi.
Dictum à promisso sic discernitur. Dictum accipimus , quod ver-

bo tenus pronuntiatum est , nudóque sermone finitur : Promissum autem potest referri & ad nudam promissionem , siue pollicitationem,vel ad sponsum,l.19.§.1.D.de ædil.edict.
Dicteria,dicteriorum {σκώμματα} Breuiter,acurè,falséque dicta. Varro, *ἐπὶ τοῦ λόγου*, Quam mobile neque orto psalticium attulit psalteriũ, quibus sonant in Græcia dicteria. Martial.lib.6,
Omnibus arrides , dicteria dicis in omnes. Dicteria , quasi dicta non seria.
Dicto, dictas, dictare. Cic.3.Offic. Dictabat se hortulos aliquos emere velle. Alij codices habent dictitabat.
Dictare {ὑφηγεῖσθαι} Dicere , vt si alter scribens excipiat , & manu ſtylóque notet , inquit Valla. Cic.ad Attic.lib.2, Testatur se epistolam sua manu non scripsisse,sed recreãdæ voculæ causa ambulantem dictasse. Idem ad Q.fratrem,lib.2.6, Parvula lippitudine adductus sum , vt dictarem hanc epistolam : & non vt soleo , ad te ipse scriberem.
Grauiter ornatéque dictare. Vide Ornatè in O R N O.
Dictare actionem, à Iurisconsultis dicitur,quod à Terétio,dicam impingere vel dicere. Budæus. Vide D I C A. Paulus in l.non distinguemus. §. illud. D. de recept. arbit. Sed hoc tale erit, quale si actionem velit dictare. hoc est,actionem instituere,formulam intendere, cum aliquo experiri apud iudicem.
Fugam lucis,& tædium pudor dictat.Quintil.lib.1.cap.3.
Iudicium dictare.Paulus in l.si seruus.D.de noxal.act.
Alicui orationem. Cic.4.de Finib. Tu idem qui illis,orationem dictauisses.
Dictare rationem , quod barbari *facere computum* dicunt. Plautus Amphit.8.
Sententiam.Quintil.lib.2.cap.15.
Testamentum alicui, Pro suo arbitrio disponere. Plin. Iunior lib. 1.epist.vlt.in fine.
Vota dictat sacerdos.Valer.1.Argon.
Dicitur etiam,Ratio dictat, Quale est illud Plinianum in epistola quadam, O sylua, ô littus quàm multa componitis, quàm multa dictatis. Et illud Boëthij , Ecce mihi laceræ dictant scribenda camœnæ. Verùm hîc manifesta ratio subest.nam camœnæ,litus,ac solitudo tacitè nobis suggerunt quod scribamus : ita & ratio loquitur quod nos scribendum putemus : & ratio dictat quod in alterum effundamus. Hæc Valla in Raudensem. Plin.lib.26.cap.4, Igitur demõstrataram priore libro herbarum reliquos effectus dicemus,adiiciemúsque quas ratio dictauerit.
Ratio ita videtur dictare. Quintil.lib.3.cap.4.
Ipsis rebus dictantibus.Pomponius in l.2.D.de origine iuris,Nouissimè sicut ad pauciores iuris constituendi via translata , ipsis rebus dictantibus,videbatur : per partes euenit,vt esset necesse Reipublicæ per vnum consuli. Hactenus ille. Certè sicut dictari censentur ea, quæ nõ nostro affectu, sed alio præeunte verba scribimus:ita & quæ vicissitudo rerum, volente Deo , suggerit, ea excipimus, & volentes nolentes sequimur , quia natura dictat. Non prorsus absimile est illud Columellæ lib.4.cap.24,Modus itaque materiarum is erit,quem dictabit humi,atque ipsius sturpis lætitia.
¶Dictare,pro Scribere. Zeno l.dictantibus.C.de testam.Dictantibus testamenta, vel aliam quamlibet vltimam voluntatem, legatum testatorem posse relinquere,minimè dubitandum est.
¶Dictare, pro Edicere seu polliceri. Quint.lib.11.cap.vlt.Aut cum sodalibus iocantur,aut nonnunquam ad librarios suos ita respiciũt, vt sportulam dictare videantur.
Dictata,dictatorum,neut.gen.plur.num. Quæ præceptor pueris describenda dictauit. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17, Meam in illum orationem pueri omnes tanquam dictata perdiscant.
Magistri dictata.Iuuenal.satyr.5.
Dictata reddere. Cic.1.de Nat.deor.Ista enim à vobis quasi dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est. Perſ.satyr.1, Tén' cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas? Horat.1.epist.19,
Vt puerum sæuo credas dictata magistro Reddere.
¶Nec in literis tantùm, sed in aliis quoque artibus dictata dicuntur,velut regulæ & præcepta.Iuuenal.satyr.5,
Donec peragat dictata magistri Omnia. Id est , omnes gestus obsoniorum cum decoro incidendorum, quos à magistro didicerit. Sueton. in Cæsare , Vt disciplinam singulorum susciperent , ipsíque dictata exercentibus darent. De gladiatorum legibus ac præceptis agit.
Dictito, dictitas,penult.corr. Leuiter dicto. Cic. ad Lentulum,lib.1.9, Quem post reditum dictitant fracto animo & demisso fuisse. Plin. lib.29.cap.1. Terent. in Prologo Heaut.
-tum quòd maleuolus poeta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse musicum.
Dictitare in sermonibus.Cic.ad Lentulum,lib.1.epist.9,Appius in sermonibus antea dictitabat,postea dixit etiam in Senatu palãm.
Dictitare causas. Cic.2.de Orat.Ex numero accepimus eorum qui causas dictitarunt.
Dictio,dictionis {ῥῆσις,φάσις,λέξις} Verbale,Enuntiatio. Terent.Phorm. 2. 1, Seruum hominem causam orare leges non sinunt , neque testimonij dictio est. Id est,non licet ei testimonium dicere.
Causæ dictio.Val.Max.lib.7.cap.2.
Sententiæ dictio.Cic.2.de Inuent.
¶Dictio,pro vocabulo siue verbo accipitur.Valla lib.5.cap.10. Et Quintil.lib.1.cap.10. & lib.9.cap.1.
¶Dictio , Oratoria & facunda oratio. vt Dictioni operam dare. Cic.2. Tuscul.
¶Dictio,pro Oratione. Cic.de Claris Orat.Malim mihi L. Crassi vnam pro M. Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos. Idem 1. de Orat. Ibidem , Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione & vmbratili medium in agmen, in pulueremin clamorem,in castra atque aciem forensem. Budæus.

Dictio popularis. Vide Popularis in POPVLVS.
Extemporales dictiones. Quintil. lib. 2. cap. 4.
¶ Dictionem, pro Actione causæ videtur posuisse Tacitus de Oratore, Iuuenis ille, qui foro & eloquentiæ parabatur, deducebatur ad eum Oratorem, qui principem locum in ciuitate haberet, hunc sectari, hunc prosequi, huius omnibus dictionibus interesse, vtque sic dixerim, pugnare in prælio discere. Vides vt dictiones vocet prælia, distinguens à fictis declamationibus.
¶ Dictio, pro Oraculo. Liuius 1. Decad. libro 8, Eodem anno Alexandriam in Ægypto proditũ conditam: Alexandrúmque Epeiri regem ab exule Lucano interfectum sortes Dodonæi Iouis euentu affirmasse. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acherusiam aquam, Pandosiámque vrbem: ibi fatis eius terminum dari.

Dicax, dicacis, pen. prod. om. gen. {σκωπτικὸς, σκωπτικόμυθος} Qui sermone aliquem cum risu incessit & ridet. Cic. 2. de Orat. Quod est hominibus facetis & dicacibus difficillimum.
Homo dicax. Catull. ad Varum.
Facetus & dicax. Cic. pro Cælio. Et in Oratore, de Demosthene, Quo quidem mihi nihil videtur vrbanius, sed non tam dicax fuit quam facetus.
Vrbanus & dicax. Quintil. lib. 6. cap. 4, Demosthenem vrbanum fuisse dicunt, dicacem negant.
Dicax in aliquem. Cic. 2. Philip. Populum in te dicacem etiam reddidisti.
In conuiuiis & sermonibus multi dicaces. Quintil. lib. 6. cap. 3.
¶ Dicaces sunt, qui acuti sunt in dicendo, & acriter aduersarios figunt: Faceti verò, qui cum suauitate quadam orationis risum mouent. Dicacitas acrius ingenium postulat, quod celeriter & ex tempore possit aduersarium mordere: Facetiæ autem, maius & vberius ingenium & artem requirunt.

Dicaculus, dicacula, dicaculum, penult. corr. {σκωπτίλως} Diminutiuum. Plaut. Asin. 30, Satis dicacula es amartrix.

Dicacitas, pen. corr. {σκῶμμα} propriè significat sermonem cum risu aliquos incessentem, inquit Quintilianus libro 6. capite 4. Cicero libro 1. de Oratore, duo genera facetiarum nominat, cauillationem & dicacitatem.
Facetiæ & dicacitas. Cic. in Orat. Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valent, quorum duo genera sunt, vnum facetiarum, alterum dicacitatis.
Scurrilis, & scenica dicacitas. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Scurrilis Oratori dicacitas magnopere fugienda est. Cicero 2. de Oratore.

Dictiosus, pro Dicace antiquè dictum probat Varro lib. 5. de Ling. Lat. quem vide.

Dictator, pen. prod. {ὑφηγητὴς, στρατήγος} huius dictatoris, Is est qui dictat.
Dictator Romæ, is dicebatur qui Dictaturam gerebat: dictus quòd à Consule diceretur, siue crearetur noctis silentio: vel quòd aliis omnibus possit dictare, id est imperare ac præcipere. Dictator, inquit Varro libro 4. de Lingua Latina, dictus, quòd à Consule diceretur, cuius dicto audientes omnes essent. Liu. 1. Decad. libro 9, Noctis silentio (vt mos est) Fabius L. Papyrium Dictatorem dixit. Sex tantum menses fruebatur suo magistratu. Et quia summa potestas erat Dictatoris in populum, is quoque magister populi appellatus est, vt scribit Varro. Iuuenal. satyr. 8, Fumosos Equitum cum Dictatore magistros. Cic. 3. de Finib. Rectius magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla. Erat autem extraordinarius magistratus, cuius summa erat potestas habens ius animaduertendi in cuiuscunque ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat. Nec alio pacto creari solebat, quàm quum vis aliqua maior repente oborta, ingentem vrbi cladem minitari videretur.
Dictator, cuius in vrbe Roma summum ius, ac planè regia potestas fuit, lege lata, vt opinor, T. Lartio Flauo 11. Q. Cloelio coss. sine prouocatione creatus, & de cõsularibus lectus. Porrò, quum de consularibus eum legi lex iuberet, sequebatur, vt de patriciis crearetur. consules enim tunc, & per annos deinde multos, patricij fuerunt: nec prius de patriciis legi dictator desiit, quàm creari duo consules patricij desierunt. non enim consul patricius dictatorem quenquam de plebe dixisset. itaque qui primus de plebe dictator fuit, C. Marcus Rutilus, is à M. Popilio Lænate consule plebeio dictus est. ita communicata plebi dictatura, anno ab vrbe condita CCCIC. idque contra veterem consuetudinem, non tamen contra legem factũ est. non enim lex dictatorem de plebe fieri vetuerat, sed de consularibus iusserat; at C. Marcius consularis. satisfecit igitur legi Popilius, quum consularem hominem dictatorem dixit, patriciis non satisfecit, quia consularem de plebe dixit, quum omnes antea de patriciis dici consueuissent. Eadem forsitan lege sancitum est, (legem certè, quæ hoc sanxerit, nominat Plutarchus in Fabio) ne dictator equo posset vti, idque vel ob eam causam, quòd, quum plus inesse roboris in pedestribus copiis putaretur, propterea in legione permanere, nec locum deserere deberet imperator; vel quòd, quum ad alia omnia dictatoris esset singularis potestas, in hoc vno voluerunt eum populo inferiorem videri. senatus tamen petendi Fabio Maximo Verrucosso contra veterem legem concessit, vt equo vehi posset: datúmque id hominis virtuti, ac tempori, quum, cæsis ad Cannas Romanis, in vno Fabio, dictatore creato, melioris fortunæ spes reposita videretur. Dictaturæ spatium semestre fuisse, nec longius esse per leges potuisse, satis constat. duo tamen, propriam potentiam legibus ac libertati anteponentes, L. Sylla, & C. Cæsar, vtercque patricius, perpetuã dictaturam armis inuasere. verũ Sylla modestior. dictaturam enim sponte deposuit, solúsque, aut cum paucis comitibus in publico versari solitus est: eúmque à quodam ingenij satis liberi adolescente conuitiis acerbissimis vexatum historiæ produnt, Syllámque tum dixisse, Hic adolescens, ne quis vnquam posthac in deponẽda dictatura me imitetur, efficiet. Cæsar etiam illud sæpe in ore habuit: Sylla nescisse literas: quum eius inscitiam imprudentiámque in omittẽda dictatura

notaret. Ex Manutij libro de legibus Romanis.

DICT. Dictator. DIG. M. Dignus memoria.
Vitiosus dictator, Id est vitio creatus. Liu. Decad. 3. lib. 2.
Arrogare dictatorem. Vide ARROGO.

Dictatrix, huius dictatricis, pen. prod. {ὑφηγητὶς} Quæ dicit agenda, præcipit & imperat. Plaut. Perf. 12,
-tu hic eris dictatrix nobis.

Dictatorius, Adiectiuum {στρατήγειος} Quod ad Dictatorem pertinet, seu quod est Dictatoris. Liuius 6. ab Vrbe, Postremò Dictatorium fulmen in se inclinatum. Cic. pro Cluent. Dictatorius gladius.
Dictatorius iuuenis, pro Dictatore patre natus. Liu. 1. Decad. lib. 7.

Dictatio, huius dictationis, Actus ipse dictandi. Paulus in l. Lucius. D. de militari testam. Lucius Titius miles notario testamentum scribendum notis dictauit, & antè quàm literis perscriberetur, vita defunctus est. quæro, an hæc dictatio valere possit?

Dictatura, pen. prod. Ipsa Dictatoris dignitas. Cic. 2. Offic. Alter enim qui in illa Dictatura scriba fuerat, in hac fuit Quæstor vrbanus.
¶ Dictatura {στρατηγεία.} Ipsa dictanti actio. Suet. in Iulio Cæsare, Syllam nescisse literas, qui Dictaturam deposuerit. Alludit tamen ad Dictatoris dignitatem.
Imperiosa Dictatura. Vide IMPERO.
Dictaturam solo æquare. Vide AEQVO.
Dictaturam gerere. Cic. 2. Offic. Quod is paucos sibi dies ad Dictaturam gerendam addidisset.
Deponere Dictaturam. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Sumebantur Dictaturæ ad tempus. Tacit. lib. 1.

Dicibulum, dicibuli, Vide suprà suo loco.

Dicturio, dicturis, pen. corr. Dicere molior. Macrob. Sed perge Auiene, ne vltrà te dicturientem retardem.

Dicondyli {δικονδύλοι} Dicuntur digiti qui duplicem commissuram habent, cuiusmodi sunt omnes, dempto pollice, qui monocondylus est. Vide Alex. Genial. lib. 4. cap. vlt. & Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 3.

Dicopia, æ {δικωπία} Remigiũ, scapha. Lucian. Vide Bayfi de re naual.

Dicrotum, pen. corr. {δίκροτον} Biremis dicitur. De dicroto, Iulius Pollux libro 1, Dicrota sunt naues, quæ duobus gubernaculis pariter à prora regũntur & puppi. Cic. ad Att. lib. 5, 98, κέρκυρα Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliud ἰσόπλοιον. Idem lib. 16, Nam & ipse Domitius bona planè habet dicrota.

Dictamus, om. gen. vel dictamum, dictami, neut. gen. pen. prod. {δίκταμνος} Herba qua lacertæ se refouent, quotiescunque cum serpentibus pugnam habuerint. Virgil. 12. Æneidos,
Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida. Quo ex loco legendum putant Hermolaus & docti omnes dictamnum, interpositan literam alioqui versus non staret. Cui orthographiæ adstipulari etiam videtur Theophrasti locus & Galeni, in quibus semper dictamnum legas. Vide Plinium lib. 8. cap. 27. Et lib. 20. cap. 14. Cic. 2. de Natura deorum, Capras auditum est in Creta feras, quum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere, quæ dictamnus vocaretur: quam quum gustauissent, sagittas excidere dicunt è corpore. Idem dicit Plinius libro 26. capite 14. Dicta est hæc herba etiam Artemidum, à Diana quam Græci Artemida vocant, quoniam vulneratæ capræ & ceruæ, eius herbæ pastu sanarentur. Vide Ruell. lib. 3. cap. 27.
Dictamus florens. Stat. 1. Sylu. 4,
-Idæa profert quam Creta sub vmbra
Dictami florentis opem.

Dictator, Dictatura, Vide DICO, dicis.

DICTE, Dictes {δίκτη} Mons est insulæ Cretæ, Ptolemæo lib. 3. cap. 17. & Strabonis lib. 10. Sic dictus à Dicte nympha quæ illic colebatur, vt ait Seruius.

Dictæus, Adiectiuum {δικταῖος} Vnde Iupiter Dictæus dictus est, quòd in eo fuerit nutritus, vt tradit Seruius. Virgil. lib. Georg. 2,
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, &c.
Antrum Dictæum. Virgil. 4. Georgicorum,
Dictæo cæli regem pauere sub antro. De apibus loquitur.
Arua Dictæa. Virgil. 3. Æneid.
Astra coronæ Dictææ. Claud. 3. Panegyrico,
Seu tibi Dictææ placuerunt astra coronæ.

Dicterium, Dictio, Dicto, Dictum, Vide DICO.

DICTYNNA {δίκτυννα} vt quidam putant, cognomen est Dianæ, propterea quòd retia inuenerit, quæ Græcè dicuntur δίκτυα. Scribit Diodorus libro 6, Dictynnam ex Ioue genitam, in Creta consuetudine Dianæ familiarissimè esse vsam: quæ res causam præbuit vt quidam Dictynnam, Dianam esse existimarent. Hoc item cognomine κυνηγέτην deam appellant Cretenses, quòd quum Minos ob amorem hanc insequeretur, illa fugiens in retia, capiendis demissa piscibus, se præcipitem dederit.
Dictynna Diana, quam esse Lunam putabant, dicta quòd fulgore suo noctu omnia ostendat. Festus.
Mitis Dictynna, Id est Diana. Stat. 9. Thebaid.

DICTYNNA {δικτύννα} Cretæ insulæ vrbs: à quo mons Dictynnæus dictus est Strabonis.

DICTYNNEVM {δικτύνναιον} Dictynnæ templum in monte Cretæ, cui nomen est Tityrus: cuius meminit Strabo lib. 10.

DICTYNEVM & PHAEBEVM, loca sunt prope Spartam, de templis puto eorum deorum dicta. Author Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 6.

Dictyota {δικτυωτὰ} Opera, quæ Latini reticulata vocant: ita dicta, quòd in hoc ædificij genere tessellæ, macularum, quæ in reti conspiciuntur, similitudinem referant. Plinius libro 36. capite 22, Dictyoton vocant reticulatam structuram, quam frequentissimè Romæ struunt, timis opportunam. Vbi tamen in vulgatis codicibus legitur Dictyotheton.

DICTYS Cretensis, peritus Phœnicum literarum, natus Merione filio Idomenei, scripsit bellum Troianum: in quo ipse militauit, Phœnicum lingua. Reuersus in patriam, moriens mandauit vt liber arca plumbea sepulcro eius inferretur occlusus. Anno deinde tertio Neronis principatus ob terræ motum reuulso sepulcro arca apparuit: delataque

delataq; ad Rutilium illius insulæ præsidem, & ab illo ad Neronem transmissa est. Librum Nero in Græcam linguam conuerti iussit, bibliothecæque dicauit, qui ad nostrum ævum peruenit conuersus in Latinum sermonem à quodam Septimio, vt eius indicat epistola: in qua dicit librum inuentum à pastoribus in sepulchro, & ad Praxim eius regionis dominum delatum, ab illo verò Neroni dono missum fuisse.
¶ Dictys, vnus ex Centauris fuit, Pyrithoi manu interfectus, vt est videre apud Ouid. lib. 12. Metam.
¶ Dictys piscator quidam qui Perseum educauit. de quo Stat. libi 2, Fluctuagus volucrem comebat Persea Dictys.

Dicyitos {δίκυιτος} Camelus est gibbi duplicis, densiore pilo, viribus prælualidis, adeò vt duplicato onere incedat onusta. Hanc verò dici Bactrianam, quòd in Bactris nata primùm sit, ex Didymo refert Cælius lib. 7. cap. 18.

D I D

Didactron {διδακτρὸν} Docentis præmium nuncupatur, sicut quod militi tribuitur epinicio, niceterion: quod medico, soterion, iatreon, & sic de cæteris. Vide Rhodig. lib. 13. cap. 30.

Didascalus, pen. corr. {διδάσκαλος} Latinè dicitur præceptor, magister, doctor. διδάσκω, doceo.

Didascalia, didascaliæ, pen. corr. Doctrina. Cælius Ciceroni, lib. 8. 3, Genere tamen, quod ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, vt versetur inter manus, habeat. Petit opus aliquod literarium sibi à Ciceronе dedicari, celebre quidem illud, & quod propter doctrinam crebrò ab hominibus tractetur.

Dida lex {δὶς τὸ νόμος} post Fanniam legem duodeuiginti annos secuta est: cuius ferendæ duplex ratio fuit: Prima, vt non solùm vrbs Romana, sed vniuersa Italia lege sumptuaria teneretur. Secunda, vt non modò qui conuiuia maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea vocati essent, atque omnino interfuissent, pœna legis tenerẽtur. Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 17.

DIDIVS. Cic. in Pison. T. Didius ex Macedonia triumphauit.

DIDO, Didonis, penult. prod. {ἀδίδω} vel per declinationem Græcam Dido Didus, in accusatiuo Didoa, & per contractionem Dido. Elisa proprio nomine vocabatur, sed cognomento Dido dicta est, id est virago, quia virile aliquid fecit, se in ignem præcipitando, inquit Seruius. Beli fuit filia, & soror Pigmalionis. Virgilius, Vritur infelix Dido.
Regina Dido. Virg. 1. Æneid.
Phœnissa Dido. Virg. 1. Æneid.
Pulcherrima Dido. Virg. 4. Æneid.
Sidonia Dido. Virg. 1. Æneid.

Dido, didis, didid, didid, didum, pen. corr. {διανέμω} didere, Distribuere significat & digerere. Dictúmque videtur Dido quasi diuido, ablata media syllaba. Horat. 2. Serm. sat. 2,
Albuti senis exemplo dum munia didit. Didit, id est diuidit. Porphyrius.
Cibus in venas diditur. Lucret. lib. 2.
Solatia didita per gentes. Lucret. lib. 5. & lib. 4,
Nunc ea quæ dico rerum simulacra, feruntur
Vndique: & in cunctas iaciuntur didit partes.

Dididerunt, pen. corr. pro Diuiserunt posuit Lucret. lib. 6,
Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris
Dididerunt: quondam præclaro nomine Athenæ.

Didome, es {δίδωμη} Herba alio nomine Cynosorchis, siue testiculus canis dicta, à gemina radice nomen adepta, apud Hippocratem.

Didoron, pen. prod. {δίδωρον} Duorum palmorum. Plin. lib. 35. cap. 14, Genera eorum tria, Didoron, quo vtimur, longum sesquipedale, latum pede, alterum tetradoron.

Didrachmum, didrachmi, neut. gen. {δίδραχμον} Nummus est duas drachmas continens, & valet tantum quantum septem solidi nostri turonici, teste Budæo.

Diduco, diducis, diduxi, diductum {διαλαμβάνω, διαιρῶ} diducere, In diuersas partes & diuersa loca ducere, siue dirimere, diuidere, & distinguere. Cæsar 6. bel. Gall. Dimittendæ plures manus, diducendíq; erant milites. Colum. lib. 6. cap. 2, Posthæc diductis malis, educito linguam. De bobus domandis.
Diducere & Contrahere, contraria. Cic. 4. Acad. Itaque & lumen mutari sæpe volumus, & situs earum rerum quas intuemur, & interualla aut contrahimus, aut diducimus, multáque facimus, &c.
Comprimere & Diducere digitos, similiter cõtraria. Cic. in Orat. Nam quum compresserat digitos, pugnũmque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse: quum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat.
Diducere aciem in cornua. Liu. 5. ab Vrbe.
Assem in centum partes diducere. Horat. in Arte.
Diducere aquam in vias. Cato cap. 155, Quum pluere incipiet, familiam cum ferreis farculis exire oportet, & incilia aperire, aquam diducere in vias.
Diducere argumenta in digitos. Quintil. lib. 11. cap. 1, Argumenta diducet in digitos, & propositionũ ac partitionũ captabit lepõrem.
Diducere complexus. Propert. lib. 1. eleg. 12,
Non ego complexus potui diducere nostros.
Tum verò in curas animũ diducitur omnes. Virg. 5. Æneid. Græca figura: vt, Mentem læsus. Seruius.
Fauces immani diducit hiatu. Silius lib. 3. de serpente quodam.
Flumina in riuos diducuntur. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Humum continuam diduxit. Ouid. 8 Metam,
Matrimonium diductum. Sueton. in Othone, cap. 3.
Nubem diducere auris subitis. Cic. in Arato,
Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem
Cœperit, & subitis auris diduxerit ara.
In contrarias partes diducere aliqua. Cic. 2. de Inuẽt. Atque hi quidem, & siqui eiusmodi ex proprio argumento cõmunes loci nascentur, in contrarias partes diducentur.

Rictum diducere. Iuuenal. sat. 10.
Risu diducere rictum auditoris. Horat. 1. Serm. sat. 10.
In studia Senatum diduxerat. Tacit. lib. 20.
In species rursus hæc omnia diducuntur. Quintil. lib. 2. cap. 14.
Vestem diduxit ab orc. Ouid. 3. Metam.

Diductus, Particip. {διεκπεμπόμενος} Cic. 3. de Orat. Riuis est diducta oratio, non fontibus.
Arua diducta à propinquis iugis. Silius lib. 1.
Diducta Britannia mundo. Claud. 8. Paneg.
Ciuitatem diductam incusabat. Tacit. lib. 4.
Colores diducti. Cels. lib. 1. cap. 8. Quantóque magis mistos, neque inter se diductos colores habet, tanto deterius.
Cornua diducta. Liu. lib. 8. Decad. 3. Cornua exercitus intelligit.
Diuisionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leuiter eludit. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Foribus palatij reperte diductis. Tacit. lib. 12.
Militem diductum lasciuire prætendebat. Tacit. lib. 4.
Ordines diducti. Tacit. in vita Agricolæ.
Diductum in partes audientium studium. Plin. epist. 43.
Terræ diductæ, hoc est diuisæ, apertæque. Tacit. lib. 2.
Tunica diducta. Quintil. lib. 2. cap. 15.

DIDYRI {δίδυροι} Populi in confinio Albaniæ, prope Labienos, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 10.

DIDYMA, Diana à Pindaro cognominata in Pythiis, illo carmine, πάρ-ἔστι χρεὼ δίδυμα: quod & comment. obseruant. Didyma verò, vt reor, quia cum Apolline ex Latona genita. δίδυμοι, vt infrà dicetur, gemini appellantur.

DIDYMAE, pen. corr. Didymarum, insulæ Africæ, quæ Ægypto adiacent, teste Ptolemæo lib. 4. cap. 5.

DIDYMAON, pen. prod. armorum artifex eximius. De quo Virg. lib. 5. Æneidos,
Et clypeum efferri iussit, Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de posite refixum.

DIDYME, Didymes, penult. corr. Insula in mari Siculo vna ex Æoliis. Pompon. lib. 2.

DIDYMEVS, pen. prod. {δίδυμεὺς} Apollo dictus est, quòd geminam speciem sui numinis præferat, illuminando formandóque Lunam. Ex vno enim fonte lucis, gemino sydere spatia diei & noctis illustrat: vnde & Romani (vt inquit Macrobius 1. Saturn. cap. 17) Solem Didymei Apollinis appellatione venerantur. Dictum est & Didymeum templum Apollini dicatum apud Miletum, quod prius oraculum Brancidarum (vt author est Plinius) appellatum est. De hoc tem plo sic scribit Strab. lib. 4, Post Possidium Milesium est oraculum Apollini Didymeo sacrum apud Brancidas ad decem & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodum cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesij templum construxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remãsit sine tecto, variis antiquarum artium donis sumptuosissimè honoratum.

Didymon xylon {δίδυμον ξύλον} à Græcis exponitur, pro eo quod Romani furcam vocant, veluti ex duobus modò lignis constaret: nã didymon, geminum dicunt. Vide Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 8.

DIDYMOS, tibicen quidam fuit, qui vt in Græcis relatum est monumentis, in adulterio deprehensus, ὃν τῷ δώματι ἐκκρεμάσθη, id est ex nomine suspẽsus est: quod significat ex testiculis. Galen. enim in libello Isagogico Didymos testes vocat. Vide Alex. Genial. lib. 4. cap. 1. & Cæl. Antiq. lib. 4. cap. 7.

Didymus, pen. corr. {δίδυμος} Latinè geminus dicitur.

DIDYMVS, professione grammaticus, genere Alexandrinus, Cicerone & Antonio Consulibus natus, tempore Augusti Romæ profitebatur, cognomine Chalcenterus, ob studium infatigabile: sicuti à Demetrio Trœzenio, vt scribit Athenæus, dicebatur Bibliolachas, ex voluminum numerositate. Dicitur enim scripsisse libros ter mille quingentos. Macrobius libro 5. Saturn. cap. 22, vocat hunc grammaticorum omnium quique sint, quique fuerint, instructissimum. Chalcenterus autem dictus est ab intestinis æreis, veluti prædurus. χαλκὸς æs seu ferrum, & ἔντερα viscera, inde χαλκέντερος. Ex Hieronymo, Erasmo, Volaterrano, Cælio.
Didymus Alexandrinus, Præsul Cæsarienſis, captus oculis à puero, & ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, vt Dialecticam quoque & Geometriam, quæ vel maximè visu indiget, perfectè didicerit. Is plura opera & nobilia conscripsit, quorum nomina recenset Hieronymus, cuius tempore floruit. Excessit annum ætatis octogesimumtertium. Vide Hieronymum in catalogo scriptorum ecclesiasticorum, & lib. 11. Historiæ ecclesiasticæ, cap. 7. & Tripartitæ, lib. 8. cap. 8.

D I E

Dieche {διὴν} Aristotelis interpretibus est, qua strepitus ad auditũ prouchitur, quasi personiam diceris, quòd veterina sit ac vehicularis sonũ. Author Cæl. Rhod. lib. 15. cap. 4.

Dieçula, Vide DIES.

Diegertica {διεγερτικὴ} Epithalamia veteribus dicta sunt, quæ matutino tempore canebantur, sicut quæ vespere in noctem mediam recitabant, κατακοιμητικὰ vocabantur. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 28. cap. 15.

Dielcystinda, æ {διελκυστίνδα} Ludus puerorum quũ duæ inter se diuisæ partes, altera alteram manibus iunctis ad se retrahere contendit.

DIENSES, Populi Macedoniæ. Horum meminit Paul. de censib. In Macedonia, inquit, iuris Italici sunt Dienses, &c. Vide Plinium libro 4. capite 10.

Dierectus, Adiectiuum {διαυγὴς} dicitur, inquit Nonius, crucifixus, quasi ad diem erectus. Varro Eudæmonibus, Apage in dierectum à domo nostra istam ad sanitatem. Plaut. Casin. 3, Adi dierectus tuam in prouinciam. Idem Capt. 11, Quin tu quiescis dierectum cor meũ, ac suspende te. Idem Bacch. 12. Festus, Dierectum dicebãt per antiphrasin, volentes significare malum diem. Antiquum est.

Dies, diei, pen. prod. masc. & fœm. gen. in singulari: ἡμέρα, ἡμαρ. In plurali verò tantùm masc. Asconius. Dies fœminino genere tempus dicitur: & ideo die cula, breue tẽpus & mora. Dies horarum XII, masc. gen. est: Vnde hodie aduerbium, quasi hoc die.

Dies nomen habet ab Ioue, quem Græci Δία vocant. tradit enim Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 15, Iouem esse lucis authorem, vnde & Lucetium Salij in carminibus canunt, & Cretenses Δία τὸν ἡμέρας vocant. ipsi quoque Romani Diespitrem appellãt, vt diei patrem. Idem quoque cap. 23. plurimis testimoniis confirmat eundem esse Iouem ac Solem, quo loco rem fusissimè exequitur.

Dies masc. gen. Martial. lib. 1,
Quartus dies est, in schola poetarum
Dum fabulamur. Plin. lib. 9. cap. 59, Eadémque hora per aliquot dies continuos piscator enauigat.

Dies fœm. gen. Virgilius,
Multa dies, variúsque labor mutabilis æui
Retulit in melius. Iuuenal. de Priamo loquens, Sat. 10,
Longa dies igitur quid conferet? Id est, quid ei longæuitas profuit?

Hæc Budæus. Iurisconsulti Annua, bima, trima, quadrima die, pro anni tempore, biennij, triennij, quadriennij, vsurpant. Cic. ad Lent. lib. 1. 6, Et ipsa die quæ debilitat cogitationes & inimicorum & proditorum. Confunditur tamen hæc differentia.

Dies fœm. gen. pro die horarum XII. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17, In qua primum erat, quòd antiquior dies intus fuisset adscripta literis, quàm in Cæsaris. Idem ad Att. lib. 2.

Genitiuus à dies, est diei, dij, dies, die. Dici. Plaut. Pseud. Diei iam multum est. Dij. Virg. 1. Æneid. Munera lætitiámque dij. Seruius legit dei, Bacchum intelligens, seu vinum. Admonet tamen à multis legi dei, pro diei. Dies. Cic. pro Sextio, Equites non daturos illius diei pœnas. Liu. in quinta Decade, lib. 4, Per mediam Bœotiam dies vnius expedito itinere Chalcidẽ ad classem contendit. Virg. 1. Georg. Libra dies, somníque pares vbi fecerit horas. Seruius legit die pro diei. Die. Sallustius in Iugurtha, Vix decima parte die.

Ablatiuus, Die, vel diu. Salluſt. Diu noctúque labora.

¶ Dies alius naturalis, alius ciuilis.

Dies naturalis, Est tempus ex oriente sole ad solis occasum. Hunc aliqui artificialem dicunt, alij hemisphæricalem. Cuius contrarium tempus est nox, id est vmbra terræ: videlicet ab occasu solis vsque ad ortum.

Dies ciuilis vocatur tempus quod sit vno cæli circumactu, id est inter vnum solis ortum & alium: quo & verus dies, id est lux & nox continetur: vt quum dicimus aliquem dies triginta tantùm vixisse: noctes etiam comprehendimus. Nox enim teste Seruio, pars est diei: sed diem dicimus à parte, quam constat esse meliorem. Vnde vsus obtinuit vt sine noctis commemoratione, dierum numerus exprimatur. Hæc ex probis authoribus. Plinius tamen his verbis rem explicat lib. 2. cap. 77. Ipsum diem. inquit, alij aliter obseruauere. Babylonij inter duos solis exortus: Athenienses inter duos occasus: Vmbri à meridie in meridiem: vulgus omne à luce ad tenebras: Sacerdotes Romani, & qui diem diffiniere ciuilem, item Ægyptij, & Hipparchus, à media nocte in mediam. Vide Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 3. & Gell. lib. 3. cap. 2.

Diem incipiunt Hebræi à vespere, quòd tenebræ ante creatam lucem fuerunt, vt est Genes. 1. cap. quod idem olim feciſſe Gallos tradit Cæsar, & Germanos Cornel. Tacit.

Dies alius iudicat de alio. Plin. lib. 7. cap. 40, Ista nimirum bona, si cui inter illa, hora in gaudio fuit. Ita est profectò: alius de alio iudicat dies: & tamen supremus de omnibus, ideó q; nullis credendũ est.

Dies, Nonius, Quoties, inquit, per accusatiuum casum annos vel dies loquimur, iuges annos, vel dies significamus: quoties per ablatiuum, per interuallum, interiectis aliquibus annis vel diebus. Itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos melius dixerint. Plaut. Trinum. Quia ruri dũ sum ego, vno sex dies. Me absente, &c. Vide plura apud Nonium.

Die crastini, pro Die crastino. Plaut. Mostel. 12, Hanc rem die crastini quum herus resciuerit. Idem Menæch. 24, Mane sanè, die septimi vænibunt serui. Ita loquutos veteres docet Macrobius 1. Saturn. cap. 4. ita inquiens, Sed nec die crastini à doctissimo viro, siue veterum authoritate prolatum est, quibus mos erat modò diequinti, modò diequinte pro aduerbio copulatè dicere. cuius indicij est, quòd syllaba secunda corripitur, quæ natura producitur, quum solùm dicitur die. Quòd autem diximus extremam istius vocis syllabam tum per e, tum per i scribi, consuetum id veteribus fuit, vt his literis plerunque in fine indifferenter vterentur, sicut pristine & pristini, prochue & prochui. Gell. lib. 10. cap. 24.

Accessus & defectus dierum ac noctium. Vide ACCEDO.

Die decies. Plaut. Milite, 11, -complebatur die. Sub in.

Medio diei. Tacit. lib. 12. Et lib. 17. Medio diei temulentus.

Per mediũ diei nudus repertus est exercitãdo corpori. Tacit. li. 14.

Pars melior diei acta. Virg. 9. Æneid.

Ad diem. Vide Ad præpositionem.

Ad diem pecuniam soluere. Cic. Attico, lib. 16. 24.

Ad hanc diem. Vide AD præpositionem.

Ad multum diem. Vide MVLTVS.

Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas, hoc est, ad paucos dies habituros eram. Cic. Attic. lib. 5. epist. 17.

Ad serum vsque diem Vitelliani saxis, pilísque subeuntes ardebãt. Tacit. lib. 19.

Ante diem cadere vel mori. Virg. 4. Æneid.

De die, pro interdiu. Sueton. Lauabat de die. Curtius lib. 5, De die inibat conuiuia, quibus fœminæ intererant. Idem lib. 8.

In diem abiit malum. Terent. Phorm. 5. 2. Vide in ABEO, Abire in diem.

In hanc diem. Vide IN.

In diem determinare. Vide IN.

In dies. Vide IN.

In dies vitium crescit. Cic. Topic.

In paucos dies. Vide IN.

In eum diem. Vide IN.

In dies singulos. Vide IN.

In qua die. Vide IN.

In his diebus. Vide IN.

In diebus pauculis. Vide IN.

In diem pœnas præsentis fraudis dij referuant. Cic. pro Cælio.

Incidere in diem. Vide INCIDO.

In diem viuere. Vide IN.

Inter paucos dies. Vide INTER.

Intra viginti dies. Vide INTRA.

Dies sine fæce. Martial. lib. 8. 14,
Hibernis obiecta Notis specularia puros
Admittunt soles, & sine fæce diem.

Dies noctésque, vel Dies & noctes. Plaut. Rud. 10. Terent. Eunuch. 1. 2,
Dies noctésque me ames, me desyderes. Cicero pro Rosc. Amer.
Dies noctésque parentum pœnas à conscleratissimis filiis repetant.

Noctes atque dies, Id est semper. Lucretius lib. 2. Et Virgilius 6. Æneid.

Diem noctémque, vel Diem ac noctem. Cic. pro Lege Agra. Qui paulo antè diem noctémque Tribunitium nomen horrebant. Idem 2. de Diuinat. Quasi verò quicquam interfit, mures diem ac noctem rodentes, scuta an cribra corroserint.

Dies multum iam est: Id est, multum diei iam præteriit. Plaut. Pseud. 2. 0, Vides iam diei multum esse?
Tela lucida diei. Lucret. lib. 1,
Non radij solis, neque lucida tela diei.

¶ Dies curiæ. Cic. de Orat. Tantáque esset in homine iucunditas, & tantus in iocando lepos, vt dies inter eos curiæ fuisse videretur conuiuium tusculani. Etsi scio à doctissimis hominibus diem curiæ, diem senatus exponi propter grauitatem superioris orationis, quo profecto sermone non perinde vsi videntur esse homines illius ſeculi, tamen diem curiæ, diem quo curiales rem diuinam in curia sua faciebant, hilaritérque epulabantur, accipio: mœstus enim & tristis sermo inde exulabat, & inauspicatus infaustúsque habebatur, & à re diuina alienus. De sacris autem curialium & epulis vide apud Dionysium lib. 2. Hæc ex Turnebo, apud quem plura.

¶ Quinquennij die, pro Quinto anno. Proculus in l. Atilicinus. D. de Pactis dotalibus, Quum inter virum & vxorem pactum conuentum ante nuptias factum esset, vt quibus diebus dos data esset, iisdem diuortio facto redderetur: post quinquennium quàm nuptiæ factæ sunt, vxor viro dotem dedit. diuortio facto, quæro vtrum quinquennij die vir vxori dotem reddet, an statuto legibus tempore?

Annua, bima, trima, quadrima die, quinto anno promittere aliquid reddere. Alfenus in l. Aliud. D. de Pactis dotalibus, Aliud est si pater pro filia dotem promisit, vt annua, bima, trima, quadrima die, quinto anno à se redderetur, &c.

Almus dies. Virg. eclog. 8. Vide ALMVS.

Angusta dies. Stat. 1. Thebaid.

Annua dies. Vide ANNVVS.

Antiqua dies. Vide ANTIQVVS.

Anteacta dies. Lucret. lib. 1.

Aprica dies. Valer. 1. Argon. Vide APRICVS.

Atra dies, Id est infausta. Virg. 6. Æneid. Vide ATER.

Austrinus dies. Vide AVSTER.

Benignus dies. Stat. 5 Syl. 1.

Bonus, Felix. Horat. 3. Carm. ode 21.

Breuior. Virg. 1. Georg.

Cæco die emere aliquid. Vide CAECVS.

Calidus. Claud. 2. Paneg.

Candida. Ouid. ad Pisonem.

Celeberrimus. Vide CELEBRIS.

Centesimus. Vide CENTESIMVS.

Certa. Vide CERTVS.

Clara. Virg. 5. Æneid.

Compitalitius. Vide COMPITVM.

Continuus. Claud. 3. Paneg. Vide CONTINEO.

Crastinus. Vide CRAS.

Criticus. Vide CRITICVS.

Cupitus dies. Optatus. Senec. Hippol. 7.

Damnosa dies. Horat. 3. Carm. ode 6.

Exemptiles dies. Cic. 3. Verr.

Extremo iam die sua quisque in tentoria dilaberetur. Tacit. lib. 19.

Feriatus dies. Vide Feriatus in FERIAE.

Dies festæ licentiæ. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Festus, vel Festa dies. Horat. 3. Carm. ode 8. Ouid. 1. Fast. Tacitus libro 13.

Formosi dies. Ouid. epist. 21.

Fugaces. Lucan. lib. 2.

Geniales. Iuuenal. sat. 4.

Hilares. Iuuenal. sat. 15.

Hodiernus dies. Cic. pro M. Marcel. & pro Cluent.

Hostilis, Inimica, noxia. Stat. 2. Syl. 1.

Immotus & serenus dies. Id est quietus à vẽto. Plin. Iun. lib. 2. epist. 17. ad Gallum.

Impetrabiles. Vide IMPETRO.

Incertus dies. Colum. lib. 11. cap. 2, Idibus Nouembris dies incertus, sæpius tamen placidus.

Infestæ. Lucret. lib. 3.

Innubis. Senec. Herc. OEth. 4.

Inquietus ventis dies. Plin. Iunior lib. 2. epist. 17. ad Gallum.

Instauratitiæ dies. Vide INSTAVRO.

Iucunda. Valer. 7. Argon.

Iusti dies dicebantur triginta, quum exercitus esset imperatus, & vexillum

vexillum in arce positum. Festus.

Labens. Virg. 4. Æneid.

Lætus. Virg. 1. Æneid.

Laxa. Vide LAXVS.

Legitimi dies. Vide LEX.

Lepidus dies. Vide LEPIDVS.

Longa dies. Virg. 2. Georg. Horat. 1. epist. 1,
Vt nox longa, quibus mentitur amica, diésque
Longa videtur opus debentibus.

Lucidus dies. Seneca Hippol. 10. & 4.

Luculentus dies. Vide LVCVLENTVS.

Lustricus dies. Suet. in Nerone, cap. 6, Eiusdem futuræ infelicitatis signũ euidens die lustrico extitit. Id est quo lustrum fiebat.

Medius dies, Meridies. Ouid. 3. Metam.

Medium diem pro plaga meridionali dixit Virgilius lib. 3. Georgicorum,
Et stabula à ventis hyberno opponere soli,
Ad medium conuersa diem.

Mœstus dies. Seneca Troade, 4.

Multo denique die. Vide MVLTVS.

Multo adhuc die, vallum ingressus. Tacit. lib. 18.

Natalis dies. Ouid. 1. de Arte.

Nefastus dies. Horat. 2. Carm. ode 13.

Negotiosi dies. Tacit. lib. 13, C. Cassius, si pro benignitate fortunæ diis grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere dixerunt, eóque oportere diuidi sacros, & negotiosos dies, quis diuina colerentur, & humana non impedirent.

Nitidus. Seneca Hippol. 11.

Niualis. Horat. 2. Serm. sat. 6. Vide NIX.

Nuptialis. Senec. Medea, 12.

Operarius. Vide OPERARIVS.

Otiosus. Vide OTIOSVS.

Pandicularis. Vide PANDICVLOR.

Parentalis. Ouid. 2. Fast.

Dies pecuniarum. Columel. lib. 1. cap. 7, Sed nec dominus in vnaquaque re cui colonum obligauerit, tenax esse iuris sui debet, sicut in diebus pecuniarum, vt ligni & cæteris paruis accessionibus exigendis. *Comme és termes des payements.*

Perendinus. Vide PERENDINVS.

Perexiguus. Vide PEREXIGVVS.

Placidus. Ouid. 11. Metam.

Postero Iduum die redeũtem à cœna Othonem, &c. Tacit. lib. 17.

Præceps dies. Senec. Agamemn. 6.

Præcipiti iam die, Liuius elegãtissimè dixit lib. 4. Decad. 1. quo modo Curtius vocat præcipitem senectutem.

Præliares dies appellantur, quibus fas est hostem bello lacessere. Erãt enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas fuit id facere. Festus. Primus quæstionis dies contemptus. Tacit. lib. 15.

Professi dies. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Proximis superioribus diebus. Cic. 2. de Nat. deor.

Pudibunda dies. Stat. 5. Thebaid. Id est rubicunda, quòd qui pudore suffunduntur, erubescant.

Pulchra dies. Horat. 1. Carm. ode 36. Et, Pulcher dies in ea significatione, apud eundem 4. Carm. ode 4.

Dura dies. Claud. 2. de Raptu Proserp. 1.

Purpureus dies. Senec. Herc. OEth. 14.

Ratio dierum. Cic. ad Attic. lib. 8.

Sacer dies. Horat. 2. Carm. ode 12. Tacit. lib. 13.

Sacrifici dies. Ouid. 13 Metam.

Sæua dies animi. Stat. 1. Thebaid. 10, Lux conscientiæ atque furiarum. Sua enim facinora, conscientia arguente, semper cernebat. Lactantius.

Saluus & compositus dies. Plin. Iunior lib. 2. epist. 17. ad Gallum.

Senecta dies. Plin. lib. 2. cap. vlt.

Sicci dies, Æstiui. Horat. 3. Carm. ode 29,
-iam Procyon furit,
Et stella vesani leonis,
Sole dies referente siccos.

Solidus dies, Integer & perfectus. Stat. 4. Sylu. 3,
At nunc quæ solidum diem terebat,
Horarum via facta vix duarum.

Partem solido demere de die. Horat. 1. Carm. ode 1.

Stati dies. Tacit. li. 20. Status porrò dies vocatur, qui iudicij causa est constitutus cum peregrino. Plaut. in Curcul.

Si status, condictus cum hoste intercedit dies. Festus.

Summa dies. Virg. 2. Æneid.

Suprema dies. Horat. 1. Carm. ode 13.

Tarda dies. Ouid. 15. Metam.

Tepidi & insolati dies. Vide IN SOLO, insolas.

Volucris dies. Horat. 3. Carm. ode 28.

Abire diem. Cic. Famil. lib. 11.

¶ Nubes abscondit diem puluere. Senec. 2. Thebaid.

Absumere diem. Vide ABSVMO.

Absumere & decipere diem. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.

Absumpta dies querelis. Silius lib. 13.

Adimere diem. Vide ADIMO.

Adest dies. Vide ADSVM.

Admittere diem. Vide ADMITTO.

Dies affert, & hora potius, nisi prouisum est, magnas sæpe clades. Cic. in Tusc.

Adscribere diem. Cic. Famil. lib. 3.

Aduentare diem. Sallust.

Agere, vel Agitare diem. Vide AGO.

Agitare dies festos. Virg. 2. Georg.

Amittere diem. Stat. 8. Thebaid.

Aperire diem. Vide APERIO.

Proximus dies faciem victoriæ latius aperuit. Tacitus in vita Agricolæ, lib. 19.

Appetebat iudicij dies. Vide APPETO.

Auferre diem. Cic. Siquem tibi item vnum alterúmve diem abstulerit.

Cedunt dies. Vide CEDO.

Celebrare dies. Vide CELEBRO.

Commutare diem. Cic. ad Qu. frat.

Componere diem. Vide COMPONO.

Condere diem in collibus. Horat. 4. Carm. ode 5. Finire, explere. Acron.

Conficere diem. Vide CONFICIO.

Conferre diem nocti. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.

Contactus religione dies. Vide CONTINGO.

Conterere diem verbis. Senec. Troad. 8. Vide CONTERO.

Constituere in diem, & diem alicui rei. Vide CONSTITVO.

Consumere diem. Seruius Ciceroni, lib. 4. 12, Quum ab Epidauro Piræum naui aduectus essem, ibi Marcellum Collegam nostrũ cõueni, eúmque diem ibi consumpsi, vt cum eo essem.

Consumere totum diem in vino. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Consumpta dies epulis. Stat. 2. Achil.

Crescit dies. Plin. Iunior lib. 2. epist. 17. ad Gallum, Horti proximã partem vmbra sua temperat: quæ vt dies creuit decreuísque, modò breuior, modò longior cadit.

Decedens dies. Virg. 4. Georg.

Decrescente die. Vide DECRESCO.

Dedo tibi hunc diem. Vide DEDO.

Deducere dies. Vide DEDVCO.

Degere diem. Terent. in Adelph.

Destinare diem. Cic. 3. Offic.

Detinere diem sermone. Ouid. 1. Metam.

Dicere diem alicui propter iniurias. Cic. 1. Verr. Nuper Cn. Domitium scimus Decimo Syllano diem dixisse propter vnius hominis Egritomari paterni amici, atque hospitis iniurias. Vide DICO, dicis.

Dicere diem operi. Cic. 3. Verr. Opus in acceptũ retulit quadriennio postquam diem operi dixerat.

Differre diem. Cic. Verr. 4.

Diffindere diem. Liuius lib. 9. ab vrbe cond. Vlpian. l. 2. D. Si quis cautionibus.

Discernere diem noctémque. Virg. 3. Æneid.

Diem dispersit in vndas Phœbus. Valer. 2. Argon.

Dare diem alicui. Cic. Att. lib. 4, Vestorio dandi sunt dies. Idem 3. de Natur. deor. Sed quoniam adueſperascit, dabis nobis diem aliquẽ vt contrà ista dicamus.

Liberum diem alicui dare. Senec. Thyeste, 1.

Imbellem diem donare Lyæo. Silius lib. 11.

Lucifer ducit diem. Virg. 2. Æneid.

Ducere diem somno. Seneca Thyeste, 5. Hoc est, totum diem dormire.

Optimi dies vitæ effluunt. Senec. Hippol. 4.

Nubes eripiunt diem ex oculis. Virg. 1. Æneid.

Eximere diem. Cic. Q. frat. lib. 2. 10, Cato concionatus est comitia haberi non fiturum, si sibi cum populo dies agendi essent exempti. Vide EXIMO.

Exoritur dies. Lucan. lib. 1.

Diem ex die expectare. Cic. Att. lib. 7. epist. vlt. Tibi autem crebrò ad me scribenti de eius officio, nihil rescripsi, quòd diem ex die expectabam vt statuerem quid esset faciendum.

Expectata dies aderat. Virg. 5. Æneid.

Supremum diem expleuit. Tacit. lib. 3.

Extrahere diem. Cæsar, Catonem pristina consuetudine dicendi mora, dies extrahentem.

Nobilem diem facere. Seneca in Herc. OEth. 11.

Festinata dies fatis, Id est mors præmatura. Lucan. lib. 5.

Extremum diem finire. Seneca Herc. OEth. 9.

Flexo in vesperam die, apud Tacitum lib. 1. Huc pertinet solennis illa Liuij locutio, pro Cœpta nocte, Primis tenebris.

Fœdare diem nube. Claud. 1. de Raptu Proserp.

Fuscare diem nube. Valer. 1. Argon.

Honoratus dies. Claud. 5. Paneg.

Illuxit dies. Seneca Herc. OEth. 1.

Lætissimus dies ciuitati illuxit. Cic. Bruto, 15.

Impéndere diem in re aliqua. Senec. Herc. furente, 1,
In cuius ortu mundus impedit diem.

Impertire diem festum. Vide IMPERTIO.

Implere diem longis sermonibus. Ouid. 7. Metam.

Incæstare diem. Stat. 11. Thebaid.

Inclinat dies. Vide INCLINO.

Incurrere diem. Vide INCVRRO.

Induere diem. Tacit. lib. 5, Qualem diem Tiberius induisset.

Indicere diem pugnæ. Vide INDICO.

Infanda dies. Virg. 2. Æneid.

Infecere diem volumina nigri fumi. Ouid. 13. Metam.

Insequens dies. Vide INSEQVOR.

Insolati dies. Vide INSOLO.

Instare diem. Cic. 2. de Inuent.

Instaurare diem donis, vel ludis, vel voluptatibus. Virgilius 4. Æneidos.

Intercessit dies, vel nox. Vide INTERCEDO.

Intercisa dies. Claud. 5. Paneg. Vide INTERCIDO.

Paucis interiectis diebus. Vide INTERICIO.

Intermittere diem. Vide INTERMITTO.

Intercalares dies interponere mensibus. Vide INTERPONO.

Aliquot interpositis diebus. Vide INTERPONO.

Nimbi inuoluêre diem. Virg. 3. Æneid.

Lacerare diem. Vide LACER.

Lapſis paucis pòd diebus. Vide LABOR.
Memoranda dies. Stat. 1. Sylu. 3.
Miſeranda dies. Seneca Octau. 3.
Morari diem. Virg. 5. Æneid.
Obducere diem. Vide OBDVCO.
Obire diem aliquem. Vide OBEO.
Obrepit dies Vide OBREPO.
Obtigit dies. Vide OBTINGIT.
Offert dies famem & pauperiem. Plautus Pſeud. 10. Vide Ornatus in ORNO.
Onerare diem commoditatibus. Vide ONERO.
Optata dies. Ouid. epiſt. 20.
Orta dies. Virg. 7. Æneid.
Pallet dies. Lucan. lib. 7.
Pandere diem diſcuſſa nube, dicitur ſol. Senec. OEth. 13.
Sæuum pati diem. Valer. 8. Argon.
Permittere diem precibus alicuius. Stat. 4. Sylu. 1.
Ponere diem. Cic. Fam. 5.
Poſtulare diem in Siciliam inquirendi. Cicer. 2. Verr. Quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem.
Præcipitante in occaſum die. Tacit. lib. 19. Legitur & præcipiti.
Præſinire diem. Cic. pro Roſc. Amer.
Premitur dies v cina nocte. Id eſt veſperaſcit. Senec. OEdip. 12.
Proceſſit dies. Virg 3. Æneid.
Producere diem in 4. Idus Feb. Cic. Qu. frat. lib. 2. 7. Dixit Marcellus à me rogatus: honeſtè diſceſſimus: producta dies eſt in quartũ Idus Februarij.
Proferre diem. Cic. ad Att. 13.
Proiicere diem, eſt mori, apud Statium lib. 2. Thebaid. Et lib. 1, Oculos ſibi eruere.
Prolarare diem. Sall. in Catil.
Promiſſa dies aderat. Virg. 9. Æneid.
Sol diem curru promit & celat. Horat in Carm. ſecul.
Prorogare diem. Cic. Verr. 3.
Raptus à ſole dies, Id eſt obſcurus & tenebricoſus. Statius 5. Thebaid.
Aurora diem reducit. Virg. 1. Georg.
Sol diem refert, condíque relatum. Virg. 1. Georg.
Reluxit dies cæco. Tacit. lib. 20.
Renatus dies. Senec. Herc. OEth. 7.
Referata dies, Id eſt aperta. Nox enim diem claudit. Statius 5. Thebaid.
Laxam diem ſtatuere. Cic. Attico, lib. 6, Diem ſtatuo ſatis laxam: quam ante ſi ſoluerint, dico me centeſimas ducturum: ſi non ſoluerint, ex pactione.
Dies eorum eſt. Cic. Attico, lib. 8, Reſpondit, &c. alios non ſoluere, aliorum diem nondum eſſe.
Sumere diem. Cic. Famil. 7.
Surgens dies. Virg. 3. Georg.
Dies ſurgens in medium, Meridies. Lucanus lib. 4,
-donec decreſceret vmbra
In medium ſurgente die. Hoc eſt, ſole attollente ſe in medium cæli. Vſque ad meridiem, quo tempore breuiores ſunt vmbræ.
Surripere diem. Vide SVRRIPIO.
Extremum diem fati ſuſtinere. Ouid. 1. epiſt. 23.
Tenere diem queſtu. Senec. Herc. furente 9.
Tollere diem. Diem tollere, putat Budæus idem eſſe quod Diem eximere, ſeu exrahere. Vide Diem dicẽdo eximere, in EXIMO. Cic. lib. 3 de legibus, Senatori iuſſa tria ſunt. ve adſit: nam grauitatem res habet, quum frequens ordo eſt. ve loco dicat: id eſt rogatus. ve modo: ne ſit infinitus. Nam breuitas non modò Senatoris, ſed etiam oratoris magna laus eſt in ſententia. Nec eſt vnquam longa oratione vtendum, niſi aut ſpectãte Senatu (quod ſit ambitione ſæpiſſime) nullo magiſtratu adiuuante, tolli diem vtile eſt: aut quum tanta cauſa eſt, vt opus ſit oratoris copia vel ad hortandum, vel ad docendum.
Truditur dies die. Horat. 2. Carm. 18.
Die vendere. Cato de Re ruſtic. Die lanam & agnos vendat. Die, Id eſt quo tempore bene iſta, vendi poſſunt. Non enim veretur Cato ne noctu id fiat, ſed præcipit vt tempori vendat: vt certo idoneóq; tempore commodè potius vendantur quàm incommodè & alieno tempore: ita plus quæſtus erit, quàm ſi vendat in vilitate. Hæc Turnebus.
Venire in diem, pro Naſci, ſiue in lucem prodire dixit Solinus capite 4.
Venit dies. Catul. in Epithalamio Iuliæ,
-nequa fœmina pulchrior
Clarum ab Oceano diem Viderit venientem.
Vergens dies in noctem. Senec. Thyeſt. 9.
Veſperaſcente die, ſtim hauſtu gelidæ aquæ ſedauit. Tacit. lib. 18.
Videre diem. Cic. Fam. 14.
Violare diem ſtatu. Claud. 1. in Ruffin.
Vmbrare diem telis. Claud. 2. in Ruffin.
¶Poſt reperta horologia, Romani diem in vigintiquatuor horas partiti ſunt. Nam apud antiquiſſimos, horarum nomen incognitum ratione erat: quum in duodecim tabulis nuſquam inueniantur horæ nominatæ.
Diei, Id eſt lucis partes ex Varrone: Mane, Ortus, Meridies, Occaſus.
¶Dies dictus, quòd diuini ſit operis, ſiue ab Ioue, eius, vt putabãt, rectore, qui Græcè *Zeus* appellatur: ſiue quòd aër diurnus dehiſcat in candorem. Feſtus.
Dies atri dicebantur, quibus legiones educere, aut acies cum hoſtibus committere, vel quicquam Reip. agere, religio non ſinit. Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. 2. cap. 5.
Dies legitimi, vt Budæus author eſt, vocantur, quos nunc *dilationes ordinarias* appellant. Dies autem legitimi, ſecundum Aſconium, dabantur viginti ad accuſandum, totidémque defenſori ad reſpondendum. ¶Dierum iudicialium, id eſt certorũ, meminit quoque Capitol. in M. Anton. Philoſ.
Diem actionis cedere dicitur, cùm id quod in pactum deductum eſt, cœpit deberi: etiamſi nondum agi poſſit, vt quod debetur, præſtetur. Diem verò venire, eſt, quando res incipit perfectè deberi, obligatione, actioneque efficaciter, & verè orta. Vide ALCIAT.
Dies aut feſti ſunt, aut profeſti, aut interciſi. Feſti diis dicati ſunt, Profeſti hominibus, ob adminiſtrandam rem priuatam, publicámq; conceſſi. Interciſi deorum hominúmque communes ſunt. Feſtis inſunt ſacrificia, ludi, epulæ, feriæ. Profeſtis, fatti, comitiales, comperendini, ſtati, præliares. Interciſis, in ſe, non in alia diuiduntur. Horum enim dierum quibuſdam horis fas eſt, quibuſdam fas non eſt ius dicere. Faſti dies ſunt, quibus licet fari Prætori tria verba, Do, dico, addico. His contrarij ſunt nefaſti. Comitiales ſunt, quibus cum populo agi licet. Et faſtis quidem lege agi poteſt, cum populo non poteſt: comitialibus vtrunque poteſt. Comperendini, quibus vadimonium licet dicere. Stati, qui iudicij cauſa cũ peregrino inſtituuntur. Macrob. lib. Saturn. 1. cap. 16.
Diem actionis exiſſe, pro finitum eſſe tẽpus actioni præſcriptum. Paul. in l. Sciendum. D. ex quib. cauſ. maior.
Diequarti, & Diequarte, pro Die quarto. Diequinti & Diequinte pro Die quinto. Diepriſtini vel priſtine, pro Die priſtino, quod nos conuerſo compoſitionis ordine dicimus pridie. Diecraſtini, pro Die craſtino, & alia multa. Videntur autem veteres differentiam feciſſe inter Diequarto, & Diequarte, vt illud pro præterito ſit, quod nos Nudiusquartus dicimus, hoc de futuro. Vide Macrob. Saturn. lib. 1. & Gell. lib. 10. cap. 24. Sunt autem hæc omnia compoſita, & pro aduerbiis accipiuntur.
Dieſcit, Dies ſit. Sicut nocteſcit, nox ſit: quibus ſolùm vtimur in tertiis perſonis abſolutè, & imperſonaliter.
Diecula, pen. corr. Diminutiuum {διμικρότερον} Breue tempus & mora, inquit Aſconius. Plaut. Pſeud. 7. Terent. And. 4. 2,
Eho tu impudens, non ſatis habes quod tibi dieculam addo? Vbi Donatus, Dieculam, horam. & eſt {ὑποκόριστικον}, dieculam, id eſt tempuſculum. & ſumitur ab eo quod eſt hæc dies. Diecula, mora, & quaſi parua dies. Cic. ad Atticum, lib. 5, Commemorat quid olim etiã mali C. Iulius fecerit, quum dieculam duxerit, nunquam Respl. plus.
Dieſpiter, pen. corr. {ζεὺς πατὴρ} dicitur Iupiter, Id eſt diei pater, vt ait Varro lib. 4. de Lingua Latina.
Dieſpiter igni coruſco nubila diuidens. Horat. 1. Carm. ode 34.
Dialis, & hoc diale, pen. prod. Varius dies. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 3,
Tullius in Conſulem qui vno tantùm die Cõſulatum peregit: Solẽt, inquit, eſſe Flamines diales, modò Conſules diales habemus.
Diurnus, Adiectiuum {ἐφημερίσιος} Quod in die fit. Cic. de Senect. An cenſes (vt de meipſo aliquid more ſenum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnóſque domi, militiæque ſuſceepturum fuiſſe, &c.
Acta vrbis diurna. Tacit. lib. 13.
Aqua diurna & nocturna. Paulus in principio leg. Si prius. D. de aqua pluuia arcend.
Quies diurna & nocturna. Cic. 2. de Lege Agr. Verſantur enim Quirites in animo meo multæ & graues cogitationes, quæ mihi nullam partem neque diurnæ neque nocturnæ quietis impartiunt.
Scriptura actorum diurna. Tacit. lib. 3, Non apud authores rerum, non diurna actorum ſcriptura reperio.
Diurna ſtella. Plaut. Menæch. 4. Inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus.
Spatium diurnum & nocturnum. Cic. 1. de Inuent.
¶Diurna dicuntur etiam quæ ſeruis in diem dantur demenſa. Seneca epiſt. 81, Diurnum accipit, in centunculo dormit.
¶Diurnum itidem ſubſtantiuum accipitur pro libro in quo ſingulorum dierum rationes deſcribuntur. Suet. in Claud. cap. 40, Extat talis ſcriptura, in pleriſque libris, ac diurnis, titulíſque operum.
Populi Romani diurna per prouincias, per exercitus curantium leguntur. Tacit. lib. 16.
Diesis {δίεσις} Perfuſio, Percolatio. ¶Eſt etiam verbum muſicũ: ſignificat enim quũ ſonus primùm ſenſu percipi poteſt, principiúmq; eſt muſicis & elementum, vt punctum & monas Arithmeticis. Ariſt. 9. Metaph. Bud.
Dieteris, pen. prod. {διετὴς} Tempus duorum annorum, ſicut Trieteris, trium annorum, vel certè (vt eleganter docet Cenſorinus) quod tertio quoque anno recurrit. Nam apud veteres Trieteris conſtabat ex quinque & viginti menſibus, hoc eſt ex duobus annis, quorum alter duodecim habebat menſes, alter tredecim. Sic etiam Penteteris dicitur tempus hoc duplicatum, hoc eſt quadriennij ſpatium: ita dictum, quòd quinto quoque anno recurrat.
DIETHYSA {διέθυσαι} Inſula eſt Thraciæ adiacens, nõ procul à Cheroneſo, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.
DIEVCHES, Medici nomen, Plinio lib. 20. cap. 5.
Diu, & Diutinus, & Diuturnus. Vide ſuo ordine in DIV.
Dius, pro Die. Plaut. Merc. 22, Non concedã, neque quieſcam vſquam noctu, neque dius Prius, &c.

D I F

Diffamo, diffamas, pen. prod. {διαφημίζω} diffamare. Tacitus, A Nerone probroſo carmine diffamatus, contumelias vltum ibat.
Adulterium diffamatum. Ouid. 4. Metam.
Diffarreatio, Sacrificij genus, quod apud antiquos inter virũ & vxorẽ fiebat, quaſi diſſoluuio: dicta diffarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito. Huius contrarium eſt Confarreatio. Feſtus.
Differcio, differcis, differſi, differtum {συλλέγω} differcire, à ſimplici farcire, Implere ſignificat. Horat. 1. epiſt. 6, Differtum tranſire forum. Idem 1. Serm. ſat. 5.
Odoribus differtum corpus conditur. Tacit. lib. 17. De Poppæa.
Differo, pen. corr. differs, diſtuli, pen. corr. dilatum {διαφέρω, διαβάλλομαι, ὑπερτίθημαι, ὑπερτίθημι, διαλείπω} differre, In diuerſas partes ferre. Plautus Rud. 10,
Nos cum ſcapha rempeſtas dextrouerſum Differt.
Differre, pro Auferre, extrahere, & aliò transferre. Varro 1. de Re ruſt. cap. 4, Cytiſum ſeritur in terra bene ſubacta, tanquam ſemen braſſicæ: inde differtur, & in ſeſquipedem ponitur. Columel. lib. 11. cap. vlt. Rutam Autumno ſemine ſatam, menſe Martio differre oportet in apricum, & cinerem aggerare, tuncarſque donec conualeſcat. Differre, id eſt tranſplantare. Paulo pòſt, Beta florenti Punico malo ſemine obruitur, & ſimul atque quinque foliorũ eſt, vt braſſica differtur æſtate, ſi riguus eſt hortus.
Caſtra in plano ſita, vt fluminis differebantur, hoc eſt iactabantur. Tacitus lib. 2.
¶Differre aliquem, Diſturbare, & in diuerſum ferre, inquit Donatus. Terent. And. 2. 4,
Orationem ſperat inueniſſe ſe qua differat te. Plautus Pſeud. 5, Iam ego te differam dictis meis.
Differri, & Differri doloribus, Idem. Plaut. Ciſtel. 5,
Miſer exanimor, feror, differor, diſtrahor, deripior. Terent. Adelph. 3. 4, Miſeram me, differor doloribus. Id eſt, diuellor, diſcrucior, dilaceror. Donatus.
Differri amore vel cupiditate, aut lætitia. Plautus Epid. 3. Et Milit. 16. Item in Trucul. 15, Dij magni vt ego lætus ſum, & lætitia differor.
Inuidia differri, Id eſt traduci. Propert. lib. 1. eleg. 15.
Differre famam aliquam alicui. Plaut. Trin. 10,
-nolo ego mihi te
Tam proſpicere, qui meam egeſtatem leues: ſed vt inops
Infamiſve ſim, ne mihi hanc famam differant, me
Germanam meam ſororem in concubinatum tibi ſine dote
Dediſſe magis, quàm in matrimonium.
Differre rumorem, pro Diuulgare, inquit Donatus. Terẽt. in Prolog. Heaut. Nam quòd rumores diſtulerunt maleuoli, &c.
Variis rumoribus aliquid differre. Tacit. lib. 1, Pars multo maxima imminentis dominos variis rumoribus differebant.
¶Differre vlmos in verſum, pro In ordinem mittere vel ponere. Virg. 4. Georgicorum,
Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos. Hoc eſt, tranſtulit. Seruius.
¶Differre, Diſtare: cui cõtrarium eſt Idem valere. Varié autem cõſtruitur.
Differũt inter ſe, & Copulata ſunt, cõtraria. Cic. 4. Tuſc. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter ſe diſcernunt, re verò copulata ſunt.
Differre, & Idem eſſe, contraria. Cic. 1. de Inuent. Quare quũ genere idẽ ſit, ſit aliud quoque parte quadã & ſpecie, vt dicimus, differat.
Differre, & Similes eſſe, cõtraria. Cic. 2. de Orat. Itaque & illi Theopompus, Ephorus, Phyliſtus, Naucratæ, multíque alij naturis differunt: voluntate autem ſimiles ſunt inter ſeſe.
Diſtare & differre. Cic. Topic. Quanquam enim vocabula prope idem valere videantur: tamen quia res differebant, nomina rerum diſtare voluerunt.
Intereſſe & differre. Cic. 3. de Orat. Mirabile eſt, quum plurimum in faciendo interſit inter doctum & rudem, quàm non multum differat in iudicando.
Differre à. Plaut. Trucul. 14. Cic. pro Cecinna, Quî hoc ab illo differt? Sic Differre plurimum à beſtiis, Cic. 2. de Finib.
Differt a cæteris robore. Plin. in quadam epiſt. Sic Differre veſtitu ab aliquo. Cic. 8. Philipp.
Differunt in candore. Plin. lib. 9 cap. 35.
Differunt inter ſe. Cic. 5. Verr. Ea res quam ego dico, & ea quam tu feciſti, inter ſe genere iniuriæ, non magnitudine pecuniæ differat.
Idem 3. de Finib. Sed eorum definitiones paulùm oppidò inter ſe differunt. Cæſar 1. bel. Gal. Hi omnes lingua, inſtitutis, legibus inter ſe differunt.
Inter locum & locum multa plurimum differunt. Cic. de Fato, Inter locorum naturas quantum interſit videmus, alios eſſe ſalubres, alios eſſe peſtilentes, in aliis pituitoſos, & quaſi redundantes, in aliis exciſatos atque aridos, multáq; ſunt alia quæ inter locum & locum plurimum differant.
Nihil, aut non ferè multum differunt ætates veſtræ. Cic. de Claris Orator.
Multum differre ab, &c. Vide MVLTVS.
Differre nominibus. Cic. 1. Acad.
Paulum differre. Vide PAVLVM.
Differunt paulum pedibus ſimiæ. Plin. lib. 11. cap. 44.
Conchæ conchis differunt. Subaudi præpoſitionem à. Plinius lib. 9. cap. 35.
Res cum re differt. Cic. 2. de Inuent. Deinde quid res cũ re differat, demonſtrabitur, vt non idẽ videatur de vtraque exiſtimari oportere.
Titulo differre. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1, Rebus idem, titulo differt.
¶Differre {διαβάλλειν} Prorogare, & ſpatium temporis extendere. Mart. lib. 10. 44, Gaudia tu differs, at non & ſtamina differt Atropos.
Differre & procraſtinare. Cic. pro Roſc. Amer. Primò rem differre quotidie ac procraſtinare iſti cœperunt.
Differre & referuare. Cic. Qu. frat. lib. 2. 9, Sed cætera (vt ſcribis) præſenti ſermoni reſeruentur: hoc tamen non queo differre.
Ad aliquod tempus aliquid differre. Cic. in Vatinium, Tua fraus, tuum maleficium, tuum ſcelus illud eſt, te id quod promulgaſſes miſericordiæ nomine, ad crudelitatis tempus diſtuliſſe.
In annum differre aliquid. Horat. 1. epiſt. 2,
Differs curandi tempus in annum.
Differre in poſterum diem, in aliud tempus, in menſem. Cæſar 1. bel. Ciuil. Martial. lib. 7. Cic. 4. Tuſc. Et ad Lucciũm, lib. 5. 12.
Differre aliquem. Martial. lib. 13. 55,
Muſteus eſt, propera, charos nec differ amicos. De petaſone.
Aliquem in aliud tempus differre. Cic. Luccio, 5. 12, Sinautem differs me in tempus aliud, coràm tecum loquar.
Differre in alium ſermonem. Cic. de Vniuerſit.

In poſterum ſermonem differre. Cic. Att. lib. 8. 205.
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Virg. lib. 11. Æneid.
In vltimum differre aliquid. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Animum differre, Id eſt iram & impetum. Stat. 5. Thebaidos,
-differte animos, feſtináque tela Ponite.
Bellum differre. Lucan. lib. 3.
Certamina differre. Ouid. 6. Metam.
Differre diem de die. Liu. 5. bel. Pun. Quũ is diem de die differret.
Diem edicti differre. Cic. 3. Philipp. Diem edicti obire neglexit, & ante diem quartum Calendarum Decembris diſtulit.
In aduẽtum alicuius diſputationem differre. Cicero Curioni, libro 2. 2, Quare omnem hanc diſputationem in aduentum tuum differo.
Dolorem differre. Lucan. lib. 2, Nunc laniate comas, néve hunc differte dolorem.
Gaudia ſua differre. Ouid. 6. Metam.
Differre honorem. Plin. in Paneg. Magnum eſt differre honorem, gloriam maius.
Iter differre. Claud. 4. Paneg.
Mandata differre Propert. lib. 3. eleg. 16,
At ſi diſtulero noſtro mandata timore, &c.
Mortem differre per multa ſecula, Id eſt viuere multa ſecula. Iuuenalis ſat. 10.
Opus differre. Ouid. 1. Faſt.
Paulíſper differre. Vide PAVLISPER.
Pœnam differre. Claud. de bel. Getico.
Differre ſe in horas venturas. Ouid. 1. de Remed. amoris,
Sed propera, nec te venturas differ in horas.
Differre ſitim. Plin. lib. 1. epiſt. 22, Mirareris ſi intereſſes, qua patientia hanc ipſam valetudinem toleret, vt dolori reſiſtat, vt ſitim differat, vt incredibilem febrium ardorem immotus opertúſque tranſmittat.
Diſtulit ira ſitim. Ouid 6. Metam.
Tempus in aliqua cauſa differre. Cic. 4. de Diuin. In hac mea cauſa tempus dilaturum putas?
Tempora differre. Ouid. 9. Metam.
Vadimonium differre cum aliquo. Cic. Att. lib. 2. 22, Magiſtratuum autem erat, nec niſi magnis ex cauſis fiebat, vt in luctu publico & vt iuſtitium indicebatur, & huiuſmodi cauſis. Iuuen. ſat. 3,
Si magna Aſtyrij cecidit domus, horrida mater,
Pullati proceres, differt vadimonia Prætor. Hæc Budæus. Erat etiam litigatorum. Cic. pro Quintio, Deinde Romæ dies xxx. ferè Quintius commoratur: cum cæteris quæ habebat vadimonia differt.
Diſtulerunt vadimonia chartæ, per tranſlationem. Martial. lib. 8,
Cum modò diſtulerint raucæ vadimonia chartæ. Alij legunt ceræ. id eſt, libelli foróſes. Diſtulerint vadimonia, id eſt peregerint iudicia. Domitius.
¶Differre, pro Diſcerpere. Horat. Epod. 5,
Poſt inſepulta membra different lupi, &c.
¶Differre, pro Diducere. Horat. Epod. ode 10,
Niger rudentes Eurus inuerſo mari
Fractóſque remos differat. Hoc eſt ceſſare faciat. Acron. Non malè tamen expoſueris, Huc illuc diſiiciat, diſſiperet, in diuerſa ferat.
Aquilo differt nubila. Virg. 3. Georg. Id eſt diſſipat. Seruius.
Differens, pen. corr. {διαφέρων} Particip. Cic. de Fato, Quoniam igitur, inquit, tantum natura à natura diſtat, quid mirum eſt has diſſimilitudines ex differentibus cauſis eſſe factas?
Differens, & Congruens, contraria. Cic. 1. de Legib. Ariſtotelem & Theophraſtum cum illis congruentes re, genere docendi paulùm differentes, ſecuti ſunt.
Differens & Par, contraria. Cic. 1. de Legib. Etenim ratio, qua vna præſtamus beluis, &c. certè eſt communis, doctrina differẽs, diſcendi quidem facultate par.
Differentia, huius differentriæ {διαφορά}. Cic. 4. Acad. Quod videretur eſſe quædam in viſis differentia.
Differẽtia & diſſimilitudo in rebus. Cic. 5, de Finib. Ita fit vt quanta differentia eſt in principiis naturalibus, tanta ſit in finibus bonorum malorũmque diſſimilitudo.
¶Differentia, pro dilatione. Quintil. lib. 7.
Differentia anguſta. Plin. lib. 21. cap. 5, Ita odor colórque duplex, & alius calycis, alius ſtaminis, differentia anguſta.
Dilatus, pen. prod. {διαβεβλημένος} Particip. Cic. 4. Verr. Quaſi metueret ne Petilius priuato illo iudicio tranſacto, aut dilato, cum cæteris in conſilium reuerteretur.
Merces dilata officiis, Officia non ſtatim compenſata. Claud. 8. Paneg.
Pœna dilata in tempus mortis. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3.
Vindicta dilata. Ouid. 12. Metam.
Pars laborum dilata. Ouid. 3. Metam.
Dilatio, Verbale {διαβολὴ} Prorogatio. Plin. lib. 18. cap. 2, Nec vlla ſegetum minus dilationem patitur.
Dilatio comitiorum. Cic. ad Att. lib. 2. 30. & pro Lege Manil.
Temporis dilatio. Cic. 3. Philip. Quæ eſt igitur expectatio, aut quæ minima dilatio temporis?
Pati dilationem. Vide PATIOR.
Petere dilationẽ. Plin. epiſt. 18. Scribis te perterritum ſomnio: vereri, nequid aduerſi in actione patiaris. Hinc rogas vt dilationem petam, & pauculos dies.
Per dilationes bellum gerere, Id eſt pedetentim & per interualla. Liu. lib. 5.
Dilator, pen. prod. dilatoris {διαβλητὴς} Verbale, maſc. Horat. in Arte, de ſenibus,
Dilator, ſpe longus, iners, auidúſque futuri.
Dilatorius. vt Exceptiones dilatoriæ. Vlpian. in l. 2. D. de exception. & Caius in l. 3. eod. tit.
Differitas {διαφορὰ} pro differentia, apud antiquos. Lucret. lib. 4, Tantáque in his rebus diſtantia, differitáſque eſt. Nonius.
Diffibulo, diffibulas, penult. corr. {ἀναπτύσσω} diffibulare. Eſt fibulis

dissoluere.Stat.6.Thebaidos,
Tandem expectatus volueri super agmina saltu
Emicat,& torto chlamydē diffibulat auro. De Parthenopæo Atalan tes Mænaliæ filio, qui abiecta chlamyde ad cursus certamen se parabat.

Difficilis.& hoc difficile, pen.corr. {δυσκατεργος, ἀμηχανος, δυσχερης, δυσκολος, ἀμήχανος.} Terent.Heaut.4.2,
Nihil tam difficile,quin quærendo inuestigari possit. Idem And. 1.3,Cui verba dare difficile est.
Nec graue, nec difficile. Cic.2.de Inuent.Nec fuisse ei graue, nec difficile,eam causam excipere,quam aduersarij proferant.
Aditus difficiles.Ouid.1.de Remed.Amor.
Difficillimus & carissimus amor ab meretrice auara. Terent.Eunuch.5.4.
Bilis difficilis.Horat.1.Carm.ode 13.
Difficilis homo, Morosus, vel qui non facilè obsequitur roganti. Terent.Heaut.3.2.
Atque hunc difficilem inuitum seruaret senem. Cic.de Senect.Moderati enim,nec difficiles senes.
Difficilis & morosus. Cic.in Orat.Vt vsque eò difficiles ac morosi simus.
Ianua difficilis. Ouid.8.Metam.
Labor difficilis. Ouid.2.de Arte.
Scopulosus difficilisque locus.Cic.1.Verr.
Difficiles nugæ.Martial.lib.2.
Obitus difficilis,Id est mors difficilis.Virg.4.Æneid.
Illepidus & difficilis in liberos parens. Cic.3.de Nat.deorum,
Parentem habere auarum,illepidum,in liberos
Difficilem,qui te nec amet,nec studia tui. Ex quodam poeta.
Arduæ & difficiles res.Cic.2.de Inuent.
Contortæ res & difficiles.Cic.1.de Orat.
Difficiles & obscuræ res.Cic.1.Offic.
Difficilis & multum sæpe quæsita res.Cic.3.de Legib.
Obscura res,& difficiles explicatus habēs. Cic.3.de Nat.deorum,
Hæc ferè dicere habui de natura deorum, non vt eam tollerem, sed vt intelligereris quàm esset obscura, & quàm difficiles explicatus haberet.
Scopuli difficiles.Virg.5.Æneidos,
Iámque adeò scopulos Sirenum aduecta subibat
Difficiles quondam.
Difficillimum Reip.tempus. Cic.5.Philip. &,Difficillimum solutionis tempus,Cic.pro Cecinna.
Difficiles primùm terræ,collésque maligni.Virg.2.Georg Hoc est contumaces & duræ.
Difficilis transitus. Cæsar 6. bel. Gal. Erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen, ripísque præruptis. Sic Difficilis locus,Sallust.in Iugurth. Cæsar 8.bel.Gal.
Via difficilis.Quid.3.Amor.eleg.12.
¶Difficilem esse precibus alicuius. Ouid.2.de Ponto,eleg.2.
Prouincia aditu difficilis.Tacit.lib.17.
Difficilis collectu.Plin.lib.12.cap.19, Ipse frutex gignitur in planis, sed densissimis in vepribus rubísque, difficilis collectu.
Difficile dictu.Cic.ad Lentulum, lib.1.7, Quòd scire vis qua quisque in te fide sit,& voluntate,difficile dictu est.
Difficile est dicere. Cic.4.Acad. Vt difficile sit de temeritate eorū, perinde vt causa postulat,dicere.
Difficile ad fidem est tam in antiqua re,quot pugnauerint, cecideritne,exacto affirmare numero.Liu.3.ab Vrbe.
Res difficilis ad credendum.Lucret.lib.2.
Difficile ad eloquendum.Cic.1.Offic.Difficilius est ad eloquendū, sed satis erit intelligi.
¶Difficul antiqui dicebant pro difficile. Author est Nonius, qui adducit testimonium Varronis Bimargo,Quod vtrum sit,magnum, an paruum,facul an difficul.

Difficultas,difficultatis {χαλεπότης,δυσεργία,δυσκολία,δυσχέρεια.}Plaut.Epid.5
Nequa ob eam suspicionem difficultas eueniat.
Difficultas & dolor. Cic.Att.lib.8,In vtraque enim re summa difficultas erit,summus animi dolor.
Difficultas & labor. Cic.pro Cluent.Prospicio quantum in agendo difficultatis,& quantum laboris sit habitura.
Difficultas & magnitudo rei. Cic.1.de Orat.Quid enim aliud in maxima discentium multitudine,&c.esse causæ putet, nisi rei quandam incredibilem magnitudinem ac difficultatem?
Pericula & difficultates. Cic.Antequam iret in exilium, Si Quirites eundem in cæterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus,&c.
Domestica difficultas & turpitudo. Cic.1.in Catil.Ad illa venio, quæ non ad priuatam ignominiā vitiorum tuorum, nō ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam Reipub. atque omnium nostrūm vitam,saluténque pertinent.
Difficultas in audiēdo. Plin.Paneg.Videmus vt prouinciarum desyderiis,vt singularum etiam ciuitatum præfidiis occurrat, nulla in audiendo difficultas,nulla in respondendo mora.
Difficultas maxima quód.Plin.epist.157,Vna,sed maxima difficultas,quòd hæc æquare dicendo arduum.
Difficultas nulla à me erit vobis,&c. Terent.Hecyr.4.4.
Difficultas nummaria, & rei nummariæ, Id est pauperras, vt ait Asconius:& inopia. Cic.6.Verr.Num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuerit. Idem 4.Verr.Et simul ostendit, se in summa difficultate esse nummaria.Vide NVMMVS.
Difficultas summa ob rem aliquam. Cæsar 4.bel.Gal.Erat ob has causas summa difficultas,quòd naues propter magnitudinem,nisi in alto constitui non poterant.
Difficultas annonæ, summáque inopia rei frumentariæ. Cic.pro Domo sua ad Pontif.
Difficultas corporis. Celsus lib.2.cap.2. ad finem, Nunquid sæpius horum aliquid eueniat, ac neque ideo corporis vlla difficultas subsequatur.
Difficultas spirandi. Celsus lib.2.cap.1.ad finem, Obesi plerunque acutis morbis & difficultate spirandi strangulantur, subitóque sæpe moriūtur.Quod in corpore tenuiore vix euenit.Sic Plin.lib.20.cap.17.
Difficultas spiritus. Celsus lib.5.cap.25, Siue autem capitis dolores, siue vlcera,siue lippitudo,siue dentes,siue spiritus difficultas, siue intestinorum tormenta,&c.
Difficultas vrinæ. Plin.lib.20.cap.11, Difficultatibus vrinæ semen eius decoctum ex mulso potum medetur.
Nullis difficultatibus Pop.Rom. Cic.7.Verr. Quod tum recentibus suis officiis,integra re,nullis Pop.Rom.difficultatibus à maioribus nostris fœdere assequi potuerunt, id nunc nullo officio suo tot annis pōst, iure imperij nostri quotannis vsurpatum ac semper retētum,summa in difficultate nauium, à C.Verre pretio assecuti sunt.
¶Absūnt à nobis hæ difficultates. Vide ABSVM.
Affectata difficultas. Quintil.lib.1.cap.1.
Afferre difficultatem magnam voluntati ac diligentiæ alicuius. Cic.Qu.frat.lib.1.1. Vide AFFERO.
Affert summam rei difficultatem. Quintil.lib.6.cap.3.
Afficere difficultate. Vide AFFICIO.
Affici atque affligi difficultatibus.Cic.pro Quintio,Tot tantísque difficultatibus affectus atque afflictus,&c.
Circunuentus difficultatibus. Vide CIRCVNVENIO.
Conflictatus multis per eos dies difficultatibus. Liuius libro 10. Decad.4.
In difficultates aliquas delabi. Cic.de Fato, Dum autem verbis vtitur suis,delabitur in eas difficultates.
Exorbere difficultatem. Cic.pro Murena,Præsto fuit multis,multorum stultitiam perpessus est, arrogantiam pertulit, difficultatem exorbuit.
Habere difficultatem. Cic.Att.lib.13, De nomine tu videbis cum Cuspio:sed si Plancus destinat,cum haberes difficultatem.
In magnam aliquam difficultatem incurrere. Cicero Sulpitio, libro 4.2,Nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Vide INCVRRO.
Infringere difficultatem alicuius rei. Vide INFRINGO.
Perrumpere difficultatem. Vide PERRVMPO.
Pertimescere difficultatem alicuius rei. Cicero 1.de Orat.Vt enim quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem variósque euentus orationis hominúmque pertimescit.

Difficilè, Aduerb. {χαλεπῶς.} Plinius lib.27.cap.12. Cic. 2. de Inuent. Difficilè autem fieri, quòd quanquam laboris, sumptus, molestiæ, longinquitatis indiget,&c.
Difficillimè. Plin.lib.16.cap.33, Cupressus aduena, & difficillimè nascentium fuit.

Difficulter,difficilius,difficillimè,Aduerbium {δυσχερῶς.} Plinius lib.11. cap.53, Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, & auidè hausta,& in æstate quàm hyeme difficilius.
Difficulter atque ægrè fiebat. Cæsar 1.bel.Ciul. Huc iam rem deduxerat,vt Equites, etsi difficulter atque ægrè fiebat, possent tamen atque auderent flumen transire.
Difficulter ambulare.Plin.lib.10.cap.19.
Haud difficulter persuadere Latinis.Liu.1.ab Vrbe.

Difficiliter,pen.corr. {δυσχερῶς.} non dici, docet Valla in Pogium: legitur tamen apud Columellam (ni mendosus sit locus) lib.5.cap.3,His igitur velut primordiis talis ratiocinij perceptis,non difficiliter mensuras inibimus agrorum.
Difficiliter internoscere aliquid. Cic.4.Acad. Cur non etiam vt valde verisimile? cur deinde non vt difficiliter à vero internoscatur? Et ſtatim,Quomodo autem sumis,vt siquid, cui simile esse possit, sequatur vt etiam difficiliter internosci possit?

Diffido,diffidis,pen.prod.diffisus sum vel fui,diffisum {ἀπιστέω} diffidere,Credulitatem deponere,siue desperare.
Diffidere sibi. Plautus Ruden.2.,
Valete,vt hostes vestri diffidant sibi.
Diffidere alicui. Sulpit.ad Ciceronē, lib.4.5,Plura me ad te de hac re scribere pudet,ne videar prudentiæ tuæ diffidere.
Defatigari,& diffidere in prohibendis malis. Brutus Cic.16.17, Té Cicero rogo atque hortor,ne defatigēre,neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis.
Dubitare,& sibi ipsi diffidere. Cic.2.de Diuinat.Quæram omnia, dubitans plerunque,& mihi ipse diffidens.
Iacēre,& diffidere,Destitutum spe esse. Cic.pro Murena, Vidésne tu illum tristem,demissum? iacet,diffidit,abiecit hastas.
Dictis alicuius diffidere.Lucret.lib.1.
Diffidere ingeniis. Cic.pro Rosc.Amer.
Memoriæ diffidere,'Quintil.lib.6.cap.1.
Perpetuitati bonorum suorum diffidere. Cic.2.de Finib.Qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando amissis illis sit miser.
Diffidere rebus suis. Liu.1.ab Vrbe.
Sententiæ alicui diffidere. Cic.5.Tusc.
Sibi,ac suis diffidere fortunis.Cic.Antequam iret in exilium.
Diffidere de nobis.Author ad Heren.
De aliquo diffidere. Cic.Att.lib.12, De Othone diffido fortasse, quia cupio.
Diffido posse.Cic.in Orat.Sed hanc eloquentiam, quæ cursu magno,sonitúque ferretur,quam suspicerent omnes, quam admirarentur,quam se assequi posse diffiderent. Idem Qu.frat.lib.1.1, Vt rem posse conſici non diffiderem. Idem 4. Acad.Inuenire se posse quod cuperent diffisi sint.
Diffidere,cum participio.Cæsar bel.Gal.lib.6,Diffidens Cæsarem de numero dierum fidem seruaturum. Id est ne Cæsar seruaret quod promiserat de suo reditu.

Diffisus,pen.pro.Partic.{ἀπιστούμενος.}vt,Diffisus fidei alicuius.Cic.2.Verr. Ingenio

Ingenio suo diffisus.Cic.pro Murena,Fatebor enim Cato me quoque in adolescentia diffisum ingenio meo, quæ fisse aduumenta doctrinæ.
Viribus diffisus. Lucan.lib.4.

Diffidens,pen.prod.{ἀπιστῶν} Qui desperat.Plaut.Merc.22,
Eundem ex confidente actūrum diffidentem denuo. Idem Capt.3.
Diffidens & desperans rebus suis. Cic.in Pisonem.

Diffidenter, Aduerbium {ἀπίστως.} Cic.pro Cluent.Altera tanummodo consuetudinis causa timidè & diffidenter attingere. Liu.2.bel. Maced.Miramini cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi,vt pro rege arma caperemus,modò egerit.

Diffidentia,diffidentiæ {ἀπιστία} cui oppositum est Fidentia.Cic.4.Tusc. Etsi fidentia, id est firma animi confisio, scientia quædam est & opinio grauis,non temere assentiens,metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1.de Inuent.
¶Diffidationem vulgus vocat Denuntiationem eam hostibus factam,antequam committatur bellum, quæ non minus quàm trium dierum tempus complecti debeat.Vnde est tit.de Diffid.

Diffindo,diffindis,diffidi, pen.corr.diffissum {διαιρέω} diffindere,In diuersas partes findere.Virg.9.Æneidos,
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit,ac multa porrectum extendit arena. Horat.3.Carm.ode 16, -diffidit vrbium Portas vir Macedo.
Diffindere in lōgitudinem. Cic.de Vniuersit.Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem,in longitudinem diffidit, mediáque accōmodans mediam, quasi decussauit.
Diffindere diem. Gel.lib.13.cap.1. Liu.9.ab Vrbe,C.Papyrius Iunium Bubulcum magistrum Equitum dixit, atque ei legem Curiatam de imperio ferenti, triste omen, diem diffidit. Quibus ex locis cōiicere facilè possumus diffindere diem id esse aut olim fuisse, quod nos rem in crastinum continuare dicimus,vel remittere. Tria enim erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim dies diffindebatur, id est res in posterum diem reiciebatur: aut comperendinabatur,id est in tertium diem differebatur: aut iudex non liquere pronuntiabat. Vlpian.l.2,Siquis cautionibus, Et ideo etiam Lex XII. TAB. si iudex, vel alter vter ex litigatoribus morbo sontico impediatur,iubet diem iudicij esse diffissum. Budæus.
Diffindere medium.Cato cap.41, Vitem sic inserito,præcidito quā inseres,eámque mediam diffindito per medullam.
Diffindit minutē humum.Colum.lib.2.cap.4. Quædam exēplaria legunt diffundit.
Diffissus ramus.Varro 1.de Re rust.cap 40.
Diffissum saxum.Cic.1.de Diuinat.

Diffingo,diffingis,diffinxi,diffictum {διαμορφόω} diffingere,Corrumpere & destruere quod fictum & formatum est. Horat.lib.1.Carm. ode 35, -ô vtinam noua
Incude diffingas retusum in
Massageras,Arabásque ferrum. Quidam hîc interpretantur,In nouam formam fingere. Sic enim ait Acron,Diffingas,confusum refor mes. Nā sicut fingere,formare dicitur:sic & diffingere, est quassatum reformare. Non retusum in Massageras(ait Porphyrio)accipiendū, sed in Massageras diffingas. Sensus enim est, vt ferrum quod retudimus in corporibus nostrorum bello ciuili,diffingas, id est refabrices aduersus barbaros. Retusum, ciuilibus bellis hebetatum. Idem Horat.2.Serm.saty.1,
Equidem nihil hinc diffingere possum. Id est non possum negare rem sic non se habere.
Diffingere,infectúmque reddere.Horat.3.Carm.ode 29, -neque Diffinget,infectúmque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit. Id est confundet, immutabit, siue conuelle. Acron.

Diffinio,Diffinitio,Vide in DEFINIO.

Diffiteor,diffiteris,pen.prod.diffiteri {ἀπαρνέομαι} Negare. Cic.ad Senatum, lib.10,Itaque nunquam diffitebor, multa me, vt ad effectum horum consiliorum peruenirem,& simulasse inuitum,& dissimulasse cum dolore. Ouid.3.Amorum,eleg.13,
Et pudor obscœnum diffiteatur opus. Et Quintil.lib.6, Quid diffitendum?

Diffio, difflas, difflare {διατίω} Flatu prosternere, siue disturbare. Plaut.Milit.3,Cuius tu legiones difflasti spiritu, quasi ventus folia.

Difflor,difflaris, Passiuum. Solinus cap.13,Ara est in cacumine Ioui dicata,cuius altaribus siqua de extis inferuntur,nec difflantur ventosis spiritibus,nec pluuiis diluuntur.
Odor difflatur,Id est dissipatur,diffunditur. Virg.in Rosis,seu (vt alij malunt) Ausonius,
Forsan & vnus odor:sed celsior ille per auras
Difflatur,spirat proximus iste magis.

Diffluo,diffluis,diffluxi,diffluxū {διαῤῥέω} diffluere,In diuersas partes fluere.Plin.lib.21.cap.13, Qui edēre, abiiciunt se humi, refrigerationem quærentes:nam & sudore diffluunt. De melle venenato.
Humor diffluit.Lucret.lib.3.
¶Diffluere otio,siue luxuria,siue lasciuia:veluti laxis habenis quadam luxuria lasciuiæ,luxuriari,prodigū esse. Cic.1.Offic. Idem 3.de Orat.Illi nati in literis,ardentésque his studiis, otio diffluentes, non modò nihil acquisierint, sed ne relictum quidē & traditum & suum conseruauerint.
Animus diffluit luxuria & lasciuia. Terent.Heaut.5.1,
-vt eius animum,qui nunc luxuria & lasciuia
Diffluit,retundam,redigam,vt quò se vortat,nesciat.
Dilapsa fluxerunt. Cic.pro Marcello. In vetustioribus exemplaribus legitur delapsa.

Diffluens, Participium {διαῤῥῶν.}
Diffluens ac solutum. Cic.in Orat. Aut si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eámque ordine verborum paulùm commutaro, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud quod fuerit antea diffluens ac solutum.

Diffringo,diffringis,diffregi,pen.prod.diffractum {κατεαγυῖα} diffringere, In varias partes frangere. Plaut.Asin.9, Crura hercle diffringentur.

Diffugio, diffugis, pen.prod.diffugi, pen.prod.diffugitum {διαφεύγω} diffugere,Huc & illuc fugere.Cic.3.Offic.Qui periculo mortis diffugissent. Cæsar 8.belli Gal. Ii repentino malo perterriti diffugiunt ad sua præsidia.
Niues diffugēre.Horat.4.Carm.ode 7.
Stellæ diffugiunt.Ouid.2.Metam.
Terrores animi diffugiunt. Lucret.lib.3.
Diffugere ex castris.Hirt.lib.5.belli Africani. Idem significat quod fugere.
Diffugere domum. Liu.8.bel.Pun.In proximas delapsi syluas, inde domos diffugerunt.
¶Diffugere,pro Vitare. Cic.5.Verr.Diffugerunt enim permulti, id quod ostendam.
¶Diffugere,idem quod Refugere, & renuere. Varro 2. de Re rust. cap.4.Nec tamen diffugio quin dicam quæ scio de suillo pecore. Alia exemplaria habent Defugio.

Diffugium, diffugij {διαφυγή.} Tacitus, Proximorum diffugia languentibus iam studiis.

Diffulmino,diffulminas,pen.corr.diffulminare.Silius lib.5,
-furit, & diffulminat omnem
Obstantum turmam. Hoc est, dissipat instar fulminis.

Diffundo,diffundis,diffudi,diffusum, pen.prod.{διάχυμι,διαχέω} diffundere,Spargere. Cic.2.de Nat.deor. Quæ neque conglaciaret frigoribus,neque niue pruināque concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.
Vndantique animam diffundit in arma cruore. Virg. lib.10.ad finem. Hoc est effundit animam & vitam vnà cum cruore.
Anima diffunditur. Lucret.lib.3.
Animum alicuius diffundere, Est exhilarare aliquem. Ouid.1.de Arte amandi,
Diffundétque animos omnibus ista dies.
Comas diffundere ventis.Virg.1.Æneid.
Crimen paucorum diffundere in omnes.Ouid.3.de Arte.
Fiendo diffundere dolorem vel iram. Ouid.9.Metam. Et epist.8.
Iubar diffundere.Valer.3.Argon.
Diffunditur morbus à capite. Plin.epist.87,Vtque in corporibus, sic in imperio grauissimus est morbus qui à capite diffunditur.
Diffunditur oratio in immensum. Plin.in Paneg. Quo fit vt prope in immēsum diffundatur oratio mea, & necdum de biennio loquor.
Vinum diffundere, E dolio in diuersos cados fundere. Ouid.9. Fastorum,
Quæque puer quondam primis diffuderat annis,
Prompsit famoso condita vina cado. Plin.lib.14.cap.14. Vide Vinum in dolio placens,in VINVM.
Terra diffundit viriditatem. Cic.de Senect.Deinde repefactum vapore & complexu suo, diffundit & elicit herbescentem ex eo viriditatem.
Diffunditur & contrahitur virtus. Cic.de Amicitia, Neque enim sunt isti audiendi, qui virturem duram & quasi ferream esse quādam volunt:quæ quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia tenera atque tractabilis,vt ex bonis amici quasi diffundatur, & incommodis contrahatur.Hoc est,gaudio afficiatur,& tristitia.
Diffundere vim suam longè latéque.Cic.1.de Diuinat.
Diffundere vitem in orbem. Colum.lib.5.cap.5, Atque ita totam vitem omni parte in orbem diffundi.
Vultum diffundere, Est lætum & hilarem exhibere se. Ouid.4.de Ponto,eleg.4. Idem 14.Metam.
Diffunditur vastis ramis ficus in India. Plinius libro 12.cap.5. Et apud Ciceronem,libro 1.de Oratore,Diffusa ramis patulis platanos.
Diffusa latè prædia. Vlpianus in l.1.§.Si quis in villa. D.De s.c.Silaniano.
Diffundit se in latitudinem lactuca. Colum.lib.11.cap.3.
Diffunditur in maria interiora Atlanticus oceanus. Plin.lib.3.in Procem.
In ora virūm passim diffundere aliquid.Virg.4.Æneid.

Diffusus,penultima producta, Participium, siue Nomen ex Participio {διαχυτός}
Color diffusus sanguine.Cic.3.de Nat.deor.
Diffusi campi.Martial.lib.5.
Comæ diffusæ.Ouid.epist.5.
Diffusus error longè latéque.Cic.2.de Finib.
Diffusum & dissipatum ius ciuile.Cic.2.de Orat.Est enim heri nobis ille hoc Catulle pollicitus,se ius ciuile,quod núc diffusum & dissipatum est,in certa genera coactūrum.
Laus alicuius longè latéque diffusa. Vide LATVS.
Largè diffuso lumine ridet Æther. Lucret.lib.3.
Sinus diffusa.Valer.2.Argon. De Venere.
Diffusa & grauissima sus.Plin.lib.16.cap.6.
Diffusum vinum, hoc est transuasatum quod dicitur. Veteribus enim mos erat primùm in cuppas vinum per aliquod tempus relinquere, donec effer buisset. deinde verò in cados & dolia diffundere. vnde diffusum vinum appellatur.Cic.2.de Finib.
Vox diffusa per auras.Lucret.lib.4.
Vultus diffusus.Stat.4.Syl.2.
Diffusiora conspecta non solùm pluris ædificamus, sed etiam impensis maioribus tuemur.Colum.lib.1.cap.4.

Diffusius meritum. Plin.in Paneg.Adiice quòd imperatoris nostri nō aliud amplius ac diffusius meritum est, quàm quòd infectari malos principes tutum est.

Diffusè,pen.prod.Aduerb.{διεκτικῶς,διαθέσει.} Cic.1.de Inuentione,Enumeratio est per quā res dispersè & diffusè dictæ, vnū in locum cogūtur.

Diffusio, Verbale {διάχυσις.} vt,Diffusio animi, pro Dilatatione.Senec. de Vita Beata.

Diffusa,diuersis,disiunctisque in locis sita. Paul.l.decreto.24.D.de admin.tutor. Quotiésque vel diffusa negotia sint, aut dignitas, vel ætas,aut valetudo tutoris id postulet. Imper.l.etiam.6.to.11.C.de exc.tutor.Sed propter latè diffusum patrimonium,an tibi aliquos adiungi curatores oporteat.

D I G

Digamma {δίγαμμα} Indeclinabile,significat duplex gãma: quòd similitudinem habet duplicis gamma. est autem F. De hoc sic Donatus,Dauus vt rectè scribatur,Dauos scribendum est: quia nulla litera vocalis geminata vnam facit syllabam. Sed quia ambiguitas vitanda est nominatiui singularis & accusatiui pluralis, necessariò pro hac regula, digamma vtimur, DaFus, serFus , Fulgus , corFus. Priscianus lib.1,F literam digamma Æolicum vocat. Vide Quintilianum lib.1.cap.4.

Digamma suum vocat Cicero, suum Formianum agrum , qui incipit ab F.litera , quæ Æolicum digamma vocatur. Locus est ad Atticum lib.9.

Digamus , pen. corr. {δίγαμος} Qui duas duxit vxores. Hieronym. cõtra Iouian. Nõ damno digamos. Sic Digama mulier dicitur,quæ duos habuit maritos.

DIGBA {δίγβα} Oppidum. Plin.lib.6.cap.26, Est etiamnum oppidũ Mesopotamiæ in ripa Tigris,circa confluentes,quod vocant Digbã.

Digero,digeris,pen.corr.digessi,digestum {διαφέρω, διασφόω} digerere, In diuersas partes gerere & distribuere. Plinius epist.137, Hæc ab omni latere perspicitur,eadem aqua pariter suspensa & mersa. interdum iunctæ copulatæque,& continentis similes eunt : interdum discordantibus ventis digeruntur. nonnunquam destitutæ tranquillitate fluitant. Martial.lib.12, Et si calculus omnis huc & illuc Diuersus,bicolórque digeratur.

Digeri & Coire,contraria. Celsus lib.5.cap.18,Fertur etiam ad digerenda quæ coeunt sub authore Medo,&c.

Artus digerere. Lucan.lib.18,
Corpora cum soluit tabes,& digerit artus. Sulpitius exponit , dissipat:Beroaldus, consumit: Alij,dissoluit.

¶Digerere {διατάττειν} Ordinare,disponere,inquit Seruius. Virg. lib.3.Æneidos,
Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum. Sic Digerere in pastillos , Plin.lib.12.cap.27. Et lib.2.cap.7,Digerere in partes.

Digerere argumenta in digitos. Quintil.lib.11.cap.3, Manus sinistra nunquam sola rectè gestum facit: dextræ se frequẽter accommodat, siue in digitos argumẽta digerimus, sine auersis in sinistrum palmis abominamur,&c.

Digerere acta siue tempora. Liu.2.ab Vrbe, Tanti errores implicant temporum,aliter apud alios ordinatis magistratibus,vt nec qui Consules secundum quosdam , nec quid quoque anno actum sit , in tanta vetustate non rerum modò, sed etiam authorũ digerere possis.

Digerere crines. Columel.lib.10,
-tu cinge comam, tu digere crines.

Ex copia digerere in genus quodque. Cic.1.de Inuent. Numeros & modos & partes argumentãdi confusè & permistè dispersimus : pòst discretè & electè in genus quodque causæ quid cuique conueniat, ex hac copia digeremus.

Digerendi in suos dies syderũ exortus & occasus. Plin.lib.18.cap. 24.Digerere ius ciuile in genera. Cic.1.de Orat. Et in Part.

Pœnam digerere in omnes. Ouid.14.Metamorphoseos,
Quam meruit pœnam solus,digessit in omnes.

Rempub.digerere. Cic.pro Rabirio Posthumo,Demetrium & ex Repub. Athenis,quam optimè digesserat, & ex doctrina nobilem & clarum, &c.

Digerere tabulas. Cic.3.Verr. Habeo & istius & patris eius accepti tabulas omnes,quas diligentissimè legi,atque digessi.

Tempora digerere. Ouid.1.Fast.

¶Digerere,Interpretari. Virg.2.Æneidos,
-ita digerit omnia Calchas. Seruius.

¶Digerere {διαφορεῖν} pro Resoluere , dissipare : quod coierat disgregare. Cels.lib.2.cap.17.ad finem, His omnibus cõmune est digerere id quod vel præcordia onerat, vel fauces strãgulat, vel in aliquo membro nocet.

Digerere abscedentia. Celsus lib.5.cap.18, Satisque omnia abscedentia digerit murex combustus & bene contritus , aceto subinde adiecto.

Digerere cibum. Quintil.lib.10.cap.1.

Digeruntur cibus & potio in omnes membrorum partes. Celsus in Proœmio.

Digerunt cibum denteslati & acuti. Plin.lib.11.cap.37. Digerunt, hoc est (vt ego quidem interpretor) diuidunt. Sic enim ait Cic.2.de Nat.deor.Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus. Eorum aduersi acuti morsu diuidunt escas,intimi autem conficiunt,qui genuini vocantur. Aduersos dentes appellat Cicero,quos Plinius primores.

Digerere mandata alicuius,per translationem. Cic.ad Qu.frat.lib. 2,Facias vt mea mandata digeras,persequare, conficias.

Corpus digerere. Cels.in Proœmio, Cognito igitur eo quod ex istis est,si corpus adstrictum est, digerendum esse:si profluuio laborat, continendum:si mistum vitium habet , occurrendum subinde vehementiori malo.

Hominem digerere. Cels.lib.2.cap.15.de gestatione,Ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili obsint.

Humorẽ digerere. Cels.lib.2.cap.17.de sudore. Hoc est resoluere.

Materiam digerere. Celsus lib.2.cap.14, de frictione , Et opus est quamplurimum materiæ digeri.

Sudorem digerere. Celsus lib.2.cap.9,ad finem,Calor concoctionem prohibet,somnum aufert, sudorem digerit , obnoxium morbis pestilentibus corpus efficit.

Sudore digeri. Cels.in Proœmio.

D I G

Digestus,Participium {διατεταγμένος} vt, Res artificiosè digestæ. Cic.1. de Orat. Nulli fuerunt qui illa artificiosè digesta generatim componerent.

Capilli digesti. Ouid.1.Amorum,eleg.7,
Ergo ego digestos potui laniare capillos.

Nomina in codicem accepti & expensi digesta habere. Cicero pro Qu.Roscio Comœd.

Digestus,huius digestus,Verbale. Stat.lib.3.Sylu.3,
-iam creditur vni
Sanctarum digestus opum. Id est,cõmittitur dispositio & distributio.

Digestio,Verbale {διάταξις} Ordinatio. Plin.lib.3.cap.5,Itaque interioris in parte digestionem in literas eiusdem nos secuturos coloniarum mentione signata , quas ille in eo prodidit numero. Cicero 3. de Orat.

Digestione circulorum dignoscere terras. Plin.lib.18.cap.25.

Digestio potius quàm declamatio. Cicero 5.Philipp.Ipse interea decem & septẽ dies, vt digestio potius , quàm declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit,sitim quærẽs. Hæc enim causa esse solet declamandi.

Concoctio & digestio {πέψις,καὶ διαφόρησις.} Celsi in Proœmio,Siue hac de causa concoctio incidat, siue de illa : & siue concoctio sit illa, siue tantùm digestio.

Digeries {διάταξις} Digestio,dispositio. Macrob.Nec mirum si digeries morsum reprehensionis euasit.

DIGERI {δίγηροι} Thraciæ populi,Strymonem læuo latere accolentes, vt inquit Plin.lib.4.cap.11.

Digitus,digiti,pen.corr.{δάκτυλος} à digerendo deducitur, vt nonnulli putant , quòd natura miro ac decentissimo ordine digitos digesserit,hoc est disposuerit.

Digito vno ne me attigeris. Id est ne minimũ me attigeris. Plaut. Persa,13. Terent.Eunuch.4.6,
Atqui si illam digito attigerit vno. Vbi Donatus , Moris comminantium est , ad exiguum reuocare commissa quæ se vlturos prædicent.

Argutiæ digitorum. Vide Argutiæ in ARGVO.

Auroræ digitos , pro elegantissimis ponit Claud.de Nuptiis Honorij,
Auroræ vincis digitos,humerósque Dianæ.

Gestus digitorum. Quint.lib.1.cap.10.

Parietum & digitorum pigmenta. Plin.lib.33.in Proœm.

Vincula digitorum. Ouid.9.Metamorphoseos,
Dixerat,& summo digitorum vincula collo
Iniicit:angebat ceu guttura forcipe pressus

Vincula digitorum frangere ,Id est connexas manus dirimere. Stat.6.Thebaid.
Digni digiti Baccho. Ouid.3.Metam.
Durati digiti. Ouid.4.Metamorphoseos,
Duratos subito digitos in crine videres.
Exiles digiti. Ouid.6.Metam.
Infamis digitus. Persius sat.2.
Longi digiti. Catul.in amicam Formiani.
Digito medio porrecto,supremum contemptum significabant veteres. Martial.lib.2,
-& digitum porrigito medium. Nam hunc digitum Martialis impudicum vocat, lib.6.epigr.70. ad Martianum , Ostendit digitum,sed impudicum. Persius infamem, sat.2, Infami digito , & lustralibus antè saliuis. Erasmus in Chiliad.

Minimus digitus. Vide MINOR.

Minusculus digitus. Vide MINOR.

Molles digiti. Claud.3.de Raptu Proserp.
Nudum digitum vocat Iuuenalis , qui non est indutus annulis, satyra 11.
Pingues digiti. Ouid.3.de Arte,
Cui digiti pingues,& scaber vnguis erit.
Remissi digiti. Ouid.epist.18.
Rubentes digiti. Ouid.2.Metamorphoseos,
-digitósque ligat iunctura rubentes.
Teneri digiti. Catul.de Berecynthia,2,
Quatiénsque terga tauri teneris cæua digitis.
Teretes digiti. Ouid.1.de Arte.

Digitum transuersum non excedere. Plaut.Aulul.4,
Isthic adesto:si hercle tu ex isthoc loco
Digitum transuorsum,aut vnguem latum excesseris,&c. Id est,minimo spatio.

¶Admittere digitos. Vide ADMITTO.

Digito cælum attingere. Vide CAELVM,& ATTINGO.

Digito aliquem attingere,hoc est,minuta leuisque injuria aliquem afficere. Cic.lib.5. Tuscul. Lælius si digito quem attigisset,pœnas dedisset.at Cinna collegæ sui Consulis Cn.Octauij præcidi caput iussit.

Digitis extremis attingere aliquod genus vitæ. Id est breuiter siue leuiter attingere : quod aliàs A limine salutare dicitur. Cic.pro M. Cælio.

Coeunt digiti. Ouid.2.Metamorphoseos,
Tum digiti coeunt,& quinos alligat vngues
Perpetuo cornu leuis vngula.

Computare digitis. Vide COMPVTO.

Concrepare digitis. Vide CONCREPO.

Condere digitos in oculos alicuius. Ouid.13.Metam.

Digitum contrahere,aut remittere. Plin.lib.11.cap.26.

Demõstrare digito. Quint.lib.6.cap.3,Digito demonstrauit imaginem galli in scuto Mariano Cimbrico pictam.

Digerere argumenta in digitos. Vide DIGERO.

Dimetiri digitis. Vide DIMETIOR.

Digitum ab aliqua re nõ discedere,Prouerbialiter vsurpatũ. Cic.6. Verr. Oculos de isto nusquam deiicere , neque ab argento digitum discedere.

Digitum

Digitum nusquam à sententia. Cic.ad Atticum,lib.7,Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. Vide DISCEDO.

Digitos incidere. Ouid.4.de Ponto,eleg.14,
Ergo egóne scribam,digitos incidere cunctos?

Inquinare digitum. Catul.ad Furium.

Insistere digitis. Vide INSISTO.

Digitum ad fontes intendere. Vide INTENDO.

Manus intentis digitis,Id est extentis. Claud.de bel.Getico.

Digiti cum voce loquuntur. Tibul.lib.3.eleg.4. Quando & voce & cithara canit citharistes.

Digiti liuescunt in pedibus. Lucret.lib.3.

Loqui digitis & nutu. Ouid.2. Trist.

Micare digitis. Vide MICO.

In digitos mittere, pro Accuratè supputare. Vide Cælium lib. 23. capite 15.

Monstrari digito,Hoc est insignem esse. Horat.4.Carm.ode 3.

Indice monstraret digito. Horat.2.Serm.satyr.8.

Notata charta digitis. Ouid.epist.11.

Si tuos digitos noui. Cic. ad Attic. lib.5.epist.vlt. Hoc est, si noui quàm sis peritus supputator.

Obiiciendi digiti intus. Cels.lib.7.cap.20.

Ostendere aliquem digitis. Ouid.2.de Arte amandi.

Digitum tollere. Cic.3.Verr.Itaque renuntiat Rabonius illam decisionem tutoribus : accurrunt tamen ad tempus tutores , digitum tollit Iunius patruus. isti color immutatus est, vultus, oratio, mens denique excidit. Digitum tollit,id est significat sese redemptorem. Hoc ipse alibi Digito liceri vocat. In emptione enim antiquitus post licitationem digitus leuabatur , significans quemquam emptioni allubescere. Martialis,
Iam mea res digitum sustulit hospitibus. Vnde manceps est appellatus , qui quidpiam conducens manum tollebat , se significans emptorem. Hoc erat apud Veteres micare , per digitorum leuationem distrahere. Budæus.

Digitum tollere, est etiam Fauere,suffragari. Horat.lib.1.epist.19, Vulgus vtroque suum laudabat pollice ludum.

Ad digitos venire. Vide AD.

Vocare aliquem ad digiti sonum. Tibul.lib.1. eleg.2.

¶Digitus, mensura, tam latus est, quàm sunt lata quatuor hordei grana. Est autem digitus decimafexta pars pedis. Pes enim diuiditur in duodecim vncias , id est pollices duodecim , qui XVI digitos faciunt.

¶Digitus, Modulus aquarius:cuius diametros digitalis est. Iulius Frontinus de aquæ ductibus, Digitus rotundus habet diametri digitum vnum. Omnis autem modulus aquarius , colligitur aut dimetro,aut perimetro.

¶Digitus, Numerus. Numerorũ enim alius dicitur digitus, alius articulus, alius cõpositus. Digitum appellant numerum omnem denario contentũ. Articulus est numerus omnis,quem possis in denas partiri partes æquales, nullo redundante, vt decem,viginti,triginta. Cõpositus numerus ex digito & articulo constat , vt quatuordecim, quindecim. Hæc Cæl. Antiq.lect.lib.22.cap.15.

In digito mori , Prouerbiali figura dici potest de iis quibus nullo ferè negotio mors infertur , tracto ab animalibus adagio , quorum genitalia , vel corporis partes aliæ opportunæ , digitis veneno litis contactæ, mortem inferunt. Cic.pro Scauro,Libertus patronũ non occidit,sed duobus digitulis gulam obliuit. Plinius, Sed antiquorũ curam & diligẽtiam quis possit satis venerari? quũ constet,omnium venenorum ocyssimum esse aconitum , & tactis quoque genitalibus fœminini sexus animalium,eodem die inferre mortem. Hoc fuit venenum , quo interemptas dormientes vxores à Calphurnio Bestia, M. Cæcilius accusator obiecit : hinc illa atrox peroratio eius, In digito eas mortuas. Vide Cæl.Antiq.lect.lib.23.cap.13.

Digitulus,pen.corr. {διακτύλιος} Diminutiuum,Paruus digitus. Plaut. Rud.18. Terent.Eunuch.2.2, -sine bidum hoc prætereat,
Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus.

Duobus digitulis concrepare. Hieronym. in epist. ad Rustic.monachum, Testudineo Grunnius incedebat ad loquendum gradu,& per interualla quædam,vix pauca verba carpebat:vt eum puiares singultire, non proloqui. Et tamen quum mensa posita , librorum expositio esset struem, adducto supercilio, contractisque naribus,ac frõte rugata,duobus digitulis cõcrepabat, hoc signo ad audiendum discipulos prouocans. Tũ meras nugas fundere,& aduersus singulos declamare. Erasm.in adagio,Ad digiti crepitum,Qui arrogantius fastuosiúsque iubent quippiam , inquit , digituli crepitu significare dicuntur. Martial.lib.3.epig.40.in Zoilum, Digiti crepantis signa nouit eunuchus. Vide plura apud eundem.

Digitellus, siue Digiteilum {ἀείζωον} Herba est , quæ alio nomine Sedum,siue Semperuiuum maius appellatur. Vide Plin.lib.25.cap.13.

Digitalis, & hoc digitale, pen.prod.om. gen. {δακτυλιαῖος} Quod est digitorum,aut vnius digiti.vt Digitalis crassitudo,Plin.lib.12.cap.20.

Digitalis gracilitas. Plin.lib.14.cap.3.

Digitalia , Substantiuum {δακτυλιδρας} Tegmenta digitorum dicuntur. Varro 1. de Re rust. cap. 55, Olea manu stricta,melior ea quæ digitis nudis legitur,quàm illa quæ cum digitalibus.

Digitatus, pen.prod. Adiectiuum {δακτυλωτὸς} Qui digitos habet. Plin. lib.11.cap.47.Auium aliæ digitatæ,aliæ palmipedes.

Digladior, digladiaris {διαξιφίζομαι} digladiari, Dissentire & dissidere,ductum à gladiis. Cic. 4. Tusc. Digladientur illi per me licet, cui nihil est necesse,&c.

Digladiantur inter se. Cic.3.de Legib. C.verò Gracchus ruinis & emissitiis, quas ipse se proiecisse in forum dixit , quibus digladiarentur inter se ciues,nónne,&c.

DIGLITO, appellatur Tigris fluuius, vbi tardior fluit,hoc est vsque ad Medorum fines. Author Plin.lib.6.cap.27.

Dignatio,Digne.Dignitas,Dignor, Vide DIGNVS.

Dignosco, dignoscis,dignoui,dignorum, pen. prod. {διαγινώσκω} dignoscere , Idem quod agnoscere vel cognoscere, aut discernere. Columella lib.2.cap.2, Dignoscere terrã sapore. Sic Plin lib.28.cap.30,

Dignosci vix potest à mastiche vera. Plin.lib.12.cap.17.

Non qui ciuem dignoscerer hostẽ. Horat.1.epist.

Curuo rectum dignoscere. Horat.2.epist.2.

Dignus , Adiectiuum {ἄξιος,ἄτιμος,καίτοιγε} Qui meretur: vt Dignus præmio. Terent. Heaut.1.1,
Et me ignoras Clinia,ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum quod te dignum est,facias.

Dignus,Genitiuo iunctum. Plaut. Trinum. Non ego sum dignus salutis. Nonius.

Dignus domino seruus. Plaut.Amphit.8,
Abín' hinc à me,dignus domino seruus?
Non te dignum Cherea
Fecisti. nam si ego digna hac contumelia
Sum maximè,at tu indignus qui faceres tamen. Terẽt.Eunuch.5.2.

Maximè dignus, Vide MAGIS.

Dare munera digna aliquo. Virgil.5.Æneid.

Amicitia dignus. Horat.in Arte.

Amore dignus. Valer.8.Argon.

Munus dignum Apolline. Horat.2.epist.1.

Dignus argento,dignior auro. Ouid.3.de Ponto,eleg.8.

Res digna auribus. Catull.ad Catonem.

Cognitione & hospitio dignus. Cic. pro Archia , Omnes qui aliquid de ingeniis poterant iudicare,cognitione atque hospitio dignũ existimauerunt.

Vita digna diis. Lucret.lib.3.

Expectatione aliorum dignum aliquid efficere. Plancus Ciceroni, lib.10.7, Dum perducerem eò rem, vt dignum aliquid & Consulatu meo,& vestra expectatione efficerem.

Simplicitas digna fauore fuit. Ouid.epist.2.

Digna homine nobili. Cic.4.Acad. Sic,Dignissimum est authoritate & prudentia vestra , Iudices , in audiendo diligentiam non minus religioni tribuere quàm voluptati. Cic.5.Verr.

Dignius imperij gloria. Cic.de Aruspic.respon. Sed ne id vitros optimos diutius delecter,legant hanc eius concionem,de qua loquor, in qua Pompeium ornat, an potius deformat? certè laudat, & vnũ esse in hac ciuitate dignum huius imperij gloria dicit , & significat se illi amicissimum esse.

Digna verba ioco. Ouid.4.Fast.

Dignum laude virum Musa vetat mori. Horat.4.Carm.ode 8.

Præclara voluntas atque omni laude digna. Cic.pro Domo sua.

Luce dignum aliquem non putare. Cic. in Pisonem , Quum hoc non recusares,quin hi,à quibus dicebare Cõsul,te luce dignum non putarent,nisi nequior quàm Gabinius extitisses.

Digna res miraculo. Plin.lib.12. cap.1, Saxea intus crepidinis corona musculos complexa panices,extat tam digna miraculo , vt Lucinius Mutianus prodendum posteris putarit.

Præbere se dignum maioribus suis. Cic. Thermo,lib.2.17, Qui si dignum se maioribus suis præbuerit(vt spero & opto) tua laus ex aliqua parte fuerit,&c. Idem lib.2.de Finib. Et 2.de Orat. Item 3. Philipp.

Morte dignum facinus. Seneca Hippol.12.

Dignissimus odio. Cic.1.de Finib.

Dignus opprobriis. Horat.2.Serm.satyr.1.

Iuuenes patre dicti. Horat.in Arte poet.

Dic aliquid dignum promissis. Horat.2.Serm.satyr.3.

Repub.dignus. Cic.1.Philip. Ne vnus modò Cõsularis, quod tum accidit, dignus illo honore,dignus Repub. inueniretur.

Se dignum præstare. Horat.1.epist.7.

Dignus te filius. Cic.ad Lẽtulum,lib.1.7, Quem nos & quia tuus, & quia te dignus est filius , & quia nos diligit , sempérque dilexit, in primis amamus,charúmque habemus.

Suscipere curam & cogitationem dignam suæ virtutis. Balbus Ciceroni,lib.8,in Epistolis ad Atticum, Obsecro te. Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis,vt Cæsarem & Pompeium perfidia hominum distractos, rursus in pristinam cõcordiam reducas.

Dignissimus longa vita. Ouid.4.Metamorphoseos,

E quibus illa fuit longa dignissima vita.

¶Dignus ad. Plaut. Milit.13, Ad tuam formam illa vna digna est.

Dignus præ aliis vt,&c. Plaut. Milit.16,
Quid enim non sim dignus præ te vt figam palum in parietem?

Dignus qui imperet. Cic. 3. de Legib. Qui modestè parẽt , videtur qui aliquando imperet,dignus esse.

Dignus cui aliquid committatur. Terent.And.1.4,
Sanè pol temulenta est mulier,& temeraria,
Nec satis digna cui committas primo partu mulierem.

Serius quàm dignum est, Id est quàm par est. Cic.6.Philipp. Venit tempus Quirites serius omnino,quàm dignum Pop.Rom.fuit.

Dignius nihil est quod ametur. Terent.Eunuch.5.9,
Satis credo,nihil est Thaide tua dignius quod ametur.

¶Digna forma. Plaut.Rud.30,
-ædepol vna litera plus sum quàm medieus. 6.tum tu
Mendicus es? 1.tetigisti acu. 6.videtur digna forma.

¶Dignus amari. Virgil.eclog.5.

Rependere digna. Stat.11.Sylu.

Dignum est credere. Virgil.3.Georg.

Dignum memoratu. Plin.lib.21.cap.12. Sic Digna dictu, Plin.lib. 11.cap.51.

¶Dignus , Absolutè interdum pro eo qui malo aut contumelia dignus est. Sallustius , Sed vbi imperium ad ignaros ciues aut minus bonos peruenit, nouum illud exemplum ab dignis & idoneis ad indignos & minus idoneos transfertur. Hìc dignos supplicio & malo historicus intellexit. Eodem etiam modo vsurpatur in Antonij edicto,quod Cicero reprehendit & irridet. Hæc Turnebus.

¶Dignum, pro dignitate. Tacitus libro 15, Adiecisset eos, dignum Arsacidarum, simul & de legionibus Romanis statuerent. Neque enim arbitror (inquit Rhenanus) Græcam constructionem voluisse Tacitum referre: digne Arsacidis, hoc est, pro merito Arsacidarum.

Dignè, Aduerbium {ἀξίως} Id est honestè, vti honestum decet. Plautus Milit.11, Quàm dignè ornata incedit, haud meretricié.

Aliquem dignè deflere. Seneca. Herc. fur. 13.

Dignè laudare aliquid. Cic. de Senect. Nunquam igitur satis laudari dignè poterit Philosophia.

Dignè loqui de aliquo. Cic. Post red. in Senatu, Quis de tali ciue satis dignè vnquam loqueretur?

Peccare cruce dignius. Horat. 2. Serm. satyr. 7,

Peccat vter nostrum cruce dignius.

Dignitas, pen. corr. dignitatis {ἀξιότης, ἀξίωμα, ἀξία, πρόσχημα} Est existimatio quæ satis clareat rebus gestis, magnificáque opinio. Cic. Attico, lib. 2. Dices fortasse dignitatis ἄλογε tanquam δημόσιε. saluti, si me amas, consule. Quibus verbis allusit ad adagium Græcum, hoc est, satis gloriæ, magnificæque existimationis tibi comparasti: nunc habeto potius salutis rationem, quàm quid te deceat, tantopere videas. Idem 1. de Finib. Genus hoc scribendi etsi sit elegans, personæ tamen & dignitatis esse negent.

Dignitatem & Venustatem discerni voluit Cicero, vt Dignitas viris: Venustas fœminis sit attribuenda. De Offic. libro 1, Venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. Ex Nonio.

Dignitatum genera quatuor posteriorum Imperatorum ætas fecit. Alij nanque Perfectissimi, Clarissimi alij, superiores Spectabiles, supremi Illustres appellabantur. Perfectissimatus dignitas prima erat, ad quam cuiuis, nisi qui sordida conditione esset, aditus patebat, vt ex lib. C. 11. tit. 33. intelligitur. Clarissimatus autem dignitatem inferiorem spectabilitate fuisse Theod. l. 5. de prox. sacr. lib. 10. C. demóstrat. Itaque Clarissimi à Spectabilibus distinguúntur, l. vnic. C. de annon. & cap. item & ab Illustribus, l. 1. C. vbi Senat. vel clar. Quicunque non illustri, inquit Constantinus, sed clarissima tantùm dignitate præditus, &c. Spectabiles porrò Magistratus erant, vt Proconsules, Augustales, Comites Orientis, vt constat ex l. 32. C. de appell. Illustribus autem eos inferiores fuisse Imperatores dicta l. 32. demonstrant, vbi appellari à Spectabilium sententiis ad Illustres personas iubent. Hæc illustri nota maior nulla est: nam etsi Consules & Patricij superiores essent, nulla tamen iis nota dignitatis attribui solebat. Itaque Iustinianus eos hoc modo significat, Qui suprà Illustres sunt, vt videre est ex l. 26. C. de vsur. Illustres autem erant, qui sententiæ in Senatu dicendæ ius habebant, l. vlt. D. de Senat.

Dignitas est alicuius honesta & cultu, & honore, & verecundia digna authoritas. Author ad Heren. lib. 2.

Amplificator dignitatis. Cic. Famil. 2.

Fautor dignitatis. Cic. Famil. 1.

Imago dignitatis. Cicero, Quicquid imago veteris meæ dignitatis, &c.

Reliquiæ dignitatis. Cic. 6. Famil.

Dignitas & amplitudo. Cic. Appio, lib. 3. 9.

Dignitas & Deformitas, contraria. Cic. Planco, lib. 10. 6.

¶Dignitas, Magistratuum administratio & honor. Cic. Thermo, lib. 13. epist. 54, Vt omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides, dignitásque patietur.

Dignitatem tueri. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 2.

¶Domus dignitas, pro magnificentia. Cicero pro Domo sua. Budæus.

¶Dignitas oris & vultus, Oris probitas, morúmque præstantia in facie eminens: virilis pulchritudo. Cic. lib. 1. Officiorum. In Oratore autem perfecto vtrunque coniunxit: Vultus verò (inquit) qui secundum vocem plurimum potest, quantam affert tum dignitatem, tum venustatem? Plinius in Paneg. Traian. 8, Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, nónne longè latéque principem ostentant? Id est, Indoles morum in ore conspicua. Budæus.

Dignitas sermonis, est oratio cum aliqua grauitate & vocis remissione. Author ad Heren. lib. 3.

Sexus dignitas. Vlpianus de Senatoribus, Maior dignitas est in sexu virili.

Commendat dignitas periclitantem. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Accedere ad dignitatem. Cicero, Quibus nihil, aut non multum ad dignitatem posset accedere.

Acquirere dignitatem. Vide ACQVIRO.

Adimere dignitatem. Vide ADIMO.

Adiungere dignitatem. Vide ADIVNGO.

Amplissimos gradus dignitatis adeptum esse. Cic. Pláco, lib. 10. 6. Credegitur mihi Plance, omnes quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis (es autem adeptus amplissimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia.

Afferre dignitatem. Cic. 1. Offic. Vt tranquillitas animi & securitas adsit, quæ adferet tum constantiam, tum etiam dignitatem.

Afferre dignitatem ad aliquam rem. Cic. pro Murena, Qui potest dubitare, quin ad Consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis rei militaris, quàm iuris ciuilis gloria?

Affert dignitatem fortuna. Quintil lib. 3 cap. 7.

Agere cum dignitate & venustate. Cic. 1. de Orat.

Amittere dignitatem. Vide AMITTO.

Amplificare dignitatem. Vide AMPLIFICO.

In sedem dignitatis atque honoris. Cic. pro Sylla, Quorum ego opera illum in locum atque in hanc celsissimam sedem dignitatis atque honoris multis meis ac magnis laboribus & periculis ascendissem.

Attingere dignitatem contumelia. Cicero, Sperare videor tantum abfuturam esse orationem meam à minima suspicione offensionis tuæ, tè vt potius obiurgem, quòd iniquum in discrimen adducis dignitatem tuam, quàm vt ego eam vlla contumelia coner attingere.

Augere dignitatem. Vide AVGEO.

Colligere dignitatem. Cic. ad Q. frat.

Conciliare dignitatem. Cæs. de bel. Aphr. lib. 5.

Consulere dignitati, vel seruire. Cic. Famil. 9.

Contineri dignitate. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Decerpere ex dignitate. Vide DECERPO.

Deesse dignitati. Cic. Famil. 10.

Defendere dignitatem ab inimicis. Vide DEFENDO.

Deformare dignitatem. Cic. pro Sylla.

Detrahere dignitatem. Cicero, Vt ad ea quæ accusatores deformandi huius causa, detrahendæ, spoliandæque dignitatis gratia dixerunt, &c.

Dignitatem deponere. Cic. Philipp. 1.

Dimouere de dignitatis gradu. Cic. Tuscul. 2.

Diminuere dignitatem. Cic. de Orat. Interitu talis auguris dignitatem nostri collegij diminutam dolebam.

Discedere à dignitate sapientis. Cic. 1. Offic. Et ea quæ videntur acerba, quæ multa & varia in hominum vita fortunáque versantur, ita ferre, vt nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis, robusti animi est, magnæque constantiæ.

Esse dignitate. Cic. Famil. 10.

Fauere dignitati. Cic. Famil. 10.

Frangere dignitatem. Cic. Fam. 9.

Admirabilem dignitatem habere. Cic. pro Murena, Omnes enim artes, quæ nobis Populi Rom. studia conciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam vtilitatem debent habere. Summa dignitas est in iis qui militari laude antecellunt.

Infringere dignitatem alicuius. Vide INFRINGO.

Labefactare dignitatem. Cic. pro Rabirio Posth.

Læsa dignitas. Vide LAEDO.

In altissimo amplissimóque gradu dignitatis locatum esse. Cic. 1. Philipp.

Metiri omnia dignitate. Vide METIOR.

Obtinere dignitatem. Vide OBTINEO.

Oppugnare, vel impugnare dignitatem. Cic. Famil. 1.

Orbare dignitate. Vide ORBO.

Peruenire ad dignitatem. Cic. ad Attic. 1.

Pueri magna præditi dignitate. Cic. 2. de Inuent.

Reperire dignitatem. Cicero, Mulésque præterea, qui cum ingenio sibi authore dignitatem reperissent, &c.

Reddere dignitatem. Cic. Post red. in Senatu.

Restituere dignitatem. Cicero, Equestri ordini restituit non solùm dignitatem, &c.

Recipere dignitatem. Cic. Famil. 6.

Facti alicuius pulcherrimi splendorem verbis, dignitatémque retinere. Cic. pro Domo sua.

Seruare suam dignitatem. Cic. 2. de Orat. Parcebat enim aduersarij dignitati, in quo ipso seruabat suam.

Spoliare dignitate. Cicero, Quibuscum coniunctissimè vixerat, hos in tribunatu instituit spoliare omni dignitate.

Esse dignitati & honori parentibus. Cic. de Amicit. Vt si parentibus nati sunt humilibus, se propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, eorum augeant opes, eísque honori sint & dignitati. Hoc est, quod vulgus dicit, *Faciunt parentibus honorem propter dignitatem.*

Suffragari dignitati. Plancus Ciceroni, Famil. 10.

Sustinere Reip. dignitatem. Cic. pro Domo sua.

Summum in aliquo magistratu gradum tenere & dignitatis & gratiæ. Cic. pro Plancio.

Tribuere alicui dignitatem. Cic. 5. Tuscul. Ergo etiam dignitas ei tribuēda est, quod si ita est, laudabile sit necesse est. Bonum igitur omne laudabile.

Tueri dignitatem cōsularem. Cic. in Bruto, Pono satis in eo fuisse orationis atque ingenij, quo & magistratus personam, & consularem dignitatem tueretur. Id est, sustineret, conseruaret.

Violare dignitatem. Cic. Famil. 1.

¶Dignitas, pro pulchritudine. Agretius grammaticus, Pulchritudo formæ in viris, dignitas: vnde Cicero pro Cælio, Quis non possit huic ætati atque huic dignitati petulanter, etsi sine suspicione, at non sine argumento maledicere? Nomen dignitatis ex omnibus expulsum libris nusquam comparet, credo quòd non satis huic loco conuenire videretur, quum dignitas hominibus deterioris feculi in hac notione ignoraretur. Monuit Turnebus.

Digno, dignas {ἀξιόω} diguare, Dignum putare. Pacuuius Ilionea, Quis deos infernos, quibus cælesteis dignet decorare hostes? Nonius.

Dignor {ἀξιόομαι} Deponens, etiam in significatione actiua, Hoc est dignum puto siue iudico. Virgil. 1. Æneidos,

Tum Venus: Haud equidem tali me dignor honore.

Dignari aliquem venia. Ouid. 3. Trist. eleg. 14. ad finem,

Qualencunque legas, venia dignare libellum.

Dignor, cum infinitiuo. Horat. lib. 1. epist. 20,

Non ego nobilium scriptorum auditor, & vtro

Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.

Dignari, Passiuum {ἀξιόομαι} Dignum haberi, siue iudicari. Virgilius 3. Æneidos,

Coniugio Anchisæ Veneris dignate superbo. Cic. OEconomico, Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. Idem libro 3. de Oratore, Quæ tamen consimili laude dignentur.

Cultu & honore dignari. Cicero 2. de Inuent. Obseruantia, est per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur.

Dignatus honore. Sil. lib. 11,

Ipse deûm cultu, & sacro dignatus honore.

Dignandus {ἀξιωτέος.} Cic. 1. Acad. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat.

Dignatio, Verbale, Est quod Græci ἀξίωμα dicunt: Id est dignitas & amplitudo propter honores gestos aut magistratum, vel propter oris morúmque maiestatem. Vnde τὸ ἀξιωματικὸν Græci vocant, venerandam oris maiestatem, qualis in Pompeio fuit, quam Cicero dignitatem vocare solet. Plinius libro 21. capite 20, Polio Mufæus & Hesiodus perungi iubent dignationis gratia, gloriæque auidos Polium tractare, coloréque. Cicero Attico, libro 10. epist. 9, Cælij quidem epistolam scriptam miserabiliter, non sine magno fletu legerūt pueri nostri, etsi si meus quidem est fortior, eóque ipse vehementius commouet, nec quicquam nisi de dignatione laborat. Id est, nullius rei tantam rationem habendam nobis censet, ídque agit, vt existimationem antea collectam tueamur. & ne quid agamus quod indignú sit rebus à nobis gestis. Hæc Budæus. De dignatione, Id est de dignitate, de honesto. Sueton. de Claris grammaticis, Sæuius Nicanor primus ad famam dignationémque docendo peruēnit. Liu. 2. ab Vrbe, Appius inter patres lectus haud ita multo pòst in principú dignationem peruēnit.

Dignatio, pro dignitate. Suetonius in Domitiano, cap. 2, Expeditionem quoque in Galliam Germaniáque, neque necessariam & dissuadentibus paternis animis inchoauit, tantùm vt fratri se, & operibus & dignatione adæquaret. Idem in Augusto, cap. 46.

In dignationem peruenire. Liu. Et Sueton. de Clar. gram.

¶Dignatio, pro Reuerentia. Sueton. in Caligula, cap. 24, Reliquas sorores, nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, vt quas sæpe exoletis suis prostrauerit.

Propria viri dignatio auxit inuidiam, &c. Tacit. lib. 19.

Modicus dignationis. Tacit. lib. 3.

Assignant etiam principis dignationem adolescentulis. Tacit. de German.

Gliscit dignatio sacerdotum. Tacit. lib. 4.

Imponere alicui dignationem. Tacitus lib. 17, Vitellio tres patris Consulatus, Censuram, collegium Cæsaris, imponere iampridem Imperatoris dignationem.

Secundum dignationem inter se partiuntur. Tacit. de Germ.

Retenta dignatio Burro ope Senecæ. Tacit. lib. 13.

Vererem, ac olim partam dignationem subitæ felicitati submittere. Tacit. lib. 13.

Digredior, digrederis, pen. corr. digressus sum {ἀποκλίνομαι, παρεκβαίνω} digredi, pen. corr. Discedere. Liu. 1. ab Vrbe, Priusquam inde digrederentur, roganti Metio ex fœdere icto, &c.

Congredi cum aliquo, & Digredi, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. Luna autem, &c. isdem spatiis vagatur quibus sol: sed tum congrediens cum sole, tum digrediens, &c.

A primo carmine digredi. Catull. Argonaut.

Digredi ab aliquo. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 18, Etsi periniquo patiebar animo te à me digredi.

Digredi ad pedes. Liu. 9. bel. Pun. De Hispanis equitibus loquitur qui ex equis descenderant ad pugnam pedestrem. Sed hic legendum est, equitibus ad pedes degressis, non digressis. Degredi enim idem valet, quod descendere.

A causa parumper digredi. Cic. 1. de Claris Orat.

De causa digredi. Cic. de Inuent. Nobis autem non placet hanc partem in numero reponi, quòd de causa digredi, nisi per locū communem displiceat.

Paululum digredi de cursu in reliqua oratione. Cic. in Partit.

Digredi in latus. Plin. lib. 3. cap. 5.

Paulum digredi. Ouid. 9. Metamorphoseos,

Digredimur paulùm, rursúsque ad bella coimus.

¶Digreditur oratio, per metaphoram. Cic. 6. Verr. Verùm vti Lilybæum vnde digressa est oratio, reuertatur. Idem 5. Verr.

Iracundia, longius digredi, quàm sapientis ratio postulat. Cic. de Arusp. resp. Hesterno die dolore me elarum & iracúdia longius propè digressum arbitrabantur, quàm sapientis hominis cogitata ratio postulasset.

Digredi, cum accusatiuo sine præpositione. Hirtius de bel. Aphric. Inde paruulam procliuitatem digressus, sinistra parte campi propter mare legiones educit.

Digrediens, Participium {ἀποκλαβόμενος.} Virgil. 3. Æneidos,

Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis.

Digressus, Participium {ἀποκλεισθείς.}

Digressa dicitur quæ diuortium cum marito fecit. Sueton. in Cæsare, cap. 43, Diremit nuptias Prætorij viri qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quanuis sine probri suspicione.

Digressus, huius digressus {ἀποκλεισμός} Discessus. Vtrunque coniunxit Cicero de Senect. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum, non quòd æquo animo ferrem, sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore.

Accessus, & Digressus, contraria. Cic. 2. Tuscul. Tenuissimum lumen facit proximus accessus ad solem, digressus autem lōgissimum.

Congressus & Digressus, contraria. Cicero ad Q. fratrem, lib. 1. 3, Deinde congressus nostri lamentationem pertimui: digressum verò non tulissem.

Digressus à proposito, apud Quintilianum.

Fundere dicta digressu supremo. Virgil. 8. Æneid.

A digressu alicuius proficisci aliquò. Cic. Attico, lib. 1. 3, Vt primū à tuo digressu Romam veni.

Digressio {ἀποκλησις} Verbale, cui contrarium est Congressio. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 3, Minus acerbum, minus miserum fuit, quàm fuisset tum congressio, tum verò digressio nostra.

Digressio à proposito {παρέκβασις.} Cic. 3. de Orat.

A proposita oratione digressio. Cic. de Claris Orat.

D I I

Diiambus {διίαμβος} Pes est ex duobus iambis cōstans: vt amœnitas.

Dignandus

Dignandus {ἀξιωτέα.} Cic. 1. Acad. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat.

Dignatio, Verbale, Est quod Græci ἀξίωμα dicunt: Id est dignitas & amplitudo propter honores gestos aut magistratum, vel propter oris morúmque maiestatem. Vnde τὸ ἀξιωματικὸν Græci vocant, venerandam oris maiestatem, qualis in Pompeio fuit, quam Cicero dignitatem vocare solet. Plinius libro 21. capite 20, Polio Mufæus & Hesiodus perungi iubent dignationis gratia, gloriæque auidos Polium tractare, coloréque. Cicero Attico, libro 10. epist. 9, Cælij quidem epistolam scriptam miserabiliter, non sine magno fletu legerūt pueri nostri, etsi si meus quidem est fortior, eóque ipse vehementius commouet, nec quicquam nisi de dignatione laborat. Id est, nullius rei tantam rationem habendam nobis censet, ídque agit, vt existimationem antea collectam tueamur. & ne quid agamus quod indignú sit rebus à nobis gestis. Hæc Budæus. De dignatione, Id est de dignitate, de honesto. Sueton. de Claris grammaticis, Sæuius Nicanor primus ad famam dignationémque docendo peruēnit. Liu. 2. ab Vrbe, Appius inter patres lectus haud ita multo pòst in principú dignationem peruēnit.

Dignatio, pro dignitate. Suetonius in Domitiano, cap. 2, Expeditionem quoque in Galliam Germaniáque, neque necessariam & dissuadentibus paternis animis inchoauit, tantùm vt fratri se, & operibus & dignatione adæquaret. Idem in Augusto, cap. 46.

In dignationem peruenire. Liu. Et Sueton. de Clar. gram.

¶Dignatio, pro Reuerentia. Sueton. in Caligula, cap. 24, Reliquas sorores, nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, vt quas sæpe exoletis suis prostrauerit.

Propria viri dignatio auxit inuidiam, &c. Tacit. lib. 19.

Modicus dignationis. Tacit. lib. 3.

Assignant etiam principis dignationem adolescentulis. Tacit. de German.

Gliscit dignatio sacerdotum. Tacit. lib. 4.

Imponere alicui dignationem. Tacitus lib. 17, Vitellio tres patris Consulatus, Censuram, collegium Cæsaris, imponere iampridem Imperatoris dignationem.

Secundum dignationem inter se partiuntur. Tacit. de Germ.

Retenta dignatio Burro ope Senecæ. Tacit. lib. 13.

Vererem, ac olim partam dignationem subitæ felicitati submittere. Tacit. lib. 13.

Digredior, digrederis, pen. corr. digressus sum {ἀποκλίνομαι, παρεκβαίνω} digredi, pen. corr. Discedere. Liu. 1. ab Vrbe, Priusquam inde digrederentur, roganti Metio ex fœdere icto, &c.

Congredi cum aliquo, & Digredi, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. Luna autem, &c. isdem spatiis vagatur quibus sol: sed tum congrediens cum sole, tum digrediens, &c.

A primo carmine digredi. Catull. Argonaut.

Digredi ab aliquo. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 18, Etsi periniquo patiebar animo te à me digredi.

Digredi ad pedes. Liu. 9. bel. Pun. De Hispanis equitibus loquitur qui ex equis descenderant ad pugnam pedestrem. Sed hic legendum est, equitibus ad pedes degressis, non digressis. Degredi enim idem valet, quod descendere.

A causa parumper digredi. Cic. 1. de Claris Orat.

De causa digredi. Cic. de Inuent. Nobis autem non placet hanc partem in numero reponi, quòd de causa digredi, nisi per locū communem displiceat.

Paululum digredi de cursu in reliqua oratione. Cic. in Partit.

Digredi in latus. Plin. lib. 3. cap. 5.

Paulum digredi. Ouid. 9. Metamorphoseos,

Digredimur paulùm, rursúsque ad bella coimus.

¶Digreditur oratio, per metaphoram. Cic. 6. Verr. Verùm vti Lilybæum vnde digressa est oratio, reuertatur. Idem 5. Verr.

Iracundia, longius digredi, quàm sapientis ratio postulat. Cic. de Arusp. resp. Hesterno die dolore me elarum & iracúdia longius propè digressum arbitrabantur, quàm sapientis hominis cogitata ratio postulasset.

Digredi, cum accusatiuo sine præpositione. Hirtius de bel. Aphric. Inde paruulam procliuitatem digressus, sinistra parte campi propter mare legiones educit.

Digrediens, Participium {ἀποκλαβόμενος.} Virgil. 3. Æneidos,

Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis.

Digressus, Participium {ἀποκλεισθείς.}

Digressa dicitur quæ diuortium cum marito fecit. Sueton. in Cæsare, cap. 43, Diremit nuptias Prætorij viri qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quanuis sine probri suspicione.

Digressus, huius digressus {ἀποκλεισμός} Discessus. Vtrunque coniunxit Cicero de Senect. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum, non quòd æquo animo ferrem, sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore.

Accessus, & Digressus, contraria. Cic. 2. Tuscul. Tenuissimum lumen facit proximus accessus ad solem, digressus autem lōgissimum.

Congressus & Digressus, contraria. Cicero ad Q. fratrem, lib. 1. 3, Deinde congressus nostri lamentationem pertimui: digressum verò non tulissem.

Digressus à proposito, apud Quintilianum.

Fundere dicta digressu supremo. Virgil. 8. Æneid.

A digressu alicuius proficisci aliquò. Cic. Attico, lib. 1. 3, Vt primū à tuo digressu Romam veni.

Digressio {ἀποκλησις} Verbale, cui contrarium est Congressio. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 3, Minus acerbum, minus miserum fuit, quàm fuisset tum congressio, tum verò digressio nostra.

Digressio à proposito {παρέκβασις.} Cic. 3. de Orat.

A proposita oratione digressio. Cic. de Claris Orat.

D I I

Diiambus {διίαμβος} Pes est ex duobus iambis cōstans: vt amœnitas.

Dii manes, per duas dictiones, ab antiquis creditæ sunt esse animæ hominum, quæ è corpore emigrauerant: vnde etiam vetusta sepulcrorum monumenta Diis manibus videmus esse inscripta. Seruius arbitratur Manes per antiphrasim, quasi minimè manos dictos. Sabinorum enim lingua Manum bonum dicebatur: vnde & Immanis. Numerantur etiam Manes inter noxia numina, vnde subinde inferiis erant placandi, ne nocerent. Vide plura in dictione MANES.

DIOVIS, Iupiter appellatus est. Vide DIESPITER.

Diipoliea {διιπολιεῖα} Celebritas fuit, quæ Athenis agebatur, ab Ioue Polieo dicta, cui Athenienses rem sacram faciebant in memoriam securis & bouis. Author Hesychius.

DIIRONOXENI {διιξενοξένοι} Nuncupantur à Comicis Lacedæmonij, Id est per simulationes & ironiam fallentes hospitem: quanquam scribit Herodotus à Laconibus ξένοι peculiarius barbaros intelligi. Vide Cæl. Antiq. lect. lib. 18. cap. 5.

Diis, Diutinis ac iugibus, inquit Nonius. Varro, Quàm mobilem Dinum lirans Sol, harmoge Quadam gubernans, motibus diis veget. Antiquum.

Diiudico, diiudicas, pen. corr. {διαδικάζω} diiudicare, Iudicare, vel diligenter iudicare. Terent. Heaut. 2. 2,

Pergin' isthuc prius diiudicare, quàm scis quid veri siet?

¶Diiudicare inter. Cic. 1. Tuscul. Vtrum igitur inter has sententias diiudicare malumus, an ad propositum redire?

Diiudicare vtra voluptate, stante an mouente. Cic. 2. de Finib.

Diiudicare vera & falsa. Cic. 4. Acad.

Vera à falsis, verisimilia ab incredibilibus diiudicare & distinguere. Cic. in Partit.

Diiudicare vter vtri virtute anteferendus sit. Cæsar 5. bel. Gal.

Diiudicare controuersiam videtur id significare, quod *appunctare* barbarè dicimus. Cic. 3. de Finibus, Attendes igitur vt soles, cámque controuersiam diiudicabis. Idem ad Atticum, lib. 14, Nostras contentiones Resp. diiudicauit.

Diiudicare acri intentione. Plin. epist. 203, Omnis enim aduertit quod eminet & extat: sed acri intentione diiudicandum est, immodicum sit, an grande, altum an enorme.

Sorte diiudicari. Quintil. lib. 7. cap. 2.

¶Diiudicare, pro Decernere. Cic. 3. in Catil. Atque illæ tamen omnes dissensiones, quarum nulla existum Reip. quæsiuit, eiusmodi fuerunt vt non reconciliatione concordiæ, sed internecione ciuium diiudicatæ sint. Budæus.

Diiudicatus, penult. prod. Participium {διαδικασθείς.} vt, Diiudicata res. Cic. in Partit. Hisne verbis sit actio quæritur: quæ etiam si ante quàm res in iudicium venit, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta non sunt, tamen in ipsis iudiciis permagnum sæpe habent pondus.

Relinquere negotia, diiudicata lite. Horat. 3. Carm. ode 5.

Diiudicatio, Verbale {διαδικασία.} Cic. 1. de Legib. Nam ista quidem magna diiudicatio est.

Diiungo, Vide DISIVNGO. {διαζεύγνυμι.} Cic. Attico, lib. 7, Redeamus domum, diiungere me ab illo volo.

Iumenta diiungere. Cic. 2. de Diuinat.

Diiugatio, huius diiugationis, Separatio. Arnobius lib. 2. aduersus gentes, Animarum à corporibus diiugatio.

D I L

Dilabidus, Vide DILABOR.

Dilabor, pen. prod. dilaberis, dilapsus sum {διολισθαίνω} dilábi, Diffugere, discedere, siue labi. vt, Dilabi in agros vel oppida, Liu. 8. belli Maced. Et 8. ab Vrbe.

Dilabitur oratio. Cic. in Lælio, Iam enim à sapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias nostra dilabitur oratio. Id est, descendit siue decurrit. Legitur & delabitur. Sic 1. Tuscul.

Malè dilabi. Cic. 2. Philipp.

Dilabi memoria. Cic. 13. Philipp. Sunt alij plures fortasse, sed mea memoria dilabuntur. Id est excidunt.

Fortuna dilabitur. Author ad Heren. lib. 4, Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi simulac fortuna dilapsa est, deuolant omnes.

Dilabuntur vitigialia negligentia. Liu. 3. bel. Maced.

Dilabitur vestis condita situ, & corrumpitur. Columel. libro 12. capite 3.

Dilabitur verustate nauis putris. Liu. 5. bel. Maced.

Dilabuntur discordia res maximæ: hoc est pereunt, decrescunt, corrumpuntur. Sallust. in Catil. Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

Dilabens, pen. prod. Participium {διολισθαίνων.} Horat. 3. Carm. ode 29,

-nunc medio alueo

Cum pace dilabentis Hetruscum In mare.

Dilapsus, Participium {διολισθήσας.} vt, Dilapsus rapidè fluuius. Cic. 2. de Legib. Et 2. de Nat. deor. Dilapsa aqua.

Amor cum forma dilapsus. Claud. 1. in Eutrop.

Curæ dilapsæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4,

At mihi dilapsis inter noua gaudia curis.

Glacies liquefacta & dilapsa. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruináque concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

Dilapsa multitudo. Liu. 3. ab Vrbe. Et lib. 9. bel. Maced.

Dilapsus ornatus mundi occidit. Cic. 4. Acad. Et ad Curium, lib. 7, Dilapsa res.

Dilabidus, pen. corr. {ὀλισθηρός} Adiectiuum, Quod facilè diffluit.

Dilabida vestis, quæ facilè dilabitur. Plin. lib. 8. cap. 55.

Dilacero, dilaceras, pen. corr. {διασπαράττω} dilacerāre, Idem quod lacerare. Per translationem significat Consumere, delapidare & disperdere. Cicero pro Milone, Et annum integrum ad dilacerandam Remp. quæreret.

Artus dilacerare. Seneca Hercule OEtheo, 7.

Dilacerantur opes. Ouid. epist. 1.

Dilacerandus {διασπασμενιον} Catull. in Argonauticis,

Pro quo dilacerandā feris dabor alitibúsque Prædā.

Dilamino, dilaminas, pen. corr. dilaminare, In duas laminas diuidere. Ouid. de Nuce,

Poma cadunt mensis non interdicta secundis,
Et condit lectas parca colona nuces.
Has puer aut certo rectas dilaminat ictu,
Aut pronas digito bíssve semélve petit. Sic enim legit Erasmus. Dilaminare autem dixit, pro in duas laminas diducere. Id fit, quoties solutis commissuris finditur nux in duas partes. Vnde paulo pòst laminam vocat putamen fissile. Lamina mollis adhuc tenero est in lacte quod intra est. Est quiddam in nuce, quod discriminat partes nuclei.

Dilanio, dilanias, pen. corr. {διασπάω} dilaniare, Idem quod simplex, vel in diuersas partes laniare. Cic. pro Milone, Nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. Idem 2. Tusc.

Comas dilaniare. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.

Dilapido, dilapidas, penul. corr. {λιθοβολῶ} dilapidare, Propriè est lapidibus purgare. Cato cap. 46, Locum bipalio vortito, dilapidatóque. Hoc est, lapides auferto. Castigatiora exemplaria habent delapidato.

¶ Dilapidare {διασπαθίζω} per translationem, pro Disperdere, vt ait Donatus. Dictum autem est à lapide, in quo præcones, qui auctione vendebant stabant: vnde prouerbium apud Ciceronem, De Lapide emptus. Terent. Phorm. 5. 8,

-conueniendus Phormio est

Prius quàm dilapidet nostras triginta minas. Cic. ad Augustum, 6, Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat. Sic Columella lib. 10, Dilapidans hominum labores grandine Iupiter. Hoc est, disperdens: vel potius lapidans, & grandine velut lapidibus feriens & alterens. vt dilapidans hoc in loco idem sit, quod valde seu vehementer lapidans.

Dilapsus, Vide DILABOR.

Dilargior, dilargiris, pen. prod. dilargitus sum {δαδοφορῶμαι} dilargiri, Diuersis dare. Sueton. in Iulio Cæsare, cap. 28, Cætera item quæ cuique libuissent, dilargitus est, contradicente nullo. Cic. pro Lege Agraria, Nec L. Sylla, qui omnia sine vlla religione, quibus voluit, est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est.

Dilatio, Vide DIFFERO.

Dilato, dilatas, penult. prod. {πλατύνω, πλατύω} dilatare, Latum facere. Plinius libro 33. capite 3, Nec aliud laxius dilatatur, aut numerosius diuiditur.

Dilatare & Contrahere, contraria. Cic. 2. de Nat. deor.

Dilatare aciem. Liu. 1. bel. Maced. Et Plin. lib. 10. cap. 23.

Dilatante se cuneo, porrigitur agmen. Vide ACIES.

Gloriam dilatare. Cic. in Somnio Scipionis, Cernis profectò quàtis in angustiis vestra se gloria dilatari velit.

Imperium dilatare. Cic. 1. Offic. Quorum rebus gestis quanquam imperium Lacedæmoniis dilatatum putatur, tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus & disciplinæ conferendi sunt.

Literas dilatare. Cic. de Claris Orat.

Manum dilatare. Cic. in Orat.

Minima dilatare. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 7, Omnes sua extollunt, omnes etiam minima quæ in alios contulêre, dilatant.

Orationem dilatare. Cic. pro Flacco, Sed non dilatabo orationem meam: etenim potest esse infinita, si mihi libeat totius gentis in testimoniis explicare vanitatem.

Ex verbo dilatare orationem, & In verbum contrahere, contraria. Cic. in Partition. Est itaque id genus totum situm in commutatione verborum: quæ simplicibus in verbis ita tractatur, vt aut ex verbo dilatetur, aut in verbum contrahatur oratio.

Rictus dilatare. Ouid. 6. Metam.

Fundi quodammodo, & quasi dilatari. Cic. 3. de Finib. Sed quanquam negent, nec virtutes, nec vitia crescere, & tamen vtrunque eorum fundi quodammodo & quasi dilatari putant.

Dilatata lex in cunctum ordinem, coangustari potest. Cicero 3. de Legibus.

Dilator. Dilatus, Vide DIFFERO.

Dilaudo, dilaudas {ἐπαινῶ} dilaudare, Variè laudare. Cic. Attico, libro 6, Et ego audebo legere vnquam aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero?

Dilemma, dilemmatis, pen. corr. neut. gen, {δίλημμα} Argumentum dicitur vtrinque vinciens, & constringens, confessionémque exprimens.

Diligens, Diligentia, Diligenter, Vide DILIGO.

Diligo, diligis, pen. corr. dilexi, dilectum {ἀγαπάω} diligere, Minus est quàm amare, teste Valla, lib. 5. Cic. ad Brut. Sic igitur facies, & me aut amabis, aut quo contentus sum, diliges. Idem ad Dolabel. lib. 9. 14, Quis erat, qui putaret ad eũ amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, vt mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse.

Diligere & charum habere. Cic. pro Corn. Balbo, Speróque Iudices, vt eos qui principes fuerunt conseruandæ salutis aut dignitatis meæ, diligitis & charos habetis: sic quæ, &c.

Colere & diligere aliquem. Cic. 3. de Legibus, Nec verò solùm vt obtemperent, obediántque magistratibus, sed etiam vt eos colant, diligántque præscribimus.

Ante omnes aliquem diligere. Ouid. 10. Metam.

Admodum diligere. Cic. Figulo, lib. 4. 13.

Vtrunque affectu pari diligere. Seneca Thebaid. 2.

Arctè familiaritérque aliquem diligere. Plin. Iunior lib. 2. epist. 13. ad Priscum.

Beneuolétiam alicuius mirificè diligere. Cic. Attico, lib. 12, Tuam quidem & in agendis nostris rebus, & in consiliis ineundis, mihíque dandis in ipsis literis quas mittis, beneuolentiam, diligentiam, prudentiam mirificè diligo.

Sodales fraterno more diligere. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.

Omnes diligere ex æquo. Ouid. ad Pisonem.

Furtim diligere. Ouid. 6. Fast.

Fidem alicuius complecti, officia obseruantiámque diligere. Cic. pro Corn. Balbo.

Mirificè ab aliquo diligi. Cic. 1. de Nat. deor.

Diligere se, Id est plus satis admirari, vel sibi adblandiri. Cic. pro Rosc. Comœdo, Vsque eóne te diligis, & magnificè circunspicis, vt pecuniam non ex tuis tabulis, sed aduersariis petas?

Stultè aliquem diligere. Horat. 2. epist. 1.

Valde diligere. Cic. Appio, lib. 3. 1.

Vnicè diligere. Cic. Licinio Crasso, lib. 5. 8.

¶ Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.

¶ Diligere, Diuidere. Plaut. Curcul. 8,

-quidni nouerim?

Clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Titinnius, Pernam totam diligit. Nonius.

Dilectus, Participium, siue Nomen ex participio {ἀγαπητός, ἀγαπητή} Magno amore alicui dilectus. Virgil. 1. Æneid.

Suis officiis dilectus. Ouid. 9. Metam.

Mihi dilectus per multos annos. Virgil. 9. Æneid.

Sodales dilecti. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.

Premere dilectos visus, Hoc est, oculos. Stat. 2. Sylu. 1.

Dilectus militum, & is, qui significatur amatus, à legendo dicti sunt. Festus.

Dilectissimus. Stat. 8. Thebaidos,

Augur Apollineis modò dilectissimus aris

Testor inane Chaos, &c.

Diligens, diligentis, Participium {ἀγαπῶν} Qui diligit.

Diligens, pen. corr. {φιλανθρωπότερος, ἀφελέστερος, μᾶλλον, πολυπράγμων} Nomen, Studiosus: quòd eorum quæ amamus, sumus studiosi. Cic. de Amicitia. Idem 6. Verrina, Diodorus homo frugi ac diligens qui sua seruare vellet. Vulgò dicitur *Bon mesnager*.

Diligens & attentus in re hæreditaria. Cic. 3. Verr. Qui in re aduentitia atque hæreditaria tam diligens, tam attentus esset.

Studiosus ac diligens. Cic. 4. Acad. Homo & acutus, vt Pœnus, & valde studiosus ac diligens.

In omni genere diligens. Cic. Attico, libro 12, Et medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens me rursus id suspicari verat.

Diligens temperamenti. Plinius in Panegyr. Tam diligens temperamenti, vt nec Consulis officium princeps, nec principis Consul appeteret.

Manus diligens. Seneca in Medea, 7.

Quædam negligentia diligens. Cic. in Orat.

Diligentissimus rei familiaris. Sueton. de Claris grammat. Cic. 4. de Finib. Omnis enim est natura diligens sui. Et apud Plin. lib. 34. cap. 8, Diligentissimus artis.

Diligentissimus officij. Cicero pro Cluentio, Q. Pompeio Proconsuli contubernalis castissimo viro atque omnis officij diligentissimo.

Diligentissimus naturæ. Plin. lib. 13. cap. 4.

¶ Diligens, in malam partem, pro nimis curioso. Vide, Cóferre ad aliquem sinistram negligentiam, in CONFERO.

Diligens ad. Cic. 1. in Catil. Quem tu videlicet, & ad custodiẽdum te diligentissimum, & ad suspicãdum sagacissimum, & ad vindicandum fortissimum fore putasti.

Diligens & Negligens de suo, de alieno, & c. contraria. Plin. lib. 4. epist. 13. ad Corn. Tacitum, Nam qui fortassè de alieno negligentes, de suo certè diligentes erunt.

Diligens in tuendo. Plin. in Paneg. Idem tam parcus in ædificando, quàm diligens in tuendo.

Diligentia {σπουδή, ἀκρίβεια, ἐπιμέλεια} Studium, cura. Plaur. Rud. 19, Curate hæc sultis magna diligentia. Cic. 2. de Orat.

¶ Diligentia est, quum diligenter nostra custodimus & conseruamus: opponitúrque auaritiæ, & profusioni, vt ad Herennium libro 4, Non est ista diligentia, sed auaritia: idcò quòd diligentia est accurata conseruatio suorum, auaritia, iniuriosa appetitio alienorum.

Affiduitas & diligentia. Cic. ad Atticum, lib. 2, Terentiæ pergrata est assiduitas tua & diligentia, in controuersia Muluina.

Diligentia & industria. Cic. 1. de Orat. In quo tantum studiũ fuisse, tantúsque labor dicitur, vt primùm impedimenta naturæ diligentia industriáque superaret.

Perquisitas diligentiæ. Quintil. lib. 1. cap. 6, Inhærent tamen quidam molestissima diligentiæ peruersitate, vt audaciter potius dicant, quàm audacter.

Accuratissima diligentia. Vide ACCVRO.

Acris diligentia. Vide ACER, Adiectiuum.

Inanis diligentia. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Sinistra diligentia, Vide Conferre ad aliquem sinistram diligentiam, in CONFERO.

Nimium solicita diligentia. Quintil. lib. 3. cap. 11.

Diligentia in Rempubl. Cic. pro Murena, Vos pro mea summa & vobis cognita in Rempubl. diligentia, moneo.

¶ Adhibere diligentiam. Vide ADHIBEO.

Adimere diligentiam. Vide ADIMO.

Adiungere diligentiam. Vide ADIVNGO,

Affectare diligentiam. Vide AFFECTO.

Asseruare diligentia. Vide ASSERVO.

Comparare diligentiam. Vide COMPARO.

Conferre diligentiam ad aliquid. Cic. Planco, lib. 10. 2, Tamen tuæ dignitati ita fauemus, vt omne nostrum consilium, studiũ, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. Vide CONFERRE.

Consequi

Consequi diligentia aliquid. Vide CONSEQVOR.

Consumere diligentiam in re aliqua. Vide CONSVMO.

Excitanda animaduersio & diligentia, &c. Cic. 1. Offic.

Frigere. Cic. Famil. lib. 11, Mihi crede, Brute, homini non glorioso: planè iam Brute frigeo, &c. Id est remisi de diligentia.

Habenda ratio & diligentia omni in re. Cic. de Amic.

Labi diligentia. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Rident diligentiam nostram. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Remittere de diligentia. Brut. Famil. lib. 11.

Magna cum cura atque diligentia scribere. Cic. 1. de Inuent.

Diligentia apud Iurisconsultos, est quæ culpæ è regione respõdet. l. si cum. D. de contrah. empt. Ea autem triplex est, infima, mediocris, & summa. Infimæ respondet è regione culpa lata: mediocri, culpa leuis: summæ, culpa leuissima. Vide l. contractus. D. de reg. iur. & l. 5. D. commod. cum similibus.

Diligenter, Aduerbium {σπουδαίως} Studiosè, cum cura & solicitudine. Terent. Eunuch. 2. 1,

Fac ita vt iussi deducantur isti. P. faciam. PH. at diligenter. P. Fiet.

Asseruare aliquid diligentius. Catul. ad Colonam, 17,

Asseruanda nigerrimis diligentius vuis.

Studiosè diligentérque curare. Cicero Planco, libro 16, Ego quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, studiosè diligentérque curabo.

Diligenter exponere aliquid. Cic. 4. Verr. Et 1. Acad. Diligentissimè Græcis literis explicata.

Diligenter hic eram: Id est summo studio & cura consyderabam, & animaduertebam quæ agebas. Plaut. Milit. 3.

Diligentius paratiúsque venire. Cic. pro Sexto Rosc. Si hunc apud bonorũ emptores ipsos accusares, eíque iudicio Chrysogonus præesset, tamen diligentius paratiúsque venisses.

Dilochos {δίλοχος} Dianæ vel Lunæ epitheton, vel quòd venatrix cũ sit, duplicem habitam ferat: vel à duplici nomine, suo, & Solis.

Dilogia {δι λογία} Figura est, quú ambiguum dictum duas res significat. Asconius in 2. Verr. Figura tamen eloquutionis hic nulla est.

Dilores, Vestes dicuntur, quæ duobus nectuntur loris: sic & pentelores, & monolores, quod ad inficiendi rationem referunt alij, dictionibus ex Græco & Latino confictis. Vide Cælium Rhodig. libro 16. capite 10.

Dilorico, diloricas, pen. prod. {διατμήγω} diloricare, Discindere, inquit Nonius. Cic. de Orat. lib. 2, Qui in causa peroranda non dubitauit excitare reum Consularem, & eius diloricare tunicam, & iuditaut cicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere? Alibi idem exemplum memorans, dixit, Tunicam à pectore discidit. Vt intelligamus idẽ esse diloricare & discindere: sed hoc magis propriè, illud autem metaphoricè dictum putauerim.

Diluceo, diluces, pen. prod. diluxi {διαλάμπω} dilucere, Distinctè, siue perfectè lucere. Horat. lib. 1. epist. 4, Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

Diluceres dicitur, per translationem, pro clara & aperta esse. Liu. 3. ab Vrbe, Diluceret res magis patribus atque COSS.

Dilucidus, pen. corr. {καταφανὴς, καθαρός} Adiectiuum. Plin. lib. 9. cap. 39, Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata, tantóque dilucidior, quanto magis vellera efulgunt.

Dilucida oratio. Cic. 3. de Finib. Nec enim in Torquati sermone quicquam implicatum, aut tortuosum fuit: nostráque, vt mihi videtur, dilucida oratio.

Dilucidè, Aduerbium {καταφανῶς} Id est clarè & perspicuè. Terentius Phorm. 2. 3, Dilucidè expediui quibus me oportuit iudicibus. Plin. lib. 18 cap. 28, Dilucidè atque perspicuè.

Dilucidè planéque dicere. Cic. in Orat.

Dilucidè diluere, Hoc est apertè & manifestè. Cic. 3. de Fin. Et 4. Verr. Dilucidè diluere crimina.

Dilucidius tractata quæstio. Vlp. in l. hinc quæritur. D. de peculio.

Dilucido, dilucidas, penul. corr. {φανερῶ, σαφηνίζω} dilucidare. Declarare. Author ad Heren. lib. 3, Nam quod in docendo rei dilucidandæ causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus.

Dilucesco, dilucescis {ἐπιλάμπω} dilucescere, Diem fieri incipere. pro quo antiqui diluculascere scripsérũt. Cic. in Catilinam, ad Quirites, Prætoribus traduntur: ipsi comprehensi ad me, quum iam dilucesceret, deducuntur.

Discussa est illa caligo, diluxit, pater, videmus omnia. Cicero 12. Philipp.

Diluculum, diluculi, penult. corr. {ἡμέρα, ἀβέσπερον} A die: quòd tum dies lucescere incipiat. Plautus Amphit. 8, Primulo diluculo abiisti ad legiones.

Cum diluculo abire. Vide CVM.

Primo diluculo venire. Cic. pro Rosc. Amer. Et quum post horam primam noctis occifus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit.

Diluculò, Aduerbium {κατ' ἦμαρ} Id est summo mane, ante lucem. Cic. ad Atticum, lib. 16, Quum ante lucem de Sinuessano surrexissem, veníssémque diluculò ad pontem Tiretium.

Diluculo, diluculas, pen. corr. diluculare {ἡμέραν ποιῶμαι} Est diluculum fieri. Gell. lib. 2. cap. 29, Die crastino vbi primùm diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniant. Antiquum est & obsoletum.

Diluculascit, Vide DILVCESCO.

Dilucia, diluciorum, plur. nu. n. g. Horat. lib. 1. epist. 20,

Displicet iste locus, clamo, & diludia posco. Vbi Acron. Diludia, tempora sunt quæ gladiatoribus conceduntur, vt intra quinque dies pugnent. Porphyr. Diludia, intermissio ludorum vel dilatio.

Diluo, diluis, dilui, dilutum, pen. prod. {καθαίνω, πλύνω} diluere, Lauare, purgare, ablucre. Cæs. 2. bel. Ciuil. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere possit.

Diluere aceto. Celsus lib. 5. cap. 20, Hunc oportet diluere aceto, sic vbi vulnus glutinandum est, illinere.

Color diluitur. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10,

Quinetiam stagno similis, pigræque paludi,
Cæruleus vix est, diluitúrque color.

Labores boum diluere ingenti pluuia. Virg. 1. Georg.

Pectora fudor diluerat. Valer. 3. Argon.

¶ Diluere est aquam vel alium liquorem miscere. Virgil. 1. Georgicorum,

Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret:
Cui tu lacte fauos, & mixti dilue Baccho. Id est, Cui tu liba de lacte, melle, & vino. Seru. Et Pers. sat. 5, Diluis helleborum dixit, pro eo quod est, medicamentis temperas. Plin. lib. 34. cap. 12.

Vnguenta lacrymis diluere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10,

Diluit & lacrymis mœrens vnguenta profusis.

Diluere aliquid in pastillos. Plin. lib. 25. cap. 12. ad finem.

¶ Diluere, per translationẽ, pro Expedire, declarare, explicare. Cic. pro Cluent. Quum ego vnaquaque de re dicam, & diluam.

Cura diluitur mero. Ouid. 1. de Arte,

Cura fugit, multo diluiturque mero. Id est aufertur & velut abstergitur.

Hora sera diluitur mero. Ouid. epist. 18.

Diluere crimen, pro Purgare & refellere. Cic. 7. Verr. Quo facilius crimen inimicorum diluere possim. Idem 2. de Nat. deor. Nam vt profluens amnis, aut vix, aut nullo modo, conclusa autem aqua facilè corrumpitur: sic orationis flumine repreheforis vitia diluuntur.

Inferre crimina & Diluere, contraria Author ad Heren. Accusatoris officium est, inferre crimina: defensoris, diluere & propulsare.

Diluere, & falsa esse docere. Cic. pro Cælio, Quæ tu, quoniam mẽte nescio qui effrænata atque præcipiti in forum deferri iudiciúmq; voluisti, aut diluas oportet, & falsa esse doceas.

Infirmare & diluere. Cic. pro Rosc. Amer. Ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam, reperire non possum.

Facinus tantum quæ diluet ætas? Claud. 2. in Eutrop.

Extenuare & diluere molestias. Cic. 3. Tusc. Quæ cogitatio vnà omnes molestias extenuat & diluit.

Peccata diluere. Ouid. 2. de Remed. amor.

Vitium ex animo diluere. Propert. lib. 3. ad Bacchum,

Tu vitium ex animo dilue Bacche meo.

¶ Diluere authoritatem, pro minuere. Seneca epist. 29, Hoc non existimo magno viro faciendum, diluitur eius authoritas, nec habet apud eos satis ponderis, quos possit minus obsolefacta corrigere.

¶ Diluor, Passiuum. Author ad Heren. Ex simplici parte reprehendentur, si ex duplici conclusione alterutra pars diluitur.

Dilutus, penult. producta, Participium {κεκραμένος} Quod est mistum & temperatum. Vnde vinum aqua mistum, dicitur dilutum. Martialis libro 1, -raram

Diluti bibis vnciam Falerni. Dilutus color dicitur, debilis, quum veluti aqua adhibita, minus est intensus. Gellius lib. 2. cap. 26, Luteus, color rufus est dilutior. Quidam legunt dilucidior.

Absynthia dilutа. Lucret. lib. 4.

Dilutas querimur germinet quòd fistula guttas. Pers. sat. 3.

Labella diluta mustis gustis. Catul. ad Iuuentium.

Mella Falerno diluta. Horat. 2. Serm. sat. 2.

Dilutus rubor. Vide RVBEVS.

Dilutа potio. Cels. lib. 1. cap. 3, Post hæc omnibus fatigatis aptum est cibum sumere: eóque humido vti: aqua, vel certè diluta potione esse contentos.

Vrina diluta, Vide VRINA.

Dilutum, penul. prod. {διάλειμμα} Substantiuum. Id liquidum est in quo aliquid certo tempore infusum fuit. vt si in vas vini appositum absynthium fuerit, deinde post interiectum tempus abstractum, id vinum, absynthij dilutum dicetur. Plinius lib. 27. cap. 7, Bibitur & madefacti absynthij dilutum. Ita enim appellatur hoc genus.

Diluuio, diluuias {καταμύζω} diluuiare, Diluuie & inundationibus cõmiscere & conturbare, inundare. Lucret. lib. 5,

Tantum suppeditant amnes, vtráque minantur
Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.

Diluuium {κατακλυσμὸς} Quod variè diluit. Nam diluuium, diuersorum purgamentum fuit, omnia diluens, quando scilicet immodicis imbribus vel vexatur terra, vel obruitur: quæ & inundatio dicitur. Plin. epist. 170. ad Macrinum, lib. 8, Hic assiduæ tempestates, & crebra diluuia.

Crebra diluuia. Vide CREBER.

Tellurem diluuio miscere. Virgil. 12. Æneid. Id est, Aquæ superfusione vniuersa perturbare. Seruius.

¶ Diluuium pro vastitate, authore Seruio, apud Virg. 7. Æneidos,

Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti, &c. De Troiæ excidio loquitur.

Diluuies, diluuiei, pen. prod. f. g. {κατάκλυσις} Idem. Lucret. lib. 5. Horat. lib. 4. Carm. ode 14,

-horridámque cultis

Diluuiem minitatur agris. Id est inundationem. Acron. Plin. lib. 9. cap. 4.

Diluuialis, & hoc diluuiale, pen. prod. Solinus cap. 14, Quippe quas solas diluuialis irruptio quum vniuersa obduceret humido situ, inaccessas reliquit.

D I M

Dimachæ {διμάχαι} Equites quidam sunt ab Alexandro institutis quos à duplici genere pugnæ sic appellabat. Hi enim ex equo pugnabant peritissimè: vbi verò exigeret necessitas, & foret regio equitatui inepta, mox desilientes ex equis congrediebantur, vt pedites, ne omnino forent pugnæ expertes, & Lydium paterentur incommodum. Ex Cæl. lib. 21. cap. 31. Meminit & Alex. Gen. dier. lib. 6. cap 22. Vsus est Q. Curtius, apud quem tamen hactenus Dimichæ mendosè lectum est.

Dimadeo, dimades, pen. corr. dimadẽre. Lucan. lib. 6, Dimaduere nices. Hoc est resolutæ sunt, aut dissolutæ.

Dimano, dimanas, pen. prod. {διπτερύω} dimanare. Defluere. Per translationem, pro peruenit ponitur, & auditum est. Cicero pro Cælio, Equidem (vt ad me reuertar) ab his fontibus profluxi ad hominum famam: & meus hic forensis labor, vitæque ratio dimanauit ad existimationem hominum paulo latius commendatione & iudicio meorum.

DIMASOS {δίμασος} Insula circa Rhodum, inquit Plin. lib. 5. cap. 31.

Dimeter, dimetri, pen. corr. Versus dimeter, duo metra, seu duas mensuras habens, hoc est pedes quatuor.

Dimetior, dimetiris, pen. prod. dimensus sum {διαμετρέω, διαμετρέω} dimetiri. Idem quod metiri. Vide DEMETIOR. Cic. de Senect. Mori videbamus in studio dimetiendi penè cæli atque terræ C. Gallum familiarem patris tui Scipio.

Dimetiri & describere. Cic. de Senect. Mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius à quo essent illa dimensa & descripta.

Dimensam & exædificatam animo habere domum alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 1. 4.

Dimetiri digitis peccata. Cic. in Parad.

Dimetiri & dinumerare syllabas. Cic. in Orat.

Dimetiens, Participium {διαμετρῶν.} vt, Dimetiens linea, Id est diameter. Plin. lib. 2. cap. 23.

Dimensus, Participium {διαμετρηθείς.} Cic. de Senect. Et ei Cyrum respondisse, Atqui ego ista sum omnia dimensus. Quo in loco sumitur actiuè.

Omnia sint paribus numeris dimensa viarum. Virg. 2. Georg.

Orbis certis partibus dimensus. Virg. 1. Georg. Id est, authore Seruio, Annus diuisus in quatuor tempora. Hic passiuè sumitur.

Ratio dimensa. Cic. in Orat. Neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit quid acciderit.

Dimensum, Idem quod Demensum. Spartianus in Adriano, Senatoribus, qui non vitio suo decoxerant, patrimonium pro liberorum modo Senatoriæ professionis expleuit, ita vt plerisque in idem vitæ fuæ dimensum sine dilatione restituerit.

Dimensio, Verbale {διάστασις, διαμέτρησις.} Cic. 1. Tusc. Pusionem quendam Socrates interrogabat quædam Geometrica de dimensione quadrati.

Dimetor, pen. prod. dimetaris, dimetatus sum {διαμετρέω} dimetâri. Cic. 2. de Nat. deor. de syderibus, Eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, & varietates, mutationésque cognoumus. Alij legunt, dimetiti.

Dimico, dimicas, pen. corr. dimicui, & dimicaui, dimicâtum {ἀγωνίζομαι} dimicâre, Pugnare, quod propriè fit re ipsa. Cæs. 7. bel. Gall. Ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur. Ouid. Vitricus & gladiis & acuta dimicet hasta.

Hac tibi sit pugna dimicuisse satis. Ouid. 2. Amor. eleg. 13.

Dimicare acie, vel prælio. Liu. 2. ab Vrbe. Cic. 2. de Nat. deorum, Quum A. Posthumius Dictator cum Octauio Mamilio Tusculano prælio dimicaret.

Acie tota dimicare, Vide ACIES.

Mille modis acies tua dimicat. Ouid. ad Pisonem.

Dimicare cum causa. Cic. 2. de Finib. Sic vester sapiens magno aliquo emolumento commotus, cum causa, si opus fuerit, dimicabit.

De omnibus fortunis Reipub. dimicare. Cic. Att. lib. 8. 164.

Dimicare de imperio cum aliquo. Cic. 1. Offic. Cum Latinis, Sabinis, &c. de imperio dimicabatur.

De potentia sua dimicant homines hoc tempore periculo ciuitatis. Cic. Att. lib. 7. 123.

Dimicant inter se. Plin. lib. 8. cap. 7. Et lib. 7. in Prœm.

Pro altero dimicare. Cic. 2. Philipp. An tu Narbonæ in mensas hospitum quum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicares?

Dimicare pro re aliqua. Plin. lib. 12. cap. 25, Contra defendere Romani, & dimicatum pro fructe est.

Pro legibus, pro libertate, pro patria dimicare conuenit. Cicero 4. Tusc.

Dimicandum omni ratione vt incolumes conseruentur. Cicero 1. Verr.

Dimicare in iisdem lineis, dixit Tertullianus, pro in eodem gradu: quia sic interdum collato pede pugnabatur, vt lineæ ductæ pedē semper insistere oporteret, nec inde referri, hócque genere exercitationis vtebantur.

Dimicans, pen. corr. Participium {ἀγωνιζόμενος.} Cic. pro Sext. De capite, de fama, de ciuitate, de fortunis, de liberis dimicantes.

Dimicatio, Verbale {ἀγωνισμός.} Liu. 2. ab Vrbe, Et subeunda dimicatio toties quot superessent coniurati.

Discrimen & dimicatio fortunæ. Cic. pro Sylla, Si in extremo discrimine ac dimicatione fortunæ defuerit.

Dimicatio capitis, famæ, &c. hoc est periculum, vt ait Budæus. Cic. pro Rabirio, Quod in tanta dimicatione capitis, famæ, fortunarúmque omnium fieri necesse est.

Fortunarum dimicatio. Cic. pro Planc.

Dimicatio prælij. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1, Nullas (vt opinor) insidias hostium, nullam prælij dimicationem, &c. pertimescimus.

Solers dimicatio. Plin. lib. 10. cap. 17.

Vitæ dimicatio. Cic. pro Planc. Nullas enim sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes, nec pro Republica, nec pro me defugiendas putaui.

Artifex dimicatio. Vide ARTIFEX.

Periculosa dimicatio. Vide PERICVLOSVS.

Solers dimicatio. Plin. lib. 10. cap. 17.

Inter ipsam dimicationem, Hoc est in ipsa dimicatione, Inter dimicandum, tempore dimicationis. Ex Liuio.

Quærere dimicationem. Liu. de bel. Pun.

In aciem dimicationémque venire. Cic. in Orat.

Dimicatio cum. Plin. lib. 9. cap. 46, At cū caniculis atrox dimicatio.

Dimidius, Adiectiuum, siue dimidium substantiuum {ἥμισυς, ἥμισυ} A dimensione dicitur, teste Donato. Alij à medius deducunt, quasi per medium diuisus. Est autem dimidium, pars dimidiari altera. Gellius lib. 3. cap. 14, Dimidiatum, nisi ipsum quod diuisum est, dici haud cōuenit: Dimidium verò est, non quod ipsum dimidiatum est, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Plaut. Bacch. 23, Dimidium auri datur, accipias. Idem Pseud. 7, Bonus animus in mala re, dimidium est mali. Plin. lib. 2. cap. 59, Certè nisi sole aduerso non fiunt, nec vnquam nisi dimidia circuli forma. De arcu cælesti loquitur.

Dimidia pars. Plaut. Rud. 2. 4,

Nunc demum istuc dicis, quoniam ius meum esse intelligis,
Dudum dimidiam petebas partem.

Ex parte dimidia hæres. Cic. Planco, lib. 13. 30.

Dimidius modius. Liu. 3. bel. Pun. Ad fidem deinde tam lætarum rerum effundi in vestibulo curiæ iussit annulos aureos: qui tantus accruus fuit, vt metientibus dimidium super tres modios expleße sint quidam authores.

Dimidias clepsidras dixit Plinius in epistol. pro dimidiatis, teste Budæo.

Dimidium facti qui bene cœpit habet. Horat. 1. epist. 2.

Dimidio minoris constabit aliquid. Cic. Att. lib. 13. 284.

Pecuniæ dimidium alicui curare. Cic. Q. frat. lib. 2. 8.

Ad dimidias decoquere. Vide in præpositione AD,

Dimidium donare Lino, quàm credere totum,
Qui mauult mauult perdere dimidium. Martial. lib. 1.

Soluere dimidium. Quintil. lib. 5. cap. 10, Lata lex est, vt argentarij dimidium ex eo, quod debebant soluerent, creditum suum totum exigerent.

¶ Dimidium quám. Liu. lib. 5. bel. Maced. Vt vix dimidium militū, quàm quod acceperat, successori tradiderit.

Dimidio, ablatiuus: vt, Dimidio carius quàm æstimatur aliquid emere. Cic. pro Domo sua.

Dimidio minus, & Dimidio minoris. Plaut. Asin. 9. Cic. ad Attic. lib. 13. Vide MINOR.

Minus dimidium, pro Dimidio minus. Cic. 3. Verr. Iurarent se curaturos, vt ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscriptum peruenire. Budæus.

Dimidio plus & pluris. Cic. ad Attic. lib. 9. Idem 5. Verr. Addicitur medimnis MM, dimidio fere pluris quàm superiore anno.

Dimidio stultior. Cic. pro Flacco, Habebat enim Rhetor iste adolescētes quosdam locupletes, quos dimidio redderet stultiores quàm acceperat.

Dimidiatus, penul. prod. Adiectiuum {ἡμίτμητος} Dicitur id quod in duas partes diuisum est: vt Dimidiata hora, dimidiatum pomum. Plautus Menæch. 4. Dies quidem iam ad vmbilicum est dimidiatus mortuus. Ennius, Sicuti siquis ferat vas vini dimidiatum. Dimidiatū mensem dixit Cic. in Tusc. Quæst. Et Plin. lib. 16. cap. 39, Nisi intermestri luna atque dimidiata, ne tangas materiam.

Partes dimidiatæ. Cic 5. Tusc. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis ferè.

Dimidiatim, Aduerbium {ἡμιτόμως.} Plaut. Milit. 10, Sed percellunt, sed perducunt dimidiatim dum appetunt. Id est, sibi volunt dari dimidiam partem.

Diminuo, diminuis, diminui, diminutum, penult. prod. {μειόω, ἐλαττόω, ἀφαιρέω, ὑποστειλόω} diminuere, Idem quod minuere, vel in diuersas partes cōfringere & attenuare. Terent. Eunuch. 4. 7, Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. Idem Adelph. 4. 2, Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. Cæs. 3. bel. Ciuil. Longúmque iter ex Hispania magnum numerum diminuerat.

Detrahere & diminuere de re aliqua. Cic. 2. de Inuent. Quantum enim de honestate & authoritate eius qui arguitur, detractum est, tantum de faculate totius est defensionis diminutum.

Auxilio diminui. Cic. de Aruisp. resp. Monent ne per optimatium discordiam, dissensionémque, patribus, principibúsque cædes, periculáque creentur, auxilióque diminuti deficiantur.

Ira diminuitur. Ouid. 1. Trist. eleg. 4,

Diminui si quà numinis ira potest.

Diminutum negotio. Author ad Heren. lib. 1, Veruntamen maturabimus, & quod nostro negotio diminutum fuerit, exæquabimus industria.

Diminuere de vel ex. Cæsar 1. belli Gall. Liu. 2. ab Vrbe, Quàm quod diminutum quicquam sit ex regia potestate.

De bonis alicuius diminuere. Cic. Q. frat. lib. 1. 2.

De præsidiis diminuere. Cic. pro Sylla, Sed vt ille iudicis, quantum de mea authoritate diripuisset, tantum se de huius præsidiis diminuturum sperauit.

Verbo vnius de tempore sermonis alterius diminuere. Cic. 3. de Orat. Sed eo te ne laudādi quidem causa interpellaui, nequid de hoc tam exiguo sermonis tempore verbo vno meo diminueretur.

Diminutus, penul. prod. Participium {μειωθείς.} Cicero 3. de Orat. Distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium diminutæ.

Dignitas collegij interitu alicuius diminuta. Cicero de Claris Orator.

Prædia diminuta. Cic. pro Sylla.

Diminuta ex parte & infirmata sententia. Cic. pro Cecinna.

Diminutum de hæreditate intelligitur, siquid vsucaptum est, & ob id de hæreditate exiit. l. 21. D. de hæred. petition.

Diminutiuus, pen. prod. Adiectiuum, Charisius lib. 2, Sunt diminutiua, quæ ab absolutis nominibus, adiecta in nouissima parte aut litera aut syllaba, capiūt diminutionem, vt Paruus, paruulus. Vox est Grāmaticis frequens & familiaris.

Diminutiuè, Aduerbium. Charisius lib. 1, Pistrinum neutro dicitur, sed Lucilius fœmininé extulit, Media è pistrina. Nam & Terentius diminutiuè pistrillam dixit.

Diminutio, Verbale {μείωσις, ὑποστάλωμα, ἄφαιρε.} vt, Diminutio luminis. Cic. 1.

Cic. 1. Tusc. Et Diminutio familiæ, Plin. lib. 34. cap. 13.

Accretio & Diminutio, contraria. Cic. 1. Tusc. Solem lunámque accretione & diminutione luminis quasi fastorum notantem & significantem dies.

Ciuium diminutio. Cic. 3. in Catil.

Libertatis diminutio. Cic. 2. de Lege Agrar.

Vectigalium diminutio. Cic. 1. de Lege Agrar.

Diminutio capitis apud Iurisconsultos, Est prioris status mutatio, vt testatur Caius Tit. De cap. minutis. l. 1. Cic. de Prouinc. Consul. Vide CAPVT. Antiqui tamē Oratores de capite diminuere, & de capite demere dicebant. Cic. in Verrem, Vnum hoc aliud Senatusc. reprehensum, secretúmque est, vt quibus ille de capite dempsisset, ne pecunias in ærarium referrent. Idem in Topicis. Cæs. 2. bel. Ciuil. Relinquitur noua religio, vt eo neglecto sacramento, quo nunc tenemini, respiciatis illud quod deditione ducis & capitis diminutione sublatum est.

Diminutio de. Cic. 2. Offic. Neque de bonis priuatorum publicè diminutio fiat.

Facta de imperio diminutio. Seruius Cic. lib. 4. 5.

Mutari diminutione prouinciæ imperatorem, contumeliosum est. Cic. de Prouinc. Consul.

Dimitigo, Vide DEMITIGO.

Dimitto, dimittis, dimisi, dimissum {ἀφίημι, ἀποπέμπω, μεθίεμι, ἀπολύω} dimittere, Idem quod mittere. vt, Dimittere domum, Liu. 8. bel. Maced. Virg. 1. Æneidos,

-equidem per littora certos Dimittam.

Dimittere boues in pascua. Colum. lib. 6. cap. 26.

Dimittere literas in alias vrbes. Liu. 8. bel. Maced.

Dimittere pueros circum amicos. Cic. pro Quintio, Næuius ipse pueros circum amicos dimittit.

¶ Dimittere folia dicitur arbor, quum decidunt. Plinius libro 12. cap. 1.

¶ Dimittere, pro in diuersas partes mittere. Liu. lib. 5. Decad. 5, Per omnes ciuitates cohortes dimisit. Sueton. in Cæsare, cap. 43, Nam comites seruósque cæteros in initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat.

¶ Dimittere, pro Deorsum mittere. Plin. lib. 11. cap. 37, Alterum sinum in quem ex eo dimittunt concoctione maturata.

Dimittere se in valles, vel agmen in æquum. Cæs. 1. bel. Ciuil. Liu. 7. ab Vrbe, Postquam neque in æquum dimitti agmen vidit.

¶ Dimittere, Permittere abire, Sinere. Terent. Eunuch. 4. 7, Iam dimitto exercitum? THR. vbi vis. Sic apud Cæs. 7. bel. Gall. Dimittere equitatum. Cic. 1. Offic. Quum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem.

Dimittere & Retinere, contraria. Cic. 4. Verr. Cum quæstu compendióque dimittit, partim retinet.

Æquos & placatos aliquos dimittere. Cic. in Orat.

Aliquem à se dimittere. Cic. lib. 1. de Orat.

Aliquem cum bona gratia dimittere. Cic. de Fato.

Aliquem cum pace dimittere. Vide PAX.

¶ Dimittere, Permittere, in potestatem dare. M. Tullius de Repub. lib. 1, Tum annui Consules, cum dimissi populo fasces. Nonius.

¶ Aculeum dimittere. Vide ACVLEVS.

Dimittere amicitias. Cic. de Amicit. Est etiam quasi quædam calamitas in amicitiis dimittendis nonnunquam necessaria.

Dimittit animum in artes ignotas. Ouid. 8. Metam.

Dimittere se ad aurem alicuius. Cic. 4. Verr. Erat hominum conuentus maximus, summum silentium, summa expectatio, quonam esset eius cupiditas eruptura. crebrò dimittebat se accensus ad aurem Timarchides. tum iste aliquando, Age, dic, inquit, &c.

Bellum dimittere. Stat. 16. Thebaid.

Cœtum dimittere. Cic. 1. in Catil.

Comitia dimittere. Cic. Att. l. b. 1. 9.

Debitorem dimittere. Vide Debitor, in DEBEO.

Cur mea dicta negat duras dimittere in aures? Virg. 4. Æneid.

Discedentem non sine magno dolore dimittere. Cicero Attico, lib. 12. 14. 1.

¶ Dimittere se in comparationem alterius, Comparare se alteri. Sueton. de Claris Rher. Suscepit eas partes actáque ita compleuit, vt Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se dimittere. Vbi forte fortasse legendum demittere.

Dimittere è complexu suo. Cic. ad Q. frat. lib. 3, Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimisi meo.

Concilium dimittere. Cic. 1. de Orat. Adolescentulus verò sic in initio accusationis exanimatus sum, vt hoc summum beneficium Q. Maximo debuerim, quòd continuò cōcilium dimiserit simul ac me fractum ac debilitatum metu viderit.

Concilia instituta dimittere, vel habita rescindere. Cicero 2. de Legibus.

Dimittere & ablegare consilium. Cic. 4. Verr. Causam sese, dimisso atque ablegato consilio defensurum negauit.

Dimittere ex consilio. Cæs. 3. bel. Ciuil. Iis rebus adducti, nō prius Viridouicem reliquósque duces ex consilio dimittunt, quàm ab iis sit concessum arma vti capiant.

Contumeliosè dimittere. Vide CONTVMELIA.

Dimittere creditorem, Id est ei satisfacere, se ab eo liberare. Paulus in l. quæris. D. de pactis dota.

Curam dimittere. Cicero Attico, libro 14. 307. Ouidius 13. Metamorphos.

Dimittere curam ex animo. Liu. 10. bel. Pun. Inter hæc me Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo dimiserat.

Custodiam capitis alicuius dimittere. Cic. pro Plancio.

Debitorem dimittere, Id est liberare acceptilatione. Vlpian. in l. ambitiosa. D. de decretis ab ordine faciendis, Ambitiosa decreta Decurionum rescindi debent: siue aliquem debitorem dimiserint, siue largiti sint. Budæus.

Dimittere in discrimen. Liu. 3. ab Vrbe, Dimissa iam in discrimen dignitas ea ætate, hísque honoribus actis.

Dimittit eum dolor. Celf. lib. 4. cap. 19, Harum ingens dolor esse consueuit, isque hominem sæpe debilitat, & quosdam non dimittit.

Dimittere facultatem rei gerendæ. Cæs. 1. bel. Ciuil. Cæsar scalas parari, militésque armari iubet: nequam rei gerendæ facultatem dimittat.

Dimittit febris. Celf. lib. 1. cap. 7, Si febris non dimittit, eáque interdiu lenior est, noctu increscit, multus sudor oritur, cupiditas tussiendi est.

Dimittere filium de potestate. Caius in l. liberum. D. de adop.

De grauitate aliquid, aut multum de cupiditate dimittere. Cicero 13. Philipp.

Iudicium dimittere. Cic. 4. Verr.

Ius suum retinere & Dimittere, contraria. Cic. pro Corn. Balbo, Hæc sunt enim fundamēta firmissima nostræ libertatis, sui quenque iuris & retinendi & dimittendi esse dominum.

In alicuius casus lacrymas dimittere. Ouid. 1. Trist. eleg. 7.

Libertatem non dimittere. Cic. pro Plancio.

Dimittere è manibus. Cæs. 3. bel. Ciuil. Prius se cortice ex arboribus victuros, quàm Pompeium è manibus dimissuros.

E manibus nō dimittere aliquem authorem. Cic. in Orat. Quum esses Athenis, totum diligentissimè cognouisti: neque eum dimittis è manibus, & tamen nostra etiam lectitas.

Dimittere matrimonium, pro Soluere, vel rescindere, apud Suet. in C. Calig. cap. 15.

Dimissa è matrimonio, pro Repudiata. Suet. in Tib. Cæsare, cap. 49, Qui dimissam eam è matrimonio post vicesimum annum veneni olim in se comparati arguebat.

Milites dimittere. Cic. 7. Verr.

Moras dimittere. Valer. 8. Argon.

Murmura venti dimittunt. Sil. lib. 7.

Dimissa in populos notitia nominis, pro dispersa. Seneca epist. 31, Fama non faciet, nec ostentatio, nec in populos dimissa nominis tui notitia.

Dimittere occasionem. Cæs. 5. bel. Gall. Hortatúrque ne sui in perpetuum liberandi, atque vlciscendi Romanos pro his quas acceperint iniuriis, occasionem dimittant.

Dimittere osculo. Plin in Panegyr. Gratum erat cunctis, quòd Senatum osculo exciperes, vt dimissus osculo fueras.

Dimittere patrimonium. Cic. pro Cecinna, Patrimonium vnius incommodo dimittitur, ius amitti nō potest sine magno incommodo ciuitatis.

Potestate aliquem dimittere, pro Manumittere. Caius in l. liberū. D. de adoption. Liberum arbitrium est ei, qui filium & ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate dimittere, &c.

Remiges dimittere. Cic. 7. Verr.

Dimittere reum, Est crimine soluere & vinculis. Plinius ad Traianum. Budæus.

Dimittere scholam, Cessare à docendis iuuenibus. Sueton. de Claris grammat. Dimissa repente schola, transit ad Q. Septimij Philosophi sectam.

Dimittere Senatum, concionem, &c. Cic. de Amicit. Senatu dimisso, domum reductus ad vesperam est à Patribus Conscriptis. Idem ad Atticum, lib. 2. Et Cæs. 1. bel. Gall. Liuius 4. bel. Pun. Gracchus prælio in posterum diem pronuntiato, concionem dimisit.

Dimittere à se. Cicero ad Atticum, lib. 8, Morem gessi, dimisi à me. Idem ad Quint. fratrem, lib. 3, Dimitto autem à me, & vt à magistris ne abducam, & quòd, &c. Cæsar 2. bel. Gall. His mandatis eum à se dimittit.

¶ Dimitto, pro Relinquo, ad vltimas voluntates pertinet. Auth. de Eccles. tit. 5. siquis vni sanctarum.

Dimittere sanguinem è capite. Varro 2. de Re rust. cap. 1, Si hoc genus rebus non proficitur, dimittitur sanguis maximè è capite.

Dimittere de summa, quod & remittere dicitur. Cic. 5. Verr. Illum virtis fortissimis iudicarunt P. C. dimittere de summa non potuisse: te mulieri deterrimæ rectè remisisse Senatores iudicabunt?

Dimittere rempus, Idem quod dimittere occasionem, siue omittere. Cic. 2. de Orat. Vidi ætatim indolem: neque dimisi tempus: & eum sum cohortatus, vt forum sibi ludum putaret esse ad dicendum.

Vsum aliquorum dimittere. Cic. Varroni, lib. 9. 1.

Dimittere vxorē, pro Repudiare. Sueton. in Tiberio Cæs. cap. 10, Dubium, vxorisne tædio, quam neque criminari, aut dimittere auderet, neque vltra perferre posset, &c.

¶ Eò rem dimittit Epicurus. Cic. 4. Acad.

Commemoratio nominis nostri non dimittenda. Cic. pro Arch.

Dimissus, Participium {ἀφειμένος, ἀφετός, περιεμένος.} Cic. 4. Acad. Philonem audierat, homo sanè in ista philosophia, quę nunc prope dimissa reuocatur, probatus & nobilis.

Arma dimissa. Lucan. lib. 3,

Sed si solus eam dimisis degener armis, &c.

Lues cælo dimissa. Stat. 11. Thebaid.

Dimissio, Verbale {ἄφεσις, ἄφεσι.} Cicero 7. Verr. Præclara classis in speciem, sed inops & infirma, propter dimissionem propugnatorum atque remigum.

¶ Dimissio pro amandatione. Cic. in Parad. Dimissiones libertorū ad fœnerandas, dirigendáque prouincias.

Dimissoriæ literæ {ἀφετικὰ γράμματα} inquit Modestinus De verb. signif. sunt quæ vulgò *apostoli* dicuntur. Dimissoriæ autem dictæ sunt, quòd per eas causa ad cū qui appellatus est, dimittitur. Sic Marcellus De libellis dimissoriis.

Dimoueo, dimoues, pen. corr. dimoui, dimotum, penult. prod. {ἀπωθέω, κινέω} dimouēre: Idem significat quod remouere, vel loco suo mutare.

Dimouere & depellere, pro Submouere. Cic. pro Cecinna, Dimoueri enim & depelli de loco necesse est eum, qui deiiciatur. Budæus.

Aqua dimota. Ouid. epist. 17,
Nullâque vox vnquam nostras veniebat ad aures,
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.
Dimouere bonum & malum discernere. Sallust. de Repub. ord.
Primum id quæso consydera, qualis sit de quo consultas: ita bonis malisque dimotis, patenti via ad verum perges.
Causam dimouere in rem aliquam. Cicero 2. de Inuent. Sinautem non in hominem certum, sed in rem aliquam causa dimouebitur. Hoc est, reiicietur.
Dimouere corpus. Cels. lib. 3. cap. 22, Si nauigationem aliqua res prohibet, lectica, vel alio modo corpus dimouendum est.
De suo cursu dimouere. Cic. pro Sextio, Qualis nuper Q. Catullus fuit, quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit vnquam de cursu suo aut spe, aut metu dimouere.
Dimouit, perfregíque custodias pœna. Plin. in Paneg.
Dimota à centro suo tellus. Plin. lib. 36. cap. 10.
Dimouere de dignitatis gradu vel loco. Cicero 2. Tusc. Idem in Paradox. Item, Loco, & certo de statu dimouere, Cicer. pro Cœcinna.
Dimouere è, vel de possessionibus. Cic. pro Lege Agrar.
Intentionem dimouere in. Cic. 2. de Inuent. Remotio criminis est, quum eius intentio facti quod ab aduersario infertur, in alium, aut in aliud dimouetur.
Labem à Republica dimouere. Cic. pro Domo sua, Hominis enim scelere & furore notato, similis à Repub. labes in posterum dimouebatur.
Dimouere molestiam ab aliquo. Cic. 1. Verr.
Moras vocis dimouere. Seneca Hippol. 4.
Obstantes propinquos dimouere. Horat. 3. Carm. ode 5.
Dimoueri de sententia: Idem quod moueri & remoueri. Cic. pro Sextio, De ciuitate maluit, quàm de sententia dimoueri.
Dimouere suspicionem. Cic. Antequam iret in exilium, Sed illud queror, quòd non iam ad vnius perniciem, sed ad vniuersorũ imstruitur calamitatem: conqueri, commiserari, dicere, expurgare, suspicionem dimouere, tamen diluere non licere, ore oppresso cerui ces esse præbendas.
Aurora polo dimouerat vmbram. Virg. 4. Æneid.
Terram dimouere incuruo aratro. Virg. 2. Georg.

Dimotus, penult. prod. Participium ἀπὸ τοῦ διμοτεύω, vt, Parietes dimoti. Tacit. lib. 5.

DIMVRI {δίμυροι} Populi. Plin. lib. 6. cap. 20, Hinc deinde accolunt Indum aduersum euidenti demonstratione, Amatæ, Bolingæ, Gallitalutæ, Dimuri, &c.

Dimyxos {δίμυξος} Lucerna duo habens ellychnia. μύξα enim Græcis nares dicuntur, & canaliculi in lucerna narium modo eminentes, quibus ellychnia inseri solẽt. Vnde & Polymixos lucernæ quoddam genus dicitur, ab ellychniorum multitudine.

D I N

DINAEA, Socrus Opianici, ab eo interfecta. Cic. pro Cluent.

DINARETVM, Promontorium, inter quod & Acamanta, quod est ad occasum, Cyprus insula iacet. Vide Plin. lib. 5. cap. 31.

DINARCHVS, Corinthius, iussu Polypercontis iugulatus est. Author Plutarchus.

DINDARI {Δινδάριοι} Liburniæ populi, in Naronensi colonia, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 22.

DINDYMENE, penul. prod. & Dindyme, penult. corr. {Δινδυμήνη} dicitur Cybele: quòd in Dindymo Phrygiæ monte eius sacra fierent. Sipontinus.

DINDYMIS {Δινδυμὶς} Oppidum Milesiorum, postea dictum Cyzicum, quum ab inuitio Arconnesos, & Dolionis, & Dindymis vocitaretur. Hæc Plin. lib. 6. cap. vlt.

DINDYMVS, pen. corr. in sing. masc. gen. in plur. neut. {Δίνδυμος} Mons in Phrygia, vbi colebatur Cybele magna mater deûm, quæ ab eo dicitur Dindymena. Virg. lib. 9. Æneid.
Vlulantia Dindyma. Valer. 3. Argon.

DINIA, Oppidum Ebroduntiorum, qui sunt prouinciæ Narbonensis populi, teste Plin. lib. 3. cap. 4.

DINO, onis, Nobilis statuarius, Polycleti discipulus, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

DINOCHARES, pen. corr. {Δινοχάρης} Architectus pluribus modis memorabili ingenio, quique Alexandriam vrbem est meratus, vt videre est apud Plin. lib. 5. cap. 10. Alio tamen loco, nimirum lib. 7. cap. 37, Dinocratem vocat.

DINOCRATES, pen. corr. Messenius, Romæ in conuiuio temulentus, muliebri saltauit habitu. postera die quum ab Achæorum imperio Messanam ad defectionem solicitare vellet, peteretq; propterea præsidium à Tito Flaminio, De his, respondit Flaminius, videbimus. Te verò miror vina tractare, saltare, & fœminam mentiri posse, quum res huiusce modi moliri audeas. Plutarchus in Philopœmene.

DINOMENES, nis {Δινομένης} Statuarius insignis, cuius opera Protesilaum, & Pythodemum luctatorem enumerat Plin. lib. 34. cap. 8.

Dinos {δῖνος} Poculi genus: quanquam eodem nomine saltatio quædam etiam vocetur. Vide Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. eod.

Dinos {δῖνος} Id est vertigo. Affectio est, quum caput circumagi videtur: sitque ob inordinatam spiritus flatuosi motionem, qui vel in capite localem habet generationem, vel sursum ex infernis fertur partibus. Author Galen. in lib. Hipp. de vict. ration. commen. 4.

Dinosco, Vide DIGNOSCO.

Dinumero, dinumeras, pen. corr. {Δινομηθῆναι} dinumerare, Idem significat quod numerare. vt, Dinumerare exercitum. Plin. lib. 4. cap. 11. Dinumerare centurias, Cic. ad Attic. lib. 16. Dinumerare stellas, Cic. 1. Offic. Dinumerare horas, Plin. lib. 2. cap. 73. Alij scribunt Denumero per secundam vocalem: vt Paulus in l. Iurisconsultus. D. de gradibus.
Hostes dinumerat. Ouid. 11. Metam.
Dinumerare & dimetiri syllabas. Cic. in Orat. De verbis enim cõponendis, & de syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur.
Tempora dinumerat. Virg. 6. Æneid.
¶ Dinumerare pecuniam, pro Dissoluere, sæpissime accipitur. Cic. 7. Verr. Terent. Adelph. 5. 7, Iube nunc iam dinumeret Babylo illi viginti minas. Dinumeret, quasi multum numeret, inquit Donatus.

Dinumeratio, Verbale {Δινομήθησις} Cic. 2. de Orat. Improuisum quiddam & dinumeratio, & alia correctio, & disputatio, &c.

DINVS Mugellanus, Iurisconsultus, Bononiæ ius ciuile professus est, circiter annum 1300. Commentarios in eam disciplinam complures scripsit, in quibus doctrinæ puritatem cumprimis secutus traditur. Hotomanus.

D I O

DIO, Viri proprium. Cic. 4. Verr. Dio Halesinus, Q. Metelli beneficio ciuis Romanus factus.

DIOBESI {Διόβεσοι} Thraciæ populi, quos Nestus amnis præterfluit, vt inquit Plin. lib. 4. cap. 11.

Diobolaris, & hoc diobolare, penult. prod. {διωβολάριος} Diobolares meretrices, inquit Festus, quæ duobus obolis conducuntur. Plautus Pœnulo, 4,
Turba est nunc apud aram, ibi vis inter istas versarier
Prosedas, pistorum amicas, reliquias alicariæ,
Miseras, cœno delibutas, seruili, &c. seruulorum sordidorum scorta diobolaria? Diobolaria scorta dixit, tanti prostãta, quanti solidus noster est & sextans. Budæus in Asse lib. 5.

DIOCLEVS, Orsilochi filius, teste Homero, habitabat in Phæra loco insigni.

DIOCLES, pen. corr. Athenien sis, Comicus poeta, antiquus, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. ¶ Diocles ité medicus Caristius, Darij Histaspis tempore, reliquit & ipse commentarios. Suidas. ¶ Diocles item quidam fuit Centuripinus, qui ob Verris iniurias se suspendit. Author Cic. 5. Verr. ¶ Fuit præterea Diocles cognomine Popilius à Q. Verre spoliatus. Idem 6. Verr.

DIOCAESAREA {Διοκαισάρεια} Cappadociæ oppidum Plinio libro 6. cap. 3.

DIOCHARES {Διοχάρης} Cæsaris libertus. Meminit Cic. 11. ad Attic.

DIODORVS, pen. prod. cognomento Chronus, Dialecticus ex Iasso Asiæ ciuitate fuit, vt Strabo est author, Platonis tempore, Euclidémq; audiuit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono eius præceptore, cuius vt famam obscuraret, ita & cognomen vsurpauit. Dialecticus etiã appellatus, quòd (vt ait Laertius) primus inuolutum & cornutum diserendi genus inuenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorãs, quum olim inter epulas à Stilpone sermones quosdam dialecticos propositos extemplo nequiuisse exoluere, ob id à rege per iurgium Chronus appellatus, conuiuium deseruit, ac edito per otium super ea propositione libro, ex animi mœrore extinctus est. Author Diogenes Laertius. ¶ Diodorus Stoicus, Ciceronis præceptor in dialecticis, vt in Bruto scribit ipse, Eram (inquit) cum Stoico Diodoro: qui quum habitauisset apud me, mecúmque vixisset, nuper est domi mex mortuus: à quo cum in aliis rebus, tum studiosissimè in dialectica exercebar, quæ quasi contracta & astricta eloquentia putãda est, &c. Vide eundem 1. de Nat. deor. ¶ Diodorus, Comicus poeta, cuius comœdias enumerat Athenæus.
Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis Philosophi, eius qui composuit Dictionarium Atticum, floruit Adriani temporibus. Suidas.
Diodoros præterea duos è Lydia Tiberij tempore Strabo commemorat, ambos Oratores. Diodorus Siculus scripsit historiam, quã Bibliothecam inscripsit, continet autem res Romanas & varias in libris XL. vt Suidas testatur, qui dicit eum floruisse sub Augusto. Diodorus Tarsensis, Præsul, cuius meminit Hieronymus.
Diodorus Thebanus tibicen fuit, qui quum hactenus tibia quatuor habuisset foramina, multis perforauit, obliquos spiritui meatus aperiens. Author Pollux lib. 4. cap. 10.

Diœcesis, huius diœcesis, pen. prod. fœm. gen. {διοίκησις} Gubernatio, administratio, siue iurisdictio, à διοικέω, guberno, tueor. Sunt autem diœceses Pontificum, in quas administrandi officij sui liberam habent potestatem. propter quod Diœcesani episcopi vocantur. Cicero Appio Pulchro, lib. 3. 8. Idem ad Atticum, lib. 5, Tu autem sæpe dare tabellarijs publicanorum poteris per magistros scripturæ, & portus & nostrarum diœcesium. Idem ad Thermum, lib. 13. 54, Deinde siquid habebit cum aliquo Hellespontio controuersiæ, vt in illam διοίκησιν reiicias.

Diœcetes, diœcetæ, pen. prod. {διοικητὴς} Qui procurationem & quasi dispensationem regiam suscepit. Cic. pro Rabirio Posth. At Diœcetes fuit regius, & quidem in custodia etiam fuit regia, & vita eius oblata pœnæ est. Ibidem, 17, Id autem facere non poterat nisi Diœceteos: hoc enim nomine vtitur, qui à rege esset constitutus.

DIOGENES, pen. corr. {Διογένης} Cynicus, Sinopeus, vt scribit Suidas, Huius vitam scripsit Diogenes Laertius. ¶ Fuerunt alij quatuor Diogenes, quorum vnus fuit Apollonia tes Anaximenis auditor, temporibus Anaxagoræ. Alius Sicyonius, qui Peloponesiaca scripsit. Alius Stoicus ex Seleucia, qui Babylonius ob vicinitatem dictus fuit. Alius Tarsensis quæstionum poeticarũ scriptor. Postremò fuit & Diogenes Laertius, qui de vita & moribꝰ Philosophorũ opus præclarũ scripsit.

DIOGENIANVS, penult. prod. ex Heraclea Grammaticus sub Adriano principe scripsit Dictionarium per ordinem literarum, multáque alia in arte grammatica. Suidas.

Diogmã, tis {διωγμὰ} Mysticũ quoddã sacrũ & arcanũ, quod in Thesmophoriis solę mulieres obibãt. Dictũ fortè quòd arcerẽt inde viros.

DIOGNETVS, pen. prod. Scriptor fuit itinerum Alexandri, quem Plin. lib. 6. se sequi testatur. Alter fuit Diognetus, Clitomachi pater illius Pœni, qui successit Carneadi. Tertius, pictor ætate Iulij Cæsaris, cuius meminit Capitolinus. διόγνητος syncopa est pro διογένητος. Interpretatur autem à Ioue genitus, generosus, Ioui cognitus.

DIOMEDA, pen. prod. Homero Iliad. 9, Phorbantis filia, quã Achilles è Lesbo abduxerat: & quacũ post raptã Briseida dormire consueuerat.

DIOMEDEA,

DIOMEDEA, Insula in qua Diomedes sepultus est. excedens Italia. Fest.

DIOMEDES, penult. prod. {Διομήδης} Tydei filius, qui ad Troiam cum Æneæ congressus Venerem adiuuantrem Æneam percussit, vt scribit Horat. lib. 1. Carm. ode 6, Tyrides superis parem. Id quod ipse quoque Diomedes testatur 11. Æneidos,
-quum ferro cæsestia corpora demens
Appetij, & Veneris violaui vulnere dextram. ¶ Diomedes, alter rex Thraciæ, qui dum equos suos humana carne aleret, ab Hercule equis ipsis ad deuorandum obiectus est. Ouid. in Ibin,
Vt qui Threicij quondam præsepia regis
Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.
Crudus Diomedes. Ouid. epist. 9.
Fortis Diomedes. Horat. 1. Serm. sat. 5,
Qui locus à forti Diomede est conditus olim.
Geticus Diomedes. Stat. 6. Thebaid.
Diomedis campi in Apulia appellantur, qui ei in diuisione regni, quam cum Dauno fecit, cesserunt. Festus.
¶ Fuit & Diomedes Grammaticus, multi ingenij vir.

DIOMEDEAE Insulæ {Διομήδειαι νῆσοι} duæ, quæ è Gargani regione sunt: quarum altera habitatores habet, altera est deserta, in qua apparere desisse Diomedem quidam affirmant, & in cælum sublatum: & socios eius ob dolorem in aues conuersos: quæ ob id Diomedeæ vocitatæ sunt: has Iuba Cataractas vocat. Plin. lib. 10. cap. 44. Vide Virgilium 11. Æneid. & ibidem Seruium.
Arces Diomedeæ. Stat. 3. Syl. 3.
Equi Diomedei. Claud. 2. de Raptu Proserp. in Præfatione. Vide etiam Virgilium & Seruium, 1. Æneid.

Diomedia {Διομήδεια} Sententia Iouis. ¶ Est & auis Diomedea, cuius Ælianus meminit.

DION Syracusanus, apud suos ciues potentia & facultatibus præditus, Platonem primò Syracusis audiuit, dum ille apud Dionysium: ageret: apud quem ipse quoque in honore fuit. Sed postea (quòd esset ei propinquus & familiaris) quum sæpe ad liberandas Syracusas, tum per se, tum per Platonem hortaretur, in suspicionem tyranno venit: quare in exilium actus, Athenas venit. quo tempore, Platoni Indorum præfecto, impensas de suo suppeditauit. Tandem à Platone (vt creditur) inductus, patriam tyrannide liberauit, exacto Dionysio, vt author est Plutarchus. ¶ Dió Cassius, patria Nicæus Historicus, scripsit Romanam historiam libris LXXX. præterea res gestas Traiani principis, vitá Arriani Philosophi. Author Suidas. ¶ Dion Prusieus, Sophista & Philosophus, cognomento Chrysostomus, prodibat in publicum amictus pelle leonis. Apud Traianum plerunque vixit, cuius fuit familiaris, eodémque curru dignatus. Scripsit pro Homero contra Platonem libros IIII; De virtutibus Alexandri Magni decem, Præterea an mundus esset interiturus, De comæ laudibus, De laudibus Herculis. Hæc Suidas. ¶ Fuit & Dion quidam Tragicus, cuius meminit Pollux lib. 2.

Dioncosis {διόγκωσις} Distentio, intumefactio. Methodici ita vocabant corporum distentionem, vel à coacteuatis excrementis factam, vel diffusis humoribus, ac velut inundantibus, vnde & ὑδρωπας cadere dicebatur, cui opponitur σίγκωσις, apud Galen.

DIONE, penult. prod. {Διώνη} Mater Veneris. Vnde Dionæus dicitur. Virg. eclog. 9, Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

Dionæus, Adiectiuum {Διώναιος} Quod ad Venerem pertinet. vt Dionæi flores. Colum. lib. 10. 27.
Mater Dionæa. Virg. 3. Æneidos,
Sacra Dionææ matri, diuíque ferebam. Id est Veneri. Seruius.
Columbæ Dionææ. Stat. 3. Syl. 5.
Columbulus Dionæus. Catul. in Iulium Cæsarem.
Fraus Dionæa. Claud. 2. de Raptu Proserp.

DIONYSA, Insula Æoliæ ad. 40. cens. Plin. lib. 4. c. 12. ¶ Est & altera Lycij Maris insula, prius Caretha dicta. Vide eundem Plin. lib. 5. cap. 31.

Dionysia. orum {Διονύσια} Festa erant Athenis, in honorem Dionysij instituta, quæ & Bacchanalia vocantur. Ea erant duplicia: altera vetustiora, quibus sacra fiebant in Acropoli (vbi antiquissimum erat Dionysij, τέμενος, quod in Limnis dicebatur) idque duodecimo die mensis, quem illi Anthesteriona vocabant: Altera recentiora, quæ & Astyca dicebantur, hoc est vrbica, quæ in noua vrbe celebrabantur, quæ sub Acropoli sita fuit.

Dionysias, Gemma est Plinio, mistis rubentibus maculis, libro 37. cap. 10. ¶ Est & insula, quam aliter Naxum vocant, à vinearum fertilitate sic dicta. Plin. lib. 4. cap. 12.

Dionysiaci dæmones quidam sunt asperi & immites, quos alij nuncuparunt Coualos. Vide Cæl. Antiq. lib. 2. cap. 7.
¶ Dionysiaci artifices dicuntur, authore Aristot. & Gellio lib. 20, homines scenici, in quibus sunt comœdi & tragœdi, id est fabularum actores, mimi, pantomimi, archimimi, ethologi, ethopœi, & omnes vno nomine hypocritæ, id est alienæ personæ simulatores dicti. Budæus in annotat.

Dionysiarchus {διονυσιάρχης.} Cic. 6. Verr. Dionysiarchum ad se Pardiorum, hoc est summum magistratum vocari iubet.
Dionysiarchus {διονυσιάρχος} Magistratus apud Chartaginienses erat, in quo ius maiestatis & totius imperij fuit, cuiúsve ductu & auspicio respublica gerebatur. Alex. Genial. dier. lib. 4. cap. 23.

DIONYSIDES {διονυσίδης} vt inquit Strabo, ex Tarso ciuitate optimus poeta tragicus, ex his qui memorantur, fuit. Vide Strab. lib. 14.

DIONYSIOPOLIS, vel Dionysopolis, penultima corr. vt scribit Plinius libro 11. cap. 4, Vrbs est Thraciæ, authore eodem Plin. & Pomponio Mela. lib. 2.

DIONYSIOPOLITAE, Populi Dionysiopolim habitantes. Cicero 1. ad Q. frat. Dionysiopolitas, qui erant inimicissimi mei, leniui. &c.

Dionysisci {διονύσισκοι} Medicis ossea sunt eminentiæ, quæ prope tempora nascuntur. dicuntur autem Cornua, detorto à cornigeris animalibus nomine. Galen. lib. Finit. medic.

DIONYSIVS {Διονύσιος} Sicliæ tyrannus, pater & filius, de quibus fusissimè Iustinus lib. 5i. ¶ Dionysius Dialecticus è Bithynia cõmemoratur Strab. lib. 11. ¶ Dionysius Corinthius, vt Suidas scribit: vt alij, Afer, ex Bysanthe ciuitate temporibus Augusti, scripsit Geographiam versib. hexametris. ¶ Dionysius Alexandrinus Grammaticus, peruenit ad Traiani tempora, cuius bibliothecæ & epistolis præfuit: præceptorem habuit Chæremonem Philosophum. Cui scholæ Alexandrinæ olim successit. Author Suidas. ¶ Dionysius Milesius, Historicus, scripsit res Persicas, & quæ post Darum secuta sunt, aliáque à Suida commemorata. Philostratus hunc pluribus verbis inter Sophistas scribit: eum dicit Adriano principi, ob ingenium acceptum fuisse, à quo Satrapes factus, adscriptúsq; inter Equites. ¶ Dionysius Halicarnasseus, Augusti temporibus Romanam scripsit historiam, vt Suidas testatur: scripsit etiam de characteribus antiquorum Oratorum. Præterea de compositione Orationis, & elocutione, quomodo fiant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrica, quæ Theodorus Gaza in Latinam orationẽ conuertit. Dionysius, Heraclionis filius, tyrannus, apud Heracleã & Antiochiã regnauit, vt author est Strab. lib. 16. ¶ Dionysius Areopagita, Præsul Athenien sis, Pauli discipulus, vt scribitur in Actis Apostolorum, solus Paulo concionante è Philosophis qui aderant, credidit. Hic quum esset in Ægypto, quò se disciplinæ causa contulerat, videretque eclipsim nulla ratione, quum CHRISTVS passus est, vnà cum Apollophane sophista præceptore suo, dixit, Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluitur. Scripsit ad Timotheum Præsulem Ephesi, de Diuinis nominibus, lib. 12. de Hierarchia cælesti, De cælestibus ordinibus: præterea alia complura opuscula, vt author est Suidas. ¶ Dionysius, Corinthiorũ Præsul sub M. L. Antonini doctrina, sanctitatéque clarus, scripsit epistolas quasdam valde laudatas, vt author est Hieronymus. ¶ Dionysꝰ, Præsul Alexãdrinus, Origenis discipulus, cuius operũ meminit Hieronymus. ¶ Dionysius dicitur Bacchus, quasi Iouis filius. Hinc Dionysia, Liberalia, Bacchanalia. ¶ Quinque Dionysios facit Cic. lib. 3. de Nat. deor.

DIONYSODORVS, Patria Melius, Geometrica scientia nobilis, cuius in sepulcro inuenta fertur epistola ad superos scripta, de qua latè Plin. lib. 2. cap. vlt. ¶ Fuit item Dionysodorus alter statuarius, Critiæ discipulus, cuius meminit etiam Plin. lib. 34. c. 6. ¶ Dionysodori quo Colophonij, pictoris non ignobilis mentio sit ab eodem ipso Plin. lib. 35. cap. 11. ¶ Dionysodorus præterea quidam Syracusanus, de quo Cic. 4. Verr.

Dionysonymphas, adis, Herba magica, Cassignete aliter dicta: Est autem hoc nomen adepta, quòd vino mirè conueniat. Plinius libro 24. cap. 17.

Diopetes, Vide DRYOPHITES.

Diopetes, de homine dicitur opportuno, quasi cælitus delapsus.

DIOPHANES, penult. corr. {διοφάνης} Nomen viri Bithynici, de quo Columel. Diophanes, inquit, Bithynus Vticensem totum Dionysium Pœni Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circunscripsit. ¶ Diophanes item Mitylenæus, Rhetor fuit insignis, Gracchorum præceptor. Cic. in Bruto, Fuit Gracchus diligentia Corneliæ matris à puero doctus, & Græcis literis eruditus. Nam semper habuit exquisitos è Græcia magistros: in eis iam adolescens Diophanem Mitylenæum, Græciæ temporibus illis disertissimum.

Diopi {δῖοποι} Reges, siue duces vocantur, quod commonstrat. Æschylus, sicut adiopi dicuntur, qui principe carent. Plutarchus autem in Romulo, Diopos regios, aut dispensatores accipit, aut villicos. Nã de Romulo & Remo, Præfectos, inquit, ac regios diopos contemnebant, & pecoris magistros: vel, vt ipse ait, αἰγελιφορβούς. Sed interpres diopos dici legatos putat, & perperam, vt Cælio videtur Antiq. lect. lib. 8. cap. 1. quem vide.

DIOPOLIS {Διόπολις} Ciuitas Emporiensibus vicina, quam murus, inquit Strab. diuidit, quosdam ex Indicetis inquilinos prope se habens, qui etsi per se suam agerent remp. communia tamen habere mœnia cum Græcis, tutelæ gratia, voluerunt. Hæc ille lib. 13.

Dioptice, es {διοπτικὴ} Astrologiæ pars, Solis & Lunæ, cæterorúmque astrorum distantias per instrumenta inuestigans. Hanc vulgò perspectiuam vocant. Vide Rhodig. lib. 12. cap. 9.

Dioptra, dioptræ {διόπτρα} Instrumentum Geometricum, ab explorando perspiciendóque dictum. In qua significatione vtitur Pollux & Plin. lib. 2. cap. 69, Nam nisi in medio esset, æquales dies noctésq; haberi non posse deprehenderũt & dioptræ, quæ vel maximè id confirmant, cum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus, occasúsque cernatur, & solstitialis exortus per suam lineam, brumalísque occasus. Vitruuius autem lib. 8. cap. 6. accipit pro regula ad librandas aquas apta, quum ait, Libratur aqua dioptris.

DIORES, penultima prod. Proprium viri, quem Turnus interemit, apud Virg. lib. 12. Æneid. Idem lib. 5,
Regius egregia Priami de stirpe Diores.

DIORICTVS {διωρυκτὸς} Locus est Acarnaniæ, trium stadiorum longitudine, vbi Leucadia insula olim opera accolarum à continenti fuit abscissa, eidémque reddita, ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium. Author Plin. lib. 4. cap. 1.

Diorthosis {διόρθωσις} Correctio: Propriè quando quis lapsabundus quippiam apprehendit, quo se erigere potest, aut quum semetipsum erigit. Budæus Comm.

Diorthotæ {διορθωταὶ} Athenis vocabantur, apud quos causa falsæ & ementitæ legationis dicebatur. Demosthenes.

Diorthoticum ius, dicitur quasi emendatiuum, quod in cõmerciis versatur. Budæus in Ius ciuile. D. de Iust. & iur.

Dioryx, penult. prod. quia per ω scribitur, huius diorygis, penult. corr. masc. gen. {διώρυξ} Fossa est manu facta, teste Hermolao in 4. Plinij. Pomponius Mela lib. 3. in sinus Arabici descriptione, Vltra Arsinoen, & alia Beronice: rum sylua quæ hebenum odoréque generat: & manu factus amnis, ideóque referendus, quod ex Nili aluco dioryge abductus extra sinum. De huiusmodi alueis è Nilo & in Nilum ductis, passim lib. vlt. Strabo. Fiebant autem propter fertilis Nilis aquas in agros deriuandas, interdum etiam vt commodior esset nauibus in pleraque loca transitus.

Dios encephalus {διὸς ἐγκέφαλος} Opiparum quoddam eduliũ,Iouis cerebrum vocabatur,vt teſtatur Pauſan.apud Euſt.Iliad.9.

DIOS TECNOSIA,Fõs miræ naturæ.Plin.lib.2.cap.103,In Andro inſula templo Liberi patris fontem Nonis Ianuariis ſemper ſapore vini fluere Mutianus ter cos. credit:Dios tecnoſia vocatur.

DIOSCOLION {διοσκόλιον} Locus vbi ſiſtebatur mactandum pecus:vel in quo ij qui luſtrabantur,pedem ſiniſtrum collocabant.

DIOSCORIDES, penult. corr. {Διοσκορίδης} Anazarbeus, Medicus, M. Antonij & Cleopatræ familiaris, ſcripſit libros XXIIII. περὶ τῆς ἰατρικῆς ὕλης,id eſt De ſimplicibus medicamentis. Suidas.

DIOSCORIDV,Inſula. Plinius libro 6.cap.28,Nec minus altera clara in Azanio mari Dioſcoridu , diſtans à Syagro extinio promontorio CCLXXX. M. paſſ.

DIOSCORIVS,Miræus,Grammaticus,Præfectus Prætorij Leonis imperatoris,ac præceptor filiorum eius. Author Suidas.

Διόσκουροι, id eſt Dioſcuri, penult. prod. apud Græcos (inquit Cicero libro 3. de Natura deorum) multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces , Athenis ex rege Ioue antiquiſſimo , & Proſerpina nati, Tritopatreus,Eubuleus,Dionyſius. Secundi Ioue tertio nati ex Leda , Caſtor & Pollux. Tertij dicuntur à nonnullis Aleo & Melampus,Emolus,Atrei filij,qui Pelope natus fuit.

DIOSCORON,Inſula eſt in ſinibus Italiæ,è regione Lacinij promontorij. Plinius lib.3.cap.10.

DIOSCVRIAS.Dioſcuriadis,vel Dioſcuriada,Dioſcuriadæ,penul.corr. vrbs in Colchide nunc deſerta,quondam adeò clara,vt nõnulli prodiderint,in eam trecentas nationes quæ diſſimilibus linguis vterentur, deſcendiſſe, & poſtea à Romanis centum triginta interpretibus negotia ibi geſta fuiſſe.Plin.lib.6.cap.28. Et Strabo lib.11.

DIOSHIERITAE {Διοσιερῖται} Aſiæ populi, Epheſo finitimi , vbi & conuenire dicuntur,teſte Plin.lib.5.cap.29.

DIOSHIERONITAE {Διοσιερωνῖται} Cappadociæ populi numerantur à Plin.lib.6.cap.vlt.

Dioſmos {Διόσμος} Ariſtotelis interpretibus appellatur , quã odores perferuntur ad odoratum , ac ſi perolatiam vocaris , quòd ſit odoris velut vehiculum. Hæc Cæl.Rhodig.lib.15.cap.4.

DIOSPAGE {Διοσπάγαι} Meſopotamiæ oppidum,in campeſtribus ſitum. Vide Plin.lib.6.cap.26.

Dioſphyra, numero plur. {Διόσφυρα} Fructus quoddam genus apud Gaienum libro 2.de alimen.quaſi Iouis tali. A quibuſdam dicuntur Dioſpyri.

DIOSPOLIS, penult.corr. Ægypti ciuitas, quæ Iouis ciuitas Hecatompylos quandoque dicta fuit. Vide THEBAE. Vide etiam Plin.lib. 5.cap.9.

Dioſpolites {Διοσπολίτης} Vna ex Ægypti præfecturis , quas nomos vocant,cuius meminit Plin.lib.4.cap.9.

Dioſpoliticon {Διοσπολιτικὸν} Medicamentum eſt leuiter deiiciendæ aluo vtile,vtique quum pari cum reliquis pondere nitrum immiſtum habet. Vide Galen.lib.6.de ſanit tuend.

Dioſpyros {Διόσπυρος} Herba,lithoſpermõ Dioſcoridi & Plinio dicta, vt putat Hermolaus. Iouis flãmam interpretatur Theodorus, quum Iouis triticum debuiſſet , quando & plebecula Solis granum dicit. Vide Cæl.Rhodig.lib.11.cap.26.

Diota, huius dioræ,penult.prod. {Διώτα.} Dioræ ſunt vaſa ſeu dolia ficilia, duas anſas habentia, ad ſeruanda vina accommoda. Horat.1. Carm.ode 9,

Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum diota.

DIOTIMA,æ, penult.corr. Nomen mulieris proprium,quam,vt ex Luciano cõpertum eſt,ſola illuſtrauit philoſophia.Meminit Cæl.Rhod. lib.14.cap.1.

DIOTIMVS,Nauarchus Athenienſium appulſus Neapolim, ex oraculo Parthenopę rem diuinam obiit,ac curſum peregit Lampadicũ,quem mox quotannis celebrarũt Neapolitæ.Refert Cæl.ex Siculo Timæo lib.Antiq.lect.11.cap.27.

DIOTIMVS {Διότιμος} Strombichi filius , hiſtoricus quidam fuit , qui legationes Athenienſium enarrans , è Cilicia per Cydnum in Choaſpen flumen adnauigaſſe, quod præter Suſa deffluit, & quadrageſimo demum die,ad Suſa ſe perueniſſe ſcribit. Author Strabo lib.11.

DIOTREPHES {Διοτρεφὴς} Sophiſta clarus fuit,ex Antiochia vrbe oriundus,quem Hybreas maximus Strabonis tempore orator, audiuit, vt idem ipſe teſtatur lib.13.

Diox,genus piſcis,frequens in Ponto. Feſtus.

DIOXIPPVS,nobilis athleta,cuius meminit Plin.lib.35.c.11. ¶Alius eiuſdem nominis poeta Comicus , cuius fabulas cõmemorat Suidas. ¶Alius miles Alexãdri Magni,mira fortitudine prouocatus à Corrago milite item Macedone,claua eum cecidit. Author Ælianus.

Diphalangia, giæ {διφαλαγγία} Ordo quidam inſtruendæ aciei.Latinis eſt ala.

DIPHILVS {Δίφιλος} Architectus fuit in perducendis ad finem operibus tardiſſimus , adeò vt locum fecerit prouerbio, Diphilus Diphilo tardior. Cic.ad Q.frat.lib.3.Apud herum rectè eramin Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. Locus erit prouerbio , quoties volumus ſignificare aliquem natura tardum,magnum ſolitæ negligentiæ cumulum adieciſſe.

Diphoreticus {διφορητικὸς} Sudor ille medicis nuncupatur , quo fuſius redundante, imbecilliores reddimur, quòd διαφορέῖται ſit Græcis,quod digeri Celſo Cornelio in cardiaci morbi mentione. Sic verè affectos diphorumenos vocant : Plinius nunc ſudatores,nunc expauefcentes. Ex Cæl.Rhodig.lib.6.cap.4.

Diphoros {δίφορος} Bis anno fructus gerens. Sic biferas ficus Latini dicunt. Diphoros ſyllogiſmos Dialectici vocant , in quibus eadem propoſitionibus eſt concluſio:vt, Si dies eſt, eſt dies eſt : autem dies,igitur dies eſt.

Diphris,gemma eſt Plin.lib.37.cap.10, duplex, candida ac nigra, mas ac fœmina,genitale vtriuſque ſexus diſtinguente linea.

Diphryx {δίφρυγες} quid ſit,declarat Plin.lib.34. cap.13, his verbis, In ærariis officinis & ſmegma fit,iam liquato ære atque percocto, additis etiamnum carbonibus,&c. diphrygem vocant Græci ab eo quòd bis torreatur.

Diphthera,æ,Pellis Amalthęæ caprę,in qua res humanas ſcribere dicitur Iupiter.Item operculum libri. Eſt & paſtoricium ex pellib us indumentum,quod quidam vocant Rhenonem:nonnulli etiam betam appellant.Scribit Herodot.Ionas βίβλους dicere διφθέρας,quòd aliquãdo ob penuriam papyri pellibus vterentur, tum caprinis,tum ouillis. Hinc eſt illud prouerbium,Diphtheram ſerò Iupiter inſpexit.&, Antiquiora Diphthera. Vide Eraſm.in Chiliad.

Diphthongus {δίφθογγος} cõglutinatio duarum vocalium in eadem ſyllaba,vim ſuam retinentium,vt æ, œ,&c.

Diplaſiaſmus {διπλασιασμὸς} Duplicatio. Sic & Grammatici vocant figuram,vbi conſonans in medio duplicatur,quod Iones factitant,& Poetæ.

Diplethrum {διπλέθριον} Spatium eſt ita præfinitum , vt ex quoquo latere pedes ducentos & quadraginta efficiat. Sic enim duo plethra continebit,vnde & nomen habet. Vide plura apud Alex.Genial dier. lib.2.cap.20, Strabo lib.7, Diplethrum , inquit,ſtadij eſt pars tertia, nimirum iugera duo. Hæc ille ex Polybio.

Diplois, idis {διπλοῒς} Veſtis duplicis genus , vt ex ipſo ſtatim etymo apparet ,quidpiam duplicato compoſitum ſignificante.Cæl.Rhodig. lib.16.cap.10.

Diploidion {διπλοείδιον} Veſtis genus mulieribus proprium , cuius meminit Cæl.Rhod.lib.16.cap.10. Pollux item lib.7.cap.13.

Diploma,Vas duplex Plinio dicitur,cuius vſus nuſquam eſt frequentior,quàm apud pharmacopœos. Huius quoque meminit Paulus Ægineta in ouorum coctura,quæ præfocata dicuntur.

Diploma,penult.prod.diplomatis,penult. corr. neut.gen. {δίπλωμα} Eſt quas *patentes literas* appellamus:cuiuſmodi ſunt edicta & mandata principum regio ſigno ſancta, & quas *bullas pontificias* vocant.Cic. ad Ampium Balbum,lib.6.12, Diploma ſtatim nõ eſt datum.De literis Cæſaris loquens , quibus Balbus reſtituebatur. Verbum eſt Græcum,quidpiam duplicato compoſitum ſignificans,aut complicatum, vt linteum,quod & πτύγμα dicitur. Macrob.lib.1. Saturn.23, Conſulunt hunc deum & abſentes miſſis diplomatibus conſignatis, reſcribíſque ordine ad ea quę conſultatione abdita continentur.Diplomata appellat chartulas complicatas , & lino traiectas , obſignatáſque: quo in loco , codicillos etiam Latinè ea vocat. Cic. in L. Piſonem, Mitto diplomata tota in prouincia paſſim data:mitto numerum nauium,ſummámq; prædæ.Id eſt edicta quibus naues exigendas mandabas,quum prouinciæ præeſſes.Inde fit vt diplomata vocari ſint codicilli qui dabantur curſoribus,vt liceret eis vti equis & vehiculis publicis. Cic.Att. lib.10 , De diplomate admiraris, quaſi neſcio cuius te flagitij inſimularem,&c. Ex Budæo.

Diplomata eſſe videntur quæ euectiones vocantur , per totum titulum de Curſu publico,lib.12. C.Latinè,vt arbitror, duplices tabellæ dicuntur. Venuleius in l. Continuus. §. Quum ita ſtipulatus ſim. D.de Verborum obligationibus , Vt qui Epheſi daturum ſe ſpoponderit,neque diplomate diebus ac noctibus, & omni tempeſtate contempta iter continuare cogatur.Et paulo pòſt, Quod ſi diplomate vſus, aut felici nauigatione maturius quàm quiſque peruenerit Epheſum. Modeſtinus in l.eos qui. D.Ad legem Corneliam de falſis,Qui ſe pro milite geſſit,vel illicitis inſignibus eſt vſus,vel falſo diplomate vias commeauit: pro admiſſi qualitate grauiſſimè puniendus eſt. Simile erat apud Perſas ἀγγαρήιον δίφθερμα,id eſt.vt Herodotus inquit lib. 8, curſus celerrimus equitum , quales in Gallia *poſtas* vocant. Hi Latinè Pegaſarij dici poſſunt. Antiqui Veredarios vocauerunt. Bud.

Reuiuiſcunt diplomata.Tacit.lib.18.Vide Alciatum in annotationibus in Tacitum.

¶Diploma etiam Græcis medicis vocatur duplex vas , quo nihil hodiéque myropoliis familiarius eſt:nimirum quum vas quod pharmaca habeat, in aliud vas ſiue lebetẽ aqua plenum imponitur , quod ipſum ſit prunis impoſitum. Vox eſt Galeno frequens. Vulgus *Balneum Mariæ* vocat.

Dipnitis,idis {δειπνίτης} Cœnatoria veſtis Latinè verti poteſt, qua videlicet in cœnis vtebantur veteres. Dion in Adriano, Cornelius,inquit, Fronto perueſperi quandoque ab cœna domum repetens, officium cuidam præſtiturus in veſte dipnitide iudicium eſt ingreſſus,ac iudices ita ſalutauit,vt non matutino veretur verbo χαῖρε, id eſt aue: ſed veſpertino ὑγίαινε,quod ſalue interpretantur. In codicibus Latinis Senatoria veſtis pro Cœnatoria legitur nonnunquam, ſed mendoſe, vt liquet.

Dipnologia {δειπνολογία} Cœnandi ratio Græcis dicitur,aut de cœnis ſermo:ſic gaſtronomia,ventris lex , vnde & gaſtronomi. Cælius Rhodig.lib.27.cap.25.

DIPOENVS,Scyllis frater,qui ambo,teſte Plinio,in Creta inſula geniti, Medis imperantibus, priuſquè quàm Cyrus apud Perſas regnare inciperet,Olympiade circiter quinquageſima ſecunda, primi omnium marmore ſculpendo inclaruere.lib.36.cap.4.

DIPOLIS {δίπολις} Lemnus ſic vocatur : habet enim in ſe Hephæſtiam & Myrinam. Etymol.

Dipodium {δίπόδιον} Genus calceamenti Critiæ memoratum apud Pollucem, lib.7.cap.22. qui ea dicit eſſe quas ὑποδυκρηπίδας vocant.

Dipondium,& dipõdius,dipondij, & Dupondius {δίπους} à duobus ponderibus dicitur. Nam vt Varro docet, duos aſſes pendebat, Aſſis duos ſextantes noſtros valuit, id eſt denarios quatuor. Dipondium igitur valebit octo denarios noſtros. Quare Cicero pro Quinctio, dipondium pro pecuniola poſuit, Si dupondius (inquit) tuus ageretur Sexte Nęui,ſi in paruula re captionis aliquid vererêre, non ſtatim ad Caium Aquilium , aut ad eorum aliquem qui conſuluntur , cucurriſſes? Ex Budæo. In Oratione pro Quinctio legitur ex veteſtiſſimo codice , Si de prædiis tuis ageretur Sexte Næui. Plinius libro 33.capite 3, Libralis , vnde etiam nunc libella dicitur , & dupondius

dupondius appendebatur aſſis. Apud Senecam epiſtol.18, diſpondius legitur.

¶Dupondium , Duorum pedum menſura. Veteres enim pedem pro aſſe ſiue pondo habuerunt,quod in duodecim æquas partes diuidebatur,nimirum in duodecim vncias,ſiue pollices. Columel.lib.6. cap.19.Habet in longitudinem pedes nouem, & in latitudinem pars prior dupondium ſemiſſem,pars poſterior quatuor pedes.

Dipondiarius,Adiectiuum {διπενδιάριος} Plin.lib.34.cap.2, Et auricha1ci bonitatem imitatur in ſeſtertiis dupondiatriſque, Cyprio ſuo aſſibus contentis.

Dipondiarius orbiculus. Colum.lib.4.cap.30.

Dipſacon, Spina alba, quæ & aſpalathus & diacheton vocatur, vt ait Plin.lib.24.cap.13, Latini cacabum vel labrum Veneris vocant : Profert autem carduum lanis purgandis idoneum. Ruellius lib. 1. cap. 20, Dipſacus nomen inuẽnit quaſi ſiticuloſi, quòd concauo alarum ſinu rorem vel imbrem concipiat , quo velut ad abigendas ſitis iniurias abuntur. Labri Veneres nomenclationem è carinato foliorum habitu contraxit, quæ ſe anfractuoſa ſinuant ambage,peluim vel lauacrum exprimentia , ſempérque rorulenti laticis aut pluuij fideliæ modo tenacia.

Dipſacos,Herba,quæ folia habet lactucæ, bullásque ſpinoſas in dorſi medio, caulem dũm cubitorum, iiſdem ſpinis horridum , geniculatum , cuius binis foliis amplectentibus , concauo alarum ſinu, in quo ſubſiſtit ros falſus. In cacumine capitula ſunt echinata ſpinis. Plin. lib. 27.cap.9.

Dipſacum,ci {δίψακον} Vocatur Medicis renum quædam affectio, quam matellæ intercutem nonnulli vocant:vrinę profluuium alij.Sic dicta quòd maximam inducat ſitim. Vide Galenum de loc. affect. libro 6.

DIPSAS, Nomen eſt lenæ , quam Ouidius ſuis carminibus inſectatur, quòd puellam ſuam mercetricia arte inſtrueret. Sic enim ſcribit,

Eſt quædam (quicunque volet cognoſcere lenam,
Audiat) eſt quædam nomine Dipſas anus.

Dipſas,huius dipſadis,penult.corr.fœm.gen. {δίψας} Serpens , ſic dicta quòd ij quos mordicus apprehenderit, ſiti inareſcunt vehementius, ad potúmque efferueſcunt , ac inde inceſſanter hauientes diſſiliunt mox.Cælius lib.25.cap.vlt. Et Dioſcorides libro 8.cap.119, ex Hermolai verſione,Dipſadis morſus comites ſunt tumor quidam ſolutus, ſitis contenta vehementer,nunquam explebilis, nunquam interqueſcens. Ob ipſa,dipſas, ab aliquibus preſter , ab aliis cauſos vocata eſt.Lucan.lib.9.122,

-in medijs ſitiebant dipſades vndis. Ibidem,148,huius veneni vim multis verſibus elegantiſſimè deſcribit,
Signiferum iuuenem Tyrrheni ſanguinis Aulum
Torta caput retro dipſas calcata momordit, &c. Meminit Plinius lib.23.cap.8.

Dipſetica {διψητικὰ} Dioſcorides nuncupat quæ ſtim augent, ſicut Adipſa,quæ minuunt.& Acrepala,quæ ebrietatem prohibent.Refert Cæl.Antiq.lect.lib.27 cap.28.

DIPSIVM Argos.Achaiæ oppidum,aliàs Coryphaſium,aliàs Inachium appellatum. Author Plin.lib.4.cap.5.

Dipſontes {δίψαντες} Id eſt ſitientes , authore Philoſtrato dicebantur,qui clepſydrij auſcultat onibus intereſſe poterant, quibus Adrianum Tyrium aſcriptum refert ab Herode Attico, tanquam rei maximè arcanæ. Item Pauſaniam Cappadoca vnum ex iis fuiſſe ſcribit qui clepſydrij participes forent. Ex Cæl.Rhod.lib.18.cap.39.

DIPSON, Dipſontis , Fluuius eſt Ciliciæ , ex Tauro profluens. Lucan. libro 8,

-Tauróque vider Dipſonta cadentem,&c.

Diptota,penult.prod. {δίπτωτα} dicuntur nomina duos tantum caſus habentia.

DIRA {Δῖρη} Strabo libro 16, Anguſtiæ Æthiopiam verſus à promontorio ſiunt, quod Dira nominatur, & oppidum eodem nomine,quæ loca ab Ichthioſhagis habitantur. Hæc ille.

Diradio,diradias,penult.corr.diradiare,In radios cõponere. Colum. lib.5.cap.6, Validam ergo vitem in ramos diducere cenſeo,& traducibus diſpergere atque diradiare.

Diræ,dirarum.Vide DIRVS.

DIRCA, Oppidum à Syene & prius Arabiæ latere,cuius meminit Plin. lib.6.cap.29.

DIRCAEVS {Διρκαῖος} Dicitur Aonius, ſiue Thebanus. Nam pars Bœotiæ in qua fons eſt Dircæus,Dircæa cognominata eſt. Et apud Virgilium Amphion Dircæus dictus eſt.

DIRCE {Δίρκη} Mulier Babylonia & formoſa , quæ quoniam Palladi cõuitiata fuerat,quum ſe lauaret,verſa eſt in piſcẽ. ¶Alia fuit Dirce, vxor Lyci regis Thebarum , quam accepit repudiata Antiopa Zethi & Amphionis matre.Hi ad vlciſcendam iniuriam matri factam, tauro indomito Dircen alligauerunt, eámque ſic extinxerũt,vt eſt apud Propert.lib 3, Tu reddis pueris matrem,puerique trahendam
Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bouis.
Campus Dircæus.Stat.6.Thebaid.
Cygnus Dircęus ab Horatio Pindarus nuncupatur,4.Carminum, ode 2.

DIRCENNA, Fons eſt gelidiſſimus in Hiſpania Tarraconenſi,non procul à Bilbili. Martial.lib.1,

-auidam rigens
Dircenna placabit ſitim.

Directarius,Directè,Directio,Directus,Vide DIRIGO.

Diremptio,Diremptus,Vide DIRIMO.

Direptio,Direptor,Direptus,Vide DIRIPIO.

Diribeo,diribes,penult.corr.diribere, Diſtribuere. Plin.lib.36.cap.15, En hic eſt ille terrarum victor,& totius domitor orbis, qui gentes & regna diribet,intra externis mittit. De populo Romano.

Diribere,& Dirimere,illud tabellarũ,hoc ſuffragiorum video proprium verbum fuiſſe:neutrum autem,ſatis fuiſſe manifeſtum.Dirimere tabellas ſignificat, diſtribuere. diribebantur autem iis , qui ſuffragium laturi eſſent. de quo ſic in oratione in Piſonem, Hoc certè video, vos rogatores,vos diribitores,vos cuſtodes fuiſſe tabellarum.& in ea poſt reditum in ſenatu: Quando illa dignitate tot rogatores.diribitores,cuſtodéſque vidiſtis?loquitur autẽ Cicero de lege pro ipſius reditu comitijs centuriatis lata.Nec dubito,quin legendum ſit,Diribeantur,non Diripiantur,in ea in Piſonem, in eo loco:An expectas, dum de te LXXV, tabellæ diripiantur?ita hoc verbum non in comitiis ſolùm, verumetiam in iudiciis vſurpatum patebit. nam hoc proximum exemplum ſatis plane iudicium , quod Piſoni Cicero minatur, ſignificat. Plinius autem ad alias res tranſtulit hoc verbum.ait enim ſic libro 36.capite 15,Hic eſt ille domitor orbis populus,qui gentes & regna diribet.Quòd autem in oratione pro Plancio vir diligẽs & eruditus legendum putat, pro Direptio, Diribitio : rectius opinor ſenſiſſet,ſi Diremptio reponere maluiſſet. quí enim populus , aut iudices tabellas,voluntatis indices, in ciſtas depoſuerant, tum vt intelligeretur,quæ tabellæ legem probarent,quæ reiicerent,aut quę reum abſoluerent,quæ condemnarent, omnes dinumerari, & ſeparari neceſſe erat:id autem,Dirimere,eáq; actio Diremptio vocabatur. id ita eſſe,planè demonſtrat Varro de Re ruſt.lib.5, Comitijs,inquit,ædiletis, quum ego atque Axius ſuffragiũ tuliſſemus, Axius mihi, Dum dirimuntur,inquit,ſuffragia,vis potius Villæ publicę vtamur vmbra, quàm priuati candidati tabella ? ſic enim ſcriptum eſt in veteribus libris,non,vt à quibuſdam,huius verbi vim ignorantibus,nimis temerè eſt intruſum,Diribentur. In epiſtola quoque 4. libri 3. ad Q.frat. Cato, inquit, diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit. vbi, Diremptis legi mal.m.perſpicuè autem huius verbi ſententiam demonſtrat Lucanus lib.5.in illo verſu, Et non admiſſæ dirimit ſuffragia plebis, pro dinumerat & diſcernit. Hæc ex obſeruationibus P.Manut.

Diribitorium {διριβιτόριον} Locus erat Romæ,à M.Marcello ædificatus,in quo recenſebatur exercitus , & ſtipendia militiæ numerabantur,à diribendo,id eſt diſtribuendo:& diribitores,diſtributores.Hęc Cæl.lib.7.cap.6. Plin.lib. 16. cap.40 , Quæ diribitorio ſuperfuerat xx.pedibus breuior.

Diribitorium , Locus in quo obuerſantur miniſtri , inquit Cælius ibidem.

Diribitor,penult.corr. {Διβήτωρ} Miniſter,diſtributor. Apul.lib. 2. de Aſino, Diribitores pluſculi ſplendidè amicti , fercula copioſa ſcitulè ſubminiſtrata. Cic. Poſt reditum in Senatu , Quando illa dignitate rogatores,diribitores,cuſtodéſque vidiſtis?

Diribitio, onis, Verbale. Cic.pro Plancio, Nihil iam eſt quod populo ſupplicetur,nihil quod diribitio, nihil quod ſuppliciatio magiſtratuũ, renuntiatio ſuffragiorum expectetur,&c.

Dirigeo,diriges, penult. corr.dirigui {κατευθύνω} dirigére,Præfrigore aut timore,aut alio caſu viribus deſtitui.Virg.lib.8.Æneidos,

Dirigui viſu in medio , calor oſſa reliquit. Id eſt , dum me cernit, obſtupuit.inquit Seruius.

Hirſutæ dirigere comæ.Ouidius 3.Faſtorum. Hoc eſt riguerunt, ſiue erectæ ſunt.

Sanguis gelidus formidine dirigui.Virg.3.Æneidos,
At ſocius ſubita gelidus formidine ſanguis Dirigui.

Dirigo,dirigis,penultima correpta,direxi,directum {διάνω, διεξάνω, ἰθύνω, σωτείνω} dirigere, Obliquum emendare. Plinius in Panegyr. Nam vita principis cenſura eſt , eáque perpetua : ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur : nec tam imperio nobis opus eſt , quàm exemplo.

Dirigere acies,pro Ordinare. Virg.7.Æneid. Hirtius 5.bel.Affric. Interim Cæſar aciem dirigit ſimplicem propter pauciratem , ſagittarios ante aciem conſtituit.

Acies diriguntur pari verinque ſpe. Tacit.lib.2.

Aciem oculorum ad aliquem dirigere. Vide ACIES.

Affatus dirigere alicui.Claud.ad Olibrium,epigr.25,

Quid rear,affatus quòd non mihi dirigis vltos.

Arcu dirigere teia.Horat.4.Carm.ode 9.

Dirigere & perpendere. Cic.pro Murena, Hæc omnia ad rationẽ ciuitatis ſi dirigas,recta ſunt. ſin perpendere ad diſciplinæ præcepta velis,reperiantur prauiſſima.

Dirigere artes ſuas ad voluptatẽ. Cic.2.de Fin. Sic Dirigere ſolertiam ad cæli cuiuſque mores,Plin.lib.17.cap.2.

Cogitationes ſuas ad rem aliquam.Cic.4.Acad.

Vitam ſuam ad normam rationis. Cic. pro Murena, Et primùm M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti , & diligentiſſimè perpendenti momenta officiorum omnium , de officio meo reſpondebo.

Dirigere ramuli cacumen ad cælum.Varro 1.de Re ruſtica,cap.40, Eius autem ramuli,quem inſeret,cacumen vt directum ſit ad cælum, curat.

Ad veritatem ſæpiſſimè dirigit coniectura.Cic.1.de Diuin.

Curſum ſuum dirigere aliquò.Cic.pro Sextio,Quid eſt igitur propoſitum his Reipub. gubernatoribus, quod intueri, & quò curſum ſuum dirigere debeant?

Huc dirigere curſum.Virg.5.Æneid.

Direxit eam à media linea ad læuam.Cic.de Vniuerſ.

Frontem aciei dirigere. Quintil.lib.2. cap.13. Quid ſi enim percipias Imperator , quoties aciem inſtruet, dirigat frontem, cornua vtrinque promoueat,equites pro cornibus locet?

Greſſum dirigere.Virg.1.Æneidos,

Perge modò,& quà te ducit via,dirige greſſum.

Haſtam in aliquem dirigere.Ouid.8.Metam.

Haſtile certo ictu dirigere.Virg.12.Æneid.

Iaculum dirigere totis viribus.Seneca Hippol.6.

Iter dirigere. Tibul.

Dirigere iter ad locum aliquem.Planc.Cic.lib.10.11. Sic Dirigere curſum ad littora,Cæſar 3.bel.Ciuil.

Nauis iter dirigere.Ouid.1.Faſt.

Iudicium ad aliquid dirigere.Quintil.lib.6.cap.5.

Iudicium suum aliquò dirigere. Cic. in Orat.
Flectere & dirigere iudicij suũ. Brut. Cic. 16. 19. Idem Cicero si deflexerit aduersus alios iudicij suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio, &c.
Dirigere in manum. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 16.
Ad naturam leges hominum diriguntur. Cic. 2. de Leg.
Norma aliquorum quædam dirigere. Cic. 3. de Orat.
Vtilitate officium dirigere. Cic. 3. Offic. Sed tamen ad extremum vtilitate, vt putat, officium dirigit, magis quàm humanitate. Id est magis ad vtilitatem, quàm ad humanitatem refert.
Dirigere literas ad aliquem. Modestinus in l. Si procuratorem. D. De procuratoribus, Si procuratorem absentem dominus satisfactione releuare velit, literas suas ad aduersarium dirigere debebit.
Dirigere aliquem ad suam opinionem. M. Antonius ad Ciceronem, lib. 14. 310, Me deinde sue ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum.
Vatis opus dirigere. Ouid. 6. Fast.
Ad animi bona vel mala, omnis dirigenda oratio est. Cicero in Topicis.
In quincuncem dirigere ordines arborum. Cic. de Senect. Quum autem admiraretur Lysander & procerit ates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam atque puram, &c.
Dirigit huc puppim. Lucan. lib. 3.
Ad rationem dirigere aliquid. Cic. de Claris Orat. Nihil non ad rationem, & tanquam ad artem dirigebat.
Regiones lituo direxit Romulus. Cic. 1. de Diuin.
¶ Dirigere aliquid ad similitudinem alterius, Id est referre. Cic. 1. de Orat. Idem in Orat. Ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eáque defixus, ad illius similitudinem, artem & manum dirigebat.
Dirigere se ad aliquid. Quintil. lib. 10. cap. 1, Et ad ea se quisque dirigebat effingenda, quæ poterat.
Dirigitur similitudo ad. Plinius lib. 37. cap. 8, Eius enim tota similitudo ad succum porri dirigitur.
Spicula dirigere dextra. Ouid. 12. Metam.
In medio freto vela dirigere. Ouid. 1. Fast.
Visus dirigere ad aliquem. Claud. 2. in Eutrop.
Dirigere omnia voluptate. Cic. 2. de Finibus, Non igitur potestis voluptate omnia dirigentes, aut tueri aut retinere virtutem.
Vulnera dirigere. Virg. 10. Æneidos,
Te quoque magnanimæ viderunt Ismare gentes
Vulnera dirigere. Vbi Seruius, Aut vulnus pro sagitta posuit: vt 2. Æneidos,
-insequitur infesto vulnere Pyrrhus: aut acerrimè expressit inexitabiles sagittas, dicens eum vulnera, non tela dirigere.
Honestate dirigenda est vtilitas. Cic. 3. Offic.
¶ Dirigere apud Plautum inuenitur, pro discedere. Festus.

Dirigens, penult. corr. {διῤῥυώων} Participium. Cic. 2. de Finibus.

Directus Participium {διῤῥυώσις.} Cato cap. 18, Arbores ad ilipitem primùm directos pedes fodecim. Cicero de Nat. deor. de auditu loquens, Flexuosum iter habet, tnequid intrare possit, si simplex & directum pateret. Idem pro Cecinna, Eius autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.
Directa acies. Virg. 2. Georg. Vide ACIES.
Iudicium directum, quod vulgò *principale* vocamus: quo scilicet rectà agitur, & principaliter. Vlpianus in l. 3. §. ibidem. D. ad exhib.
Limes directus. Strat. 2. Sylu 2,
Quæ tibi Parthenopen directo limite ponti Ingerit.
Loci in vitia directi. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Membrana directa plumbo. Catul. ad Varum.
Inuicem directo contendere passu. Tibul. lib. 4. eleg. 1.
Directa oratio, quæ ambagibus caret. Liuius lib. 1. belli Pun. Hæc directa percontatio ac denuntiatio belli magis ex dignitate populi Romani visa est.
Sermo directus & Auersus, contraria. Quintilianus libro 2. cap. 13, Ad iudicem omni sermone directo, an aliquando auerso per aliquam figuram dicendum sit.
Viæ directæ. Lucret. lib. 4,
At simulacra viis directis omnia tendunt.
Ductæ & directæ viæ. Cic. 2. de Nat. deor. Succus is quo alimur, permanat ad iecur per quasdam à medio intestino vsque ad portas iecoris (sic enim appellant) ductas & directas vias, quæ pertinent ad iecur, eique adhærent.

Directum, directi {ἰφθὸν} Substantiuum. Cicero in Partit. Æquitatis autem vis est duplex, cuius altera directi, & veri & iusti, & (vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur.

Directè, siue Directò, Aduerbium {ἐυθὺ, ἐπ' ἰθείας.} Cic. in Partit. Alterum ad fidem directò spectat. Ibidem, 14, Vt quum semel dictum sit directè. Idem 4. Academ. Eóque directius gubernant quòd eam teneant?
Ferri directò deorsum. Cicero 1. de Natura deorum, Ait atomum, quum pondere & grauitate directò deorsum feratur, declinare paulum.
Directò aliquid optare, pro simpliciter, opponitur Sub cõditione. Seneca epist. 67, Illa bona directò optamus nobis: hæc, si necesse erit.
Directò libertatem accipere. Vlp. in Lidem est. D. de militar. testam. Sed perinde habendum esse, ac si eidem seruo libertas simul & hæreditas directò data esset.

Directum, aliud Aduerb. Macrob. lib. 7. Saturn. c. 14, Id oculorum domesticum profluuium, si reperierit in circũfuso nobis aere lucem, per eam directum pergit, quandiu corpus offendat.

Directio, Verbale {διῤῥυσις.} vt Directio ad veritatem. Quintilianus lib. 3 cap. 7. in fine.
Rationis directio ad veritatem. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Directarij, appellantur ij qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo: plus quàm fures puniendi sunt. Vlp. l. Sacculatij. D. De extraord.

criminibus. Vide Diœtarij fures.

Dirimo, dirimis, penult. corr. diremi, penult. prod. {διαλαμβάνω, διείργω, ἀναιρέω} diremptum, dirimere, Ex di vel dis, & emo, emis compositum, significat separare siue diuidere: quum quis se medium opponit inter concertantes: siue aliud quidpiam quomodocunque componit, aut separat. Plaut. Amphit. 4,
Sed prælium id tandem diremit nox interuentu suo.
Prælium dirimere. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Dirimere atque distrahere. Cicero 3. de Natura deorum, Corpus autem immortale nullum esse, ne individuum quidem, nec quod dirimi distrahive non possit.
Actionem dirimere. Plin. Actionem meam, vt prælia soler. nox diremit. Id est, interrupit, & in aliũ diem reiecit eius exitum. Budæus.
Affinitatem Claudius diremit. Tacit. lib. 12.
Arma dirimere. Lucan. lib. 1,
-sic vbi sæua
Arma ducum dirimens miserando funere Crassus.
Dirimi auspicia dicuntur, quum rata esse nequeunt: Hoc est, irrita fiunt, dissoluuntur, discuriuntur, disturbantur. Plin. lib. 8, Nã soricum occentu dirimi auspicia annales referros habemus. Budæus.
Bellum sanguine dirimi. Virg. 12. Æneid.
Certamina dirimere. Ouid. 5. Metamorphoseos,
Cedemus syluis, dirimant certamina Nymphæ.
Charitatem dirimere, & Dirimere veterem cõiunctionem cum aliquo. Cic. de Amicitia. Idem ad Appium, libro 3. 10, Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, veterem coniunctionem diremissem, quàm nouam conciliassem.
Dirimere colloquium. Cæsar 1. bel. Gall.
Coniunctionem ciuium dirimere. Cic. 3. Offic. Hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos, morte, exilio, vinculis, damno coercent.
Connubium dirimere. Liu. Decad. 1. lib. 4.
Consilium dirimere. Sallust. Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res consilium diremit.
Controuersiam dirimere: Est diiudicare, seu finem imponere controuersiæ. Ouid. 6. Fast. Cic. 3. de Offic. Quo magis reprehendendos Calliphonem & Dinomachum iudicio, qui se diremturos controuersiam putauerunt, si cum honestate voluptatem tanquam cum homine pecudem copulauissent. Id est ad concordiam inter se contendẽtes philosophos adducturos. Sic Dirimere litem, inquit Cicero, Id est dissoluere & dicidere. Budæus.
Controuersia dirimit omnia. Cic. 2. de Leg.
Dirimere iras, & altercationes. Liu. 1. ab Vrbe.
Litem dirimere. Ouid. 1. Metam.
Nox diremit. Cic. Q. frat. lib. 2. 15, Actum est eo die nihil, nox diremit.
Pacem alicuius dirimere. Cic. pro Cælio, Idcóne ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires?
Prælia voce diremit. Virg. 5. Æneid.
Res dirimenda alicuius arbitrio. Ouid. 6. Fast.
Rem susceptam dirimere, pro Interpellare, obturbare, dissoluere. Cic. 2. de Legibus, Quid enim maius est, si de iure quærimus, quàm posse à summis imperiis, & summis potestatibus comitatus, & concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid grauius, quàm rem susceptam dirimi, si vnus Augur ALIVM dixerit?
Dirimere rixam. Plaut. Amphit. 16, 27.
Dirimere sententias. Plin. epist. 167, Quid lex? non apertè docet dirimi debere sententias occidentis & relegantis, quum ita discessionem fieri iubet?
Dirimere simultates. Liu. 8. ab Vrbe.
Societatem humani generis dirimere. Cic. 3. Officiorum, Hi dirimunt communem humani generis societatem. Hoc est dissoluunt, dissociant. Budæus.
Coire societatem cum aliquo, & Dirimere, contraria. Cic. 2. Philip.
Vtinam Cn. Pompeij cum C. Cæsare societatem aut nunquam coissES, aut nunquam diremisses.
Societatem officiorum dirimere. Cicero pro Sylla, Non enim iam se vllo officio cum illo coniunctum arbitrabatur, quum ille tanto scelere commisso, omnium officiorum societatem diremisset.
¶ Suffragia dirimere. Varro de Re rustica, libro 3. capite 2. in ipso penè initio, Vis, inquit, dum dirimentur suffragia, potius villæ publicæ vtamur vmbra, quàm priuati candidati tabella? Id est, dum ex summis suffragiorum collectis, constituetur quis plurima puncta tulerit. In vetustioribus tamen codicibus legitur dirimentur. Hæc Budæus in Forensibus.
¶ Dirimere tempus, & Proferre diem, cognata sunt verba. Cic. de Diuinar. lib. 1, Quid enim habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? Id est in alium diem, id quod agendum instabat, reiiciat. Budæus. Vide DIFFINDO.
¶ Dirimuntur oppida vnius dici itinere: Id est, distãt inter se vnius dici itinere, siue absunt inter se. Plin. epist. 94. lib. 6.

Diremptus, Participium {διαιρεμμένος.} Lucretius libro primo, Mors diremptа.
Diremptа mari gens. Plin. in Paneg. Qui diremptam mari gentem vt partem aliquam populi plebisque Romanę aleret ac tueretur. Id est separatam, & disiunctam. Liu. 5. bel. Pun. Vnà profecti ambo duces, exercitúsque, Celtiberis prægredientibus, ad vrbem Anitorgin in conspectu hostium, diriment e amne, ponunt castra.

Diremptus, huius diremptus {διάλυσις} Separatio. Cicero 1. Tusculan. Est enim interitus quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium quę ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Legitur & direptus.

Diremptio, Verbale {παρέκτασις} productio temporis vel magistratus in aliud tempus. Cic. pro Plancio, Nihil iam est quod populo supplicetur, nihil quod diremptio, nihil quod supplicatio magistratuum, renuntiatio suffragiorum expectetur.

DIRINI,

DIRINI, Populi in secunda regione Italiæ à Plinio collocati libro 3. capite 11.

Diripio, diripis, pen. corr. diripui, direptum {διαρπάζω, κλέπτω καὶ φέρω μεταξύ} diripere, Omnia in diuersas partes rapere, vt fit in vrbium expugnatione. Gellius, Nam quum oppidũ Tholosanum in Italia Q. Cepio Consul diripuisset, multúmque auri in eius oppidi templis fuisset. Cic. ad Tironem, lib. 16. 11, Domos nostras & patriam ipsam, vel diripiendam vel inflammandam reliquimus. Sic Diripere vrbes, diripere bona, diripere prædam. Cæsar 1. bel. Ciuil. Et lib. 7. bel. Gal. Cic. 1. Offic.
Diuexare omnia, & diripere. Cic. 11. Philipp. Alteri se Brutus obiecit, impetúmque furentis, atque omnia diuexare, & diripere cupientis vitæ suæ periculo colligauit, à progressu arcuit, à reditu refrænauit.
Expilare & diripere socios & prouincias. Cic. pro Lege Manilia, Quum cæreri ad expilãdos socios, diripiendáque prouincias, quos voluerunt, legatos eduxerint.
Diripere & vastare. Cic. Attico, lib. 5. 108, Ibi dies quinque morari, direpto & vastato Amano, discessimus.
Diripere aras, Deiicere, dissipare. Virgil. 12. Æneid. Seruius.
Dapes diripere. Virgil. 3. Æneid.
Domum diripere. Cic. Post red. in Senatu.
Equis diripi. Ouid. 5. Fastorum,
Hippolyte infelix velles coluisse Dionen,
Quum consternatis diripereris equis.
Opes diripiuntur. Ouid. 3. Trist. eleg. 10,
Diffugiunt alij, nullísque tuentibus agros
Incustoditæ diripiuntur opes.
Patrimonium dignitatis diripere. Cic. 3. de Orat. Tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis.
¶ Diripui tunicam. Ouid. 1. Amor. eleg. 5.
Diripere victoriam, pro Eripere. Valer. lib. 3. cap. De fortitudine.
A pectore vestem diripere. Ouid. 9. Metam.
¶ Ensem vagina diripere. Ouid. 10. Metam.
¶ Diripere aliquem è loco, pro Vi abstrahere. Cic. de Prouinciis Consul. Hos de prouinciis si non aliquando deducendi essent, diripiendos non putaretis?
¶ Diripere de authoritate alicuius, per trãslationem. Cic. pro Sylla, Sed vt ille Iudices, quantum de mea authoritate diripuisset, tantum se de huius præsidiis diminuturum sperauit.

Direptus, Participium {διαρπασθέντος.} Cic. 1. de Finib.
Domus direpta. Virgil. 2. Æneid.
Membra direpta manibus nefandis. Ouid. 3. Metam.
Direpta mœnia. Lucan. lib. 6.
Opes direptæ. Claud. 1. in Eutrop.
Pellis direpta. Ouid. 3. Metam.

Direptio, Verbale {διαρπαγή.} Cic. 2. Offic. Tanta sublatis legibus & iudiciis expilatio, direptióque sociorum, vt imbecillitate, &c. Sic in Catil. Direptio & vexatio sociorum.
Bonorum direptiones & naufragia. Cic. Figulo, lib. 4. 13, Versór que in eorum naufragiis & bonorum direptionibus.
Direptioni & incendus relicta vrbs. Cic. Sulpitio, lib. 4. 1.

Direptor, aliud Verbale {διαρπακτήρ.} Cic. 3. Verr. O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum, custósne vrbis, an direptor & vexator esset Antonius?
Prædator & direptor. Cic. 2, in Catil. Quos ego vtrosque Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorúmque pono.

DIRIS, Mons est Mauritaniæ, quem propter altitudinem, Cæli columnam vocauerunt. Meminit Plin. lib. 5. cap. 1, vbi Dyris scribitur per y Græcum.

Dirumpo, dirumpis, dirupi, pen. prod. diruptum {διαῤῥήγνυμι} dirumpere, frangere, scindere. Plaut. Curcul. Geminos in ventre videor habere filios: nihil metuo nisi medius dirumpar miser.
Dirumpere ludum, Impedire ne perficiatur. Plaut. Pœn. 2.
Plausu alicuius dirumpi. Cic. Cassio, lib. 12. 2, Itaque iam non studiosus ludorum, infinitóque fratris tui plausu dirumpitur.
Se dirumpere. Cic. Mario, lib. 7. 1, Dirupi me penè in iudicio Galli Caninij familiaris tui.
Dirumpere societatem. Cic. 3. Offic. Et apud eundem in Amicit.
Dirumpere amicitias.
Tabellas dirumpere. Cic. Q. fratri, lib. 3. 20, Is diruptis tabellis de circulo se subduxit.
Dirũpi dolore, dixit Cicero ad Att. lib. 7. 13. Terent. Adelph. 3. 3, Cõlaudauit filium: mihi qui dedissem cõsilium, egit gratias.
D. Dirumpor. Cic. ad Attic. lib. 4. 86.

Diruptus, Participium {διαῤῥηγμένος.} vt, Diruptus homo. Cic. 13. Philipp. Fraudator creditorum Trebellius, & homo diruptus, dirutúsque Quintus Cælius. Id est, tum herniosus, tum dissipato patrimonio expeculatus, atque omni ære exhaustus. Lusit enim Cicero per paronomasiam diruptus, id est hernioſi, & diruti. Budæus.
Diruptæ rupes, pro Abruptis. Liu. lib. 8. bel. Pun. Pars maxima inermes per inuia & rupes diruptas præcipitantes fugerunt.

Diruncino, Vide DERVNCINO.

Diruncio, teste Festo, Idem quod depurgo. Verbum agriculturæ antiquum, à runca deductum, quod instrumentum est excidendis dumetis idoneum.
Drunciunt, Depurgant, Antiquum. Festus.

Diruo, diruis, pen. corr. dirui, dirutum, pen. corr. {κατασκάπτω, κατασκάλλω, ἰφθίνω, κατασκάπτω} diruere, Deiicere significat & euertere atque destruere. Terent. Adelph. 5. 7, Hanc in orto maceriem iube dirui. Liu. lib. 1, Iam fragor tectorum, quæ diruebantur vlcimis vrbis partibus, audiebatur. Plin. lib. 34. cap. 3, Diruere Corinthum.
Diruere, Ædificare, contraria. Cic. pro Domo sua, Euersio atque eiectio Senatu dirueris, ædificaris, &c.
Arcem diruere. Sil. lib. 5,
-Corithi nunc diruat arcem.
Fores diruere. Propert. lib. 4. eleg. 10.
Vrbes diruit. Ouid. 12. Metamorphoseos,
-& immeritas vrbes, Elinque, Pylúmque Diruit.

Dirutus. pen. corr. Participium {κεκαθαιρέθεις} Deiectus.
Dirutæ & deseretæ vrbes. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1, Multas abs te esse liberatas vrbes, complures dirutas ac penè desertas.
Ære diruti. Cic. 7. Verr. Vide AES.
Regna diruta. Propert. lib. 2. eleg. 29.
Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui stipendium ignominiæ causa non erat datum: quod æs diruebatur in fiscum, non in militis sæculum. Festus.

Dirus, Adiectiuum {ἐπίφατος, πολεμικός} Dei ira natus, inquit Festus. Sipontinus, Sunt qui à deo dirum deductum existimant, hoc est, crudele, infestum, & quasi deorum ira immissum. Virg. 3. Georgicorum,
-prius quàm
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
Iniusta, nefaria, vitiosa, dira. Cic. 2. de Legib.
Aues diræ. Catul. 4. Paneg.
Aconita dira. Vide ACONITVM.
Excutere diros amores. Ouid. 10. Metam.
Cædes dira. Ouid. 15. Metam.
Caput dirum. Seneca Octauia, 5.
Cometæ diri, Id est creditri, & pessimi. Virgil. 1. Georg.
Contagia dira. Virgil. 3. Georg.
Cruciatus diri. Ouid. 9. Metamorphoseos,
-diris cruciatibus ægram,
Inuisámque animam, natámque laboribus, auser.
Cupido dira. Virgil. 6. Æneid.
Diræ deprecationes. Plin. lib. 28. cap. 2.
Detestatio dira nulla expiatur victima. Horat. Epod. ode 5.
Dextra dira. Stat. 5. Thebaid.
Dira execratio. Liu. 6. bel. Pun. Et lib. 8.
Dira viro facies. Ouid. 1. Fast.
Manus conscia diri facti. Ouid. 8. Metam.
Dira fames. Virgil. 3. Æneid.
Fata dira. Seneca Hippol. 12.
Forma dira. Claud. 1. de Raptu Proserp.
Funus dirum. Virgil. 11. Æneidos,
-nec sospite dirum Optabis nato funus pater.
Diris funeribus iras deorum contrahere. Liu. lib. 10. ab Vrbe. De Decio.
Furor dirus. Seneca Hippol. 4.
Diræ furiæ sunt. Virgil. 4. Æneid. Rursus lib. 8.
Gens dira. Virgil. 3. Æneidos,
-& dira bellum cum gente gerendum.
Grando dira. Horat. 1. Carm. ode 2.
Hydrops dirus. Horat. 2. Carm. ode 2,
Crescit indulgens dirus sibi Hydrops.
Dira illuuies. Virgil. 3. Æneid. Id est, sortes terra. Seruius.
Domus diri iudicis, Id est Paridis. Seneca Troade, 1.
Dira libido. Lucret. lib. 4,
Irritata tument loca semine: ficque voluntas
Eiicere id, quò se contendit dira libido.
Dira lues. Ouid. 7. Metamorphoseos,
Dira lues populi, ira Iunonis iniquæ
Incidit exosa dictas à pellice terras.
Mens dira. Virgil. 2. Æneidos,
-quæ mens tam dira miserrime coniux
Impulit his cingi telis?
Dirus mœror. Plin. lib. 36. cap. 4.
Mors ante oculos dira vagatur. Seneca Octauia, 6.
Mugitus diri. Ouid. 7. Metamorphoseos,
-mugitus victima diros Ædidit.
Dira natura. Plin. lib. 12. cap. 19.
Naufragia dira. Seneca Octauia, 4.
Necessitas dira. Horat. 3. Carm. ode 24. pro morte necessitatem ponit.
Nefas dirum. Virgil. 4. Æneid.
Dira nubes. Plin. lib. 11. cap. 29.
Omen dirum mortalibus. Ouid. 5. Metamorphoseos,
Fœdáque fit volucris venturi nuntia luctus
Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.
Dirum oppidum. Plinius libro 4. capite 11, Diomedis equorum stabulis dirum.
Dirum ostentum. Plin. lib. 10. cap. 12.
Pestis dira. Ouid. 11. Æneidos,
-hæc dira meo dum vulnere pestis
Pulsa cadat, patriam remeabo inglorius vrbem.
Pugna dira. Virgil. 10. Æneid.
Cruciari sanguine diræ serpentis. Ouid. 2. Metam.
Sanguinis dira sitis. Seneca Octauia, 4.
Spes dira. Seneca Hippol. 2,
Extingue flammas, néve te diræ spei
Præbe obsequentem.
Dirus spiritus. Seneca Octauia, 5,
En ipse diro spiritu sæui ducis
Polluitur æther.
Supplicia dira. Virgil. 6. Æneid.
Dirum tempus. Cic. 1. de Diuinatione, Quod ferme dirum in tempus cecinere Latini.
Tyrannus dirus. Claud. 2. de raptu Proserp.
Venena dira. Horat. Epod. ode 5.
Volucres diræ. Sil. lib. 13.
Vox dira. Virgil. 3. Æneidos,
-tum vox tetrum dira inter odorem.
¶ In dira & in vitiosa incurrere. Cic. 1. de Diuin. Itaque sinistra dum non exquirimus, in dira & in vitiosa incidimus.

¶Dirus,pro magno aliquando accipitur.Virgil.8.Æneidos,
Iam tum religio pauidos terrebat agrestes
Dira loci. Id est,magnus metus. Seruius.
¶Dirior,Comparatiuum. Cic.2.de Diuinat.Quum enim tristissima exta sine capite fuerint,quibus nihil videtur esse dirius,&c.
Dirissimus, penult.corr.Superlatiuum. Nonius:Dirissimum.Seuerum. Varro Bimargo,Scena quem senem Latina vidit dirissimum?
Diræ,Dirarum,pro Furiis {ἀραί.} Cic.1.de Diuinat. Crasso quid acciderit videmus Diratum obnuntiatione neglecta.
¶Diræ , Dirarum {ἀραί} Execrationes & imprecationes sunt, quæ in maleuolos effundebantur horrendæ , deos quosdam inauditos compellantes: quibus quicunque deuotus erat,credebatur maximo affici infortunio.Cic.1.de Finib. ¶Sunt etiam Diræ inferorũ Furiæ, quibus præcipuè hi, qui sceleris alicuius sibi sunt conscij, creduntur exagitari. De quibus ita Virgilius lib.12.Æneidos,
Dicuntur geminæ pestes,cognomine Diræ,
Quas,& Tartaream nox intempesta Megæram
Vno,eodémque tulit partu. ¶Dicuntur autem in cælo Diræ:Furiæ in terris:Eumenides in inferis:vnde & tres esse dicuntur.
Compositas Diras imprecabatur. Tacit.lib.5.
Diritas,pen.cor.diritatis {ἀπάντη} Crudelitas. Cic.in Vatinium,Quanquam sis omni diritate atque immanitate teterrimus.
Diritas & Comitas , contraria. Cicero de Senectute , Intelligi potest ex iis fratribus qui in Adelphis sunt quanta in altero diritas, in altero comitas. Sic legit Nonius. Est autem diritas, feritas quædam ingenij atque immanitas. Vnde Hannibal ab Horatio appositè dirus appellatus est.
Morum diritas. Sueton. in Tiber.cap.21, Nec illud quidem ignoro, aliquos tradidisse Augustum palàm nec dissimulãter morum eius diritatem adeo improbasse,vt nonnunquam remissiores hilariorésq; sermones superueniente eo abrumperet.

D I S

Dis,præpositio {διὰ} quæ semper componitur , & modò diuersitatem significat,vt dissideo. Modò diuisionem,vt Dissocio,disiungo.Modò valde, vt Discrucio,discupio. Modò variè, siue in diuersas partes, vt Dissemino, dispono. Quandoque malè , vt Dispereo. Componitúrque cum c,vt Discumbo. Cum f,vt Diffundo,vbi fmutatur in f,euphoniæ causa. Cum p,vt Dispuro. Cum q,vt Disquiro. Cum r,vt Distrumpo. Cum s, vt Dissimulo. Cum t , vt Disturbo. Cum i consonante,vt Disiungo.
DIS , Ditis {πλούτων} diuitiarum & inferorum deus , vt inquit Strabo. Græcè Pluton dicitur : quia terrenam omnem vim atque naturam Diti patri dedicatam putabant, quòd diuitiæ omnes è terris oriantur,& in terras recidant. nam πλοῦτος,Latinè diuitiæ. Cic.2.de Natura deorum , Terrena autem vis omnis, atque natura,Diti patri dedicata est , qui diues vt apud Græcos πλούτων , quia & recidant omnia in terras , & oriantur è terris. Quintil.lib.5,à contrario interpretatur, quia minimè diues est. Non tamen id asserit.
Domina Ditis,Id est Proserpina,apud Virgilium lib.6.Æneid.
Atri ianua Ditis. Virgil.lib.6.
Auari Ditis domus. Seneca Herc.fur.9.
Auidi Ditis regna. Seneca Agamemn.7.
Dri sacraria Ditis. Virgil.12.Æneid.
Vmbrosi Ditis opaca regna. Seneca Medea,10.
Durus Dis.Sil.lib.13.
Duc prædicta sacris duro placamina Diti.
Horridus Dis. Seneca Hippol.10. & 8.
Infernus Dis. Seneca Agamemn.1.
Seuerus Dis.Claud.1.de Raptu Proserp.
Dis, & hoc dite {πλούσιος} Adiectiuum, pro Diuite ponitur. Terent Adelphis, Dis quidem esses Demea,ac rem tuam constabilisses. Vbi Donatus , Ab eo quod est Dis ditis, dites facit : ab eo quod est diues diuitis,diuites. Vide DIVES.
Animi dites. Tibul lib.3,eleg.6. de Baccho,
Ille facis dæer animos deus,ille ferocem
Contudit,&c.
Epulæ dites.Stat.5.Thebaid.
Glebæ dites,Id est frugiferæ.Sil.lib.3.
Pectus dite.Lucret.lib.1.
Promissis ditibus commoueri.Sil.lib.3.
Regni ditis ferax Lydia.Seneca Hippol.3.
¶Ditior , & ditissimus. Cic. 2. Offic. Mamerco homini ditissimo Ædilitatis præmissio,Consulatus repulsam attulit.
Æui humani ditissimus, Id est qui diutissimè vixit.Sil.lib.3.
Agri ditissimus.Virgil.1.Æneid.
Ditior mihi & affluentior videtur esse vera amicitia.Cicero de Amicitia.
Animi ditior.Stat.3.Thebaid.
Midæ gazis,& Lydo ditior auro.Stat.2.Sylu.2.
Terra ditissima.Virgil.2.Georg.
Dito,ditas {πλουτίζω} ditare,Diuitem facere.Liu.1.bel.Pun. Castra militem ditauere.
Stipe largifica ditantes omnia.Lucret.lib.2.
Turba ditata spoliis.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.
Vrbs triumphis ditata.Author ad Heren.lib.4.
Ditesco, ditescis {πλουτίζομαι} ditescere, Diuitem fieri. vt Præda ditescere. Lucret.lib.5.
Horrea ditescunt.Claud.2.Paneg.
Partu ditescere dulci.Lucret.lib.4. De fœminis.
Discalceo , discalceas {ὑποδημάτων} discalceare , Calceum extrahere. Suetonius in Nerone, capite 51, Circa cultum habitúmque adeò pudendus , vt comam semper in gradus formatam , peregrinatione Achaica etiam pone verticem summiserit , ac plerunque syntheſin indutus,ligato circum collum sudario prodierit in publicum sine cinctu & discalceatus.

Discapedino, discapedinas,pen.corr. {διώγμα} discapedinare, A capedine fit, significátque Refero, aperio. Apuleius Floridorum lib.1, Hyagnis primus in canendo manus discapedinauit. Obsoletum & inusitatum verbum.
Discaueo, discaues,pen.cor.discaui,pen.prod.discauitum {χανάτωμα} discauere,Idem significat quod cauere,vel diligenter cauere. Plautus Menæch. 7, Dictum facesse elatum , & discaueas malo. Minus est in vsu.
Discedo,discedis,pen.prod.discessi,discessum {ἀναχωρέω, ἀπόστασις, ἀπαλλάττω, ἀπαίρω, ἀποτίμνω} discedere , Recedere. vt , Discedere Roma. Cic.2.Verr. Plinius,Facesite hinc,atque à nobis discedite. Donatus,Discedere dicitur,qui facilè abit è medio.
Discedere cubitum. Cicero in Somnio Scipionis. Hoc est , ire dormitum.
A patria discedere.Ouid.1.Trist.eleg.3.
Ab aliquo discedere. Cic.Attico,lib. 12,Quod te quoque ipsum discedentem à nobis suspicari videbam.
Discedere ad.Virgil.12.Æneidos,
Conuenit Euandri victos discedere ad vrbem.
Longè discedere.Ouid.epist.21. Vide LONGVS.
Procul hinc discedere.Ouid.9.Metam.
Procul discessit in agros.Valer.7.Argon.
Tardè discedere.Ouid.4.Metam.
¶Non discedere ab aliquo. Cic. de Amicitia , Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolã , sumpta virili toga,vt quoad possem, & liceret,à senis latere nunquam discederem. Idem 4. Acad. Nunquam à Philone discessit , nisi posteaquam ipse cœpit qui se audirent habere.
Discedere ab amicis, pro Violare amicitiam. Cic.de Amic.Præciendum est igitur bonis , vt si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint,ne existimẽt se ita alligatos,vt ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus,non discedant.
¶Animus discedit. Cic. 1.Tuscul. Discessum animi à corpore intelligit.
Discedere ab armis. Cæsar 1.bel.Ciuil.
In auras discedere.Lucret.lib.3. Hic de vi animæ loquitur.
Discedere cælum dicitur,quum hiatum facit. Cicero 1.de Diuinatione, Exponítq; initio belli Marcisi & deorum simulacra sudauisse, & sanguinem fluxisse, & discessisse cælum,& ex hoc occulto auditas esse voces. Budæus.
Discedere à consuetudine alicuius populi. Cic.4.Verr.Propter cuius authoritatem & dignitatem Sthenius ab omnium oculorum consuetudine discederet. Idem pro Fonteio , Videte quò descendam Iudices, quàm longè videar à consuetudine mea & cautione ac diligentia discedere.
E conspectu discedere. Cicero ad Atticum , libro 12. 241, Et si ne discessissem quidem è conspectu tuo , nisi me planè nihil vlla res adiuuaret.
A contentione discedere.Cic.in Orat.
Discedere à defendendis hominibus,& subleuandis.Cic.1.Verr.
Non discedere digitum à re aliqua. Cic. 6. Verr. Pueri autem Sisennæ,credo qui audiuissent quæ in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nusquam deiicere , neque ab argẽto digitum discedere. Subaudi latum.
In duas factiones ciuitas discessit. Tacit.lib.21.
A fide iustitiáque discedere.Cic.3.Offic.
Ab aliquo discendi genere discedere.Cic.2.Offic.
A sperata alicuius rei gloria discedere.Cic.de Claris Orat.Quodvis potius periculum mihi adeundum , quàm à sperata dicendi gloria discedendum putaui.
A iudiciis causísque discedere.Cic.2.de Orat.
Discedere à iure. Cic.ad Pætum,lib.9.16,Omnia sunt incerta quí à iure discessum est.
Discedat à corpore languor. Ouid.epist.19.
Vno verbo discedere à libro. Cic.1.Verr.Si ab isto libro quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit, verbo vno discesseris.
Discedit memoria rei alicuius ex animo. Cic. in Somnio Scip. Ita nunquam ex animo meo discedit illius optimi atque inuictissimi viri memoria.
A mẽte atque à se discedere. Cic.2.de Diuinat.Ille autem Græcus, quid mirum si magnitudine timoris , vt plerunque fit, à constantia, atque à mente,atque à se discesserit?
Discessit mos. Plin.lib.11.cap.23, In tantum à lorica gerenda discessere mores,vt oneri sint etiam vestes.
Discedamus à nobis.Cic.4.Acad.Sed discedamus à nobismetipsis, de sapiente loquamur,&c. Id est de nobis loqui supersedeamus.
Discedere ab officio, Barbari dicunt *non facere suum debitum*. Cic.1. Offic. Si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse venturum , atque interim ægrotare grauiter filius cœperit , non sit contra officium non facere quod dixeris : magísque ille cui promissum sit , ab officio discedat , si se destitutum queratur. Sic Cæsar 1. bel.Gall.
Discedere in alia omnia, pro Dissentire. Vide Ire in alia omnia,in eo,is.
Discedere in aliquam opinionem. Cic. ad Ligarium , lib.6.14, In hanc opinionem discessi,vt mihi tua salus dubia non esset.
Discedunt in duas partes. Sallustius,In duas partes discedunt Numidæ,plures Adherbalem sequuntur.
Discedere pedem. Plaut.Asin.12. Cic. pro Deiot.Negat vnquam se à re in Deiotari tetrarchia pedem discessisse.
De prouincia discedere. Cic.Cælio,lib.2.18,Quod etiam nunc reor , ne antequàm tu in prouinciam venisses, ego de prouincia discederem.
Quartana ab aliquo discedere dicitur.Cic.Attico,lib.8.150.Modò etiam audiui quartanam à te discessisse.

A re discedere,

A re discedere,Id est digredi.Cic.in Orat.
Discedere à vel de sententia. Cæs.1.bel.Ciuil. Marcellus perterritus conuitiis,à sua sententia discessit. Cic.4.de Finib.Quis enim potest istis quæ te, vt ais, delectant, breuibus & acutis auditis, de sententia discedere? Legitur in vetusto exemplari,decedere.
A sese discedere.Cic.de Clar.Orat.
Signis discedere haud licitum.Sil.lib.7.
Discedere superiorem,pro Vincere. Cic.2. Tuscul. Qui autem restiterunt discedunt sæpissime superiores. Sic,Discedere inferiorem, Cicer. pro Quinctio , At si in causa pari discedere inferior videretur. Hoc est,superatus videretur.
A vita discedere.Cic.1. Tuscul.
Ex vita discedere. Cic.de Senec.Ita vixi,vt non frustra me natum existimem : & ex vita discedo tanquam ex hospitio , non tanquam è domo.
Discedit vsufructus à persona,Id est immutat personam. Modest. deVsufructu.l. Titio, Titio quum moritur,vsufructus inutiliter legari intelligitur,in id tempus videlicet collatus,quo à persona discedere incipit.
Vxor à marito discedit.Cælius Ciceroni,lib.8.6,Illud mihi occurrit, quòd inter postulationem & nominis delationem, vxor à Dolabella discessit. Subaudi,per diuortium.
¶Quum discessi à re , nemo mihi illo charior : Id est , te excepto, præter te vnũ,nemo mihi est charior illo.Cic.Lentulo,lib.1.9. Idem ad Atticum,lib.1.12,Amoris verò erga te mei,quum à fraterno amore,domestícoque discessi, tibi primas defero. Idem ad Appium Balbum.lib.6 12.
¶Discedere,Diuidi,hiare,aperiri.Cic.3.Offic.Hinc ille Gyges inducitur à Platone,qui quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus,in illum hiatum descendit. Sisenna Histor.lib.4,Armata dextra ducti,magísque in latitudinem discedunt. Nonius.
¶Discedere,per metaphoram vsurpatum. Cic.ad Attic.lib.2.epist. 16, Velim siqui Græci iam Romam ex Asia de ea causa venerunt, videas,& iis demonstres quid ego de ea re sentiam. Si possum discedere , ne causa optima in Senatu pereat , ego satisfaciam publicanis, quasi diceret , Si possum consequi , si hunc eximum res habere potest, ne Græci causa cadant. Idem verbum & Terentius vsurpauit eodem sensu : apud quem ita loquitur Gera seruus in Phormione, Act. 5.scen.2,Modò vt hoc consilio possit discedi,vt istam ducat.
¶Discedatur , Impersonale. Cic. 3. de Legib. Sed iam si placet,de prouinciis discedatur,in vrbémque redeatur.
Discederitur in eam sententiam. Liu 8.bel. Pun.Si in meam sententiam discedatur. Idem 3 ab Vrbe, In hanc sententiam vt discederetur,iuniores patrum eminebant. Vide Discessio.
Discessum est.Liu.2.ab Vrbe,Eo anno Hernici deuicti:cũ Volsciis æquo Marte discessum est.
Discedens, penult. prod. Participium {ὑποχωρῶν.} vt,Hyems discedens. Ouid.2.Fast.
Discessio,Verbale {ὑποχώρησις} Diuisio,separatio. Terent.And.3.3, Nempe incommoditas denique huc omnis redit.
¶Discessio {κατάλυσις} erat in sententiis dicendis in Senatu, quum duabus dictis sententiis , is magistratus qui Senatum coegerat , Patres Conscriptos iubebat surgere, & in hanc aut in illam sententiam transire, his verbis , Qui hæc sentitis,ite in hanc partem : qui alia omnia,in illam. Quæ verba legitima erant, & solennia, magistratus discessionem fieri iubẽtis : quod tum scilicet accidebat,quum in sententiam pedibus ire,& Senatusconsultum per discessionem fieri,non singulos sententiam verbis dicere oportebat. Plinius lib. 8.epist.14. Idem libro 2. epist. 11, Erant in vtraque sententia multi , fortassè etiam plures in hac vel solutiore vel molliore. nam quidam ex illis quoque qui Cornuto videbantur assensi , hunc qui post ipsos censuerat , sequebantur : sed quum fierer discessio , qui sellis Consulum astiterant,in Cornuti sententiam ire cœperunt. Seneca de Vita beata , Nec est quod mihi discessionum ,more respondeas. Hæc pars maior est,&c.
Facere discessionem. Cic. Lentulo, lib. 1. 2, Intendere cœpit antè se oportere discessionem facere quàm Consulares.
Discessio facta in eius sententiam. Cic.ad Attic.lib.12.242. Idem 6.Verr. At verò quum iam non solùm discessio facta esset , sed etiam perscriptum,atque in tabulas relatum, Prætor appellatur.
Discessus , huius discessus {ὑποχώρησις} Abitus. Cic. 1. Tuscul. Vt nuper tuum post discessum.&c.
Aduentus & Discessus , contraria. Plin.lib.25. cap.8. Cic.Attico, lib.12.160,Vt me leuaret tuus aduentus,sic discessus affl.xit.
Digressus & discessus. Cic. de Senect. Sed me ipse consolabar,existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore.
Solis accessus & discessus.Cic.2.de Nat.deor.
Subitus discessus & præceps profectio. Cic. Attico, lib.9.181, Ego verò in præsentia subitum discessum , & præcipitem profectionem, tum tibi,tum ipsi Cn.inutilem & periculosam puto.
Discessus animi à corpore.Cic.1. Tuscul.
Discessus cæli,Id est chasma, hiatus & subita velut disruptio. Cic. 2. de Diuinat. Ita te nec terræ fremitus , nec cæli discessus , nec lapideus aut sanguineus imber, nec traiectio stellæ, nec faces visæ terrebunt.
Discessus ab omnibus bonis. Cic. 1. Tuscul.Illud angit,vel potius excruciat,discessus ab omnibus his quæ sunt bona in vita.
Discessus latronis,vel potius desperata fuga.Cic.5.Philipp.
Discessus è vita.Cic.1.de Diuinat.O præclarum discessum (inquit) è vita.
Discessu à suis moueri. Cic.5.de Finib. Qui etiam quum decreuerit esse moriendum,tamen discessu à suis,atque ipsa relinquẽda luce moueatur.
Discessurus,pen.prod.Participium {ὑποχωρήσων.} Plin.lib.20.cap.24, Sed discessuri ab hortensibus , &c. Hoc est , priusquam discedamus ab hortensium herbarum tractatione.

Discepto,discepras {διαιτητεύω,μεσιτεύω} disceptare, Disputare,cõtendere.
¶Disceptare,Frequẽtatiuum est à Dissepio,is,ire. Siquidem actionum remediis vnusquisque ius suum retinet,velut sæpe ab aliquo distinctum. Inde separari lites pulchra metaphora dicuntur , hoc est dirimi,tolli è medio,trituendo vnicuique quod suum est. Oldend.
Disceptare de. Cic. 1. Acad. Has ad omnia de quibus disceptabatur,adhibebant. Idem 4.Acad.
Iustè sapientérque aliquid disceptare.Cic.pro Milone.
Disceptando decernere. Cic. pro Plancio , Sed erat non iure, non legibus,non disceptando decertandum.
Disceptare inter aliquos. Liu.4.bel. Maced. Responderi legatis vtriusque partis placuit , missuros se in Africam qui inter populum Carthaginiensem & regem in re præsenti disceptarent.
Disceptare verbis de fœderum iure. Liuius , Hæc directa percunctatio ac denũtiatio belli,magis è dignitate Pop.Rom.visa est,quàm de fœderum iure verbis disceptare Sagunto excisa.
Disceptare conditionibus,aut armis. Cic. ad Atticum,libro 8.159, Ego cõditionibus, quod idem te intellexeram velle, illi armis disceptari maluerunt.
Æqua conditione disceptare.Cic.pro Cluentio.
Disceptare armis de controuersiis. Cæs.3.bel.Ciuil. Idem 6. bel. Gal. Quoad sibi spes aliqua relinqueretur , iure potius disceptandi, quàm belli gerendi.
Disceptatur armis de iure publico.Cic.Planco,lib.4.14,Videbámque, quanto periculo de iure publico disceptaretur armis.
Æquo iure disceptare cum aliquo. Cic.4. Verr.Heraclius cum aduocatis adit , & postulat vt sibi cum palæstritis , hoc est cum populo Syracusano æquo iure disceptare liceat.
Rei sunt omnes,quorum de re disceptatur.Cic.2.de Orat.
In vno prælio omnis fortuna Reipubl. disceptat. Cicero Planco, lib.10.10.
¶Disceptare , cum genitiuo. Callistratus in l.capitalium.§.incendiarij. D. de pœnis , Vt qui iactura adfectus est, damni disceptet,vel modicè vindicetur.
¶Disceptare causam {διαιτᾶν} pro Arbitrari. Pomponius in l. fed si compromissum. D. de receptis arbitris , Sed si compromissum sine die confectum est : necesse est arbitro omnimodo diem statuere , partibus consentientibus : & ita demum causam disceptare. Budæus.
Disceptare controuersias aliquorum , Componere & diiudicare. Cic. 4. Tuscul. Hoc est disceptando de controuersiis differere , aut controuersias disceptationibus soluere.
¶Disceptare , pro Conuenire , quod & refortiri vocant. Plinius lib. 2. cap. 3, Tarracone disceptant populi x IIII. Idem lib. 5. capite 29, Disceptant eodem foro Ochronienses , Halidienses , &c. Ex Budæo.
Disceptator, penult. prod. {διαιτητὴς} Verbale , Qui litem & controuersiam dirimit & componit : iudex vel arbiter. Cicero in Partitionibus , Nam aut auscultator est modò qui audit : aut disceptator , id est rei sententiæque moderator. Idem 3.de Legibus, Iuris disceptator. Idem pro Cecinna , Et perfæpe disceptatore domestico diiudicatur.
¶Disceptator, pro Arbitro. Vlpian.in l.3.§. tamets.D.de arbitris, Quoniam non debeant decipi qui eum quasi virum bonum disceptatorem inter se elegerunt. Budæus.
Disceptator & arbiter. Cic.ad Sulpitium,lib.13.27,Vt omnibus in rebus & quæ in aliquam controuersiam vocarentur , te arbitro : & quod commodo tuo fieri posset,te disceptatore verentur.
Disceptatrix,penul.prod. {διαιτητὴς} Verbale fœmininum. Cic.4.Acad. Dialecticam inuentam esse dicitis , veri & falsi quasi disceptatricem & iudicem.
Disceptatio {διάκρισις} Causa & lis.Cic.2.de Diuin. Cum quibus omnis ferè nobis disceptatio contentióque est.
Iudiciorum disceptationes. Cic.1.Offic.Contentio disceptationibus tribuatur iudiciorum,concionum,Senatus.
Iuris disceptatio.Cic.pro Milone.
Disceptatio & cognitio veritatis.Cic.pro Flacco.
Forenses disceptationes iudiciorum aut deliberationum. Cic.1.de Oratore.
Duo genera decertandi , vnum per disceptationem , alterum per vim.Cic.1.Offic.
In disceptationem cadere.Vide CADO.
Constituere disceptationem. Vide CONSTITVO.
Causa in disceptatione versatur.Cic.pro Deiotaro.
Vinci disceptatione.Cic.1.Offic.Ex quo fit vt neque disceptatione vinci se,nec vllo publico ac legitimo iure patiantur.
In disceptationem dicendi & controuersiam vocari. Cicero 2 de Orat.Nulla enim ferè res potest in dicendi disceptationem aut controuersiam vocari.
¶Disceptatio,pro Arbitratu & cognitione.Vlpian.in l.quum ij.§. si cui.D.de trãsactionibus , Hæc omnia habent disceptationem Prætoris: & pro vtilitate alimentarij accipienda sunt. Budæus.
DISCERA {δίσκαινα} Natio in Cyrene, quam Corn. Balbus cum plerisque aliis duxit in triumpho. Author Plin.lib.5.cap.1tem 5.
Discerno, discernis, discreui, discretum, pen.prod. {διακρίνω, διαχωρίζω} discérnere, Duidere, separare. Plinius lib.12.cap.19, Est & alia fama , eum sole diuidi , ternásque partes fieri , deinde sorte eremia discerni.
Litem discernere.Virgil.12.Æneidos,
Saxum antiquum,ingens campo qui forte iacebat
Limes agro positus,litem vt discernerer aruis.
Tumultum veterem discreuit.Claud.1.de raptu Proserp.
¶Discernere, Distinctè cognoscere, distinguere. Terent.Adelph. Quid hoc(malum)infelicitatis? nequeo satis discernere. Cicero 4. Acad.Qua igitur notione discerneres?

Alba & atra discernere. Cic.5. Tusc. Democritus luminibus amissis alba scilicet & atra discernere non poterat.

Discernere alium ab alio. Cic. pro Fonteio, Quid est igitur vbi elucere possit prudentia? vbi discerni stultus auditor & credulus ab religioso & sapienti iudice?

Diem & noctem discernere cælo. Virgil.3. Æneid.

Fas atque nefas discernere. Horat.1. Carm. ode 18.

Discernere vera pars iustiorem habeat causam. Cæsar 1. bel. Gal.

Discernere stultum à sapiente. Cic. pro Fonteio. Item Discernere vera à falsis. Plin. lib.37. cap.12.

Articulatim verba discernere. Lucret. lib.4. Id est explanatè.

Discretus, pen. prod. {διακεκριμένος} Participium passiuum, vt apud Columellam Discreta semina, separata. Plin. lib.2. cap.8. Discretus atque digestus aduerso siderum verbere globus. Et libro 15. capite 30, Discretæ suis nominibus syluæ. Huius compositum protulit Plinius libro 7. capite 12, In discreta propè specie fuêre. Id est, indifferenti.

Ager discretus saxo. Stat.5. Thebaid.

Mors discreta. Ouid.11. Metam.

Ordo discretus. Quintil. lib.7. cap.2.

Sedes discretæ. Horat.2. Carm. ode 13.

Diuisa tellus & discreta. Lucret. lib.5.

Discretio {διάκρισις.} Cic.1. de Legib. Multóque etiam magis parêt huic cælesti discretioni. In emendationibus codicibus legitur non discretioni, sed descriptioni.

Discretè, penult. prod. Aduerbium {διακριτῶς} Distinctè: cuius contrarium est Confusè & permixtè. Cic.1. de Inuent. In præsentia tantummodo numeros & modos & partes argumentandi confusè & permixtè dispersimus: pòst discretè & electè in genus quodque causæ, quid cuique conueniat, ex hac copia digeremus.

Discretim, Aduerbium similiter, Idem significans. Varro 1. de Re rustica, cap. 3, Quoniam discretim de his rebus dicendum est. Legitur & discretum.

Discrimen, pen. prod. {διάκρισις, διαφορὰ} Separatio, differentia. Cic. 2. de Finib. Totúmque discrimen summi boni, in ea rerum comparatione positum putat.

Nullo discrimine. Virgil. lib.1. Æneidos,

Tros, Tyriúsque mihi nullo discrimine agetur. Cic.4. Acad. Vera à falsis nullo discrimine separantur. Hoc est, facile.

Discrimen atque delectus rerum. Cic. 4. Verr. Ite qui omnia iura pretio exæquasset, omniúmque rerum delectum atque discrimen pecunia sustulisset.

Ingeniorum discrimina. Quintil. lib.2. cap.8.

Vocum discrimina. Virgil.6. Æneidos,

Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Discrimen confusum. Liu.1. ab Vrbe, Quum in tanta multitudine hominum, discrimine rectè an perperam facti cõfuso, facinora clandestina fierent.

Ingens discrimen. Quintil. lib.6. cap.1.

Obscurum discrimen. Horat.2. Carm. ode 5,

-Gnidiúsque Gyges

Quem si puellarum insereres choro,

Mire sagaces falleret hospites

Discrimen obscurum solutis

Crinibus ambiguóque vultu.

¶ Custodire discrimina ordinum. Vide CVSTODIO.

Dabat discrimina sexus, Id est dignoscebatur sexu. Claudian.2. de raptu Proserp.

Remouere delectum ac discrimen. Cic.4. de Finib. Officia autem tollebantur delectu omni & discrimine remoto.

In discrimine est res. Cic.4. Acad. Erit igitur res in discrimine.

In discrimine est vtrum. Liu.9. bel. Pun. In discrimine est nunc humanum omne genus, vtrum vos, an Carthaginienses principes orbis terrarum videat.

Tollere discrimen. Cic.3. de Nat. deor.

¶ Discrimen, Diuisio crinium in capite. Sipontinus.

Compositum discrimen. Quid.2. de Arte amandi,

Compositum discrimen erit, discrimina lauda.

Multifidum discrimen. Claud. de Nuptiis Honorij,

-hæc morsu numerosi dentis eburno

Multifidum discrimen arat. Id est, capillos pectit.

¶ Discrimen, Certamen. Virgil.5. Æneidos,

-post hos æquo discrimine Pristis

Centaurúsque locum tendunt superare priorem. Discrimine, id est interstitio. Seruius.

Ambiguum discrimen. Stat.8. Thebaid.

Dubium discrimen. Claud.1. Paneg.

Discrimen furdum. Vide SVRDVS.

Mittere in discrimen, quasi in aleam, apud Tacitum, teste Budæo.

Maturare discrimen. Tacitus, Hæc res vtrunque ducem diuersis animi motibus ad maturandum summæ rei discrimen erexit.

In contentionem aut discrimen venire. Cic. pro Plancio, Etenim verebantur credo angustias, quasi res in contentionem aut in discrimen aliquod posset venire.

¶ Discrimen, Periculum. Virgil.1. Æneidos,

Per varios casus, per tot discrimina rerum

Tendimus in Latium. Plin. epist.139. Cæsar 6. bel. Gal. Videt imminere hostes, atque in summo rem esse discrimine.

Discriminum & periculorum comes. Cic.2. de Nat. deor.

Maximum periculum & extremum penè discrimen. Cic.6. Philip. Adducta est enim P. C. res in maximum periculum & extremum penè discrimen.

Lethale discrimen. Claud.3. Paneg.

Adire discrimen. Vide ADEO.

In discrimen adducere. Cic.3. Philip. Quapropter quoniam res in id discrimen adducta est, vtrum ille pœnas Reipub. luat, an nos seruamus. Vide ADDVCO.

In capitis discrimen aliquem adducere. Cic. pro Deiotaro.

In propinquum discrimen adducere. Cic. Messinæ, lib.5. 21, Videtur enim mihi res in propinquum adducta discrimen.

In fortunæ discrimen adduci. Cic. pro Murena.

Salutem in discrimen adducere. Cic. Ligario, lib.6. 13.

Committere in discrimen. Vide COMMITTO.

Conferre in discrimen. Cic. Famil.2.

Vir ad extrema Reip. discrimina delectus. Cic. pro Domo sua.

In extremo discrimine, ac dimicatione fortunę desertum esse. Cic. pro Sylla.

Dare in discrimen aliquid. Tacit. lib.2, Cæsar nisi pontibus, præsidisq; impositis dare in discrimen legiones haud imperatorij ratus.

Habere discrimen in alicuius capite. Cic. Mario, lib.6. 2, Et ille quũ omnis Resp. in meo capite discrimen esset habitura, magnum quiddam spectauit.

Incidere in discrimen. Vide INCIDO.

Offerre se in discrimen pro re aliqua. Cic. pro Sextio, Qui auderẽt se, & salutem suam in discrimen offerre pro statu ciuitatis & pro cõmuni libertate.

Pati discrimina. Valer.8. Argon.

Tentare discrimen sui. Claud.7. Paneg.

Venire in discrimen dicitur res. Cic.5. Verr. Venerat res in iudicii atque discrimen.

In discrimen existimationis venire. Cic.5. Verr.

Fortunæ alicuius veniunt in discrimen. Cic. Dolabellæ, lib.9. 13.

Versari in discrimine. Cic. Famil. lib.16.

Vocare in discrimen. Cic. pro Rabirio.

¶ Discrimen, Alio significatu, nimirum quũ in medio sinciput e in diuersum coma discernitur. Ouidius,

Longa probat facies capitis discrimina puri. Purum autem caput dicitur pars capitis anteriorad discrimen nulla re ornata, nulloque nodo constricta, quum in aurum nõ sunt ea parte nodati crines, nec in reticulum collecti. Per trãslationem de terra in horto dixit Columella, hiũ verbis, Inde vbi se puro discrimine pectita tellus, &c.

Discriminale, is. Acus est quæ crines diuidit ad concinnandum caput, Græcè κεκμὶς: vt apud Esaiam, Discriminalia, & perisceliides, & murærulas, & olfactoriola.

Discrimino, discriminas, pen. corr. {διορίζω, διαιρῶ} discriminare, Diuidere. Cic.12. Philip. Hetruriam discriminat Cassia. De via Cassia loquitur.

Ordo discriminat portas. Claud. de bello Getico.

Ratio discriminat omnia. Lucret. lib.2,

Sed ne forte putes animalia sola teneri

Legibus his: quædam ratio discriminat omneis. Id est distinguit, separat, diuidit ab hoc catholico.

Discriminatus, pen. prod. {διηρημένος} Participium. Liu.1. bel. Pun. Vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora.

Discriminatim, pen. prod. Aduerbium {διαφόρως} Differenter. Varro lib. 1. de Re rust. cap.7, Eadem de causa sunt quæ non possunt viuere nisi in loco aquoso, aut etiam aqua: & id discriminatim: vt alia in lacubus, vt arundines in Reatino: alia in fluminibus, vt in Epiro arbores alni.

Discerniculum, discerniculi, penult. corr. Est (vt ait Varro libro 4. de Ling. Lat.) quo discernitur capillus. Nonius, Discerniculum, acus quæ capillos mulierum ante frontem diuidit: dictum à discernendo. Lucil. lib.30, Euplocamo digitis, discerniculúmque capillo.

¶ Discerniculum, Differentia atque discrimen. Gell. lib.17. cap.15, Tum comperi duas species hellebori esse, discerniculo coloris insignes, candidi & nigri.

Discerpo, discerpis, discerpsi, discerptum {διασπάω, διασπῶ} discerpere, Distrahere, discindere, dilaniare. Liu.1. Decad. lib.1, Fuisse tum quoque aliquos, qui discerptum regem patrum manibus taciti arguerent. Varro, Duabúsque admotis quadrigis, alligatum corpus, equis in diuersum iter concitatis discerpsere.

Discerpere ac dilacerare. Cic.1. de Nat. deor.

Discerpere & distrahere. Cic. 1. Tusc. Quod quum ita sit, certè nec secerni, nec diuidi, nec discerpi, nec distrahi potest, nec interire igitur.

In paruas parteis discerpitur aurum. Lucret. lib.2.

Rem propositam in mẽbra discerpere. Cic. in Topic. Atque etiam definitiones aliæ sunt partitionũ, aliæ diuisionum. partitionú, quum res ea quæ proposita est, quasi in membra discerpitur.

Discerptus, Participium {διασπασθείς} aut Nomen ex participio. Cic. 3. de Orat. Quæ complecti tota nequeũt, hæc facilius diuulsa & quasi discerpta contrectant.

Membra discerpta. Horat.2. Serm. satyr.8.

Discessio, Discessus, Vide DISCEDO.

Discus, Genus cometæ esse videtur Plinio, quum inquit lib.2. cap.25, Eadem breuiores & in mucronem fastigiatæ, xiphias vocauere, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladij nitore, ac fine villis radiis: quos discus suo nomini similis, colore autem electro, raro è margine emittit.

Discidium, Vide DISCINDO.

Discindo, discindis, discidi, pen. corr. discissum {διαῤῥήγνυμι, διασπάω, κατατέμνω} discindere, Idem quod scindere significat, aut minutim scindere. Terent. Adelph. 4. 2, Hem vide vt discidit labrum. Idem Eunuch. 4.3, Vestem omnem miserè discidit.

Amictus discindere. Virgil.12. Æneid.

Cælum discindere. Virgil.9. Æneidos,

-vnde hæc tam clara repentè

Tempestas? video medium discindere cælum. Chasma dicit factum, id est subitam aeris disruptionem. Seruius.

Aliquid ferro discindere in partes. Lucret. lib.3.

Æquè discinditur in multas partes. animam intelligit. Lucretius libro 3.

Discidisse

Discidisse cotem nouacula, refert Liuius Accium Nauium augurem, lib.1. ab Vrbe. Item Cicero lib.1. de Diuinat. Quod prodigij loco habitum est.

Discindere amicitias. Cic. de Amicitia, Tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus leuandæ, & (vt Catonem dicere audiui) diffluendæ magis quàm discindendæ sunt.

Discissus {διαῤῥηγνύμενος} Particip. vt Artus discissi. Virg.3. Georg.

Muri discissi. Stat.1. Sylu.1, Hunc neque discissis cœpissent Pergama muris.

Discissum vulnus. Celsus lib.5. cap.26, Aliquid in vulneris genere, figuráque est. Nam peius est quod etiam collisum, quàm quod tantum discissum est, adeò vt acuto quoque, quàm retuso telo vulnerari commodius sit.

Discidium, discidij, neut. gen. Diuisio, separatio. Solinus cap.36, Atlanticus æstus in nostrum mare discidium orbis immittit.

Discingo, discingis, discinxi, discinctum {διαζωννύω} discingere, Contrarium est suo simplici. Martial. lib.9,

Pelrataam Scythico discinxit Amazone nodo.

Dolos ratione discingere. Sil. lib.7,

Discinxit ratione dolos, fraudésque resoluit.

Discingi. Cic. ad Qu. frat. lib.2.15, Mihi crede in sinu est, neque ego discingor. Id est in potestate mea est, vel in occulto est, neque est metus ne mihi excidat, & indicio meo prodeat.

Aliquem armis discingi. Sil. lib.8.

¶ Discingere, Est officio, vel dignitate priuare, quemadmodũ Cingulum pro dignitate ponitur. Vide Cingulum in CINGO.

Discinctus, Participium {διεζωσμένος} Liu.7. bel. Pun. Distinctis gladiis discinctos destituit.

¶ Discinctos antiqui negligentes & desides appellabant. Perf. sat.3, Non puder ad morem discincti viuere Nattæ? Discincti, (inquit Seruius) inhabiles sunt militiæ. omnes enim qui militant, cincti sunt. Vnde discincti, ineffi caces & ignaui dicuntur. sicut ecconerario præcinctos strenuos vocamus. Liu.5. bel. Maced. Discinctus & inermis eques. Horat.2. Serm. sat.1,

Nugari cum illo, & discincti ludere, donec

Decoqueretur holus, soliti.

Nepos discinctus, Id est omni luxuria diffluẽs. Horat. Epod. ode 1.

Otia discincta. Quid.1. Amor. eleg.9,

Ipse ego segnis eram, discinctáque in otia natus.

Disciplina. Discipulus. Disciplinosus, Vide DISCO.

Discludo, discludis, pen. prod. discluſi, discluſum, pen. prod. {διαῤῥήγνυμι, διαστέλλω} discludere. Disiungere, separare. Cæsar 7. bel. Gal. Mons Gebenna Aruernos ab Heluetiis discludit. Idẽ 4. bel. Gallici, de ponte super Rhenum ab se constructo, Hæc vtraque insuper, bipedalibus trabibus immissis, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis vtrinque fibulis ab extrema parte distinebãtur. Quibus discluſis, atque in contrariam partem reuinctis, tanta erat operis firmitudo, &c. Fibulas vocat discluſas, quæ essent diuaricatæ, quomodo discludantur diuaricantúrque brachia circini, vel quibus discluſis, id est tignis, vt discluſio illa ad tigna referatur, non ad fibulas, vt multi putant. Lucretius de confusa illa informique mole elementorum omnium loquens, quod Chaos appellant, è cuius partibus segregatis, mundum in hunc quem videmus ordinem dispositum multi putarunt Philosophi (quemadmodum & Ouidius locupletissimè secipsit lib.1. Metam.) sic ait lib.5,

Diffugere inde loci partes cœpere, parésque

Cum paribus iungi res: & discludere mundum,

Membráque diuidere, & magnas disponere parteis

Omnigenis è principiis, &c. Virg.6. eclog. de mundi origine,

Tum durare solum, & discludere Nerea ponto

Cœperit: & rerum paulatim sumere formas. In quem locum sic ait Macrob. lib.6. Saturn. cap.4, Ferit aures nostras hoc verbum discludere, vt nouum.

Semotæ & discluſæ à mente partes. Cic.1. Tusc.

¶ Spatiis discluſus iniquis. Inclusus, & coarctatus. Virg.4. Georg. Id est constrictus spatiis angustis, & breuitate carminis. Ex Seruio.

¶ Discludere, Semouere. Cic.1. Tusc. Duas partes separare voluit, iram & cupiditatem, quas locis suis discluſit: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. Varr.3. de Re rust. cap.17, Hi loculatas habent piscinas, vbi dispares discluſos habent pisces. Id est separatim & seorsum ab aliis clausos.

Disco, discis, didici, pen. corr. {μανθάνω, κατατρίβω, διδάσκω} discere, Propriè est rem ignotam assequi, quod vel meditando sit, vel alio docente. Plautus Trucul. 16, Literas didicisti: quando scis, sine alios discere.

¶ Discere ab, vel ex, aut de. Terent. Adelph.1.2, Pater esse disce, ab aliis qui verè sciunt. Idem Eunuch.2.2,

Vt sibi liceret discere id de me. Plin. epist.9. lib.3, Indicauimus Senatui nos ex Norbano didicisse publicam causam.

Animaduerti & didici ex tuis literis, te, &c. Cic. Appio, lib.3.5.

Per me discuntur amores. Ouid.3. de Arte aman.

Citò discere. Cic.3. de Orat. Quod eum negasti, qui non citò quid didicisset, vnquam omnino posse perdiscere.

Liquidò discere. Vide LIQVOR.

Seriò discere. Quint. lib.1. cap.2.

Discere auribus & oculis. Plin. epist.14. lib.8, ad Aristonem.

Discere & meminisse. Horat.2. epist.1,

Discit enim citius, meminítque libentius illud.

Didicisse fideliter artes. Ouid.2. de Ponto, eleg.9.

Causam discere. Cic.2. de Orat. Virg.6. Æneidos,

-& veniendi discere causas. Id est cognoscere.

Generatim discere cultus terrarum. Virg.2. Georg.

Dolorem discere. Virg.12. Æneidos,

Discite tuum, ne me incuses, Iuturna dolorem.

Euentum formæ discite timere tuæ. Propert. lib.3. eleg.29.

Discere fidibus. Cic. de Senect.

Discite iustitiam moniti. Virg.6. Æneid.

Literas discere apud aliquem. Cic. Dolabellæ, lib.9.10, Nec cõmittam, vt si ego eum cõdemnaro, tu restituas, ne habeat Plancus Bursa, apud quem literas discat.

Pericula sua discere. Stat.6. Thebaid.

Spes discere. Virg.3. Æneidos,

Audite ô proceres, ait, & spes discite vestras.

Venientum discere vultus. Virg.6. Æneid.

Discens, Participium {μανθάνων.} vt, Mensura discentis. Quintil. libro 2. cap.3.

Fractis discentem currere remis. Virg.5. Æneid.

Fatigare discentem per ambages. Quintil. lib.3. cap.11.

Disciplina, disciplinæ, pen. prod. {μάθησις, παιδεία, μάθημα, ἄσκησις} dicitur in discipulo, sicut doctrina in magistro. Est enim proprie eruditio quam à præceptore discipulus accipit. Plautus Bacchid.2, Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi.

Disciplinæ & artes Græcorum. Cic.1. Acad. Sin à Græcorum artibus & disciplinis abhorrerent, ne hæc quidem curaturos, quæ sine eruditione Græca intelligi non possunt.

Disciplina & scientia Magorum. Cic.1. de Diuinat. Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non antè Magorum disciplinam scientiámque perceperit.

Disciplina intelligendi, & dicẽdi. Vide Vera & absoluta eloquentia, in ELOQVOR.

¶ Disciplina, pro Instituto. Plautus Asin.5, Eadem nos disciplina vtimur.

Disciplina & consuetudo. Cic. pro Rabirio Perduel. reo, Adeóne ignarus es disciplinæ, consuetudinisque nostræ?

Institutio atque disciplina. Cic. Qu. frat. lib.1.2, Hæc institutio, atque hæc disciplina, potest sustinere in rebus statuendis, decernendísque eam seueritatem, qua, &c.

Mores & disciplina. Cic. pro Flacco. Idem pro Deiotaro, Imitari potius Castor aui tui mores disciplinámque debebas.

¶ Disciplina, Bene viuendi, & bonorum morum obseruatio. vt apud Valerium caput de Militari disciplina: id est de obseruatione bonorum morum inter milites. Sic Domestica disciplina apud Suetonium in Cæsare. Cato cap.13, Caueto ne alienã disciplinam temere contemnas.

In militiæ disciplinam proficisci. Cic. pro Lege Manilia, Quis igitur hoc homine scientior vnquam aut fuit, aut esse debuit, qui è ludo atque pueritiæ disciplina, bello maximo, atque acerrimis hostibus ad patris exercitum atque in militiæ disciplinam profectus est?

Familiæ grauis & constans disciplina. Cic. Qu. frat. lib.1.2.

Disciplina meretricia. Cic.5. Verr. Terent. Heaut.2.5,

Nam disciplina est, eisdem munerarier

Ancillas primùm, ac dominas qui affectant viam.

Disciplina temporum. Cic. de Senect. Admirari satis nequeo vel hominis continentiam, vel temporum disciplinam. Id est, bonos mores, & eorum obseruationem.

¶ Disciplinam pro Secta Philosophorum ponit Cicero 4. Tusc. Omnes ferè Philosophi omnium disciplinarum. Idem 1. de Nat. deor. Tres enim trium disciplinarum principes conuenistis. Idem 1. de Finib. In quibus quantum potuimus, nõ modò quid nobis probaretur, sed etiam quid à singulis Philosophiæ disciplinis diceretur, persecuti sumus.

Doctus ex disciplina Stoicorum. Cic. de Claris Orat.

Antiqua disciplina milites habuerat. Tacit. lib.12.

Ingenuæ disciplinæ. Vide INGENVVS.

Iucundior disciplina. Quintil. lib.2. cap.4.

Mollis disciplina. Vide MOLLIS.

Bene morata disciplina. Vide MOS.

Naualis disciplina. Cic. pro Lege Manilia, Non Rhodiorum, quorum vsque ad nostram memoriam disciplina Naualis & gloria remansit.

Seuera disciplina. Quintil. lib.1. cap.2.

Vetustissima disciplina. Tacit. lib.11.

¶ Abstrahere à disciplina. Vide ABSTRAHO.

Accipere disciplinam. Cic.1. de Nat. deor. Inde Anaxagoras qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium, &c. Vide ACCIPIO.

Adhærescere ad aliquam disciplinam. Cic.4. Acad.

Adiicere disciplinæ aliquid. Vide ADIICIO.

Capere disciplinam. Vide CAPIO.

Colere disciplinam. Cic.1. de Claris Orat.

Dare disciplinam. Cic.3. de Nat. deor.

Deducere ad disciplinam. Vide DEDVCO.

Deprauari mala disciplina. Cic.2. de Finib. Ferarum natura non est illa quidem deprauata mala disciplina, sed natura sua.

Seuera parris disciplina edu ctus. Tacit. lib.5.

Ad ciuitatis disciplinam aliquem erudire. Cic.5. Ver. Eos institue re atque erudire ad maiorum instituta atque ciuitatis disciplinam, non ad tuas turpitudines debuisti.

Bona disciplina exercitatus. Cic. in Orat.

Exolescit disciplina. Tacit. lib.11, Ne vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exoleseeret.

Formare disciplinam. Quint.in Procem.lib.4, Contenti fore domestico vsu videbamur,vt tui meique filij disciplinam formare, satis putaremus.
Habere è disciplina. Cic.de Claris Orat.M. Piso quicquid habuit, habuit ex disciplina.
Increbruit disciplina. Vide INCREBRESCO.
Labante deinde paulatim disciplina. Vide LABOR.
Perdiscere disciplinam ruris, Vide PERDISCO.
Suescere disciplina & imperiis. Tacit.lib.2, Diuisúsque exercitus, vt Tacfarinas lectos viros,& Romanum in modum armatos castris attineret:disciplina & imperiis suescereat.
Tenere disciplinam. Cic.pro Flacco,O morem præclarum, disciplinámque,quam à maioribus accepimus, fiquidem teneremus.
In disciplinam tradere. Vide IN.
Per manus tradita disciplina militaris, Vide MANVS.
Studia & artes quæ sunt nobis Græciæ monimentis disciplinísque tradita.Cic.Q.frat.lib.1.1.

Disciplinabilis,pen.corr. Adiectiuum {μαθητικός} Author ad Heren.lib.3,Aut siqua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere,&c. Alij legunt disciplinalem. Est autem disciplinabile, vt Turnebus explicat, quod præceptionibus & institutionibus artéque & ratione aliqua doctrináque continetur.

Disciplinatus, & Disciplinator. Tertullianus in lib. De fuga in persecutione.

Disciplinosus {ἀμαθὴς} dicitur, qui tam bonas quàm malas artes facilè discit. Cato,Ipse gladiator disciplinosus,&c.Sipontinus.

Disciplinatus, huius disciplinatus, pen.prod.masc.gen. Tertullianus lib. De præscriptionibus aduersus hæreticos. Quis enim integræ mentis credere potest aliquid eos ignorasse, quos magistros Dominus dedit,indiuiduos habitos in comitatu,in disciplinatu,in conuictu?

Disciplulus,huius disciplili,pen.corr. {μαθητὴς, φοιτητὴς} Qui discit.Cic. 2.Offic.Orator parum vehemẽs,dulcis tamen, vt Theophrasti discipulum possis agnoscere.
Discipuli coquorum. Plaut.Pseud.13,
Quæso hercle prius quàm quicquàm conuiuis dabis,
Gusta tute prius,& tuis discipulis dato.
Discendi discipulus. Cic.Papirio,lib.9.16, Hirtium ego & Dolabellam dicendi discipulos habeo,cœnandi magistros.
Auditor & discipulus Platonis.Cic.1.de Diuinat.
Melius instituti discipuli.Quint.lib.2.cap.3.
Melior magistro discipulus.Iuuen.sat.14.
Rudis discipulus & integer. Vide INTEGER.
Instruere discipulos lectione orationum. Vide INSTRVO.
Cathedræ discipulorum.Horat.1.Serm.sat.10.

Discipula,discipulæ,pen.corr. {μαθήτρια, μαθητρὶς} Quæ discit. Plinius libro 10.cap.20, Audit discipula intentione magna, & reddit. De Luscinia.
Discipulam cruci dédere. Plaut. Aulul. 4, Continuò hercle ego te dedam discipulam cruci.

Discobolus,pen.corr. Vide DISCVS.

Discolor pen.cor.discoloris,om.gen. {πολύχρως} Qui est diuersi coloris.vt Discolor cutis. Plin.lib.28.cap.12. Vbi ex vetustissimo codice legitur Decolor. Ouid. Et volat admissis discolor agmen equis. Et Mart.lib.14, Calculus hic gemino discolor hoste perit.
Dispar & discolor.Horat.lib.1.epist.19,
Vt matrona meretrici dispar erit atque
Discolor, infido scurræ distabit amicus. Hoc est quemadmodum matrona differt à meretrice,sic amicus ab infido scurra & adulatore.
Anhelitus discolor.Claud. de Rap.Proserp. De afflatu equorum Plutonis.
Discolor Indus.Propert.lib.4.eleg.3.
Miles discolor.Ouid.2.Trist.
Sanguis discolor.Lucan.lib.10.
Discolor signum.Cic.2. Verr.Hoc factũ esse in hac ciuitate, quum Senatorius ordo iudicaret, vt discoloribus signis, iuratorũ hominũ sententiæ notarentur.Id est tabellæ & ceræ non eiusdem coloris. Suprà autem dixerat, Nulla nota, nullus color, nullæ sordes videbantur his sententiis adlini posse.Bud.
Variis floret via discolor armis.Valer.5.Argon.

Disconuenio, disconuenis, pen.corr.disconueni, pen.prod.disconuentum {διαφέρω, διΐστημι} disconuenire,Dissidere,discordare.Horat. 1.epist.2,
-& vitæ disconuenit ordine toto.
Disconuenit inter me & te. Horat.1.epist.14, Non eadem miramur,eo disconuenit inter Méque & te.

Discoquo,discoquis,pen.corr.discoxi,discoctum {διεψέω} discoquere, Idem quod coquere,vel valde decoquere. Plin.lib.22.cap.25,Nostri præcipiunt arietinum in aqua cum sale discoquere. Ibidem,Aluũ fistit in cibo,magisque discocta cælesti aqua.

Discors,discordis,om.gen. {διάφωνος, ἀντίμουσος, ἀνάρμοστος} Qui corde, hoc est animo disidet, vt Secum ipsa discors. Liuius 2. ab Vrbe.
Non ambitione, non cõtentione discordes.Cic.2.de Lege Agrar.
Viri discordes. Ouid.3.Amor.eleg.7,
Quid tibi discordes addere in arma viros?
Sibi discordem esse.Ouid.5.Trist.eleg.6.
Arma discordia. Virg.2.Georgic. Id est, vt interpretatur Seruius, plena iurgio & rapinis,
O fortunatos nimium,sua si bona norint,
Agricolas:quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.
Dextræ discordes.Stat.6. Thebaid.
Concordia discors.Ouid.1.Metamorphoseos,
Quúmque sic ignis aquæ pugnax,vapor humidus omnes
Res creat,& discors concordia fœtibus apta est.

Rerum concordia discors.Horat.1.epist.12,
Quid velit,& possit rerum concordia discors.
Gloria discors.Ouid.2.Amor.eleg.12.
Modi discordes.Stat.5.Syl.5. modos musicos intelligit.
Motus discordes. Stat.10. Thebaid.
Discors mundus.Plin.lib.30.cap.1.
Pectora discordia.Lucan.lib.10,
Inferri Romana suis discordia sensit Pectora.
Sententia discors. Silius lib.13. Stat.12.Thebaid.
Discordes medicorum sententiæ.Plin.lib.23.cap.1.
Symphonia discors. Horat.de Arte.
Venti discordes. Ouid.2.Amor.eleg.10,
Errat,vt à ventis discordibus acta phaselus.
Vesania discors.Horat.2.Serm.sat.3,
Extimui,ne vos ageret vesania discors.
¶Discordis, antiquitus dicebatur. Pompon.in satyra,Blanda,fallax,impotens,superba,discordis. Ex Prisciano lib.6.

Discordo,discordas {διαφωνέω,διαφέρομαι,διχοστατέω} discordãre,Dissidere,dissentire.Plaut.Merc.5,
Neu discordarent si ambæ in vno essent loco.
Æternùm discordare cum aliquo. Tacit.lib.12, Illi metu ne hinc Romanus,inde Cheruſci,cum quos æternùm discordant,&c.
Parcus discordat auaro.Horat.2.epist.2.
Discordant inter se. Terent.And.3.3. Cicero 1.de Finib. Sed intus etiam in animis inclusæ inter se dissident atque discordant.
Discordare aduersus aliquem.Quint.lib.5. Et lib.8,Discordare ab aliquo.
Animus à se ipse dissidens,secúmque discordans. Cicero 1.de Fin.
Discordantia corda.Silius lib.16.

Discordia {διαφωνία, διχόνοια, διχοστασία} Est ira acerbior intimo odio & corde concepta,inquit Cic.4. Tusc.
Dissensiones atque discordiæ.Cic.de Amicitia,Quanta vis amicitiæ concordiæque sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest.
Mentis discordia.Ouid.9.Metamorphoseos,
Dixit, & incertæ tanta est discordia mentis.
¶Demens discordia.Virg.6.Æneid.
Glisens discordia. Tacit.lib.4.
Nutrix belli discordia. Claud.1.in Ruffin.
Præceps discordia.Stat.1.Thebaidos,
Haud secus in domitos præceps discordia fratres Asperat.
Tetra discordia.Horat.1.Serm.sat.4.
¶Seditionem ac discordiam concitare. Cicero pro Murena. Vide CONCITO.
Contrahere amicitiam,& dissipare discordiam.Cic.de Amic.
Exoritur trepidos inter discordia ciues.Virg.12.Æneid.
Impendere discordiam. Cic.Si alter eorum in bellum Parthicum non eat.video magnas impendere discordias,&c.
Incessit discordia duobus regibus.Virg.4.Georg.
Inducere discordiam.Cic.lib.1.Offic.
Miteſcunt discordiæ intestinæ.Vide MITIS.
Ex cupiditatibus odia, dissidia,discordiæ, bella nascuntur.Cicero 1.de Finib.
Oriri discordiam.Cic.lib.1.Offic.
Pasci discordia.Vide PASCOR.
Sedare discordiam.Cic.1.Philipp.
Tollere discordiam.Cic.de Aruspic.responsis.
Tecum mihi discordia est. Horat.Epod.ode 4.
¶Discordia,Dea existimata à gentibus,quam Aristides ita describit: Discordia & seditio, inquit, supino est capite, labris liuentibus, oculis strabis putridis, tumefactis, lacrymis subinde fluentibus,manibus incontinentibus mobilibúsque, gladium intus ad pectus ferens,tenuibus & obliquis innixa cruribus & pedibus, eam,ceu rete, caligo & tenebræ circumuoluunt: & reliqua, quæ idem scripsit. Illud quidem de hac ipsa dea notissimum, vt scilicet in conuiuio pomum iecerit in nuptiis Pelei & Thetidis, quú ad eas nuptias ipsa nõ vocata fuisset: in quo pomo id erat inscriptum ἡ καλὴ λαβέτω, id est pulchra capiat.

Discordabilis, & hoc discordabile, pen.corr. {διαφωνητικὸς} Quod discordat & disconuenit. Plaut.Capt.7, Me hic valere,& tu te audaciter dicito Tyndare inter nos fuisse ingenio haud discordabili. Antiquum.

Discordialis,penult.prod. {διχοστατικὸς} Qui lites generat & parit. Plin. lib.37.cap.10, Nam hyænæ pelli similem abominantur, discordialem domibus.

Discordiosus, pen.prod, {διαφωνόδης} Iratus vel pronus ad discordias. Sallust.in Iugurtha,Nam vulgus, vti plerunque solet,& maxime Numidarum,ingenio mobili,seditioſum atque discordiosum erat,cupidum nouarum rerum,quieti & otio aduersum.

¶Discorditas,pro Discordia,Antiquum, Pacuuius Hermiona, Quantámque ex discorditate cladem importem familiæ.Nonius.

Discrepo, discrepas, pen.corr. discrepui & discrepaui, discrepitum {διαφέρω,διαφωνέω} discrepãre, Diuersó modo crepare, id est sonare & crepitum ac sonum emittere. Cicero lib.1.Offic.Vt in fidibus aut tibiis, quanuis paululum discrepent, tamen id à sciente animaduerti solet.
Discrepare, per translationem, pro Dissidere, disconuenire. Cicero 4.Verr. Vt nonnunquam liquid discrepet, eximant vnum aliquem diem.
Discrepuit.Horat.de Arte Poetica,
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.
A consiliis alicuius discrepare.Planc.Cic.lib.10.4,Non est ignotus mihi sensus tuus,neque si facultas optabilis mihi quidem tui præsentis esset,vnquam à tuis consiliis discreparem.
A meis rationibus discrepant tuæ.Cic.Ruſo,lib.5.20.
Discrepat ab eo, quód. Cic.1.Acad. Discrepabat etiam ab iisdem, quòd

quòd nullo modo arbitrabatur quicquam,&c.
Ab humanitate discrepare.Cic.1.Offic.
Opinionum dissensione ab aliquo discrepare. Cic.Cælio,lib.2.12, Ex eo quidem suspicati fortasse sunt animorum contentione, nõ opinionum dissensione me ab eo discrepare. Id est dissimilitudinem sentiarum habere,discordem esse. Budæus.
Ab opinione populari discrepare. Cic.Paradox. In qua dicuntur ea quæ non multum discrepent ab opinione populari.
Discrepant facta cum dictis. Cic.2.de Finib.
Medium primo,medio discrepat vltimum.Horat.de Arte.
Vox & ratio mea longè discrepat iltis. Horat.1.Serm.sat.6.
De re aliqua discrepare. Cic.4. Tusc.Admouenda curatio,& talis quidem,quæ possit esse omnium etiam de cæteris rebus discrepãtium Philosophorum.
Discrepare in re aliqua. Cic.3.de Orat.Nihil sanè ad rẽ pertinet,siqua in re discrepauit ab Antonij diuisione nostra partitio.Idẽ 7.Ver.
Eadem dicit,nulla in re discrepat.Cic.7.Verr.
Discrepat inter authores.Liu.2.bel.Pun.Mirari magis adeò discrepare inter authores, quàm,&c. Ibidem,lib.6, Æquè & alia inter authores discrepant.
Inter se discrepare. Cic.2. de Inuent. Ex contrariis autem legibus controuersia nascitur, quum inter se videntur duæ leges, aut plures discrepare.
Discrepant hæc iudicia inter eos. Cic.pro Cluent. Quare qui vobis in mentem venit hæc appellare iudicia, quæ à Pop.Rom.rescindi, ab iratis iudicibus repudiari, à magistratibus negligi, ab iis qui eandem potestatem adepti sunt commutari,inter Collegas discrepare videatis?
Sibi discrepare. Cic. 3. de Orat. Vt à multitudine & populo non modò cæteruæ atque conuentus,sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes eiiciantur.

Discrepans, pen.corr. Participiũ {διαφωνῶν} Cic.1.de Legib.Interprẽsque est mentis oratio verbis discrepans, sententiis congruens.

Discrepito, discrepitas,pen.corr. {διαφωνέω} discrepitare, Frequentatiuum.Lucret.lib 2, -verùm posiura discrepitant res.

Discrepitans,pen.corr.Participium.Lucret.lib.3.

Discrepantia, discrepantiæ {διαφωνία.} Cicero 1.Offic. In actiones, omnémque vitam,nullam discrepantiam conferre debemus. Idem 3. de Finib.

Discretio, Discretus, Discrimen, Discrimino, Vide DISCERNO.

Discrucio,discrucias {ἀνιάω} A quo passiuum, Discrucior,discrucioris,discruciari {ἀνιῶμαι} Valde cruciari. Cic.12. Philip. Vt ille Trebonium, etsi posset, etiam Brutum discruciatos necaret. Idem pro Rosc.Comœd.Quod enim ipse celeriter arripuit,id quum tardè percipi videt,discruciatur.
Discrucior animi,pro animo,more Græco.Plautus Aulul.5. Terent.Adelph.4.4,
Discrucior animi:hoccine de improuiso mali mihi obiici,&c.
Discrucior animum etiam dicimus,& animo,teste Diomede.

Discubitorius, Vide DISCVMBO.

Discubo,discubas,pen.corr. discubui, discubitum, pen.corr. {κατακλίνω} discubãre, Idem quod cubare. Cic.2. de Inuent. Cœnati discubuerunt ibidem. Plautus Merc.3,
Discubitum noctu vt imus, ecce,&c.

Discumbo,discumbis, discubui, discubitum, pen.corr. {ἀνακλίνομαι, κατάκειμαι,κατάπτω} discũbere, Idem quod accumbere. Gellius, Apud cœnam Fauorini Philosophi quum discubitum fuerat,cœptúsque apponi cibus,seruus assistens mensæ legere incœptabat.Cic.Attico,lib.5.88,Discubuimus omnes præter illam.
Mensis discumbere.Stat.4.Syl.2,
Toris discumbere. Ouid.8.Metamorphoseos,
Discubuere toris Thesæus,comitésque.

Discumbitur, pen.corr.Impersonale {ἀνακλίνεται.} Cic. 3.Verr.Maturè veniunt, discumbitur.
Super strato ostro discumbitur.Virg.1.Æneid.

Discubitorius {ἀνακλιντικὸς} lectus apud Plinium, in quo vel super quo discumbebant antiqui cœnaturi, vt differret à triclinari, & cubicolari lecto.

Discuneatus,pen.prod. {διϊσφηνωμένος} Adiectiuum à cuneus, Quasi immisso cuneo apertus ac patens: sicut ligna diducta fiunt & hiantia adactis cunei. Plin.lib 9.cap.30,Conchæ se contrahunt, sed frustra discuneatæ.

Discupio,discupis,pen.corr.discupiui, discupitum, pen.prod. {ἐπιθυμέω} discúpere, Valde cupere. Plaut. Trinum.13, Lubet audire, nisi molestum est.s.quin discupio dicere. Cælius ad Ciceronẽ,lib.8.15, Peream si maiora causa est properandi istò mihi, quòd te videre, & omnia intima conferre discupio. Catullus de puero & præcone.

Discurro, discurris, discurri, discursum {διατρέχω} discurrere, In diuersas partes currere.Plinius libro 11.cap.37, Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga discurrunt. Liuius 1.Decad.lib.1, Signo dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurrit. De raptu Sabinarum.
A media in vtranque partem discurrens. Quintilianus libro 2. capite 4.
Ad aliquem locum discurrere.Virg.12.Æneid.
In fluuium discurrere.Virg.4.Georg. hic de Nilo loquitur.
In montibus discurrere.Ouid.2.Fast.
Vndique discurrere. Tibul.lib.3,eleg.1,
Et vaga nunc certa discurrunt vndique pompa.
Equo discurrere.Valer.6.Argon.
Fama discurrit.Curt.lib.4.Fama,vt solet,strenuè totas vrbes discurrit. Strenuè.id est celeriter.

Discurso {διατρέχω.} Quintilian.lib. 6, Manlius multum in agendo discursans.

Discursus, huius discursus {διάδρομὴ} Ipse discurrendi actus.Cæsar 8. bel.Gal.Magno clamore discursúque passim se fugæ mandant. Et apud Plinium,lib.2.cap.36,Discursus stellarum. Quintil.lib.4,Discursus amicorum.
Totius diei discursus.Quintil.lib.2.cap.12.
Lasciui discursus.Claud.2.in Eutrop.
Vani discursus. Valer.3.Argon.
Implere vallem latis discursibus.Ouid.2.Fast.

Discussatio,onis. Lactan.de Opific.Dei,cap.3,Auium per aerem libera discussatio.

Discussio, onis {διάδρομὴ} Verbale. Lactant.de Opific. Totos dies in huiusmodi discussione consumunt.

Discursitatio, onis. Senec.de breuitate vitæ cap.3, Officiosa per vrbem discursitatio.

Discursim,Aduerbium. Macrob.lib.7.Saturn.cap.1, Primis mensis post epulas iam remotis, & discursim variantibus poculis minutioribus,&c.

Discus, discí, masculin. gener. {δίσκος} Vas latum, vt Iulius Pollux inquit,ad portandas carnes aptum. Apul.Cœnarum reliquiis discus ornatus.
Discus, Rotunda moles saxea, vel plumbea, siue ferrea, cuius iactu iuuenes inter se certabant, fortior iudicandus, qui aut altius in sublime, aut longius in tractu vltra designatum spatium proiecisset. ita & missilibus contendebant. Horatius lib.1. Carm. ode 8,
-sæpe disco,
Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito.
Discí forma videtur esse plana,qualis spectantibus nobis, solis vel lunæ effigies apparet. Cic.2.de Orat.Et hoc ipso tempore quum omnia gymnasia Philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire,quàm Philosophum malunt. Huiusmodi disco videntur hodie vti nostri mimi & histriones, qui quæstus gratia coram populo gesticulantur, dum nescio quid ad formam disci rotundum & æreum iaculantur in aerem: deinde virga excipiunt. Eos autem discobolos appellat Plinius libro 2.cap.34, hoc est, disci iactores vel missores.
Indoctus disci.Horat.de Arte Poet.

Discobolus,pen.corr. {δισκοβόλος} Qui discum in sublime iaculabatur, Id est lapidem rotundum ac pertusum,vt inquit Ammonius. Quint. lib.2.cap.14,Quid tam distortum & elaboratum, quàm est ille discobolos Myronis? Plin.lib.34.cap 8, Fecit & canem & discobolon, & Persea.De Artemone artifice ærario.

Discutio,discutis,pen.cor.discussi,discussum {ἀναχρίνω,διακρίνω,διαφορέω} discútere, In diuersas partes quatere & deiicere, disturbare:vt Discutere laretitium murum. Cæsar 2.bel.Ciuil. Liuius, Tribus arietibus aliquantum muri discussit.
Caput discutere.Sil.lib.6,
-magnóque fragore
Discussit trabs acta caput,&c.
Tempora vtuli lactentis discussit malleus. Ouid.2. Metamorph. Lactentis vituli dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro caua malleus ictu.
¶Discutere,per translationem,pro Auferre, & tollere: vt Discutit ebrietatem porrus. Plin.lib.20.cap.6. Et lib.23.cap.1, Discutere fastidium. Et lib.28.cap.7,Discutere metum. Item lib.2.cap.62,Discutere tristitiam.
Aduocationem aliquorum discutere. Cic.pro Domo sua, Quum eos qui conuentui virorum bonorum verba de salute mea fecerant, adesse iussisti, eorúmque aduocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti.
Aera discutere. Lucret.lib.6.
Discussa est illa caligo,quam paulo antè dixi: diluxit, patet, videmus omnia.Cic.12.Philipp.
Captiones discutere. Cic. 4. Acad.Oportet igitur & ea quæ pro perspicuitate respondere possunt, in promptu habere, de quibus iam diximus, & esse armatos, vt occurrere possimus interrogationibus eorum,captionésque discutere.
Tristes cogitationes discutere.Celsus lib.3.cap.18,Quorundam enim vani metus leuandi sunt:&c. quorundam etiam intempestiuus risus & obiurgatione & minis prohibendus est: quorundam discutiendæ tristes cogitationes.
Cunctationem discutere. Asinius Pollio ad Cic.lib.10.33,Omnem enim cunctationem eius discussissem,præsertim adiutore Planco.
Discutienda sunt ea quæ obscurant. Cic.2.de Orat.
Febrem discutere. Celsus lib.3.cap.15. Idem in Procemio, Protinus febrem somno & sudore discussit.
Hortorem febris discutere. Celsus lib.3.cap.15, Balineum neque ante febrem,neque post eam tentandum erit:nisi interdum iam horrore discusso.
Sæpe etiam languor & nausea discutitur,si integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis faucibus inferas. Columel.lib.6.cap.4.
Malum discutere. Celsus lib.1.cap.8, Quos tamen ita mors sequitur,si id malum non est febre discussum.
Morbum discutere. Celsus libro 3.cap.2, Per hæc enim sæpe instãs grauis morbus discutitur.
Nubila vultu discutit Mercurius. Stat.3. Thebaid.
Periculum discutere & comprimere cõsilio. Cic.pro Murena,Hoc quod conceptum Reſpub. periculum parturit, consilio discutiam & comprimam.
Discutiendæ tamen oratione huiusmodi scenæ. Quintilian.lib.6. capite 1.
Somnum sibi discutere lympha pura.Propert.lib.3.eleg.10.
¶Discutere interdum est Digerere,dissipare, & quod Græci dicunt {διαφορέω}. Celsus lib.5.cap.11,Ad discutiẽda verò ea,quæ in corporis parte aliqua coierunt,maximè possunt abrotonum helenium,&c. Vnde vis discussoria,qualis est abrotono,lilio,melli,&c. Tubercula enim aut discutiuntur,aut emittuntur. Discutiuntur interdum, id est dissoluuntur:discutiuntúrque incipientia,ne suppurent.

¶Discutio,verbum est medicinale. Tubercula enim aut discutiuntur aut emittuntur. Discutiuntur interdum,id est dissoluuntur: discutiuntúrque incipictia ne suppurent: quod fieri solet quum in aliquem locum incommodum humores ingruunt. Emittuntur autem suppurantia & iam concocta, aut naturæ sponte aut scalpello, vel cauterе adhibito. quod sit quum humores ad locum opportunum erumpentes eliciuntur etiam medicamentis & euocantur: vt vlcera prorsus exanientur,id est saniem egerãt. Discutere aliquid,dissicere est & disturbare. Fabius lib.6.cap.2, Non autem commouere tantùm miseratonem: sed etiam discutere,epilogi est proprium.

¶Discussoria medicamenta dicuntur,quæ Græci diaphoretica vocant. exempla apud authores scatent.

¶Discuti matrimonium, apud Paul.in.l.2.D.de donat. inter vir.& vxor. pro disturbare & dissoluere.

Discussum,i,Substantiuum,Dicitur quod examinatum, aut iudicatum est: & actus ipse, discussio vocitatur: & discussor, qui discutit. Sipontinus.

Discussor,oris,pen.prod. {αἰκαστὴς} Inquisitor,& æstimator facultatũ hominum. Ægid.in tit.C.de discuss.

Discussus,Participium {διαφορηθείς.} vt,Discussa rerum caligo. Stat.lib. 2.Sylu.2.

Fides discussa,Id est dissoluta.Lucan. lib.1,
Morte tua discussa fides,bellúmque mouere

Permissum ducibus,&c.

Formidine discussa iungunt oscula. Valer.4.Argon.
Nox discussa. Lucan.lib.5.
Nubibus discussis purgatus nitet æther.Sil.lib.12.
Plebs discussa.Stat.5.Sylu.3.
-vmbrámque senilem
Inuiter ripis discussa plebe supremis Vector.
Terrores discussi.Lucret.lib.3.
Donec discussis redeant terroribus ad se.
Vmbræ discussæ. Virg.12.Æneidos,
Vt primum discussæ vmbræ, & lux reddita menti est.

Discussiorius,A dictium {διαφορητικὸς} Quod discutit.Plinius libro 30. cap.8,Et per se cinis inanium cochlearum ceræ mistus, discussoriam vim habet.

Discussio,onis,Verbale. Firmicus lib.3.cap.3, Mercurius faciet Imperatorum exactores, & qui annuas fiscariorum præstationes repetant, & qui discussiones rationales magnáque negotia tractare consueuerint.

Disertiones,diuisiones patrimoniorum inter consortes.Festus.

Disertus,Disertim, Vide DISSERO.

Disgargalis,Equus appellatur apud Xenophontem,qui est difficilis, quique ne tactum quidem aut titillationem pati queat, παρὰ λόγον Græcis dictam. Ex Cælio Rhod.lib.21.cap.24.

Disiicio,disiicis,pen.corr.disieci,pen.prod.disiectum {διατινάσσω, καταβάλλω, διαῤῥίπτω} disiicere, In diuersas partes iacere.Virgil.1.Æneid.

Disiecitque rates.
Dede,ac disiice,per me licebit. Cic.pro Cælio.
Agmina disiicere. Valer.3.Argon.
Capillos disiicere. Ouid.11.Metamorphoseos,
-& nondum totos ornata capillos,

Disiicit hos ipsos.
Disiectam Æneæ toto videt æquore classem.Virg.1.Æneid.
Pondere nubes disiicere. Ouid.10.Metam.
Nubila disiecit Iupiter. Ouid.1.Metam.
Disiicere rem aliquam. Liu.2.ab Vrbe, Ac primò tentata res est, si dispositis clientibus absterrendo singulos à conciombus conciliisque,disiicere rem possent.

Disiectus, Participium {διαῤῥιφθείς.} vt Disiecta acies, apud Tacitum libro 19.

Agmina disiecta. Virg.12.Æneidos,
-& disiecta per agmina magna Voce vocat.
Agmina disiecta per agros. Valer.3.Argon.
Comæ disiectæ. Ouid.epist.12,

Disiectáque comas auersáque in ora iacentem Inuenit,&c.

Membra disiecta.Senec.Hipp.12.
Disiecti milites. Pompeius ad L.Domitianum, lib.8.ad Attic.162.
Nos disiecta manu pares aduersariis esse non possumus.
Disiectæ nubes. Plin.lib.2.cap.49.
Res sparsæ,& vagè disiectæ.Author ad Heren.lib.4,Postremò hoc ipsum est summum artificium, res varias & dispares in tot poematis & orationibus sparsas,& vagè disiectas,ita diligenter eligere,vt,&c.
Respublica disiecta eo tempore quo te custodiem habebat. Sallust. in Ciceronem.
Tecta disiecta. Horat.2.Carm.ode 19,
-rectáque Penthei
Disiecta non leui ruina.

Disiectus, disiectus, disiectui, Idem quod Disiectio, dissipatio. Lucret. libro 3,

Maior enim turbæ disiectus materiai
Consequitur leto,&c.

Disiecto,desiectas,disiectaui, disiectatum {κατακερματίζω} disiectáre,frequentatiuum,Lucret.lib.2,

Sed quasi naufragiis magnis,ventísque coortis,
Disiectare soler magnum mare transtra,carinas,
Antennas,proram,&c.

Disiungo,disiungis,disiunxi,disiunctum {διαζεύγνυμι, διίστημι} disiungere,Separare. Terent.Hecyr.1.2,

-atqui ea res multo maximè
Disiunxit illum ab illa. Cic.Lentulo,lib.1.9, Nam ab orationibus disiungo me ferè:referóque ad mansuetiores musas. Idem 1.Tusc. Quare hoc commentemur, mihi crede, disiungamúsque nos à corporibus, id est,consuescamus mori.

Disiungere & Coniungere, contraria. Cic.pro Rosc.Amer. Quæ vita maximè disiuncta à cupiditate,& cum officio coniuncta.

Disiungere boues ab opere. Colum.lib.2.cap.3.
Ab amicitia alicuius disiungere alterum. Cic.2.Philip.Opera mea Pompeium à Cæsaris amicitia esse disiunctum.
A familiaritate alterius aliquem disiũgere. Cic.2.Philip.Ipse enim Pompeium à mea familiaritate disiunxit.
Honesta à commodis, non nomine, sed genere toto disiungunt Stoici. Cic.1.de Nat.deor.
Interuallo locorum & temporum disiungi. Cic. Lentulo,lib 1.7, Quoniam interuallo locorum & temporum disiuncti sumus, per literas tecum quàm sæpissimè colloquar.
Disiungere à mamma agnos. Varr.2.de Re rust.cap.1,Ferè ad quatuor menses à mamma disiunguntur agni.
Natura & genere disiungi. Cic.7.Verr.
Italis longè disiungimur oris. Virg.1.Æneid.
Longis disiungimur oris. Valer.2.Argon.

Disiugatus, pen.prod. Arnobius lib.7.aduersus gentes, non procul ab initio, Qui sunt ab his longè natura & beatitudine disiugati.

Disiunctus, Participium {διεζευγμένος.} vt, Disiunctus Populus à Senatu.Cic.de Amic.

¶Disiuncti in iure ciuili appellantur,qui re non etiam verbis coniuncti sunt. Et disiunctum relictum, quod duobus separatim & diuersis orationibus relictum est, in hunc modum, Titio hominem Stichum do lego,Seio Stichum lego.§.Si eadem res.Instit.de legat.

Disiunctus es freto ab Italia. Cic.3.Verr.
Disiuncta coniungere. Cic.2. de Finib.
Bos disiunctus. Horat.1.epist.14, -boúemque

Disiunctum curas,& strictis frondibus exples.
Disiuncta insula mari periculoso ab Sicilia. Cic.6.Verr.
Longissimè disiuncta comprehendere. Cicero in Pisonem. Vide LONGVS.
Quod longissimè sit ab imperitorum intelligentia sensúque disiunctum in cæteris,id maximè excellit.Cic.1.de Orat.

Disiunctus {διαζευκτὸς} Nomen ex participio: vt Disiũctissimi loci. Cic. pro lege Manil.

Terræ disiunctissimæ, pro Diremptæ, & non vicinæ. Cicero pro Marcello, Nec verò disiunctissimas terras citius passibus cuiusquam potuisse peragrari,quàm tuis,&c.Budæus.
Disiunctissimas terras lustrare.Plin.in Paneg.
Disiunctior à te sum. Cic.ad Att.lib.13.268. Et 4.Acad.Nihil est enim ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate sapiẽtis, errore, leuitate,temeritate disiunctius.
Mores longissimè à scelere disiuncti.Cic.pro Cælio, Possum dicere mores M.Cælij longissimè à tanti sceleris atrocitate esse disiũctos.

Disiunctiuus, pen.prod. Adiectiuum.African.in l.Si ita quis stipuletur. D.de verb.oblig. Quum ex duabus disiunctiuis conditionibus altera defecerit.Vide SVBDISIVNCTIVVS.

Disiunctio,Verbale {διαζευκτὸς} Separatio: cui contrarium est Coniunctio.Cic.4.Acad. Idem,Neque enim non potest mihi non molestissima esse disiunctio nostra in tanta rerum omnium varietate.
Disiunctio amicorum.Cic.pro Lege Agrar.
Sententiæ disiunctio.! Cic.de Prouinc.Consul. Ita dissensi ab illo, vt in disiunctione sententiæ, coniuncti tamen amicitia maneremus.
Disiunctionem facere. Cic.de Amic. Nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit, vt neque rectum, neque honestum sit, neque fieri possit vt non statim alienatio,disiunctióque facienda sit.
De disiunctione Rhetorica, vide apud Cic.in Topicis.

Disiunctim,Aduerbium. Paulus l.5.D.de condit.institut. Si hæredi plures conditiones coniunctim datæ sint, omnibus parendum est, quia vnius loco habentur: sed si disiunctim sint,cui libet.

Dispalo,dispalas, pen.prod. {διατρίβω} dispalãre,Est passim digredi, ex dis & palo.Palare verò vagari significat:à palis castrorum, hoc est sudibus,modò huc, modò illuc translatis. Sisenna lib.3.Histor. Dispalati,ab signis digressi omnes,ac dissipati. Idem, Tanto passim dispalantur. Gel.lib.1.cap.11,Ea præcentione tranquilla & venerabili ad quãdam quasi militaris musicæ disciplinam vis & impetus militum, ne spatiũ dispalatisque prorueret, cohibebatur. Sallust. de Rep. ord. Hæc igitur multitudo primùm malis moribus imbuta, deinde in artes, vitáque dispalata, nullo modo inter se continens, parum mihi quidem idonea videtur ad capessendam Remp.

Dispalesco, dispalescis {διατρίβομαι} dispalescere,Disseminari, diuulgari,omnibus notum fieri.Plaut.Bacch.20,

Si plus perdundum fit,periisse suauius est,
Quàm illud flagitium vulgò dispalescere. Antiquum.

Dispando,dispandis,dispandi,dispassum {διατείνομαι} dispándere, Extendere.Plautus dispessis, per e secundum vocalem scripsit: Plinius autem dispãsam arborem dicit. Plaut.figitur in Milite sic habet,

Credo ego istuc extemplo tibi esse
Eundem actũtum extra portam dispessis manibus,patibulum
Quum habebis. Plinius verò lib.9.cap.4, In Gaditano oceano arbor,in tantum vastis dispansa ramis,vt ex ea,&c.
Dispansæ vestes.Lucret.lib.1,
Denique fluctifragos suspensæ in littore vestes
Vuescunt,eædem dispansæ in sole seresc unt.

Dispar,disparis,pen.corr.Adiectiuum {ἄνισος, ἀθέμιτος} Dissimile.Cic. pro Fonteio, O fortunam longè disparem M.Fontei,si,&c. Sic pro Plancio,Dispar causa.
Par & Dispar,contraria. Cic.pro Murena,Et quoniam ostendi Iudices,parem dignitatem ad Consulatus petitionem, disparem fortunam prouincialium negotiorum.&c.
Dispar & Idem, contraria. Cic.1.de Nat.deor.Quinque autem stellæ eundem orbem tenentes, aliæ propius à terris, aliæ remotius, ab eisdẽ principiis, disparibus temporibus eadem spatia conficiunt.
Dispar & Similis, contraria. Cicero 2.de Diuinat. Etenim gemmarum formas esse similes, vitam atque fortunam plerunque disparem.

Varium & dispar. Cicero 7.Verr. An hoc probabis,in æqua causa populorum sine pretio varium ius & disparem conditionem fuisse?
Longè dispar,Vide LONGVS.
Ætatibus disparibus,non eadem officia tribuuntur.Cic.1.Offic.
Dispares auenæ.Ouid.8.Metamorphoseos,
Fistula disparibus paulatim surgit auenis.
Calami dispares.Ouid.1.Metamorphoseos,
Atque ita disparibus calamis compagine ceræ
Inter se iunctis nomen tenuisse puellæ.
Causa tua est dispar.Ouid.epist.13.
Certamen dispar.Ouid.2.Amor.eleg.2, Cur dispar certamen inis?
Dispares cicutæ,Inæquales.Virg.2.ecloga,
Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula. Hoc est,Inæqualibus cannis compacta: nam & harmonia inæqualis est. Seruius.
Dispar color.Cic.2.de Fin.
Forma dispar.Claud.2.De Raptu Proserp.
Ingenio dispar.Ouid.in Ibin.
Dispares mores disparia studia sequuntur.Cic.de Amicit.
Dispares inter se motus.Cic.1. Tuscul.
Rebus,& ordine dispar.Horat.1.epist.2,
Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho,
Temperat Alcæus,sed rebus & ordine dispar.
Par studiis,æuique modis,sed robore dispar.Stat.1.Achil.
Dispar sui atque dissimile.Cic.de Senect.
Dispares viribus fratres.Liu.1.ab Vrbe.

¶Dispar animorum dicitur, cui cum aliis non conuenit, aut qui non est animo æquè forti. Silius libro 8,quum numerasset quosdam qui Scipionem ad bellum sequebãtur,addit etiam istos,Brutius haud dispar animorum.Id est,animo non minus magno & præsenti quàm quos iam recensui.

Disparilis,& hoc disparile,penult.corr. {ἄνισος} Idem quod dispar.Cic. 1.de Diuinat. Quæ omnia fiunt ex cæli varietate, & ex disparili aspiratione terrarum. Varro 2. de Re rust. cap. 11, Et pabulum disparile non vsquequaque idem sit.

Dispariliter, Aduerbium. Varro de Re rustica lib.1. cap.6, Hæc atque huiusmodi tria fastigia agri ad colendum dispariliter habent momentum.

Disparo,disparas,penult.corr. {διαζεύγνυμι} disparãre, Separare significat & seiungere. Plaut.Rud.2, Is nos per gentes alium in alia disparat. Cic.1.de Inuent. Disparatum est autem id quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo, Sapere & non sapere. Gell. lib.11. cap.11, Tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret,disparauit. Quintil.lib.5.cap.10, Aliter disparata,vt dura non duris.

Dispario,disparas,penult.corr. {διαζεύγνυμι} disparãre, Separare significat & seiungere. Plaut.Rud.2, Is nos per gentes alium in alia disparat. Cic.1.de Inuent. Disparatum est autem id quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo, Sapere & non sapere. Gell. lib.11. cap.11, Tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret,disparauit. Quintil.lib.5.cap.10, Aliter disparata,vt dura non duris.

Dispartio, dispartis, dispartiui {διαμεταχωρῶ} quod & dispertio pro secundam vocalem dicitur. Vide suo loco. Plautus Aulularia,9, Apud forum edixit mihi vt dispartirem obsonium hic bifariam. Idem Pseud.7.

Dispartiri & diuidi à diis immortalibus somnia. Cic.3.de Natura deorum, Iidem vultis à diis immortalibus hominibus dispartiri ac diuidi somnia.

Dispello,dispellis, dispuli, penult.corr.dispulsum {διαῤῥίπτω} dispélleré,Huc atque illuc pellere,segregare,disiicere. Liuius 4. ab Vrbe, Et equitem passim liberi frænis dispulissent equi. Cic.ad Att.lib.7.12,7, Idem quod pecudes quæ dispulsæ,sui generis sequuntur greges. Virgilius 1. Æneidos,

Teucrorúmque alios acer quos æquore turbo
Dispulerat, penitúsque alias aduexerat oras. Id est, disiecerat, siue segregauerat.

Dispellere & Compellere,contraria. Plautus Asina.12, Qui hosce amores nostros dispulsos compulit.

Vmbras dispellere. Virg.5.Æneid.
Ærata dispellens æquora prora Pelias.Stat.5. Thebaid.
Dispellere caliginem ab animo. Cic.1. Tuscul. Eadémque ab animo,tanquam ab oculis,caliginem dispulit.

Dispendo,dispendis,dispendi,dispensum {αἰκίζομαι} dispéndere,Expendere,distribuere.

Dispendere curam.Colum.lib.8.cap.2, Parandi autem modus est, ducentorum capitum,quæ pastoris vnius dispendant curam.

Dispendium, dispendij {ἀώλωμα} Quod incuria vel negligentia aut immoderatè & inconsultè expendimus & insumimus. Plaut.Menæch. 11,Minore nusquam bene fui dispẽdio. Id est,minoribus sumptibus.
Dispendium {βλάβος} Damnũ. Terent.Hecyr.5.2. Idem Eun.5.4, Quam amabat,eam confeci sine molestia,
Sine sumptu,sine dispendo. Colum.lib.4. cap.24, Quicquid ex his omittitur,magnum affert domino dispendium.
Plus dispendi.Lucret.lib.2,
Et plus dispendi faciant,quàm vescitur æras.
Dispendia famæ.Claud.4.Paneg.
Moræ dispendia.Virg.3.Æneidos,
Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti.
Reparare dispendia.Claud.8.Paneg.

¶Dispendium, pro via obliqua, & quæ per ambages eò ducit quò ire tendimus:dicto contraria Compendio,quod viam breuiorem significat.Lucanus in initio libri octaui,

Iam super Herculeas fauces,nemorosque Tempe,
Æmoniæ deserta perens dispendia syluæ,&c.

Dispendiosus,penult.prod. {βλαβερὸς} Adiectiuum, Damnosum,quod affert damnum.Colum.lib.2.cap.21,Nam dispendiosa est cunctatio, primùm quod,&c.

Dispenso,dispensas {διανέμω,διείπω} dispensare,Distribuere. Columel. lib.3.cap.13, Cæsestes admittat imbres,eósque alendis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam nouam prolem conspiret. Sic dispensare succũ æqua portione, Idem lib.4.cap.24. *Proportionare* vulgus barbarorum vocat.

Dispensare atque disponere inuenta momento quodam atque iudicio. Cic. 1. de Orat. Deinde inuenta non solùm ordine,sed etiam momento quodam atque iudicio dispensare atque disponere.
Dispensare aliquid in varias partes. Seneca in Consolat.ad Martiã,
Et in metus,& in dolores humanum pectus dispensandum.
Fata dispensare.Ouid.epist.12,
Tunc,quæ dispensant mortalia fata sorores.
Oscula dispensat.Ouid.6.Metamorphoseos,
-& ordine nullo
Oscula dispensat natos suprema per omnes.
Fortuna arbitriis tempus dispensat vbique.Ouid.ad Liuiam.
Dispensare res domesticas. Cicero ad Atticum,lib.11.209, Ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflictor: quòd qui eas dispensauit,neque adest istic, neque vbi terrarum sit,scio.
Dispensare & Omnia simul profundere,contraria. Plin.in Paneg. Pietas dispensata.Stat.5.Sylu.2,
-pietásque per omnes
Dispensata domos.

¶Dispensare,Dare potestatem obtinendi aut faciendi aliquid. Seneca de Benef.lib.1.cap.10,Nunc in petulantiam & audaciam erumpet malè dispensata libertas.

Dispensator.penult.prod. Verbale {διανεμῆς, διοικητὴς, οἰκονόμος.} Festus, Dispensatores dicti sunt, qui æs pensantes expendebant, non adnumerabant. Martial.lib.6.3,

Dispensatoris nobile cernis opus. Iuuenal.sat.1,
Prælia quanta illic dispensatore videbis Armigero?
Dispensator Armeniaci belli.Plin.lib.7.cap.39.
Dispensator ordinarius.Suet.in Sergio Galba,cap.12,Et ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse.

¶Dispensator,Idem qui actor,seruus qui domini rationes administrat,pecuniámque dispensat. vt Eros Ciceronis dispensator in lib.15. ad Attic. Metian.l.35.D.de fideicom.libert. Harmenop.tit.mandat. Dispensator, ait,seruus est,qui fœnori dare consuevit pecuniam domini. Idem Theophilus in §.5.Mandat.Instit. Paul.l.51.D.de solut. Dispensatori, qui ignorante debitore remotus est ab actu, rectè soluitur.

Dispensatio,huius dispensationis {διανομὴ, διοίκησις.} Sueton.in Othone, cap. 5, Ante paucos dies seruo Cæsaris pro impetrata dispensatione, x.sestertiũm expresserat.Cic.ad Att.lib.15.328.

Curatio & dispensatio regia. Cic.pro Rab.Posth.Hæc vna ratio à rege proposita Posthumo est seruãdæ pecuniæ,si curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset.
Ærarij dispensatio. Cicero in Vatinium,Eripueras prouinciæ decernendæ potestatem,imperatoris deligendi iudicium,ærarij dispensationem.

Dispenno,dispennis,dispénnere, inquit Nonius, Est expandere. tractum à pennis & volatu auium. Plaut. Milite 22, Vbi lubet,dispennite hominem duorsum,& distendite. Quædam exemplaria pro dispennite,legunt dispendite. Antiquum & inusitatum.

Disperdo,disperdis,disperdidi,disperditum, penult.corr. {ἐξολοθρεύω, ἀπόλλυμι} disperdere: Idem quod perdere, siue consumere significat. Plaut. Trinum. 6, Pater præterea aliquantum animi causa in delitiis disperdidit. Idem Casina,5,Imò age vt lubet,ede,bibe,disperde rem.
Disperdere ac dissipare possessiones. Cic. pro Lege Agrar. Videte nunc proximo capite, vt impurus helluo turbet Rempub. vt à maioribus nostris possessiones relictas disperdat & dissipet.
Disperdere,occidere,vastare. Vatinius Ciceroni, lib.5.10, Qui tot ingenuos,matresfamil.ciues Romanos occidit,arripuit,disperdidit, regiones vastauit?
Carmen disperdere. Virg.eclog.3,
-non tu in triuiis indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?
Color disperditur. Lucret.lib.2.

Disperditus, penult. corr. Participium {ἐξολοθρευθείς.} Plaut. Pœnul.14, Di immortales meum herum seruatum volunt,& hunc lenonem disperditum.

Disperditio, Verbale {ἐξολόθρευσις.} Cicero 3.Philip. Cum exercitu Romam sit ad interitum nostrum, & ad disperditionem vrbis venire conatus.

Dispereo,disperis,penult.corr.disperiui & disperij,disperitum,penul. corr. {διαπόλλυμι} disperire, Idem quod perire, aut disperdi, & corrumpi. Varro 1.de Re rust.cap.11, Fructus solent disperire. Idem lib. 3.cap.16,Prouidendum vehemẽter ne propter æstum, aut propter frigus dispereant.
Fundum disperire patitur.Cic.2.de Lege Agrar.Vnúmne fundum pulcherrimũ Populi Romani,caput vestræ pecuniæ,pacis ornamentum,subsidium belli,fundamẽtum vectigalium, horreum legionum, solatium annonæ,disperire patimini?
Labores disperuent.Catul.ad Caluum,14.
Dispeream,Iurantis vox.Martial.lib.2.68,
Si non mentiris Classice,dispeream.
Dispeream ni.Horat.1.Serm.sat.9,
Hunc hominem si velles tradere,dispeream ni
Summosses omneis.
Disperij,Idem quod perij, vel actum est de me,vel interij. Terent. Heaut.2.4. Idem Adelph.3.3,
-disperij,Crefiphonem audiui filium,&c.

Dispergo,dispergis,dispersi, dispersum {διασκεδάζω, κατασκεδάζω, διασπείρω, διασκορπίζω} dispérgere,In diuersas partes spargere. Cicero 4. Academ. Cur mortifera tam multa pernicios a terra marique dispersit. Terent.Adelph.5.2,

An tibi mauis cerebrum dispergi hic?
Interferere & dispergere in causa exornationes. Author ad Herennium.

Variè dispergere. Author ad Herennium.
Corpus passim per agros dispergere. Cic. 3. de Nat. deorum,
Puerum interea obtruncat: membráque particulatim diuidit,
Pérq; agros passim dispergit corp', &c. Ex antiquo poeta, de Medea.
Ignis feruorem dispergit. Sil. lib. 7.
Membratim partes rei gestæ dispergere in causam. Cic. 1. de Inuen.
Membratim oportebit partes rei gestæ dispergere in causam, & ad vnamquanque confestim rationem accommodare.
Dispergere vitam in auras. Virg. 11. Æneid.

Dispersus, Participium {διασπαρμένος, διασπαρθείς.} Cicero pro Sextio, Quodam tempore homines, nondum neque naturali, neque ciuili iure descripto, fusi per agros ac dispersi vagarentur.
Multos ex fuga dispersos excipiunt. Cæsar 6. bel. Gall.
Dispersa & dissipata. Cic. 1. de Orat. Omnia ferè quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quòdam fuerunt, vt in musicis numeri & voces & modi.
Dispersum atque infinitum. Cicero de Petitione Consul. Vt ea quæ in te dispersa atque infinita viderentur esse, ratione & distributione sub vno aspectu ponerentur.
Interiectus & dispersus. Author ad Herennium, In causa coniecturali, narratio accusatoris, suspiciones interiectas & dispersas habere debet, &c.
Agmina dispersa per agros. Sil. lib. 16.
Longè latéque dispersum bellum. Cic. pro Lege Manilia, Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longè latéque dispersum.
Clamor dispersus. Lucret. lib. 4.
Clamor in ætheriis dispersus nubibus austri.
Collectio membrorum dispersa. Cic. pro Lege Manilia, Medea illa quondam profugisse dicitur, quam prædicant in fuga, fratris sui membra in his locis, quà se parens persequeretur, dissipauisse, vt eorum collectio dispersa, mœrórque patrius celeritatem retardaret.
Inculta dispersa comas. Claud. 1. de Raptu Proserp. de Lacheſi.
Dispersa fama per auras. Tibullus,
Scilicet ista fuit populi dispersa per auras
Fama, quòd admissus nuper amator erat.
Dispersa immittit syluis incendia pastor. Virg. 10. Æneid.
¶ Tecta madent dispersa cerebro. Seneca Hercule fur. 11. Hoc est, respersa.
Cogere dispersa. Cic. 1. de Orat. Atque interea tamen dum hæc quæ dispersa sunt, coguntur, vel passim, licet carpentem & colligentem vndique, &c.

Dispersus, dispersus, dispersui {διασπορᾷ, διασκεδάσει.} Verbale. Cicero Attic. lib. 9. 18, Quòd Consules laudas, ego quoque animum laudo, sed consilium reprehendo. dispersu enim illorum actio de pace sublata est, quam quidem ego meditabar. Legitur & dicessu.

Dispergo, sue dispersim, Aduerbium {διασκεδαστικῶς.} Cicero 6. Verr. Nunc iam illa omitto, quæ dispersè à me multis locis dicentur, ac dicta sunt. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 1. Qui Græcè scripserunt, dispersim alius de alia re, sunt plus quinquaginta.
Separatim ac dispersim. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 2, Et alij quid separatim ac dispersim in libris reliquerunt.
Dispersè & diffusè res dictæ. Cic. 1. de Inuent. Enumeratio est, per quam res dispersè & diffusè dictæ, vnum in locum coguntur.

Dispertio, dispertis, dispertiui, dispertitum, penult. prod. {διαμερισμός, διανέμομαι, διαμερίζω} dispertire, quod & Dispertior deponens dicitur: Ex dis & partior compositum: In diuersas partes diuidere: vt Dispertire cerebrum alicui. Plaut. Casina, 15.
Dispertire exercitum per oppida. Liuius 9. belli Punici. Plautus Amphitr. 4.
Dispertire fortunas parricidis. Cic. 8. Philip.
Date & dispertire initia vitæ. Cic. 7. Verr. A quibus initia vitæ atque victus, legum, morum, manſuetudinis, humanitatis exempla hominibus, & ciuitatibus data, ac dispertita esse dicuntur.
Dispertiuisti iniuria. Plaut. Aulul. Id est iniustè, inæqualiter.
Dispertiti in multas curas animi. Liuius, Tot in curas dispertiti eorum animi erant.
In genera dispertire. Cic. 3. de Orat. Redeunt rursus ad coniecturam, eámque in quatuor genera dispertiunt.
In infinita dispertiri aliquid. Cic. 2. de Legibus, Sæpe quod positú est in vna cognitione, id in infinita dispertiuntur.
In minima res aliquas dispertire. Cic. 4. Acad.
Membra eorum generum dispertire. Cic. 1. de Orat. Deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat, tum propriam cuiusque vim definitione declarer.
In membra quædam dispertire orationem. Cic. de Claris Orat. Et in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationem lubentius.
Pecuniam dispertire. Cic. pro Cluent. Illo absoluto, pecuniam illam aut iudicibus dispertiendam, aut ipsi esse reddendam.
Æquabiliter prædam dispertire. Cic. 2. Offic. Ille autem qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occiditur à sociis, aut relinquitur.
Tempora voluptatis laborísque dispertire. Cicero pro Murena, Neque verò Cretes, quorum nemo gustauit vnquam cubans, melius quàm Romani homines, qui tempora voluptatis laborísque dispertiunt.
Dispertire tyrones inter legiones. Hirtius 5. bel. Africani.

Dispertior, dispertiris, Passiuum. Lucret. lib. 3.
Dispertitur enim per caulas corporis omnes, &c.

Dispertitus, penult. prod. {διαμεμερισμένος} Participium. Cic. Att. lib. 9. 18, Ego verò in præsentia subitum discessum, & præcipitem profectionem cum tibi, tum ipsi Cn. inutilem & periculosam puto, & satius existimo vos dispertitos & in speculis esse.
Genera herbarum dispertita Lucret. lib. 1.
Officium cum aliquo dispertitum. Cicero Metello, lib. 5. 2, Quod quum dicerem, illud adiunxi, mihi tecum ita dispertitum officium

fuisse in Reipublicæ salute retinenda, &c.

Dispesco, dispescis, dispescui, dispescitum, penult. corr. {διέρχη} dispescere, Ex dis & pasco, propriè pecus à pastione deducere, vt docet Festus. Compescere autem, vnà pascere & in vno loco continere significat.
Dispescere, Separare & dirimere. Plin. lib. 5. cap. 9, Inde Aphricam ab Æthiopia dispescens.

Dispicio, dispicis, penult. corr. dispexi, dispectum {διασκέπτομαι, κατασκέπτομαι} dispicere, Diligenter in omnem partem videre significat. Cic. 2. de Fin. Simul atque ipse graui vulnere examinari videret se, vt primùm dispexit, quæsiuit saluúsne esset clypeus.
¶ Dispicere, per translationem, Est vt ait Valla lib. 5, Prouidere & circunspicere mente, tâquam in omnem partem lumina mentis intendere, omniáque discernere. Terent. Andr. 3. 5,
Sed paululum sine ad me vt redeam, iam aliquid dispiciam. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 3, Ego quid sperem, non dispicio. Et lib. 1. Tuscul. Tamen acie mentis dispicere cupiebant.
De conditione institoris dispicere. Vlpian. in l. 1. in principio. D. de exercit. action.
Dispicere & sentire quid simus. Cicero 5. de Finibus, Quum autem dispicere cœperimus, & sentire quid simus, & quid animantibus cæteris differamus, tum ea sequi incipimus ad quæ nati simus.
Verum dispicere imbecilli animi non possunt. Cicero 2. de Diuinatione.

Dispectus, huius dispectus, Verbale {κατασκοπή} pro Discretione, vel delectu. Seneca libro 2. de Ira, Quid si pueris, quòd neglecto dispectu officiorum, ad lusus & ineptos æqualium iocos spectent, quis iraſcatur, &c.
¶ Dispectus, pro Consyderatione vel cõtemplatione. Seneca epist. 110, Quibus dispectum vtilitatis, timor in periculis excutit.

Dispicientia {σκέψεως, διάκρισις} Circunspectio & prouidentia & consyderatio diligens, atque discretio.

Disphendomena, supplicij genus est inhumanum, quo Derbices Persarum gens in delinquentes vtebantur. Nam proceris curuatis arboribus, & criminoso in deflexis cacuminibus alligato, illis repentè laxatis, lacerum corpus in diuersa distrahebant. Ex Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 5.

Displiceo, displices, penult. correp. displicui, displicitum, penult. corr. {ἀπαρέσκω} displicére, Contrarium est suo simplici. Terentius Heaut. 5. 2,
-prius quæso dísce quid sit viuere:
Vbi scies, si displicebit vita, tu isthoc vtitor. Cic. ad Att. lib. 2. 33, Displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore.
Placere & Displicere, contraria. Cic. pro domo sua, Nónne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantinis displiceret?
Arridere aliquid & Displicere, contraria. Cic. Att. lib. 13. 27, 8, Irridere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet.
Displicens sui. Seneca De breuitate vitæ.

Displicentia, displicentiæ {ἀπαρέσκεια} Seneca de Tranquillitate vitæ. Hinc illud tædium & displicentia sui, & nusquam relidentis animi volutatio.

Displicina, displicinæ, penult. prod. Quæ displicet. Plaut. Cist. 2. 13. Confictum vocabulum more Plauti.

Displico, displicas, pen. corr. displicui & displicaui, displicitum & displicatum {διασκεδάζω} displicáre. Contrarium est suo simplici plico.
Displicatas volucres, per translationem dixit Varro libro 3. de Re rust. cap. 16, pro disgregatas & dispersas, de apibus loquens, Siquando, inquit, displicatæ sunt, cymbalis, & plausibus, numero, reducunt in locum vnum.

Displodo, displodis, penult. prod. displosi, displosum, penult. prod. {διαχρτίω} displódere, Sonitus edere. Varro 2. de Re rustica, capite 9, Pedibus magnis & altis qui ingredienti ei displodantur: digitis discretis.
Vesica displosa, alij diplosa legũt. Horat. 1. Serm. sat. 8. Hoc est, rupta percussione: vel compressu manuum, quum sit plena venti. rupta. Ex Acrone & aliis interpretibus.
Vesicula displosa. Lucret. lib. 6. Hoc est, disrupta.

Displuuium, & displuuiatum, figura vna est cauædij Vitruuio lib. 6. cap. 1. quæ autem sit, ibidem declarat, quum ait, Displuuiata autem sunt, in quibus deliquiæ arcam sustinentes stillicidia reiiciunt. hæc hybernaculis maximas præstant vtilitates, quòd compluuia eorum erecta non obstant luminibus triclinionum.

Dispolio, dispolias {σκυλεύω, ἀφαιρέω} dispoliáre, Idem quod spoliare. Terent. Andr. 4. 5, -tum ipsam dispoliare nõ licet. Vide DESPOLIO: vtrunque enim legitur. Cicero 6. Verr. Vt etiam cum cæteris Siculis dispoliaretur.
Dispoliari honore. Cicero Antè quàm iret in exilium, Qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispoliabuntur honore.

Dispoliabulum, dispoliabuli, penult. corr. {ἁρπάγιμος} Dictum videtur vt venabulum, vt mendicabulum, vt exorabulum: quæ tamen nec locum, nec instrumentum significant. Plaut. Bacchid. 6,
Egóne vt hæc clusa gestem clanculum, vt cælem patrem
Pistoclere tua flagitia, aut damna, aut dispoliabula, &c. Id est, scortationes & nequitias.

Dispondeus {σπονδεῖος} pes qui constat ex quatuor syllabis longis, vt oratores. Cic. in Orat.

Dispono, disponis, penult. prod. dispoſui, dispoſitum, penult. correp. {διάκεισμαι, διατίθημι, διατυπῶ, διοργάνω, κατακοσμέω, οἰκονομέω} dispónere, Ordinare. Plin. lib. 9. epist. ad Fuscum, 23, Quæris quemadmodum in Tuscis diem æstate disponam. Eugigilo, &c. Id est, Officia diei ordinem. Sic Disponere suo quidque ordine, Colum. lib. 12. cap. 2.
Describere & disponere cuique munus suum. Cicero de Petitione Cõsul. Fac vt planè iis hominibus, quos deuinctos tenes, descriptum ac dispositum suum cuique munus sit. Correctiora exemplaria legunt depositum munus.

Disponere

Disponere atque dispensare, Vide DISPENSO.
Paulò significantius aliquid disponere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Disponere classem. Cæsar 3. bel. Ciuil. Insidias, Cæsar 8. bel. Gal.
Præsidia, Idem 1. bel. Gal. Et Cicero 5. Philipp. Stationes, Cæsar 8. bel. Gal. Vigilias per vrbem, Liu. 9. bel. Maced.
Disponere comas. Martial. lib. 12. 79.
Libros confusos disponere. Cic. 3. de Orat.
Locis quosdam disponere. Pollio Ciceroni. lib. 10. 3.
In ordinem disponere aliquid. Seneca Hippol. 12.
Disponere otium. Plinius libro 4. ad Pomponium Bassum, epist. 88, Quum ex cõmunibus amicis cognoui te vtsapientia tua dignum esse, & disponere otium, & ferre, habitare amœnissimè, &c.
Pocula disponere. Ouid. 3. Fastorum,
Plenáque odorati disponit pocula Bacchi.
Disposuit remedia homini natura. Plin. lib. 24. cap. 1.
Signa disponere apud, & ad. Cic. 3. Verr. Quæ signa nunc Verres vbi sunt: illa quæro, quę apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumniis, in sylua denique disposita sub diuo vidimus.
Disponere studia sua ad honorem. Cic. pro Mur. Sed nunc de studiis ad honorem disponitis, non de insita cuiusque virtute disputo.
Disponere tempus. Martial. lib. 5. 21,
Si disponere tempus otiosum,
Et veræ pariter vacare vitæ, &c.
Disponere tormenta in muris. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Verba disponere, vt pictores varietatem colorum. Cic. in Orat.
Disposuit vias. Tibul. lib. 2. eleg. 3.
Vites disponere. Claud. 2. in Eutrop.
Alicui aliquam rem disponere. Cic. Att. lib. 4. 17, Postea verò quàm Tyrannio mihi libros disposuit, &c.
Disponit qui nuntient sibi quem assensum, &c.

Dispositus, penult. corr. {κατατεταγμένος} Participium: vt Disposita myrto folia, concaua buxo, inordinata pomis. Plin. lib. 16. cap. 24.
Aptum & ratione dispositum aliquid habere. Cicero pro Roscio Amerino.
Dispositi in turmas. Stat. 5. Thebaidos,
-magnáſque in prælia mentes
Dispositi in turmas rursus.
Acies disposita. Tacit. lib. 18, Vide ACIES.
Disposita in omnem fortunam consilia. Liu. lib. 2. bel. Maced. Consilia in omnem fortunam iam disposita habebat.
Opus dispositum. Claud 4. Paneg.
Dispositus vir. Plin. Iun. epist. 11. lib. 2. ad Arrianum, Postero die dixit pro Mario, Saluius liberalis, vir subtilis, dispositus, acer, disertus.
Hoc est, in orando singula suis locis aptans & distribuens.
Disposita hominum vita, pro bene constituta, & quæ non fluctuatur. Plin. epist. 1. lib. 3.

Dispositus, penult. corr. {κατατάξεως} Verbale, pro dispositione. Tacit. lib. 18, Dispositu, prouisúque rerum ciuilium peritus.

Dispositè, penult. correp. Aduerbium {διατεθειμένως} Idem quod commodè. Cicero 6. Verr. Non possum dispositè istum accusare, si cupiam, &c.

Dispositio, Verbale {διάταξις.} Colum. lib. 12. cap. 2, Quis enim dubitet nihil esse pulchrius in omni ratione vitæ dispositione atque ordine? Plinius lib. 5. epist. 6, Hanc dispositionem amœnitatémque tectorum latè longéque præcedit hyppodromus.
Dispositio apud Rhetores, est rerum inuẽtarum in ordinem distributio. Cic. 1. de Inuent. De hac multa Quintilianus.
Ordo & dispositio argumentorum. Cic. 2. de Orat. Qui ordo tibi placet, inquit Catulus, & quę dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper Deus videri soles.

Dispositor, penult. corr. Verbale {διατάκτης.} Seneca lib. 5. Nat. Quæst. Nimirum in hoc prouidentia, ac dispositor ille mundi Deus aera ventis exercendum dedit, &c.

Dispudet, penult. corr. dispuduit, dispúditum est {αἰδέομαι} dispudẽre: Bis pudere, vel valde pudere, inquit Sipontinus ex aliorum sententia. Plautus Bacchid. 8. Terentius Eunuch. Dispudet mihi sic data esse verba. Ouidius, Quos Veneris furti dispuduisse ferunt.

Dispuluero, dispulueras, penult. corr. dispuluerare: Dissoluere, In puluerem redigere. Næuius Gymnastico, Saxa, syluas, lapides, montes disiicis, dispulueras. Nonius.

Dispumo, dispumas, penult. prod. {διαφρίζω} dispumare, Spumas eiicere, spumis purgare. Columel. lib 12. cap. 13, Aut si non dulce mustum, ad tertias dispumetur. Legitur & despumo.

Dispungo, dispungis, dispunxi, dispunctum {διαγίζω} dispúngere: Expungere, delere, eradere.
Dispungere & recensere vitæ dies, Quasi puncto notare. Senec. de Breuit. vitæ, Dispunge & recense vitæ tuæ dies: paucos & ridiculos reſedisse apud te videbis.
Dispungere rationes, Est *computum* (vt nostri dicunt) *examinare*. Papinianus in l. Cognoscere. D. de Verborum significatione, Dispungere est conferre accepta & data. Idẽ de Statuliberis. l. Si statuliberæ, Percontandas, atque examinandas rationes, & dispungendas atque excutiẽdas. Et iterum de Reb. auth. iudicum poſſ. l. vlt. Verum semel, an etiam sæpius recognitio & dispunctio concedenda sit creditoribus. Budæus.

Disputo, disputas, penult. corr. {διαλογισμῷ} disputáre, Valde purum facere, inquit Varro. Est autem disputare, per translationem, Discepture & disserere. Martial. lib. 9. 79,
Quod optimum sit disputat conuiuium
Facunda Prisci pagina. Cicero 7. Verr. Dicere omnes, & palàm disputare. Idem de Amicitia, Catonem induxi senem disputantem, quia nulla aptior videbatur persona, quæ de illa ætate loqueretur.
Argumentari, disserere, ac disputare. Cicero 1. de Finibus, Sed & argumentandum, & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant.
Accuratè & exquisitè disputare de aliquo crimine. Cic. in Bruto.
Acutè disputare. Cic. 5. Tuscul. Acutè autem disputantis illud est, non quid quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit videre.
Leniter disputare, Vide LENIS.
Lentius disputare, Vide LENTVS.
Disputare aliquid alicui. Plaut. Menæch. 2.
Ad aliquid non inscitè disputare. Cicero 3. Tusculan. Itaque non inscitè Heracleotes Dionysius ad ea disputat, quæ apud Homerum Achilles queritur, &c.
De aliqua re disputare. Cic. 13. Philipp. Eas dum recito, dúmque de singulis sententiis breuiter disputo.
Disputare de omni re in contrarias partes. Cic. 1. de Orat.
In commune de iure omni disputandum semper. Quintilianus libro 7. cap. 2.
In eam sententiam disputo. Cicero 1. de Orat. Neque hæc in eam sententiam disputo, vt homines adolescentes, siquid naturale forte non habeant, omnino à dicendi studio deterream.
Disputare in alteram partem. Cic. 7. Verr. Durum hoc fortasse videatur, neque ego vllam in partem disputo.
Per alicuius personam disputare. Cic. Volumnio. lib. 7. 33, Nisi cætera quæ sunt à me in secundo libro de Oratore per Antonij personam disputata de ridiculis, ἐπιχειρήματα & argutæ apparebunt, vt sacramen to contendas mea non esse.
Ratione & via disputare. Cicero in Oratore, Quicquid est igitur de quo ratione & via disputetur, id est ad vltimam sui generis formam speciémque redigendum. Ratione & via, quod Græci dicunt Methodo.
Disputare verbis in vtranque partem. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Aliquid multis verbis disputare. Cic. Appio, lib. 3. 8, Idque arbitror me Synnadis pro tribunali multis verbis disputauisse.
Disputare pluribus verbis de re aliqua. Cic. 3. Verr.
Circa hoc disputatum est. Quintil. lib. 1. cap. 5.
¶ Disputare rationem cum aliquo. Plaut. Aulul. 15.
¶ Disputatur, Impersonale. Cic. 2. de Finib. Perpetua oratione contrà disputatur.

Disputans, disputantis {διαλογιζόμενος.} Cicero 5. Tusculan. Acutè disputantis illud est, non quid quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit videre.

Disputatio, Verbale {διάλεξις.} vt Disputatio de re aliqua. Cicero 4. Academ.
Disputatio & dialogus de Oratore. Cicero Lentulo, libro 1. 9, Scripsi igitur Aristoteleo more (quemadmodum quidem volui) tres libros in disputatione ac dialogo de Oratore. Vide DIALOGVS.
Copiosa disputatio. Vide COPIA.
Infinitæ, concertationúmque plenæ disputationes. Cic. 1. de Orat.
Liberior in vtranque partem disputatio. Quintilianus libro 7. capite 3.
Litigiosa disputatio, Vide LIS.
Non ita longa disputatio, Vide NON.
Conferre disputationes, Vide CONFERO.
A capite ducere disputationem, Vide CAPVT.
Ingredi disputationem, Vide INGREDIOR.

Disputator, penult. prod. {διαλεκτικὸς} Aliud verbale: vt Disputator subtilis. Cic. 1. Offic.

Disputatrix, penult. prod. {διαλεκτική} à Quintil. lib. 2. cap. 21, dialectice dicitur.
Virtus disputatrix. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Disputabilis, & hoc disputabile, pen. corr. {διαλεκτός.} Seneca in epist. ad Lucilium, Res disputabilis in vtranque partem.

Disquamatus, Vide DESQVAMO.

Disquiro, disquiris, penult. prod. disquisiui, disquisitum, penult. prod. {ἐξετάζω} disquírere, Diligenter quærere & inuestigare. Horatius 2. Serm. sat. 2, Verùm hîc impransi mecum disquirite.

Disquisitio, Verbale {ἐξέτασις} Ipse disquirendi actus.
Disquisitio rursum est iudicium per opiniones, vt nunc loquimur, quum opinionem vel sententiam omnes rogãtur. Cic. de Aruſp. resp. Idem pro Sylla, Sed in magnis disquisitionibus repentinisque periculis vitam vniuscuiusque esse testem. Budæus.
Venire in disquisitionem. Liuius Decad. 3. lib. 6, Sed non quid ego fecerim, in disquisitionem venit, sed quid isti pati debuerint. Id est, non rogantur sententiæ de me.
Vocare in disquisitionem. Sueton. in Cæs. cap. 15.
Ad disquisitionem. Suet. in Nerone, cap. 2, Huius filius Prætor Cæsarem abeuntem Consulatu, quem aduersus auspicia legésq; gessisse existimabatur, ad disquisitionem Senatus vocauit.
Vitiosum est pro argumento sumere quod in disquisitione positum est. Author ad Herennium, lib. 2.

Distraro, distraras, penult. prod. {διαῤῥαίω} distrarãre, verbum rusticum. Significat castrare, & diuersis modis quod spissum est, ratum facere. Colum. lib. 4. cap. 32, Sed illud de integro refodi debet: hoc potest intercidi & distrarari: quod opus rustici castrationem vocant.

Distrumpo, Vide DIRVMPO.

Dissauior, dissauiaris {διαφιλῶ} dissauiari, Cum lætitia & voluptate multa osculari. Cic. ad Tironem, lib. 16. 27, Te, vt dixi, fero oculis: ego vos ad III. Calend. videbo, tuósque oculos, etiam si te veniens in medio foro videro, dissauiabor. Alij legunt dissuauiabor.

Dissecco, dissecas, penult. corr. dissecui, dissectum {διαῤῥήγνυμι} dissecãre, In varias partes secare. Plin. lib. 11. cap. 37, Tertio capto Lacedæmonij pectus dissecuere causa videndi. Sic lib. 25. cap. 5.

Dissemino, dissemino, penult. corr. {διασπείρω, κατασπείρω} disseminare, Spargere, diuulgare. Cicero in Catilin. Latius opinione disseminatum est malum.
Disseminare, & spargere sue dispergere. Cicero pro Planc. Idem pro Archia, Ego verò omnia quæ gerebam, iam tum in agendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam ferapiternam.

Dissentio, dissentis, dissensi, dissensum ¶ διαφωνῶ, διχογνωμονῶ ¶ dissentire, Discordare, diuersum ab alio sentire. Cic. de Amicit. Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus.

Longè dissentire, Vide LONGVS.

Manifestus dissentire. Tacit. lib. 2. Atrox, ac dissentire manifestus.

Liberius ab aliquo dissentire. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Non timidè ab aliquo dissentire. Quintil. lib. 3. cap. 8.

In eo plures dissenserunt. Quintil. lib. 3. cap. 3.

Dissentire in re aliqua ab altero. Cicero pro Lege Manil. Sed in hoc ipso ab eo vehementissimè dissentio. Idem 1. de Orat. Soléque nonnunquam hac de re à me in disputationibus nostris dissentire.

A cæterorum more ac natura dissentire. Cic. pro Fonteio.

De veritate ab aliquo dissentire. Cic. 2. de Fin. Qui maledictis infectantur eos, à quibus de veritate dissentiunt.

A seipso dissentire. Cic. 4. Tusc. l. Vitiosi ras autem est habitus aut affectio in tota vita inconstans, & à seipsa dissentiens.

Cum aliquo dissentire, Cic. 3. Officior. Idem pro Sylla, Qui ita de ambitione & de suffragiis suis cum colonis dissenserunt.

Dissentit voluntas scriptoris cum scripto. Author ad Heren. lib. 1, Ex scripto & sententia nascitur controuersia, quum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire.

Inter se dissentiunt. Cic. 2. de Fin.

Dissentire, cum datiuo. Seneca epist. 20, Ne orationi vita dissentiat. Horat. 3. Carm. ode 5,

Dissentientis conditionibus fœdis.

Dissentiens, Participium ¶ διαφωνῶν. ¶ vt

Grauissimè dissentientes ciues. Cic. 12. Philipp.

Dissensus, huius dissensus ¶ διχογνωμία ¶ Verbale, Idem quod dissensio.

Acerbus dissensus. Claud. de bel. Gildon.

Ciuilis dissensus. Claud. 4. Paneg.

Dissensu alitur rumor. Claud. 1. in Ruffin.

Vario dissensu scindunt vrbem. Stat. 10. Thebaid.

Dissensio, dissensionis ¶ διαφωνία, διχόνοια ¶ Discordia. Cic. de Amicitia, Ex dissensionibus atque ex discordiis percipi potest.

Dissidium & dissensio. Cicero pro Sylla, Vt hoc dissidio ac dissensione facta oppidum in sua potestate posset, & Pompeianos habere.

Tumultus atque dissensiones. Cic. de Lege Agrar.

Dissensio à superioribus. Cic. 1. Acad.

Commouere nouam dissensionem. Cic. de Lege Agrar.

Extinguere dissensionem. Cic. Famil. 2.

Dissensionem facere. Cic. de Lege Agrar. Non potestatum dissimilitudo, sed animorum disiunctio dissensionem facit.

Mollire dissensiones. Patercul. libro 2, Quũ accensas plebis Vienensium dissensiones, coërcitione magis quàm pœna mollisset.

In magna sunt varietate & dissensione. Cic. 1. de Nat. deor.

Dissensio summa est inter magnos homines. Cic. 4. Acad.

Dissentaneus, Adiectiuum ¶ ἀκόλουθος ¶ Dissentiens, Non conueniens. Nigidius, Eum locum facit dissentaneum. Cic. in Partition. Aut cõsentanea, aut dissentanea.

Dissepio, dissepis, penultima producta, dissepsi, disseptum ¶ διαφράττω ¶ dissepire, Quod septum erat dirimere & disiicere. Statius 10. Thebaidos,

-absiliunt pontes, tectique trementis
Saxea fræna labant, dissepto que aggere rursus
Vritur, & truncas rupes in templa, domósque Præcipitat.

¶ Saxea dissepta domorum, Id est septa, vel valde septa & clausa. Lucretius lib. 6.

Dissepimentum, dissepimenti ¶ διάφραγμα ¶ Membranula quæ est in medio nucis. Festus.

Dissereno, dissereras, penult. prod. ¶ διαθρόω ¶ disserenâre, Serenum esse. Liuius 9. belli Macedon. Quum vndique dissereno asset. Legitur & conserenasset. Plin. lib. 18. cap. 35, Si cacumina pura fient, disserenabit.

Differo, differis, distuli, dilatum, penult. correp. ¶ διασπείρω, καταπείρω ¶ differere, Variè seminare & digerere. Columella libro 11. cap. 3, Panax vtroque tempore læui & subacta terra rarissimè differitur. Sic etiam capite præcedenti. Varro de Lingua Latina, Nam vt holitor differit in areas sui cuiusque generis res, sic in oratione qui facit, dissertus dicitur.

Differo, differis, differui, dissertum ¶ διαλεγίζομαι, διακρίνομαι, φράζω ¶ differere, Orationem contexere & disputare.

Aggredi de re aliqua differere. Lucret. lib. 6,

Qua de differere aggrediar, firmare necesse est.

Commodè differere, Vide COMMODVS.

Variè differebat de magnitudine imperij. Tacit. lib. 1.

Differre interdum ponitur absolutè. Cic. 1. de Finib. Sed & argumentandum & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant.

Differre aliquid. Cic. 3. de Nat. deor Idem Cassio, lib. 12. 7, Quòd autem & in Senatu pluribus verbis differui, dixi in concione, in eo velim fidem meam liberes.

Differre de re aliqua. Cicero pro Flacco, Sed de hoc teste, totóque Mithridatico disseruit & subtiliter & copiosè Q. Hortensius.

Differre cum aliquo. Cic. 2. de Orat. Hæc ego cum ipsis Philosophis tum Athenis differebam.

Differre cum aliquo de re aliqua. Cic. 2. de Orator. Permulta de eloquentia cum Antonio disseruisse, & tanquam in schola propè ad Græcorum consuetudinem disputauisse.

In vtranque partem vel in contrarias partes differere. Cicero Attico, libro 9. 172, In his ego me consultationibus exercens, & disserens in vtranque partem tum Græcè tum Latinè, & abduco parumper animum à molestiis. Idem 1. Tuscul. In vtranque partem multa disseruntur.

Disseritur inter eos. Cic. 2. de Fin. Ibidem, lib. 1. 19, An partus ancillæ sine in fructu habendus, disseretur inter Principes ciuitatis P. Scæuolam, Marcúmque Manilium.

Disseruntur hæc inter eos. Cicero de Amicitia, Audite verò viri optimi ea quæ fœpissime inter me & Scipionem de amicitia disserebantur.

Disserto, dissertas, dissertare, Contendere. Plautus Menæh. 17, Dic mihi istuc Menæhme quid vos dissertatis? vt sciam. Gellius, Quum de antiquitate quorundam verborum dissertaremus. Hoc est, dissertationibus contenderemus.

Dissertatio. Plinius lib. 10. cap. 68, Quapropter ingenium prædictorum, & reliqua subrexat dissertatio.

Dissertabundus, Qui disserit. Gellius, Eúmque in corona astantium, dissertabundum inuenimus.

Disertus, Adiectiuum ¶ λόγιος, ῥητορικὸς, αἰμύλος ¶ Qui probè disserit, elegantérque narrat, non qui differitur. Varro de Lingua Latina, Nam vt holitor disserit in areas sui cuiusque generis res, sic in oratione qui facit, disertus dicitur. Cic. Att. lib. 10. 192, Celer tuus disertus est magis quàm sapiens.

Disertos me cognosse nonnullos scripsi, eloquentem adhuc neminem: quòd cum statuebam disertum, qui posset satis acutè atque diligentè apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere: eloquentem verò, qui mirabilius & magnificentius augere posset, atque ornare quæ vellet, omnésque omnium rerũ quæ ad dicendum pertinerent fontes animo ac memoria contineret. Verba sunt Antonij apud Ciceronem lib. 1. de Oratore. Sensus est: Disertum eum statuebat, qui ex communi sensu ornatè posset & copiosè dicere: Eloquẽtem verò, qui non tantùm ornatè, sed etiam sapienter & doctè de omnibus rebus verba facere posset. Quas autem res eloquentem tenere oporteat, posted Crassus exponit, nimirum dialecticen, ethicen, physicen, historiam, poeticã, ius ciuile, antiquitates, gentium mores, & alia id genus. Eloquẽs igitur harum artium fontes, capita, & principia, non codices, sed animo & memoria tenebit, vt quum opus fuerit, ex tempore & cuestigio depromat.

Disertum à docto distinguit Cic. in Oratore. Ita & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Doctos, Philosophos appellat, qui popularẽ eloquentiam negligunt: Disertos verò vocat Oratores, qui tantùm forensi eloquentia instructi, Philosophiam non attigerunt.

Disertus etiam dicitur, quicunque copiosè loquitur, etiamsi nullam habeat scientiam. Horat. lib. 1. epist. 5,

Fœcundi calices quem non fecêre disertum? Aristoteles libro De naturis animantum octauo, Pisetacum loquacissimum fieri putat, si vinum biberit. Cic. pro Cælio, ad vinũ disertos appellat, qui ad ferias causas agendas inepti, inter pocula multa garriunt, vbi nihil opus.

¶ Disertus à differendo dictus. Festus.

Ad vinum disserti. Cic. pro M. Cælio, Quam volẽt in conuiuiis fœceti, diuaces, nonnunquam etiam ad vinum diserti sint: alia fori vis est, &c. Vide AD præpositionem.

Disertus epilogus. Cic. Attico, lib. 4. 84.

Disertæ literæ. Cic. Appio, lib. 3. 11.

Disserta negligentia. Cic. 1. de Diuinat. Difficultas labórque discendi disertam negligentiam reddidit.

Lepõrum, ac facetiarum disertus puer. Catull. in Asin.

Oratio diserta & oratoria. Cic. 1. de Orat. Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.

Vmbra diserta. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 2. Id est animã patris tui, oratoris eloquentissimi.

Disertissimus, penult. corr. ¶ λογιώτατος. ¶ Catull. ad M. Tullium, Disertissime Romuli nepotum.

Disertissima epistola. Cic. Att. lib. 7. 122.

Diserte, Aduerbium, Facundè & eloquenter. ¶ λογικῶς. ¶ Cicero 1. de Oratore, Deniquu vt prudentibus diserte, stultus etiam verè dicere videaris.

¶ Diserte, pro Clarè, specialiter, expressè Liu. lib. 31, Quum in Lucarij fœderè diserte additum esset, id ita ratum fore, si populus censuisset. Vide Alciatum παράγρων lib. 2. cap. 27.

¶ Disertim, pro Diserte dixerunt antiqui, author Festo.

Dissideo, dissides, penult. corr. dissedi, penult. prod. dissessum ¶ διαφέρομαι, διίσταμαι, ἀφιστάζω ¶ dissidère, Dissentire significat, & discordare. Cicero de Amicitia, P. Sulpitio vtebare multum, quũm is Tribunus plebis capitali odio à Qu. Pompeio, qui tum erat Consul, dissideret. Idem de Claris Orat. Eodem Qu. Cæpionem referrem, nisi nimis Equestri ordini deditus, à Senatu dissideret.

Non consilius solùm & studiis, sed armis etiam & castris dissidebamus. Cic. pro Marcello.

Dissidere animo & voluntate ab aliquo. Cic. 7. Verr.

Odio quodam atque dissidio dissidere ab aliquo. Cicero pro Cornelio Balbo.

Dissidere, cum datiuo. Horatius 2. Carm. ode 2, Dissidens numero beatorum Eximit virtus.

A seipso dissidere, secúmque discordare. Cic 1. de Fin.

A veri fide dissidere. Ouid. 3. Fastorum,

Hæc quoque, quam referam, nostras peruênit ad aures
Fama, nec à veri dissidet illa fide.

Multis rebus cum illo dissidet. Cic. 4. Acad.

Cum causa dissidere. Cic. 11. Philipp. Ex quo iudicare debetis, mẽ non cum homine solere, sed cum causa dissidere.

Dissidere de re aliqua. Cic. 4. Acad. De qua qui dissident, de omni vitæ ratione dissident.

Dissidere in re aliqua à. Cic. ad Attic. lib. 7. 126, Non rectum me in tantis rebus à Pompeio dissidere.

Inter se dissident & discordant. Vide DISCORDO.

Leuiter inter se dissident. Cic. Att. lib. 1. 8.

¶ Dissidere, ad inanimata transfatum. Plinius libro 37. capite 4, Adamas dissidet cum magnete lapide in tantum, vt iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi. Idem libro 24. capite 1, Quercus & oleæ tam pertinaci odio dissident, vt altera in alterius serobe depactæ moriantur.

Dissidens,

Dissidens, pen. corr. ¶ διϊστάμενος ¶ Participium. vt

Opiniones dissidentes. Cic. 1. de Nat. deor. Quorum opiniones, quum tam variæ sint, támque inter se dissidentes, &c.

Dissidium ¶ διάστασις, διαφορά ¶ Segregatio, discordia, dissensio. Terentius Andr. 4. 2, Valeant qui inter nos dissidium volunt. Id est diuortium, inquit Donatus. Cicero 1. de Finib. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ. Et ad Attic. lib. 1. 12, Non dissensione ac dissidio vestro.

Diuortia, atque affinitatum dissidia. Cic. pro Cluent. Itaque apud cæteros nouis inter propinquos susceptis inimicitiis, sæpe fieri diuortia atque affinitatum dissidia vidimus.

Amicorum dissidia. Cic. de Amic. Danda opera est, ne quæ amicorum dissidia fiant.

Animæ dissidium. Lucret. lib. 3. Id est separatio.

Materiæ dissidium. Lucret. lib. 1. Id est discordia.

Dissidium voluptatum venit. Plaut. Pseud. 3.

Desyderium dissidij. Cic. 2. Philipp. Ipse autem amore ardens, confirmabat, quòd desyderium tui dissidij ferre non posset.

Ciuile dissidium. Claud. de bello Gildon.

Crebra dissidia. Lucret. lib. 2.

Crudelissimum dissidium. Cic. pro Cælio, Magnum rursus odium video cum crudelissimo dissidio exitisse.

Flebile alicuius dissidium. Catul. de coma Berenices, 61.

Iusta dissidia. Vide IVSTVS.

Perniciale dissidium. Lucret. lib. 1,

Coniunctum est id, quod nunquam sine perniciali

Dissidio potis est seiungi, seque segregari. Id est separatione.

Dare dissidium. Propert. lib. 1. eleg. 11. Alij legunt discidium.

Nascuntur dissidia. Vide NASCOR.

Párere dissidium. Lucret. lib. 1.

¶ Dissidium, pro disiunctione corporum, quum diuersæ duo amici abeunt. Cic. Att. lib. 4. 70, Eundémque te, qui primis temporibus erroris nostri, aut totius furoris participes & falsi rumoris socius fuisses, acerbissimè dissidium nostrum tulisse. Budæus.

Dissidentia ¶ διάστασις ¶ Discordantia. Plin. lib. 29. cap. 4, Domante eadẽ illa rerum dissidentia.

Dissilio, dissilis, pen. corr. dissilui & dissiliui, dissultum ¶ διαπηδῶ ¶ dissilire, Loco moueri. Apul. Vertibulo ossa dissilierant.

¶ Dissilire, proprie in diuersas partes salire. Virg. 3. Æneidos,

Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina
Dissiluisse ferunt. Hoc est disiuncta fuisse, & separata.

Ignis dissiluit. Sil. lib. 16.

Corpora dissiluere. Lucret. lib. 1.

Dissilit omne solum. Ouid. 2. Metam. Hoc est, finditur præ siccitate, & dehiscit.

¶ Dissilire, Crepare, frangi. Virgil 3. Georg. Æráque dissiliunt vulgo. Id est passim crepant. Nam tam nimio frigore quàm calore æra rumpuntur.

¶ Dissilire, Citò, descendere. Virg. lib. 11. Æneid. de Camilla,

-portísque ab equo regina fub ipsis
Dissiliit. Sed hic legitur desiluit, & quidem rectius, vt apud Ouidium, Ingenti scopulo desiluisse ferunt.

Dissulto, dissultas, dissultare, Frequentatiuum. Plin. lib. 37. cap. 4, Incudibus hi deprehenduntur, ita respuentes ictum, vt ferrum vtrinque dissulcet, incudésque etiam ipsæ dissiliant. Virg. 12. Æneidos,

-nec fulmine tanti
Dissultant crepitus.

Splendor aquæ radiatus lampade Solis Dissultat per tecta. Silius libro 7.

Concursare, coire, & dissultare vicissim. Lucret. lib. 3.

Dissimilis, & hoc dissimile, pen. corr. ¶ ἀνόμοιος ¶ Idem quod absimilis. Terent. in Prol. And.

Non ita dissimili sunt argumento, sed tamen

Dissimili oratione sunt factæ ac stylo. Vide ORATIO.

Ætas dissimilis. Tacit. lib. 2.

Animantes extrinsecus dissimiles. Lucret. lib. 4.

Effigies formarum dissimiles. Lucret. lib. 4.

Figura dissimilis. Lucret. lib. 2.

Forma dissimilis. Tacit. lib. 1, Nam ætate, & forma haud dissimili in dominum erat.

Mens dissimilis. Ouid. epist. 19, Nos quoque dissimili certamina mente subimus.

Modus dissimilis. Lucret. lib. 2.

In dissimiles incidere naturas. Cic. 2. de Diuin. Eos qui nascuntur eodem tempore, posse in dissimiles incidere naturas propter cæli dissimilitudinem.

¶ Quid est tam dissimile, quàm Demosthenes & Lysias? Cicero de Claris Orat.

Nihil tam dissimile quàm Cotta Sulpitio. Cic. de Clar. Orat.

¶ Dissimilis, genitiuo iungitur aliquando. Cic. 4. Verr. Veruntamẽ fuit tum sui dissimilis: nostris os hominis.

Sui dissimilis. Iuuen. sat. 10.

Dissimilis, datiuo. Cicero 4. Academ. Dissimile proximo ei continenti.

Suo generi dissimilis. Seneca Thebaid. 1.

Non dissimile atque. Cic. ad Att. lib. 2. 18, Aut quiescendum, quod est non dissimile, atque ire in Solonium, aut Antium.

Dissimilia inter se. Varro 1. de Re rust. Cic. de Clar. Orat. Quum sint ipsi dissimilimi inter sese.

In re aliqua multum dissimiles. Horat. 1. epist. 10.

Dissimilis in illum, pro Illius, vel Illi. Tacit. lib. 2, Forma haud dissimili in dominum erat.

¶ Dissimilior, & dissimilimus. pen. corr. vt Dissimilior illarum. Cic. 4. Acad. Dissimilimi suorum, Cic. pro Cluent.

Dissimiliter, pen. corr. Aduerbium ¶ ἀνομοίως. ¶ Cic. 4. Tuscul. Cæteríque dissimiliter morbi, ægrotationésque morborum nascuntur.

Dissimiliter atque si sub custodia mea sit. Paulus in l. 3. §. Nerua.

D. de acquirend. possess.

Haud dissimiliter nauibus sine gubernaculo vagis. Liu. 7. bel. Pun.

Dein decrescente certamine & clamore, impotentes iam regi, inter duas acies verfari, velut incerti quorum essent, haud dissimiliter nauibus sine gubernaculo vagis.

Dissimilitudo, pen. prod. ¶ ἀνομοιότης, ἀνομοίωσις ¶ Denominatiuum. Cic. 4. Acad. Tum similitudines, dissimilitudinésque. Sic Dissimilitudines studiorum. Cic. 5. Verr.

Varietas dissimilitudóque. Cic. 2. de Diuinat.

Naturæ morúmque dissimilitudines. Cic. 1. Offic. Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ morúmque, minimè tamen vituperandorum.

Dissimilitudines & varietates. Cic. 1. Offic. Vt enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt: alios enim videmus, &c. sic in animis existunt maiores etiam varietates.

Dissimilitudines rerum. Cic. 2. de Diuinat. Idem de Fato, At enim quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, vt alios dulcia, alios subamara delectent, &c.

Habere dissimilitudinem ab aliqua re. Cic. 1. de Orat. Hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem.

Habere dissimilitudinem cum re aliqua. Cic. Cælio, lib. 2. 12, Genus institutorũm & rationum mearum dissimilitudinem nõnullam habet cum illius administratione prouinciæ.

Dissimilares partes ¶ σπερματικὰ μόρια ¶ A medicis appellantur partes corporis compositæ, quæ scilicet ὁμοιομερῆ, hoc est, similares non sunt, sed ex his constituuntur, & in eas possunt resolui.

Dissimulo, dissimulas, pen. corr. ¶ ὑποκρίνομαι ¶ dissimulâre, Est fingere id non esse quod est. Plautus Milit. 143, Dissimulabo hos quasi non videam. Idem Pœn. 2, Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire. Sic Dissimulare ægritudinem animi. Liu. 1. ab Vrbe.

Dissimulare silentio acceptam iniuriam. Quintil. lib. 5. Cic. pro Sextio, Eáque non silentio Consulum dissimularentur, sed & voce & sententia comprobarentur.

Fingere, dissimulare, obtegere. Cic. Att. lib. 1. 13, Nihil mihi nunc scito tam deesse, quàm hominem eum quocum omnia quæ me cura aliqua afficiunt, vnà communicem, qui me amet, qui sapiat, quicum ego conloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam.

Obscurè ferre & dissimulare. Cic. pro Cluent. Neque id obscurè ferebat, nec dissimulare vllo modo poterat.

Dissimulare cum dolore. Plancus Cic. lib. 10. 8, Itaque nunquam diffitebor multa me, vt ad effectum horum cõsiliorum peruenirem, & simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore.

Capillos dissimulare. Ouid. 2. Metam.

Dedecus dissimulare. Ouid. 3 Amor. eleg. 6.

Facta dissimulanda. Ouid. epist. 9,

Factáque narrabas dissimulanda tibi.

Gaudia dissimulare. Ouid. 6. Metamorphoseos,

Dissimulare nequit crudelia gaudia Progne.

Aliquid eiusmodi esse vt dissimulari non queat, Id est dissimulando negari. Cic. pro Rosc. Amer. Tenuitas hominis eiusmodi est, vt dissimulari nequeat.

Aduersum illustres dissimulatum ad præsens, & mox redditum odium. Tacit. lib. 16.

¶ Dissimulare, pro conuenire, in l. diuus. D. de offic. præsid. Aliter dixit Paulus, Dissimulare de fua cõditione, in l. 4. Quib. ad libert. proclam. non lic.

Dissimulatus, pen. prod. Participium ¶ εἰρωνευόμενος ¶ vt, Amor dissimulatus & celatus. Terent. And. 1. 1.

Pietas dissimulata ira. Ouid. 6. Fastorum,

Dixit, & in litem studio certaminis isset,
Atque ira pietas dissimulata foret.

Virtus dissimulata. Ouid. 2. Fast.

Dissimulator, pen. prod. Verbale ¶ εἴρων, εἴρωνος, ψευδόμενος. ¶ Cic. 2. de Orat. Vt qui dissimulatores studiorũ fuerint. Quintil. lib. 2. cap. 18, Quod non ideo vt pro vero accipiamus est positum: sed vt Antonij persona seruetur, qui dissimulator artis fuit.

Amoris veri dissimulator. Ouid. 5. Metam.

Dissimulatio, Verbale ¶ εἰρωνεία. ¶ Cic. 3. Offic. Ex omni vita simulatio, dissimulatióque tollenda est.

Integumenta dissimulationis. Cic. 2. de Orat. Libenter enim te cognitum iam artificem, aliquandóque euolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatum perspicio.

Vrbana dissimulatio. Cic. 2. de Orat. Vrbana etiam dissimulatio est quum alia dicuntur ac sentias, &c.

Abrumpitur dissimulatio. Vide ABRVMPO.

Veste seruili in dissimulationem sui compositus. Tacit. lib. 13.

Eximere dissimulationẽ. Tacit. lib. 13, Quia dissimulationem nox, & lasciuia exemerat.

¶ Dissimulatio pro Ironia. Cic. 4. Acad. Libenter vti solicitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant.

Dissimulantia ¶ εἰρωνεία ¶ Idem quod dissimulatio. Cic. 2. de Orat. Socratem opinor in hac ironia dissimulantiáque longè lepõre & humanitate omnibus præstitisse.

Dissimulamentum, Idem. Apul. lib. 1. Florid. Musæ cum Minerua, dissimulamenti gratia, iudices adstitere.

Dissimulanter, Aduerbium. ¶ εἰρωνευόμενος. ¶ Cic. de Claris Orat. Non apertè, nec eodem modo semper, sed variè dissimulantérque conclusis.

Facere aliquid dissimulanter. Cic. 2. de Orat. Id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est.

Dissimulatim, pen. prod. ¶ κατ' εἰρωνείαν ¶ Aduerbium. apud Quintil. lib. 10. cap. 1, Sæpe præparat dissimulatim insidias Orator.

Dissimulabilis, penult. correp. ¶ εἰρωνευτός. ¶ vnde Indissimulabilis apud Gellium libro 10. capite 22, Cum quadam dissimulabili veritate disseruit.

Dissipium, Intestinum. Macrob. Intestina principalia tria: vnum dissipium vocatur, quod ventrem & cætera intestina discernit: alterum

medium, quod Græci μεσότητον dicunt: tertium, quod veteres hiram vocarunt. Ex Cæl. lib. 4. cap. 14.

Dissipo, dissipas, pen. corr. {διασπείρω, διασκίδνημι, σκεδάννυμι} dissipare, Dispergere, disiicere. Columel. lib. 2. cap. 10, Sin autem proximæ messis occupandum erit restibile defectis stramentis, quatuor & viginti veles stercoris in iugerum disponemus, dissipabimúsque.

Dissipare bona. Marcell. in l. Lucius Tit. D. mandati vel contrá.

Disturbare aliqua, & aliud aliò dissipare. Cic. 1. de Diuin.

Eripere, auferre, dissipare. Cic. Post red. ad Quir. Mihi quod potuit vis & iniuria & sceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipauit.

Dissipata connectere. Cic. in Orat. Facilius est enim apta dissoluere, quàm dissipata connectere.

Dispersum ac dissipatum. Cic. 1. de Orat. Omnia ferè quæ sunt cõclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt, vt in musicis numeri & voces & modi.

¶ Dissipare, Distrumpere, & lacerare. Cic. Att. lib. 15. 326, Prorsus dissolutum offendi nauigium, vel potius dissipatum.

Dissipari, extingui, dissolui. Cic. 1. Tusc.

Disturbare ac dissipare. Cic. 2. de Nat. deor. Idémque quocunque inuasit, cuncta disturbat ac dissipat.

¶ Dispergere ac dissipare possessiones. Cic. pro Lege Agrar.

¶ Libidines eum dissipant. Cic. 1. de Orat. At id non est nobilitatis, sed fac esse, nihil superest, libidines totum dissipauerunt.

Amplexus clamore dissipare. Stat. 3. Syluarum,

Sæuus vbi è puppi longo clamore magister
Dissipat amplexus, atque oscula fida reuellit.

Membra dissipare. Ouid. 3. Trist. eleg. 9,

Atque ita diuelli, diuulsáque membra per agros
Dissipat, in multis inuenienda locis.

Sol dissipat ardorem in partes. Lucret. lib. 2.

Dissipata classis. Lentulus ad Cic. lib. 12. 14, Quandoquidem classis dissipata est aduentus nostri timore; milites, ducésque effugerunt.

Edaceis curas dissipare. Horat. 2. Carm. ode 11.

Dissipare discordiam. Cic. de Amicit. Quæ in rerum natura totóque mundo constarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.

Fortunas dissipare. Cic. Figulo, lib. 4. 13.

Initio genus hominum in montibus ac syluis dissipatum. Cic. 1. de Oratore.

Dissipare ac perterrere hostes. Cæs. 6. bel. Gall. Et apud Liu. 7. bel. Pun. Dissipati fuga per agros.

Dissipare famam alicuius rei. Cic. 14. Philip. Sic Dissipare rumorem vel rumores, Idem 14. Philipp. Sic Dissipare sermones, Idem 3. Verr. Et pro Flacco, Primùm quòd distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus.

Effundere ac dissipare fructus suos. Cic. 2. de Lege Agrar.

Dissipare humorem, Est quod verbo alio dicitur, Digerere humorem. Cels. lib. 5. cap. 28.

Fusum ac dissipatum ius ciuile. Cic. 2. de Orat. Pollicitus se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad artem facilè redacturum.

Maledictum latè dissipatur. Cic. pro Planc. Nihil est autem tam volucre quàm maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur.

Nexus dissipare. Valer. 7. Argon.

Dissipare conuiuiis patrimonium. Cic. pro Flacco. Sic Dissipare pecuniam. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 3.

Rem familiarem dissipare. Cic. Marcello, lib. 4. 7.

Deturbare statuam, affligere, comminuere, dissipare. Cicero in Pisonem.

Dissipatus, penult. prod. Participium {διασκεδασθείς.} vt, Hostes dissipati. Cic. Cælio, lib. 2. 9, Interea cum meis copiis omnibus vexaui Amanienses hostes sempiternos: multi occisi, capti, reliqui dissipati.

Exercitus dissipatus. Cic. Att. lib. 15. 4.

Depulsis ac dissipatis copiis hostium. Cic. pro Domo sua.

Homo fractus ac propè dissipatus. Cic. Post red. in Senatu, Vos decreuistis, vt cuncti ex omni Italia, qui Rempub. saluam vellent, ad me vnum hominem fractum & propè dissipatum restituendum & defendendum venirent.

Homines dissipatos vnum in locum congregare. Cic. pro Sextio.

Homo in cogitando tardus, in instruendo dissipatus. Cic. de Claris Orat.

Liberi dissipati. Cic. pro Sextio, Euersa domus est, fortunæ vexatæ, dissipati liberi, raptata coniunx, &c.

Dissipata, & inculta, & diffluens oratio. Cic. in Orat. hoc est, dissoluta, nullóque ornamento culta, sed quæ quasi malè præcincta mulier, diffluit. De oratione loquitur, quæ nõ est numerorũ similis.

Dissipatio, Verbale. vt, Dissipatio prædæ {συνδιαρπάσεις, διαπραιάσεις.} Cicero 13. Philipp.

Interitus & dissipatio. Cicero 1. de Nat. deor. Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur, negat esse corpus deorum, sed tanquam corpus, &c.

Dissipabilis, & hoc dissipabile, penult. corr. {σκεδαστὸς} Quod dispergi aut separari facilè potest. Cicero 3. de Nat. deorum, Ignis verò & aer omni impulsu facillimè pellitur, naturáque cedens est maximè & dissipabilis.

Dissitus, pen. corr. Adiectiuum {ἀπεχθὴς, ἀπήχθων} Procul situs, remotus, distans. Apul. in Flor. Homines neque longulè dissita, neque proximè adsita possumus cernere.

Pars animæ per totum dissita corpus. Lucret. lib. 3. Id est distributa, distenta.

Dissocio, dissocias {διαφίλω, διΐστημι} dissociare, Dissoluere, & à societate dissungere ac separare. Cic. de Amic. Dispares enim mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias.

Copias dissociat. Tacit. lib. 12.

Legionem à legione dissociant. Tacit. lib. 1.

Arctas dissociare partes. Lucret. lib. 3.

Tyronem à veterano dissociant. Tacit. lib. 1.

Dissociatio, Verbale {διάστασις.} Plin. lib. 22. cap. 21, Aquas respuit, perfusum merſúmve sicco simile est, tãta dissociatio deprehenditur. Idem lib. 7. cap. 13.

Dissociabilis, & hoc dissociabile, penult. corr. {διάστατος} Quod sociari, coniungíque non potest, seu insociabile. Tacit. in Vita Agricolæ, Et quanquam primo statim beatissimi sæculi ortu res olim dissociabiles miscuerit, principatum, & libertatem.

Oceanus dissociabilis. Horat. 1. Carm. ode 3.

Dissoluo, dissoluis, dissolui, dissolutum, pen. prod. {διαλύω, καταλύω, παρακλύω} dissoluere, Discingere, religare. Plaut. Pœn. 3, Si authoritatem postea defugeris, vbi dissolutus tu sies, ego pendeam.

Coagmentare & Dissoluere, contraria. Cic. de Senect. Opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit.

Conglutinare & Dissoluere, contraria. Cic. de Senect. Vt nauem, vt ædificium idem destruit facillimè qui construxit: sic hominem eadem optimè quæ conglutinauit, natura dissoluit.

Facilius est apta dissoluere, quàm dissipata connectere. Vide DISSIPO.

Contextum dissoluere. Lucret. lib. 1.

Acta alicuius dissoluere. Cic. 1. Philipp. In maximis verò rebus, id est legibus acta Cæsaris dissolui, ferendum non puto.

Dissoluere æs alienum. Cic. 2. Offic. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius dissolutum est. Et apud Terent. Phorm. 4. 3, Qui dissoluerem quæ debeo?

Dissoluere alicui. Cic. 5. Verr. Sed frumento probato & accepto pecuniam publicam tenueris omnem, neque quicquam vlli dissolueris ciuitati.

Pecuniam ex Senatusconſ. & ex lege dissoluere. Cic. 7. Verr.

Dissoluere amicitias, Idem quod dissociare. Cic. de Amic. Nam si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret. Sic Dissoluere societatem. Cic. pro Rosc. Com.

Causam dissoluere. Lucret. lib. 4.

Dissoluere consilia & perdere. Cic. pro Lege Agrar.

Frigus dissoluere. Horat. 1. Carm. ode 9.

Glaciem dissoluere. Lucret. lib. 6.

Humanam consortionem dissoluere. Cic. 3. Offic. Vt eadem sit vtilitas vniuscuiusque & vniuersorum: quam si ad se quisque rapiet, dissoluetur omnis humana consortio.

Dissoluere interrogationem. Cic. 4. Acad. Quum eas dissoluere nó possunt, deficiscunt à veritate.

Leges dissoluere. Claud. 1. de raptu Proserp.

Membra dissoluuntur. Lucret. lib. 4.

Nubila dissoluit Phœbus. Claud. 7. Paneg.

Pectora dissoluenda. Tibul. lib. 1. eleg. 7.

Per partes dissolui. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Dissoluere periurium. Cic. 3. Offic. Fraus enim distringit, non dissoluit periurium.

Dissoluere pœnam. Cic. 1. Tusc. Ego verò illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna multauerit, quam siue mutuatione, & sine vsura possem dissoluere.

Posituræ principiorum dissoluuntur. Lucret. lib. 2.

Puppes in mediis aquis dissolui. Ouid. 4. Trist. eleg. 7.

Ne temere in mediis dissoluantur aquis. Hic diæresis est.

Dissoluere religionem, pro eneruare vel infirmare. Liu. lib. 10. belli Maced. Lectis rerum summis, quum animaduertisset pleraque dissoluendarum religionum esse, &c.

Dissoluere scopas. Vide SCOPAE.

Dissoluere se, Explicare à negotiis. Terent. Heaut. 3. 1, Dissolui me ocyus, operam vt tibi darem.

Seueritatem dissoluere. Cic. pro Murena, Misericordia commotus ne sis in dissoluenda seueritate.

Stamina dissoluenda. Tibul. lib. 1. eleg. 7.

Vota nouo munere dissoluere. Catul. de coma Berenices, 67.

¶ Dissoluere aliquem, Idem quod absoluere, paucis verbis & statim dicere quod volumus, non diu suspensum tenere. Plautus Mercat. 4, -obsecro dissolue iam
Me, nimis diu animi pendeo.

Dissolutus, pen. prod. {διαλυτικὸς, διαλυτὸς, ἀνειμένος} Participium, siue Nomen ex participio: vt, Dissolutis capillis. Plin. lib. 28. cap. 7. Cic. 2. de Fin. Quod dissolutum sit, id esse sine sensu.

Dissolutum & dissipatum. Vide DISSIPO.

Vinctum, & Dissolutum, contraria. Cic. in Orat. Alterum nimis est vinctum, vt de-industria factum apparcat: alterum nimis dissolutũ, vt peruulgatum ac vulgare videatur.

Non solùm arrogans, sed etiam omnino dissolutus. Cic. 1. Offic. Nam negligere quid de se quisque sentiat, nõ solùm arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.

Adolescens perditus ac dissolutus. Cic. 4. Tusc.

Mala consuetudine aliquid dissolutum. Cic. pro Cecinna, Quod est grauius, & cuius rei causa maximè iudicia constituta sunt, id iam mala consuetudine dissolutum est.

Dissoluta comitas. Quintil. lib. 2.

Consilia dissoluta atque perdita. Cic. 7. de Lege Agrar.

Dissoluta aliquorum consuetudo, licentiáque impudens. Cicero pro Flacco.

Dissolutis criminibus. Cic. pro Sylla, Iam enim faciam, criminibus omnibus ferè dissolutis, contrà atque, &c. Hoc est, purgatis.

Institutum aliquod negligentia dissolutum. Cic. 2. de Leg. Quod institutum periè à Numa, posteriorum Pontificum negligentia dissolutum est.

Iudicium dissolutum, perditum, nummarium. Cic. 5. Verr. Ecquod iudicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium fore putasti, quo ex iudicio te vlla salus seruare posset?

Dissolutum vel potius dissipatum nauigium, Id est infirmũ, & minus bene compactum. Cic. Att. lib. 15. 326.

Dissoluta negligentia. Vlp. in l. Si fideiuſſ. ff. Mandati.

Dissoluti stomachi vtilissimè adiuuantur. Plin. lib. 20. cap. 7.

Dissoluta, pro Discussa. Quint. lib. 6. cap. 4, Eáque vrbanitate tota est inuidia criminis dissoluta. De iuuenibus Tarentinis, & Pyrrho rege loquitur.

¶ Dissolutos etiam dicimus, qui moribus, legibúsque à se soluti, luxum vitæ sequuntur, quos Græci asotos dicunt. Cic. 6. Verr. Negligentes ac dissoluti, si cupiamus esse, quî possumus? Idé 5. Verr. Tamen si omnium hominum dissolutissimus, crudelissimúsq; semper fuisti. Sic Dissolutus in re familiari. Cic. pro Quint.

Dissolutior liberalitas. Cic. ad Brut. 3, Illúdque consyderes, ne tua liberalitas dissolutior videatur.

Dissolutè. Aduerbium {εἰκαιρότερον.} Cic. pro Cecinna.

Dissolutè remittere. Cic. ad Brut. 4, Neque crudeliter quicquam eripui, neque dissolutè remisi.

Dissolutè vendere, cui Permagno vendere opponitur. Cic. 5. Verr. Itáne dissolutè decumas vendidisti, vt quum, &c.

Dissolutè rem aliquam conficere. Cic. 6. Philipp. Res enim ex Cal. Ianuar. agitata, paulo antè confecta est: minus quidem illa seuerè quàm decuit, non tamen omnino dissolutè.

Clementer & Dissolutè factum, contraria. Cic. 7. Verr. Non agam tam acerbè, non vtar ista accusatoria cõsuetudine, siquid est factum clementer, vt dissolutè factum criminer.

Dissolutio {διάλυσις, κατάλυσις, παρακλύσις} Verbale, cuius contrarium est Coniunctio. Cic. in Partit. Constructióque verborum, tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.

Remissio animi & dissolutio. Cic. Metello, lib. 5. 2, Cognosce nũc humanitatem meam, si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria, remissio animi ac dissolutio.

Dissolutio criminum. Cic. pro Cluentio.

Iudiciorum dissolutiones. Cic. 6. Verr. Commercium istarum rerum cum Græcis hominibus non fuisse, his qui post iudiciorum dissolutiones Ædiles facti sunt, fuisse.

Legum dissolutio. Cic. 1. Philipp. Hæc vtrum tandem lex est, an legum omnium dissolutio?

Dissolutio naturæ, mors. Cic. 1. de Legib. & 2. de Finibus, Quæro autem quid sit, quod cum dissolutione, id est morte, sensus omnis extinguitur.

Dissolutio stomachi. Plin. lib. 20. cap. 22. Et lib. 9. cap. 4.

Dissolubilis, & hoc dissolubile, pen. corr. {λυτὸς} Quod dissolui potest. Cic. 1. de Nat. deor. Et ibidem, lib. 3, Mortale igitur omne animal & dissolubile.

Dissonus, Adiectiuum, pen. corr. {διάφωνος} Discordans: vt Dissonus clamor. Liu. 4. ab Vrbe, Dictator autem parte altera subsidia & secundam aciem adortus, circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus, hosti vndique obiecerat victorem peditem equitémq;. Idem 1. bel. Pun.

Ritu dissona Barbaries. Claud. 8. Paneg.

Clamor dissonus. Stat. 6. Thebaid.

Dissonus cæli cursus. Plin. lib. 36. cap. 10. Item Dissonus crepitus apud eundem, lib. 2. cap. 12.

Dissonæ sermone gentes & moribus. Liu. 1. ab Vrbe.

Sparsa ac dissona moles. Stat. 1. Achil.

Murmura dissona. Claud. de mulabus Gallicis, epig. 10.

Ora vulgi dissona. Lucan. lib. 3.

Turba dissona linguis. Claud. 1. Paneg.

Dissono, dissonas, pen. cor. {διαφωνέω, ἀπᾴδω} dissonui, dissonitum, pen. cor. dissonare, Discordare. Col. lib. 1. cap 1, An vniuersa quæ maiores prodiderunt, huius temporis culturæ respondeant, an aliqua dissonent. Et Quint. lib. 8, A quibus hæc quidem dissonantia sunt.

Dissuadeo, dissuades, pen. prod. dissuasi, dissuasum, pen. prod. {συμπείθω, παραιτέομαι} dissuadere, Contrarium est suo simplici. Plaut. Cistel. 5, Modò quod suasi, dissuadet: quod dissuasit id oftérat. Id est dat spem potiundæ rei quam antè dissuaserat. Cicero 6. Verr. Voluit Romæ repetere Artagathas: Cn. Lentulus Marcellinus dissuasit.

Suadere & Dissuadere, contraria. Ouid. 1. Metamorphoseos,

-pudor est, qui suadeat, illinc:

Hinc dissuadet amor.

Non modò non censere aliquid agendum, verumetiam dissuadere. Cic. 3. Offic. Qui non modò non censuerit captiuos redimendos, verumetiam dissuaserit. De M. Regulo.

Dissuadere de re aliqua. Cic. 3. Offic. Cur igitur ad Senatum proficiscebatur, quum præsertim de captiuis dissuasurus esset?

Fruſtra bellum dissuaserat Augur. Ouid. 12. Metam.

Legem dissuadere. Cic. 2. de Lege Agrar.

Dissuasor, pen. prod. {συμπείθης} Verbale, Qui dissuadet. Cic. de Claris Orat. Ipse etiam Piso & causas egit, & multarum legum aut author aut dissuasor fuit.

Gladius dissuasor iusti. Lucan. lib. 4.

Dissuasio, Verbale, f. g. {συμπειστικὸς} Cic. pro Cluent.

Dissuasior, Vide DISSVASOR.

Dissulcus, Porcus dicitur, quum in ceruice setas diuidit. Festus.

Dissulto, Vide DISSILIO.

Dissuo, dissuis, dissui, dissutum, pen. prod. {διαλύω} dissuere, Dissoluere.

Sinus dissutus. Ouid. 1. Fastorum,

Altera dissuto pectus aperta sinu.

Dissuere amicitias, per translationem. Cic. de Amic. Tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus leuandæ: & vt Catonem dicere audiui, dissuendæ magis, quàm discindendæ sunt. Idem 1. Offic. Vt amicitias quæ minus delectent, & minus prodentur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quàm repentè præcidere.

Dissupo, dissupas, Idem quod dissipo. Lucret. lib. 2,

Sol etiam summo de vertice dissupat omnes
Ardorem in partes, &c. Vtitur & Cic. in Lælio, Ea cõtrahere amicitiam, dissupare concordiam.

Distabescere {διατήκω, διαιμαγέω} Idem quod tabescere. Cato cap. 24, Hunc in fiscellam suspendito, finito cum musto distabescat. De sale.

Distædet, distæduit, & distæsum est {ἐξαπορῶ, ἐκκάω} Multum aut valde tædet. Plaut. Amphit. 6,

-pol haud quòd tui me, neque domi distædeat. Terent. Phorm. 5. 9, Demipho te appello. nam me cum hoc ipso distædet loqui.

Distantia, Vide DISTO.

Distega & tristega in sanctis literis Bicamerata & tricamerata interpretatur Hieronymus aduersus Iouinianum primo. Sunt qui à contignationum numero ita dici opinentur. Distegum domicilium appellat Dioscorides quoque. Ex Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 10.

Distegia, distegiæ, Ædificium duas contignationes habens.

Distendo, distendis, distendi {διατείνω, ὑπτιάζω, ἐκλύομαι} distentum, & distensum, distendere, In diuersas partes tendere. Columel. lib. 7. cap. 5, Ouis toto ventre distenditur, contrahitúrque. Plaut. Casina, 17, Vt ipsæ solæ ventres distendant suos.

Brachia nexa distendere. Ouid. 4. Metam.

Distendere hostium copias. Liu. 3. ab Vrbe, Reliquo exercitu haud procul mœnibus Tusculi consident, vt distenderet hostium copias. Id est, distinerent, quod & habent alia exemplaria.

Rictum distendere. Quintil. lib. 11. cap. 11, Obseruandum erit etiam, vt recta sit facies dicẽtis, ne labra detorqueantur, ne immodicus hiatus rictum distendat.

¶ Distendere, Implere. Virg. 4. Georgicorum,

-& dulci distendunt nectare cellas. Seruius.

¶ Distendere curas hominum. Liu. 7. bel. Pun. Consules diuersis itineribus profecti ab Vrbe, velut in duo pariter bella distenderant curas hominum, &c.

Distendit ea res Samnitium animos. Liu. Dec. 1. lib. 9. Id est in diuersas partes intendit. B.

Distentus {διατεταμένος} Participium, siue Nomen ex participio, Plenus. Plin. Distentus solitaria cœna.

Pabulo distentus. Quintil. lib. 2. cap. 10, Impleat se declamator aliquando, dum sciat, vt quadrupedes quum viridi pabulo distẽtæ sunt, sanguinis detractione curantur.

Capellæ distentæ lacte. Virg. eclog. 7.

Pecudes distentæ. Lucan. lib. 4.

Vber distentum. Ouid. 13. Metam.

Vber distentius. Horat. 1. Serm. sat. 1.

Distentus, à Distineor, Vide DISTINEO.

Distensio, Verbale {διάτασις.} Cels. lib. 2. cap. 8, Si verò in tenuiore intestino morbus est, vomitus, singultus, morbíque torsio, delirium, mala sunt.

Sub distensionibus neruorum. Cels. lib. 8. cap. 24.

Excipi distensione neruorum. Cels. lib. 2. cap. 6.

Distentus, huius distentus, Verbale, m. g. Idem quod Distensio. Plin. lib. 8. cap. 38, Alia solertia in metu melibus: sufflatæ cutis distentu ictus hominum & morsus canum arcent.

Distento, distentas {διατείνω} distentare, Frequentatiuum. Virg. 9. eclog.

Sic cytiso pastæ distentent vbera vaccæ.

Distentet spicis horrea plena Ceres. Tibul. lib. 2. eleg. 6.

Disterminо, disterminas, pen. corr. {διορίζω} disterminare, Diuidere. Plin. lib. 12. cap. 21, Arabia Iudæam ab Ægypto disterminat. Idé lib. 4. cap. 20, Disterminatis ab Asturia Vectonibus. Cic. in Arato, Quas interuallum binas disterminent vnum. Lucan. lib. 1.

Distero, disteris, pen. corr. distriui, distritum, pen. prod. {κατατρίβω} distérere, Crebrò vel multum terere. Cato de Re rust. cap. 75, Libum hoc modo facito: Casei pondo 11. bene disterat in mortario: vbi bene distriuerit, farinæ siliginææ libram, &c.

Distichia {διστιχία} Oculorum affectus quidam est, quum alterius pilorum ordinis in genæ margine exortus sit præter naturam. Vide Gal. lib. Finit. medic.

Distichon, distichi, pen. corr. {δίστιχον} geminus versus, dis, bis: στίχος, versum Græci dicunt. Martial. lib. 13, Hæc licet hospitibus pro munere distycha mittas.

Distichum hordeum. Colum. lib. 2. cap. 9, Alterum quoque genus hordei est, quod alij distichum, galaticum nonnulli vocant, ponderis & candoris eximij, adeò vt tritico misturn, egregia cibaria familiæ præbeat. Vide Ruellium.

Distillo, distillas {καταστάζω, καταπίπτω} distillãre, Paulatim fluere significat. Virg. lib. 3. Georg. -lentum distillat ab inguine virus. Colum. lib. 12. cap. 41, Hoc autem erit quod distillauerit antè quàm nimium calcetur vua.

Distillare lacrymam. Plin. lib. 15. cap. 29, Senescunt in arbore, anúsque distillant gummi modo lacrymam.

Aquæ distillant per pectus. Claud. 5. Paneg.

Distillent tempora nardo. Tibull. lib. 2. eleg. 2.

Distillatio, Verbale {καταστάλαξις, καταπίπτωσις} Fluxus humoris à capite. Plin. lib. 20. cap. 6, Sanguinem verò excreantibus & phthisicis, distillationibus longis, vel succus, vel ex ipso cibus prodest.

Distillarius, rij, Concinnator, siue venditor distillationum. Senec. Iam librarij varias exclamationes, & botulatium, & distillarium, & omnes popinarum institores, mercem suam quadam insignita modulatione vendentes.

Distineo, distines, pen. corr. distinui, distentum {κατέχω} distinêre, Occupare est, & distringere, inquit Budæus. Cic. 11. Philip. Nos alio bello distineri putat. Alij legunt detineri. Liu. lib. 1. bel. Pun. Oppidani ad omnia tuẽda, atque obeunda, multimoda arte distineri cœpti sunt. Cic. lib. 6. epist. 104. & 127, Negotiis & occupationibus distineri. Et pro Plancio, Distineri occupationibus & dolore.

Distinere. Lucret. lib. 5, Et mare, quod latè terrarum distinet oras. Id est occupat & tenet.

Pax distinetur. Cic. 12. Philip. Nónne metuendum est, ne imperita

militū multitudo per me pacē distineri puret? Id est impediri, tardari.
Distinere pacem. Liu. 2. ab Vrbe, Alium hinc, seu bello opus est, seu quiete, exilio quærant locum, nequid meam vobiscum pacem distineat.
Occupari & distineri. Cic. ad Attic. lib. 1. 9, Vereor ne putidum sit ad te scribere quàm sim occupatus: sed tamen ita distinebar, vt vix huic tantulum epistolæ tempus habuerim.
Distentus & opera & animo. Cic. Q. frat. lib. 3. 2. 4.
Distentissimus. pen. corr. {διεστραμμένος} pro occupatissimo dixit Cic. lib. 3. de Nat. deor.
Distinguo, distinguis, distinxi, distinctum {διαιρέω, διέχω, διακρίνω} distinguere, Diuidere, separare. Columel. lib. 1. cap. 6, Sed & lacubus distinguuntur granaria, vt separatim quæque legumina ponantur. Sic Martial. lib. 2,
Sed duo sunt quæ nos distingunt millia passum.
Interuallis distingui. Cic. 3. de Orat. Distinctio & æqualium & sæpe variorum interuallorum percussio numerum cōficit: quem in cadentibus guttis, quòd interuallis distinguuntur, notare possumus.
Distinguere atque diuidere. Cic. in Pisonem.
Distinguere ac separare. Cic. 6. Verr. Sed ea quo pacto distinguere ac separare possim, nescio.
Secernenda distinguere. Cic. in Topic.
Aer die ac nocte distinguitur. Cic. 2. de Nat. deor.
Apertius aliquid distinguere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Distinguere à, vel ab. Cic. 4. Acad. Qui distingues artificem ab inscio? Ibidem, Simili in errore versantur, quum conuicti, ac vi veritatis coacti, perspicua à perceptis volunt distinguere.
Caput, Id est capillos distinguere acu. Claud. in Nupt. Honor.
Falsum distinguere vero. Horat. 1. epist. 10.
Distinguere historiam varietate locorum. Cic. 2. de Orat.
Numero aliquos distinguere. Cic. pro Cecinna, Vt seruos non numero distinguant, sed appellent vno familiæ nomine.
Distinguere grauiora opera lusibus iocisque, Hoc est variare, & quasi alternare, vt ait Budæus. Plin. epist. 174.
Distinguere & illustrare orationem. Vide ILLVSTRIS.
Distinguere gemmis pocula. Cic. 6. Verr. Exponit suas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ vt mos est regius, & max. mè in Syria gēmis erant distincta clarissimis.
Dissimili ex genere turbam aliquam distinguere. Cic. pro Murena, Quam turbam dissimillimo ex genere distinguebant homines percussi Syllam temporis calamitate.
Diiudicare atque distinguere vera à falsis. Cic. in Partit. Vera à falsis, verisimilia ab incredibilibus diiudicare & distinguere.
Vocem distinguere lingua, Est loqui, & articulatim verba enuntiare. Sil. lib. 1.
¶Distinguere, Notulis quibusdam notare. Plin. lib. 8. cap. 18, Albis maculis rutilum colorem distinguentibus.
Colore vario distinguere aliquid. Ouid. de Nuce.
Distinguor, passiuè {διαγινώσκομαι.} Cic. 4. Acad. Quia nulla nota verum distinguebatur à falso.
Distinguntur inter se caudis simiarum genera. Plin. lib. 8. cap. 54, Simiarum quoque genera hominis figuræ proxima, caudis inter se distinguntur.
Distinctus, Participium {διεκριμένος.} vt, Argumenta perspicua & distincta Quintil. lib. 5. cap. 14.
Herbæ distinctæ floribus. Ouid. 5. Metam.
Lepōre vario distincta omnia. Lucret. lib. 5.
Littora distincta tectis & vrbibus. Cic. 2. de Nat. deor.
Continuatio verborum articulis membrisque distincta. Cicero 3. de Orat.
Distincta & interpuncta interualla. Cic. in Orat. Distincta alios & interpuncta interualla, moræ, respirationésque delectant.
Oratio composita & ornata & artificio quodam & expolitione distincta. Cic. 1. de Orat.
Sermo dilucidus ac distinctus. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Distincti interuallis soni. Cic. in Somn. Scip.
Via distincta castris & notata. Cic. de Prouinc. Consul. Vt via illa nostra quæ per Macedoniam est vsque ad Hellespontum militaris, non solùm excursionibus Barbarorum sit infecta, sed etiam castris Thraciis distincta ac notata.
Distinctus, huius distinctus {διαφανής.} Tacit. lib. 5, Oræ ac distinctu pennarum à cæteris auibus diuersum. De Phœnice. Stat. lib. 1. Sylu. 5.
Distinctè, Aduerbium {διακεκριμένως} Separatim, diuisim: vt, Distinctè scribere. Cic. 2. Tusc. Plin. epist. 155, Ex ipsis etiam quos non vna (vt dicitur) pertica, sed distinctè, gradatimq; tractaui. Cic. 1. de Inuent.
Distinctius dicendum.
Distinctè, explicatè, abundanter, illuminatè & rebus & verbis dicere. Cic. 3. de Orat.
Distinctio, Verbale {διάκρισις, διαφορὰ} Diuisio, separatio. Cic. 4. Acad. Quia nulla appareat in visis distinctio. Ibidem, Et earum tenuis & acuta distinctio.
Distinctio quæ vera, quæ falsa habet. Cic. 2. de Diuin. Quæ est tandem ista distinctio, quæ vera, quæ falsa habet?
Causarum distinctio ac dissimilitudo. Cic. de Fato.
Lex est iustorum iniustorúmque distinctio. Cic. 2. de Leg.
Distinctio syderum. Cic. 2. de Nat. deor.
Distinctio veri à falso. Cic. 1. de Finib.
Facilis & expedita distinctio. Cic. 1. de Finib.
Distisum, & pertisum dicebant, quod nunc distæsum & pertæsum. Festus.
Disto, distas {ἀπέχω, διαλείπω} distare, Abesse. Plin. Quod circiter quinque millia passuum distat ab Vrbe. Idē lib. 2. cap. 68. Vt CXV. M. passuum Arabicus sinus distet ab Ægyptio mari. Apud Liu. 1. ab Vrbe, Distantia loca.
Cursu longè distare. Virg. 3. Æneid.
Nimium distant foro carinæ. Horat. 1. epist. 7.
Laxè distare. Vide LAXVS.
Meta vtraque distare. Ouid. 3. Metam. de Sole.
Nihil distat. Vide NIHIL.
Spatio pari distare vtrinque, Id est in medio esse vtrorunque. Ouid. 10. Metam. de Sole dixit.
¶Distare, Differre. Cic. 4. Acad. Quum à veris falsa non distent? Idem 2. Offic. Quibus rebus exculta hominum vita tantum distat à victu & cultu bestiarum.
Mores distant à carmine nostro. Ouid. 2. Trist.
Ab re ipsa atque veritate distare. Cic. pro Rosc. Amer. Vides Eruci quantum distet argumentatio tua ab re ipsa atque à veritate.
Inter se distant. Cic. 5. Tusc. Syderáque videri innumerabilia cælo inhærentia cum eius ipsius motu congruere, cereis infixa sedibus, sepem alia suos quæque tenere cursus, multum inter se altitudine aut humilitate distantia.
Inter se distant, & diuersi sunt. Cic. 1. de Orat. Multum inter se distant istæ facultates, longéque sunt diuersæ atque seiunctæ.
Nihilum distare. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Scultitiāne erret, nihilum distabit an ira?
Paulum distare, cum datiuo. Horat. 4. Carm. ode 9,
Paulum sepultæ distat inertiæ
Cælata virtus.
¶Distare, pro Distingui. Plin. lib. 5. ad Aristonem, epist. 98, Non hi quidem Senatores: sed sanctitas morum non distat ordinibus.
Distans, Participium {ἀπέχων.} vt Loci distantes. Cic. 2. Philipp.
Inter se distantes ternis pedibus. Vide INTER.
Longè distantia. Lucret. lib. 2.
Spatio æquali distantia. Ouid. 8. Metam.
Studia distantia, Id est diuersa. Ouid. 3. Trist. eleg. 12.
Tempus distans. Tacit. lib. 3, At enim haud multum distanti tempore Calphurnij Pisonem, Æmylij Lepidum amiserunt.
Distantia, distantiæ {διαφορὰ, διάστασις} Differentiam aliquando significat. Cic. de Amic. Nec ob aliam causam vllam, boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quòd tanta est inter eos, quāta maxima potest esse, morum studiorúmque distantia. Lucretius libro 1. Interdum etiam longitudinem & spatium illud significat quo aliquis ab alio distat.
Disto, as {ἀπέχω} pen. corr. Frequentatiuum. Colum. lib. 7, Distitent inter se aliquanto spatio, ne in colluctatione alter alteri noceat.
Distorqueo, distorques, distorsi, distortum {διαστρέφω, στρεβλόω} distorquēre, Eiusdem ferè cum suo simplici significationis. Terēt. Eunuch. 4. 4, Ah, illud vide, os vt sibi carnifex distorsit.
Oculos distorquens. Horat. 1. Serm. sat. 9.
Ora distorquere. Ouid. 3. de Arte amandi.
Distortus {διάστροφος} Nomen ex participio. Cic. pro Murena, Solos sapientes, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites. Vide PVMILIVS.
Cura distorta. Horatius 1. Sermon. satyra 3. Et distortus vultus, Quint.
Distortio, Verbale {διαστροφή.} Cic. 4. Tuscul. & 5. de Finib. In quibus si peccetur distortione, & deprauatione, aut motu, statúve deformi, &c.
Distraho, distrahis, distraxi, distractum {διαιρέω, διασπάω, ἀφαιρέω} distrāhere, Diuidere, dilaniare. Liu. 1. ab Vrbe, Vt igitur paulo antè animum inter Fidenatem Romanámque rem ancipitem gestiti, ita iam corpus passim distrahendum dabis.
Diuellere ac distrahere. Cic. pro Plancio, Nemo erit, &c. qui à me mei seruatorem capitis diuellat ac distrahat. Et pro Sylla, Vt ab his membra diuelli ac distrahi posse diceres.
Lacerare atque distrahere. Cic. pro Quint. Si funus id habendum sit, quo non amici conueniunt ad exequias cohonestandas sed bonorum emptores ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas.
¶Distrahere cohærentia. Cic. 3. Offic. Itaque accepimus Socratem execrari solitum, eos qui primùm hæc natura cohærentia, opinione distraxissent.
Distrahere exercitus in diuersissimas regiones. Liu. 6. bel. Pun.
In partes minutas distrahi. Lucret. lib. 2.
Distrahere voces. Cic. in Orat. Sed Græci viderint: nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere voces conceditur.
Distrahere aliquem ab altero, Separare, & segregare, & ferè alienare. Terent. Phorm. 1. 4, Quid si eò mea fortunæ redeunt, Phanium abs te vt distrahar, &c. Vbi Donatus, Vide verbum vim cohærentis ostendere. Idem Hecy. 3. 5, Quandoquidem illam à me distrahit necessitas. Sic Distrahi ab amicitia, Cicer. pro Domo sua. Terentius Phormione, 3. 2, Tum præterea horum amorem distrahi potérin' pati?
Excludere, distrahere, & segregare aliquem à Repub. Cicero 5. Philipp.
Distrahuntur animi in contrarias sententias. Cic. 1. Offic.
Distrahi à complexu suorum. Cic. pro Domo sua.
Filatim distrahi. Lucret. lib. 2. Id est per fila minuta discerpi.
Distrahere industriam hominis in plura studia. Cicero 1. de Oratore.
Distrahere societatem cum aliquo, Est renuntiare societati. Seneca epist. 66, Quum visum fuerit, distraham cum illo societatem: & nunc quum hæremus, non erimus æquis partibus socij?
¶Distrahere, Vendere. Vlpian. de Transact. Si vni, pluribúsve fundus ad alimenta fuerit relictus, velintque eum distrahere, necesse est Prætorem de eius distractione & translactione arbitrari. Suetonius in Vesp. cap. 16, Coëmendo quædam tantùm vt pluris postea distraheret.
¶Distrahere controuersias, Id est Componere, vel dirimere lites, Sueton. in Cæs. Cic. pro Cecinna.
¶Distrahere rem aliquam, Differre. Cæsar 1. bel. Ciuil. Subiicitur etiam L. Metellus Trib. pleb. ab inimicis Cæsaris, qui hanc rem distrahat, reliquáſque res quascunque agere instituerat, impediat.

¶Distrahit mediam Asiam Taurus mons. Hoc est seiparat. Plin. lib. 5. cap. 27.
¶Distrahor: tum hoc mihi probabilius, tum illud videtur. Cicero 4. Academ.
Distractus, Participium {διαστραφεὶς, διάστροφος} siue Nomen ex participio. Plin. de Viris illust.
Anima distracta in toto corpore, Id est diffusa per totum corpus. Lucret. lib. 3.
Distracta & extincta vis. Cic. pro Domo sua, Ex quo iudicare potestis quanta vis illa fuerit oriens & cōgregata, quum hæc Cn. Pompeium terruerit, iam distracta & extincta.
Aliqui perfidia hominum distracti. Balb. Cic. in Epist. ad Atticum, lib. 8. 168, Obsecro te Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam virtutis, vt Cæsarem & Pompeium perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas.
Distractior. Lucret. lib. 4,
Et cluosior inter se ac distractior intus.
Distractissimus, pen. corr. Superlatiuum, Per omne belli tempus nemo è nobis imbecillus fuit, cuius salus ac valetudo non ita sustentaretur Cæsaris cura, tanquam distractissimus ille tantorum onerum mole huic vni negotio vacaret animus.
Distractio, Verbale {διασπασμὸς, διάστασις} Separatio, alienatio. Plautus Pseud. 3,
Harum mihi voluptatum omnium atque itidem tibi
Distractio, diffidium, vastities venit. Cic. 3. Offic. Nulla enim nobis cum tyrannis societas est, sed potius summa distractio est.
Distribuo, distribuis, distribui, distributum, pen. prod. {διανέμω, διαιρέω, διαδίδωμι, νέμω} distribuere, Separatim disponere, & suum cuique tribuere. Terentius Adelphis, 3. 3, Id distributum sane est ex sententia.
Distribuere beneficia per gentes & populos, pro Inter gentes. Seneca de Benefic.
Concinnè distribuere. Vide CONCINNVS.
Distribuere causam, Hoc est partiri. Cic. pro Rosc. Amer. Meministis me ita distribuisse initio causam in crimen, cuius, &c.
Distribuere exercitū latius, & in plures ciuitates. Cæs. 3. bel. Gall. Ibidem lib. 5. Legionésque in plures ciuitates distribuere.
Distribuere in ministeria. Plin. epist. 249, Distribuamus illos in ea ministeria quæ non longè à pœna sint.
Distribuere partibus, Cicero 1. de Orat. Et in partes XII, Idem 1. Tusculan.
Distribuere in singulos. Cic. pro Cluent. H-S. quadraginta millia nummūm in singulos iudices distributa.
Distribuere in numeros milites. Plin. epist. 246, Ipse enim dubito ob hæc maximè, quòd vt iam dixerant sacramento militari, nondum distributi in numeros erant.
Distribuere commode tempora peregrinationis. Cic. ad Atticum, libro 2. 16.
Distributus, pen. prod. Aduerbium {διαδεδομένως.} Participium. vt, Causarum diuisio in duas partes distributa. Author ad Heren. lib. 1.
Orbem terrarum imperiis distributis ardere bello. Cicero Seruio, libro 4. 1.
Orcæ leges & distributæ ab Athenienſibus in omnes terras. Cic. pro Flacco.
Distributè, pen. prod. Aduerbium {διαδεδομένως.} Cic. 2. Tusc. Sed quia proficentur ipſi illi qui eos scribunt, se neque distinctè, neque distributè, neque eleganter, neque ornatè scribere. Idem 2. de Inuent. Sin distributius tractare quis volet, patiatur in animum & corpus, & extraneas res, licebit.
Distributor, pen. prod. {μεταδότης} Verbale. Cic. in Pisonem, Hoc certe video quod indicant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse tabularum.
Distributio, Verbale, f. g. {μετάδοσις, διάδοσις.} Cic. pro Cluēt. Itaque mihi certum est, hanc eandem distributionē, inuidiæ & criminum, &c. Idem lib. 5. de Fin. Distributio sensuum.
¶Distributio apud Rhetores, dicitur figura quæ à Græcis μέρισμὸς vocatur, quæ tamen rhetoricæ eloquutionis figura nulla est, sed argumentum à partibus.
Aberrare à distributione. Cic. de Petitione Cōs. At ne videar aberrasse à distributione mea, qui hæc in hac populari parte petitionis disputem, hoc sequor.
Distringo, distringis, distrinxi, districtum {διεκπερῶ, διεκπεράω, διατείνω} distringere, Valdè stringere. Cic. 3. Offic. Fraus enim distringit, non dissoluit periurium.
Distringit cura rusticos. Vide CVRA.
¶Distringi, Impediri, occupatum esse, & distineri negotiis. Plin. libro 5. ad Maximum, epist. 5, Quanuis agendis causis distringeretur. Idem epist. 10. lib. 1, Nam distringor officio, vt maximo, sic molestissimo.
Distringi iudicio. Neratius in l. ex iudicatum solui. D. iudic. solui, Neque enim æquum est aut iudicio distringi, aut ad inficiationem compelli eum, qui sine iudicio dare partem paratus est.
¶Distringere, pro Pungere, seu leuiter ferire. Ouidius 10. Metam. Tuscius extanti distrinxit arundine pectus.
Arundo distrinxit summum corpus. Ouid. 8. Metam.
Carmine mordaci distringere aliquem. Ouid. 2. Trist.
¶Distringere, Defricare, seu radendo sordes detergere. Martialis lib. 14. de strigilibus,
Pergamus has misit curuo distringere ferro.
Distringere & eradere. Colum. lib. 4. cap. 24, Iam verò muscus qui more compedis crura vitium deuincta comprimit situque & veterno macerat, ferro distringendus & eradendus est.
Distringere crustam panis, Gallicè dicimus, *Chapeler du pain*. Ex Budæo.
¶Distringere, Decerpere. Colum. lib. vlt. Sereno cælo manibus distringi oliuam oportet. Sic Plin. lib. 19. cap. 9, Semen eius quum est maturum, ab æquinoctio Autumni distringitur. Fortasse legendum destringitur per secundam vocalem in prima. Vide DESTRINGO.
Ramos distringere. Lucan. lib. 4.
¶Distringere, pro Confringere, comminuere. Columella lib. 12. capite 8, Deinde exiguum aridi thymi & cunilæ aridæ super lac distringito.
¶Distringere gladium, E vagina educere. Cic. 3. Offic. At ille vt ingressus est, confestim gladium distrinxit, iurauíque se illum statim interfecturum.
Distringi seueritatem. Seneca lib. 2. de Ira, Hoc est, exeritur, ducta metaphora à gladio.
Distringere amaritudinē carminum. Plin. lib. 36. cap. 5, Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, vt crederatur aliquibus ad laqueum eos compulisse.
Distringens, Participium {διεκπεραίων} Qui ex strigili, vel manibus sordes corporis & sudorem ipsum in balneo absterger. Hic enim erat mos veterum. Plin. lib. 34. cap. 8. de Polyclero loquens, Fecit, inquit, & distringentem se, & nudum talo incessentem. Hoc est, sudorem abstergentem, quem Græci, vt idem author explicare videtur, ξυστῆρας vocant. Idem eodem loco, de Dædalo, Dædalus & ipse inter fictores laudatus, pueros duos distringentes se fecit. Quibus in locis antiquissimus codex legit distringentes.
Districtus, Participium {διεστραμμένος.} Cic. de Aruſp. resp. Suffragia districta tenentur à paucis.
Ensis districtus. Horat. 3. Carm. ode 14.
Districtos in Remp. gladios retundimus. Cic. 1. Catil.
Districtus, Coactus. Cic. ad Cælium, lib. 2. 14, Districtus enim mihi videris esse, quòd & bonus ciuis & bonus amicus es. quasi dicat, nescis verum fauces Reipub. partibus, an amicorum tuorum, qui eam perturbant.
Ambitionis labore vita districta. Cicero 3. de Orat. Nam quanditu Crassi fuit ambitionis labore vita districta, tandiu priuatis magis officiis & ingenij laude floruit, quàm fructu amplitudinis, aut Reipub. dignitate.
Solicitudine districtus. Horat. 2. Serm. sat. 8.
Districtus & obligatus. Cic. 2. Verr.
¶Districtus, Nomen ex participio. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 16, Sic enim habeto, nunquam me à causis & iudiciis districtiorem fuisse.
¶Districtus, pro Non molli aut soluto. Tacit. lib. 4, Vt quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat: leues, ignobiles, pœnis adficiebantur. Sic Districtam fœneratricem vocauit Valerius lib. 8. cap. 2, pro Seuera & nihil remittente.
Districtio {ἀσχολία} Difficultas, anxietas, impedita ratio. Paulus l. 16. D. de recept. arb. Quod sine vlla districtione ipsius finterdum futurum est.
Districtus, à distringendo, sicut Territorium à terrēdo nomen sumpsisse videri potest: quo nomine quidam significari putant quicquid vltra territorium suum ex alieno ditioni suæ ciues addunt, vel virtute bellica partum, vel quaqua alia ratione. Tametsi, Alciato teste, Districtus vocabulum apud antiquorum neminē reperiatur. Cæterùm notæ Spiegel quatuor nomina apud iuris interpretes ciusdem esse: incellectus, Territorium, Comitatus, Districtus, Diœcesis.
Districtè, Aduerbium {διαπύρως.} Cic. 2. Philipp. Non enim fortasse satis quæ districtius dicuntur, intelligis. Ex veruſto exemplari legendum distinctius.
Districtè minari. Plin. lib. 9. ad Sabinianum, epist. 1, Iungam tamen tanto plenius & effusius, quanto ipsum acrius seueriúsque corripui, districtè minatus, nunquam me postea rogaturum.
Districtè denegare. Vlp. in l. sed hæc. D. de procur. Sed hæc neque passim admittenda sunt, neque districtè deneganda, sed à Prætore causa cognita temperanda.
Distruncō, distruncas {διαπερατόω} distruncare, Idem quod truncare. Plautus Trucul. II, 1 Ego te hic agnum faciam, & medium distruncabo.
Distruo, distruis, distruxi, distructum {διακοδομέω} distruere, Seorsum vel separatim struere. Suetonius in Caligula, capite 41, Distructis ac instructis, pro loci dignitate, compluribus cellis. Alij legunt destructis.
Disturbo, disturbas {διαταράσσω} disturbare, Dissipando, diruendóque disiicere, inquit Valla lib. 5. Cic. pro Domo sua, Et iam se videre distrahi à complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas.
Disturbare & deiicere. Author ad Herenn. lib. 1, Cum vitiis bonis imperum facit, pontes disturbat, cistas deiicit, &c.
Disturbare & diripere aliquid. Cic. pro Domo sua, Quibus spectātibus domus mea disturbaretur, diriperetur.
Disturbare ac dissipare cuncta. Cic. 2. de Nat. deor.
¶Ædes suas disturbare. Lucret. lib. 2.
Domum alicuius disturbare. Cic. 5. Philipp.
Auster freta disturbat. Seneca Hippol. 10.
Vi & armis disturbare iudicia. Cic. pro Sylla.
Disturbare ac peruertere legem aliquam concione. Cicero pro Lege Agrar.
Tollere ac disturbare iudicium ambitus. Cic. pro Sylla.
Sententiis & manibus disturbare locum aliquem. Cicero pro Domo sua, Quam porticum pro amore quem habetis in Rempub. & semper habuistis, non modò sententiis, sed si opus esset, manibus vestris disturbare cuperetis.
Multo disturbat sanguine pacem. Lucan. lib. 4.
Societatem viræ disturbare. Cicero pro Roscio Amerino, In his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur: quam qui lædit, eppugnat omnium commune præsidium: & quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem.
¶Disturbare, Impedire ne quid fiat. Cic. pro Bruto, lib. II. 21, Disturbaui rem, torámque vobis integram reseruaui.
Disturbatus, Participium {διαταραχθείς.} vt, Disturbata porticus, Hoc est effracta & diruta.

Disturbatio, Verbale {ϖαστάσεως} Cic. 3. Offic. Sed vtilitatis specie in Repub. sæpissime peccatur, vt in Corinthi disturbatione nostri.

Dissulcus, Vide DISSVLCVS.

D I T

Diteſco, Vide DIS ditis.

DITHYRAMBVS {διθύραμβος} Vir Thebaicus, à quo creditur genus illud versuum fuisse cognominatum, in honorem Bacchi factum. Cic. 3. de Orat. Vide Cæl. lib. 7. cap. 5.

Audaces dithyrambi. Horat. 4. Carm. ode 2, de Pindaro,
Seu per audaces noua Dithyrambos
Verba deuoluit.

Dithyrambicus, pen. corr. Adiectiuum {διθυραμβικός} vt, Poema dithyrambicum. Cic. de Optimo gen. Orat.

Dithyrambicus intellectus, Prouerbium de re obscura dici solitum, nec cuiuis peruia. Illorum enim peculiare fuit, verbis vti compositis, καὶ πολυπλόκοις, id est nodosis, implicitisque, sed & tumentibus. Vide Cæl. Antiq. lect. lib. 7. cap. 15.

Ditio, ditionis {ϖαρὰ τὸ δίεσθαι} à ditior comparatiuo nominis dis ditis, quum pro diuite accipitur, significat imperium. Plaut. Milit. 13, Loquere: aureis meas profecto dedo in ditionem tuam.

Negat Seruius nominatiuum ditio in vsu esse, nisi in cõpositione. Cadere sub imperium ditionémque alicuius. Cicero pro Fonteio, Vide CADO.

Concedere in ditionem. Vide CONCEDO.

Dédere in ditionem, Vide DEDO.

Ditione atque numine deorum geruntur res. Cic. 2. de Leg.

Alicuius nutu ac ditione gubernari. Cic. Antequam iret in exilium. Nunc ego te Iupiter optime maxime, cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, &c.

Magna ditione premere terram aliquam. Virg. 10. Æneidos,
-magna ditione subeto
Carthago premat Ausoniam.

Omni ditione tenere terras, Id est omni potestate, hoc est pace, legibus, bello. Virg. 1. Æneid. Seruius.

Ditioni, iudicio, potestati aliquorũ permittere & condonare gentes, nationes, prouincias, regna. Cic. 2. de Lege Agrar.

Redigere in ditionem. Plin. lib. 9. cap. 35. Cic. de Prouinc. Consul. Bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram ditionem esse redigendam. Vide REDIGO.

Redire in ditionem domini. Vide REDEO.

Coercere, opprimere, & in potestatem, & ditionem aliquam redigere. Cic. 2. de Lege Agrar. Populi Romani vectigalibus atque omnibus copiis ipsum Pop. Rom. coerceas? opprimas? redigas in istam Decemuiralem ditionem & potestatem?

Contra nutum ditionémque alicuius respirare si fas est. Cicero pro Quintio.

Subactus ditione Latia. Claud. 1. in Ruffin.

Terminus Romanæ ditionis. Claud. 3 Paneg.

Sub imperium ditionémque Pop. Rom. vrbes aliquas subiungere. Cic. 3. Verr.

In ditione ac potestate alicuius esse. Cic. pro Quintio.

Tenere regionem aliquam ditione. Virg. 1. Æneidos,
-genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

Accusare aliquem, & ipsum in sua potestate & ditione tenere. Cic. 3. Verr.

In ditionẽ venire. Pompon. in l. 2. §. Capta deinde Sardinia. D. de Origine iuris, Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi prouincia: totidem Prætores, quot prouinciæ in ditiones venerant, creati sunt.

Ditior, Ditissimus, Dito, Vide DIS ditis.

Ditis causa, Vide DICIS causa.

Ditrochæus {δισπόνδειος} Pes constans ex duobus trochæis, hoc est ex longa & breui, & iterum longa & breui, vt Cantilena. Author Diomedes.

DITTANI {δίτταιοι} Populi Hispaniæ, ab Austro Celtiberis proximi, vt refert Strabo lib. 3.

D I V

Diu, dissyllabum, Aduerbium temporis {διὰ τὸ διηγεῖσθαι, ἢ διὰ τὸ μακρὸν, ἢ πολὺ χρόνον} Longo tempore. Terent. Eunuch. 2. 3.

Vna hæc spes est, vbi vbi est, diu celari non potest.

Diu & Subitò, contraria. Brutus Cicer. lib. 11. 13. Copias, quas diu simulatione Reipub. comparabant, subitò ad patriæ periculum conuerterunt.

Hoc ipsum diu. Cic. pro Marcello, Quid enim est hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum?

Diu collecta improborum vis & inueterata. Cic. pro Domo sua.

Diu me estis demorati. Plaut. Epid. 8,
Sed nimis longum loquor, diu me estis demorati.

Diu aliquid perdiscere. Plin. in Paneg. Iam tunc præmonente fortuna vt diu penitus perdisceres quæ mox præcipere deberes.

Diu vitam dare. Plaut. Milit. 10,
Huic homini dignum est diuitias esse, diu vitam dare.

Diu est quòd miseram accersitum eum. Plaut. Merc. 19.

Diu ferre. Tacit. lib. 5, Aliáque in eundem dolorem mœsta & miseranda diu ferret.

Diu sit. Plaut. Curcul. 3, At iam bibes. 12, diu sit.

Haud diu est, quum dentes exciderunt. Plaut. Merc. 9,
Nam illi quidem haud sanè diu est quum dentes exciderunt.

Minus diu, Vide post MINOR.

Diu multum. Cic. pro Sylla, Hæc diu multum, & multo labore quæsita vna eripuit hora.

Diu multúmque, vel, Multum diúque. Cic. de Senect. Quum multum diúque vixeris. Sic in Oratore, Diu multúmque dubitare.

Nimis siue nimium diu, Vide NIMIS.

Sæpe & diu ad pedes iacuit stratus. Cic. pro Quintio.

Satis diu & satis multos annos. Cic. pro Cluentio.

Non diu huc commigrauit. Terent. Adelph. 4. 5. Liu. 1. ab Vrbe,
Nec diu pax Albana mansit.

¶Diu, pro Die: vnde & Interdiu dicitur. Titinnius Fullonibus:
Nec noctu, nec diu licet fullonibus quiescant. Plaut. Casin. Noctúq;, & diu vt viro subdola sies. Nonius.

¶Diu, pro Diuturno. Cicero de Senectute, Ille vult diu viuere, hic diu vixit.

¶Diu, Vlpianus interpretatur non minus decennio, in l. 16. §. Aristo. D. de fideicomm. libert. Et ita in l. 3. §. si seruus. D. de acquir. possess. Hinc Diuturnum tempus, & Diuturnam possessionem ad decẽnium referri vulgò obtinuit, l. 1. §. vlt. D. de aqu. & aqu. pluu. arcẽd.

Diurno, as, Diu viuo, teste Nonio. Est autem verbum à die deductum, sicut perennare ab anno. Neque optimum inter nos sinunt diurnare. Vide Gell. lib. 12. cap. 2.

Diutius, Comparatiuum à diu {διὰ μακροτέρου} Terent. Phorm. 4. 1, Postquam videt me eius mater esse hic diutius. Cic. 4. Acad. Didicit apud Philonem tandiu, vt constaret diutius didicisse neminem. Idem 6. Verr. Non obtundam diutius aures vestras.

Quantò diutius, tantò, &c. Terent. Heaut. 3. 1,
-& quanto diutius
Abest, magis cupio tantò, & magis desydero.

Multo diutius. Cic. de Claris Orat. Tamen multo diutius Athenæ iam erant, quàm est Roma ad hodiernum diem.

Tibine hæc diutius licere speras facere, me viuo patre? Terentius Heaut. 1. 1.

Diutius anno. Cic. Att. lib. 7, Ne diutius anno in prouincia essem.

Diutius enim iam in hoc desyderio esse nõ possum. Cic. de Amic.

Diutius quin. Sallust. in Catil. Neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius ea vti licuisset, quin defessis & exanguibus, qui plus posset, imperium atque libertatem extorqueret.

Diutissimè, Superlatiuum {πλεῖστον χρόνον, ἢ διὰ μακροτάτου} Longissimo tempore. Cic. de Amic. Varro 2. de Re rust. cap. 6, Vtique vt quàm diutissimè fructum ferre possit.

Torquere diutissimé. Cic. in Pisonem, Mitto aurum coronarium, quod te diutissimè torsit.

Diutinè. pen. corr. Aduerbium {ἐπὶ πολύ} Plaut. Rud. 2, 3
Ille qui consultè, doctè, atque astutè cauet,
Diutinè vti bene licet partum bene.

Diutulè, penul. corr. Aduerbium diminutiuum {ἐπ' ὀλίγον} Aliquandiu. Gellius, Quum diutulè tacitus cogitando fuissem. Apul. in Florid. At non itidem maior meus Socrates, qui quum decorum adolescentem & diutulè tacentem conspicatus foret, &c.

Diutilè, pen. corr. Aduerbium. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 11, Quúmque diutile tacentem crebris hortatibus excitaret, &c. Et cap. 13, Sordidatum pallium meum in mari diutile laui. Sic alibi frequenter apud eundem.

Diutinus, pen. corr. {ἐπὶ πολύ} Adiectiuum, Id est continuus. Cic. ad Brut. lib. 11. 8, Tantus ardor occupauit animos hominum libertatis desyderio, tædióque diutinæ seruitutis. Sic Cæs. 2. bel. Ciuil. Diutinus labor. Liu. 5. bel. Pun: Diutinum bellum.

Diuturnus {χρόνιος, πολυχρόνιος, χρονιαῖος} Idem quod diutinus. Cic. de Senect. Quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.

Nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. Cic. 2. Offic.

Bellum diuturnum. Cic. pro Lege Manilia.

Delectatio diuturna. Cic. 3. de Orat. Quanuis claris sit coloribus picta vel poesis, vel oratio, non posse in delectatione esse diuturna.

Diuturnus error. Cic. 1. Offic. Quàm multa passus est Vlysses in illo errore diuturno, quum & mulieribus, &c.

Mala diuturna. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.

Diuturnus & desperatus morbus. Cicero pro Sylla, Ex magnis & diuturnis, & iam desperatis Reipub. morbis ista repente vis erupit.

Obseruatio diuturna. Cic. 2. de Diuinat.

Pace diuturna se recreare. Cic. de Prouinc. Consul.

Perpessio diuturna ac voluntaria rerũ arduarũ ac difficiliũ, honestatis & vtilitatis causa. Definitio est Patientiæ Ciceroni 2. de Inuent.

Diuturna simulatio. Cic. Att. lib. 7, Quàm non est facilis virtus, quàm verò difficilis eius diuturna simulatio!

Diuturnior. Ouid. 4. Metamorphoseos,
Hic qui diligitur, vellem diuturnior esset. Idem. 6. Fast.

Diuturnius, diuturnissimum. Liu. 1. ab Vrbe, Quo diuturnius Setuij regnum esset.

Diuturnitas, pen. corr. diuturnitatis {χρονίσις.} Cic. de Senect. Nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Sic Diuturnitas belli, Cæsar 1. bel. Gall. Et Cic. 2. de Nat. deor. & 4. Academ. Diuturnitas temporum.

Celeritas & Diuturnitas, cõtraria. Cic. 1. de Fin. Quòd mors sensu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis soleat esse, vt eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuatio consoletur.

Dominationis & victoriæ diuturnitas. Cic. Att. lib. 7. 140.

Imperij diuturnitati modus statuendus. Cic. pro Lege Manil.

Memoriæ diuturnitas. Cic. 1. de Orat. Nihil est enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id in quo aliquid offenderis.

Pacis diuturnitas otium confirmauit. Cic. 1. de Orat.

Tẽporis diuturnitate non confirmaretur opinio, nec vnà cum seculis ætatibúsq; hominum inueterare potuisset. Cic. 2. de Nat. deor.

Extabescere diuturnitate fictas atque nouas opiniones videmus. Cic. 2. de Nat. deor.

Diuturnitate non vanescere animi labes, nec manibus vllis elui potest. Cic. 2. de Legib.

Diuturnitas maximos luctus vetustate tollit. Cic. Titio, lib. 5. 16.

Diuagor, pen. corr. {πλανᾶμαι} Oberro, huc illuc vagor. Lactant. lib. 5, Vbi animus in multa dispersus huc atque illuc diuagatur.

Diuarico, diuaricas, penult. correp. {διίστημι} diuaricare, Est, authore Nonio,

Nonio, distẽdere: dictum ab iis qui vitio naturæ ita sunt pedibus discretis, vt eos in diuersum habeant separatos. Cic. 6. Verr. In ea Sopatrum hominem cum domi nobilem, tum summo magistratu prædití, diuaricari ac deligari iubet. Varro 2. de Re rust. cap. 5. de bubus,
Nec cuius vngulæ diuaricent. Cato cap. 45, Si in scrobibus aut in sulcis seres, ternas taleas ponito, eáque diuaricato.

Diuello, diuellis, diuelli, & diuulsi, diuulsum {διασπάω} diuéllere, Idẽ quod auellere. Sallust. Rapi virgines, pueros, diuelli liberos à complexu parentum.

Mordicus diuellere aliquid. Horat. 1. Serm. sat. 8.

Amplexu dulci diuelli. Virg. 8. Æneid.

Artus diuellere morsu. Ouid. 8. Metam.

Diuellere commoda ciuium. Cic. 2. Offic. Eáque est summa ratio & sapientia boni ciuis, commoda ciuium defendere, non diuellere, atque omnes æquitate eadem continere.

Corpus diuellere. Virg. 4. Æneid.

Diuelli dolore. Cic. pro Plancio. *Creuer de dueil.*

Diuellere conglutinationes. Cic. de Senect. Sic Dissolutam & diuulsam rem conglutinare, apud eundem 1. de Orat.

Diuulsus consensus. Cic. de Aruspicum responsis, Consensus ordinum est diuulsus.

Montes diuellere manibus. Lucret. lib. 1.

Nodos diuellere manibus. Virg. 2. Æneid.

Cura diuellit somnos. Horat. 1. epist. 10.

Nec diuelli nec distrahi potest à voluptate. Cic. 1. de Fin.

Non facilè diuelli à Polemonis & Peripateticorum finibus. Cic. 4. Academ.

Diuulsus, Participium {διασπασθείς} vt, Membra diuulsa. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. Vnda diuulsa remis. Ouid. 8. Metam.

Diuendo, diuendis, diuendi, diuenditum, pen. corr. {διαπίπρασκω} diuéndere, Huic & illi vendere. Liuius 1. ab Vrbe, Quum diuendita præda x l. talenta argenti aurique recepisset. Sic ibidem, lib. 3. Et 7. bell. Maced.

Bona diuendere. Cic. 1. de Lege Agrar. Hic permittit suã lege Decemuiris, vt in quibus commodum sit tenebris, vt in qua velint solitudine, bona Populi Romani possint diuendere.

Diuerbero, diuerberas, penul. corr. {διαπάττω} diuerberâre, Scindere. Virg. 5. Æneidos,
Primáque per cælum neruo strídente sagitta
Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras. Seruius.

Ictu diuerberare aliquid. Lucret. lib. 1. Id est, verberare.

Ferro diuerberat vmbras. Virg. 6. Æneid.

Sol aerias diuerberat vndas. Lucret. lib 2.

Diuerbium, diuerbij {ϖαράπτωσις} vt inquit Seruius, est primus actus Comœdiæ. nã quælibet Comœdia diuidetur in Prologum, Protasin, Epitasin, & Catastrophen.

Diuerbia, Partes comœdiarum, vbi plures personæ versantur, à personarum varietate dicta. Liu. 7. ab Vrbe, Inde ad manum cantari histrionibus cœptum, diuerbiáque tantùm ipsorum voci relicta. Sũt qui diuerbia, notabiles sententias vocari magis existiment. Nam de histrionibus loquitur, qui ad manum cætera cantabant: ea tantùm pronuntiabant, quæ volebant obseruari à populo. Ausonius Sectione 2, ad Nepotem, de studio puerili,
Ad noua vix memorem diuerbia coge senectam.

Diuerto, diuertis, diuerti, diuersum, diuértere {ϖαρατρέπω} vel Diuertor, diuerteris, diuerti, Deponens, Deflectere. Apud comicos legitur & deuorto, siue deuortor.

Diuerterat ad Terentiam salutatum. Cic. ad Att. lib. 10. 207. Idem 5. Verr. Locúsque ei publicè, quò diuerteretur, datus est,

Ad alia diuertere. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Ad artes alias diuerti. Ouid. 2. de Arte.

Ad hospitem diuertere. Cic. 1. de Diuinat. Quum duo quidam Arcades familiares vnà iter facerent, & Megaram venissent, alterum ad cauponam diuertisse, ad hospitem alterum, &c.

Diuerti ad aliquem in hospitium. Plaut. Pœn. 9,
Vt diuortatur ad me in hospitium optimum.

Diuertere apud. Liu. lib. 2. D. cad. 5. Domus eorum hospitibus patebant, apud quos ipsis diuerti mos esset.

Diuerti apud hospitem, Recipere se in hospitium. Plaut. Milit. 2, Aduolat adolescens, atque in proximo diuertitur apud hospitem paternum. Columel. lib. 1. cap. 5, Hæc autem prætereuntium viatorum populationibus, & assiduis hospitiis diuertentiũ infestat rẽ familiarẽ.

Diuertere in tabernam. Cic. 2. de Inuent.

Diuertere in funus alicuius. Ouid. 2. Amor. eleg. 6,
Alitis in raræ miserum diuertite funus. Inuitat aues ad funus pśitaci mortui.

Diuerto huc ad Doripam. Plaut. Merc. 19.

Diuertor huc in tabernam tertiam. Plaut. Pseud. 9.

Diuertere in villam. Cic. 2. Offic. Et 2. de Orat. Táquam in Pontinum diuerteris.

Diuertor domum. Terent. Phorm. 2. 1. Cic. pro Deiot. Quum, inquit, in castellum Luceium venisses, & domum regis hospitis tui diuertisses.

Massiliam diuertere. Cic. 13. Philipp. Nuntient se Pompeij conueniendi causa diuertisse Massiliam, eúmque cognouisse, &c.

Diuertere via, Id est discedere de via. Plin. in Paneg. Ingentes hostiarum greges per Capitolium iter magna fui parte velut intercepti, diuertere via cogebantur. Quintil. lib. 2, Et recto itinere lapsi plerunque diuertunt.

¶Diuertere, A proposito discedere. Plin. lib. 2. cap. 7. Vide Egredi, pro Digredi, in EGREDIOR.

Redeamus illuc vnde diuertimus. Cic. Cornif. lib. 12. 25.

¶Diuertere, actiua significatione. Lucan. lib. 2,
-victor cedentibus instat,
Diuertítque acies. Id est auertit, abducit.

¶Diuertunt mores virgini longè ac lupæ: Id est multum differunt

inter se mores virginis & meretricis. Plaut. Epid. 9.

Diuersito, diuersitas, pen. corr. {διαμονὴ πραγμάτων} Frequentatiuum à Diuerto pro deflecto. Gell. lib. 17. cap. 20, Nõ ad vocularum eius amœnitatem, nec ad verborum venustates diuersitandum.

Diuersor, diuersaris {πραγματεύομαι} modò diuerto, modò conuersor significat. Cic. 6. Verr. Apud quem diuersatus es. Idem 5. Tusc. Quum Athenis apud eum diuersarer.

Diuersari lautè. Cic. 3. Verr. Rubrium, delicias suas in omnibus huiusmodi rebus adiutorem suum & consciũm parum lautè diuersari dicit, ad Philodamum deduci iubet.

In domo aliqua diuersari. Cic. 3. Verr. Omnes ad eam domum in qua iste diuersabatur, profecti sunt.

Diuersor, diuersoris {πραγματευτής} Qui in hospitium diuertit, hospitandi gratia. Cic. 2. de Inuent. Caupo non multo pòst conclamauit hominem esse occisum, & cum quibusdam diuersoribus illum qui antè exierat, consequitur.

Diuersorium, diuersorij {πραγμάτιον} Idem quod diuerticulum. Cic. de Senect. Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Idem lib. 2. de Orat. Requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diuersorio.

Commoratio & diuersorium. Cic. Leptæ, lib. 6. 19, Nam & villa & amœnitas illa, commorationis est, non diuersorij.

Diuersorium flagitiorũ, & officina nequitiæ. Cic. pro Rosc. Amer.

Sermonis diuersorium. Cic. 2. de Orat. Sed iam tu Antoni qui hoc diuersorio sermonis tui libentes acquieturum te esse dixisti, &c.

Studiorum, non libidinum diuersorium. Cic. 2. Philip. Studiorum enim suorũ Marcus Varro voluit esse illud, non libidinũ diuersoriũ.

¶Diuersorium, Villa & quasi hospitium, quò nos recipimus. Cic. Fabio Gallo, lib. 7. 24. Næ ego multo libentius emerim diuersorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim.

Diuersoriolum, pen. corr. Diminutium {πραγματίδιον} Cic. ad Cornif. lib. 12. 20, Nisi quòd Sinuessanum diuersoriolum contempsisti.

Diuersorius, Ad. ectium {πραγματευτικὸς} aut Taberna diuersoria. Plaut. Trucul. 14. Sueton. in Nerone, cap. 27. Dispositæ per littora & ripas diuersoriæ tabernæ.

Diuerticulum, pen. corr. {πραγματώδης, πλανητικὸς, πραγματικὸς} Est vbi iter de via flectitur. Et propriè diuerticula dicuntur in via domicilia, ad quæ de itinere diuertendum sit. Terent. Eunuch. 4. 2, Vbi ad ipsum veni diuerticulum, constiti. Hæc Donatus.

Diuerticula (inquit Seruius) sunt semitæ transuersæ quæ sunt à latere viæ militaris. Plinius libro 14. cap. 4, Decimi lapidis ab Vrbe diuerticulo.

Diuerticulum fluminis. Martian. in l. si quisquam. D. de diuers. præscrip. Si quisquam in fluminis publici diuerticulo pluribus annis piscatus sit, &c.

¶Diuerticulum, pro Diuersorio. Liu. 1. ab Vrbe, Quum gladij abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherentur, &c.

¶Diuerticulum, etiam dicimus vnde nos à proposito recessimus. Iuuen. sat. 15, A diuerticulo repetatur fabula primo.

¶Fraudis & insidiarum diuerticulum. Cic. pro Rosc. Com. Hoc quum sentit Saturius esse apertum, resistere, & repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis & insidiarum in eodem vestigio diuerticulum reperit.

Diuerticulum quærere peccatis, aut dolis. Plaut. Capt. 10. Apud Quintil. lib. 9, Diuerticula & anfractus, & suffugia quærere. Cic. in Partit. Ne diuerticula peccatis darentur. Idem in Pisonem, Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula, flexiones que quæsisti?

Diuersus, Adiectiuum {ἀλλόσε, πολυτρόπως} Qui deflexit de itinere. Cæsar 2. bel. Gall. Quum Numidas diuersos dissipatósque in omnes partes fugere vidissent.

Quo diuersus abis? Virg. 5. Æneid.

¶Diuersus, pro Contrario, vel opposito, & aduerso ponitur: aut etiam dissimili & vario: vt sequentia declarant.

Quæ commodis, vtilitate, & propè natura diuersa sunt, voluntate coniungere difficile est. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.

Diuersus à. Cic. 4. Acad. Certa agitur cum illo qui à re totus diuersus est. Idem de Claris Orat. Hæc videntur esse à proposita ratione diuersa.

Inter se diuersi. Cic. in Somn. Scip. Cernis autem eandem terram, quasi quibusdam redimitam & circumdatam cingulis: è quibus duos maximè inter se diuersos, & cæli verticibus ipsis ex vtraque parte subnixos, obriguisse pruina vides.

Longè diuersus ab aliis. Cic. Topic. Deinceps est locus Dialectícorum proprius ex consequentibus & antecedentibus & repugnantibus, qui etiam ab adiunctis longè diuersus est. Idem 5. Philipp. Lõgissimè diuersa ratio.

Diuersus quám. Plin. lib. 19. cap. 8, Eruca diuersæ est, quàm lactuca naturæ.

Diuersus & dissimilis. Cic. 1. de Inuent. Hoc igitur vitandum est, ne cuius genus posueris, eius secum aliquam, sicuti diuersam & dissimilem partem ponas in eadem partitione.

Acies diuersa. Tacit. lib. 14, Stabat pro littore diuersa acies, Vide ACIES.

Animos diuersos ducere, Id est diuersa cogitare. Claud. 1. de raptu Proserp.

Cædes diuersæ. Virg. 12. Æneid.

Diuersa de causa. Id est prorsus alia & contraria. Varro, Itaque instituta diuersa de causa, vt ad alius Dei aram ex caprino genere hostia adduceretur, ad alius non sacrificaretur.

Curæ diuersæ vocant animum in contraria. Virg. 12. Æneid.

Fauor diuersus. Claud. 3. Paneg.

Diuersi, sub. homines. Cic. 2. Philipp. Sunt ea quidem innumerabilia, quæ à diuersis emebantur non inficiente te.

Author in diuersum. Tacit. lib. 12, Mox nullo in diuersum authore, quæ offerebantur, sequuti sunt.

Afficere aliquem in diuersum. Tacit.lib.11,Cæterùm is terror milites hostésque in diuersum affecit.

In diuersum concitati equi. Liu.1.ab Vrbe,Exinde duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum illigat Metium, deinde in diuersum equi concitati,lacerum in vtroque curru corpus,qua inhęserant vinculis membra portantes.

In diuersum curuari. Vide CVRVO.

In diuersum sterni. Vide IN.

Iter diuersum quisque sequimur. Ouid.2.de Ponto,eleg. 10.

Loca diuersa. Cic.de Clar.Orat. Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc vrbem multi inquinatę loquentes ex diuersis locis.

Disiunctissima maximęque diuersa loca. Cic. pro Lege Manil. Vt quum duobus in locis disiunctissimis,maximęque diuersis,vno consilio,ab vnis hostium copiis bellum terra,marique gereretur.

Diffugere passim per diuersa loca. Virg.5.Æneid.

Loca diuersa petimus. Ouid.1. Trist.eleg.9.

Longinqua & diuersa loca. Cic. pro Lege Manil. Quòd ex locis tam longinquis,tam diuersis,tam breui tempore omnes vnà huic se dediderunt.

Partes diuersæ dicuntur quæ inter se decertant. Ouid.1.de Remed. amor. Suet.de Clar. grammat. Interrogatus diu à Varrone diuersæ partis aduocato,quidnam ageret,& quo artificio vteretur.

Diuersa pars prouinciæ. Plin. epist. 250, Quum diuersam partem prouinciæ circumirem,Nicomediæ vastissimum incendium,multas priuatorum domos,&c.

Varia & diuersa studia. Cic.1.de Orat.Cætera quæ collegisti ex variis & diuersis studiis, & artibus, tametsi es omnia consequutus, tamẽ ab Oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror.

¶Diuersus,pro Eregione. Lucanus, Teláque diuersi prohibentes spargere fratres. Hoc est in altera acie. Budæus.

Ex diuerso cæli,Id est ex secreto montium,vt ait Seruius. Virgilius 3.Æneidos,

Rursum ex diuerso cæli,cæcísque latebris

Turba sonans vncis prædam circumuolat alis.

¶Diuersi interrogabantur. Id est seorsim. Apud Tacitum. Bud.

¶Animi diuersus modo numen paueſcere, modo minis, &c. Tacitus lib.20.

¶Agere diuersos aliquos, Id est in diuersum agere & dissipare. Virgil. 1.Æneidos,

Aut age diuersas,& disiice corpora ponto.

Conuchere ex diuerso. Vide CONVEHO.

Diuersum distrahi. Plaut. Merc.8.

¶Diuersior, Comparatiuus. Plinius lib.12. cap.19, Pretia nulli diuersiora.

Populus diuersior nunquam confluxit. Claud. 1.Paneg.

Diuersitas,pen.corr.{ἀλλοίωσις} diuersitatis,Contrarietas. Plin.epist.150, Sed tamen imitarer & sequerer quantum aut diuersitas ingeniorum, maximi & minimi,aut causæ similitudo paueretur.

Diuersitas & differentia. Plin. lib. 11. cap.37, Oculi in homine numerosissimæ diuersitatis & differentiæ. Ex antiquo exemplari legitur varietatis.

Diuortium {χώρισμὸς} Separatio omnium rerum dicitur. Cic. ad Cæl. libro 2.9, Quum venissem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis est, diuisus aquarum diuortiis: Cassius noster, &c. Sic ad Atticum, lib.5.108, Inde ad Amanum contendi, qui Syriam à Cilicia aquarum diuidit. Aquarum diuortio (ait in eum locum Paulus Manutius) diuidi montes dicuntur, quum in eos imbres delapsi, quia consistere in summo iugo nõ possunt, bifariam diuiduntur, & deorsum præcipitãt. Idem etiam in superiorem illum Ciceronis locum ex epist. Familiar. sic ait, Non dixit Cicero, diuisus fluuio, aut diuisus aquis, sed diuisus aquarũ diuortiis. Diuortium autem aquarum ita fit: Cadunt in montẽ aquæ pluuiæ. is mons quum sit procliuis, vtrinque defluant & decurrant necesse est. Ita fit, vt diuidantur, & earum quasi diuortium fiat. Itaque dixit de Orat. lib.3, Vt ex Apennino fluminum, sic ex communi sapiẽtium iugo sunt doctrinarum facta diuortia. Id est (vt interpretatur Strebæus) diductæ contrariæ sectæ. Liu.4. Decad.lib.8, de Cn. Manlio: Admouisse tamen exercitum, & prope ipsis iugis ad diuortia aquarum castra posuisse. Id est (ait Paulus) ad eum locum, vnde aquæ duas in partes diuisæ incipiunt defluere. A quo igitur loco ex Amano mõte Ciliciam versus aquæ delabentur, ad eum vsque locum Cilicia pertinebat. & ex altera mõtis parte, eadem Syriæ, quam Bibulus regebat, erat ratio. Terminum enim habebat eum locum, vnde in eam ex Amano defluere aquæ incipiebant. Virg.9.Æneid. Obiiciunt equites sese ad diuortia nota. Id est ad viarum flexus.

Diuortia, atque affinitatum dissidia. Cic.pro Cluent. Itaque apud cæteros nouis inter propinquos susceptis inimicitiis sæpe fieri diuortia atque affinitatum dissidia videmus.

¶Diuortium, vt ait Caius, De diuortiis, l. Diuortium, à diuersitate mentium dictum est: vel quia in diuersas partes eunt qui distrahunt matrimonium. Modestinus de verbor. significat. Diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur. Repudium verò sponsæ remitti videtur, quod & in vxoris personam non absurdè cadit. Claudian. 1. in Eutropium,

Quæ gemui! quanto planxit diuortia luctu!

Diuortium facere. Plaut. Aulul.7.

Diuortium facere cum vxore, vel alia. Sueton. in Tito Vespasian. cap.4. Cic.2. Philipp. Idem, Cuius ex omni vita nihil est honestius quàm quòd cum mima fecit diuortium.

Facere diuortium doctrinarum. Cic.3. de Orat. Hæc autem vt ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta diuortia.

¶Diuortia itinerum. Tacitus in Vita Agricolæ. Lucan. lib.2. de Apennino,

Fontibus hic vastis immensos concipit amnes,
Fluminaque in gemini spargit diuortia ponti.

Arctissimo inter Europam, Asiámque diuortio Byzantium in extrema Europa posuere Græci. Tacit.lib.12.

Diuersè, Aduerbium {ἀλλοίως} In diuersas partes. Terent. And.1.5, Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt.

Diuersum, pro diuersè. Plaut. Milit.222, Vbi lubet, dispendite hominem diuersum & distendite.

Dies, diuitis, pen.corr.omn.gen. {πλούσιος, πολυκτήμων} quid significet, declarat Cicero his verbis in Parad. Quem intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? Opinor in eo cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendũ facilè contentus sit. Varro de Ling. Lat. Diues, à diuo: qui, vt Deus nihil indigere videtur.

Copiosus & diues, cui opponitur Inops & pauper. Cic.in Parad. Improbi autem & auari, quoniam incertas atque in casu positas possessiones habent, & plus semper appetunt, nec eorum quisquam adhuc inuentus est, cui quod haberet esset satis: non modò non copiosi ac diuites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt.

Ex pauperrimo diues factus. Cic.in Vatinium.

Diues, genitiuo iunctum. Plautus Amphit. 4, Diues operis, & laboris expers. Virgilius 2. Georgic. Diues opum variarum, & latis otia fundis. Idem 9.Æneid. Diues pictai vestis, & auri. Sil.lib.3.

Pecoris diues. Virgil.eclog.2.

Rerum multarum diues. Horat.2.epist.2.

Diues, ablatiuo. Cic.2. Offic. P. Crassus tum cognomine diues, tum copiis functus est Ædilitio maximo munere. Statius, Vt satis ostro diues & auro.

Auri congesto pondere diues. Ouid.epist.16.

Diues agris, ad antiquum morem dictum, teste Seruio. Virgilius 7. Æneidos, Ausoníſque olim ditissimus aruis. Horat. Diues antiquo sensu.

Diues agris, diues positis in fœnore nummis. Horat.1.Serm.sat.2.

Diues auis, Maioribus præpotens. Virg.10.Æneid.

Forma diuitior puella, Id est insigni forma prædita. Ouidius 6. Metamorph.

Pecore diues. Horat.Epod.16.

Tellure multa diues. Horat.Epod.15.

Diues triumphis terra. Virg.4.Æneidos,

-quos Africa terra triumphis

Diues alit. Id est bellicosa. Seruius.

¶Ager diues frugum. Claud.de bello Gildon.

Animus hominis diues. Cic.in Parad.

Aurum diues. Tibull.lib.1.eleg.9.

Cultus diues. Ouid.epist.15.

Cultu diuite luxurians Parthus. Claud.epigr.3.de Phœnice.

Dote diues filia. Ouid.epist.11.

Epistolam diuitem vocat Ouidius, quæ multa pollicetur & magna. epist.16,

Munera tanta quidem promittit epistola diues.

Fortuna diues. Propert.lib.2.eleg.2.

Ingenium diues, Id est fœcundum. Ouid.2. Tristium,

Diuitis ingenij est, ingentia Cæsaris acta Scribere.

Lingua diues. Horat.2.epist.2,

-Latiúmque beabit diuite lingua.

Mensæ diuites. Horat.2.Serm.sat.4.

Munus diues. Ouid.1.Fastorum,

-pietas pro diuite grata est Munere.

Addidit externo, marmore diues opus. Ouid.1.de Arte.

Diues & præpotens regnum. Valer.lib.2., Diues & præpotens naturæ regnum scrutatus, initiciam stylum, &c.

Spes diues, Id est quæ magna nobis promittit. Horat.1.epist.15.

¶Diues pro homine diuite, substantiue cum appositio adiectiuo ponitur ab Ouid.lib.3.Amor.eleg.6,

Quid mihi fortunæ tantum? quid regna sine vsu?

Quid nisi possedi, diues auarus opes?

¶Diuitior, Comparatiuus. Plaut. Pseud.23, Nam hinc nunquam eris nummo diuitior. Cic.de Orat. lib. 4, Inde ille licentior & diuitior fluxit Dithyrambus. Martialis libro 1, Romanum propius, diuitiúsque forum.

Diuitioris secta. Lucret.lib.5,

Diuitioris enim sectam plerunque sequuntur.

Diuito, diuitas, penult.corr. {πλουτίζω} diuitare, Diuitem facere. Accius Astyanacte,

Nihil credo auguribus, qui aureis verbis diuitant

Alienas, suas vt auro locupletent domos. Turpilius Thrasyleone,

Dij me diuitant. Nonius.

Diuitiæ, diuitiarum, plur.tantum nu. {πλοῦτος, ἄφορος} Cic.1.Offic. Expetuntur autem diuitiæ tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates.

Asiæ diuitiæ. Propert.lib.1.eleg.6.

Arabum diuitiæ, pro maximis dicuntur. Stat.5. Sylu.1.

Diuitiæ diuitiæ. Lucret.lib.5.

¶Grandes diuitiæ. Horat.3.Carm.ode 24.

Improbæ diuitiæ. Horat.3.Carm.ode 24.

Luculentæ diuitiæ, Vide LVCVLENTVS.

Miseræ diuitiæ. Horat.2.Serm.sat.8.

Molles diuitiæ. Iuuen.sat.6.

Operosæ diuitiæ, Id est quæ curam multam & laborem exigunt. Horat.3.Carm.ode 1,

Cur valle permutem Sabina Diuitias operosiores?

Opportunæ diuitiæ vt vtare. Cic.de Amicitia.

Potentes diuitiæ Arabum. Stat.5.Sylu.1.

Pulchræ diuitiæ. Horat.2.Serm. sat.3.

Regales diuitiæ. Horat.1.epist.12.

Sepositæ diuitiæ. Stat.2.Sylu.2,

Non tibi sepositas infelix strangulat arca Diuitias.

¶Abundare diuitiis, Vide ABVNDO.

Adoptare in diuitias, Vide ADOPTO.

Affluere diuitiis. Lucret.lib.6.

Angi diuitiis, Vide ANGO.

Augere diuitiis aliquem. Cic.2.de Lege Agrar.

Diuitiis & honoribus auctus. Ouid.2. Trist.

Cogere diuitias, Id est accumulare. Iuuen.sat.14.

Conduplicare diuitias. Lucret.lib.3.

Congerere diuitias auro. Tibul.lib.1.eleg.1.

Crescunt diuitiæ. Iuuen.sat.10.

Extructæ in altum diuitiæ. Horat.2.Carm.ode 3.

Diuitias facere ex re aliqua. Plaut. Persa,16.

Inclytum diuitiis templum, Vide INCLYTVS.

Incumbere repertis diuitiis. Virg.6.Æneid.

Ministrare diuitias alicui. Ouid.3.Amorum, eleg.5.

Diuitias arca strangulat, Vide STRANGVLO.

Suggerere diuitias alicui. Ouid.15.Metam.

Superare Crassum diuitiis. Prouerbialiter vsurpatum. Cic. Attico lib.1.2, Quod si assequor, supero Crassum diuitiis, atque omnium vicos & prata contemno.

In diuitiis esse, Vide IN.

DIVITIACVS. Heduus, hospes & laudator Ciceronis & Cottæ, naturæ rationẽ sibi notam esse profitebatur, & partim augurijs, partim coniectura quæ esset futura dicebat. Meminit Cic.1.de Diuinat.

Diuexo, diuexas {σκεδάννυμι} diuexare, Vehementer vexare.

Diuexare rem suam, Consumere. Plaut. Persa, 13.

Diuexare & diripere omnia. Cic.11.Philipp. Alteri se Brutus obiecit, impetúmque furentis, atque omnia diuexare & diripere cupientis, vitæ suæ periculo colligauit.

Diuexare agros ciuium. Cic.13.Philipp.

Diuidia, Diuidicula, Vide DIVIDO.

Diuido, diuidis, penult.corr. diuisi, diuisum. penul.prod. {διαιρέω, διαμερίζω, διαπίδυσαι, μερίζω, μείζω, αἰκαλίζομαι} diuidere, Separare. Cæsar 3. bel. Ciuilis, Cæsar copias suas diuisit, partémque legionum in castris Pompeij remanere dixit.

Diuidere in libros. Suet.de Claris grãmaticis. Sic Cic.2.de Legib.

Diuidere æqualiter in duas partes. Et lib. 1. Academ. In naturam & mores diuidebantur.

Secare ac diuidere. Cic.3.de Nat.deor. Omne animal secari ac diuidi potest.

Partiri ac diuidere. Cic.in Orat. Idem 1. de Finib. Tollit definitiones: nihil de diuidendo ac partiendo docet.

Diuidere aliquid in omnes prouincias. Cic. pro Sylla, Describi ab omnibus statim libratius, diuidi passim & peruulgari, atque edi Pop. Rom. imperaui: diuisi toti Italiæ, diuisi in omnes prouincias.

Diuidere inter se. Plaut. Pœnul.11, Vt eo me priuent, & inter se diuidant.

Diuidere agros viritim. Cic.de Senectute, C. Flaminio Trib. pleb. quoad potuit, restitit, agrum Picenum & Gallicum viritim contra Senatus authoritatem diuidenti.

Animum diuidere nunc huc, nunc illuc. Virg.4.Æneid.

Latè diuisum atque dispersum bellum, Vide LATVS.

Bona diuidit tripertitò. Cic.5. Tuscul. De Aristotele.

Caput diuisum humeris. Silius lib.4.

Dextras diuidere complexibus. Stat.3. Thebaidos,

-non dextras miseris complexibus ausim

Diuidere, & tanti consortia rumpere fati.

Diuidere factum cum aliquo. Plaut. Sticho, 14,

Factum ego hoc tecum diuido, vide vtram tibi lubet etiam nunc capere, Cape prouinciam.

Horas diuidere, pro Assignare. Senec.de Benef. lib.3.cap.16, Quam inueniet tam miserum, tam sordidam, vt illi satis sit vnum adulterorum partem? nisi singulis diuisit horas, &c.

Diuidere infortunium. Plaut. Milit.11,

Quæso tamen tu meam partem infortunij,

Si diuideretur me absente, accipito ramen.

Medium aliquem diuidere securi. Horat.1.Serm.sat.1.

Diuidere alio mentem. Catullus,

Nos alió mentes, aliò diuisimus aures. Valet, & animum aliis rebus intẽdimus & aduertimus, & aures aliis sermonibus præbuimus. Turnebus.

Mons regionem à regione diuidit. Cic. Attico, lib.5. 108. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit, qui mons erat hostium plenus sempiternorum.

Muros diuidere. Virg.lib.2.

Diuidere nummos viri. Cic.ad Att.lib.1.13, Sextus pater eius nummos vobis diuidere solebat.

Diuidere nummos in viros. Plaut. Aulular.5, Diuidere argenti dixit nummos in viros.

Oscula diuidere sodalibus. Horat.1.Carm.ode 36,

Charis multa sodalibus,

Nulli plura tamen diuidit oscula

Quàm dulci Lamiæ.

Diuidere sententiam. Asconius, Quum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res complectitur, si non omnes hæ res probantur, postulatur vt diuidat. id est, de singulis rebus referatur seorsum: quo pars vna, si visum fuerit, repudietur, altera recepta. Cic. pro Milone, Diuisa sententia est, postulãte nescio quo (nihil enim necesse est me omnium flagitia proferre) sic reliqua authoritas Senatus empta intercessione sublata est. Plin.lib.8.epist.14. Vide SENTENTIA.

Subtilius & copiosius diuidere. Quintil.lib.4.cap.5.

Tabulas diuidere passim, & peruulgare, atque edere populo. Cic. pro Sylla.

¶Diuidere, pro prædicare. Vide paulo pòst, Diuisor.

Diuisus, penult.prod. Participium {διηκεδάσθαι} Virgil. in epigr. Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet. Terent. Andr.3.1,

Non sat commodè diuisa sunt temporibus tibi Daue hæc.

Malignè diuisus ager, Vide MALVS.

Corpus diuisum in membra. Seneca Thyeste, 8. Intelligit omnia

membra à corpore separata & decisa, vt corpus iam nullum restet.

Seorsum diuisa omnia. Lucret.lib.4.

Diuisior, Comparatiuum. Lucret.lib.4,

-atque foras ciectus largior eius,

Et diuisior inter se, ac distractior intus.

Diuisus, huius diuisus, pen.prod. {διαδιαστμὸς} Verbale. Liu.3.bel.Maced. Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim prædæ ac diuisui principum quibusdam & magistratibus erant.

Diuisio, Verbale {διάστασις} Separatio. Cic.4.Acad. Duo placet esse Carneadi genera visorum. In vno hanc diuisionem: alia visa esse quæ percipi possint, alia quæ percipi non possint.

Arguta diuisio, Vide ARGVTOR.

Quadripartita diuisio. Cic.3. de Nat.deor. Quadripartita, inquit, fuit diuisio tua. Primùm, vt velles docere deos esse, &c.

Scrupulosè in partes secta diuisio. Quintil.lib.4.cap.5.

Diuisor, pen.prod. diuisoris {μεριστὴς} Qui partitur & diuidit.

In furis ac diuisoris disciplina educatus. Cic.5.Verr.

¶Diuisor, Redemptor pecuniarum quæ tributim diuidebantur ã candidatis ad suffragia corrumpenda. Sæpe enim euenisse vt tributim pecuniæ diuiderentur à candidatis ad aucupanda suffragia egentium. Quam ob causam redemptores huiuscemodi operis perficiendi, quique pretio corrumpenda plebis suffragia suscipiebant, diuisores vocabantur. Cic.2. de Orat. Etiam interpretatio nominis habet acumen, quum ad ridiculum conuertas quamobrem ita quis vocetur: vt ego nuper Nummium diuisorem vt Neoptolemum ad Troiam, sic illum in campo Martio nomẽ inuenisse. Quibus verbis significat Nummium ob diuisionum ministerium, quas in campo factitabat, diuisorem cognomento dictum. Et ad Attic.lib.1.13, Consul antem ille deterioris histrionis similis suscepisse negotium dicitur, & diuisores habere. Hos diuisores, Plautus Curiæ magistros vocat: quia curiæ, etiam tribus appellabantur. Hæc Budæus in reliquis annot. in Pandectas, quo in loco plura de hac re videto. Cic.pro Plancio, Quã tibi commodum est vnam tribum delige: tu doce id quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit.

Diuisor, obscœnũ verbũ. Cic.Pæto, lib.9.22, Quid enim, non honestum verbum est diuisor? At inest obscœnum: cui respondet intercapedo. Beroaldus in Suet. diuisorem hìc interpretatur pædiconem, & Diuidere, pædicare, tanquã in obscœno coitu præposteráq; libidine nates diuidantur. Hinc est illud Plauti in Aulul. Act.2. scen.1, Me quidem hercle, dicam palàm, non diuides. Ita enim loquitur Cõgrio coquus, intelligi simpliciter volens, quòd nollet dispartiri. Aptiùs verò id verbum, diuides, accepit tanquam in obscœna significatione dicereturr: vnde subiunxit,

Bellum & pudicum verò prostibulum populi:

Pòst siquis vellet te, haud non velles diuidi? vbi in duabus dictionibus, pòst, & diuidi, occulta subest obscœnitas.

Diuisura, diuisuræ, penul.prod. {τομὴ} Idem quod diuisio. Plin.lib.12. cap.26. Idem libro 14. cap.3. Folio paruo & rotundo, sine diuisuris. Quas incisuras multis aliis locis appellat.

Diuidus, diuida, diuidum, Separatus. Accius Andromed. Nósq; vt seorsum diuidos leto offerres. Nonius.

Diuiduus, Adiectiuum {διχῇ πως} Quod est separatũ & diuisum. Plin. lib.2.cap.18, Diuidua est in quadrato solis. Ibidem, cap.67. Diuiduus globus. Plaut. Rud.31,

Diuiduum talentum faciam. Cic. de Vniuersit. Ex ea materia quæ indiuidua est, & quæ semper vnius modi, suíque similis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur, &c. Terent. Adelph. 2.2, Potius quàm venias in periculũ Sannio, Seruéſne an perdas, totum diuiduũ face.

Aqua diuidua. Ouid.1.Fastorum,

Insula diuidua quam premit amnis aqua. Id est, quam ambit fluuius ab veraque parte.

Coma diuidua, Id est discreta in summo vertice & vtrinque demissa. Ouid.1. Amor.eleg.5,

Candida diuidua colla tegente coma.

Crines diuidui. Stat.8. Thebaid.

Munus diuiduum. Horat.1.epist.18,

Et mihi diuiduo findetur munere quadra.

Sulci diuidui. Claud.5.Paneg.

Diuidua ferarum viscera, pro dissectis quibus carnarij in Africa veseuntur. Plin.lib.5.cap.1.

Diuidia, diuidiæ {ὀχλήρεια} Tædium & molestia, vt interpretatur Nonius. Plaut. Casina, 4. Idem Bacchid.17,

Nimio illæc res est magnæ diuidiæ mihi, &c. Antiquum.

Diuidicula antiqui dicebant, quæ nunc sunt castella, ex quibus à riuo communi aquam quisque in suum fundum ducit. Festus.

Diuiduitas, pen.corr. Verb. Caius in l.Si is qui. D. Ad Leg. Falc. Hæc itaque legata quę diuiduitatẽ non recipiunt, tota ad legatarũ pertinẽt.

Diuiduè, Aduerbiũ, quod Gallico sermone dicitur *Par la moytié*. Plaut. in Casina, Nam quod tibi ægrè est, idem mihi est diuiduè.

Diuinitus, Diuino, Diuinus, Vide DIVS.

Diuisio, Diuisor, Vide DIVIDO.

Diuitiæ, Diuito, diuitas, Vide DIVES.

Dium, Vide DIVS.

Diunt, pro dant, apud Plautum & Lucretium. Vide DO, das.

Diuortium, Vide DIVERTO.

Diurno.as, Vide DIV.

Diurnus, Vide DIES.

Dius, Adiectiuum {διογενὴς} Aliquis ab Ioue genus ducens, inquit Festus, Generosus, {ἀπὸ τοῦ Διὸς}, Id est, à Ioue. Virg.lib.11,

-quas ipsa decus sibi dia Camilla Delegit.

Otia dia. Lucret.lib.5,

Per loca pastorum deserta, atque otia dia. Id est diuina.

Pabula dia. Lucret.lib.5,

Multáque præterea nouitas tum florida mundi

Pabula dia tulit, miseris mortalibus ampla.

Sententia dia. Horat.1.Serm.sat.2.

¶ Dius {δῖος} Homero Iouis amicus intelligitur, vt Eustathius author est. ¶ Dius item est, qui inter homines Iouis quadá imagine præcellit: nam & Clytemnestra, dia quoque dicitur, pulchritudinis ratione: sicuti ob magnitudinem, mare dium, & dia Carybdis. ¶ Dium mensem pro Nouembri accipiunt Græcis fic enim in Collectaneis rei rusticæ apud Græcos legitur, Democritus & Apuleius talem expectari hyemem aiunt oportere, cuius fuerit modi festus dies quem brumam vocant Romani. Est autem quarta & vicesima Dij mensis, qui est Nouember. Ex Cæl. Rhod. lib. 15. cap. 24.

Dius fidius explicatur in antiquo lexico διὸς ἰὸς, ἠγεμὼν, per quem qui iurabant, sacramento sanctissimo se obligabant. Plautus,

Per dium fidium quæris, iurato mihi
Video necesse esse eloqui quicquid roges. Turnebus.

Dium, Substantiuum {ἄνω} Quod sub cælo est extra tectum, ab Ioue, inquit Festus. Inde sub dio agere, Horat. Carm. lib. 2. Cic. 3. Verr. Illa quæro quæ apud te nuper ad omnes columnas omnibus etiam inter columnis, in sylua denique disposita sub dio vidimus.

Morati sub dio. Horat. 2. Carm. ode 3. Hoc est sub cælo.

Sub dium rapere. Horat. 1. Carm. ode 18. Hoc est proferre in publicum. Porphyr.

Dium fulgur appellabant antiqui diutnum, quod putabant Iouis, vt nocturnum Summani. Festus.

DIVM {δῖον} Cretæ oppidum, in mediterraneo situm, de quo Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est & Dium Euboeæ oppidum, teste eodem Plin. ibidem.

Diuus, Adiectiuum {θεῖος.} Seruius, Deos æternos dicimus: diuos verò qui ex hominibus fiunt. Cic. 2. de Nat. deor. Itaque & in nostro populo, & in cæteris deorum cultus, religionúmque sanctitates, existunt in dies maiores atque meliores: idq; euenit non temere, nec casu, sed quòd præsentiam sæpe diui fui declarant.

Effigies sacræ diuûm. Virg. 3. Æneid.
Interpres diuûm, Mercurius. Virg. 4. Æneid.
Numina diuûm. Virg. 2. Æneid.
Pater diuûm. Virg. 1. Æneid.
Pax diuûm. Virg. 3. Æneid.
Responsa diuûm. Virg. 6. Æneid.
Sacra diuûm. Horat. 1. Serm. sat. 3,
Et qui nocturnus diuûm sacra legerit.
Æquorei diui. Valer. 1. Argon.
Benigni diui. Horat. 4. Carm. ode 2.
Imi diui, Infernales. Valer. 7. Argon.
Immortales diui. Lucret. lib. 5.
Manes diui. Lucret. lib. 3. 11,
Et nigras mactans pecudes, quas manibus diuis
Inferias mittunt.
Penates diui. Horat. 2. Serm. sat. 3.
¶ Augurijs agimur diuûm. Virg. 3. Æneid.
Carentes gelida morte diui. Horat. 2. Carm. ode 8.
Diuos, & eos qui cælestes semper habiti, colunto. Cicero 2. de Legibus.
Das epulis accumbere diuûm. Virgil. 1. Æneid. Hoc est, tu me deum facis.
Placaui sanguine diuos. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Superare diuos is dicitur, quem ipsis etiam cælitibus feliciorem esse intelligi volumus. Catul. ad Lesbiam. 48.
¶ Armipotens diua, Minerua. Virg. 2. Æneid.
Armisona diua, Pallas. Sil. lib. 13.
Casta diua, Pallas. Stat. 10. Thebaid.
Creatrix diua, Venus. Virg. 6. Æneid.
Cythereis diua, Venus. Ouid. 8. Metam.
Potens Cypri diua, Venus. Horat. 1. Carm. ode 3.
Triformis diua, Hecate vel Diana. Valerius 4. Argonaut. Horat. 3. Carm. ode 22.
Diua virago, Id est Diana apud Senecam in Hippol. 1.
¶ Diuum, pro aere. Horat. 2. Carm. ode 3,
-sub diuo moreris Victima nil miserantis Orci. Id est, sub aere, inquit Seruius. Alij legunt sub dio. Porphyr. exponit sub cælo. Plinius lib. 14. cap. 21, Campaniæ nobilissima expolita sub diuo in cadis verberati sole, luna, imbre, ventis, aptissimum videtur.

¶ Diui fratres, quorum in iure ciuili sæpissime fit mentio, fuerunt M. Ælius Antoninus, & Verus Cómodus. M. enim Antoninus eximiæ doctrinæ, ac probitatis princeps, hunc Commodum fratrem suum ex adoptione Pij Antonini Principis, imperij consortem fecit: & primi omnium imperatorum bini regnare cœperunt anno salutis 163. quos deinde multi sunt imitati, adeò vt terni nonnunquam imperarent. Sed Marcus, Commodo non multo pòst mortuo, cum filio Commodo imperauit, homine pessimi ingenij, & omnibus incommodo. Hæc ex Iul. Capitol.

Diuipotes dei, quos, vt Varro scribit, Augurú libri scriptos habent, sunt pro his quos Samothraces vocabant θεοὶ δυνατοὶ, vel vt Latini codices habent, Thezdynaræ: hæc duo cælum & terra, anima & corpus, humidum & frigidum.

¶ Diuos, Iureconsulti appellant Imperatores qui post obitum in deos relati erant, ea ἀποθέωσιν solennitate quam Herodian. lib. 3. describit: postquam & templa eis cóstituì, & sacerdotes ac sodales creari, & ludi fieri, omnésque diuini honores decerni solebant, vt ex Tacito, Tranquillo, Spartiano, Capitolino, & aliis id genus authoribus didicimus.

Diuinus, penul. prod. Adiectiuum {θεῖος, καθάπαξ, ἀπρόσιτος, ἀγάθεος} Quod est dei, vel quod ad deum pertinet. Terent. Eunuch. 3. 3,

Ait rem diuinam feciſſe, & rem seriam
Velle agere mecum.

Diuinæ rei operam dare, & Diuinâ rem facere, Est sacrificare diis. Cato cap. 14, dixit Diuina verba facere, pro Sacrificare, vel deos precari, quum inquit, Si de cælo villa tacta fiet, de ea re verba diuina vti fiant procuret. In aliis exemplaribus hæc duo vocabula desunt, diuina procuret.

Diuinius, Comparatiuum. Cic. 1. de Diuinat. Quid hoc somnio dici diuinius potest? Ibidem, Itaque appropinquante morte multo est diuinior.

Homo diuina & incredibili fide. Cic. pro Mil.

O diuina Senatus frequentis in æde Bellonæ admurmuratio! Cic. 7. Verr.

Amor diuinus. Virg. 8. Æneid.

Diuini animi hominum. Cic. de Amicit. Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus, qui non tum hoc, tum illud, vt in plerisque, sed idem semper, animos hominum esse diuinos.

Aura diuina. Horat. 2. Serm. sat. 2. Animum dicit, vt interpretatur Acron.

Diuina quædam & inaudita authoritas atque virtus alicuius. Cic. post reditum ad Quirites.

Diuinum condimentum, quo vtuntur dij. Plaut. Pseud. 13,
Quid tu diuinis condimentis vtere,
Qui propagare vitam possis hominibus,
Qui ea culpes condimenta?

Consilium diuinum. Cic. pro Lege Manil.

Decor diuinus. Virg. 5. Æneid.

Diuinas domus, id est Imperatorias, Alciatus interpretatur in l. Ad instructiones. C. de sacrosanct. eccles.

Fontes diuini. Propert. lib. 1. eleg. 17,

Diuinus homo, Ad laudem refertur. Virg. 5. Æneidos,
-diuinique ossa parentis

Condidimus terræ. Idem ecloga 3. 8,
-diuini opus Alcimedontis. Sic homo diuinus in dicendo. Cic. 1. de Orat.

Diuini lacus, Id est consecrati. Virg. 3. Æneid. Seruius.

Cælestis & diuina legio. Cicero 5. Philipp. Tum illas cælestes diuinásque legiones éſque Martiam & Quartam, &c.

Diuinus locus, Diis consecratus. Plaut. Mostel. 15,

Tum consilia firmiora sunt de diuinis locis.

Diuina manus. Plaut. Bacchid. 20,

Quum Priami patriam Pergamum diuina mœnitum manú.

Diuina memoria. Cic. 4. Academ.

Mens diuinior. Horat. 1. Serm. sat. 4,

Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os
Magna sonaturum, des nominis huius honorem.

Mens diuina. Virg. 4. Georg.

Motus diuinus. Ouid. 6. Metam.

Numen diuinum. Lucret. lib. 6.

Odor diuinus. Virg. 1. Æneidos,

Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorem Spirauere.

Ope diuina. Ouid. 3. Fastorum,

Et sua diuina furta fefellit ope. De Marte.

Os diuinum. Virg. 3. Æneid.

Poeta diuinus. Virg. 10. eclog.

Potentia diuina. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3,

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

Diuinum rus. Virg. 1. Georgicorum,

Si te digna manet diuini gloria ruris.

Sors diuina. Cic. 3. Philipp. Qui sunt igitur reliqui, quos fors diuina delectet?

Voluptas diuina. Lucret. lib. 3.

Vrna diuina. Horat. 1. Serm. sat. 9,

Confice. nanque instat fatum mihi triste, Sabella
Quod puero cecinit, diuina mota anus vrna.

¶ Assisto diuinis. Horat. 1. Serm. sat. 6.

Res diuinas apud deum facere. Cic. 6. Verr. Res illíú diuinas apud eos deos in suo sacrario propè quotidie facere vidisti. Cato de Re rust. cap. 83. Sueton. in Augusto, cap. 1.

Habere aliquid in animis præsagiens atque diuinum. Cic. 1. de Diuinat. Aristoteles quidem eos etiam qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens atque diuinum.

Diuinum esse in aliqua re agenda. Cic. Q. frat. lib. 2. 9, Idibus Ma. Senatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda.

Diuinus, diuini. Substantiuum {μάντις} Qui diuinat, & futura prædicit. Mart. lib. 3. 29. in Nenolum, Non sum diuinus, sed scio quid facias. Cicero de Fato, Hoc loco Chrysippus æstuans falli sperat Chaldæos, cæterósque diuinos. Budæus.

Auis diuina imbrium. Horat. 3. Carm. ode 27,
Antequam stantes repetat paludes
Imbrium diuina auis imminentum. Imbrium diuinam Cornicem dicit, imminentium imbrium præsciam: vt Virgilius,
Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. Acron.

Diuinipotens, penult. corr. {θεοδύναμος} Qui in diuinis potestatem habet. Apul. Saga & diuinipotens cælum deponere.

Diuino, diuinas, penult. prod. {μαντεύομαι} diuinare, Significat augurari. Proprium enim Dei est futura prædicere. de hominibus etiam dicitur. Terent. Hecyra, 4. 4, Planè hic diuinat: nã id est. Cic. 2. de Legib. Disciplina vestra quasi diuinarem, videatur prorsus posse.

Diuinare de aliqua re. Cic. Bruto 18, Sed ego à principio quum diuinare de belli diuturnitate possem, &c.

Diuinans & præsentiens. Cicero 1. de Diuinatione, Est profectò quiddam in barbaris gentibus præsentiens atque diuinans.

Futura diuinans animus. Ouid. 4. Trist. eleg. 7.

Animo diuinante timere aliquid. Ouid. 11. Metamorphoseos,
Hoc erat hoc animo quod diuinante timebam.

Diuinans, Nomen ex participio {μαντεύομενος.} Cic. 2. de Diuinat. Nam quum mihi quædam casu viderentur sic euenire, vt prædicta essent à diuinantibus, dixisti multa de casu, &c.

Diuinatus, penultima producta, Participium {μαντευθείς.} Ouidius de Nuce,
Est etiam par sit numerus qui dicat, an impar

Vt diuinat

Vt diuinatas auferat Augur opes.

Diuinatio, Verbale {μαντικὴ μαντικὸν μαντεύομαι, προαγόρευσις.} Cic. 1. de Diuin. Versari quandam inter homines diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant. id est præsensionem & scientiam rerum futurarum.

Diuinationem Chrysippus definit his verbis, Vim cognoscentem & videntem & explicantem signa, quæ à dijs hominibus portendantur. Officium autem esse eius, prænoscere dei ergà homines mente qua sint, quidque significent, quemadmodúmque ea procurentur atque expientur. Cic. 2. de Diuin.

¶ Diuinatio videtur esse, quæ iudicij constitutionem præcedit. Cic. Qu. frat. lib. 3. 18, Postridie eius diei apud Catonem erat diuinatio in Gabinium futura inter, &c. Quint. lib. 3, Sicut diuinationes quæ fiunt de accusatore constituendo, & nonnunquá inter delatores vter præmium meruerit. Gell. lib. 2. cap. 4. Budæus.

Coniecturæ diuinationum. Cic. 1. de Diuinat.

Permotus nescio qua diuinatione. Vide PERMOTVS.

Diuinitas, penult. corr. {θειότης.} Plin. lib. 19. cap. 12, Opus ingens, occultúmque diuinitatis.

Ex diuinitate animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. Cic. 2. de Diuinat.

Theophrastus à diuinitate loquendi nomen inuenit. Cic. in Orat.

Aristoteles menti tribuit omnem diuinitatem. Cicero 1. de Natura deorum.

Diuine, penult. prod. Aduerbium {θείως} Id est diuino quodam consilio & ingenio, siue à Deo profecto. Cic. ad Atticum lib. 10. 195. Et 1. de Diuinat. Satis est non modò plura, sed etiam pauciora diuinè prehensa & prædicta reperiri. Quint. lib. 1. cap. 10, Quę Tullius in Oratore diuinè, vt omnia, exequitur.

Diuinitus, penult. corr. {θεόθεν} Aliud aduerbium. Cic. de Orat. Multa memini diuinitus à Platone disputata. Virg. 1. Georgicorum,
Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
Ingenium. Cic. 5. Verr. Atque in eam fraudem mihi videtur diuinitus inc. disse.

Accidit diuinitus. Vide ACCIDO.

Diutinus, Diutiſsimè, Diutius, Diuturnus, Vide DIV.

Diuulgo, diuulgas {ἐκφέρω, ἐρωτάω, διαφημίζω, ὑποκινέω} diuulgare, Quasi commune omnibus facere. Cic. ad Appium Baibum, lib. 6. 12, Quare visum est occultius agédum, neque vllo modo diuulgandum. Sic Diuulgare consilium alicuius. Cæsar 1. belli Ciu. l.

Diuulgare librum. Cic. ad Atticum, lib. 12. 254, Misi librum ad Mucam, vt tuis librariis daret. volo enim eum diuulgari. Et 258, Hirtij librum, vt facis, diuulga. Idem in Oratore, Hunc librum etiam si minus nostra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari necesse est.

Sermonibus aliquid diuulgare. Cic. pro Fonteio, Vel maximè enim inimici hanc rem sermonibus diuulgare voluerunt.

Diuulgata vetus ad cælum gloria fertur. Lucret. lib. 6.

Tempus ætatis ad omnes libidines diuulgatum. Cic. Post red. in Senatu, Cuius primum tempus ætatis palàm fuisset ad omnes libidines diuulgatum.

Diuulgatus {ἐρωτώμενος} Nomen ex participio, vnde Diuulgatissimus & leuissimus magistratus. Cic. Furnio, lib. 10. 26.

Diuulsus, Vide DIVELLO.

Diuus, Vide DIVS.

D O

Do, pro Domus, per Apocopen, dixit Ennius. Diomedes lib. 2, Apocope est ablatio de fine dictionis, Proparalepsi vel Paragoge cõtraria, quú aut litera detrahitur, vel syllaba. Litera, vt Aspice num magesit nostrum penetrabile telum. pro magis. Syllaba, vt in Do suam, pro domum. Ausonius in Monosyllabis,

Vnde Rudinus ait, Diuûm domus altitonum cæl.
Et cuius de more quod adstruit inde suam do.
Et quod nonnunquam præsumit, lætificum gau. Gau, id est gaudium: Cæl. cælum.

Do, das, dedi, datum {δίδωμι, ὀπτίζω, παρέχω, δίδομαι} dare. Plaut. Asin. 10, Qui dant, eos derides.

Inter dare & dédere hoc interest, quòd Dare, est quod repetas: Dedere est ad perpetuum. Damus & amicis: Dedimus tantum hostibus.

Dare atque donare. Cic 6. Verr. Apud amicos multa deposita, multa aliis data atque donata.

Dare & impertire. Cic. pro Sexto Rosc. Amer. Commoda quibus vtimur, lucémque qua fruimur, spiritúmq; quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus.

Tantum boni à diis immortalibus oblatum & datum. Cicero pro Lege Manil.

¶ Da te mihi. Terent. Heaut. 4. 3. Idem Adelph. 5. 3, -tace
Non fiet, mitte iam istthæc, da te hodie mihi, exporge frontem. Vbi Donatus, Da te mihi, Accommoda te ipsum voluntati meæ. nam in animum transtulit quod est corporis, vt in Eunucho, Mihi sese dare, sermonem quærere. Si non vis, inquit, propter te, vel propter me mitis esto. Cic. Att. lib. 1. epist. 9, Dabimus hoc Pompeio. Id est Pompeij causa faciemus. Eidem, lib. vlt. epist. 9, Amabo te da mihi & hoc.

Tu Oppios Terentiæ dabis. Cic. Att. lib. 10. epist. 4, Hoc est, Tu Oppios Terentiæ conciliabis, vt illi præstò sint, siquid ei opus erit.

Da te homini. Cic. Cælio, lib. 2. 7.

Dabo te exornatum. Terent. Heaut. 5. 1,
-si viuo, adeò exornatum dabo,
Adeò depexum, vt dum viuas, meminerit semper mei.

Dare aliquid ad. Cicero 3. de Orat. Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit.

Dare aliquid alicui. Cic. 4. Academ. Quis enim tibi dederit aut deum omnia posse, aut ita facturum esse si possit? Sic Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1. Id est concedet.

Ab altero alicui dare. Cic. Antonio, in epist. ad Attic. lib. 14. 311, Puero quoque hoc à me dabis si tibi videbitur.

Dare & concedere. Cic. 5. Verr. Sed do hoc vobis & concedo, esse multos, &c.

Da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore mœrent: da patriæ, vt siqua in re opus sit, opera & consilio tuo vti possit. Cic. Sulpitio, lib. 4. 5.

¶ Dare se ad docendum. Cic. in Bruto, 169, Ego autem iuris ciuilis studio multũ operę dabam Q. Scæuolæ P. F. qui quanquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat.

¶ Dedi me protinam, id est confestim discessi. Plaut. Curcul. 7.

¶ Dare, Dicere. Terent. Prol. Heaut. 10,
Nunc quam ob rẽ has partes didicerim: paucis dabo. Virg. 1. ecloga,
Sed tamen iste deus qui sit da Tityre nobis. Cic. 1. Acad. Sed da mihi nunc, satisne probas, imo verò, &c.

¶ Dare ferias, pro Obseruare, in l. si in aliquam. D. de offic. Proconſ.

¶ Dare, Facere. Terent. Adelph. 3. 4, -ô Æschine
Pol haud paternú istud dedisti. Id est, non didicisti à patre talia facere. Donatus, Dedisti, deest facinus: & dedisti pro fecisti. Sed sic dicitur in re magna, vt
-dabit ille ruinas
Arboribus, stragémque satis.

¶ Dare, simpliciter pronuntiatum apud iurisconſ. denotat dominij translationem. Instit. de actio. §. Sic itaque discretis. l. Vbi autem. §. fin. D. de verb. oblig.

¶ Dabo statuam faciendam. Plaut. Curcul. 8. Sic apud Ciceronem 4. Tusculan. Dare se philosophiæ excolendum. Et ad Attic. lib. 2. 16, Dare librum perferendum ad aliquem.

¶ Do ferre, pro Do ferendum. Quintilianus lib. 9. cap. 3. Virgil 5. Æneidos,
-& argenti magnum dat ferre talentum. Græcum est, duo verba coniungere, vt paulo pòst, Donat habere viro. Seruius.

¶ Datur hæc sexaginta minis. Plaut. Perſ. 16. Mart. lib. 12. 73,
Amphora vigessis, modius datur ære quaterno.

¶ Veres dant sese. Id est, pro re tempore, & loco, vt occurrunt res, vt sese offerunt. Terent. Hecyra 3. 3,
-prosectò hoc si est, vt puto
Omnibus nobis vt res dãt sese, ita magni atque humiles sumus. Liu. 8. bel. Pun. Pollicitus, prout res, ac tempus se daret, &c.

Vt se dederint initia. Cic. ad Attic. lib. 3. 65.

¶ Do, pro Concedo, fateor. Cicero in Lucullo, siue lib. 4. Academ, quæstionum, Primùm Epicurus non dat. vos quibuscum res est, id quoque conceditis.

¶ Quod datur accipio, Loquendi modus parœmiæ accõmodatus. Cic. 2. de Oratore, Si se dant, & vt antè dixi, sua sponte, quò impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur: & ad id vnde aliquis flatus ostenditur, vela do. Idem 2. de Finib. Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio, quod dat: mihi enim satis est, ipsis non satis.

Do, Dico, Addico. Omnis Prætorum potestas quæ modò esset in iudicijs, tribus his verbis notabatur. Primum dandi iudicij significat potestatem, secundum iuris dicendi, & ferendæ sententiæ, tertium iudicati faciendi, & exequendi. Nam Addicere, inquit Festus, est propriè idem dicere, & approbare dicendo: aliàs Addicere, damnare est. AD enim præpositio verbis adhibita additionis nota est, quod videre licet in his verbis adhibere, addere, adiicere, adscribere, adstipulari, quorum duo postrema idem significant quod alteri assentire. Sic Iudex quod dixerat, postea addicebat, id est idem quod dixerat in sententia, dicebat iterú, & approbabat, vt exequutioni mandaretur, hoc est adiudicabat. Inde addicti vocabantur debitores, qui, quòd soluendo non essent, creditoribus suis dabantur in seruitutem. Hæc Connanus lib. 7. cap. 9.

¶ Dare actionem dicitur iudex, quando actorem ad intendendam actionem admittit. Dicitur & dare iudicium. Vlp. in l. prima. D. De his qui deiec. vel effud. Prætor ait, qui dejecerunt vel effuderunt in eum locum quò vulgo iter fiet, &c. quãtum ex ea re damnum datum factúmve erit, in eum qui ibi habitauit, in duplum iudicium dabo. Cic. 4. Verr. Siquis eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum: quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum. Ipsi autem nullius actionem rei sese daturum. Vide actionem dare in AGO.

Aciem dare, Vide ACIES.

Actum & factum dare. Quintil. lib. 2. cap. 13, Flexus ille, & vt sic dixerim, motus dat actum quendam & factum. De statuis & picturis.

Dare aditum. Colum. lib. 5. cap. 9, Alia fossa circumdederis, ne aditus pecori detur. Vide Aditus in ADEO, adis.

Aditum dare oculis. Ouid. epist. 15.

Dare adiumentum. Plaut. Epid. 7, -nec mihi
Plus adiumenti das, quàm ille qui nunquam etiam natus est.

Adiutorem & comitem alicui dare. Cic. de Amicitia, Virtutum amicitia adiutrix à natura data est, non vitiorum comes.

Adiutorem ad rem aliquam. Terent. Phorm. 3. 3, Sed opus est mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.

In adoptionem aliquem dare. Quintil. lib. 3. cap. 6, Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicauerat.

In æquor se dare. Virg. 4. Georgicorum,
Hæc Proteus, & se iactu dedit æquor in altum.

Æs dare. Horat. de Arte, -si fractis enatat expes
Nauibus, ære dato, qui pingitur?

Amplexus. Virg. lib. 8. Æneid. Optatos dedit amplexus.

Animam sub fasce dare, de apibus dicitur. Virg. 4. Georgicorum, -vltróque animam sub fasce dedêre. Hoc est mortuæ sunt.

Animos dare. Virg. 9. Æneidos,
-læti discrimina parua,
Dant animos. Id est animosiores faciunt.

Animum suum alicui, Quod vulgus *Ponere suam affectionem* dicit. Plaut.Asin.4.10.
Dant enim animum ad loquendum liberé.Liu.9.bel.Pun.
In luctus animum dare.Ouid.2.Metam.
Dare animum mœrori.Cic.ad Att.lib.3.48.
Annos dare venatibus,Id est consumere venandi studiis.Valer.lib. 3.Argonaut.
Ansam ad reprehendendum,pro Dare occasionem.Cic.de Amicitia, Quinetiam necesse erit cupere & optare vt quàm sæpissime pecces amicus,quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum.
Dare ansas sermonis. Cic.pro Sextio,Denique etiam sermonis ansas dabat,quibus reconditos eius sensus tenere possemus.
Dare in antecessum. Vt aliquid in solutum dari dicimus, ita eleganter dicimus dari in antecessum,quod quidem est dari & solui antequam deberi incipiat, aut peri possit, quod nos *ante manum dari* dicere consueuimus. Eo genere dicendi aliquoties Seneca vitur & Iurisconsulti. Nos vno libro 4.loco contenti erimus,Ego,inquit, quòd cui debeam scio: aliis post longam diem repono, aliis in antecessum, aut prout occasio & rei facultas tulit. Id est,aliis etiam antequam debeam,soluo. Turnebus.
Dare aquam in aluum,pro Iniicere. Celsus lib.4.cap.15.ad finem.
Dare aquam manibus.Plaut.Trucul.9.
Arbitros.Cæsar 5.bel.Gall. Cic.1. de Legib.Ego planè vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum.
Argentum ad nuptias. Terent Heaut.4.5,
Argentum dabitur ei ad nuptias,aurum,atque vestem.
Controuersia dat aliud argumentum. Quintil.lib.7.cap.2.
Augurium dare.Virg.3.Æneidos,
Da pater augurium,atque animis illabere nostris. Augurium,modo oraculum:sed vsurpatiué. Seruius.
Auribus alicuius.Hoc est assentari,blandiri. Trebonius Ciceroni, lib.16.17,Noli putare mi Cicero,me hoc auribus tuis dare.
Aures dare,Est audire & obsequi.Seneca Hippol.4,
Amare discat,mutuos ignes ferat,
Det facilis aures.
Dare aures suas alicui. Cic.ad Attic.lib.1.3, Etenim quum multos dies aures meas Acutilio dedissem,cuius sermonis genus,&c.
In aurem dare,pro Infundere,instillare. Celsus.lib.6. cap.7,Ad sonitum aurium intra seipsas,in aurem dandus radiculæ succus cum rosa,vel cum succo radicis ex cucumere agresti,vel castoreum ex aceto, & laureo oleo.
Pugnæ auspicium dare.Sil.lib.17.
Dare rem authorem.Plaut.Trinum.4.Vide AVTHOR.
Auxilia.Liu.8.bel.Maced. Auxilia Nicomedi dant,&c.
¶Se in bella dare.Virg.12.Æneidos,
O soror,& dudum agnoui,quum prima per artem
Fœdera turbasti,réque hæc in bella dedisti.
Bellum ipsa dedi.Stat.12.Thebaid.
Beneficium,pro Facere rem gratam.Cic.ad Brutum,lib.13.13,Quo in munere ita se tractauit, vt accepisse ab eo beneficium viderer,non dedisse. Idem ad Rutilium,lib.13.9.
Bibere:Quod aliqui impropriè propinare dicunt: quum propinare,propriè præbibere sit,vel prægustare. Terent.Andr.3.2,
Post deinde quod iussi,ei date bibere. Vbi Donatus, Dare bibere, consuetudine magis,quàm ratione dixit,pro Date ei potionem. Lucilius in sexto, Date bibere summo. Nam duo verba actiua nullam habent significationem sine nomine aut pronomine. vt si dicas, Dic facere. Cato de Re rust. cap. 89, Bis in die farciat, & meridie bibere dato. De gallinaceis & anseribus farciendis loquitur.
Boni multum alicui.Plaut.Menæh.11.
Brachia dare ad.Ouid.3.Metamorphoseos,
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit.
Brachia collo dare.Virg.6.Æneidos,
Ter conatus ibi collo dare brachia circū. Hoc est,circundare collo.
¶Caliginem.Liu.7.bel.Macedon.Nebula matutina crescente die, leuata in nubes,caliginem dedit.
Campo se dare.Virg.9.Æneidos,
-Teucrum mitantur inertia corda,
Non æquo dare se campo.
Cantus dare.Virg.1.Æneidos,
Et cœtu cinxere polum,cantúsque dedere.
Ad carnificem.Plaut.Capt.19.
Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam vi militis Romani ad excidenda castellorum ardua. Tacit.lib.11.
Dare se in casum.Liu.lib.3.Decad.5,Secunda fortuna in conditione honestæ pacis veretur potius,quàm spe vana eucctus in casum irreuocabilem se daret.
Rem in casum dare,prælióque experiri statuit. Tacit. lib.12.
In caueam dabo te.Plaut.Capt.4.
Causam recusandi. Cic.2.de Orat. Non committam vt si defugerim,tibi causam aliquam irreuocabilem dem recusandi.
Causam dicendi iustam & necessariam dare. Cic. de Arusp. resp.
Causam peccandi dare.Ouid.2. Trist.
Cibum ouibus.Varr.3.de Re rust.cap.9. Ouid.2.de Arte.
Cibo, pro In cibum. Plin.lib. 14. cap. 16, Et si prius quàm tota vua matureſcat, incocta detur cibo gallinaceo generi,fastidium gignit vuas appetendi.
Ciuitatem alicui. Cic.3.de Finib.Itaque mihi videris Latinè docere Philosophiam, & ei quasi ciuitatem dare: quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur. Hoc est ciuem facere.
Clamorem ad astra dare.Sil.lib.6.
Clangorem dare dicuntur aues. Plin.lib.18.cap.35, Et quum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt.
Claritatem alicui.Plin.lib.13.cap.22, Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperij.

Cœnam alicui.Plaut.Asinar.12. Terent.Heaut.3.1,
-nam ei vnam cœnam atque eius comitibus Dedi.
Plaut.Menæh.3. 25, Cereales cœnas dat,ita mensas extruit. Cicero ad Pætum,lib.9.20, Sed vide audaciam,etiam Hircio cœnam dedi sine pauone.
Ad cogitandum aliquid dare.Cic.ad Attic.lib.15.325.
Cognitionem Consulibus dat lex.Cic.ad Att.lib.16.343.
Cognomen.Vide COGNOMEN.
Lacertis colla dare.Stat.2.Achil.
Retro colla dare,pro Retro flectere.Ouid.3.Metamorphoseos,
Læsáque colla dabat retro,plagámque sedere
Cedendo arcebat,nec longius ire sinebat.
Colloquium alicui.Liu.2.belli Maced. Neque colloquium postea Philippo dedit.
Colorem dare alicui rei.Quintil.lib.6.cap.2.
Deformibus colorem dare.Quintil.lib.3.cap.8.
Se comitem alicui.Liu.3.ab Vrbe, Iam caput fieri libertatem repetentium,si se plebs comitem Senatui det.
Commeatum militi.Liu.3.ab Vrbe.Vide COMMEATVS.
Commeatum remeatúmve exuli nemo dare potest, nisi Imperator.Marcell.l.Relegati.D.de pœnis.
Sororem in concubinatum.Plaut.Trinum.10,
-ne mihi hanc famam differant, me
Germanam meam sororem in concubinatum tibi sine dote
Dedisse magis quàm in matrimonium.
Commoda alicui dare.Horat.2.Serm.sat.8,
-tibi di,quæcunque preceris
Commoda dent.
Connubia gentibus dare.Ouid.3.Fastorum,
Externis dantur connubia gentibus.
Consilium,Consulere.Terent.Adelph.3.3. Idem Eunuch.2.3,
Dixti pulchrè,nunquam vidi melius consilium dari. Cic.de Amicitia,Consilium verum dare gaudeamus liberé. Idem 4. Acad. Quid consilij datis?
Consilia pulcherrima dare.Virg.5.Æneid.
Consilium de aliqua re. Terent.Adelph.3.4, Is quod mihi de hac re dederit consilium,id sequar.
Consilium vt aliquid fiat. Terent.Eunuch.5.9,
Illú qui mihi dedit consilú vt facerē,an me qui ausus sim Incipere?
In conspectum:Hoc est,ante oculos ponere. Terent.Phorm.2.1,
-ipsum gestio dari
Mihi in conspectum. Vbi Donatus,Non dixit venire, vt filium:sed dari,vt reum. Liuius 3.ab Vrbe, Insequens dies hostem in conspectum dedit.
Se in conspectum alicuius. Cicero 7.Verr. Et lib.1. de Diuinat.ex Ennio.
Se in consuetudinem vel familiaritatem alterius. Cic.in Pisonem, Dedit se in consuetudinem, sic vt prorsus vnà viueret. Et Dare se in societatem.Liu.6.ab Vrbe.
Copiam dare.Tacit.lib.11, Neque data Senatus copia, intra cubiculum auditur.
Copiā dare,pro Sinere,permittere. Terēt.Prol.Heaut. Virgilius, Affari extremum miseræ data copia matri. Et iterum,1.Æneidos, Postquam introgressi,& coràm data copia fandi.
Crepitum inter muros dare.Lucret.lib.6,
Dant etiam sonitum patuli super æquora mundi,
Carbasus vt quondam magnis intenta theatris,
Dat crepitum malos interiacta,trabesque,&c.
In creditum dare pecuniā alicui. Iulianus in l.non omnis. & l.si tibi.D.si certum petatur.
Crimini,Vertere vitio. Plin.de Viris Illust. Cicero de Claris Orat. Quin etiam memini, quum in accusatione sua Q. Gallio crimini dedisset,sibi eū venenum parauisse. Idem 3.Verr. Sic 1.Ver. Et 7.Verr. Calamitatem crimini dare.
Crucibus.Plaut.Milit.5,
Nisi quidem illa nos vult qui seruī sumus,
Propter suum amorem omnes crucibus contubernales dari.
Curam.Cic.3.de Legibus,Hæc detur cura Censoribus.Hoc est negotium hoc illis committatur.
Curatorem dare.Horat.1.epist.1,
Insanire putas solennia me,neque rides,
Nec medici credis,nec curatoris egere
A Prætore dati.
Cursum nauibus.Liu.9.bel.Pun.
Cursum dare dicuntur venti.Virg.3.Æneid. alluſio ad nautas,
Sed tibi qui cursum venti,quæ fata dedere?
In custodiam vel custodias. Liuius 1. ab Vrbe, Sacerdos vincta in custodiam datur. Et apud Ciceronem 7.Verr. Et 3.Philipp.
Se in custodiam.Cic.in Catil.
¶Damnum Afferre incommodum, nocere. Plaut.Cistel.2. Terentius Andr.1.1,
Nam si illum obiurges,vitæ qui auxilium tulit,
Quid facies illi qui dederit damnum aut malum?
Da mihi de tuis summis deliciis.Plaut.Trucul.19.
Decus. Plin.lib.16. cap.4. Liu. 7. belli Pun. Vos illi hodierno die primum fugati exercitus dedistis decus.
Defensionem, pro Permittere reo, vt se defendat. Suetonius in Claud. cap. 29, Consocerum suum, incerto crimine, nec data defensione occidit.
Defraudandum. Plautus Rud. 3, Iam te ratus nactum hominem quem defraudandum dares.
Dare se in delicias. Seneca epist.115, Si disciplina ciuitatis laborauit,& se in delicias dedit,argumentum est luxurię orationis lasciuia.
Dare dexteras,Promittere. Plaut.Merc.2.4. Virg.4.Æneidos,
Nec te noster amor,nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

Dextram

Dextram dare misero,Auxiliari.Virg.6.Æneidos,
Da dextram misero,& tecum me tolle per vndas.
Dare dextras & fidem. Liuius 1.ab Vrbe,Sed date dextras, fidémque,haud impunè adultero fore.
Dare debere, est facto suo dominium retrò transferre. Vide Alciat.in l.mutuum.D.si cert.pet.
Dare dicta,pro loqui.Liu.2.belli Pun. Virg.2.Æneid.Hæc vbi dicta dedit.
Dicta dulcia. Plaut.Truc.4, Corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto:linguis dicta dulcia datis.
Diem.Cic.Att.lib.1.6, Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. Eidem,lib.4.86,Vestorio dandi sunt dies.
Diem luculentum. Plaut. Epid.8. Prò dij immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum.
In discrimen legiones dare.Tacit.lib.2, Cæsar nisi pontibus, præsidiisq; impositis dare in discrimen legiones haud imperatorium ratus,equitem vado tramittit.
Dare in diuitias filiam.Plaut.Trinum.9,
Sine dote,ille illam in tantas diuitias dabit?
Dare documentum. Cic.pro Milone.
Documentum. Liu.5. bel.Pun. Idem 5. Decade,lib.5, Et documentum eloquentiæ dare voluit.
Dolorem alicui. Cic.ad Atticum,lib.7.132,Qui,vt aliud nihil, hoc tamen profecit,dedit illi dolorem.
Dolores ingentes dare.Horat.2.Serm.sat.3,
Iupiter ingenteis qui das adimísque dolores.
Se dolori. Plin.lib.3.ad Nepotem,epist.60, Deinde quum diu cohibitæ lacrymæ vincerent, prorumperéntque,egrediebatur, tunc se dolori dabat.
Dominatum,& principatum dare alicui. Cic.11.Philipp.Animaduerti P. C. dici iam à quibusdam exornari etiam nimium à me Brutum,nimium Cassium ornari: Cassio verò sententia mea dominatum & principatum dari.
Datur in eam domum. Terent.Eunuch.2.3, O fortunatum istum Eunuchum,qui quidem in hanc detur domum.
Dare dono. Virgil.2.eclog. Plaut.Amphit.6. Liuius 3.bel.Pun. Lætóque iuueni promissis, equum eximiū dono dat. Sic 3.ab Vrbe.
Dotem. Terent.Phorm.5.8. Plautus,Est ager sub vrbe: hic vobis eum dabo dotem sorori.
Dubitationem alicui. Cæsar 1.bell.Gall.His Cæsar ita respondit, eò sibi minus dubitationis dari,quòd eas res,&c.
Duras alicui. Terent.Heaut.2.4, Imò vt patrem tuum vidi esse habitum,diu etiam duras dabit. Subaudi,pœnas.
¶Epulas oculis,Pascere oculos.Plaut.Pœnulo 18,
Oculis epulas dare,delubrum qui hodie ornatum eò visere venit.
Esui.Plin.lib.29.cap.17,Percussis esui dare decoctum.
Exceptionem alicui.Cic.2.de Finib.Et tamen quid attinet luxuriosis vllam exceptionem dari, aut fingere aliquos, qui quum luxuriosè viuerent,à summo,&c.
Excidio ac ruinis opus aliquod.Liu.1.ab Vrbe.
Da me excruciatum.Plaut.Milit.9.
Exercitum ducendum, Liuius 7.bel.Pun.Vrbanum veterem exercitum Fuluius Consul C. Fuluio Flacco legato in Hetruriam dedit ducendum.
Exilium dare alicui. Tacit.lib.15, Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis,quàm convictis,data exilia.
In exilium dare. Iulius Firmic.lib.3.cap.5, Sed & ego scio, multos in exilium datos,& bene & strenuè Respublicas administrasse.
Exitio dare.Tacit.lib.11,Ne indefensa coniux exitio daretur.
Exitum belli. Liuius 10.bel.Punic.Vos lacessisse & tuipse fateris, & dij testes sunt qui & illius belli exitum secundum ius fásque dederunt,& huius dant & dabunt.
Casus dedit hunc exitum.Seneca Hippol.2.
Expectationem,pro Mouere expectationem. Cicero ad Atticum, lib.2.27.
Experimentum insignis artificij,apud Suetonium in Nerone.
Exuuias ad hostes: Ab hostibus dispoliari.Plaut.Epid.2,
Id modò videndum,vt materies suppetat scutariis,
Si in singulis stipendiis, ad hostes exuuias dabit.
¶Fabulam. Cicero 1. Tusc. Annis enim ferè CCCCX post Romam conditam Liuius fabulam dedit. Donat.in Prolog. Hecyr. Ita dicitur,data est fabula,vt data est cœna,datum est prandium. Et dari dicitur fabula,quum agitur:stare,quum placet.
Factum.Plaut. Casin. Ita fieri oportet. o.factum & curatum dabo.
Dare facere. Cic.3.Offic.Arbitrum illum adegit,quid sibi dare facere oporteret ex fide bona.
Facultatem.Terent.And.1.4,
-di date facultatem obsecro
Huic pariundi.
Facultatem ad.Cic.Attico,lib.6.113,His ego duobus generibus facultatem ad fe ære alieno liberandas aut leuandas dedi.
Data est mihi facultas, vt meo arbitratu facerem. Cicero 1. de Finibus.
Res dabit facultatem. Cic.ad Atticum lib.11.215, Sed siquid re dabit tibi facultatis,id me maximè consolari poterit.
Famæ aliquid dare. Horat.2.Serm.sat.2, Das aliquid famæ? hoc est,putas hoc ad famam pertinere? Acron.
Famæ dare,pro Spargere in vulgus. Tacit.lib.1,Dabat & famæ, vt vocatus,electúsque potius à Repub.videretur.
Famam celeritatis. Plinius libro 35.cap.11, Quamobrem arti daturus & celeritatis famam, absoluit vno die tabellam,&c.
Fato prosperiore dari. Ouid.3.Fastorum,
Anna per hanc iuro,quam quondam audire solebas,
Tellurem fato prosperiore dari.
Sat fatis,Venerísque datum est.Virg.9.Æneid.
Fidem,Iurare,confirmare,spondere, inquit Donatus. Plautus Mi-

lit.8. Terent.Eunuch.5.9, Do fidem ita futurum. Idem Hecyra,1.2,
-si mihi fidem
Das te taciturum,dicam. PH.ad ingenium redis:
Fidem do,loquere. Cic.de Senect. Non M.Attilium,qui ad supplicium est profectus, vt fidem hosti datam conseruaret. Sic 2.de Finib.
Dare fidem & iusiurandum. Cæsar 1.bel.Gall.Hac oratione adducti,inter se fidem,& iusiurandum dant.
Dare fiduciam. Liu.2.bel.Maced. Achæi portus & dant fiduciam postulantibus,& demunt.
Flammas. Ouid.2.Metamorphoseos,
-spinosis ignis supponitur herbis,
Quæ neque dant flammas,&c.
Fluctibus dare se,pro Nauigare. Valer.7.Argon.
Fœnore. Plaut.Curcul.9, Sub veteribus, ibi sunt qui dant,quíque accipiunt fœnore.
Fœnori pecunias dare. Tacit.lib.11,Et lege lata,sæuitiam creditorum coercuit,ne in morte parentum pecunias filiis familiarum fœnori darent.
In fœnus. Varro 3. de Re rustica, cap.5, Sexaginta millia quanuis statim in fœnus des licebit.
Foras se dare.Lucret.lib.1,Hac se turba foras dabit.
Foras vestem. Plaut.Menæh.14,
Mulierem æquum est vestimentum muliebre
Dare foras,virum virile. Hoc est vicinis vel alienis vtendum dare.
Humanam formā alicui dare. Quintil.lib.7.cap.4, Sicut Epicurus qui humanam Deo formam, locúmque inter mundos dedit.
Data fortuna de improuiso. Terent.Phorm.5.7,
Tantam fortunam de improuiso esse his datam?
Frænos. Liuius 4. bel. Maced. Date frænos impotenti naturæ & indomito animali. Significat laxare frænos. sequitur enim, Sperate ipsas modum licentiæ facturas, nisi vos faciatis. De mulieribus loquitur.
Fragorem dare.Ouid.8.Metamorphoseos,
Sternitur incursu nemus,& propulsa fragorem
Sylua dat.
Fructum meliorem, Colum.lib.de Arboribus,cap.16,Fructúmque meliorem dabunt.
Fugam, fragémque. Liuius 1.bel. Pun. Qui si valles occultiores insedissent, coorti in pugnam repentè ingentem fugam, fragémque dedissent.
Fugam dare nauigantibus dicuntur venti.Virg.7.Æneid.
Fugæ & in fugam.Cic.Attico,lib.7.141. Et 6.Verr.
Se in fugam, Fugere. Et dare aliquem in fugam, pro Fugare,siue conuertere in fugam. Cæsar 5.bell.Gall. Celeriter hostes dat in fugā. Et lib.4. Cic.in Verr.Dant sese in fugam istius præclari Imperatoris nocturni milites.
¶Gaudia pacta dare.Ouid.3.de Arte,
Si bene promittunt,totidem promittite verbis.
Si dederint,& vos gaudia pacta date.
Gemitum dare.Virg.2.Æneidos,
Insonuere cauæ,gemitúmque dedere cauernæ.
Gemitum dare pectore ab imo. Virg.1.Æneid.
Se gemitui.Cic.2. Tusc.
Gemmas digitis dare. Ouid.10.Metamorphoseos,
Dat digitis gemmas,dat longa monilia collo.
In extremum militiæ gradum dari. Terentius Clemens in l.vlt.D. de custod.reor.
Dare aliquid gratiæ alicuius. Liuius 8.ab Vrbe, Postremò ne id se gratiæ dare Qu. Fabij crederet, se iusiurandum dare paratos esse, non videri,&c.
Gustum,pro Specimen præbere. Senec.epist.11, Dedit enim nobis gustum,ad quem respondebit.
Gyros dare. Virg.3.Georg.
¶Habenas. Virg.1.Æneidos,
-regémque dedit,qui fœdere certo
Et premere,& laxas sciret dare iussus habenas.
Dare habere. Virgil.lib.9.Æneidos,
-ille suo moriens dat habere nepoti.
Hilarem alicui,Hilariter cum aliquo versari. Plaut.Asin.15,
Quin te ergo hilarem das mihi?
Dare se historiæ. Cic.Attico,lib.2.23.
Dare aliquid honori alicuius.Senec.de Benefic.lib.6,Plato qu flumen naue transiret,nec ab illo quicquam portitor exegisset, hoc honori suo datum credens,dixit,&c.
Honores alicui dare. Horat.1.Serm.sat.3,
-qui stultus honores,
Sæpe dat indignis,& famæ seruit ineptus.
Hospitium dare.Ouid.epist.2,
Quæ tibi Demophoon longis erroribus acto
Threicios portus,hospitiúmque dedi.
Hostem dare. Tacit.in vita Agric. Quando dabitur hostis.
¶Iacturam.Plaut.Sticho,14.
Immunitatem muneris alicuius. Cic.4.Acad.Negas sine Deo posse quicquam, ecce tibi è transuerso Lampsacenus Strato, qui deo isti Deo immunitatem magni quidem munetis.
Imperium sorte datum. Virg.1.Æneidos,
Non illi imperium pelagi,sæuúmque tridentem:
Sed mihi sorte datum.
Imperium. Liu.5.ab Vrbe,Subsidia in auersos, transuersósque imperium dare.
Imperium dare in. Tacit.lib.2,Primus Cæsar cum Prætoriis cohortibus capto vallo dedit impetum in syluas.
Impressionem. Liu.4.ab Vrbe, Hæc locutum, exequentémque dicta, redintegrato clamore secuti dant impressionem.
Improbè dare, & iniustè adimere. Vide IMPROBVS.
Impunitatem. Cic. 8. Philipp. Cæteris autem, si errorem suum

depoſuerint, & in Reipub.gratiam redierint, veniam & impunitatem dandam puto.

Incommodum. Cic. 5. de Finib. Non intelligunt idcirco ea eſſe propter ſe expetenda,quòd nulla vtilitate obiecta delectentur animi, atque ipſa ſcientia etiam ſi incommoda datura ſit,gaudeant.

Dare indicia. Cic.5.de Finib. Videamus partes quarum eſt aſpectus illuſtrior, quæ quo ſunt excelſiores, eo dant clariora indicia naturæ.

Inducias. Liu.1.ab Vrbe,Agri parte multatis,in centum annos induciæ datæ.

Indulgentiam ſuam illi,Indulgere ſe illi. Plin.epiſt.243,Rogo ergo vt ipſe apud te pro dignitate eius precibus meis faueas : cui & ſiquid mihi credis,indulgentiam tuam dabis.

Initium orandi conditoribus Vrbium, ac Legum latoribus dedit. Cic.Quintil.lib.3.cap.2.

Initium dicendi dedit natura, initium artis obſeruatio. Quintil. lib.3.cap.2.

Inſidias alicui,Inſidiari, decipere. Plaut.Aulul.2.1. Idem Bacchid.5, Is noſtræ naui lembus inſidias dabat.

Iter. Liu.8.bel.Pun. Sic apud Cæſarem 1.bel.Gall.Negat ſe more & exemplo Pop.Romani poſſe iter vlli per prouinciam dare.

Iucunditati ſe dare.Cic.1.Offic.

Datus iudex in hanc cauſam, Id eſt conſtitutus. Plin.epiſt.167, Fingamus tres omnino iudices in hanc cauſam datos eſſe, horum vtri placuiſſe perire libertos,alteri relegari,&c.

Iudicem dare rei iudicandæ, vel æſtimandæ. Vlpian.in l.proinde. D.ad leg.Aquil.

Iudicium ex edicto in libertum dare.Cic.pro Flacco.

Iugulum.Cic.2.Tuſc.Sanè ſi nudus es,da iugulum.

Dare iugulum alicui. Cic. pro Milone, Certè optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio, non ſemel ab illo, neque tum primum petitum.

Inuentum.Terent.And.4.1,

D. At iam hoc tibi inuentum dabo.

Ius alicui. Plin.epiſt.248,Quum ius mihi dederis referēdi ad te de quibus dubito.

Ius aliquid faciendi dc. Tacit.lib.12, Ius ſtatuendi etiam de procuratoribus dederat.

Iura & leges. Virg.1.Æneid.de Didone,

-Remo cum fratre Quirinus Iura dabant.

Iura gentibus. Liu.10.bel.Pun.Roma an Carthago iura gentibus daret,ante craſtinam noctem ſcituros.

Iuſiurandum, Iuramento promittere. Plaut.Amphit.10. Terent. Adelph.2.1, -iuſurandum dabitur te eſſe

Indignum iniuria hac,indignis quum ego ſim acceptus modis. Plin. de Vir.illuſt. Dato iureiurādo,vt ſi non impetraſſet,ita demū rediret.

Iuſſa dare.Ouid.3.Amor.eleg.7. Id eſt poſtquam iuſſa eſt dare, vel dedit id quod iuſſa eſt dare.

¶Labem dare.Lucret.lib.2,

Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi
Expugnata dabunt labem,putreſcque ruinas Omnia.

Se labori. Cic.7.Verr.Quum roſam videret, tunc incipere ver arbitrabatur:dabat ſe labori atque itineribus.

Lacrymas dare.Virg.4.Æneidos,

Num lacrymas victus dedit?
Siccis agenti oculis lacrymas dabit. Quintil.lib.6.cap.2.
Ad languorem.Plaut.Aſin.11. Terent.Heaut.4.6,
-vel me hæc deambulatio
Quàm non laborioſa ad languorem dedit.
Se in laqueum.Plaut.Caſina,3,
Mea prædā eſt illa:proin tu te in laqueum ne duas.
Dat nemo largius,Nemo liberalior eſt. Terent.Eunuch.5.9,
Principio & habet quod det,& dat nemo largius. Vbi Donatus,Dat largius vt liberalis.

Laudem alicui rei. Plinius libro 36.cap.16, Æthiopicis laus ſumma datur.

Laudi. Cic.1.Tuſc. Et pro Cluentio. Idem 1.Offic.

Laxamentum legi. Cic.pro Cluent.Ne legi quidem quicquam per Tribunum pleb.laxamenti datum eſt.

Leges.Virgilius 8.Æneid. Compoſuit,legéſque dedit. Sic Cicero 3.de Legibus,Dare legem & diſciplinam viuendi populis. Virgil. 4. Georg.

Dare legem ne,&c. Ouid.2.Metamorphoſeos,

Et legem dederat,ſua ne ſecreta viderent.

Loci leges dare.Virg.4.Æneidos,

Cuſque loci leges dedimus,connubia noſtra Reppulit.

De lego.Iabolenus De ſtat.liberis,l.Stichum, Titio do lego.Paul. ad l.Falcidiam,l.prima,Eáſque res quibúſque dare legare voleт. Non plus ſignificat do lego, quàm ſi do ſolùm, vel lego dixiſſet.

Lepōrem dictis dare. Lucret.lib.1,

Quo magis æternum da dictis Diua lepōrem.

Libellos de re aliqua dare. Quintil.lib.1.cap.7.

Libertatem dare, pro Manumittere, apud Claudianum lib.1.in Eutrop.

Pueris licentiam ludendi. Cic.1.Offic.

Linamentum dare in plagam, eſt vt vulgus chirurgorum dicit, *imponere carptum*, quod Græci ὑφαιμον appellant. Celſus lib.7.cap.9.

Lintea ventis dare.Ouid.7.Metamorphoſeos,

Vt per me ſoſpes,ſine me det lintea ventis.

In literas dare aliquid, Vide LITERA.

Dare literas alicui per aliquem. Cicero Attico,libro 5.103, Tu autem ſæpe dare libellariis publicanorum poteris per magiſtros ſcripturæ,& portus,&c.

Dare literas alicui,pro reddere. Cic.Attico,lib.5.91, Ac binas quidem tuas Beneuēti accepi, quarum alteras Funiſulanus multo mane

mihi dedit,alteras ſcriba Tullius.

Literas alicui ad aliquem. Cic.Cornificio,lib.12.19. Idem ad Atticum,lib.7.132,Vt ab vrbe diſceſſi,nullū adhuc intermiſi diem,quin aliquid ad te literarum darem.

Ad literas alterius,pro reſcribere.Cic.ad Atticum,Ad quas ego eo ipſo die dederam ex Trebulano L.Pontio.

Se literis. Cic.1.Acad.Quamobrem da quæſo te huic etiam generi literarum.

Locum. Plaut.Rud.14. Cic.ad Atticum, lib.2.16, Is quærit ex me num conſuceſſem Siculis locum gladiatoribus dare.

Dare locum,pro Cedere. Terent.Heaut.3.3.

Dare locum & cedere. Cic.2.de Nat.deor.Quacúque enim imus, quacunque mouemur,videtur quaſi locum dare & cedere.

Locum proximum alicui rei,pro eam proximè deſcribere.Plinius lib.37.cap.6.

Locum dubitationis. Cic.pro Corn.Balbo,11,Cuius igitur audita virtus dubitationis locum non daret? Sic Dare locum reſpondendi, Cic.3 de Nat.deor.

Locum doliis dare.Ouid.2.Amor.eleg.19.

Dat tibi noſtra locum tituli fortuna.Ouid.4. Triſt.eleg.3.

Locum & tempus cunctationi. Liu.5.bel.Pun. Sed nullum neque locum neque tempus cunctationi,conſilióve dedit Mutinis.

Lucem dare.Virg.1.Æneidos,

At pius Æneas per noctem plurima voluens,
Vt plurimum lux alma data eſt,exire,locóſque
Explorare nouos,&c.

Ludum deſidiæ filio ſuo.Plaut.Bacch.2.1,

-ego dare me ludum meo gnato

Inſtitui,vt obſequium animo ſumere poſſit:æquom puto.

Sed nimium nolo deſidiæ ei dare ludum.

Ad ludendum. Cic.5.de Finib.Libentérque ſe cum his congregat, dánteque ſe ad ludendum.

Ludum amori dare.Horat.3.Carm.ode 12,

Miſerarum eſt,neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino láuere.

Lumen dare eloquentiæ, & præceptis. Quintil.lib.3.cap.1,Præcipuum verò lumen ſicut eloquentiæ, ita præceptis quoque eius dedit vnicum apud nos ſpecimen orandi, docendíque oratorias artes M. Tullius.

De ſe reſpondentibus dant venuſtiſſimos luſus. Quintil.libro 5. cap.13.

¶Dare magis. Vide MAGIS.

Magiſtros rerum eſſe dedit. Id eſt magiſtros militum fecit. Virg. 9.Æneidos,

Quos pater Æneas,ſiquando aduerſa vocarent,
Rectores iuuenum,& rerum dedit eſſe magiſtros.

Malum alicui.Plaut.Amphit.8. Terent.And.2.5, Renuntiabo,vt pro hoc malo mihi det malum. Idem Eunuch.3.3. Cic.4.Verr.Cohors tota illa tua,quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm ſi centum cohortes fugitiuorum fuiſſent.

Mammam, Lactare.Terent.Adelph.5.9,

-& quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedit hæc.

Dare mancipio,vel mancupio,Eſt rem ita dare, vt euictionē præſtaturos nos ſpondeamus.Plaut.Perſa,1,5,

Mancipio neque promittet, neque quiſquam dabit. Idem Milit.3,
Me ſibi habeto, & ego me illi mancupi dabo. Vide MANCIPIVM.

Mancipio vitam dare. Lucret.lib.3,

Vitáque mancipio nulli datur: omnibus vſu.

Mandata,Præcipere,imperare, iubere. Cic.ad Atticum, lib.7.132, Qui tantis de rebus huic mandata dederit. Virg.6.Æneid. Idem orans mandata dabat.

Aliquid in mandatis, Eſt aliquid faciendum vel dicendum cōmittere:quod & mandare dicitur.Plaut.Amph.3.

Mandata alicui ad aliquem. Cic.Attico,lib.8.159.

De manu dare : cui opponitur Foris. Columel.lib.7.cap.9, de ſuibus,Nam quidem cultus ager opimas reddit ſues, quum eſt graminoſus, & pluribus generibus pomorum conſitus, vt per anni diuerſa tempora, mala,pruna, pyrum, multiformes nuces, ac ſicum præbeat : nec tamen propter hæc parcetur horreis : nam ſæpe de manu dandum eſt,quum foris deficit pabulum : propter quod plurima glāa vel ciſternis in aquam,vel fumo tabulatis recōdenda eſt.Seipſum exponit Columella,quid intelligat per De manu dare, quum dixit ante,Nec tamen propter hæc parcetur horreis.

Manum alicui, Conſentiendi ſignum & veluti confirmationis eorum quæ à nobis vel petuntur vel proferuntur. Plaut.Aulul.6,

Da mihi optima fœmina manum.E.vbi ea eſt? Idem Aſina.13. Virg. 11.Æneidos,

-neque ipſe manus feritate dediſſet. Seruius.

Dare manus alicui,Fateri ſe victum. Plaut.Perſa 13. Cic.Att.lib.2. 37, Aiebat illum primo ſanè diu multa contra, ad extremum autem manus dediſſe, & affirmaſſe nihil ſe contra eius voluntatem eſſe facturum. Eidē,lib.16.333, Sapienter igitur quòd manus dediſti,quódque etiam vltro gratias egiſti. Idem de Amicitia,Atque ad extremū det manus,vincíque ſe patiatur.

Manus fidei dare.Senec.Thyeſte,8,

Tantum ora ſeruat : & datas fidei manus.

Manus intus dare. Celſ. lib.7.cap.29,Qua curatione partus emortuus ex vtero eximatur. ad cuius rei facultatem multum confert & magnitudo vulnæ,& vis neruorum eius, & corporis totius habitus, & mentis etiam robur, quum præſertim intus nonnunquam etiam duæ manus dari debeant.

In vota manus dare.Ouid.epiſt.20,

Dóque libens victas in tua vota manus.

In manu. Cic.2.Offic.Quanquam enim quod præſens tanquam in manu datur,iucundius eſt,tamen,&c.

Aliquid

Aliquid in manum. Terent.Phorm.4.3,

-eho dic quid velis dari
Tibi in manum, vt herus deſiſtat litibus? Vbi Donatus, Datur ei in manum, qui ſeparatim accipit, ſine arbitro aut interprete : vt præuaricator aut iudex corruptus. Tacitus lib.4, Datos in manum milites.

Aliquid in manus hominum,Eſt aliquid edere,quod in manus hominum perueniat.Plin.epiſt.137.

Dare virginem alicui in manum. Terent.And.1.5. Vbi Donatus, Confirmatæ ſunt legitimæ nuptiæ per in manum conuentionem.

Manu plena dare. Senec.de Benef.

Dare manibus alterius,Eſt vmbris mortuorum in ſolatium mortis. Alioqui ſimpliciter Dare manibus, eſt diis inferis : quemadmodum dare leto. Liu.1.Decad.lib.1. Idem 4.ab Vrbe, Iam ego hanc mactatam victimam (ſi modò ſanctī quicquam in terris eſſe dij volunt) legatorum manibus dabo.

Materiam inuidiæ. Cic.11.Philipp.

Materiam dolis dare.Ouid.2.Amor.eleg.19,

Mordeat iſta tuas aliquando cura medullas,
Déque locum noſtris,materiámque dolis.

In matrimonium. Liu.7.bel.Maced. Cæſar 1.bel.Gall.Ei filiam ſuam in matrimonium dat.

Medicamentum ſuper. Celſus lib.7.cap.7, Vbi tota exempta eſt, committendæ oræ,fibuláque his iniicienda,& ſuper medicamentum glutinans dandum.

Dare in medium,Id eſt in commune.Gell.lib.1.

Memoriæ.Gel.lib.1.cap.11,Cretē ſes quoque præclia ingredi ſolitos memoriæ datum eſt, præcinente ac præmoderāte cithara greſſibus.

Mentem dare.Vide MENS.

Mercedem alicui.Plaut.Amphit.8.

Dare merita. Cic. de Amic.Vt in dandis recipiendíſque meritis, quod quiſque minus per ſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet.

Modum alicui dare. Horat.2.Serm.ſat.2,

-quò pertinet ergo
Proceros odiſſe lupos?quia ſcilicet illis
Maiorem natura modum dedit. Quintil. lib.2.cap.4, Nos ſuum cuique profeſſioni modum demus.

Ad mortem. Plaut.Amphit.8.

Morti aliquem dare. Ouid.in Ibin,

Quàm quos cum Rutulo morti Rhamnete dederunt,&c.

Mores ſuos alteri.Plin.lib.10.cap.50.

Motus incompoſitos dare. Virg.1.Georg. Id eſt ſaltationem aptā religioni,nec ex vlla arte venientem. Seruius.

Munus magnificum. Plin. de Viris illuſt. Marcus Liuius Druſus genere & eloquentia magnus, ſed ambitioſus & ſuperbus, Ædilis, munus magnificentiſſimum dedit.

Muneri,apud Fabium lib.1.cap.17.

Murmura dare.Ouid.2.Metam.

Mutuum,Mutuare.Terent.Heaut.3.3,

Huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum. Cic. ad Atticum,libro 10.203, Non reddit quæ dedi eius filio mutua, & vtitur excuſatione temporis.

Mutuam pecuniam.Cic.ad Atticum,lib.11.211,Cui magnam dedimus pecuniam mutuam.

¶Natalia. Cic.2.Philipp. Hodie non deſcendit Antonius.cur? dat natalia in hortis.

Neci dare.Virg.3.Georg. Vide NEX.

Dare negotium. Terent.And.3.2,

Poſtremò id mihi da negotij. Cic. in Verrem, Dat amico ſuo cuidam negotium, qui tum magiſter erat eius ſocietatis, vt diligenter caueret. Lentulus Ruffo,lib.5.20, Non habui, cui potius id negotij darem,quàm tibi.

Dare negotium & imperare. Cic.6. Verr. Audiſtis ſibi iſtum negotium dediſſe atque imperauiſſe vt Centuripinis,&c.

Dare nequam. Plaut.Vín' tu illi dare nequam nunc. AG. Cupio. MI. En,me dato. Nequam veteres vſurpabāt pro nequitia & malo, quum etiam pro homine malo & improbo ponerentur : vnde iocus Plautinus. Ludit enim hìc ex ambiguo : quum dixiſſet,vín' illi dare malum & incommodare,vt qui reſpondet intellexit : quaſi tamen de ſe improbo ſeruo loquutus,præter expectationē ſubiecit,En me, dato,qui nequam ſum.

Corpus in neruū ac ſupplicia. Liu.6.ab Vrbe, An placeret fœnore circunuentam plebem.ni potius quàm ſortem creditam ſoluat, corpus in neruum ac ſupplicia dare?

Nomen militiæ, & ad militiam, Eſt ad delectum ſeſe exhibere. Plaut.Pſeud.19, Quid ego ceſſo Pſeudolum facere, vt det nomen ad molariam coloniam? Liu.5.ab Vrbe. Cic.in Philipp.Re & veritate nobis milites ſine vlla recuſatione, ſummo etiam cum ſtudio nomina dant. Hoc eſt,ſeipſos ſcribendos offerunt, & curant nomina ſua inſcribenda. Budæus.

Dare nomen in coloniam aliquam. Liu.4.Bell. Maced. Vt Latini qui in coloniam Romanam nomina dediſſent, ciues Romani eſſent.

Nomen & tempora longa dare ſuo authori dicitur libellus. Ouid. 3.Triſt.eleg.3,

Quos ego confido,quanuis nocuere,datoros

Nomen & authori tempora longa ſuo. Hoc eſt famam diuturnā.

Nomen alicui rei. Plin.lib.11.cap.37, Poſtea Gallico vocabulo etiā legioni nomen dederat alauda. Liuius 1.ab Vrbe,Celebre ad poſteros nomen flumini dedit. Horat.1.epiſt.17,

Fons etiam riuo dare nomen idoneus,&c.

Nomina data.Ouid.2.de Ponto,eleg.2,

Digna parente ſuo nominibúſque datis.

Nouitatē vetuſtis,nouis authoritatem. Plin.in Præfat.Res ardua, vetuſtis nouitatem dare, nouis authoritatem.

Nummos pro corpore dare. Horat.1.Serm.ſat.9,

-fugiens hic decidit acrem

Prædonium in turbam:dedit hic pro corpore nummos.

In nuptias,Idem quod Dare in matrimonium. Terent.And.5.1,

Ah rogitas? perpulſi me vt homini adoleſcentulo
In alio occupato amore,abhorrenti ab re vxoria,
Filiam darem in ſeditionem atque incertas nuptias.

Nuptum filiam,Idem quod Dare in matrimonium.Plaut.Perſ.1.0. Terent.Adelph.3.2. Periit:pro virgine dari nuptum non poteſt. Idem And.2.1, Quid ais Birria? datúrne illa hodie Pamphilo Nuptum? B.ſic eſt. Liu.10.bel.Pun.

Datur nuptum ad virum.Plaut.Stich0,2,

Hoſtis eſt vxor pater,inuita quæ ad virum nuptum datur.

¶Obliuioni. Liu.4.ab Vrbe, Aut in perpetuum arma bellúmque obliuioni danda,iugúmque accipiendum.

Obliuioni & negligentiæ. Liu.5.ab Vrbe, Quæ auſpicato agimus omnia ferè intra pomœrium, cui obliuioni, aut cui negligentiæ damus?

Obſides.Cæſar 1.bel.Gall. & lib.2.

Obſidio datus alicui. Tacit.lib.11.Multi ad Gotarzen inclinabant, quidam ad Meherdatem prolem Phrahatis obſidio nobis datum.

Obuiam dari. Terent.Adelph.3.2,

Nihil eſt quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiā.

Occaſionem. Plaut. Capt.4. Cic.ad Atticum, lib.7.136, Alterum Conſulatum à Rep.ne data quidem occaſione repulimus.

Omen dare. Ouid.4.de Ponto,eleg.9,

Déque bonum voto lucidus omen apex.

Operam, Eniti & laborare. Terent.And.2.1. Idem Eunuch.2.3,

-faciam ſedulò,ac Dabo operam,adiuuabo.

Operam alicui dare,Adiuuare, inſeruire, operam ſuam impendere,authoribus Donato & Valla. Terent.Heaut.3.1,

-ibo,ac dicam vt dixeram,

Operam daturum me, hodie non poſſe his dare. Plaut.Aulular. Da mihi operam amabo. Sic Dare operam amico vnguēta ementi,pro Iuuare in emendis vnguentis. Plaut. Caſ.5. Cic. pro A.Cecinna, Licereturis quem Ceſennię dare operam nemo miraretur.

Da mihi paulum operæ. Terent.Eunuch.2.2,

Tum tu igitur paulum da mihi operæ,fac vt admittar ad illam.

Operam alicui rei.Plaut.Bacchid.5,

Aurum hercle auferre voluere,ei rei operam dabant.

Dare operam ne. Plaut.Perſ.10. Idem Milite,17,

Ne te abducerēt operam dedi.

Operam ad. Plaut.Caſina,2,

Vos omnes opere magno oratos eſſe volo,
Benignè vt operam detis ad noſtrum gregem.

Operam abortioni,Conari abortum facere. Plaut.Trucul.4.Vide ABORIOR.

Operam amori & deſidiæ.Plaut.Pſeud 4,

Experiar,quæ capiti,quæ ventri operā det,quæque ſuæ rei. Terent. Heaut.1.1,

Ego iſthuc ætatis non amori operam dabam,&c.

Operam aurium, Idem quod auſcultare ſignificat. Plautus Bacchid.2.0,

Vbi lubet recita,aurium operam tibi dabo.

Operam auſcultando, Auſcultare. Plaut. Amphit.12, Iam ille hic deludetur probè, ſiquidem vos vultis auſcultando operam dare.

Sic Dare operam fabulæ, Plaut.Capt.2.

Operam auſpicio, Capere auſpicium. Liu.8. bel. Maced. Tertio die quum auſpicio operam dediſſet, dein immolaſſet, in quatuor diuiſas copias educit.

Operam Platoni,& cæteris,pro Diſcipulum ei eſſe,inquit Valla in Raudēſem. Cic.4.Acad.Iam Clitomacho Philo veſter operam multos annos dedit. Ibidem,Dedi Antiocho operam diligentius, vt cauſam ex eo totam cognoſcerem.

Operam vetere domino,Seruire. Plaut.Capt.7,

Vult te nouus herus operam dare tuo veteri domino.

Operam aſſiduam foro. Plaut.Aſin.9.

Operam furtiuis rebus, Id eſt furari. Plaut.Amphit.6,

Ædepol ni illa furtiuis rebus te ſciat operam dare, Ego,&c.

Do id operam. Terent.And.1.1,

Et nunc id operam do,vt per falſas nuptias,&c. Ibidem,2.1,

Ah quanto ſatius eſt te id dare operam,
Quī iſtum amorem ex animo amoueas tuo,quàm,&c.

Operam in.Cic.1. Tuſcul.In quam exercitationem ita nos ſtudioſe operam dedimus,vt,&c.

Operam iræ,Iraſci. Plaut.Pœnul.12,

Domos abeamus noſtras ſultis nunc iam:
Quando id,quod iræ operam dedimus,impetrauimus.

Operam laudabilem.Plaut.Perſa.1,7,

Ædepol dediſti virgo operam laudabilem.

Operam liberis.Cic.1.Offi.Liberis dare operam, re honeſtum eſt, nomine obſcœnum. Hoc eſt liberis procreandis.

Operam malam alicui.Plaut.Capt.12,

Sed mihi ægre eſt me huic dediſſe operam malam,
Qui nunc propter me meáque verba victus eſt.

Operam mutuam. Gell.lib.2.cap.29, Roges veniant, operámque mutuam dent,& meſſem hanc nobis adiuuent.

Operam optimam.Plaut.Aulularia.

Operam promiſſam.Plaut.Aſin.7,

Iuſſit vel nos arrienſem,vel nos vxorem ſuam
Defraudare:dixit ſeſe operam promiſſam dare.

Operam rei,Laborare in acquirendis bonis. Terent.Adelph.1.2,

-denique ſi conferendum exemplum eſt,non fratrem videt
Rei dare operam,ruri eſſe parcum ac ſobrium?

Dare operam Senatui aut clientibus.Plaut.Aſin.16, -ego cenſeo
Eum etiam hominem Senatui dare operam,aut clientibus.

Operam sermoni. Cic.2.de Legib. Sermoni reliquo demus operam sedentes.
Operam sermoni alicuius, pro Auscultare quid dicat. Plautus Epid.5,
Dissimulabam me harum sermoni operam dare.
Operam somno, Dormire. Plaut. Pseud.9. Liu.3.bel.Pun. Corpora curare, somnóque operam dare, &c.
Dare operam iuris ciuilis studio. Cic. de Claris Orat. Ego autem iuris ciuilis studio multum operæ dabam Q. Scævolæ P.F. qui quanquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo, studiosos audiendi docebat.
Operam stylo, pro Scribere vel componere. Suetonius in Domitiano, cap.20, Nunquam tamen historiis carminibúsve cognoscendis operam vllam, aut stylo vel necessario dedit.
Operam tonsoribus, apud Suetonium in Augusto cap. 79. pro Tonderi.
Operam virtuti. Cic. de Amicitia, Quod quum optimum maximúmque sit, si id volumus adipisci, virtuti opera danda est: sine qua neque amicitiam, neque vllam rem expetendam consequi possumus.
Operam vt. Plaut. Trucul.16,
Sed obsecro da mihi operam, vt Narrem quæ volo. Terent. Eunuch.1.1, Quàm si des operam vt cum ratione insanias. Cic.4. Verr. Dedit operam vt Halesinus ad se, &c.
Dabitur opera, Curabitur, Fiet diligenter. Plaut. Rud.4,
-paucis percontarier
Volo ex te. D. dabitur opera, atque in negotio.
Operas in portu. Cic.4. Verr. His pro rebus quòd portorium non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium, qui in portu operas daret.
Operas in scriptura pro magistro. Cic. ad Silium, lib.13, Cum P. Terentio Hispone, qui operas in scriptura pro magistro dat, mihi summa familiaritas consuetudóque est.
Data opera, Id est de-industria, consilio. Vlp. in l.1. §. Quid si vulnera i. D. de Senatusconsil. Silan. Nisi aut ipsi sibi vulnera ista fecerunt data opera, ne punirentur.
Data opportunitate. Cæsar 3. bel. Gall. Nisi æquo loco, aut opportunitate aliqua data, legato dimicandum non existimabat.
Optionem. Liu.6. bel. Pun. Nam quũ extra sortem Collegæ optionem dare prouinciæ iniquum fuerit, quanto, &c.
Orationem alicui. Plaut. Rud.2.4. - G. alienón' prius
Quàm tuo dabis orationem?
Dare orationem, Respondere. Plaut. Milit.8,
Neque eques, neque pedes, præfectus quisquam tanta audacia est,
Qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres faciunt,
Vt verobique orationem doctè duint.
Oratorem, Mittere legatum. Plaut. Amphit.3,
Iustam rem & facilem esse oratum à vobis volo,
Nam iustè ab iustis sum orator datus.
Dare in ordinem. Vide ORDO.
Osculum, Osculari. Plaut. Epid.12. Ouid.10. Metamorphoseos,
Incumbénsque toro dedit oscula.
Oscula ex animo dare. Ouid.2. Amor. eleg.5.
Otium dare alicui rei. Tacit. lib.16, Segnes & pauidos supremis suis secretum otium dare.
Se otio, Quiescere, cessare à laboribus. Plaut. Trinum.12,
Certum est otio me dare, satis partum habeo.
¶Pacem. Plaut. Amphit.4,
-pacem atque otium Dare illis.
Pacem mortalibus dare. Silius lib.7.
Palmam dare. Ouid.2. de Arte,
Finis adest operi, palmam date grata iuuentus,
Serтáque odoratæ myrtea ferte comæ.
Danda palma docto oratori. Cic. 3. de Orat. Plin. lib.28. cap.9, Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. Id est pluris fecisse.
Do palmam huic consilio. Terent. Heaut.4.3,
Huic equidem consilio palmam do, hic me magnificè effero. Id est consilium illud præualet cæteris.
Partes alicui, vulgus *Dare officium* dicit. Liu.4. bel. Pun. Quia custos corporis erat, partes datæ sunt, vt quum appropinquaret ianuæ rex, per causam aliquam, &c.
Ad partes populi dare. Cic.2. de Lege Agrar. Domitius quod per cerimonias populi fieri non poterat, ratione assequutus est, vt id quod posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret.
Sein partem aliquam. Cic.3 de Orat. Eloquentia varietate, copia quam se cunque in partem dedisset, omnium fuit facilè princeps.
Patronum alicui. Cic.3. de Orat.
Pausam conciliis dare. Hoc est quietem & cessationem congregationibus. Lucret. lib.2,
-pugnásque
Edere tum atim certantia; nec dare pausam
Conciliis, & dissidiis exercita crebris.
Pectus dare ensibus. Senec Hippol.5.
Pectora ferro dare. Virg.12. Æneid.
In sumptum pecunias. Terent. Adelph.3.3.
Se in pedes, Fugere. Plaut. Capt.4.3,
Si non est quod dem, méne vis dem ipse in pedes? Terent. Eun.5.2.
Perniciem alicui dare. Cic.3 de Nat. deor.
-atque illi perniciem dabo,
Mihi mœrores, illi luctum, exitium illi, exilium mihi. Ex poeta.
Pignus. Cic. Attico, lib.8.153, Crebrò enim illius literæ ab aliis ad nos commeant. Sed me illorum sententiæ minus mouebant, minus multa dederant illi Reipub. pignora Ouid.2. Metamorph. Senec. in Medea,7.
Pignus cum aliquo. Plaut. Bacchid.20,

-næ ego cum illo pignus haud ausim dare,
Tantas turbellas facio.
Da pignus, ni nunc peieres. Plaut. Pœnul.18. Idem Epid.14,
Asin' tu lubuit? E. aio, vel da pignus ni ea fit filia.
Pignori. Plaut. Mostel.13,
Quid ais? emit ædes vicini hic proximas?
D. Non aio. T. quadraginta etiam dedit hucusque pignori?
Ad pistores. Plaut. Asinar.12,
Postea ad pistores dabo, vt ibi cruciere currens.
Plagas. Plaut. Asin.7,
Eriam de tergo ducẽtas plagas pregnantes dabo. Id est lubens sustineram plagas. Quemadmodum & dare pœnas quis dicitur, pro ferre supplicium.
Plangorem dare. Ouid.8. Metamorphoseos,
Quum videt extinctos fratres Althæa referri,
Quæ plangore dato, mœstis clamoribus vrbem Implet.
Plausum, Applaudere, plausu quodam vel manuum vel pedum fauere. Plaut. Capt.20. Cic. de Senect. Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus. Horat.1. Carm. ode 20.
Plausum pennis dare. Virg.5. Æneid.
Poculum alicui. Cicero pro Cluentio, Qui vxori suæ Cluentiæ quum ipse poculum dedisset, subitò illa in media potione exclamauit, &c.
Pœnas, Puniri. Terent. Phorm.4.3. Virg.4. Æneidos,
-dabis improbe pœnas. Cic.5. Tuscul. Si digito quem attigisset, pœnas dedisset. Plin. epist.16.
Pœnas incesti, aut temeritatis. Liu.2. ab Vrbe. Cic. ad Atticum, lib.9.181.
Dedit pœnas Populo Romano. Cic.12. Philipp. Itaque ipsi (ne dicam mihi) Populo Romano pœnas dederunt: me saluũ adhuc Resp. conseruauit.
Pœnas sanguine, pro Mori. Virg.2. Æneidos,
-nec soli pœnas dant sanguine
Teucri. Hoc est, moriuntur indigné. hoc enim propriè significat. Seruius.
Portiones. Plin. lib.12. cap.14. Idem lib.12. cap.15, Non dant ex myrrha portiones deo.
Potestatem, Est (inquit Valla lib.4. cap.18.) rem alterius arbitrio committere. Plaut. Pers.16. Terent. Phorm.5.6,
Ait vterque sibi potestatem eius habendæ dare. Idem in Prologo Heautont.35,
Adeste æquo animo: date potestatem mihi
Statariam agere vt liceat per silentium.
Potestatem, honorem, authoritatem, ornamentum. Cic.7. Verr.
Potestatem vt. Plaut. Capt.16,
-dij potestatem dabunt,
Vt beneficium bene merenti nostro merito numeres.
In potestatem. Liu.8. ab Vrbe, Pactóque reditu promissum est regem aut viuum aut mortuum in potestatem daturos.
Potui dare. Celsus libro 1. cap.13, Illud scire oportet, omne huiusmodi medicamentum, quod potui datur, nõ semper ægris prodesse, semper sanis nocere.
Datur potui ad iecinerum vitia. Plin. lib.21. cap.20. Sic Columella lib.8. cap.5.
Potum arenti solo. Plin. lib.17. cap.26.
Præcipitem. Terent. Andr.3.4,
Vtinam mihi esset aliquid hic quò nunc me præcipitem darem.
Ibidem, 1.3. Præcipitem me in pistrinum dabit. Horat.1. Serm. sat.2,
Hic se præcipitem tecto dedit.
Præceps datus trucidabatur. Tacit. lib.1.
In præceps, Præcipitare. Liu.7. bel. Pun. Se, collegámque & propè totam Remp. in præceps dederat.
Præcepta dare. Virg.4. Georgicorum,
Nam sine vi non vlla dabit præcepta: neque illum orando flectes.
Præceptum, pro Præcipere. Liu.10. bel. Pun.
Præcepta ad rem aliquam. Cic.2. de Finib. Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur.
Prælia dare. Virg.3. Georg.
In præmium. Liu.4. ab Vrbe, Proditori præter libertatem, duarum familiarum bona in præmium data.
Dare præsens, tanquam in manu. Cic.2. Offic. Quod præsens, tanquam in manu, datur, iucundius est.
Dare præstare. Scævola de Statu liberis, l. Sticho: Iudeo det præstet filio & vxori meæ.
Prandium. Plaut. Pœnulo, 20. Idem Amphit.8,
Domi daturus nemo est prandium aduenientibus.
Dare precibus alicuius, Facere quod quis à nobis petit. Plin. epist. 22, Dandum enim precibus vxoris, dandum filiæ lacrymis, dandú etiam nobis amicis, &c.
Primas, secundas, tertias alicui rei. Cic.3. de Orat.
Principatum. Cic.2. Offic. Huic quoque ergo à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. Vide PRINCEPS.
Principium. Terent. Eunuch.3.2,
Quàm venustè? quod dedit
Principium aduenienti?
Principium alicui rei dare. Lucret. lib.2,
Nam dubio procul his rebus sua cuique voluntas
Principium dat.
Daturi progeniem vitiosiorem. Horat.3. Carm. ode 6.
Prolem dare. Virg.1. Æneidos,
-donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Promissa, Spondere. Catullus Argon.59,
At nõ hæc quondã blanda promissa dedisti? Voce mihi. Virg. lib.4,
Non hæc Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam.

Prouincias

Prouincias magistratibus, aut iis qui magistratu abierũt. Cic.1. de Finibus, Nam si omnes atomi declinabunt, &c. primùm erit hoc quasi prouincias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè feruntur.
Prouinciam alicui dare. Cic.6. Verr. Ferebat grauiter illam sibi ab isto prouinciam datam.
In publicum aliquid dare. Plin. epist.156, Ideò nunc contra istum librum fauco orationi, quam nuper in publicum dedi.
Pugnam. Plaut. Pseud.7,
Dabo aliam pugnam claram & cõmemorabilem. Terent. Eun.5.2,
Crede hoc meæ fidei, dabit hic aliquam pugnam denuo. Vbi Donatus, Dabit autem propriè pro inducet: vt, Magnam dabit ille ruinam.
Ad purgationes cloacarum. Plin. epist.249.
¶In quæstionẽ dare seruos dicebatur dominus. Author ad Heren. Cic. pro Rosc. Amer. Quòd à nobis oppugnari video, ne in quæstionem dentur, suspiciosum est. Hoc est, torqueantur, & afficiantur suppliciis.
Quietem dare. Tacit. lib.20, Nec in longum quies militi data.
Quietem membris dare. Virgil.10. Æneidos,
-neque enim membris dat, cura quietem.
Quieti se dare ex diurno labore. Vide paulo pòst, Se somno dare.
Quieti corpora. Liu.9. ab Vrbe, Curati cibo, corpora quieti dant.
¶Rationem, Docere rationem & modum quo quid fieri possit. Plaut. Milit.10.
Receptum facilem aut celerem. Cæs 1. bel. Ciuil. Si prælium committeretur, propinquitas castrorum, celerem superatis ex fuga receptum dabat.
Recessum. Cæsar 5. belli Gallici, Recessũmque primis vltimi non dabant.
Recursum dare. Ouid. epist.6,
Abstrahor Hypsipyle, si dent modò fata recursum.
Reditum gloriosum alicui dare. Cic. in Parad. Reditum mihi gloriosum iniuria tua dedit, non exitum calamitosum.
Regem dare. Virgil.1. Æneidos,
-regémque dedit, qui fœdere certo, &c.
Remedium. Cæsar 1. bel. Ciuil. Præsenti malo aliis malis remedia dabantur.
Ad remum. Liu.4. bel. Maced. Seruos ad remum, numero ex censu constituto, cum stipendio nostro dabamus.
Requiem nullam dare. Plin. in Paneg.
Responsum. Cic. ad Attic. lib.1.13. Virgil. eclog.1,
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti.
Risus alicui dare. Horat. 2. Serm. satyr.5. Hoc est occasionem ridendi dare.
Oculis ruborem dare. Ouid.8. Metamorphoseos,
Sæpe suum feruens oculis dabat ira ruborem.
Dare in ruborem. Plaut. Capt.17,
At ego faciam vt pudeat: nam in ruborem te totum dabo.
Ruinam dare. Virgil.2. Æneidos,
-iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus.
¶Dare saltus. Ouid.2. Metam. de curru Phaetontis,
Sic oneri insueto vacuos dat in aere saltus.
Salutem alicui. Cic. pro Deiot. Sed maximè eorum incolumitates, quibus salutem dedisti.
Salutem aduenienti: Salutare aduenientem. Plaut. Epid.12.
Ad salutem communem aliquid dare. Cic.6. Verr.
Datur satietas. Cic.3. de Nat. deor. Quænam vnquam ob mortem Myrtilli pœnis luendis dabitur satietas supplicij?
Sceptra dare. Virgil.4. Æneidos,
Infelix Dido nunc te fata impia tangunt,
Tum decuit, quum sceptra dabas.
Dare se alicui. Terent. Eunuch.5.9.
Dare se ad legendos libros, & Philosophiam pertractandum. Cic. 1. de Nat. deor.
Se facilem dare. Ouid. epist.15.
Se quoque det populo mulier speciosa videndam. Ouid.3. de Arte.
Alicui ad docendum. Cic. de Claris Orat. Qui quanquam nemini se ad docendum dabat, tamen, &c. Sic Dare se in disciplinam alicuius Philosophi. Gel. lib.5. cap.10.
Senatum legatis, Est legatos in Senatum admittere, & postulata audire. Liu. lib.2. tertiæ Decad. Cic. ad Q. frat. lib.2.15, Eodem igitur die Tyrii est Senatus datus frequens.
Sententiam. Cic.1. de Legib. Quam igitur sententiam demus?
Sententiam, pro Permittere ius sententiæ dicendæ, vel ferre iudicem. Seneca epist.14, Initium omnium rerum sapiens, non exitú spectat. Initia in potestate nostra sunt, de euentu fortuna iudicat, cui de me sententiam non do.
Ad sepulturam. Cic.2. Philipp. Ad sepulturam corpus vitrici sui negant à me datum.
Sequestrum aut arbitrum. Plaut. Rud.23,
Tu isthunc hodie non feres, nisi das sequestrum, aut arbitrum,
Cuius hæc res arbitratu fiat.
Dare sermonem alicui, pro Dare causam obloquendi. Cic. Varroni lib.9.3, Dabimus sermonem iis qui nesciunt, nobis, quocunque in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse.
Se sermonibus vulgi. Cic. in Somnio Scipionis, Neque sermonibus vulgi dederis te, neque in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum.
Se in sermonem. Cic. ad Att. lib.13.281, Quare da te in sermonem, & perseca & confice.
In sermonem aliorum familiariter. Cic. pro Lege Agraria, Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, celabar, excludebar.
Seruandum. Terent. Eunuch.5.2.
Ad ditem in seruitutem. Terent. Phorm.4.3,

Nam mihi veniebat in mentem eius incommodum,
In seruitutem pauperem ad ditem dari.
Signum. Terent. Eunuch.4.7, Tu hosce instrue, hic ero post principia: inde omnibus signum dabo.
Signa dare. Virgil.1. Georgicorum,
Sol quoque & exoriens, & quum se condet in vndas,
Signa dabit.
Signum oculis. Plaut. Milit.4.
Signum tuba. Cæsar 7. bel. Gal. Eodem tempore clamore exaudito dat tuba signum suis Vercingentorix, atque ex oppido educit.
Signum, vel Dare signum receptui. Liu.4. bel. Pun. Ibidem, lib.3, Gracchus prius quàm se hostes ab repentino pauore colligerent, receptui signum dedit, ac suos intra muros recepit.
Signum vexillo. Cæsar 3. bel. Ciuil. Totisque exercitui imperauit, ne iniussu suo concurreret: se, quum id facere vellet, vexillo signum daturum.
Signum, Indicare, palàm facere, innuere. Cic.3. Verr. Quo tempore quidem signi satis dedit, siquid esset quod posset dicere, se tacere non posse.
Signum pudoris & ingenij dicitur puer. Cic.3. de Finibus, Addo etiam illud, multa iam mihi dare signa puerum & pudoris & ingenij.
Silentium, Silere. Terent. in Prologo Hecyræ,
Mea causa causam hanc accipite, & date silentium.
Solatia. Cic. ad Attic. lib.4.85, Vnum omnia posse, disturnpũtur ij, qui me aliquid posse doluerunt, multa mihi dant solatia.
Se somno. Cic.1. Tuscul. Sic Dari somno, apud Plinium libro 8. cap.25, de crocodilo. Sic Dare se quieti, Cæsar 2. bel. Ciuil. Alius ex diuturno labore in ipsis operibus quieti se dedisset.
Sonitum, pro Facere. Virgil.12. Æneidos,
Sonitum dat stridula cornus.
Arma sonum dant. Virgil.3. Georgicorum,
-tum, siqua sonum procul arma dedere.
Aliquem sopori, pro Occidere, apud Plaut. in Amphit.4.
Membra sopori dare. Horat.2. Serm. satyr.2,
Alter, vbi dicto citius, curata sopori
Membra dedit, vegetus præcripta ad munia surgit.
Sortem dare. Horat.1. Serm. satyr.1,
Qui fit Mecœnas, vt nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Contentus viuat?
Spatium & veniam dare. Ouid. epist.23,
Da spatium, veniámque, peto.
Spatium conglobandi se, respirandi, aut docendi aliquem: & ad se colligendum, & deliberandum. Liu.6. ab Vrbe. & lib.10. Cæs 1. bel. Ciuil. Item Cic. pro Cecinna. Liu.4. bel. Maced. Columel. lib.11. capite 1.
Speciem hosti exercitus abeuntis dedit. Quintil. lib.2. cap.17.
Ludentis speciem dabit. Horat.2. epist.2.
Specimen dare. Virgil.2. Georgic. Id est dignam probationem. Seruius.
Specimen indolis clarum, Hoc est, futuræ probitatis signũ ostendere. Plin. epist.31.
Specimen sui, Hoc est, optimam de se expectationem præbere. Liu.7. ab Vrbe. Et 9. bel. Pun. Dare virtutis specimem. Cic.1. Verr.
Spectandum. Plaut. Asin.13.
Spem. Terent. Heaut.4.1,
Verbis mortem simulare, re ipsa spem vitæ dare. Cicero pro Sylla, Qui negare noluit esse in eodem numero Syllam, quo plus spei Gallis daret.
Spem menti dare. Virgil.4. Æneidos,
His dictis incensum animum inflammauit amore,
Spémque dedit dubiæ menti, soluítque pudorem.
Spiramentum. Plin. lib. 12. cap. 3, Tentauere gentes transferre ad sese propter remedij præstantiam fictilibus in vasis dato per cauernas radicibus spiramento.
In splendorem bullas forium. Plaut. Asin.9.
Dedere stadia x x 11, singulis scenis. Plin. lib.12. cap.14.
Stipendium duplex in pedites, & triplex in equites. Liuius 9. belli Maced.
In stipendium pecuniam. Cæsar 1. bel. Ciuil. Eam pecuniam publicam esse constitutam, darámque à Pompeio in stipendium.
Stragem, pro Facere. Liu.8. ab Vrbe, Per arma, per viros latè stragem dedere. Virgil.3. Georg.
Studium, pro Impendere. Quint. lib.12. cap.3, Nónne ad id instrui ab aliis qui plus studij in hoc dederunt, oportet?
Arti alicui studium, & incrementum dat vtilitas, summam ratio & exercitatio. Quintil. lib.3. cap.2.
Studij plurimum in literis. Quintil. lib. 12. Et apud Colum. lib.1. cap.1. Studium agricolationi dare.
Studiis annos septem dedit. Horat.2. epist.2.
Suauium. Plaut. Asin. 16. Cicero ad Atticum, lib.16.336, Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis verbis suauium des.
Successus prosperos dare. Liu. in Præfat. ab Vrbe. Vide Orsus in ORDIOR.
Supplicium dare. Catull. ad Gellium.
Supplicium alicui de se, Puniri. Plaut. Asin.9,
Dabitur pol supplicium mihi de tergo vestro. L E. Væ te.
Tibi quidem suppliciũ carnufex de nobis detur? Terẽt. Heaut.1.1,
Interea vsque illi de me supplicium dabo. Idem Eunuch.1.1,
Et dabis ei vltro supplicium.
Supplicium necis paternæ. Martial. lib.1.
Ad suppliciũ alicui alterum. Cic. pro Cluentio, Mulieri crudelissimæ seruum fidelissimum non in quæstionem tulit, sed planè ad supplicium dedit.

Suſpicionem timoris, Cæſar 6. bel. Gal. Et quo facilius hoſtibus timoris der ſuſpicionem, maiore ſtrepitu, &c. Sic apud Suetonium in Tiberio, Dare ſuſpicionem attentandæ proditionis.
Symbolum. Terent. And. 1.1.
¶ Tacitum, pro Committere arcanum. Seneca epiſt. 84.
Tecta dare. Ouid. 2. de Arte.
Tempus, menſes, diem alicui rei. Cic. ad Attic. lib. 5. 10. 1, Erat mihi in animo rectà proficiſci ad exercitum, æſtiuos menſes reliquos rei familiari dare, hybernos iuriſdictioni. Idem 11. Philip. Cæſar 1. bel. Ciuil. Ouid. 1. de Arte,
Cogis adulterium, dando tempúſque, locúmque.
Raro dat ſe tempus. Plaut. Bacchid. 15.
Datur tempus. Terent. And. 3. 3.
Hem, id te oro vt ante eamus, dum tempus datur.
In iram tempus dare. Ouid 1. Amor. eleg. 8,
Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram.
Tempora parua quieti dare. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
Tempora data ſtudiis. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9,
Quid properaſſe iuuat? quid parua dediſſe quieti Tempora?
Aliquid temporis ad ludum dare. Cic. pro Cælio, Poſtremò quum parueris voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis atque ad inanis haſce adoleſcétiæ cupiditates, reuocet ſe aliquándo, &c.
Terga. Liu. 4. ab Vrbe, Datáque mox terga hoſtibus forent, ni, &c. Virgil. 4. Georg. -dum grauis aut hos,
Aut hos, verſa fuga victor dare terga coegit. Sic Ouidius 13. Metamorphoſeos.
Terga dare metu. Valer. 3. Argon. Metu, ob metum.
Ad terram, Proſternere. Sueton. in Auguſto, cap. 96, Duos coruos hinc & inde, infeſtantes, aquilæ Prætorio eius ſuperſedens afflixit. & ad terram dedit. Vide A D.
Teſſeram. Liu. 9. ab Vrbe, Quod poſtquam Conſuli nuntiatũ eſt, extemplo teſſeram dari iubet.
Aliquid teſtamento. Liu. 9. bel. Maced.
Teſtem alicui rei dare. Ouid. 1. Amor. eleg. 8,
Fors me ſermoni teſtem dedit.
Teſtes in aliquem. Cicero 6. Verr. Is accuſatur, ſicti teſtes in eum dantur.
Teſtem Iouem. Plaut. Capt. 7.
Teſtimonium. Cic. ad Attic. lib. 2. 16, Sibi enim bene geſtæ mihi conſeruatæ Reipub. dat teſtimonium. Et apud eundem lib. 7. 12.
In timorem. Plaut. Pſeud. 14.
Tinnitus dare. Seneca Hippol. 6.
Se in tormenta. Cic. 5. Tuſcul.
Tranſitum. Liu. 1. bel. Pun. Ne Pœno bellum Italiæ inferenti, per agros, vrbéſque ſuas tranſitum darent.
Tribunali reliquam partem diei. Plin. in Paneg. Reliqua pars diei tribunali dabatur: ibi verò quanta religio æquitatis, quanta legum reuerentia?
Corpora dant tumulo. Ouid. 2. Metam.
Turbas. Plaut. Bacchid. 5.
¶ Vadem. Cic. 2. de Finibus, Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico.
Vbera dare. Ouid. 14. Metamorphoſeos,
Si qua tibi ſoror eſt, & quæ dedit vbera nutrix.
Vela dare. Ouid. epiſt. 6,
Tertia meſſis erat, quum tu dare vela coactus
Impleſti lacrymis talia verba tuis.
Vela in altum. Liu. 4. bel. Pun. Virgil. 1. Æneidos,
-in altum Vela dabant læti.
Per vndas vela dare. Virgil. 5. Æneidos,
Quod ſupereſt, oro, liceat dare tuta per vndas
Vela tibi: liceat Laurentem attingere Tybrim.
Vela, per tranſlationem. Cic. in Orat. Ingredientibus conſyderandum fuit quid ageremus: nunc quidem iam quocunque feremur, danda nimirum vela ſunt.
Vela ad. Cicero 2. de Orat. Et ad id vnde aliquis flatus oſtenditur, vela do.
Vela indignationi. Plin. epiſt. 119, Dedimus vela indignationi, dedimus iræ, dedimus dolori, & in ampliſſima cauſa, quaſi magno mari, pluribus ventis ſumus vecti. Id eſt, vſi ſumus exaggeratione & totis viribus nixi, dum indignabamur nouercas & priuignos aliena inuadere.
Venenum alicui. Cic. pro Cluentio.
Veniam, Condonare, indulgere, inquit Donatus. Terent. And 5. 3, Æquum poſtulat, da veniam. Cic. de Amic. Eſt enim quatenus amicitiæ dari venia poſſit. Terent. Adelph. 5. 8,
Age, quid ſiquid te maius oret? M. quaſi hoc non ſit maximum.
D. Age, da veniam. Vbi Donatus, Da veniam, præſta beneficium, concede quod petitur. Virgil. 4. Æneidos,
Extremam hanc oro veniam (miſerere ſororis)
Quam mihi quum dederis, cumulatam morte remittam.
Da mihi hanc veniam. Cic. pro Archia, Quæſo à vobis vt in hac cauſa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, &c. Id eſt, indulgeatis, concedatíſque mihi hoc, ſi fortè peccauero, vt interpretatur Valla lib. 4.
Veniam dare amori. Seneca Hippol. 2.
Veniam alicuius diei. Liu. 6. bel. Pun. Quod vbi ſenſit Aſdrubal, mittit ad Neronem qui in poſterum diem colloquium differret, &c. Quũ dara eſſet venia eius diei, extẽplo Aſdrubal cum equitatu, &c.
Veniam in anteactum dare. Vlpian. in l. 3. §. 3. D. de ſeruis fugit.
Scriptis veniam dare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9.
In reliquos data venia. Tacit. lib. 12.
Veniam dare, ſignificat etiam precibus cedere. Sueton. in Tiberio, cap. 10, Neque aut matri ſuppliciter precanti, aut vitrice deſeri ſe etiam in Senatu conquerenti, veniam dedit.
Venuſtatem. Plaut. Milit. 10.

Verbera ponto dare. Ouid. epiſt. 17,
Aptior illa quidem placido dare verbera ponto.
Dare verberationem, pro Verberare: vt apud Lucretium, Dare ſonitum, pro Sonare, Dare crepitum, pro Crepare. Cic. ad Tironem, epiſt. 1, Mirificam mihi verberationem ceſſationis epiſtola dediſti. Monuit Turnebus.
Verba dare alicui, pro Concedere alicui vt loquatur, apud Valerium 7. Argonaut. -ſed nec prima pudor dat verba tumenti.
Nouiſſima verba dare. Stat. 1. Achil.
In verba dare recuperatores. Cic. 5. Verr. Quærebant quæ in verba recuperatores darẽt: reſpondebat, ſi pateret aduerſus edictum feciſſe, quæ in iudicio dicturum eſſe dicebat.
Verba alicui, Decipere, circumuenire. Plaut. Aulul. 4. Terentius Eunuch. 4. 5. Idem And. 1. 3,
Si illum relinquo, eius vitæ timeo: ſin opitulor, huius minas,
Cui verba dare difficile eſt. Donatus, Dare verba, Decipere eſt, quia qui rem expectat, & nihil præter verba inuenit, deceptus eſt. Cic. ad Attic. lib. 15. 329. Vel verba mihi dari facilè patior in hoc, méque libenter præbeo credulum. Horat. 1. Serm. ſatyr. 3.
Dare verba & Decipere. Cic. 13. Philip. Scilicet verba dedimus: decepimus: ignorabat legio Martia quarta, neſciebant veterani qui dare verba ſine verbis. Quadrigarius apud Gellium, lib. 17. cap. 2, Cominius quà aſcenderat, deſcendit, atque verba Gallis dedit. Cominium, inquit Gellius, verba dediſſe Gallis dicit, qui nihil quicquam cuiquam dixerat. Neque enim eum Galli, qui Capitolium obſidebant, aſcendentem aut deſcendentem viderant. Sed verba dedit, haud ſecus poſuit, quàm ſi tu dicas, latuit atque obrepſit.
Viam. Plaut. Curcul. 7. Virgil. 10. Æneidos,
Et quancunque viam dederit fortuna ſequatur.
Dare viam, per tranſlationem, Idem quod dare rationem & modum quo quid poſſit fieri. Plaut. Epid. 5. Cic. 2. de Diuinat. Nullas dant vias nobis ad ſignificationum ſcientiam.
In viam: pro Itineri ſe accingere. Cic. Terentiæ, lib. 14. 12, In viam quòd te des hoc tempore, nihil eſt.
Victum. Plaut. Amphit. 4. Horat. 1. epiſt. 18,
-clamat, victum date.
In vincula. Liu. 2. bel. Pun.
Dare vindicias ſecundum ſeruitutem: ab libertate in ſeruitutem contra libertatem: Loquutiones veteribus, pro Decernere eum quo de agitur, tantiſper ſeruum eſſe. Liu. lib. 3, Iudicem te ab libertate in ſeruitutem vindicias non dediſſe. Aſconius in Cornelianam, Quis fuerat ille ex D. cemuiris, qui contra libertatem vindicias dederit?
Vir perpetua lege datus vxori. Ouid. 6. Faſtorum,
Non tetigiſſe virum, quanuis Iouis ille ſacerdos,
Quanuis perpetua ſit mihi lege datus.
Vires dare. Virgil. 5. Æneidos,
-his ego ſuetus,
Dum melior vires ſanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.
Vitam alicui. Plaut. Mil. it. 10.
Vitam æternam dare. Virgil. 2. Æneidos,
-hæc pro virginitate reponit?
Quò vitam dedit æternam? Hoc eſt immortalitatem.
Vitio, Vituperare, culpare, inquit Donat. Terent. in Prolog. And.
Nunc quam rem vitio dent, quæſo animum aduortite. Cicero 2. Offic. Ne Marco quidem Seio vitio datum eſt, quòd in caritate aſſe modium populo dedit.
Dare vnguentum in caput. Celſ. lib. 3. cap. 18.
Voces dare. Ouid. 9. Metamorphoſeos,
Linguáque vix tales icto dedit aere voces.
Alicui voluptatem. Plaut. Amphit. 8,
Atque ipſa de me ſcio cui voluptas parumper data eſt.
Voluptatibus ſe dare. Cic. de Senect. Quod ex eo audiétes, M. Curium & T. Coruncanum, optare ſolitos, vt id Samnitibus, ipſique Pyrrho perſuaderetur, quo facilius vinci poſſent, quum ſe voluptatibus dediſſent.
Vſum nominis dare. Ouid. 2. Metamorphoſeos,
Phœbe pater, ſi das vſum mihi nominis huius, &c.
Vſuram vnius horæ ad viuendum. Cic. in Catil. Ego ſi hoc optimum factu iudicarem, P. C. Catilinam morte multari, vnius vſuram horæ gladiatori iſti ad viuendum non dediſſem.
Vſuram lucis dare. Cic. 6. Verr. Ipſis piratis lucis vſuram tam diurnam dediſtis.
Vtendum aliquid dare. Plaut. Aſin. 9, Scyphos, quos vtendos dedi Philodamo, reduliſtine? Idem Trinum. 17.
Vulnerare alicui dare. Lucret. lib. 5.
Vulnera ferro dare. Ouid. 3. Metamorphoſeos,
-furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, figíque in acumine dentes.
Vxorem alicui. Terent. And. 1. 1,
Cum dote ſumma filio vxorem vt daret. Idem Phorm. 1. 2,
Illéne indotatam virginem atque ignobilem
Daret illi? Vbi Donatus, Filius familiæ non tam ducit vxorem, quàm à patre accipit: quippe quum patri committatur puella potius in huiuſmodi conditionibus quàm marito.
¶ Dare, pro Dicere. Virgil. Bucolicis,
Sed tamen iſte deus qui ſit, da, Tityre, nobis. Et lib. 6. Æneidos,
-tuque, ô ſanctiſſima vates,
Præcia venturi, da, non indebita poſco. Nonius.
¶ Datum. Terent. Eunuch. 3. 1,
Et iſtuc datũ profectò, vt gratæ mihi ſint quæ facio omnia. Vbi Donatus, Datum, fato, decretóque conceſſum: vt, Non dabitur regnis, eſto, prohibere Latinis.
Datum iii. Idus Iunij, Cic. Terentiæ, libro 14. Sic ad Tironem, libro 16. 10, Datum pridie Idus Iunij. Et ad Q. fratrem, lib. 2. 16, Accepi literas

cepi literas tuas datas Placentiæ.
Datum ire. Plaut. Pœnul. 7,
Siccine oportet ire amicos homini amanti operãm datum?
Datuiri, Vetuſtè pro Datum iri. Vlpian. l. 38. §. 15. D. de verb. oblig.
Si quis ſtipulatus à Mœuio fuerit fundum Titio datuiri.
Datur cernere. Plin. epiſt. 10, Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate ſic eminent, &c.
Si dabitur, pro Si licebit. Quintil. Item Virgil. 7. Æneid.
Duint, pro dent, vel dederint, Antiquum. Plaut. Amphit. 3. Terentius And. 4. 1,
At tibi di dignum factis exitium duint.
Duit, pro det. Plaut. Aulul. 4,
Ne mihi ex inſidiis verba imprudenti duit. Ibidem 7. Liu. 10. ab vrbe, Bellonaſi hodie nobis victoriam duis, &c. Antiquum.
Danunt, pro dant. Plaut. Curcul. 3,
Nam tibi amantes propinantes vinum danunt. Idem Capt. 13, Et duplam agninam danunt. Antiquum.
Datus, Participium, vt Data pecunia.
Reddere data. Ouid. 1. de Arte amandi.
Corripere data fraudando. Catul. ad Aſilenam.
Data opera, pro De-induſtria, conſulté. Vlpian. in l. ſed & qui data.
Dex quib. cauſis maior.
Datum, dati, Subſtantiuum {δόσις.} Cic. de Amicit. Hoc quidem eſt nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amiciriam, vt par ſit ratio acceptorum & datorum.
Datus, huius datus {δότης.} Plaut. Trinum. 17,
Is mille nummũm ſe aurum meo datu tibi ferre & gnato
Leſbonico aiebat meo.
Dato, das {δόσκω} datãre, Frequentatiuum. Plaut. Moſtel. 8,
Tu ſolus credo fœnore argentum datas. Antiquum. Plin. libro 25. cap. 5, Themiſon binas non amplius drachmas dataiit, ſequentes & quaternas dedere.
Dator, datoris {δότης} Verbale. Virgil. 1. Æneidos,
Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.
Datio, Verbale {δόσις.} Varro 3. de Re ruſt. cap. 9, Si in farciendo nimio cibo faſtidiunt, remittendum in datione, proportione: ſic vt, &c. Cic. pro Lege Agraria, Cuius iudicium legúmque datio, captorum agrorum ipſius virtute cognitio tollitur.
Datio iudicis. Paul. in l. 2. D. quæ ſentent. ſine appell. reſcind.
Datio ſigni. Plin. lib. 7. cap. 56.
Datarius, Adiectiuum, Quod dandum eſt, aut quod datur. Plautus Pſeud. 15, Eho an non prius ſalutas? s. nulla eſt ſalus mihi dataria. Sumitur etiam nouè: ſed non inelegantèr, vt Sipotinus ait, pro eo qui in poſtulationibus ac literis manu Pontificum ſubſcriptis, diem ac locum notat, quibus datæ ſunt literæ.
Datatim, pen. prod. Aduerbium, Datatim ludere, Inuicem dãdo: quemadmodum qui pila luſitant, quæ viciſſim mittitur & remittitur. Plaut. Curc. 7. ¶ Datatim ludere, vt hoc addam, erat pila ludere, propterea quòd dabatur: vnde quidam datores dicebantur in luſu pilæ, qui pilam dabant: alij autem factores, qui faciebant, id eſt qui feriebant & ludebãt, quíque in factiones erant diuiſi. id eſt, vt dicimus, in partes. Inde illa tranſlatio Ennij de muliere quæ ſui copiam faciebat, quum etiam alioqui mulieres impudicæ dare dicerentur, vt ex Martiale notum eſt.
Datiuus, pen. prod. Adiectiuum. vt, Datiuus tutor. Datiui tutores dicebantur, authore Vlpiano in Inſtit. tiul. 11, qui teſtamento dati erant. Datiuos tamen & teſtamentarios tutores ſeparat Modeſtinus in l. 7. D. rem pup. ſal. for. Quemadmodum datiuam tutelam à teſtamentaria & legitima Iuſtinianus ſeparat in l. 40. C. de epiſc. & clericis. Datiuóſque idem Imperator in l. vlt. C. de leg. tut. accipit, qui à iudice dantur.
Datiuus, datiui {δοτικὸ.} Quint. lib. 1, Nam quũ dico haſta percuſſi, non vtor ablatiui natura, nec ſi idem Græcè dicam, Datiui τῇ δοτεῖ.

D O B

DOBERIENSES {δοβηρεῖς} Macedoniæ populi apud Plinium lib. 4. capite 10.

D O C

Docana, num. plur. {δόκανα, τὰ} Sepulcra quædam in Lacedæmonia ſic appellata, in quibus Tindaridarum Caſtoris & Pollucis cineres fuerant conditi. Etym.
Doceo, doces, docui, doctum {διδάσκω, μαθητεύω} docere, Cognitionem dare. Deriuatur enim, authore Varrone lib. 5. de Lingua Lat. à Do, das: quòd, vt ait Sipontinus, nihil aliud ſit docere, quàm diſciplinæ, aut alterius cuiuſcunque rei cognitionem dare. Cic. de Senect. An ne eas quidem vires ſenectuti relinquimus, vt adoleſcẽtulos doceat, inſtituat, ad omni officij munus inſtruat? Idem 2. de Orat. Et docebo ſus (vt aiunt) oratorem eum, quem quum Catullus, &c.
Erudire atque docere. Cic. 1. Offic. Neque ſolum viui atque præſentes ſtudioſos diſcendi eruditi atque docent.
Docere & explanare. Cic. 2. de Orat. Docilem autem non quum pollicear me demonſtraturum, ſed tum quum doceo & explano.
Docere & inſtituere. Cic. 3. de Orat. Quis enim de iſto genere non docuit, non inſtituit, non etiam ſcriptum reliquit?
Docere, delectare, & permouere animos audientium. Cic. de Opt. genere Orat. Optimus eſt enim Orator, qui dicẽdo animos audientium & docet, & delectat, & permouet.
Docere & Dedocere, contraria. Cic. 2. de Orat. Quum aut docendus is eſt, aut dedocendus, aut reprimendus, aut incitandus, &c.
Docere aliquem aliquid. Plaut. Pſeud. 20,
Præceptor tuus qui te hanc fallaciam Docuit.
Docere aliquem literas. Plaut. Moſtel. 3. Cic. in Piſonem, Quid nunc te aſine literas doceam? non opus eſt verbis, ſed fuſtibus.
Docere aliquem literas mercede. Cic. 2. Philipp. Iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil ſapere docuit. Iuuenal. ſatyr. 7, -tenta
Chryſogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Cic. 1. de Orat. Qui

quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, &c.
Docere aliquem fidibus. Cic. Pæto, lib. 9. 22.
Fruſtra docere. Virgil. 1. Æneidos,
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.
Iudices docere. Quintil. lib. 9. cap. 1, Docendi interim quoque iudices quid rogantibus reſpondere debeant.
Docere aliquem Latinè. Plin. epiſt. 124. Cic. 2. de Finib. An ſum etiam nunc vel Græcè loqui, vel Latinè docendus?
Literis docere aliquid. Cic. Attico, lib. 16. 335, Docui literis, id nec opus eſſe, nec fieri poſſe.
Exemplo multa docere. Ouid. 1. de Remed. amor.
Docet te malé. Terent. Heaut. 4. 1,
Malè docet te mea facilitas multa. Id eſt, multorum malorum cauſa eſt tibi. Vide MALVS.
Docebo hæc omnia eſſe vera. Cic. 5. Verr.
Paucis docere. Virgil. 4. Æneidos,
-nunc qua ratione, quod inſtat,
Confieri poſſit, paucis (aduerte) docebo.
A peritis doceri. Cic. 3. Offic.
Serò docere. Cic. 7. Verr. Producam etiam Coſſanos municipes illius ac neceſſarios, qui te nunc ſerò doceant.
¶ Docere, Abſoluré. Virgilius, -docuit poſt exitus ingens.
¶ Docere, Commonere, ſiue commonefacere aliquem. Cic. Appio Pulchro, libro 3. 6, Ne literas quidem vllas accepi, quæ me docerent quid ageres, aut vbi te viſurus eſſem. Idem de Lege Agrar.
Docere & commonefacere. Metellus Ciceroni, lib. 5. 4, Vt is vos doceret & commoneface ret.
Docere aliquem de. Cæſar lib. 1. bel. Ciuil. Qui de his rebus eum doceant.
De iniuriis alicuius docere aliquem. Cic. 6. Verr. Vti de eius iniuriis iudices docerent.
De magnis rebus docere. Lucret. lib. 4.
Collegium Pontificum de religione docere. Cic. pro Domo ſua, Quid eſt enim aut tam arrogans, quàm de religione, de rebus diuinis, cæremoniis, ſacris, Pontificum collegium docere conari?
¶ Non ignarus docendi. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Artem docendi tradere. Cic. pro Flacco.
Docens, docentis, Participium {διδάσκων.} Ouid. 5. Faſtorum,
Quo didicit cultè lingua docente loqui.
Sanctitas docentis. Quintil. lib. 2. cap. 2, Teneriores animos ab iniuria ſanctitas docentis cuſtodiat.
Doctus, Participium {διδαχθεὶς μαθὼν.} Cic. 3. Offic.
Ad legẽ doctus. Cic. pro Milone, Eſt enim hæc iudices nõ ſcripta, ſed nata lex: &c. ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus.
Doctus de aliquo. Plaut. Perſa, 15.
Doctus iter melius. Horat. in Arte poet. loquens de Neptuno.
Ex diſciplina Stoicorum doctus. Cic. de Clar. Orat.
Cantare doctus. Horat. 1. Serm. ſatyr. 10,
Nil præter Caluum & doctus cantare Catullum.
Fallere mentes doctus, & vnanimes odiis turbare ſodales. Claud. 1. in Ruffin. Tibul. lib. 1. eleg. 9.
Doctus vincere, doctus ferire. Martial. lib. 5. epig. 25.
Doctus ad malefaciendum, & ad malitiam. Plaut. Epid. 8,
Nimis es doctus ad malefaciendum. Terent. Hecyra, 2. 1,
In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam.
Doctus {διδακτὸς, διδακτικὸς, παιδευτὸς, εὐμαθὴς, πολυμαθὴς} Nomen ex participio, vt Doctus homo. Cicero lib. 2. Offic. Nec me angoribus dedidi, quibus eſſem confectus, niſi his reſtitiſſem: nec rurſus indignis docto homine voluptatibus. Idem pro Cælio, Adoleſcentes humaniſſimi & doctiſſimi.
Abſolutè doctus. Vide ABSOLVO.
Scrupuloſè & anxiè doctus, Vide Clanculò, Aduerbiũ, in CLAM. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 18. ſub finem, Vir tam anxiè doctus.
Vir aliàs doctiſſimus. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 19.
Doctus & diſertus. Cic. in Orat. Ita & doctis eloquentia popularis, & diſertis elegans doctrina defuit,
Doctus & eruditus. Cicero 1. de Orat. Quid mihi nunc vos, inquit Craſſus, tanquam alicui Græculo otioſo & loquaci, & fortaſſe docto atque erudito quæſtiunculam, de quo meo arbitratu loquar, ponitis?
Doctus & intelligens. Cic. de Clar. Orat. In quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibúſque diſſenſio.
Doctus & prudens homo. Cic. in Orat. Qui vereretur reprehenſionem doctorum atque prudentium. Hic diſtinguntur docti à prudentibus: licet idem aliquando ſit, & prudens & doctus. Docti enim dicuntur, qui ſcientiam aliquam vel multas præceptionibus & vſu acquiſierunt: prudentes verò propriè, qui naturali præſtant intelligentia. Prudens, inquit Donatus in Eunucho, eſt, qui intelligentia ſua aliquid ſentit.
Doctus & perurbanus homo. Cic. 2. de Orat. C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere ſolebat, ea quæ ſcriberet, &c.
Rudis & Doctus, contraria. Cic. 1. Offic. Magnum adiumentum attulimus hominibus noſtris, vt non modò Græcarum literarum rudes, ſed etiam docti, aliquantum ſe arbitrentur adeptos & ad dicendum & ad iudicandum.
Doctus & Peritus differunt, quòd ſit peritum plus quàm quod doctum. Cic. de Offic. lib. 3, Itaque quum ſint docti, à peritis deſiſtunt facilè ſententia. Nonius.
Mediocriter doctus. Vide MEDIOCRIS.
Fandi doctiſſima Cymodocea. Virgil. 10. Æneid.
Doctus Græcè & Latinè. Sueton. de Claris grammat. Fuiſſe dicitur ingenij magni, memoriæ ſingularis, nec minus Græcè quàm Latinè doctus.
Literis Græcis & Latinis doctus. Cic. de Claris Orat.
¶ Artes doctæ. Ouid. 9. Metam.
Dicta docta. Lucret. lib. 2.

Docti doli.Plaut.Milit.4. Idem Bacchid.22,

Is me scelus auro vsque attondit doctis indoctum dolis.

Nimis doctus dolus,Vide NIMIS.

Facies docta.Ouid.2.Amor.eleg.17,

O facies oculos docta tenere meos.

Humana & docta gens, cui contrarium est Immanis & barbara. Cic.1.de Diuinat. Gentem quidem nullam video, neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem, támque barbaram, quæ non significari futura,&c.

Manus docta.Ouid.1.de Arte amandi,

Sit coma,sit docta barba resecta manu.

Manus docta moderandis frænis.Seneca Hippol.12.

Docta ora.Ouid.2.Amor.eleg.6,

Ora fuere mihi plus aue docta loqui.

Doctum pectus.Martial.lib.9.

Suauis & doctus poeta.Cic.1.de Natura deor.Simonidem arbitror (non enim poeta solùm suauis, verumetiam cæteroqui doctus sapiénsque traditur) quia,&c.

Pollex doctus.Ouid.11.Metam.

Prece docta blandus.Horat.2.epist.1,

Cælestes implorat aquas docta prece blandus.

Vox docta.Ouid.2.de Ponto,eleg.5.

¶Doctus,cum genitiuo.Gell.lib.13.cap.12,Iuris ciuilis doctum.

Literarum Græcarum doctus.Cic.1.Offic.

Docte sermonis vtriusque linguæ.Horat.3.Carm.ode 8.

Doctissimus Grammaticæ artis.Plin.lib.25.cap.2.

Artis lanificæ doctissimus.Claud.2.in Eutrop.

Doctè,Aduerbium {διδακτῶς} Hoc est scitè & eleganter.Plaut.Epid.5, Vbi erit empta,vt aliquò ex vrbe amoueas:nisi quid tua secus

Sententia est. P.imò docté.

Docté & diligenter.Plaut.Capt.5.

Docté & delicaté. Cic. 3. de Orat. Tum ad te ludibunda docté & delicaté detulit.

Docté accurare rem aliquam.Plaut.Capt.5.

Docté & peritè facere.Cic.in Sallust.

Docté atque altu filias quærit suas.Plaut.Pœnulo.

Docté expedire fallaciam.Plaut.Capt.2. Et Epid.8.

Docendus,Participium {διδακτέος.} Ouid.4.Fastorum,

Plura recognoscendus,pauca docendus eris.

Docilis,& hoc docile,penult.corr. {δόκιμος,σύνετος} Qui facilè docetur. Proprium est, inquit Cicero, & præcipuum Oratoris institutum,attentos & dociles auditores reddere aut facere.

Docilis est is,qui attentè vult audire.Author ad Heren.

Docilis,cum genitiuo.Horat.4.Carm.ode 6,

Reddidi carmen docilis modorum

Vatis Horati. Sic 1.Serm.satyr.2.

Fallendi docilis.Sil.lib.3.

Saltandi docilis.Claud.2.in Eutrop.

Docilis ad rem aliquam.Cic.ad Trebatium,lib.7.23, O medicum suauem,méque docilem ad hanc disciplinam. Plaut.Bacchid.2,

Nimio es tu ad istas res discipulus docilior.

Ad rem accipiendam iudex fiat conciliatior,docilior & intentior. Quintil.lib.4.cap.2.

Docilis luscinia Græco & Latino sermone. Plin.lib.10.cap.42.

Animi dociles. Horat.in Arte,

Percipiant animi dociles teneántque fideles.

Docile ingenium.Quintil.lib.1.

Os docile.Ouid.3.de Arte amandi.

Prædere se docilem. Cic. 2. Tusc. Dehinc ad hanc eneruatam, muliebrémque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit.

Docilitas,pen.corr.huius docilitatis {διδακτικὴ} Aptitudo qua quis facilè docetur. Plin.lib.8.cap.1,de elephantis,Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant. Ibidem,capite 42. Cic.5.de Finib. Et pro Sextio.

Doctrina, pen. prod. {διδαχὴ,δίδαγμα,διδασκαλία} Modò pro actu ipso docendi accipitur, modò pro disciplina. Cic.pro Archia poeta, Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos & graues extitisse fateor.etiam illud adiungo,sæpius ad laudem atque virtutem, naturam sine doctrina,quàm sine natura valuisse doctrinam.

Ars & doctrina liberalis. Cic. Sulpitio, lib.4.4, Nam & si à prima ætate me omnis ars & doctrina liberalis, & maximè Philosophia delectauit,&c.

Disciplina & doctrina rerum & verborum.Cic.in Orat. Vide,Vera & absoluta eloquentia,in ELOQVOR.

Rerum honestarum doctrina.Cic.1.Offic.

Instructior doctrinis. Vide INSTRVO.

Ex doctrina nobilis & clarus. Vide NOBILIS.

Pretium doctrinæ.Ouid.2.de Ponto,eleg.10,

Doctrinæ pretium triste magister habet.

Ingenij & doctrinæ princeps Plato.Cic.Q.frat.lib.1.1.

Prudétiæ doctrinæque possessio. Cic.3.de Orat. Quædam exemplaria legunt professio.

Repertores doctrinarum,atque lepórum.Lucret.lib.3.

Studia doctrinæ nunquam intermittere. Cic. in Orat. Idem pro Rosc.Amer.

Studiosus doctrinarum omnium.Cic.Sulpitio,lib.4.3.

Elegans doctrina. Cic. in Oratore. Vide Rhetorica duplex, in RHETOR.

Liberalis doctrina,Vide LIBER.

Liberalis & digna homine nobili doctrina.Cic.4.Acad.

Magistra doctrina rectè faciendi & bene dicendi. Cicero 3. de Oratore.

Doctrina non moderata nec mitis, & paulò asperior & durior, quàm aut veritas aut natura patiatur.Cic.pro Murena.

Serena doctrina.Lucret.lib.2.

Subtilior doctrina.Cic.2.de Orat.

¶Doctrina & ingeniis abundare.Cic.3.de Orat.

Abundanti doctrina homo. Vide ABVNDO.

Doctrinam adhibere. Vide ADHIBEO.

Adutus doctrina vel vsu. Quintil.lib.6.cap.2.

Doctrina politos constituit.Lucret.lib.3.

Græcis doctrinis eruditi.Cic.de Clar.Orat.

Malis studiis malísque doctrinis ciuitates euertere. Cic. 2.de Leg. Vetus illa Græcra longè prouidens quàm sensum pernicies illapsa ciuium animos, malis studiis malísque doctrinis repentè totas ciuitates euerteret.

Excolere doctrina animum, & eadem relaxare. Cic. pro Archia, An tu existimas aut supperere nobis posse quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros excolamus? aut ferre animos tantú posse contentionem,nisi eos doctrina eadem relaxemus?

Propria naturæ bona fouere doctrina. Quintil.lib.2.cap.8.

Educatione doctrináque puerili liberaliter institui. Cicero 3. de Oratore.

A doctrina instructus mediocriter aliquis.Cic.de Clar.Orat.

Summatim percipi sine doctrina potest ius ciuile. Cicero 1. de Oratore.

Omni doctrina & virtute ornatissimus homo.Cic.5.Verr.

Ratio atque doctrina præcipit.Cic.2.de Orat.In quibus hoc præcipit ratio atque doctrina, vt vis eius rei quam definias, sic exprimatur,&c.

Adiumenta doctrinæ quærere.Cic.pro Murena.

Doctrinam exercitationémque puerilem redolere. Cicero 2. de Oratore.

Doctrina relinquit Naturæ cuiusque animæ vestigia prima. Lucretius lib.3.

Tradere doctrinam aliquam.Cic.1.de Orat.

Vsurpatio & renouatio doctrinæ. Cic. in Bruto, Maximè laudandus est,qui hoc tempore ipso, quú liceat, in hoc communi nostro,& quasi fatali malo consoletur se cum conscientia optimæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ. Sensus est: Discit nunc etiam, & sic doctrinam vsurpat: & quæ olim didicerat,in memoriam reuocat,& sic doctrinam renouat.

Documentum, Experientiam significat {ὑπόδειγμα, ὑπόδειξις.} Plautus Capt. 12, Ego illis captiuis aliis documentum dabo. Sallustius, Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo. Plin.libro 7. cap.23,Patientia corporis,vt est crebra fors calamitatum, innumera documenta peperit.

Homo omnium scelerum flagitiorúmque documentum. Cic.pro Domo sua.

Virtutis, antiquitatis, & prudentiæ documentum. Cic. pro Rab. Posthumo.

Capere documétum ex aliqua re. Cic.11.Philipp.Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit, quod esset victis extimescendum.

Constituere documentum,Vide CONSTITVO.

Documentum dare.Liu.1.ab Vrbe. Cic.pro Milone, Dederas enim quàm contemneres populares insanias, iam ab adolescétia documenta maxima.

Documento habere aliquem. Cic.pro Lege Agraria,Habeat meipsum sibi documento,quem Equestri ortum loco Consulem videt.

Documentum statuere,pro exemplo. Cic.ad Brut.15, Et in posterum documétum statuerem, nequis talem amentiam vellet imitari.

Esse documento reliquis. Cæsar 7.bel.Gall.

Doctor,Verbale {διδάσκαλος,παιδευτὴς} Qui docet. Plin.in Paneg.Quem honorem docendi magistris, quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes.

Artifices dicendi & doctores,Græci.Cic.1.de Orat.

Doctor & Discipulus,opposita.Cic.1.de Diuinat. Sed à Stoicis vel principibus eius disciplinæ Posidonij doctor, discipulus Antipatri degenerauit Panætius.

Doctores & præceptores. Cic. 3. de Orat. Neque disiuncti doctores,sed iidem erant viuendi præceptores atque dicendi.

Authoritas doctoris summa.Cic.1.Offic.

Doctore nullo aliquid facere.Plin.lib.10.cap.2.

Artis doctores.Quintil.lib.2.cap.15.

Cynicæ institutionis doctor. Tacit.lib. 16, Maximè intentus Demetriæ Cynicæ institutionis doctori.

Sapientiæ doctores,pro Philosophis. Tacit.lib.14,Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebat.

Doctores blandi.Horat.1.Serm.satyr.1.

Doctor rhetoricus,Doctor meus.Cic.1.de Orat.De qua nihil rhetorici isti doctores in præceptis suis reliquissent. Idem 4.Academic. Cum Cleanthe doctore suo.

Pexus,pinguíque doctor. Quintil.lib.1.cap.5.

DOCIMIA {δοκιμία} Vicus est Phrygiæ,vbi Sinadici lapidis lapicidinæ fodina est: sic enim eum Romani appellant: indigenæ verò Docimiten & Docimeam.Vena in initio paruas glebas emittebat,sed postea propter maximos Romanorum sumptus, columnæ integræ & ingétes extrahuntur,& varietate alabastritæ lapidi proximé. Hæc Strab. libro 12.

DOCIMVS, C. Verris familiaris,teste Cic.5.Verr.

DOCHI {δοχοι} Africæ populi, vltra Critenses à Plinio collocati, de quibus Plin.lib.6.cap.30.

Dochimasia, dochimasiæ {δοχιμασία} Latinè experientia. Est etiam genus accusationis, aut postulationis, quum aliquem nec rectè nec ordine probarum esse contendebant,sed vel gratia, vel fordibus, vel obreptione,qualis est accusatio Æschinis contra Timarchum. Budæus Comment.

Dochimus, pen.corr. {δόχμιος} Genus pedis apud Oratores quinque syllabarum,breuis longæ,longæ breuis,longæ,vt reipublicæ: de quo Cic.in Orat.

DOCLEA,Liburniæ vrbs {Δοκλέα.} Ptolemæo,hodie Antibaris.

Docus, huius doci, m.g. {δοκὸς} Latinè tignum vel trabes.Plin.lib.2. cap.26,Emicant & trabes simili modo,quas docos vocant.

DOCVSINI {Δοκυσῖνοι} Populi ad radices montium Harmeniorum habitantes,si Straboni credimus lib.Geograph.11.

D O D

Dodecades {δωδεκάδες} hoc est duodenaria sacrificia,à Græcis nuncupata,quæ ex duodecim animalibus fiebant. ¶ Fuit & festum apud Athenienses, quod & γάμια,vt Hesychius notat, appellabant. Diecbatur & δωδεκατὴς. vt quidam putant,à duodecim mensibus.

Dodecaedrum, figura est solida,quæ duodecim pentagonis æqualibus, æquilateris & æquiangulis continetur. Euclid. 11. element.vnde in 13 element. probl. 5. sic ait, Dodecaedrum constituere, eadémque sphæra qua & antedictas figuras complecti,atque probare dodecaedri latius irrationalem esse lineam,quę vocatur Residuum. Et in 15.element.probl.5. indato icosaedro dodecaedrum inscribere.

Dodecathei {δωδεκάθεοι} Dij maiores dicuntur, qui sunt isti, Iupiter, Iuno, Neptunus, Ceres,Mercurius, Vulcanus, Minerua,Apollo, Diana, Vesta, Mars, Venus, qui & dij maiorum gentium vocantur. Fauorin.

Dodecatheon, penult. corr. Herba, de qua Plin.lib.25.cap.4,Ab ea maxima authoritas herbæ est, quam dodecatheon vocant, omnium deorum maiestatem commendantes. Folia habet septem,lactucæ foliis simillima,à lutea radice exeuntia.

Dodecatheos cœna,Duodecim deorum. Suetonius in Augusto,capite 70,Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit, quæ vulgò δωδεκάθεος vocabatur.

DODONA,penult.prod.{Δωδώνη} Vrbs in Chaonia,Epiri regione,iuxta quam insignis nemus,vbi Iouis Dodonæi templum fuisse narratur,in quo oraculum omnium quæ apud Græcos sunt,vetustissimum. Vide historiam hanc apud Herodotum lib.2.

Dodonem duarum vrbium nomen affert Philoxenus: quarum alteram Thessaliæ contribuit, alteram Thesprotis in Epiro. Sed vtranque vnam putat Stephanus, Oceani nymphæ, vel amni propinquo cognominem: siue (quod placet Eustathio) Iouis & Europæ filiæ Dodonæ. Nam Dodon & Dodone seu Dodona indifferenter enuntiatur: Homeri carminibus & Iouis oraculo clara,columbis(vt ferunt fabulæ) responsa reddentibus. Sed alter historiæ fidem tradit Herodotus. Vide Parthasium in Claudiano de Raptu Proserp. Virgilius 1.Georgicorum,

-& victum Dodona negarer. Lucan.lib.6,

Nec quæsisse libet primis quid frugibus alerix

Ore Iouis Dodona soner.

Celsa Dodone.Claud.6.Paneg.

Dodonæus,Adiectiuum {Δωδωναῖος.} Virg.3.Æneidos,

-dodonæósque lebetas.

Inde Prouerbium Ære Dodonæo loquacior. Vide Erasmum.

Agmina Dodonæa. Claudian. de bello Getico.

Quercus Dodonæa. Cicero Attico,libro 2.19, Quid quæris? præter quercum Dodonæam nihil desyderamus, quo minus Epeirum ipsum possidere videamur.

Dodonius,Adiectiuum {Δωδωνίδες.} Claudian.1.de Raptu Proserpinæ, Vnde daræ fruges populis,& glande relicta

Cesserit inuentis Dodonia quercus aristis.

Dodonis, huius Dodonidis, fœminini generis {Δωδωνίς.} Valerius 1. Argonautico.

-Dodonida quercum Ingredior.

Dodonides {Δωδωνίδες} Nymphæ dicuntur, Liberi patris nutrices, à Dodona Epiri ciuitate. Vide Hyginum libro 2.& Commentarios in Aratum.

Dodrans,huius dodrantis,m.g. {τριμόδιον} Vnciæ nouem,quasi dempto quadrante,inquit Varro lib.3.de Lingua Lat. Martial.lib.8,Soluere dodrantem nuper tibi Quinte volebar.

¶Dodrans, Nouem cyathorum mensura, hoc est terni sextarioli, siue terni semisextarij pintæ Parisiensis. Vide Sextarius Romanus,in SEX.

¶Dodrans, Iugeri partes tresquartæ, hoc est,nouem unciæ. Diuidebatur enim iugerum,vt as,in uncias duodecim. Colum.lib.5.cap.1, Partes tresquartæ, pedes vnum & viginti millia & sexcentos, hoc est dodrans.

Dodrans agri. Liuius 8.ab Vrbe.Bina in Latino iugera, ita vt dodrantem ex Priuernati complerét,data:terna in Falerno, quadrantibus etiam pro longinquitate adiectis.

Dodrans ædificij.Cic.ad Attic.lib.1.epistola cuius initium,Vereor ne puridum sit: Quintus frater, qui Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit H-S. DCCXXV, Tusculanum,venditat: vt si possit, emat Pacilianam domum. Sanè vniuersa hæreditas nomine Assis significatur. Et quia dodrans nouem unciarum est, factum vt nouem hæreditatis partes dodrante significentur. Ergo Argileani ædificij hæres erat quintus ex quadrante, quæ quarta pars est vt in libra siue asse,sic in hæreditate: reliquum dodrantem, hoc est reliquas nouem partes emit à cohæredibus.

Dodrans horæ.Plin.lib.2.cap.14,Lunam haud dubiú est lucere dodrantes semunciasque horarum, ab secunda adiacentem vsque ad plenum orbem, detrahentémque in diminutionem. Cuius dicti sensus est, Lunam quum à coitu (quod interlunium dicitur) emergit, id quod fit secunda statim die, lucere primùm tres partes vnius horæ nocturnæ,& insuper quartam & vicesimam horæ partem,seu mauis, vndeuiginti vicesimas quartas horæ: à secunda deinceps ad plenilunium die quolibet tantundem incrementi lucendo adiicere: & rursus à plenilunio eadem ratione eodémque modo decrementi lucere minus minúsque quotidie vsque ad intermestrem lunam, quo tempore cum sole coit. Budæus.

¶Dodrante minor.Colum.lib.3.c.19. Vide Assem Budæi. Plinius lib.9.cap.5.

¶Dodrans operæ.Colum.lib.2.cap.4, Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur:nam commodè proscinditur duabus, vna iteratur, tertiatur dodrante:in liram statim redigitur quadrante operæ Dodrantem operæ pro tribus partibus dici artificialis dixit, vt quadrantem pro quarta:hoc est pro nouem horis.& pro tribus. Bud.

Dodrantalis,& hoc dodrantale,penult.prod. {τριμοδιαῖος.} vt Dodrantalis altitudo.Colum.lib.11.cap.3. Et Dodrantalis stirps,Colum.lib. 5.cap.6.

Sulcus dodrantalis.Plin.lib.18.cap.19.

Dodrus dodra,dodrum,Adiectiuum, Quod ex nouem rebus factú est. Ausonius epigr.88.cui titulus est,De dodra potione,

Dodra ex dodrante est:sic colligetis,aqua,vinum,

Sal,oleum,panis,mel,piper,herba,nouem.

D O E

DOEDALSVS {δοίδαλσος} Oppidú est ab Athenienssibus in Asiaceno sinu conditum,postea à Lysimacho diutum, & habitatores eius Nicomediã à Nicomediæ conditore translati sunt. Author Strab.lib.12.

D O G

Doga,dogæ {δόγγη} Vasis cuiusdam nomen,cui simile vernacula lingua *buticulam* dictam habemus. Vopiscus in Aurelio, Facta erat ratio dogæ cupparum nauium & operum. Hæc Turnebus ex antiquo lexico.

Dogma,huius dogmatis,penult.corr.n.g. {δόγμα} Placitum & decretum.Dogmata sunt vniuscuiusque sectæ decreta. Cic.lib.4. Tusc. Quoniam id enim haberét Academici decretum (sentitis enim iam hoc me dogma dicere) nihil posse percipi,&c. Idem 4.Acad.Sapientiæ verò quid futurum est,quæ neque de seipsa dubitare debet,neque de suis decretis,quæ Philosophi vocant dogmata. Græcè etiam Pfephisma & Arestos dicitur,teste Budæo.

D O L

Dolabella,Dolabra,Vide DOLO, dolas.

DOLABELLA {Δολοβέλλας} Romanus ciuis,gener Ciceronis & amicus, postea hostis.

Dolabelliana pyra, longissimi pediculi, ab insitore Dolabella sic dicta. Plin.lib.15.cap.15.

Dolabrum,bri,n.g. {σκέλον} Instrumentum per quod ignis vel flãma in tignis recepta,quasi dolando abraditur,ne progrediatur. Oldend.

DOLATES, Populi Italiæ, in sexta regione, cognomine Salentini dicti, vt refert Plin.lib.3.cap.14.

Dolentia,Dolco,Vide DOLOR.

DOLICHA {Δολίχη} Insula antea Dulichium dicta,iacétque ad Oeniadas,& ad Acheloi ostium,teste Strab.lib.10.

DOLICAE {Δολιχαὶ} Insulæ in Arabia, quarum meminit Plinius lib. 6.cap.28.

DOLICHE {Δολίχη} Vulgò *Nicaro*, Insula est XVII M pass. à Naxo distans, tantundem ipsa in longitudinem patens cum oppidis duobus, tertio Amiso, quæ prius Icaros dicebatur: vnde nonnulli nomen mari inditum putant potius, quam ab Icaro Dædali filio. Ea etiam Macris & Ichthyoessa aliquando vocata est. Plinius libro 4. capite 12.

DOLICHISTE, Insula est è regione Chimæræ Lycij montis, apud Plin. lib.5.cap.31.

Dolichodromi {Δολιχόδρομοι} Antiquis dicebantur, qui sexies, vt quidam putant,stadium curriculo obibant. Budæus in Annotat.

Dolichus {δόλιχος} Mensura est duodecim stadiorum, vel, vt Suidas tradit, viginti quatuor. Iulius Pollux Dolichon in gymnicis certaminibus docet fuisse curriculum omniú maximum,in quo qui decertabant,dolichodromi dicebantur. ¶Est præterea Dolichus,leguminis genus,caule tenerrimo:sed si perticam adiunctam habeat, in miram altitudinem ascendente, alioqui vitiosum, & infrugiferum. Alij cicerculam interpretantur, alij phaseolum. Vide Galenum lib. 1. de alim.facult.

DOLIONIA {Δολιωνὶς} Regio est circa Cizicum Meleropolim versus, à qua Doliones populi dicti,de quibus passim Strab.vt lib.12.& 14.

DOLIONIS,Vide DINDYMIS.

Dolium,lij {πίθος,πίθιον} A dolo dolas deriuatur, quod antiquè habuit dolium in supino. Significat autẽ vas grande, quo vinú reconditur. Terét.Heaut.3.1, Releui dolia omnia,omnes scrias.Plaut.Casina.3. Veteres dolia fictilia in cellis vinariis adseruabát.quæ si duas aures habuissent,dyotæ dicebãtur. Ita enim Iurisconsulti scribunt,in l.penult.D.de tritic.vino vel oleo legato,Vino legato cum vasis dolia legata non sunt: quia scilicet ea mente vinum in dolia condimus, vt ex his postea in amphoras vel cados diffundamus. Et hoc est vinum quod diffusum nominatur. Iuuen. sat.5, Ille capillato diffusum Consule potat. Cic.de Claris Orat. Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit,de dolio sibi hauriendum putet? Seneca epistol.36, Vinum enim fieri bonum quod recens,durum & asperum: non pati ætatem quod in dolio placuit.

¶Dolium,vas cuiusuis materiæ & mensuræ, rei præterea cuiusuis capax. Iulianus l.26. D. de instit. vel instr. legat. Dolia fictilia, item plumbea, quibus terra adgesta est, & in his viridiaria posita, ædium esse Labeo, Trebatius putát. Et Proculus l.15. D.De trit.& vin.dolia in vasis vinariis non esse,ex Trebatij sententia fatetur.

Parentissimi oris dolium,Vide Patens in PATEO.

Caua dolia.Tibul.lib.1.eleg.3.

Culeare dolium,Vide CVLEVS.

Curta dolia.Lucret.lib.4.

Dolia fusa.Claud.epigr.13,

Atque tuam vincant dolia fusa sitim.

Inane dolium.Horat.3.Carm.ode 11.

¶Abluere dolia.Colum.

Alligare dolia.Cato.

Commundare dolia.Colum.

Contrudere in dolia, Vide CONTRVDO.
Deacinata dolia, Vide DEACINATVS.
Eluere dolia. Columel.
De dolio sibi haurire. Cic. de Claris Orat.
Dulci vina promens dolio. Horat. 2.
Vincire dolia. Cato.
Doliare vinum, quod adhuc in dolio est, necdum diffusum. Vlp. l. 1. §. vlt. D. de peric. & commod. Si doliare vinum emeris, nec de tradendo eo conuenerit, &c.

Doliolum, penult. corr. Diminutiuum {δολιον}. Colum. lib. 12. cap. 43. Sacra Romanorum in eodem loco doliolis illic defossa fuerunt à flamine Quirinali. Liu. lib. 5.
¶ Doliola, locus in vrbe sic vocatus, quia inuadétibus Gallis Senonibus vrbem, sacra in eodem loco doliolis reposita fuerunt. Qua de causa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat. Ex Festo.

Doliarius {δολιαριος} Qui dolia facit & componit. Plin. lib. 3. cap. 6. Ænaria insula, à statione nauium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à Simiarum multitudine (vt aliqui existimauere) sed à figlinis doliariorum.

Doliarium, doliarij, substantiuum {δολιον}. Caius in l. Quod sæpe. §. Sed & si. D. de Contrahenda emptione & venditione, Sed & si ex doliario pars vini vænierit (veluti meretræ centum) verissimum est (quod & constare videtur) antequam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere. Id est apotheca vel hypogeo. Budæus.

Doliaris, & hoc doliare, penultima producta {δολιαρις}. Quod ad dolia pertinet.
Doliaris anus, Cuius venter tumet in modum dolij. Plaut. Pseud. 9.
Vinum doliare, Vide VINVM.

Dolo, dolas, dolaui, dolatum, & dolitum apud veteres {παλαιὸν, χρηϊκῶς} dolare. Fabrorum verbum, quum materię complanatur asperitas. Varro in Agathone, Numam cælatus in manu dextera scyphus, Cæło dolitus, artem ostentat Mentoris? Hæc Nonius. Cic. 4. Acad. Non enim est è saxo scalptus, aut è robore dolatus. Plin. lib. 16. c. 39. Caueto ne per rorem trahas, aut doles. Colum. lib. 11. cap. 2. Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum XX. Et apud eundem libro 8. capite 3, Dolare perticam in quadrum.
Materiem dolare. Lucret. lib. 5.
Dolare opus aliquod. Cic. 2. de Oratore.
Cædere, dolare robur. Cic. 2. de Diuinat. Quis robur illud cecidit, dolauit, inscripsit?
¶ Dolare dolum. Plaut. Milit. 12, Hunc nos dolum dolamus.
Lumbos fuste dolare. Horat. 1. Serm. sat. 5.
Falce dolatus. Propert. lib. 4. eleg. 2.

Dolabra, dolabræ, penult. prod. fœm. gen. {ἀξίνη, σμινύη} Instrumentum quo dolantur ligna. Columel. lib. 3, Quę falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. Liuius 9. ab Vrbe. Iuuenalis sat. 8. de Mario,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.
Dolabra, inter instrumenta lanionum ponit Paulus in l. Cum de lanionis. D. De instruct. vel instrum. leg.

Dolabella {ἀξινάριον} Diminut. à dolabra. Colum. lib. 4. cap. 14, Semper circa crus dolabella dimouenda est terra.

DOLOMENA {δολομένη} Assyriæ regio, cuius meminit Strabo libro Geograph. 16.

DOLON {δόλων} Troianus, Speculator missus in castra Græcorum, à Diomede & Vlysse interfectus est, qui & ipsi speculatum venerant. Author Seruius. De Dolone vide in dictione RHOESVS.
Imbellis Dolon. Ouid. 13. Metam.

Dolon, dolonis, penult. prod. masc. gen. {δολὼν} flagellum inquit Seruius in septimum Æneidos, intra cuius virgam latet pugio, aut secundum Varronem, ingens contus cum ferro breuissimo. Dolones autem à dolo dicti sunt, quòd decipiant ferro, quum speciem ligni præferant. Suetonius in Claudio, capite 13, Reperti & Equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro, præstolantes, alter vt egressum theatro, alter vt sacrificátem apud Martis ædem adoriretur. Huiusmodi hodie visuntur. Virgil. 7. Æneid. Pila manu sæuósque gerunt in bella dolones. Alphęnus in l. Si ex plagis. §. Tabernarius. D. ad Legem Aquiliam, Ille flagello quod in manu habebat, in quo dolon inerat, verberare tabernarium cœperat, &c. Budæus. Vide DOLVS.
¶ Dolones accipi vidétur pro armamentis aut velis nauálibus apud Liu. lib. 7. bel. Maced. Cæterùm posteaquam prætoriam nauem Polyxenidæ relictis socijs vela dantem videre: sublatis raptim dolonibus (vt erat secundus perflátibus Ephesium ventus) capessunt fugam. Pollux, Hermolaus & Bayfius dicunt esse minimum velum nauis. Vide ACATIVM.
Dolones, inquit Donatus, tela quædam bellica, Vide DOLVS.

DOLONCI {δολόγκοι} Populi Thraciæ, ita dicti à Dolonco fratre Bithyni. Author Stephan.

Dolonia {δολώνεια} A Grammaticis vocatur decimus liber rhapsodiarum Homeri, in quo de Dolone exploratore ab Vlysse interempto agitur. Eust. Iliad. x.

DOLOPES, pen. corr. {δόλοπες} Populi Thessaliæ, authore Lucano lib. 6. Plinius verò scribit esse populos Ætoliæ, lib. 4. cap. 2.
Dolopes, Pyrrhi socij, vt Myrmidones Achillis apud Troiam. Author Seruius enarrans illud Virgilij 2. Æneidos,
-Myrmidonum Dolopúmve, &c.
Superbæ Dolopum sedes. Virg. 2. Æneid.

Dolopeus, A dict. {δολοπικὸς} Valer. 2. Argonautico,
-vidisse putant Dolopeia busta. Id quod à poeta dicitur propter Dolopis Neptuni filij in Magnesia extincti sepulcrum.

Dolor, doloris, penult. prod. masc. gen. {ἄλγος, ἄχος, ἀχηδών, ὀδύνη, πόνος, ἀλγηδών} Animi vel corporis cruciatus. Dolor (inquit Donatus) ex miseria descendit. Terent. Andr. 5. 1, Eius labore atque eius dolore gnato vt medicarer tuo. Cicero 2. Tusculan. Dolor autem motus

asper in corpore, à sensibus alienus. Ibidem, libro 4, Dolor, ægritudo crucians.
Ferox dolore. Ouid. 3. Metam.
Auidus doloris. Stat. 5. Sylu. 5.
Comes sociúsque doloris alicuius. Stat. 2. Sylu. 1.
Imitamenta doloris. Tacit. lib. 3, Meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes & lachrymas, vel doloris imitamenta.
Impatiens doloris. Ouid. 14. Metam.
Impetus doloris. Celsus lib. 2. cap. 14.
Ingenium grande doloris. Ouid. 6. Metamorphoseos,
-grande doloris
Ingenium, miserisque venit solertia rebus.
Medicamenta doloris, Vide MEDICO.
Sæui monumenta doloris. Virg. 12. Æneid.
Morsus doloris acer. Cic. 2. Tuscul.
Sensus doloris. Celsus libro 5. cap. 28, Finísque adurendi est, dum ex omni parte sensus doloris est.
¶ Animi dolor. Ouid. 10. Metam.
Summa difficultas & summus animi dolor. Cic. Att. lib. 8. 147, In vtraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor.
Articulorum dolores. Cic. Attic. lib. 13.
Iniuriæ dolor. Cic. Att. lib. 9. 180, Tanto plus apud me valere beneficij gratiam, quàm iniuriæ dolorem volo.
Laterum dolor, Id est pleuritis. Horat. 1. Serm. sat. 9.
Dolor & luctus. Cic. pro Sextio, Cædem à vobis libertísque vestris, vastitatem, incendia, rapinas meo dolore luctúque depuli.
¶ Acer dolor, Vide ACER.
Acerbissimus animi sensus & dolor. Cic. pro Cluentio, Huic autem pro quo dicitur, nihil possit offensionis accedere sine acerbissimo animi sensu ac dolore.
Acris dolor. Virg. 11. Æneid.
Acutus lateris dolor. Celsus lib. 2. cap. 7.
Ægri dolores. Lucret. lib. 3.
Cæci dolores. Seneca Herc. OEth. 11.
Certus dolor. Id est constans. Horat. Epod. 15.
Consolabilis dolor. Cicero Sulpitio, libro 4. 3, Est omnino vix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi.
Cruentus. Seneca Herc. OEth. 4.
Durus. Virg. 5. Æneid.
Ferus. Ouid. 1. de Arte.
Fœmineus. Ouid. 9. Metam.
Furtiuus. Stat. 12. Thebaid.
Ignauus, Vide IGNAVVS.
Immensus. Seneca Thebaid. 2.
Immitis. Seneca Octau. 2.
Impatibilis, Vide IMPATIBILIS.
Incautus dolor. Claud. ad Hadrianum, epist. 1.
Incertus. Seneca Hippol. 4.
Indifferens, Vide INDIFFERENS.
Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) leuat vrina caprę auribus infusa. Plin. lib. 28. cap. 12.
Ingens. Virg. 5. Æneid.
Ingenuus dolor. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 5.
Inopinus. Stat. 1. Thebaid.
Insanabilis. Quintil. in Proœm. lib. 6.
Intestinus dolor. Sulpitius ad Ciceronem, Famil. li. 4. epist. 5, Quid est, quòd tantopere te commoueat tuus dolor intestinus? Dolebat autem Cicero de morte filiæ. Intestinus, id est domesticus. Sic enim dictum est, quomodo bellum intestinum, id est quod domi & in ciuitate nostra fit.
Intolerabilis. Celsus lib. 2. cap. 16.
Iustus. Ouid. epist. 12.
Lateralis dolor. Plin. lib. 21. cap. 21.
Lentus. Celsus lib. 3. cap. 2.
Longus. Celsus lib. 2. cap. 8.
Mœstus. Ouid. 4. Trist. eleg. 3.
Mortiferus, Vide MORIOR.
Mediocris. Celsus lib. 7. cap. 20.
Municipalis, Vide MVNVS.
Odiosus, Vide ODIVM.
Officiosus, Vide OFFICIVM.
Pertinax. Seneca Herc. OEth. 14.
Querulus. Ouid. 3. Trist. eleg. 8.
Rabidus. Stat. 6. Thebaid.
Solicitus. Ouid. 3. de Arte.
Subitus. Ouid. epist. 11.
Tacitis doloribus vri. Ouid. lib. 3. Fast.
Tener dolor. Claud. 2. de Raptu Proserp. Id est puellaris.
Totus in vultu dolor. Seneca Medea, 7.
Vetustus dolor. Celsus lib. 4. cap. 2.
Virilis dolor. Cic. Att. lib. 11. epist. 23, Videremur aliquid doloris virilis habuisse.
¶ Abiicere dolorem præceptis & monitis alicuius. Cicero Lucceio, libro 5. 13.
Abolere dolorem & iram, Vide ABOLEO.
Abstergere dolorem, Vide ABSTERGO.
Abstrusus animi dolor, Vide ABSTRVDO.
Seiunctus corpore abest dolor. Lucret. lib. 2.
Accedit dolor. Cicero Attico, lib. 1. epist. cuius initium, Quæris ex me, Dolor accessit bonis viris.
Accidit alicui dolor. Cic. 6. Verr.
Accipere dolorem, Vide ACCIPIO.
Accipere magnum & incredibilem dolorem. Cicero pro Domo sua.
Adhibere dolorem, Vide ADHIBEO.

Adimere

Adimere dolores, Vide ADIMO.
Ad dolorem adiungere. Sulpitius Cic. lib. 4. 5, Hoc vno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit?
Afferre dolorem, Vide AFFERO. Celsus lib. 5. cap. 28.
Affici dolore. Lucret. lib. 3. Vide AFFICIO.
Fucus doloris agitari. Ouid. 6. Metam.
Amplificare dolorem, Vide AMPLIFICO.
Angi quodam præcipuo dolore. Cicero Sulpitio, libro 4. 3. Vide ANGO.
Ardere dolore. Cic. Attico, lib. 9. 173. Vide ARDEO.
Ardet duris dolor ossibus. Virg. 9. Æneid.
Ascitus dolor, Vide ASCISCO.
Assumere dolorem. Quintil. lib. 6. cap. 2, Nec egamus, rem quasi alienam, sed assumamus parumper illum dolorem.
Astricta dolore pectora. Ouid. 1. de Arte.
Attingi dolore, Vide ATTINGO.
Auertere dolorem. Virg. 4. Æneid.
Periculum doloris auferre. Cic. pro Cluentio, Illi in quem dicitur, damnatio omne ignominiæ periculum iam abstulerit, mors verò etiam doloris.
Augere alicui dolorem & facere. Cic. Att. lib. 11. 216.
Cecidit expulsus dolor. Seneca Herc. OEth. 13.
Capere dolorem. Lucanus lib. 5. Cic. pro Cælio. Vide CAPIO.
Capere dolorem ex aliquo. Terent. And. 4. 3,
Verùm ex eo nunc misera, quem capit Dolorem.
Carere dolore, Vide CAREO.
Sensu doloris carere. Cic. Bruto 9. 2.
Castigare dolores. Lucan. lib. 8. Vide CASTIGO.
Castigatus animi dolore, Vide CASTIGO.
Fractus cedet dolor. Seneca Herc. OEth. 7.
Clausit animam dolor. Lucan. lib. 8.
Collapsa dolore. Ouid. 7. Metam.
Commouere dolorem, Vide COMMOVEO.
Magnum & acerbum dolorem commouere. Cic. 6. Verr.
Compescere dolores vino. Tibul. lib. 1. eleg. 2.
Concitus dolor à læso amore. Ouid. 2. Trist.
Conflictari doloribus capitis. Celsus lib. 2. cap. 7.
Consolari dolorem. Cicero Sulpitio, lib. 4. 6, Nec eum dolorem, quem à Repub. capio, domus iam consolari potest.
Consuescere dolori, Vide CONSVESCO.
Continere tantum dolorem. Vide CONTINEO.
Contrahitur dolor mortiferus vel vino, vel cruditate, vel frigore, &c. Celsus lib. 4. cap. 2.
Corripi aliquo dolore. Vide CORRIPIO.
Crescit dolor. Celsus libro 4. cap. 3, Si verò etiam vehementius dolor creuit, admouendæ cerutibus cucurbitulæ sunt.
Cruciare dolore. Celsus lib. 7. cap. 7, Sicut euenit in iis, quæ & tardè increscunt, & dolore non cruciant.
Cruciati dolore, Vide CRVX.
Deduci à dolore. Vide DEDVCO.
Demere dolorem. Lucret. lib. 2.
Dolorem depellere. Cic. Fam. 12.
Curas & dolores in sermone, & suauitate alicuius deponere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6.
Descendit dolor. Celsus lib. 5. cap 26, Renibus verò percussis, dolor ad inguina, testiculósque descendit.
Desinunt dolores. Celsus lib. 2. cap. 6. & cap. 7.
Dolorem detrahere. Cic. 1. de Finib.
Diffundere dolorem flendo. Ouid. 9. Metam.
Dolor quosdam non dimittit. Celsus libro 4. capite 22, Coxarum ingens dolor esse consueuit: isque hominem sæpe debilitat, & quosdam non dimittit.
Discutere dolorem. Celsus lib. 4. cap. 2, Sæpe enim dies vnus, aut alter totum dolorem hac ratione discutit. Paulo pòst, Si discussus ex toto dolor est.
Dolore disrumpi. Cic. ad Attic. 7.
Cum summo dolore diuelli ab aliquibus. Cic. pro Domo sua.
Dare alicui dolorem. Cic. Att. lib. 6. 132.
Dolere dolore alicuius. Virg. 1. Æneidos,
-& nostro doluisti sæpe dolore.
Domare dolorem. Stat. 2. Sylu. 1.
Sæuus dolor viros duplicat. Sil. lib. 13.
Efficiúnt dolorem quasi morsu quodam recordationes. Cicero Attico, lib. 12. 241, Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te monendo.
Dolorem emergere. Cic. ad Att. 9.
Eripere dolorem alicui. Cicero Attico, libro 9. 173, Quamobrem obsecro te mi Tite, eripe mihi hunc dolorem: aut minue saltem aut consolatione, aut consilio, aut quacunque re potes.
Eructus dolore. Virg. 4. Æneid.
Exarsit dolor ossibus. Virg. 5. Æneid.
Exaturare dolorem damnis. Stat. 6. Thebaid.
Exciderunt animo dolores. Virg. 1. Æneid.
Iras dolor excitat. Virg. 2. Æneid.
Excitare dolores. Celsus lib. 2. cap. 1, Aquilo tussim mouet, horrores excitat, item dolores lateris, & pectoris.
Excussit sensus mihi nimius ille impulsus dolor. Seneca Hercule OEth. 10.
Exercere dolorem ferro. Ouid. 12. Metamorphoseos,
Nec prius abstitimus ferro exercere dolorem,
Quàm data pars letho, partem fuga, nóxque remouit.
Exhaurire dolorem alicui. Cic. Titio, lib. 5. 16, Non facile exhauriri tibi istum dolorem posse vniuersum puto.
Exigit dolor. Celsus lib. 6. cap. 7, Dolor magnus exigit, vt sanguis quoque mittatur.
Exoritur dolor. Celsus libro 4. cap. 23, Quum in humeris, aliísve

commissuris dolor aliquis exortus est.
Exulcerare dolorem, Vide EXVLCERO.
Mersus alte magnus exundat dolor. Seneca OEdip. 12.
Exuperat dolor. Lucret. lib. 2.
Exurgere supra dolores. Ouid. ad Liuiam,
Alta mane, supráque tuos exurge dolores:
Infragilémque animum quò potes vsque tene.
Grauior dolor exurgit. Seneca Medea, 1.
Facere dolorem. Cic. Octau. 1, Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem quàm quæ sunt salutaria.
Facere capitis dolorem. Quintil. lib. 5. cap. 10, Nec si capitis dolorem facit, inutilis hominibus sol est.
Fatigant dolores. Celsus lib. 2. cap. 1, Præter hæc graciles, viscerum, & laterum dolores fatigant.
Ferre dolorem. Virg. 6. Æneid.
Præteritos finire dolores. Pers. sat. 5.
Finire dolores lateris. Cels. lib. 5. cap. 25.
Finire dolorem. Celsus lib. 2. cap. 7, Finiuntur dolores. Idem lib. 2, cap. 8. & lib. 4. cap. 8.
Fit item læuitas intestinorum, quæ lyenteria vocatur, coxæ dolores, morbi comitiales. Celsus lib. 2. cap. 1.
Flagrans dolor. Id est vehemens. Iuuenalis sat. 13,
Ponamus nimios gemitus: flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere maior.
Dolorem fouere. Cic. ad Attic. 12.
Dolorem frangere. Cic. Philipp. 12.
Frænare vndantes dolores. Sil. lib. 8.
Frendens dolor. Seneca Herc. fur. 9.
Furere dolore. Ouid. 12. Metam.
Geminare dolores. Ouid. 2. Amorum, eleg. 10.
Gignere dolorem alicui. Lucret. lib. 4.
Habere capitis dolorem. Quintil. lib. 2. cap. 17, An dolorem capitis habeat, qui hos se pati dicet.
Dolorem habere continuum. Cels. lib. 2. cap. 4.
Habere magnum dolorem. Cicero pro Murena, At habet magnum dolorem, vnde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reuerti.
Requiem habere doloris. Ouid. 2. de Arte.
Imminuit se dolor. Ouid. epist. 11.
Immittere dolorem, Vide IMMITTO.
Dolore impediri. Cic. Fam. 4.
Imperare dolori, Vide IMPERO.
Impertire dolorem suum alicui, Vide IMPERTIO.
Dolorem incedere. Cæsar lib. 3. de bel. Ciuil. Exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor, &c. Id est inualit.
Incensus dolore. Virg. 11. Æneid.
Inclusit lacrymas dolor. Stat. 12. Thebaid.
Increuit dolor. Ouid. 9. Metam.
Incursabit in te dolor meus, Vide INCVRROR.
Dolorem incutere. Cic. ad Att. 1.
Indipisci dolorem in cogitando, Vide INDIPISCOR.
Indulgere dolori. Ouid. ad Liuiam. Vide INDVLGEO.
Inferre dolorem, Vide INFERO.
Infixus animo hæret dolor, Vide INFIGO.
Inhibet dolorem pectoris, ac ventris pulegium. Plinius libro 20. capite 14.
Insidet pedibus dolor, Vide INSIDEO.
Intenditur dolor. Celsus lib. 4. cap. 8, Dolórque modò finitur, modò intenditur.
Intercludi dolore, Vide INTERCLVDO.
Inuasit dolor, Vide INVADO.
Inueterauit dolor. Celsus lib. 4. cap. 23, Omnes autem eiusmodi dolores, vbi inueteraverunt, vix citra vltionem finiuntur.
Inueteratus dolor, Vide INVETERO.
Inurere alicui dolorem. Cic. 11. Philip. Tertio verò generi non militum veteranorum, sed importunissimorum hostium cupio quàm acerbissimum dolorem inurere. Vide INVRO.
Irritare dolorem dicitur hyems. Celsus lib. 2. cap. 1.
Laborat è dolore puerpera, Vide LABOR, laboris.
Lapsus dolor ad ima ossa. Virg. 3. Georg.
Lassatus maljs dolor. Seneca Herc. OEth. 10.
Lenire dolorem. Celsus lib. 4. cap. 12.
Lenire dolores colloquiis. Claud. in Ruffin. 2.
Lenire dolores requie. Ouid. 13. Metam.
Leuare dolorem. Celsus lib. 2. cap. 7, Colémque extendendo dolorem leuant. Vide LEVIS.
Leuare dolorem somno. Celsus lib. 5. cap. 25.
Dolore liberare. Cic. Fam. 6.
Summus dolor plures dies manere non potest, Vide MANEO.
Manet dolor. Celsus lib. 2. cap. 7. & 8.
Mersus in corde dolor. Stat. 5. Sylu. 1.
Minuere & mollire dolorem. Sulpitius Ciceroni, lib. 4. 5, Nullus est dolor, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.
Minuit vindicta dolorem. Ouid. 1. Amorum, eleg. 7.
Mitigare dolores. Quintil. lib. 6. cap. 1, Veros dolores mitigat tempus. Vide MITIGO.
Mitigantur vetustate dolores. Cic. Att. lib. 3. 55.
Mollire dolorem. Sulpitius Ciceroni, lib. 4. 5.
Mouere dolores. Ouid. 11. Metam. Celsus libro 7. cap. 12, Si verò dens dolores mouet, &c.
Mouere capitis dolores. Celsus lib. 2. cap. 1, Auster aures hebetat, sensus tardat: capitis dolores mouet.
Viuos mulcere dolores. Stat. 5. Sylu. 5.
Mulcere dolores alloquio. Sil. lib. 13.
Callum quoddam obducere dolori, Vide OBDVCO.
Obductus dolor. Virg. 10. Æneid.

Oblitus doloris.Stat.12. Thebaid.
Obmutuit dolore.Ouid.13.Metam.
Dolor artibus obstat.Ouid.epist.21.
Nunc vellem facunda forem,dolor artibus obstat,
Ingeniúmque meis substitit omne malis.
Occurrit dolori per quietem eiusmodi catapotium.Celsus libro 5. cap.25.
Opprimi doloribus,Vide OPPRIMO.
Oriuntur eo quoque tempore febres incertę,lienis dolor,&c.Celsus lib.2.cap.1. Et iterum ibidem paulo póst.
Subitus dolor capitis ortus est.Celsus lib.2.cap.8.
Non parère dolori suo,non iracundiæ seruire. Cicero de Prouinc. Consul.
Pascere dolorem.Seneca Herc.OEth.4.
Omnis dolor minus medicinæ patet,qui sursum procedit. Celsus lib.2.cap.8. ad finem.
Pati dolorem corporis.Cic.7.Verr.
Interiores omnes dolores pellit pulegium. Plinius libro 20. capite 14.
Dolorem percipere,vel accipere.Cic.Fam.14.
Pulsus tristi corde dolor.Virg.6.Æneid.
Percitus dolore.Seneca Hippol.12.
Percussit me dolor.Cicero in Bruto,Sed me cupidissimum audiendi primus dolor percussit.Cotta quum est expulsus.
Extremo dolore percussus.Valer.7.Argon.
Perferre dolorem.Virg.9.Æneid.Vide PERFERO.
Æternum perferre dolorem.Lucret.lib.3.
Acerbitates,dolores,cruciatúsque perferre.Cic.4.in Catil.
Perpeti dolorem,Vide PERPETIOR.
Peruenit dolor à tęporibus ad oculos. Celsl.lib.6.cap.6. Idem lib.7.cap.18,ad finem,Dolor ad inguina,atque ilia peruenit.
Plangere dolores.Seneca Herc.fur.12.
Portare secum dolorem.Stat.11. Thebaid.
Mutum premere dolorem.Stat.11. Thebaid.
Premit altum corde dolorem.Virg.1.Æneid.
Premi doloribus capitis vehementibus,& assiduis. Celsus libro 2. capite 8.
Petiuatus doloribus.Lucret.lib.3.
In vultus processit dolor, Id est apparet in vultu. Seneca Hercule OEth.4.
Prolusit dolor per ista noster, Id est hæc tantùm sunt proludium, & specimen quoddam doloris,& furoris mei.Seneca Medea,12.
Leniter pungit eos animi dolor.Vide LENTS.
Quiescat dolor.Celsus lib.4.cap.13,Si dolor non quiescit. Et paulo póst,Vbi dolor,& febricula quierunt.
Rapiunt dolores. Celsus lib.2.cap.1. Acsi à prima hyeme Austri ad vltimum ver continuarunt, laterú dolores,& insania febricitantium quam celerrimè rapiunt.Id est tollunt,occidunt.
Recruduit soporatus dolor,Id est sopitus. Curt. lib.7. non procul ab initio.
Refricare orationedolorem.Cic.1.de Orat.Sic & eorum dolorem, qui lugebant suos,oratione refricabam.
Releuari dolore.Ouid.9.Metam.
Remanet dolor.Celsl.lib.4.cap.2.& 6.
Remittit se dolor. Celsus lib.4. cap.vlt. Potest quidem aliquis esse securior his temporibus,quibus dolor se remisit.
Remiserunt dolores pedum.Cicero de Claris Oratoribus, Atque etiam ingenio, & sermone eleganti, valetudine incommoda C. Sextius Caluinus fuit, qui etsi quum remiserant dolores pedum, non deerat in causis,tamen id non sæpe faciebat. Hoc est,quum minores erant,& remissiores facti.
Infandum renouare dolorem.Virg.2.Æneid.
Resistere dolori. Cic.Sulpitio,lib.4.6, Sed opprimor interdum & vix resisto dolori.
Reuertit dolor. Celsus lib.7.cap.20, Per ea verò quæ suprà scripta sunt, leuato malo, si quando aliàs dolor reuerterit,eadem erunt facienda.
Reuertitur dolor.Celsus lib.2.cap.8,Si sine causa longus dolor capitis est, & ceruices ac scapulas transit, rursúsque in caput reuertitur,aut à capite ad ceruices,scapuláque peruenit,pernitosus est.
Antiquum nondum saturata dolorem.Virg.5.Æneid.
Scindere dolorem suum. Cic.Attic.lib.3.55, Nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus, non solùm quia non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum.Id est,augeam. Tractum à vulneribus,quæ scissa recrudescunt.
Sentire dolorem.Celsus lib.6.cap.7,Ergo vbi primùm dolorem aquis sensit,abstinere & continere se debet.
Sepelire dolorem.Propert.lib.1.eleg.16.
Seruire dolori.Propert.lib.1.eleg.7.
Soluuntur dolores. Celsus lib.2. cap. 8, Humerorum dolores, qui ad scapulas, vel manus tendunt,vomitu atræ bilis soluuntur.
Soporatus dolor, Id est sopitus. Curtius libro 7. non procul ab initio.
Stabilire,& inhibere dolores,Vide INHIBEO.
Rapidus stimulans dolor.Silius lib.6.& 7.
Subest dolor.Celsl.lib.2.cap.15, Si nullus tumor,nulla durities,nullus dolor visceribus,aut capiti,aut præcordiis suberit.
Substat dolor.Celsl.lib.2.cap.7,Vel nullo dolore substante,somnus ereptus,continuaráque nocte & die vigilia.
Dolori succumbere.Cic.1.de Fin.
Esse dolore.Cic.Fam.6,Quanto fuerim dolore meministi.
Succurrere dolori alicuius.Propert.lib.3.eleg.17.
In iecinoris dolore succurrit febris.Celsus lib.2.cap.8.
Esse alicui dolori.Ouid.3.Amor.eleg.8.
In cursu dolor est,Id est in vigore.Ouid.13.Metam.
In dolore & mœrore esse.Cic.11.Philipp.

Summouentur dolores.Celsl.lib.2.cap.8,At dolores capitis,quibus oculorum caligo, & rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, sanguinis profusione,vel fortuita,vel etiam petita summouentur.
Superat virtute dolores.Ouid.8.Metam. De Meleagro.
Suppressus dolor.Lucan.lib.6.
Suscipere dolorem.Cic.1.de Finib.
Perpetuum dolorem sustinere.Cic.pro Domo sua.
Tabescere dolore.Terent.Adelph.4.3,
Nam & illi animú iam releuabis, quæ dolore,ac miseria Tabescit.
Tacent pectora dolore.Ouid.epist 21.
Tangit dolor illum.Virg.9.Æneidos,
-non solos tangit Atridas Iste dolor.
Suppressum tegere dolorem alta mente.Lucan.lib.6.
Dolorem tenere,Id est comprimere.Cic.ad Att.12.
Quisquis dolor deorsum tendit sanabilior est.Celsus lib.2.cap.8.
Tentari dolore.Lucret.lib.2.
Tollitur dolor.Celsus lib.8.cap.11.
Trahit dolorem à renibus semen cretbmi.Plin.lib.26.cap.8.
Transeunt dolores ad viscera.Celsus lib.2.cap.6.
In morem venit meus dolor, Id est assueui iam semper dolere. Ouidius 2.de Ponto,eleg.7.
Grauiores dolores veniunt.Celsus lib.3.cap.2.
Vetustus capitis dolor.Celsus lib.4.cap.2.
Vincere graues dolores.Seneca Octau.4.
Vicit dolor iniuitum virum.Ouid.13.Metam.
Dolorem vlcisci.Cæsar de bello Aphr.
Vrget dolor.Celsus lib.4.cap.vlt.
Vrgeri graui dolore.Celsus lib.3.cap.2.
Vrit dolor amantes.Ouid.4.Metam.
Obductum vulgare dolorem. Virgil.10.Æneid. Id est celatum, & diuturna tam cicatrice coopertú.Seruius. Obductus dolor est,quem tegit patientia dissimulantis.Donatus. Vulgare, in publicum proferre.
Dolor ad iugulum, sicut iecinore vulnerato, venit. Celsus libro 5. cap.26.

Doleo,doles,dolui,dolitum. penul.corr. {ἀλγέω,ἀχθομαι,δδύνομαι,δυνάομαι} dolére,A dolore deriuatur,Hoc est dolore cruciari vel affici.
Dissimulare,& nõ dolere. Cic.Octauio,5,Quis huius vrbis nominis, ac fœdibus vsque adeò est inimicus, vt ista dissimulare possit, aut non dolere?
Ingemere & dolere. Cic. in Vatinium, Quis tum non ingemuit: quis non doluit Reipub.casum?
Dolere & queri. Cic.pro Flacco,Non enim omnia quæ dolemus, eadem iure queri possumus.
Doleo me,dixit Plautus in Trucul.10.Antiquum.
Dolet caput.Plaut.Amphit.17.
Dolet mihi cor.Plaut.Mostel.3.
Dolet à sole caput.Plin.lib.24.cap.5.
Dolent ab ictu aures.Plin.lib.28.cap.7.
¶Dolere, Plus etiam est quàm Ægrè ferre. Plaut. Trinummo, 6. Terent. Phorm. 1.3, Aliis quia defit quod ament, ægrè est: tibi quia supereſt,dolet.Vbi Donatus,Laborauit vt ostenderet (dolet) plus esse quàm ægrè est.
Dolet mihi. Terentius Adelph. 2 4, Sed hoc mihi dolet, nos penè serò scisse,&c. Vbi Donatus,τῷ ἰδιοπαθῶς, Mihi dolet,pro doleo.
Dolet mihi quòd tu nunc stomacharis.Cic.ad Brutum,17.10.
Doleo ab animo,& ab oculis.Plaut.Cistel.2.
De aliquo dolere, Id est dolere propter aduersam alicuius fortunam.Ouid.4. Trist.eleg.9.
Sum miser, & de me quòd doluere nihil.Cic.Attic.lib.6.117.
De febricula alicuius dolere.Cic.Attic.lib.12.232.
Dolere ex aliquo.Cicero filius ad Tironem,lib.16.21, Quod igitur tum ex me doluisti,nunc,&c.
Doleo ex animo.Plaut.Capt.16,Satis iam dolui ex animo.
Dolet animus.Plaut.Merc.7.
Casum luctúmque alterius dolere.Cicero pro Sextio,Quia meum casum luctúmque doluerunt.
Dummodo doleant aliquid,doleant quidlibet. Cicero Attico,lib. 16.epist.2.
Dolet hoc cordi meo.Plaut.Amph.10.
Sua culpa dolere.Quintil.in Procem.lib.6.
Damnis dolere.Claud.De piis fratribus,epigr.42.
Dolet dictum imprudenti adolescenti. Id est quòd dixeris imprudenti.Terent.Eunucho.3.1.
Iniurias alterius & dolere & vlcisci.Cælius Ciceroni, lib 8.12,A te peto vt meas iniurias proinde doleas,vt me existimas & dolere,& vlcisci tuas solere.
Dolet interitum illius. Cicero 12.Philippica, Quis bonus non luget mortem Trebonij? quis non dolet interitum talis & ciuis & viri?
Laude aliena dolere. Cic.Licinio,lib.5.8, Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam à me alienarúnt, & me aliquando immutarunt tibi.
Leuius dolere.Ouid.in Ibin.
Dolent hæc re oculi mihi:Id est non libenter hæc video.Terentius Phorm.5.9.
Successu alicuius dolere.Ouid.6.Metam.
Dolere vicem alterius.Cic.Cornificio,lib.12.23. Idem ad Terentiam,lib.14.16, Quanquam alia sunt quæ magis curemus,magísque doleamus.
Dolet vehementer.Terent.Adelph.4.5,
Vt me hoc delictum admisisse in me id mihi vehementer dolet.
Dolet illi illud quia.Plaut.Capt.4,
-huic illud dolet,
Quia nunc remissus est edendi exercitus.
Dicere quod doleat.Plaut.Cistel.2.
Facilè fit illi quod doleat, Id est minima re cõmouetur,& ad iram pronoc

prouocatur. Terent.Eunuch.3.1.
¶Dolendum est. Horat.de Arte.
In tam graui vulnere dolendum est.Cic.Bruto,9.
Fines censere dolendi.Stat.5.Sylu.5.

Dolens {ἀλγῶν} Participium.Cic.2.de Finib.Nec haberent vlla ex parte aliquid aut dolẽs aut ægrum, Id est aut malum. Sallust.in Iugurth. Dictitare sese consulatum ex victis illis quasi spolia cepisse: alia præterea magnifica pro se,& illis dolentia.
Damna dolens aliena.Stat.5.Sylu.5.

Dolens,Nomen {πάθος,λύπη.} Cic.in Parad. Solt igitur hoc contingit sapienti,vt nihil faciat inuitus,nihil dolens,nihil coactus.
Auriculæ collecta sorde dolentes.Horat.1.epist.2.
Plus nimio dolens.Horat.1.Carm.ode 33.
Lenire dolentem solando.Virg.4.Æneid.

Doliturus,pen.prod.{ἀλγήσων.} Liuius 9.bel.Maced. Ignominiáne sua quenquam doliturum censeret?

Dolenter,Aduerbium {ἀδυνατῶς.} Plancus ad Cicer.lib.10.24,Sed quicquid tibi scribo, dolenter me hercule magis, quàm inimicè facio. Sic pro Domo sua.
Dolentius,Comparatiuum.Ouid.4.Metamorphoseos,
Nil vllo fertur volucrum moderator equorum
Post Phaetonteos vidisse dolentius ignes. Et pro Sextio, At certe dolentius deplorandam.

Dolendus,Adiectiuum {ἀλγητέος.} Cic.ad Cornif.lib.12.23.
Pœna dolenda.Ouid.epist.5.

Dolito,dolitas,pen.corr.dolitâre,Frequentatiuũ. Cato de Re rust.cap. 157,Vno verbo omnia sana faciet, intrò quæ dolitabũt. De brassica.

Dolus,huius doli {δόλος,δολεσμός,δολοφροσύνη.} A lædendo(inquit Donatus in Eunuchum) dictus, Id est à dolando, id est minuendo. nam & δόλος Græcè,læsio dicitur: & Dolones,tela quædam bellica: & dolare fabri,lignum est ascia cædere.Hæc Donatus. Est autẽ fraus siue machinatio quæ fit ad fallendum aliquem. Terent.And.3 3, Prius quàm harum scelera & lacrymæ confictæ dolis,&c. Ibidem,1.1, Simul sceleratus Dauus,si quid consilij
Habet,vt consumat nunc,quum nihil obsint doli.
Malitiosus dolis.Author ad Heren.1.b.4.
Veneni dolus.Catul.ad Furium,20.Id est venenum per dolum exhibitum,vt eo pereas.
Doli,machinæ,fallaciæ,præstigiæ. Cic.3.de Nat.deor. Quid ergo isti doli,quid machinæ,quid fallaciæ,præstigiæque,num sine ratione esse potuerunt?
Calumnia,fraus,dolus. Cic.pro Domo sua, Illud in primis nequa calumnia,nequa fraus,nequis dolus adhibeatur.
Anceps dolus. Virg.5.Æneidos,
Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta,
Parietibus textum cæcis iter,ancipitémque
Mille viis habuisse dolum.
Blandi doli.Propert.lib.3.eleg.23.
Cauti doli.Seneca Herc.OEth.5.
Inanes doli.Virg.4.Georg.
Dolus malus.Cic.3.Offic.Nondum enim Aquilius Collega & familiaris meus pertulerat de dolo malo formulas,in quibus ipsis quũ ex eo quæreretur quid esset dolus malus,respõdebat,quum esset aliud simulatum,aliud actum. Idem 3.de Nat.deor.
Dolus malus & Bona fides,contraria.Cic.Topic.Illi enim dolum malum,illi fidem bonam,illi æquum bonum,&c.
Taciti doli,Id est secreti.Valer.1.Argon.
Doli vocabulo,inquit Festus, nunc tantum in malis vsimur: antiqui autem etiam in bonis rebus vrebantur. Vnde adhuc dicimus sine dolo malo: nimirum quia solebat dici & bonus. Hactenus Fest. Terent.Eun.3.9, Iam tum erat suspicio dolo malo hæc fieri omnia. Vlpianus de dolo malo.l.1.in principio,Dolum malum Seruius quidem ita definit,machinationem quandam alterius decipiendi causa, quũ aliud agitur,& aliud simulatur. Et paulo pòst,Labeo sic definit, Dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationẽ, ad circunueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Labeonis definitio vera est. MALVM dolũ adiecit. Veteres enim bonum dolum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant,maximè si aduersus hostem latronémve quis machinetur.
Inter dolum & fraudem. Dolus fit alterum circunueniendi causa. Fraus verò propriè dicitur, etiamsi decipiendi consilium non adfuerit,sed is qui deceptus est à seipso,vel ex euentu fraudatus est.Dolum item quidam in faciendo, fraudem in verbis dicunt à φαύλῃ, quod est loqui.Alciat.de verb.signif.
¶Adhibere dolum,Vide ADHIBEO.
Capere aliquem dolis.Virgil.1.Æneid.
Capi dolis,Vide CAPIO.
Carent successu doli.Ouid.epist.1.
Castigare dolos.Virgil.6.Æneid.
Certare dolis.Sil.lib.5.
Circunducere aliquem per dolos,Vide CIRCVNDVCO.
Commoliri dolum,aut machinã ad aliquem.Cic.3.de Nat.deorũ, Neque quo pacto fallam,quid inde auferam,
Nec quem dolum ad eum aut machinam commoliar,&c. Ex Synephebis Cæcilij.
Comparare dolum,Vide COMPARO.
Confingere dolum,Vide CONFINGO.
Consuere dolos,Vide CONSVO.
Conuertere se ad dolos,Vide CONVERTO.
Decipi dolo,Vide DECIPIO.
Deficiunt artes,deficiúntque doli. Tibul.lib.1.eleg.4.
Deludere dolis. Terent.And.3.4,
Ego dudum nonnihil veritus sum Daue abs te,ne faceres idem
Quod vulgus seruorum solet,dolis vt me deluderes.
Detegere dolos.Seneca Thyeste,3.
Discingere dolos.Sil.lib.7,
Discinxit ratione dolos,fraudésque resoluit.
Dolis factum. Terent.And.3.2,Ne tu hoc posterius dicas,
Daui factum consilio,aut dolis.
Frangere dolos alicuius.Virgil.4.Georg.
Incessere aliquem dolis,Vide INCESSO.
Instructus dolis.Virg.2.Æneid.
Ludere dolis aliquem,Vide LVDVS.
Latens dolus.Stat.10. Thebaid.
Mouere dolum arte.Stat.12. Thebaid.
Nectere dolos.Seneca 1. Thebaid. Vide NECTO.
Operti doli.Valer.5.Argon.
Patent doli.Valer.1.Argon.
Struere dolum. Tacit.lib.1,Struerer dolum, cæteri testes adessent.
Sublatis dolis aperire aliquid, Id est referre sine dolis. Virgilius 12.Æneid.
Suspecti doli.Valer.1.Argon.
Tendere dolos.Horat.Epod.2.
Versare dolos in pectore.Virg.4.Æneid.
Vitare dolum.Lucret.lib.2.

Dolosus,pen.prod.Adiectiuum {δολερός,δόλιος,δολομήτης.} Fraudulentus. Plautus Epid. 8, Ego aliquam parabo dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit.
Amici dolosi ferre iugum pariter.Horat.1.Carm.ode 35.
Artes dolosæ.Ouid.15.Metam.
Consilia dolosa. Cic. pro Rab. Posthumo, Pulsus interea regno Ptolemæus dolosis consiliis (vt dixit Sibylla, sensit Posthumus) Romam venit.
Gens dolosa.Ouid.14.Metam.
Illecebræ dolosæ.Claud.2.Paneg.
Mulier dolosa.Horat.2.Serm.sat.5.

Dolosè,pen.prod.Aduerbium {δολερῶς.} Cic.3.Offic.Quum dicitur inter bonos bene agier:quicquam agi dolosè aut malitiosè potest?

D O M

DOMIC. COS.XIII. LVD. SAE.F.C.Domicius Consul tertiumdecimum ludos sæculares faciundum curauit. DOT.Dotem.

Doma,domatis,pen.corr.n.g.{δῶμα,τος} tectum Latiné.

Domabilis,Domator,Vide Domo,domas,in DOMVS.

DOMADA, Oppidum Hemuatarum Arabiæ populorum, cuius meminit Plin.lib.6.cap.28.

DOMANETICA {δομανῆτις} Ponticæ prouinciæ regio satis ferax, per quam Amnias flumen illabitur.Vide Strab.lib.12.

DOMAZANES, Arabiæ populi, de quibus Plin. in descriptione sinus maris Rubri Troglodytici,&c.lib.6.cap.29.

Domesticatim,& Domesticus,Vide DOMVS.

Domicilium, Domicœnium, Dominor, Dominus, Vide DOMVS.

Domiporta {φορίσκος} hoc est cochlea: ita appellata ad similitudiné Græcorum, qui eam φορίσκον appellant, hoc est domum portantem. Cic.2.de Diuinat. Vt si quis medicus ægroto imperet,vt sumat terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam, potius quàm hominum more cochleam.

DOMITII,plures fuerunt apud Romanos:Cn.Domitius,L.Domitius, Domitius Nero, Domitius Ænobarbus: de quibus apud Plinium, Liuium,& Plutarchum.

Domitor,Domitrix,Domitura,Domitus, Vide domo,domas, in DOMVS.

Domiducus,& Domitius deus,Vide in DOMVS.

Domo,domas, Vide DOMVS.

Domus {οἶκος,οἰκία,δῶμα,δῆμος,δῶμα.} huius domus vel domi,huic domui,hãc domum,ô domus,ab hac domo vel domu. Hæ domus, harum domorum,vel domuum,his domibus,has domos vel domus,ô domus,ab his domibus.A Græco venit (inquit Festus) δῶμος.
¶Domus,Templum.Virgil.lib.6.Æneidos,
Ostia iámque domus patuere ingentia centum
Sponte sua. Vide Nonium.
¶Domus,Familia:continens pro contento. Virg.5.Æneid.Sergestúsque domus tenet à quo Sergia nomen. Terent.Adelph.4.7,Domus sumptuosa.Vbi Donatus,Domus,id est homines.
Vnus ex nostra domo. Cic.Appuleio,lib.13,Eum tibi igitur sic cõmendo,vt vnum ex nostra domo.
¶Domus,Gens vna tota. Virg.1.Æneid.Quum domus Assaraci.
Volens intelligi Romanos, qui de Assaraco per Troianos originem ducunt.
¶Domus auium,pro nidis.Virg.2.Georgicorum,
Antiquáque domos auium cum stirpibus imis Eruit.
¶Pecorum domus.Stat.1.Thebaid.
Regiæ domus proles.Seneca Hippol.5.
Viscera magnarum domuum.Iuuen.sat.3.
¶Domus sedes, aræ, foci, dij penates. Cic. pro Domo sua. Idem pro Deiotaro.
¶Aeria domus.Horat.1.Carm.ode 28.
Ætheria.Horat.1.Carm.ode 3.
Alta.Virgil.2.Georg.
Ambigua, Vide AMBIGVVS.
Ambitiosa.Ouid.1.Trist.eleg.8.
Amœna.Claud.2.Paneg.
Ampla.Cic.1.Offic.
Antiqua.Virg.2.Georg. Ardua.Stat.1.Sylu.1.
Attonitæ domus,Vide ATTONITVS.
Beata.Catull.epigr.56.
Casta.Horat.4.Carm.ode 5.
Confusa.Stat.1. Thebaid.
Contermina domus nostræ domui.Ouid.1.Metam.
Delicata.Seneca Hippol.2.
Deuota.Ouid.epist.9.

Egregia.Horat.2.Serm.sat.3.
Elysia.Ouid.14.Metam.
Exilis.Horat.1.epist.6.
Ferina.Ouid.15.Metam.
Fatalis.Seneca Troade,1.
Fertilis.Stat.4.Sylu.8.
Flauam domum vocat Stat.lib.10.Thebaid. Id est apiarium.
Frondifera.Lucret.lib.1.
Funesta.Seneca Hippol.12.
Honesta.Horat.2.epist.1.
Horrenda.Stat.Thebaid.lib.9.
Horrida,Impolita,& rustica.Iuuen.sat.10.
Humilis.Iuuenal.sat.11. Horat.3.Carm.ode 1.
Illustris.Tacit.lib.3.
Impia.Ouid.8.Metam.
Incustodita.Claud.3.de raptu Proserp.
Infamis domus.Seneca Hippol.2.
Inops.Ouid.8.Metam.
Littorea,Vide LITTVS.
Locuples.Horat.2.Serm.sat.6.
Magnifica,Vide MAGNVS.
Maritæ,Vide MARITVS.
Misera.Ouid.epist.23. Catull.epigramm.62.
Mœsta.Valer.1.Argonaut.
Multiplex domus,Id est quæ conclauia multa habet,& habitationibus aut secessibus accommodata loca. Seneca Hippol.4. Ouid.8. Metamorphoseos,
Destinat hunc Minos thalami remouere pudorem,
Multiplicísque domo cæcis includere tectis.
Natalis.Valer.3.Argon.
Natiua.Seneca Hippol.4.
Nigra.Stat.5.Sylu.1.
Niualis domus Boreæ.Claud.3.de raptu Proserp.
Nobilis.Seneca Thebaid.1.
Opaca.Virg.3.Æneid.
Patriciæ. Claud.4.Paneg.
Domus patria.Virgilius,
Da patriam Tymbræe domum,da mœnia fessis. Hoc est,Da nobis vt aliquãdo in patriam concedamus. Virgilianum hoc carmen 3.Æneid.sic legit Seruius, Da propriam Tymbræe domum,&c. Propriã (ait idem Seruius)Perpetuam: vt Propriámque dicabo. Et bene post experimentum malè conditæ ciuitatis,perpetuas postulat sedes.Domum,familiam:vt,domus tenet à quo Sergia nomẽ. Hactenus ille.
Perhospitalis.Cic.6.Verr.
Plebeia.Seneca Hippol.11. Stat.4.Sylu.6.
Plena.Horat.4.Carm.ode 12.
Plutonia.Horat.1.Carm.ode 4.
Potens.Catull.epigramm.56. Horat.1.Carm.ode 35.
Polluta.Lucan.lib.2.
Præpotens.Seneca Octau.2.
Pudica.Quintil.lib.1.cap.10.
Purior.Horat.1.Serm.sat.9.
Regalis.Ouid.1.Metam.
Regia.Seneca Agamemn.10.
Regnatrix. Tacit.lib.1. Ruinosæ.Ouid.epist.1.
Sacra.Ouid.11.Metam.
Sancta.Iuuenal.sat.14.
Simplex.Stat.3.Sylu.1.
Socratica.Horat.1.Carm.ode 29. Vide SOCRATES.
Splendida.Virg.1.Æneid.
Stellata,Id est cælum.Claud.3.de raptu Proserp.
Sterilis.Propert.lib.4.eleg.12.
Superæ.Ouid.1.Fast.
Tranquilla.Claud.3.de raptu Proserp.
Vacua.Claud.2.in Eutrop.
Vagæ.Horat.3.Carm.ode 24.
Vidua.Ouid.1.Fastorum,
Per totidem menses à funere coniungis vxor,
Sustinet in vidua tristia signa domo.
Vndosa Etrusci.Claud.4.Paneg.
¶Abdita domus in imis vallibus antri.Ouid.2.Metam.
Accipere in domo,Vide ACCIPIO.
Admittere in domum,Vide ADMITTO.
Solo æquata domus.Quintil.lib.3.cap.7.
Affligere domum alicuius.Cic.pro Domo sua.
Carere domo,Vide CAREO.
Celebrare domos.Ouid.10.Metam.
Claudere nocte domum.Ouid.2.Amor.eleg.19.
Clausa domus pudori,Vide CLAVDO.
Complanare domum,Vide COMPLANO.
Commigrare in domum,Vide COMMIGRO.
Concidit domus.Seneca OEth.33,
Tibi cuncta domus concidit vni.
Duas & magnas& nobiles domos cõiungere.Cic.pro Domo sua.
Coniungere domum,Vide CONIVNGO.
Domum consumere luxu & flagitiis.Claud.epigr.14.
Conuestita domus lucis,Vide CONVESTIO.
Conuulsa domus.Tacit.lib.12.
Conuulsa domus sedibus,Vide CONVELLO.
Defleta domus.Claud.Præfat.2.in Eutrop.
Demersa domus.Horat.3.Carm.ode 16,
-concidit auguris
Argiui domus ob lucrum
Demersa excidio.
Deplorata domus.Ouid.3.Trist.eleg.5,
Et deploratæ limen adire domus.

Deserta domus.Valer.2.Argon.
Desolata domus.Claud.epist.ad Hadrianum,1.
Disturbare ac diripere domum alicuius.Cic.pro Domo sua.
Euersa domus.Ouid.epist.3.
Excindere domus.Virg.12.Æneid.
Florens domus felici sorte viget.Seneca Hippol.4.
Frequentare domus.Ouid.9.Metam.
Contiguas habere domos.Ouid.4.Metam.
Inclinata domus.Virg.12.Æneid.
Instruere domum,Vide INSTRVO.
Opimè & opiparè instructa domus,Vide OPIMVS.
Labens domus.Virg.4.Æneidos, -miserere domus labentis.
Lapsa domus.Ouid.1.de Ponto,eleg.10,
Quum domus ingenti subitò mea lapsa ruina Concidit.
Madens cæde domus.Valer.2.Argon.
Migrare domo,Vide MIGRO.
Multiplicata domus,Vide MVLTVS.
De domo numerare. Paulus in l. Iecta. D. si certum petat. Lucius Titius scripsi me accepisse à Publio Mœuio quindecim mutua, numerata mihi de domo. Idem est de hac clausula Ex arca. Nam illæ clausulæ adiici solitæ erant chirographis, quum creditor à se pecuniam numeraret. Quibus diuersum est numerare ex mensæ scriptura. quæ verba adiici solita erant quum pecunia ab argentario dabatur. Ex Donato in Phorm.5.
Nutantes domus.Lucan.lib.1.
Obire domos amicorum,Vide OBEO.
Obtexere domos,Vide OBTEXO.
Occidit vna domus.Ouid.1.Metam.
Orbare domos.Stat.11. Thebaid.
Parefacere domum.Seneca Hippol.12.
Perfringere domus. Tacitus lib. 20, Initium id perfringendarum domuum.
Perturbare domum.Seneca Thyeste,1.
Plorata domus.Stat.5.Sylu.3.
Prostrata domus.Seneca Herc.fur.13.
Quatere domos.Lucan.lib.6.
Quassata domus.Seneca Hippol.10.
Riget argento domus.Horat.4.Carm.ode 11.
Acribus custodiis domum & vias sepserat.Tacit.lib.1.
Silens domus.Seneca Hippol.2,
Adiit silentem nocte perpetua domum.
Solare domos,Id est desolatas reddere.Stat.5. Thebaid.
Struere domos.Horat.2.Carm.ode 18.
Subire domum.Ouid.1.Metam.
Clara domus satis hæc nobilitate sua est.Ouid.epist.16.
Turbare domos.Stat.5.Thebaidos,Dis visum turbare domos.
Vertere ex imo domum.Seneca Medea,12.
¶Ornanda est dignitas domo, non ex domo tota quærenda: nec domo dominus,sed domino domus honestanda est.Cic.1.Offic.
Domuum, Genitiuus pluralis. Plin.lib.8. cap.57, Quo in genere multi & hos incolas domuum posuere mures.
Domi, pro Domus genitiuus.Plaut.Trinum.14,
Non fugitiuus est homo,commeminit domi.
¶Domus, genitiuus, Est ædificium quod ex tecto & parietibus constat.vt,Partem domus demolitus sum. Valla.
Domuis etiam in genitiuo habuit. Varro, Perrexit in interiores partes domuis.Vide Gell.lib.4.cap.16.
¶Domi,genitiuus {domoi} Locus est in quo quis manet. Terentius Adelph. 4. 2, Quid ais bone vir, est frater domi? Cicero 5. de Finibus,Sed tu etiam Chrysippe in foro,domi,in schola desinis. Virgil. eclog.3.
Apparere domi,Vide APPAREO.
Continere se domi,Vide CONTINEO.
Res gestæ domi.Ouid.15.Metam.
Includere se domi,Vide INCLVDO.
Domi & Foris,contraria. Terent.Hecy.2.1,
Vt vos mihi domi eritis,proinde ego ero fama foris. Cic. 1.Offic.
Parua sunt arma foris,nisi est consilium domi.
Domi & in domo,eiusdem planè significationis sunt. Quintil.lib. 5.cap.10, In domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Quidam dicunt domi aduerbiascere, vt quum dicimus, sum domi: & similiter alios casus:vt Domum propero,seu Domo venio: sed nomen potius esse pronomina indicant, quæ cum hac voce iunguntur, quæ sunt mea,tua,sua,nostra,vestra,& aliena: vt Eram domi meæ,&c. Quòd siquando hæc pronomina supprimantur, tamen subintelliguntur: vt Domi ero,id est meæ. Domi eritis,id est vestræ,&c. Terent.Adelph. 4.7,Erit vnà in domo.
Cuius domi fuit,pro In cuius domo. Cic.7. Verr.Hospes tuus cuius tu domi fueras,quem hospitem appellaras.
Domi istius.Cic.pro Quintio,Qui istius domi erat educatus.
Domi est animus. Id est,Cogito de domo,aut quid domi agatur. Plaut.Merc.12.
Domi operiri aliquem. Terent. Eunuch.5.2,
Vsque interea,dum is venit,
Domi operiamur,potius quam hîc ante ostium?
Domi ero si quid voles. Terent.Heaut.4.8.
Domi nobilis. Sallust.in Catil.Ad hoc multi ex coloniis & municipiis domi nobiles erant.
Domi & militiæ, genitiui aduerbiales: Id est absolutè positi, pro eo quod est In pace & in bello:hoc est pacis & belli tempore. In his obseruatum est,vt ferè per coniunctionem QVE,vel ET,connectantur. Terent. Adelph. 3. 4, -vnà semper militiæ & domi fuimus. Cic.de Senect.An censes(vt de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos nocturnósque domi, militiæque susceperum fuisse,&c. Idem 5. Tuscul.Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita.

Domi,

Domi,bellique. Plaut.Capt.2,Domi,bellique duellatores optimi. Idem Asin.11. Cic. 2. Offic. Præterea quibuscunque rebus vel belli vel domi poterunt,Remp.augeant.
Domi forique. Terent.Eunuch.4.7,
Domique forique fac vicissim vt memineris.
Domi apud. Terent.Eunuch. 4. 6, Vbi ea est? T. domi apud me. Cic.7.Verr.Domi esse apud se archipiratas dixit duos.
Domi nostræ.Cic.5. Tusc.Diodorus Stoicus cæcus multos annos nostræ domi vixit.
Suæ. Cic. 3. Verr. Iactatur domi suæ vir optimus & homo honestissimus.
Alienæ. Cic. pro Domo sua, Quid tibi necesse fuit anili superstitione homo fanatice,sacrificium quod alienæ domi fieret,inuisere?
Domi id dicimur habere, quod in nobis situm est, nec necesse est ab aliis mutuo sumere. Translatum apparet ab ea cõsuetudine foris rogandæ supellectilis, quam domi desideres. Terent.Adelph. Act.3. scen.3,PHY.domi habet,vnde discat. Vnde,id est à quo. Cic.ad Varron.lib.9.epist.3.in fine,Sed quid ego nũc ad te,cuius domi nascũtur?
Domi id fieri dicitur, quod non aliunde petitur. Alcesimarchus adolescens amore captus apud Plautum in Cistellaria, Act.2.scen.1, Credo ego amorem primùm apud homines carnificinam cõmentum: Hanc de me coniecturam domi facio. Hoc est, meopte experimento comperio. Seneca de Benef.lib.8, Domi(quod aiunt) versura fit,& velut lusorium nomen statim transit.
¶Domum {οἶκος} Aduerbium, authore Donato, apud Terent. in Hecy.3.2,
Quidnon sciunt ipsi viam,domum qua redeant?
Visam domum. Terent.Eunuch.5.9.
Domum me conuertam,transacta re. Terent.Adelph.2.4.
Adducere domum.Vide ADDVCO.
Domum abducta ad me. Terent.Adelph.4.4. Idem Eunuch.1.2, Et is hodie venturum ad me constituit domum. Sic Ad se domum, Ibidem 3.5,Illa ilico vbi me accepit,lætra verò ad se abducit domum. Et,Ad nos domum,Ibidem,4.3.
Ad se domum aliquid deferri iubere,Id est domum suam.Cic.pro Cluentio, Sestertia sexcenta quadraginta millia deferri ad se domum iussit.
Domum abi. Terent.And.5.6,Tu Daue abi domum.
Deducere domum. Terent.Adelph.4.5,Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?
Ad domum profecti,Vide AD.
Capessere se domum,Vide CAPESSO.
Concurrere domum,Vide CONCVRRO.
Conuertere se domum,Vide CONVERTO.
Recipere aliquem domum suam. Cic.pro Archia, Eum domum suam receperunt.
Domum alicuius ire.Cic.3.Offic.Cum prima luce Pomponij domum venisse dicitur.
Domum reditio. Cæsar 1.belli Gallici, Vt domum reditionis spe sublata, parationes ad omnia pericula subeunda essent. De Heluetiis loquitur.
Vado domum. Terent.Eunuch.2.3.
Domum ad aliquem ire.Cic.2.Verr.Domum ad illũ vt venirent.
¶Domo abire. Terent.Eun.4.3,Aliquid domo abeunte abstuliste.
Domo accersita.Plaut.Stich.13.
Accersitus domo huc sum,Vide ACCERSO.
Cedere domo,Vide CEDO.
Domo cœnare,pro Extra domum. Plaut.Sticho,4. Hoc est, à domo,vel alibi à domo.
Exire domo. Cic.pro Flacco,Adiunxit illa,vt eos qui domo exire nolebant,testimonij denuntiatione terrerer.
Domo exulare. Terent.Eunuch.3.5,Vbi mutem? perij: nam domo exulo.
Domi vel domo se tenere.Cic.pro Domo sua ad Pontif. Idẽ Post reditum in Senatu, Qui populum Rom. pro me tanquam pro fratre aut pro parente non solùm hortatus sit, verùm etiam obsecrarit, quum ipse propter metum dimicationis & sanguinis domo se teneret.Pro In domo.
¶Domus,Accusatiuus pluralis. Liu.lib.5.Decad.5, Ludis relictis, domus magna pars hominum ad cõiuges liberósq; lætum nuntium portabant. Qu.Claudius lib.1.Annal. referente Gellio,lib.17.cap.2, Domus inquit,suas quenque ire iubet,& sua omnia fruisci.
¶Domu,Ablatiuus. Plaut.Milit.4, Ait sese Athenas fugere cupere ex hac domu. Traianus lib.10.ad Plin.epist.29.2.
Domesticus,pen.corr. Adiectiuum {οἰκεῖος,οἰκιακὸς,ἐνδιαίτιος,οἰκιώτης,οἰκιῶτης,ἐπιχώριος} Quicquid ad domum pertinet.Plin.Mite animal,atque domesticum.
Externum & Domesticum,contraria. Cic.2.Offic.Externa libentius in tali re quàm domestica recordor.
Facta domestica.Horat.de Arte.
Domesticæ insidiæ. Cic.Metello,lib.5.2,Vt ego vrbem à domesticis insidiis & ab intestino scelere, tu Italiam & ab armatis hostibus & ab occulta coniuratione defenderes.
Luctus domesticus.Ouid.13.Metam.
Occultum,intestinum,ac domesticum malum.Cic.3.Verr.
Domesticus natiuúsque sensus.Cic.de Arusp. respons.Nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipso huius gentis ac terræ domestico natiuóq; sensu Italos ipsos ac Latinos, sed pietate ac religione, &c. omnes gentes nationésque superauimus.
¶Domestici,Qui ex eadem domo sunt,& nobiscum habitant.
Domestici & Alienigenæ,contraria.Cic.pro Fonteio.
Conuictor, densoque domesticus vsu. Ouidius 4. de Ponto, elegia 3.
Domesticum crimẽ & vernaculum. Cic.5.Verr.Id est Romæ,non in prouincia patratum. Budæus.

Domestica crudelitas.Cic.pro Rosc.Amer.
Domestica exempla,apud eundem,lib.2.de Nat.deor.
Domesticum lenocinium.Cic.5.Verr.
Domesticus vsus & consuetudo.Cic.pro Rosc.Amer.
Regio domestica.Ouid.de Ponto.
¶Domesticus,pro Priuato.Cic.Luceio,lib.5.13,Ergo & domestica feremus, vt censes: & publica paulò etiam fortius quàm tu ipse qui præcipis.
Tabellarij domestici.Cicero Curioni,lib.2.6,Paucis enim diebus eram missurus domesticos tabellarios. Id est priuatim, & meo nomine. Hic enim refert ad publicos nuntios,qui erant (vt ita dicam) ordinarij.
Domestica furta vocantur,quę serui dominis,vel liberti patronis, vel mercenarij his apud quos degunt, subripiunt.l.respiciendum.D. de pœn.
Domesticorũ schola,in l.3.C.vbi Senator. & apud Nicephor.cap. 18,lib.7. Domestici autem tam equites,quàm pedites fuere,vt ex Cassiodoro lib. 1. Variar. videre est. Suidas Domesticos interpretatur τοὺς ἰσοστασίου ὑποτασσομένους καὶ ἰσοστασίου σχηματίσαντας. Luitprand.lib.3.de reb.per Europam gestis cap. 7, Focatn verò domesticum maiorem, hoc est, terrestris ducem exercitus fecit.
Domesticatim,pen.prod.Aduerbium {κατ' οἶκους} Per varias domos, siue per domesticos. Sueton.in Cæsc.cap.26, Quorum vt quàm maxima expectatio esset,ea quæ ad epulum pertinerent,quanuis macellariis oblocata,etiam domesticatim apparabat.
Domicœnium, huius domicœnij {οἰκοδόμημα} Cœna domestica, siue quæ fit domi.Martial.lib.5,
Si tristi domicœnio laboras,
Torano potes esurire mecum. Idem lib.12,
-sed ipse diuũm
Offensus genitor,trinoctiali
Affecit domicœnio clientem.
Domicilium {οἰκητήριον,οἴκησις} Habitationem significat longi temporis. Cic.7.Verr. Sedem antiquam, diuinúmque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilauit.
Imperij & gloriæ domicilium.Cic.1.de Orat.
Domicilium illustre ac nobile,Vide ILLVSTRIS.
Domicilium sermonum,aures. Cic.in Pisonem,Quæ familiaritatis licentia suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius impulsu vestro collocauerunt.
Superbiæ domicilium. Cic.2.de Lege Agrar. Capuæ in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ collocati.
Sedes ac domicilium collocare.Cic.3.Verr.
Comparare domicilium,Vide COMPARO.
Animus cælestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram.Cic.de Senect.
Habere domicilium.Cic.pro Arch.poet.
Domiducus deus,vt in sexto de ciuitate Dei ex Varrone scribit Augustus, quum domum ducẽda erat quæ nubebat,colebatur:quanuis & Domiduca eadem causa Iuno vocabatur.
Domitius, deus apud antiquos celebrabatur, vt esset in domo noua nupta.Author Augustin lib.de ciuit.Dei.
Domitio, huius domitionis {οἰκοδόμησις} Dictio composita ex domo & itio, Reuersio ad domum. Apuleius, Denique nec latem requiro, nec domitionem paro. Cic.lib.1.de Diuinat.Sed Rhodiorum classi propinquum reditum ac domitionem dari. Ex veteris exemplari legendum,domum itionem,disiunctim. Nonius domutionem legit, & exempla affert,quem vide.
Domo,domas,domui,domitum,penult.corr. {δαμάζω,δικτήριος,τιτρώσκω} domare(inquit Sipont.) propriè est vi atque armis imperio suo subiicere,A Græco δαμάζω,eiusdem significationis. Idem alio loco,Domo propriè significat manuefacio, & quasi domesticum reddo. Per metaphoram tamen accipimus pro Vincere & superare. Plaut.Casin.5,Sed quid ais? iam domuisti animum,potius vt quid vir velit fieri,&c. Plin. de Viris illust. Prætor Galliam domuit Consul Hispaniam,altero Consulatu Sardiniam.
Animum rigentem domare.Seneca Hippol.4.
Armis domare aliquem.Sil.lib.17.
Corda dura domare.Ouid.epist.4.
Crimina domare.Claud.epigram.9.
Crines domare certo ordine.Stat.1.Achill.
Dolorem domare. Stat.2.Sylu.1.
Equos domare cursibus.Seneca Hippol.4.
Fortunam domuit virtutibus.Claud.5.Paneg.
Gentes domare armis.Claud.de laude Serenæ,22.
Lumina domare somno.Stat.2.Thebaid.
Conterere, compellere, domare nationes. Cicero de Prouinciis Consul.
Frangere & domare nationes.Cic.de Prouinc.Consul. Quas nationes nemo vnquam fuit qui frangi domarique cuperet.
Mentem domat respectus honesti.Claud.7.Paneg.
Obsequium Tigres domat.Ouid.2.de Arte.
Seruitia virtute victoriáque domare. Cic.pro Sextio,Non est passus ille vir,qui sceleratissimos ciues, qui acerrimos hostes,qui maximas nationes,qui reges,qui gentes feras atque inauditas,qui prædonum infinitam domum, qui etiam seruitia virtute victoriáque domuisset,qui omnibus bellis terra marique compressis,&c.
Spémque merúmque domare magno pectore.Stat.2.Sylu.2.
Spiritum auidum domare.Horat.2.Carm.ode 2,
Latius regnes auidum domando
Spiritum,quàm si,&c.
Domare terram aratro,vel rastris.Colum.lib.6.cap. 22. Virg.lib. 9.Id est colere.
Terrore domandus.Claud.in Epithalamio Palladij.
Ante domandum, Id est antea quàm domentur. Virgil.3.Georg. de equis.

Domitus,penult.correp.{δαμασθείς} Participium,siue Nomen ex participio.
Subacti & bello domiti.Cic.pro Fonteio.
Manu Herculea domitus.Horat.2.Carm.ode 12.
Amor domitus.Ouid.3.Amor.eleg.10.
Domitæ & condocefactæ belluæ.Cic.2.de Nat.deor.
Domiti boues.Plaut.Perſa.7,
Nam herus meus ad me iam miſit domites boues vti ſibi mercarer.
Dente premunt domito Cybeleia fræna leones. Ouidius 10. Metamorph.
Domitæ gentes. Cic.de Prouinc.Conſ. Atque hanc Macedoniam domitis iam gentibus finitimis, Barbariáque compreſſa, pacatam ipſam per ſe & quietam.
Hoſtis domitus.Ouid.ad Liuiam.
Domitas habere libidines. Cic.1.de Orat.Sed authoritate nutúq; legum domitas habere libidines,coercere cupiditates,&c.
Domiti oculi,manus,& oratio. Plaut.Mil.9, Homini ſeruos ſuos domitos habere oportet oculos,& manus,orationémque.
Orbis domitus.Virg.2.Georg.
Sagitta domitus Orion.Horat.3.Carm.ode 4.
Ora domita frænis ligare.Seneca Hippol.10.
Domitus orbis cultoribus.Virg.2.Georg.Aſpicis extremis domitum cultoribus orbem. Vbi Seruius, Intuere etiam extremum orbem cum ſuis cultoribus domitum.
Triumpho iuſto domiti Parthi.Horat.1.Carm.ode 12.
Bello domitæ Thebæ.Ouid.epiſt.2.
Vrbes domitæ.Virg.3.Georg.

Domitus, huius domitus,penult.correp. {δμῶτος} Verbale. Cicero 2. de Natura deorum, Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.

Domitor,pen.corr.domitoris,Verbale {δμητὴρ} Qui domat: vt Regni domitor. Martial.lib.9. Plinius in Paneg. Contemptor ambitionis, & infinitæ poteſtatis domitor, ac frænator animus, ipſa vetuſtate floreſcit. Ouidius de Triſt. Quid tibi de tetrico referam domitore chimæræ?
Curarum domitor.Seneca Agamemn.2.
Domitor equorum.Cic.1.Offic. Domitor ſerpentium,Plin.lib.25. cap.2. Domitor armorum, Cic. pro Milone. Domitor Hiſpaniæ, Liu.1.bel.Pun. Virg.7.Æneid.
Ferarum domitor.Seneca Herc.OEtheo,17.
Freti domitor Tiphys.Seneca,Medea,1.
Gentium domitor.Seneca Octau.8.
Malorum domitor.Seneca Herc.fur.12.
Mundi domitor.Lucan lib.7.
Orbis dormitor.Seneca Herc.fur.9.

Domitrix,pen.corr.{δμήτειρα} huius domitricis,pen.prod.f.g. Verbale. Plin.lib.26.cap.16.
Equorum domitrix Epidaurus.Virg.3.Georg.

Domator,penult.prod.domatoris {δαμαστὴς} Idem quod domitor. Tibullus lib.4.eleg.1, Te duce,non aliàs conuerſa tergo domator.

Domatio {δάμασις} Actus ipſe domandi.

Domabilis,& hoc domabile,penul.corr.{δαμαστὸς} Qui domari poteſt. Horat.4.Carm.ode 14,ad Auguſtum,
Te Cantaber non antè domabilis
Miratur. Ouid.9.Metam.verba Iouis de Hercule, -nulláque domabile flamma.

Domiturus, penult. prod. {δαμάζων} Participium. Virgilius 4. Georgicorum,
Dulcia mella premes:nec tantum dulcia,quantum
Et liquida,& durum Bacchi domitura ſaporem. Claud.in Gigantomach.3,O pubes domitura deos.

Domito,domitas,penult.corr. {δαμάζω.} vt,Boues domitare. Virgil.1. Georgic.
Domitant in puluere currus.Virg.7.Æneid.
Furores domitare.Sil.lib.7.
Populos domitare.Sil.lib.3.

Domitura,pen.prod. {δμῶσις.} Plin.lib. 8. cap.45, Domitura boum in trimatu,poſtea ſera antè præmatura. Colum.lib.6.cap.2, Curádum ne in domitura,bos calce,aut cornu quenquam contingat.

Dominus,domini,penult.corr.{οἰκέτης,δεσπότης,κλέπτης,αὐθέντης} Dicitur quaſi qui domi præeſt,& domi imperat. Et dicitur is propriè qui domui præeſt,& qui domus imperium habet,cuíque omnis familia paret. Terent.Eunuch.3.2,
Apparet ſeruum hunc domini eſſe pauperis.
Dominus Iupiter.Ouid.& domino ſoluere vota Ioui.
Dominus,Cui ſeruitur,& cui populi ſubſunt.Virg.1.Æneidos,
Romanos rerum dominos,gentémque togatam. Martial.lib.1,
Deliciæ populi quæ fuerant domini.
Dominus ac rex aratorum. Cic.5.Verr.Accipite nunc quid imperarit,& diſſimulate vos, ſi poteſtis, vos intelligere, ipſum Prætorem, quod tota Sicilia perſpexerit, redemptorem decumarum,atque adeo aratorum dominum ac regem fuiſſe.
Aſtrorum dominus Sol.Seneca Troade,5.
Canum domini. Cic.2.de Nat.deor. Canum verò tam fida cuſtodia,támque amans dominorum adulatio.
Comitiorum dominus. Cic.2.Verr. Interea comitia noſtra, quorum iſte ſe, vt cæterorum hoc anno comitiorum, dominum eſſe arbitrabatur,haberi cœpta ſunt.
Senatus,dominus publici conſilij.Cic.3.de Legib.
Dominus epuli. Cic. in Vatinium, Quum ipſe epuli dominus Q. Appius ablatus eſſet,&c.
Regni dominus.Seneca Hippol.5.
Regni triſtis dominus,Id eſt Pluto.Seneca Medea,1.
Rerum domini.Virg.1.Æneid.
Stygis dominus,Pluto.Seneca Herc.OEth.4.
Iuſtitia ſummi rectoris ac domini numen.Cic.4.de Fin.

In diſcordia dominorum, domus beata eſſe non poteſt. Cicero 1. de Finib.
Ancilla & dominus relatiua. Cic.2.de Orat. Vt illud Naſicæ, qui quum ad Poetam Ennium veniſſet, eíque ab oſtio quærenti Enniú, ancilla dixiſſet,Domi non eſſe,Naſica ſenſit illam domini iuſſu dixiſſe,& illum intus eſſe.
Dominus & imperans. Cic. de Vniuerſit. Deus autem & ortu & virtute antiquiorem genuit animum,eúmque vt dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori.
Dominus & moderator. Cicero 2. de Legib. Sit igitur hoc iam à principio perſuaſum ciuibus, dominos eſſe omnium rerum ac moderatores deos.
Victor & dominus.Cic.6.Philipp.Sed quis vnquam tantis opibus, tantis rebus geſtis fuit, qui ſe Pop.Rom. victoris dominíq; omnium gentium tutorem dicere auderet?
Dominus in ſuos. Cic.pro Roſc.Amer.Ne tandiu quidem dominus erit in ſuos,dum ex iis de patris morte queratur.
¶Dominus ſimpliciter appellatur in Iure ciuili is, qui quoquo tẽpore vſu cœpit.l.ſi finita.§.Iulian.D.de damn.infect.
¶Domini quoque appellatio ad eos extenditur, qui rei alicuius proprietatem habent, etiamſi vſusfructus alienus ſit. Abuſuè tamen & filiusfamil. & cæteri liberi, qui in poteſtate ſunt, & vſufructuarij domini dicuntur.Hæc ex Vlpiano. ¶Sunt etiam amantiú verba dominus & domina, blanditiis apta. Ouid. Hæc tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella ſuo. Et iterum: Nã furor in dominam temeraria brachia mouit. ¶Sunt & coniugatorum inter ſe. Ouid. lib. 3. Triſt. de ſua coniuge,Nuntiet huc aliquis dominam veniſſe reſurgam.
Dominus,Qui in poteſtate habet.Cic.3.Tuſc.Qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum vetant XII. tabulæ. Id eſt rerum adminiſtrationem habere.
Res Venereæ tanquam dominus agreſtis & furioſus. Cic. de Senect. Bene Sophocles quum ex eo quidam iam confecto ætate quæreret vtererúne rebus Venereis, Di,i meliora, inquit: libenter verò iſtinc tanquam à domino agreſti & furioſo profúgi.
¶Acres domini.Lucret.lib.5.
Bonus, aſſiduúſque dominus. Cic. de Senect. Semper enim boni, aſſiduáque domini referta cella vinaria.
Breuis dominus,Id eſt qui non diu rerum potitur. Horatius 2. Carm.ode 14.
Immites domini.Seneca Herc.fur.7.
Iuſtus dominus alicuius rei.Vide IVSTVS.
Potens dominus.Virg.6.Æneid.
Superbi domini.Virg.12.Æneid.
Ignorare dominum noſtrum. Cic.4.Acad. Ita cogimur diſſenſione ſapientum dominum noſtrum ignorare.
Imponere dominum alicui. Cic.13.Philipp.Etiámne in noſtros liberos dominum & tyrannum comparabat?
Sui quenque iuris & retinendi & dimittendi eſſe dominum. Cic. pro Corn.Balbo.
Velle eſſe dominú in alicuius bonis. Cic.pro Domo ſua,Vna iuſta illa rogatione ſua vir bonus dominú ſe in meis bonis eſſe voluiſſet.
¶Dominus,pro Marito.Virg.4.Æneidos,
-connubia noſtra
Reppullit,ac dominum Æneam in regina recepit.
¶Dominus,qui gladiatores ſeu munus gladiatoriũ emerendi ſauoris cauſa dabat populo. Cic. ad Attic.lib.2.epiſt.19, Populi ſenſus maximè in theatro & ſpectaculis perſpectus eſt. nam gladiatoribus quà dominus,quà aduocati ſibilis conſciſſi.

Domina, huius dominæ {δέσποινα, κυρία.} vt, Cupiditas honoris,dura domina. Cic.in Parad. Et in Piſonem. Item lib. 2. de Fin. Dominæ rerum omnium virtutes. Virg.3. Æneid. Et vincti currum dominæ ſubiere leones.Hoc eſt Cybeles.
Herilis domina.Claud.5.Paneg.
Vna quædam virtus omnium domina & regina virtutum. Cicero 3.Offic.

Dominicus,pen.corr. Adiectiuum {κυριακός.} vt, Dominicus dies, qui antea dies ſolis dicebatur,quòd deo ſacer ſit.
Dominica fides.Paul.in l.cum de lanionis.§.dum de villico.D.de inſtruct.vel inſtrum.leg.
Dominicæ habitationes. Colum.lib.9.cap.1. Et Rationes dominicas pecuarias conficere, Varro 2.de Re ruſt.cap.10.
Pecunia dominica. Vlpian.in l.ſeruus.D.de fideiuſſoribus,Si verò extra cauſam peculij fideiuſſerit:quod ex pecunia dominica ſoluerit, æquè vindicabitur:quod ex peculio,condici poterit.
¶Dominicæ res appellantur res Cæſarum,tit.Ne rei dominic.vel templ.C.Et ſic Dominici coloni,in l.7.C.vbi cauſ.fiſcal.Imperatores enim Domini appellabantur, l.3.D.de his quæ in teſtam.delent. Idq; ſibi nomẽ primus vindicaſſe Caligula,diademate capiti impoſito,dicitur,vt eſt à Sex.Aurel.traditum. Auguſtus certè, vt inſolẽs nomen hoc ſemper reiecit, Tertulliano teſte cap. 34. Apologet. Amplexus verò ac libens Domitia. cui hoc titulo Martial.ſæpe aſſentatur.
¶Dominicum, pro Cœna dominica,ſeu cõmunione euchariſtiæ. Cyprianus in tractatu de Eleemoſyna, Locuples & diues dominicũ celebrare re credis, quæ corbanam omnino non reſpicis,quæ in dominicum ſine ſacrificio venis,quæ partem de ſacrificio,quod pauper obtulit,ſumis. Ex Eraſmo in Cyprianum.

Dominulus, forma diminutiua apud Scæuolam iuxta Noricum textũ, in l.vxorem.§.teſtamento.1.de leg.3.D.

Dominor,pen.corr.dominaris {κυριεύω,δεσπόζω,αὐθεντέω,δυναστεύω,τυραννέω,ὑπερέχω} dominari,Imperium gerere,& præeſſe.
Florere & dominari. Cic. 1. de Orat. Hæc vna res in omni libero populo, maximéque in pacatis tranquilliſque ciuitatibus præcipuè ſemper floruit,ſempérque dominata eſt.
Dominari & rerum potiri. Cic.4.Acad.Cleanthes qui quaſi maiorum eſt gentium Stoicus Zenonis auditor,ſolem dominari & rerum potiri putat.

Dominari

Dominari alicui regioni. Cic. pro Rabirio Poſth. Dominatus eſt enim(inquit)Alexandriæ, imò verò in ſuperbiſſimo dominatu fuit.
Victis dominari.Virgil.1.Æneid.
Dominari in aliquem.Ouid.1.Metamorphoſeos,
Sanctius his animal,mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet. Cic. de Senect. Si vſque ad extremum ſpiritum dominatur in ſuos.
Dominari in re aliqua. Seruius Sulpitius Ciceroni,lib.4.12, Caſus & natura in bonis dominatur. Virgil.2.Æneidos,
-incenſa Danai dominantur in vrbe. Cic. pro Quinctio, Nec vſque eo eamen vt in capite fortuníſque hominum honeſtiſſimorum dominentur hi,qui,&c.
In affectibus dominari.Quintil.lib.2.cap.5.
Potentia dominatur in ciuitate. Cic.pro Cecinna,Denique nimia iſta quæ dominatur in ciuitate potentia, in hoc ſolo genere quieſcit.
Vſus dicendi in omni pacata & libera ciuitate dominatur. Cic. 2. de Orat.
Conſilium dominatur in corpore.Lucret.lib.3.
Venus dominatur in mentes.Lucan.lib.5.
Fortuna in Repub.dominatur. Cic. Q. frat.lib.1.1,Neque enim eiuſmodi partes Reipub. geris, in qua fortuna dominetur, ſed in qua plurimum ratio poſſit & diligentia.
Dominari inter aliquos. Cæſar 2.bel.Gall. Ouid.3.Amor.eleg.5, Tu centum aut plures inter dominabere Nymphas.
Deus dominatur tota mente. Seneca Hippol. 2. Deum dicit amorem.
¶Dominor, aliquando paſſiuè capitur. Cic.lib.1.Offic. O domus antiqua,heu quàm diſpari dominare domino.
Multos dominatur per annos.Virgil.2.Æneid.

Dominans, pen. corr. Participium {κυριεύων.} Cic.2.de Finib.Maximas verò virtutes iacêre omnes neceſſe eſt voluptate dominante.
Fame dominante. Cic.pro Cluentio,Vt etiam beſtiæ fame dominante plerunque ad eum locum, vbi paſtæ aliquando ſint, reuertantur.
Libidine dominante non eſt temperantiæ locus.Cic.de Senect.
Nullo dominante ruunt equi, Id eſt nullo regente eos. Seneca Hippol.10.
Dominans ille in nobis deus. Cic.1. Tuſcul. Vetat enim dominus ille in nobis deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare.
Nomina dominantia.Horat.in Arte poetica.

Dominantior,Comparatiuum {κυριεύων μᾶλλον.} Lucret.lib.3,
Et magis eſt animus vitai clauſtra coercens,
Et dominantior ad vitam,quàm vis animai.

Dominatus, huius dominatus, pen. prod. {κατοχή} Principatus. Cic. 4. de Finib. Idem 4. Tuſcul.Dominatu regio Repub.liberata.
Dominatus & principatus. Cic.11.Philip.Caſſio verò ſententia mea dominatum & principatum dicari.
Poteſtas & dominatus. Cic.2.de Nat.deor.Itaque neceſſe eſt illud in quo ſit totius naturæ principatus,eſſe omniú optimum,omniúque rerum poteſtate dominatúque digniſſimum.
Cupiditatis dominatus.Cic.in Parad.Quid quum cupiditatis dominatus exceſſit, & alius eſt dominus exortus ex conſcientia peccatorum timor?
Copiæ,opes,maieſtas,dominatus.Cic.5.Tuſcul. De Dionyſio.
Impotens dominatus.Vide IMPOTENS.
Superbiſſimus dominatus.Cic.pro Rab.Poſth.
¶Dominatu,in datiuo dici Gellius ex Cæſare author eſt.Sic enim ait, C. etiam Cæſar, grauis author linguæ Latinæ in Anticatone: Vnius,inquit,arrogantiæ,ſuperbiæque, dominatúque. Hæc ille lib. 4.noct.Attic.cap.16.
Habere dominatum. Cicero in Parad.Iudex verò quantum habet dominatum!
Locari in dominatum,Vide LOCVS.
Occupare dominatum. Cic. 5. Tuſcul. Duodequadraginta annos tyrannus Syracuſanorum fuit Dionyſius, quum V & XX natus annos dominatum occepuiſſet.
Terrenorum commodorum omnis eſt in homine dominatus. Cic.2.de Nat.deor.
Nouo dominatu pulſum eſſe.Cic.pro Domo ſua.
Crudeli dominatu ab aliquo teneri vrbs dicitur.Cic.1.de Diuinat.
Quæ erat vrbs in Theſſalia, tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur.

Dominator, pen. prod. {κυριεύτης} Verbale:vt Dominator rerum deus. Cic.2.de Nat.deor. Plin.lib.36.cap.15.
Freti ſæuus dominator,Neptunus.Seneca Hippol.12.
Potens dominator.Seneca Herc.fur.13.

Dominatrix,pen.prod.huius dominatricis {κυριεύτρια.} Cic.1.de Inuentione,Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.
Dominatrix Creta freti.Seneca Hippol.2.

Dominatio, Verbale,fœm.gen. {κυριότης.} Cic.5.Verr.Qua impudentia putatis eum in dominatione fuiſſe,qui in fuga tam improbus ſit?
Contactus dominationis. Tacit.in vita Agricolæ,Oculos quoque à contactu dominationis inuiolatos habebamus.
Cupidines dominationis. Tacit.lib.13, Quæ cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans,&c.
Diuturnitas victoriæ & dominationis.Cic.Attico,lib.7.140.
Dominatio rationis in libidinem. Cic.2.de Inuent. Temperantia eſt rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio.
Flagitia dominationis.Tacit.lib.14,Cuncta eius dominationis flagitia in matrem tranſtulit.
Spes dominationis. Tacit.lib.14, Et conſiliis eiuſdem ad ſpem dominationis vteretur.
Dominatio regnúmque iudiciorum.Cic.2.Verr.
¶Aliena dominatio. Tacit.in vita Agricolæ.
Crudelis, ſuperba, ignominioſa, flagitioſa dominatio. Cicero 3.

Philip. Nemo eſt tam ſtultus,qui non intelligat, ſi dormierimus hoc tempore,non modò crudelem,ſuperbámque dominationem nobis, ſed ignominioſam etiam & flagitioſam eſſe ferendam.
Impotentiſſima dominatio.Liu.lib.4.Decad.4,Si audire iuuat vera dominationis impotentiſſimæ crimina.
Nimia atque aſpera dominatio. Pompon. in l.2. §. & quí placuiſſet.D.de orig.iuris.
¶Adipiſci dominationes. Tacit.lib.4, Dum adipiſcerentur dominationes multa charitate.
Captare dominationem. Tacit.lib.4, Quo facinore dominationẽ captauerit,expediam.
Nouam dominationem ſibi comparare.Cic.1.de Lege Agrar.
Comprobare dominationem. Liu. lib. 4. Decad.4, Et ipſum velut comprobata dominatione firmiorem futurum,&c.
Dominationem ſibi concupiuit. Tacit.lib.20.
Faſtidius dominationibus. Tacit.lib. 13, Segnis & dominationibus aliis faſtidiatus.
Dominationem habere in aliquem. Author ad Heren. lib.4, Non ſunt omnia committenda fortunæ,ne magnam nimis in nos habeat dominationem.
Vita ſub dominatione miſera eſt. Aſinius Pollio Ciceroni, libro 10.31.
Dominationem quærere.Cic.ad Attic.8.
¶Dominationem dici obſeruaui, quum filiusfamiliàs ius patriæ poteſtatis exit, ſuíque dominij & iuris, patérque familiàs efficitur. Id quia rarum eſt, idoneum cenſui quod hic inſererem. Feſtus,Regalia exta appellantur, quæ potentibus inſperatum honorem pollicentur: priuatis & humilioribus hæreditates: filio familiæ dominationem. Ex Turnebo.

Dominium {δεσπότης} Imperium & principatus. Varro 2. de Re ruſt. cap.6,In mercando item(vt cæteræ pecudes)emptionibus, traditionibus,dominium mutant. Sueton.in Tiberio,cap.59.
¶Dominium, Iuriſconſultis ius eſt de re corporali perfectè (quod ſaltua legum prohibitione fiat) diſponendi. Alciatus in l. traditionibus. C. de pactis. Diuiditur autem dominium in directum & vtile, l. j. §. fin. ſi ager vectig. Item in proprietatem & vſumfructum,l. qui vſumfruct.D.de verb.oblig. Sed & alias in iure inueniri dominij ſpecies indicat Alciat.in Parerg.quem vide.
Dominium à poſſeſſione differt. Dominium ius illud ſignificat, quo rem facimus noſtram, nobíſque propriam: poſſeſſio, in detenſione & occupatione rei ſpectatur. Illud in iure, quod habemus de ipſa liberè diſponendi,poſſum eſt: hæc in vſu rei, & detenſione magis verſatur: ipſa quidem dominio prior & antiquior, ſi rerum originem aſpicias,ſed iuris ordine,authoritatéque poſterior. Ex Connano,lib.3.cap.3.

D O N

DONACESA {δονάκησα} Phtiotidis mons, cuius meminit Plinius lib.4.cap.8.

Donaria,Donatium,Vide DONVM.

Donatus {δεδωρημένος} Participium à Donor. vide Dono in DONVM.

DONATVS,Nomen viri Grammatici doctiſſimi. Hic fuit diũ Hieronymi præceptor.

Donax {δόναξ} Calamus craſſiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungoſa replet medulla, fruticoſiſſimus, & non niſi in aquaticis natus,ſagittariis aptiſſimus,longiſſima habet internodia:& dum calefactus eſt,facilè flectitur. Ex Plinio,libro 6.cap.36. ¶Eſt item Donax,piſcis genus,cuius meminit Plin.lib.32.cap.vlt.

Donec,Aduerbium {ἕως,ἕωσ,ἐπάν,ἐπήν} Id eſt,quoad,vel quouſque. Plaut.Amphit.7,
Neque ita di me ament,credebam primò mihimet Soſiæ,
Donec Soſia ille egomet fecit ſibi vti crederem.
Vſque donec.Plaut.Milit.5. Terent.Adelph.4.6,
Certum obſidere eſt vſque donec redierit.
Vſque adeò donec.Plaut.Ciſtel.7. Terent.And.4.1,
Nunquam deſtitit orare vſque adeò donec perpulit.
Donec effecero, ſiue perfecero. Terent. Phorm.4.1. Ibidem,2.3.
Virgil.1.Æneidos,
-donec regina ſacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Donec peruentum eſt ad hæc tempora.Liuius. Virgil.eclog.6,
Cogere donec oues ſtabulis,numerúmque referre Iuſſit.
¶Donec,pro Quandiu.Ouidius,Donec eram ſoſpes. Idem,
Donec eris felix,multos numerabis amicos.

Donicum {ἑώσου} Idem ſignificat quod Donec, Quandiu, vel Quoad. Plaut.Capt.6,
Ego me amitti, donicum ille huc redierit. Idem Trucul.3. Cato cap.149, Donicum pecuniam ſatisfecerit, aut delegarit, pecus & familia quæ illic erit,pignori ſunto.

Dono,Donas,Vide DONVM.

Donum,huius doni {δῶρον,δώρεα.} Plin.lib.35.cap.10,Græci enim(ait) antiqui doron palmum vocabant: & ideo dona munera, quia manu darentur. Terent.Eunuch.5.9,Quod vis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Vbi Donatus, Donum,præmium eſt: & munus,præmium:ſed donum præmium diis datur:munus,præmium hominibus. Nam ſeparatim,donum deorum eſt,præmium virorum eſt fortium, munus hominú. & donum munúſque tam ante factum quàm poſt factum datur:præmium, nõ niſi poſt factum eſt. Donum, voluntarium: præmium debetur. Alij ergo ἄσυνθέτως pronunciant: primo donum:& ſic præmium,quaſi vnam partem orationis.
Donum eſt diuinum rationis & conſilij.Cic.3.de Nat.deor.
Muſarum dona.Horat.2.epiſt.1.
Donum atque munus. Cic.pro Archia, Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poetas: quòd quaſi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur. Idem pro Cluentio, Tantum donis datis muneribúſque perfecerat,vt,&c.

Donum à munere quid differat. Vide MVNVS.
Agreste donum. Sil.lib.13.
Amplissima imperatorum dona. Vide AMPLVS.
Breue donum exigui temporis. Seneca Hippol.6.
Cerealia dona, Id est panis. Sil.lib.7.
Ditia donis delubra. Ouid.2. Metam.
Ditia dona. Stat.10. Thebaid.
Dulcia dona. Claud.epig.40.
Exitiale donum. Virgil.2. Æneid.
Feralia dona. Ouid.9. Metam.
Grandia dona. Ouid.epist.3.
Grauia dona auro. Virgil.3. Æneid.
Iugalia dona. Ouid.3. Metam. -doníque iugalibus arsit.
Lenæa dona, vinum. Stat.4. Sylu.6.
Leuiora dona. Ouid.13. Metam.
Nuptialia dona. Cic. pro Cluentio. Vide NVBO.
Prælarga dona. Claud 4. Paneg.
Pretiosa dona. Seneca Medea, 10.
Prodiga dona. Stat.2. Sylu.1.
Donum regale interuersum. Vide INTERVERTO.
Regia dona. Virgil.1. Æneid.
Rustica dona. Ouid.2. de Arte amandi.
Suspecta dona. Virgil.2. Æneid.
Tristia dona. Virgil.3. Æneid.
Vberiora dona. Ouid. epist.16.
Venerabile donum. Virgil.6. Æneid.
Vile donum. Claud. de Laude Serenæ, 22.
Votiua dona. Seneca Hippol.2.
¶Abnuere dona. Seneca Thyeste, 6.
Abstinere dono & pactione, Vide ABSTINEO.
Accedent tibi à me dona. Vide ACCEDO.
Accumulare donis aliquem. Virgilius 6. Æneid. Vide ACCVMVLO.
Addere dono. Vide ADDO.
Adolere altaria donis. Lucret.lib.4.
Afferre Reip. donum. Cic. 1. Philipp. Non intermittebas quasi donum aliquod quotidie afferre Reipub.
Honore & donis celebrari. Virgilius 8. Æneidos. Proprium est deorum.
Votiuis donis templa colere. Seneca Hippol.2.
Conferre dona. Vide CONFERO.
Congesta dona vndique. Sil.lib.13.
Corrumpentia sensus dona. Claud.6. Paneg.
Deamata dona. Vide DEAMO.
Dare dona & munera. Cic. pro Cluentio, Tâtum donis datis muneribúsque perfecerat, vt, &c.
Dono dare. Terent. Eunuch. 4.6, Hanc tibi dono do. Ibidem, 1.2, Num solus dona dat?
Empta pax donis. Lucan. lib.10.
Exigere dona. Stat.10. Thebaid.
Expectata dona laborum. Valer.7. Argon.
Infecta dona facere. Vide INFECTVS.
Veneno illitum donum. Vide ILLINO.
Opulentum templum donis. Virgil.1. Æneid.
Honestis ornari donis. Horat.2. epist.2.
Peragere dona, Donare quod promiseras. Virgil.5. Æneidos,
Post vbi confecti cursus, & dona peregit. Vide PERAGO.
Rependere dona alicui. Stat.9. Thebaid.
Sacrata dona templorum. Valer.7. Argon.
Supplicibus donis superare aliquem. Virgil.3. Æneidos,
Iunoni cane vota libens; dominámque potentem
Supplicibus supera donis.
Tribuere dona alicui. Ouid.9. Metam.
¶Donum honorarium, Id est quod datur patrono: ab honore dictum, quòd huiusmodi muneribus clientes patronos suos soleant honorare. Neque enim, vt hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia suscipiebant, quod illo tempore ignominiosissimum putabatur. Grati tamen clientis erat, acceptum à patrono beneficium munusculo aliquo remetiri, quod illi donú honorarium vocabant. Budæus.
Donum & Munus, ait Vlpianus, sic differunt, vt genus & species. Nam genus esse donum Labeo, à donando dictum: munus speciem. Nam munus esse donú cum causa, vt puta, natalitium, nuptalitium, l.194. D. de verb. oblig.

Dono, donas {δωρέομαι, χαρίζομαι} donare, Munus dare. Plaut. Aulul. 2, Ab eo donatur auro, vxore, & filio. Huius compositum est Condono, de quo suo loco.
Inferi & donari ab arte dicitur res aliqua. Cic.1. de Orat.
Dono tibi hanc rem. Cæsar 7. bel. Gall. Prædam militibus donat. Sic 3. bel. Ciuil.
Dono te hac re, Dono te munere. Cic. pro Archia poeta, Itaque si ciuis Romanus Archias legibus non esset, vt ab aliquo Imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit? Suetonius in Vita Augusti, capite 51, Et ne enumerem quot & quos diuersarum partium venia & incolumitate donaros. Cornelius Nepos de Vita Attici, Auxit hoc beneficium alia quoque liberalitate: nam vniuersum frumento donauit.
Donare alicui multa largè & effusè, Hoc est, honorificè præmiari. Cic. pro Roscio Amerino, Non pauca suis adiutoribus largè effuséque donabat.
Circunspectius donare. Seneca de Benef. libro 3. capite 14, Hoc enim ipsum secuti sunt qui nullam legem huic constituerunt, vt circunspectius donaremus, circunspectius eligeremus eos in quos merita conferuntur.
Donare aliquem æternitate. Plin. lib.2. cap.7.
Auro donari. Propert. lib.3. eleg.23.

Corona donari. Cic. Luceio, lib.5.12.
Donare aliquem dono. Plaut. Stich.12. Sic Donare aliquem præmiis, apud Ciceronem pro Rosc. Amer. Et Donare militem donis, apud Liuium 4. bel. Pun.
Culpa grauis precibus donatur. Ouid.2. de Ponto, eleg.7.
Donare fugam alicui. Sil.lib.15.
Funera alicui donare. Sil.lib.15,
-& quot funera Pœnis
Donarunt praui suffragia tristia campi!
Donare aliquem gaudiis. Plaut. Aulul.2.7.
Immortalitatem alicui donare. Cic. in Pisonem, Mihi Pop. Rom. vniuersus illa in concione non vnius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatémque donauit.
Inimicitias suas Reip. donare. Cic. Metello, libro 5. 4, Tu tuas inimicitias, vt Reipub. donares, te vicisti: alienas vt contra Rempubl. confirmes, adduceris? Donares, id est permitteres.
Vtinam tibi istam mentem dij immortales donarent. Cic. 1. in Catil.
Connubia donare muneribus. Ouid. epist.11.
Munere promisso aliquem donare. Virgil.5. Æneid.
Dominam iubeo pretioso muncre dones. Ouid.2. de Arte.
Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat. Virg.5. Æneid.
Munera donare alicui. Cic.5. Tusc.ul.
Nomine donare. Lucret.lib.1,
Quòd patrio princeps donarat nomine regem.
Iuueni donare puellam. Catul. in Carm. Nupt.
Salute donare aliquem. Tibul.lib.3. eleg.1,
Sed primùm nympham larga donate salute.
¶Donare ad processus, Id est vt eo donatarius vtatur in pompa, vel quum in Principis est comitatu. Id enim significat processus in l. nam & Imperator. D. de donat. inter vir. & vxor. teste Alciato lib.3. de verb. signific. Vnde & alibi dicitur, l.1. C. de sent. pass. quum processisset, Imperator salutatus est. Propriè nanque dicitur procedere, qui pompa quadam procedit in publicum, veluti si sponsus procedat, aut sponsa: quod Virgil. dicit, Tandem progreditur.
Donare vacatione. Cic.2. de Nat. deor.
Dono te ob istuc dictum vt expers sis metu. Plaut. Asin.3.
¶Honoribus donandus infans. Stat.5. Thebaid.
Laurea donandus Apollinari. Horat.4. Carm. ode 2.

Donatus, pen. prod. Participium {δεδωρημένος, δωρητός} Cui aliquid dono datum est. Virgil.5. Æneidos,
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Æs alienum alicui ab aliquo donatum. Cicero Bruto, 6.4, Neque Dyrrhachini inficiantur, sed sibi donatum æs alienum à Cæsare dicunt.
Homo quasi diuino munere donatus Reip. Cic. de Arusp. resp.
Donati incolæ Latio. Plin. lib.3. cap.20.
Toro aliquo donata virgo. Claud.7. Paneg.
Promisso donata est munere pubes. Sil.lib.16.
Diuinitus æterna donata salute. Lucret.lib.5.

Donatio, Verbale {δόσις} Donationem propriè dici existimat Vlpianus, quum quis ea mente dat, vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti: & propter nullam aliam causam facit, quàm vt liberalitatem & munificentiam exerceat. quod si sub conditione fiat, non est donatio. Cic. in Orat. Vt corona aurea donaretur: eáque donatio fieret in theatro, populo conuocato.
Bonorum donatio. Cic.4. Philipp. Quos non bonorum donatio, non agrorum assignatio, non illa infinita Pompeij hasta fatiauit.
Donatio mortis causa, est, quum quis habere se mauult, quàm eum, cui donat: magísque eum, cui donat, quàm hæredem suum, l.1. D. de donat.
Donatio honoris causa, est, quam vxor marito ad honorem ac dignitatem aliquam consequendam facit. Caius l.42. D. de donat. inter vir. Nuper ex indulgentia principis Antonini recepta est alia causa donationis, quam dicimus Honoris causa, vt ecce, si vxor viro Laticlauij petendi gratia, donet, vel vt equestris ordinis fiat, vel ludorum gratia.
Donatio propter nuptias dicitur, quæ tum ante, tum post contractas nuptias à viro in mulierem confertur: ait Imper. §.3. de donat. & l.20. C. de donat. ante nupt.

Donarium, donarij {δώρημα} Donum est, non locus vbi reponitur donum, inquit Valla lib.1. Contrarium tamen dicit Seruius. Sipontinus, Donaria, ipsa dona, quæ diis offeruntur, & sacras mensas atque aras ornant. Macrobius, Ornamenta verò sunt clypei, coronæ, & huiusmodi donaria.
Donaria, abusiuè ipsa templa in quibus donaria offeruntur. Virg. 3. Georg. -ductos alta ad donaria currus. Gell. lib. 2. cap.10, Vbi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiosè donariis consecrata. Apuleius lib.2. Floridorum, Ibi donarium deæ perquàm opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & huiusmodi vtensilibus. De Iunonis fano apud Samum loquitur.

Donatarius, Cui quid dono datur, præsenti vel absenti. l. etiam. l. absenti. D. de donat. l. nec ambigi. C. eod. tit.

Donatiuus, Adiectiuum, Qui dona, e potest. Paulus, Si duobus debitoribus mortis causa donatiuus creditor, vni acceptum tulit, & conualuerit: eligere potest vtri côdicet. §. pen. l. Senatus consuit. D. de mort. caus. donat. Haloander hanc vocem non agnoscit, sed pro ea Donaturus reposuit.

Donatiuum, pen. prod. {ἐπίδοσις} Munus quod à principe vel imperatore donatur militibus: vt ob victoriam, aut adoptionem Cæsaris, aut auspicia imperij: dabatur & authoritatis in ipso tyrocinio, vt militaturis. Sueton. in Domitiano, cap.2, An duplum donatiuum militi donaret. Idem in Nerone, cap.7, Populo cõgiarium, militi donatiuum proposuit. Plin. in Paneg. Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donatiuum reddidisse, congiarium obtulisse, &c.

Pronuntiare

Pronuntiare donatiuum. Sueton. in Caligula, cap.46, Pronũtiatóq; militi donatiuo, centenis viritim denariis, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus: Abite (inquit) læti, abite locupletes.

Donaticæ coronæ {δωρητικαὶ στέφανοι} quibus victores in ludis donabantur: quæ postea magnificentiæ causa instituræ sunt super modum aparatæ capitibus, quali amplitudine siút quum lares ornantur. Festus.

Donus, doni {δίνος} Ponderis genus quoddam est, libram vnam & duodecim vncias continens. Sic Cæl. Rhodig. lib.10. cap.6.

DONYSA, pen. prod. {Δίονυσα} insula Cycladarum vna, cuius meminit Virgil.3. Æneid. -viridémque Donysam.

DOR

DORA {δῶρα} Fons inclitus Arabiæ, non procul à Daulote alio quoque fonte, de quo vide Plin. lib.6. cap.28.

DORACTE {δωρακτή} Insulæ nomen in sinu Persico, cui Mazena quidam præfuit, à quo Michropastes Satrapa, Darium fugiens hospitio acceptus est, nauigationis ducem postea fecit illi præbens, quò in patriam, quod quærebat, remearet. Ex Strab. lib.16.

Doratismus, doratismi {δορατισμὸς} Dicitur à Græcis, vbi hastis res geritur in pugna. Vide Cæl. Rhod. lib.8. cap.15.

Dorcas, dorcadis, pen. corr. fœm. gen. {δορκάς} Latinè dama dicitur. Martial. lib.13,
Delicium paruo donabis dorcada nato. Plin. lib. 28. cap.8, Dorcadis pelle collo suspensa.

Dorella, Droda, siue Drodella, Semen est aurei coloris, quod plerique legitimum referre Myagrum falsò existimant. Siquidem foliis rubiam nó æmulatur, sed syluestrem erucam, vt quæ laciniata spectentur: nec semen profert fœnogræco simile, sed papaueris modo exile. Author Matthiol. Senensa. apud Dioscor. lib.4.

DORCEVS, Dorcei, nomen canis apud Ouidium lib.3. Metam.

DORES, Herodoto lib.1, Populi sunt in Asia quos Crœsus subegit.

DORICA, Vide DORIS.

Dorides {δωρίδες} vt ex Æliio Dionysio refert Cælius, mensæ quædam coquinariæ sunt: sic dictæ ἀπὸ τῆ δόρυ, quod signat polire: vnde etiam inflectitur δόρυ, quod nunc hasta significatur, nunc simpliciter omne lignum. Vide Rhodig. lib.8. cap.15.

DORII, & Dorienses, siue Dories {δωριεῖς} Populi sunt Achaiæ, sic dicti à Doride, regione Græciæ, iuxta Maliacum sinum, cuius à tergo mons est Oeta. ¶Sunt & eiusdem nominis populi in Asia, Caribus vicini ad Carpathium mare, à superioribus oriundi, quorum frequés est mentio apud Herodotum lib.1.

DORILAEI {δωριλαεῖς} Phrygiæ populi, in conuentu qui à Synnada accipit nomen, vt scribit Plin. lib.5. cap.29.

DORION {δώριον} Messeniæ ciuitas, cuius meminit Plin. lib.4. cap.5. & lib.5. cap.29.

DORION {δώριον} Oppidum est Peloponnesi, iuxta quod Thamyras citharœdus Musas ad cantus certamen prouocauit. Meminit huius oppidi Plin. lib.4. cap.5. Item Lucan. lib.6,
-Pteolos, & Dorion
Ira nobile Pierium. ¶Est & eiusdem nominis oppidum in Magnesia, apud eundem lib.4. cap.10. ¶Tertium item in Ionia, minoris Asiæ regione, apud eundem lib.5 cap.29.

DORIPPE, Doripes {Δωρίππη} Vxor fuit Anij, quem Apollo ex Rheo Staphyli filia fusceperat. Hæc tres genuit filias, Oeno, Spermo, Elaida, quibus id impartiuit Dionysius, vt quicquid tangerent in triticum flatim verteretur, & vinum, ac oleum: vnde dictæ Cœnotropæ, quasi in nouas formas omnia vertentes. Cæl. Antiq. lect. lib. 7. capite 15.

DORIS, huius Doridis, pen. corr fœm. gen. {Δωρίς} Regio est Græciæ iuxta Maliacum sinum, cuius à tergo mons est Oeta, à qua Dorij siue Dorienses, siue Dories appellati. Ab his etiam Dorica lingua. Cic. pro Flacco. Doris item vrbs eius regionis. Dorios Plato appellatos existimat à Dorico quodam, à quo exules restituti sunt, quum prius Achiui nominarentur. Seruius verò à Dóro Neptuni filio nominatos affirmat. Sunt etiam qui à Doride Nympha Oceani & Tethyos filia nomen parent sumpsisse: quam Nereo fratri vxorem dedit, & ex qua magnus nympharum numerus procreatus est. Quæ quoniam maris dea est, aliquãdo pro mari à poetis vsurpatur. Virg. 10. eclog, Doris amara suam non intermiscear vndam.
Spumosæ Doridos antra vitrea. Stat.3. Sylu.2.
Amara Doris. Virgil. eclog.10.
Cærula Doris. Ouid.13. Metam.
Formosa Doris. Propert. lib.1. eleg.16.
Glauca Doris. Stat.4. Sylu.2.
¶Doris Locrensis, vxor Dionysij Syracusani. Cic.5. Tusc.ul.

Doricus, penult. corr. Adiectiuum {δωρικός} vt, Dorica castra. Virgil.2. Æneid.
Genus Doricum. Seneca Agamemn.6.

Doris, doridis, pen. corr. {δῶρις} Vestis muliebris Herodoto dicitur, quæ fibula partem alioqui hiantem subnecteret: eiusmodi nanque veterum mulierum gestamen erat. Sic autem dictam tradunt, quòd Doricum crederetur inuentum peplis fibulam addere in pectoris summo. Vide Cæl. Rhod. lib.14. cap.18.

DORIS, nympha, Vide suprà in DORIS, regio.

Doris, doridis, Herba est anchusæ similis, lanuginosior tamen, & minus pinguis, tenuioribus foliis, & languidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubeneem succum: & in hoc ab anchusa distinguitur. Hæc Plin. lib.22. cap.20.

DORISCVM {δωρίσκιον} Promontorium in Attica, à Pyræo XLII. M. pass. distans, tradente Plin. lib.4. cap.7.

DORISCI {δωρίσκοι} Arianæ regionis populi, de quibus Plin. libro 6. capite 23.

DORISCVS {δωρίσκος} Thraciæ locus est. Plin. lib.4. cap.11, Doriscus ex x millium hominum capax, ita Xerxes ibi dinumerauit exercitum. Fuit igitur tabulato cuipiam adsimilis, quo conferto quantum militum esset dignosci potuit. Alia enim ratio tantam multitudinem

numerandi non supperebat. Id quod pluribus lib. 7. Herodotus prosequitur.

DORIVS {δώριος} Fluuius Hispaniæ, qui Lusitaniam à Gallecia separat. Ptolem. Hunc Plinius appellat Turium. Vide TVRIVS.

Dorius, Adiectiuum {δώριος} Idem quod Doricus. vt Carmen Dorium. Horat. Epod.9. ¶Erat autem Dorium, cantilena ad virtutem incitans. Vnde prouerbium, A Dorio ad Phrygium. Vide Erasmum in Chiliadibus.

Dormio, dormis, dormiui, dormitum, pen. prod. {κοιμάω, νυστάζω, καταμύω, ἀφυπνόω, ὑπνόω} dormire. Cic. 2. de Diuinat. Contrahi autem animum Zeno & quasi labi putat, atque concidere, & ipsum esse dormire. Plaut. Trinum. 10, -dormibo Placidè in tabernaculo. Hic est futurum antiquum. quod & apud Catonem legitur, cap.5, Et valebit rectius, & dormibit libentius.
Dormire sine omni cura. Plaut. Trinum.9.
Altum dormire. Iuuenal. satyr.1.
Ex lassitudine arctius dormire. Cic.2. de Inuent.
Exiguum dormire. Plin. lib.10. cap.vlt.
Dormire in dexteram aurem, fiducia alterius. Est securum & incurium esse. Plin. epist. penult. lib.4.
Dormire otiosè in vtranuis aurem, Est animo otioso, secuto, vacuóque esse. Terent. Heaut.2.3,
-ademptum tibi iam faxo omnem metum,
In aurem vtranuis otiosè vt dormias.
Cubili vacuo dormire. Ouid.2. Amor. eleg.10.
In medios dormire dies. Horat.1. epist.2.
Dormiit ad horam tertiam. Cic. Attico, lib.10.205.
Ad lucem dormire. Vide AD præpositionem.
In lucem dormire. Horat.1. epist.19.
Dormire totum mane. Vide MANE.
Tam multum dormiens. Cic.2. de Diuinat. Nec tam multum dormiens vllo somno sum admonitus tantis præsertim de rebus.
Noctes longas dormire. Horat.2. Carm. ode 25.
Nox vna perpetua dormienda. Catull. ad Lesbiam.
In vrnuis dormire oculum. Plaut. Pseud. Sensum habet eundem cum eo. Dormire in vtranuis aurem.
Non dormire alicui, dicitur is qui nõ inseruit ei, neque per omnia gerit morem. Cic. ad Fabium Gallum, lib.7.25, Capius (opinor) olim, Non omnibus dormio: Sic ego, Non omnibus, mi Galle, seruio. Plutarchus in libro cui titulum fecit ἰφικράτης, fabulam super hac re non illepidam narrat. Quum Galba quispiam (aliis Cabbas, aliis Calbas vocatur) conuiuio Mecœnatem excepisset, sentirétque iam è nutibus hominem inflammatum in vxorem suam, sensim demisit caput, perinde quasi dormiret. At quum interea famulus quispiam ad mensam accedens, vinum clàm tolleret, ibi iam vigil & oculatus: Infelix, inquit, an nescisbas me soli Mecœnati dormire? Vide Erasm. in prouerb. Non omnibus dormio. Cæl. Rhod. lib.12. cap.16. Vide etiam PARARENCHO.
Dormit Sol quando non lucet. Plaut. Amphit.4.
Proficisci ad dormiendum. Cic.2. de Diuinat.
Ire dormitum. Horat.1. Serm. satyr.6.

Dormiens, Participium {εὕδων} Qui dormit. Significat etiam cessantem siue cessatorem. Terent. Adelph.4.5,
Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?
¶Dormientes, pro cessatoribus, incuriis, & negligentius sua agentibus. Hinc vulgatum illud, Vigilanti & non dormienti ius ciuile scriptum est. l. pupillus. in fin. D. quæ in fraud. credit. Vigilántes autem accipimus, qui suarum rerum satagunt.

Dormitio, dormitionis, Verbale. Varro Sexag. O stulta nostri pectoris dormitio vigilabilis. Et alio loco idem, Quid mihi cum somno, si dormitio tollitur? Nonius.

Dormito, dormitas, penult. prod. {ὑπνάω} dormitare, Leuiter dormio. Gallicè *Sommeiller*. Cic. ad Attic. lib.2. 3, Cœnato mihi & iam dormitanti pridie Calend. Maias epistola illa est reddita. Horat. in Arte poetica, -quandoque bonus dormitat Homerus. Hoc est negligenter scribit. Quandoque errat bonus poeta. Acron.
Dormitandum tibi non est: Hoc est, non cessandum, nõ negligenter curandum & agendum. Plaut. Epid.3.
Oscitans & dormitans sapientia. Cic.2. de Orat.
¶Dormitare videtur pro dormire accipi. Cic.1. de Diuinat. Ad lucem denique arctè & grauiter dormitare cœpisse.

Dormiscere {ὑποκαθεύδω} Idem quod dormire. Plaut. Corcul.7,
Caput deponit: quum dormiscit, ei subduco annulum.

Dormitator, pen. prod. Verbale {ὑποκαθεύδων} Qui soler dormire, & omnia negligentius agere. Plaut. Trinum.13, -mira sunt
Ni illic homo est aut dormitor: aut sector zonarius. Turnebus pro fure accipit.

Dormitorius, Adiectiuum {κατακλιτικός} vt Dormitorium cubiculum, vbi dormitur. Plin. lib.2. epist.17, Adhæret dormitorium membrum transitu interiacente. Idem lib.5. epist.101.
Carruca dormitoria. Vide Carruca, in CARRVS.

Dormitorium, Substantiuum {κατακλιτήριον} Locus in quo dormimus. Plin. lib.30. cap.6, Post hæc iubent eum in pariete dormitorij eius tectóve includi.

Doron {δῶρον} Palmum significat, & munus. Plin. lib.35. cap.14, Græci antiqui doron palmum vocabant: & ideò dora munera: quia manu darentur.

DORON {δῶρον} Ciliciæ oppidum, apud Plin. lib.4. cap.27. ¶Est item Doron, flumen Phœnices, authore eodem Plin. lib.5. cap.19.

Doronicus, doronici, Vulgus officinarum nominat radicem, quam in primis commendarunt Arabes, & præsertim Auicenna ad cordis affectus, contra venena & deleteria medicamenta. Plantam, cuius hæ sunt radices, hactenus non vidimus: quanquam asserit Ruellius foliis esse ferè acuti rumicis. Alij verò ea leucoio similia esse volunt. Doronicus Actuario Carnabadum dicitur. Affertur ex Alexandria Ægypti, & ex Gargano Apuliæ, sed viribus longè infirmior. Vide

Matthiol. Senens. in lib. 2. Dioscor.

Dorotheee, dorotheces {δωροθέκη} Hastarum repositorium Iulio Polluci, quam Homerus Syringa vocat Iliad. 19. Alij etiam Dorodochen. Vide Rhod. lib. Antiq. lect. 21. cap. 18.

DOROTHEVS {δωρόθεος} Pictor insignis fuit, Neronis principatu, qui Anadyomenen, quam tabulam Augustus dicauerat, carie consenescentem, renouauit, aut potius aliam pro ea sua manu substituit, vt refert Plin. lib. 35. cap. 10. ¶Alius fuit Dorotheus medicus, de quo idem Plin. lib. 22. cap. 22.

Dorpia {δορπία} Primus dies celebritatis quæ Apaturias Athenis vocabatur & celebrabatur: sic dictus, quòd sodales ad vesperam in vnũ coacti epularentur. Vide suprà in APATVRIA. & Suidam.

DERSENVS Fabius, Poeta comicus, cuius testimonio & versibus vtitur Plin. lib. 14. cap. 13.

Dorsum, dorsi, n. g. & Dorsus, huius dorsus, secúdum Probum {τόνος, μετάφορον ἀπὸ ζώων} dicitur tota posterior corporis pars, quòd ea deuexa sit deorsum, vt inquit Festus. Plaut. Milite,

Timeo quid rerum gesserim, ita dorsus totus prurit.
Caruum dorsum. Seneca OEdipo, 5. De Delphinis.
Subire onus dorso. Horat. 1. Serm. satyr. 9. De armentis dicitur.
Educto surgit in aer adorso. Lucan. lib. 2. De Apennino monte.
Pandum dorsum. Seneca Agamemn. 6. De delphinis.
Recurua dorsa campi. Claud. de Aponi balneis, 5.
Crepido longi dorsi. Stat. 1. Achil.
Duplici dentalia dorso. Virgil. 1. Georg.
¶Dorsum in mari. Virgil. 1. Æneidos, Dorsum immane mari summo. Idem 10. Æneidos,
Nanque insticta vadis, dorso dum pendet iniquo. Significat duriorem arenam, vt ait Seruius, quæ remeantibus fluctibus & cuntibus densatur, & in modum saxi indurescit: quod à nautis pulu. nus dicitur.
¶Dorsum, Promontorium. Plin. epist. 184. Hæc lacu propius, illa latius vtitur. hæc vnum sinum molli caruamine amplectitur: illa editissimo dorso duos dirimit. Dorso, id est promontorio in lacum prominente.
Dossum antiqui dicebant, quod nunc dorsum dicimus. Inde dossuaria iumenta à Varrone dicta, lib. 2. de Re rust. cap. 10, quæ dosso vehunt, Ad quam rem (inquit) habent iumenta dossuaria domini, alij equas, alij pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit. Ibidem, cap. 6.

Dorsualia, Budæo dicuntur, quæ igni opponuntur quum accumbimus.

Dorsualia {τὰ ὑπόνωτα} Tegumenta, quibus equi & boues teguntur. Iulius Capitolinus, Processerunt centeni albi boues, cornibus auro iugatis, & dorsualibus apricis discoloribus præfulgentes.

Dossuarius, Adiectiuum {τοπικόν.} vt, Dossuaria animalia, quæ dorso aliquid portant. Varro 2. de Re rust. cap. 6, in fine, Greges fiunt ferè mercatorum, vt eorum qui è Brundisino aut Apulia asellis dossuariis comportant ad mare oleum, aut vinum, itémque frumentum, aut quid aliud.

Dorsuosus, pen. prod. Adiectiuum. Solin. cap. 40, Ira incertis motibus nunc in breuia rescinditur dorsuosa, nunc æstibus inundatur inquietis.

DORTICVM, Ptolemæo cap. 9. lib. 3, Mysiæ superioris ciuitas, iuxta Danubium amnem.

DORVS, Neptuni filius, qui regnauit in parte Græciæ, à quo Dori dicti, auctore Seruio apud Virgil. Æneid. 2. ¶Meminit & Dori cuiusdam Diodorus lib. 6. à quo Dorienses dictos ait.

DORYCLVS {δορύκλος} filius nothus Priami, quem Aiax in bello Troiano interfecit, vt scribit Homer. lib. 11. Iliad. ¶Doryclus alter frater Phinei regis Thraciæ, de quo Virgil. lib. 5. Æneidos,
Fit Beroe Ismarij coniux longæua Dorycli.

Dorycnium {δορύκνιον} Strychni genus Theophrasto, radice candida, longa, cubitali, cauáque, folio erucæ maiusculo, caule quadricubitali, capite gethyi maiore, pilosióreque, pilulæ platani nõ absimili. Drachmæ pondere datur, vt sibi quis placeat, & pulcherrimum se existimet: duplicatum pondus maiorem insaniam creat, spectris vanis animo obuersantibus. Triplicatum perpetuas gignit furias, cui ponderi siquid adiiciatur, præsentem necem affert. Ab his effectibus à quibusdam solanum manicum appellatur. Dorycnium autem dictum putatur, quòd lanceæum cuspides in prælio eo tingerentur. Meminit & Plin. lib. 22. cap. 31.

DORYLAS, pen. corr. {δορύλας} ponitur ab Ouidio lib. 5. Metam. ditissimus agrestis opulentiæ. ¶Est item Dorylas Centauri nomen apud Ouid. 12. Metam.

DORYLAEVM, Ptolemæo cap. 2. lib. 5, magna Phrygiæ ciuitas. Plin. lib. 5. cap. 29, Dorylam vocat, iuxta quam oritur Hermus amnis.

DORYLAVS, rei militaris peritissimus, magna familiaritate Mithridati Euergetæ deiunctus, vt ait Strabo lib. 10. ¶Fuit & alter Dorylaus legatus Deiotari regis ad Cæsarem. Cic. pro Deiotaro.

DORYLENSES, populi. Cic. pro Flacco.

DORYLVS, Vnus ex Centauris. Sipontinus.

Dorypetron {δορύπετρον} Herba, quam alij Leontopodion vocant, cuius radix aluum siltit, purgátque bilem, in aquam mulsam addito pondere denariorum duũm. Nascitur in campestri & gracili solo. Plin. lib. 26. cap. 8.

Doryphorus, pen. corr. {δορυφόρος} Latinè spiculator vel satelles dicitur, portans lanceam. Plin. lib. 34. cap. 8, Cresilaus doryphoron & Amazonem vulneratam. De operibus ex ære loquitur. Cic. de Claris Orat. De horum laudibus tibi prorsus assentior: sed tamen non isto modo, vt dolycleti doryphorũ sibi Lysippus aiebat, sic tu suasionem legis Seruiliæ tibi magistram fuisse. ¶Est etiam viri proprium apud Quintilianum.

DORYTHEVS, Thermitanus, Agathini gener. Cic. 4. Verr.

Doryxeni {δορυξένοι} Dicuntur, qui belli occasione aliquorum hospites fiunt, cuiusmodi fuere Glaucus & Diomedes, quique captiuis liberandis legati munere funguntur. Traditum enim memoriæ est,

quũ inter Megarenses & Corinthios de imperio certaretur, captiuos in bello tam leniter habuisse, vt illos velut hospites inuicem tractarent, & sine pretio dimissos, doryxenos appellarent. Vide Cælium lib. Antiq. lect. 11. cap. 10. Et Alex. Genial. lib. 4. cap. 10.

D O S

Dos, dotis, fœm. gen. {δόσις, παρὰ τὸ δόμαι, τὸ δοτόν} Ea dicitur quæ marito ab vxore datur. Terent. And. 5. 4,
-dos est Pamphile,
Decem talenta. P. accipio. Idem Adelph. 4. 7,
Vxor sine dote venit: intus psaltria est.
Filia dines dote. Ouid. epist. 11.
Opes dotis. Ouid. epist. 12.
Formæ dos. Ouid. 9. Metam.
Oris dos. Ouid. 5. Metam. Intelligit donum eloquentiæ.
¶Dotes dapsiles. Vide DAPS.
Grandis dos. Horat. 1. Serm. satyr. 4.
Magna dos. Horat. 3. Carm. ode 24.
Dos, dotes naturę & fortunæ. Plin. epist. 3. lib. 3. ad Hispullam, Adest enim adolescenti nostro cum cæteris naturæ fortunæque dotibus eximia corporis pulchritudo.
Dotem profectitiam intelligunt Iureconsulti, quæ à patre vel parente profecta est de bonis eius. Aduentitiam esse dotem Iulianus ait, siquis certam quantitatem patri donauerit vt hanc pro filia daret.
Dos summa. Terent. And. 1. 1,
Vnicam, gnatam suam cum dote summa filio vxorem vt daret.
Vxoria dos. Ouid. 2. de Arte.
¶In malis ciuilibus dotem accipere. Cic. 11. Philipp. His, quasi præter dotem quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius.
Populos in dotem accipere. Ouid. epist. 7.
Conficere dotem filiæ nubili. Vide CONFICIO.
Deferre dotem viro. Vide DEFERO.
Despondere dotem alicui. Propert. lib. 3. eleg. 19,
Hanc igitur dotem virgo despondet hosti.
Doti dicere. Cic. pro Flacco, Doti inquit Valeria pecuniã omnem suam dixerat.
Dicta dos. Cic. pro Flacco, Quæcunque sine hoc authore est dicta dos, nulla est.
Meruit dote virum. Vide MEREO.
Promittere doti, & Doti dicere, idem est. Venuleius in l. si rem aliquam. 5. vltimo. D. de nouationibus, Alioquin quid dicemus si vnus delegauerit creditori communem debitorem, isque ab eo stipulatus fuerit: aut mulier fundum iusserit doti promittere viro, vel nuptura ipsi doti eum promiserit nam debitor ab vtroque liberabitur. Vide DICO.
¶Dos significat etiam quicquid alicui datum est vel à natura, vel ab hominibus. Martial. lib. 13,
Nec poteris similæ dotes numerare, nec vsus.
Ingenij dotes. Ouid. 2. de Arte.
Dote verborum locupletare & ornare artem aliquam. Cicero 1. de Orat. Cuius artem quum indotatam esse atque incomitatam, & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti.
Dotes vineis præparandæ. Colum. lib. 4. cap. 30.
Raræ dotes. Ouid. 3. Trist. eleg. 7,
Et raras dotes, ingeniumque dedit.
Dos caduca dicitur, quæ confisca est, l. si quis. §. j. D. de ritu nupt.
Dos est proprium patrimonium mulieris, l. 3. §. ergo etiam. D. de minoribus.
Dos aut profectitia dicitur, id est quam pater mulieris dedit: aut aduentitia, id est ea quæ à quouis alio data est. Mortua in matrimonio muliere, dos à patre profecta, ad patrem reuertitur, quintis in singulos liberos in infinitum relictis penes virum. Quòd si pater non sit, apud maritum remanet. Aduentitia autem dos semper penes maritum remanet, præterquam si is qui dedit, vt sibi redderetur stipulatus fuit. quæ dos specialiter receptitia dicitur. Hæc Vlpianus, titulo quinto eius libri qui inscriptus est, Tituli ex corpore Vlpiani.
Dos receptitia, specialiter dicitur, quam extraneus dans, vt ea sibi redderetur stipulatus fuit. Caius l. 31. §. 2. D. de mort. caus. donat. Sed & dos, quam quis in mortem mulieris à marito stipulatur, capitur sanè mortis causa: cuius generis dotes receptitiæ vocantur.
Dotes prædiorum, eæ fuisse videtur accessiones, quæ ex aliis prædiis ad vsum vnius fundi solebant venire, vt in exemplo quod est apud Vlpianum l. 9. §. 6. D. de vsufruct. Nam etsi vsusfructus fundi fuerit legatus, & sit ager vnde palo in fundum, cuius vsusfructus legatus est, solebat paterfam. vti, vel salice, vel arundine, puto fructuarium hactenus vti posse ne ex eo vendat. Hæc ex Connano, libro 6. capite 7.
Dotem manifestum est ex Græco esse: nam δόσιμος dicitur apud eos dare. Festus.

Dotalis, & hoc dotale, pen. prod. {προικῶος.} vt, Dotalia bona, & Dotales fundi, hoc est ad dotem spectantes, & in quibus dos mulieris collocatur. vel quas vir accepit pro dote mulieris. Plaut. Milit. 16,
Nisi modò vnum hoc, hasce ædeis dicas dotales tuas. Idem Asin. 3,
Dotalem seruum Sauriam vxor tua
Adduxit. Liu. 6. bel. Pun. Super dotem quam accepturus à socero es, hæc tibi à me dotalia dona accedent.
Agri dotales. Ouid. 5. Fast.
Dotalia prædia. Cic. ad Attic. lib. 15. 329.
Regnum dotale. Ouid. 6. Fast.
Tellus dotalis. Ouid. epist. 4.

Doto, dotas, dotare {τὸ διδόναι συνήθως} Vnde passiuum Dotor, à quo Participium Dotatus. Manil. lib. vlt. Tercia Pleiades dotabit forma sorores. Sueton. in Vespas. cap. 14, Vitellij hostis sui filiam splendidissimè maritauit, dotauitque etiam & instruxit.

Olea

Olea dotatur lacryma. Plinius lib. 12. cap. 17, In Arabia & olea dotatur lacryma, qua medicamentum conficitur à Græcis enhæmon dictum, singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus.
Dotanda toto mari. Claud. 7. Paneg.

Dotatus, Adiectiuum {ἐπιφορικόν} Cic. Att. lib. 14. 309, Dotata Aquilia.
Dotatum etiam latius intelligimus cum, qui bonis quibusdã animi, corporis aut fortunæ præditus est. Manilius lib. vltimo,
Tertia Pleiades dotabit forma sorores.
Dotata coniux. Horat. 3. Carm. ode 24.
Crimine dotata. Ouid. epist. 6.
Triumphis dotata mulier. Claud. de laude Serenæ.
Dotata vlmus vite. Plinius libro. 18. cap. 28, Vlmum vite dotatam habes.
Dotatissima. Ouid. 11. Metam. de filia Dædalionis,
Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma
Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.
¶Dotata, cognominata est Megulia, Romana quædã fœmina. Nã quum priscis seculis apud Romanos decem millia æris dotes non excederent, postea corruptis moribus, ad quadraginta millia supergressæ sunt, in tãtum, vt Megulia, quòd quingenta æris millia dotem dederat, Dotatæ, vt diximus, nomen tulerit. Alex. Genial. dier. libro 4. cap. 8.

DOSCI {δόσκοι} Populi sunt ex Mæotis, vt inquit Strabo libro 11. quem vide.

Dosis {δόσις} Latinè Largitio. Hac voce nostri hodie medici vtuntur pro proportione simplicium medicamentorum compositionem ingredientium.

DOSON {δόσων} Cognominatus fuit Antiochus ex Macedonum regibus quidam, quòd multa promitteret, pauca impleret, quasi daturus. Vide Erasm. in Chiliad. & Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 11.

D O T

Dothien {δοθιήν} Abscessus cum tumore, qui ex crassis humoribus in carnosis plerunque locis fit: mitis, quũ in sola cute coierit: maleficus autem, nec facilè curabilis, quũ ex alto in summam cutem emergit. Vide Marcell. Virg. in Dioscor. lib. 2.

DOTION {δοτίων} Magnesiæ ciuitas Plinio lib. 4. cap. 9.

DOTIVS campus {δότιον πεδίον} Thessaliæ locus est, in quo Athamanũ sedes à posteris locatas exutisse ferunt. Huius meminit Hesiod. & Strabo libro 9.

D R A

DR. vel DRV. Drusus.

Drabe, es {δράβη} Herba est cubiti altitudine, gracilibus virgulis, quarum latera vtrinque vestiunt folia, quæ planè Lepidij videretur, nisi teneriora essent, candidioráque. In cacumine sambuci vmbellam gerit, in qua candidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum periti Orientale nasturtium: alij Babylonium vocauerunt. Vide Ruell. lib. 2. cap. 89.

DRABVS {δράβος} Fluuius. Strabo lib. 7, Naupõto proximus est fluuius Corcoras, qui onera excipit: hic sanè Sauum intrat, Sauúsque in Drabum ingreditur, hic verò in Noaron penes Segestam. Hæc ille.

Dracæna {δράκαινα} Draconis fœmina dicitur.

Dracanides {δρακαμίδες} Dracunculi pisces, qui similes sunt graculo pisci. Hermol. in Plin. lib. 32. cap. 11.

DRACANVM {δράκανον} Promontorium, distans à promontorio Samiorum, quod Cantherium vocant, stadijs octoginta, in quo inest Dianæ templum, quod de nomine promontorij Dracanum etiam dicitur. Strab. lib. 14.

DRACCVS, Achærorũ dux, L. Mumio Romanorum duce victus, de quo Liuius sic scribit lib. 52, Cum Achæis (inquit) qui in auxilium Bœotios & Chalcidenses habebant, Qu. Cæc. Metellus ad Thermopylas bello confluxit, quibus victis, dux eorum Critolaus, veneno sibi mortem conscíuit. In cuius locum Draccus dux creatus, apud Isthmon, à L. Mumio victus est, &c.

Drachma, huius drachmæ {δραχμή} Octaua pars vnciæ: quæ sex obolos pendebat. Tres solidos nostros tutonicos & dimidiam valebat. Cic. 1. de Diuinat. Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt. Dicta autem Drachma ἀπὸ τῶν δράττεσθαι, eo quòd sex oboli manum id est τὸν δράττεσθαι implebant, vt inquit Eusthatius.
Binæ drachmæ ponderis. Plin. lib. 11. cap. 37.
Drachma, non modò pondus denarij Romani, sed etiã nummum significat, eodem pondere percussum ab Athenien sibus. Plautus Trinum. 8, Trapezitæ mille drachmarum Olimpicũm, quas de ratione debuísti, reddi æ. Ex Budæo. Terent. And. 2. 6,
Vix inquit drachmis obsonarus est decem.

Drachmalis vsura, Græcis dicebatur, quam Latini centesimam appellant. Est enim drachma centesima pars minæ. Sic fit vt centesima vsura æquare sortem dicatur, quia centesimo mense drachma in minam euadit. Vt enim Romani ab assibus, sic Græci à drachmis vsuras denominarunt. Vide Bud. lib. de asse.

DRACO {δράκων} antiquissimus Athenien sium legislator ante Solonem, cuius leges Solon ipse, præter quàm quæ de cæde erant constitutæ, abrogandas curauit, propter seueritatem. Nam vna omnibus pœna constituta erat, vt etiam qui desidiæ damnati essent, aut qui olera surripuissent, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat, Draconem non atramento, sed sanguine leges scripsisse. Vide Gellium lib. 12. cap. 18.

DRACO, Mons Asiæ nobilissimus, Mastusiæ conterminus, & in Tmolũ desinens. Vide Plin. lib. 5. cap. 29.

Draco, huius draconis, m. g. {δράκων} Genus animalis venenosi. Solinus cap. 43, scribit veris draconibus ora parua esse, & ad morsus non dehiscentia, sed arctas fistulas, per quas trahunt spiritus, & linguas exerunt. Apud Indos & Æthiopes dracones sunt viginti cubitorum. Vide Plin. lib. 8. cap. 11. 12. & 13. Cicero 13. Philipp. An is non reddet qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco? &c. De Dracone vide Ælianum, Nicandrum, & Aristotelẽ, & Prouerb.

in Chiliad. Serpens ni edat serpentem, draco nõ fiet. ¶Est & marinus sue piscis draco, cuius itidem Aristot. & Ælianus meminerunt. ¶Et sydus apud Proclum de Sphæra.
Aligeri dracones. Valer. 7 Argon.
Iubatus draco. Author ad Herenn. lib. 4.
Insomnis draco. Ouid. 9 Metam.
Insopitus draco. Ouid. 7. Metam.
Sæui dracones. Valer. 1. Argon.
Squamosus draco. Virg 4. Georg.
Terribilis specie tortúque draco. Cic. 2. de Diuinatione,
Vidimus immani specie tortúque draconem
Terribilem. Ex poeta.
Vastus draco. Ouid. 4. Metam.
Vigil draco. Valer. 2. Argon. Intelligit Colchicum illum.
Conuoluti in semet dracones. Vide CONVOLVO.
¶Dracones à Plinio lib. 17. cap. 23, dicuntur ex tortuosi tatum similitudine palmites emeriti, pluribúsque annis indurati.
¶Dracones, dicti ἀπὸ τῶ δρακεῖν, quod est videre. Clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem: qua ex causa incubantes eos thesauris finxerunt antiqui. Ideóque Æsculapio attribuuntur, quòd vigilantissimi generis putantur, quæ res medicinæ maximè necessaria est. Festus.

DRACONIGENA, pen. cor. {δρακοντογενής} à poetis dicebatur vrbs Bœotiæ: quia à Cadmo cum quin que virís, ex dracone ipso interfecto natis constructa fuit. Dicitur & Thebæ. Ouid. 3. Fastorum,
Inque draconigenam nymphis comitantibus vrbem
Desilit, & natos eripit inde suos.

Dracónites {δρακονίτης} siue Dracontias, Gemma est, quæ fit ex cerebro draconum, sed non nisi viuentibus abscisso gemmescit, inuidia animalis mori se sentiẽtis. Quapropter mos est amputare caput dormientibus. Est autem colore tralucido, nec poliri potest, aut artem admittere. Plin. lib. 33. cap. 10.

DRACONON, Thraciæ insula, non longè à Cherroneso, de qua Plin. lib. 4. cap. 12.

Dracontium {δρακόντιον} Medicis affectus quidam est, de quo sic Gal. lib. introduct. seu medic. Dracontia varicibus similia sunt, magnum verò dolorem dum paululum prominentes mouentur, concitant. Oportet autem duplis, vt varicibus, summam curẽ derrahere, sicque præcidere.

Dracontium {δρακόντιον} Herba hortensis est, teste Dioscoride, folio hederæ, magno, & candidis notis insigni, caule recto, bicubitali, versicolore, maculis respersо purpureis, ita vt anguem planè referat. Officinæ *Serpentariam* & *Colubrinam* appellant. Plinius lib. 24. cap. 16. ¶Est etiam hoc nomine genus viris apud Colum. lib. 3. cap. 2, quod vini generositate cum aminæis conferri possit. Vnam, inquit, vitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca cõsuetudine Dracontium vocari comperimus, quæ fœcunditate, iucunditatéque, arcellatæ, basilicæque, & bituricæ comparari posset: generositate vini, aminææ.

Dracunculus, Medicis vlcus est, quod à parte propinqua ad ipsum nerui delationem habet: dictus quòd neruus mouendo corporẽ in vlcus recidat, in eóque occultetur. Gal. lib. Finit. medic.

Dracunculus, pen. corr. {δρακοντία} Herbæ genus. Plin. lib. 24. cap. 16, Dracunculus subrutilem radicem & draconis conuoluti modo habet: vnde ei & nomen. Vide & lib. 25. cap. 2. Vulgus pharmacopolarũ vocat *Iarum*. Alij *pudendum sacerdotis*. Lege Ruell. lib. 2. cap. 96.

Dragma, atis {δραγμή} Apud Græcos dicitur, quod nos rapinam, aut manipulum dicimus, hoc est quantum vna manu comprehendere possumus.

Drama, huius dramatis, pen. corr. neut. gen. {δρᾶμα} Rei repræsentatio, Actus Comœdiarum vel Tragœdiarum, fabula. Vnde dramaticum opus vel poema in quo solæ personæ aguntur, absque poetæ interlocutione.
Drama decertare ad corollas, Prouerbium ductum ab histrionibus, quibus non nisi dramate absoluto datur corona. Hoc rectè vemur, vbi quis in primo haudquaquam deficiens puluere, nec veluti cantherius in fossa, patienter integrum rei cuiuspiam laborem subit, nec definit prius, quàm vmbilico summam additerit manum. Sic vsurpat Plutarchus, vt refert Cæl. Rhod. lib. 6. cap. 19.
Dramaticus stylus dicitur, qui mistus non est, vbi poeta nusquam loquitur, vt sunt Comœdiæ & Tragœdiæ: Exegematicus, in quo solus poeta mistus, vbi promiscuè & poeta & persona. Dictus Dramaticus, quasi actiuus, à δράω, facio. Vide Platon. 3. de Repub.

DRANCES {δρᾶγκης} Orator fuit Latini regis, infestissimus Turno Rutulorum regi, vt est videre apud Virg. lib. 11,
Tum Drances idem infensus, &c.

DRANGAE {δράγγαι} Arianæ regionis populi, quorũ meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

DRANGIANA, Prouincia in Asia maiori: de qua vide Ptolemæum lib. 6. cap. 19.

Drapetinda {δραπέτιδα} Puerilis ludus est, nõ dissimilis huic quam Myandam vocant, quũ vnus ex pueris clausis oculis clamat, caue, caue, reliqui fugientes, sibi quisque nec capiatur, cauet. Vide Polluc. de Symposior. ludis.

DRATIANA {δραγιάνη} Regio est Ariæ contermina, vsque in Charmaniam protendens, de qua Strab. lib. 11.

Draucus, drauci, Qui alterius libidini obsequens, præpostera venere mares init, à verbo Græco δράω, id est ago. Qui verò ab his subagitari gaudent, Pathici appellantur, ἀπὸ τῶ πάσχειν, hoc est à patiendo. Martial. lib. 1. ad Scazontem suum de fellatore quodam,
Vnà lauamur, aspicit tibi surfum,
Sed spectat oculis deuorantibus draucos,
Nec otiosis mentulas videt labris. Id est auidissimè intuetur bene mentulatos, & optat. Qui etiam turpiter obscecundat pædiconi, Cinædus vocatur.

DRAVS {δράος} Pannoniæ fluuius violẽtior, è Noricis ortum habens,

& in Danubium semper nauigabilis defluens. Author Plinius libro 3.cap.25.

DRAVSI, Thraciæ sint populi, qui, vt scribit Herodotus lib.5.ad editum puerorum sedentes plorant, & quascunque necesse sit illi qui vitam ingressus est, perpeti humanas calamitates recensent. Fato functos magna lætitia sepeliunt. Vide Herodotum.

D R E

DRECANVM {δρέκανον} Locus quidam est Coorum vrbem, Con nomine, ab occidente distenminans, cuius meminit Strab.lib.14.

DREPANE, Insula est eadem cum Corcyra, quam Homerus etiam Scheriam, & Phæaciam vocat. Vide Plin.lib.4.cap.12.

Drepanis, Auis, cuius meminit Plin.lib.11.cap.47.

DREPANVM, pen.corr. {δρέπανον} Ciuitas Siciliæ est non longè à monte Eryce trans Lilybæum. Virg.3. Æneid.

Drepanitanus, pen.prod. Adiectiuum. Cicero Verr.6, Apollonium Niconis filium Drepanitanum omni argento optimè facto spoliasti.

D R I

DRILON {δρείλων} Ptolemæo, cap. 17. lib.2, Dalmatiæ fluuius, qui à Scardo monte profluit, iuxta medium superioris Mysiæ. vulgò *Drino*. Vide Strabonem lib.7.

DRIMACHVS, Dux fugitiuorum, à Chiis vt deus cultus. Hic senex puero se iugulandum dedit: sepultus à Chiis, sacello erecto. In somnis sæpe de fugitiuis Chios monuit. Herois propitij fanum quidam dixerunt. Athenæus.

DRIMATI {δρειμάται} Arabiæ populi, non longè à Mizis maioribus & minoribus distantes. Plin.lib.6.cap.28.

DRIMO {δρῖμω} Vna ex Alcyonei gigantis filiabus, quæ cum reliquis ex Pallenes promontorio in mare dans se præcipitem, ab Amphitrite in auitiam gentem est cooptata, vt Pausanias tradit, quem vide.

DRIMYPHAGIA {δριμυφαγία} Medicis dicitur, quú ciborum acrementa, siue, vt ait Palladius, acredines quærerentur, quibus oboturberur stomachus, atque ad vomitum fiat procliuior. Meminit Rhod.lib. 21. cap.9. Vide Marcell. Virg.lib.2. Comm. Dioscor.

DRINIVS {δρῖνις} Illyrici fluuius, cuius meminit Plinius libro 4. capite vlt.

DRIODONES {δρεσόδονες} Dij quidam fuere, à Lacedæmoniis olim culti, de quibus Hesychius.

Drion {δρίων} Tumulus est in agro Saunio, circa quem basilicæ móstrantur: vna quidem Calchantis in summo vertice, & cui perentes oracula nigrantem immolant arietem, & strata in pelle dormiunt. Altera Podalirij in infima montis radice posita. Author Strabo libro 6.

DRISON {δρῖσων} Ciuitas in Epiro: & item alia in Thracia, cuius meminit Demosthenes contra Timocratem.

D R O

Dromas, dromadis, pen.corr. {δρομάς} Id est camelus. Liu.7.bel.Maced. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli, quos appellât dromadas.

Dromades cameli inter dona erant, velocitatis eximiæ.

¶Dromas nomen canis, apud Ouid.3.Metam.

Dromas, adis {δρομάς} Piscis apud Aristot. Gaza vertit Cursoré. Plin. lib.32.cap.vlt Dromonem vocat, à pernicitate appellatum.

DROMEVS {δρομεύς} Parasitus quidam fuit, à quo quú quæsisset nescio quis, In vrbe, an apud Chalcidem lautius pararetur conuiuium, Gratius, respondit videri Chalcidensis cœnæ prooemium, ostreorum numero, & varietate. Refere Cæl.Rhodig.lib.25.cap.26.

DROMICHAETIS {δρομιχαΐτης} Successorum Alexandri temporibus Getis imperitans, Lysimachum aduersus se belligerantem vinum ceperat: cui quú suam, genúsque suæ commonstrasset inopiam, similitérque contentos re sua homines, Ne talibus (inquit) mortalibus bellum infer, sed eis potius amicitiæ vtere. His dictis donatum hospitaliter Lysimachum, & amicitia sibi deuinctum liberauit. Ex Strabo lib.7.

Dromicus {δρομικός} Inter athletas dicitur, qui pedibus diu ac citissimè mouetur. Latinè Cursor verti potest. Author Cæl.ex Aristotel. lib.antiq.lect.13.cap.30.

DROMISCOS {δρόμισκος} Insula Mileto nunc iuncta, authore Plinio lib.2.cap.89.

Dromones {δρόμωνες} Nauigia sunt celetrima, quasi cursoria. Cassiodorus lib.variar. eorum meminit, vt opportunorum ad rem frumentariam conuehendam, & ab his dromonarios vocat, eorum nauiculatios. Meminit & dromonum Procopius lib.3.de bell. Goth. qui & eis à Bellisario propugnacula addita ad arcendos hostes ait, quó obsessis à Totila Romanis opem ferret. Iustin. in l. 2. C. de off. Præf. Præt. Afric. Milites, inquit, constituas, qui possint & ipsum traiectum seruare, & omnia, quæ in partibus Hispaniæ, vel Galliæ, siue Francorum agantur, viro spectabili duci denuntiare. In quo traiecto etiam dromones quantos prouideris, ordinari facias.

Dromos {δρόμος} Latinè cursus dicitur: vnde Catadromus, Vide suo loco.

DROMOS Achilleos, Peninsula. Plin.lib.4.cap.12, Insula Achillis, tumulo eius viri clara. Et ab ea centum triginta quinque millia passuum peninsula, ad formam gladij in transuersum porrecta, exercitatione eiusdem cognominata Dromos Achilleos, cuius longitudinē octoginta millium passuum tradidit Agrippa.

Dropa, dropæ {δρόπη} posita Polluci lib.5.cap.16, inter ornamenta mulierbria, & iterum lib.7.cap.22, ad finem, vbi Gualtherus inaures vertit.

Dropax, huius dropacis, pen.corr.m.g. {δρόπακι} vnguenti genus. Martial.lib.10.epigram.65.in Carmenionem,

Læuis dropace tu quotidiano:

Hirsutis ego cruribus, genísque. Est autem δρόπακι, vnguenti genus vim habens depilandi, quo nomine veteribus cuncta illa intelligun-

tur, quibus in balneo, aut alibi, antiquitas ad depilanda corpora vtebatur. quanquam simplicissimè dropax nihil aliud sit, quàm picatio appellata, cóstans ex pice sicca paucissimo oleo liquata, velut Actius 3.cap.190. & Paulus lib.7.cap.19. tradunt.

Dropacismus {δροπακισμός} Medicis appellatur dropacis insperso, quæ in medendi vsu rationem habet plerunque ad euocanda in corporum superficiem, quæ altius insinuata latitant, nocéntque. Vide Cæl.Rhod.lib.15.cap.11.

Drosallis {δροσαλλίς} Vitis species, sic dicta apud Bithynos, de qua ἑκλογῶν quinto apud Græcos plura. Vide Cæl.Rhod.lib.11.cap.16.

D R V

DRVENTIA, Fluuius. Plin.lib.3.cap.4. Vnde dictum multo Galliarum fertilissimus Rhodanus fluuius, ex Alpibus se rapiens per Lemanum lacum, segnémque deferens Araxim, nec minus seipso torrentem Ararim. & Druentiam.

DRVENTVM {δρούεντον} Fluuius, & eiusdem nominis oppidum, de quibus meminit Strab. lib 5.

DRVGERI, Thraciæ populi, Hebrum accolentes, vt vult Plinius libro 4.cap.11.

DRVIDAE, siue Dryadæ, pen.corr. horum Druidarum {δρυϊδαί} Gallorum magi. Vide Cæsarem, lib.6.bel.Gal. Lucanus lib.1,

Et vos barbaricos ritus, morémque sinistrum
Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis. Cic.lib.1. de Diuinat.

Siquidē & in Gallia Druidæ sunt, è quibus ipse Diuitiacum Hedúi cognoui, qui & naturæ rationem, quam Physiologiam Græci appellant, notam esse sibi profiterbatur: & partim augurijs, partim coniectura, quæ essent futura, dicebat. Plin.lib.30.cap.1, Nam Tiberij principatus Druidas Gallorum sustulit.

Druides, horum Druidum, his Druidibus {δρυίδαι} Idem qui & Druidæ. Cæsar bel.Gall.lib.6. Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum Equitum. Paulo pòst, His autem omnibus Druidibus præest vnus, qui summam inter eos habet authoritatem. Ibidem, Druides à bello abesse consueuerunt. Nomen habere putantur à Græca dictione δρῦς, quæ quercum significat, sed & omne genus arboris. Plin.lib.16. cap. vltimo, ad finem, Nihil habent Druidæ (ita suos appellant magos) viſco & arbore in qua gignatur (si modò sit robur) sacratius. Iam per se roborum eligunt lucos, nec vlla sacra sine ea fronde conficiunt: vt inde appellari quoque interpretatione Græca possint Druidæ. Vide ibidem plura.

Drungus, drungi, Globus. Vegetius lib.3, Scire dux debet cótra quos drungos, hoc est globos hostium, quos equites oporteat ponere. Hactenus drumos mendosè lectum est. Hæc vox hodiéque integra vsitatur apud Vopiscum in Probo, nisi quòd ita excusa est, vt populi nomen esse videatur, quum tamen globum significet. Eius verba sunt, Triumphauit de Germanis & Blemijs, omnium gentium drungos vsque ad quingenarios homines ante triumphum duxit. Turnebus.

Drupæ, Oleæ sunt nondum edules & teneræ, neque oleorum modò, sed alias quoque baccas ita vocamus. Hermolaus in Castig. Plin.lib. 15.cap.1. & cap.7. Item lib.12.cap.27.

Drusiani enses, Vide DRVSVS.

DRVSILLA, Tiberij Imperatoris mater fuit, cui, quum moris esset Augustis mulieribus pro mulierbri fastigio lictores præcedere, lictorem decerni minimè passus fuit filius, licet Augustus illam in familiam, noménque Augustæ testamento asciuisset. Alexand. Genial. libro 1. capite 27.

DRVSILLANVS, nomine Rotundus, seruus Claudij Imperatoris, dispensatórque Hispaniæ citerioris, quingenariam lancem ex argento habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat: & comites eius, octoquinquaginta librarum. Verba sunt Plinij lib.33.cap.11, vbi de lancibus immodicis agit.

DRVSOMAGVS {δρυσόμαγος} Ptolemæo vrbs Rhetiæ. hodie Campidona, vulgò *Kempten*.

DRVSVS, Cognomen fuit Liuiorum. Hoc M.Liuius duce hostiú Drauso cominus trucidato sibi asciuit, & ad posteros propagauit, vt Sueto nius author est in Tiberio. ¶Fuit hoc cognomine dictus M.Liuius, qui ob eximiam aduersus Gracchos operam patronus Senatus appellatus est. vt scribit eodem in loco Sueton. & Cicero in Bruto. ¶Fuit item Drusus illius filius, qui nobilissimus, sanctissimus & eloquentissimus à Patercolo dicitur. Hic Senatui iudicia, quæ lege Sempronia ad equites transiata erant, restituere conatus est, quod beneficium quú sperni à Senatu videret, ad plebem se contulit, & varias seditiones excitauit, propter quas tandem in atrio suæ domus rediens è foro, est occisus. Vell.lib.2. Suet.in Tiberian. Cic.in Bruto. App.lib.1. ¶Fuit & Drusus filius Iuliæ sororis Augusti, qui à deuictis nonnullis Germaniæ populis appellatus est Germanicus. Ab hoc dicti sunt Drusiani enses, quòd petulantia insignis adeò immiti & sanguinaria fuisset natura, vt scribit Dion, vt enses præacuti ab eo cœperint dici, Quibus quú angeretur Tiberius, Me, inquit, superstite, nihil efficies violentum, τὸ δ' ὄξος σου, quòd si ausus fueris, οὐδὲ τελευτήσαντος. Meminit Cælius Rhod.lib.11.cap.13.

D R Y

DRYADES, penult. corr. {δρυάδες} nymphæ sunt (inquit Seruius) quæ inter arbores habitant. Hamadryades autem, nymphæ sunt quæ cum arboribus nascuntur, & pereunt.

Dryades puellæ. Virg.1.Georg.

Procaees Dryades. Claud.in Epithal. Palladij.46.

Semideæ Dryades. Ouid.epist.4.

DRYAS, antis {δρύας} Filius Hippolochi, & pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteoclis partes sequutus, quum in pugna Parthenopæum lethali ictu vulnerasset, à Diana sagittis occisus est. Statius,

Horrendúmque Dryanta mouet, &c.

DRYANTIADES {δρυαντιάδης} Dictus est Lycurgus Thraciæ rex, à patre Dryante. Ouid.in Ibin,

Vtque Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti.

DRYMAE, Achiuorum colonia, teste Herodoto.

DRYMODIS, pen.prod. {δρυμώδης} prius dicebatur, quæ nunc Arcadia, deinde Pelasgis appellata est. Plin.lib.4.cap.6.

DRYOPES, pen.corr. {δρύοπες} Populi sunt Epirotici, de quibus Plin. scribit in Præfatione lib.4. ¶Sunt & Dryopes, authore Seruio, populi iuxta Parnassum. Virg.4. Æneidos,

Cretésque, Dryopésque fremunt, pictíque Agathyrsi.

Dryinas, aut vt quidam vocant Dryinos {δρυῖνος} Animal est in quercúi radicibus hærens, quod ad perniciem adeò potest, vt supergressu tantùm excidat pedum cutis, intumescántque insignicer crura tota. Id verò mirabilius, si quis mederi velit, manus itidem excoriantur. Quod si interimere adoriatur quispiam, pessimo inficitur odore, itémque odoratur aliud nihil. Dryinas autem appellatur à loco, vbi victitat ferè. Hæc ex Paul. Ægineta, lib.3. ἐλαφικῆς θεραπευτικῆς, refert Cæl.Rhodig.lib.7.cap.28. Vide & Dioscoridem lib.4.

Dryites, Gemma, è truncis arborum sic dicta, quæ & ligni modo ardet, vt author est Plin.lib.37.cap.11.

DRYLON, Vide DRILVM.

DRYMAEA {δρύμαια} Regio, postea Daulis appellata, teste Plinio lib. 4.cap.3. vbi de Locris agit.

DRYMVSA {δρύμουσα} Asiæ insula, Samo & Lesbo finitima, vt refert Pli. lib.5.cap.31.

DRYNAEMETVM {δρυναίμετον} Locus in Galatia, in quem duodecim tetrarcharum consilium (qui sunt viri trecenti) de sanguine iudicaturi conueniebant. Strab. lib.12.

Dryophonon, pen.corr. herba Plinio lib.27.cap.9. Vide Ruell.lib.2. cap.135.

Dryophytes, Genus ranarum apud Plinium lib.32.cap.7. Et cap.10, Iecur ranæ dryophytis vel calamitæ in pellicula gruis alligarum. Incorruptiores codices legunt, Iecur ranæ diopetis. Certè videtur certis locis tantus ranunculorum numerus, vt cum imbre delapsi, vel certè ex imbre prouenisse videri possint. Hos opinor hîc diopetes vocari, quòd Græci διοπετὲς nominent quicquid est ex aere delapsum, quasi à Ioue demissum.

Dryopteris, pen.corr. filici similis, in arboribus nascitur tenui foliorum subdulciú incisura, radice hirsuta. Plin.lib.27.cap.9. Vide Ruellium lib.3.cap.155. Nonnulli eam esse putát quæ vulgò *osmunda regalis* vocatur.

Dryos hyphear {δρυὸς ὕφεαρ} Genus visci est, copiosissimè in quercu nascens, virgis & nomē accepit. Est autem sui generis planta fruticosa, sesquipedalis, læta, semper virens, grauis odoris, buxi folio, baccis exiguis, fine flore, tactum sequens, nunquam in terra nascens. Vide Plin.lib.16.cap.vlt.

Drypetes {δρυπετὴς} Oliuæ sunt maturæ, & adultæ ita dictæ, quasi iã ex arbore decidentes. Cæl.Antiq.lect.lib.7.cap.11.

Drypselon {δρύψελον} Cortex arboris aut radicis detractus. Item abu siue folium herbæ decerptum.

DRYSVS, vir Troianus apud Homerum in Iliade.

DRYVSA {δρύουσα} Insula, quam eandem esse cum Samo ex Aristotele tradit Plin.lib.5.cap.31.

D V A

Dua {δύω} pro Duo apud Veteres. Cic.in Orat. Video sepulchra duarum corporum. Ex Accio. Quintil. lib.1. cap. De virtutibus & vitiis orationis, Dua pondo & trepondo vsque ad nostram ætatem ab omnibus dictum est, & rectè dici Messala confirmat.

Dualis, & hoc duale, pen.prod. {δυϊκὸς} Seruius in illud 2. Æneidos, Conticuere omnes. Conticuere (inquit) pro conticuerunt. Nec est vt quidam dicunt, dualis numerus: qui apud Latinos nusquam penitus inuenitur. Vide Quintil.lib.1.cap.de Solœcismo.

D V B

Dubenus, dubeni, mascul.gener. {δεσπότης} Dominus antiquis dicebatur, Pacuuius, Tum dubenus seruos legatos pestimè verberat. Ex Festo.

Dubitat, pro Dubitat, Obsoletum. Festus.

DVBIS {δοῦβις} Ptolemæo, Galliæ fluuius. Vulgò *Le doux*. Aliis dictus Alduasduisus, aliis Alduabis, aliis Alduasdalis. Hic Vesontionem Squanorum oppidum penè totú cingit. Vide Cæsarem bel.Gal.lib.1.

DVBITAPES, Fictor egregius, qui vasa ex rubra creta primus effinxit.

Dubius, Adiectiuum {ἄπορος, ἀπορητικός, ἀμφισβητήσιμος, ἀμφίβολος} Qui quum duas vias habeat, veram eligat nescit: vt ait Sipontinus. Liu.4. ab Vrbe, Quum equites procul visi non sine terrore ab dubijs quinam essent, mox cogniti, &c.

Dubium & controuersum. Cic.2.de Diuinat. Tantum fat est intelligi id sumere ostos pro certo, quod dubium controuersúmque sit.

Dubium & incertum. Cic.1.de Orat. Hæc autem omnia quæ tractarentur ab Oratoribus, dubia esse & incerta.

Dubiis opponuntur Certa & concessa. Cic.2.de Diuinat. Videsne igitur quæ dubia sint, ea sumi pro certis atque concessis? Lucret.lib. 4, Et dubium certo quæ res differre probarit.

Perspicuum & Dubium, contraria. Cicero 4. de Finib. Verum igitur tandem perspicullne dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tolluntur?

Facere aliquid dubium. Quintil.lib.1.cap.10.

Dubio procul. Lucret.lib.2.

In dubio ponere. Vide IN.

Num dubium est quin si in re ipsa nihil, &c. Cic.4.de Finib.

Dubiúmne id est? Terent.Eunuch.1.2,

Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiúmne id est?

Haud, vel non dubium est quin. Terentius Andr.3.3. Idem Eunucho, 5.6,

Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum. Cicer.4. Verr. Dubium nemini est quin, &c. Idem Attico, lib.7.ep.

Et nunc credo esse dubium quin tu id cõmissurus non fueris, &c. Cic.7.Verr.

Sine dubio. Terent.Eunuch.5.9. Cic.ad Qu.frat.lib.2.epist.2, Sine dubio res à Lentulo remota videtur esse.

De hac re mihi dubium non est. Cic.Attico, lib.12.epist.14, De Pompeij exitu mihi dubium nunquam fuit.

Dubium est vt. Plin.in Paneg. An dubium est vt dare non possit imperator, qui reuerentiam amiserit?

In dubio esse. Terent.And.1.5,

Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.

Nominis in dubio causa est, capitale vocamus

Ingenium solers, ingeniosa dea est. Ouid.3.Fast.

Non est in dubio. Plin.lib.2.5.cap.5.

Venire in dubiú, quod & Venire in diserimen dicit Cic. Terent. Adelph. 3. 2.

Tua fama & gnatæ vita in dubium venier. Vide VENIO.

In dubium venire de sorte, &c. Terent.Adelph.2.2,

Hei mihi, etiam de sorte nunc venio in dubium miser.

Res vocatur in dubium. Cic 2. de Orat. In generum causis atque naturis omnia sita esse, quæ in dubium vocarentur.

Quæ constant, & Quæ dubia sunt, contraria. Cic.1.de Inuent. Eorum igitur quæ constant, exempla ponemus: horum quæ dubia sunt, rationes afferemus.

Facere dubium aliqua re animum alicuius. Cic.pro Lege Manil.

Quæ res est quæ cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit?

¶Feror dubius. Ouid.ad Pisonem.

¶Affectus dubij. Ouid.8.Metam.

Dubium argentum. Hoc est pecunia de cuius pondere vel bonitate dubitari potest. Plaut.Epid.13.

Dubij variique casus. Cic.pro Cluent. Respicite Iudices hominum fortunas, respicite dubios variósque casus.

Dubium cælum. Virg.1.Georg.

Cœna dubia. Terent.Phorm.2.2,

Prior bibas, prior decumbas, cœna dubia apponitur. Horat.2. Serm. sat.2, Surgere de cœna dubia. Id est lauta, vt ait Acron. Dubiam cœnam, opiparam, variisque instructam ferculis appellat. Erasm.

Dubia fama. Ouid.3.de Arte.

Dubia fortuna. Cic.3.Verr. Terent.in Prologo Heeyræ,

Quia seiebam dubiam fortunam esse feeinicam.

Lanugo dubia. Martial.lib.2,

Quum tibi vernarent dubia lanugine malæ.

Lux dubia, id est crepusculum. Senec. Hippol.1.

Dubius Mars. Virg.2.Georg.

Mens dubia. Virg.4. Æneidos,

Spémque dedit dubiæ menti, solúsque pudorem.

Mons dubius ascensu. Propert.lib.4.eleg.4,

Mons erat ascensu dubius, festóque remissus.

Opinio dubia. Cic.pro Domo sua, Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia, atque ante oculos, propósito periculo.

Pauor dubius. Claud.Paneg.5,

Dubia pericula. Lucret.lib.4.

Dubius pes. Ouid.4.de Ponto.eleg.3.

Prælium dubiũ. Liu.lib 5.Decad.4, Aliquádiu dubiú prælium fuit.

Rates dubiæ. Ouid.2.de Arte,

Nec semper dubias adiuuat aura rates.

Res dubia. Plaut.Epid.3,

Is amicus est qui in re dubia, re iuuat, vbi re est opus. Cic.ad Attic, lib.10.20.1, Quem dubiis rebus lædere noluisti.

Res apertas à dubijs secernere. Lucret.lib.4.

Res dubiæ. Virg.6.Æneidos,

-túque ô dubijs ne defice rebus.

Rumores dubij. Plin.epist.190.

Salus dubia. Cic.ad Ligarium, lib.6.14, Hanc in opinionem dissessi, vt mihi tua salus dubia non esset.

Sententia dubia. Ouid.3.de Ponto, eleg.4.

Non dubia spes. Vide NON.

Tempora dubia, & secunda. Horat.4.Carm.ode 9.

Tempora Reip. dubia. Cic.pro Fonteio.

Timores dubij. Stat.5. Thebaid.

Via dubia. Ouid.epist.17.

Vires dubiæ. Ouid.7.Metam.

Voluntas dubia. Tacit.lib.20.

Vrbes dubiæ. Lucan.lib.2.

¶Dubium nisui. Sallust.in Iugur. Quæ dubia nisui videbantur, potissimum tentare.

Nec sum animi dubius. Virg.3.Georg.

Dubius præsidij. Senec.de Benef. Me tempestas occupauit, portus ac præsidij dubium.

Vitæ dubius. Ouid.3.Trist.eleg.3.

Dubiè, Aduerbium {ἀμφισβόλως.} Cic.1. de Diuinat. Potest accidere vt aliquod signum dubiè datum, pro certo sit acceptum.

Nec dubiè. Liu.2.ab Vrbe, Nec dubiè ludibrio esse miserias suas.

Gaudere dubiè. Ouid.10.Metam.

Non dubiè. Vide NON. Papin.in l.cum pater.§ 1.D.de leg.2.

Dubiosus, pen.prod. Adiectiuum {ἀμφισβητήσιμος} Gell.11.0.3.cap.3. Idē lib.5.cap.10, Dubiosum hoc, inexplicabiléque.

Dubito, dubitas, pen.corr. {ἀπορῶ, διαπορῶ, ἀμφισβάλλω, διστάζω, ἐνδοιάζω, ἀμφιβάλλω} dubitâre: à nomine dubius. Iuuen.sat.8, -quis tam Perditus, vt dubiter Senecam præferre Neroni?

Dubitare & hæsitare. Cic.4.Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrij: dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, &c.

Dubitat dicere? Plaut.Epid.5. Id est timet? Cic.de Amic. Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Idem de Senect. Non dubitauit dicere illa quæ versibus persequutus est Ennius. Cic. 4.Acad.

Dubitare de fide alicuius. Cicero, Tamen vsque eo timui, nequis de mea fide atque integritate dubitaret, &c.

Dubitat de, vel quid. Cicero Appuleio, lib.13.46, Nam de tua erga

me voluntate non dubitant. Idem 4. Acad. Tum verò dubitabit quid sit extremum.
De authore dubitari non potest. Quintil. lib. 7. cap. 3.
De indicando dubitare. Cic. pro Sylla, Sed quoniam Cornelius ipse etiam nunc de indicando dubitat, vt dicitis, informat ad hoc adumbratum iudicium, filium.
Ne dubita. Virg. 3. Æneid.
Non dubito quin. Terent. And. 2. 4. Cic. de Senect. Quod si acciderit, non dubitat quin breui Troia sit peritura.
Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. Terent. Adelph. 4. 5.
Dubitare an & vtrum. Plaut. Capt. 7. Cic. 5. Verr. Infinitè dubitare vtrum sit vtilius, propter multos improbos vni parcere, an. &c.
Aliquid dubitare. Cic. 3. Offic. Hoc non turpe est dubitare Philosophos, quod ne rustici quidem dubitent?
¶ Dubitare, pro Cogitare. Virg. 9. Æneidos, -percipe porrò
Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat. Id est cogitem. Omnis enim cogitatio in dubitatione est ante sententiam. Seruius. Cicero pro Rosc. Amer. Restat Iudices, vt hoc dubitemus, vter potius Sext. Roscium occiderit. Id est cogitemus. consyderemus
Dubitatur, pen. prod. Impersonale {εὐδιαπόρητον.} Plin. lib. 11. cap. 17, De his video dubitari. Cic. 4. Verr. Præsertim aliorum authoritate confirmatum dubitabitur?
Dubitans. pen. cor. Participium {ἀμφιβάλλων} Cic. pro Domo sua, Identidem se ipse reuocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis, & pronuntiarit & fecerit.
Dubitatus, pen. prod. Participium {διαπορηθείς.} Ouid. 2. Metamorph. Venit, & intrauit dubitati tecta parentis. Idem ad Liuiam, Dubitatus amor.
Dubitatio, Verbale {πτῶσις, διάστασις, διστασμός.} vt, Dubitatio de re aliqua Cic. 1. Acad.
Dubitatio & hæsitatio. Cic. 2 de Orat. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio tractúsque verborum?
Obscuritas atque dubitatio. Cic. pro Cluent. In ea obscuritate ac dubitatione omnium, &c. placuit repente Iudices pronuntiare.
Scrupulus & dubitatio. Cic. pro Cluent. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus & quædam dubitatio, quidnam esset actum.
Sine dubitatione, lachrymæ foris similis. Plin. lib. 27. cap. 8.
Indigna homine dubitatio. Vide INDIGNVS.
¶ Accidit dubitatio. Vide ACCIDO.
Addere dubitationem. Vide ADDO.
Adducere in dubitationem. Cic. Appio, lib. 3. 5, Quod itinerũ meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere vsurúsne me sis in prouincia: ea res sic haber.
Afferre dubitationem. Cic. Marcello, lib. 4. 7, Sic enim intellexi nihil aliud esse quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, &c.
Dubitationẽ afferre quin. Cic. 2. de Nat. deor. Ni fortè tanta vberras & varietas pomorum, eorúmque iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam & aspectus dubitationem affert quin hominibus solis ea natura donauerit.
Dare dubitationem. Cæsar bel. Gall. lib. 1, His Cæsar ita respõdit, eò sibi minus dubitationis dari: quòd eas res, &c. Vide DO.
Dubitationem inducere. Cic. pro Cluent.
Dubitatione æstuare. Cic. 4. Verr.
Eximere dubitationem. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Dubitationem habere. Cic. 5. de Finib. Quod quanquam dubitationem non habet (est enim, &c.
Hic locus nihil habet dubitationis quin, &c. Cic. 2. Offic.
Dubitationem relinquere. Cic. ad Trebonium, lib. 15. epist. 21. Nullam enim dubitationem apud me reliquisti quantum me amares.
Dubitatio nulla in re erat. Cic. 5. de Finib.
Sine dubitatione accipere excusationem. Cicero filius ad Tironẽ, lib. 16. 21.
Tollere dubitationem. Quintil. lib. 5. cap. 9. Vide TOLLO.
Dubitationem omnem alicui tollere. Cic. Attico, lib. 12. 236.
¶ Dubitatio, color quidam Rhetoricus. Græcè διαπόρησις.
Dubitanter, Aduerbium {ἐνδιαστάντως.} Cic 2. de Inuent. Simul quærentes dubitãter vnumquodque dicemus. Asinius ad Ciceronem, lib. 10. 31, Planè pericula non dubitanter adij.
Dubitatim, Aliud aduerbium, Idem quod Dubitanter. Cæl. Annal. lib. 3, Imperator cõclamat de medio, vt velites è sinistro cornu remouean tur, & Gallis non dubitatim immittantur. Ex Nonio.
Dubitabilis, & dubitabile, pen. corr. {ἐνδιαστατός.} Ouid. 13. Metam. Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset. Idem lib. 13
-nec erit dubitabile verum.

DVC. DVCum ductore, vel Ductorum ductor. DVL. Dulcissimus.
Ducatus. Vide DVCO.
Ducator {ἡγεμών} l. 28. §. si nauis alteram. D. ad l. Aquil. quod verbum & in lexico B. Germani notatum reperitur, in quo ita est, Ducatores, ἀγωγεῖς, ὁδηγοὶ.
Ducenti, ducentæ, ducenta, tantùm pluraliter {διακόσιοι.} Plin. lib. 14. cap. 4, Durántque adhuc vina ducẽtis ferè annis. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 5. Sanè frequentes fuimus omnino ad ducentos.
Ducenties, Aduerbium {διακοσιάκις.} Liu. 8 bel. Macedon. Potius quadragies quàm ducenties quadragies litem æstimaram. Cic. 2. Philip. Ego enim amplius ducenties acceptum hæreditatibus retuli. Martial. lib. 5.
Ducenus, pen. prod. Adiectiuum {διακόσιος} id est bis centum: vt Ducenipedes. Plin. lib. 6 cap. 26. Colum. lib. 5. cap. 2, Sic multiplicabis, cẽties vities duceni quadrageni fiunt viginti octo millia. Sic Duceni armati, Liu. 2. bell. Punic. Et Ducena quinquagena millia capitum, 9. ab Vrbe.
Ducenarius, Adiectiuum {διακοσιαῖος.} vt, Ducenaria pondera. Plin. lib. 7. cap. 20. Hoc est ducentarum librarum.
Ducenarius, dicebatur etiam qui duas centurias, id est ducentos

milites ducebat in acie secũda, qui & primus hastatus appellabatur. Veget. lib. 2. cap. 8.
Ducenariorum iudicũ decuria. Suet. in August. Cæsare, cap. 32, Ad tres iudicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quæ ducenariorum vocaretur, iudicaréque de leuioribus summis. Quam appellationem non à causarum æstimatione, sed à censu potius ortam esse, opinantur nonnulli: vt fuerint ducenarij iudices, qui dimidium census equestris possidebant. Budæus.
DUCO, ducis, duxi, ductum {ἄγω, πορεύω, ἡγέομαι, ὑπειλαμβάνω, παρέλκω} ducere. Ducimus eum qui sponte sequitur. Terent. Andr. 4. 6,
Duc me ad eam, quando huc veni vt videam. Cic. 1. Tusc. Qui maximas copias duxit ad Troiam.
Ducuntur omnia dei nutu. Id est reguntur. Plaut. Merc. 18.
Ducere se ad aliquem: pro Ire & proficisci. Plaut. Amphit. 16, Nam iam ad regem rectà me ducam, rémque vt facta est, eloquar.
Ducere se ab ædibus: Exire domum, vel egredi. Plaut. Bacch. 13.
Ducere se deorsum de arbore, Descendere de arbore. Plautus Aulul. 24.
¶ Ducere ad credendum. Cic. 2. Tusc. Ita me ad credendum tua ducit oratio.
Duci ad cognitionis cupiditatem. Cic. 1. Offic. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem.
Facilimè ad consentiendum homines ducuntur experimentis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Ad id responsum, quod elicẽdum erit, per gradus ducet. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Ad peiora iuuenes laude ducuntur. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Per parua aliquem ducere. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Per omnia aliquem ducere. Virgil. 6. Æneidos,
Ipsa deũm pœnas docuit, pérque omnia duxit.
Per singula duci. Stat. 2. Sylu. eleg. 2.
Æstas septima ducitur. Virg. 4. Georg.
Ætatem ducere. Horat. 2. epist. 2,
Non tamen aduersis ætatem ducimus Austris.
Ætatem in literis. Cic. 5 de Finib. Quo studio Aristophanem putamus ætatem in literis duxisse.
Deus duxit æuum per suos gradus. Senec. Hipp. 4.
Ducere agmẽ. Ducem esse. Plin. lib. 10. cap. 44. Cic. 2. Tusc. Quum æstu magno agmen ducebat, laborabat.
Aluum ducere. Vide ALVVS.
Nostros in longum ducis amores. Virg. 9. eclog. 12.
Anhelitum ex cursura. Plaut. Asin. 7.
Animam, pro Viuere. Liu. 6. ab Vrbe, In tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam?
Animam ducere de cælo, Hoc est anhelitum seu spiritum trahere ex aere. Cic. in Orat. Ita viuunt, dum possunt, vt ducere animam de cælo non queant. De parricidarum supplicio loquitur, qui insuti culeo abiiciebantur in aquam.
Anima ducitur spiritu. Cic. 2. de Natura deorum, Excipiátque animam, eam quæ ducta sit spiritu, eandémque à pulmonibus respirec & reddat.
Animos in rem præsentem ducere. Quintilian. lib. 6. cap. 1. Vide ANIMVS.
Annum ducere. Virg. 1. Georgicorum,
-vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres. Id est quorum cursu tempora computantur. Nam per Lunam, menses: per Solem annus ostenditur. Seruius.
Aquam Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17, Aquámque quam ij ducebant nõ longè à villa, bellè sanè fluentem vidi.
Argentum. Virgil. 7. Æneidos,
Aut læueis ocreas lento ducunt argento. Hoc est flexili argento extendunt. Seruius.
Argumenta ex ipsis positionum vitiis ducimus. Quintilian. libro 2. cap. 10.
Bellum cum aliquo. Virg. 9. Æneidos,
Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina.
Beneuolentiam à personis ducimus. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Ipse qui cælum, nebulásque ducit. Id est Iupiter. apud Senecam Hipp. 3. Ducit, regit.
In carcerem. Cic. 7. Verr. Quum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent. Sic Ducere in vincula, Cicero in Catil.
Declinatio per eosdem casus ducitur. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Cicatricem. Colum. lib. 3. cap. 18. Liu. 9. bel. Pun. Vbi primùm ducta cicatrix, patúsque posse visa est iactationem.
Tempore ducetur longo fortasse cicatrix. Ouidius 1. de Ponto, elegia 4.
Colorem, pro Attrahere. Virg. 9. ecloga,
Astrum quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem. Iuuenal. sat. 2,
Vuáque conspecta liuorem ducit ab vua.
Colore aureo pelles. Plin. lib. 28. cap. 9.
Commendationem ineuntis ætatis ab impietate & scelere ducere. Cic. pro Deiotaro.
Coniecturam modò huc, modò illuc ducere. Cic. 2. de Diuinat. An ea quæ dixi, & innumerabilia quæ collecta habent Stoici, quicquam significant, nisi acumen hominum ex similitudine aliqua coniecturá modò huc, modò illuc ducentium?
Coniectura ducitur ex hac re. Cic. 2. de Inuent. Ex quibus coniectura quædam ducitur, si quem admodum, &c.
In peius consilia ducuntur. Quintil. lib. 2 cap. 16.
In crimen ducere. Tacit. lib. 5, Neu conuiualium fabularum simplicitas in crimen duceretur, postulauit.
Crimen ducere. Virg. 5. Æneidos,
-crinémque volantia sydera ducunt.

Ex animo

Ex animo curam, pro Abiicere. Plaut. Casina, 2.
Diem ducit Lucifer, Id est adducit. Virg. 2. Æneid.
Diem somno ducere. Senec. Thyeste, 5. Id est transigere.
Effigiem ducere. Virg 8. eclog.
Vagina ducitur ensis. Silius lib. 8. Hoc est educitur
In errorem ducere. Ouid. 8. Metamorphoseos,
-ducit in errorem variarum ambage viarum, &c.
Exequias. Plin. epist. 60. Vide paulo post, Funus alicui.
Exercitum in Sabinos. Cæsar 1. bel. Gal. Cic. in Catil.
Exercitum in quæ vult, ducit. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Exordium. Cic. 1. de Legib. A lege ducendum est iuris exordium.
Fidem ducere. Lucret. lib. 2,
-pergam connectere rem, quæ
Ex hoc apta fidem ducit.
Figuram ducere veri, Id est apparere tanquam res vera. Claud. 2. de Rap. Proserp. Loquitur de tela Proserpinæ.
Fossam. Liu. 3. ab Vrbe, Clamore sublato ante se quenque ducere fossam & iacere vallum.
Fræna manu ducere. Ouid. 15. Metam. Hoc est reducere.
Frigus ab vmbra ducere. Ouid. 10. Metamorphoseos,
-& arborea frigus ducebat ab vmbra.
Funem ducere. Horat. 1. epist. 10.
Funus alicui. Plin. lib. 2. cap. 109. Idem lib. 8. cap. 42, Rex defuncto ei duxit exequias. Virg. 4. Georg.
Genus ab aliquo ducere. Ouid. 6. Metamorphoseos,
Et genus à magno ducentem forte Gradiuo.
Blandis ducitur hora dolis. Propert. lib. 3. eleg. 23.
Nos stendo ducimus horas. Virg 6. Æneid.
Horas extremas. Martial. lib. 4. 29,
Quum grauis extremas Vestinus duceret horas. Hoc est propinquum esse morti.
Ilia ducere. Horat. 1. epist. 1. Gallicè dicimus, *Halleter, & batre les flãs. comme vn cheual poussif, ou qui est hors d'haleine.*
Initium. Cic. ad Atticum, lib. 9. 180, Nec verò dubito quin exitiosum bellum impendeat, cuius initium ducetur à fame.
Initium ducere ex aliquo. Cic. 2. de Nat. deor. Ita ex quatuor temporum mutationibus, omnium quæ terra marísque gignuntur, initia causæque ducuntur.
Initium rerum suarum alicunde ducere. Cic. 2. de Lege agrar. Hic quæro quam ob causam initium rerum ac legum suarũ hinc duxerit.
In ius. Terent. Eunuch. 4. 6,
Si vim facter, in ius ducito hominem.
Laminam ducere. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Lateres ducere, pro Formare: vt opus ductile Apud Vitruuium lib. 2 cap. 3.
Lineam. Plin. lib. 35. cap. 10, Apelli fuit alioqui perpetua cõsuetudo, nunquam tam occuparam diem agendi, vt non lineam ducendo exercereet artem: quod ab eo in prouerbium venit.
Ducor libo fumante, Id est delector. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Ducit duo lina acus. Cels. lib. 7. cap. 7.
Ducitur & digitis litera rara meis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2.
Lucémque à Consule ducit Omnis honos. Stat. 4. Sylu. eleg. 1.
Ludos, & inania honoris modo, rationis, atque abundantiæ duxit. Tacitus in Vita Agric.
In ludum ducere, & reducere. Terent. Phorm. 1. 2,
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere.
Sectari in ludum ducere & reducere.
In matrimonium. Cic. pro Cluent. Sassiam in matrimonium ducere. Habiti matrem illam, &c.
Ducere & conflare mendacium. Cic. pro Rosc. Comœdo, Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium est.
Mucronem: pro Educere. Virgil. lib. 12,
Ille tamen clypeo obiecto, conuersus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat.
In concubinæ locum mulierem aliquam ducere. Cic. 1. de Orat.
Muros, Id est struere & erigere. Virg. lib. 1. Æneid.
Noctem ducere ludo. Claud. in Epithal. Palladij, 46.
Noctem ducere querelis. Senec. Hippol. 43.
Noctem iucundis sermonibus. Plin. epist. 117.
Nomine ab authoris ducunt libamina nomen. Ouid. 3. Fast.
Nomen ex re aliqua. Cicero 1. Acad. Ex quo etiam nomen hoc duxerat.
Notam ducere. Horat. 4. Carm. ode 2.
Nubilum. Quintil. lib. 11. cap. 3, Sed in ipso vultu plurimum valent oculi per quos maxime animus emanat, vt citra motum quoque & hilaritate enitescant, & tristitia quoddam nubilum ducant. Id est obducant & obtendant.
Obliuia ducere pœnæ. Valer. 4. Argon. Sic Horat. 2. Serm. sat. 6,
O rus quando ego te aspiciam? quandóque licebit
Nunc veterum libris, nunc somno & inertibus horis
Ducere sollicitæ iucunda obliuia vitæ. Id est obliuisci vitam solicitam & curas.
Opes ducere ab aliquo. Horat 4. Carm. ode 4.
Opinione duci. Cic. pro Murena, Non re ductus es, sed opinione.
Oracula ducere æquatis sortibus. Cic. 1. de Diuinat. Cuius generis oracula etiam habenda sunt non ea quæ æquatis sortibus ducuntur, sed illa quæ instinctu diuino afflatúque funduntur.
Orationem ducere ab eodem verbo. Cic. in Orat. Aut ab eodem verbo ducitur sæpius oratio.
Ordines & ordinem ducere, Vide ORDO. Cic. 1. Philip.
Prioris partis duxit ordinem. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Ordine ducere. Virg. 7. Æneidos,
Omnibus exemplo Teucris iubet ordine duci.
Rerum ordine ducar. Ouid. 13. Metam.
Authore ab illo ducis originem. Horat. 3. Carm. ode 17.
Ab Elide ducimus ortus. Ouid. 5. Metam.

Os exquisitis modis. Quintil. lib. 4. cap. 3. Vide o 5, oris.
Otia ducere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.
Parietem per vestibulum alicuius ducere. Cic. pro Milone, Qui parietem sic per vestibulum fororis instituit ducere, sic agere fundamenta, vt fororem non modò vestibulo priuaret, sed omni aditu & lumine.
In partes ducere, Id est in factiones. Tacit. libro 15, Accingeretur modò, nauaret operam, & militum acerrimos duceret in partes.
Pectus alicuius in contraria ducere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 10.
Ducunt eum pedes rus. Plaut. Mercat. 19,
Nec podagricus, nec articularius est, quem rus ducunt pedes.
Pensa manu ducere. Iuuen. Sat. 12.
Pisces hamo ducere. Ouid. epist. 18.
Pocula ducere. Propert. lib. 2. eleg. 10,
Quinetiam multo duxisti pocula luxu.
Pompam ducere. Ouid. epist. 12.
Præmia ducere. Ouid. 10. Metam.
Principium à re aliqua. Cic. 3. de Finib. Ex quo intelligi debet principium ductum esse à se diligendi sui.
In probationem aliquid ducere. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Progeniem Troiano à sanguine duci Audierat. Virg. 1. Æneid.
Prouincias ducere. Tacit. lib. 3, Porrò si hi duxissent prouincias, cur Dialibus id vetitum?
Ducere pugnum, Cædere pugno. Paul. l. 4. D. de iniuriis, Si quis seruo meo pugnum ducere vellem, in proximo te stantem inuitus percusserim, iniuriarum non teneor.
Pulmones & cor extrinsecus spiritum ducunt. Cic. 2. de Natura deorum.
Quæstiones omnes ex persona petitoris ipsius duximus. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Ducere suam rationem. Cicero Attico, lib. 8. 159, Inde suscepto bello, quum pacis conditiones ad te afferri, à réque ad ea honorificè & largè respõderi viderem, duxi rationem meam, quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Idem 3. Verr. Cæsius ad Ciceronem, lib. 8 5, Hanc autem nemo ducit rationem, sed omnia desyderantur ab eo tanquam nihil denegarum sit.
Non vllius rationem sui commodi ducit. Cic. pro Sext. Rosc.
Officij rationem ducere. Cicer. pro Sextio, Dignitati esse seruiendum, Reipub. consulendum, officij rationem in omni vita non commodi esse ducendam.
Rationem saluti. Cicero ad Marium, lib. 7. 3, Pudori tamen malui, famæque cedere, quàm salutis meæ rationem ducere. Id est, habere.
Ducere rationem curandi. Cels. in Proœm. lib. 1, Ex his enim similibúsque sæpe noua curandi ratio ducenda est.
Remos ducere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6,
Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus vndis,
Et ducit remos, qua modò nauit aqua.
Retia ducere. Ouid. 13. Metamorphoseos,
Nam modò ducebam ducentia retia pisces.
Ruinam ducere. Senec. Herc. OEtheo, 13. De quercu quadam cæsa ab Hercule.
Ducere sacra. Virgilius,
-castæ ducebant sacra per vrbem,
Pilentis matres in mollibus. Ducere autem sacra, & ferre sacra dicuntur, qui res sacras, & quæ ad sacrum vtilia sunt, rémque diuinam ferunt. Turnebus.
Senectam ducere. Virg. 10. Æneid.
Sententiam ducere in id quod velit, est orationis iudicialis. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Sentinam ducere dicuntur in naui foramina, quæ aquá recipiunt, vnde sentina conficitur. Senec. de Ira, lib. 2.
Sermonem à re quapiam. Cicero 2. Tusc. Est igitur ambulantibus ad húc modum sermo ille nobis institutus, & à tali quodam ductus exordio.
Sessum. Plaut. Pœn. 2.
Ducere similitudinem è re aliqua. Cic. in Orat.
In opaco situm ducere. Quintil. lib. 1. cap. 2. Excitanda mens, & attollenda semper est, quæ in huiusmodi secretis aut langueſcit, & quendam velut in opaco situm ducit, aut contrà tumeſcit inani persuasione.
Somnos, Dormire. Virg. 4. Æneidos,
Nate dea potes hoc sub casu ducere somnos?
Somnium ducere. Horat. 3. Carm. ode 27.
Soporem ducere. Tibull. lib. 1. eleg. 2.
Sortem ducere, pro Statuere, apud Virgilium libro 9. Æneid. Seruius.
Sortem, Sortiri. Virg. 6. Æneidos,
-stat ductis sortibus vrna. Cic. 2. de Diuinat. At enim idipsum habet aliquid diuini, quæ cuique hostia obtingat, tanquam in sortibus quæ cui ducatur.
In argumentum species libidinis frequenter ducitur. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Spiritum per siccas fauces, Respirare. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 8. Author ad Heren. lib. 4, Itaque anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur.
Spiritum, Attrahere: & per translationem, Viuere. Cicero 1. de Inuent. Nam hoc quidem, si spiritum ducit, viuit, &c. Idem ad Plancum, lib. 10. 1.
Ducere spiritum naribus. Varro 2. de Re rust. cap. 3. Liuius lib. 4. Decad. 5.
Stamina ducere. Ouid. 4. Metam.
Sub signum. Plaut. Casina, 16.
Sulcos. Plinius libro 17. cap. 22, Vltro citróque sulcos perpetuos ducito.
Suspiria. Martial. lib. 11,

Corripis,obſeruas,quereris,ſuſpiria ducis. Ouid.1.Metamorph.
-alto tantum ſuſpiria ducis Pectore.
Suſpicionem.Cic.2.de Inuent.Ex facto autem ipſo ſuſpiciones ducentur,ſi,&c.
Tempus.Cic.3.Ver.Deinde ita tempus duceretur, vt à M.Glabrione Prætore,& à magna parte horum Iudicum, ad Prætorem alium Iudicéſque alios veniremus.
Thura naribus ducere. Horat.4.Carm.ode 1.
In tranſennam dolis,Decipere. Plaut.Perſa,15,
Huc ego hominem hodie in tranſennam doctis ducam dolis.
Triumphum. Plin.lib.34.cap.3, Primum inuexiſſe triumpho ſuo quem duxit Vrbis anno 567.
In triumpho.Plin.lib.12.cap.125,Clarúmque dictu à Pompeio magno in triumpho arbores quoque duximus.
Turmas ducere. Virg.5.Æneidos.
Vallum,Ducere foſſam.Liu.5.ab Vrbe,Vallum, foſſámque,ingentis vranque rem operis,per tantum ſpatij duxerunt.
E luto vaſa ducere.Quintil.lib 2.cap.17. id eſt fingere.
Verbum aliquod in longius. Cic.de Claris Orat. Nec verò vllum aut durum, aut inſolens, aut humile, aut in longius ductum, ac non propria verba rerum,ſed pleraque tranſlata,&c.
In longam ducere verba morem.Propert.lib.1.eleg.10.
Et cupio nonnullos ducere verſus. Ouid.5. Triſt.eleg.13.
Ducere viam,pro Sequi . Quintil.lib.3.cap.9, Sed non vna per hoc opus via ducitur.
Et quà te ducit via dirige greſſum.Virg.1.Æneid.
Ducere vitam & ſpiritum,Viuere. Cic.pro Lege Manilia, Quum veſtros portus,atque eos portus quibus vitam & ſpiritum ducitis, in prædonum poteſtate fuiſſe ſciatis. Virgil.2.Æneidos,
Me ſi cælicolæ voluiſſent ducere vitam.
Vitam dulcem ducere.Lucret.lib.2.
Vmbram ducere.Lucret.lib.4. De nubibus loquitur.
Ad vmbilicum ducere. Horat.Epod.14.
Longas in fletum ducere voces.Virg.4.Æneid.
Voces ducere. Horat.in Arte.
Vtilitatem ex re aliqua. Cic.5.de Finibus, Quid quum fictas tabulas,è quibus vtilitas nulla duci poteſt, cum voluptate legimus?
Ducere vultum,pro Contrahere rugas.Martial.lib.1,
Qui ducis vultus,& non legis iſta libenter,
Omnibus inuideas liuide,nemo tibi.
Viuos vultus de marmore:Hoc eſt exprimere viuos vultus in marmorea effigie.Virg.6.Æneidos,
-viuos ducent de marmore vultus.
Vxorem,pro Accipere. Cic.4.Acad.In vxore ducenda, in liberis procreandis. Terent.Eunuch.5 2,
Emoriar ſi non hanc vxorem duxero. Sic Ducere filiá,Plaut.Aulul.2,
Vult hanc Megadorus indotatam ducere. Terent.Adelph.4.7.
Tibi ducitur vxor.Virg.eclog.8.
Ducere vxorem, præciſè pro ducere vxorem domum. Veteribus autem mos fuit nuptam è patris domo noctu tædis prælatis velaram in mariti domum deduci. Pompon.l.Mulierem.D.de ritu nupt.Mulierem quæ abeſſet, duci à marito non poſſe.Deductione enim opus eſſe in mariti,non in vxoris domum, quaſi in domicilium matrimonij. Ducere vxorem propriè dicitur paterfamilias: at filiuſſam. non tam ducit vxorem, quàm à patre accipit: quippe quũ patri committatur puella potius in huiuſmodi conditionibus, quàm marito. Hæc Donatus in Phormion. Terent.
¶Ducere, verbum, pertinet ad vſurarum rationem. Cic.Att.lib.6. epiſt.1,Magnam pecuniam confecerá vt ſoluerent cẽteſimis ſexennij ductis cum renouatione ſingulorum annorum. Eidem, ibidem, Sed centeſimis ductis à proxima quidem ſyngrapha, nec perpetuis, ſed renouatis quotannis numerabantur nummi. Ductis, id eſt ſuputatis & imputatis. Et paulo pòſt,Niſi fortè id volumus armis efficere, vt fœnus quaternis centeſimis ducant. Id eſt, dependant. Budæus.
¶Duci authoritate, pro Excitari. Cic.4.Acad. Vt qui audient, ratione potius quàm authoritate ducantur.
Duci cogitatione aliò. Cic.3. de Orat.Vel quòd is qui audit, aliò ducitur cogitatione.
Duci coniectura ad ſuſpicandum. Cic. de Claris Orat.Nihil ſanè mihi legiſſe videor,tantummodo coniectura ducor ad ſuſpicandum.
Duci deſpicatui. Cic.pro Flacco, Quid porrò in Græco ſermone tam tritum atque celebratum eſt, quàm ſi quis deſpicatui ducitur, vt Myſorum vltimus eſſe dicatur?
Duci phaleratis dictis,Blando verborum lenocinio irretiri.Terẽt. Phorm.3.2,
Adeóne te eſſe incogitantem atque impudentem Phædria,
Vt phaleratis dictis ducas me,& meam ductes gratis?
In diuerſa duci.Quintil.lib.2.cap.8.
Errore duci. Cic.1.Offic.Nec quenquam hoc errore duci oportet, vt ſiquid Socrates,&c.
Duci falſo gaudio. Terent.And.1.2. Vbi Donatus, Ducere,eſt expectatione longi temporis malum prolatare : vel induci, vt feras in retia.
Duci gloria.Cic.4.Verr.Et ſi quis earum ſtatuarum honore ac gloria ducitur. Id eſt,Siquis quid facit vt gloriam conſequatur. Sic Duci mercede & præmio.Cic.2.Offic. Et ad Atticum,lib.1.11,Ductus odio properauit rem in iudicium deducere.
Duci ineptiis ac fabulis.Cic.pro Cluentio.
Ira duci.Claud.7.Paneg.
Laude duci. Cic.in Orat.Ergo eum cenſeo, qui eloquentiæ laude ducatur,non eſſe earum rerum omnino rudem.
Ducor libo fumante, Id eſt delector.Horat.2.Serm.ſat.7.
In hoſtium loco & numero duci. Cic.7.Verr.At nunc per me ſpoliati, naue à prædonibus abducta, ipſi in hoſtium numero locóque ducemini.

Duci natũra.Quintil.lib.9.cap.4. Vide ORGANVM.
Quæſtu & lucro duci.Cic.5.Tuſc.Alij emendi aut vendendi quæſtu & lucro ducerentur.
Ratione aliqua duci.Lucret.lib.4.
Spe poſteritatis fructúque duci. Cic. pro Rabirio Perduell. reo, Neque quiſquam noſtrûm in Reipub.periculis cum,laude ac virtute verſatur,quin ſpe poſteritatis,fructúque ducatur.
Duci ventre,pro Delectari cibis pretioſis,ventris & gulæ cauſa:id eſt ventri & gulæ deditum eſſe. Horat.2.Serm.ſat.7.
Voluptate ad fidem ducitur.Quintil.lib.4.cap.2.
Communi vtilitate duci.Quintil.lib.3.cap.7.
¶Ducere,Protrahere. Cic.ad Cæſ.Iuniorem, lib.1,Ne res duceret fecimus,vt Hercules Antiarius in alium locum transferretur. Idem Bruto,18, Omnino iam tempora (bellum enim ducetur) integram ſibi cauſam reſeruant.
Ducere bellum in hyemem.Cæſ.1.bel.Ciuil. Cic.ad Marium,lib. 7.3,Dein quum ab ea ſententia Pompeius valde abhorreret, ſuadere inſtitui vt bellum duceret.
Ducere rem per altercationem. Liu.4.ab Vrbe, Itaque quum res diu ducta per altercationem eſſet, cos. deos hominéſque teſtantibus,&c.
Ducere diem ex die. Cæſar 1.bel.Gall.Diem ex die ducere Hedui, conferri,comportari,&c.
¶Ducere aliquem,pro Eludere,moras nectendo.Cæſar 1.bel.Gal. Vbi ſe diutius duci intellexit Cæſar.
¶Ducere,Bibere. Iuuenal.ſatyr.6,
-de quo ſextarius alter
Ducitur ante cibum. Hoc eſt,de quo œnophoro bibuntur duo ſextarij ieiuno ſtomacho.
¶Ducere,Exiſtimare,iudicare, putare. Et tunc ex Græco deducitur,quod illi dicũt δοκῶ,teſte Feſto. Cic.de Amicit.Hanc eſſe in te ſapientiam exiſtimant,vt omnia tua in te poſita eſſe ducas, húmanóſq; caſus virtute inferiores eſſe putes. Idem Lent.lib.1.6.
Animo,Cogitare apud ſe.Virg.lib.6.Æneidos,
Sic equidem ducebam animo,rebárque futurum.
Ducere infra ſe omnia humana.Cic.3.de Finib.Atque iſte vir altus & excelſus,magno animo verè fortis,infra ſe omnia humana ducés.
Ducere inter.Plin.lib.2.cap.63,Inter crimina ingrati animi & hoc duxerim,quòd naturam eius ignoramus.
Inter proſpera aliquid ducere. Tacit.lib.4, Nam Germanici mortem inter proſpera ducebat.
Nihil ducere in bonis præter virtutem.Cic.3.de Finib.
Ducere damno.Plaut.Bacchid.2.2.
Gloriæ ducere alicui quidpiam. Cic.in Salluſt.Neque te tui piget homo leuiſſime quum ea culpas,quæ in hiſtoriis gloriæ mihi ducis?
Ducere in gloria.Plin.lib.31.cap.6,Plerique in gloria ducunt, plurimis horis perpeti calorem earum.
Ducere honori. Salluſt.in Iugurtha, Deſpiciens dextra Adherbalem adſedit, ne medius ex tribus (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurthæ foret.
Ducere laudi.Terent.in Prol.Adelphorum,
Vos eritis iudices,laudíne an vitio duci factum oporteat.
Magnum ducere.Horat.1 Serm.ſat.6,
-magnum hoc ego duco,quòd placui tibi.
Ducere minoris, Minoris exiſtimare vel æſtimare. Salluſt.in Iugurtha,Priuatim præterea ſuam interponit: quam ille non minoris,quàm publicam ducebat.
Ducere officij.Suet.in Tiberio,cap.11.
Ducere parui.Cic.2.de Finib.Sed quia parui id duceret.
Ducere poſt honorem alterius ſua neceſſaria.Salluſt.in Iugurtha. Id eſt,Magis curare alterius honorem,quàm ſua neceſſaria.
Ducere præ ſe neminem.Author ad Herennium,lib.4.
Ducere pro falſis. Salluſtius in Iugurtha. Vbi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quæ ſibi quiſque facilia factu putat, æquo animo accipit,ſupra ea,veluti ficta pro falſis ducit.
Ducere aliquid pro nihilo. Cic.5. Tuſcul.Diuitias, honores,opes contemnere,eáque quæ his ſunt contraria pro nihilo ducere.
¶Ducere aliquid vxori probro : Hoc eſt,exprobrare vxori. Plaut. Amphit.5, -nemo id probro
Profecto ducet Alcumenæ.
¶Ducere aliquem ex ære : Hoc eſt, vultum alicuius ære repræſentare. Plin.lib.7.cap.37,Idem hic imperator edixit,nequis ipſum alius quàm Apelles pingeret,quàm Pyrgoteles ſculperet, quàm Lyſippus ex ære duceret.
¶Ducere ſe, Vetus locutio fuit, pro Latẽrer abire ac diſcedere. Terent.in Hecyr. Vxor,inquit,vbi me ad filiam ire ſenſit,ſe duxit foras. Plaut.Aulul. Ego me deorſum duco de arbore. Et Aſinius in epiſt.ad Ciceronem, Balbus quæſtor magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne ſtipendio quidem militibus redito,duxit ſe è Gadibus.Ex P.Manut.
¶Duce pro duc.Plaut.Moſtel.5, Lepida es,duce me amabo.Antiq.
Ducens, Participium, vt Pecunia ducens ad ſe cuncta. Horatius 4. Carm.ode 9.
Gemitus imo de pectore ducens.Virg.2.Æneid.
Stella facem ducens,multa cum luce cucurrit.Virg.2.Æneid.
Tempora ducens.Lucan.lib.5.
Ductus, Participium ἀπὸ τοῦ ἄγω.
Sorte ductus,Qui ſorte obtigit. Tacit.in Vita Agricolæ,Eò ad extremum inopiæ venere,vt infirmiſſimos ſuorum, mox ſorte ductos veſcerentur.
Beneuolentia ductus. Cic.de Claris Orat.Mihi beneuolentia, credo,ductus tribuebat omnia.
Compendio ductus.Quintil.lib.2.cap.13,Itaque & ſtratum militari labore iter ſæpe deſerimus compendio ducti.
Ducta laus ab humili venit ad ſummum.Cic.2. Tuſcul.
In hãc perſuaſionẽ quidam ratione ducti,&c.Quintil.lib.4.cap.1.

Sermo

Sermo ductus è percõtatione. Cic.de Clar.Orat.Omniſq; ille ſermo ductus è percontatione filij quid in Senatu eſſet actum.
Verbum à verbo ductum,Id eſt deductum. Cic.3. Tuſc.Qui fortis eſt,idem eſt fidens:quoniam confidens, mala conſuetudine loquendi in vitio ponitur,ductum verbum à confidendo:quod laudis eſt.
Ductæ & directæ viæ. Cic.2.de Nat.deor. Permanat ad iecur per quaſdam à medio inteſtino,vſque ad portas iecoris (ſic enim appellant) ductas & directas vias,quæ pertinent ad iecur,eíque adhærent.
Ductus,huius ductus ἀγωγὴ Ipſa ductio vel deductio rei alicuius. Vnde aquæ ductus dicuntur deductiones aquarum. Cic.2.Offic.Adde ductus aquarum,deriuationes fluminum. Idem 2.de Legibus.
Ductus literarum. Plin.lib.8.cap.3. Quintil.lib.1. cap. 3, Quum iam verò ductus ſequi poterit. Id eſt,formas & tractus literarũ. Idẽ lib.10.cap.2,Literarum ductus vt ſcribendi fiat vſus,pueri ſequuntur.
Ductus oris. Cic.5.de Finib. Quemadmodum quis ambulet, ſedeat,qui ductus oris,qui vultus,&c.
Ductus macularum ſectari.Plin.lib.37.cap.12.
Rei credibilis ductus. Quintil.lib.4.cap.2, Eſt autem quidam etiá ductus rei credibilis,qualis in comœdiis etiam,& in mimis.
Æqualis ductus.Lucret.lib.4.
Applicare ſe ad ductum alterius.Vide APPLICO.
Per ductus velut ſulcos ducatur ſtylus. Quintil.lib.1.cap.1.
Ductus miſericordia, pro excitatus. l. & eleganter. §. Idem Labeo.D.de dolo.
Ductu alterius aliquid facere : Hoc eſt, alio ſuadente & ducente. Liu.4.ab Vrbe. Cic.de Aruſp. reſp. Quíq; ſuo ductu & imperio cruento illo atque funeſto,ſupplicia,&c.
Ductio,ductionis, Verbale ſ.g. Vlpian.in l.Deinde.D.de liber.exhibend. item ducend. Hoc autem interdictum pertinet ad ductionem: vt ducere quis poſſit eos,in quos habet ius ductionis.
Ductio alui.Celſ.lib.4.cap.vlim.Alui ductione vti.
Aquæ ductio. Vlpian.l.3 D.De aqua quotidian.Si aquã ex flumine publico duxeris,& flumen receſſerit,nõ potes ſubſequi flumen: quia eiloco ſeruitus impoſita non ſit, quanuis is locus meus ſit. Sed ſi alluuione paulatim acceſſerit fundo tuo,ſubſequi potes: quia locus totus fluminis ſeruiat ductioni.
Ducto,ductas ἐξαγωνιδίως ductáre. Quintil.lib.8.cap.3.ait,Ductare exercitum,mala conſuetudine obſcœnum intellectum habere.
Ductare aliquem fruſtra,pro Dare illi verba, aut verbis perducere ad fallaciam.Plaut.Menæch.15,
Niſi feres argentum,fruſtra me ductare non potes.
Ductare aliquem dolis.Plaut.Capt.11.
Ductare aliquem maledictis.Plaut.Aſin.5,
Nunc quia nihil habes,maledictis eam ductare poſtulas.
Ductare amicam & mulierem, pro Scorto potiri. Plaut.Aſin.16.
Terent.Phorm.3.2,
Vt phaleratis dictis ducas me,& meam ductes gratis.
Cornua ductare neruo. Valer.6.Argonaut. Significat arcu tẽdere.
¶Ductare pro nihilo.Plaut.Perſa,16,
Omen ego pro nihilo eſſe ducto quod fuit,quando fuit.
¶Ductans reſtim. Terent.Adelph.4.7,
Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis.
Duco,ducas,ducare, Gubernare. Varro, Ab eo quod ſit ducare,qui eſt dux aut ductor, qui ita inducit vt doceat. Hæc Calepinus corrupté. Ex Varronis de Lingua Latina lib.4.legendum, Ab eo quòd ſcit ducere,qui eſt dux,&c.
Ducatus, pen.prod. huius ducatus ἐξηγεμονία Onus & adminiſtratio. Suetonius in Nerone,cap.35.Priuignum Ruffinum Criſpinum Poppæa natum impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere. Idem in Tib.Cæſ.cap.19. Confidens (vt aiebat) oſtento ſibi ac maioribus ſuis in omni ducatu expertiſſimo. Id eſt quoties pro imperio aliquid gerendum eſſet, vel quoties bellum ſuis auſpiciis gereretur.
Ducatum præbere ſceleri,Ducem eſſe ſceleris.Florus lib.3.cap.21.
Dux,ducis,com.gen. ἀρχηγέτης,ἡγεμών,ἡγεμονικὸς,πολιοῦχος,στρατηγὸς,ἀρχηγός Qui vel quæ ducit.Virg.1.Æneid. -dux fœmina facti. Cic.pro Corn.An ingenium? quum etiam ipſe caſus euentúſque rerum non duces, ſed comites eius conſiliorum fuerint. Ibidem,Videte ne vtilius vobis & honeſtius ſit illis ducibus errare,quàm hoc magiſtro erudiri.
Dux & præfectus claſſis. Cic.7.Verr. Sed tunc inopes relicti à duce præfectóque claſſis,eundem neceſſariò curſum tenere cœperunt.
Armenti dux.Ouid.8.Metam.
Aſtrorum dux. Id eſt Sol.Seneca Thyeſte,9.
Gregis dux,pro tauro,apud Ouid.lib.1.de Arte.
Dux impietatis.Cic.de Amicitia.
Ingenij dux.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.
Fœmina dux malorum,& ſcelerum artifex. Senec.Hippol.4.
Scelerum duces.Lucan.lib.2.
Diuerſarum ſectarum duces.Quintil.lib.5.cap.13.
Superũm dux,Id eſt Iupiter.Stat.4.Sylu.2.
Vitæ dux dia voluptas.Lucret.lib.2.Sic Venerem vocat.
Dux rectæ viuendi natura.Cic.de Amicitia.
Mors in claris viris & fœminis dux in cælum ſolet eſſe. Cicero 1. Tuſcul.Mortem non interitum eſſe omnia tollentẽ atque delentem, ſed quandam quaſi migrationem commutationémque vitæ, quæ in claris viris & fœminis dux in cælum ſoleret eſſe.
¶Dux ac princeps in illa multitudine ſicariorum. Cic.pro Roſc. Amer.
Achilles dux Theſſalis.Vide ACHILLES.
Tanta authoritate dux. Cic.Attico lib.7.127.
Dux & author. Tacit.lib.16, Noua cupientibus auferatur dux & author.
Author,dux & princeps. Cic.3.de Orat. Quem authorem publici conſilij,& regendæ ciuitatis ducem, & ſententiæ atque eloquentiæ principem in Senatu,in populo,in cauſis publicis eſſe volumus.
Dux & comes. Cic. pro Marcello. Idem de Amicitia, Nec ſe co-

mitem illius furoris,ſed ducem præbuit.
Dux & magiſter.Cic.5.Ver. Idẽ 1.de Fin.Magiſtra & duce natura.
Prætor,dux,& imperator. Cic.pro Flacco,An veſtri Prætores,veſtri duces,veſtri imperatores?
Duces & ſigniferi. Cic.pro Plancio, Statuiſſémque eos ſolùm nominare,qui cauſæ noſtræ duces & quaſi ſigniferi fuiſſent. Idem pro Murena,Dux & ſignifer calamitoſorum.
Clarus dux.Horat.3.Carm.ode 14.
Improuidi & negligentes duces.Cic.Attico,lib.7.138.
Inuictus dux.Silius lib.7.
Magnanimi duces. Virg.4.Georg.
Magni duces.Horat.2.Carm.ode 1.
¶Creare dum,Vide CREO.
Rationem ducem habere,non ſuperſtitionem. Cicero 2.de Diuinat.Quando enim iſta obſeruans quieto & libero animo eſſe poteris, vt ad rem gerendam non ſuperſtitionem habeas, ſed rationem ducem?
Præbere ſe ducem bonis. Cic.Planco, lib.10.6, Deinde & Senatui boníſque omnibus authorem,principem,ducem præbeas.
Præcire duces populo. Cic.pro Domo ſua,Cui populo duces Lætidios,Lollios,Sergios præfeceras.
Naturam vitæ ducem ſequere.Senec.Hippol.4.
Ductor,ductoris ἡγεμών Dux.Virg.2.Æneidos,
-fracti bello fatíſque repulſi
Ductores Danaûm. Cicero 1.Tuſcul.Quoties non modò ductores noſtri, ſed vniuerſi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrerunt?
Aquarum ductor Tybris.Stat.3.Sylu.5.
Claſſis ductor.Virg.6.Æneid.
Ductor deorum.Senec.Herc.furente,4.
Ductor ducum, Id eſt imperator exercitus. Senec.Agamemn. Sic vocat Agamemnonem.
Fluuiorum ductor.Stat.4.Thebaid.
Gregis indomiti ductor,pro tauro,apud Senecam Hippol.2.
Armipotens ductor.Silius lib.13.
Delecti ductores.Lucret.lib.1.
Fulmineus ductor,pro Hannibale.Sil.lib.17.
Ductarius,Adiectiuum,Qui ducit ἐξαγωγός Vnde Ductarius funis,quo in trocleis vtimur,& qui per orbiculos trocleæ trahitur. Apud Catonem & Vitruuium,lib.10.cap.2.& 3.& 5.
Ductilis,& hoc ductile,penult.corr.ἐλατός Quod facilè ducitur,attenuatúrque in laminas. Vnde æs ductile appellatur,quod malleis obſequitur,tenuatúrque in laminas. Plin.lib.34.cap.8.
Ductile flumen.Martial.lib.12.27,
-hoc riguæ ductile flumen aquæ.
Ductim, Aduerbium, Cum mora. Plaut.Curc.3, Immergere in me liquores tuos ſino ductim.
Ductim opus facere in vinea. Colum.lib.4.cap.25, Maior autem pars operis in vineam ductim potius quàm cæſim facienda eſt. Id eſt ductu falcis potius quàm ictu.
Ductitius,a,um ἐλατός Quintil.lib.6.Ferrum ductitium.
DVCONA ἐξώνυμα Ptolemæo, Cadurcorum in Gallia. vrbs Vulgò *Cahors.*

D V D

DVDINI,Libuſnorum olim populi, nunc Illyrico iuncti, authore Plinio lib.cap.21.
Dudum χρόνου Aduerbium,de paruo tempore dicitur, vnius horæ, duarum aut trium,authore Valla lib.2. Cic.Attico,lib.4.74,Dudum enim circunrodo quod deuorandum eſt.
Dixi dudum materiam aliam eſſe ioci,aliam ſeueritatis. Cicero 2. de Orat.
Quæ dudum ad me,& quæ etiam antè bis ad Tullium de me ſcripſiſti. Cic.Attico,lib.11.230.
Dudum & Nunc, opponuntur. Cic.de Claris Orat.Vt dudum ad Demoſthenem & Hyperidem, ſic nunc ad Antonium Craſſúmque peruenimus.
Dudum huc accerſita ſum.Plaut.Sticho,13.
Non dudum ante lucem. Plaut.Pœnulo,4, Quia iam non dudum ante lucem ad ædem Veneris venimus.
Quando? Dudum.Plaut.Perſa,15.
Quàm dudum? Hoc eſt, quàm longo tempore, quanto temporis interuallo: & plerunque interrogantis eſt. Terent.And.5.2, -modò introij.s.quaſi ego quàm dudum rogem. Plaut.Amphit.8,
-quàm dudum iſtuc factum eſt? AL.tentas? iampridem modó.
Rus mane dudum hinc ire me iuſſit pater, vt bubus, &c. Plautus Trucul.13.
Quaſi dudum.Plaut.Amphit.8,
Sic ſaluras,atque appellas,quaſi dudum non videris?
¶Dudum,pro Antea.Plaut.Epid.13. Terent.Phorm.2.4,
Incertior multo quàm dudum. Idem Eunucho.4.5,
Quis eſt? ehem Pythias,vah quanto nunc formoſior
Videre mihi quàm dudum.
¶Dudum,etiam de longinquo tempore dicitur. Terent.And.5.1,
-quammaximè abs te poſtulo,atque oro Chreme,
Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. Plaut. Moſtel.4. Terent.And.3.4,
Ego dudum nonnihil veritus ſum Daue abs te,ne faceres idem
Quod vulgus ſeruorum ſolet. Idem Eunuch.4.4,
-ita viſus eſt Dudum,quia varia veſte exornatus fuit. Cicer.de Claris Oratorib. Vt dudum de Læliorum & Mutiorum familiis audiebamus.

D V E

Duella,Duæ ſextulæ ſunt:hoc eſt tertia pars vnciæ.Budæus.
DVELLONAM ἐνυὼ Bellonam antiqui appellabant, teſte Varrone lib. 4.de Lingua Latina.
Duellum,huius duelli πόλεμος inquit Feſtus, bellũ eſt:in quo à dua

bus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Inde & Perduellis, qui pertinaciter retinet bellum. Plaut. Amphit. 4. Cic. in Orat. Quid verò licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quo essent apriora? nam vt duellum bellum, & duis bis, sic Duellium eum qui Pœnos classe deuicit, Bellium nominauerunt, quum superiores semper appellati essent Duellij. Liuius 6. bel. Maced. Quòd Populus Romanus ex tempore duellum iussisset cum rege Antiocho esse. Idem 2. bel. Punic. Hisce duellis datum donum duit Pop. Rom. Quiritium, quòd duellum Populo Romano cum Carthaginiensi est. Cic. 2. de Legib. Nam æs atque ferrum duelli instrumenta non faui.

Thuscum duellum. Ouid. 6. Fast.

Lentum duellum. Horat. 1. epist. 2.

¶Duellus, Vt ex duello bellum factũ est, ita quoque bellus duellus ab antiquis dicebatur. Liuius apud Nonium, Lenti calido, duella rapula, rumice. Nam duella rapula quid aliud est quàm rapula bella?

Duellator. pen. prod. {πολεμιστὴς} Verbale, pro bellatore. Plaut. Capt. 2, Valere iudices iustissimi: domi, belliq́ue duellatores optimi.

Duellicus, penult. corr. Adiectiuum {πολεμικὸς} vt, Ars duellica. Plaut. Epid. 10.

Proles duellica. Lucret. lib. 2.

DVELLIVS {Δουίλιος} siue Duillius, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit, Biliam virginem duxit vxorem, tũc pudicitiæ, vt illo quoque seculo pro exẽplo fuerit, quo impudicitia monstrũ erat, non vitium. Is iam senex & trementi corpore, in quodã iurgio audiuit exprobari sibi os fœtidum: & tristis se domum contulit. Quúmq; vxori quæstus esset, quare nunquam se monuisset, vt huic vitio mederetur. Fecissem, inquit illa, nisi putassem omnibus viris sic os olere. Laudanda in vtroque pudica & nobilis fœmina, & si ignorauerit vitium viri, & si patienter tulit: & quòd maritus infelicitatem corporis sui, non vxoris fastidio, sed maledicto sensit inimici. Hactenus Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum. Plutarchus tamen hanc historiam refert ad Hieronem.

DVERONA {Δυήρονα} Vrbs Cadurcorum in Gallia Aquitanica, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8.

D V I

Duicensus, dicebatur cum altero, id est cum filio, census. Festus.

Duidens, Hostia ab antiquis appellata est, a quam nos bidentem dicimus. Festus.

Duitas, pen. corr. huius duitatis, pen. prod. est quam vulgò dualitatem, Græci δυάδα vocant. Iabolenus in l. 242. D. de verb. signif. Viduam non solùm eam, quæ aliquando nupta fuisse, sed eam quoque quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo: quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui sine cœrde aut sanitate esset: similiter viduam esse dictam, sine duitate. Hic videtur Iabolenus duitatem appellare matrimonium, in quo sunt duo, vir & mulier.

D V L

Dulcacidus, a, um, Vox est Q. Sereno valde familiaris, pro eo quod mistum quendam saporem ex acido & dulci, cuiusmodi sunt quædã ex malorum Punicorum genere, significat.

Dulcis, & hoc dulce {γλυκὺς, γλυκερὸς, ἡδὺς, μελιηδὴς, πάνδημος.} Plautus Trucul. 7. Nunc postquàm scio dulce atque amarum quid sit ex pecunia, &c.

Dulcia & Amara, cõtraria. Cic. 3. de Natura deorum, Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida & dulcia & amara.

Dulcissime frater. Cic. 3. de Legib. Nostra autem causa, quæ optime & dulcissime frater incidit in Tribunitiam potestatem, nihil habuit contentionis cum Tribunatu.

Languidè dulcis. Plin. lib. 13. cap. 4, Et in Arabia languidè dulces traduntur esse palmæ.

Agellus dulcis. Lucret. lib. 5.

Alloquia dulcia. Horat. Epod. 13.

Alumni dulces. Horat. 3. Carm. ode 23.

Amicus dulcis. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Amores dulces. Martial. lib. 1.

Amplexus dulcis. Virg. 8. Æneid.

Amplexus dulces. Valer. 4. Argon.

Animas dulces reddere. Virg. 3. Georg.

Dulcis aqua. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 3. Virg. 1. Æneid.

Arua dulcia. Virg. eclog. 1.

Aura dulcis. Virg. 4. Georg.

Dulces aures deuorarunt tuam orationem. Plaut. Pœnul. 16, Quam orationem hanc aures dulces deuorant.

Camœnæ dulces. Horat. 1. epist. 20.

Conditio dulcis. Horat. 1. epist. 1.

Coniux dulcis. Virg. 4. Georg.

Cultura dulcis. Horat. 1. epist. 19.

Cupidines dulces. Horat. 4. Carm. ode 1.

Curæ dulces. Stat. 2. Sylu. 1.

Dolium dulce. Horat. Epod. 2.

Epistola dulcissima. Cic. Attico, lib. 15. 32. 7, Longiori epistolæ superioríque respondebunc breuiori, propiorique quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam?

Epulæ dulces. Horat. 3. Carm. ode 8.

Esca dulcis. Virg. 4. Georg.

Flumen dulce. Horat. 2. Carm. ode 6.

Fluuij dulces. Virg. 3. Georg.

Fœtus dulces. Lucret. lib. 2.

Fortuna dulcis. Horat. 1. Carm. ode 37.

Furta dulcia. Virg. 4. Georg.

Gaudia dulcia. Ouid. 3. de Arte.

Gemitus dulces. Ouid. 1. de Arte.

Ignis dulcior. Propert. lib. 3. eleg. 8.

Illecebræ dulces. Virg. 3. Georg.

Ingenium dulce. Martial. lib. 1.

Iuuenta dulcis. Horat. 1. Carm. ode 16.

Labor dulcis. Ouid. 6. Fast.

Latebræ dulces. Horat. 1. epist. 17.

Lucellum dulce. Horat. 1. epist. 19.

Lyæus dulcis. Horat. Epod. 9.

Malum dulce, Amor. Senec. Hippol. 2.

Puella dulce malum. Ouid. 2. Amor. eleg. 9.

Mella dulcia. Claud. de bello Getico.

Merum dulce. Horat. 3. Carm. ode 13.

Munus dulce. Senec. Hippol. 5.

Musæ dulces. Virg. 2. Georg.

Mustum dulce. Virg. 1. Georg.

Nati dulces. Virg. 2. Georg.

Nefas dulce. Stat. 5. Thebaid.

Nomen dulce patris. Claud. 1. de Raptu Proserp.

Nouitas dulcis. Ouid. 4. Metam.

Oscula dulcia. Virg. 1. Æneid.

Periculum dulce. Horat. 3. Carm. ode 25.

Poma dulcia. Horat. 2. Serm sat. 5.

Reditus dulces. Horat. Epod. 16.

Salus dulcis. Ouid. 5. Trist. eleg. 8.

Sapor dulcis. Horat 3. Carm. ode 1.

Soles dulces. Valer. 4. Argon.

-dulcéque iterum mihi surgere soles Nunc reor.

Solatia dulcia. Lucret. lib. 5.

Somnus dulcis. Virg. 4. Æneid.

Sonus dulcis. Horat. 2. Carm. ode 13,

-siue per flores nouos

Fugiente dulcis murmurat riuo sonus.

Sopor dulcis. Horat. Epod. 5.

Strepitus dulcis. Horat. 4. Carm. ode 3.

Vinum dulce. Horat. 3. Carm. ode 12.

Vmbra dulcis. Virg. 1. Æneid.

Vndæ dulces. Virg. 2. Georg.

¶Ambrosia dulci dulcius. Catul. ad Iuuentium, 94.

Aura nectare dulcior. Claud. de phœnice. 3.

Melle dulcior. Ouid. 5. Trist. eleg. 5, -ô dulcior illo

Melle, quod in ceris Attica ponit apis.

Dulcior thymo Hyblæ. Virg. 7. eclog.

Magis dulcius. Vide MAGIS.

Dulcis, languidè dulcis. Plin. lib. 13. cap. 4, Et in Arabia languidè dulces traduntur esse palmæ.

Dulciculus, pen. corr. {γλυκύδιος} Diminutiuum. Plaut. Pœn. 4,

Huius colostra & dulciculus caseus, mastigia. Cicero 3. Tusc. Dem. scurellam dulciculæ portionis, aliquid videamus & cibi.

Dulcedo, pen. prod. dulcedinis {γλυκύτης, γλυκαμός.} Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4,

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos

Ducit, & immemores non sinit esse sui. Cic. 2. de Finib.

Viuendi dulcedo. Cic. Bruto, 16, Neque honores, neque virtus alienа dulcedinem viuendi minuere potuerit.

Iracundiæ dulcedo. Cic. Qu. frat. lib. 1. 2. Si apud te plus authoritas mea, quàm tua siue natura paulo acrior, siue quædã dulcedo iracundiæ, siue dicendi sal facetiæque valuissent, &c.

Linguæ dulcedo. Ouid. 1. de Ponto eleg. 3.

Mellita cantus dulcedo. Apuleius lib. 5.

Mollissima dulcedine carminum memorabilis Hesiodus. Paterculus lib. 1.

Orationis dulcedo. Cic. 3. de Orat. Nã & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, sunt ducta a cæteris sensibus.

Intempesta somni dulcedo. Stat. 10. Thebaid.

Alma dulcedo. Lucret. lib. 2,

Aut aliquem fructum capiant dulcedinis almæ.

Honoris & pecuniæ dulcedine capi. Matius Ciceroni, lib. 11. 28, Itaque in victoria hominis necessarij, neque honoris, neque pecuniæ dulcedine sum captus.

Captus dulcedine pecuniæ. Vide CAPTVS.

Gloriæ dulcedine commoueri. Cic. pro Archia.

Dulcedine corrupteláque mores deprauati. Cic. 2. de Legib.

Interpellata dulcedo alicuius rei, Vide INTERPELLO.

Mouet maxima dulcedine sensum voluptas. Cic. 2. de Fin.

Dulcitas, pen. corr. huius dulcitatis {γλυκύτης} Idem. Accius Tereo, Suauem linguæ fontem, ô dulcitas conspirium animæ. Nonius. Antiquum.

Dulcitudo, pen. prod. huius dulcitudinis {γλυκύτης} Idem. Cæcilius, Tanta huic inuasit in corda dulcitudo. Hæc Nonius. Cic. 3. de Orat. Quinetiã gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique dulcedine præter cæteros sensus commouetur.

Dulciarius {πραιμοπώλης} vt, Dulciarius pistor, qui panes & mellita concinnat edulia. Lamprid. de Heliogabalo, Dulciarios & lactarios tales habuit, vt quæcunque coqui de diuersis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomarij, illi modò de dulciariis, modò de lactariis exhiberent. Iulius Firmicus lib. 8. cap. 11, tradit dulciarios, conditores, & his similes viros nasci sub sydere Spicæ, quæ in Virginis parte decima exoritur.

Dulcesco, dulcescis {γλυκαίνομαι} dulcescere, Dulce fieri. Cic. de Senect. Primo vua est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit. Plin. lib. 3. cap. 18, Dulcescente mari.

Dulcè, Aduerb. {γλυκέως.} Plaut. Milite 5, Hercle astitit & dulcè & cõmœdicé. Cic. de Claris Orat. Tum historia quædam Græca scripta dulcissimé.

Loqui dulcé. Horat. 1. epist. 7.

Magis dulcé. Vide MAGIS.

Profari dulcé. Stat. 1. Sylu. 2.

Ridens

Ridens dulcé. Catul. ad Lesbiam,

Qui sedens aduersus identidem te

Spectat, & audit dulce ridentem.

Dulciter, Aliud aduerbium, pen. corr. {γλυκερῶς.} Cic. 2. de Finib. Aut enim eam voluptatem tuereatur, quam Aristippus, id est qua sensus dulciter ac iucundè mouetur.

Dulciſluus, dulciflua, dulciſluum {γλυκύῤῥους} Quod dulciter & suauiter fluit. Sipontinus.

Dulciloquus {μελιῤῥημων} Dulciter loquens. Sipontinus.

Dulciriloquus, à Næuio vsurpatum, vt nimis poeticum, & ab vsu remotius, explodendum censet Gellius lib. 19. cap. 7. quem vide.

Dulciſonus {γλυκύφωνος} Suauiter sonans. Sipontinus.

Dulco, dulcas, Dulce officio. Sidonius Apollinaris ad Agricolam, Parco libens, laudaturus vitæ tam dulcatæ solicitius ingenuitatem. Hinc Edulco, edulcas, quod est, ex acerbo aut amaro dulce & suaue reddo. Cn. Mactius, Quapropter edulcare conuenit vitam, curásque acerbas sensim gubernare.

DVLCIS PORTVS {γλυκὺς λιμὴν} quem intrat amnis Acheron, ex Acheusia palude profluens, compluráque suscipiens flumina, quibus sinus ipse dulcis efficitur. Verba sunt Strab. lib. 7.

Dulcis radix {γλυκυῤῥίζα} fruticosa est, ramis binũm cubitorũ altitudine assurgentibus, foliis lentisci, densis, pinguibus, tactúque gummosis, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis, aspriore, qui siliquas lentium modo habet rufas, & paruas. Officinæ Græcum nomen corrumpentes, vel potius barbaros sequutæ *Liquiritium* vocant. Vide Dioscor. lib. 3 capite 5. Meminit & Plinius lib. 22. capite 9. vbi inter aculeatas numerat, sed falsò, vt vsus quotidie comprobat.

DVLICHIVM {Δυλίχιον} (inquit Seruius) Insula est, vbi mons est Ithacus, in quo fertur habitasse Ulysses, eóque & ipse Dulichius, & Dulichias habuisse rates dicitur. Hæc Seruius. Dulichium, inquit Vadianus, Melæ interpres, Ulyssi paruit, à quo ipse Dulichius cognominatus: Ithacensis à patria. Horatius,

Remigium vitiosum Ithacensis Ulyssi. Ouid. 14. Metamorphoseos,

Dulichiúmque, Sameéque, & Neritos ardua saxis.

Dulichius, Adiectiuum. Virgil. 6. ecloga, Dulichias vexasse rates. Hoc est Itha enses. Seruius.

Dulocratia {δουλοκρατία} Latinè seruorum dominatus & imperium, quam sanxisse videtur C. Imperator, permissa passim seruis licentia dominos accusandi, siquid vellent, vnde ingens illata orbi terrarum calamitas. Cæl. meminit Antiq. lect. lib. 7. cap. vlt.

DVLOPOLIS {Δουλόπολις} Oppidum circa Indum fluuium, alio nomine Acanthus dictum, de quo Plin. lib. 5. cap. 27. ¶Fuit item oppidum in Libya, in qua id iuris fuit, vt qui seruus ad eam aufugisset, omni nexu solueretur. Alex. Genial. lib. 3. cap. 20.

D V M

Dum {ἐπὶ ὅσον χρόνον} Aduerbium temporis, varia significat.

Dum, Quando. Virgil. 1. Æneidos,

Multa quoque & bello passus dum conderet vrbem.

¶Dum, Vsque dum, vel donec: & iungitur his ferè verbis, moror, operior, expecto. Liuius, Paucos morati dies dum socij venirent. Terent. Heaut. 3. 2,

At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo

Abeat. Cic. ad Atticum, lib. 7. 12. 1, Expecta amabo te dum Atticum conueniam. Eidem, Ego in Arcano operior dum ista cognosco. Eidem, Quòd si totum tibi persuadere nõ possum, saltem dum quid de Hispanis agamus scitur, expecta.

Tantisper dum. Terent. Adelph. 1. 1,

Malo coactus qui suum officium facit,

Dum id rescium iri credit, tantisper cauet. Idem Heaut. 1. 1,

Ego te meum dici tantisper volo, dum quod te dignum est facis.

¶Dum, pro Modò, siue dummodo. Terent. Eunuch. 4. 6,

Vsquaeo ego illius ferre possum ineptias & magnifica verba,

Verba dum sint. Idem Heaut. 3. 1,

-decretum est pati

Dum illum modò habeam mecum. Sallustius, Neque id quibus artibus assequereretur, dum sibi regnum pararet, pensi quicquam habebat. Terent. Hecyr. 4. 4,

Dum ne reducam, turbent porrò quàm velint. Cic. 5. de Finib. Dum res maneant, verba fingant arbitratu suo.

¶Dum, aliquando πάρελκον est. est enim productio & adiectio syllabæ: vt Ehodum ad me, Adesdum. Hæc Donatus. Terent. Hecyra, 5. 4, Manedum sodes. Vbi Donatus, D V M abundat, inquit.

Tam diu dum. Cic. 6. Verr. Vsus est hoc Cupidine tam diu, dum forum diis immortalibus, populóque Romano habuit ornatum.

¶Dum, Quandiu. Terent. Heaut. 2. 2,

-nosti mores mulierum,

Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Idem And. 2. 6,

Dum licitum est ei, dúmque æras tulit, amauit. Cic. 3. de Finib. Sed tamẽ iam infici debet his artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior.

Dum quæro, dum studeo, dum sum fidelis. Terent. Heaut. 3. 1,

Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,

Dum id quæro, tibi quí filium restituerem. Idem And. 5. 1,

Dum studeo obsequi tibi, penè illusi vitam filiæ. Idem Phorm. 1. 2,

Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi.

Dum exeo. Terent. Andria, Ne expectetis dum exeat. Sic Virgilius 9. ecloga,

Tityre dum redeo (breuis est via) pasce capellas. Idem 2. Æneid.

¶Dum interea, pro Interea dum. Plautus Amphit. 17. Terentius Eunucho, 2. 2,

Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum vbi venimus,

Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij.

¶Dum, pro Tunc quum. Terent. Heaut. 5. 5,

-dum incipis, grauia sunt,

Dúmque ignores: vbi cognoris, facilia.

¶Dum, pro Tandiu, vel tantisper dum, aut quãdiu. Cic. pro Rosc. Amerino, Dum præsidia vlla fuerunt, in Syllæ præsidiis fuit. Ibidem, Dum hominum genus erit. Terent. Andria,

Dum tempus ad eam rem tulit. Id est quandiu.

¶Neque dum, pro Et nondum. Celsus, Pertinet autem ad rem quàm calidissimum esse imum ventrem, neque dum inflammationem cepisse.

¶Nihil dum, Id est nihil adhuc. Cic. Planco, lib. 12. 12, Interim ad me venit Munatius noster, vt cõsueuerat, & ego ei literas tuas dedi: nihil dum enim sciebat. Idem ad Cassium, lib. 12. 7.

¶Vix dum, Hoc est Vix adhuc. Cic. ad Cassium, lib. 12. 4, Vix dum triginta dies in Syria fuisses. Vide V I X.

¶Dum, Postquam. Martial. lib. 1, Audieris dum grande sophos. Id est postquam audieris.

¶Dum, pro Quoad. Colum. lib. 2. cap. 11, Paulum aqua maceratur, dum inlenteſcat. Idem lib. 3. cap. 3.

¶Dum, pro Vsque eo. Catullus in Carmine nuptiali, siue Epithalamio,

Sic virgo dum intacta manet, dum chara suis est. Quo in loco nõnulli legunt, tum chara, &c. sed ij arguuntur authoritate Quintiliani hunc locum, etiam ipso versu citato, sic exponentis libro 9. cap. 3, Prius dum, significat quoad: sequens, vsque eo.

¶Dummodo. Liu. 1. ab Vrbe. Iuuenal. satyr. 8. ad finem,

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis

Æacidæ similis, Vulcaniáque arma capessas. Cic. 3. Offic. Quidẽqui omnia recta & honesta negligunt, dummodo potẽtiam consequantur, nónne idem faciunt, &c.

Dummodo ne quid hæc ambitiosa festinatio imminuat eius gloriæ. Cic. Famil. lib. 10. epist. 25.

¶Dum ne. Cic. Cn. Magno, in epist. ad Atticum, lib. 8. 15, 7, Ego sicui adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro. Brutus Ciceroni, lib. 11. 10, Interpellent me, quominus honoratus sim, dum ne interpellent quominus Respublica à me commodè administrari possit.

¶Dum nupta erit. His verbis propriè nuptiæ intelliguntur. l. bonos. §. hoc sermone. D. de verb. signif.

DVMANA, Asiæ oppidum à Syene, & prius Arabiæ latere, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

DVMNA, Insula in Britannia, Scandiæ proxima, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 16.

Dumus, huius dumi, m. g. {θάμνος} Dicitur omnis spina. Cic. 5. Tusc. Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in quã inerat sphæræ figura, & cylindri.

Amantes ardua dumi. Virgil. 3. Georg.

Aspera rura dumis. Virgil. 4. Æneid.

Horrida dumis sylua. Virgil. 9. Æneid.

Excelsi dumi. Virgil. in Culice, Excelsíque super dumis,

Rubentes dumi. Claud. de locusta.

Silentes dumi. Virgil. Æneid. 9,

-dumíque silentibus errat.

Solidus dumus. Ouid. 12. Metamorphoseos,

-solidóque reuellere dumo, &c.

Spissi dumi. Sil. lib. 10,

Syluestres dumi. Virgil. Æneid. 8,

Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit

Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.

Creare dumos dicitur terra. Quintil. lib. 5. cap. 11, Terra neglecta sentes, atque dumos, exculta fructus creat.

Dumosus, pen. prod. Adiectiuum {θαμνώδης} Spinosus, vepribus plenus: vel, vt ait Festus, Frondosus. Admonet Festus Pomp. legi Dusmosum locum apud Liuium, pro dumoso. antiqui enim interserebant s literam, & dicebant cosmittere, pro committere, & casmœnæ pro camœnæ. Colum. lib. 4. cap. 33, Nisi si dumosi, glareosi; montes. Virgil. 1. ecloga,

Non ego vos posthac viridi proiectus in antro

Dumosa pendẽre procul de rupe videbo. Vbi Seruius, Dumosa id est rigida, spinosa.

Arua dumosa. Virgil. 2. Georg.

Auia dumosa. Sil. lib. 7.

Inuia dumosa. Sil. lib. 4.

Rupes dumosa. Virgil. eclog. 1.

Dumetum, huius dumeti, pen. prod. {θαμνῶδες} Locus dumis & spinis consitus. Cic. 5. Tusculan. Septum vndique & vestitum vepribus & dumetis.

Densa dumeta. Sil. lib. 3,

Ceu pernix quum densa vagis latratibus implet

Venator dumeta Lacon.

Paruis dumetis vulsa fraga. Seneca Hippol. 4.

Confraga dumeta. Lucan. lib. 6.

Horrida dumeta. Seneca Herc. OEtheo, 2.

Pinguia dumeta. Virgil. 1. Georg.

¶Dumeta Stoicorum, per translationem. Cic. 4. Acad. Quum sit enim campus in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias & Stoicorum dumeta compellimus?

Dumeta, antiqui (inquit Festus) quasi dumiceta appellabant, quæ nos dumeta.

D V N

DVNIVM {Δούνιον} Ptolemæo authore, vrbs insulæ Britanniæ: alio nomine Dorkinga. Vulgò *Dorcestre*.

Duntaxat, Aduerbium {μόνον, γοῦν} Idem quod solum. Cic. pro Deiot. Quod ipsum etsi non iniquum est, in tuo duntaxat periculo. Plin. libro 10. cap. 29, Rostrum quoque anniculis in ebur transfiguratur, duntaxat maribus. Cic. ad Brutum, Consules duos bonos amisimus, sed duntaxat bonos. Idem pro Quinctio.

Non duntaxat, pro Non solum. Liu. lib. 46. Nec animum nobis dũtaxat fidelem ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis quæ gessistis. Paulus C.lib.3.de testament.tutel. Quum tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus præponatur.

Duntaxat, pro Non magis. Papin.l.95.§.2.D.de solut. Nam si reus duntaxat fuit obligatus, fideiussor liberabitur. Id est, non plenius quàm fideiussor, duntaxat vt fideiussor.

D V O

Duo, duæ, duo, plur.num. {δύο, vel δύω Attice} Aliquando accusatiuus masculinorũ similis est nominatiuo: proferúrque in o more Græco. Horat.1. Serm. satyr.7, -duo si discordia vexat inertes. Cic. Appio, lib.3.4, Duo enim duarum ætatum plurimi facio eadem ratione, Cn. Pompeium filiæ tuæ socerum, & M.Brutum generum tuum.

Duodecies, Aduerbium {δωδεκάκις.} Cic.in Sallust. Ne causam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare pacisceitur. Liu.8.bel.Maced.

Duodecies H s. Cic.4.Verr.

Duodecim, pen.corr. {δώδεκα.} Cic.2.de Legib. Discebamus enim pueri duodecim, & carmen necessarium. Compendium est loquendi, quo significabantur leges duodecim tabularum.

Duodecima hora ædificare, Adagium in eos torqueri solitum, qui quum iam ad vitæ peruenerint vmbilicum, de futuro tamen, quod fallacissimum est, multa sibi pergunt polliceri, adeò vt & struendis ædificiis inuigilent. Porrò quod ad horas attinet, vt tollatur, siquis inest apud incultiores nodus, Duodecima intelligitur diei vltima. Cæterùm huic prouerbio locum dedit M. Crassus, qui Parthicis inhians opibus, quum exercitũ per Galatiam duceret, Deiotarum regem extrema iam senectute cõfectum, nouam ædificare vrbem comperit. Quod quum mirari satis nequiret, scommate in illum ita lusit, Quid hoc, inquit, rei est, duodecima iam tibi tantùm non instat hora, & nouam nihilominus vrbem ædificare pergis? Plura Cæl. Rhod. lib.12.cap.9.

Duodeni, pen.prod. Adiectiuum plur.num. {δωδέκατοι} Idem quod duodecim. Cic.pro Lege Agraria, Duodena iugera. Apud Liu.1.ab Vrbe, Duodeni pedes. Plin.lib.2.cap.8.

Astra duodena. Virgil.1.Georg.

Signa duodena. Ouid.13.Metam.

Duodeuiginti {ἕκκαι δυοῖν δέουσι} Pro octodecim. Hanc dicendi consuetudinem (inquit Festus) à Græcis traxisse videmur, qui sic enuntiant δυοκαίεικοσι. Cic.4.Acad. Amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem. Liu.4.bel.Pun.

Duodeuigesimani milites, Romæ quondam sic dicti, à legionum numero. Vide Alex.Genial.lib.6.cap.22.

Duodeuiceni, penult.prod. duodeuicenorum: vt Duodeuiceni denarij. Liu.1.bel.Pun. Id est octodecim.

Duodeuicesimus, pen. corr. Plin.lib.35.cap.8, Duo enim de vicesima olympia interiit Candaules. Idem lib.2.cap.73, Bis anno absumi vmbras, sole duodeuicesimam Tauri partem obtinente.

Duodetricies. Cic.5.Verr. Ita in frumentum imperatum H s. duodetricies in annos singulos Verri decernebatur.

Duoderriginta. Varro 1.de Re rust. cap. 1, Quòd res dispersas comprehendit libris duoderriginta. Cæsar 5.bel.Gal.

Duodequadrageni pedes. Plin.lib.36.cap.2.

Duodequadraginta annis. Cic.5.Tusc.ul.

Duodequadragesimus annus. Liu.1.ab Vrbe.

Duodequinquagesimus annus. Cic. de Claris Orat. Et apud Plinium lib.4.cap.22, Duodequinquaginta.

Duodenonaginta. Plin.lib.3.cap.16.

Duodeoctoginta. Plin.lib.3.cap.5.

Duonum, vetereς pro bono dixerunt, sicut duellum pro bello. Festus, Simul duona eorum portat ad naues.

D V P

Dupla, duplæ, fœm.gen. Substantiuum. hinc

Duplam stipulari, hoc est, vt pretium emptori in duplo reddatur, si res fuerit euicta. Quæ stipulatio olim fuit frequentissima, ad reprimendam vẽditorum temeritatem. l.4.§.5.is qui.D.de verb. oblig. Sic & Vlpianus dicit, Duplari pœnam, in l.qui tabulas. in princip.D. de furt.

Duplæ appellatione interdum quadruplum cõtinetur. l. inter eos. §.quod diximus.D.de furt.

Duplaris, & hoc duplare, pen.prod. Macrob.in Somnio Scipionis, lib. 1. cap. 6, Timæus Platonis, fabricatorem mundanæ animæ Deum, partes eius ex pari & impari, id est duplari & triplari numero, intexuisse memorauit: ita vt à duplari vsque ad octo, à triplari vsque ad viginti septem staret alternatio numeri.

Duplaris numerus dicitur, in quo minor bis numeratur. Duplariæ autem, siue duplares actiones dicũtur à Iurisconsultis quæ in duplum dabantur: sicut quadruplariæ, quæ in quadruplum. Duplares milites in veteri militia dicebãtur, qui torque aureo ob virtutem donati, duplam annonam accipiebant amplius quàm cæteri, quemadmodũ simplarij, qui annonam simplam accipiebant, præter eam quæ in singula militum capita distribuebatur. ita dicti, quòd duplam & simplam annonam extra ordinem accipiebant. Veget. lib. 2, Torquati, inquit, duplares, & torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit, quem qui meruissent, præter laudem interdum duas consequebatur annonas: duplares duas, simplares vnam.

Duplex, duplicis, pen. corr. Adiectiuum {διπλόος, διπλόος} Cui duæ sunt partes. Virgil.1.Æneidos, -& duplicem gemmis auróque coronam. Idem 3. Georgic. At duplex agitur per lumbos spina. Vbi Seruius, Aut re vera duplex, aut lata: vt 1. Georgicorum,

-duplici aptantur dentalia dorso.

Duplex, pro duobus aliquando accipitur. Virgil.1.Æncidos,

-& duplices tendens ad sydera palmas.

Amictus duplex. Virgil.5.Æneid.

Duplex argentum. Plaut.Menæch.12, Ego pol tibi reddam duplex.

Causa duplex iræ. Ouid.6.Fast.

Duplex comœdia. Terent.in prol.Heaut.

-integram comœdiam

Hodie sum acturus, Heautontimorumenon:

Duplex quæ ex argumento facta est simplici.

Duplices cursus. Cic. 1. Tusc.ul. Itaque differuit duas esse vias, duplicésque cursus animorum è corpore excedentium.

Duplex damnum. Plaut. Casin. 16. De coquis.

Modus in singulis pedibus orationis aut sesquiplex, aut duplex, aut par. Cic.in Orat.

Duplex ordo. Plin.lib.11.cap.40.

Panno duplici velatus. Horat.1.epist.18.

Duplex pes primus fœminæ cancrorum, simplex mari. Plin.lib.9. capite 31.

Duplex stipendium. Liu.4. bel.Maced.

Duplex quàm. Colum.lib.1.cap.8, Duplicia quàm numerus seruorum exigit, refecta & reposita custodiat. Scilicet ferramenta.

Duplex pretium quàm cæteris. Plin.lib.19.cap.13.

Duplici spe vti. Terent. Phorm.4.2.

Commodius esse arbitror duplici spe vtier.

Duplicibus spoliis affectus. Plaut. Bacchid.

Duplicia iudicia olim dicebantur, quum duo consilia ad vnam cogebantur hastam, vnúmque tribunal, sicut quadruplicia, quæ ex quatuor iudicum consiliis & decuriis, quæ in Iulia basilica sedebant, coacta erant. Quintil.lib.11, Succurret etiam, inquit, si apud alios iudices agatur, vt in secunda assertione, aut in centurialibus iudiciis duplicibus parte victa. De quadruplicibus meminit lib.12.

Duplicia iudicia sunt Iurisconsultis, Familiæ erciscundæ, Cõmuni diuidundo, Finium regundorum: quia par vtriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipuè reus vel actor intelligitur, sed vnusquisque tam rei, quàm actoris partes sustinet. Instit. de iudic. §. tertia diuisio. in fin.

Duplices, Substantiuum, num.plur. masc.gen. Pugillarium, siue tabellarum genus est, in quibus literæ scribi solebãt, quæ & diplomata Græca voce dicuntur. Nam δίπλωι Græci duplum dicunt. Suetonius, In diplomatibus, libellísque & epistolis signandis, initio Sphinge vsus est, mox imagine magni Alexandri, nouissimè sua. Huiusmodi tabellæ aliquando triplices erant, in quibus res amatoriæ scribi solebant. Martialis,

Tunc triplices nostros non vilia dona putabis,
Quum se venturam scribet amica tibi.

Aliquando quincuplices. Idem Martialis,

Cæde iuuencorum domini calet area felix,
Quincuplici cera quum datur altus honor. Ex Sipontino.

Duplicitas, penult.corr. duplicitátis, pen.prod.fœm.gen. Lactantius de Opific. Dei, cap.8, Deus aures duas esse voluit: quarum duplicitas incredibile est quantam pulchritudinem præ se ferat. Ibidem, cap.10, de Nasi foramine, Id velut pariete per mediũ ducto interseptis, atque diuisis, fectísque ipsa duplicitate pulcherrimum.

Dupliciter, pen.corr. Aduerbium {διττῶς, διχῶς, διττοῦ} Duobus modis. Plaut. Milit.6. Cic.ad Pætum, libro 9. 20, Dupliciter delectatus sum tuis literis, & quòd, &c.

Dupliciter & bipertitò, cui contrarium est Simpliciter & singulari modo. Author ad Heren. lib. 1, Vt ostenderet id quod oportuisset simpliciter & singulari modo docere, illos distribuisse dupliciter & bipertitò.

Carere culpa dupliciter. Cicero Pæto, lib.9.16, Nihil esse sapientis præstare, nisi culpam: qua mihi videor dupliciter carere, & quòd ea fenserim quæ rectissima fuerunt: & quia quum viderem, &c.

Dupliciarius. Liu.2.ab Vrbe, Adhoc centuriones, dupliciariósque qui reliquerãt ordines, virgis cæsos securi percussit. In veteribus exemplaribus legitur duplicarios. Dicebantur autem duplicarij milites, quibus duplex stipendium dabatur. Vide Varronem lib.4. de Ling. Latina.

Dupho, duplionis, Verbum duodecim tabularum, quo duplex vel pecuniæ vel capitis multa imungitur alicui: quemadmodum talionis, talis pœnæ dicebatur condemnatio cuius aliquis alium affecerat. Plinius libro 18. capite 3, Noxámve duplionémve Prætoris arbitratu decerni.

Duplionem antiqui dicebant, quod nos duplum. Venit autem à Græco διπλόϊ. Festus.

Duplus, Adiectiuum {διπλάσιος} Bis tantum. vt Dupla pars. Cicero de Vniuers. Deinde quartam quæ secundæ dupla esset. Plaut.Pœn. 20, A 6. Duplum pro furto mihi opus est. Sic.Plin.lib.2.cap.21.

Dupla agnina. Plaut.Capt.13,

-qui concinnant liberis orbas oues,

Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt. Id est qui sub nomine agninæ carnis, ouillam quoque vendunt: & ita duplam, hoc est duplicatam & duorum generum agninam præbent, mentientes totam agninam esse.

Duplo & triplo interuallo dispares septem orbes mouentur. Cic. de Vniuers.

Duplus, idem valet quod bis tantum. Euclid.13.Element.prob.2, Octaedrum constituere, eáque sphæra qua pyramidem complecti, atque probare illius sphæræ diametrum potentia duplam esse lateris ipsius octaedri.

Duplum, dupli, Substantiuum {διπλάσιον.} vt, Cõdemnari dupli, ea forma dictum qua Condemnari capitis. Cato de Re rust. in Præfat. Maiores enim nostri sic habuere, & ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. Id est vt bis tantum reddat quantum furatus est. Sic Pœna dupli, apud Ciceronem 3. Offic.

Duplo maior. Plin.lib.11.cap.16.

Ire in duplum. Cic.pro Flacco, Frater meus pro sua æquitate prudentiáque decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret.

Reddere duplum. Plin.lib.33.cap.1.

Duplico, duplicas, penul.corr. {διπλασιάζω} duplicare: vt Duplicare numerum. Cic.1.de Nat.deor.

Duplicare,

Duplicare, Augere. Virgil.2.eclogа,

Et sol crescentes decedens duplicat vmbras. Vbi Seruius, Variauit: nam suprà dixerat,

Maiorésque cadunt altis de montibus vmbræ. Duplicat autem, auget. Hactenus Seruius. Sic Duplicare opinionem de se. Cic. ad Tironem, lib.16. Et Duplicare imperium. Plin.lib.11.cap.37.

Geminare & duplicare. Cic.in Partit. Et geminata atque duplicata, vel etiam sæpius iterata ponantur.

Acies duplicare. Sil.lib.15.

Duplicare aliquem dolore. Virgilius,

-duplicátque virum transfixa dolore. Magnus enim dolor nos duplicat & curuat. Turnebus.

Bellum duplicare. Tacit.lib.20, Audita interim per Gallias, Germaniásque mors Vitelli, duplicauerat bellum.

Exercitum duplicare. Cic.Attico, lib. 5. 106, Expedito ad mutandum locum paruo exercitu, &c. quem nos Deiotari aduẽu cum suis omnibus copiis duplicaturi eramus.

Materiam duplicare. Quintil.lib.2.cap.4, Comparatio, quanquam versatur in ratione simili, tamen & duplicat materiam, &c.

Solicitudines duplicare. Luceius Ciceroni, lib.5.14, Non intelliges duplicari solicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulat?

Duplicare verba. Liuius libro 7. bel. Pun. Sinuessæ natum ambiguo inter marem & fœminam sexu infantem, quos Androgynos vulgus, vt pleraque facilìore ad duplicanda verba Græco sermone appellat. Id est componenda.

Duplicare & iterare verba. Cic.in Oratore.

Duplicare vires suas. Liu.8.ab Vrbe.

Vota duplicare. Virgil.8.Æneid.

Duplicatus, pen. prod. Participium {διπλασιασθείς.} Cic. pro Domo sua, Ad id nec propositum vllum fuit: & si fuisset, duplicata gloria discessissem.

Imago duplicata noctis. Ouid.11.Metam.

Iterata & duplicata verba. Cic.in Partit.

Duplicatò, Aduerbium {διπλασιαμένως.} Seneca Natur.quæst. Horum duplicatio proxima à terris calefacit. Paul. in l. quod ait. D. de noxa. acti. Certè non tantùm duplicationis, sed & condictionis rationem habendam Iulianus putat.

Duplo, duplas, duplare. Paul.in l.vt tantum.D.de seruo corrupt. In hac actione extra rem, duplum est. Id enim quod damni datum est, duplatur.

Dupondii, dupondiorum. Iustin. in epistola ad Antecessores, Cuius auditores non volumus vetere tam friuolo, quàm ridiculo nomine dupondios appellari, sed Iustinianos nouos nuncupari. Hæc ille, deducta scilicet appellatione à dupondio, quasi duobus assibus æstimarentur.

Dupondius, Vide DIPONDIVS.

D V R

DVRA, duræ {δοῦρα Stephano} oppidum Mesoporamiæ, cuius incolæ d.cuntur Dureni.

Durabilis, Duramen, Duramentum, Duracini, Duratrix, & Duratus, Vide DVRVS.

Durata {δούρατα} pen.corr. plurali numero ligna dicuntur apud Græcos, vnde adiectiua sunt Durateus & Durius, quibus vsi sunt etiam Latini authores. Lucret.de equo Troiano, lib.5,

Nec clàm durateus Troianis Pergama partus
Inflammasset equus nocturno Graiugenarum.

Nox duria, Id est nox illa qua durius seu durateus equus à Troianis exceptus fuit, & in vrbem admissus. Valer.2.Argon. Sic exponit Ægidius Maserius.

Dureta, Hispanica vox est, qua illi significare solent vas illud amplum in balneis, in quo sedentes lauamur: Latini solium vocant. Sueton.in Augusto, At quoties neruorum causa marinis, albulísque calidis vtendum esset, contentus hoc erat, vt insidens ligneo solio (quod ipse Hispanico verbo Duretam appellabat) manus ac pedes alternis iactaret.

DVRIA, siue Durias {δουρίας} Fluuius est in latere occidentali Hispaniæ, per Vetiones & Vacceos in Oceanum influens, teste Strabone lib.3. Ptolem.lib.2.cap.6, Doriam appellat. Plinius item lib.3. cap. 16, Durias duos commemorat ex Apennino ortos, & in Padum influentes. Item alium in finibus Germaniæ, Sueuos à Carnuntis dimentem, de quo vide eundem lib.4.cap.12.

Duricordium, Vide DVRVS.

Duricorium, & Duricoria, Vide DVRVS.

DVRINE {δουρίνη} Oppidum in sinu Persico, quod Alexandri Magni tẽpore interiit, & ex quo idem Alexander colonos deduxit in Characem vrbem à se primùm ædificatam. Vide Plin.lib.6.cap.27.

DVRIS Samius, Historici nomen, qui cum plura alia, tum de pyramidibus Ægyptiis perscripsit, citatúrque sæpissime à Plinio, vt videre est lib.36.cap.12.lib.8.cap.46, & aliis plerisque in locis.

DVRIVS L. Valla, Medicus, qui repentina morte, dum mulsi potionem hauriret, extinctus est, authore Plinio lib.7.cap.53.

DVRIVS {δοῦριος Ptolemæo} Hispaniæ fluuius circa Numantiam per Vaccęos fluens, qui Galleciam separat à Lusitania. Hermolaus Turium legi oportere contendit apud Plinium lib.3.cap.3. Ex Sallustio, Phoca grammatico, & cæteris. Ptolemæo Durius dicitur, & Silio lib. 1, Hic certant Pactole tibi, Duriúsque, Tagúsque. Durius Oliuarius in Melam dicit nunc vocari *Guada Lauiar*, & *Duero*.

Duro, duras, Vide DVRVS.

DVROCOTTORVM {δουροκόττορον, πτελεατικόν, κοπτορίτης, κοπτόριος, γρηλίους} Gallię vrbs in Belgica, authore Ptolemæo. Vulgò *Reims*. Strabo lib.4, Duricortoram vocat.

Durus, dura, durum {σκληρός, σκληδόνιος, κόκκυστος, πτελεατικός, κοπτόριος, γρηλίους} Quod est solidum ac firmum. Virgil.4.Æneidos,

-sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus,

Durus, ferreus & inhumanus. Cic.7.Verr. Quis tam fuit illo tempore durus, & ferreus, quis tam inhumanus, præter vnum te? &c.

Durus ad studia. Cic. pro Archia poeta, Nam & Cimbricas res adolescens attigit, & ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, iucundus fuit.

Durus & oratione & moribus. Cic.4.de Finib.

Vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. Cicero de Claris Oratoribus.

¶ Acheron durus. Vide ACHERON.

Agrestes duri. Virgil.1.Georg.

Dura aluus. Plin.lib.28.cap.9. Horat.2.Serm.satyr.4.

Amica dura. Ouid.1.Amor.eleg.9.

Amor durus. Virgil.3.Georg.

Duro animo es, Id est, non potes vinci. Terent. Heaut.4.1,

-vt præter spem eueniat quàm timui malè

Ne nunc animo ita esses duro, vt olim in tollenda, Chremes!

Annona dura. Cic. pro Domo sua, Iam penè belli depulso metu commutatam annonam esse dicebant: quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, &c.

Arator durus. Virgil.4.Georg.

Arua dura. Virgil.2.Georg.

Casus durus. Virgil.2.Æneid.

Catena dura. Ouid epist.10.

Cautes duræ. Ouid.4.Metam.

Claustra durissima. Claud.5.Paneg.

Conditio durior. Cic.pro Rabirio Posth. Prouideret, ne duriorem vobis conditionem statuatis, ordinísque vestro, quàm ferre possit:

Duriores legum conditiones. Cic.pro Cluentio.

Corda dura. Ouid.epist.4.

Cores dura. Virgil.4.Georg.

Crinis durus sanguine, Id est concretus. Stat.11. Thebaid.

Cubile durum. Virgil.9.Æneid.

Curæ duræ. Virgil.4.Æneid.

Cutis dura. Ouid.8.Metam.

Dolores duri. Virgil.5.Æneid.

Dura domina cupiditas. Cic.in Parad.

Fames dura. Horat.1.Serm.satyr.2.

Fata dura. Seneca Troade, 12.

Duriore fortuna conflictari. Cic.ad Attic.lib.10.195.

Durum frigus. Plaut.Menæch.21. Lucret.lib.5.

Gens dura. Virgil.6.Æneid.

Glebæ duræ. Virgil.7.Æneid.

Durus homo, Rudis, & immitis, ac moribus difficilibus. Durus item homo, qui pudore non mouetur, nec flectitur precibus vllis, translato ab corpore ad animum nomine. Terent. Adelph.1.1. Cic. 2. Offic. Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis.

Homo vehemens atque durus. Cic.pro Cælio.

Hyems dura. Virgil.4.Georg.

O dura messorum ilia! Horat. Epod.2.

Imperium durum. Tacit.lib.12, Móxque vulgus duro imperio habitum probra, ac verbera intentabat.

Imperia dura exercere. Virgil.2.Georg.

Durum ingenium atque inexorabile. Terent. Phorm.3.2,

Adeóne ingenio te esse duro atque inexorabili,

Vt neque misericordia, neque precibus molliri queas?

Iter durum. Virgil.6.Æneid.

Iussa dura. Ouid.7.Metam.

Labor durus. Virgil.4.Georg.

Lacerti duri. Claud.de Nupt. Honorij.

Dura lex, Quæ non facilè fertur. Plaut. Merc.2.0,

Ecastor lege dura viuunt mulieres,

Multóque iniquiore miserè quàm viri. Cic.1.de Orat.

Mala dura. Horat.2.Carm.ode 13.

Messor durus. Ouid.14.Metam.

Ministeria dura. Ouid.11.Metam.

Mors dura. Virgil.3.Georg.

Natura dura rerum. Horat.1.Serm.satyr.10.

Durum nomen & Molle nomen, contraria. Cic.1. Offic. Quid ad hanc manſuetudinem addi potest, eum quicum bellum geras, tam molli nomine appellari? Quanquam id nomen durius iam efficit vetustas.

Duri oculi. Plaut.Menæch.20,

Dic mihi hoc etiam, solent tibi vnquam oculi duri fieri?

Opus durum. Lucret.lib.5.

Durum os. Plin.lib.11.cap.37, Labra à quibus brocci, labeones dicti, & os probum duriúsve, animal generantibus.

Os durum, Id est impudens. Ouid.5.Metam. Ab os, oris.

Duri oris vir. Liu.2.bel.Pun.

Duræ partes. Terent. Eunuch.2.3, Duras fratris partes prædicas.

Pater durus. Ouid.9.Metam.

Pauperies dura. Horat.4.Carm.ode 9.

Pericla dura. Horat.1.Serm.satyr.2.

Durus pictor in coloribus. Plin.lib.35.cap.11.

Duræ pœnæ. Terent. Heaut.2.4,

Duriore fortuna conflictari. Cic.ad Attic.lib.10.195.

Durum frigus. Plaut. Menæch.21. Lucret.lib.5.

Gens dura. Virgil.6.Æneid.

Glebæ duræ. Virgil.7.Æneid.

Durus homo, Rudis, & immitis, ac moribus difficilibus. Durus item homo, qui pudore non mouetur, nec flectitur precibus vllis, translato ab corpore ad animum nomine. Terent. Adelph.1.1. Cic. 2. Offic. Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis.

Homo vehemens atque durus. Cic.pro Cælio.

Hyems dura. Virgil.4.Georg.

O dura messorum ilia! Horat. Epod.2.

Imperium durum. Tacit.lib.12, Móxque vulgus duro imperio habitum probra, ac verbera intentabat.

Imperia dura exercere. Virgil.2.Georg.

Durum ingenium atque inexorabile. Terent. Phorm.3.2,

Adeóne ingenio te esse duro atque inexorabili,

Vt neque misericordia, neque precibus molliri queas?

Iter durum. Virgil.6.Æneid.

Iussa dura. Ouid.7.Metam.

Labor durus. Virgil.4.Georg.

Lacerti duri. Claud.de Nupt. Honorij.

Dura lex, Quæ non facilè fertur. Plaut. Merc.2.0,

Ecastor lege dura viuunt mulieres,

Multóque iniquiore miserè quàm viri. Cic.1.de Orat.

Mala dura. Horat.2.Carm.ode 13.

Messor durus. Ouid.14.Metam.

Ministeria dura. Ouid.11.Metam.

Mors dura. Virgil.3.Georg.

Natura dura rerum. Horat.1.Serm.satyr.10.

Durum nomen & Molle nomen, contraria. Cic.1. Offic. Quid ad hanc manſuetudinem addi potest, eum quicum bellum geras, tam molli nomine appellari? Quanquam id nomen durius iam efficit vetustas.

Duri oculi. Plaut. Menæch.20,

Dic mihi hoc etiam, solent tibi vnquam oculi duri fieri?

Opus durum. Lucret.lib.5.

Durum os. Plin.lib.11.cap.37, Labra à quibus brocci, labeones dicti, & os probum duriúsve, animal generantibus.

Os durum, Id est impudens. Ouid.5.Metam. Ab os, oris.

Duri oris vir. Liu.2.bel.Pun.

Duræ partes. Terent. Eunuch.2.3, Duras fratris partes prædicas.

Pater durus. Ouid.9.Metam.

Pauperies dura. Horat.4.Carm.ode 9.

Pericla dura. Horat.1.Serm.satyr.2.

Durus pictor in coloribus. Plin.lib.35.cap.11.

Duræ pœnæ. Terent. Heaut.2.4,

Imò vt patrem vidi esse habitũ, diu etiam duras dabit. Sub. pœnas.

Poeta durissimus. Cic. Attico, lib.14.318.

Præcordia dura. Ouid.7.Metam.

Prælia dura. Horat.3.Carm. ode 20.

Dura prouincia. Terent. Phorm.1.2,

-ô Gera, prouinciam Cepisti duram.

Quies dura. Virgil.10.Æneid. de morte,

Olli dura quies oculos, & ferreus vrget Somnus.

Dura est hæc res in pectore & corde. Plaut. in Menæch.17.

Sapor Bacchi durus. Virgil.4.Georg.

Senex durus ac penè agrestis. Cic. pro Cælio. Idem in Oratore,

Quis tamen se tam durum agrestémque præberet qui hanc mihi non daret veniam?
Durior iudicis sententia. Liu. 6. bel. Pun.
Dura seruitus. Plaut. Amphit. 4. Cic. in Parad.
Seruitium durius. Tacit. lib. 11, Atque interim Gotarzes pœnitẽtia concessi regni, & reuocante nobilitate, cui in pace durius seruitium est, contrahit copias.
Sorores duræ, Id est parcæ. Sil. lib. 13.
Sortes duræ. Ouid. 13 Metam.
Strata dura. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Studia dura. Claud. 7. Paneg.
Dura tempora. Cic. pro Corn. Balbo, Duris enim quondam temporibus Reipub. nostræ, &c.
Durissima Reip. tempora. Cic. pro Domo sua.
Valetudo dura. Horat. 2. Serm. satyr. 2.
Durum verbum, cui Molle opponitur. Cic. 1. de Nat. deor. At ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit (vtrúque omnino durum, sed vsu mollienda nobis verba sunt) verum, &c.
Durum vinum est asperum, & adhuc insuaue, neque potui tempestiuum maturúmque. Ei opponitur vinum molle, quod maturú est potui, mitémque adeptum est saporem. Virgilius,
Tunc agni pingues, tunc sunt mollissima vina. Sic Græci, vt Theophrastus & Athenæus, σκληρὸν & χαλεπὸν οἶνον dicunt. Turnebus.
Vis dura. Virgil. 4. Georg.
Dura vita, Ingrata, & molestiis atque ærumnis oppleta. Terent. Adelph. 5. 4, -nam ego vitam duram, quam vixi vsque adhuc
Propè iam excurso spatio, mitto.
Vngue duro saucius. Claud. in Epithal. Palladij.
Vultus durus. Ouid. epist. 15.
¶ Dura viarum, Id est viæ duræ. Claud. 7. Paneg.
¶ Tolerare dura. Seneca Hippol. 4.
Præbere se durum miseræ & afflictæ fortunæ alicuius. Antonius Ciceroni, in epistolis ad Atticum, lib. 14. 310. Huic opponit Facilem se præbere.
Asperior & durior: cui contrarium est Moderatus & mitis. Cicero pro Murena, Doctrina non moderata nec mitis, sed vt mihi videtur paulò asperior & durior, quàm aut veritas aut natura patiatur.
Durior cõditio, pro Difficilior, vt siquis deteriorem habeat patronum. l. generaliter. §. fin. D. de fideicom. libert. Sic durior aduersarius in l. 1. C. de alienat. iud. mut. cauſſ. fact.
Ferro durior. Propert. lib. 1. eleg. 12.
Durius̃culus, pen. corr. Diminutiuum. Plin. in Præfat. Ille enim, vt scis, permutatis prioribus syllabis durius̃culum se fecit. Id est, paulò durior em. De Catullo poeta loquitur.
Durè, siue duriter, pen. corr. {σκληρῶς} Aduerbia. Terent. And. 1. 1,
Primùm hæc pudicè vitam, parcè ac duriter agebat. Vbi Donatus, Duriter contra rationem regulæ. debuit enim dicere durè, ab eo quod est durus. Et tamen est differentia. Est enim duriter, sine sensu laboris: dure autem, crudeliter. illud ad laborem, hoc ad fœuitiam relatum est. Sed durè in alterum, duriter in nos aliquid facimus. Adelph. 1. 1,
Vxorem nunquam habui: ille contrà, hæc omnia,
Ruri agere vitam, semper parce ac duriter se habere.
Accipere aliquid durius. Cic. Attico, lib. 1. 1, Durius accipere hoc mihi visus est quàm vellem.
Aduertere durius. Tacit. lib. 3, Fecerant curam, ne princeps antiquæ parsimoniæ durius aduerteret.
Differre durius. Cic. ad Brutum, epist. 3, Equidem nihil differui durius, quum nominatim de C. Antonio decernerem.
Durè fecisti. Plin. Iunior, lib. 1. epist. 15, ad Erutium. Interpres exponit inurbanè: promiserat enim ad cœnam, nec venerat.
Incedere durius. Ouid. 1. de Remed. amor.
Duriter factum. Terent. Adelph. 4. 5,
-factum à vobis duriter
Immisericorditérque: atque etiam si est pater
Dicendum magis apertè, illiberaliter. Vbi Donatus, Non dure & crudeliter dixit Terentius, sed quasi dura mente, id est inflexibili.
Verba duriter translata. Author ad Heren. lib. 4.
Duritas, pen. corr. {σκληρία} duritatis, Idem quod duritia. Cic. in Orat. Alij durit atem & seueritatem quãdam verbis, & orationis quasi mœstitiam sequuntur.
Duritia, duritiæ {σκληρότης} Firmitas & soliditas. Plin. lib. 9. cap. 36, Tanta duritia aculeo est. Idem lib. 13. cap. 9, Lignum intus grandis firmæque duritiæ. De pomo Persico. Plaut. Mostel. 3,
Victitabam volupe parsimonia & duritia.
Duritia, Asperitas & crudelitas. Terent. Heaut. 3. 1. Cic. in Partit.
Et fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis.
Imperij duritia. Tacit. lib. 17.
Adamantina duritia. Plin. lib. 37. cap. 11, Chalazias grandinum & colorem & figuram habet, adamantinæ duritiæ.
Arenacea duritia. Vide ARENA.
Lapidea duritia. Vide LAPIS.
Duritia virilis. Cic. 5. Tuscul.
Superare ferrum duritia. Ouid. epist. 2.
Durities, huius durities, penult. prod. {σκληρότης, σκληρότης} Idem significat quod duritia. Plinius lib. 13. cap. 15, Duritie & maturitate incorrupta spissari.
Animi durities. Cic. pro Domo sua, An ego tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possim, vt, &c.
Saxi durities. Lucret. lib. 4.
¶ Creare duritiem. Cels. lib. 2. cap. 14, Et mollitur eo detracto quod duritiem creabat.
Deponere duritiem. Ouid. epist. 4.
Induere duritiem contra sensum. Vide INDVO.
In duritiem lapidescere. Vide LAPIS.
Ponere duritiem, Id est mollescere. Ouid. 1. Metam,

Durit udo, pro Duritia, Antiquum. Cato in Veturium, Qui illius, inquit, impudentiam norat, & duritudinem. Ex Nonio. Vide & Gellium, lib. 17. cap. 2.
Durabilis, & hoc durabile, penult. corr. {διαρκὴς} Quod diu durat. Ouid. epist. 4,
Quod caret alterna requie, durabile non est. Plinius lib. 16. cap. 43, Durabilia ac fœtilia quæ modicè humida.
Duramen, penult. prod. & Duramentum {σκληρότης} Brachium vitis. Columella libro 4. capite 21, Sed vt caput truncí, pedali ferè spatio sit inferius iugo quæternis brachuis, quæ duramenta quidam vocant, diuidatur in totidem partes. Ibidem, capite 22, Consyderandum erit cuius lõgitudinis sint duramina, quæ excedant prædictam mensuram. Plin. lib. 17. cap. 23, Relicto semper duramento.
Duramentum etiam pro Confirmatione & firmitate. Seneca de Tranquillitate vitæ, Dices tenera esse virtutum principia, tempore ipsis duramentum & robur accedere. Valer. lib. 2. cap. 2.
Duracini, pen. corr. acini dicuntur qui durum & firmum corticem habent. Plinius libro 14. capite 1, Vua non alibi gratior callo, vt inde possit inuenisse nomen duracini, durus acinus. Ni mauis legere duracinæ, vt ad vuam referatur. Suetonius ex epist. Augusti, capite 76, Dum lectica ex regia domum redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi. Sic autem duracina vua, vt ficus duricoria dicitur. Ex Budæo.
Duracina persica dicuntur, quorum corpus ligno adhæret, auellíque nequit. Plin. lib. 15. cap. 12.
Duricordium, duricordij, vsurpat Tertullianus lib. 5. ad Marcionem, pro duritie cordis.
Duricoria dicuntur, quæ sunt duri corij: vnde ficus duricoriæ, quæ habent durum corticem, quarum meminit Plin. lib. 15. cap. 17.
Duro, duras {σκληρύνω} durãre, Durum facere & firmum. Colum. lib. 6. cap. 37, ad finem, Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota montibus aut feris locis pascitur, vt vngulas duret, sicque postea longis itineribus habilis. Cæsar 6. bel. Gal. Hoc se labore durant adolescentes.
Durare & Mollire, contraria. Cels. lib. 2. cap. 14, Qui dixit frictione si vehemens sit, durari corpus: si lenis, molliri.
Durare ad. Plaut. Trinum. 6,
Ego ad hoc genus hominum duraui.
Ad plagas durari. Quintil. lib. 1. cap. 3, Is etiam ad plagas, vt pessima quæque mancipia durabitur.
Durari in grana. Plin. lib. 12. cap. 19, Radicem cinnamomi vidimus in palatij templo, ex qua gutæ editæ omnibus annis in grana durabantur.
Animum durare, Id est obfirmare. Ouid. ad Liuiam.
Mentem durat. Tacit. libro 3, Quod reus postquam sibi exitiabile intelligit, an adhuc explicetur dubitans, hortantibus filiis durat mentem.
Vitia durantur. Quintil. libro 1. capite 1, Multa linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur.
¶ Durare, Tolerare, patienter ferre. Virgil. 1. Æneidos,
Durate, & vosmet rebus seruate secundis. Hoc est duri estote ad sustinendos labores. Seruius.
Durare, cum accusatiuo, apud Poetas. Horat. lib. 1. Carm. ode 14,
-vix durare carinæ
Possunt imperiosius
Æquor. Id est sustinere vim æquoris. Porphyrius.
Laborem durare. Virgil. 8. Æneidos,
-patiar quenuis durare laborem. Hoc est sustinere. Seruius.
Durare cor, pro Patienter ferre, accipi videtur. Plaut. Pseud. 5,
Crucior. p. cor dura. c. non possum.
¶ Durare, pro Confirmare. Quintil. lib. 1, Multa, inquit, linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur, Id est confirmantur.
¶ Durare {διαμένω} Persistere, perseuerare. Hoc verbum (inquit Donatus) perferendis malis conuenit. Terent. Adelph. 4. 2,
Non hercle hîc quidem durare quisquam, si sic fit, potest.
Durare non queo. Plaut. Curcul. 4,
Sed enim nequeo durare, quin ego herum accusem meum.
¶ Durare, pro Viuere. Plin. lib. 11. cap. 54, Durasse & vltra vndecimum plerosque certum est. Et Quintil. lib. 3, Et vltra Socratem vsque durauit.
¶ Pertinacissimè durare. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Æternum durabit. Stat. 12. Thebaid.
In æternum durare. Quintil. lib. 5. cap. 11, Neque enim durassent hæc in æternum, nisi vera omnibus viderentur.
In longum durare, Hoc est diu. Patercul. lib. 2, Prima occupat fugam Cleopatra. Antonius fugientis reginæ quàm pugnantis militis sui comes esse maluit: & imperator, qui in desertores fœuire debuerat, desertor exercitus sui factus est. Illis etiam detracto capite, in longum fortissimè pugnandi durauit constantia: & desperata victoria, in mortem dimicabatur.
In longum æuum durare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4.
Durare alicui. Plaut. Asin. 5.
Amicitiæ vsque ad senectutem firmissimæ durant. Quintil. lib. 1. capite 2.
Durauit hic illi animus vsque ad extremum. Plin. epist. III. lib. 5.
Durare per annos. Virgil. 2. Georgicorum,
-cui non certauerit vlla
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
In extremum durare. Ouid. epist. 7.
Horam durare. Horat. 1. epist. 1.
Sub Ioue durare. Ouid. 2. Fast.
Ira manet, durátque dolor. Valer. 3. Argon.
In longum durare. Stat. 4. Sylu. 7.
In longas moras durare. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6.

Durat

Durat in occasum. Plin. lib. 2. cap. 31, Semel in meridie conspecti, in Bosphoro produntur, qui à matutino tempore durauerunt in occasum. Sic apud eundem lib. 18. cap. 34.
Senecta turpi durare. Valer. 6 Argon.
In feras durant sermonibus vmbras. Id est colloquuntur vsque ad multam noctem. Valer. 2. Argon.
Durante ibi antiquorum memoria. Suetonius de Claris Grammaticis, Legerat in prouincia quosdam veteres libellos apud Grammatistam, durante adhuc ibi antiquorum memoria, necdum omnino abolita.
Duratus, pen. prod. Participium {σκληρωθείς.} Plin. in Panegyr. Quum Danubius ripas gelu iungit, duratúsque glacie ingentia tergo bella transportat, &c.
Bellis durati. Liu. lib. 2. Decad. 5, Ipsi à pueris eruditi artibus militiæ, tot subacti atque durati bellis.
Duratus malis, laboribus, vsu armorum. Liu. 7. ab Vrbe. Et 8. bel. Maced. Et Colum. in Prœem. lib. 1.
Mens durata malis. Lucan. lib. 5.
Frigore duratus Pontus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9.
Duratrix, pen. prod. huius duratricis, pen. prod. Verbale f. g. Plin. lib. 14. cap. 1, Additque acinis eandem quam in doliis amphorísve durationem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo.
Duresco, dureſcis, durui {σκληρύνομαι} dureſcere, Durum fieri. Cic. 2. de Nat. deor. Itaque & aquilonibus, reliquísque frigoribus adiectis dureſcit humor. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Oráque durauerant, signúmque exangue sedebat.
Coire & dureſcere. Plin. lib. 11. cap. 38, Sanguis taurorum celerrimè coit atque dureſcit, ideo pestifer potu maximè.
In lectione alicuius dureſcere. Quintil. lib. 2. cap. 5, Nequis eos antiquitatis nimius admirator in Gracchorum, Catonísque, & aliorum similium lectione dureſcere velit.
Situ dureſcit campus. Virgil. 1. Georg.
Limus dureſcit igni. Virgil. eclog. 6.

D V S

Dusaritis, Myrrhæ species, de qua Plin. lib. 12. cap. 16.
Dusii, Gallis Dæmones quidam dicuntur, Augustino teste, qui improbi sæpe extiterint mulieribus, earúmque appetuerint, ac peregerint concubitus, Syluanorum, Faunorúmque illorum more, quos Incubos vocant. Vide Cæl. Rhodig. lib. 12. cap. 6.
Dusmosus, Vide DVMVS.

D V V

Duumuir, duumuiri, pen. corr. {Δυσδεκάρχης} Alciatus, In Latinis municipiis Duumuiri primi in albo describebantur: hi carceribus præerant, publica locabant, fascibus vtebantur. Liu. 1. ab Vrbe. Cic. ad Attic. lib. 14. 319. Cæs. 1. bel. Ciuil. Vlp. in l. siquis vxori. §. si fugitiuum. D. de furtis, Si fugitiuum meum quis quasi suum à Duumuiro, vel ab aliis, qui potestatem habent de carcere vel de custodia dimittendi, acceperit: an is furti teneatur.
Duorumuirorum iudicium. Cic. in Orat. Planéque Duorumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam.
Duumuiri nauales, apud Liuium.
Duumuiralis, & hoc duumuirale, pen. prod. {Δυσδεκαρχικὸς} Quod ad illud munus Duumuiratus pertinet: vt, Consularis, Triumphalis. Vlpianus in l. 1. D. de Albo scribendo. Qui Duumuiratum gesserunt (si hi honor præcellat) & inter Duumuirales antiquissimus quisque prior.
Duumuiratus, huius Duumuiratus, pen. prod. {Δυσδεκαρχία} Ipsa Duumuirorum dignitas. Plin. in epist. lib. 4, ad Sempronium, Hunc agonem Trebonius in Duumuiratu suo tollendum curauit. Paulus in l. honores. D. de decurionibus, Is qui non sit Decurio, Duumuiratu vel aliis honoribus ciuilibus fungi non potest.
Duumuirates, Senatores coloniarum, qui Duumuiris in consilio esse solebant, vt ex lege quadam operis faciundi, quam Neapoli esse aiũt, intelligitur, HOC OPVS OMNE FACITO ARBITRATV DVOVIR. Et Duumuiratium, qui in consilio esse solent Puteolis, dum ni minus viginti adsient, quum ea res consuletur.
Dux, Vide DVCO.

D Y

DYASAR, siue Dyasares {Δυάσαρος} Deus est, quem Arabes summum habent, & vt maximum venerantur. Alex. Genial. lib. 6. cap. 4.
DYMAE, Ciuitas vna est ex decem Achaici conuentus, quæ sunt Patræ, Dymæ, Phara, Tritæa, Lenotia, Ægira, Pellena, Ceraunia, & Carinia. Quorum suffragiis quæstor vnus, & dux vnus eligebatur Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 28.
DYME {Δύμη} Colonia in Achaia. Plin. lib. 4. cap. 5, Vltra Patras oppidũ Olenum, colonia Dymæ, loca Buprasium, &c. Meminit & Strabo libro 8.
DYMON {Δύμων} Vnus ex diis Laribus, quos simul atque in lucem editus fuisset homo, illius peruigilem curam agere opinantur Ægyptij, quatuórque fuisse putant, quorum nomina sunt Dymon, Tychis, Eros, & Anachis. Alex. Genial. lib. 6. cap. 4.
DYNAMENE, es {Δυναμένη} Nympha marina, Nerei & Dorides filia: ita dicta ab eo, quòd in mari plurimum polleat. Hesiodus in Theogonia,
Δωτὼ τε, πρωτώ τε, φέρουσά τε, δυναμένήν τε.
Dynastes, dynastæ, m. g. {Δυνάστης} Quicunque magistratus, qui potestate fungitur in ciuitate, veluti hi qui sunt in imperio, optimas, primas, præfectus. Cic. 11. Philipp. Idem si cæteri reges, tetrarchæ, dynastæque feciſſent, &c. Idem Att. lib. 2. 24, Si erit iste nebulo cum his dynastis in gratia. Et apud Hirtium lib. 4. bel. Alex. ¶ Erat & Dynastes summus Paphlagonum magistratus, qualis Romæ Dictator fuit. Vide Alex. Genial. dier. lib. 4. cap. 23.
Dynos {Δύνος} Vasis vinarij genus quoddam, quo Dyonisius libasse aliquando fertur. Vide Alex. Genial. lib. 3. cap. 10.

Dyota, dyotæ, pen. prod. g. f. {Δύωτα} vinarium vas est, vt exponunt Horatij interpretes, habens duas ansas, tanquam duas aures, vnde nomen accepit. Græcis enim δύο duo significant, ὦτα verò aures. Horat. lib. 1. Carm. ode 9,
-atque benignius
Deprome quadrimum Sabina
Thaliarche merum dyota.
DYRIODORES, Fluuius ad portas Caucasias fluẽs, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 11.
DYRRS {Δύρρις} Mons. Strabo lib. 17. Extra columnarum fretum procedenti ad sinistram, mons est in Lybia, quem Græci Atlantem vocant, Barbari verò Dyrrim.
DYRRHACHIVM {Δυρράχιον} Macedoniæ nobilis ciuitas & portus, authore Pomponio Mela. Dyrrhachium sibi delegit exilio Cicero, vt scribit Epist. lib. 14. 1. & epist. 3. & ad Terentiam. Dyrrhachium, vulgò Durazzo Italis, vel Durax.
Dyrrhachinus, pen. prod. {Δυρραχηνὸς} incola Dyrrhachij. Cic. ad Attic. lib. 3. epist. 64, Et quòd mei studiosos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi.
Dysbulia {Δυσβουλία} Latinè Consultatio praua, quam Athenienſium veluti propriam Aristophanes, cæterique Comici celebrant. Proinde etiam Eupolis,
τὴν πόλιν πόλιν ὡς δύσνους ἐξεῖδον ἀμφὶ κρίσεις φρονοῦσ.
Quibus innuit esse quidem Athenienses felices, verùm non sapere multum, vel dispicere. Factum id Neptuni indignatione fabulãtur: at regeſſisse Mineruam, vt malè consulta, nihilominus feliciter cederent. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 18. cap. 25.
Dyscheria {Δυσχέρεια} Molestia, difficultas. Item Dyscheriæ dicuntur argutationes, & antilogiæ, negotium differentibus exhibentes. Aristot. lib. 3. 10. & 12. metaphys.
Dyschrestia {Δυσχρηστία} Non modò vsus intractabilitatem, aut in vsu atque tractatione offensionem significat, sed etiam verſuræ faciendæ molestiam & difficultatem. Cic. ad Atticum, Mirifica enim δυσχρηστία est, propter metum armorum. Dictio à verbo χράομαι deriuata. Ex Budæo.
Dyscœlii vocantur, quibus difficulter aluus it.
Dyscolus, dyscoli, pen. corr. {Δύσκολος} Prauus, asper, difficilis.
Dysderi {Δύσδερις} Genus est phalangij, apud Nicandrum: dictum, vt videtur, quòd noxium sit contendenti, ac irritanti. Vide Cæl. Rhod. lib. 21. cap. 23.
Dysenteria, pen. corr. {Δυσεντερία} dici potest intestinorum exulceratio, vel difficultas. δὺς Græcis difficultatem indeclinabiliter significat: ἔντερον, intestinum. Latinè tormina, authore Celſ. lib. 4. cap. 15. dicuntur. Cic. Gallo, lib. 7. 27. Sanè δυσεντερίαν pertimueram.
Ad dysenteriam bibitur cum absynthio. Plin. lib. 22. cap. 25.
Datur in vino austero ad dysenteriam. Plin. lib. 27. cap. 10.
In dysenteria lens efficacior in tribus aquis cocta. Plinius libro 22. cap. 25.
Dysenterias emendat pota & infusa. Plin. lib. 26. cap. 8.
Dysenteriæ & vomicis estur portulaca ex aceto, vel bibitur cum cumino. Plin. lib. 20. cap. 20.
Infestari dysenteria. Plin. lib. 22. cap. 21.
Dysenteriæ infunditur aloe. Plinius libro 27. cap. 4. Sic libro 28. capite 9.
Elatine cum lini semine cocta, sorbitionis vsu dysenteria liberat. Plin. lib. 27. cap. 9.
Dysenteriæ medetur fœbe infusa. Plin. lib. 22. cap. 11.
Aizoi succus aluum sistit & dysenterias. Plin. lib. 26. cap. 8.
Sanant epinyctidas & dysenteriam cum suis nucleis. Plinius lib. 23. cap. 1.
Si vrat dysenteria. Plin. lib. 28. cap. 9.
Dysentericus, pen. corr. {Δυσεντερικὸς} Qui torminibus vexatur. Plinius lib. 20. cap. 4.
Vituli quoque ius vulgariter datum, inter auxilia dysentericorum tradunt. Plin. lib. 28. cap. 14.
Auxiliatur dysentericis semen cucumeris. Plin. lib. 20. cap. 2.
Dysentericos curant poto vino. Plin. lib. 20. cap. 21.
Datur & dysentericis denarij pondere in vino. Plinius libro 23. cap. 9.
Senectus anguium dysentericis & tenasmis in stanneo vase decoquitur cum rosaceo. Plin. lib. 30. cap. 7.
Multi super omnia laudant ad deploratos dysentericos quinque folium. Plin. lib. 26. cap. 8.
Dysentericos emendat in vino austero bis die potus. Plinius libro 24. cap. 10.
Dysenterici exulcerati. Plin. lib. 22. cap. 22.
Fit & dysentericis remedium singulare, ouo effuso in fictili nouo, &c. Plin. lib. 29. cap. 3.
Dysentericis etiam illinitur, vel ipsa glans. Plin. lib. 24. cap. 3.
Dysentericis imponitur lini semen ex aceto. Plin. lib. 20. cap. 22.
Decoctum eorum veteres dysentericos iuuat, & potione & potu. Plin. lib. 23. cap. 1.
Dysentericos liberat semen hippolapathi in vino potum. Plin. lib. 20. cap. 21.
Medetur dysentericis beta iniecta. Plin. lib. 20. cap. 8.
Corticis melle decocti vsus in medicina ad dysentericos præcipuus habetur. Plin. lib. 12. cap. 8.
Prodest dysentericis beta syluestris. Plin. lib. 20. cap. 8.
Dysentericos recreant femina pecudum decocta cum lini semine aqua pota. Plin. lib. 30. cap. 7.
Reuocantur dysenterici à morte. Plin. lib. 23 cap. 6.
Sanat & dysentericos in vino rubro tusa. Plin. lib. 26. cap. 8.
Eadem sorbetur à dysentericis in vino austero. Plinius libro 24. capite 15.
Quinque ouorum lutea in vini hemina cruda sorbentur dysentericis. Plin. lib. 29. cap. 3.

Sanguis caprinus decoctus cum medulla dysentericis subuenit. Plin.lib.28.cap.14.

Valet ad dysentericos fimum,&c.Plin.lib.28.cap.8.

Dysentericis veteribus dari ex aqua mulsa radicem staphilini iubet Cleophantus.Plin.lib.20.cap.5.

Dysentericis vtile est semen bunij.Plin.lib.20.cap.4.

Dysopia {δυσωπία} Vitiosus pudor,immodica verecundia,vehemens oris confusio. ¶Dicitur etiam difficultas aliquid certò comprehendendi, occurrente semper addubitatione, vt euenit in rebus diuinis. Bud.Comm.

Dysparacoloutheton {δυσπαρακολούθητον} Obscurum , quod facilè quis assequi nequit.Fabius ponit inter genera causarum.

Dyspathia {δυσπάθεια}Doloris impatientia interpretatur,quæ & prudentes dedecet , & ab apathia diuersa est. Vide de his Cæl. Rhodig. lib.24.cap.2.

Dyspepsia,est ægra difficilisque ventriculi concoctio,quam Plin.cruditatem appellat,ἀπὸ τῦ πέπτειν,id est coquo.

Dysphilus , pen. corr. {δύσφιλος} Amicus parum sincerus. Iuuenalis satyra 3,

Non est Romano cuiquam locus hic,vbi regnat
Protogenes aliquis,vel dysphilus. Quo tamen in loco castigatiora exemplaria habent Diphilus : & ita omnino legendum iudico. Videtur enim ibi Iuuenalis notare Græculum quempiam nomine Diphilum.

Dysphimia {δυσφημία} Infamia, maledicentia. Suet. in Augusti vita, Nihil in hoc quidem deuitans,quàm dysphimiam nominis.

Dysphoricus,pen.corr. Firmicus lib.8.cap.12.in fine, Dysphorici,ac miseri,infelicitèr moriuntur. Cæl.lib.10.cap.vlt.ad finem, Firmico, dysphorici infelices intelliguntur;& dysphora,dicuntur difficilia.

Dyspnœa, Spirandi difficultas {δύσπνοια.} Plinius lib.23.cap.1, Nec singultientibus,nec si cum febre dyspnœa sit. Celsus lib.4.cap.4,licet etiam circa fauces malum,quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet,prout se intendit.Omne in difficultate spirandi consistit. Sed hæc dum modica est, neque ex toto strangulat, δύσπνοια appellatur. Cum,&c.

Dyspnœas lenit oleum balsaminum.Plin.lib.23.cap.4.

Dyspnœæ medetur centaurium maius.Plin.lib.26.cap.7.

Dyspnoicus, pen.corr. {δυσπνοϊκὸς} Qui dyspnœa laborat. Plin.lib.24.cap.6,Ammoniacum prodest dyspnoicis,pleureticis,&c.

DYSPONTIVM {δυσπόντιον} Ciuitas Pisanæ regionis, ea in parte , qua ex Elide itur Olympiam. Iacet autem plano in campo, deleráque est omnino, & incolæ magna ex parte Epidamnũ , id est Dyrrhachium & Apolloniam commigrarunt.Ex Strabo.lib.8.

Dysrhigi {δυσῤῥῖγοι} Medicis vocantur qui inalgescunt perpetuò : veteres Rhigosibios appellabant. Testis Cælius Rhodiginus , libro 25.cap.1.

Dystocia {δυστοκία} Græcis pariendi molesta difficultas, vel parientis ratione,vel infantis,aut τῦ χωρίου, crassi nimis aut prætenuis. Oblædit aer eximus quoque, caloris vi,aut frigoris. Ex Cælio Rhodig.libro 4.cap.23.

Dystrapeli {δυστρεπέλιοι} A Græcis vocantur qui in ira vel affectione aliqua immobiles perseuerant, nec vlla vi ab instituto queunt reuelli.Hæc Cæl.Rhodig.lib.19.cap.12.

Dysuria,pen.corr. {δυσουρία} Vrinæ difficultas. Vnde Dysurica.Cic. Gallo , libro 7. 27 , Epicurum tuum Stoici malè accipiunt , quia dicat δυσουρικὸν καὶ δυσυπερκρισικὸν τὸν sibi molesta esse : quorum alterum, morbum edacitatis esse putant , alterum etiam turpioris intemperantiæ.

Dysuriacus,pen.corr.Qui dysuria laborat.Firmic.lib.4.cap.8,Dysentericos,pleureticos,hydropicos,dysuriacos.

DYTEVTVS {δυτεύτης} Adiatorigis filius in Ægypto regnauit , dignitatem hanc à Cæsare Augusto ob virtutem assequutus. Nam Cæsar Adiatorigem cum vxore ac filiis in triumphum ducens , illum cum filio maiore statuit interimere. Maior verò hic cratisset quum secundus ex fratribus , militibus qui eum ducebant se maiorem affirmaret,diu inter ambos contentio fuit,quousque parentes Dyteuto persuasere, vt iuniori cederet, quum ipse ætate esset prouectior,maioré de matre ac reliquo fratre curam habiturum. Itaque alter cum patre interemptus est , alter verò seruatus , qui dignitatem hanc à Cæsare est consequutus. Ex Strab.lib.12.

E

LITERA , secunda vocalis , quinta in ordine alphaberi , quæ loco i aliquãdo fuit. Quintil. lib. 5. cap.6, Quid, non e quoque, i loco fuit? vt Menerua,& Leber,& Magester, & Deioue, & Veioue, pro Diioui , Veiouis? Hactenus Quintil.Pierius in suis in Virgilium Castigationibus idem admonet, in marmoribus antiquis sæpissime e pro i legi , vt Vergilius , Vergilia,Deana, & IOVE OPT.MAX. PRO IOVI.

E.Est. E.Ennius,vel Edilis. E.B.Eius bona. E.D. Eius domus. E.E. Eius ætas. E. F. vel E.FIL. Eius filius. E.F.Eius fecit. E. Eius. E.H. Eius hæres. E. L. Edita lex. E.N.Etiam nunc.

E & Ex, Præpositiones sunt,quæ & separantur,& componuntur. Separatæ modò tẽporales sunt,vt,Ex illo celebratus honos:hoc est, post illud tempus: modò locales, vt,E cælo. Compositæ quandoque priuationem indicant,vt Elinguis,Exanguis : quandoque vehementiam vel perfectionem,vt,Eludo,Exoro:quandoque extrà,vt Educo, Excludo. Componitur autem E cum B. vt Ebibo, D.vt Educo, G.vt Egredior,I.vt Eiicio, L.vt Eludo,M.vt Emitto, N.vt Enitor,R.vt Erigo, V.vt Eucho. Ex verò componitur cum A.vt Exaudio,C.vt Excurro, E.vt Exeo, F.vt Efficio, O.vt Exoleo, P.vt Expello, Q.vt Exquiro,S.vt Exsequor,T.vt Extendo, V.vt Exuro. Verùm quando post Ex sequitur F.mutatur X.in E.vt Effundo : quí verò sequitur S.abiicitur S.vt Exequor & Exicco:in aliis integra manet.

¶E præpositio {ἐκ vel ἐξ} ablatiuo casui seruit.vt E seruo libertus. Terent.And.1.1.

Abiit é. Terent.Phorm.5.9,

Ea mortem obiit,è medio abiit.

Aspicere é. Plinius epist.102, Placuit egredi in littus, & è proximo aspicere,ecquid iam mare admitteret.

Audiui è prædonibus. Terent.Eunuch.1.2.

Candicans è rufo.Plin.lib.12.cap.13.

Dedit é.Plaut. Trinum.13,

-è manibus

Dedit mihi ipse in manus.

Fabrefactum è ferro. Plaut.Rud.30, Nam hoc quidem pol è rubigine,non è ferro fabrefactum est.

Fugere è conspectu.Terent.Hecy.1.2.

Grauida è Pamphilo est.Terent.And.1.3.

E fontibus abditis & conditis hauriri artium studia. Cicero 1. de Oratore.

Languere è via. Cic. 1. Philipp. Qui quum mihi mos notus esset, quúmque è via languerem,& mihimet displicerem,&c.

Laborare è dolore. Terent.And.1.5, Quid agis? M.rogas? laborat è dolore.

Laborat è renibus.Cic.2. Tusc.

E meo animo, Id est mea sententia, vt mihi videtur. Plautus Aulularia,16.

Peperit è Pamphilo. Terent.And.3.2.

Petere é. Terent.Eunuch.3.2,

E flamma te petere cibum posse arbitror.

Scire é.Plaut.Mostel.9,

-è me, ne quidem

Metuas,nihil scies.

E contraria parte.Cic.4.Acad.Vide E regione.

¶E-contrario. Plin.lib.10.cap.38, Multæ aues è-contrario semper in volatu silent.Cic.Ante quàm iret in exilium.

E-diuerso. Plin. lib. 12. cap.21, E-diuerso Arabica glans viridis ac tenuior.

E-diuerso,pro E-contrario. Plinius lib.4.cap.4, E-diuerso irrumpentia.

E-facili,pro facilé. Plin.lib.30.cap.3,E-facili cadere eos cogit.Alia exemplaria habent ex facili.

E-longinquo.Plin.lib.12.cap.22. Vide in LONGVS.

¶E-Marsis. Cic.in Brut.Atque etiam apud socios & Latinos oratores habiti sunt Q.Vectius Vectianus è Marsis,quem ipse cognoui, &c. Sic videtur posse dici,Petrus è Campania.

E-natura,Secundum naturam. Cic.de Fin. Hunc statum corporis maximè expetit qui est è natura maximé.

E-re nata. Terent.Adelph.3.1,

E-re nata melius fieri haud potuit,quàm factum est,hera.

E-regione,Ex-aduerso.Cic.4 Acad.Nónne etiam dicitis,esse è-regione nobis è contraria parte terræ , qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia? Idem 1. de Fin. Si omnia deorsum è regione ferrentur,& vt dixi ad lineam, nunquam fore vt atomus altera alteram posset attingere. Budæus.

E-regione & in conspectu,apud Hirtium lib.6.bel.Hispaniensis.

E-regione,cum genitiuo.Cic.2.de Diuin.Vident è constantissimo motu lunæ,quãdo illa è-regione solis facta incurrat in vmbram terræ,quæ est meta noctis,vt eam obscurari necesse est. Budæus.

E Repub.Id est,pro Reipub.vtilitate, vel in commodum Reipub. Plin.epist.109 , Prolata lege de Senatu habendo , iurare coegit è Repub. esse quod censuisset. Sallust.in Catil. Certè scio quæ studio dixerit,è Repub.dixisse. Liu.Faceret quod è Repub. fidéque sua duceret. Cic.3.Philipp.Duobus aut tribus Senatusconsultis è Repub.benè factis reliquas res ad lucrum prædamq; reuocarit. Idem 10.Philipp. Id Qu.Cepionem , Brutum Proconsulem bene & è Repub. & ex sua maiorũmque suorum dignitate consuetudinéque Reipub.bene gerendæ fecisse.

E sublimi iacere.Plin.lib.10.cap.3.

Tollere è vita amicitiam.Cic.de Amic.Solem enim è mundo tollere videntur,qui amicitiam è vita tollunt.

Surrexit è lecto. Terent.Adelph.4.1.

¶E-libello sermonem habere. Sueton.in August. cap.84, Sermones quoque cum singulis,atque etiam cum Liuia sua grauiores,non nisi in scriptis & è libello habebat , ne plus minúsve loqueretur ex tempore.

E-vestigio,pro Confestim,properanter.Plinius epist.90.lib.6,Aut profectum è-vestigio subsequi. Cæs.4. bel.Gall. Seruius Ciceroni, libro 4.12.

Repentè è-vestigio. Cic. 1.Verrina, Sed repentè è-vestigio ex homine,&c.

Vicinus è proximo.Plaut.Aulul.9.

Ea,vel eadem,Ea re,Vide 15,ea,id.

Eale,Fera est in Æthiopia nascens, magnitudine equi fluuiatilis, cauda elephanti, colore nigra & fulua, maxillas habens apri,& maiora cubitalibus cornua, mobilia , quæ alterna in pugna sistit , variátque infesta aut obliqua , vtcunque ratio monstrauit. Hæc Plinius libro 8.cap.21.

Eamus,Vide EO is.ex Græco venit,quod est ἴωμεν,teste Festo.

EANES {ἑανὲς} Vir proprium, quem Patroclum interemisse ferunt, ob idque domo profugum ad Peleum in Thessalia ventitasse , à quo & facellum Eanium,& Eanidem fontem ostendunt nominatum. Strabo lib.9.

Eanon,Vestimenti genus,quod quidam idem putant cum peplo.Sunt qui dispescant ita, vt nullis distinctos varietatibus eanos intelligant, peplos verò accipiant variegatos.Cæl.lib.16.cap.10.

EANTES , Nomen proprium historici Cyziceni , qui fuit eadem ætate qua Pygmalion in Oriente regnabat.

Eantis,tidis {ἠὼς} Vna ex Athenarum tribubus,quæ quum fortiter contra Mardonium & Persas pugnasset,hoc proprium ab Atheniensibus tulit, vt soli illius tribules Spargiticis nymphis sacrum victoriæ facerent quotannis impensa publica. Hæc Alex. Genial. dier. libro 1.cap.17.

EANVS,A veteribus dictus est,qui postea Ianus, qui ineunti anno credebatur præsidere. Sæpe enim antiqui secundam vocalem pro tertia vsurpauerunt,vt dictum est suprá.

EANVS,pen.prod.Deus qui euntibus præerat,vel deus anni.Cuius imaginem quum Phœnices vellent exprimere , draconem sinxerunt, in orbem redactum, caudámque suam deuorantem , vt appareat mundum in se resolui. Macrob.1. Saturn.cap.9.

E ipse,Ea ipsa. Festus.

EARINVS {ἠαρινὸς} pen.corr. Adolescentis formosi nomen apud Martialem,à vere dictum,quod Græci ἦαρ appellant.

Earites {ἠαρίτης} Lapis est,alio nomine hæmatites dictus.Eariten autem appellari scribit Rhodiginus, quòd ἔτεος, apud Nicandrum, sanguinem significet , quoniam vere plurimum exundet. Hæc ille libro 3.cap.12.

EASO,onis,Promontorium Pyrenæi montis.Item oppidum Vasconiũ. Veriusque author Ptolem.lib.2.cap.6.

EASO,Ciuitas Hispaniæ Tarraconẽsis,Ptolemæo. Vulgò *S.Sebastianus.*

Eatenus, pen.corr. Aduerbium {ἐπὶ τοσοῦτον} Tandiu vel vsque ad id. Plaut.Mostel.3,

-ad legionem

Quum itur,adminiculũ eis danunt tum iã aliquẽ cognatũm suũm:

Eatenus abeunt à fabris.

Eatenus quoad {τοσοῦτον ὅσον.} Cic.ad Qu.frat.lib.1.1, Quorum si quis fortè esset sordidior , ferres eatenus quoad per se negligeret eas leges quibus est astrictus. Idem 1.de Legib.

Eatenus qua. Columel.lib.12.cap.9,Caules lactucæ ab imo depurgatos,eatenus qua tenera folia videbuntur. Quintil.lib.1.cap.11.

Eatenus quatenus.Caius de Institoria actione,Eatenus dabitur in eum actio,quatenus ea re locupletior factus est. Idem in 1.1.D.quod eum eo.Eatenus introduxit actionem, quatenus in rem eius versum fuerit.

Eatenus vt {τοσοῦτον ἵνα.} Cic.de Opt.gen.Orat. Verba persequens eatenus vt ea non abhorreant à more nostro. Colum.lib.5. cap.1, Si eatenus progreditur vt dicat qua quidque ratione faciendum.

Eatenus nequid,pro Solum. Suet.in Tiberio,cap.33,Ac primo eatenus interueniebat,nequid perperam fieret.

E B E

Ebenus {ἔβενος.} Vide HEBENVS.

Ebeo,as,ebeare,Beatitudine priuare.Huius passiuum est Ebeor,à quo ebeati dicuntur,qui felicitate aliqua ceciderunt. Sipont.

E B I

Ebibo,ebibis,ebibi,pen.corr. ebibitum {ἐκπίνω} ebibere, Exhaurire. Plin.lib.5. cap.15, Asphaltiten lacum dirum natura petit , à quo postremo ebibitur. Terentius Heautont. 2. 3, Quid comedent? quid ebibent?

Ebibere imperium heri sui.Plaut.Amphit.7.

Ebibere sanguinem alicui,Hoc est exugere.Plaut.Curcul.3,

Subsilite obsecro,& mittite isthanc foras,

Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.

Vbera ebibere.Ouid.6.Metamorphoseos,

Vberáque ebiberant auidi lactantia nati.

Ebiscus,siue althea, Malua est agrestis, facultate digerendi , laxandi, phlegmonem leuandi , mitigandi, concoquendi difficilia concoctu tubercula.De hac vide Galen.lib.6.Simplic.medic.

E B L

Eblandior,eblandiris,pen.prod. {ἐξωραϊσθήσομαι} eblandiri,Blanditiis elicere,& impetrare.Cic.Att.lib.vlt.343,Nunc mi Capito(scio enim quantum semper apud eos quibuscum sis, posse soleas) eo plus apud hominem facillimum atque humanissimum Plancum enitere , elabora, vel potius eblandire , effice vt Plancus , quem spero optimum esse,sit etiam melior opera tua. Plin.lib.9.cap.8.de Arione,E blanditus vt prius caneret cithara.

Eblandiri suffragia,Precibus,& blanditiis emere & aucupari.Cic. pro Cn.Plancio, In quo primum illud debes putare,comitiis præsertim ædilitiis, studium esse populi, non iudicium. Eblandita illa,non enucleata esse suffragia. Sic apud Plin.lib.16.cap.27, Cælo fœcunditatem omnem eblandito.

Eblandiri solitudines ruris,dicuntur in passiua significatione.Colum.lib.8.cap.11, Sed ne hæc tamen aliena est agricolæ captantis vndique voluptates acquirere,quibus solitudines ruris eblandiantur.

Eblanditæ preces,Blandis precibus impetrata testimonia. Plinius in Paneg. Volo ego qui prouinciam rexerit , non tantum codicillos amicorum,nec vrbana coniuratione eblanditas preces : sed decreta coloniarum,decreta ciuitatum alleget.

Eblandita alicui aspectu rosa. Plin.lib.25. cap.2, Nuper cuiusdam militantis in Prætorio mater vidit in quiete,vt radicem syluestris rosæ , quam cynosrhodon vocant , eblanditam sibi aspectu pridie in frutecto , mitteret filio bibendam. Sed hîc omnino legendum est blanditam: & ita habent codices emendati.

EBLITEI, Montes in Arabia , in gente Omanorum , non procul ab Ichthyophagis , de quibus Plinius libro 6. cap. 28, in descripcione Arabiæ.

E B O

EBODE,Oppidum Helmodenorum in Arabia,cuius meminit Plin. libro 6.cap.8.

EBORA , Oppidum veteris Latij , quod item Liberalitas Iulia dicebatur,authore Plin.lib.5. cap.22.

EBORA , Vrbs Hispaniæ apud Melam , libro 3. Nomen retinet , teste Oliuar.

EBORACVM {Ἐβόρακον} Britanniæ ciuitas Ptolemæo.Vulgò *York.*

Eborarius,Vide EBVR.

EBOSIA,pen.prod.Insulæ nomen.Stat.lib.1.Syluar. 6,

Quod ramis pia germinat Damascus,

Et quas præcoquit Ebosia cannas,

Largis gratuitum cadit rapinis. Quo tamen loco sunt qui legant Ebosita , videlicet vt sit gentile nomen , ab Ebosus. Sic enim Græci proferunt eam,quæ Plinio Ebusus dicitur,lib.3.cap.5.

Ebosus,Vide EBVSVS.

E B R

Ebrius , Adiectiuum {μέθυσος , οἰνόφλυξ , οἰνόφλυγξ , μεθύων} Qui nimio potu alienatus est mente. Cicero Papirio Pæto , lib. 9. 17, Habuisti enim in tua potestate , ex quo vel ex sobrio , vel certe ex ebrio scire posses.

Insanis & ebriis multa falsa videntur. Cic.2.de Diuin.

Fortuna dulci ebrius.Horat.1.Carm.ode 37.

Amnis ebrius.Claud.5.Panegyr.

Mella ferant syluæ,iam profluat ebrius amnis,

Mutatis in vina vadis.

Anus ebria.Ouid.2.Fast.

Ebria cœna,pro Opipara, & quæ nimiis deliciis veluti ad ebrietatem conuiuas inuitet. Plautus Casina, Facite cœnam mihi , vt ebria sit lepidè,nitidéque volo.nihil moror barbarico ritu.

Conuiua ebrius.Ouid.5.Fast.

Gradus ebrius.Seneca Medea,2.

Ocelli ebrij.Catul.de Acme & Septimio,42,

Et dulcis pueri ebrios ocellos

Ille purpureo ore suauiata,&c.

Turba ebria.Propert.lib.4.eleg.4.

Verba ebria.Tibul.lib.3.eleg.7.

Vestigia ebria trahere.Propert.lib.1.eleg.2.

Ebriolus,pen.corr.Diminutiuum. Plaut.Curcul.4,

Quid ais propudiũ'tiũ' etiam cum nocturnis oculis odiũ me vocas?

Ebriola,persolæ nugæ. Ibidem,7, Tristes atque ebrioli incedunt.

Ebriosus, pen.prod. Adiectiuum {μεθυστικὸς} Qui sæpe sit ebrius. Plin. lib.30.cap.15,Ebriosis oua nocturæ per triduum data in vino,tædium eius adducunt. Cic.in Caril. Et 3.Offic.

Inter Ebrium & Ebriosum hoc interest, quòd Ebrius actum præsentem designet: Ebriosus habitũ & prochuritatem. Potest enim quis esse ebrius, qui natura tamen & consuetudine ab hoc vitio maximè abhorreat: & contrà ebriosus quis esse potest etiam tunc,quum vini nihil gustauerit. Seneca epist.84.

Ebriosior. Catul.ad puerum suum,epigr.24,

Vt lex Posthumiæ iubet magistræ

Ebriosa acinæ ebriosioris.

Ebriositas,pen.corr. {οἰνοφλυγία.} Cic.4. Tusc. Vt inter ebrietatem & ebriositatem interest.

Ebrietas,pen.corr.ebrietatis {μέθυσμα, μέθη, κῶθος.} Plin.lib.30.cap.15, Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo præsumptus.

Ebrietas turpissima , quæ labefacere & minuere hominum mentes solet.Gell.lib.15.cap.2.

Arcanum demens detegit ebrietas.Virgil.de Venere & Baccho.

Solutur ebrietas.Cels.lib.2.cap.6.

Ebrietas geminata libidine regnat.Ouid.12.Metam.

Ebrietatis incommoda vide apud Horatium lib.1.epist.5. & Plin. lib.14.cap.22.

Ebriulo,as,pen.cor.{μεθύσκω} Ebrium facio.Laberius Chære,Ebriulati mentem hilarem accipiunt. Nonius.

Ebriacus {κωμικὸν} Idem quod Ebrius. Plaut. Aulul. Homo ebriacus somno sanari solet. Ex Nonio Marcello.

EBRODVNTII , Alpini populi , à Galba Imperatore Narbonensi prouinciæ adiecti,teste Plinio lib.3.cap.4.

EBRON,Mons Palæstinorum,haud longè à Gaza Syriæ ciuitate.

EBRVS,Vide HEBRVS.

E B V

EBVDES, Insulæ sunt quinque numero in Oceano Britannico, angusto freto diuisæ,quarum incolæ (vt scribit Solinus)lactẽ solùm & piscibus vitam agunt.A Plinio Hæbudes dicuntur. A Stephano ἡβούδης diphthongo non aspirata.

Ebulides,Grosphus Centuripinus, ab Apronio decumano indignissimè affectus. Author Cic.5.Verr.

Ebullio,ebullis {αἴρω, ἀναζέω, ἀναβράσσω, ἀναχύω} ebullire,Efferuescere, dictum à bullis, vt ait Nonius, quas emittit aqua dum feruet. Cato cap.105,Vbi ebullibit vinum,ignem subducito.

Ebullire , per translationem. Cicero 5. de Finibus , Dixerit hoc quidem Epicurus , semper beatum esse sapientem , quod quidem solet ebullire nonnunquam. Id est vi veritatis incitatus dicere. Idem 3.Tusculan. Qui si virtutes ebullire volent & sapientias. Id est cum ostentatione & pompa efflare , & quasi pleno ore detonare , vel crepare.

Ebullitio,Verbale {ἀναζέσις} Feruor.

Ebullo,ebullas {σποδέω} ebullâre, Erumpere,crepare. A bulla,quæ æstiuo tempore in aqua pluuia subinde eleuatur in formam rotun-

dam,ac ſtatim euaneſcit.Perſius ſatyra 2, -ô ſi
Ebullet patrui præclarum funus. Id eſt ad bullæ ſimilitudinem exeat, & erumpat. Taxat autem immanem cupiditatem ſui temporis, & auaritiam.

Ebulum,ſiue Ebulus,ebuli,pen.corr.{χαμαίακτη} Herba eſt producẽs baccas rubras & veluti ſanguineas in ſimilitudinem ſambuci. Vnde Virg.eclog.10, Ságuineis ebuli baccis. Colum.lib.2.cap.2. Plin.lib. 25.cap.10,Ebuli quoque(quẽ nemo ignorat)fumo fugãtur ſerpẽtes.

Ebur,ſiue Ebor,eboris,penult.corr.neut.gen.{ἐλέφας} elephanti dens: quaſi è barro, id eſt elephanto productus , teſte Seruio. Cic.4.Acad. Non enim eſt è ſaxo ſcalptus,aut ebore dolatus. Plin.lib.8 cap.3,de elephantinis dentibus,Hoc ſolum,inquit,ebur eſt.
Ebur,pro vaſis, aut aliis rebus ex ebore dolatis. Horatius libro 2. Carm.ode 18,
Non ebur,neque aureum
Mea renidet in domo lacunar. Cic.4.Verr.Omne ebur ex ædibus ſacris,&c.auferret.
Ebur,pro Elephanto.Iuuen.ſat.12,
-mora nulla per Hiſtrum
Pacuuium,quin illud ebur ducatur ad aras. Contrà Virg.Æneid. 6. ſub finem , elephantum dixit pro ebore. Vide Elephantus in ELEPHAS.
Ebur atramento candefacere , Eſt geminæ formæ cultum atque ornatum externum inducere , quo decus illud natiuum obſcuretur magis quàm illuſtretur. Proinde lena Plautina puellæ naturali formã præditæ, tamen ceruſſam ad oblinendas malas poſtulanti, Vna, inquit , opera ebur atramento candefacere poſtules. Prõpterea quòd omne lenocinium rebus natura pulchris , dehoneſtamentum affert, non venuſtatem. Hæc Eraſmus in Chiliad. Plauti locus eſt in Moſtell.4.
Pulcherrimum ex ebore ſignum Mineruæ.Cic.de Clar.Orat.
Aſperum ſignis ebur.Seneca Hippol.8.
Aſſyrium ebur. Ouid.2.Amor.eleg.5.
Candens ebur. Ouid.3.de Ponto,eleg.3.
Conſpicuum ebur.Ouid.4.de Ponto,eleg.5.
Ebur curule. Horat.lib.1, epiſt.6.hoc eſt,ſella curulis,eburnea nõniſi ſummis magiſtratibus conceſſa.
Indicum ebur.Horat.1.Carm.ode 31.
Nitidum ebur.Ouid.2.Meram.
Niueum ebur.Ouid.10.Metam.
Phidiacum ebur.Iuuenal.ſat.8,
-Phidiacum viuebat ebur. Id eſt ſtatuæ eburneæ ſculptæ à Phidia tanto ſucceſſu,vt viuere viderentur.
Regale ebur.Seneca Hippol.9.
Sectile deliciis India mittit ebur.Ouid.De medicamine faciei,2.
Splendidum ebur.Seneca Thyeſte,5.
Ebur ex inanimo corpore extractum , haud ſatis caſtum donum deo.Cic.2.de Legib.
Fulgentia ebore & auro tecta.Cic.in Parad.
Læue incuruat ebur vel ille fingit. Sidonius in Panegyrico Narbonenſi.
Lucet ebur.Virg.10.Æneid.

Eburneus,Adiectiuum {ἐλεφάντινος} Quod ex ebore eſt.Plin.lib.36. cap. 5,Iouem fecit eburneum in Metelli ædẽ,quà campus petitur. Et lib. 28.cap.4, Eburnea coſta. Et apud Liu. lib.5.ab Vrbe, Eburneis ſellis ſedere.
Eburneum etiam dicitur inſtar eboris album.Ouid.3.Metam.
Impubéſque genas,& eburnea colla,&c.
Ceruix eburnea.Ouid.epiſt.19.
Signum eburneum. Cic.6.Verr. Nego vllam gemmam, aut margaritam fuiſſe, aut quicquam ex auro aut ebore factum, ſignum vllũ æneum,marmoreum,eburneum:&c.quin quæſierit,inſpexerit,quod placitum ſit abſtulerit.

Eburneolus,pen.corr.Diminutiuum. Cic.3.de Orat. Quem ſeruum ſibi habuit ille ad manum,cum eburneola ſolitus eſt habere ſiſtula.

Eburnus, Aliud adiectiuum. Tibullus, Hanc primum veniens plectro modulatus eburno.Lucan.lib.2,Legitimæque faces,gradibúſque acliuis eburnis.
Decus eburnum.Claud.1.de raptu Proſerp.
Eburnus enſis,pro Vagina eburnea.Virg.11.Æneidos,
-atque enſem collo ſuſpendit eburnum. Seruius.
Digiti eburni.Propert.lib.2.eleg.1. Id eſt candidi.
Morſus eburnus numeroſi dentis.Claud.in Nupt.Honorij,
-largos hæc nectaris imbres
Irrigat,hæc morſu numeroſi dentis eburno
Multifidum diſcrimen arat. Pectinem eburneum intelligit.
Sceptrum eburnum.Ouid.1.Metam.
Templum eburnum.Propert.lib.4.eleg.2.

Eboreus {ἐλεφάντινος} Adiectiuum ab Ebore. Quintil.lib.6.cap.4, Quum in triumpho Cæſaris eborea oppida eſſent tranſlata. Plinius libro 7.cap.53.
Codices eborei.Vlp.in l.librorum.6.1.D.de leg.3.

Eburatus,penul.prod.{ἐλεφαντόδετος} Adiectiuum,Quod eborete tectum eſt.Plaut.Stich,6,Lectos eburatos,auratos.

Eborarius, Eboris artifex. Eborarij autem inter artifices numerantur, qui à Principibus vacationem muærum obtinent. l.1.C.de excuſ.artif.lib.10.

EBVRA {Ἔβορα} Luſitaniæ vrbs Ptolemæo:hodie Ebora.Dicitur Plinio lib.4.cap.21.Eburo.

EBVRINI, Lucanorum populi in Italia, quorum meminit Plinius lib. 3.cap.11.

EBVRONES {Ἐβουρῶνες} Populi inter Belgas,gente,nomine, & numero Germani appellati,Condruſis, Menapiis,Aduaticis, Treueris(quorum clientes erant)& ſyluæ Arduennæ finitimi: nũc Leodienſes dicti apud Gallos. Plin.libro 4.cap.18,populos Galliæ Lugdunenſis ait quondam Aulercos appellatos,nunc verò Eburones.

EBVRONICES,Populi ſunt inter Celtas,Aulercis,Lexouiis,& Vneliis, reliquíſque maritimis ciuitatibus vicini.Marlianus in Cæſarem.Vide Plin.lib.4.cap.18.

EBVRVM {Ἔβορον} Ptolemæo vrbs Germaniæ , vulgò *Olmutz*, Moraviæ regia.

EBVSVS {Ἔβυσος} Vulgò *Ibiza*. Inſula eſt in mari Balearico , altera Pityuſarum,nullum animal noxium gignens. Plin.libro 3.cap.5,Ebuſi terra fugat ſerpentes,Colubrariæ parit: ideò infeſta omnibus,niſi Ebuſitanam terram inferentibus.Habet hæc inſula oppidum eiuſdem nominis,à Phœnicibus (vt putant) conditum, aut certè à Pœnis,qui à Phœnicibus originem duxerũt. Silius lib.3,Iámque Ebuſus Phœniſſa mouet,iámque Artabrus arma. Nunc *Agoſſa* vulgò vocatur,vt ſcribit Oliuar.in Melam.

Ebuſitanus, Adiectiuum.Plin.lib.3.cap.5. Vide etiam Melam lib.2.cap. vlt.ad finem.

Ebutia lex, quæ de ambitu lata eſt, non modò illi qui de nouo creando magiſtratu ad populum ferret, ſed nec ipſius collegæ & affini curationem poteſtatémve demandari graui documento ſanciuit. Meminit legis huius Alex.ab Alex.lib.3.cap.17.

EBVTIVS, Nobilis Romanus, de quo ſic Cic. in Orat.pro Flacco, M. Ebutius conſtantiſſimus & prudentiſſimus homo. Hinc Ebutia lex, Vide EBVTIA.

E C A

ECAMEDA,fuit magnanimi Arſinoi filia, forma deabus æquanda,quã à cæteris Græcis electam, Neſtor quòd cõſilio reliquos antecelleret, ſibi donatam è Tenedo ad Græcorum caſtra deportauit,cui illa decorè & iucundè miniſtrabat,teſte Homero Iliad.11.

Ecardia, ſiue Ecardiſte, Gemma eſt, quæ nigri cordis ſpeciem oſtendit:quanquã aliud genus eius viridi colore ſimilitudinem cordis præ ſe ferat. Sipont.

Ecaſtor{νὴ τὸν σύνδ} Adverbium iurandi. Donatus.Ecaſtor,Per Caſtorem & Pollucem,ornatiua ſunt iurandi,apta fœminis. Plaur. Amph. 6,Ecaſtor te experior quanti facias vxorem tuam. Terent.And.3.2, Per ecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo.

Ecatonphoneuma {ἑκατονφόνευμα} Sacrũ appellabatur, apud Athenas Marti ſacrificari ſolitum. Siquis enim centum hoſtes interfeciſſet, Marti de homine ſacrificabat apud inſulam Lemnum , quod ſacrificatum eſt à duobus Cretenſibus , & vno Locro, ſicut Soſicrates ſcribit. Sed poſtea hoc Athenienſibus diſplicuit,cœperúntque porcũ afferre caſtratum,quem nefrendem vocabãt,quaſi ſine renibus. Hæc Fulgentius ad Chalcidium.

E C B

Ecbaſis,pen.corr.huius ecbaſeos {ἔκβασις}Digreſſio à propoſito.Virgil.lib.10.Æneidos,
Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi
Expoſitis ſtabat ſcalis,&c. Vbi Seruius, Deſcriptio per ecbaſin facta,non enim à ſuperioribus pendet,ſed antecedẽtis adiungitur:vt Inſula Sicanium iuxta latus. Has autem digreſſiones eſſe raras & aptas conuenit:ſicut etiam Horat.docet in Arte poetica,dicens,
Purpureus late qui ſplendeat vnus & alter
Aſſuitur pannus. Elenchus eſt dialecticis aliena miſcere , ſed tanquam metaplaſmus quidam voluptati conceditur.

ECBATANA,num.plur.pen.corr.{Ἐκβάτανα} Metropolis eſt Mediæ: vel vt quidam exiſtimant, regionis magnæ nomen. Strabo lib.11,Media in duas partes diuiſa , quarum alteram,maiorem vocant : cuius metropolis fuit Ecbatana ciuitas,& Medici imperij caput : nunc etiam Parthi regia vtuntur.

Ecbolas,adis,pen.corr.{ἐκβολάς} Vuæ genus in Ægypto prouenientis, eiiciendo fœtui idoneum, παρὰ τὸ ἐκβάλλω , quod expellere & eiicere ſignificat.Plin.lib.14.cap.18,Ægyptus & ecbolada habet,abortus faciẽtem: De vuis loquens.

Ecbolia, ecboliorum, ſiue ecbolima, mæ, aut, ecbolas, dis {ἐκβόλια} Medicamenta quibus medici vtuntur abigendis infantibus in vtero enectis,quæ & phthoria dicuntur. Verba ſunt crebra apud Dioſcoridem. Latinè eiectoria & eiectrices medicinæ dici poſſunt. Plin.lib.14. cap.18,Ægyptus & ecbolimam habet abortus faciẽtem. Vbi in quibuſdam libris Ecbolada legitur:verobique rectè. Budæus.

E C C

Ecce,Aduerbium demonſtrandi {ἰδοὺ,ἰδού} repentinum aliquid, inſperatúmve ſignificans:& ferè ſequitur AVTEM. Cic.2.de Fin.Ecce miſerum hominem. Terent.Adelph.4.7,
-fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adoleſcentis.M.ecce autem. Vbi Donatus,Ecce dicitur quum repentè triſte aliquid rebus interuenit lætis,aut certè quí aliud agitur,aliud emergit nouum.vt Virg.2.Æneidos,
Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo
Crinibus. Terent.Phorm.2.1,
Ecce autem ſimilia omnia,omnes congruunt. Vbi Donatus,Ecce autem,vox eſt apta his quæ noua & improuiſa animo accidunt.
Ecce autem noua turba atque rixa,&c.Cic.6.Verr.
Ecce autem repentè ebrio Cleomene , furientibus cæteris , nuntiatur piratarum naues eſſe in portu Ediſſæ.Cic.7.Verr.
¶Ecce,dicitur & de re non repentina neque noua.Plin.lib.36.cap. 27,Adeò in rebus damnatis quoque,ac iam nullis,ſunt aliqua remedia,vt in carbone ecce & cinere.Id eſt vt vides in carbone.
¶Ecce,interdum riſus & contemptionis gratia ponitur.Cic.in Orat. Ecce autem aliqui ſe Thucydidios eſſe profitentur, nouũ quoddam imperitorum & inauditum genus.
¶Ecce,nunc nominatiuo,nunc datiuo iungitur: aliàs etiam accuſatiuo,quanquam refragetur Valla lib.2.cap.15.
Ecce Antonius. Cic.ad Attic.lib.14 388,Veruntamen ecce autem Antonius accepta grádi pecunia,&c. Eidem,lib.7.142,Ecce poſtridie ad Caſſium literæ Capua à Lucretio familiari eius.
Ecce tibi,frequentiſſimam apud Ciceronẽ.vt in Orat.pro Cluent.
Ecce tibi eiuſmodi fortitio, vt in primis Bulbo,&c. Idem ad Attic. lib.2.30,Quũ hęc maximè ſcriberem,ecce tibi Seboſus. Idẽ 4.Acad.

Ecce

Ecce alterum,ecce me. Terent.Eunuch.2.3,
-ecce autem alterum
Neſcio quid de amore loquitur. Sed Valla contendit legendum hic eſſe alter,non alterum Terent. Adelph.5.9,
Ecce me,qui id faciam vobis. Sic apud Plautum in Menæch.9,Prandii in nauiiinde huc ſum egreſſus:te conueni,ecce rem.

Eccubi {ἔ που} per duplex cc. & pen. corr. componitur ex Ecce & vbi, idémque ſignificat quod Nuncubi. Calepinus.

Eccum,eccam,eccos,eccas. Eccum, id eſt ecce hìc , ſubintellige virum de quo agebamus. Eccam, Ecce hìc, ſubintellige fœminam de qua mentio erat.Valla lib.2.cap.15.
Eccum ipſum.Plaut.Amph.10,Et eccum ipſum video,&c.Terent. Eunuch.5.3,
-virum bonum eccum Parmenonem incedere Video.
Eccum Iuppiter.Plaut.Amph.3.
Eccum adeſt. Terent.Eunuch.4.7, Vbi centurio eſt Sanga, & manipulus furum?P.eccum adeſt.
Atque eccum. Plaut.Sticho,9,Atque eccum tibi lupum in ſermone. Terent.Andr.5.5.
Sed eccum.Terent.Eunuch.2.3,
Sed eccum Parmenonem.ſalue. Ibidem 4.5, Sed eccam ipſam.
Eccam,locum ſignat vbi ea excidit.Plaut.Ciſtel.10.
Eccos.Plaut.Menæch.6. Terent.Heaut.2.3,Sed video, eccos quos volebam. Pro, ecce hìc quos volebam.

Eccillum,antiquum verbum contractum,pro ecce illum. Plaut.Perſa 6, Eccillum domi,& hanc,&c.

Ecciſtam. Plautus Curcul. 14, Certè eccíſtam video. Pro ecce iſtam, Antiquè.

Eccere, Aduerbium {νὴ τὸν Δία μὰν} iurantis , ac ſi dicatur per Cererem.Plaut.Amphit.7.3, Eccere,iam tu autem facis,vt tuis nulla apud te ſit fides. Aliis placet duas eſſe dictiones,quaſi dicas ecce re,id eſt re vera. Terentius Phorm.2.2.

Eccleſia,Latinè dicitur cœtus,& congregatio. ἐκκλησία.

Eccleſiaſtes,eccleſiaſtæ,Concionator,ἐκκλησιαστής.

Eccope {ἐκκοπὴ} Diuiſio eſt caluæ , qua os offenſum refractum eſt, teſte Galen.lib.Finit.medic.

Eccum, Vide ECCE.

Eccyclema, atis {ἐκκύκλημα} Pægmatis erat ſpecies in ſcena, ſubiectis rotis,quo circumacto,quę intus acta fuiſſent,ſpectatoribus oſten debantur. Ex Cæl.Rhodig.lib.8. cap.8.

E C D

Ecdici, penult. corr. {ἔκδικοι} ſunt quos Iuriſconſulti defenſores appellant,qui in municipus Tribunorumplebis inſtar erant,& plebem ab iniuria optimatium tuebãtur. Vnde tractatus eſt apud Iuſtinianũ lib.1. C. De defenſoribus ciuitatum , & in nouellis conſtitutionibus xv. Cicero ad Thermum, libro 13.57, Dixerat mihi Euthydemus, quum Epheſi eſſem,ſe curatorum vt ecdici Miláſij Romam mitterent. tur. Id factum non eſt. Legatos audio miſſos eſſe:ſed malo ecdicos, vt aliquid confici poſſit. Quare peto à te , vt & eos & Alabandenſes iubeas ecdicos Romam mittere. Ecdicorum autem munus erat iudicio experiri contra eos qui aurum vel argentũ & pecuniam Reip. deberent. Ecdicus verti poteſt,Defenſor,vltor,vindex,iynd-cus.

ECDIPPA, Oppidum in Phœnice,iuxta Ptolemaidem Claudij Cæſaris coloniam , quæ quondam Ace vocata eſt. Author Plinius libro 5, capite 19.

E C E

ECEBOLIVS {ἐκεβόλιος} Conſtantinopolitanus quidam ſophiſta fuit, qui quú ethnicus eſſet , metu tamen Imperatoris Conſtantij ſimulauit ſe Chriſtianum : deinde Iuliani tempore , truculentus gentilis apparuit. Rurſus verò Iouiniano imperante,qui ſe Chriſt anum profitebatur,ad Eccleſiam reuerſus eſt,atque ante fores templi proſtratus magna voce clamauit , Calcate me ſalem inſipidum. Ad hunc modum leuis & mobilis Ecebolius & ante & poſt Iulianum fuit. Vide Socrat.hiſt.Eccleſ.lib.3.cap.13.

ECESTENSES, Siciliæ populi, inter ſtipendiarios à Plinio commemorati lib.3.cap.8.

E C H

ECHEAE {ἐχέαι} Ciuitas in Græcia , cuius meminit Strabo libro 8. illámque Teleclum inhabitaſſe ſcribit.

Echeboeum {ἐχέβοιον} Lorum illud latum dicitur, quo lignum quod inter bouem vtrunque ad iugum vſque protenſum eſt, iugo adnectitur. Cæl.R.hog.lib.26.cap.5.

ECHECRATES{ἐχεκράτης} Vir Theſſalus,qui quum Phœbadis amore obreritus, illam ſtupraſſet , in cauſa fuit vt cum primò virgunculæ vaticinandi apud Delphos pontificium gererent,ſancitum poſtea fuerit, vt quinquagenaria mulier , virgineo tamen cultu , futura de tripode panderet. Author Cæl.Rhodig.lib.8.cap.16.

ECHEMON {ἐχέμων} Priami filius à Diomede occiſus. Homer.Iliad.5.

Echemythia {ἐχεμυθία} Latinè taciturnitas dicitur, & auſcultatio. Vnde echemythos à Græcis dictos putat Budæus auſcultatores & cenſendi immunitatẽ habentes in Senatu.Idem alio loco interpretatur echemythos cunctatores , & ſermonis homines parciſſimos, qui aures duas habere ſe, vnicam linguam in cauſis etiam publicis meminerint. Vide Gellium lib.1.cap.9.

Echeneis,huius echeneis, penult.prod.fœm.gen. {ἐχενηὶς} Latinè remora dicitur.Plin.lib.9.cap.25, Eſt paruus admodum piſcis,aſſuetus petris , echeneis appellatus. hoc carinis adhærente , naues tardius ire creduntur : inde nomine impoſito : quam ob cauſam amatoriis quoque veneficiis infamis eſt,& iudiciorum ac litium mora,&c. Lucanus lib.6,
Non puppim retinens Euro tendente rudentes
In medius echeneis aquis. ἐχενηὶς. quidam ſcribunt ἐχενὶς. Nomen habet ab ἔχω teneo, & ναῦς nauis.

ECHENEVS ſper quatuor ſyllabas,& penult. prod.{ἐχένευς} omnium Phæacum generoſiſſimus,teſte Homero lib.7.Odyſſ.

ECHEMVS, Tegeates quidam fuit, qui primus palæſtram in Olympicis certaminibus viciſſe dicitur,vt ſcribit Cæl.Rhod.lib.13.cap.17.

ECHEPHRON, onis {ἐχέφρων} Vnus ex filiis Neſtoris , quos ſeptem habuiſſe fertur, Antilochum,Piſiſtratum, Taſimenem,Echephronem, Stratium,Perſeum,Anthum. Vide Homer.& eius interpretes.

Echetle, es {ἐχέτλη} Rectum illud lignum eſt , quod inter arandum manu continet arator,totúmque aratrum permouet:vbi verò infigitur,dicitur alya. Ex Cæl.Rhod.lib.26.cap.5.

Echetlion,In nauigio locus eſt,in quo piſces colligunt piſcatores:dici & viuarium poteſt,quod ζωγρεῖον nuncupatur Græcis. Author Cæl. lect. Antiq.lib.26.cap.5.

ECHETVS {ἔχετος} Regis cuiuſdam nomen apud Homerum in Odyſſ. mortalibus infeſtiſſimi.Meminit Cæl.Rhod.lib.22.& cap.22.

Echidna {ἔχιδνα} Larinè hydra,ea potiſſimum quæ ab Hercule interfecta eſt. Ouid.3.Faſtorum,
Sanguine Centauri Lernææ ſanguis echidnæ
Miſtus ad auxilium tempora nulla dabat.
Virus echidnæ.Ouid.4.Metam.
Tumidæ echidnæ.Ouid.10.Metam.

ECHIDNA, Nympha. dimidia ſui parte puella ſpecioſa, in quaſcunque partes oculos flectens: reliqua verò dimidia , quà ſerpens immanis erat , in cauerna diuerſans , & cruda mandens. Hæc cum Typhone mixta peperit Orthum canem, Cerberum,& Hydram. Author Heſiod.in Theogon.

ECHINADES, pen.corr. {ἐχινάδες} inſulæ ſunt in Epiro,contra Ambracium ſinum natæ Acheloi impetu,arenáque limo cõuectis, ſicut pars Ægypti Nili cœno. Lege Plin.lib.2,quibus locis maria ceſſerint. & Thucydidem lib.2.vbi de Acheloo. Ouid.lib.Metamor.8.inuoluero fabulæ verum occuluit, & ex Naiadibus factas inſulas tradidit, quoniam hæ terræ fluuio aggeſtæ fuerunt.

Echinometræ {ἐχινομήτραι} Echinorum genus , quorum ſpinæ longiſſimæ, calyces minimi,nec omnibus iidem,rufus & vitreus color. Plin.lib.9.cap.31.

ECHINON, Thraciæ vrbs eſt ad Pegaſcum ſinum.Pompon.Mela,lib.2. in deſcriptione Thraciæ.

Echinophora,Genus conchæ.Plinius libro 32.cap.11.

Echinopus,echinopodis, Herba quædam aculeata Dioſcoridi, quod ſciam,non memorata. Plinius libro 11,Ceras ex omnium arborum ſatorúmque floribus confingunt , excepta rumice & echinopode. In editis Chenopode ſcriptum eſt,ſed corruptè. Echinopodis mẽtio eſt in veteri diſticho,
ὃς ἂν ὑγιαίνειν θέλῃς,χρῆ αἰὲν πεπτικῶν ἔσθειν
οὐσπερ μακαιῶν αὖθις λάχανον Turnebus.

Echinus , in bobus venter propriè dicitur , quanuis & de ceruo item pronuntiari nonnulli putent. Cæterum triplicem haberi ventrem tradunt,quorum primus,qui & ſuprenius, dicatur cecryphalus, quia cibum occulit:ſequens echinus eſt , διὰ τὸ ἐχεδίνῳ ἐοικέναι τῷ σχεδίῳ, vel ob aſperitatem:tertium appellant apocriticum. Ex Cæl.Rhodig.Antiq. lib.4.cap.5.

Echini, {ἐχῖνοι} Ornamenta circa carpum manus , ex Polluce lib.5. cap.16. ita vt non admodum diſſimilia intelligas brachialibus & armillis,de quibus etiam ſuprà diximus.

Echinus, huius echini, penult. prod. {ἐχῖνος} tegmen ſpinoſum quo ſeruantur caſtanęæ. ἐχῖνον enim hirtum ſignificat. Vnde caſtanęæ echinatæ.Plin.lib.15.cap.23,Nuces vocamus & caſtaneas,quanquam accommodatiores glandium generi : armatum his echinato calyce vallum eſt.
Ab huius tegminis ſimilitudine , echinus dictus eſt piſcis quidam ex cancrorum genere, teſte Sipontino. Plin.lib.9. cap.31, Ex eodem genere ſunt echini , quibus ſpinæ pro pedibus. Ingredi eſt his in orbem volui.itaque detrita ſæpe aculeis inueniuntur.Martial.lib.13, Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta,
Cortice depoſito mollis echinus erit.
Marinus echinus.Horat.Epod.5.
¶Echinus apud Græcos terreſtre animal , cui apud nos *hericio* nomen , ab hærendo deductum : & æquè hirſutus eſt atque marinus echinus.
Echinus parturiens cunctatur , vel echinus partum procraſtinat. Prouerbium in eos qui in perniciem ſuam morarú cauſas innectunt: cuiuſmodi ſunt illi verſuram facientes, &c. Echini enim terreſtres, id eſt erinacei,exiſtimantur aculeos,catulorum ſuorum partum morari ſolere , ac deinde aculeatioribus factis catulos ægerrimè eniti. Hæc Budæus.
¶Echinus,genus vaſis ęnei eſt in quo calices lauantur:Alij ampullam dicunt eſſe vitream. Turnebus putat vas eſſe aquarium rotundum,lagenæ ſimile, aut ampullæ , vt guttum vinarium , vt Varro de Lingua Latina docet. Nomen autem habere videtur à rotunditate echini ſe in pilam colligentis. Horat.1.Serm.ſat 6,
Pocula cum cyatho dum ſuſtinet,aſtat echinus
Vilis,cum patera guttus,campana ſupellex. ¶ Athenis etiam Echini nomine intelligebatur ſcrinium forenſe, in quod dicta teſtium & totius litis acta coniiciebantur : vnde in Echinum coniicere dicebant, pro eo quod eſt,acta in iudicio proferre.¶Echinus quoque inter placentas recenſetur apud Athenæum,vt refert Cæl.lib.9.cap.16.

Echinatus, adiectiuum {ἐχινώδης} vt Echinata caſtanea. Plin. lib. 27. cap.9, In cacumine capitula ſunt echinata ſpinis.
Folia echinata.Plin.lib.22.cap.9.

ECHINVS,Oppidum in ora Phthiotidis,ad Maliacum ſinũ, circa quod Sperchius in mare influit. De hoc Cic.in Arato,
Dicitur excelſis errans in collibus amens,
Quos tenet Ægæo defixa in gurgite Echinus. Recenſetur etiam à Ptolemæo lib.3.cap.13. ¶Eſt item Echinus Steephano oppidum Acarnaniæ , non procul ab oſtio Acheloi , quod Echinadibus inſulis nomen feciſſe putatur. Meminit huius oppidi Plin.lib.4.cap.1.
¶Echinus,Herba,de qua ſic Galenus libro 6.Simpl. Echini herbæ

fructus acerbus est, ac proinde repellentis & exiccatoriæ facultatis. Vtuntur eo ad oculorum fluxiones, & aurium.

ECHINVSSA, Insula Eubœæ vicina, quæ postea Cimolus dicta est, referente Plin.lib.4.cap.12.

ECHION {ἐχίων} Pictor insignis. Plinius libro 35.cap.7. Quatuor coloribus solis immortalia illa opera fecere, ex albis Melino, ex silaceis Attico, ex rubris sinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus clarissimi pictores, cum tabulæ eorum singulæ oppidorum vænirent opibus. ¶Fuit & alter Echion statuarius, qui cœtesima septima Olympiade floruit, teste eodem Plin. lib.34.cap.8.

Echion {ἔχιον} Alij doriada, nónulli alcibiadion vocant. Spinosa herba est, quæ non modò à serpente commorsis cum vino pota auxiliatur: sed præsumentes quoque ex ictu nihil molestum pati finit. Hæc Paulus lib.7. Vide & Dioscorid.lib.4.cap.25.

Echion, siue Echium, Medicamentum quoddam oculorum. Plin.lib. 29.cap.6, Viperam viuam in fictili nouo comburere, addito fœniculi succo ad cyathum vnum, & thuris manna vna, atque ita suffusiones oculorum. & caligines inungere, vilissimum est. medicamentum id, echion vocatur.

ECHION, penultima producta {ἐχίων} vnus fuit è sociis Cadmi, primi regis Thebarum, & pater Penthei regis: qui ab eo dicitur Echionides & Echionius, id est Thebanus, vt notat Seruius. Virgilius 12. Æneidos,

Nomen Echionium, matrisque genus Peridiæ.
Inuictus cursu Echion. Ouid.8.Metam.
Arces Echioniæ. Ouid.5. Trist.eleg.6.
Plebs Echionia. Stat.1. Thebaid.
Thebæ Echioniæ. Horat.4.Carm.ode 4.

Echite, es {ἐχίτης} Herba est similis scammonio, de cuius natura consule Plin.lib.24.cap.15.

Echites {ἐχίτης} Gemma est, colore viridi, subobscuro, quandam viperæ similitudinem referens. Plin.lib.37.cap.11.

Echo, echus. fœm.gen. Est vocis vel soni repercussio. ἠχώ, sonus, & ἠχέω, resono. Plin.lib.36.cap.15, Eadem in vrbe, iuxta portam quæ Thracia vocatur, turres VII. acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant: noménque huic miraculo, Echo est à Græcis datum. Idem lib.2. cap.44, Montium verò flexus, crebrisque vertices, & conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui vallium sinus, scindunt inæqualiter inde resultantem aera. quæ causa etiam voces multis in locis reciprocas facit. Ouid.lib.3.Metamorphoseos,

Planxerunt Dryades, plangentibus assonat echo. Hoc est, ad voces plangentium resonat. Ausonius in pictorem deæ Echus,

Vane quid affectas faciem mihi ponere pictor,
Ignotámque oculis sollicitare deam?
Aeris & linguæ sum filia: mater inanis,
Indicij vocem quæ sine mente gero.
Extremos pereunte modos à fine reducens,
Ludificata sequor verba aliena meis.
Auribus in vestris habito penetrabilis Echo.
Et si vis simílem pingere, pinge sonum. Martial.lib.2. epigramm. 86. ad Classicum,

Quòd nec carmine glorior supino,
Nec retro lego Sotaden cinædum,
Nusquam Græcula quod recantat Echo, &c. Innuit epigrammatarius poeta versiculos ita factos, vt in extremis responsationes ponantur ex Echus persona, sententiam explentes, illius morem euentes victima regerendi. Tales sunt Gauradæ Græci poetæ antiqui in hanc sententiam,

Echo amica mea, audi aliquid. Quid?
Amo puellam. etiámne me ipsa amat? Amat.
At facultas potiundi non datur. Datur.
Ipsa igitur ei dicas quòd amo. Amo.
Et ei mercedem promitte. Mitte.
Quid reliquum, nisi vt voti fiam compos? Compos. Tale est illud Iambicum Alciati, cui interroganti respondet Echo,

Echo, vnde sit liber iste, nescio. Scio.
Dic igitur, ánne vatis est Stoæ? Stoæ.
Erras. id Erato fecit, haud Stoa. Stoa.
Echo, in poetas ista non cadunt. Cadunt.
Prorso atque vorso hic ore num valet? Valet.
Ergo poetis præstat omnibus. Omnibus.
An Varro nostro tempore ædepol est? Pol est.
Codex hic igitur omnia in se habet. Habet.
Resonabilis Echo. Ouid.3.Metam. de Narcisso,

Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo. Verbum de verbo expressit. Nam Echo dici potest resonantia.

Reparabilis Echo. Persius sat.1. Id est, quæ repercussu seu reuerberatione reparatur & refarcitur. Vel, quæ repetit voces.

Turbida Echo. Ausonius Section.3. in Inuitatione ad Paulum.

ECHO, item porticus Olympiæ fuit, quam heptaphonon appellabant, quoniam septies eadem vox ibi reddebatur. In hanc sententiam ait Lucretius,

Sex etiam ac septem loca vidi reddere voces
Vnam quum faceres, ita colles collibus ipsi
Verba repulsantes iterabant verba referre. Echo verò à Latinis dicitur imago. Valer.Flacc.lib.3.Argonauticon,

Rursus Hylan, & rursus Hylan per longa reclamat
Auia, respondent syluæ, & vaga certat imago. Horatius,

Quem deum, cuius recinit iocosa
Nomen imago. Vbi Porphyr. imaginem interpretatur vocis reflexionem: itaque dictam vult, quasi imitaginem.

Ecchymosis {ἐκχύμωσις} Affectus est, qui plurimum vnà cum contusione, ruptioneque incidit, vt vult Galen. lib.4.Method. medend. Idem quoque libro 6. in Aphorism. Hippocrat. ecchymosin eandem ferè esse cum inflammatione innuit, differentiam tamen, quandam

assignat, vt per te videre poteris.

E C L

Eclatisмata {ἐκλατίσματα} Muliebres erant saltationes, de quibus vide Cæl.Rhod.lib.5.cap.4.

Eclecta, orum, neut.gen. authore Budæo lib.3. de Asse, sunt adnotata, & ἐκλογαὶ adnotationes, & ἐκλογάδην ea quæ legendo adnotamus Plin. Iunior lib.3.epist.5. de Plinio auunculo, Perire omne tempus arbitrabatur quod studiis non impartiretur. Hac intentione tot ista volumina peregit, eclectorúmq; commentarios CX. mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissimè scriptos. Quo in loco non electorum, quæ Latina dictio est, sed eclectorum legendum esse contendit Budæus. Idem in Cómentariis linguæ Græcę, Eclectici sunt Philosophi quidá sui arbitrij, & flosculos legentes Philosophiæ sectarum. Eclegómena sunt, quæ adnotantur & regeruntur. vnde eclecta apud Plinium Iuniorẽ, in epistola in qua de auunculo suo loquitur. Electorum enim legi debet, non electorum.

Ecligma, eclígmatis, siue eclegma {ἔκλειγμα} vulgus medicorum electuarium vocat. Plin.lib. 20. cap. 22. Ad phthisim vtilissimè semine cydonij subiiciat. Præterea Narratio vniuersim inquirit: sicuti, in Athenienses à Lacedæmoniis esse bellatum. Ecphrasis autem, per partes, vti, quo genere belli, quibúsque machinarum tormentis. Hæc ille Antiq.lect.lib.13 cap.19.

Ecphyades {ἐκφυάδες} dicuntur intestinorum appendices. Vide suprà in APOPHYADES.

Ecpiesma. atis, penult.corr. {ἔκπίεσμα} Medicis est calus in multas partes diffractio simul vbi intrusæ ossis partes in imum decubuerint, ac membranam intrinsecus premant. Galen.lib.finit.medic.

Ecplexis {ἔκπληξις} Latinè consternatio, Est ἀκμὴ mentis, quæ ex repentina aliqua perturbatione extrinsecus aduenit. Vide Galen.lib. finit.medic.

E C Q

Ecquænam, Vide ECQVIS.

Ecquando {ἔκποτε} Id est Et quando. Cic. pro Lege agrar. Quæro à populari Tribunoplebis ecquando nisi per XXXV. tribus creati sint. Idem 7 Verr.

Ecquis, ecqua, ecquod, & ecquid {ἔτις} pro Et quis, T in C mutato, vt expeditior esset pronuntiatio. Significat autẽ num aliquis. Terent. Eunuch.5.9. O populares, ecquis viuit me hodie fortunatior? Cic.4. Verr. Ecquam existimatis vnquã vlla in prouincia, &c. Cælius Ciceroni, lib.9.15, Ecquem autem, &c.

Ecquo

Ecquo de homine. Cic.4.Verr.

Ecqua. Cic.in Verrem, Vt videant & inuestigent ecqua virgo sit, an mulier, &c. Idem Att.lib. 7. 128, Quòd quæris ecquæ spes pacificationis sit, &c. Idem pro Lege Manilia, Ecquam putatis ciuitatem pacatam fuisse quæ locuples sit?

Ecquod. Cic.5.Verr. Ecquod iudicium Romę tam dissolutum, &c. Sic Liu.1.ab Vrbe, A plerisque rogitantibus dimissi, ecquod fœminis quoque asylum aperuissent.

Ecquid. Terent Heaut.3.3,

Quid tu, ecquid de illo quod dudum tecum egi?

Ecquid te pudet? Terent.Andr.5.2. Cic.ad Atticum, lib.2.23, Voco, quæro, ecquid literarum? negant. Idem 1.in Catil. Quid est Catilina? ecquid attendis? ecquid animaduertis horum silentium? patiuntur: tacent.

Ecquid, pro Aliquantúmne. Terent. Eunucho, 3.2,

-ecquid nos amas

De fidicina istac? Hoc est, Quantum nos amas, &c.

Ecquid sit pro eo quod dicunt, quicquid sit. Plaut. Casin. 8.

Ecquisnam, ecquænam, ecquodnam, & ecquidnam {μῶν τίς.} Cic.in Topicis, Ecquidnam honestũ sit, Ecquid æquum re vera, an hæc tantum opinione sint. Idem in Vatinium, Ecquisnam tibi dixerit? Idem 10. Philipp. Ecquodnam principium putatis libertatis capessendæ? Idem 4.de Finibus, Ecquænam fieri possit accessio? Catul.ad Veranium & Fabullum, 25, Ecquidnam in tabulis patet lucelli Expensum?

E C R

ECRECTICE {ἐκρεκτικὴ} Regio est non procul à Suanibus populis in Themiscyrena regione, vt refert Plin.lib.6.cap.4.

Ecrysis {ἔκρυσις} Effluxio, Quo nomine Aristoteles lib.7. de nat.animalium, eas conceptus corruptiones vocari scribit, quæ intra septimum diem fiunt: abortiones vsque ad quadragesimum vocitari. Ex Bud.in Annot.in Pand.

E C S

Ecstasis, huius ecstasis, penult.corr. {ἔκστασις} Est affectus eorum qui mente sunt emota, vt inquit Lactantius libro 1. cap.4: quos Plinius mente commotos appellat, lib.23.cap.1, id est fanaticos. Est igitur ecstasis, perculsio, stupor, mentis emotio, méris raptus. Ecstaticus, pen. corr. qui mente facilè commouetur, attonitus, fanaticus, numine afflatus.

E C T

Ectacti {ἐκτάκτοι} Græcis dicuntur milites, velut extra ordinem adiecti, vt cornicines sunt, ac signiferi, fabri, & id genus alij. Meminit in collectaneis Suidas.

Ectasis, huius ectasis, fœm.gen. {ἔκτασις} Productio, qua syllaba naturaliter correpta producitur. vt Italiam fato profugus: quum Italiam prima correpta dicere debeamus. Donatus.

Ecthlipsis, fœm.g. {ἔκθλιψις} est consonantium cum vocalibus aspere concurrentibus difficilis ac dira collisio: vt Littora: multum ille & terris iactatus & alto.

ECTINI, Populi, inter Alpinas gentes à Plinio commemorati libro 3. capite 20.

Ectrapelos, penult.corr. {ἐκτραπέλους} quasi horrens & auersans communem & vsitatum naturæ modum. Plin.lib.7.cap.16.

Ectropium. siue Ectropia, ectropiæ {ἐκτρόπιον ὁ ἐκτροπία} dicitur diuisio palpebrarum, quum scilicet inferior palpebra non satis sursum attollitur, sed pendens hiat, nec cum superiore committitur. Lagophthalmos verò quum superior palpebra non descendit. Cælius libro 16. capite 1.

Ectypa, penult.corr. ectyporum {ἐκτυπῶν} dicuntur opera quæ ex ipsis typis formata sunt. Plin.lib.37.cap.10. Hæc sunt gẽmæ quæ ad ectypas scalpturas aptantur. Idem lib.35.cap.12.

Eculeus, Stipes erat cui velut equo imponebantur rei, ac variè torquebantur, cruciabãtur, & distendebantur. Id è Prudentio apparet: quum enim in D. Romani martyrio scripsisset, -iusserat

Euiscerandum corpus eculeo eminus
Pendere, & vncis, vinculisque crescere: subiicit,
Iubet amoueri noxialémque stupitem. Alij tormenti genus esse putant in equi formam, in quem conficiebantur rei. Cic.libro 5. Tusc. Hæc etiam in eculeum coniiciuntur, quo vita non asperat beata. Et hoc modo Equuleus scribunt.

E D A

Edacitas, Edax, Vide EDO es.

E D D

EDDANA {ἔδδανα} Vrbs est ad Euphratem, à Phœnicibus habitata: ita dicta ab Eddano duce. Stephan.

E D E

Edeatræ, Qui præsunt regiis epulis: dicti ἀπὸ τοῦ ἐδεσμάτων. Festus.

Edecimata, electa. Festus.

EDENATES, Alpini populi, quos cum pluribus aliis à Romanis deuictos scribit Plin.lib.3.cap.20.

Edentare, Id est dentes excutere, & rumpere {ἀποδοντόω.} Plautus Rud.16,

Nimis velim homini improbissimo malas edentauerint.

Edentatus, penult.prod. Participium. Macrob.lib.7. Saturn.cap.3, Sunt alia scommata minus aspera, quasi edentatæ belluæ morsus.

Edentulus, penult.corr. {ἀοδόντους} Qui sine dentibus est. Plaut. Casina, 12, Propter operam illius improbi edentuli.

Vinum edentulum, hoc est vetus, & cui omnis mordacitas asperitásque præ vetustate abierit, saporéque sit amœnissimo. Plaut.in Pœnulo, 4.ct.3.scen.3,

Vbi tu Leucadio, Lesbio, Thasio, Coo,
Vetustate vino edentulo ætatem irriges.

Edera, Videra HEDERA.

EDESSVS {ἔδεσσα} Ciuitas Straboni, in qua terræ motu illo vniuersæ Græciæ, aquæ calidæ triduò retentæ rursus effluxerunt. Vide eum lib.Geograph.1.

EDESSA, Arabiæ ciuitas, antea Antiochia dicta, vt scribit Plinius libro 5.capite 24.

EDESSA {ἔδεσσα} Ciuitas est Mesopotamiæ, siue, vt Plin.manuit, Syriæ Cœles, olim Rhages dicta, teste Hieronymo de traditionib' Hebraicis. In hac Agabarus toparchus regnauit, cuius extat ad Christum epistola, & Christi ad eundem responsio, vt videre est apud Euseb. histor.eccles.lib.1. Hæc olim etiá Bambyce dicta est. Strabo, Trans Euphratem est Bambyce, quam & Edessam & Hieropolim vocant, in qua Atergatim Syriam deam colunt.

EDESSAEI {ἐδεσσαῖοι} Dicti sunt Edessæ ciues.

EDETANIA, Hispaniæ citerioris regio. Plin.lib.3.cap.3, Regio Edetania amœno prætendente se stagno ad Celtiberos recedens.

E D I

Edico, edicis, penult.prod. edixi, edictum {διατάττω, προστάγματα} edicere, Iubere, decernere, edicto vetare: & propriè est magistratuum. Cic. ad Brutum, lib.11.6, Quum Tribuniplebis edixissent, Senatus adesset ad XIII. Calend. Ianuar. haberéntque, &c. Liuius 2.ab Vrbe, Consoli deinde edicto addidit fidem, quo edixit nequis ciuem Rom.vin ctum aut clausum teneret.

¶Edicere, pro Denuntiare. Terent. Hecyr. 4.1, Ibo intrò, atque edicam seruis, ne quoquam efferri sinant. Idem Eunuch. 5.5, Dico, edico vobis nostrum esse illum herilem filium. Ibidem 5.9.

Proscribere & edicere diem. Cic.3 Verr. Iste verò procrastinat: locare incipit non proscripta neque edicta die, &c.

Comitia edicere ad Calend. Febr. Cic.Q.frat.lib.2.6, Nam comitia sine mora futura videntur: edicta sunt ad XI. Calend. Febr.

Concilium edicere. Gell.lib.15. cap.27, Is qui non vniuersum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non comitia, sed concilium edicere debet. Alij scribunt consilium.

Iustitium edicere. Cic.de Aruspic.resp. Qui in concione ausus est dicere, iustitium edici oportere, iurisdictionem intermitti, &c.

Legem edicere. Cic.2.de Leg.ib. Suade igitur si placet, istam ipsam legem, vt ego, vt & tu rogas, possim edicere.

Edicere sociis conuentum. Liu.6.bel.Pun. Sic Edicere Senatum, apud Suetonium.

Edixit sociis conuentum Tarraconem. Liu.3.ab Vrbe.

Edicere diem ad conueniendum in Herruriam. Liu.1.bel.Maced.

Edicere militibus prædam. Liu. 8. ab Vrbe, Addebat alacritatem quòd Dictator prædam omnem, militibus edixerat.

¶Edicere, pro Prædicere, & præmonere. Creati Prætores priusquam ius dicerent, vt cuique notum esset quemadmodum anno suo ius dicturi essent, solebant in albo edicta constituere, atque proponere, quæ ab edicendo, id est antè denuntiando ac prædicendo dicta sunt: quasi tanto antè populo denuntiarent, quæ essent in iure dicendo obseruaturi. Id autem inito magistratu, habita concione, & iuratis in leges, faciebant. Cic.lib.2. de Finibus, Quid enim mereri velis iam quum magistratum inieris, & in concionem ascenderis (est enim tibi edicendum, quæ sis obseruaturus in iure dicẽdo: & fortasse etiam si tibi erit visum, aliquid de maioribus tuis, & de teipso dices more maiorum) quid mereare igitur, vt te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse?

Edici, Passiuum {διατάττεσθαι.} Cic.6.Philipp. Tumultum esse decerni, iustitium edici, saga sumi dicit placere.

Edictus, Participium {διατεταγμένος.} vt Edicto mercatu vendere. Plin. lib.12.cap.19.

Edicto, edictas {ἐπιδείκνυμι} edictare. Plaut. Epid.3.2. Idem Amphitr.8, Tute edictas facta tua. Hoc est dicis, narras, recenses.

Edictum, edicti {διάταγμα, πρόσταγμα} Iussum principis, vel magistratus. Cic.pro Quinctio.

Edicta & decreta. Cic.3.Verr. Non hi qui decretis, edictísque tuis, in te concitati, infestíque sunt.

Edictum aliud est perpetuum, aliud temporale. Perpetuũ est, quod iurisdictionis perpetuæ causa proponi dicitur, in l.7. D.de iurisdict. omnium iud. nimirum edictũ illud, quod Prætores magistratu inito proponebant, quo ciuibus denuntiabant, quemadmodum anno suo ius dicturi essent. Temporale verò est, quod certi negotij oborti causa proponitur, vt illud Verris, vt Calend. Decemb. adsit Sthenius Syracusius. item, Nequis frumentum ex area tolleret, &c. vt illud quod Cratorium ac peremptorium Iureconsulti appellant in l.68, & aliquot insequentibus. D.de iud. De superiore sic loquitur Asconius in Cornelianæ argumento, Aliam, inquit, legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multi tamen inuitis tulit, vt Prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent: quæ res cum gratiam ambitiosis Prætoribus, qui varie ius dicere assueuerant, sustulit. Huius etiam meminit Cic. in prima Verr. Verùm edictum perpetuum etiam alia significatione dicitur, quod vnum ac simplex in omnes annos, atque in perpetuum compositum est. Nam Prætores olim arbitratu suo edicta, quæ leges erant annuæ, scribebant. id eorum honori tribuebatur, vt in annum suum ius constituerent. Itaque quo edicto superioris anni Prætor vsus fuerat, insequens ferè non vtebatur: alioqui eius edictum Translatitium dicebatur. Sed postea diminuta cum illa Populi Romani magistratuum quoque potestate, cõstitutum est vt edictum vnum componeretur, ex quo edicto omnes in posterum tempus Prætores perpetuò ius dicerent, quod idcirco perpetuum est appellatum. Huius rei authorẽ fuisse D. Adrianum Iustinian. in l.2.C.de veter.iur.enucl. testatur. Edicti verò scriptorem C.Saluium Iulianum. Eutrop.lib.9, Post enim Didius Iulianus Rempublicam inuasit, vir nobilis & peritissimus, nepos Saluij Iuliani, qui sub D. Adriano perpetuum composuit edictum.

Edicta principum dicuntur, quibus non ad certam aliquam controuersiam, de qua consultus sit, respondet, sed generaliter de re

quapiam,quaſi nouam aliquam legem conſtituit,vt l. Hac edictali. C. de inceſt.nupt.

Edicta erant, quæ Prætores antequam ius dicerent ſolebant proponere, vt ſcirent ciues quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſéque præmuniret,l.2.§.5.D.de orig.iur.

Immite & minax edictum.Ouid.2.Triſt.

Inimicum edictum. Cic. pro Lege Manilia, Neque me impediet cuiuſquam Quirites inimicum edictum,quominus fretus vobis, veſtrum ius,beneficiúmque defendam.

Peculiare edictum,Vide PECVLIARIS.

Tranſlatitium edictum, Vide Tranſlatitium,in TRANSFERO.

Edictum circunducere,Decretum irritum facere & abolere. Quo verbo Vlpian.vſus eſt in l.Et poſt edictum.De iudiciis.

¶Edicto audiens, Vide AVDIO.

Componere edictum.Cic.3.Offic.

Conſcribere edictum.Cic.3.Offic.

Edicto Prætoris,de ſaltu agróq; communi & ſeruis communibus detruditur.Cic.pro Quinctio.

Dare edicta terris.Claud.8.Paneg.

Habere edictum.Cic.9.Philipp.

Iácere edicta in populum. Tacit.lib. 19, Quòd edicta in populum pro Veſpaſiano magnifica,probroſa aduerſus Vitellium iecerat.

Ex edicto Prætoris poſſidere bona alicuius. Cicero pro Quinctio.

Sancire aliquid edicto.Cic.pro Hacco, Flaccus ſanxit edicto ne ex Aſia exportari liceret.

Vetare edicto.Horat.2.epiſt.1.

¶Edictum,etiam priuati hominis dicitur. Terent.Heaut.4.1,

Primum hoc te oro,nequid credas me aduerſus edictum tuum Facere eſſe auſam.

Edictales, Hoc nomine decorabantur qui annum vnum in legum ſtudio verſati, alterum etiam adiungebant: ducta ſcilicet appellatione ab edicto, cui cognoſcendo tum operam nauabant. Imper. in epiſt. ad Anteceſſor. §. 3. In ſecundo autem anno, per quem ex edicto eis nomen antea poſitum,& à nobis probatur,&c.

Edictalis bonorum poſſeſſio,quæ edicto defertur,l.30.§.1.D.de acquir.hæred.l.1.§.1.D.Si tabul.teſtam.

Edictio,Verbale {ἐπίσταξις.} Plaut.Capt.13,Baſilicas edictiones atque imperioſas habet.

Baſilicæ edictiones,Vide BASILICVS.

EDIL.CVR. vel ED.Ædilis curulis. EDIL. P. Ædilis plebis.

Edim,Vide Comedim,in COMEDO.

Ediſco,ediſcis,ediſci,pen.corr. {μανθάνειν} ediſcere,Memoria complecti. Cic.2. Tuſcul.Ita ſunt deinde dulces, vt non legantur modò, ſed etiam ediſcantur.

Artes contenta paternas Edidiciſſe fuit.Ouid.2.Metam.

Lauri ediſcunt.Virg.ecloga 6,

Audiit Eurotas,iuſſitque ediſcere lauros.

Linguas ediſcere.Ouid.2.de Arte Amandi,

Cura ſit & linguas edidiciſſe duas.

Vſum ediſcere.Ouid.7.Metam.

Vultus alicuius ediſcere.Valer.1.Argonaut.

Nec potuit ſimules, voluíve ediſcere vultus. Id eſt, non potuit dignoſcere filiorum formas.

Inter luſum locos ex poetis maximè ediſcere licet. Quintilianus lib.1.cap.1.

Ediſcendus ad verbum libellus.Cic.4.Acad.

EDISSA.Cic.Verr.7,Ediſſa portus in Sicilia.

Ediſſero,ediſſeris,penult.corr.ediſſerui, ediſertum {διεξέρχομαι, διατυπόομαι, ἐπεξέρχομαι} ediſſerere,Ordine exprimere,explanare,declarare.Cic. de Claris Orat.Quis in docendo,ediſſerendóque ſubtilior? Liuius 4. bel.Maced. Plaut.Capt.17,

Iam animaduorte:hæc mihi quæ dicam,ediſſere. Pacuuius,

Ediſſere fabulam hanc. Cic.2.de Legibus.

Vera ediſſere.Virg.2.Æneidos,

-mihíque hæc ediſſerere vera roganti.

Ediſſerto, ediſſertas, ediſſertáre, Frequentatiuum {ἐξαυδάω.} Plautus Amphit. 7, Ordine omne vt quicquid actum eſt, dum apud hoſtes fedimus. Ediſſertauit.

Editio,Edititius,Editus,Vide EDO.

E-diuerſo {ἐξ ἐναντίας} Vide E præpoſitionem. Plinius libro 6.cap.4. Et lib.23.cap.4.

E D O

Edo,es,eſt,vel Edo,edis,prima cor.edi,eſum vel eſtum {ἔδω,χρήσασθαι,φαγεῖν} eſſe vel edere,Comedere.Virg.4.Æneidos,

-eſt mollis flamma medullas. Cic. ad Attic. lib. 13.298, Itaque & edit & bibit ἀδηφάγως, & iucundè,opiparè ſanè & apparatè.

Edi,præteritum.Cic.5. Tuſcul.Nec eſuriens Ptolemæus ederat.

Edere de patella.Cic.2. de Finibus,Reperiemus aſotos primum ita non religioſos vt edant de patella:deinde,&c.

Auide edere.Ouid.3.de Arte amandi.

Agellos edit pecus.Horat.1.epiſt.12.

¶Edim,Futurum antiquum pro Edam. Pompon.Proſtibulo,Ego quæro quod edim, has quærere qui parcant,certum eſt. Nonius.

Obliuia non edunt laudem. Silius lib. 13. Hoc eſt, laus non datur obliuioni.

Edere pugnos, per tranſlationem, pro Percuti pugnis. Plautus Amphit.4.

¶Eſſe,pro Comedere. Valer.Maxim.lib.4.cap.3.in fine, Diogenes Syracuſis, quum olera ei lauanti Ariſtippus dixiſſet, Si Dionyſio adulari velles, iſta non eſſes: Imò, inquit, ſi tu iſta eſſe velles, Dionyſio non adulareris.

¶Eſſetur,pro Comederetur,antiquum.Varro, Libum, quod vt libaretur,priuſquam eſſetur,erat coctum. Aut libi partem primùm ſolitos veteres libare,reliquum deinde comeſſe,atque ex eo à libatione nomen adeptum eſſe. Turnebus.

Vbi eſturi ſumus?pro Vbi pranſuri vel cœnaturi? Plaut. Menæch.4.

Et Pœnulo 7, Edere de alieno.

Furit ardor edendi.Ouid.8.Metam.

Rabies edendi.Virg.9.Æneid.

Edendus,Participium {ἐδωδίμος.} Cic.de Amic. Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe vt amicitiæ munus expletum ſit.

Edor,ederis,penult.corr.eſtur.Præteritum eſus {ἐδήμην} Plin.lib.20.cap. 9,Et in Ægypto,propter amaritudinem non eſtur. De braſſica loquitur. Columel.lib.2. cap.10.

Eſtur,impersonale {ἔδεται.} Plaut.Moſtel.4,

Iam iſta quidem abſumpta res erit, quando dies noctéſque eſtur,bibitur. Ouid.1.de Ponto,eleg.1.

Eſito,eſitas,penult.corr. {σιτεῖσθαι ἐδέσθαι} eſtare, Frequentatiuum à ſupino eſum. Cato cap.157,Lotium conſeruato eius qui braſſicam eſitauerit, Gellius lib.4.cap.11,Pythagoram Philoſophum non eſitauiſſe ex animalibus. Ibidem,Videtur autem de cyamo non eſtato cauſa erroris fuiſſe. Plin.lib.20.cap.9.

Edax,edacis,penult.prod.omn.gen. {φιλοβρώς,πολυφάγος,ἐδώδιμος} Vorax, & conſumptor.vt Edax hoſpes. Cic.pro Flacco. Terent. Phorm.2.2, Alere nolunt hominem edacem. Idem in Prologo Eunuchi, Edax paraſitus.

Edaces multi cibi.Colum.lib.6.cap.2.

Curæ edaces.Horat.2.Carm.ode 11.

Ignis edax.Ouid.4.Faſt.

Imber edax.Horat.3.Carm.ode 30.

Liuor edax.Ouid.1.Amor.eleg.15. Martial.lib.11.34.

Luctus edax,mac.éſque malis comes addita morbis.Sil.lib.13.

Paraſiti edaces.Horat.2.epiſt.1.

Tempus edax rerum.Ouid.15.Metam.

Turdi edaces.Horat.Epod.1.

Veruſtas edax.Ouid.15.Metam.

Virus edax.Ouid.5.Faſt.

Vultur edax.Ouid.1.Triſt.

Eſtrix,eſtricis, penult.prod. fœm.gen. {ἰδίστρια} Ea eſt quæ deuorat cibos.Plaut.Caſina 17,Ego noui ambas illas eſtrices, corbitâ vbi comeſſe poſſunt.

Edacitas,penult.corr.edacitatis,fœm.gen. {φιλοφαγία} Voracitas,conſumptio. Cicero ad Quintum fratrem, libro 3.24, Edacitatem pueri pertimeſco.

Eſurio,eſuris,penult.corr.eſuriui,eſuritum, penult. prod. {πεινάω} eſurire,Cupio edere.Plaut.Curcul.8,

Qui homo maturè quæſiuit pecuniam,

Niſi eam maturè parſit, maturè eſurit. Martialis libro 7, Vilius eſurio.

Eſuribo,pro Eſuriam. Pomponius Augure,Imo mane non eſuribis diutius,quare roga. Næuius Mortis & vitæ iudicio, Ita vobis otioſus ſum:mihi algebo,& mihi eſuribo.

Facilè eſurire. Cælius Ciceroni,lib.8.17, Veſtras copias non noui: noſtri valde depugnare,& facilè algere & eſurire conſuerunt.

¶Eſurior,Paſſiuum.Ouid.1.de Ponto,eleg.11,

Nil ibi quod nobis eſuriatur,erit.

Eſuriens,Participium {πεινῶν.} Ouid.lib.2.de Remed.amoris,Non facilè eſuriens poſita retinébere menſa.

Eſuriens dominus,pro Auaro.Horat.2.Serm.ſat.3,

-neque illinc

Audeat eſuriens dominus contingere granum.

Eſuriturus,penult.prod. {πεινάσων.} Terent.Heaut.4.2,

Modò liceat viuere,eſt ſpes. CI. quæ? S. nos eſurituros ſatis.

Eſuriales feriæ {πεινητικὰ ἑορτή} Quibus ab edendo feriatur. Plautus Capt.8.

Eſurio,eſurionis {πεινητὴς} Qui eſurit.Plaut Perſa,4,

O ſaturio opportunè adueniſti mihi.

s.Mendacium ædepol dicis,atque haud te decet:

Nam eſurio venio,non aduenio ſaturio. Antiqua verba.

Eſuritor,penul.prod.Verbale {πεινητὴς.} Martial.lib.3,Romam petebat eſuritor Tutius.Hoc eſt,Qui ſæpe eſurit.

Eſuries,eſurïei, penult.prod. fœm.gen. {πεῖνος} pro fame etiam apud antiquos ſumebatur.

Eſuritio, Verbale {πεῖνος.} Idem.Martial.lib.5.129,Quam ſolet eſuritionem. Gell.lib.16.cap.3.

Corpus aridum ſole,frigore,eſuritione.Catul.epigr.20.

Pater eſuritionum,Valde famelicus.Catul.epigr.18,

Aureli pater eſuritionum

Non harum modò,ſed quot aut fuerunt,

Aut ſunt,aut aliis erunt in annis.

Eſuritionem depellere.Gell.lib.16.cap.3.

Eſurigo,penult.prod. eſuriginis, fœm gen. {πεῖνος.} Idem.Varro,Vbi lubet,ire licet accubitum,accedo ſtrenuoſus,ſtimulans quòd eſurigo findebat coſtas. Nonius.

Eſus,huius eſus {ἔδησις.} Plin.lib. 20. cap. 7. Stomachos diſſolutos viliſſimè adiuuant,vti ne eo eſu alluantur. Hoc eſt comeſtione. Quædam exemplaria legunt, Stomachi diſſoluti viliſſimè adiuuantur, in eo vſu,&c.

Edilis,& hoc edile,penultima producta {ἀδηδὼς} pluraliter edilia:vel Edulis, per quintam vacalem, dicuntur omnia quæ ad eſum pertinent. Gellius libro 17. capite 11, Quod ex ſaluris vſu foret, vt edilia quidem omnia defenderet.ab arteria,depelleréque in ſtomachum & pulmonem.

Capreæ edules.Horat.2.Serm.ſat.4,

Vinea ſummittit capreas non ſemper eduleis.

Edulium {ἔδισμα} (inquit Valla in Raudenſem) eſt quicquid edimus, aut quicquid ad prandium cœnámque edendi gratia nobis apponitur & ſumimus. Vlpian.in fine l.Soſer. D. De offic. Proconſ.Ea quæ edulióm excedunt vſum. Nonius,Edulium ab edendo, dicitur præguſtatiua comeſtio.

Edo,edonis,penult. prod. {φάγρος.} Nonius, Edones & phagones,ab edacitate:vnũ Latinum,& aliud Græcum. Varro,Edones Romam, vt turba,intrédet annona, ſed propter phagones ſicedulam pinguem aut turdum niſi volantem non video.

Edo, edis, prima prod.edidi,editum,penult. corr. {ἐκδίδωμι} édere,Eſt emittere,& quaſi extra dare.Plin.lib.10.cap.52, Fœminam edunt quæ rotundiora gignuntur oua.

Edidit centum vaſa hæc vitis.Sueton.de Claris Grammat.

Edere & exponere. Cic. 3. de Legib. Apud eoſdem qui magiſtratu abierint,edant & exponant quid in magiſtratu geſſerint.

Perulgare atque edere tabulas, &c. Cic.pro Sylla, Non occultaui, non continui domi: ſed deſcribi ab omnibus ſtatim libratiis, diuidi paſſim & peruulgari atque edi Pop. Romano imperaui. Subaudi, tabulas.

Audacter & licenter edere.Catul.in Camerium.

Edere,apud Iuriſconſultos, quod nunc *perſcriptum dare*, vel *per declarationem* dicunt. Budæus.

Edit quiſque quod poteſt: Id eſt profert & agit.Plaut.Amphit.4.

Natus, & in lucem editus. Cic. 1. de Legib. Quantam vim rerum optimarum mens humana cõcineat, cuius muneris colendi efficiendíque cauſa nati,& in lucem editi ſumus.

Edere actionem,Eſt copiam deſcribendi facere,vel in libello conplecti & dare, vel dictare: item aduerſarium noſtrum ad album producere, & demonſtrare quid dictaturi ſumus, vel id dicendo quo vti velimus.l.1. D.de edend.

Edere animam,pro Mori.Cic.pro Sextio,At ſi tum P. Sextius, Iudices, in templo Caſtoris animam quam vix retinuit, ediditſſet: non dubito quin,&c.

Annales.Cic.ad Attic.lib.2.21, Vt annales ſuos emẽdam & edam.

Annos.Ouidius,

Dum licet,& veros etiam nunc editis annos.

Authorem alicuius doctrinæ. hoc eſt Proferre, & in medium afferre. Liu.1. ab Vrbe, Authorem doctrinæ eius quia non extat alius, falſò Samium Pythagoram edunt.

Cædẽ. Liu.5.ab Vrbe, Inſequuti victores ingentẽ ediderũt cædem.

Cantus edere,& Cantare,Idem.Cic.2.de Diuinat.

Certamen cruentum. Liuius 1.bel.Pun.Sæpe & contemptus hoſtis cruentum certamen edidit.

Clamorem.Cic.2.de Diuinat. Et Liu.6.bel.Pun.

Corpus edere ſuper equum. Tibul.lib.4.eleg 1,

Ipſe tamen velox celerem ſuper edere corpus Audet equum.

Edere diem,Iureconſultis, eſt vel dictare, vel tradere libellum, vel codicem proferre,l.6.§.6.D.de edend.

Aliquid dignum hominum auribus efficere,atque edere. Cic.1.de Oratore.

Exemplum.Cic.ad Q.frat.lib.1.2,Quoniam Smyrnæ duos Myſos inſuiſſes in culeum, ſimile in ſuperiore parte prouinciæ edere exemplũ feueritatis tuæ,& idcirco Teuxim elicere omni ratione voluiſſe.

Exempla fœda in ſocios per fœdam auaritiam.Liu.9.bel.Pun. Et Cæſar 1.bel.Gall.

Exempla auaritiæ. Liu.5.bel.Pun. Quum multa iræ,multa inuidiæ auaritiæque fœda exempla ederentur.

Facinora.Liu.3.bel.Pun. Idem 10.ab Vrbe.

Fœtus dicitur ager.Cic.2.de Orat.Subacto mihi ingenio eſt opus, vt agro non ſemel arato, ſed nouato & iterato, quo meliores fœtus poſſit & grandiores edere. Liu.8.bel.Pun.Et inſuetos fœtus animalia edere. Virgil.4.Georg.

Frondem edere dicitur arbor.Colum.lib.5.cap.6.

Fructum edere dicuntur arbores & animalia. Colum. de Arboribus,cap.21. Cic.2.de Nat.deor.

Funera.Liu.9.ab Vrbe,Sic fortuna exercuit opes,vt inſignes vtrinque clades,& clara ipſorum ducum ederet funera.

Gemitus doloribus edere.Lucret.lib.4.

Gladiatores edere. Tacit.lib.13, Ne deſignatis quidem Quæſtoribus edendi gladiatores neceſſitas eſſet.

Edere herbas dicuntur campi.Colum.lib.2.cap.4.

Hinnitus edere.Ouid.2.Metam.

Ignem. Liu.de bel.Macedon.Editus ab Hannibale ex compoſito ignis eſt.

Indicium. Cic. pro P. Sylla, Sed tamen abs te Torquate quæro, quum indicatus tuus inimicus eſſet, & eſſet eius rei frequẽs Senatus, & recens memoria teſtis, tibi meo familiari & contubernali prius etiam edituri fuerint indicium ſcribæ mei ſi voluiſſes,quàm in codicem retuliſſent?

Edere iudicium, eſt profiteri & enũtiare qua actione vſuri ſimus. Iulian.l.22.§.4.D. rem rat.haber. Si procurator iudicium de hæreditate ediderit,deinde dominus fundum petierit,&c.

Edere leges. Cic.2.de Legib. Leges autem à me edentur non perfectæ:nam eſſet infinitum.

Librum. Cic. 4. Acad. Nec ſe tenuit quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet.

In aliquẽ libros edere. Quintil.lib.3.cap.7, Et editi in cõperitores, in L.Piſonem,& Clodium, & Curionem libri,vituperationem continent.

Luci.Cic.2.de Diuinat.ex antiquo poeta,

Qui luci ediderat genitor Saturnius,idem Abdidit,&c.

Ludibrium. Liu. 10. bel. Pun. Hoc quoque ludibrium fortuna an caſus ediderit, vt cum patre tuo Conſule ceperim arma,&c.

Ludos. Sueton.in Iulio Cæſare, cap.39, Ediditſpectacula varij generis,munus gladiatorium,ludos etiam regionatim vrbe tota.

Proprio ſumptu ludos edere. Tacit.lib.1.

Mandata alicui,*Exponere ſuam commiſſionem*,vt vocãt, vel *ſuum onus*, Liu.5.bel.Maced. Idem 5.ab Vrbe,Quibus poſtquam mandata ediderunt,in concilio Gallorum datur reſponſum.

Motus edere. Lucret.lib.3.

Munus gladiatorium.Liu.8.bel.Pun.Scipio Carthaginem ad vota ſoluenda diis,munúſque gladiatorium,quod mortis cauſa patris patruſque pãrãuerat,edendum rediit.

Murmur edere.Ouid.14.Metam.

Nefas edere.Stat.8. Thebaid.

Edere nomen, pro Imponere. Liu. 1. ab Vrbe, Domicilióque ibi comparato,L. Tarquinium Priſcum edidere nomen.

Eſt etiam edere nomen, Proferre vel efferre nomen ſuũ vt deſcribatur, & veluti ſuum nomẽ profiteri in actis,quem manu miſſuri ſumus: id quod fiebat ante cognitionem Conſulis. Quinetiam Edere nomina, hodie dicere poſſumus eos qui prouocatores apud acta curiæ præſentari dicuntur. Hæc Budæus. Cic.4.Verr. Quibus ego teſtimonium denuntiaui,quorum nomina edidi Metello.

Nomẽ alterius alicui edere & iniicere. Cic.pro Domo ſua,Meum nomen operis ediderat,imperitis iniecerat.

Operam annuam.Liu.5.ab Vrbe, An ſi ad calculos eum Reſp. vocet,non meritò dicat,Annua æra habes,annuam operam dẽ?

Opera virorum fortium. Liu. 3. ab Vrbe,Caſtigari fortium ſtatim virorum opera edebant:tantúmque hos pudor, quantum aliorũ laudes excitabant.

Edere operas,dicitur libertus,pro Dare,præſtare,præbere operas. Vlp.l.9.D.de oper.libert. Proprietas earum & in edentis perſona, & in eius cui eduntur,conſiſtit. Iauolen.l.21.D.eod.tit.Operæ loco edi debent,vbi patronus moratur,ſumptu & vectura patroni.

Quaſi oracula ſapientiæ edere. Cic. 2. de Finib.In alio verò libro in quo breuiter comprehenſis grauiſſimis ſententiis, quaſi oracula ediditſſe ſapientiæ dicitur.

Ordinem. Liu.7.bel.Pun. Q. Cælius triplicẽ rei geſtæ ordinẽ edit.

Ouum dicitur gallina. Plinius lib.10.cap.41, Gallinæ inhorreſcunt edito ouo.

Edere partum dicuntur fœminæ. Cic. 2. de Nat. deor. Quum in terra partum ediderint,obruere oua.

Partu edere. Tacit. lib. 2, Vbi Agrippina nouiſſimo partu Iuliam ediderit.

Planctus edere.Iuuenal.ſatyr.10.

Plorum virginalem ore, Muliebriter lugere. Cic.2. Tuſcul. Hoc eſt ita effingere, vel talem vocem emittere, vt virginalis ploratus videatur,non viri.

Poſtulara. Cic.4.Verr.Hoc commori dolore,poſtulata Cõſulibus, quæ non poſtulata, ſed in iſtum crimina viderentur eſſe, ediderunt. Per tranſlationem.

Prælium,ſiue pugnam. Liu. 1. bel. Maced. Cic. ad Attic. lib.1.11, Diꝝ immortales quas ego pugnas,& quantas ſtrages edidi.

Prælia & pugnas edere.Lucret.lib.2.

Pugnæ aliquid edere.Plaut.Capt.11.

Puerperium edere.Plin.lib.7.cap.11.

Queſtus edere.Ouid.4.Metam.

Edere rationes, Quod vulgus dicit *Facere cõputum cum aliquo*. Cic. ad Attic. lib. 7. 123, Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidit.

Edere,& Reddi rationes multum differũt, ait Pomponius, Nec is qui edere iuſſus ſit, reliquum reddere deberet: nam & argentarius edere rationem videtur, etiam ſi quod reliquum ſit apud eum non ſoluat,l.89. D.de verb.ſignif.

Rationem alicuius rei alicui edere.Cic.Attico,lib.5.100, Ego præterea rationem Philogeni permutationis eius, quam tecũ feci, edidi.

Reſponſum oraculo.Liu.9.bel.Pun.

Riſus.Cic.ad Q. fratrem, lib. 2. 12, Memini enim miros riſus nos edere,&c.

Ruinas.Cic.1.de Legib.Nam ſi inuaſerit in hæc quæ ſatis ſcitè nobis inſtructa & compoſita videntur,miras ruinas edet.

Edere ſcelus,Hoc eſt committere & patrare.Cic.13.Philipp.Poſtea quod ſcelus, quod facinus parricida non edidit? Idem pro Sextio, Tamen illi ſceleri quod in me illorum immanitas edidit, haud ſcio an hoc rectè proximum eſſe dicam.

Scriptum. Cic.6.Verr.Ede mihi ſcriptum, quid argenti in prouincia Sicilia pararis. Et ſubdit, Nec ſcriptũ habeo, nec poſſum edere. Quod vulgus barbarorum dicit, *Producere ſcripturas*.

Signum.Liuius ab Vrbe,Edito è ſpeculis ſigno.

Sonos. Ouidius in Ibin, de bubone,

Funereóque graues edidit ore ſonos.

Spicas edere dicitur culmus.Colum.lib.2.cap.16.

Spiritum extremum,pro Mori.Cic.12.Philipp.Cuius in complexu libenter extremum vitæ ſpiritum ediderim.

Strages.Liu.7.bel.Pun. Et Cic.3.de Legib.

Strepitum. Columel.lib.12.cap.21. Sic Edere ſtridorem dicuntur locuſtæ,Plin.lib.11.cap.29.

Recitare & edere tabellas. Cic. pro Cluentio, Nam tabellæ quæ-ſtionis plures proferuntur,quæ recitatæ,vobíſque editæ ſunt.

Tactus edere.Lucret.lib.2,

Sed variis formis variantèis edere tactus.

Edere teſtes, Hoc eſt proferre, & vt dicit Cicero, producere. Liu. 3. ab Vrbe, Iámque editis teſtibus, quum tribus vocari, & populum inire ſuffragium oporteret.

Trepidationem. Liu. 1. bel. Pun. Ibi vrgentes inter ſe,cedentibus extremis ab aqua,trepidationem aliquantum edebant.

Verba edere.Tibul.lib.3.eleg.4,

Edidit hæc triſti dulcia verba modo.

Verba. Cic. pro Quinctio, Iudicium quin acciperet in ea ipſa verba quæ Næuius edebat,non recuſaſſe.

Victoriam edere. Tacit. in vita Agricolæ, Et extremo metu corpora defixere in his veſtigiis, in quibus pulchram, & ſpectabilem victoriam ederetis.

Edere vitam. Cic. 5. de Finibus, Nec ad hoſpitem antè diuertiſſe, quàm Pythagoræ ipſum illum locum vbi vitam ediderat, ſedémque viderim.

Voces. Cic. 2. Tuſcul. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachiniis edit?

Vrinam,pro Meiere.Plin.lib.28.cap.4.
Vulnera edere.Stat.1.Sylu.6.
¶Edi tribus ab accusatore.Cic.pro Plancio,Non intelligo quamobrem Senatus hoc vno in genere tribus edi voluerit ab accusatore,neque eandem editionem transtulerit in cæteras causas.
Editum est.Cic.1.de Orat.Peruulgari artem suam noluerunt deinde postea quàm est editum,&c.

Editus,pen.corr.Participium:vt Editus Ioui satu.Cic.1.Offic.
Edita in vulgus. Liu. 6. ab Vrbe. Cæsar 3. bel Ciuil. Quæ opinio erat edita in vulgus, antè quàm Cæsar ad insequendum facultatem haberet.
Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta, nihil potest esse verius. Cic.Bruto,2.
In lucem editus,Id est natus.Cic.2.Tuscul. Ibidem, lib.3, Nunc autem simul atque editi in lucem & suscepti sumus,&c.
Indicium expositum atque editum. Cic.3.in Catil. Post autem aliquanto toto iam indicio exposito atque edito surrexit.
Iudices editi. Cic. pro Plancio, Hunc iudicibus editis, qui testes iidem esse possent, absolutum putarem.
Facinora edita.Liu.lib.9.Decad.4, Nec omnia,in quæ coniurauerunt,edita facinora habent.

Editus, pen. corr. {ἐκδοτος} Nomen ex participio,Altus. Liu.8.bel.Pun.
Tumulo editissimo communierunt.
Editi atque asperi colles.Cæsar 3.bel.Ciuil.
Editum in altitudinem cacumen.Liu.8.bel.Pun.
Editior viribus homo,Superior.Horat.1.Serm.satyr.3.
Arx edita.Seneca Octauia,7.
Locus præcelsus atque editus.Cic.6.Verr.
Immensum editus. Tacit.lib.21.Nam duos colles immensum editos claudebant muri per artem obliqui.

Editus,huius editus,pen.corr.vt Editus boum,pro excremento & stercore.Vlp.in l.ligni.§.in quibusdam.D.de legat.3.

Editicius,Adiectiuum {ἐκδοτικὸς} Iudex editicius, quem vna pars elegit. Author Seruius in illud Virgil.13.ecloga,Nec quenquam fugio. Cic. pro Plancio, Neque enim quicquam aliud in hac lege, nisi editicios iudices es secutus.

Editio,Verbale {ἔκδοσις} pro emissione.vt Editio librorum.
Præcipitare editionem libri. Quintil. Triphoni,Vsus deinde Horatij consilio,qui in arte poetica suadet,ne præcipitetur editio.
Honor editionis.Quintil.in proœm.lib.1.
Editio Consulum & magistratuum. Liuius 4. ab Vrbe. Cic. pro Plancio, Quid enim potest dicere, cur ista editio non summam habeat acerbitatem, remota ratione illa, quam in decernendo secuti sumus?
¶Editio, pro Natiuitate,ortu. Vlpian.l.2.§.1.D.de Decur. Si conceptus sit à plebeio, mox ante editionem pater eius Decurionatum adeptus,ante editionem amiserit,&c.

Editor,pen.corr.editoris.Lucan.lib.2,
-delabitur inde
Vulturnúsque celer,nocturnæque editor auræ Sarnus.

Edoceo,edoces,pen.cor.edocui,edoctum {ἐκδιδάσκω} edocêre, Idem quod docere,aut diligenter docere.Plaut. Trinum.6,
Pol ego istam volo me rationem edoceas.
Edocere vt res se habet.Plaut. Trinum.11.
Quem Minerua omnis artes edocuit.Sallust.in Cic.
Cælestia edocere aliquem.Stat.3. Thebaidos,
-non te cælestia fruftra
Edocuit,lauróque sua dignatus Apollo est.
Imperitos edocere. Cic.Post red.in Senatu, Qui causam eam imprudentibus commendant,imperitos edocuerit.
Edocere omnia ordine.Liu.4.bel.Pun.
Ratio edocet. Cic.3. Tuscul.Edocuit tamen ratio,vt mihi quidem videtur,&c.
Senatum edocet de itinere hostium.Sallust.in Catil.
Edoctus omnia per legatos.Sallust.in Catil.
Edoctæ militiam legiones.Liu.6.ab Vrbe.
Edoctus belli artes sub magistro.Liu.5.bel.Pun.

Edolo,edolas,pen. corr. {πελεκίζω} edolâre, Idem significat quod dolare. Nonius,Edolare,fabrorum est verum verbum, quum materiarum complanatur asperitas. Vsi sunt eo verbo laudandi scriptores veruftatis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimargo, Quum tot comœdias sine vlla fecerimus, ego vnum librum non edolem,vt ait Ennius? Hactenus Nonius. Cic.ad Atticum,lib.13.295,Quod in manibus habebam abieci, quod iusseras edolaui. Hoc est, rude opus quasi dolabra poliui.

Edon,Esau dictus est,ob coctionem rufæ lentis,cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi nanque,vt Iosephus lib.2.scribit, Edom,rubeum dicunt. Vnde & regio in qua regnabat Esau, Edom dicta est, quam Græci,deflexo nonnihil nomine,Idumæam,ἰδουμαίαν denominauerunt. Hæc nunc regio,inquit Hieronymus,Gebalena dicitur, quæ est in finibus Eleutheropoleos, vbi habitabant antè Chorrhæi, qui interpretantur liberi:vnde & ipsa vrbs postea sortita vocabulum est. Nunc viculus Palæstinæ est à conditore sic impositio nomine.

Edomo, edomas,pen. corr. edomui,edomitum {ἐκδαμάζω} edomâre, Idem quod domare significat: nisi quòd præpositio aliquid fortasse addit. Cic. pro Sylla, Improbi ac perditi ciues, edomiti atque victi. Idem de Fato, Scribût vitiosam naturam ab eo sic edomitã & compressam esse doctrina,vt,&c. Plin.lib.17.cap.19,Omni interim tempore edomari meditatione curandi.
Nefas edomare.Horat.4.Carm.ode 5,
Mos,& lex maculosum edomuit nefas.
Alpes edomitæ.Claud.2.in Ruff.
Equi edomiti.Claud.4.Paneg.
Pastinaca edomita,Id est satiua.Colum.lib.9.cap.4,Tum agrestis pastinaca, & eiusdem generis edomita, quam Græci Staphylinon vocant.

EDOMVS,Mons est prope Pangæum in finibus Thessaliæ.

EDON,huius Edonis, penult. prod.quia per æ scribitur,& masc. gen. {ἴδων} Mons est Thraciæ, teste Seruio in 12. Æneid. Hic Edonus quoque dicitur Plinio lib.4 cap.11.

EDONI,siue Edonij, Thraciæ populi, vel certè Macedoniæ quæ proxima est Thraciæ. Solinus cap. 14, Qui Edonij olim populi, quéque Mygdonia erat terra,aut Pierium solum,vel Emathium,nunc omne vniformi vocabulo Macedonica res est:& partitiones quę specialiter ante se iungebantur,Macedonum nomini cõtribuerat,factæ sunt corpus vnum. Hermolaus in 4.lib.Plin. cap.11, de montibus Thraciæ loquens, Edonus, à quo Edoni quoque populi, & Edonis ibi regio. Plin.lib.4 cap.11, Edonos facit Thraciæ populos. Edones verò inter Scythas connumerat.

EDONES,Vide EDONI.

EDONIS,pen.prod.huius Edonidis,fœm.gen.Æolidis vrbs. Plin.lib. 5.cap.30,Rursus in litore Antandros,Edonis prius vocata. In quem locum sic ait Hermolaus: Testis est Aristoteles Antandron prius dictam à Thracibus colonis Edonida.
¶Edonis,huius,Edonidis,Thraciæ regio,Vide EDONI.

Edonis, penult.prod. huius Edonidis {ἰδωνὶς,vel ἰδωνὰς} Patronymicum fœm. gen. quo interdum vtimur pro possessiuo. Hinc Edonides dicuntur Mænades, seu Bacchi sacerdotes, quæ furore diuino agitatæ mysteria Bacchi celebrabant,passis capillis more furẽtium huc illuc cursitantes. Propert.lib.1,
Nec minus assiduis Edonis fessa choreis. Ouid.11.Metamorph.
Proti nus in syluis matres Edonidas omneis,
Quæ videre nefas,torta radice ligauit. Hoc est in arbores conuertit ob necem Orphei. Lucan.tamen corripuit lib.1,
-nam qualis vertice Pindi
Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo,
Talis & attonitam rapitur matrona per vrbem. Sed hic putat Seruius systolen esse.

Edonius {ἰδώνιος} Adiectiuum, cuius secundam syllabam corripi plerique putant,citantes illud Ouidianum ex lib.2.de Remed.amoris, Ibac,vt Edonio referens trieterica Baccho
Ire solet fusis barbara turba comis. Sed hic multi codices habent Æmonio, non Edonio. Adde quòd Seruius cõtenderet legendum Edono,vt apud Virgilium,Edoni Boreæ: & Statius,Edonas hyemes.

EDONVS,pen.prod. {ἴδωνος} Mons Thraciæ. Vide EDON.

Edonus,pen.prod.Adiectiuum {ἴδωνος.} Virgil.12. Æneidos,
Ac velut Edoni Boreæ quum spiritus alto
Insonat Ægæo,&c. Seruius,Edoni,id est Thracij.Nam Edon mós est Thraciæ. Sanè sciendum hoc loco errasse Donatum, qui dicit Edonij esse legendum,vt DO breuis sit,secundum Lucanũ qui dicit, Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo. Nanque certum est systolen feciſſe Lucanum. vnde Edoni legendum est,vt sit,hic Edonus, huius Edoni. Statius & Virgilium & artem sequutus ait, Tristius Edonas hyemes,Ebrúmque niualem:non,Edonias. Hactenus ille.
Hyemes Edoniæ.Claud.1.Paneg.

Edor, ab antiquis appellatum fuit far, quod postea Ador vocauerunt, teste Festo.Dictum ab edendo,eo quòd populus Romanus trecentis propemodum annis ex omni frumẽti genere, solo farre vsus fuerit vt ex Verrij sententia refert Plin.lib.18.cap.7.

Edormio, edormis,edormiui, edormitum,pen.corr. {ἐκκαθεύδω} edormire, Dormiendo absoluere, vel potius dormire ad satietatem. Cic. 4. Acad. Quúmque edormierunt,illa visa quàm leuia fuerunt, intelligunt. De dormientium somniis.
Edormire vinum siue crapulam,Est dormiendo perficere,& excoquere.Cic.2.Philip.Edormi crapulam inquam & exhala. Gell.lib.6.
Dicitur & tempus edormiri.Seneca epist.100.

Edormisco,edormiscis {ἐκκαθεύδω} edormiscere,Idem quod dormige.
Edormiscere somnum.Plaut.Amphit.8, -pauliſper mane
Dum edormiscat vnum somnum,quæ næ vigilans somniat.
Edormiscere crapulam: Id est somno & dormitione crapulam concoquere. optima enim concoctio,inquiunt medici,per somnum fieri solet: veluti in id vnum opus conspirantibus & consentientibus omnibus quatuor facultatibus. Plaut.Rud.14.
Edormiscere villum,Idem. Terent.Adelph.5.2,
-quid ego nunc agam?
Nisi dum hæ silescunt turbæ,interea in angulum
Aliquò abeam,atque edormiscam hoc vilii?

EDOSA, Oppidum in sinu maris Troglodytici, ex Africæ latere, dicente Plinio in descriptione sinus maris Rubri Troglodytici, & Æthiopici, Ex Africæ latere tradita sunt eodem nomine Tacompsos altera,siue pars prioris:Magora,Sea,Edosa,Pelenaria, &c. Hæc ille lib.6.cap.29.

E D R

EDRI,Ptolemæo lib.2.cap.2, insula est iuxta Orientalem plagam Hyberniæ,Andros Plinio lib.4.cap.16 dicta.

EDRON {ἕδρων} Portus ad Padum fluuium.Plin.lib.3.cap.16,de Athesi & Togisono fluminibus loquens.Pars eorum, inquit,& proximum portũ fecit Brũdulum,sicut Edronem.Medoaci duo,ac fossa Clodia.

E D V

Educo, educas, pen. corr. {τρέφω,παιδεύω} educare,Nutrire,vel potius nutriendo augere & prouehere:vt mox patebit in Educere. Martial. lib.13.Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. Liu.2.ab Vrbe, Pauperes satis stipendij pẽndere si liberos educent. Cic. 3. de Finib. Quis autem honesta in familia institutus, & educatus ingenuè, non,&c. Terent.Adel.3.4. -vna à pueris paruoli Sumus educati. Varro de liberis educandis, Educit enim obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus. Ouid.6.Fast.
Inter alere & educare.Plaut.Menæch.1,
Hic homo conuiuas non alit,sed educat.
Aer educat. Ouid.8.Metamorphoseos,
Nec mora,quod pontus,quod terra,quod educat aer,
Poscit,& appositis queritur ieiunia mensis.

Educare mammis fœtum. Plin.lib.9.cap.13.
Oratorem educare. Quintil. in Proœm. lib. 1, Nec aliter quàm si mihi tradatur educandus orator, studia eius formare ab infantia incipiam.
Terra malos homines non educat.Iuuenal. satyr.15.
Vuas educare.Ouid.1.de Ponto,eleg.4.
In sermone alicuius educatus. Cic. de Claris Orat. Legimus epistolas Cornelię matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos,quàm in sermone matris.
Educatus ad turpitudinem.Cic.5.Verr.Atque ab Apronio Iudices homine in dedecore nato,ad turpitudinem educato.
Susceptus & educatus.Cic.7.Verr. Qui à parentibus spe nostri imperij nostræque æquitatis,susceptí educatíque sunt.
Ingenuè educatus, Vide INGENVVS.
Liberaliter educatus, Vide LIBERALITER.
Liberè educatus, Vide LIBRR.
Eloquentia nutrimentis epidicticí generis educata. Cic.in Orat.
Educari inter aliquos. Quintil.lib.1. De pueris.

Educator,pen.prod. Verbale masc. gen. {προσδέκτωρ,παιδοτρόφος.} Cic. pro Plancio,Quis est nostrum liberaliter educatus,cui non educatores,&c.

Educatrix,pen. prod. Verbale fœm.gen. {ὀρθοπαιδεύτρια,παιδοτρόφος.} Colum.lib.8. cap.11. Et Cic.1.de Legib.

Educatio {ἀνατροφὴ,παίδευσις,τροφὴ} Nutritio. Cic.3.de Finib.Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest: quarum in fœtu & educatione laborem quum cernimus,naturæ ipsius vocem videmur audire.
Corporum fortissimorum educatio.Quintil.lib.1.cap.1.
Mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus,neruos omnes & mentis & corporis frangit.Quintil.lib.1.cap.2.
Institutus liberaliter educatione doctrináque puerili. Cicero 3. de Oratore.
Educatio & disciplina.Cic.3.de Legib.Repetam à te istum de educatione & de disciplina locum.
Educatio perfectio rerum quas gignit terra. Cic. 5. de Finib. de stirpibus loquens, Earum etiam rerum quas terra gignit, educatio quædam & perfectio est.

Educatus,huius educatus,Idem quod Educatio. Tertullian.in lib. De resurrectione carnis, non ita procul à fine, Decessuro concubitu, & fœtu, & educatu.

Educo,educis, pen.prod.eduxi, eductum {ἐξάγω} educere,Extrahere, quasi extra ducere,emittere.
Educere è custodia.Cic.1.Tuscul.
Pios eduximus annos,Id est viximus.Propert.lib.2.eleg.10.
Colores educere.Catul.59.epig.
Educere cirneam vini.Plaut.Amphit.4.
Educere in aciem copias, vel in expeditionem exercitum. Liu. 5. bel.Pun. Cic.1.de Diuinat.
Educere gladium è vagina.Cic.2.de Inuent.
Educere aliquem in ius.Cic.5.Verr.Quum in ius ipsum eduxi,expressi vt confiterẽ tabulas se negaret.
Lacus emissus & eductus.Cic.1.de Diuinat.
Legiones educere.Plaut.Amphit.4. Cæsar 1.bel.Ciuil.
Leto educere aliquem,Id est liberare morte. Valer.7.Argon.
Educere naues ex portu.Cæsar 2.bel.Ciuil.
Noctem educere ludo.Valer.1.Argon. Hoc est traducere.
Oculos educere.Seneca Thebaid.1.
Ex angustiis Oratorem educere.Cic.3.de Orat.Quantam copiam Crassi complexus es,quantísque ex angustiis Oratorem educere ausus es,& in maiorum suorum regno collocare.
Educere aliquem rus.Cic.ad Q.frat.lib.3.19.
Somnos educere.Sil.lib.11,
Ille sub hyberno somnos educere cælo
Iactator,tectis malis consumere noctes.
Telum educere corpore.Virgil.10.Æneid.
Sortiri tribus,& educere quas velis.Cic.2.de Lege Agraria.
¶Educere, Verbum est forense apud Ciceronem 5. Verr. Aditum est ad Metellum: eductus est Apronius: eduxit vir primarius C.Gallius Senator à L. Metello, vt ex edicto suo iudicium daret in Apronium quòd per vim ac metum abstulisset. Budæus.
¶Educere,Erigere.Virgil.6.Æneidos,
-arámque sepulcri
Congerere arboribus,cælóque educere certant.
Sub astra educere.Virgil.2.Æneid.
Molem educere cælo.Virgil.1.Æneid.
Dorsum eductum.Lucan.lib.2,
Longior educto qua surgit in aera dorso.
Turrim educere.Virgil.12.Æneid.
¶Educere {τρέφω,παιδεύω} Nutrire, educare. Terent. Adelph.1.1, Eduxit mater pro sua. Ibidem,4.6,
Educta ita vti réque illáque dignum est. Idem Heautont.2.1. Et in Andr.5.4.
¶Educere & Educare, inquit Nonius, hanc habent distantiam. Educere est extra trahere: Educare, enutrire vel prouehere. Varro de liber. educand. Educit enim obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus,docet magister. Hæc ille.
Procreare & educere. Cic.2.de Orat.Neque enim boni est neque liberalis parentis quem procrearit & eduxerit, eum non & vestire & ornare.
Fœtum educere,pro Educare.Claud.in Præfat.6.Paneg. Virgil.4. Georgic.
Educere fœtum,pro Párere. Plin.lib.10.cap.54,Æstate vndeuicesimo die educunt fœtum.

Eductus,Participium {τρεφόμενος.} vt,
In contubernio eductus. Tacit.lib.1,Iam infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus.
Disciplina eductus. Tacit.lib.5,Cassius plebei Romæ generis,verum antiqui,honoratíque, & seuera patris disciplina eductus, facilitate sæpius commendabatur.

EDVI,Vide HEDVI.

Edulco,edulcas {μειλίσσω} edulcâre,Dulce facere. Mactius,
Quapropter edulcare conuenit vitam,
Curásque acerbas sensibus gubernasse. Ex Nonio.

Edulis,Edulium,Vide Edilis,in EDO,es.

Eduro,eduras,penult.prod. {σκληρύνω} edurâre,Valde durum facere,& quasi ad laborem assuefacere. Colum.lib.11.cap.1, Quare docendus, & à pueritia rusticis operibus edurandus futurus villicus. Hoc loco nunc legitur educandus.

Edurare, Neutrum {ἐπιμένω} pro Perdurare. Seneca de Breuitate vitæ, Aiunt animalibus tantum indulsisse naturam, vt quina aut dena secula edurent.

Edurè,Aduerbium,Valdè durè {σκληρῶς.} Ouid.3.de Arte amandi, Nec tamen edurè,quod petit ille,nega.

Edurus,Non durum,quasi extra durum.Virgil.lib.2.Georgicorum, Plantis eduræ coryli nascuntur. Quædam vetera exemplaria legũt, Plantis & duræ. Vtranque lectionem Seruius agnoscit. Plin. lib.11. cap. 3, In pergulis verò serũtur escariæ appellatæ, eduræ acinis:albæ, nigræque.
Edurus,Valde durus.Virgil.4.Georgicorum,
Edurámque pyrum,& spinos iam pruna ferentes. Hoc est nimium duram,validam. Seruius.

EDVSA, Edusæ, dęæ nomen apud veteres, cui cum cibo & potu infantem initiabant, illi & Potinæ sacra facere moris erat. Meminit Alex.lib.2.cap.25. Meminit & Nonius.

EDYIA {ἐδυΐα} apud Hesiodum in Theogonia, Nymphæ nomen est, Oceani & Tethyos filiæ.

Ea,Plurale ab Ea pronomine.

E.E. Esse.

EETION,Eetionis {Ἠετίων} Pater fuit Andromaches, & socer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat,teste Homero lib.12. Iliad. Hinc deducitur adiectiuum Eetioneus.Ouid.12.Metamorphoseos, Eetioneus impleui sanguine Thebas.

EETIONEA, Eetionea {ἠετιώνεια} Alterum ex Pyræi promontoriis. Stephanus.

E F F

Effarcio, effarcis, effarsi,effartum {ἐκπλήθω} effarcire,Farciendo maxime implere. Cæsar 7. bel. Gall. Ea autem quæ diximus interualla, grandibus in fronte saxis effarciuntur.

Effari {ἐκφάσκω,ἐκφαίνω} propriè est eloqui.Liu.1.ab Vrbe,Fœdus,multísque id verbis,quæ longo effata carmine nõ operæ est referre, peragit. Virgil.8.Æneidos,Nec plura effatus. Cic.pro Domo sua,Neque verbum vllum solenne potuit effari. Idem 3. de Orat. Effari dicitur Latiné.
Effari aliquid.Virgil.4.Æneidos, -non ipsi effata sorori.
Aperte effari aliquid.Seneca Hippol.7. & 8.
Ordinem gestæ rei alicuius effari.Seneca Hippol.10.
Ore effata.Virgil.2.Æneidos,
-sic ore effata recepit
Ad sese,& sacra longæuum in sede locauit.
Secum multa effatus.Seneca Hippol.10.
Honestè aliquid effari. Cic. in Sallust. Vt ea dicam, siqua honestè effari possum.
¶Effari templum.Cic.ad Attic.lib.13.291,Ecce tibi orat Lepidus,vt veniam(opinor Augures nihil habere)ad templum effandum Saturni ἀστόνδου. Varro de ling.Lat.lib.5, Effata dicuntur, quòd Augures finem auspiciorum cælestium extra Vrbem agris sunt effati. Hinc effari templa dicuntur, quum ab Auguribus effantur qui in his fines sunt. Et fana nominata, quòd Pontifices in sacrando fati sint finem. Et Liu.Decad. 1.lib.10, in pugna ad Luceriam facta Iouis Statoris ædem scribit votam, vt Romulus antè vouerat: sed fanum tantum,id est locus templo effatus iam sacratus fuerat.
Effari precationes dicitur sacerdos sacris operans: cui chorus respondet Amen. Ex Gellio & Macrobio.
Effari & effata,à fando,quod ipsum ex Græco φάσθαι,inquit Festus.

Effata,pen.prod. {ἐκφαντάσματα} sunt vltimæ precationes augurum,quas post fines auspiciorum extra vrbem sunt effati: vt Varro & Seruius autumant. Cic.2. de Legib. Alterũ quod interpretetur fatidicorum & vatum effata incognita.
Ager effatus.Seruius in illud 6.Æneidos,
-sic effatus vestigia pressit. Propriè (inquit) effata sunt augurum precęs. Vnde ager post pomœria, vbi captabantur auguria, dicebatur effatus. Vide etiam Gell.lib.13.cap.14.
Effati fines vrbis.Gell.lib.13.cap.14.
Templa effata. Cic.2.de Legib. Vrbémque & agros, & templa liberata & effata habento.
¶Effata,Elocuta. Festus.
¶Effatum,pen.prod. Enũtiatio dialectica. Cic.4.Acad.Nępe fundamentum dialecticæ est quicquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα,quod est quasi effatum)aut verum esse,aut falsum.

Effabilis,pen.corr. {ἐκφατὸς} Adiectiuum.vt Dictu effabilis.Virgil.3.Æneidos, Nec visu facilis,nec dictu effabilis vlli. De Polyphemo.

Effascino, effascinas, pen. corr. {κατασκοπεύω} effascinâre,Idem quod fascinare. Solinus, Quædam in terra Aphrica hominũ familiæ sunt, voce atque lingua effascinantes: quæ si impensius fortè laudauerint pulchras arbores, fegetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas, emoriantur repentè. Plin. lib.7.cap.2, Esse eiusdem generis in Triballis & Illyriis adiicit Isigonus, qui visu quoque effascinent, interimántq; quos diutius intueantur, irauis præcipuè oculis: quod eorum malum facilius sentire pueres. Et paulò antè, In eadem Aphrica familias quasdam effascinantium Isigonus & Nymphodorus tradũt, quarum laudatione intereãt probatæ, areſcant arbores, emoriantur infantes. Idem, Fœminas quidem omnes vbique visu nocere, quæ duplices pupillas habeant; Cicero quoque apud nos author est.

Effascinatio,Verbale {ἐκβασκάνωσις.} Plin.lib.37.cap.10.

Effata,Vide EFFARI.

Effaxillo, as,ab Axilla ſit, & ſignificat exero : quòd exerto brachio axilla oſtendatur. Feſtus.

Effectio,Effector,Effectrix,Effectus,Vide EFFICIO.

Efferatus,Vide Effero,efferas,in EFFERVS.

Effero, penult.corr.efferſ,extuli,elatum {ἐκφέρω,ἐκφορὰν ποιῶ,ἐξάγω,ἐξενίζω} efferre,Extra ferre. Terent.Adelph.2.4,Nunquidnam effert? occidi.

Efferre immunditias ex piſcina. Cato capite 2. Et apud Plautum Amphit.7,Sed vide efferantur ex naui.

Efferre ex acie ſaucios.Cic.2.Tuſcul.

Efferre pedem domo, vel porta. Cic. de Fato. Et ad Atticum,lib.7.122. Sic Plaut.Bacchid.8.

Efferre pedem aliquò,Ire.Plaut.Capt.7.

Efferri pedibus.Vide A præpoſitionem. Plin.lib.7.cap.7. Hoc eſt, ad ſepulturam ferri.

Efferre de cuſtodia. Colum.lib.8.cap.17, Macies indicat eum non eſſe libero mari captum,ſed de cuſtodia elatum.

Greſſum efferre aruis.Seneca Medea,11. Hoc eſt exire.

Verecundiam ſecum efferre. Cic. Trebatio, lib. 7. 18,Iam iſta tua culpa eſt,qua verecundiam tuam extuleris,& non hic nobiſcum reliqueris.

¶Efferre,Prouehere,extollere.Liu.7.bel.Pun. Virgil.8.Æneidos, Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce

Extulit. Nonius Oſtendit interpretatur.

Sublime pennis elatus. Liu.1.bel.Pun. Eos ipſos quos cernant,legatos non pennis ſublime elatos,Alpes tranſgreſſos.

Caput efferre altius.Virgil.3.Georg.

Efferre caput vndis.Colum.lib.10.

Efferre clamorem. Plaut.Amphit.4,Clamorem vtrinque efferunt.

Effert ſe alueo Nilus. Plin. in Paneg. Hæc inopina ficcitatis vſque ad iniuriam ſterilitatis ex aruit : quia piger Nilus cunctanter ſeſe alueo extulerat.

Ora efferre.Virgil.5.Æneidos,

Nec mora,continuò vaſtis quum viribus effert
Ora Dares,magnóque virûm ſe murmure tollit.

Patriam demerſam efferre. Cic.pro Sylla, Reipub.præcipitáti ſubueni,patriam demerſam extuli.

¶Efferre cadauer. Sipontinus,Effero,plerunque extra fero ſignificat. Hinc tractum quidam exiſtimant vt efferri cadauer dicatur,dum celebratur funus,vel dum ſepelitur,quaſi extra domum ferri. ſed falſum eſt. Efferri enim dicitur,quaſi prouehi & extolli : quoniam cum pompa ferri ſolebat,humeris clarorum virorum pheretro ſuppoſitis, quod nunc quoque fieri videmus. Sipontinus. Plautus Aſina. 12. Terent.And.1.1,Effertur.imus. Liu.2.ab Vrbe, Nihil aliud ad eum nuntium à propoſito auerſus, quàm vt cadauer efferri iuberet. Cic. pro Flacco , Quum efferretur magna frequentia. Idem Attico, lib. 15. 321, Cn. Luculus familiaris noſter matrem efferebat. Idem 2.de Legib.Ante lucem enim iuſſit efferri.Id eſt ad ſepulturam.

Efferri funere , & cum funere , hoc eſt cum pompa exequiarum. Cic.ad Attic.lib.14.306. Idem 2.de Orat.Quum caſu in eadem cauſa cum funere efferretur anus Iunia.

¶Efferre aliquem ad ſummum imperium per omnes honorum gradus.Cic.1.in Catil.

Quæ res extulit eum? vna commendatio huius. Cic. pro Roſcio Comœdo.

Fortuna efferre aliquem dicitur. Cic. pro Corn. Balbo, Quos aut fortuna extulit,aut ipſorum illuſtrauit labor & induſtria.

Ad gloriam aliquem efferre. Cic. de Aruſp.reſpon.Si me tantis laboribus pro communi ſalute perfunctum,efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis hominum improborum animi quidam dolor,quis non ignoſceret?

¶Efferre laudibus, vel ſummis laudibus in cælum.Cic.2.de Finib. Item 4.Academic. Quum tantis laudibus philoſophiam extuleris. Idem 3.de Legib. Plinius libro 20. cap. 3, Diocles magnis laudibus extulit.

Virtus aliquem efferre ad laudem dicitur. Cic. Anteq. iret in exil. Nam me quem paulo antè fortuna erexerat ad gloriã, virtus extulit ad laudem,&c.

Verbis aliquem efferre. Cic. 3. de Orat.Nemo extulit eum verbis, qui ita dixiſſet,&c.

Efferre ſeſe,quod vulgus *ſe eleuare* dicit,hoc eſt, ſeſe vel verbis, vel factis extollere.Cicero 1.Offic.Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere , neque ſummiſſum & abiectum , neque ſe efferentem. Sic Efferre ſe inſolentius.Cic.4. Tuſcul.

Efferre ſe cupiditate gloriæ , & cupiditatibus. Cic.de Lege Agrar. Et in Salluſt. Terent. Heaut. 4. 3, Hic me magnificè effero. Vide MAGNVS.

Animos inſolentia dominatus efferre.Cic.pro Domo ſua.

Gloriando ſe & prædicatione efferre. Cic.in Parad.An quiſquá in potiundis voluptatibus gloriando ſe & prædicatione effert?

Efferre ſeſe ſermonibus & verbis.Cic.3.de Finib.

Studio in aliquá re efferri.Cic.Attico,lib.1.15,Nam in eo genere ſic efferimur,vt,&c.

¶Efferre ſe, Commoueri,iraſci. Cic.ad Rufum, lib.5.epiſt.20, Te certè in pecunia exacta ita efferre ex meis rationibus relatis non oportuit. Senſus eſt : In pecunia à te exacta non æquum fuit , ex eo quòd ego meas rationes retulerim,vt ita te efferres: ita mecum inſolenter & iracundè ageres.

Efferri iracundia,odio,dolore,Hoc eſt,valde commoueri,& velut extrà ſe ferri. Cicero 5. de Finibus. Et pro Sextio. Item de Aruſp. reſponſ.

Læſi dolent,irati efferuntur.Cic.pro Cælio.

Cupiditatibus infinitis efferri.Cic.in Salluſt.

Incredibili gaudio ſum elatus.Cic.Planco,lib.10.12.

Efferre ſe lætitia.Cicero 5.de Finib. Idem pro Deiotaro , Ait hac

lætitia Deiotarum elatum.

Hæc me lætitia extulerunt.Cic.Cælio,lib.2.9.

Studio videndi aliquem efferri.Cic.de Senect.

¶Efferre, pro Portare. Liu.5.bel.Pun. Ne ſcuta quidem ſecum extulerant.

Efferre in humeros.Cic.1.de Orat.Reprehendebat igitur Galbam Rutilius,quòd is C. Sulpitij Galbi propinqui ſui Q.pupillum filium ipſe penè in humeros ſuos extuliſſet.

Efferre in terram de naue.Liu.9.bel.Pun.

¶Efferre,Diuulgare,palàm facere. Terent.Adelph.4.4,

Nunc quid faciam? dicam fratris eſſe hanc? quod minimè eſt opus Vſquam efferri.

Ineptias alicuius efferre.Cic.2.de Orat.Dicam equidem quoniam inſtituí,petámque à vobis(inquit)ne has meas ineptias efferatis. Id eſt,proferatis.

Efferre foras peccatum alicuius. Terent.Phorm.5.8,

Vides tuum peccatum eſſe elatum foras:

Neque iam id celare poſſe te vxorem tuam.

¶Efferre, Subdere.Lucil.lib.26, Depugnabunt pro te ipſi , & morientur,ac ſe vltrò offerent. Nonius.

¶Efferre malum aliquod , pro Superare & vincere. Cicero 4. Tuſcul.

¶Efferre dicitur ager,Id eſt producere.Cic.5.Verr.

Ager qui multos annos quieuit,vberiores efferre fruges ſolet.Cic. de Claris Orat.

¶Efferre,pro Proferre & loqui,vt Non indecenter aliquid efferre. Quintil.lib. 1. cap. 5, In cæteris, quæ vtroque modo non indecenter efferri,qui Græcam figuram ſequi mallet, nõ Latinè quidem, ſed citra reprehenſionem loquetur.

¶Efferri in amorẽ. Plin.lib.37. cap.1, His initiis cœpit authoritas, in tantum amorem elata,vt, &c.

Efferens,pen. corr. efferentis, Participium {ἐξάγων.} Plin.lib.26.cap.14, Per ſe œnothera efferentia ſeſe vlcera ſanat. Hoc eſt, vlcera quæ vocant Græci phlegmonode. nempe ob inflãmationem & humorum copiam turgentia.

Elatus,pen.prod.Participium {ἐξηρμένος.}

Elatus è conſpectu. Liu.7.ab Vrbe,Coruus è conſpectu elatus,Orientem petit.

Elatis verbis intenſa oratio.Cic.in Orat.

Elatus & inflatus. Cic. 2. de Lege agraria , Quibus illi rebus elati & inflati fortaſſe non continuo,&c.

Elatus arrogantia,ſuperbia,inſolentia. Cæſar 3. bel.Ciuil. Liu.5. ab Vrbe. Cic.2.Philipp.

Leuitate elatus. Cic. 5. Tuſcul. Quid elatus ille leuitate,inaníque lætitia exultans & temerè geſtiens,nonne,&c.

Elatè,Aduerbium {ὑπερηφάνως.} vt,Elatè dicere,hoc eſt grauiter,& quod Virgilius vocat Alto cothurno. Cic. in Orat. Ita fit vt Demoſthenes certè poſſit ſummiſſè dicere,elatè Lyſias fortaſſe non poſſit.

Elatio,Verbale {ἔπαρσις,ἔξαρσις.} vt,Elatio animi,pro nimia lætitia. Cic. 4. Tuſcul. Quum autem inaniter & effuſè animus exultat , tum illa lætitia geſtiens,vel nimia dici poteſt:quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem. Idem 1.Offic. Et 3.de Finib.

Elatio atque altitudo orationis alicuius.Cic.de Claris Orat. Hoc eſt,graue & grande genus dicendi.

Elatio & magnitudo animi.Cic.1.Offic.

Elatio & Submiſſio,contraria.Cic.in Topic.

Geſtientis animi elatio voluptuaria.Cic.3.de Finib.

Effero,efferas,Vide EFFERVS.

Efferuco, efferues,ſiue Efferuo,efferuis, efferui,& efferbui {ἐκζέω,ἐκζέομαι} efferuêre,& effèruere, Vehementer feruere. Virgil.1.Georg.

quoties Cyclopum efferuere in agros

Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam? Ibidem,lib.4.

Efferueſco , efferueſcis {ἐκζέσκω} efferueſcere,Idem. Colum.lib.13,Ne in condiendo , cum medicamento efferueſcat & defluat. Id eſt, ne ebulliendo circunfundatur. Cic.2.de Nat.deor.In his aquis quæ efferueſcunt ſubditis ignibus.

Efferueſcere , per tranſlationem , pro Ebullire & impetu quodam atque æſtu maximo feruere. Cic. pro Plancio , Si campus atque illæ vndæ comitiorum vt mare profundum & immenſum,ſic efferueſcũt quodam quaſi æſtu.

Efferueſcere atque erumpere aliquó. Cic.de Prouinc.Conſul.Totúmque Pontum armarum efferueſcentem in Aſiam atque erumpentem,ægrè repulſum & cæruicibus intercluſum ſuis ſuſtinerent.

Efferueſcere in dicendo, ſtomacho & iracundia. Cicero de Claris Orat. Celeriter ſanè verba voluens , nec hebes in cauſis , vel dicam plus etiam quàm non hebes , ſed efferueſcens in dicendo, ſtomacho ſæpe iracundiáque vehementius.

¶Gratulatio efferueſcit. Cic.Varroni,lib.9.2,Latendum tantiſper ibidem,dum efferueſcit hæc gratulatio. Id eſt,refrigeſcit. Budæus.

Mens iracunda facilè efferueſcit in ira. Lucret.lib.3.

Vis efferueſcit. Cic. pro Cælio, Nimium efferbuiſſe videtur huius vel in ſuſcipiendis vel in gerendis inimicitiis vis , ferocitas , pertinacia.

Efferueſcens,Participium {ἐκζέσκων.} Sil.lib.3,

Quíque atro rapidas efferueſcente veneno
Dipſadas immenſis horrent Garamantes arenis.

Efferueſcentia verba.Cic.2.de Orat.

Efferus,Adiectiuum,penult.côrr. {ἀγριώδης,ἄγριος} Valde ferus & crudelis : vt

Corda effera. Valer.1.Argon.

Facinus efferum.Seneca Thebaid.1.

Ira effera.Valer.5.Argon.

Iuuentus effera ſæuit.Virgil.8.Æneid.

Laniatu effero diſperſa membra.Seneca Hippol.12.

Motu effero recutſare huc & huc.Seneca Medea,6.

Pecus efferum,Seneca Hippol.2.

Virtus effera.Valer.2.Argon.

Vis animi effera.Virg.10.Æneid.

Effero,efferas,pen.corr. {ἀγριόω} efferare,Crudelem inſtar feræ facere. Plinius lib.10.cap.63 , Fœminæ ſues in tantum efferantur , vt hominem lacerent. Liu.5.ab Vrbe. Item 2.ab Vrbe,Adhoc promiſſa barba & capilli efferauerant ſpeciem oris.Senec. Thebaid.1.

Efferare animos aſſuetudine mali.Liu.5.bel.Pun.

Immanitate efferatus.Cic.1.de Natura deorum,Equidem arbitror multas eſſe gentes ſic immanitate efferatas,vt apud eas nulla ſuſpicio deorum ſit.

Efferatis militia animis.Liu.1.ab Vrbe.

Efferatus odio iráque.Liu.5.ab Vrbe.

Efferata & immania.Cic.4. Tuſc.

Efferari dicitur terra , Id eſt vaſtari. Cic.2. de Nat.deor.Quid iam de hominum genere dicam , qui quaſi cultores terræ conſtituti non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari,nec ſtirpium aſperitate vaſtari?

Voces efferatæ.Senec.Herc.furent.6.

Efferatus,pen.prod. {ἀγριωθείς} Nomen ex participio.Liu.4.bel.Maced. Linguam tantum Græcorum habent , ſicut ſpeciem hominum , moribus, ritibuſq; efferatioribus, quàm vlli barbari,imò quàm rapaciſſimæ bellúæ vruntur.

Efficax,Vide EFFICIO.

Efficio,efficis,pen.corr.effeci,pen.prod.effectũ {ἀπεργάζομαι,διαπράττω} efficere , Perfectionem denotat. Terent.And.5.1, Dum efficias id quod cupis. Sic in Eunuch.5.9,

ſi hoc efficio.poſtulo,&c. Cic.1.de Nat.deor.Vt innumerabiles natura mundos effectura ſit,efficiat,effecerit.

Efficere , vulgò *Perducere ad effectum*. Cic.2.de Orat.Qui hoc primus in noſtros mores induxit , qui maximè auxit , qui ſolus effecit. Idem Att.lib.13.261.

Venim non efficias quod vis:tamen mors vt malum non ſit, efficis.Cic.in Tuſcul.

Conſtari & efficì. Cic.1.Offic.Quibus ex rebus conſtatur & efficitur id quod quærimus honeſtum.

Quantum efficere & conſequi poſſumus. Cic.Quinto fratri,lib.1.1,Caueamus quantum efficere & conſequi poſſumus , vt nequod in nobis inſigne vitium fuiſſe dicatur.

Dignum aliquid hominum auribus efficere atque edere , Vide EDO.

Effingere atque efficere. Cic.1.de Nat.deor.Hinc quodcunque in ſolum venit (vt dicitur) effingis atque efficis.

Elaborari & effici. Cic.Papirio Pæto,lib 9.16, Quicquid elaborari aut effici potuerit ad iſtorum beneuolentiam conciliandam & colligendam , ſummo ſtudio me conſecuturum eſſe.

Omnino efficies quod cupis.Catull.ad Victium,93.

Inſtituere & efficere aliquid. Id eſt incipere & perficere. Cic Attico , libro 16. 337 , Quæ quidem nec inſtituí nec effici poteſt ſine tua ope.

Maius opus inſtituí quàm effici poſſe. Cic.in Orat.

¶Efficere admirationes in aliquibus,Vide ADMIROR.

Efficere argentum alicui.Plaut.Bacchid.4,

Inde ego hodie aliquam machinabor machinam,

Vnde ego hodie aurum efficiam amanti herili filio.

Clades efficere. Lucret.lib.5,

Quídve ſuperbia,ſpurcitia,ac petulantia,quantas

Efficiunt clades?

Efficere clamores. Cic.ad Quint.frat.lib.3.17,Clamores efficiam, ſi cum mecum habuero otioſum.

Efficere columnam nouam ab integro.Cic.3.Verr.

Epiſtolam efficere ad aliquem. Cic.Attico,lib.13.282, Heri etiam effeci epiſtolam ad Cæſarem.

Facinora magna.Plaut.Pſeud.8.

Illa mirabilia facinora effecit.Cic.2.Philipp.

Iuſſa alicuius efficere.Ouid.epiſt.14.

Paupertatem ferendo efficere leuem. Ouid.8.Metam.

Mandata alicuius. Cicero ad Atticum, lib.1.9. Tu mandata effice quæ recepiſti.

Efficere morbos varios dicitur aqua. Hirtius 4.bel.Alex.

Munus colere & efficere. Cic. 1. de Legib.Cuius muneris colendi efficiendique cauſa,nati & in lucem edíti ſumus.

Nuptias alicui efficere. Terent.And.3.4.

Officium ſuum. Plaut. Trucul.16.

Opus.Cæſar 4.bel.Gal.Omni opere effecto.

Opus ſuum efficere.Cic.in Topic.

Per ſe efficere. Quintil.lib.2.cap.19, At in ſolo fœcundo plus cultor,quàm ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet.

Pollicita. Terent.Phorm.4.1,

-neque defetiſcar vnquam ego experirier,

Donec tibi id quod pollicitus ſum, effecero.

Efficere propoſitum. Cicero in Parad. Neque dilatat argumentum, ſed minutis interrogatiunculis & quaſi punctis quod propoſuit efficit.

Efficere & concludere rationem. Cic.1.de Finib. Non quomodo efficiatur concludatúrque ratio tradit.

Re efficere quod ſentias. Cic.Plancio,lib.4.14.

Sapientia efficit ſapientes ſola per ſe: beatos efficiat nécne ſola per ſe, quæſtio eſt. Cicero in Topic. vbi teſtimonia ſunt plurima huius verbi.

Efficere quod ſatis ſit in,&c. Cic.Attico lib.6.111, Nec id ſatis efficitur in vſuram menſtruam.

Senatum frequentem efficere.Cælius Ciceroni,lib.8.5, Neque adhuc frequentem Senatum efficere potuit.

Similitudinem panis. Cæſ.3.bel.Ciuil.Id ſimilitudinem panis efficiebat : eius erat magna copia. Hoc eſt, erat inſtar panis:eo vtebantur vice panis.

In ſtudiis aliquid efficere. Quintil.lib.2.cap.1,In quo quidem non id eſt æſtimandum , cuius quiſque ſit ætatis , ſed quantum in ſtudiis iam effecerit.

Venti effecerunt ſonum in arundine. Ouid.1.Metam.

Summam,numerum, longitudinem, & ſimilia. Plin.lib.4.can.12, Quæ ſumma efficit XIII.X XXVI.M. Idem lib.13.cap.4, Quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. Brutus ad Ciceronem , lib.11.10. Et Liu.2.ab Vrbe,Legiones decem effectæ.

Viam ac ordinem efficere. Quintil.lib.2.cap.17 , Ars eſt poteſtas viam,ac ordinem efficiens.

Vicem,pro Æquè prodeſſe & loco alicuius eſſe. Plinius lib.23.cap. 4,Nuclei palmarum cremati in fictili nouo,cinere loto,ſpodij vicem efficiunt.

Votum efficere alicui, Id eſt facere quod optarat.Lucan.lib.7.

¶Efficere vt. Cic. 2.de Fin.Quã efficere nõ poſſit,vt cuiquam,&c. Plaut.Pſeud.3.

Eniti & efficere,vt amici animum excites. Cic.de Amic.Non eſt igitur amici talem eſſe in eum , qualis ille in ſe eſt: ſed potius eniti & efficere,& animi iacentem animum excíter,&c.

Enitere,elabora,vel potius eblandire, effice vt,&c. Cic.Capitoni in epiſtolis ab Atticum,lib.16.343.

¶Efficitur,Imperſonale. Cic.4.Acad.Rationes omnes deſcripſerit eas , quibus efficitur multis partibus ſolem maiorem eſſe quàm terram,&c.Id eſt argumentis probatur.

Efficitum eſt vt. Cic.1.Offic.Quibus rebus effectum eſt,vt infinita pecuniæ cupiditas eſſet.

¶Effexis,pro effeceris:Antiquum.Plaut.Caſin.15,

Effexis hoc,ego ſoleas tibi dabo, & annulum in digito aureum.

Efficiens,Participium,ſiue Nomen ex participio {ποιητικός.} Cic.in Topic.Cauſa aurem efficiens ſic,vt,&c.

Cauſa & ratio efficiens magnos viros. Cic.1.Offic.

Res efficientes voluptarum Cic.2.de Finib.Si ea quæ ſunt in luxurioſis efficientia voluptatum,liberarent eos deorum & mortis & doloris metu , docerémque qui eſſent fines cupiditatum , nihil hæreremus.

Res efficientes,Id eſt cauſæ. Cic.in Topic.Proximus eſt locus rerum efficientium , quæ cauſæ appellantur : deinde rerum effectarum ab efficientibus cauſis.

Virtus efficiens eſt voluptatis.Cic.3.Offic.

Virtus efficiens vtilitatis.Cic.3.Offic.

Efficientia,efficientiæ {ἐνέργεια.} vt

Efficientia ſolis. Cic.2.de Nat.deor.Aſpexiſſentéque ſolem,eiúſque cum magnitudinem , pulchritudinémque , tum etiam efficientiam cognouiſſent , quòd is diem efficeret toto cælo luce diffuſa.

Naturalis efficientia. Cic.de Fato , Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas , & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem.

Efficienter,Aduerbium {ἐνεργητικῶς.} Cic.de Fato, Non ſic cauſa intelligi debet, vt quod cuique antecedat , idem cauſa ſit : ſed quod cuique efficienter antecedat.

Effectus, Participium {ἀπεργασμένος.} vt

Iter effectum iam eſt. Ouid.6.Metam.

Res maxima effecta.Virg.11.Æneid.

Effectos ſyllogiſmos vocat Plinius lib.2.ad Nepotem , epiſt.3, bene formatos , Syllogiſmi circunſcripti & effecti : quod ſtylo quoque aſſequi magnum eſt. Vide SYLLOGISMVS.

Vrbs effecta ex latere & cæmento.Cic.2.de Diuinat.

Dare effecta.Claud.7.Paneg.

Hæc effecta dabo. Id eſt efficiam.

Effectum dabo. Terent.Eunuch.2.1.

Effectum aliquid reddere. Terent.And.4.2,

Hoc ego tibi profectò effectum reddam.

Effectus , huius effectus {ἀπέργασμα.} Plinius in Paneg. Perge modo Cæſar : & vim effectúmque cenſuræ tuum propoſitum , tui actus obtinebunt.

Non caret effectu quod voluere duo. Ouid.2.Amor.eleg.3.

Adducere aliquid ad effectum,Vide ADDVCO.

Ad effectum vires dare alicui , Id eſt iuuare vt perficiar quod animo conceperar.Propert.lib.3.eleg.9.

¶Effectu, Ablatiuus , in libris Iuriſconſultorum ſignificat facto ipſo , re ipſa, vi ipſa,l.Is qui.D.de leg.præſt. Quia effectu,inquit,fratris aufert partem dimidiam. & in l.5.§.1.D.Quod cum eſſe. Effectu enim quodammodo hæres eſt.

Effectum , huius effecti. Quintil.lib.7 cap.4. De finitione, Ex antecedentibus,conſequentibus,adiunctis,repugnantibus, cauſſis,effectis, ſimilibus. Ibidem:Cicero initia,cauſſas,effecta,&c.

Effector,Verbale.m.g. {ποιητής.} Cic.2. de Diuinat. Magna ſtultitia eſt earum rerum deos facere effectores.

Conditor & effector alicuius rei.Cic.1.Tuſc.

Effector , ac magiſter dicendi præſtantiſſimus ſtylus. Cicero 1.de Oratore.

Effectrix.Verbale fœm. {ποιήτρια.} Cic.1.de Finib.Amicitiæ non modò fautrices fideliſſimæ,ſed etiam effectrices ſunt voluptatum tam amicis quàm ſibi.

Effectio,Verbale {ποίησις.} Cic.3.de Fin.Effectio artis. Ibidem,Sic recta effectio.πατόρθωμα enim ita appello.

Efficax,pen.corr.huius efficacis,om.gen. {ἐνεργὸς,δραστήριος,ἰσχυρὸς} dicitur quod ad aliquid agendum vim habet,& maximè conducit.Plin. lib.24.cap.15,Efficacibus exemplis non maria plus temerata conferre mercatori,quàm ſedulum ruris larem.

Efficax ad. Plin.in Paneg.Vtrum ſit efficacius ad rectè viuendum bene inſtitui,aut feliciter naſci.

Efficaces ad mulierbre ingenium preces. Liuius 1. ab Vrbe , Accedebant blanditiæ virorum factum purgantium cupiditate atque amore : quæ maximè ad mulierbre ingenium efficaces preces ſunt.

Efficax aduersus serpentes. Plin.lib.24.cap.15, Aduersus serpentes, ac priuatim aspides, ex aceto pota efficax.

Efficax contra. Plinius lib.13.cap.21, Contra sagittarum ictus efficacissimum traduntur.

Efficacissima auxilia. Plin.lib.20.cap.10, Radix quoque miscetur radici marathri inter efficacissima auxilia.

Parum efficax homo. Cælius ad Ciceronem, lib.8.10, Nosti Marcellum quàm tardus & parum efficax sit: itémque Seruius quàm cunctator.

Efficax vir, pro robusto & valido. Horat. Epod. 3,

Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosus.

Efficacem vocat Herculem quia facilè efficere & implere potuit quicquid voluit.

Efficacia, efficaciæ {ἐνέργεια.} Plin.lib.11. cap.5, Quos efficaciæ, industriæque tantæ paremus neruos?

Efficacitas, pen.corr. {ἐνέργεια} Idem. Cic.4. Tuscul. Itémque viribus corporis & neruis, & efficacitati similes, similibúsque verbis animi vires nominantur.

Ars & efficacitas. Cic.de Petit. Consul. Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis & efficacitatis, vt, &c.

Efficaciter, pen.corr. Aduerbium {ἐνεργῶς.} Plinius lib.28.cap.11. Capitis vlcera manantia, vrina tauri efficaciter sanat. Idem lib.20.cap.20. Sic lib.18.cap.6, Id efficacissimè contingit.

Effigies, effigiei, pen.prod. fœm.gen. {εἰκὼν, ἐμφέρεια, ἀπαρέγκλημα} Figura ad viuam alterius similitudinem, vel ad veritatis imaginem efficta, tam in picturis, quàm in scalpturis: inquit Valla lib.5. Plin.lib.10.cap.44, Vnde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutatos.

Perfectæ eloquentiæ effigies. Cic.in Oratore, Perfectæ eloquentiæ speciem animo videmus, effigiem auribus quærimus.

Effigies hominis & imago. Cic.1.de Nat.deor.

Effigies & simulacrum alicuius. Cic.4.Verr.

Antiquitatis effigies in XII. tabulis. Cic.1.de Orat.

Effigies humanitatis & probitatis patris filius. Cic.2.de Finib.

Effigies ingenij. Liu.1.ab Vrbe, Tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenij sui.

Effigies lupi. Plin.lib.8 cap. 9.

Numinum effigies. Tacit.lib.1, Quum se templis & effigie numinum per Flamines, & sacerdotes coli vellet.

¶ Cerea effigies. Horat.1.Serm.sat.8.

Dissimiles effigies formarum. Lucret.lib.4.

Indiscretæ effigies. Vide INDISCRETVS.

Mirabiles famæ effigies, Vide MIROR.

Mutæ effigies. Quintil.lib.6.cap.1, Quæ enim est actoris infantia, qui mutam illam effigiem magis, quàm orationem pro se putet locuturam?

Sacræ effigies diuûm. Virg.3.Æneid.

Torua effigies. Stat.4.Sylu.6.

Vasta effigies. Valer.5.Argon.

Veneranda effigies. Valer.5.Argon.

¶ Honora effigie cælatus clypeus. Sil.lib.8.

Complecti effigiem alicuius in auro. Ouid.1. Trist.eleg.6.

Conformata effigies caminis. Stat.1.Sylu.1.

Effigiem ducere. Virg.8.ecloga, -térque hæc altaria circum.

Effigiem duco. Vide DVCO.

Eminens effigies virtutis. Cic. 3. Tuscul. Confectatúrque nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriæ.

Habere effigiem thuris. Plin.lib.25.cap.7, Humor lactis videtur effluere: siccatus quum coit, thuris effigiem habet.

Effigiem dici in se ostendere. Plin.lib.2.cap.25.

Consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nónne multo malle debemus summis ingeniis expressam & politam? Cic. pro Archia.

¶ Ad effigiem Macedonicæ chlamydis. Plin.lib.5.cap.10.

Ad effigiem iusti imperij. Cicero Quinto fratri, lib.1, Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij.

In effigiem pelagi exundabat lacus. Id est in modum pelagi. Silius libro 5.

Effigie columnæ. Plin.lib.2.cap.11, Nanque quum sint tres vmbrarum figuræ, constéque si par lumini sit materia, quæ iactat vmbram, columnæ effigie iaci, nec, &c.

Effigia, effigiæ {εἰκὼν, εἴδωλον} Idem. Plaut.Rud.11,

Pro dij immortales, Veneris effigia hæc quidem est. Afranius Vopisco, Cuius te suscitat imago? cuius effigia cognatus patre?

Effingo, effingis, effinxi, effictum {ἀπεικάζω, διατυπόω, εἰκάζω} effingere, Ad alterius formam fingere, & quodam modo fingendo repræsentare, vt ait Valla lib.5. Cic.1. Tusc. Quæ porrò tam immensa magnitudo, quæ illa tam multa possit effingere?

Effingere & efficere. Cic.1. de Nat.deor. Hinc quodcunque in solum venit (vt dicitur) effingis atque efficis.

Effingere ex. Plin.epist.93.lib.4. Cic.4.Acad. Visum igitur impressum effictúmque ex eo vnde esset.

Animo effingere aliquid. Cic.2.de Orat. Itaque iis qui hanc partem ingenij exercerent, locos esse capiendos, & ea quæ memoria tenere vellent, effingenda animo, atque his locis collocanda.

Casus aliquos effingere in auro. Virg.6.Æneid.

Sui dissimilia effingere natura non potest. Cic.3.de Nat.deor.

Figuras varias effingere. Lucan.lib.5.

Exprimere & effingere verbis, corporis cuiusþiá formam. Author ad Heren.lib.4.

Effingere mores. Cic.1.de Legib. Tum speciem ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret.

Mores oratoris effingit oratio. Cic.2.de Orat.

Formas & mores ab aliquibus effingere. Cic.2.de Diuinat. Quis

enim non videt & formas & mores, & plerosque status ac motus effingere à parentibus liberos?

Effingit senem signum illud. Plin.epist.50, Hoc tamẽ signum (ego quoque intelligo, est enim nudum: nec aut vitia siqua sunt, celat: aut laudes parum ostentat) effingit senem stantem: ossa, &c.

Verba effingere imitando conabitur. Quintil.lib.1.cap.1.

Effingere vim alicuius docti hominis. Quintil.lib.10.cap.1, Nam mihi videtur M. Tullius, quumse totum ad imitationẽ Græcorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis.

Effictus, Participium {ἀπεικασθείς} Cic. pro Rosc. Amer. Etenim hæc conficta arbitror à poetis esse, vt effictos nostros mores in alienis personis, expressámque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.

Effictio, Verbale {διατύπωσις.} Author ad Herennium, lib.4, Effictio est, quum exprimitur & effingitur verbis, corporis cuiusþiá forma, quoad satis sit ad intelligendum.

Efflatum, vt ait Sipontinus, dicimus quod extra vestimentum filo contextum est, quod erectum quoque à quibusdam dicitur.

Effio, penult. prod. effis, effieri, penult. corr. {ἐκτίκτω.} Plaut. Persa, 12,

Vt fiant quorum opera hæc mihi facilia factu facta sunt,
Quæ voluí effieri.

Efflagito, efflagitas, penult. corr. {ἐξαιτῶ} efflagitare, est Vehementer, & plus quàm postulare, inquit Valla lib.5. Virg.12. Æneidos, Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quenque vocans: notúmque efflagitat ensem.

Ab aliquo aliquid efflagitare. Cic.3.Verr. Accidit quum iste à Cn. Dolabella efflagitasset vt se ad regem Nicomedem, regémque Sadalam mitteret.

Auxilium ab alienis efflagitare. Cic. Anteq. iret in exil. Auxilium ab alienis efflagitabitis, quum ciues vestros deseratis?

Efflagitare conuitio. Cic.ad Qu.frat.lib.2.epist.9, Epistolam hanc conuitio efflagitarunt codicilli tui. Quint. Triphoni.

Requirere & efflagitare misericordiam alicuius. Cicero pro Milone, Eorúmque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant.

Efflagitatus, Participium {ἐξαιτούμενος.} Cic.1.Verr. Iudiciorum desyderio Tribunitia potestas efflagitata est.

Efflagitatus, huius efflagitatus, pen.prod. {ἔξαιτος} pro vehementi postulatione. Cic.7.Verr. In iudicio, coactu atque efflagitatu meo producere ad ignotos, &c.

Efflagitatio, Verbale {ἐξαίτησις.} Cic.ad Brutum, 16, Quia neminem magis decet Remp. amare, libertatísq; defensorem esse, vel ingenio, vel rebus gestis, vel studio atque efflagitatione omnium.

Efflagitatio ad coeundam societatem. Cic.Rufo, lib.5.19.

Insulsa efflagitatio, Vide INSVLSVS.

Effleo, effles, effleui, effletum, pen.prod. {ἐκκλαίω} efflẽre, vt Efflere oculos, pro ftendo consumere. Quintilianus Declamatione sexta, Audita mea calamitate rari vxor exempli, & prorsus talis filij mater, efleuit oculos. Nam cæca fuerat facta præ nimio fletu.

Effligo, effligis, pen-prod. efflixi, efflictum {παλαιστρίω} effligere, Idem significat quod affligere. Plaut. Asin. 14,

Quam tu propediem (nisi quidẽ illa antè occuppassit te) effliges scio. Idem Cistel. 5.

Efflictim {παλαιστρικῶς} Aduerbium, pro valde & vehementer, inquit Nonius. Plaut. Amphit. 6,

Sic efflictim amare perinde vt hic te efflictim deperit. Idem Casin. 2.

Efflo, efflas {ἐκφυσάω} efflare, Extra spirare, emittere. Plin.lib.34.cap. 13. Leuissimè hæc efflatur, & ocyus, euolátque è fornacibus. Varro 1. de Re rust. Præterea quòd ab sole toto die illustratur, salubrior est, quòd & bestiolæ siquæ prope nascuntur, aut inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt.

Efflare animam, Mori. Cic.pro Milone, Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset.

Efflare colorem, Id est deperdere colorem. Lucret.lib.2.

Efflare nimbos in sublime. Plin.lib.9.cap.6. ad finem, Ora balenæ habent in frontibus: ideóque summa aqua natantes, in sublime nimbos efflant.

Efflauit extremum halitum, Id est Mortuus est. Cic.2. Tuscul. Ex quodam poeta.

Vitam efflauit anhelo pectore. Silius lib.17.

Efflauit animam spes. Plaut. Trucul. 18. Per translationem.

Efflans, Particip. {ἐκφυσῶν.} Cic.1.de Diuinat. Abiicit efflantem, & lacerarum affligit in vnda. Ex quodam poeta.

Effloresco, efflorescis, efflorui {ἐξανθῶ} efflorescere, Flores producere: & per translationem pro crescere videtur accipi, & abundare, aut produci. Cicero de Amicit. de vilitate, Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus sequutus fis. Idem 5. Tusculan. Hinc illa cognitio virtutis existit, efflorescunt genera partésque virtutum. Idem pro Cælio, Efflorescere ingenij laudibus.

Efflorescere & redundare. Cicero 1.de Orat. Etenim ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. A floribus foras erumpentibus sumpta est metaphora: sed aliud tamen valet quàm vulgò creditur. Nam oratio ex rerum cognitione efflorescit, quæ è rerum cognitione & copia emanat & existit, & tanquam flos exoritur & enascitur, vt & in Partitionum peroratione, Expositæ sunt tibi omnes oratoriæ partitiones, quæ quidem è media illa nostra Academia efflorauerunt: Id est exierunt & emanarunt.

Effluo, effluis, effluxi, effluxum {ῥέω} effluere, Extra fluere, effundi. Cato cap.111, Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. De vasis hederaceis loquitur.

Influere & Effluere, contraria. Cic.de Vniuers. Itémque in eo influente atque effluente animo diuino ambitus illigabant.

Efflυxit de. Varro 1.de Re rust. cap.61, Eius conditio, cum expressa olea,

olea, quod statim effluxerit de ea, decoquitur duæ partes. Vbi nunc sic legitur: Eius cõditio, quum expressa effluxit, quod statim de ea decoquuntur duæ partes, & refrigeratum conditur in vasa.

Ex animo effluere. Cic.2. de Orat. Vt intelligere possemus, nihil ex illius animo, quod semel esset infusum, vnquam effluere potuisse.

Ex disciplina aliquorum dicuntur effluere multa, & ad aures aliorum permanare. Cic.pro Domo sua.

Abundare & effluere: quibus opponitur Deesse. Cic.1.de Diuinat. Quorum vtrunque perstringere aciem mentis solet, siue deest naturæ quippiam, siue abundat atque effluit.

Desyderio alicuius effluere. Ouid.2.de remed.amoris,

Parce queri: melius sic te vlcisci're tacendo,
Dum desyderiis effluat illa tuis.

¶ Ætas effluit. Cic. de Senect. Præterita enim ætas quanuis longa quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem.

Effluit ætas. Cic.ad Atticum, lib.12.257.

Effluit genitura morbo, Id est extra fluit, siue sua sponte & nobis nolentibus fluit. De seminis genitalis incontinentia loquitur. Plin. lib.20.cap.8.

Mens effluit. Cic.de Claris Orat. Huic minimè mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentem.

Effluunt vires lassitudine. Liu.7.ab Vrbe.

Effluit vita cum sanguine. Cic.2, Tusc. Num tu ingemuisse Epaminondam putas, quum vnà cum sanguine vitam effluere sentiret?

Effluunt præteritæ voluptates. Cic.1.de Fin.

¶ Effluet, per translationem, pro Vulgabitur, & palàm omnibus fiet: quod de iis dicitur qui nihil secreti continere possunt. Terent. Eunuch.1.2, Vtrunque hoc falsum est, effluet.

¶ Præteriit, & effluxit. Cic.de Senect. Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum. quum enim id aduenit, tum illud quod præteriit, effluxit.

¶ Effluere aliquid alicui dicitur, quod ipse oblitus est & memoria excidit. Cic.6.Verr. Nullo modo possum omnia illius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. Genera ipsa cupio breuiter attingere: vt hoc modo me cõmonuit Pisonis annulus, quod totum effluxerat.

Dicta animo effluxerunt. Catul.ad Ortalum, 60.

Effluens, entis {ῥοώδης} Participium. Cic.de Vniuersit. Itémque in eo influente atque effluente animo diuino, ambitus illigabant.

Effluentia, huius effluentiæ {ῥοή.} Plin.lib.26.cap.10, Illita quoque radix genitalibus, inhibet non solùm Venerem, sed effluentiam genituræ. hoc est seminis in somno effusionem.

Effluuium, effluij {ῥεῦσις} Plin.lib.7.cap.51, Profundi humoris è corpore effluuium.

¶ Effluuium lacus, quo exundat, & se exonerat. Tacit.lib.12, Quũ & coniuium effluuio lacus appositum magna formidine cunctos affecit: quia vis aquarum erumpens proxima trahebat, &c.

Effoco, effocas, pen.prod. {ἀπάγχω} effocare, Idem quod suffocare. Senec.de Breuit.vitæ, cap.2, Aspice illos ad quorum felicitatem cõcurritur, bonis suis effocantur.

Effodio, effodis, pen.corr. effodi, pen.prod. effossum {ἐξορύττω, κατακεντῶ} effodere, Extra fodere, siue fossam facere, vel aliquid terra exerere. Martial.lib.13,

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. Plin.lib.9.cap.51, Mus marinus in terra scrobe effossa, parit oua, & rursus obruit terra.

Effodere è terra, pro Extrahere. Cic.2. Offic. Argentum effoderetur penitus abditum. Ouid.1. Metamorphoseos,

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Effodere ex terra. Plaut. Pseud. 6.

Effodere alicui oculos, pro Cõfodere, & excauare. Plaut. Trinum. 8. Terent. Eunuch. 4.6, Oculi ilico effodientur. Cæsar 7. bel. Gal. Et Cic.3.de Nat.deorum.

Thesaurum effodere. Pompon. in l. Thesaurus. D. ad exhibend.

Effodit illius memoria pectus meũ. Cic. pro Marcello. Id est grauissimum dolorem mihi infligit, quasi pectore penetrato, aperto, & vulnerato.

Effossus, Participium {ἐξορυχθείς} vt, Oculi effossi. Senec. OEdip. 12. Catul. in Siconium, 103. Et Aurum effossum, Silius, lib.1.

Effœmino, effœminas, pen.corr. {ἐκθηλύνω} effœminare, In mollitiem muliebrem atque lasciuiam conuertere: cuius passiuum est Effœminor. Cic.2.de Nat.deor. Effœminarunt autem eum, Iunoníque tribuerunt, quòd nihil eo mollius. Hoc est, aerem fecerunt velut fœminam, Iunonem appellantes. Idem 1. Tuscul. Cogitationibus molestissimis effœminamur. Cæsar 1.bel.Gal. Remollescere homines atque effœminari ea re arbitrantur.

Fortitudinis quædam præcepta sunt, ac penè leges, quæ effœminari virum vetant in dolore. Cic.2.de Finib.

Effœminatus, pen.prod. Participium {ἐκτεθηλυμένος.} vt, Homo effœminatus. Cic.pro Milone.

Impurus, impudicus, effœminatus. Cic.3.Philip. Cum autẽ omnis seruitus misera, tum verò intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato, nunquam ne in metu quidem sobrio.

Effœminatũ & molle. Cic.1.Offic. Quibus in rebus maximè sunt fugienda, nequid effœminatum aut molle, & nequid durum aut rusticum sit. Idem 4. Tuscul. Nam videndum est in vtrisque nequid humile, summissum, molle, effœminatum, fractum, obiectúmque faciamus.

Effœminatæ artes. Plin.in Paneg. Idẽ ergo populus ille scenici aliquando imperatoris spectator & applausor, nunc in pantomimis quoque aduersatur, & damnat effœminatas artes.

Effœminata opinio ac leuis. Cic.2. Tusc.

Effœminatæ voces. Plin. in Paneg. Et quis iam locus miseræ adulationis manebat, quum laudes imperatorum ludis etiam & comessationibus celebrarentur, saltarentúrque, atque in omne ludibrium effœminatis vocibus, modis, gestibus frangerentur? sed, &c.

Vox effœminata nefariis stupris. Cic.pro Plancio, Furialis illa vox nefariis stupris, religiosis altaribus effœminata, secum, & illos Consules facere acerbissimè personabat.

Effœminatè, Aduerbium {ἀνανδρίως.} Gic.1.Offic. Cauétque nequid indecorè, effœminatéve faciat.

Effœminatio, effœminationis, Verbale. Firmicus libro 7.cap.16, Omnium libidinum impuritates, cum extrema corporis effœminatione decernunt.

Effœtus, effœta, effœtum {ἀποκύημων, ἐξαίτητος} Quod fœtum emisit. Colum.lib.7.cap.12, Primus effœtæ partus amouendus est, quoniam tyrunculæ nec rectè nutrit.

¶ Effœtus, Id est, emissus. Columel.lib.8.cap.5, de gallinis, Postero die quum grex fuerit effœtus, hoc modo deponitur. Hoc est, quum totus pullorum grex fuerit exclusus.

¶ Effœta gallina, Quæ amplius non parit, quasi frequenti partu delassata. Plin.lib.10.cap.53. Columel.lib.7.cap.3, Effœtus senectute grex. Sic lib.6.cap.24. Ita quoque viribus effœtam senectutem dixit Virgilius: hoc est tardam, & declinantem.

¶ Effœtus, Fœtu destitutus, eneruatus, exhaustus, & lassatus. à similitudine mulierum, quas partus debiles reddit.

Ætas effœta. Lucret.lib.2.

Effœtus ager, & effœtum solum. Virgil.lib.1.Georg. Effœtos cinerem immundum iactare per agros. Vbi Seruius. Effœtos, Continua fertilitate lassatos: sicut etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. Columel.in Præfat. Quòd existiment vbertate nimia prioris ævi defatigatum & effœtum solum, nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta.

Effœtum corpus. Cic.de Senect. Libidinosa etenim & intemperãs adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Hoc est laxum & debile, ac libidinibus confectum. Ouid.7.Metam.

Senectus effœta. Virg.lib.8.Æneid.

Tellus effœta. Lucret.lib.2.

Tellus calore effœta. Lucret.lib.6.

Vinitor effœtus. Virg.2.Georg.

Vires effœtæ. Virg.5.Æneidos,

-sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis habet, frigentéque effœtæ in corpore vires. Effœtæ, id est exhaustæ. & est translatio à mulieribus quas frequens partus debiles reddit. Seruius.

Effœtè, Aduerbium {ἐξαιτητικῶς.} Martial.lib.2,

Effœtè, grauiter, citò, nequiter, euge beate.

Effor. Vide EFFARI.

Efforo, efforas, pen.corr. {ἐκπυρόω} efforare, Idem quod perforare. Columel.lib.9.cap.1, Erit fistilis stipes, compluribus locis per latus efforatus.

Effractarius, Effractor, Effractura, Effractus, Vide EFFRINGO.

Effræn atus, pen.prod. {ἀχάλινος, ἀθεσπέσιος} dicitur qui cohiberi, & pro arbitrio nostro agi non potest, quasi fræno carens, vel fræno reluctans, aut frænum non metuens. Cic. 3.de Finib. Quis vnquam fuit aut auaritia tam ardẽti, aut tam effrænatis cupiditatibus, vt eandem illam rem, &c.

Effrænatus & furiosus. Cic.1.in Catil. Quò te iampridem tua ista cupiditas effrænata ac furiosa rapiebat.

Languens & Effrænatus, contraria. Cicero 2.de Orat. Eiusdem & languentis populi incitatio, & effrænati moderatio. De munere Oratoris.

Effrænatus animus. Cic.7.Verr.

Effrænata audacia, vel cupido. Cic.in Catil. Et pro Cluent.

Indomitæ & effrænatæ cupiditates. Cic.3.Verr.

Proiecta & effrænata cupiditas. Cic. pro Domo sua, At videre hominis intolerabilem audaciam, cum proiecta quadam & effrænata cupiditate.

Effrænatus & præceps furor alicuius. Cic. de Aruspi. resp. Pisonis, cuius ego de effrænato & præcipiti furore quid dicam?

Effrænata & indomita libido. Cic.pro Cluent. O libidinem effrænatam & indomitam!

Effrænata Scytharum rabies. Firmicus lib.1.cap.vltim.

Violentia hominis effrænata. Cic.12.Philip.

Effrænatus fertur, aut libidine, aut iracundia. Cic.3.Tuscul.

Homines secundis rebus effrænatos, & sibi præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere, vt perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatémque fortunæ. Cicero 1.Offic.

Effrænatè, pen.prod. {ἀθεσπέτως} Aduerb. Cic.14.Philip. Idem 4. Tusc. An propter infinitum odium tyranni effrænatius in Aruntem inuaserit. Hoc est petulantius.

Temerè & effrænatè incitari ad potiundũ. Cic.de Senect. Nullam capitaliorem pestem quàm voluptatem corporis hominibus dicebat à natura datam, cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundum incitarentur.

Effrænatio, Verbale {ἀκρασία.} Cic.5.Philip. Quæ effrænatio impotẽtis animi?

Effrænus, pen.prod. Adiectiuum {ἀχάλινος, ἀνήνιος} Cui frænum detractum est. Liu.4.ab Vrbe, Effræno equo in medios ignes infertur.

Amor effrænus. Ouid.6.Metam.

Gens effræna. Virgil. 3. Georgic. Id est sæua, rectorem recusans. Seruius.

Impetus effrænus. Senec.Agam.12.

Iuuenta effræna. Stat.1.Achil.

Licentia effræna. Claud.de bello Getico.

Mors effræna, Id est violenta. Senec.Hippol.2.

Effræno nimbos æquare profatu. Stat.5.Sylu. Profatum effrænũ intelligit orationem solutam & rhetoricam.

Effrico, effricas, pen.corr. {ἀποτρίβω} effricare, pro Fricando excutere. Senec.epist.96, At illis, aut hebetibus & obtusis aut mala consuetudine obsitis, diu rubigo animorum effricanda est.

Effringo,effringis,effregi, pen.prod.effractum {διαῤῥήγνυμι} effringere, Idem quod frangere, vel vi quadam & maximo impetu concutere & distrumpere. Terent.Adelph.1.2,
Fores effregit,atque in ædes irruit alienas. Cic.6.Verr.
Animam effringere.Seneca Herc.OEth.11,
Vtinam liceret stipite ingesto impiam
Effringere animam.
Corpus effringere.Seneca Theb.1.
Effringere thesaurum.Plin.lib.34.cap.7.
Effringere dicuntur agricolæ, quum excitatæ grandiores glebæ franguntur.Author Varro. Imò verò Offringere,vtique per quartá vocalem,Vide Varronem lib.1.cap.29.

Effractus,Participium {διῤῥηγμένος.} Cic.pro Murena, Eámque vrbem sibi Mithridates Asiæ ianuam fore putauisset, qua effracta & reuulsa, tota pateret prouincia.
Effractus fame,per translationem dictum,pro consumptus. Plaut. Capt.8, Neque ieiuniosiorem,neque magis effractum fame vidi.
Cerebrum effractum.Virg.5.Æneid.
Cista effracta.Horat.1.epist.18.
Vrbs effracta.Stat.9.Theb.

Effractor, Verbale {κατῤῥηκτής.} Paulus in l.3.D.de Officio præfecti vigilum, Cognoscit præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus,&c. Idem in l.Finali.D.de effractoribus. In effractores variè animaduertitur. Vlpian.eodem tit.l. 1. Sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum qui effracto perforatóque pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere iussit prouincia Africa vnde erat,& Vrbe,& Italia.

Effractarius {διαῤῥηκτικὸς} Qui effringit.Senec.epist.69, Vile videtur quicquid patet:aperta effractarius præterit.

Effractura, effracturæ, penult.prod. Ipsè effringendi actus. Paulus in l. 3.D.De offi.præf.vig. Effracturæ fiunt plerunque in insulis horreisque, vbi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt.

Effugio,effugis,pen.corr.effugi,pen.prod. {ἐκφεύγω,ἐξαλύσκω, ἐκπίπτω, ἀλέω} effugitum,effugere, eiusdem cum suo simplici significationis.
Longè effugere.Lucret.lib.3.
Nunquam hodie effugies.Virg.eclog.3.
Nihil te effugiet,atque omne quod erit in re, occurret atque incidet,si modò rerum vsum percalleueris.Cic.2.de Orat.
Effugere ex vrbe.Plaut.Trinum.10. Et apud Cæsarem,8.bel.Gall.
Effugere ex agris.
Effugit rex è manibus.Cic.pro Lege Manil.
Effugere de prælio.Cic.2.Philip.
Per manus infestas effugere.Ouid.6.Fast.
Effugere mari.Cic.7.Verr.Neque mari effugere vllo modo.
Effugit sors ex sitella, quum nomen alicuius in sitella, vel cistella potius,coniectum,perit & euanescit.Plaut.Casin.8.
Effugere patria.Plaut.Merc.12,
Clàm patrem patria hac effugiam,aut aliquid capiam consilij.
Effugit memoria.Plaut.Bacch.1,
Vbi me effugerit memoria,ibi tu facito vt subuenias soror.
Voluptas effugit. Stat.1.Sylu.6.
¶Effugere, pro Vitare ponitur, vel (vt ait Donatus) in totum fugere.
Oculorum aciem effugere.Vide ACIES.
Amorem alicuius effugere.Ouid.3.Metam.
Effugere calumniam.Cic.pro Cluent.
Effugere catenas,aut vincula.Horat.2.Serm.sat.7.
Crimen aliquod effugere.Ouid.7.Metam.
Crimen inconstantiæ.Cic.5.de Finib. Et crimen ineptiarum,Cic. 3.de Orat.
Maximos cruciatus præcipiti via effugit.Quint.in Procem.lib.6.
Diem aliquem.Cic.4.Verr.Sperabat Heraclius, si illum effugisset, ante alteram,&c.
Dolores intolerabiles effugere.Cic.Qu.frat.lib.1.4.
Incursum alius effugere.Lucret.lib.3.
Infamiam crudelitatis.Cic.pro Lege Agr.
Maculam aliquam. Terent.Adelph.5.8.
Maledictum omne effugere.Cic.pro Flacco.
Manus, Cic.in Somnio. Nuptias, Terent.And.2.1.
Mortem non effugiunt.Virg.11.Æneid.
Offensionem. Cic.3.Verr.In quibus non dubito quin offensionem negligentiæ vitare atque effugere non possim.
Peccata effugere.Ouid.2.de Arte.
Pericula effugere.Lucan.lib.1.
Periculum.Cæsar 4.bel.Gal.
Plagam.Cic.Attico,lib.7.121. Pœnas,lib.3.de Nat.deor.
Scelus aliquod effugere.Ouid.10.Metam.
Speciem alicuius effugere.Cic.de Claris Orat.
Vincula effugere.Horat.2.Serm.sat.3,
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.
Visus alicuius effugere.Ouid.3.Fast.
Vituperationem.Cic.ad Atticum,lib.16.334.

Effugiens,Participium {ἐκφεύγων.} vt,Anima effugiens. Lucanus lib.3.

Effugiendus {ἐκφευκτέος.} Ouid.2.de Arte, Hac nobis Minos effugiendus ope.Verba sunt Dedali.

Effugium {ἐκφυγή,καταφυγή} idem quod Refugium, vt Mali vnicum effugium.Senec.Hippol.2.
Assequi effugium. Cic.7.Verr.Eum ciuem Romanum esse diceret: apud te Prætorem si non effugium,ne moram quidem mortis, mentione atque vsurpatione ciuitatis assequi potuerit?
Habere effugium.Cic.2.de Nat.deor.Alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.
Insidere effugia. Tacit.lib.3, Qui effugia insederant. Id est loca per quæ effugere poterant.
Patet effugium. Liuius 4. bell. Pun. Vt, si effugium patuisset in

publicũ,impleturæ vrbem tumultu fuerint. Id est locus vel via fugæ.
Præcludere effugium alicui. Lucret.lib.1. Id est iter quo effugere possunt.

Effulcio, effulcis, effulciui, effultum {ὑποστηρίζω} effulcire, Idem quod fulcire: nisi quid addat præpositio. Virgilius 7. Æneidos, de Latino,
Centum lanigeras mactabat rite bidentes:
Atque haram effultus tergo,straticque iacebat Velleribus,
Atria effulta montibus. Id est marmore excisò è montibus. Stat. 1.Thebaid.
Fulmina effulta metallis.Stat.3.Sylu.1.

Effulgeo,effulges,effulsi,effultum {στιλπνόω} effulgere,Idem quod vehementer fulgere. Liu.8.bel.Pun.Nisi ex vehementi sole,qualis inter graues imbre nubes effulget,&c. Et apud Virg.9.Æneid. Effulsit oculis lux. Et lib.8,
-instructo Marte videres
Feruere Leucaren,auróque effulgere fluctus.
Ex hoc effulsit illud. Plin.lib.4.cap.1, Omnis Græciæ fabulositas, sicut & literarum claritas,ex hoc primum sinu effulsit.
Ostro effulgens Lælius.Silius lib.16.

Effundo, effundis, effudi, effusum,pen.prod. {ἐκχέω, ἐκπλύνω, ἀφορέω} effundere,Fundendo in terram spargere.Plautus Asin.5,
Effundit cibum : aues assilescunt.
Redundare & effundi dicitur mare.Cic.2.de Natura deorum,Eadémque ratione mare quum supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur vndique æquabiliter, neque redundat vnquam,neque effunditur.
Effunditur amnis in Atlanticum oceanum.Plin.lib.3.cap.1.
Fletus effundere.Virg.2.Æneid.
Lacrymas effundere. Cic.pro Plancio, Nunc timeo ne nihil tibi præter lacrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus pluri mas effudisti.
Effundere sanguinem pro Rep.Cic.pro Milone.
¶Effundere se dicitur ciuitas. Cicero ad Brutum, Timore quodam perculsa ciuitas tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat.
Copiam oratorum effudit ætas. Cic.de Claris Orat.Hæc enim ætas effudit hanc copiam.
Effudit sese in publicum maxima frequentia mulierum.Liu.4.bel. Macedonici, Aliquanto maior frequentia mulierum postero die sese in publicum effudit.
Effudit omnes studium certaminis. Liu.10.bel.Pun.Ita tum à paucis prælio accenso,omne vtrinque postremo equitum certaminis studium effudit.
Celerius se effundere.Quint.lib.1.cap.3,Vt quę summo solo sparsa sunt semina,celerius se effundunt.
Effunduntur omnibus portis ad opem ferendam.Liuius 8.bel.Maced. Et 6.bel.Pun.
Effuderant se ex omni prouincia legationes ad famam aduentus eius. Liuius 5.bel.Pun.
¶Effundi ad luxuriam. Liuius 4. bel. Maced. Sine qua lege quum per tot annos matronæ optimis moribus vixerint: quod tandem, ne abrogata ea effundantur ad luxuriam,periculum est?
Effundere se in aliqua libidine,& Continere,contraria. Cicero in Parad.Aut temperantem qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit?
Effundere atque consumere aliquid per luxuriam. Cic.pro Rosc. Amer. Et ibidem,Effusus sumptus.
In questus, lacrymas,vota effundi. Tacitus libro 1,At patres,quibus vnus metus, si intelligere viderentur, in questus, lacrymas, vota effundi, ad deos, ad effigiem Augusti, ad genua ipsius manus tendere.
¶Effundere ærarium. Cicero 3. Tuscul. Idem pro Lege Agrar. Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ærarium.
Animam effundere.Virg.1.Æneidos,
-méne Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuáque animam hanc effundere dextra?
Crines effundere vertice.Lucan.lib.1.
Autumnus effundit fruges.Horat.4.Carm.ode 7.
Furorem vinolentũ in aliquem effundere. Cic.Cornific.lib.12.25, Sic sum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, omnémque suum vinolentum furorem in me vnum effunderet.
Herbas effundũt inimicissimas frugibus segetes fœcundæ & vberes.Cicero in Orat.
Effundere honores in mortuum. Cic.ad Brutum.
Effundere primum impetum feruido ingenio & cæca ira. Liu.8. bel.Maced. Si primum impetum, quem feruido ingenio & cæca ira effundunt,sustinueritis,&c.
Effundere iram in aliquem. Liu.9. bel. Maced.Infensus omnibus in Maronitas iram effundit.
Ira effundi. Valer.7.Argon.
Minas effundere.Lucan.lib.5.
Odium. Cic.Lentul.lib.1.9,Sed quum inclusum illud odium multarum in me iniuriarum,quod ego effudisse me arbitrabar,residuum tamen,&c.
Effundere patrimonium,Prodigere,consumere. Terent.Adelph. 5.9. Cic.2.Offic.Multi enim patrimonia effuderunt inconsultè largiendo. Idem 3.Philip.
Pauorem. Liu.10.ab Vrbe, Incompositíque aduersus equestrem procellam subitum pauorem effundit.
Querelas effundere.Lucan.lib.2.
Questus effundere pectore.Virg.5.Æneid.
Rabiem.Silius lib.11.
Remedia Reipub. Cic.ad Atticum, lib.2.24, Qui omnia remedia Reipub.effuderunt.

Extremum

Extremum spiritum. Cic. 14. Philipp. Qui extremum spiritum in victoria effudistis.
Verba effundere.Ouid.1.Trist.eleg.3.
Dolor effudit verba.Seneca Medea, 7.
Effundare vim telorum ingentem in inimicos.Liu.7.bel.Pun.
Vires effudit in ventum. Virg.5.Æneidos,
Entellus vires in ventum effudit.
Vitam effundere.Ouid.epist.7.
Effundere vocem in turbam. Cic. pro Flacco, A iudicibus oratio auertitur,vox in coronam,turbámque effunditur.
¶Effundere quæ tacueramus. Cic.ad Atticum,lib.16. 334,Dij immortales, quàm valde ille reditu, vel potius reuersione mea lætatus, effudit illa omnia quæ tacuerat:vt recordarer illud tuum.
¶Effunditur stomachus in vomitiones. Plin. lib.23. cap.1. De iis quibus stomachi facultas, quam retentricem vocamus, est corrupta aut imbecilla,vel iis qui facilè nauseant.
¶Effundere ac profligare peditatum. Sallust. Effuso ac profligato peditatu paulatim retrocedere ceperunt.

Effusus,penult.prod.Participium {ἐκχυτὸς} Plinius libro 9.cap.29.
Effusus Tyberis super ripas.Liu.1.ab Vrbe.
Agris effusa iuuentus.Virg.7.Æneid.
Effusa velut ad spectaculum triumphi multitudo omnis. Liuius 19. bel.Pun. Plin.lib.8.cap.40.
Effusi in fugam.Liuius 2.bel.Macedon. Pars in fugam effusi sunt, pars,&c.
In amorem alicuius effusus. Tacit. lib.1,Dum Mecœnati obtemperat effuso in amorem Bachylli.
In lachrymas effusus. Tacit.lib.4, Effusum in lachrymas Senatum victo gemitu,simul oratione continua erexit.
In luxum,& epulas,& nocturnos cœtus effusi. Tacit.lib.20.
Ad preces,lachrymásque effusus. Liu.lib.4.Decad.5.
Effusi in Venerem Numidæ.Liu.9.bel.Pun.
Nos contra effusi lachrymis. Virg.2.Æneid.
Effusus in aliquem.Cic.ad Atticum,lib.4.79, In nos verò suauissimè hercule est effusus.
¶Aquæ effusæ.Ouid.2.Amor.eleg.6.
Crines effusa sacerdos.Virg.4.Æneid.
In verbis effusior cultus. Quintil.lib.3.cap.8.
Ruunt effusi carcere currus.Virg.5.Æneid.
Effusus cursus.Liu.8.bel.Pun.Attalus inermis atque incompositus, cursu effuso mare ac naues petit.
Effusa fuga.Liu.7.ab Vrbe. Et lib.1.
Fuga effusior,minor cedes.Liu.3.ab Vrbe.
Effusis ac dissipatis fructibus.Cic.2.de Lege Agrar.
Grandine effusa præcipitant nimbi. Virg.10.Æneid.
Effusissimis habenis inuadere hostem.Liu.7.bel.Maced.
Imber effusus nubibus.Virg.4.Georg.
Italia effusa.Cic.pro Deiotaro.
Iubæ effusæ per colla.Sil.lib.16.
Effusa lætitia. Liu.5.bel.Maced. Exceptus ingenti fauore multitudinis,cum plausibus,clamoribúsque,& quibus aliis lætitia effusa vulgi significatur.
Licentia effusa.Liu.lib.4.Decad.5.
Effusæ opes.Plin.lib.7.cap.25.
Risus effusus.Claud.3.de Raptu Proserpinæ,
Protinus effuso lætam se fingere risu.
Effuso sinu. Liu. 1.bel. Pun. Et quum is iterum sinu effuso bellum dare dixisset,accipere se omnes respondent.

Effusus, penult.prod. {ἐκχυσις} Nomen ex Participio. Cic. pro Cælio, Quis in largitione effusior? Id est,magis prodigus.

Effusè, penult.prod. Aduerbium {ἐκκεχυμένως} Abundanter,aut prodigaliter.Cic.pro Cælio,Si vidua liberè, proterua petulanter, diues effusè,libidinosa meretricio more viueret.
Effusè inuehentem sese hostem absterruit.Liu.10.bel.Pun.
Effusè aliquam diligere.Plin.epist.150.
Largè effusèque donare.Cic.pro Rosc.Amer. Non pauca suis adiutoribus largè effusèque donabat.
Effusè exultat animus.Cic.4.Tuscul.
Effusè fugere.Liu.3.ab Vrbe.
Effusè petulans.Cic.in Pisonem.
Effusè vastare agrum nobilissimæ fertilitatis.Liu.7.bel.Pun.

Effusio,Verbale {ἔκχυσις.} vt Effusio aquæ.Cic.2.de Nat.deor.
Effusiones hominum ex oppidis.Cic.in Pisonem.
¶Effusio animi, cui Contractio opponitur. Cic.4. Tuscul.Eodem enim vitio est effusio animi in lætitia,quo in dolore contractio.
¶Effusio,Prodigalitas. Cic. pro Rosc.Amer. In hac vita Iudices, quos sumptus quotidianos,quas effusiones fieri putatis?
Effusio pecuniarum.Cic.ad Attic.lib.2.32.
Effusio in aliquem. Cic.ad Attic.lib.7.123. Illud probè iudicas,neque satis pro meis officiis,pro ipsius in alios effusione illum in me liberalem fuisse. Id est liberalitate.
Inducta effusio. Liu.lib.4.Decad.5, Nõdum hac effusione inducta bestiis omnium gentium Circum complendi.
Liberalitatem effusio imitatur.Cic.in Partit.

Effusores, qui patrimonium peculiúmve temerè & largè expendunt, dissipántque. Verbum fuit admodum familiare duo Cæsari Imperatori Augusto Frid.tertio. Ex Spieg.

Effutio,effutis,penult.prod.effutiui, effutitum {καπύω} effutire, Imprudenter & impræmeditatè loqui, nulla habita tẽporis, verborum, aut personarum ratione. Terent. Phorm.5.1,
Eo perperam olim dixi,ne vos fortè imprudentes foris
Effutiretis. Vbi Donatus,Effutiretis, Eloqueremini, euacuaretis, exinaniretis: ab eo quod est effundere. Trãslatio est à vase,futili nomine:quod patulo ore,fundo acuto instabile,nihil prorsus continet. Vnde futilis dicitur eiusmodi, vt nihil intra se contineat, & semper inanis sit. Horat.in Arte Poetica,

Effutire leues indigna tragœdia versus.
Effutire aliquid extempore.Cic.5.Tuscul.
Temerè de re aliqua effutire.Cic.2.de.Nat.deor. Certè ita temerè de mundo effutiunt,&c.
Multa effutire. Lucret.lib.5.
Effutire (inquit Nonius) Est cum mendacio dicere. Cic.5. Tusc. Nec hæc sic agit,vt ex-tempore quasi effutire videatur. Lucretius, Multa licet simili ratione effutiat ore. Nonius.

Effutiens,entis.Participium {κοκκύων.} Cic.1.de Nat.deor. Quam bellum erat Vellei confiteri potius nescire quod nescires,quàm ista effutientem nauseare,atque ipsum sibi displicere.

Effutitus, penult. prod. Participium {κεκαπυμένος.} Cic. 2. de Diuinat. Quorum partim ficta aperè, partim effutita temerè, nunquam ne mediocri quidem cuiquam,non modò prudenti probata sunt.

E G

EG. Eger.

EGELASTA,æ {ἐγλιστα} Oppidum est citerioris Hispaniæ, natiui salis fodinis nobilitatum. Plin. lib.31.cap.7, In Hispania quoque citeriore Egelastæ cęditur sal glebis penè transluentibus.cui iampridem palma inter omnia salis genera à plerisque medicis præbetur.

Egelestani, Hispaniæ citerioris populi,in conuentu Carthaginiensi,inter stipendiariorum celeberrimos à Plin.numerati, lib.3. cap.3.

Egelidor,penult.corr. egelidaris {χλιαίνομαι} egelidári, Gelu dissolui. Sidonius,Egelidarentur fibræ glaciales.

Egelidus, penult. corr. Adiectiuum {χλιαρὸς} Quod non est calidum neque frigidum, Tepidum. Seruius pro valde frigido exposuit. Virgilius 8.Æneid.Vt procul egelido secretum flumine vidit.
Aqua egelida. Suet.de Aug.cap.82, Vngebatur sæpius, fudabat ad flãmam:deinde perfundebatur egelida aqua vel sole multo tepefacta.
Notus egelidus. Ouidius,

Et egelidum Borean,egelidúmque Notum.

Tepores egelidi.Catullus ad seipsum,de aduentu veris,43.
Ver egelidum.Colum.lib.10.27,
Num ver egelidum,nunc est mollissimus annus.
Vinum egelidum.Celsus lib.3.cap.22, Tum & vinum, si tussis non est,potui frigidum dandum:si æstas est,egelidum.

Egeo,eges,egui {χρήζω,ἐνδεήσομαι} egẽre,Aliqua re opus habere.Et tam genitiuo quàm ablatiuo iungitur.Cic.2.de Finibus, Qui consumptis patrimoniis egeant.
Æris egere.Horat.1.epist.6.
Authoritate egere.Cic.de Claris Orat. C. Macer authoritate semper eguit.
Egere auxilij.Cæsar 6.bel.Gall.
Auxilio alicuius egere. Cic. Caninio,lib.2. 16, Quiduis se perpeti malle,quàm videri eguisse auxilio meo.
Egeo consilij & consilio. Cic.Attic.lib.7.140, Egeo consilij: quod optimum factu videbitur,facies. Vide CONSILIVM.
Consolatione egere.Cic. Titio,lib.5.16.
Eorum qui copiis egent,infinita est multitudo. Cic.1.Offic.
Eget humanitate. Plin.epist.114. lib.5, Cui tanto maior humanitas exhibenda est, quanto illa magis eget: homo probus, officiosus literatus.
Non eget interpretatione. Plin.epist.115.lib.6, Ita hoc sæpe referebat,præcipere solitum suscipiẽdas esse causas, aut amicorum,aut desitutas,& ad exemplum pertinentes, Cur amicorum?non eget interpretatione.
Literis de philosophia,non egere.Cic.2.de Diuinat. Magnificum illud etiam, Romanísque hominibus glorioſum, vt Græcis de philosophia literis non egeant.
Mentis egere.Ouid.2.Trist.
Moderamine egere.Ouid.2.Metam.
Monitoris egere,Horat.1.epist.19.
Oculis ad cernendum egere. Cic.2.de Nat.deor. Quum oculis ad cernendum non egeremus,vt qui tanquam inuoluti quiescerent.
Officio egerere.Ouid.5.Fastorum.
Ope egere.Ouid.1.Trist.eleg.2.
Eget pudoris.Plaut.Amph.8,
Saltem tute si pudoris egeas,sumas mutuum.
Egeo rationis.Martial.lib.6,
Bella velint Martémque ferum,rationis egentes.
Ratione egere res dicitur. Cic.2. de Nat.deor. Quæ non modò vt fierent, ratione eguerunt,sed intelligi qualia sint sine summa ratione non possunt.
Egere rebus omnibus. Cicero ad Atticum,lib.11, Etsi egeo rebus omnibus.
Eget ille Senatu, Equitibus Romanis, populo, vrbe,ærario,vectigalibus,cuncta Italia,prouinciis omnibus, exteris nationibus.Cic.2. in Catilin.
Tempore egere. Cicero Q.frat.lib.3. 21, Incredibile est mi frater, quàm egeam tempore.
Egeo tui abeuntis.Plaut.Asin.12,
Cur me retentas? PAL.quia tui amans abeuntis egeo.
Voce egere.Ouid.6.Fast.
¶Eget foris. Plaut. Mil. 10, Quum apud te exemplum experiundi habeas,non eges foris.Id est non est quod quæras foris.
Indignè egere. Cic.Antequam iret in exil. Quondam amicorum multorum præsidio munitus, nunc partim ab inuidis, partim ab inimicis circunuentus eget indignè.
¶Egere, Egenum & inopem esse. Cicero ad Brutum, Siquidem etiam Themistocli liberi egerunt. Id est ad extremam paupertatem redacti fuerunt. Budæus.
¶Egẽtur acriter. Plaut.Pseud.5,
Quid agitur Callidore? c.amatur,atque egẽtur acriter.

Egens,egentis,om.gen. {ἐνδεὴς,πένης} Dicitur inquit Festus, velut exgens,cui ne gens quidẽ sit reliqua.Est enim propriè egens,cui desunt

necessaria ad viuendum. Terent.Phorm.2.3, Egens relicta est misera: ignoratur parens. Cic. de Amicit. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilli valent.

Egens æquè est is qui non satis habet, & is cui nihil satis potest esse. Author ad Herenn.lib.4.

Egentes, inanéque discederent-Cic.4.Verr.

Egens, egentior, egentissimus. Cic.ad Atticum, lib.6.111, Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. Ad eundem, lib.9.175, Egestates tot egentissimorum hominum.

Egentissimus in sua re est, insolens in aliena. Cic.pro Rosc.Amer.

Serui & egentes. Cic.Attico, lib.14.306, Seruíque & egentes in tecta nostra cum facibus immissi.

Animo egens. Catull.epigr.58.

Artis egens. Stat.6.Thebaid.

Coloris egens tellus. Ouid.5.Fastorum,

Prima per immensas sparsi noua semina terras,
Huius egens tellus antè coloris erat.

Egens consilij. Plaut.Bacchid.15,

-nequius nihil est,
Quàm egens consilij seruus, nisi habet pectus multipotens.

Animus deliciarum egens. Horat.4.Carm.ode 8.

Fortuna egens homo. Cic.pro Flac. Quid ergo vnus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, &c.

Fructu amoris egens. Propert.lib.3.eleg.20.

Frugis egens. Ouid.11.Metam.

Lucis egens aer. Ouid.1.Metam.

Egens opum. Plaut.Rud.7,

Nunc tibi amplectimur genua egentes opum.

Egens rebus omnibus. Cic.Domitio, lib.7.22, Necquid tibi pollicerer, ipse egens rebus omibus, &c. reperiebam.

Egenus, penult.prod. Adiectiuum, Pauper. Liuius 9.ab Vrbe, Omnium egena corpora humi prostrauerunt.

Lucis egenus. Lucret.lib.3.

Rerum cunctarum egenus. Sil.lib.8.

Decoris & frontis egenum corpus. Sil.lib.6,

Nulla viro species decorisque, & frontis egenum Corpus.

Egenæ res. Plaut.Pœnulo, 3.2,

Sæpe ego res multas tibi mandaui Milphio,
Dubias, egenas, inopiosas consilij. Idem Capt.7,
Neque me vnquam deseruisse te neque factis, neque fide,
Rebus in dubijs, egenis. Virg.8.Æneidos,

-& te quoque dignum
Finge deo, rebúsque veni non asper egenis.

In rebus egenis supplex. Virg.6.Æneid.

Egestas, egestatis, penult.prod. {ἔνδεια, ἀχρημοσύνη} Indigentia. Virg.1. Georgicorum,

-labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas. Cæsar 6. belli Gallici. Cic.4.de Finib.

Inopia atque egestas. Cic.2.in Catil.

Egestas ac mendicitas. Cicero in Parad. Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti.

Animi egestas. Cicero in Pisonem, Non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit leuitas ista, non egestas animi, non infirmitas ingenij sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam grauem, tam seueram.

Copiarum egestas. Tacitus lib.20, Nihil æquè exercitus nostros, quàm egestas copiarum fatigabat.

Linguæ egestas. Lucret.lib.1.

Egestas patrij sermonis. Plinius epist.83, In deterius quidem accidit hoc: primùm imbecillitate ingenij mei: deinde inopia, ac potius egestate patrij sermonis.

¶Aeris egestas. Lucret.lib.3. Vide ACER.

Crudelis egestas. Valer.4.Argon.

Dira egestas. Iuuen.sat.15.

Feralis egestas. Claud.ad Adrianum,1.

Grauis egestas. Lucanus,

Non sibi, sed grauis est domino quæ seruit egestas.

Infelix egestas. Claud.1.in Ruff.

Ingeniosa egestas rerum. Claud.3.de Raptu Proserpinæ.

Mortalis egestas. Virg.3.Georg.

Obsita pannis egestas. Lactant.in Phœnice, non procul ab initio, Luctus acerbus abest, & egestas obsita pannis.

Procliuis sceleri egestas. Silius lib.13.

Sordida egestas. Virg.in Ætna,

Non est diuinis tam sordida rebus egestas.

Tristis egestas. Seneca Thyeste,3.

Turpis egestas. Virg.6.Æneid.

¶Afferre egestatem, Vide AFFERO.

Amittere egestatem, Vide AMITTO.

Copiæ cum egestate confligunt. Cic.2.in Catil.

Vitam in egestate degere. Cic.pro Rosc.Amer.

Esse in egestate. Cicero 1.de Inuent. Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis, &c.

Sustentare egestatem. Cic. Post.red.in Senatu, Egestatem & luxuriam domestico lenocinio sustentauit.

Tentat enim dubiam mentem rationis egestas. Lucret.lib.5.

Vrgens egestas. Virg.1.Georg.

EGERIA, inquit Festus, Nympha fuit, cui sacrificabant prægnantes, quòd eam putabant facilè fœtum vtero egerere. Vide AEGERIA.

Egermino, egerminas, penult. corr. {ἐκβλαστάνω} egerminare, Idem quod germinare. Columella libro 5. capite 5, Bipedaneis scrobibus malleolus deponitur: qui quum egerminauerit, ad vnam materiam renocato. Idem libro 4.cap.17, Quæ infra trunci caput egerminauerint.

Egero, egeris, penult.corr. egessi, egestum {ἐκκομίζω, ἐκκρίνω} egerere, Extra gerere, siue portare. Colum.lib.2, Auium primum habetur stercus quod ex columbariis egeritur. Cato cap. 37. Et Plinius libro 2.capite 106.

Egerit aquam fons. Plin. epist. 101.lib.5. Idem epist.273, Idem lacus in flumen egeritur.

Dapes egerere. Ouid.6.Metamorphoseos,

Et modò si posset, referato pectore diras
Egerere inde dapes, emersaque viscera gestit.

Dies egeritur querelis & questu. Valerius 8. Argonaut. Hoc est, transigitur, exigitur.

Dolor egeritur. Ouid.4.Trist.eleg.3.

Gaza egeritur. Lucan.lib.3,

Tunc Orientis opes, captorúmque vltima regum
Quæ Pompeianis prælata est gaza triumphis,
Egeritur.

Iras egerere. Stat.4.Sylu.eleg.4,

-fractas vbi Vesbius egerit iras
Æmula Trinacriis voluens incendia flammis.

Egerere prædam ex hostium tectis. Liu.6.ab Vrbe.

Puerperia egerere. Plin.lib.7.cap.11.

Egerere sermones, pro Disponere. Senec.epist.67, Multi nobis sermones fuerunt, quos subinde egeram, & ad te permittam.

¶Egerere, pro Eiicere ex aliquo loco, l.25.l.52.§.fi fulphurariæ. D. De furt.

Egestus, Participium {ἐκκομιδείς} Columel.lib.2. cap.2, Sed & si velis scrobibus egestam humum recondere, &c.

Tellus egesta scrobibus. Ouid.7.Metam.

Egestus, Verbale {ἔκκρισις} Seneca lib.3.de Natur. quæst. Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaurit, &c.

Egestio, Verbale {ἐκκόμισις} Plin.epist. 159. Hoc tunc votum Senatus, hoc præcipuum gaudium populi, hæc liberalitatis materia gratissima, si Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egestione contingeret.

Egeries, egerieí, fœm.gen. Solinus cap.53, Quum in fugam vertitur, proluuie citi ventris simum egerit per longitudinem trium iugerum: cuius ardor quicquid attigerit, aduritita egerie noxia summouet insequentes. De Bonaso animali.

EGESINVS, Philosophus, Euandri auditor, cuius meminit Cic.Acad. quæst.lib.2.& 4.

EGESTA {σεγέστα} ciuitas in Sicilia quam Æneas condidit, & ab Acestis matre Egesta eam nominauit. Plinius libro 31. capite 6. Hæc nunc Segesta dicitur, præposita ei litera s, ne obscœno appellaretur nomine.

EGESTA {ἴγεστα} filia Hippotæ Troiani-quã, ne marinæ belluæ ob periuria Laomedontis secundum Apollinis responsa traderetur, parer impositam nauiculæ misit quò sors tulisset. quæ tandem ad Siciliam delata, à Crimiso fluuio in canem conuerso compressa, Acesten edidit, Vide Seruium in 5.Æneid.

Egestas, Vide EGEO.

EGGYNA, Ciuitas in Sicilia, cuius meminit Cic.5.Verr.

EGILIVS, Viri proprium, de quo Cicero 2.de Oratore, Egilius homo festiuus.

EGINIVM {αἴγινον} Tymphæorum oppidum, Ethiciæ confine atque Triccæ. Author Strab.lib.Geograph.7.

EGNATIA {ἰγνατία} Ptolemæo, Apulorum vrbs Ionio pelago, hodie *Iuuenattum*, teste Oluario in Melam.

EGNATIA nympha in Apulia celebrabatur, à qua & loci nomen, vbi deã cultam fuisse proditum est, in cuius ara lignis superpositis extructisque, ignis sua sponte excitari accendíque ab antiquis existimabatur. Plin.lib.2.miraculi meminit, non autem nymphæ. Vide Hesiod. in Theogon.& Alex.ab Alex.lib.4.cap.17.

EGNATIVS. Cicero pro Cluentio, Cn.Egnatius à Censoribus Senatu motus.

EGNATIVS Mecennius, Romanus quidam fuit, qui vxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interfecit, quúmq; cædis postularetur, à Romulo est absolutus. Author Plin.lib.14.cap.19.

EGNATVLEIVS Lucius, de quo Cic. Philip.3, L.Egnatuleius Quæstor, cum quarta legione ab Antonio ad Octauium defecit.

Ego, mei vel mis, mihi, me, à me. Pronomen {ἐγώ, ἐγών} Tractũ à Græcis ego.

Ego, in principio narrationis. Terentius Andr.1.1, Ego postquam te emi à paruulo, &c. Cic. ad Lentulum, lib.13, Ego omni officio ac potius, &c. Semper grauis est incœptio orationis (inquit Donatus) quæ exordium sumit à pronomine ego.

Ego sum Æschinus, aperite. Terent.Adelph.4.4.

Dico ego mihi insidias fieri. Terent.Eun.3.3.

Sed quid egoscur me excrucio? Terent.Andr.5.3.

Nunc ego & illam scelestam esse, &c. Terent.Eun.1.1.

Volo ego adesse hic aduocatos nobis, &c. Terent.Eun.4.6.

Et quidem ego. Terent.And.5.6.

Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? Terent.Andr.3.2.

Imò ego te obsecro. Terent.Eun.3.5.

Ego verò. Cic.ad Attic.lib.11.215, Quòd te excusas: ego verò & tuas causas nosco: & mea interesse puto, te istic esse. Ibidem, Quòd rogas, vt in bonam partem accipiam, siqua sint in tuis literis quæ me mordeant: ego verò in optimam. Subaudi, partem.

Ego verò maneo. Terent.Eun.5.2.

Ego verò istuc agog. Per ironiam dictum. Terent.And.1.2.

Ego, tu, Discretiuè. Terent.And.5.6,

-more hominum euenit, vt quod sim nactus mali,
Prius rescisceres tu, quàm ego quod tibi euenit boni,

¶Ego faxim, & ego faciam, ratio est loquẽdi seculi prisci, pro Fiet, euenet. Plautus,

Si erit, ego faciam, vt pugnam inspectet non bonam. Et in Aulularia,

Ego

Ego faxim multi pretio qui superant equos,
Sient viliores gallicis canteriis. Turnebus.

¶Ego, pro Quod ad me attinet. Sallustius in Procemio Catilin. Sed multi mortales dediti ventri atque somno, indocti, inculíque, vitam sicuti peregrinantes transegêre. Quibus profectò contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. Eorum ego vitam morémq; iuxtà æstimo. Quasi dicat, Hæc est mea sententia.

¶Ego ille, Vide ILLE.

Ego sum ille Consul, cui, &c. Cic.4.in Catil.

¶Ego idem dixi. Cic.1.in Catil. Dixi ego idem in Senatu, cædem te optimatum contulisse in ante diem v. Calend. Nouemb.

Idem ego. Cic.pro Sylla, Atque idem ego neque P. Syllam supplicem ferre, &c. potui.

¶Egomet, penult. corr. Plautus Mercatore, 22, Egomet mihi comes, clauator, &c. Idem Mostell.6, Egomet inquam vidi. Terentius Adelph. 4.3, Egomet narrabo quæ mihi dixti. Cicero 7. Verr. Eam nauem nuper egomet vidi Veliæ.

Vidi egomet. Virg.3.Æneid.

Egomet iam hîc ero. Plaut.Sticho,3.

Egomet mecum cogitare, &c. Plaut.Aulul.13.

Egomet, memet verberaui. Plaut.Amph.7.

Egomet sum hic: animus domi est. Plaut.Aulul.7.

Egomet, pro Solus. Plaut.Amphit.10, Ibo egomet, comitem mihi pudicitiam duxero.

Egomet, Aliter. Plaut.Pœnul.5, Si nequeo facere vt abeas, egomet abire volo.

Egomet mihi. Cic.7. Verr. Statui egomet mihi tum modum orationi meæ. Abundat MIHI.

Egomet quoque eius causa in funus prodeo. Terent.And.1.1.

¶Egóne? Terent.Eun.5.8,

-quid cœptas Thraso?

T. Egóne? vt Thaidi me dedam, &c.

Egóne debacchatus fum in te, an tu in me? Terent.Adelph.2.31.

Egóne quid velim? Terent.Eun.1.2, Nunquid vis aliud? PM. egóne quid velim?

Egóne illam? quæ me quæ illum? Terent.Eun.1.1.

Egóne istuc dixi vnquam? N. ita. Plaut.Bacchid.18.

Egóne feram? Plaut.Curcul.2.

Egóne, egóne? Conduplicatum aliquid habet venustatis in interrogando. Plaut.Pœnulo,5.19,

-meum est istuc magis officium, quàm tuum.

A. Egóne, egóne? si istuc lepide faxis, &c.

¶Mihi pulchra satis est. Plaut.Sticho,14.

Mihi sum. Plaut.Mostel.8,

-mihi molestus ne sis.

TR. Vide vt fastidit simia. D. mihi sum, sic sum.

Mihi tu dederis pallam? Admiratiue, & negatiue simul. Plautus Menæch.15,

Mihi tu dederis pallam & spinter? nunquam factum reperies.

Mihi esurio, non tibi. Plaut.Capt.13,

Esurire mihi videre. R. mihi quidem esurio, non tibi.

Mihíne? Terent.And.5.2,

Quid istic tibi negotij est? C. mihíne? S. ita.

C. Mihíne? S. tibi ergo. Ibidem 3.2,

Quid credas? quasi non tibi renuntiata sint hæc sic fore.

S. Mihíne quisquam?

¶Mihimet, penult. corr. Plaut.Amph.7,

Neque, ita me dij ament, credebam primo mihimet Sosiæ.

¶Me viuo. Plaut.Sticho,

Vóine ego patiar cum mendicis nuptas me viuo viris?

¶Me vide. Plaut.Trinum.11,

Nihil de signo quod vereare, me vide.

Me miseram, Blandimentum mulierum, cum exclamatione quadam. Terent.And.4.5. Et in Adelph.3.2,

Me miseram, quidnam est quòd sic video timidum & properantem Getam?

Méne quærit? s. verum. Terent.Adelph.4.2.

MI, Mihi, NOS, Vide suis locis.

EGOVARRI {ἰγουάρροι} Hispaniæ populi, in conuentu Lucensi, dicente Plin.lib.3. cap.20, Et deinde conuentus Lucensis à flumine Nauilubione, Cibarci, Egouarri, cognomine Namarini, Iadoni, &c.

EGRA {ἴγρα Stephano} Oppidum Arabiæ, ad sinum Elaniticum.

Egredior, egrederis, penult.corr. egressus sum {ἐκβαίνω, ἐξέρχομαι} egredi, penult.corr. Ab ex, & gradior compositum, & significat exire. Terent. Andr.5.2. Vnde egreditur?

Egreditur ab ea, Id est de domo eius. Terent.And.1.3.

Egredi ex castris, Cæsar 1.bel.Ciuil.

E portu egredi. Cic.Att.lib.6.119.

Ex prouincia egredi. Cic.Senatui, lib.15.2, Erat enim magna suspicio, Parthos, si ex Syria egredi, atque irrumpere in meam prouinciam conarentur, &c.

Extra fines & terminos egredi. Cic.pro Quinctio. Ibidem, Extra cancellos egredi.

Extra præscriptum egredi. Quintil.lib.1.cap.1.

Egreditur subitò. Terent.Eun.4.2.

Egredi pedem è villa. Cic.ad Attic.lib.13.273, Quo facilius sustentari nos possemus, pedem è villa adhuc egressi non sumus.

Egredi obuiam alicui. Liu.1.ab Vrbe. Et 3.bel.Pun.

Domo egressus ad bellum. Cicero pro Ligario, Domo est egressus non modò nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli.

Porta egressus. Cic.1.Tusc.ul.

Tectis egredi. Ouid.11.Metam.

Vrbe egredi, Cic. 2. in Catil. Ipsum egredientem vrbe prosequuti sumus.

¶Egredi suo officio. Terent.Phorm.4.5,

Dicat eam dare nos Phormioni nuptum. Et paulo pòst,

Nos nostro officio nihil egressos esse.

A proposito egredi. Cic.de Claris Orat. Vt egrederetur à proposito ornandi causa, vt delectaret animos, vt permoueret, vt augeret rem, vt miserationibus, vt communibus locis veteretur. Egrederetur, Id est digrederetur: quo verbo Cicero frequenter vtitur.

Terminos egredi. Tacit.lib.20, Táquam terminos ætatis, & concessa filio egrederetur.

Egrediens, tis {ἐκβαίνων} Participium. Cic. de Aruſp.resp. Quum egredientem insequi cœpissem. Et 2.Catil. Ipsi egredientem vrbe prosecuti sumus.

Egressus, Participium {ἐκβάς, ἐκβαντός} vt Rates egressæ. Ouid.1.Trist.eleg.9. Sexum egressa. Tacitus lib.16. Et Quintil.lib. 5, Iuuenes nondum scholam egressi.

Via egressa. Propert.lib.1.eleg.19.

Virtus egressa modum. Stat.10. Thebaid.

Egressus, huius egressus, Verbale {ἔκβασις} Cicero in Pisonem, Itaque credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando.

Egressus, pro Egressione, seu digressione, aut parecbasi. Tacit. lib. 4, Annales nostros cum scriptura eorum contenderit (id est contulerit) qui veteres populi Romani res composuere. Ingentia illi bella, expugnationes vrbium, fusos captósque reges, aut discordias Consulum aduersus Tribunos, agrarias frumentariásque leges, plebis & optimatium certamina libero egressu memorabant. Nobis in arcto & inglorius labor. Quint.lib.4.cap.3, Parecbasin Græci vocant, Latini egressum, vel egressionem.

Dare egressus. Ouid.2. de Arte.

Tentare egressus. Seneca Agamemn.10.

Rarus egressu Cæsar, domo, aut hortis clausus, ad ludicra Circi ventitabat. Tacit.lib.15.

Egressio, Idem quod egressus.

Egregius, Adiectiuum {ἐξοχος, ἀνάγκαιος, ὑπέρογκος} Excellens: quasi ex toto grege electus, inquit Festus cũ Donato in Hecyra 1.1, Vt, Egregius iuuenis, Plin. epist.246.

In bellica laude egregius. Cic.de Claris Orat.

In procuratione ciuitatis egregius. Cic.1.de Orat.

Linguæ egregius. Sil.lib.5. De Coruino.

¶Animæ egregiæ. Virg.11.Æneid.

Author egregius. Virg.10.Æneid.

Egregius color, integra valetudo. Cic.2. de Finib.

Corpus egregium. Horat.1.Serm.sat.6.

Decus egregium. Sil.lib.4.

Domus egregiæ. Horat.2.Serm.sat.3.

Egregia exercitatio. Cic.3.de Finib.

Facies egregiæ. Lucret.lib.5.

Egregium facinus audere. Liu.8.ab Vrbe.

Egregia forma, Id est formosa & elegans. Terent.And.1.1.

Gens egregia. Virg.1.Æneid.

Egregia & præclara indoles ad dicendum. Cicero 1. de Oratore, In vobis egregiam quandam ac præclaram indolem ad dicendum esse cognoui.

Iuuenis egregia forma. Virg.7.Æneid.

Labor egregius. Seneca Troade,1.2.

Laudem egregiam referre. Virg.4.Æneid.

Memoria egregia. Tacit.lib.4.

Egregiam operam dare alicui. Cic.ad Attic.lib.5 90.

Opus magnum & egregium. Cic.1.de Nat.deor.

Os egregium. Virg.4.Æneid.

Pax egregia. Claud.in Nupt.Honorij, 67.

Progenies egregia. Virg.7.Æneid.

Egregij saporis olcum. Colum.lib.5.cap.8.

Virtutes egregiæ. Catul.in Argonaut.59.

¶Egregius, Comparatiuum. Hoc est præclarius & elegantius, siue magis egregium. Lucret.lib.4,

Nam nihil egregius quàm res secernere apertas A dubiis. Sed antiquum est.

Egregiè, Aduerbium {ἐξόχως} Excellenter. Plin. in Paneg.61, Egregiè Cæsar, quòd lachrymas parentum vectigales esse non pateris. Quasi dicat, Pauci sic facerent.

¶Egregiè. Terent.And.1.1,

Horum ille nihil egregiè præter cætera studebat. Vbi Donatus, Hîc egregiè, valde, nimis significat. Non est ergo ad laudem positum, hæc inquit, vt cætera similiter studebat.

¶Egregiè chara. Terentius Andr. 1.5. Cicero ad Cassium, libro 15.14, Sed tamen quòd ab eo egregiè diligi sensi multo amicior ei sum factus.

Egregiè cordatus homo. Cic.1.de Orat.

Seruus egregiè fidelis. Cic.Q.frat.lib.11.26.

Egregiè fortis & bonus Imperator. Cic.2. de Orat.

In vulgus egregiè gratus. Cicero Attico, libro 2. 37, Quod egregiè non modò iis qui vruntur opera, sed etiam in vulgus gratum sentimus.

Animi natura mobilis egregiè. Lucret.lib.3.

Egregiè subtilis scriptor atque elegans. Cic.de Claris Orat.

Funus egregiè factum. Horat.2.Serm.sat.5.

Egregiè facta ferramenta. Cic.6.Verr.

Res gestæ egregiè. Persius sat.6.

Egregiè instructa & armata classis. Liu.6.bell.Pun.

Egregiè loqui Græcé. Cicero 2.de Finibus, Quum vterque Græcè egregiè loquatur.

Egregiè munitum oppidum. Cæsar 2.bel.Gall.

Egregiè ad miseriam natus. Terent.Heaut.3.1.

Pingere egregiè. Cic.de Claris Orat. Præsertim quum pauci pingere egregiè possint, aut fingere.

Placere egregiè alicui. Cic.Attico, lib.14.318, Dolabellam valde pla-

cere tibi video,mihi quidem egreg é.
Egressus,Vide EGREDIOR.
Egretus , & Aegretus, aut Festus, ex Græco sunt ducta , à surgendo & proficiscendo:Vnde & Nyctegresia,quasi Noctisurgum.
EGVITVRI,Alpinorum populi enumerantur à Plin.lib.3.cap.20.
Egula, egulæ, Genus sulphuris, lanis suffitu mollitiem candorémque inducens. Plin.lib.35.cap.15, Tertio quoque generi vnus tantum est vsus ad fuffiendas lanas , quoniam candorem tantum mollitiémque confert.Egula vocatur hoc genus.
Egurgito,tas,penult.corr. {ἀπορύομαι} significat exhaurio.Plautus in Epid.Atque egurgitem domo prorsus.

E H E

Ehem {ἆ} interiectio est eius qui commotus sit noua re aliqua. Terentius Adelph.3.3,
Ehem,Demea,haud aspexeram te:quid agitur? Idem Eun.1.2,
Quis hic loquitur?ehem,túne eras hic mi Phædria?
Eheu {ἰὼ} Lamentantis , & lachrymantis interiectio. Terentius Heauton.1.1,
Quæso quid de te tantum meruisti? M. eheu.
C.Ne lachruma:atque istuc quicquid est,fac me vt sciam.
Eheu conditionem huius temporis. Cic.Antequam iret in exil.
Eheu quid volui misero mihi. Virg.ecloga 2.
Eho,interiectio vocantis & quærentis responsum, perinde ac si diceremus,O dic,vel ὦ dic mihi,Græcè ὦ εἰπὲ μοι. subauditur enim verbum dic, vel veni, vel aliud simile , vt Ehodum ad me, Id est veni ad me. Terent Hecyra,2 2,
-quæ res te facere id prohibet?
Eho,nunquidnam accusat virum?
Eho,Conturbatæ mentis interiectio. Terent.And.5.4,
-D. coactus legibus
Eam vxorem ducet. M. eho obsecro , an non ciuis est? Terentius Heaut.3.3,
Nónne accedam ad illos? C. eho quæso vna accedundi via est.
Eho,Interiectio vel principium animaduersionem in se poscentis, au repentè cernentis. Terent.Andr.4.5,
Eho Mysis,puer hic vnde est?quisve huc attulit?
Eho.Admirantis. Terent.And.3.2,
Eho an tute intellexti hoc assimulari? Ibidem 5.4,
-propero ad filiam.eho mecum Crito. Hic admiratio est intentionis ad id quod dicturi sumus.
Interrogantis. Terent.Heaut.3.2,
Eho quæso,laudas qui heros fallunt?
Intentionem audientis exposcens. Terent.And.4.1,
Eho,dic mihi,si omnes coniectum hunc in nuptias
Inimici vellent,quod,nisi hoc consilium,darent?
Eho,Vocantis.Plaut.Mostell.10,
Eho,istum puer circunduce hasce ædeis,& conclauia.
Eho tu impudens. Terent.And.4.2. Et in Eunucho,4.4, Eho tu num ego te?
Eho,tu Glycerium hinc ciuem esse ais? Terent.And.5.4.
Eho tu, eho tu , Conuocantis , cum quadam celeritate. Plautus Merc.4.75,
Ehodum similiter interiectio vocantis & simul quærentis vt respondeatur vel aliquid aliud fiat , Græcè ὦ εἰπὲ μοι , vel ἐλθὲ πρός με. Terentius Andr.1.2,
Daue? D. hem,quid est? S. ehodum ad me. Id est,O veni ad me.
Ehodum bone vir. Terent.And.3.5.
Ehodum dic mihi. Terentius Andr.2.1,Hic dic mihi,exprimitur, quod intelligitur superioribus exemplis.

E I

EI. M. vel EIMO. Eiusmodi.
Eiadtiuus ab is, ea, id , aliquando habet qualitatis vim. Terentius in Andria, Esne ego vt aduersus? hoc est,tali, tam bono. In metro plerunque monosyllaba dictio est , sicut cui & huic : licet quandoque etiam duarum syllabarum reperiatur , vbi e modò corripitur , modò producitur.Iuuenal. -iuuenes hortantur vt illam Ire viam pergant, & eidem incumbere sectæ. Lucretius, Scilicet & fluuius,qui visus maximus ei.
Eia {εἶα} Aduerbium est correctionem aliquando significans. Terentius Eunucho,5.9,
-peristi. G. eia,haud sic decet. Idem Hecyra,2.2,
Nunc video in illarum potestate esse te. P. eia verò.
Eia,ne. Terent.Phorm.3.2,
-eia,ne parum leno sies,
Nunquid hic confecit?
Eia,vt.Terent.Heaut.5.5,
-non possum pater.
CH.Eia,vt elegans est.
Eia,Reprehendentis.Plaut.Mercatore,
Pergín' tu autem eia superbe inuchier?
Eia,Hortantis.Plaut.Epid.5. -eia verò age dic.
Eia autem? Repetentis.Plaut.Amph.10,
Inimicos ausa sum semper obtuerier.
L. Eia autem inimicos?
Eia,eia.Plaut.Persa.6,
-ac pol multi esse ita sciunt.
P. Eia. S. eia.
Eia,In principio epistolæ positum. Plin.epist.94,Eia tu,quum proximè res agentur, &c.
Eia age rumpe moras,quo te spectabimus vsque? Virg.4.Æneid.
Eiaculor,penult.corr. eiacularis {ἐξακοντίζω} eiacular, deponens, vel Eiaculo,eiaculas,actiuum,Idem quod iogè vel eminus iaculari. Plin. lib.37. cap.9, Species & colores arcus cælestis in proximos parietes eiaculatur. Gell.lib.16.cap.19, Se in salum eiaculaturæ.

In altum eiaculatus.Ouid.6.Metam.
Repentinas eiaculatus aquas.Ouid.1.Fast.
Fistula aquas eiaculatur.Ouid.4.Metam.
Eiectamentum,Electio.Electitius,Electo,Vide EICIO.
Eiero , eieras, penult. corr. {ἐξάγυμαι} eierare, Quod *recusare iudicem* barbarè dicitur. Cicero 2. de Oratore , Placet etiam mihi illud Scipionis illius qui T. Gracchum perculit , quum & M. Flaccus multis probris obiectis P. Mutium iudicem tulisset , Eiero , inquit, iniquus est.quum esset admurmuratum, Ah,inquit, P.C.non ego mihi illum iniquum eiero,verùm omnibus.Quo loco non desunt qui legant deiero. Vide EIVRO.
Eiicio,eiicis,penult.corr.eieci,penult.prod.eiectum {ἐκβάλλω,ἐξελαύνω} eiicere,Proprièest excludere,& quasi extra iacere.
Eiicere,& excludere.Cic. Terentiæ,lib.14.3,Eiicere nos magnum fuit,excludere facile est.
Expellere,exterminare,eiicere. Cic.pro Milone,Hæc tanta virtus ex hac vrbe expelletur,exterminabitur,eiicietur?
Retinere & Eiicere,contraria. Cic.pro Milone,Memoriam Milonis retinebitis?ipsum eiicietis,& erit dignior locus,&c.
Eiicere foras. Terent.Adelph.1.2. Lucret.lib.4.
Eiicere foras ædibus.Plaut.Asin.4.
¶Eiectus hinc. Terent.Eun.2.2,
-hoc nunc dices,
Eiectos hinc nos.omnium rerum heus vicissitudo est.
Eiicere è vel ex Senatu. Cic. de Senectute, Inuitus quidem feci, vt fortissimi viri T. Flaminij fratrem C. Flaminium è Senatu eiicerem.
Idem pro Cluentio, Eiectus ex Senatu à Censoribus.
Eiicere aliquem à suis diis penatibus.Cic.pro Quinctio.
Eiicere in exilium.Cic.in Parad.
Arenæ in litus eiectæ.Ouid.11.Metam.
Extrudere & eiicere in viam. Cic. 2. de Orat. Atqui inquit Iulius, non nimium liberale hospitium meum dices : nam te in viam , simul ac perpaululum gustaris,extrudam & eiiciam.
¶Eiicere nauem in terram.Cæsar 3.bel.Ciuil.
Ratis eiecta.Ouid.epist.7.
Eiicere se in agros.Liu.6.ab Vrbe. Cic.7.Verr.Iam sese in terram è naui eiecerat.
Eiicere sese ex oppido vel syluis. Liu.8.bel.Pun. Frequentes ex oppido sese eiecerant.
Se eiicere,fuósque secum educere.Cic.1.in Catil.
Eiectus è mari.Plaut.Rud.7.
Eiectus apud Andrum naui fracta. Id est naufragium passus est Terent.And.5.4.
¶Eiicere animum patris de aliquo. Terent.Heaut.5.2.
Eiicere ex animo amorem instum.Cic.pro Rosc.Amer.
Eiicere animi mollitiem. Terent.Eun.2.1,
Eiiciunda hercle hæc mollities animi,nimis me indulgeo.
Eiicere ex animis memoriam alicuius.Liu.8.bel.Pun.
Eiiciam ex eis crepitum polentarium.Plaut.Curcul.7.
¶Eiicere dicitur mulier,subaudi partum. Vlpian.in l.Si seruus seruum.§.Si mulier pugno. D.Ad legem Aquiliam,Si mulier pugno,vel equa ictu à te percussa eiecerit:Brutus ait Aquilia teneri quasi ruperit ἐκτρώσασα. Vnde vulua eiectitia.
¶Turpius eiicitur , quàm non admittitur hospes.Ouidius 3. Trist. elegia 7.
¶Eiectum,extensum Nonio. Virg.lib.10,
-eiectóque incumbit cernuus armo.
¶Eicit,pro Eiicit.Eicit autem dysyllabum est,vt Reice apud Virg. Menal.
Tityre pascentes à flumine reice capellas. Lucret.lib.3,
Nec radicitus è vita se tollit,& eicit. Idem lib.4.
Eicit enim sulci recta regione,viáque Vomere,&c.
Eiecto , eiectas {ἐκβάλλω} eiectare , Frequent. Plautus Merc.4, Ne hic te opprimeret imprudentem, atque eiectaret.
Arenas eiectare.Ouid.5.Metam.
Cruorem manantem ex ore eiectare.S.Iiib.10.
Fauilla eiectata.Ouid.2.Metam.
Eiectio , Verb. {ἐκβολή} Cic.ad Attic.lib.2.33, Sed mortem & eiectionem,quasi maiora timemus,quæ multo sunt minora.
Eiectitius, Adiectiuum {ἐκβλητικός} vt Vulua eiectitia. Plin. lib.11. cap. 27, Vulua eiecto partu melior quàm edito. eiectitia vocatur illa, hæc porcaria.
Eiectamentum,pro excremento,vel re eiecta {ἐκκριμα.} Tacitus de moribus Germ. Diu quinetiam inter cætera eiectamenta maris iacebat. De succino loquitur.
Eiectus,eiectus,eiectui.Lucret.lib.4,
Altior,atque foras eiectus largior eius,
Et diuisior inter se,ac distractior intus.
Eiecta, Absolutè apud Iurisconsultos dicuntur, quæ vel leuandæ nauis gratia mari committuntur , donec fors ea saluata restituat : vel quæ incendij caussa sub dium emittuntur , priori domino , qui ea abiecit restituenda , vt qui animo ea possidere interim non desistit , vt vulgatis legibus sub titulo ad leg.Rhod de iact. & de acquir.rer.dominconstat.
Eicosaedrum , figura est solida , quæ triangulis viginti æqualibus & æquilateris continetur Euclid.2.Element.
Einateres {εἰνάτερες} apud Græcos dicuntur duorum fratrum vxores, quod vno verso ait Modestinus. Idem Homerus significat,Ἡσιόδῳ γαλόων,ὃ εἰναετέρων ἐκπάγλων.l.4.§.4.D.de grad.affinit.
EION, Eionis {ἠιών} Locus est in Taurica Cherroneso , cuius meminit Plin.lib.6.cap.6. ¶Stephano item Eion oppidú est Macedoniæ iuxta Pieriam,quæ alio nomine Amphipoli dicitur.
EIONES {ἤιονες} Vicus quidam erat,quem eiectis incolis Mycenæi nauium receptaculum instituere : quo deinde vastato,ne statio quidem ipsa manet.Hæc Strabo lib.8.
EIONEVS {ἠιονεύς} vnus è Græcorú princip.qui ad Troiam profecti sunt, ab Hectore

ab Hectore interfectus,teste Homero. ¶Alter fuit eiusdem nominis Thrax,& pater Rhœsi regis, qui noctu à Diomede & Vlysse interfectus est,eodem Homero teste,libro Iliad.10.
Eiulo,eiulas,pen.corr.{ἀναθύρομαι,κλαυθμυρίζομαι} eiulare. Est voce sublata flere: quod magis mulierú est proprium. Plaut.Aulul.25, Quinam homo hic ante ædes nostras,eiulans conqueritur mœrens? Cicero 2. Tusc.ul.Ipsum enim Herculem viderat in OEta magnitudine dolorum eiulantem.
Eiulatio , Verbale {κλαυθμύρισμος} Ploratus rationis expers. Plautus Capt.5,
1.Eiulatione haud opus est,oculis multa miscra cuditis.
Lugubris eiulatio.Cic.2.de Legib.Vide LVGEO.
Virilis eiulatio.Horat.Epod.10.
Eiulatus,huius eiulatus,pen.prod.Idem {κλαυθμυρισμός.} Cic.de Aruspresp. Non sunt illi eiulatus & gemitus Philoctetæ, &c. Idem 2. Tusc.ul.Ingemiscere nonnunquam viro concessum est,idque raro : eiulatus verò ne mulieri quidem.
Hunc eiulatum quem gemis , cuncti gemunt. Seneca Hercule OEtheo,374.
Eiuncidus,pen.corr. Adiectiuum,Debilis,gracilis,languidus,& valde iunceus. Varro lib.1. de Re rust.cap.31, Eiuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile.
Mulier eiuncida. Varro lib.2.de Re rust. cap. 10, Audij te dicere, quum in Liburniam venisses, te vidisse matresfamiliás eorum,afferre ligna,& simul pueros quos alerent,alias singulos,alias binos,quæ ostenderent fœtas nostras quæ in conopeis iacent dies aliquot, esse eiuncidas ac contemnendas. Sic enim legunt docti.
Vitis eiuncida.Plin.lib.17.cap.22,Aliás festinatione pariendi gracilis & eiuncida, ni cohibeatur castigatione tali, in fœtum abeat tota. Vbi vulgò legitur emucida.Est autem vitis eiuncida,gracilis,languida,debilis,macra.
Eiuro,eiuras,pen.prod.{ἐξόμνυμι,ἀποδιόρκομαι} eiurare,Est quod vulgò dicitur *renuntiare*. Plin.Iun.lib.1.epist.pen.Et quasi eiurato magistratu priuatum me facerem.
¶Eiurare , pro eo quod *recusare iudicem* barbarè dicitur , vel tanquam iureiurando testari se recusare.Cic.5.Verr.Negotiatores purát esse turpe id forum sibi iniquum eiurare,vbi negotietur:Prætor prouinciam suam totam sibi iniquam eiurat.
Imperium eiurare. Tacit.lib.19, Prævenerat rumor, eiurari ab eo imperium.
Magistratum eiurare. Tacit.lib.12. Id est deponere.
¶Eiurare bonam copiam,est iurare sibi copiam non esse æris alieni dissoluendi.Cic.lib.9.epist.ad Patum, Tu autem quod mihi bonâ copiam eiures,nihil est. Tum enim quú rem habebas,quæstiunculis te faciebam attentiorem. Vnde apud Varronem, lib.6.de Ling. Lat. Restituendum verbum putauerim,quod vnius literæ ademptione ominem sensus gratiam perdidit.Sic enim ait,Liber qui operas suas in seruitute pro pecunia quam debeat dat , dum solueret, nexus vocatur.Hoc C.Popilio rogante,Sylla Dictatore sublatum,ne fieret,& omnes qui bonam copiam iurarent , ne essent nexus dissoluti. Quod multo planius erit,si eiurarent, legas, vt sit sensus, Si iureiurándo negarent sibi facultatem dari eo se ære liberandi.
Eiuratio, Verbale {ἐξόμνυσις} Festo Pompeio significat id quod desyderetur non posse præstari.Plautus,Eiurauit militiam.
¶Eiuratio,pro *resignatione*, apud Valer.lib.2.cap.2. de L. Quintio Cincinnato,Ignominiosa Consulú eiuratione. Paulo antè dixerat, Consulatum deponere coegit.
Eiusmodi,pen.corr. {τοιόσδε} Nomen indeclinabile,compositum ex (eius) genitiuo (IS) pronominis, & (modi) genitiuo nominis MODVS. Terent.And.1.1,
Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi,&c. Cic.1.Academ.
Nihil enim eiusmodi celare possumus.
Genus belli est eiusmodi quod maximè vestros animos excitare atque inflammare debet.Cic.pro Lege Manilia.
Eiusdem modi: cui opponitur Dissimilis. Cic.4.Acad. Alios dissimiles,alios eiusdem modi mundos esse.
Eius generis. Plinius lib.12. cap.1, Ceu verò non alia eius generis esset in Cypro.

E L A

Elabor,pen.prod.elaberis,elapsus sum {ἐξολισθάνω, διαφθείρω, διαπίπτω, ἐκπερόλλω} elábi,Effugere.Virg.2.Æneidos,
Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites. Plancus ad Cicer. lib. 10.23,Magno cum dolore parricidarum elapsus sum iis.
Elabi & abire. Cic. 1. de Diuinat. Nam quum dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetiuisse manibus , quum se conuoluens sol elaberetur & abiret.
Excidere casu aliquo & elabi. Cicero 1. in Catilin. Idem pro Domo sua, Ex isto ore,religionis verbum excidere aut elabi potest,&c. Cum vinclis elapsus.Stat.6.Thebaid.
Pugnam,aut vincula elapsi.Tacit.lib.1.
Custodias Vitellij elapsum. Tacit.lib.19.
Elabi,de,vel è,siue ex manibus.Cic.ad Att.lib.1.11. Et lib.10.195,
Elapsus è soceri manibus ac ferro. Idem pro Murena.
Elapsus ex prælio.Cæs.5.bel.Gall.
Elabi inter tela & gladios alicuius.Liu.1.ab Vrbe. Et libro 8.bel. Pun.Elabi inter tumultum.
Sinuoso flexu elabi.Virg.1.Georg.
¶E memoria elabi.Author ad Heren.lib.3.
¶Elabi ex criminibus.Cic.4.Verr. Idem 3.Verr.Idcirco te ex hoc crimine elapsum esse arbitrabare?
Elabi suspicione. Cic. 3. Verr. Satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare , si quibus pecuniam credebas , iis expensum non ferres?
Ex confessione insciti æ suæ non potuit vrbanius elabi. Quintil. lib.2.cap.11.
¶Elabitur mos & disciplina de manibus. Cic.pro Flacco, O morem præclarum , disciplinámque quam à maioribus accepimus , siquidem teneremus:sed nescio quo pacto de manibus elabitur.
¶Elabitur assensio. Cic.1. Tusc. Sed nescio quo modo dum lego, assentior : quum postea librum, & mecum ipse de immortalitate animorum cœpi cogitare,assensio illa omnis elabitur.
Elapsus {ἐξωλισθηκώς} Participium. Cic.2.de Nat.deor. Quod quum ex vtero elapsum excidit.
Elapsa ex oculis hominum anguis. Liu.6.bel.Pun.
Elapsi corporibus animi. Cic.in Somnio Scip.Nam eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt,&c. corporibus elapsi circú terram ipsam volutantur.
Elapsa est spes.Plaut.Capt.12.
Elapsa verba reprehendere.Ouid.epist.11.
Imperfecta tibi elapsa est,ingratáque vita.Lucret.lib.3.
Elaboro,elaboras,pen.prod. {σκυπτόω,ἐκπονέω,ἐκπεζεργάζομαι,σπουδάζω} elaborare,Summo labore & diligentia eniti, conari. Cic. Nihil mihi ita elaborandum est,quàm vt consilia nemo intelligat.
Elaborare & elucubrare. Cic.de Claris Orat.Deinceps inde multæ quas non minus diligenter elaboratas etiam quàm elucubratas afferebamus.
Elaborare & efficere. Cic.Pæto,lib.9.16,Sed tamen quicquid elaborari aut effici potuerit ad istorum benevolentiam concilandam & colligendum,summo studio me consequutum esse,&c.
Eniti & elaborare.Cic.Capitoni,in Epist.ad Attic.lib.16.343,Apud hominem facillimum atque humanissimum Planeum enitere , elabora,vel potius eblãdire, effice, vt Plancus quem spero optimum esse,sit etiam melior opera tua.
Elaborare ad iudicium alterius.Cic.1.de Fin.Sed neque tam docti tunc erant,ad quorum iudicium elaborarent.
Extempore elaborare. Cic. de Petit. Consul. Tamen ex tempore elaborare eius causa cui debent & volunt,facilè possunt.
De industria, non ex insidiis, sed apertè ac palàm elaborare. Cic. in Orat.
Elaborare in. Cic. 1.Offic. Ad quas igitur res aptissimi erimus , in his potissimum elaborabimus.
Elaborare in disciplinis,& illis studere. Cicero 1.Verrina, Si optimis à pueritia disciplinis atque artibus studuisses , & in his elaborasses:si,&c.
Elaborare in aliquid.Quintil.lib.2.cap.8.
In literis elaborare.Cic.de Senect.
Desudare & elaborare in re aliqua. Cic.de Senect.Hæ sunt exercitationes ingenij,hæc curricula mentis, in his desudans atque elaborans,corporis vires non magnopere desydero.
Contentione & dimicatione in aliqua re elaborare. Cic.Curioni, libro 2.5.
In re aliqua separatim elaborare.Cic.1.de Orat.
¶Elaborare aliquid, pro Artificio excolere. Plin.lib.34.cap.3. Sic Elaborata ars apud eundem lib.25.cap.12.
Elaborare saporem dicuntur epulæ.Horat.3.Carm.ode 1.
Instituere & elaborare orationem.Cic.pro Cælio,Oratio & bonis artibus instituta,& cura & vigiliis elaborata.
Ornare & elaborare versus. Cic. in Orat. Omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus.
Elaborari dicitur locus,qui ædificiis ornatur.Plin.epist.17.
Elaborare vt prosis alicui.Cic.2.de Orat.Non tam vt prosim causis,elaborare soleo,quàm vt nequid obsim.
Elaboratus,pen.prod. {ἐκπεζεργασθείς} Participium. Cic.de Claris Orat.
Hæc est à Græcis elaborata dicendi vis atque copia.
Elaboratus amor.Horat.Epod.14.de Anacreonte,
Cui persæpe caua testudine fleuit amorem
Non elaboratum ad pedem.
Concinnitas elaborata. Cic. in Orat. Ne elaborata concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifestò deprehensum appareat.
Curriculum industriæ alicuius elaboratum. Cic.7.Philipp.Omne enim curriculum industriæ nostræ in foro,in curia,in amicorum periculis propulsandis elaboratum est.
Elaborato à parentibus imperio contentus. Iustinus lib.1. de Nino iuniore. Id est magnis laboribus quæsito & parto.
Elaboratum munus.Cic.ad Attic.lib.13.263.
Elaboratum industria. Cicero pro Lege Manilia , Statuerémque nihil huc nisi perfectum ingenio , elaboratum industria , afferri oportere.
Elaboratio,onis,Verbale {ἐκπόνησις} Author ad Heren.Aliquid sine elaboratione & operæ consumptione inuenire.
ELABOTAS {ἠλαβώτας} Straboni fluuius est, per Antiochiæ campum, qui Pagris subiacet,fluens.Vide lib.16.
Elacata, elacatæ, vel vt apud Festum legitur, elacatena, Genus falsamenti,quod appellatur vulgò *malandrea*.Columel.lib.8.cap.17, Tunt scombri charcharíque, & elacatæ ventriculo : & ne per singula enumerem salsamentorum omnium purgamenta,&c.
ELACATAEVM {ἠλακάτιον} Mons Thessaliæ, Iouis Elacatæi templum habens. Stephan.
Elacteſco, elacteſcis, elacteſcere {ἀναδιαχέομαι} hoc est in albedinem lactis conuerti , & lacteum colorem præ se ferre. Plin.lib.20. cap.21, Mirum, aquam radice ea addita addensari sub dio , atque elacteſcere.Ex vetusto codice legitur lacteſcere.
ELAEA {ἐλαία} Vrbs est Asiæ in Æolia,Pergameorú nauale,quę Cidænis nominata fuit,posita à Menestheo. ¶Est & alia vrbs Eleæ Italiæ, quæ e simplici scribitur,vnde dicuntur Eleæ vel Elitæ:illi verò,Elææ.¶Est & Elæa Phœnicum vrbs inter Tyrum & Sidonem,tanquam amicorum.¶Præterea Elæa nauale Bithyniæ iuxta Mysiam.¶Postremò & lacus quidam Æthiopiæ,& hoc nomine tres insulæ. Stephan. de vrbibus.
Elæomeli {ἐλαόμελι} Olei species , è quodam arboris caudice manans in Syriæ Palmyris , melle crassior, sapore dulci. Eius naturam

& vires vide apud Dioſcorid.lib.1.cap.22.

Elæon {ἔλαιον} Latini oleum vocant: vnde componitur Elæomeli: de quo ſic Plin.lib.23.cap.4, Elæomeli , quod in Syria ex ipſis oleis manare diximus, ſapore melleo, non ſine nauſea, aluum emollit.

Elæones {ἐλαιῶνες} Curator oleo coemendo. Arcad.l.vlt.D.de munerib. & honor. Cura quoque emendi frumenti, olei. Nam harum ſpecierum curatores, quos σιτώνας & ἐλαιώνας appellant, creari moris eſt.

Elæothetium , Latinè vnctorium , & ſumitur pro loco vbi vnctores corpora vngere ſolebant poſt lauationem.

ELAIS, Vna ex tribus filiabus Anij, Apollinis & Rhoûs filij, quæ quicquid tangebant, in triticum, vinum ac oleum ſtatim vertebatur. Author Cæl. Antiq. lect. lib. 7. cap. 15.

ELAINOS {ἐλαῖνος} Montis nomen, prope Phigaliam Arcadiæ vrbem, ſtadiis plus minus triginta, in quo Cereri ſacrum antrum, quam μελαίνην cognominant, id eſt nigram pullamve. Hæc Cæl. Rhodig. lib. 15. cap. 31.

ELAITICA præfectura {ἐλαΐτης νομὸς} Vna eſt ex Ægypti præfecturis, ad dextram Canopicæ foſſæ, à fratre primi Ptolemæi appellata: non ab heroe, vt quidam volunt, è quibus eſt Artemidorus. Verba ſunt Strab. lib. 17.

ELAITICVS ſinus {ἐλαϊτικὸς κόλπος} Cui ex aduerſo Lesbiorum inſula conſurgit. Strabo lib. 13, Poſt Cumam, inquit, ſunt Adæ, deinde poſt ſtadia XL. promontorium nomine Hydra, quod ad aduerſum prouincia Hermatuntem, Elaiticum ſinum efficit. Vide & libr. 12. vbi de eo fit mentio.

ELAMITÆ, pen. prod. {ἐλαμῖται} Dicti ſunt Perſarum principes, ab Elam filio Sem, vt ait Joſephus. ¶ Sunt item Elamitæ, populi ad ſinum Arabicum, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

ELANA {ἔλανα} Vrbs eſt in altero receſſu Arabici ſinus, qui apud Gazam eſt, nomine Elaniticus. Vide Strab. lib. 16.

Elangueo, elangues, elangui {ἐλιπροθυμέω, ἀθυμέω} elanguêre, Languore confici & quodammodo contabeſcere. Plinius de Viris illuſtrib. Quúmque vrbem capere poſſet, in Campaniam diuerſit, cuius deliciis elanguit. Valer. 4. Argonaut. Hæſit verque polo, dubiúſque elanguit alis.

Elanguit cura hominum. Liuius 3. bel. Punic. Hoc eſt, ſegnis & vana fuit.

Differendo deinde elanguit res. Liu. 5. ab Vrbe.

Elangueſco, elangueſcis {ἐκπαλαιόω} elangueſcere, Valde infirmum fieri. Liu. 1. ab Vrbe, Vt elangueſcendum aliena ignauia eſſet. Gell. lib. 2, In quibus eorum omnis vigor animi, corporiſque elangueſcit, & quod Salluſtius ait, effœminatur.

Dictis elangueſcere. Stat. 11. Thebaid.

Cornus elangueſcens, & iam caſura. Sil. lib. 4.

ELANITICVS ſinus in Arabia, cui Læanitæ populi, qui ipſum incolúnt, nomẽ dedere. Quidam Ælaniticum ſcribunt. Vide plura apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Elape, Genus ſerpentis. Plin. lib. 32. cap. 5, Salſamẽtorum cibus prodeſt à ſerpente percuſſis, & contra beſtiarum ictus, mero ſubinde hauſto, ita vt ſub veſperam cibus vomitione reddatur. Peculiariter à Chalcide, Ceraſte, aut quos Cepas vocant, aut Elape, Dipſadéve percuſſis.

Elaphantozographi {ἐλεφαντοζωγράφοι} A Plutarcho in Periclis vita, vocantur pictores qui ebore pingunt.

ELAPHEBOLIA {ἐλαφηβόλια} Feſta celebrabantur menſe Februario ab Athenienſibus, in quibus cerui Dianæ elapheboliæ ſacrificabantur, vnde & menſis ipſe Elaphebolion dictus. Vide ELAPHEBOLION.

Elaphebolion {ἐλαφηβολιών} Menſis nomen eſt apud Græcos, qui noſtro Decembri ferè reſpondet: ita dictus, à ceruorum venatione, qui ex conſuetudine Dianæ eo menſe offerebantur. Gaza tamen Februarium vertit.

ELAPHITES, Inſulæ ſunt numero tres, XII. M. paſſ. à Melita (à qua Melitei canes Callimacho dicuntur) diſtantes, Chióque ac Samo finitimæ. Author Plin. lib. 3. cap. vlt. & lib. 5. cap. 31.

Elaphoboſcon {ἐλαφόβοσκον} Herba de qua Plin. lib. 22. cap. 22. Hanc herbam móſtrauere ceruæ, vt ait idem lib. 25. cap. 8. Officinæ & herbarij, gratiam Dei vocant.

ELAPHONNESVS {ἐλαφόννησος} Inſula Aſiæ. Plin. lib. 5. cap. vlt. Inſulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonneſus, vnde Cyzicenum marmor: eadem Neuris & Proconneſus dicta. Sequuntur Ophiuſa, Acanthus, &c.

Elaphus {ἔλαφος} Placentæ genus eſt, in elapheboliis confici ſolitum ex ſeſamo & farinæ flore. Vide Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 16.

ELAPHVSA {ἐλάφουσα} Inſula eſt ante Corcyram, non procul ab his duabus quæ Paxae vocantur, ad Leucadiam ſita. Author Plinius libro 4. cap. 12.

Elapido, elapidas, penul. corr. {ἐλαΐδιον κεντέω} elapidare, Lapidibus purgare terram, vel lapides amouere. Plin. lib. 17. cap. 47, At in Syracuſano agro aduena cultor elapidato luto ſole perdidit fruges. Budæus legit, Elapidato ſolo lutoſo.

Elapinaita {ἐλαπιναῖτης} Iupiter colebatur à Græcis, hoc eſt conuiualis vel dapalis. ἐλαπίνη enim magnificum & ſplendidum conuiuij apparatum ſignificat, vt eſt apud Athenæum, Euſtachium & alios.

Elargior, elargiris, pen. prod. elargitus ſum {χαρίζομαι} elargiri, Idem quod largiri: niſi quòd compoſitio aliquid addit vehementiæ. Liuius 3. ab Vrbe, Poſſeſſores & magna pars patrum Tribunitiis ſe iactare actionibus, principem ciuitatis, elargiendo de alieno, populare fieri querentes.

Elargiri patriæ, charíſque propinquis. Perſ. ſat. 3.

Elaſſeſco, elaſſeſcis, elaſſeſcere, Laſſum fieri {κατατονῶμαι.} Plin. lib. 16. cap. 25, In arboribus tamen nimia germinatio elaſſeſcit.

Elatè, Vide EFFERO, effers.

Elate, elates, fœm. gen. {ἐλάτη} Genus palmæ. Plin. lib. 23. cap. 5, Palma, ſiue elate, ſiue ſpathe, medicinæ confert germina, folia, corticem.

ELATE, Ciuitas in Locris, non procul ab Opunte, vt ſcribit Plin. lib. 4. cap. 7.

Elaterium {ἐλατήριον.} Plin. lib. 20. cap. 1, Cucumim ſylueſtrem eſſe diximus multo infra magnitudinem ſatiui. Ex eo fit medicamentum quod vocatur elaterium, ſucco expreſſo è ſemine. Succus eſt expreſſus ex eo agreſti cucumere, qui vulgò cucumer aſininus dicitur.

ELATIA {ἐλάτεια} Ciuitas non longè ab Opunte, cuius murum terræ motu vniuerſæ magna ex parte diſcuſſum eſſe ſcribit Strabo lib. 1.

Elatine, elatines, penult. prod. fœm. gen. Herba, quæ folia helxinæ habet, puſilla, piloſa, rotunda, ſempedalibus ramulis quinis ſenísve: à radice ſtatim folioſis: naſcitur in ſegetibus: acerba guſtu. Plin. libro 27. cap. 9.

Elatio, onis, Vide EFFERO.

Elatites, pen. prod. lapis. Plin. lib. 36. cap. 20.

ELATIVM, Ciuitas. Plin. in deſcriptione Hierapolis lib. 5. cap. 26, Vltra Palmyram quoque ex ſolitudinibus iis aliquid obtinet Hemeſa, item Elatium, dimidio propior Petræ quàm Damaſcus.

ELATRIA {ἐλάτρεια} Ciuitas non longè à Cichyro. Strab. lib. 7.

Elatro, elatras, penult. corr. {ἐξωνοῦμαι} elatrare, compoſitum à latrare. Horat. 1. epiſt. 19, Sic mihi prima fides, & verè quod placet, vt non Acriter elatrem. Id eſt omni rabie vociferem ac defendam. Porphyr.

ELATVM, Flumen in Arcadia, quod mulieribus conceptus repræſentare creditur, vt author eſt Plin. lib. 31. cap. 2.

Elatus, Vide EFFERO.

Elatus, pen. prod. Adiectiuum {ἐπιτήδειος, ὑπερήφανος} Excelſus, eminens, ab effero, effers: huic Depreſſus opponitur. Colum. lib. 2. cap. 4, Modò in elatiora, modò in depreſſiora cliui obliquum agi ſulcum oportebit. Interdum etiam per tranſlationem pro ſuperbo ponitur.

ELATVS, Mons nobilis in Zacyntho inſula inter Achaiam & Cephaleniam, quem montem circa Arginuſſam ceruos non excedere, auribus etiam in monte fiſſis, ſcribit Plin. lib. 9. cap. pen. Vide & libro 4. cap. 12.

Elaudo, as, elaudare, Plus quàm nominare. Feſtus.

Elauo, elauas, pen. corr. & antiquè elauis in tertia coniugatione, elaui, elotum, penult. prod. {ἐκπλύνω} elauare, ſiue eláuere: Idem quod lauare, vel perfectè lauare ſignificat. Columella libro 12. cap. 50, Sed quum fuerit oliua elota, reliqua, ſicut ſuprà præcepimus, fieri debebunt.

Elauare ſe bonis, Eſt ſe denudare, ſpoliare, exhaurire: ita vt ſeſe quiſpiam lauiſſe videatur. Plaut. Aſin. 4. Tranſlatio ducta eſt à balneis, in quibus luxu lauandi nonnulli nequiores rem profligabant, & edebant. Comeſum, exportum, exutum, elutum in balneis. Inde heluo, inquit Verrius, qui intemperanter bona ſua conſumit, ab eluendo, quæ vox aſpiratur, vt auiditas magna exprobretur.

E L B

ELBIA, M. Annei Senecæ Cordubenſis vxor fuit, cui liberos peperit in Hiſpania, L. Anneum Senecam, Iunium Annum Gallionem, & Anneum Melam. Vide Sipont.

ELCEBVS {ἐλκεβοῦς.} Ptol. Gallиæ vrbs. Vulgò hodie *Scheleſtad.*

ELDAMARII, Meſopotamiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 26.

ELDANA {ἔλδανα} Ptolemæo Hiſpaniæ vrbs, Donia alio nomine. Vulgò *Duennes.*

E L E

ELEA {ἐλέα} Strab. lib. 6, ciuitas eſt Lucaniæ, à Phocenſibus condita, Parmenidis & Zenonis Pythagoricorum patria, qui ab ea Eleatæ dicuntur. Romani primum Heliam, deinde Veliam vocauere.

ELEA {ἥ ὄσα} Diana cognominata fuit, cuius templum ſitum eſt circa Helos, Alorium ſiue paludem, Arcadiæ ſubiectum. Nam Arcades eius ſacerdotium gerebant. Author Strab. lib. 8.

ELEATAE, Populi Lucaniæ, Eleam vrbem incolentes, quæ & Elia, & poſtremò Velia dicta eſt. Vide ELEA & VELIA.

Eleatici, Philoſophi. Cic. 2. Academ. Eleatici philoſophi à Parmenide & Zenone nominati, qui iidem & Megarici.

Eleatri {ἐλεάτριαι} Vocatores dicuntur regij, vt ſcribit Pamphilus, & repetit Athenæus, addito etiam verbi etymo, ab Eleos, quo menſa ſignatur coquinaria. Dipnocletoras vocat Artemidorus. Sed mox Eleatri quoque núcupati, cibario præfecti miniſterio: quod genus honeſtum cenſebatur, quando Ptolemæum Sotera fuiſſe Alexandri Eleatrum, tradidit Chares. Hoſce tamen Edeatras pronuntiat Sex. Pompeius. Vide Cæl. Rhodig. lib. 25. cap. 24.

ELEAZARVS {ἐλεάζαρος} Viri proprium, qui, vt Ioſephus ſe vidiſſe teſtatur, inſpectáte Veſpaſiano & filiis, annulo ad nares maniaci adacto, eum è veſtigio liberauit. Ex Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 12.

Elecebræ argentariæ, dictæ ſunt ab antiquis meretrices, teſte Feſto, ab eliciendo argento. Locus eſt apud Plaut. in Menæch. vbi nunc legitur, Illecebræ argentariæ.

Electarium, Medicamentum eſt aduerſus venenum cantharidarum vtiliſſimum, cuius deſcriptionem & vſum, vide apud Matthiol. in lib. 6. Dioſcorid. cap. 1.

Electè. Electio, onis, Elector, oris, Vide ELIGO.

Electo. electas, Vide ELICIO.

ELECTRA {ἤλεκτρα} Heſiodo nympha eſt, Oceani & Tethyos filia, vxórque Atlantis: cuius filia quædam etiam Electra dicta fuit, quæ Ioui Dardanum peperit. Virg. lib. 8. Æneid. Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & Author, &c. ¶ Electra, fuit etiam Oreſtis ſoror, filia Agamemnonis, quæ cælibem ad multum ætatis vitàm egit: vnde etiam ab Helena apud Euripidem, πολυχρόνιος παῖς θανὼν, hoc eſt annoſa virgo, per conumeliam appellatur. Inde aliqui Electram dictam volunt, qua ἄλεκτρα, hoc eſt, ſine thalamo: quanquam aliis magis placet à flauo colore, electrúmque referente ita fuiſſe appellatam.

ELECTRYON {ἠλέκτρυων} Amphitryonis frater, & filius Alcæi, vt teſtis eſt Heſiod. in Aſpide.

Electrus, Adiectiuum {ἤλεκτρος.} vt, Tellus Electria, Id eſt Samos: ſortita nomen ab Electra Dardani marte, filia Atlantis. Valer. 2. Argon.

ELECTRIDES {ἠλεκτρίδαι Steph.} Maris Adriatici inſulæ, ſic à Græcis appellatæ, quòd electrum in illis prouenire putarunt, vanitatis Græcæ certiſſimo documento, vt ſcribit Plinius lib. 37. cap. 2. Ouid. lib. 2. Metamorphoſeos,

Inde

Inde fluunt lacrymæ, ſtillatáque ſole rigeſcunt
De ramis electra nouis, &c.

Electrum, electri {ἤλεκτρον} Gemma nigri coloris, quæ vulgò *ambra* dicitur, quanquam & croceum & album inueniatur. Dictum electrũ, quòd apud veteres Græcos ſol Elector dicebatur. Sipontinus ex Plinio ferè, lib. 37. cap. 2.

Electrum, Metalli genus miſtum, nempe quoties in auro quinta argenti portio commiſta eſt. Hoc autem, modò naturale eſt, modò cura fit. quòd ſi quintam portionem excedat, incudibus non reſiſtit. Plin. lib. 33. cap. 4.

Electrum lacrymoſum. Virgil. in Ciri, non ita procul à fine,
Corallo fragili, & lacrymoſo electro.

Electra pinguia. Virg. 8. eclog. Pinguia, quia ſunt rheſinacea.
Stillata electra. Ouid. lib. 2. Metam.

Eledon, eledonis, Polypi genus Heſiodo, ſic dictum ἀπὸ τοῦ ἑαυτὸν ἕλκειν, quòd ipſe ſe rodat: ita vt λ. in nomine, perinde ac vacans legatur. Author Cæl. Antiq. lect. lib. 13. cap. 32.

Electus, Vide ELIGO.

Eleemoſyna, eleemoſynæ, penult. corr. {ἐλεημοσύνη} Miſericordia, ab ἔλεος, quod miſerationem ſignificat.

Elegans, Vide ELIGO.

ELEGIA, Armeniæ ciuitas, quam præterfluit Euphrates, occurrente illi apud eam Tauro monte, nec reſiſtente, vt tradit Plinius libro 5. cap. 24.

Elegia, Arundo vocatur obliqua, non in excelſitatẽ naſcens, ſed iuxta terram fruticis modo ſe ſpargens, ſuauiſſima in teneritate animalibus. Verba ſunt Plin. lib. 16. cap. 36.

Elegea, elegeæ, pen. prod. {ἐλεγεῖα} quum vt Græca dictio ponitur, vltimam longam habet: quum verò vt Latina, corripit eandem: cuius rei rationem grammatici docent. Dicitur autem elegia, quaſi miſerabilis vel miſera. Romani autem id genus carminum quod cum lamentatione adcanitur mortuis, nænìam nuncupauerunt. Vnde tractum, vt epitaphia quoque defunctorum, elegis verſibus conſeribantur. Ouid. 3. Amor. eleg. 1,

Flebilis indignos elegeia ſolue capillos: &c. Idem,
Blanda phareteratos elegeia cantat amores. Stat. lib. 1. Sylu. 2,
Quas inter multum petulans elegea propinquat.

Elegiacus, Adiectiuum. vt, Elegiacum carmen. & Elegiographus, elegiarum ſcriptor, qui ſcilicet poemata conſcribit alternis verſibus, hexametris & pentametris, quo in genere poematis primam apud Græcos palmam meritus eſt Callimachus: apud Latinos, Ouidius.

Elegia, elegiorum {ἐλεγεῖα} pro Carminibus elegis. Plautus Mercat. 7, Occentent noctu ad oſtium, meæ impleantur carbonibus elegiorum fores.

Elegidion, elegidij, n. g. {ἐλεγείδιον} Diminutiuum. Perſ. ſat. 1,
-non ſiqua elegidia crudi
Dictarunt proceres.

Elegus, pen. corr. Adiectiuum {ἐλεγεῖος} vt, Elegus verſus: Flebilis. Horat. 1. Carm. ode 33, ad Tibullum,
Albi ne doleas plus nimio memor
Immitis Glyceræ, neu miſerabiles
Decantes elegos.
Vela elegorum. Ouid. 2. Faſtorum,
Nunc primum velis elegi maioribus itis.
Exigui elegi. Horat. in Arte.
Imbelles elegi genialis muſa Valete. Ouid. 3. Amor. eleg. 14.
Leues elegi. Ouid. 2. Amor. eleg. 1.
¶ Componere elegos. Ouid 3. Amor. eleg. 14.
Miſerabiles elegos decantare. Horat. 1. Carm. ode 33.
Emittere elegos. Horat. in Arte,
Quis tamen exiguos elegos emiſerit author,
Grammatici certant, &c.
Reſumere elegos. Ouid. 2. Amor. eleg. 1.

ELEI, pen. prod. {ἦλεῖοι} Populi ab Elide dicti in Peloponneſo clariſſimi, propter delubrum Iouis Olympij, ludóſq; Olympicos, quorum præfecturam Elei habuerunt. Vnde Elei equi, & Eleus carcer ſæpe leguntur. Lucan. lib. 1. Vide Strab. lib. 8.

Eleis, idis {ἠλεΐς} Mulier bacchans, quæ Thyas & Mænas dicitur. Ouid. epiſt. 4,
Nunc feror, vt Bacchi furiis Eleleides actæ,
Quæque ſub Idæo tympana colle mouent.

Eleleus, pen. corr. trium ſyllabarum {ἐλελεῦ} Vnum è Bacchi nominibus, ab ἐλελεῦ adhortantis interiectione ſeu acclamatione, qua in Orgiis atque in bellis vti ſolebant. Sanè ἐλελίζω clamo in bello dicitur. Ouid. 4. Metam. in Catalogo nominum Bacchi, Nyctelióque, Eleleúſq; parens, & Iacchus, & Euan. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 17, hoc nomen tribuit etiam Apollini.

Eleliſphacos {ἐλελίσφακος} Herba eſt notiſſima, Latini ſaluiam vocant. Vide in SALVIA.

Elementum, elementi {στοιχεῖον} principium omnium rerum. Ab elementis res omnes ſumunt incrementum, & in ea reſoluuntur. Cic. 1. Acad. de aqua, igni, aere, & terra loquens, Ergo illa initia, & vt è Græco vertam, elementa dicuntur.

Elementa ſunt quatuor, ignis, aer, aqua, terra. Plin. lib. 15. cap. 27. Et dicuntur elemẽta, vt quibuſdam placet, ab alendo. Alij, quaſi eleuamenta dici volunt, eo quòd ex ipſis cætera originem ſumant, initia videlicet & fundamenta creaturarum. Alij, elimenta per literam, quaſi fabricamenta, ex eo quod eſt elimo, elimas, quòd ex eis fabricata ſint omnia.

¶ Elementa, literarum notę, eo quòd ſint principia orationis. nam ex literis ſyllabæ, ex ſyllabis dictiones, ex dictionibus orationes cõficiuntur. Inde Elementa puerorum. Cic. 1. de Orat.

Moleſtiæ elementorum. Quintil. lib. 2. cap. 3, Mediocritas præceptoris ad ſuſcipiendas elementorum moleſtias minus ſuperba.

Primæ indolis elementa. Stat. 2. Achil.

Acuta elementa, Vide ACVO.

Grandia elementa. Ouid. 1. Metam.
Prima elementa. Horat. 1. Serm. ſat. 1.
Prima literarum elementa. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Tractare prima elementa. Quintil. in Proœm. lib. 1.
¶ Irarum elementa mearum. Sil. lib. 3.
Elementa loquendi. Cic. 4. Acad.
Rationis elementa inire. Lucret. lib. 1,
Vitiorum elementa. Iuuen. ſat. 14.

Elementarius {στοιχειώδης} Quod ad elementum pertinet.

Elemẽtariæ literæ: pro Literis alphabeti. Iulius Capitolinus, Puer literis elementariis & calculo imbutus.

Elementarius ſenex, qui adhuc in primis elementis inſtituitur. Seneca epiſt. 36, Turpis & ridicula res eſt elementarius ſenex.

Elæmporia {ἐλαιεμπορία} Olei coemendi cura. Arcad. l. vlt. §. 2. D. de muner. & honor. Elæmporia, & oſpratura, apud Alexandrinos patrimonij munus exiſtimatur.

Elenchus, elenchi, m. g. {ἔλεγχος} Vnionis genus. Plin. lib. 9. cap. 35, Et procerioribus ſua gratia eſt, elenchos appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, & binos ac ternos auribus, fœminarum gloria eſt. Iuuenalis ſat. 6,

-turpe putat nil
Quum virides gemmas collo circundedit, & quum
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

¶ Elenchus Græcè idem ferè quod σύλλογος, id eſt vt in epiſtolis ad Atticum ſcribit Cicero, quaſi comprehenſio: ſed Latinè index, ἀπὸ τῆ ἐλέγχειν, quod ſignificat arguere ac patefacere: id quod ſolent indices, ab indicando nominati. Hæc vox reperitur in principio primi libri Plinij, vbi ſic legitur ex veteribus exemplaribus, ſtatim poſt Præfationem, C. Plinij Secundi hiſtoriarum mundi elenchos librorum omnium. Hæc Hermolaus.

Elenchicus, pen. corr. {ἐλεγκτικὸς} Adiectiuũ. vnde Elenchici libri. Quintil. lib. 2. cap. 6, Sed alij ſunt eius ſermones ad coarguendos qui cõtra diſputant, compoſiti, quos ἐλεγκτικοὺς vocant. alij ad præcipiendum, qui διδασκαλικοὶ appellantur.

Elenium, Herba, de qua ſic Galen. Elenij herbæ radix maximè eſt vtilis, non primo ſtatim occurſu excalfaciens, ac proinde dicenda eſt non calida exactè & ſicca, ceu piper, cum atrum, tum candidum, ſed cum recrementitio humore. Hæc ille libro 6. de Simplic. medic. facult.

Eleo, eles, eleui, eletum, pen. prod. {ἐλεύω} elêre, Maculare. Lucil. lib. 6, Si hic veſtimenta eleuit luto, ab eo riſum magnum ad cachinnum impudens ſubiicit. Nonius.

ELEON {ἔλεον} Bœotiæ oppidum in ora infrà Thebas, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 7. ¶ Eſt & aliud oppidum hoc nomine in Macedonia, haud longè diſtans à ſinu Thermaico, de quo idem Plin. libro 4. cap. 10.

Eleoſelinum {ἐλεοσέλινον} in humẽtibus & paluſtribus locis naſcitur, caule & foliis ſatiuo apio maioribus, rarioribuſque: à nonnullis Paludapium nominatum. Ex Mathiol. Senenſ. apud Dioſcor.

Elephã, Poculi ſpecies apud Damaxenum, referente Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. eod.

Elephantia, elephantiæ, ſiue Elephantiaſis, huius elephantiaſis, f. g. {ἐλεφαντίασις} eſt ceu lepræ quoddam genus, elephantorum cuti ſimile. Origo morbi ex atra bili non quidem omni, ſed retorrida. Hæc Hermolaus in Plinium. Plin. lib. 20. cap. 10, Badem in aceto decocta, contra elephantiam proficit. Idem lib. 26. cap. 1, Diximus elephantiaſin ante Pomp. Magni ætatem non accidiſſe in Italia, & ipſam à facie ſæpius incipientem: in nare prima veluti lenticula, mox inualeſcẽte per totum corpus, maculoſa, variis coloribus, & inæquali cute, alibi craſſa, alibi tenui, dura ceu ſcabie aſpera, ad poſtremum verò nigreſcente, & ad oſſa carnes apprimente intumeſcentibus digitis in pedibus manibúſque. Ægypti peculiare hoc malum. Vide Celſ. lib. 3. cap. 25.

Elephantia alba. Plin. lib. 25. cap. 5, Medetur ita comitialibus morbis, vertigini, melancholicis, inſanientibus, lymphaticis, elephantiæ albæ, lepris, &c.

Elephantiacus, penul. corr. Adiectiuum. Firmicus lib. 8. cap. 19, Viceſima tertia pars Arietis ſi in horoſcopo fuerit inuẽta, ſtrumaticum faciet, exulcerata maculatum labe poſſeſſum, vel certè elephantiaca contagione maculatum.

Elephanticus, penul. corr. Qui elephantia laborat. Firmic. lib. 8. cap. 28, Sexta pars Capricorni ſi in horoſcopo fuerit inuẽta, homines faciet qui tandem miſerabiliter elephantici moriantur.

ELEPHANTINA, Inſula Nili ſupra Syenen, oppidum habens eiuſdem nominis, & puteum ad Nili ripam ex eodẽ ſaxo, in quo Nili incrementa ſolent incidi. Vide Strab. lib. 17.

Elephantini, Libri triginta quinque numero erant, in quibus tribuũ & tribulium continebantur nomina. Scribit tamen in Tacito Flauius Vopiſcus, in libris hoc genus ſolita perſcribi ſenatuſconſulta quæ ad principem pertinerent. In Vlpia verò bibliotheca ſeruabantur hi. Ex ampliudinis autem ratione ab Elephante hoc nomen ſortiti ſunt, teſte Cæl. Rhodig. lib. 21. cap. 22.

ELEPHANTIS, Nili inſula eſt. Plin. lib. 5. cap. 9, Elephantis inſula infra nouiſſimum cataractem, nauigationis Ægyptiæ finis. Ibi Æthiopicæ conueniunt naues. nanque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum eſt. ¶ Eſt & Elephantis, viri poetæ nomẽ, cuius meminit Martial. lib. 12. ad Sabellum,
Nec molles Elephantidos libelli.

Elephantiſtes {ἐλεφαντίστης} Ariſtoteli elephantorum moderator, quẽ Plutarchus elephantarchen vocat, teſte Cælio Rhodiginio libro 13. capite 18.

ELEPHANTOPHAGI {ἐλεφαντοφάγοι} Aſiæ populi, elephantorum venationem exercentes, de qua & quo pacto fiat vide Strab. lib. 16.

ELEPHAS, Arabiæ mõs in mare expoſitus prope Daphnum portum, & fluuialem regionem, quæ Apollinis dicitur. Vide Strab. lib. 16.

Elephas,pen.corr.elephantis, m.g. & Elephantus,elephanti {ἐλέφας} Maximum animalium terrestrium , inquit Plinius lib.8. cap.1. Cic. 5.Philipp.
Elephanto belluarum nulla prudentior.Cic.1.de Nat.deor.
Elephantorum acutissimi sensus.Cic.2.de Nat.deor.
Anguimani elephanti. Lucretius libro 2. Sic dicti, quòd manum siue proboscidem flectunt ac contorquent vt angues propria corpora.
Getulus elephas.Lucan.lib.6.
Indicus elephas. Martian.Capella lib.9,Elephantes Indicos organica permulsos detineri voce compertum.
Libycus elephas.Lucan.lib.6.
Nigrantes elephanti.Sidonius in Burgo Pontij Leontij.
Elephantes in ordinem constituere,Vide CONSTITVO.
Vires elephantis desyderare. Cic.de Senect.Nec nunc quidem vires desydero adolescentis, &c. non plus quàm adolescens tauri aut elephantis.
Manus etiam data elephanti. Cic. 2. de Nat. deor. Manum vocat proboscidem,seu rostrum oblongum,quo vtitur vice manus.
Elephanti corio circuntregi, Prouerbiali figura pro nihil sentire. Nam cum elephanti corium durissimum sit & crassissimum,proinde fit vt elephanti minus sentiant. Plaurus , Herus meus elephanti corio circunrectus est , non suo. Id est herus meus nihil sentit. Turnebus.
¶Elephantus, quâdoque pro Ebore,siue elephanti dente ponitur. Virg.3,Georgicorum,
In foribus pugnam ex auro solidóque elephanto. Idem 3.Æneid. Vide EBVR.
Elephantus candens,Id est Ebur. Virg.6.Æneidos,
Sunt geminæ Somni portæ,quarum altera fertur
Cornea:qua veris facilis datur exitus vmbris,
Altera candenti perfecta nitens elephanto.
Elephantinus, penultima prod. Possessiuum {ἐλεφάντινος} vt, Pellis elephantina.
Elephantinum emplastrum describit Celsl.lib.5.cap.19. Sic autem dicitur,eodem teste,quòd sit percandidum.
ELETI {ἐλάται} Thraciæ populi.Plinio lib.4.cap.11.
Eleuo,eleuas,penult.correp. {ἐπιφέρω,αἴρω} eleuâre,In altum tollere. Plautus,
Capedum lapidem hunc,atque eleua.
¶Eleuare {ἐπαναπλήρωσις,διόρθωσις} Minuere,extenuare,& res gestas verbis deprimere. Vilem item,leuémque aliquem verbis demonstrare. Liu.lib.3.ab Vrbe, Maior,si vana nostra p. c.authoritas ad plebẽ est,vos eleuatis eam. Idem lib.28,Qu.Fabius res gestas in Hispania eleuauit. Cic.de Amic. Est enim varius & multiplex vsus amicitiæ, multæq; causæ suspicionum offensionúmque damnantur : quas tum cuitare,tum eleuare,tum ferre sapientis est. Valer.lib.8.tit.15,Quoniá ipsis voluminibus nomina sua diligenter adiiciunt, vt quod professione eleuant,vsurpatione memoriæ cõsequantur. Eleuant,Id est aspernandum dicunt. Hæc Budæus.
Lepôre eleuare id quod est ab alio obiectum. Cic.2.de Orat. Erat autem tanta grauitas in Domitio,tanta authoritas, vt quod esset ab eo obiectum,lepôre magis eleuandum,quàm contentione frangendum videretur.
Aduersarium eleuare. Cic.2.de Orat. Quòd frangit aduersarium, quòd impedit,quòd eleuat,quòd deterret,quòd refutat,&c.
Eleuare ægritudinem. Cic.3. Tusc.ul.Nihil est enim quod tam obtundat,eleuétque ægritudinem,quàm,&c.
Authoritatem eleuare. Liu.lib.7.Decad.4,Cuius authoritatẽ perpetuo tenore vitæ partam,toga candida eleuabat.
Famam eleuare. Tacit.lib.4,Simul eleuat famam aduersæ pugnæ.
Eleuare verbis famam vrbis captæ.Liu.6.bel.Pun.
Eleuare ignominiam. Liu 4. ab Vrbe, Itaque triumphus negatus: cæterùm ob Sempronianæ cladis eleuatam ignominiam , vt ouans vrbem intraret,concessum est.
Index,indiciúmque eleuabatur.Liu.lib.6.Decad.3.
Inuidiam eleuare. Quintil.lib.5. cap.13, Nonnunquam eleuandæ inuidiæ gratia,quæ asperius dicta sunt,eluduntur.
Multitudinis noxam eleuabat. Tacit.lib.5.
Sæuitiam eleuare,pro minuere. Tacit.lib.4,Et præsentem sæuitiã melioris olim fortunæ recordatione eleuabant.
Solicitudines eleuare. Lucius Cic.lib.5.14, Non intelliges duplicari solicitudines,quas eleuare tua te prudentia postulat?
Testimonia eleuare.Quintil.lib.5.cap.7.
Eleuatio,onis {ἀνακαμπής.} Quintil.lib.9.Et illæ eleuationes, videlicet, O dij boni.
Eleus, dictus est Bacchus à Græcis, quasi pius pater, quòd libertatem hominibus præstet.Græci {ἔλεον} misericordem dicunt.
Eleus habitus.Plin.lib.34.cap.8,In mentione statuarum est & vna non prætereunda , licet authoris incerti , iuxta rostra Herculis tunicati , eleo habitu Romæ , torua facie , sentientéque suprema in tunica.
Eleus,Adiectiuum {ἠλεῖος} ab Elide,Vide ELIS.
ELEVS,untis,siue potius Eleûs {ἐλεύς} Strephano, Oppidũ est in Thracia Cherroneso , non procul à Mastusia promontorio. Author Plin. lib.4.cap.11. Eleuntij,huius incolæ dicuntur,siue Elæusij{ἐλαιούσιοι.}
ELEVSA, siue potius Elæusa {ἐλαιοῦσα} Insula est Ciliciæ adiacens, non procul à Cypro,cuius meminit Plin.lib.5.cap.31.
ELEVSIN, eleusinis, Vicus in Ægypto sic vocatus, vbi Grammaticam etiam docuit Callimachus. Suidas in eius vita , {περὶ δὲ συγκαθῆψαι τῷ βασιλεῖ γράμματα διδάσκειν ἐν ἐλευσῖνι κωμιδίῳ τῆς Αἰγυπτίας.}
Eleusinia {ἐλευσίνια} Sacra apud Athenienses in honorem Cereris nobilissima fuere,de quibus, Augustino teste 7.De ciuit. Varro nihil interpretatur, nisi quod attinet ad frumentum, quod Ceres inuenit, & ad Proserpinam , quam rapiente Orco perdidit. Vide plura apud eundem Augustinum lib.eod.7.De ciuit.Dei.

ELEVSINVS sinus {ἐλευσινιακὸς κόλπος.}Strabo lib.8,Ante hanc ripam & Saronicus & Eleusinus sinus iacet, vnus & idem quodãmodo , Hermionico sanè contiguus.
ELEVSIS, & Eleusin {ἐλευσὶς} Ciuitas in Attica prouincia , non longè ab Athenis , in qua regnauit Eleusius , quem Ceres docuit omnem agriculturam: & in ea mystica Cereris celebrabãtur,à qua tota prouincia Eleusina dicta est. Ex Strabone lib.9.
Attica Eleusis.Seneca Herc. OEth.5.
Cerealis Eleusis.Ouid.epist.4.
Eleusinus,Adiectiuum,pen.prod.{ἐλευσίνιος.} vt,Mater Eleusina,Ceres. Virgil.1.Georg.
ELEVTHERAE {ἐλευθεραί} Oppidum Bœotiæ , inter Megaram & Thebas,ex qua Myron ille bucula tantopere nobilitatus,ortum traxisse fertur.Author Plin.lib.4.cap.7. & lib.34.cap.8.
Eleutherius {ἐλευθέριος} Latinè dicitur liberalis, ingenuus, seruator, liberatórq;. Eleutheria libertas. Item Eleutheria,eleutheriorum,libertatis solennia.Plaut.Persa.Basilicè agito eleutheria.
¶Eleutherius Iupiter {ἐλευθέριος ζεύς} quem apud Latinos tum Liberatorem,tum Liberalem,& Libertatis authorem interpretatum legimus,ideò vocatus est,quòd Athenienses à Medis liberauit. Hic tamen & Syracusis cultus fuit,& à Tarentinis, & à Platæensibus, & in Caria. Hyperides orator aliunde dictum existimat. Sic enim inquit, O viri Iudices, hæc quidem Iouis appellatio facta est,vt Eleutherius vocetur, propterea quòd ἐλεύθερος, id est liberti, porticum construxere propinquam. Et certè Plato in Theage , Athenis Eleutherij Iouis porticum fuisse ostẽdit, quum ibi Socratem & Demodocum colloquentes inducit. Templi verò , imò etiam porticus mentio est in œconomico Xenophontis.
ELEVTHERNAE,Cretæ insulæ oppidum, cuius meminit Plin.lib. 4.cap.12.
ELEVTHEROCILICES {ἐλευθεροκίλικες} Asiæ populi.Cic.5.ad Atticum, Eleutherocilices populi in Amano , ne regibus quidem vnquam paruerant. Idem 5.Famil.
ELEVTHEROS {ἐλεύθερος} Flumen est iuxta Orthosiam vrbem,quæ est in radice Libani montis. Plin.lib.9.cap.10, Testudines in Phœnicio mari vitrò veniunt,statuto tempore anni in amnem Eleutherum effusa multitudine.
ELEVTHO {ἐλεύθω} Dea est parturientibus assistere solita , vt Pindaro placet in Olymp.vbi eam & Parcas Apollo iubet adesse Euadne parturienti.De eadem Eleutho meminit & Phurnutus,& Hesychius his verbis,Eleutho vna est Ilithyiarum,& Cereris cognomen apud Tarentinos & Syracusanos.

E L I

ELICE,Oppidum in sinu Corinthio, quod à mari vnà cum Buta altero quoque oppido,haufsum refert.Plin.lib.2.cap.92.
ELICE,Vide HELICE.
Elicio,elicis,penult.corr.elicui,elicitum,pen.corr. vel elexi,electum, Antiquè {ἐξάγω} Elicere,est educere,extrahere.Plaut.Bacch.6,
Vt eum ex lutulento cœno propere hinc eliciat foras.
Domo aliquem elicere.Horat.2.Carm.ode 11,
Quis deuium scortum eliciet domo Lydẽ?
Elicere aluum. Plin.lib.19. cap.5, Sapor autem asper, & medicamenti instar ad eliciendas aluos.
Inferorum animas elicere.Cic.in Vatinium.
Aquas pluuias elicere.Ouid.in Ibin.Hoc est,à Deo impetrare.
Chelin elicere.Stat.1.Achil.
Eliciunt cælo te Iuppiter.Ouid.3.Fast.
Ex terræ cauernis ferrum elicere.Cic.2.de Nat.deor.
Elicere ferrum terræ cauernis.Vide in ABDO.
Fauorem elicere. Tacit.lib.15,Comitante Antonia Claudij Cæsaris filia,ad eliciendum vulgi fauorem.
Suscitare & elicere fontem. Plin.epist.95. lib.4, Nam nescio quod libramentum abditum & cæcum, quod quum exinanitum est,suscitat & elicit fontem:quum repletur,moratur,& strangulat.
Elicere ignem conflictu & ictu lapidum.Cic.2.de Nat.deor.
Iras elicere.Sil.lib.7,
Nequicquam nostras demens,ait,elicis iras.
Elicere lacrymas.Plaut.Trinum.6. Ouid.ad Liuiam,
Denique laudari sacrato Cæsaris ore
Et merui,lacrymas elicuíque deo.
Literas ab aliquo elicere. Cic.Att.lib.9.17i. Et lib.7.13i, Tuas volo elicere literas,maximéque consilium.
Manes sepulchris elicit.Tibul.lib.1.eleg.2.
Sanguinem elicere.Cic.2. Tusc.ul.Iphigenia Aulide duci se immolandum iubet,vt hostium sanguis eliciatur suo.
Elicere sudorem.Plin.lib.24.cap.11.
¶Conquirere & elicere blanditiis.Cicero ad Quint.fratrem,libro 1.2, Conquiri verò & elici blanditiis (vt tu scribis) ad iudicium necesse non fuit.
Elicere multa ab aliquo & cognoscere,&c.Cic.Att.lib.2.37,Multa ab ipso Publio elici,multa cognosci,&c.
Elicere & tanquam exprimere aliquid.Cic.4.Acad.Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt , nisi vt in vtranque partem dicendo & audiendo eliciant & tanquam exprimant aliquid,quod aut verum sit,aut ad id quamproximè accedat.
In quaque re quod probabile videri possit,eliciãdũ.Cic.1.de Orat.
Elicere arcana alicuius.Liu.10.bel.Maced.
Elicere causam immutatæ alicuius voluntatis.Cic.ad Att.lib.1.7.
Præsensionum causas elicere.Cic.1.de Diuin.
Opportunitatem elicere.Cic.1.de Inuent.
Elicere ex membris diuinis prodigia.Liu.1.ab Vrbe.
Elicere sententiam alicuius. Cic.ad Attic.lib.7.12i, Tamen dabũt operam vt eliciant sententiam meam.
Neruorum elicere sonos.Cic.2.de Nat.deor.Itaque ad pingendũ, fingendum,ad scalpendum,ad neruorum eliciendos sonos, ad tibiarum,apta manus est admonitione digitorum.

Suspicionem

Suspicionem elicere ex re aliqua Cic.2.de Inuent.
Elicere verbum ex aliquo.Cic.1.de Orat.Verbum ex eo nunquam elicere potui de vi ac ratione dicendi.
Elicere verum.Plaut.Persa,4,
-simulabo quasi non videam:ita eliciam Verum.
Elicere vlularum.Cic.2. Tusc.ul.
Vocem elicere. Cic.pro Cælio, Nónne ipsam domum metuet,ne quam vocem eliciat?
Vocem è lateribus & faucibus elicere.Cic.2. Tusc.
¶Elicere,& inuitare,vt. Plinius epist. 195, Qui elicis & inuitas,vt quàm plurima communicare tecum velim.
Propositis præmiis elicere optimum quenque. Cic. pro Cornelio Balbo. Idem 5. Tusc. Nos vellem præmio elicere potuissemus, qui vobis aliquid attulisset,&c.
Elicere ad colloquium. Liuius 5. ab Vrbe, Ad colloquium vatem elicuit.
Aliquem ad disputandum elicere.Cic.2.de Orat.Quem ego toties omni ratione tentans,ad disputandum elicere non potuissem.
Elicere præmio,siue præmiis. Cic.pro Corn. Balbo, Poteſtne igitur nostra maiestas à Gaditanis benignè conseruari , si ad eam retinendam Gaditanos præmiis elicere non possumus?
Elicere ad pugnam. Liu.4.bel.Maced.Id est perrahere,siue adducere. Cæs.3.bel.Ciuil.
Elicere in.Cæs.5.bel.Gall. Idem lib.8,Eodémque equites postero die mittunt,qui primùm nostros elicerent in insidias,deinde circunuentos aggrederentur.
Elicitæ gaudio lacrymæ.Paterculus lib.2.
¶Voce mea voces eliciente Dei.Ouid.1.Fast.
¶Acribus est stimulis eliciendus amor.Ouid.2.de Arte.
Elicienda est responsio.Cic.1.de Inuent.
Electo,electas {ἐξαιρέω} electare, Idem quod elicere,vt ait Fest. Plaut. Asin.7, Quæ illæc præda essebo aduorsum, atque electabo quicquid est. Magis in vsu est illecto.
Elix,elicis,pen.corr.m.g. {ἄλοφος} Sulcus aquarius qui in segetibus fit. Colum.lib.2. cap.8, Sed quanuis tempestiuè sementis confecta erit, cauebitur tamen vt patentes liras, crebróque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocãt, faciamus, &c. Festus, Elices sulci sunt aquarij,per quos aqua collecta educitur è liris.
Elicius, Adiectiuum {ἐξαγωγός.} vt, Iupiter Elicius ab eliciendis & euocandis fulminibus.Ouid.3.Fastorum,
Eliciunt cælo te Iuppiter:vnde minores
Nunc quoque te celebrant,Elicíumque vocant.
Elichrysum {ἐλίχρυσον} Herba est caule constans recto, æquali,ac ligneo,cubitalem longitudinem non excedente: foliis per interualla emergentibus,abrotoni æmulis: comantibus in cacumine floribus, aureo colore fulgentibus, & in orbẽ vmbellæ modo cohærentibus, corymbacea facie, veluti myriophylli vel agerati : qui exiccati aureũ colorem diutius retinẽt.Hæc Mathiol.ex Dioscor. Elichrysi meminit & Plin.lib.21.cap.25. Et Galen.lib.6.Simplic.medicam.
ELICO , Heluetius quidam fuit, de quo Plin. Produnt Alpibus coercitas,& tum inexuperabili munimento Gallias,hanc primùm habuisse causam superfundendi se Italiæ , quòd Elico ex Heluetiis ciuis earum,fabrilem ob artem Romæ cõmoratus , ficum siccam & vuam, oleíque ac vini præmissa remeans secum tulisset. Hæc ille libro 12. capite 1.
Elido,elidis,pen. prod.elisi,elisum {ἐκθλίβω}elidere,Ex E præpositione,& lædo lædis compositum , Effringere, dissipare. Plaut.Pœnul.6, Hercle tuum iam elidam caput. Liuius 1.bel.Pun.Caput pecudis saxo elisit.
Elidunt fœtus sues.Colum.lib.7.cap.9,Quum sint pariter incluſę, super alias aliæ cubant,& fœtus elidunt.
Fauces elidere.Ouid.12.Metamorphoseos,
-quæ presso subdita mento
Elidunt fauces:& respiramen,itérque
Eripiunt animæ.
Herbas elidere,Id est comminuere & tundere. Varro 1.de Re rust. capite 47.
Elidere ignem è silice.Plin.lib.11.cap.37,Cæteris ossibus leonis est tanta duritia,vt ignis elidatur,velut è silice.
Elidere claua leonem. Sueton.in Nerone,cap.53,Præparatúmque leonem aiunt, quem vel claua,vel brachiorũ nexibus in amphitheatri arena spectante populo nudus elideret.
Ignis elisit nubes.Stat.5. Thebaidos,
Vt verò elisit nubes Ioue tortus ab alto
Ignis,& ingentes patuere in lumine nautæ,&c.
Elidere pactum. Paulus in l.si vnus.§.pactus.D.de pactis.
Elidere naues constratas.Cæs.3.bel.Ciuil.
Elidere omnes neruos virtutis.Cic.2. Tusc.
Elidere alicui oculos.Plaut.Rud.16. Id est extrahere.
Pontum elidere.Lucan.lib.6.
Sibilum elidere. Celsl.lib.4.cap.4, His communia sunt, quòd propter angustias per quas spiritus euadit,sibilum elidit.
Elidere sonum.Plin.lib.11.cap.51,Elephas circa nares,ore ipso ster nutamento simílem elidit sonum.
Spiritum elidere.Celslibro 4.cap.4,Opus est deinde fomentis humidis:nam ficca spiritum elidunt.
Elidere spumam,Colligere.Virg.3.Æneidos,
Ter spumam elisam,& rorantia vidimus astra. Seruius interpretatur exclusam.
Stirpes ægritudinis elidere. Cic. 3. Tusc.ul. Atqui stirpes sunt ægritudinis quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipso trunco euerso, omnes elidendæ sunt.
Victum hostem elidere.Curt.lib.9,Stipitem intentans,elisurúsque eo victum,nisi prohibitus esset à rege. Hoc est hostem superatum.
Viuacémque animam missis elidite syluis.Ouid.12.Metam.
¶Elidi & exanimari.Suet.in Cæsare,cap.39.

Elidi ægritudinibus.Cic.5.Tusc.ul.
¶Elidere,Deiicere. Cic.2.de Republ.vt scribit Nonius,Vt auriga indoctus è curru trahitur,operitur,eliditurq;laniatur.
Elisus,pen.prod.Participium {ἐκτεθλιμμένος.} vt,
Aer elisus.Ouid.1.Metamorphoseos,
-te elisso percussis aere pennis.
Artus elisi.Ouid.14.Metam.
Guttura elisa.Lucan.lib.2,
Hic laqueo fauces elisáque guttura fregit.
Ignes elisi.Ouid.6.Metamorphoseos,
Exiliántque cauis elisi nubibus ignes.
Nubes elisa.Seneca Agamemn.6,
Et nube dirum fulmen elisa micat.
Venter elisus.Lucan.lib.3.
Eligo,eligis,penult.corr.elegi,electum {ἐκλέγω,ἀφορίζω,χειροτονέω,αἱρέτιζω ἐκκρίνω} eligere , Est è multis quorum fiat optio , aliquid assumere. Cic. 4. Academ. Quam potissimum sententiam & disciplinam melius eliget?
Optionem alicui facere vt eligat vtrum velit. Cic.1.Verr.Quoties ille tibi potestatem optionémque facturus sit,vt eligas vtrum velis.
A multis eligere commodissimum quodque. Cicero 2.de Inuent. Quòd si in cæteris quoque studiis à multis eligere homines cõmodissimum quodque, quàm sese vni alicui certo vellent addicere, minus in arrogantiam offenderent,&c.
Eligere de. Varro de Re rust. De asinis quenque amplissimum & formosissimum quem possunt eligunt.
De tribus eligere quem velis.Cic.10.Philipp.
Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus Peripateticus.Cic.in Orat.
Eligere ad munus aliquod. Cic.4.Tusc.Nunquam profectò schollis essent excitati,neque ad illud munus electi.
Eligere in.Cic.Populus elegit sibi in principem Octauium.
In vsus locum eligere.Virg.4.Georgicorum,
-atque ipsos contractus in vsus Eligitur locus.
Stultè eligere.Ouid.epist.15,
Nec piget,aut vnquam stultè elegisse videbor.
Opus eligere.Ouid.3.de Ponto,eleg.9,
Pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. Idem 13.Metam.
Leuius malum eligendum. Cic.Octauio, E duobus autem malis quum maius fugiendum sit,leuius est eligendum.
Electus, Participium {ἐκκριτικός.}Plin.lib.15.cap.29.
Conquisiti atque electi coloni, Vide CONQVIRO.
Feræ electæ. Ouid.12.Metam.
Ex orationibus,vel historiis electi loci. Quintil.lib.2.cap.7.
Electus,Nomen ex participio {ἐκλεκτικός,ἐκλογικός.}Cic.in Orat.Id autem est iudicium electióque verborum. Idem 4.de Finib.
Electè {ἐξαιρετικῶς} Aduerbium.Cic.de Inuent.Electè digerere.
Elegans,pen.corr.elegantis {ἐκλεκτικός,χαριτωτικὸς,ἀκριβὴς} Quidam participium ab eligo esse volunt : vtcunque tamen sit , elegans significat cultum,ornatum,politum.vt
Elegans oratio.Cic.1.de Fin.
Magis elegans,Vide MAGIS.
Mundus & elegans.Cic.2.de Finib.
Elegans & parcus,contraria,Vide Parcus,in PARCO.
Pueri ex elegantissimis familiis lecti.Cic.pro Rosc.Amer.
Facetum,elegans,Oratorium.Cic.2.de Orat.
Artes elegantes & ingenuæ.Cic.3.de Fin.
Eloquentia elegantior. Quintil.lib.1.cap.1.
Iocandi genus elegans,vrbanum,ingeniosum,facetũ.Cic.1.Offic.
Elegans homo (inquit Gell.lib.11. cap.2,) non dicebatur cũ laude,sed id ferè verbum ad ætatem M.Catonis, vitij,nõ laudis fuit. est nanque hoc animaduertere, cum in quibusdã aliis,tum in libro Catonis qui inscriptus est Carmen de moribus,ex quo libro verba hæc sunt, Auaritiam omnia vitia habere putabant:sumptuosus,cupidus, elegãs,vitiosus, irritus qui habebatur,is laudabatur. Ex quibus verbis apparet,elegantẽ dictum antiquis, non ab ingenij elegantia, sed qui nimis læto,amœnóq; cultu, victúq; esset. Postea elegãs reprehẽdi quidẽ desiit : sed laude nulla dignabatur, nisi cuius elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius L. Crasso & Q.Scęuolæ nõ merã elegantiã, sed multa parsimonia mistã laudi dedit. Crassus (inquit) erat parcissimus elegantiũ, Scæuola parcorum elegantissimus. Hactenus Gel.Colum.lib.7.cap.2, Tum etiã casei,lactisq; abundantiam non solùm agrestes saturat,sed etiã elegantium mensas iucũdis & numerosis dapibus exornat. Cic.6.Verr.Vide ne ille non solùm tẽperantia, sed etiã intelligentia te atque istos qui se elegãtes dici volunt,vicerit,
Ingenium iucundum & elegans.Quintil.lib.5.cap.13.
Facetæ & elegans ironia.Cic.de Claris Orat.
Lingua elegans.Catul.epig.40.
Polita,vrbana & elegans oratio.Cic.de Claris Orat.
Elegantem regem narras. Terent.Eunuch.3.1, -hui
Regem elegantem narras. Vbi Donatus,Elegantem,qui ipse sciat eligere:aut ipse sit eligendus.
Egregiè subtilis scriptor atque elegans. Cic.de Claris Orat.Acuti sunt,elegantes,faceti, breues.
Elegans formarum spectator. Terent.Eunuch.3.5,

Quum ipsum me noris quàm elegans formarũ spectator siem? Vbi Donatus, Elegans spectator est, qui sit cunctantis & fastidiosi iudicij, cui non quid placet facilé.

Elegans in cibo. Cic. in Orat.

In dicendo elegans. Cic. de Claris Orat.

Elegans in omni iudicio. Cic. ad Gallum, lib. 7. 24, Planè enim intelligo te non modò studio, sed etiã amore vsum, quæ te delectarint, hominem (vt ego semper iudicaui) in omni iudicio elegantissimum: quæ me digna putaris coemisse.

¶ Elegantius, Comparatiuum. Catul. epig. 13,

Seu quid suauius, elegantiúsve est.

Elegantia ἐκλεκτότης, φιλοκαλία Cultus & ornatus, dicta quòd sit selecta & separata à vulgari opinione. Plin. lib. 26. cap. 14, Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum.

Materies crispioris elegantiæ. Plin. lib. 13. cap. 9.

Elegantia & munditia. Cicero in Orat. Fucati verò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur, elegantia modò & munditia remanebit.

Hominis elegantia. Cic. Attico, lib. 1. 5, Quæ tibi eius loci, & nostri studij & tuæ elegantiæ esse videbuntur.

Morum elegantia. Tacit. lib. 19.

Linguæ subtilitas & elegantia. Cic. 2. de Orat.

Elegantia tinctus, Vide Tinctus, in TINGO.

Elegantia differendi, Elegantia sermonis. Cic. 2. de Fin. Et ad Atticum, lib. 7. 12.

Loquendi elegantia. Cic. de Claris Orat.

¶ Accurata & diligens elegantia. Cic. in Bruto, Latinè loquẽdi accurata, & sine molestia diligens elegantia. Sine molestia dicit: nam molesti esse solent nimis diligentes, vt qui manum de tabula (quod aiunt) tollere nesciant.

Exculta elegantia. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Politior elegãtia. Cic. 3. de Fin. Agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia.

Cum summa elegantia atque integritate viuere. Cic. pro Syl.

Elegantia apud Rhetores, est quæ facit vt vnumquodque purè & aperte dici videatur. Hæc distribuitur in Latinitatem & explanationem. Author ad Heren. lib. 4.

Eleganter, Aduerbium ἐκλεκτῶς, φιλοκάλως Hoc est politè & propriè: vt Eleganter disputare. Cic. 4. Acad. Idem 2. de Fin. Hoc ipsum elegantius poni, meliúsque potuit. Et ad Brutum 15, Tibi is exponet qui & optimè omnia nouit, & elegantissimè expedire, & deferre ad te potest.

Eleganter acta vita. Liu. 5. bel. Maced. Zeno ex principibus vnus, magnæ cum ob eleganter actam vitam authoritatis, tum quòd, &c.

Elegãter acceptus, hoc est laurè & oppiparé. Cic. ad Att. lib. 13. 298, Libertis lautis, seruísque nihil defuit: nã lautiores eleganter accepti.

Eleganter copioséque colligere. Cic. Luceio, lib. 5. 13, Ad consolandum autem cum illa valent, quæ eleganter, copioséque collegisti.

Accuratè eleganterque dicere. Cic. de Claris Orat.

Latinè loqui elegantissimè omnium. Cic. de Claris Orat. Audio illum omnium ferè Oratorũ Latinè loqui elegantissimé. De Cæsare.

Neque distinctè, neque distributè, neque eleganter, neque ornatè scribere. Cic. 2. Tusc.

ELEI Ἦλειοι Populi sunt circa Astaboram & Astapam fluuios incolentes, qui etiam Rhizophagi dicuntur, propterea quòd ex adiacẽte palude eualsis radicibus massulas cõficiunt, & ad solem coctis vescuntur. Author Strabo lib. 16.

Elimino, eliminas, penult. corr. ἐξορίζω eliminare, Eiicere, & veluti extra limen trudere. Ennius Medea, Exule antiqua herilis, fida custos corporis, quòd sic extra ædes eliminatur. Accius Phœnicis, Egredere, exi, effer re, elimina vrbe. Varro Serano, Occipitium Arino deo ostendo, ex oraculo elimino mihi. Nonius.

Dicta foras eliminare. Horat. 1. epist. 5,

-ne fidos inter amicos

Sit, qui dicta foras eliminet.

Eliminare gradus, de qua locutione Fabius, lib. 8. cap. 3.

Elimo, elimas, pen. prod. ἐκπρίω elimare, De aliqua re limare. Plinius lib. 34. cap. 18, Alij elimatam scobem in fictili crudo coquunt in camisnis, donec percoquatur figulinum. Ouid. 4. Metam.

Elimare, per transl. Cic. ad Attic. lib. 16. 334, Velim χρῆσιν elimes ad me, oportuisse te id facere. Idem 4. Acad. Rationes latiore specie non ad tenue elimatæ.

Commodius aliquid elimare. Quintil. lib. 2. cap. 8.

ELIMIOTAE Ἐλιμιῶται Populi Macedonibus vicini, & ab illorum parte stantes, vt refert Strab. lib. 9.

Elimos, Tibiæ genus ex buxo fieri solitæ, quam inuentam à Phrygibus author est Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 7.

Elinguis, & hoc elingue ἄγλωττος Qui sine lingua est.

Elinguis, Qui mutus est, & loqui non potest, etiam si linguam habeat. Cic. pro Flacco, Conuicit, & elinguem reddidit. Idem de Clar. Orat. Præfertim quum Fannius nunquam sit habitus elinguis.

Elinguis curia. Plin. epist. 167, Idem prospeximus curiam, sed curiam trepidam, & elinguem.

Elinguare, Verbum ἐκλαλητίζω Linguam amputare. Plaut. Aulul. 7, Si hercle ego te non elinguandam dedero vsque ab radicibus, &c.

Eliquo, eliquas, pen. corr. ἐκτήκω eliquare, Liquidum facere: quod idẽ colliquare dicitur. vt quum aurum, aut argentum dissoluitur.

¶ Eliquare, pro Ad liquidum purgare. Seneca lib. 3. Natur. quæst. Est in Chersonesо Rhodiorum fons, qui post aliquantum interuallũ temporis fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatúsque est. Colum. lib. 12. cap. 12, Deinde quum sæpius eam in alia vasa transfuderint, & eliquauerint.

Vinum à fæcibus eliquatum diffundere. Columella libro 12. capite 27.

Eliquesco, eliquescis ἐκτήκομαι eliquescere, Liquidum fieri, siue liquefieri. Varro 1. de Re rust. cap. 55, Alia ad cibum eligitur: alia vt eliquescat, ac non solùm corpus intus vngat, sed etiam extrinsecus. De olea loquitur.

Eliquamen, pen. prod. ἔκτηγμα Quod eliquatum est ex re aliqua, vt carne aut piscibus: id autem vulgus vocat *salmuriam* vel *muriam*. Columel. lib. 9. cap. 14, Abstineátque ferè ab omnibus redolentibus esculentis, vt sunt fallamenta, & eorum omnia eliquamina, &c.

ELIS Ἦλις Vrbs in Peloponneso. Cic. 1. de Diuin. Elis in Peloponneso familias duas certas habẽt, Ianũdarum vnam, alteram Glutidarum, aruspicinæ nobilitate præstantes.

¶ Elis, Achaiæ vrbs, vbi curule certamẽ exercebatur in honorem Iouis Olympici. De Elide scribit Plin. in descriptione Achaiæ, libro 4. cap. 5.

Resupina Elis. Stat. lib. 4.

Elim, Messeniáque arua colebas. Ouid. 2. Metam.

Elidis fluuius, Alpheus. Virg. 3. Æneidos,

-Alpheum forma est huc Elidis amnem,

Occultas egisse vias subter mare.

Eleus, pen. prod. Adiectiuum ἠλεῖος. Virg. 3. Georgicorum,

Hic vel ad Elei metas, & maxima campi

Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas.

Labores Elei. Stat. 4. Sylu.

Eliades equæ ἠλειάδες ἵπποι. Virg. 1. Georgicorum,

-Eliadum palmas

Epiros equarum. Epirus creat equas optimas, quæ apud Elidem palmas merentur in Iouis Olympici curuli certamine. Seruius.

ELISA, pen. prod. Ἔλισα Nomen fuit Didonis. Nam Dido lingua Phœnicum virago interpretatur. Quum enim Iarbas Libyæ rex eam vellet vxorem ducere, illa verò negaret, Carthagini bellum intulit. cuius timore quum cogeretur à ciuibus, petiit vt antè placaret manes mariti: & exædificata pyra se in ignem præcipitauit: ob quam rem Dido, id est virago dicta est, quæ virile aliquid fecit. Hactenus Seruius in illud 4. Æneid. Non Libyæ, non antè Tyro despectus Iarbas. Virgil. 4. Æneidos,

-nec me meminisse pigebit Elisæ

Dum memor, &c.

Elisęus, pen. prod. Adiectiuum, Sil. lib. 6.

At noua Elisei iurato fœdera patres

Consultant mandare duci. Id est, Carthaginienses, ab Elisa Didone.

ELISSO, siue Elissa Ἔλισσα, ἡ ἴσατις Fluuius est in Peloponneso, in Elidis & Pisæ terminis labens, de quo Strabo lib. 8.

Elix, Vide ELICIO.

Elixa, Aliquore dicta. Festus.

Elixo, as ἑψέω Aqua coquo. Laur. Valla, Quod in prandio carnes quasdam parum elixasset.

Elixus, Adiectiuum ἑφθός Dicitur quod aqua coctum est. Plautus Mostel. 15,

Nam elixus esse quàm assus soleo suauior. Idem Pœn. 4,

-assum apud te eccum. Ago. at ego elixum volo. Nonius Marcellus, Elixum, quicquid aqua mollitur vel decoquitur. nam elixam aquam veteres esse dixerunt. Vnde & lixæ dicti, qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre. Varro, In pauimento non audes facere laconam: at in humum calceos facis elixos. Id est madefacis calceos.

Elixus balneator. Martial. lib. 3.

Herba elixa. Ouid. 4. Fastorum,

Candidus elixæ misceatur caseus herbæ.

Elixum sorbum. Colum. lib. 8. cap. 17.

Veruex elixus. Iuuen. sat. 3.

Miscere elixa assis. Horat. 2. Serm. sat. 2,

-at simul assis

Miscueris elixa, simul conchylia turdis.

E L L

Elleborine, teste Plinio lib. 7. cap. 9, herba est exiguis foliis, quæ alio nomine Epipactis dicitur.

Elleborium, Vini factitij genus, de quo vide Plin. lib. 14. cap. 16.

Elleborum, Vide HELLEBORVM.

Elleborum, Iulius Pollux lib. 5. cap. 16. & rursus libro 2. cap. 22, inter fœminea ornamenta reponit.

Ellobia ἐλλόβια Genus inaurium, inquit Iul. Pollux, à fibris aurium, quas Græci λόβους vocant. Vide Pollucem lib. 5. cap. 16.

Ellum, Aduerbium demonstrantis apud Comicos, inquit Donatus, pro ecce illum. Plaut. Curcul. 6,

-parasitum tuum

Video currentem: ellum vsque in platea vltima. Terent. And. 5. 2,

Nescio quis senex modò venit: ellum, confidens, catus. Vide Vallam.

Ellychnium, ellychnij ἐλλύχνιον Dicitur funiculus ille papyraceus siue sparteus canabinúsve, aut stupeus, qui stans in oleo peruritur. Plinius libro 23. cap. 4, Ellychnia ex vua fiunt, claritatis præcipuæ. Idem lib. 35. cap. 15. de sulphure loquens, Quarto autem ad ellychnia maximè conficienda.

E L M

Elminthes ἕλμινθες Vermes ex genere lumbricorum. Sunt autem in duplici differentia, teretes & lati, vt docet Galen. lib. vlt. Meth. cap. vlt. Nominatiuus singularis est Elmis.

ELMON, Thessaliæ oppidum. Plin. lib. 4. cap. 54, In Thessalia autem Orchamenus antea dictus Minyeus, & oppidum Almon, ab aliis Elmon, Atrax, &c.

B L O

Eloco, elocas, penult. corr. ἐκτοπιεύω elocare, Loco mouere, siue sedibus pellere. Cicero pro Flacco, de Iudæorum gente loquens, Quàm chara diis immortalibus esset, docuit, quòd est victa, quòd elocata, quòd seruata.

¶ Elocare sese curandum. Plin. lib. 26. cap. 1, Siquidem certum est Manilium Cornutum ex Prætorijs legatum Aquitanicæ prouinciæ, H-S. c c. elocasse in eo morbo curandum sese.

Elocare

Elocare fundum: Hoc est fundum alteri committere & locare. Cicero 5. Verr. Xenon ad se pertinere negabat: fundum elocatum esse dicebat.

Elocare boues. Hoc est alteri locare, vt inde lucrum accipiamus, quemadmodum de equis fieri solet. Columel. lib. 1. cap. 7, Et maximè vexant serui, qui boues elocant, eosdémque & cætera pecora malè pascunt.

Elocare funus. Plinius lib. 21. cap. 3, Asses ergo contulit populus, & funus elocauit. Hoc est funus faciẽdum alicui dedit, nempe pompas funebres.

Elocutio, Elocutrix, Vide ELOQVOR.

Elogium, elogij ἐγκώμιον Testificatio de aliquo, honoris vel vituperationis causa.

Vituperationis: vt Quintilian. lib. 7. cap. 5, Si exhæredatum à se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quòd is mercericem amaret. Modestinus in l. desertorem. D. de re militari, Desertorem auditum, ad suum ducem cum elogio Præses mittet. Id est cum vituperatione.

Honoris causa. Cic. 2. de Finib. Non elogia monumentorum id significãt, velut hoc ad portum, Vno ore cui plurimæ cõsentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. Et iterum, 1. Tuscul. Quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Idem in L. Pisonem. Valla lib. 4.

Elogium, Simplex fuæ sententiæ testificatio. Cic. de Senect. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentísque vacare. Idem Valla lib. 4.

¶ Elogia, pro testamentis morientium, l. 20. C. de iure delib. Cic. 1. Tuscul. l. 33. & l. 35. C. de inoff. testam.

¶ Elogia etiam pro notoriis & indiciis criminum, quæ vulgò *onera & informationes* dicimus, l. 6. & l. 11. D. de cust. reor. Trãquill. in Calig. cap. 27, Custodiarum seriem recognoscens nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum mediam à caluo ad Caluum duci imperauit. Elogium quoque, edicto subiectam clausulam appellat Vlp. in l. 38. §. iumentorum. D. de ædilit. edic.

¶ Elogium, pro causæ adiectione. Afric. l. 14. §. 2. D. de lib. & posth. Non enim videri quasi filium exhæredatum esse, quũ elogium pater, quum filiũ exhæredaret, proposuisset, Id est exhæredationis causam.

ELONA ἔλωνα Perrhœborum vrbs, quæ in Lemonem nomen permutauit, hodie diruta iacens. Vide Strab. lib. Geograph. 9.

Elongo, elongas ἐκτοπιεύω elongãre. Idem quod prolongare, & prolatare, ac differre. Plinius, Quo maximè tempore dies elongantur.

ELONGOSINE, Locus in regione Armeniæ, ex quo Tigris fluuius oritur, vt author est Plin. lib. 6. cap. 27.

Elops ἔλοψ Pisces apud antiquos nobilissimus habitus. Vnus omniũ squamis ad os versis contra aquam nando meat. A nonnullis Acipenser dictus. Plin. lib. 9. cap. 17. ¶ Est & Centauri nomen proprium, apud Ouid. 12. Metam.

Eloquor, pen. corr. ἐκλέγεις, γλωσσῶν, ἑρμηνεύω, διερμηνεύω, προφέρομαι Eloqui, Dicere, efferre. Plaut. Amphit. 3,

-argumentum huius eloquar tragœdiæ. Cic. 3. Offic. de vendítore & emptore, Vterque si ad eloquendum venerit, non plus quàm semel eloquetur.

Eloquere vno verbo. Plaut. Trucul. 16.

Perge eloqui. Terent. Phorm. 4 3.

Quod veni eloquar. Terent. in Prol. Heaut.

Cum hero pauca eloquar. Plaut. Milit. 20.

Ipse eloquar nomen meum. Plaut. Amphit. 3.

Expedire verbo, & eloqui. Terent. Phormione,

-atque id, si potes, verbo expedi.

6. Faciam. 1. eloquere.

Vnum elocũtus. Cæs. 2. bel. Ciuil. Ille vnum elocũtus, vt memoria tenerent milites ea, quæ pridie sibi confirmassent, sequi sese iubet.

Monstrum eloqui. Seneca Herc. OEth. 6.

Verba simillima veris eloquor. Ouid. epist. 21.

¶ Eloqui, pro Loqui. Virg. Eloquar, an sileam?

¶ Eloqui, quod ad oratores spectat, Est, vt ait Cicero, aptè, ornatè, & eleganter dicere. Vnde idem Cic. 1. de Orat. Disertos me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem.

Eloqui & exprimere. Cic. Q. frat. lib. 3. 21, Tu qui in isto eloquendi & exprimendi genere superasti, à me petis?

Compositè, ornatè, copioséque eloqui. Cic. 1. de Orat.

Copioséque eloqui, modò prudenter: melius est, quàm vel acutissimè sine eloquentia cogitare. Cic. 1. Offic.

Dignè eloqui. Seneca Thyeste, 8.

Per continuationes eloqui res aliquas. Author ad Herennium, libro 4.

Eloqui politè. Cic. 1. Tusc. Fieri autem potest vt rectè quis sentiat: & id quod sentit, politè eloqui non possit.

Præclarè eloqui cogitata. Cic. de Claris Orat.

Domina rerum eloquendi vis quàm est præclara, quámque diuina. Cic. 2. de Nat. deor.

Vis eloquendi. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Vis eloquendi maxima soli oratori tribuitur. Cic. in Orat.

Eloquens, pen. corr. ἐκλόγεσι, γλωσσικός, διερμηνικός, προφορικός Nomen ex participio, Qui in dicendi ratione perfectus est. Cic. pro Cecin. L. Crassus homo longè eloquentissimus. Idem in Orat. Erit igitur eloquẽs is, qui in foro causísque ciuilibus ita dicet, vt probet, vt delectet, vt flectat.

Paucitas eloquentium. Cic. 1. de Orat. Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis, quum ex iis rebus vniuersis eloquentia constet, quibus in singulis elaborare permagnũ est.

Eloquens, suauis & ornatus. Cic. 1. de Orat. Si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis de quibus disputauerũt, eloquentes & in dicendo suaues atque ornati fuerunt, &c.

Eloquens is est qui & humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperatè potest dicere. Cic. in Orat.

Eloquens etiam is erit, qui ad id quodcunque decebit, poterit accommodare orationem. Cic. in Orat.

Eloquens & muta res. Author ad Heren. lib. 4.

Eloquentia, eloquentiæ ἐκλογότης, ῥητορική Bene & rectè eloquẽdi scientia. Terent. Phorm. 4. 3,

-eia fudabis satis,

Si cum illo incœptas homine: ea eloquentia est. Idem Eunucho, 5. 9.

Eloquentia nihil aliud est, nisi copiosè loquens sapientia. Cicero in Partit.

Eloquentia & Infantia, opponuntur. Cic. in Topic. Possítne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam.

Prudentiam cum eloquentia iungebat Aristoteles. Cic. 1. Tusc.

Arma, & tympana eloquentiæ dare. Quintil. lib. 5. cap. 12, Nos qui Oratorem studemus effingere, non arma, sed tympana eloquentiæ demus?

Consultus eloquentiæ, Vide CONSVLTVS.

Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. Cic. 2. Tusc.

Imago eloquentiæ. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Lumen eloquentiæ Tullius. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Ornamentum eloquentiæ. Quintil. lib. 1. cap. 8.

¶ Adulta eloquentia, Vide ADOLEO.

Alumna eloquentia, Vide ALVMNVS.

Artificiosa eloquentia. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Attica eloquentia. Quintil. in Procœm. lib. 6.

Pacis est comes vtique socia, & iã bene constitutæ ciuitatis, quasi alumna quædam eloquentia. Cic. de Claris Orat.

Forensis eloquentia, Vide Rhetorica duplex, in RHETOR.

Libidinosa eloquentia. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Eloquentia lucrosa & fauguinans. Tacit. de Orat. Nam lucrosæ huius & sanguinantis eloquentiæ vsus recens & malis moribus natus, atque (vt tu dicebas) in locum teli repertus.

Mediocris eloquentia. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Paterna eloquentia. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Pauper eloquentia, Vide PAVPER.

Popularis eloquentia, Vide Rhetorica duplex, in RHETOR.

¶ Abundans sonantibus verbis, vberibúsque sententiis eloquentia. Cic. 1. Tusc.

Fontes eloquentiæ aperire. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Vires augere eloquentiæ. Quintil. in Procœm. lib. 1.

Coacta eloquentia. Quintil. lib. 4. cap. 4.

Coalescit eloquentia. Quintil. lib. 2. cap. 9. Ita eloquentia coalescere nequit, nisi societas tradentis, accipientísque concordia.

Ex verbis & sententiis constat eloquentia. Cic. de Opt. gen. Orat.

Consummata eloquentia. Quintil. in Procœm. lib. 1.

Vera & absoluta eloquentia. Cic. in Orat. Quò fit, vt veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quòd alia intelligenda, alia dicendi disciplina est: & ab aliis rerum, ab aliis verborum doctrina quæritur. Multis in locis intelligẽdi scientiam Cicero Philosophiam appellat: quoniam sine Philosophia nemo quicquam rectè intelligit. Appellat etiam doctrinam rerum: quoniam nõ tam verba, quàm res ipsas Philosophus considerare debet: &, vt apud Platonem Socrates docet, si res intelligatur de verbis, non admodũ solliciti esse debemus. Rhetoricam verò, doctrinã verborum appellat: quoniam id vnum præcipuè Rhetores spectant, vt ornatis atque figuratis verbis vtantur. Quòd siquis rerum perfectam intelligentiam cum verborum doctrina coniungeret, is perfectus esset orator: sed talis nemo vnquam extitit.

Corrumpunt eloquentiam. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Effingere eloquentiam. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Expulsa eloquentia ciuitate Lacedæmoniorum. Quintilian. libro 2. cap. 16.

Facere eloquentiam alicui. Quintil. lib. 6. cap. 2, Ira nonnunquam indoctis quoque eloquentiam facit.

Formare eloquentiam. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Inclinare eloquentiam, Vide Orationẽ inflectere, in INFLECTO.

Locupletare eloquentiam, Vide in LOCVS.

Foro & multitudini nata eloquentia est. Cic. de Claris Orat.

Obmutuit eloquentia. Cic. in Bruto. Vide Fasces submittere, in FASCIS.

Occultare eloquentiam. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Perfuadere eloquentia aliquid alicui. Cic. in Orat.

Vt hominis decus, ingenium: sic ingenij ipsius lumen, est eloquentia. Cic. de Claris Orat.

Timere eloquentiam ac gratiam alicuius. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Locuples, & speciosa vult esse eloquentia. Quintil. lib. 6. cap. 14.

Eloquium ἐγκώμιον, λόγος Sermonem aliquando significat, aliquando facundiam. Plautus,

Dulci ac blando eloquio amicam solatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis solis natos esse.

Potentis eloquij virtus. Stat. 4. Sylu. 4.

Nitor eloquij. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2,

Nunc tibi & eloquij nitor ille domesticus adsit.

Cultum eloquium. Auson. Sectio. 2. in Epicedio in patrem,

Sermone impromptus Latio, verùm Attica lingua

Suffecit culti vocibus eloquij.

Fertile eloquium. Claud. ad Olibrium, 25.

Insolitum eloquium. Horat. in Arte.

Liquidum eloquium. Auson. Sectio. 3, Ad amicum, vt quamprimum ad se veniat,

Sic tibi sint Musæ faciles, meditatio prompta

Et memor, & liquidi mel fluat eloquij.

Melleo delibutus eloquio iam tertię Nestor ætatis. Auson. in Gratiarum actionem pro Consulatu.

Vernans eloquium. Sidon. ad Claudian. lib. 4, Vernantis eloquij flore melliti.

Vocale eloquium, pro carmine grandi & sonoro. Iuuenalis satyra 7,

-nectit quicunque canoris

Eloquium vocale modis, laurúmque momordit.

Decus partum eloquio. Sil. lib. 3.

Vincere aliquem eloquio. Ouid. 13. Metam.

Elocutio {φράσις, ἑρμηνεία, ἰδέα, λέξις, ἀναφορά} Sermonis expressio. Plaut. Milit. 14.

Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio. Cic. 1. de Inuent.

Tenera cutis elocutionis. Quintil. lib. 5. cap. 12, Et illam vim strictè robustéque dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus.

Inanis & penè puerilis elocutio. Cic. 1. de Orat. Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio: quæ nisi subest, res ab Oratore percepta & cognita, inanem quandam habet elocutionem, & penè puerilem.

Elocutio ad commodum Oratoris accommodata, tres in se res debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem. Author ad Heren. lib. 4.

Circunscribere elocutione rem simplicem. Author ad Heren. lib. 4, Circuitio, est oratio rem simplicem assumpta circunscribens elocutione.

Dare aliquid elocutioni. Quintil. in Proœm. libri 1, Quatuor elocutioni in cuius partem memoria, ac pronuntiatio veniunt, dabuntur.

Elocutoria {ῥητορικὴ τέχνη}. Vide ELOCVTRIX.

Elocutrix, pen. prod. {ῥητορικὴ τέχνη} elocutricis, Verbale, f. g. Quintil. lib. 2. cap. 15, Nam oratoria sic efferetur, vt elocutoria: oratrix, vt elocutrix. De Rhetorice loquitur.

ELORINI, Populi Siciliæ, vt author est Cic. 5. Verr.

ELORVS, pen. prod. {ἕλωρος} Siciliæ vrbs, ab Eloro amne qui campis superfunditur, sicut Nilus, dicta: proxime Pachynum. Meminit Plin. lib. 3. cap. 8. Et lib. 32. cap. 2, Silius, Sidonios Drepane, atque vnda cla mosus Elorus. Ouid. in Fast. Hinc Camarinam adit, Thapsónque & Eloria Tempe. quanquam mendosè legitur Oloria, quasi ab oloribus. Author Hermolaus in Plinium.

Elos {ἕλος} Vitiú tuniculæ oculi, quæ dicitur rhagoides, erosione proueniés, aut scissura ceratoidis: sic cognominatum ἕλος, id est clauus, si obdurescat calli imagine. Plura Cæl. lib. 12. cap. 5.

Elotæ {ἕλωτες, siue Elotiæ, ἑλωτίδες}. Sua publica appellabant mancipia Lacedæmonij. Id est publicos ministros, vt sunt apparitores, lictores, qui apud Thessalos dicuntur Penestæ.

Elotus, Vide ELAVO.

E L P

ELPIAE {ἐλπίαι} Ciuitas, quam Rhodij apud Daunos condiderunt, teste Strab. lib. 14.

ELPENOR, pen. prod. huius Elpenoris, pen. corr. {ἐλπήνωρ} Vnus è sociis Vlyssis, quem Circe mutauit in porcum. Homerus tamen in Odyssea scribit, quòd de scalis cadens interfectus sit. Iuuen. sat. 15,

-aut tenui percussum verbere Circes,

Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

Miser Elpenor. Ouid. 3. Trist. eleg. 4,

At miser Elpenor tecto delapsus ab alto.

ELPIS {ἔλπις} Samius natione, vt inquit Plinius, in Africam delatus naue, iuxta litus conspecto leone hiatu minaci arborem fuga petit. Neque profugienti quum potuisset, fera institerat, & procumbens ad arborem hiatu quo terruerat, miserationem quærebat. Os morsu auidiore inhærerat dentibus, cruciabátque inedia, &c. Degressus tádem euellit præbenti, tradúntque quandiu nauis ea in litore steterit retulisse gratiam venatus aggerendo. Hæc Plin. lib. 8. cap. 16.

ELPIS, Nomẽ proprium Boethij vxoris: de qua hoc extat epitaphium:

Elpis dicta fui, Siculæ regionis alumna,

Quam procul à patria coniugis egit amor.

Quo sine mœsta dies, nox anxia, flebilis hora:

Quúmque viro solùm spiritus vnus erat.

Lux mea non clausa est tali remanente marito:

Maiorísque animæ parte superstes ero.

Porticibúsque sacris, iam nunc peregrina quiesco,

Iudicis æterni testificata thronum.

Néve manus busti violet, ne fortè iugalis

Hæc iterum cupiat iungere membra cinis.

E L V

Eluceo, eluces, penul. prod. eluxi {ἐκφαίνομαι} elucêre, Lucidum esse: & per translationem, Manifestum, & apparens. Cic. 1. de Diuinat. Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Virgilius,

-elucent aliæ, & fulgore coruscant.

Elucere & Occultari, cõtraria. Cic. pro Rosc. Amer. Tenuitas hominis eiusmodi est, vt diffimulari nõ queat: atque eo magis eluceat, quo magis occultatur.

In causis atque in foro elucere. Cic. 2. de Orat. Nemo enim studet eloquentiæ nostrorum hominum, nisi vt in causis atque in foro eluceat.

Amicitia magis elucet inter æquales. Cic. de Amic.

Ex animo elucebit omnium cõstantia omnísque moderatio. Cic. 1. Officior.

Elucet eruditio in ipsa pictura. Plin. lib. 35. cap. 11.

Elucet animi excellentia magnitudóque in despiciendis opibus. Cic. 1. Offic.

In Republica honos elucet. Cic. Planco, lib. 10. 10.

Ignis eluxit. Tibull. lib. 4. eleg. 1,

Lætior eluxit structos super ignis aceruos.

Elucet ingenium in eo. Cic. pro Cælio.

Elucet lumen tuum. Cic. ad Cassium, lib. 12, Nunc autem opto vt ab istis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat.

Sanctitas, & prudentia, & dignitas illius quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucet. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3.

Significatio virtutis elucet. Cic. de Amicit.

Spes in pueris elucet. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Elucet circulus. Cic. in Somnio Scip.

Elucens, tis, Participium {ἐκφαινόμενος}. Cic. in Somnio Scip. Inter flammas circulus elucens splendidissimo candore.

Elucesco, is {περικαίομαι} elucescere, significat magis lucidum fieri. Hieronym. Quod vt clarius elucescat, sumamus exemplum ab his corporalibus sensibus.

Elucifícare, Antiquú verbú à luce. Id est luce priuare. Laberius, -sic ego Fulgentis splendore pecuniæ volo

Elucificare exitum ætatis meæ. Hæc verba Laberij leguntur apud Gell. lib. 10. cap. 17.

Eluctor, eluctaris, eluctari {διαπαλαίω}. Quasi luctando superiorem esse, & vincere. Plin. lib. 34. cap. 10, Tenuíssima est in ipso fornaciũ ore, qua flammæ eluctantur. Id est, vi quodammodo exeunt, & quasi luctando. Virg. 2. Georgicorum,

-aqua eluctabitur omnis. Id est, cum mora egredietur, inquit Seruius. Liu. 4. bel. Pun. Tenentibúsque quum tot ac tam validæ eluctandæ manus essent, sese eripuerunt.

Locorum difficultates eluctatus. Tacit. in Vita Agricolæ.

Eluctari per multa impedimenta. Seneca lib. 6. Controuers.

Niues eluctari. Tacit. lib. 19, Et vix quieto agmine niues eluctantibus, patuit, quantum discriminis adeundum foret.

Vox eluctata furorem est. Stat. 1. Achil.

¶Eluctaui, pro eluctatus sum. Plaut. Trinum. Cum hisce ærumnis eluctauit. Nonius.

Eluctantia verba. Id est impedita & coacta. Tacitus de Tiberio, lib. 4, Quin aliàs compositus, & velut eluctãtium verborum, solutius promptiúsque eloquebatur, quoties subueniret.

Eluctatus, pen. prod. Participium {παραλογούς}. Lucan. lib. 2,

Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in vndas, &c.

Tandem eluctatus obstantia, in vastam altitudinem subitò destitutus cadit. Senec. lib. 4. Natur. Quæstion.

Elucubro, elucubras, pen. corr. {νυκτερεύω, φεναπατέω} elucubrâre, & Elucubror, elucubraris, elucubrâri, Deponens, Vigilare, & aliquid ad lucernam scribere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 137, Nihil habeo quod ad te scribam, quin etiam eam epistolam quam eram elucubratus, ad te non dedi. Colum. lib. 10. cap. 1, Quare quicquid est istud quod elucubrauimus, propriam, &c.

Elucubratus, a, um. Cicero de Clar. Orat. Deinceps inde mulæ, quas non minus diligenter elaboratas etiam, quàm elucubratas afferebamus.

Elucum, pen. prod. Veteres languidum, vel hallucinatorem, aut nugarum amatorem, siue hallonem, hoc est hesterno vino languẽtem vocauerunt. Author Varro de Ling. Lat. lib. 5.

Eludo, eludis, eluſi, eluſum, pen. prod. {παπαίζω} eludere. Eludere, inquit Donatus, propriè gladiatorum est, quum vicerint. Eludere, est finem ludo imponere. Terent. Eunuch. 1. 1, Peristi, eluder, vbi te victum senserit. Cic. in Catil. Quandiu nos etiam furor iste tuus eludet? Idem 4. Acad. Sed & vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eluditis.

Leuiter aliquid eludere. Quintilianus libro 4. capite 5, Cuius tamen diuisionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leuiter eludit.

Venustè eludere. Quintil. lib. 5. cap. 13, Quod factum, venustè temporibus nostris elusit Vibius Crispus.

Facetius eludi ab aliquo. Cic. pro Rosc. Amer. Nósque ab isto nebulone facetius eludemur.

Alicui eludere. Cic. de Opt. gen. Orat. Quasi rudibus eius eludit oratio.

Eludere, & omni ratione iactare aliquem. Cic. 1. Verr. Te verò Cæcili quemadmodum sit elusurus, quàm omni ratione iactaturus, videre iam videor.

Animos consiliis eludere. Claud. in Gigantomachia, 8.

Asperius dicta eluduntur. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Magnas accusatoris minas, magnámq; iudicij expectationem ad nostrum arbitrium libidinémque eludere. Cic. 2. Verr.

Seges eludit messem fallacibus herbis. Tibul. lib. 2. eleg. 1.

Elusit militem annulum & annulo. Plaut. Curcul. 14.

Elusi militem in alea. Plaut. Curcul. 14.

Ratione aliqua quempiam eludere. Ouid. 3. de Arte,

Qua vafer eludi possit ratione maritus. Idem Horat. 2. epist. 1.

Rempublicam in suis cogitatis & furoribus eludere. Cicero pro Milone.

¶Eludere, per translationem fluctus dicitur, quando reciprocus in litore videtur lusitare alterno accessu recessúque, vt gladiatores, qui gladios armáque sua ventilant. Cic. in Topic. Littus definiebat Aquilius, quà fluctus eluderet. Ex Turnebo.

Eludens, pen. prod. Participium {παπαίζων}. Cic. 2. de Diuinat. Quæ est ars coniectoris, eludentis ingenio.

Elusus, pen. prod. {παπαιγμένος} Aliud Participium. Cic. 2. Philipp. Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, elusus, inductus.

Imagine aliquius rei elusus. Ouid. 6. Metamorphoseos,

Mæonis elusam designat imagine tauri Europam.

Elugeo, eluges, penult. prod. eluxi, eluctum {πενθῶ, κατακλαίομαι} elugêre, Luctum deponere. Liuius 4. bel. Maced. Quid aliud in luctu quàm purpuram, atque aurum deponunt? quid aliud quum eluxerunt, sumunt?

Elugere, Lugendo deflere. Cic. ad Papirium, lib. 9. cap. 20, Patriam eluxi iam & grauius & diutius, quàm vlla mater vnicum filium.

Elugeor. Vlpianus in l. liberorum. D. de iis qui notantur infamia. Prætor ad id tempus se retulit, quo vir elugeretur: qui solet elugeri propter turbationem sanguinis.

Elumbus, & hic & hæc Elumbis, & hoc elumbe {ἐξασθμαίνοις} Qui eualsum habet lumbum, inquit Festus: qui præ lumbi debilitate sese erigere non potest.

ELVI {ἕλκει} Aquitaniæ populi, inter Garumnam & Ligerim adiacentes, de quibus Strabo lib. 4.

ELVINA, æ. dicta est Ceres, ab Eluio oppido, vel ab Eluide fluuio, in quo colebatur. Iuuen. sat. 3,

Me quoque ad Eluinam Cererem, vestrámque Dianam.

Eluo, eluis, elui, elutum, penult. prod. {ἐκπλύνω, ἐκκλύζω} elúere, Lauare, seu lauando purgare, siue exhaurire. Cato cap. 86, Lauétque bene, corticémque deterat bene, eluátque. Columel. Semel atque iterum eluantur.

Eluere ex aqua. Celsus lib. 7. cap. 21, Deinde eluendum id ex aqua, quæ vel salem adiectum, vel nitrum habeat.

Corpus eluere. Ouid 11. Metam.

Eluere maculam vestium. Plin. lib. 20. cap. 83, Aquæ è radice coctæ maculas vestium eluere dicuntur.

Sanguinem profusum eluere. Cic. 12. Philipp. Vt Centurionum legionis Martiæ Brundusij profusus sanguis eluatur, num eius prædicatio crudelitatis poterit?

¶Eluere vitæ sordes & animi labes, per translationem. Cicero in Sallust. Et 2. de Legibus, Animi labes, nec diuturnitate vanescere, nec manibus vllis eiui poterit.

Crimen eluere. Ouid. 11. Metamorphoseos,

Subde caput, corpúsque simul, simul elue crimen.

Curas eluere. Horat. 4. Carm. ode 12,

Nardi paruus onyx eliciet cadum,

Qui nunc Sulpitiis accubat horreis,

Spes donare nouas largus, amaráque

Curarum eluere efficax.

Labem pudoris eluere. Seneca Hippol. 8.

Eluere maculas furtorum suorum, sanguine sociorum. Cic. 7. Verr. Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare.

Eluus, penult. prod. Participium {ἐκλυτος} siue Nomen ex participio, vt Eluta & siccata vinacia. Colum. lib. 6. cap. 33. Et Eluta al. ca, Plin. lib. 22. cap. 24.

Elutius, Comparatiuum. Horat. 2. Serm. sat. 4,

-irriguo nihil est elutius horto.

Eluues, eluuiei, pen. prod. vel Eluuio, eluuionis, fœm. gen. {ἔκκλυσμος} Proprie dicitur quod expurgatur, præsertim aquarum fluxu: quanuis & alterius humoris dici possit immundities. Cic. in Somnio Scip. Propter eluuiones, exustionésque terrarum. Idem 2. Officiorum, Collectis cæteris causis eluuionis, pestilentiæ, vastitatis. Eluuionem vocat aquarum diluuium.

¶Eluues, pro vorag ne, seu terra vi imbrium exhausta. Sic enim exponit Erasmus. Curtius libro 6, Torrentésque & eluuies iter morabantur.

¶Eluuies, siue eluuio, per translationem, pro morbo pestifero omnia corrumpente, ac si diceres cloacam. Cicero pro Domo sua, Idcirco tu ad illam labem, atque eluuiem ciuitatis sine summa vi peruenire potuisti?

¶Eluuiem Plinius accipit pro egestione sordium ex vrbe, qualis est quæ fit per cloacas publicas, lib. 2. cap. 82, Quod in certis notatur oppidis: quæ minus quotiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata.

Voragines & Eluuies simul iunxit Liu. lib. 8, pro fossis vi imbrium excauatis, Ab altera parte voragines eluuiésque perruptæ sunt.

Elurus, Vide AELVRVS.

ELVSABERRIS, apud Melam lib. 3. c. 2, ciuitas est præcipua Auscorum. Vulgò dicitur *Aux*.

ELVSATES, Aquitaniæ populi, Plinio lib. 4. cap. 19.

Eluſco, eluſcas {ἐκτυφλόω, ἐκκολοβόω} eluſcare, Luſcum facere. Apud Vlp. l. 5. titulo, Ad Legem Aquiliam, scribitur Aquilia eum tenerí, qui eluscauerit discipulum in disciplina.

Eluſcatus, penult. prod. Participium. Vlpian. in l. Si quis. D. Ad exhibend. Siquis hominem debilitatum exhibeat, vel eluscatum, &c.

Eluti, a, orum, teste Plin. lib. 34. cap. 16, dicuntur metalla auraria, in quibus aqua immissa elutis sordibus metallum ostendit.

Eluto, as, are, pro Exprimere, probat Calep. ex 2. Georgic. vbi legitur, Aqua elucrabitur omnis. Legi enim non potest Eluctabitur, propter versum.

Elutrio, elutrias {μαγγάνω} elutriâre, Est de vase in vas transferre: quod quidem & transuasare dicitur Latinè, sed rarius. Fortasse à lutea, quæ os culei est, vnde Lutrones apud Festum, capacis gulæ homines. Plin. lib. 14. cap. 17. Sufferuefactis decies, mox elutriatis, atque ita inueteratis. Idem lib. 9. cap. 38, Decimo fermè die liquata cortina vellus elutriatum mergitur in experimentum.

Eluuies, Eluuio, Vide ELVO.

Elutus, Vide ELVO.

Eluxatus, penult. prod. {ἐξαρθρήσεις} Idem significat quod simplex. Plinius libro 20. cap. 9, Sic etiam fistulas eluxatas & tumores reuocari, quæque discuti opus sit.

Eluxuriari {κατασπαταλᾶν} Idem quod Luxuriari: ad arbores transl tum. Colum. de Arboribus, cap. 3, Quòd si pingui agro validas vites deposueris, pampinis magis eluxuriabuntur: & qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.

Elxine, Vide HELXINE.

E L Y

Elyma {ἴυγξ} nuncupatur, cui inhæreat iugum, sicut Pollux scribit. Hesiodi verò interpres, Gyes (inquit) est, quod alio modo aratri gonation vocatur. Elyma est, quod gyæ infigitur adaptatúrque, in quod vomerem immittunt, qui hynnis dicitur, cuius summum appellatur nympha. Author Cæl. lib. 26. cap. 5.

ELYMAEI, Plinio lib. 6. cap. 25, regio Persidi vicina.

ELYMAEI {ἐλυμαῖοι} Indiæ populi versus Austrum incolentes, teste Plin. lib. 7. cap. vlt.

Elymæi lepores, Polluci vocantur, vulpibus non ferè minores, & nigricantes, corpore oblongo, albicante macula, prope summam cau-

dam longiore. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 26. cap. 30.

Elymos, Tibiæ species, quę ex buxo & lauro fiebat, vt scribit Alexand. Genial. dier. lib. 4. cap. 17.

Elymus {ἔλυμος} Galeno authore, ex leguminum genere est, milio specie similis, facultate certè pauci nutrimenti, & excecatoria. Sistiæ quoque nonnihil ventris fluxus, ceu ipsum etiam milium. Si verò foris illinatur, exiccat, atque refrigerat. Hæc ille, lib. 6. de Simp. medic. facult.

ELYSIVM {ἠλύσιον} secũdum poetas, est locus inferorum, voluptatibus plenus: vbi dicuntur esse animæ bonorum. Virg. 5. Æneidos,

-sed amœna piorum

Concilia, Elysíumque colo. Idem, lib. 6,

-per amplum Mittitur Elysium.

Elysius, Adiectiuum. vt,

Elysij campi. Virg. 1 Georgicorum,

Quanuis Elysios miretur Græcia campos.

Colle sub Elysio nigra nemus ilice frondet. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.

Domus Elysiæ. Ouid. 14. Metam.

Vallis Elysia. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.

Elytron {ἔλυτρον} Crusta dicitur pennas superueniens, quasi vagina inclusas, vt in scarabeis: vnde anelytra vocantur, quę detectas habent pennas, velut apes. Ex Cæl. lib. Antiq. lect. 18. cap. 40.

E M A

Emacio, emacias {ἐξεκτήνομαι} emaciâre, Macie conficere. Colum. lib. 2. capite 14, Sed ex iis quæ retuli seminibus, idem Saserna putat aliis stercorari, & iuuari agros, aliis rursus peruri & emaciari. Ibidẽ, cap. 10, Emaciatæ vineæ. Et lib. 4. cap. 24, Quæ nec spem vindemiæ destituant, emacient stirpem suam.

Emacitas, Vide EMO.

Emacror, penult. corr. emacraris {ἐκτήκομαι} emacrâri, Macrum fieri, & macie confici. Plin. lib. 18. cap. 10, Terram emacrari hoc satu existimantes.

Emaculo, emaculas, penult. corr. {κηκεμαίνω} emaculâre, Maculam auferre. Plinius libro 21. capite 19, Nigras vitiligines emaculat. De narcisso.

Emancipo, emancipas, penult. corr. {ἀπαλλάττω, ἐκποιῶ} emancipâre, siue emancupare, Manumittere & liberare, propriè de filiis: vt Manumittere de seruis etiam si hoc non sit perpetuum. Cic. pro Domo sua ad Pontifices, Id autem scire & videre omnes, non vt ille filius instituatur, sed vt è patriciis exeat, vt Tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari? neque id obscurè: nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius qui adoptarit. Plin. epist. 67, Hunc Regulus emancipauit, vt hæres matris existeret.

Emancipare agrum. Est alienare: è mãcipio, id est dominio & possessione sua emittere, & alteri possidendum tradere. Plin. in epist. lib. 7, Nam pro quingentis milibus nummũm, quę in alimenta ingenuorum, ingenuarúmque promiserat, agrum ex meis longè pluris actori publico emancipauit: eundémq; vectigali impositio recepit. Plinius emancipare, non pro vendere posuit, sed pro alienare, quum enim vellet vectigal publicè donare in alimẽta puerorum: Id est rem tam constituere (vt verbis vulgi loquar) fundum suum imaginaria venditione Reipublicæ donauit, & subinde vectigalem recepit. Suet. in Othone, Cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti adhibitus arbiter, totum agrum redemit, emãcipauitque. Id est suum iam factum mancipio tradidit illi. Ex Budæo.

Emancupo me tibi, Id est me tuæ potestati trado. Plaut. Bacchid. 1, Nunc mulier tibi me emancupo, tuus sum, tibi do operam.

¶Emancipare in. Cic. 1. de Fin. Quum eam scueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Syllano emancipauerat, vt, &c.

¶Emancipati (inquit Festus) duobus modis intelliguntur: aut ij qui ex patris iure exierunt, aut ij qui aliorum fiunt dominij: quorum vtrunque fit emancipatione.

Emancipatus, pen. prod. {ἀπαλλαγείς, ἀπαγορέσας, ἐκποίητος, ἐλεύθερος} Id est dedititius. Cic. de Senect. Ita senectus nimis honesta est, si sepsam defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si vsque ad extremum spiritum dominatur in suos. Alij legunt mancipata. Apul. lib. 10, Et assũmpto statim nequissimo & ad omne facinus emancipato quodam dotali seruulo, perfidiæ suæ consilia communicat.

Miles emancipatus fœminæ. Horat. Epod. 9.

Emancipatio, emancipationis, Verbale. Theophilus, Emancipatio, inquit, id est actus, tres emancipationes, & tres manumissiones, vel vnam emancipationem, & vnam manumissionem complectens. §. 5. Quib. mod. ius patr. Instit.

Emanco, emancas, emancãre, pro Manus præcidere, mancum facere. Labienus apud Senecam libro Controuers. 6, Cedo lora, gaudeo me non omnes emancasse.

Emaneo, es, penult. corr. {ἐκρέω} emansi, emansum, emanère, Extra manere. Et est militum diu extra castra manentium. Modestinus in l. Desertorẽ. §. 1. D. De re militari, Is qui in exploratione emanet hostibus insistentibus, aut qui à fossa tunc recedit: cap. tetúc puniendus est.

Emansio, onis, Verbale ab Emaneo. Emansio verò minus est delictum desertionis: sicut fugitiui deteriores sunt erronibus. Spieg.

Emansor, emansoris, masc. gen. {ἐκμονὴς} Est miles qui diu vagatus, ad castra reuertitur. Modestinus in l. Desertorem. §. Emansor. D. De re militari.

Emano, emanas, penult. prod. {ἐκῥέω, ἐκφέρομαι} emanâre, Emitti atque exire. Colum. lib. 5, Et sale cum adipe defricatur, dum saniei via emanat. Lucret. lib. 3.

Emanare perpetim. Vide PERPETIM.

Fons emanat. Cic. 2. de Diuinat.

Ex fonte emanare. Cic. 2. de Inuent.

Ex generibus emanant partes. Cic. 1. de Orat.

¶Emanare saniem. Plin. lib. 23. cap. 3.

Mala istinc emanant: boni autem hinc quod expectes, nihil est. Cic. Attico, lib. 7. 139

¶Emanare res aliqua dicitur, quum rescitur, & spargitur in vulgus. Cic. ad Attic. lib. 3. 52, Sed ita compresseram, vt nunquam emanaturam putarem. Idem 1. de Legibus, Sed quod metuat, ne emanet: id est ne malum habeat.

Emanauit fama. Cic. 3. Verr.

Emanare in vulgus gratia & potentia alicuius. Suetonius in Nerone, capite 6.

Exit & emanat in vulgus oratio. Cic. pro Rosc. Amer.

Sermo emanat. Cic. in Bruto, Vereri te arbitror, ne per nos hic sermo tuus emanet.

Emanare indiciis. Liu. 3. ab Vrbe.

Emanuel, Hebraica dictio, quam si interpreteris, nobis sonat, Nobiscum deus. Alij scribunt Emmanuel.

Emarcum, teste Colum. lib. 3. c. 2, est genus vuæ, à Gallis sic appellatæ.

Emargino, emarginas, penult. corr. { ἐκκεφαλίζω } emarginare, Crustas & puluillos, & oras vlcerum adimere, vt ait Hermolaus. Plinius lib. 28. cap. 9, Item equarum, præter quàm virginum, erodit, & emarginat vlcera.

Emasculo, as { ἀποτέμνω } Castro, & virilitatem aufero. Seruius ait, apud quosdam populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculare, vt venerem arcerent, & coire non possent.

EMATH. Nomen fuit duarum Syriæ vrbium, quarum maior Antiochia, minor appellatur Epiphania: vnde etiam hodie proficiscentibus in Mesopotamiam, prima mansio, Emas dicitur, corrupto quidem vocabulo, sed pristini nominis vestigia retinente. ¶Hemath verò, in principio aspiratum, regio Allophylorum est.

EMATHIA { ἡμαθία } (inquit Seruius) Thessalia est, ab Emathio rege dicta. Virg. 1. Georgicorum,

Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Æmi pinguescere campos. Pharsalia alio nomine dicitur.

Emathius, Adiect. { ἡμαθίσιος } vt Emathij campi. Lucan. lib. 1.

Ematuresco, ematurescis, ematurui { πεπαίνομαι } ematurescere, Maturum fieri. Plin. lib. 25. cap. 4, Nonnûquam antè candidum rubescit, si non ematuruit, improbatúrque. Gell. lib. 2. cap. 29, Dominus postea segetum illarum filium adolescentem vocat, & Videsne, inquit, hæc ematuruisse?

¶Ematurescere, pro Relinquere acerbitatem. Ouid. 2. Tristium,

Atque ea sic lapsa est, vt surgere, si modò læsi
Ematuruerit Cæsaris ira, queat.

Emax, Vide EMO.

E M B

Embamma, embammatis, penult. corr. n. g. { ἔμβαμμα } Cõdimentum quod ad condienda obsonia fit, Intinctus ad excitandam orexim. Colum. lib. 12. cap. 55, Hoc sinapi ad embammata non solùm idonco, sed etiam speciosò vteris. ἔμβαπτον enim intinctum est. Vlpian. de Tritico, vino, & oleo legato, l. Siquis, Embamma, aceti numero fuit. Plin. lib. 20. cap. 14.

Embata { ἔμβατα } Græcis tragica sunt calciamenta, sicut Embades comica, vt scribit Cælius ex Ammonio lib. 5. cap. 13.

Embatæ, legẽdum Epibades naues, & Epibatæ milites. Vide suo loco.

Embateuticum ius { ἐμβατευτικὸν } Alciat. lib. Parerg. 1. cap. 36. id interpretatur, quod & quandam detentationem respicit, & rei possidendæ facultatem, tametsi proprietas vera ad alium pertineat, quale est ius superficiarij, vel eius qui fundum vectigalẽ possidet, ὅσῃ τῷ ἐμβατεύοντι, quod est ingredi, & introꝺ pedem ferre. Vlp. l. 3. §. 4. D. De reb. eor. qui sub. Si ius ἐμφυτευτικὸν vel ἐμβατευτικὸν habeat pupillus, videamus an distrahi hoc à tutoribus possit. Hæc Alciatus.

Emblema, penult. prod. emblematis, neut. gen. { ἔμβλημα } Vermiculatum opus tessellis insititiis aptum atque consertum. Inde illud Ciceronis in Bruto, de Marci Calidij oratione, Nullũ nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate, vt ait Lucilius, structum verbũ videres. Et lib. 3. de Oratore, de collocatione verborum loquens, ex Lucilio,

Quàm lepidè lexeis compositæ, vt tesserulæ omnes,
Arte pauimento atque emblemate vermiculato. Lexeis (inquit) id est dictiones in oratione tam lepidè compositæ, quàm in pauimentis vermiculato opere factis tesserulæ. Budæus. Vermiculatum enim dicebatur, minutissima & elegantissima varietate cælatum, translatione ducta à vermiculis, qui lignum erodentes, effigies & species ingenti varietate notant.

Emblemata etiam in vasis argenteis, aureísq; & Corinthiis ornamenta erant apud antiquos exemptilia, quum libitum erat. Cicero in Verrem, act. 6. Vasa autem ad Verrem deferuntur: Cybiratæ fratres vocantur: pauca improbant: quæ probarant, iis crustæ aut emblemata detrahuntur. sic Haluntini excussis deliciis cum argento puro domum reuerterunt. Quod vnquam Iudices huiusmodi cuerriculum vlla in prouincia fuit? Et paulo pòst, Tum illa ex thuribulis & patellis quæ vellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, vt ea ad illã rẽ nata esse diceres. Hæc Budæus. Plin. lib. 33. cap. 12, Vlysses & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium furripiẽtes. Cic. 6. Verr. Quum inspiciendũ popoſciſſes, aulſo emblemate remiſiſſe. Varro 3. de Re ruſt. cap. 2.

Exornare dictiones quibusdam locis velut emblematis. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Illigare & includere emblemata in aureis poculis. Cic. 6. Verr.

Auellere vel detrahere emblemata. Cic. 6. Verr.

¶Emblema, Insertum quid & insitum significat, iniunctúmq;: ideò factum, vt emblema pro ornatu temperario & exemptili ponatur. Inde Fabius lib. 2, de locis communibus loquẽs, cap. 4, Vt quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. Budæus.

Embænetica, embæneticæ, penult. corr. Ars nauicularia. ἐμβαίνειν, in nauim ascẽdere. ἐκβαίνειν, de naui exire. Cælius ad Cic. lib. 8. Fam. epist. 1, Ego qui scirem Q. Pópeium Baulis embæneticum facere, & vsque

eò, vt ego miserer er eius esuriei, nó sum commotus. Id est, artem naucularian exercere. Alij legunt, schœnobaticam, id est artẽ funambulorum, quæ per auxesim, & cum contempru potest accipi pro quàlibet vili opera. Turnebus legit empeneticam. Vide suo loco.

Embola { ἐμβολὴ } Latinè incursio, eruptio. In l. Iubemus. C. de sacrosanct. eccles. pro expeditione sumitur: Iubemus nullam nauem ante felicem embolam, vel publicarum specierum transuectionem, publicis vtilitatibus subtractam excusari posse. Hoc autem in l. sequenti sic extulit, Quum ad felicissimam expeditionem nostri numinis debeant solita nobis ministeria exhiberi.

Embolicus, Adiectiuum: vt Embolicæ species, de quibus apud Vopiscum in Aureliano his verbis, Aurelianus nitri, charrę, lini, stuppę, atque embolicas species æternas constituit. Sunt autem hæ species, vt Turnebus interpretatur, quibus oneratæ naues quotannis Romam mittebãtur ex Ægypto annuo vectigali. Embolicas in editis legitur, quas in anatolicas quidam conuertunt, & orientales intelligunt: sed hęc Turnebi lectio mihi magis probatur, præsertim quum de embole in Codice multa mentio sit.

Embolismus, embolismi { ἐμβολισμὸς } dicitur intercalatio ἐμβόλιμος atque etiam ἐμβολιμαῖος, Latinè intercalaris & insititius seu interiectitius dicitur. Intercalare enim, interserere est, si Macrobio credimus: & mensis Februarius intercalaris ob hoc dicitur, quòd ei dies vnus interseritur.

Embolium, embolij { ἐμβόλιον, κατὰ τὸ ἐκ παρεμβολῆς } ab in & iacio: quasi argumentum & ingressus quidam scenicus, quale sub Domitiano repræsentatum est, si Martiali credimus, lib. 1,

Iunctam Pasiphaen Dictæo, credite, tauro
Vidimus: accepit fabula prisca fidem. Cic. ad Attic. Embolium nouum cogito. Idem pro Sextio, Cur ille ipse maximè ludius non solùm spectator, sed actor & acroama, qui omnia fororis embolia nouit, qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur, nec tuos ludos aspexit, in isto ardenti tribunatu suo? Ergo saltatores & psaltrias introduci solitas in scenam Polybius, Athenæusque testatur, & alia ridi culorum genera: sdq; à Lucio maximè Anitio factum fuisse ludis capto cum liberis Illyriorum rege Gẽtio. Dicitur & ftabilitas ipsa Græcis embolon. Et rostra quoque nauium appellantur embola. Sed & acies in rhombi modum instructæ nominantur embola: sicut & pars arietis extrema machinæ muralis qua ingruit. Ipsa quoque fibula rotarum, axibus firmandis immissi solita, quam rustici clauiculam appellant, Græcè nomen habet embolium. Hæc ex Hermolao.

Embregmata { ἐμβρέγματα } Medicis dicuntur inspersiones, hoc est quæcunque fronti aut temporibus ratione medica consperguntur. Embrochas per imperitiam nõnulli vocãt, vt scribit Cæl. lib. 3. cap. 23.

Embryon, embryi, neut. gen. { ἔμβρυον } Imperfectus partus dicitur. Nuper genitus infans, vel crudus & indigestus, inquit Suidas.

E M E

Emedullo, emedullas { ἐκμυελόω, ἐξεντερίζω } emedullãre, Medullam extrahere. Plinius de Limonio, lib. 22. cap. 22, Item grauceolentiam alarum emendat radicis emedullatæ vncia in vini falerni heminis tribus decocta.

Emedullare, per translationem, Declarare. Plautus, Narra iã rem nobis omnem, atque emedulla. Ex Perotto.

Emem, pro eundem, dicebant antiqui, teste Festo.

Emendico, emendicas, pen. prod. { ἐφαιτίζω } emendicãre, More mendicantium aliquid petere. Sueton. in Cæsare, In Hispania à Procõsule & à sociis pecunias accepit emendicatas in auxilium æris alieni.

Emendicatus, penult. prod. Participium { ἐφαιτισθείς. } In l. Singuli. C. de Accusationibus, Singuli vniuersique iudices cognoscant in publicis criminibus non oportere emendicatis suffragiis decretorum, aut relationibus à publicis personis destinandis credere. Et in l. Scriniis, de Palatinis sacrarum largitionum.

Honos emendicatus. In lege prima. C. Vbi quis de curiali vel cohortali, Penitúsque emendicati honoris præscriptione submota à iudice, &c.

Emendo, emendas { ἐπανορθόω } emendãre, Corrigere, & velut extra mendam ponere. Plin. epist. 116. lib. 6, Quis autem hic est qui emendet publicos mores? Cic. ad Attic. lib. 2. 3, Ita rursus remittit, vt me roget, vt annales suos emendem & edam.

Corrigi & emendari. Cic. 3. de Legib. Vt enim cupiditatibus principum & vitiis inſici solet tota ciuitas, sic corrigi & emendari continentia.

Studiis animũ emẽdare Platonis Incipiã. Propert. lib. 3. eleg. 21,

Emendare antiquitatem. Cic. in Orat. Atque etiam à quibusdam ferò iam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt.

Consilium aliquod emendare. Cic. pro Murena, Ego tuum consilium Cato propter singulare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non audeo, nonnulla in re forsitan, conformare & leuiter emendare possum.

Consuetudinem vitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendare. Cic. de Claris Orat.

Arte fortunam emendaturus. Horat. 2. Serm. sat. 8.

Vrbes iudiciis emendare. Quintil. in Procem. lib. 1.

¶Emendare, Auferre, curare. Plin. lib. 24. cap. 10, Succus hederæ, tædia narium graueolentiámque emendat, præcipuè albæ fatiuæ. Martial. lib. 11,

Emendare cupis vitium deformẽ: docẽbo,
Lesbia nec surgas censeo, nec sedeas.
Agenoreos penates emendare. Stat. 12. Thebaidos,
-quid enim septena mouere
Castra, & Agenoreos opus emendare penates?

Alopecias emendat cinis è radice asphodeli. Plin. lib. 22. cap. 22.

Alium citam emendat flos hederæ, in vino austero bis die potus. Plin. lib. 24. cap. 10.

Dolores capitis emendantur cõtrito nasturtio. Plin. lib. 20. cap. 13.

Epiphoras, & siqua in oculis vitia sunt, emẽdat. Plin. lib. 25. cap. 12.

Furfures

Furfures emendant pityasæ folia in aceto decocta. Plinius libro 24. capite 6.

Grauitas aurium emendatur nasturtio trito, imposito auribus. Plin. lib. 20. cap. 13.

Scabiem palpebrarum emẽdat sici succus lacteus. Plin. lib. 23. cap. 7.

Res Italas l. gibus emendare. Horat. 2. epist. 1.

Succos emendare. Ouid. de Medica. facie.

Emendatus, penult. prod. Participium { ἐπανορθωθείς. } Cicero de Amicitia, His ergo finibus vtendũ arbitror, vt quum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum sine vlla exceptione communitas.

Correcta & emendata. Cic. 1 Acad. Certè enim recẽtissima quæque sunt correcta & emendata maximè.

Emendata & Latina loquutio. Cic. de Claris Orat.

Sapiens & emendatus. Horat. 2. epist. 17.

Velocitas emendata. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Vir emendatus. Plinius Iunior libro 3. epist. 3. Ad Coreliam, Vir est emendatus & grauis.

Emendatè, Aduerbium { ἐπανορθωτικῶς. } Cic. de Opt. gen. Orat. Perficiendum est vt purè & emendatè loquentes, quod est Latinè.

Emendator, penult. prod. { ἐπανορθωτὴς } Verbale. Cic. pro Corn. Balbo, O præclarum interpretem iuris, authorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostræ ciuitatis.

Emendator & corrector. Cic. 2. Philipp. Iam enim quoniam criminibus eius satis respondi, de ipso emendatore & correctore nostro quædam dicunda sunt.

Emendator sermonis. Cic. de Claris Orat.

Emendatrix, penult. prod. Verbale, f. gen. { ἐπανορθώτειρα. } Cic. 1. de Legibus, Quoniam vtiorum emendatricem legem esse oportet. Sic 4. Tuscul. Emendatrix vitæ poetica.

Emendatio, Aliud Verbale { ἐπανόρθωσις. } Cic. 4. de Finib. Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris, & emendatio.

Seueritas emendationis. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Accipere auribus emendationem. Quintil. lib. 2. cap. 6.

Obstare emendationi. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Emensus, Vide EMETIOR.

Ementior, mentiris, penult. prod. ementitus sum { ψεύδομαι } ementíri, Aperè & palàm dicere, vel effingere quod non est. Cic. pro Domo sua, Quid desperatus, qui ne ementiendo quidem potueris authorem adumbrare meliorem? Ouid. 5. Metamorphoseos,

-quæ se genitum septemplice Nilo
Ementitus erat.

Ementiri & fingere. Cicero pro Roscio Amerino, Ego hæc omnia Chrysogonum fecisse dico, vt ementiretur, vt malũ ciuem Roscium fuisse fingeret.

Ementiri atque criminari aliquid. Cic. 4. Verr. Eum autem inimicissimi Sthenij domum suam statim inuitãt, vt animum eius in Sthenium inflammarent, ementiendo aliquid & criminando.

In aliquos ementiri. Cic. in Partitionibus, Alij ementiti sunt in eos quos oderant.

Ementiri auspicia. Cic. 1. de Diuinat.

Emẽtiri authoritatem alicuius ordinis. Cic. pro Domo sua, Satisne tibi videtur à Senatu iudicatum, me non modò non ementitum esse authoritatem eius ordinis, sed etiam, &c.

Genus suum ementiri. Cic. pro Corn. Balbo, Non enim furatus est ciuitatem, non genus suum ementitus.

Legationem ementiri. Cic. de Opt. gen. Orat. Itaque causa fuit Æschini, quoniam ipse à Demosthene esset capitis accusatus, quòd legationem ementitus esset.

Ementiri strepem. Liu. 9. ab Vrbe.

Ementiens, Participium { ψευδόμενος. } Cic. 1. de Diuin. Videmus hæc signa nonnunquam ferè ementientia.

Ementitus, penult. prod. Participium { ψευσμένος. } vt Ementita opinio. Cic. 3. Tuscul.

Emercor, emercaris, emercatus sum { ἀνεῖμαι } emercari. Tacit. lib. 12, Missis corruptoribus exuendam ad fidem hostes emercari.

Emereo, emeres, penult. cor. emerui, & emeritus sum, emeritum { ἀφετοῦμαι } emerere, Idem quod merere significat. Plaut. Aulul. 2. 6,

-quid ego emerui adolescens mali, &c.

Emereor, emereris { ἀφετοῦμαι, μισθοφορέω, μισθοδοτοῦμαι } Idem penè quod mereor: præteritum eius emeritus. Cicero Attico, libro 6. 13, Annuæ enim mihi operæ ad III. Calend. Sextil. emerentur. Vnde milites emeriti stipendia, qui militia perfuncti sunt, nominantur, inquit Valla lib. 5.

Generosos honores emerere. Propert. lib. 4. eleg. 12,

Et tamen emerui generosos vestis honores.

Iudicium hominum emereri. Quintil. in Procem. lib. 1, Altior solicitudo, quale iudicium hominum emererer, accessit.

Emerita acus. Vide ACVS,

Emeritos mufis, & Phœbo tradidit annos. Hoc est iam effœtos. Martial. lib. 7.

Emeritæ apes. Plin. lib. 11. cap. 11.

Aratrum emeritum. Ouid. 1. Fastorum,

Rusticus emeritum palo suspendit aratrum.

Emerita arma: Id est victricia, & finem bellis imponentia. Plin. in Paneg. Ouid. 4. Trist. eleg. 7,

Miles vt emeritis non est satis vtilis armis.

Emeritos boues Virgilius per translationem appellat, pro defessis & opere ac labore solutis.

Canes emeriti. Stat. 3. Sylu. 1. 12.

Currus emeriti. Seneca Thyeste, 9,

Iubet emeritos soluere currus.

Emeritus cursus, apud Ouid. Fast. 3, pro iusto & completo.

Equi emeriti { ἄφετοι ἵπποι. } Ouid. 4. Fastorum,

Dempserat emeritis iam iuga Phœbus equis.

Honor emeritus. Ouid. 5. Fastorum,

Ritè deo templúmque datum nomẽque bisultor;

Emeritus vori debita soluit honor.

Iugales emeriti. Claud. 2. de Raptu Proserp.

Emeritus miles, Qui iam à militia absolutus est. Lucan. lib. 1.

Militia emerita. Sueton. in Caligula, cap. 44, Commoda emeritæ militiæ ad fexcentorum milium summam refcidit.

Mors emerita. Lucan. lib. 3,

Teláque multorum leto cassura suorum,

Emerita iam morte tenet.

Nomen emeritum. Claud. de Torpedine. Id est meritum.

Emeriti senes { ἄφετοι γέροντες } vocantur, qui solent habere alios qui pro se laborent: Ij dicuntur pro alio opus agere. Valla lib. 5.

¶Emereri, pro finiri. Cic. Attic. lib. 6. epist. 2, Annuæ mihi operæ ad III. Calend. Sextil. emerentur, hoc est, Annua prouinciæ administratio mihi terminatur. Vide paulo pòst, Tempus emeritum.

Emeritum stipendium, passiuè dicitur quod peractũ est, quum iam milites missionem vt veterani impetrauerunt, inquit Budæus. Plaut. Mostel. 3, Vnum vbi emeritum est stipendium. Liuius 9. bel. Maced. p. Ebutio emerita stipendia essent, ne inuitus militaret.

Emerita stipendia libidinis. Cic. de Senect. At illa quanti sunt, animum, tanquã emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse, secúmque (vt dicitur) viuere.

Tempus emeritum. Cic. Attic. lib. 6. 116, Etsi annuum tempus propè iam emeritum habebamus (dies enim XXXIII. erãt reliqui) solicitudine, &c. Hoc est absolutũ & finitum, confectum, terminatum. Loquitur de annua prouinciæ administratione. Vide Emereri, pro finire.

¶Emerita, sunt commoda veteranorum. Modestinus in l. Desertorem. §. Si plures. D. De re militari, Et si expleto tẽpore militiæ redeat: vt veteranus restituatur, & emerita accipiet. Et §. præcedenti, Qui militiæ tempus in desertione impleuit, enerito priuatur. Budæus.

EMERPES Ephorus, Phrynidis musici duas ex nouem fidibus asciasabscidit, insusurrans μὴ κακύρρυθμε τῶν μουσικῶν. Id est ne musicam depraues. Refert Cæl. lib. 9. cap. 1.

Emergo, emergis, emersi, emersum, emergere { ἀναδύομαι } Extra mergere, & quasi ex loco vbi submersus fueram, vel delitueram, exire, & in lucem prodire. Liu. 1. ab Vrbe, Primùm profunda emersus palude. Cic. 3. de Finibus, Si non longè absunt à summo, vt iam iámque possint emergere. Terentius Eunucho, 3. 5, Quid gestiam, aut quid lætus sim, quò pergam, vnde emergam. Vbi Donatus, Propriè dixit Vnde emergam: vt ex lustris atque inhonestis locis, vtpote meretricis domo.

Delicescere & Emergere se, contraria. Cic. de Aruſp. resp. Iam ista serpens, quæ hic delitescit, tum se emergit, & fertur illuc, &c.

Mergere & Emergere, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. Legi etiam scriptum esse auem quandam quæ platanea nominaretur, eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues quę in mari mergerent: quæ quum emersissent, piscémque cepissent, vsque eò premere earum capita morsicus, &c.

Obtescere & Emergere, contraria. Cic. de Vniuers. Quesq; temporibus à nostro aspectu obtescant, rursúsque emersi errorem incutiant rationis expertibus, &c.

Respirare & emergere à fluctibus seruitutis. Cic. de Aruspicum resp. Idem postea quàm respirare vos à metu cædis, emergere authoritatem vestram à fluctibus illis seruitutis, reuiuiscere memoriam ac desyderium mei vidit, &c.

Emergunt à septenis partibus illæ stellæ. Plin. lib. 2. cap. 14.

Ab aliquo loco emergere. Cicero 1. de Diuinatione, Quum ille in agro Nolano immolaret ante Prætorium, ab infima ara subitò anguis emergeret.

Emergere de. Liu. Quum tandem de paludibus emersisset?

E flumine emergere. Cic. 2. de Diuinat.

¶Emergere è patrio regno. Cic. pro Lege Manilia, Ita regnat vt se non Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere è patrio regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asiæ luce versari.

Ex alto emergere. Cic. 4. de Finib.

Emergere ex iudicio peculatus. Cic. 3. Verr.

Emergere ex malis. Terent. And. 3. 3,

Dehinc facilè ex illis sese emersurum malis.

Emergere ex mendicitate. Cicero in Vatinium, Qui in eo magistratu non modò emerseris ex mendicitate, sed etiam diuitiis nos iam tuis terreas.

Emergere ex aliquo negotio. Cic. ad Attic. lib. 5. 97.

Emergere ex paternis probris ac vitiis. Cic. 5. Verr.

Emergere incommoda valetudine. Cic. ad Attic. lib. 5. 95.

Emergere ex vrbe aliqua. Cic. ad Attic. lib. 2. 27, Emersseram, commodè ex Antio in Appiam ad Tres tabernas, ipsis Cerealibus, quum in me incurrit Roma veniens Curio meus.

Emergere extra terram. Plinius libro 19. cap. 5.

Emergere super. Colum. lib. 11. cap. 3, Nam si super terram emerserit, dura & fungosa fiet.

Altè emergere. Cicero 2. de Nat. deor. Vt sese ostendens emergit scorpius altè. Ex quodam poeta.

Tenebris pulsis emergere. Claud. de bel. Getico, 64.

Æs alienum emersit post multum tempus. Vlpian. in l. 2. D. de condict. indebit. Dicitur de ære quod latebat & ignotum erat.

¶Amor emergit. Cic. Att. lib. 9. 18, Nunc emergit amor, nunc desyderium ferre non possum, nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodest.

Animus per tanta negotia emergit. Claud. Paneg. 8.

Aqua emergit. Vlpian. in l. 1. §. caput. D. De aqua cotid. & æstiu.

Bellum emergit. Cic. 6. Verr. Quum tam multa ex illo mari bella emerserint, tam multa porrò in Pontum inuecta sint, &c.

Ciuitates emergunt. Cic. Attic. lib. 6. 113, Hæc autem re incredibile est quantum ciuitates emerserint.

Creditores emergunt. Id est innotescunt, apparent, quum antè latuerint. Vlpian. in fine legis Procuratoris. D. de tribut. action.
Debitum aliud si emerserit. Vlpianus in principio l. Illud. D. de tribut. act.
Falcidia emergit. Vlp. in principio l. 2. D. de condit. indebit.
Emergere vtero infans dicitur. Plin. lib. 11. cap. 51.
Emersit è mari insula. Plin. lib. 2. cap. 81.
Lux emersit Olympo. Valer. 5. Argonaut.
Emersit è vadis oratio. Cic. pro Cælio, Sed quoniam emersisse iam è vadis, & scopulos præterecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur.
Emersit ventus. Plin. lib. 2. cap. 82. Desinunt autem tremores, quum ventus emersit.
Emersit hoc vno modo depressa veritas. Cic. pro Cluent. Hoc vno modo Iudices, sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiæ defensio intercluſa respirat.
¶Emergere, & se ad frugem bonam recipere. Cicero pro Cælio, Equidem multos & vidi in hac ciuitate, &c. qui totâ adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando: & se ad frugem bonam, vt dicitur recepisse, grauésque & illustres fuisse.
Ad summas emergere opes, rerúmque potiri. Lucret. lib. 2.
¶Emergere se ex malis, Actiuum. Cornel. Nep. in vita Attici. Tale est illud Cic. de Arusp. resp. Tùm se emergit, & fertur illuc.
¶Emergi, Impersonale. Terent. Adelph. 3. 2, Tot res repentè circunuallant, vnde emergi nó potest. Vbi Donatus, Vnde emergi non potest: Quum impressio est hostium, sic dicitur, vt Sallust. Pressi vndique multitudine. Cic. Qui semper premûtur, & nunquá emergunt. Et emergi noué. nam emergo dicitur, non emergor. Sed ideo est vsus, quia extra compositionem & mergo & mergor dicitur.

Emersus, Participium {ἀναδυόμενος} Cic. 2. de Diuin. Tibi autem de me cum solicitudine cogitanti subitò fum visus emersus è flumine.
Emersus ab admiratione animus, Id est qui se recepit. Liu. lib. 8.
Nox emersa. Ouid. 3. Metamorphoseos,
Tertia nox emersa suos vbi mouerit ortus.
E cœno emersus homo. Cic. in Vatinium.
Ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum emersus homo. Cicero pro Sextio.

Emersus, huius emersus, Verbale. Plinius libro 18. cap. 25, Exortus occasúsque binis modis intelliguntur. Aut enim aduentu Solis occultantur stellæ & conspici desinunt, aut eiusdem abscessu proferunt se. Emersum hoc melius quàm exortum consuetudo dixisset: & illud occultationem potius quàm occasum.

Emersurus, penult. prod. Participium {ἀναδύσων.} vt Emersura virtus ex omni sæuitia fortunæ. Liu. 5. bel. Pun.

EMERITA Augusta {αὐγούστα ἐμερίτη} Vrbs Hispaniæ Lusitaniæ. Strabo Augustam Emeritam vocat. Est hæc vrbs cocco celebris, quod est rubrum granum, cuius succo vellera tinguntur, Tyrio splendori neutiquam cedentia, vt Plinius scribit lib. 9. cap. 41. Nunc vulgò vocatur *Merida la grande*. Testis Oliuar. in Melam.

Emeritus, Vide EMEREO.

Emetior, emetiris, penult. prod. emensus sum {διαμετρῶ} emetíri, Idem quod metiri significat.
Laborem diuersum emetiri. Sil. lib. 4.
Emetiri iter, per translationem. Liu. 5. bel. Pun. Virg. 8. Æneid.
Emetiri iter vehiculis. Plin. lib. 7. cap. 20.
Emetiri vno die ingens spatium. Liu. 1. bel. Maced.
Oculis spatium emensus. Virg. 10. Æneid.
Voluntatem emetiri. Cic. de Claris Orat. Ego autem voluntatem tibi profectò emetiar, sed rem ipsam nondum posse videor, &c. Id est cumulatè præstabo.

Emensus, Participium {διαμετρηθείς.} vt Labores emensus aulæ. Claudianus in Epithalamio Palladij.
Emensus est sol ardua. Plin. lib. 18. cap. 28. Emendati codices habent, per ardua enisus.
Emensus, Passiué. Liu. 1. bel. Pun. Postquam multo maiorem partem itineris emensam cernant, &c. Virg. 1. Georgicorum,
-emenso quum iam decedet Olympo. De sole loquitur. Hoc est percurso & perlustrato cælo, quum iam descendet ad occasum. Hæc Seruius.

Emeto, emetis, penult. corr. emessui, emessum {θερίζω} emétere, Idem quod metere. Horat. lib. 2. epist. 2, -emetit Orcus
Grandia cum paruis non exorabilis auro. Alij tamen sic legunt,
Quid vici prosunt, aut horrea, quídve Calabris
Saltibus adiecti Lucani, si metit Orcus
Grandia cum paruis non exorabilis auro? Emetit Acron interpretatur amputat.

EMEVM, Oppidum, cuius meminit Plinius lib. 6. cap. 29. in descriptione sinus maris rubri, Troglodytici, & Æthiopici.

E M I

EMICO, emicas, penult. corr. emicui & emicaui, emicatum {ἐξαίθω} emicâre, Effulgere, resplendere. Plaut. Ex oculis quasi radij emicant solis.
Emicant & faces, nonnisi quum decidunt visæ. Id est repentè exisſunt & lucentes apparent. Plin. lib. 2. cap. 26.
Emicare de. Plin. lib. 11. cap. 37, Cecinnæ Volaterrano dracones emicusse de extis læto prodigio traditur.
Emicare ex vna radice. Plinius libro 27. cap. 8, Crategonon spicæ tritici simile est, multis calamis ex vna radice emicantibus, multorúmque geniculorum.
Emicare ex incendio flamma dicitur. Seneca lib. 2. de Benef. cap. 27.
Ignis emicuit. Claud. 7. Paneg.
Sanguis emicat per mille foramina. Stat. 12. Thebaid.
Sol emicuit super terras. Valer. 4. Argonaut.
¶Emicare in iugum, pro Attollere sese & erigere. Columel. lib. 4. cap. 20. Plaut. Aulul. 19,
Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram, atque in pectus emicare. Hoc est velut subsultare.

Emicat Euryalus. Virg. 5. Æneid. Et lib. 6. Æneidos,
-iuuenum manus emicat ardens
Littus in Hesperium.
Ante oculos emicuit. Valer. 7. Argonaut.
In fata alicuius emicare. Valer. 6. Argonaut.
Emicat in partem sanguis, vnde icimur ictu. Lucret. lib. 4.
In prælia victor emicat. Silius lib. 16.
Eurythus euadit iuuene, atque in prælia victor
Emicat, & galeæ fert donum insigne coruscæ.
¶Emicare, pro Excellere. Plin. lib. 35. cap. 11, Post eum emicuit longè ante omnes Euphranor Isthmius. Legitur & Eminuit.
Præ omnibus emicat Nisus. Virg. 5. Æneid.

EMIGRO, emigras, penult. corr. {χωρίζομαι, ἀποικίζω} emigrâre, Idem quod migrare significat, authore Valla: vt Emigrare domo. Cicero 4. Verr. Plaut. Mostel. 7, -pedem
Nemo intrò tetulit, semel vt emigrauimus.
Emigrare finibus suis. Plin. lib. 6. cap. 17.
Emigrare è vita. Cic. 2. de Legib.
¶Emigrare, Iureconsultis dicuntur, qui ante finitum conductionis tempus habitationem derelinquunt, l. 28. §. 1. D. locat. Sic & Emigratio, in l. 28. D. de damn. infect.
¶Emigrare, pro Eiicere. Titinnius Veliterna, Quot pestes senio & iurgia sesemet diebus emigrarunt. Ex Turnebo.

Emigrans, Particip. {χωρίων.} vt Emigrans populus. Stat. 4. Sylu. 10.

EMINEO, emines, penult. corr. eminui {ἐξέχω, ὑπερέχω} eminére, Quasi extra alios, hoc est præ aliis manere. is enim eminere dicitur, qui cæteris altior est. Plin. lib. 16. cap. 31, Esculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Cæsar 2. bel. Ciuil.
Eminere & apparere. Cic. pro Rosc. Amer. Quò studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eò magis eminet & apparet.
Extare & eminere. Cic. 2. de Orat. Quo magis id erit illuminatum, extare atque eminere videatur.
Eminet illius audacia, & proiecta est. Cic. pro Cluent. Illi quorum eminet audacia atque proiecta est, à consiliis malitiæ deseruntur.
Eminere extra terram. Plin. lib. 17. cap. 21.
Eminere supra terram. Iulian. in l. Si gemina. D. arbor. furt. cæsar. Si gemina arbor sit, & supra terram iunctura eius emineat, vna arbor videtur esse.
Eminet ante oculos quod petis ecce tuos. Ouid. 3. Fast.
Eminere foras. Cic. in Somn. Scip. Idque ocyus faciet, si iam tum quum erit inclusus in corpore, eminebit foras: & ea quæ extera erunt contemplans, quam maximè se à corpore abstrahet.
Eminere in re aliqua. Quintil. lib. 2. cap. 3, Nemo sic in maioribus eminet, vt cum minora deficiant.
Leuiter eminere, Vide LEVIS.
Magnopere eminere, Vide MAGNVS.
Inter omnes in omni genere dicendi vnus eminet Demosthenes. Cic. in Orat.
Eminere quatuor digitos transuersos. Plin. lib. 17. cap. 18.
Eminet animus maximè in contemnendis doloribus. Cic. 2. Tusc.
Eminebat ex ore crudelitas. Cic. 7. Verr.
Arbor in aruis eminet. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.
Eminet ferrum per costas. Liu. 8. ab Vrbe.
Eminere hasta in ambas partes dicitur, quæ per medium traiecta est corpus. Ouid. 5. Metam.
Eminens è mari globus terræ. Cic 1. Tusc. Cæsar 7. bel. Gal. Ita vt non amplius quatuor digitis ex terra eminerent.
Indignatio eminet. Curt. lib. 4.
Eminet ira in suos maior. Liu. 2. ab Vrbe.
Eminebat etiam in voce, sceleris quod parabat atrocitas. Curtius libro 8.
Virtutibus eminet oratio. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Eminet aliquis, qui cæteris excellit. Liuius 1. ab Vrbe, Necdum à singulis, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo, peruenerant factiones.
Emineo, cum accusatiuo, actiué. Curtius lib. 4, Iámque paululum moles aquá eminebat, & simul aggeris latitudo crescebat, &c. Id est excedebat, siue super aquam eminebat extábátque.

Eminens, penult. corr. {ἐξέχων} Participium, siue Nomen ex participio.
Eminés animus in futura, pro imminens. Seneca de Tranquil. vitæ.
Expressum & eminens. Cicero 1. de Natura deorum, Illud video pugnare te, species vt quædam sit deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitque pura, lenis, perlucida.
Incisum, eminens, lacunosum. Cicero 2. de Natura deorum, Quid enim pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet? quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?
Eminens effigies virtutis. Cic. 3. Tusc.
Forma eminens. Seneca Octau. 4.
Eminens ingenium. Quintil. lib. 6.
Leuiter eminentes genæ. Cic. 2. de Nat. deor.
Oculi eminentes. Cic. in Vatinium.
Eminens statura. Colum. lib. 3. cap. 8.
Obscurare, & Eminens esse, contraria. Cicero 3. de Oratore, Discutienda sunt ea quæ obscurant, & ea quæ sunt eminentia & prompta sumenda.
Eminentiores trabes. Cæsar 2. bel. Ciuil. Has trabes paulo lógiores atque eminentiores, quàm extremi parietum erant, effecerunt.
Eminentissimus titulus dignitatis, qui Præfectis Prætorio tribuitur, & magistris militum, & patriciis. §. Adistum. Epist de Iustin. Cod. cófir. Vnde Eminentissimas Præfecturas legimus in l. 6. de exact. tribut. lib. 10. C.
Eminentissimus in eloquentia. Quintil. in Prooem. lib. 4.
Authores eminentissimi. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Eminentia,

Eminentia, eminentiæ {ἐξοχὴ ποσοῦ} Cicero 1. de Nat. deorum, Nam si tantummodo ad cogitationem valent, nec habet vllam soliditatem, nec eminentiam, &c.
Eminentiæ in pictura. Cic. 4. Acad. Quàm multa vident pictores in vmbris, & in eminentia, quæ non videmus?

Eminulus, pen. corr. {ὑπὸ μικρὸν ἐξέχων} Adiect. Diminutiuum, Parum eminens. Varro 2. de Re rust. cap. 5, Vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam, compactis cruribus: potius breuioribus quàm longis, rectis genibus & eminulis, distátibus inter se. Ibidem, de canibus, cap. 9, Spina neque eminula, neque curua.

Eminor, pen. corr. eminaris {ἀπειλῶ} eminári, Idem quod minari. Plaut. Capt. 13,
Eminor, interminórque nequis obstiterit obuiam.

Eminatio, Verbale {ἀπείλημα.} Plaut. Capt. 13,
Quæ illæc eminatio est?

Eminus, pen. corr. Aduerbium {πόῤῥωθεν} E longinquo, inquit Valla. cui opponitur Cominus. Cicero de Senect. Nec enim excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus gladiis vteretur. Cæsar 1. bel. Ciuil. Sic quotidie vtrinque eminus fundis, sagittis, reliquísque telis pugnabatur.

EMIROR, pen. prod. emiraris, emiratus sum {θαυμάζω} emirári, Valde mirari. Horat. 1. Carm. ode 5, -& aspera
Nigris æquora ventis
Emirabatur insolens.

EMISCHABALES, Fons Arabiæ, de quo Plin. lib. 6. cap. 28, Agacturi in montibus, oppido 20. M. pass. in quo fons Emischabales, quod significat Camelorum oppidum.

EMISENI, Populi in Emisena regione Syriæ. Paul. de censib. Imperator noster Antonius ciuitatem Emisenorum coloniam iuris Italici fecit. Ex Nebriss.

EMISSARIUS, Emissitius, Vide EMITTO.

EMITTO, emittis, emisi, pen. prod. emissum {ἐκπέμπω, ἐξαποστέλλω, ἐξερεύγω} emittere, Extra mittere. Vnde Emitti à deo. Cic. 1. Tusc.
Emittat ad me Publi' qui obsignétiurabo, &c. Cic. ad Att. lib. 2. 27.
Emittere de manibus. Cic. pro Cælio. & 7. Verr. Liu. 1. bel. Pun.
Emitti è carcere. Cic. pro Plancio.
Emitti è custodia, & leuari vinculis. Cic. 1. Tusc.
Emittere è manibus. Liu. 8. belli Pun. E manibus tuis in Italiam emissisti.
Ex vinculis emitti. Cic. 1. Tusc.
Emittunt noctu per vallum. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Emittere in hostem equites. Liu. 4 bel. Pun.
Actionem equidem solam in hoc tempus emiseram. Quintil. lib. 7. cap. 3. Hoc est edideram, inuulgaram.
Emittere aculeos in hominem. Cic. pro Cælio. Sed vestræ sapientiæ Iudices est, non abduci à reo: nec quos aculeos habeat feueritas grauitásque vestra, quum eos accusator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem & in reum.
Ardor se emittit. Cic. 2. de Diuinat. Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.
Aliquid dignum suo nomine emittere, Id est edere. Cicero Volumnio, libro 7, Vt etiam siquando aliquid dignum nostro nomine emittimus.
Emittere fulmina & iacula. Cic. 2. de Diuinat.
In auras iaculum emittere. Virg. 9. Æneidos,
Ecquis erit mecum ô iuuenes, qui primus in hostem?
En, ait: & iaculum intorquens emittit in auras.
Lacrymas emittere. Ouid. 11. Metam.
Libellos emittere, hoc est edere, publicare. Vide Libellus, in LIBER.
Maledictum emittere. Cic. pro Plancio, Nihil est autem tam volucre quàm maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dispatur.
Emittere manum, est cautionem propria manu facere. Modestinus in l. Quidam quasi. D. De probat. & præsumpt. Quærebant, an cum eo de hæreditate fratris propter emissam ab eis manum possint quasi cum filio agere.
Emittere oculos. Plaut. Merc. 17,
Gradus grandit, emittit oculos, circunfert se.
Emittere oua dicitur gallina. Plin. lib. 11. cap. 24.
Rudentes puppe emittere. Stat. 2. Achill.
Emittere arcu sagittas, aut tela. Plin. lib. 9. cap. 8. Cicero de Arusp. respon. *Descocher vne fleche.*
Emittere venis sanguinem. Plin. lib. 25. cap. 5.
Emittere saturitatem. Plin. lib. 10. cap. 23. Id est Purgare ventrem.
Emittere vocé. Liu. 1. ab Vrbe, Seu ira, seu odio, seu superbia insita ingenio, nullam eum vocem emisisse.
Emittere vocem cum querimonia. Cic. 4. Verr.
¶Emittere manu aliquem, pro Manumittere, & in libertatem asserere. Plaut. Aulul. 17,
Volo me emitti manu. 1. egóne emittam manu?

Emissus, Participium {ἐξαπεσταλμένος.} vt, Agmen emissum. Virgilius 4. Georgicorum,
Hinc vbi iam emissum caueis ad sydera cæli
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen.
Euocatus atque emissus. Cic. 1. Tusc. Sed râquam à magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic à deo euocatus atque emissus exierit.
Ex vrbe emissus. Cic. 1. in Catil. Vt abs te non emissus ex vrbe, sed immissus in vrbem esse videatur.
Facerè dictum emissum hærere debet. Cic. 2. de Orat.
Vixdum emissa dies. Stat. 2. Sylu.
Hyems emissa. Virg. 1. Æneidos,
-emissámque hyemem sensit Neptunus. Id est tempestatem.
Lacus emissus. Cic. Attico, lib. 4.
Ortus solis emissus. Claud. 7. Paneg.
Ratio simulatque emissa est, adhærescit. Cic. 2. de Orat.

Tela emissa. Lucan. lib. 3,
In puppim rediere rates, emissáque tela Aëra texerunt.
In lucem Stygiis emissa tenebris Pallida Tisyphone. Virgil. 4. Georgic.
Venti emissi. Ouid. 11. Metam.
Verbum emissum. Horat. 1. epist. 19,
Et semel emissum volat irreuocabile verbum.
Emissa cælo vox. Liu. 5. ab Vrbe.

Emissio, Verbale {ἔκρισις, ἐξέλασις} pro iaculatione & vibratione: vt Emissiones tormêtorum. Cic. 2. Tusc. Vt enim balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius.

Emissarius, emissarij, Qui paratus est emitti & inuehi in aliquem: Calumniator & vexator, summissus & subornatus ab inimicis. Cicero Mario, lib. 7. 2, Persuasérátque nonnullis inuidis meis se in me emissarium semper fore.
Emissarios Domitiani vocat Suetonius in Domitiano, cap. 11, quorum opera ad delationes abutebatur.
Emissarius, vt Asconius docet, furtorum conciliator, atque internuntius, quæ à magistratibus cómittuntur. Cic. 5. Verr. In eundem, Act. 4, Petit Næuius Turpio quidam istius excursor, & emissarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus.
Emissarius equus, aries, & huiusmodi. Qui emissus sit in solitudinem, vel qui ad generandam sobolem emittitur. Hæc Valla in Rauden. Plaut. Milit. 15, -abi sis hinc: nam tu quidem
Æquè fuisti scitus emissarius,
Qui consectare, qui mares, quæ fœminæ.
Emissarius palmes. Plin. lib. 17. cap. 23, Ex his emissi palmites proximo anno imis inferantur scamnis, ac per singulos annos ad superiora scandãt, relicto semper duramêto in singulis tabulatis, & emissario vno qui subeat vsque quo placuerit.

Emissarium, emissarij {ἐξαγώγιον} Locus per quê aqua è lacu aut stagno emittitur, inquit Sipontinus. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 20, Item emissarium Fucini lacus, portúmque Hostiensem. Cic. ad Tironem, lib. 16. 18, Helico nequissimus H. S. M. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla macerie, nulla casa.

Emissitius, Adiect. {ἐκβλητικός} Quod emittitur. Cic. 3. de Legib. C. verò Gracchus ruinis & emissitiis, quas ipse se proiecisse in forum dixit, &c.
Emissitii oculi, Qui huc & illuc aspectant, & veluti sese eiaculantur. Plaut. Aulul. 4,
Circunspectatrix cum oculis emissitiis.

EMMAVS, huius Emmai, f. g. {ἐμμαοῦς} Ptolemæo Iudææ vrbs, eidem alio nomine Nicopolis, vbi cognitus Christus in fractione panis. Plin. lib. 5. cap. 14, Hiericuntem palmetis consitam, fontibus irriguam Emmaum. Vide Iosephum lib. 12. Antiquit. cap. 10.

Emmelia {ἐμμελία} Saltationis species, quam pacatam vocat Plato lib. 3. de leg. *δύο δὴ τὼ περὶ ὀρχήσεων τῷ σχήματε θέσει, τὸ μὲν πολεμικὸν πυῤῥίχιον, τὸ δὲ εἰρηνικὸν, ἐμμέλειαν ὀνομάσαντες.* Duo, inquit, saltationis honestæ genera: vnum quidem bellicum, quod Pyrrhichen: alterum pacatum, quod Emmeliam appellauerunt. Vide Bud. in Annot. in Pandect.

Emmota, Medicamenta quædam sunt, in quorum venit vsum quandoque quod Isis nuncupatur, cerore permixta. Horum meminit Galen. lib. 2. ad Glauconem, à quo & Pyulca nominantur. Vide & Cæl. Rhod. lib. 26. cap. 22.

E M O

EMO, emis, emi, emptum {ὠνέομαι, ἀγοράζω, ἐκπρίαμαι} émere, Pecuniis, vel gratia aut præmio, vel alio quouis modo aliquid sibi comparare. Cic. pro Cecinna. Suum esse, féque sibi emisse.
Emere (inquit Festus) quod nunc est mercari, antiqui accipiebant pro Sumere siue accipere.
Emere de. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 10, Emerat de Cosconio & Pomponio bestiarios. Et ad Atticum, lib. 13. 286.
Bene emere. Cic. Attico, lib. 1. 8, Quod ea emptione & nos bene emisse iudicati sumus.
Malè emere, Id est nimio emere. Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 4, Mihi maximè placet, ea quæ malè empta sunt, reddi.
Carè emere. Horat. 2. epist. 1.
Emere tam salubriter, vt pœnitentiæ locus non relinquatur. Plin. lib. 1. epist. vlt. Rogo cures quanti æquum est emat: ita eum delectabit emisse. ego tibi debiturus, si prædiolum istud quod commendatur istis dotibus, tam salubriter emerit, vt pœnitentiæ locú non relinquat. Id est tam iusto pretio.
Emere argento sibi aliquem. Plaut. Asin. 12.
Emere alteri quidpiam, Id est pro altero, siue ad commodum alterius. Nerat. in l. Si fundum. D. Mandat. Idem Nerat. in l. Si procurator. D. de acquir. rer. domin.
Propè dimidio carius emere aliquid quàm æstimatur. Cicero pro Domo sua.
Emere bona fide. Plaut. Mostel. 8.
Emere magno. Cic. 5. Verr. Ouid. 2. de Arte,
Atque emitur magno nil, nisi posse loqui.
Minimo emit, Vide MINOR.
Emere pondere. Plin. lib. 12. cap. 7, Piper pondere emitur, vt aurum & argentum.
Precibus emere. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 1, Nulla res grauius constat, quàm quæ precibus empta est.
Emere pretio alterius. Terent. in Prol. Hecyræ, -mihíq; vt discere
Nouas expediat posthac pretio emptas meo. Vbi Donatus, Pretio meo, æstimatione à me facta quantum ædilis daret.
Potestas virtute emitur. Claud. 6. Paneg.
Emere tanti, quanti, &c. Cic. 3. Offic. Emit homo cupidus & locuples tanti quanti Pythius voluit.
Quanto minoris emere. Vlpian. duobus locis in l. Iulianus. D. de actio. empti.
Emere aliquem donis. Liu. 6. bel. Maced.

Emere aliquem vita. Virg. 9. Æneid.
Emere aliquid in publicum, Id est ea lege vt publicum fiat. Liuius lib. 4. Decad. Laneásque & tabernas coniunctas in publicum emit: basilicámque faciendam curauit.
¶ Munere custodem emere. Ouid. 3. de Arte aman.
Citharas emere Horat. 2. Serm. sat. 3.
Gaudia emere. Stat. lib. 9. Thebaidos,
Veriurum diadema pero, quo gaudia tanti Empta mihi?
Generum sibi emere. Virg. 1. Georg.
Emere talento inimicum. Plaut. Trinum 14,
-nam ego talentum mutuum
Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.
Emere litigium. Plaut. Amphit. 14,
Noui te hominem molestum, quíve emas litigium.
Metum emere. Lucan. lib. 3,
-nanque asserit vrbes
Sola fames, emitúrque metus.
Mortem emere. Propert. lib. 3. eleg. 16,
Talis mors pretio vel sit emenda metu.
Emere pretio spem. Terent. Adelph. 2. 2.
Ad sententias emendas dedisse pecuniam. Cic. pro Cluent.

Emptus, Participium {ὠνητός.} vt, Pax empta donis ingentibus. Lucan. lib. 10.
Decus perenne ingenti clade emptum. Claud. de piis fratribus, & statuis eorum, 42.
Emptum, constupratúmque iudicium. Vide CONSTVPRO.
Fœdera empta multis cladibus. Claud. 7. Paneg.
Pulmenta laboribus empta. Horat. 1. epist. 9.
Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. Horat. 1. epist. 2.
Ex empto aut vendito fieri aliquid contra fidem. Cic. 3. de Natura deorum, Reliqua quæ ex empto aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt.
Emptus de lapide, Olim dicebatur seruis non frugi bonæ, sed qui noxæ deditus sit, ideóque venditus. Columel. Vel de lapide noxium posse comparari putat. Lapis autem locus eminens erat, & tanquam suggestus, vnde præco prædicabat atque vendebat. Inde emptos de lapide tribunos vt seruos vænales dixit cótumelioſe Cicero. & Plautus, In eo ipso astas lapide, vbi præco prædicat. Turnebus.
Emptum & Paratum hoc differunt apud Iurisconsultos, quòd in empto paratum inest; in parato non continuò emptum continetur. l. 47. §. 1. D. de leg. & fideic. lib. 32. Paratum ergo generis nomen est: Emptum speciei.

Emptio, Verbale {ἀγορασία, ὠνησις.} Cicero ad Att. lib. 12. 23, Quid Cæsar? tres habet conditiones: aut emptiones ob hastam, &c.
Emptio, est contractus iurisgentium de quantitate cum corpore commutanda, sola inter se pactione contrahentes obligans. l. 2. D. de obl. & act.
Emptionis verbo, lex duodecim tabularum omnem alienationem complexa est, ait Pompon. l. 29. §. 1. D. de stat. liber. Itaque animaduertere est Varronem in libris de Re rustica, acquisitionem omnem emptionis verbo comprehendere.
Mancupi emptio. Vide MANCEPS.
Abire ab emptione. Vide ABEO.
Emptione facta. Cic. pro Ccecinna.

Emptito, emptitas, pen. corr. emptitare, Idem quod emere. Plinius lib. 33. cap. 1, Ita enim (vt opinor) commercia victus gratia inuenta alios coriis boum, alios ferro, captuisque rebus empitasse tradit. Colum. libro 8. cap. 10.
Empsitare quidam legunt apud Plautum Casina, 7, Non ego istud verbum empsitem titiuillitio esse in solicitudine emendi.

Empturio, empturis, pen. corr. {ἀγορασείω} empturire. Varro in Proœm. lib. 2, Propterea quòd te empturientem in campos macros adducunt crebrò pedes.

Emptor, Verbale {ἀγορασὴς} Qui emit. Cic. 3. Offic. Nequid omnino quod venditor norit, emptor ignoret.
Emptorem hiantem inducere dicitur res. Horat. 1. Serm. sat. 2.
Dedécorum pretiosus emptor. Horat. 3. Carm. ode 6. Id est incestuũ, vt ait Acron. Qui dedecora, id est adulteria magno pretio emit, inquit Porphyrio.

Emptrix, emptricis, pen. prod. Aliud verbale. Modest. in l. Herennius. D. De euict. & dupl. postul. Quum emptrix non prouocauerit. Paulo pòst: Nihil proponi, cur emptrici aduersus venditorem actio non competat.

Emptionalis, & hoc emptionale, pen. prod. {ἀγορασικὸς} Qui frequens est in emptionibus & proscriptionibus bonorum. Cælius ad Ciceronem, lib. 7. 30, Quod quidem si inter vos senes emptionales venale proscripserit. Quo in loco antiquissima exemplaria legunt coemptionales.

Emptitius, Adiect. {ὠνητὸς} Qui emptus est. cui Gratuitus opponitur. Varro 3. de Re rust. cap. 2, Hic aprum glans quum pascit emptitia, facit pinguemillic gratuita, exilem. Ibidem, cap. 17.
Emptitius miles, Mercenarius, inquit Sipõtinus: quem Festus emptituum appellat.

Emax, huius emacis, pen. prod. {ὠνητικὸς} Qui libenter, & sæpius emit, vel qui emẽdi est cupidissimus. Cicero in Paradox. Non esse cupidũ, pecunia est: non esse emacem, vectigal est.
Domina emax. Ouid. 1. de Arte,
Institor ad dominam veniet discinctus emacem.

Emacitas, pen. corr. emacitatis {τὸ ὠνητικὸν} Facilitas & inclinatio voluntaria emendi. Colum. lib. 4. 3, Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in comparandis mancipiis cura: de tuendis nulla cura tangit. Plin. epist. 51, Erat φιλόκτητος, vsque ad emacitatis reprehensionem.

Emodulor, pen. corr. emodularis, emodulatus sum {ἐπαυλίω} emodulari, Idem quod modulari. Ouid. 1. Amor. eleg. 13,
Musa per vndenos emodulanda pedes.

EMODVS {ἠμωδὸς} Mons qui circa finem Indiæ in duos ramos diuiditur. Alteri Ortorocoras nomen est: alteri Semantinus. Vide Ptolem. lib. 6. cap. 15.

Emolior, emoliris, pen. prod. emolitus sum {ἐξεργάζομαι} emoliri, Excitare, expellere. Cels. lib. 4. cap. 6, de pleuritide, Interdum sicca tussis est, quæ nihil emolitur. Columel. lib. 8. cap. 5, Dum eas amaritudo cogat, per nares emoliri pituitæ nauseam.
Emoliri fretum. Senec. Agamem. 6. Id est commouere.

Emollio, emollis, emolliui, emollitum, pen. prod. {ἠμαλδύνω, ἠμαλαίνω} emollire, Idem quod mollire, & fricatione aut subactione mollem reddere. Liu. 7. bell. Maced. Humor arcus, fundásque, & iaculorum amenta emollierat.
Emollire aluum, Laxare & lenire. Plin. lib. 20. cap. 9, Aluum leniter emollit lapsana.
¶ Emollire hominem. Liu. 7. bel. Pun. Idem 8. bell. Maced. Degener & emollitus amœnitate Asiæ hostis.
Artibus mores emollire. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9.
Pax emollit ferociam. Tacit. in Vita Agricolæ, Plus tamen ferociæ Britanniæ præferunt, vt quos nondum longa pax emollierit.

Emollidus, pen. corr. A dicit. {μαλθακὸς} Idem quod mollis. Liu. 4. bel. Maced. Labor & æstus emollida & fluida corpora Gallorum & minimè patientia sitis, quum decedere pugna coegisset, &c. Vetustiora exemplaria legunt mollia.

Emolumentum {ὠφέλημα, ὠφέλησις} Vtilitas quam ex opera & labore, & (vt ita dicam) molimine nostro assequimur. Plaut. Trin. 10, Et si sine dote duxeris, tibi sit emolumentum honoris, mihi
Quod obiectant siet.
Detrimentum & Emolumentum, contraria. Cic. 1. de Finib. Plúsq; in ipsa iniuria detrimenti est, quàm in his rebus emolumenti quæ pariuntur iniuria.
Fructus atque emolumentum. Cic. 5. Verr.
Dicere aliquid ob emolumentum suum. Cic. pro Fonteio.
Facere emolumentum. Paterculus lib. 2, Anni eius æstiua vsque in mensem Decembrem producta, immanis emolumentum fecere victoriæ.
Boni nullo emolumento impellũtur in fraudem. Cic. pro Milone.
Largiri aliquid emolumenti Lucret. lib. 5,
-quid enim immortalibus, atque beatis
Gratia nostra queat largirier emolumenti?
Proponere emolumentum alicui. Cic. pro Fonteio.
Laus suscepta sine emolumento ac præmio. Cic. 2. de Orat.
Emolumento esse alicui. Cic. 1. de Orat.

Emoneo, emones, pen. corr. emonui, emonitũ, pen. corr. {παραγγέλλω} emonẽre, Idem quod monere. Plaut. Asin. 14,
Hunc polirare, illam expilare iam emone.

Emorior, emoriris, pen. prod. vel. emoreris, pen. corr. emortuus sum, {ἀποθνήσκω} émori: omnino planéque mori. Terent. Heaut. 5. 2, Emori cupio. Cic. 3. Offic. Vt esset insitum militibus nostris aut vincere aut emori.
Amor emoritur. Ouid. 2. de Remed. amoris,
Pérque gradus molles emoritur amor.
Emortuum auxilium ad rem. Plaut. Epid. 3.
Quorum laus emori non potest. Cic. in Paradox.
Emoritur membrum. Celsus libro 5. cap. 26. in cap. de curatione gangrenæ.
¶ Emoriri, penult. corr. Terent. Eunuch. 3. 1,
Risu omnes qui aderant, emoriri. Vbi Donatus, Emoriri, vitiosè dictum ab imperito milite.

Emortualis, & hoc emortuale, pen. prod. {νεκρικὸς.} vt Emortualis dies, in quo quis mortuus est, sicut Natalis, in quo natus. Plaut. Pseud. 20.

Emotus, Vide EMOVEO.

Emouco, emoues, pen. corr. emoui, emotũ. pen. prod. {κινέω} emouẽre, Ex loco mouere. Liu. 6. ab Vrbe, Tum percitus ira Camillus, licẽtorem qui plebem de medio emouerat, misit. Sic Emouere è foro multitudinem. Liu. 5. bel. Pun.
Emouere herbas. Columel. lib. 8. cap. 3.
Emouit ex pectore meo phronesim. Plaut. Trucul. 3.
¶ Emouere, pro exercere, seu in apertum producere. Ouidius 3. Fastorum,
Dum loquitur, totum iam sol emouerat orbem. Id est tota sua rotunditate apparebat.

Emotus, pen. prod. Participium {κεκινημένος.} vt, Axis à cardine emotus Stat. 1. Thebaid.
Curæ emotæ. Virg. 6. Æneidos,
His dictis curæ emotæ: pulsúsque parumper
Corde dolor tristi.
Postes cardine emoti. Virg. 2. Æneid.
Emotis deinde curia legatis. Liu. 10. bel. Pun.
Emotum solum. Columel. lib. 3. cap. 18.

E M P

EMP. Empta.

EMPANDA, Paganorum dea fuit, teste Festo, ita dicta quòd patentibus pagis, non clausis vrbibus præesset.

EMPEDOCLES, pen. cor. {ἐμπεδοκλὴς} Philosophus & poeta Agrigẽtinus de rerum natura versibus scripsit, vt apud Romanos Lucretius. Discipulus fuit Pythagoræ, & inuctor Rhetoricæ. Is noctu à sociis clàm discedens, in ardentem camisinum montis Ætnæ se demisit, vt deus immortalis haberetur: sed ferreæ eius crepidæ ex camino per flammam reiectæ, rem patefecerunt. Horat. in Arte Poet. Vide Gell. lib. 4. cap. 11. & Cælium lib. 11. cap. 18.
Empedocles Physicus, idémque poeta optimus. Cicero 1. de Orat. Idem quatuor elementis omnia constare ait. Cic. 4. Acad.
Empedocles animum esse censet, cordi suffusum sanguinem. Cic. 1. Tuscul. De eodem vide 1. de Nat. deor.

Empedocleus, Adiectiuum {ἐμπεδόκλειος.} Cicero Qu. frat. lib. 2. 13, Qui veneris,

veneris, virum te putabo: si Sallustij Empedoclea legeris, hominem non putabo.

Empenctica, Efuritionis ars. Cælius Ciceroni, Ego, qui scirem Qu. Pompeium Baulis empeneticam facere, &c. Embæneticam alij legunt, cui vocabulo nullus est nec in Latina, nec in Græca lingua locus, etsi Græcam refert originem, sed deriuatione falsa. Non enim huiusmodi nomina à verbis orta formantur à præsenti: & alioqui hoc sententiæ parum conuenit. Proinde Turnebus empeneticam legit, vt eum dicat esurientem efuritionis artem Baulis facere, & vsque eò vt esuriei eius misereatur. Vt enim Græcè dicitur ὀψοφαγεῖν pro ψαγεῖν, Attico more, & ἰμπεῖν pro πεῖν, & ἰμφαγεῖν pro φαγεῖν, quidni etiam dicatur ἰμπινεῖν pro πινεῖν, præsertim quú etiam in verbo quæsita sit arrisio fortasse è vicinitate vocis, quòd non faciat embaticam, sed empeneticam. Vide suprà EMBAENETICA.

Empetron, pen. corr. {ἔμπετρον} Herba quam nostri calcifragam vocant: nascitur in montibus maritimis, ferè in saxo: quo propius mari fuit, minus falsa est. Plin. lib. 27. cap. 9. Ea, inquit Ruellius lib. 3. cap. 85, facilè putaretur esse quæ mediis saxis erúpit, officinis Parisiẽsibus *salsia vita* dicta: primò quòd è mediis saxis emicet, & frangere saxa videatur: partim quòd calculos mirè frangat.

Emphasis, pen. corr. {ἔμφασις} Figura est Grammaticalis, qua maius aliquid intelligitur.

Emphracta, Nonnulli dici putauerunt naues tectas, citantes illud Vlpiani ex l. 1. D. de exercitor. act. Quædam enim naues onerariæ, quædam, vt ipsi dicunt, emphractæ sunt. Quo tamen in loco castigatora exempla ὀπλοφόρα, aut certè ὁπλοπόρα, non emphracta legendum docent. Naues autem tectas, siue constratas, Græco vocabulo καταφράκτους vocari, suo loco ostendimus.

Emphyllissmus {ἐμφυλλισμὸς} Inoculationis species est, quú inter lignum & corticem ὕφασμα inseritur. ἰμφυλλίζειν enim id agere est. Ex Cæl. Rhod. lib. 6. cap. vlt.

Emphyteusis {ἐμφύτευσις} Latinè Insitionem significat, siue plantationem; à verbo Græco ἰμφυτεύω, quod est infero, vel cõsero. Vnde fundum in emphyteusim dare, frequens est apud Iurisconsultos, pro eo quod est, ea conditione alicui tradere fundum, vt accipiens eum reddat meliorem, & ex sterili fertilem efficiat. Ab initio sterilia tantùm & inculta hoc contractus genere concedebantur. Hinc emphyteutes, siue emphyteuta dicitur, qui fundum agrúmve ea lege à domino accipit, vt eum conserat, meliorémque efficiat. Ex Cælio Rhod. lib. 7. cap. vlt.
Emphyteusis, Contractus est à Zenone Imperat. primùm nominatus, quú ager ea lege fruendus datur, vt quandiu merces soluatur, nunquam ad dominum reuertatur, l. 1. C. de iur. emphyt. vbi Zeno ait, Ius emphyteuticarium neque conditionis, neque alienationis esse titulis adiiciendum: sed hoc ius tertium esse, ab vtriusque memoratorum contractuum societate seiparatum, conceptionémque ac definitionem habere proprium.
Emphyteuticum agrum possidere. Macer in l. penult. in princip. D. Qui satisdare cogantur.

Emphyteuticarius. Lib. 6. Pandectarum iuris titulus est. Si ager vectigalis, vel emphyteuticarius peratur. Vide Iustinian. lib. 3. Instit. titul. De locatione & conductione.

Empirice, pen. corr. {ἐμπειρικὴ} Vna ex tribus sectis medicinæ, quæ experientia tantùm nitebatur. Plin. lib. 29. cap. 1, Alia factio ab experimentis se cognominans empiricen, cœpit in Sicilia.

Empiricus, Adiect. {ἐμπειρικὸς.} Celsus in Præfatione, Qui se empiricos ab experientia nominant. Cic. 4. Acad.

Emplastrum, emplastri {ἔμπλαστον, ἐμπλαστρον} Latinè fictum vel formatum: Quod ex diuersis rebus confingi & conformari consueuit, quod nunc vulgò vnguentũ dicitur. Id verò quod vulgò emplastrum dicitur, à doctis cataplasma vocatur. Plin. lib. 21. cap 4. Vide Celsum lib. 5. cap. 17.
Emplastrum in arboribus quomodo fiat, & quid sit, vide Plin. lib. 17. cap. 16.

Emplastro {ἐμπλάσσω} verbum, cuius passiuum vsurpauit Columel. lib. 11. cap. 2, Possunt, inquit, si iam librum remittunt, inseri oleæ, vel emplastrari, cæteræque pomiferæ arbores eodem emplastrationis genere inseri.

Emplastraturus, Participium, quo Columella vsus est lib. 5. cap. 11, Delibrato, inquit, item alteram arborem, quam emplastraturus es.

Emplastratio, Verbale {ἐμπλάστωμα} In arboribus dicitur quum cortex eximitur inoculationis gratia, vt aptari queat cortex par ex altera arbore, vt ait Plin. lib. 17. cap. 16. Columel. lib. de Arbor. cap. 26. Et lib. 5. cap. 11, Tertium, quum gemmam cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit: quam vocant agricolæ emplastrationem, vel, vt quidam, inoculationem.

Emplecton {ἐμπλεκτὸν} Structuræ genus, tantummodo frontibus politis. Reliqua fortuitò collocant. Author Plin. lib. 36. cap. 23.

Emplocia {ἐμπλοκὴ} Celebritas fuit apud Athenienses, in qua mulieres plexis capillis procedere solebant. Author Hesychius.

EMPOLAEVS {ἐμπολαῖος} Mercurius dictus & cultus est, quòd in auctionibus & mercimoniis præsit. ἔμπολος enim mercator, & ἐμπολᾶσθαι mercatorius & negotiator vocatur. Cauponatorem sunt qui vertant, vt apud Plutarchum in eo qui inscribitur, An principẽ oporteat maximè philosophum disserere. Empolæi præterea meminit Phurnutus & Hesychius.

EMPORIAE {ἐμπορίαι} vrbs Hispaniæ Tarraconensis Ptolemæo. Vulgò *Castellon Dempuriat*. Alij *Ampuries* pronuntiant.
Phocaicæ Emporiæ. Silius lib. 3.

Emponema {ἐμπόνημα} Græcis, quæ melioratio nostris dicitur. Et est ius quod emphyteuta acquirit. Primùm enim sic cœpit contractus emphyteuticus, vt sterilia tantùm concederentur, in meliorem statum plantationibus reddẽda. Extat vox apud Iustinianum in l. vlt. C. de iur. emphyteut.

Emporium, emporij {ἐμπόριον} Locus in quo res vænales exponuntur; ab ἐμπορία, lucror, negotior. Plaut. Amphit. 13, Apud emporium,

atque in macello, in palæstra, atque in foro. Cic. Attico, lib. 5. 89, Quũ per emporium Puteolanorum iter facerem.

Emporeticus, pen. corr. Adiectiuum {ἐμπορικός.} vt, Emporetica charta, Id est mercatoria. Plin. lib. 13. cap. 12.

EMPORICVS sinus {ἐμπορικὸς κόλπος} in Libya ad Austrum iacet, & habitationes mercatorias habet ex palma confectas. Vide Strab. lib. 17.

EMPORITANI, Populi sunt, quos ex loci natura & cæli climate imbelles & barbaros esse tradit Alex. lib. Genial. dier. 4. cap. 13. Degunt autem, vt idem author est, in ora minoris Syrtis, iuxta Aphros Numidásque, in agro vbere & fertili soli.

EMPORIVM {ἐμπόριον} Oppidum est à Massilienſibus ædificatum, à Pyrenæis montibus stad. M. IIII. interuallo, & Hispaniæ finibus ad Galliam distans: à quo Emporienses populi dicti sunt, vt videre est apud Strab. lib. 3.

Emprosthotonus {ἐμπροσθότονος} Affectus est spinæ, quú scilicet illa obriguit, & inflexibilis facta est, atque ita in anteriorem partem incuruatur, vt omnino erigi non possit. Huic affectui similes sunt tetanus & opisthotonus: in hoc tamen differunt, quòd emprosthotonos dicatur, quum in anteriorem partem spina sit inflexa: opisthotonos, quum ea in partem posteriorem est incuruata: tetanus autem, quum recta obriguit, ita vt neque in anteriorẽ neque in posteriorem partem flecti queat. Calep.

Emptio, Emptitius, Emptito, Emptor, Empturio, Emptus, Vide EMO.

EMPVSA, penult. product. {ἔμπουσα} vt ait Dæmoniodes, phantasma quod sese infelicibus ingerat, multifariámque demutet formam, ac se meridie plurimum ostentet, quum inferis parentatur. Sunt qui eaſdẽ Empusas cum Hecate statuant: id quod ὁ ποιητὴς Aristophanes significat. Nominis ratio est, vt Eustathio placet, quia vno incedant pede. Verùm nec desunt qui alterum interpretentur habere æneum pedem, & inde appellatam Empusam. Cælius lib. 6. cap. 38.

Empyi {ἐμπύοι} A medicis dicuntur, qui abscessu thoracis laborantes pus excreant, quorum affectus etiam empyema appellatur: nos purulentam excreationem dicere possumus. Qui verò hunc morbũ patiur, empyicus dicitur. Meminit Cælius lib. 30. cap. 14. & lib. 2. cap. 24.

Empyrium cælum {ἐμπύριον οὐρανὸν} Appellatur à Theologis (ná Philosophi cæli huius nusquam meminerunt) vndecimum cælum, primum mobile ambitu suo complectens, Dei & beatorum sedes: ita dictum, quasi ignitum, non quòd reuera tale sit, sed quòd puritate sua reliquis cælis, vt ignis cæteris elementis, antecellat. Calep.

E M V

Emucidus, pen. corr. Adiectiuum, vt Vitis emucida. Plin. lib. 17. cap. 22, Simili modo & secundo anno reciditur, viréque concipit, & intra se pascit suffecturas oneri, quum aliàs festinatione pariendi graciles cat, ac emucida (ni cohibeatur castigatione tali) in fœtum exeat tota.

Emugio, emugis, pen. prod. emugiui, emugitum {ἐκμυκάομαι} emugire, Propriè est boum. Et per translationem, Cum mugitu proferre & enuntiare. Quintil. lib. 2. cap. 12, Nam & clamãt vbique, & omnia leuata (vt ipsi vocant) manu emugiunt.

Emulgeo, emulges, emulsi vel emulxi, emulsum vel emulctum {ἐξαμέλγω} emulgẽre, Idem quod mulgere. Columel. lib. 7. cap. 3, Sed priusquam hoc fiat, exiguum emulgendum est, quod pastores colostram vocant.

Emulor, Vide AEMVLOR.

Emundare {ἐκκαθαίρω} Idem quod simplex. Colum. lib. 3. cap. 15, Seritur ergo prius in emundata pastinatione.

Emungo, emungis, emunxi, emunctum {ἐκμύσσω} emúngere, Idem quod mungere. Plin. lib. 35. cap. 11.
Emungere alicui oculos, per translationem dictum. Plautus Cas. 8.
¶ Emungere aliquẽ, Despoliare. Plaut. Epid. 10. Terẽt. Phorm. 4. 4,
-e. emunxi argẽto senes. Hoc est abstuli illis suas pecunias. Metaphora sumpta ab iis quibus nares emunguntur. Nonius in hunc locum emungere, sine labore tollere interpretatur.
Cubito se emungere, Prouerbialis ironia in hominem sordidi quæstus, & conditionis abiectæ. Vide Chiliadas Erasmi. Author ad Herenn. lib. 4, Tota res relinquitur in suspicione: vt si fallamentarij filio dicas, Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.

Emunctus, Participium {κεκμυκτὸς.} vt, Emunctæ naris homo. Id est, facetus & elegans, apud Horat. de Lucilio inquit Donatus in Phorm. Terentij. Emunctæ naris homo, (inquit Erasmus in Chiliadibus) acri, exactóque iudicio, quasi purgatis naribus, mucóque emunctis. Horat. 1. Serm.
Emunctus Simo, metaphoricè, pro spoliato. Horat. de Arte,
Vt nihil intersit, Dauúsne loquatur, an audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum.

Emunctio, Verbale, fœm. gen. {κεκμυξις.} Quintil. lib. 11. cap. 3, de nariũ gestu loquens, Quum emunctio etiam frequentior non sine causa reprehendatur.

Emunio, emunis, pen. prod. emuniui, emunitum, pen. prod. {ἀσφαλίζω} emunire, Idem quod munire significat: vt Emunitus in modum arcis. Liuius 4. bell. Pun. Tacitus in Vita Agricolæ, Corpora ipsa, ac manus, syluis, ac paludibus emuniendis verbera inter, ac contumelias conterunt.
Emunire vites ab iniuria pecoris. Columel. lib. 5. cap. 6.

Emusco, emusces {ἐκμυῶ} emuscãre, Purgare & musco admere. quod propriè de arboribus dicitur. Columel. lib. 11. cap. 2, Iisdem diebus, vbi prægelidum & pluuium cælum est, oleæ putantur & emuscantur.

Emusitatum, pen. prod. Ad amussim factum. Festus.

Emutio, emutis, pen. prod. emutiui, emutitum, pen. prod. {ἀφανίζω εἰμί} emutire, Tanquam mutus signum facere, vel strepitum. Plautus Merc. 22, -E. Etiam emutis? omnia
Commonstrabo.

Emuto, emutas, pen.prod. {ἐξαμαυδᾶσθαι} emutâre, Idem quod immutare. Quintil.lib.8.cap.2, Quidam emutatis in peruersum dictis de figuris, idem vitium consequuntur.

E M Y

Emydes {ἔμυδες} Græcis testudinum genus dicitur, quod in aqua dulci viuit, quarũ sanguine instillato crebros capitis dolores sedari, item strumas, author est Plin.lib.32.cap.5. apud quem plura.

E N

En {ἔν, ἰνή, ἴνεδι, ἰδού} Aduerbium demonstrantis, quod interdum nominatiuo, aliquando accusatiuo iungitur. Terent. Hecyr.1.1,

-vt quiuis facile posset credere,
Nunquam illa viua ducturum vxorem domum.

En dixit. Virgil.1. Æneidos,

Et Priamus, sunt hic etiá sua præmia laudi. Cic.3.Verr. En cui tuos liberos committas.

En crimen, en causa, cur regem fugitiuus, dominum seruus accusset. Cic. pro Deiotaro.

En hoc illud est quod ante dixi, mulier abundat audacia, &c. Cic. pro Cluentio.

En hic ille est. Cic. Cæsari, lib.13.16, En hic ille est de illis maximè qui ridere atque obiurgare me solitus est, quòd, &c.

Accusatiuo. Plaut. Amphit.15,

En tectum, en regulas, en obductas fores, en ludificatum herum, &c.

En, inquit Donatus, vim habet indignationis post enarratam iniuriam. Terent. Phorm.2.3,

En vnquam cuiquam contumeliosius
Audistis factam iniuriam, quàm hæc est mihi?

En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur. Cic. pro Sextio.

En vt pulcat propudium. Plaut. Bacch.12.

¶ En, pro eum apud veteres, ab eo quod est is. Festus.

¶ ÉN πλάτει dictum, accipiendum interpretantur Græci, referente Erasmo, quũ paululum vltra præscriptum significant esse concedendum; præsertim in his quæ sunt humaniores: Veluti si quis pollicitus solutionem ad diem Augusti decimum, reddat postridie. Extat in pandectis hoc vocabulum apud Iulian. l. ratum autem. D. de solut. & liber. Item apud Vlpianum, l. Quo enim. D. rem rat. hab. & l. pen. de probat.

ENAGORA, Insula in Asia, 8. M. pass. contra Chimæram, vt tradit Plinius lib.5. cap.31.

ENALVS {ἔναλος} Lesbius adolescens, qui quũ seruandæ puellæ cuiusdam gratia se in mare abiecisset, opera delphinum seruatus, vnà cum illa ad continentem transfectus est. Author Piutarch. in Symposio septem sapientum.

Enargia, enargiæ, pen.prod. propter ἐ diphthongum {ἐνάργεια.} Quintil.lib.8.cap.3, Itaque ἐνάργειαν, cuius in præceptis narrationis feci mentionem, quia plus est euidentia, vel vt alij dicunt, repræsentatio, quàm perspicuitas: & illud quidem patet: hæc se quodammodo ostendit: inter ornamẽta ponamus. Idem lib.6.cap.2, Insequetur ἐνάργεια, quæ à Cicerone illustratio & euidentia nominatur: quæ non tam dicere videtur, quàm ostendere: & affectus non aliter quàm si rebus ipsis interesimus, sequentur. Corruptè legitur in quibusdam exemplaribus hoc loco, energia per eiquemadmodum & apud Ciceronem in Academicis quæstionibus, lib.4, Properèa quòd nihil esset clarius ἐνεργείας, vt Græci, nos si placet, perspicuitatem aut euidentiam nominemus. Budæus.

Enarro, enarras {ἐξηγέομαι} enarrâre, Idem quod narrare Terent. Adelph.3.3.

-omnem rem modò seni
Quo pacto se haberet, enarrauimus ordine. Plin. lib.17.cap.5, Plus dixit vna significatione, quàm possit vlla copia enarrari. Cicero pro Marcello, Nulla dicendi aut scribendi tanta vis tantáque copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare C. Cæsar res tuas gestas possit.

Enarratu difficile. Plin. lib.2.cap.93.

Enarratio, Verbale {ἐξήγησις} Authorum enarratio. Quintil.lib.1.cap.9. Exigitur à Grammaticis Poetarum enarratio. Quintil.lib.2.cap.5. Diligens enarratio. Quintil.lib.1.cap.8.

Vsque ad superuacuũ laborẽ occupata enarratio. Quint.li,1.cap.8.

Enarrabilis, & hoc enarrabile, penult.corr. {ἐξηγητός} Quod enarrari potest. Quintil.lib.6.cap.4, Motu animi quodam nescio an enarrabili, indicatur.

Enarthrosis {ἐνάρθρωσις} Diarthroseos, quæ est ossium structura, species est, definitúrque Galeno, quum excipiens cauum altum admodũ est, capútque, quod in id inseritur, oblongum. Vide eum lib. De ossib.

Enascor, enasceris, penult.corr. enatus sum {ἐκγεννάομαι} enasci, Idem quod nasci. Varr.1 de Re rust.cap.41, Simili de causa oleæ semen quũ sit nucleus, quod ex eo tardius enascebatur colis quàm ex taleis: ideo, &c. Idem lib.2. de Re rust.cap.9. Enatis duobus dẽtibus, dextra & sinistra, &c. De canibus. Plin.lib.11.cap.37.

Enatus, pen.prod. Participium {ἐκγεγονώς.} Cic. Att.lib.11.epi0, Ex multis meis miserrimis curis est vna enata.

Enato, enatas, pen.corr. {ἐκνήχομαι} enatâre, compositum ab ex & nato, natas, Est ita natare, vt iam ad eum locum in quem prætendimus, deueniamus. Hirtius lib.4, Séque per molem in mare præcipitauerunt, & octingentorum passuum spatio ad oppidum enatauerunt. Cic.5.Tusc. Reliqui habere se videntur angustius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. Hoc est euadunt, sese explicant.

Enauigare {ἐκπλεῖν} Nauigio trauicere. Plin.lib.6.cap.17, Proditur Alexandrum magnum nullo die minus stadia DC. nauigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enauigare.

¶ Enauigare, Nauigio vel aliter cuadere. Cic.4. Tusc. Et quibus tanquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio.

Enauigare etiam Nauigio peruenire. Suet. in Tiber.

Enauigandus, Participium {ἐκπλευσθησόμενος.} Horat.2. Carm. ode 14, Enauiganda vnda.

Enauigatus, pen. prod. Particip. {ἐκπεπλευσμένος.} Plin. lib.9.cap.3, Sinus duodecim dierum & noctium remigio enauigatus Ptolemæo regi.

Enauo, enauas, pen.prod. {ἀπαρξόμαι} enauâre, Idem quod nauare. Tacit. lib.19, Et præmia enauatæ operæ petebant. Est autem elegans vocabulum enauatus, ab enauando. Vbi E consummationem significat, vt in verbo euinco.

E N C

Encænia {ἐγκαίνια} cum æ diphthongo, Innouatio. Augustin. Encænia festiuitas erat dedicationis templi. Græcè enim καίνειν dicitur nouum. Quandocũque enim nouũ aliquid fuerit dedicatũ, encænia vocatur.

Encanthis {ἐγκανθὶς} Morbus oculorum, quum in maiori ipsorum oculo tuberculum enascitur, quod genas parum patitur diduci. Nomen habet à situ. Nam Græci oculorum angulos, κάνθους appellant. Cæl. Rhod lib.6.cap.7.

Encardia {ἐγκαρδία} Gemma est, à cordis effigie sic dicta. Eius tria enumerantur genera, primum in quo nigra effigies cordis eminet: Secundum viridi colore cordis effigiem repræsentans: Tertium, nigrum cor ostendens, reliqua sui parte candidum. Author Plinius lib. 37.cap.10.

Encarpus, encarpi {ἔγκαρπος.} vide Vitruuiũ lib.4.cap.1. Encarpus, ait Philander, Græcis fructuosum significat: apud Vitruuium autem ornamentum est, hoc est florum frondiúmque & pomorum implexus atque contextus, coronario luxu foliis flores & fructus intercurrentibus: cuiusmodi sunt quæ serta & corollas triumphales nostri vocant, Itali ghirlandas & festones à festiuitate appellant.

Encaustice, encaustices, pen.cor.f.g. {ἐγκαυστικὴ} Genus picturæ, quod adhibito igni fingitur. Apuleius, Encausticen oppido exercens, se & duos filios sustentabat.

Encaustes, encaustæ, m.g. {ἐγκαύστης} Qui ita pingit. Vitruuius, Quod faceret ab encauste didicerat.

Encaustus. Adiect. {ἐγκαυστὸς} Opus ita pictum. Martial. lib.1, Encaustus Phaëthon tabula tibi pictus in hac est.

Encaustum, encausti {ἐγκαυστὸν} Materia inusta ad picturam apta. Plin. lib.36.cap.25, Figlinum opus encausto pinxit.

Encausticus, pen.corr. Adiect. {ἐγκαυστικός.} vt, Encaustica pictura. Plin. lib.35.cap.11, Sed aliquanto vetustiores encausticeæ picturæ extitère.

Encaute, encautes. Plin. lib.35.cap.11, Lysippus quoque Æginæ picturæ suæ inscripsit encauten: quod profectò non fecisset, nisi encaustica inuenta. Alia exemplaria habent encausen.

ENCELADVS, pen.corr. {ἐγκέλαδος} Gigas, Terræ filius fulmine ictus à Ioue, & sub Ætna monte sepultus. Virgil. lib.3. Æneidos,

Fama est, Enceladi semustum fulmine corpus, &c.
Ferox Enceladus. Senec. Herc. Oetheo.9.
Iaculator audax Enceladus. Horat.3. Carm. ode4,
-euulsíque truncis
Enceladus iaculator audax.

Encentris, idis {ἐγκέντρις} Dicitur inhærens calcaneo stimulus, quo excitari equos nouimus, authore Eustathio. Erant & suæ furibus encentrides, quibus per parietes obrepebant, velut factitasse Corœbus dicitur apud Pausaniam. Hæc Cæl. lib.21.cap.24.

ENCHELEAE {ἐγχέλειαι} Stephano} Oppidum in Illyride, iuxta quod Cadmus & eiusdem vxor in serpentes versi sunt. Lucan. lib.3,

-& nomine prisco
Encheleæ versi testantes funera Cadmi. Meminit huius oppidi & Plin. lib.3.cap.21.

Enchiridion, enchiridij, n.gen. {ἐγχειρίδιον} A manu dictum, quasi promptuarium, & quod ad manum semper haberi debeat, ceu in ense capulus: quem ita Græci nominant: cuius inscriptionis cum alij, tum Gellius quoque meminit postremo libro Noctium. Hermol.

Enchiridion vocari partem illam remi, quam nautæ manu comprehendunt, Iulius Pollux tradit. Hermolaus.

Enchorion {ἐγχώριον} Græci dicunt indigenam, hoc est in eo ipso loco in quo agit, genitum: vnde enchoriæ aues, dicuntur nostrates, quibus opponuntur exoticæ, seu peregrinæ. Calep.

Enchorda {ἐγχορδὰ} Organa Græcis vocantur, quæ neruis intenduntur, sicut quæ spiritu inflantur, vt tibiæ. πνευμάτινα dici valent. Ex Cæl. lib 9.cap.6.

Enchrides {ἐγχρίδες} qui & Tageniæ vocantur, in generibus panis recensentur, qui dum in farragine coquerentur, infundebatur caseus, oleum, mel, fcsama. Author Cæl. Rhod. lib.28.cap.7.

Enchrista {ἐγχρίστα} Medicamenta sunt apud Celsum, quæ illinũtur.

Enchusa {ἔγχουσα} Herba est similis anchusæ (vnde & pseudanchusa nominatur) sed lanuginosior & minus pinguis, tenuioribus foliis, & languidioribus: radix non fundit oleum, sed rubẽtem succum, qua nota ab anchusa discernitur. Author Plin. lib.22.cap.20.

Enchytum, Placentæ species quædam, cuius mentio est apud Athenæum. Hæc placenta suum quoddam operimentum habet, quod dicitur κρυπτὸν nam κρυπτὸς, vt ait Hesych. κλεπτὴ καὶ κατάκρυφος ἢ ἐγχύτου πλακοῦντος. Veteres libri encytum habent sine aspiratione, quũ eam dictionibus Græcis fæpe Latini detrahant. qui tamẽ aspirãt, probabiliores sunt, sequunturque originem Græcam. Enchytum autem dicitur, quòd infunderetur, quum esset aliquantò liquidius. Nam infundebatur in calicẽ pertusum in vnguine positum. Hæc Turneb.

Enclastridia {ἐγκλαστρίδια} Genus ornamenti muliebris, à Comicis vsurpatum, vt tradit Pollux lib.5.cap.16.

Enclisis, f.g. {ἔγκλισις} Latinè dicitur inclinatio. Vide encliticæ particulæ, quæ in quarũs partem inclinantur.

Encnisma, atis, {ἐγκνισμα} Sacrificij genꝰ fuit apud Argiuos, quod defunctis exhibebatur. Nam quũ aliquis cognatorum aut familiarũ defunctus fuisset, statim post luctum Apollini sacrificabant. Post verò trigesimũ diem Mercurio: mortuorũ enim corpora vt à Tellure, sic animas à Mercurio susciri putabant. Apollinis autem sacerdoti hordeum dantes carnem pro eodem accipiebant: ignémq; quasi pollutũ extinguentes, & rursus accendentes, carnem coquebant: quod sacrum Encnisma appellabant. Plutarchus author in Vrsum.

Encolpiæ {ἐγκολπίαι} vt ait Aristoteles, venti sunt qui è mari veniunt per sinus. Nam κόλπον Græci sinum vocant.

Encombom

Encombomata {ἐγκωμβώματα} teste Nonio, Vestes sunt puellares, quemadmodum & Parnasides. Varro de liberis educand. Vt puellæ habent potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnasidas, quàm togas. Perottus Encimbota scribit. Alij Enchimibomata. Est autem encomboma genus suppari, aut cincti fœminei, Varino describente, aut seruilis etiam. De encombomate consule Etymologici authorem, & Pollucem lib.4.cap.18.

Encomiastes {ἐγκωμιαστὴς} Dicitur laudator, qui alterius celebrat encomium.

Encomiastice {ἐγκωμιαστικὴ} Cantilenæ species. In veterum siquidem monumentis adnotatum est, apud heroas cantilenæ species fuisse quinque: sophronisticen, cuiusmodi Clytemnestræ accinebat cantor: encomiasticen, qua præstantium virorum præcinebantur laudes, ab Achille celebratam: threneticen, id est lugubrem: orchematicen, id est saltatoriã: & denique pæanicen: de quibus plura apud Cæl. Rhodig. lib.27.cap.26.

Encomium, encomij {ἐγκώμιον} Laus vel præconium alicuius, & proprie quod ex multis eius virtutibus compingitur. Nam quæ vnam tantùm singularémque spectant virtutem, vt siquis Aristidem iustum prædicet, Græci ἐπαίνους potius appellant. Solent autem encomia cani, vel dici victoribus (quæ inde etiam epinicia dicebantur) in quibus occasione recentis meriti repeti solet quicquid illi in vita laude dignum gessissent. Vide Cæl. lib.7.cap.5.

Encotyle, encotyles {ἐγκοτύλη} Lusus nomen est, quo victi victorum genua manuum excipientes cauitate, gestabant. Cæl. meminit lib. Antiq. lect.27.cap.27.

ENCRATITAE, Hæretici quidam apud Hieronymũ: sic dicti à carnis abstinentia. Author Cæl. Rhodig. lib 9.cap.7.

Encrinomenos {ἐγκρινόμενος} Vocatur qui athleris adnumeratur, Id est qui in eorum numerum recipitur: vnde & ἔγκριτος ἀθλητὴς dicitur. Plinius, Alcamenes Phidiæ discipulus, & marmorea fecit, & æreum pentathlum, qui vocatur encrinomenos. Sic Turnebus.

Encritos {ἔγκριτος} A Græcis appellatur qui in ordinem numerúmque redactus est, hoc est vilis & vulgaris, vt inquit Priscianus. Contrà verò, numero exemptum eccritum, ἔκκριτον, id est eximium & præcipuum appellant. Budæus.

Encyphias {ἐγκύφιας} Dicitur panis subcineritius, ὑπὸ τὴν ἐγκυμαδίζην, quod dum coquitur, sub cineribus absconditur. Cæl. Rhodig. lib. 28.cap.7.

Encyclerae, Machinæ ligneæ genus, subiectis rotis, de qua Cæl. Rhod. lib.25.cap.19.

Encyclios, com. gen. {ἐγκύκλιος} Circularis Latinè dici potest. Vnde encyclios pædia, vel doctrina encyclios, Id est orbis omnium disciplinarum. Vitruuius lib. 6, in Præfatione, Itaque, ait, ego maximas infinitásque ago atque habeo gratias, quòd Athenienſium legem probantes, me arte eruditendum curauerunt, & ea, quæ non potest esse probata sine literatura, encyclióque doctrinarum omnium disciplina. Id est, eruditione circuiari, hoc est, omnibus numeris perfectissima. Siquidem constat ex Geometrarum disputatione, omnium figurarum circulum esse perfectissimum, vtpote omnibus aliis capaciorem, & qui neque initium neque finem aliquem ostendat. Vnde & apud Ægyptios, veluti testatur Horus in lib. De sacris Ægyptiorũ notis, æternitatis est symbolum. Tum etiam Geometræ omnium figurarum rationem in circuli natura inclusam docent. Propterea nexus ille capacissimus omnium disciplinarum, cuius vel ingressum, vel exitum vix deprehendas, veteres Græci ἐγκυκλοπαιδείαν, id est circularem eruditionem vocauerunt. κύκλος enim circulus, & ἐγκύκλιος circularis, παιδεία eruditio.

Encyclopædia, encyclopædiæ, penul. prod. {ἐγκυκλοπαιδεία.} Fabius lib.1, Vt efficiatur orbis ille doctrinæ, quem Græci encyclopædiam vocant. Inde illud Vitruuij lib.1.cap.1, Quum autem animaduerterint omnes disciplinas inter se coniunctionem rerum & communicationem habere, fieri posse facilè credent. Encyclios enim disciplina, vt corpus, vnum ex his membris est composita.

Encyclon {ἔγκυκλον} Vellis quædam muliebris circularis, apud Ælianum lib.7. De varia historia: & apud Pollucem lib.7.cap.22. & ante hos apud Aristophanem in Thesmoph. & ab eo apud Clementem lib.2.cap.12. Pædagog.

Encyclias, Commentationes {ἐγκυκλίους, ἐξωτερικὰς} Aristoteles in Ethicis eas intelligit quas Gellius exteratias, hoc est exoticas vocat, Martianus cyclicas: cuiusmodi & problematum sunt libri, & quæ populares à Cicerone ac Themistio quæstiones appellantur, quòd de rebus omnibus tanquam in circuito passim quærereatur.

E N D

Endelechia, Vide ENTELECHIA.

Endemi {ἐνδήμιοι} Morbi Græcis dicuntur qui in certis graſſantur regionibus: epidemi verò, qui temporibus quibusdam plures eodem infestant loco. Author Cæl. Rhod. lib.7.cap.14.

Endeploro, endeploras, pen. prod. Antiqui dixerunt, teste Festo, pro Imploro, quod est cum quæstu inclamo, & cum fletu rogo, quod est propriè vapulantis.

ENDERA {ἔνδηρα} Indiæ locus, Strab. lib.16. ¶ Fuit etiã Endera, quædam interius Gymnetarum hominum habitatio, qui arcu & arundineis sagittis præustis vtuntur. Plura apud eundem.

ENDERVDINI, Liburniæ populi, quos à Græcis nomen habentes, sua iam ætate concidisse scribit Plin. lib.3.cap.22.

Endiadys, pen.corr. Figura. Virgil.1. Æneidos,

-molémque & montes insuper altos. Id est, molem montium. Et est figura Endiadys, vt vna res in duas diuidatur, metri causa, interposita coniunctione: vt alibi,

-pateris libamus & auro. Id est, pateris aureis. Hæc Seruius. Sic in impressis codicibus: quum legendum sit Hendiadyo, ἓν διὰ δύο, Id est vnum per duo. Cuius legitur contractia figura apud Donatum in Terentium, And.1.4. ἓν δι' ἑνὸς. Id est duo per vnum.

Endo, Præpositio apud antiquos, pro In. Cic.2.de Legib. ex XII. Tabulis, Et ollos quos endo cælo merita vocauerint, id est in cælum.

Endoitium, Initium. Endoplorato, pro implorato. Endoprocinctus, pro in procinctu. Festus.

Endromis, pen. corr. endromidis, fœm.gen. {ἐνδρομὶς} Vestis genus ita dictum, quòd ea veste antiqui ἐν δρόμῳ, id est in cursu & palæstra verentur: quam pinguem, hirsutámque, & villi longioris fuisse constat ex Martiale lib.4,

Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri
Dona, peregrinam mittimus endromidem, &c. Iuuenalis tãxat mulieres Romanas, quæ endromide purpurea verentur, in sexta,
Endromidas Tyrias & fœmineum ceroma
Quis nescit? Bayfius.

ENDYMION {ἐνδυμίων} Quidam pastor, quem quum Luna adamaret, vt semel dormientem posset osculari, sopiuit eum in Latmio monte Cariæ per aliquot annos. vnde natum prouerbium Endymionis somnum dormire, de quo videto Erasmum in Chiliadibus.

Endymion, multa ad Lunæ motum pertinentia primus deprehendit, vt tradit Plin. lib.2. cap.9. & ob id amore eius captus fama traditur. Ouid. lib.3. de Arte amandi,

Latmius Endymion non est tibi Luna rubori. Endymionis meminit & Cicero 1. Tusc.l.

Endymiones, Varronis satyra quædam fuit hoc nomine, qua inscriptione fomniculosos & veternosos homines reprehendebat. Eam inscriptionem apud Nonium ferè in Eudæmones degenerasse animaduerti. Tæc Turnebus.

E N E

Eneco, enecas, pen.corr. enecui & enecaui, enectum & enecatum {ἐκφονῶ} enecâre, Interficere, suffocare, & neci dare. Plaut. Amphit. Puer ambas angues enecat. Columella lib. 11. cap. 3, Ne herbis enecetur ruta.

Enectus, Participium {ἐκπεφωνωδὼς} Non tam mortuus, quàm propemodum mortuus. Valla libro 6. capite 28. vt Enectus fame. Cic. 2. de Diuinat.

Plenus & Enectus, contraria. Cic.2.de Diuinat. Nonnullas etiam valetudinis significationes, vt hoc ipsum pleni enectíve simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicunt. Subaudi, medici.

Inopia enectus. Cic. 1. de Diuinat. Ea parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti.

Enecta fame & siti prouincia. Cic. ad Att. lib.6.111. Liuius, Fame, frigore, illuuie, squalore enecti, contusi, ac debilitati.

Siti enectus. Cic. 1. Tusc. Mento summo aquã attingens siti enectus Tantalus.

Enectus, Mortuus. Plin. libro 7. cap.9, Auspicatius enecta parente gignuntur.

ENENTHIVS, deus vel dæmon fuit Phœnicum. Lampridius in vita Heliogabali, Pallia, inquit, deo Enanthio fudisse, vel (vt Giraldus Gregorius legendum putat) Euenthio. Huius dei Sachoniathon in historia Phœnicum meminit, & Philon Byblius, vt docet Eusebius in præpar. Euangel.

Enæorema {ἐναώρημα} A medicis vocatur illud quod in vrina circa mediam matulæ partem innatat, quemadmodum quod in summa matulæ parte cernitur, nubes suæ suæ nebula dicitur: quod verò in fundo subsidit, hypostasis. Nomen accepit à verbo ἐναωρῆσθαι, quòd ad medium matulæ sublatum, ibi quodammodo maneat suspensum. Calepinus.

Energia, pen.prod. {ἐνέργεια} Latinè dicitur actus, actio, & efficacia.

Energumenus, pen. corr. dicitur ab immundo spiritu vexatus, siue à dæmone obsessus, vt nõnulli existimant, ab ἐνεργεῖσθαι, quod detineri significat ac impediri. quanquam & Iunatici eo intelliguntur nomine, velut in eos agat luna, id est μάνη. Valla ab ἐγείρειν verbo ducit, quod agor significat & agitor. Raudensis ab arguo: sed ridiculè. Cælius lib.2.cap.13.

Eneruo, eneruas {ἐκνευρίζω} enervâre, Debilitare, & veluti neruos auferre, & contundere. Cic. de Senect. Sed tamen vt vos videtis, non planè me eneruauit, non afflixit senectus.

Animos eneruare. Ouid.2.de Remed.amor.
Animus amore eneruatus. Patercul.lib.2.
Manus eneruare. Claud.7.Paneg.
Vires eneruare. Horat.Epod.8.

Eneruatus, pen.prod. Participium {ἐκνενευρισμένος.} vt,

Eneruata oratio. Cic. in Orat.
Eneruati & exangues homines. Cic. pro Sextio.
Languidus & eneruatus Philosophus. Cic.1.de Orat.
Mollis & eneruata ratio & oratio alicuius. Cic.4. Tusc.l.
Eneruata & muliebris sententia. Cic.2. Tusc.l.

Eneruus, & hic & hæc Eneruis & hoc enerue {ἔκνευρος} Sine viribus. Plin. in Paneg. Visum est spectaculum inde non enerue, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret & frangeret. Apul. lib. 1. Asini aurei, Puer in mollitiem decorus insurgit: inque flexibus tortuosis eneruam & exossam saltationem explicat. Quintil. lib. 9. capite 4, Effœminata & eneruis compositio.

Vita eneruis. Valer. Max. lib.6.cap.4.

Enete {ἐνέτη} παρὰ τὸ ἐνίεσθαι, hoc est ab immittendo, fibula est qua Iunonem se ornasse tradit Homerus lib.14. Iliad.

E N G

ENGADDVM, In tribu Iudæ, vt scribit Hieronymus, vocatur vsque hodie vicus prægrandis Iudæorum, iuxta mare mortuum, vbi opobalsamum prouenit, quas vineas Engaddi Solomon in Cantico nominat. Idem alibi, Engaddum ager est terræ Iudææ, nõ tam vineis quàm balsamis florens. Plinius Engadda oppidum esse scribit, palmerorum nemoribus nobile, vt videre est lib.5.cap.17.

Engastrimythi {ἐγγαστρίμυθοι} Vates quidam Græcis dicuntur, quasi ventriloqui, id est, qui dæmonis afflatu aliquid præfagirent. Plutarchus in commentatione quæ est, Cur oracula defecerint: Fatuum, inquit, ac omnino puerile censendum est, arbitrari deum ipsum, perinde ac engastrimythos, olim Eurycleas, nunc verò Pythonas nuncupatos, insinuantem se prophetarum corporibus, ore illorum eloqui,

Hactenus Plutarchus. Eustathius etiam Pamphylius librum de engastrimytho conscripsit aduersus Origenem.

Engisoma, engisomatis, penul. corr. {ἐγίσωμα} Pertusio est ossis, quum pars affecta in profundum descendit, ac super illæsum os corruit. Galen. lib. Finit. medic.

Engissomata, Medicis vocantur inter fracturas cranei vehementissimas, quæ parte sui media, meningi, id est panniculo innituntur. Vide Cæl. Rhod. lib. 3. cap. 23.

ENGONASIS, pen. prod. {ἐγγόνασις.} Cic. 2. de Nat. deorum,
Id autem caput
Attingens defessa velut mœrentis imago Vertitur.
Quam quidem Græci
Engonasin vocitant, genibus quia nixa feratur. De Nixo sidere. Ex poeta. Vide Hyginum lib. 2. & lib. 3.

ENGOSIAVI {ἐγγοσίαυλος} Populi, ad quorum agros descendit Rhodanus. Allobrogibus finitimi. Vide Strab. lib. 4.

ENGVINI, Latinæ conditionis populi in Sicilia, apud Plinium libro 3. cap. 8.

E N H

Enhæmum {ἔναιμον} Medicamentum quoddam est, quod, vt ex Hippocrate 4. Therapeut. inquit Galenus, καλοῦσί τινες τὴν αἱματώδη χυμὸν ἐναιμον. Nã & primo Problematum Aristoteles, supprimi ab eo sanguinem scribit, ac materiæ inutilis confluuium reprimere. Ita enim effici vt vulnus simul & inflammatione careat, & vnitati sit opportunum. Vide Cælium Antiquar. lect. libro 3. capite 12. Vide & Plinium libro 12. capite 17.

ENHIPPVS {ἔνιππος} Argiuorum rex fuit, felicitatis miræ, cuius clypeum, qui apud Græcos insigniter rem gessisset, accipiebat, vt pet vrbem incedens honestaretur. Mentio regis & scuti est apud Papinium hisce verisibus, -celsam subeuntibus arcem
In gradibus summi delapsum culmine templi
Arcados Enhippi spolium cadit, æreus orbis.

ENHYDRA {ἔνυδρα} Oppidum in Tyro, olim Insula, non procul à Carthagine, vt author est Plin. lib. 5. cap. 19.

Enhydriæ {ἐνυδρίαι} Flatus ab Aristotele dicuntur, qui cum aqua tumultuose profusa, inhorrentes & fragosi feruntur. Vide Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 19.

Enhydris, pen. corr. huius enhydridis {ἔνυδρις} Coluber in aqua viues, vnde nomen accepit, inquit Plinius lib 32. cap. 7.

Enhydrus, Generium habet enhydri, Idem. Solin. cap. 45, Quod enhydrus conspicatus, alterum Ichneumenum genus, penetrat belluam.

Enhydros {ἔνυδρος} Lapillus absolutæ rotunditatis, & cum candore læuitatem habens, liquorem intus continens ad motum fluctuantem, vt albumen in ouis. Author Plin. lib. 37. cap. 11.

E N I

ENIANDOS, Ciliciæ oppidum, quod antea Epiphania vocabatur, authore Plinio lib. 5. cap. 27.

ENICONIAE {ἐνικωνίαι} Castellum est habitale in insula Corsica, cuius meminit Strabo lib. 5.

Enim {δὲ} causalis coniunctio, fermè secundo loco ponitur. Cic. 1. de Nat. deor. Quatuor enim naturas, ex quibus omnia constare censet, diuinas esse vult.
Enim, copulatiua. Cic. de Senect. Nec enim vnquam sum assensus illi veteri laudatóq; prouerbio, quod monet maturè fieri senem, si diu velis esse senex.
Attendite enim diligenter. Cic. 4. Verr.
¶Enim, affirmatiua, primo loco posita. Plaut. Trinum. 17, Enim me nominat. Idem Persa, 6,
Enim non ibis nunc vicissim nisi scio.
At enim. Terent. Eunuch. 2. 3,
At enim isthæc in me cuderur faba. Cic. 3. Verr.
Enim certé. Cic. de Senect. Moriendum enim certè est, & id incertum an eo ipso die.
Certè enim scio. Terent. And. 3. 2.
Nihil enim. Terent. Adelph. 4. 5,
Quid istas censes? nihil enim: Commenta mater est, &c.
Profectò enim. Cicero Attico, libro 4. 86, Profectò enim aliquid egissem.
Enim profectó. Cic. 1. de Nat. deor. Terra enim profectò quoniam mundi pars est, pars est etiam Dei.
Quoque enim. Liu. 7. bel. Pun. M. Valerius Leuinus (ei quoque enim in annum prorogatum imperium est) classem quæ ad Siciliam erat, nauium LXX. obtineret.
Verùm enim. Terent. Adelph. 2. 1,
Verùm enim quando bene promeruit, fiat, suum ius postulat. Cic. 3. de Orat.
Imò enim quàm maximè abs te postulo atque oro Chreme, &c. Terent. And. 5. 1.

Enimuero, pen. prod. {ἐμὲν δή} Id est certè, in principio positum. Cic. 5. Verr. Enimuero est ridere ac mirari. Idem 3. Verr. Enimuero ferendum hoc non est. Terent. Heaut. 5. 5,
Enimuero Chremes nimis grauiter, &c.
Enimuero inquit. Cic. 1. de Orat.
¶Enimuero, pro Exaduersо. Liu. Decad. 3. lib. 6, Blactius de proditione Dasium appellabat. Enimuero ille, vt in manifesta re, exclamat: sub oculis Hannibalis secum de proditione agi.
Enimuero, postpositum, in responsione indignanti accommodũ, & ferociter respondenti. Interdum sine indignatione, & in affirmatione. Plaut. Amphit. 8, -tun' te abiisse hinc negas?
AM. Nego enimuero. Cic. 7. Verr. Illi enimuero se ostendunt quod vellet esse facturos. Idem 6. Verr. Ille enimuero negat.
Imò enimuero. Terent. Eunuch. 2. 3,
P. Incommodè hercle. CH. imò enimuero infeliciter.
Nunc enimuero occidit: eunt ad te hostes Tyndare. Plaut. Capt. 11.

ENINGIA {ἐνίγγια} Insula est in sinu Codano, non longè à Scandinauia altera insula: ambæ magnitudinis incomperæ. Author Plin. lib. 4. cap. 13.

ENIOCHI, vel Heniochi, pen. corr. {ἡνίοχοι} Prolemæo cap. 9. lib. 5, populi Sarmatiæ iuxta Pontum non longè ab Achæis. Plinius lib. 6. capite 5, à Telchio & Amphito, Castoris ac Pollucis aurigis, Heniochorum gentem feram, ortam dicit. Strabo verò libro 11, Tradunt (inquit) Laconas habitasse Heniochiam, quorum duces Rhecas & Amphistratus fuerunt, Castoris & Pollucis aurigæ, vnde ἡνίοχοι (vt par est) ex iis quidem sunt nominati.
Eniochósque truces iampridem infensus Anausis. Valerius Flac. 6. Argon.
Eniochus, siue Heniochus, Latinè dici potest tenens habenas.

ENIOPEVS {ἐνίοπευς} Hectoris auriga fuit, à Diomede lancea confixus. Author Homer. 8. Iliad.

ENIPEVS, penult. prod. {ἔνιπεύς} Fluuius Thessaliæ, iuxta quem fuit prælium inter Cæsarem & Pompeium. Lucan. lib. 7,
Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus. ¶Est & alter huius nominis fluuius in Elide, in Alpheum illabens, qui recentiore nomine Barnichius dicitur, teste Strab. lib. 8.
Altus Enipeus, Id est profundus. Virgil. 4. Georg.
Virginibus dilectus Enipeus. Claud. de bello Getico.
Magnus Enipeus. Valer. 5. Argon.
Pulcher Enipeus. Claud. 6. Paneg.
Segnior Enipeus. Valer. lib. 1. Argon.
Thessalicus Enipeus. Propert. lib. 3. eleg. 19.
Tumidus Enipeus. Valer. 1. Argon.

ENIPI, Natio in Cyrene, à Corn. Balbo deuicta, & in triumpho cum plerisque aliis oppidis & gentibus, ducta, vt refert Plinius libro 5, capite 5.

ENISPE, Oppidum Arcadiæ, Plin. lib. 4. cap. 6.

Enissus, Vide ENITOR.

Enitèo, enites, pen. corr. enitui {ἐκλελαμπόμην, ἐνεκλελαμπόμην} enitère, Resplendere, & nitidum ac politum & ornatum esse. Tibullus,
Et quantum faciles enituere deæ.
Acumen quoddam singulare eniret in aliquo. Cic. 2. de Orat. In quibus hoc nõ maximè enituit quod tibi omnes dant, acumen quoddam singulare.
Decus eniret ore. Virgil. 4. Æneid.
Fruges enitent. Cicero 3. Tuscul. Fruges tamen ipsæ suapte natura enitent.
Opus enitere dicitur. Cic. 2. de Inuent. Ac si par in nobis huius artis atque in illo picturæ scientia fuisset, fortasse magis hic suo in genere opus nostrum quàm ille in sua pictura nobilis eniteret.
Oratio enitet. Cic. de Claris Oratoribus, At Crassi magis enitebat oratio.
Enitere, Celebrem esse. Cic. ad Attic. lib. 2. 16, Fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus cuius Demosthenes. Liuius 1. ab Vrbe, In eo bello & virtus & fortuna enituit Tullij.
Enitent Athenæ cunctis gẽtibus. Cic. pro Flacco, Quum illæ nost solùm in Græcia, fed propè cunctis gentibus enitebant.
Virtus alicuius enitet in re aliqua. Cic. pro Murena, Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis proaui tui.
Enitere & Obsolescere, contraria. Cic. 1. de Inuent. Quare mihi videndum postea cætera studia recta atque honesta per otium concelebrata ab optimis, enituisse: hoc verò à plerisque eorum desertum obsoleuisse.

Enitesco, enitescis {ἐκλελαμπόμην} Idem. Quintil. lib. 2. cap. 5, Tum noster hic cultus clarius enitescet.

Enitor, penul. prod. eniteris, pen. corr. enisus & enixus sum {πειρῶμαι, φιλοπονοῦμαι} eniti, Idem quod niti. Cic. ad Attic. lib. 9. 188, Tu nunc omni amore enitere, vt nos cura tua & prouidentia iuues. Terent. And. 3 4, Corrigere mihi natum porrò enitere.
Eniti & contendere. Cic. 3. Offic. Qui stadium (inquit) currit, eniti & contendere debet quammaximè possit vt vincat.
Eniti, contendere, vel potius perficere. Cicero Dolabellæ, lib. 9. 13, Quod vt enitare contendásque, vel potius vt perficias (posse enim te, mihi persuasi) vehementer te etiàm atque etiam rogo.
Eniti & efficere. Cic. de Amic. Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est, sed potius eniti & efficere, vt amici iacentem animum excitet.
Facere & eniti. Cic. 2. Philip. Nihil prætermiss, quantum facere, enitíque potui, quin, &c.
Eniti in re aliqua. Cic. 2. de Orat.
Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice vt, &c. Cic. Capitoni, in epist. ad Attic. lib. 16. 343.
Illud pugna & enitere, nequid temporis nobis prorogetur. Cic. Appio, lib. 3. 10.
Aggerem eniti. Tacit. lib. 2, Pars obiectum aggerem enitererur.
In æquum eniti. Tacit. lib. 2, Non vltra dubitarum, quàm dũ Romanæ cohortes in æquum enitterentur.
Omni ope atque opera eniti. Cic. Attico, lib. 14. 313.
Remis eniti. Valer. 4. Argon.
Viribus eniti. Virgil. 2. Georg.
Quantum viribus eniti, consilio prouidere, authoritate mouere potuero. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4.
¶Eniti, Cum difficultate aliquò ascendere. Plin. lib. 18. cap. 28, Sol ipse ad Aquilonem scandens, ac per ardua ensus, ab ea meta incipit flecti, &c.
Ad Consulatus & honores eniti, Id est ascendere. Patercul. libro 2. sub finem, Rarò eminentes viri non magnis adiutoribus ad gubernandam fortunam suam vsi sunt: vt duo Scipiones duobus Læliis, quos per omnia æquauerunt sibi: vt D. Augustus, M. Agrippa, & Statilio Tauro, quibus nouitas familiæ haud obstitit, quominus ad multiplices Consulatus triumphósque, & complura enitererur sacerdotia.

¶Eniti

¶Eniti {ἐνιστάμην} Párere. Plaut. Amphit. Geminos Alcmena enititur. Plin. lib. 28. cap. 8. Et Quintil. lib. 5, Quæ quũ anno vidua fuisset, enixa est.
Eniti partum, Eniti puerum. Liu. 10. bel. Maced. Varro 2. de Reust. cap. 10.
Eniti oua dicitur gallina. Colum. lib. 8. cap. 11.

Enisus, pen. prod. Participium {ἐπιπεποιθώς.} Cic. Q. fratri, lib. 3. 26, Angit vnus Milo, sed velim finem afferat Consulatus: in quo enitar non minus quàm sum enisus in nostro.

Enixus {τετοκώς} Aliud participium, siue Nomen ex participio.
Partus enixa. Liu. lib. 10. Decad. 4, Et apud eum plures enixa partus. Et Tacitus libro 3, Concordem sibi coniugem, & sex partus enixam.
Enixæ dicuntur fœminæ, nitendi, hoc est conandi & dolendi labore perfunctæ nixis, quæ religionum genera parientibus præsunt. Sed elegantior intellectus, vt ex hoc dictæ esse credãtur enixæ, quòd vinculis quibusdam pericula, quibus implicarentur, fuerint exolutæ. Hæc Nonius. Idem alio loco, Enixa, partu leuata dicitur. Virgil. Æneid. 2, Triginta capitum fœtus enixa iacebit. Idem alio loco, Enixas nõ in partu solùm posse dicere, sed etiam omni labore exercitas, authore Virgilio lib. 3. Æneidos,
Stirpis Achillææ fastus, iuuenémque superbum
Seruitio enixæ tulimus.
Sus enixa fœtus. Virgil. 3. Æneid.
Enixior opera. Plin. lib. 9. cap. 8, Sed enixioris operæ quàm in vnius diei præmium conscij sibi, operiuntur in posterum. Id est, maioris & laboriosioris.

Enixus, huius enixus, m. g. Ipse enitendi seu pariendi actus. Plin. lib. 10. cap. 63, Equæ post vnum annum ab enixu vtiliter admittuntur.

Enixè, Aduerbium {φιλοτίμως} Cum conatu. Cic. pro Sextio, Meam causam Senatus palàm, Equester ordo acerrimè, cũcta Italia publicè, omnes boni propriè enixéque susceperant.
Enixè iuuare aliquem. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Enixè obstare plebi. Liu. 4. ab Vrbe.
Eo enixius ad bellum adiuuerunt. Liu. 9. bel. Pun.

Enixim, pro enixè {ἐνίσως.} Sisenna lib. 4. Histor. Ego illos malos & audaces semper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia feciſſe ac dixiſſe cenſeo.

E N N

ENNA {ἔννα} Ciuitas Siciliæ edito in loco & vndique præcipiti sita, & à Syracusanis (Stephano teste) condita. Cic. 6. Verr. Vetus est opinio, Iudices, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monimentis, insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. Hoc cum cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis eam persuasum est, vt animis eorum insitum atque inuetatum esse videatur. nam & natas esse in his terris deas, & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore: qui locus quòd in media est insula situs, vmbilicus Siciliæ nominatur. Hactenus Cicero. Habuit igitur iuxta Ennam, augustissimum templum Ceres, à quo Ennæa dicta. Silius lib. 1, Diua Ennæa. Ennææ Cereris simulacrũ tale fuit, vt homines quum viderẽt, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam esse, sed cælo delapsam arbitrarentur. Author in 7. Actione contra Verrem Cicero. Enna vulgò hodie *Anna*.

Ennam, antiqui dixerunt, pro Etiámne, teste Festo.

ENNEACRVNOS {ἐννεάκρουνος} Nomen fontis apud Athenas, à Pisistrato conditi, & à numero fistularum dicti, quos Græci κρούνους appellant, nostri verò Salientes.

Enneapharmacum, penult. corr. vnde Enneapharmacum emplastrum ad pus mouendum. Celsus lib. 5. cap. 19, Alterum, inquit, ad idem Enneapharmacum nominatur, quod magis purgat. Constat ex nouem rebus, cera, melle, seuo, testina, myrrha, rosa, medulla vel cerina, vel verulina, vel bubula, cæsypo, butyro.

Enneaphthongos {ἐννεαφθογγος} Quod nouem edit voces, vt, Enneaphthongos chelys apud Martialem. Pro eodem etiam ἐννεάφωνον dicunt Græci.

Enneaphyllon {ἐννεάφυλλον} Herba est, quæ longa folia nouena habet, cauſticæ naturæ. Imponitur lana circundata, ne vrat latus: continuò enim pustulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum vtilissima. Plin. lib. 27. cap. 9.

Enneas {ἔννεας} Numerus est nouenarius, sicut Decas denarius. Calepinus.

Enneaticus, penult. corr. Adiectiuum. vnde Enneatici anni. Vide ANDRODAS.

Enneatericles {ἐννεατηρικλεῖς} Celebritates fuere apud Delphos numero tres, quarum vnam πανθήριον vocabant, quæ in imitatione pugnæ videbatur, quam Apollo aduersus Pythonem habuisse dicitur: alteram Heroidem: tertiam Charilam appellabant: de quibus omnibus lege Plutarch. in Problem. vbi eas exponit.

ENNIVS {ἔννιος} poeta, quem Rudiæ genuere vetustæ, vt ait Silius.
Rudiæ, ciuitas est Calabriæ: sed Eusebius Tarentinum eum facit, dicítque à Catone Quæstore Romam translatum, in Auentino habitasse, ac vnius ancillæ ministerio contentum fuisse. Sequutus est M. Fuluium nobilиorem ad bellum Ætolium, cuius filium eruditt. Ab hoc & Cato senex dicitur Græcas literas didicisse. Scripsit plurima, inter quæ Annales: Bellum Punicum secũdum hexametris, quæ sanè non extant. ex iis nonnulla Macrobius, quæ Virgilius ab eo est mutuatus, manifestat. Nam dicere solebat, se aurum ex Ennij sterquilinio colligere. Elogium eius sepulchri scribit Cicero in 1. Tusculan. quæstionum,
Aspicite ô ciues, senis Ennij imaginis formam.
Hic vestrũm panxit maxima facta patrum.
Vixit annos LXX. Cic. de Senect. De eius sepulcro Cicero pro Archia, Charus fuit Africano superiori noster Ennius: Itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus.

Ennius natus est post Romam conditam anno quadringentesimodecimo. Cic. de Claris Orat. Idem fuit Liuio Andronico æqualis, Ibidem.
Ennius ingenio maximus, arte rudis. Ouid. 2. Trist.
Sapiens Ennius. Horat. 2. epist. 1.
Ab Homero locos quosdam transtulit Ennius. Cic. 1. de Finib.
Ennius somniauit sibi visum adesse Homerũ poetam. Cic. 4. Acad.
Idem in Somnio Scip.
¶Ennius alter fuit Grãmaticus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris conscripsit, vt author est Tranquillus.

ENNOSIGAEVS {ἐννοσίγαιος} Neptuni epitheton apud poetas, quasi terram concutiens. Iuuenal. satyr. 10. de Xerxe loquens,
Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum.

E N O

Eno, enas {ἐνάω} enãre, Extranare, & nando aliquò peruenire. Liu. 3. bel. Maced. Multæ naues ejectæ, multæ ita haustæ mari, vt nemo in terram enauerit.
Enare ad Arctos. Virgil. 6. Æneid. de Dædalo,
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.
Enare è concha. Cic. 3. de Finib. At illa quæ in concha patula pinna dicitur, ísque qui enat è concha, qui, &c.
Enare in aeris auras. Lucret. lib. 3. De anima. Valer. 5. Argon.
-tantúmque fretis enauimus orbem.

Enodo, enodas, pen. prod. {ἐνοδεύω, κλάδους} enodãre, Nodis exoluere, inquit Nonius.
Enodari dicuntur arbores, quum nodi eis amputantur. Cato cap. 33. Colum. lib. 5. cap. 6, Quæ vimus à positione bene prouenerit, eius summæ virgæ falce debent enodari.
¶Enodare {ἐξηγεῖσθαι, ἀναπτύσσειν, ἐκδιδόναι} Explicare, authore Nonio. Cic. 3. de Natura deorum, In enodandis autem nominibus, quod miserorum sit elaboratis. Turpilius Demetrio, Ab initio vt res sit gesta, enoda mihi.
Enodare & explicare. Accius Eurysace.
Voluntatem contrariæ legis enodare. Author ad Heren. libro 2, Deinde cõtrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodum.

Enodatus, penult. prod. {ἀναπτυγμένος} Nomen ex participio. Cic. 1. de Inuent. Præcepta magna conquisita cura perspicuè conscripsit, atque enodata diligenter exposuit.

Enodatio, Verbale {ἀνάπτυξις} Explicatio. Cic. in Topic. Ea est insita & anté percepta cuiusque formæ cognitio enodationis indigens.
Explicatio, & enodatio. Cic. 3. de Nat. deor. Quid vos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum?

Enodatè, pen. prod. Aduerbium {ἀναπτυγμένως.} Cic. 3. de Finibus, Hæc igitur nobis explicanda sunt: sed si enodatius, vos ignoscetis. Idem 1. de Inuent. Sua diligenter & enodatè narrando.

Enodis, & hoc enode, pen. prod. {ἄδηλος} Quod sine nodo est. Plin. lib. 12. cap. 14, Quibus credi potest, matrem quoque teretem & enodi fruticare trunco.
Trunci enodes. Virgil. 2. Georg.
¶Enode etiam dicitur quod sine difficultate est. Plin. epist. 112, lib. 5, Recitabat ἐφυπομνήματα eruditam sanè, luculentámque materiam (scripta legis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, sublimibus etiam, vt poposcit locus.

ENONA {ἐνώνα} Ptolemæo vrbs Dalmatiæ. Hodie Nona.

ENOPE {ἐνόπη} Stephano vrbs Peloponnesi, in tractu Messeniaco, iuxta Pylum, sub ditione Agamemnonis, teste Homero lib. 9. Iliad.

Enoplia, saltatio inuenta fertur in Creta: nonnulli à Laconibus ad res bellicas facilè obeundas, vt armati leui flexu & saltu, nunc se contrahendo, nunc in altum exiliendo, nunc declinando, tela & plagas vitarent, disciplinámque ediscerent. Tranquillus Troiam dixit: idque à Romulo institutum, vt cum armis saltarẽt milites, saltatione, quam bellicrepam nuncupauit. Author Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 19.

Enorchis {ἐνόρχις} Gemma est candida, quæ diuisa fragmẽtis, testium effigiem repræsentat. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Enormis, & hoc enorme {ἀμέτρητος, ὑπερπονος} Magnum, sine mensura, quæ norma à quibusdam dicitur. Plin. epist. 203, Sed acri intentione diiudicandum est, immodicum sit an grande, altum an enorme. Plin. lib. 17. cap. 12, Eædem enormes cerasis, lauris.
Colossi enormes. Stat. 1. Sylu. 3.
Enorme etiam quod non est ad certam regulam directum. Tacit. lib. 15, Remedia ante vt velocitate mali & obnoxia vrbe arctis itineribus húcque & illuc flexis atque enormibus vicis.

Enormiter, pen. cor. Aduerbium {ὑπερπόνως.} Plin. lib. 37. cap. 6, Simili modo si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter.

Enos, Hebraica dictio, Latino interpretamento non aliud ferè signãs quàm hominem verum, quem non alium intelligunt, nisi qui Deum scienter cognoscat & piè colat. Reliquos à pecoribus nihil admodum diuersos opinantur, quoniam velut bestiæ ad terram proni, ventri obediant & Veneri. Hæc Cælius libro Antiquar. lect. 2. capite 20.

ENOSIS {ἔνωσις} Insula in Sardinia. Plin. lib. 3. cap. 7. in descriptione Sardiniæ, Habet & à Gorditano promontorio duas insulas, quæ vocantur Herculis, à Sulcensi Enosim, à Caralitano Ficariam.

Enotesco, enotescis, enotui {γνωρίζομαι} enotéscere, Notum fieri. Plin. epist. 34, Enotuerunt quidam tui versus, & inuito te claustra tua refregerunt. Sueton. in Othone, cap. 3, Qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit,
Cur Otho mentito sit quæritis exul honore?
Vxoris mœchus cœperat esse suæ. Ibidem, cap. 10, Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertiædecimæ legionis tribunus, Augusti clauius: is mox referre crebrò solebat rem vsque adeò enotuisse, Othonem etiam priuatum vsque adeò detestatum Ciuilia bella, vt memorante quodam inter epulas de Cassij Brutíque exitu, cohorruerit. Tacit. lib. 19, Quod vbi enotuit.

Enoto, enotas, enotãre, Idem quod memoriæ causa notare. Plinius

Iunior, lib.1.epist 6. ad Cornel. Tacitum, Ad retia sedebam: erat in proximo nō venabulum aut lancea, sed stylus & pugillares: meditabar aliquid, enotabámque, vt si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.

Enotion {ἐώτιον} Latinè inauris. Hoc in mundo muliebri posuit Pollux lib.5.cap.16.

ENOTOCOETAE {ἐνωτοκοίτης} Populi sunt qui aures ad talos vsque dependentes habeant, vt super eis indormiant, adeò fortes, vt arbores euellant, & neruum frangant. Author Serabo lib.15.

Enouo, enouas {ἐνόω} Idem quod nouo. Cic. Academ.1, Enouare aliquid ne obsoleſcat. Id est, exercere ne in desuetudinem & obliuionem abeat.

E N S

Ens, entis {τὸ ὄν} Vide SVM. Quintil. lib.2, Et hæc interpretatio non minus dura est, quàm illa Plauti essentia atque entia.

Ensis, huius ensis, masc. gen. {ξίφος} Idem quod mucro, spatha, gladius. Virgilius,

Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem. Cic.2. de Nat.deor.

Ausáque funestum prima est fabricarier ensem.

Acutus ensis, Vide ACVO.
Crudus ensis, Vide CRVDVS.
Alacres enses. Claud. in Eutrop.2.
Bellator ensis. Sil.lib.13,
Pellatorem alacer per pectora transigit ensem.
Cæcus ensis. Stat.9. Thebaidos,
-cæcum rorat irreuocabilis ensem, &c.
Dirus. Seneca Octauia, 6.
Falcatus. Ouid.1. Metam.
Fatifer. Virgil.8. Æneid.
Habiles breuibus mucronibus enses. Sil.lib.8.
Hosticus. Horat.1.Serm.satyr.9.
Impius. Ouid.7. Metam.
Inimicus. Virgil.2. Æneid.
Lethalis. Ouid.13. Metam.
Nefandus. Virgil.2. Æneid.
Nitidus. Ouid.10. Metam.
Nudus, Vide NVDVS.
Periurus. Stat.4. Sylu.6.
Plenus rubiginis. Sil.lib.7.
Feri. Ouid.13. Metam.
Ferreus. Lucret.lib.3.
Fidus. Virgil.6. Æneid.
Pugnax. Ouid.5. Trist.eleg.8.
Quietus. Stat.1. Sylu.1.
Rigidus. Virgil.1. Georg.
Scaber. Lucan.lib.1.
Sceleratus. Ouid.15. Metam.
Validus. Virgil.10. Æneid.
Violentus. Ouid. epist.11.
Vncus. Valer.6. Argonaut.
Vulnificus. Stat.4. Thebaid.

¶ Abdere ensem lateri. Virgil.2. Æneid.
Abscondere ensem in vulnere. Seneca Thyeste, 8.
Accincti enses lateri. Stat.1. Theba.d.
Accommodare ensem lateri. Sil.lib.5.
Acuere ensem in aliquem. Ouid.15. Metam. Vide ACVO.
Adigere ensem in pectus, Vide ADIGO.
Agitatus hinc illinc ensis. Seneca Thyeste, 7.
Aptare ensem. Virgil.12. Æneidos,
-simul aptat habendo

Ensémque, clypeúmque, & rubræ cornua cristæ.

Auellere ensem dextra alicuius, Id est auferre è dextra. Statius 3. Thebaid.
Cinctum ense latus. Ouid.3. Amor.eleg.7.
Clausus ensis. Lucan.lib.5.
Condere ensem in pectore alicuius. Virgil.9. Æneid.
Conficere bellum ense. Sil.lib.11.
Cruentatus ensis. Stat.5. Thebaid.
Pudendo ense debellati. Stat.5. Thebaid. Id est infami cede.
Deregit ensem vagina. Sil.lib.13,

Tum strictum properè vagina deregit ensem.

Deripere ensem vagina. Ouid.10. Metam.
Districtus ensis. Horat.2. Carm.ode 1.
Dare terga ensibus, Est fugere enses, aut fugiendo tergum præbere ictibus. Ouid. ad Liuiam. De Druso.
Ducere ensem, Educere. Seneca OEdipo, 12.
Eductus ensis vagina. Sil.lib.13.
Eat per artus ensis exactus meos. Seneca Herc.OEtheo, 7.
In enses ire. Seneca Herc.OEtheo, 4.
Iurus ensis in pectus. Ouid.epist.3.
Eripere ensem vagina. Virgil.10. Æneid.
Exerti enses. Ouid.3. Fastorum,

Ensibus exertis bellica læta dea est.

Exigere ensem per medium aliquem. Virgil.10. Æneid.
Exuere ensem humero. Virgil.9. Æneid.
Exuere ensem vagina. Stat.9. Thebaid.
Ferire aliquem ense. Virgil.6. Æneid.
Fidere ensi. Sil.lib.1.
Gestati scapulis enses. Claud. Paneg.2.
Hæsurus iugulo ensis. Ouid.1. Trist.eleg.1.
Imbuere ensem. Stat.11. Thebaid. Subauditur, sanguine.
Imbuti enses scelere. Lucan.lib.5.
Impellere ensem. Claud.1. de raptu Proserp.
Infecti cædibus enses. Stat.5. Thebaid.
Infecti iugulis ciuilibus enses. Claud. in nupt. Honorij.
Inserere ensem alicui. Stat.5. Thebaid.

Iugulari ense. Ouid.13. Metam.
Liberare ensem vagina. Ouid.6. Metam.
Madens ense, Id est cæde madens. Stat.3. Thebaid.
Obliquare ensem in latus. Ouid. 12. Metam. Id est obliquo ictu latus ferire.
Sæuo ense peremptus. Seneca Troade, 4.
Polluti enses sanguine. Lucan. lib.2.
Prostratus iacet adacto ense. Sil.lib.17.
Quiescit ensis vagina. Stat.4. Sylu.5.
Receptus ensis pectore. Seneca Thyeste, 8.
Recidendum vulnus ense. Ouid.1. Metam.
Recludere ensem. Virgil.4. Æneid.
Referre ensem vaginæ, Id est recondere. Sil.lib.7.
Reprimere ensem. Stat.11. Thebaid.
Retegere ensem, Euaginare. Lucan. lib.9.
Rotare ensem. Stat.9. Thebaidos,

At ferus Hippomedon quanquam iam sentit inane
Auxilium, & seram rapto pro corpore pugnam,
It tamen, & cæcum rotat irreuocabilis ensem.

Fulmineum rotare ensem. Virgil.9. Æneid.
Placidi seruibant legibus enses. Claud.1. Paneg.
Spumans cruore ensis. Virgil.4. Æneid.
Vetitos enses stringere. Claud. de bello Gildon.
Stricti enses. Virgil.12. Æneid.
Succiditur seges ense. Sil.lib.15.
Tectus ensis vagina. Horat.2. Serm.satyr.8.
Transigere ensem per pectora alicuius. Sil.lib.13.
Transmissus ensis per latus, strider. Seneca Herc.OEtheo, 9.
Transuerberare aliquem ense. Sil.lib.15.

Ensiculus, pen.corr. Diminutiuum {ξιφίδιον.} Plaut. Rud.2.4, In eo ensiculo literarum quid est?

Ensifer, pen.corr. ensiferi {ξιφήρης.} Ouid.2. de Arte,

Ensifer Orion aspiciendus erit. Idem 4. Fast.

E N T

ENTELA {ἔντελα} Siciliæ vrbs à Campanis habitata, Charthaginiensium primi belli Punici tempore socia. Steph. Vulgo *Castro vetrano.*

Entelechia, pen.prod. {ἐντελέχεια} Perfectio, energia, vis ex se mouens. Gaza agitationem vertit. Hermolaus continuatam quandam & perennem motionem interpretatur. Sunt autem qui ἐνδελεχῶς scribi volùt, sed per ω scriptum pluribus arridet, vt est videre apud Budæum in Asse, qui dici putat quasi τῷ ἀπαύστως συγῆν, id est perfecti corporis cōprehensionem. Lucianus ludens quodam in loco, suo more, ait eam quæ prius dicta fuit ἐνδελεχῆ, ἐντελεχῆ dici cœpisse. Cic.1. Tuscul.

ENTELLINI {ἔντελλοι} Siciliæ populi, & Latinæ conditionis, apud Plin.lib.3.cap.8.

Enterione, enteriones {ἐντερεών} Lignorum quorundam medulla, quæ tibiis faciendis, aut id genus aliis, eximi plerunque solet. Author Cælius lib.4.cap.14.

Enterocela, vel enterocele, pen.prod. {ἐντεροκήλη} dicitur quum intestinum cæcum dilabitur in scrotum: Epiploocele, quum omentum: Hydrocele, quum in alterum è testibus humor confluit. Omnéque has species nostri vocant hernias, vt inquit Cels.lib.6.cap.18. Ramices verò qui sequūtur, Porocela quum ex abscessu aliquo circa scrotum, materia subduruit: Sarcocela, quum in ipso scroto concreuit caro: Cirsocela, quum venæ intumuerunt tunicis testium integris, vel in ipso scroto, vel quum bubonocela dicitur in inguine. Est tamen vbi Plinius enterocelam dixerit ramicem, vt in medicinis cupressi. Hæc Hermolaus. Plin.lib.26.cap.8, Symphyti radix illita, enterocelas cohibet.

Enterocelicus, pen.corr. {ἐντεροκηλικός} Qui enterocela laborat. Plinius libro 26. capite 8, Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur vesicæ vitiis.

Enteron {ἔντερον} Latinè intestinum. Hinc quidam Exenterare, pro Euiscerare, & intestina detrahere deduci putant. Vide suo loco.

Entheos, pen.corr. Adiectiuum {ἔνθεος} Id est, numine diuino plenus: spiritu Dei instinctus. Seneca Medea, 6,

Incerta qualis entheos cursus tulit, &c. Stat.1. Sylu.2,

Hic thyrsos, hic plectra ferit, hic enthea lauro
Tempora, Minoa crinem premit ille corona.

Enthea tecta Sybyllæ fatidicæ. Stat.lib.3. Sylu. non procul à fine.
Vates enthei. Firmic.lib.8.cap.20. in principio. & cap.21.

Entheastici {ἐνθουσιαστικοί} Deo pleni, diuinitúsque inspirati vocantur. Quo nomine meritò ac verè vocitari possunt vates nostri, id est propheræ, qui aduentum lucis æternæ in mundum prædixerunt. Ægineta lib.3, de mania & melancholia loquens, Sunt qui videantur, inquit, à maioribus quibusdam potētiis regi, & futura prædicere, instar eorum qui numine afflati dicuntur, quos etiam peculiari nomine entheasticos appellant.

Enthearus, a, um, Diuino numine afflatus: vt Entheata vatum pectora, apud Martial.lib.6.

Enthecæ {ἐνθῆκαι} Impositæ instrumenta, siue dotes prædiorum. Pap.l. 2.§.1. de instrum.vel instruct. Dotes prædiorū, quæ Græco vocabulo ἐνθήκη appellantur, quum non instructa legantur, legatario non præstantur. Vlpian.l.68.§.3. D.de leg.& fideic. Prædiis cum iis entheciis, quæ in ea possessione sunt relictis, &c.

Enthemata {ἐνθέματα} A medicis vocantur, quæ vulneribus recentibus imponuntur ad reprimendum sanguinem, & humorum affluxum. In insitionibus item enthemata vocantur surculi qui in fissuram trunci inseruntur. Ex Cæl.lib.7.cap.vlt.

Enthronistica, pro Intronistica reponendum apud Iustinianum in Const. de sanctiss. episcop.§. si quis autem episcoporum. Sunt autem cathedralia, vt nunc vulgò dicuntur, à Græco ἐνθρονίζω, quod est in sedem ponere. Barbari dicunt *Installare.* Ex Spieg.

Enthusiasmus {ἐνθουσιασμός} Id est fanatica perculsio, seu afflatio numinis: medicis affectus est, velut quum quidam mente in sacris faciendis capiuntur, si qua viderint: aut si tympana, vel tibias, vel signa audierint.

audierint. Vide Galen.lib.de finit.med.

Enthymema, pen.prod. enthymematis, neut. gen. {ἐνθύμημα} commentum vel commentationem Quintil.lib.5. cap.10. interpretatur, quòd mentis actio omnis atque sententia, enthymema nominetur. Cicero in Topicis, Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ ipsi enthymemata appellant. ¶ Enthymena dialectikis est syllogismus imperfectus, quod rhetoribus attribuunt tanquam syllogismis plenis vtarur dialecticus, enthymematis orator: at Demosthenes & Cicero pleni syllogismis, Aristoteles ac Plato enthymematis vtuntur.

Curtum enthymema. Iuuen. sat.6,

Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato

Torquet enthymema. Curtum vocatur, quòd à nonnullis dicatur syllogismus imperfectus. Quintilianus libro 5. capite vltimo, Enthymema ab aliis oratorius syllogismus, ab aliis dicitur pars syllogismi. Vide cætera.

ENTOCHVS {ἔντοχος} Statuarius nobilis, cuius opera recenset Plin.lib. 36.cap.5.

Entoma {ἔντομα} A Græcis appellantur quæ nos vocamus insecta, cuiusmodi sunt muscæ, crabrones, apes, & eiusmodi, ratione nominis, inde, vt opinor, ducta, quòd pleraque ex his circa medium sui incisa sint, adeò vt posterior pars tenui admodū discrimine adhæreat priori. Calepinus.

Entomon {ἔντομον} Vnum ellebori genus, quod nigrum vocant, purgans per inferna. Quidam Polyrrhizon nuncupāt. Vide de hoc apud Plin.lib.25.cap.15.

ENTRIBAE {ἐντρίβαι} Populi Thraciæ, à Stephano commemorati.

Entropha {ἐντροφαὶ} quasi dicas innutrita. Nam & hæc muliebribus ornamentis annumerat Pollux lib.5.cap.16.

Entropides, Genus calceamentorum ex Lexico. Entropon autem poni. Pollux in mundo muliebri: vbi Gualcherus vertit Velum.

E N V

Enubo, enubis, penult.prod. enupsi, enuptum {ἐκγαμίζω} enúbere, est nubere, vel paulo plus. Liu.10.ab Vrbe, Virginiam Auli filiam patritiam, Plebeio nuptam L. Volumnio cos. matronæ, quòd è Patribus enupsissent, sacris arcuerunt.

Enuptio, Verbale {ἐκγάμησις.} vt Enuptio gentis, pro iure nuptiarum extra gentem. Liu.lib.9.Decad.4, Vt Hispalæ Fecenię datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita esset, quasi ei vir testamento dedisset.

Enucleo, enucleas {ἐκμυελίζω, ἐξεμπυελίω} enucleāre, Propriè est aperire, & nucleum à putamine extrahere.

¶ Enucleare, per translationem, pro Declarare & explanare. Cicero de Orat. Et ex omni parte causæ septū, acre, acutum, enucleatum, in vnaquaque re commorans. Enucleatum, quod apertè & dilucidè causam explicat. Idem in Partitionibus, Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum est.

Enucleatus, penult. prod. Participium {ἐξηκριβωμένος} vt enucleata suffragia. Cic. pro Plancio, Eblandita illa non enucleata esse suffragia. Id est, non magna acrimonia mentis & iudicij facta, non ex animo exprompta & explicata.

Enucleatè, aduerbium {ἐξηκριβωμένως} Purgatè (inquit Nonius) exquisitè, & sine asperitate aut duritia: ab eo quod nucibus separatis, id est testis, nucleorum vtilis vsus habeatur. Cicero de Claris Orator. Nihil subtiliter dici, nihil pressè, nihil enucleatè, quo fieri aliquid possit limatius.

Enucleatè & politè dicere. Cic. de Claris Orat.

Eleganter enucleatéque dicere. Cic. in Orat. Enucleatè, id est purè & dilucidè, aperté.

Enucleare aliquid perscribere. Cic. ad Q. frat. lib.3. 19, Præterea de aqua deuia nihil prætermisi quadam epistola, quin enucleatè ad te perscriberem.

Enudo, enudas, penult. prod. {ἐκγυμνόω} enudāre, Idem quod nudare. Et per translationem exponere, ac veluti intellectui aperire: hoc est interpretari. Cic.1. de Legib. Et rerum plurimarum obscuras, nec satis intelligentias enudauit.

Enula {ἕνυλα} Gingiuæ intimæ vocantur, sicut extimæ, Vla. Author Cælius Rhod.lib.4.cap.1.

¶ Enula campana, Herba est, eadē quæ Elenium. Vide ELENIVM.

Enumero, enumeras, penult. corr. {ἐξαριθμέω} enumerāre, Idem quod multas res simul numerare, & recensere. Cic.4. Verr. Dixi iam antea me non omnia istius, quæ in hoc genere essent, enumeraturum.

Enumerare per singula. Colum.lib.8.cap.17, Et ne per singula enumerem falsamentorum omnium purgamenta.

Enumerare, Aliter. Terent. Adelph.2.2,

Iámne enumerasti quod ad te reditурum putes?

Quæ ne singula enumerem, totam tibi domum commendo. Cic. Seruio, lib.13.20.

Fando enumerare plurima. Virg.4. Æneid.

Dicere atque enumerare causas omnes. Cic. pro Rosc. Amer.

Magnitudinem multitudinémque beneficiorum enumerare, aut consequi posse. Cic. Post red. ad Quir.

Pretium enumerare. Cic. pro Rosc. Amer.

Enumerat miles vulnera, pastor oues. Propert. lib.2. eleg.1.

Enumeratio, Verbale {ἐξαρίθμησις.} Cic.3. de Legibus, Sed est iniqua in omni re accusanda prætermissis bonis malorum enumeratio, vitiorúmque selectio.

Enumeratio apud Oratores, est in qua pluribus rebus expositis, & cæteris infirmatis, vna reliqua necessaria confirmatur. Cic.1. de Inuentione, Enumeratio est per quam res dispersè & diffusè dictæ, vnum in locum coguntur, & reminiscendi causa vnum sub aspectum subiiciuntur.

Rerum ordine collata enumeratio. Quintil.lib.4.cap.5.

Versari in enumeratione aliquorum. Cic. de Claris Oratoribus, Quàm multi enim iam Oratores commemorati sunt, & quandiu

in eorum enumeratione versamur?

Enunquam, Ecquando: Antiquum. Festus.

Enuntio, enuntias {ἐκφέρω, ἀποφαίνω} enuntiāre, Pronuntiare, declarare. Cic.2. de Finibus, Breuiter enuntiatæ sententiæ. Idem 3. de Orat. Videtis profectò genus hoc totum, quum inflexo commutatóque verbo res eadem enuntiatur, ornatius.

Orationem enuntiare. Author ad Herennium, lib.3.

Enuntiare verbis. Cic.1. Acad.

¶ Enuntiare, Significare. Cic. Attico, lib.1.14, Et amans tui visus est, & talis qualem esse eum tuæ mihi literæ enuntiarant.

¶ Enuntiare, Diuulgare, exponere. Plancus ad cos ss. Tribun.pleb. lib.10.8, Nō enim præceritam culpam videri volo redemisse, sed optimæ mentis cogitata iam pridem maturo tempore enuntiare.

Enuntiare consilia amicorum aduersariis: Hoc est retegere. Cicero pro Rosc. Amer.

Enuntiare mysteria dicendi. Cic.1. de Orat.

Enuntiare commissa. Cic.2. Tusc.

Enuntiare apud homines, quod tacitum erat. Cic.1. de Orat.

Dissorum enuntiandi genus. Cic. de Fato.

Enuntiatus, penult. prod. Participium {ἀποφανθείς.} vt Sermo rectus & secundum naturam enuntiatus. Quintil.lib.2.cap.5.

Per iudicium enuntiata res. Cæsar 1. bel. Gall.

Enuntiatum, penult.prod. {ἀπόφασις.} Substantiuum, neutri generis, Est ratio verum aut falsum significans. Cicero de Fato, Nec si omne enuntiatum, aut verum aut falsum est, sequitur ilico causas esse immutabiles.

Enuntiatiuus, penult.prod. Adiectiuum {ἀποφαντικός.} Seneca epist. 118, Sequuntur deinde motus animorum, enūtiatiui corporum. Ibidem, Aliquid est enuntiatiuum de corpore, quod alij effatum dicunt, alij enuntiatum, alij edictum.

Enuntiatio, Verbale {ἀπόφανσις} Idem quod enuntiatum. Cic. de Fato, Explicanda vis est ratióque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant, quæ de re futura, quum aliquid dicunt, déque eo quod possit fieri aut non possit, quam vim habeant, obscura quæstio est.

Propria & dilucida, & breuiter comprehensa verbis enuntiatio. Quintil.lib.7.cap.4.

Enuntiatrix, penult. prod. enuntiatricis, fœm. gen. {ἀποφαντορία} Verbale. Quintilianus libro 2. capite 15, Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix.

Enutrio, enutris, penult.prod. enutrii, enutritum, penult.prod. {ἐκτρέφω} enutrire, Idem quod nutrire. Plin.lib.12.cap.1, Tantum postea honoris increuit, vt mero infuso enutriātur. De platano. Colum.lib. 3.cap.3, Deinde fata nōn ita enutriunt, vt antè conualescant, ac profiliant, quàm retorrescant.

ENYALIVS {ἐνύαλιος} Vnum est ex Martis cognominibus, teste Macrobio libro 1. Saturn. cap.19. qui Enyalius dicitur, quasi ἐνὸς ὢν, hoc est Bellonæ filius. Accipitur & pro bellicoso.

ENYO, huius Enyus, penult. prod. {ἐνυώ} Nomen quo Bellona dea belli, Martis soror, vocitata est. Martialis lib.6, Quum dubitaret adhuc belli Ciuilis Enyo. Ibidem lib.1,

-ne te decipiat ratibus naualis Enyo.
Martia Enyo. Stat.5. Thebaid.

E O

EO. Eorum.

EO, Ablatiuus casus pronominis Is, ea, id, Multis modis enuntiatur, vt in sequentibus videre est.

Eò {εἰς τοῦτο} pro Intantum, interprete Donato. Terent. Phorm.1.3, Neu me cupidum eò compulisset, quod mihi principium est mali.

Liuius in Præfat. Quæ ab exiguis profecta initiis, eò creuit, vt iam magnitudine laboret sua.

Eò insolentiæ furorísque processit. Plin. in Paneg.

¶ Eò {διὰ τοῦτο} Propterea. Terent. Hecyra 2.1, 5. Enim lassam oppidò tum aiebant: eò ad eam non admissa sum. Idem Eun.4.4. Plaut. Trucul.3,

-is nunc dicitur venturus peregrè,
Eò nunc commenta est dolum, peperisse simulat sese, vt, &c.

Eò mirabilius quòd, vel quia. Cicero ad Marium, lib.7.3. Idem.4. Acad. Eò fuit mirabilius quòd ab eo non expectabatur, &c. Liu.1.ab Vrbe, Imò eò impensius, quia de agro plebis aduersum patrum voluntatem senserat agi, &c.

Eò vt, id est ideò, vel ob id. Cic. Tironi, lib. 16.3. Marionem ad te eò misi, vt aut tecum ad me quamprimum veniret. Idem Seruilio, lib.13.70, Hæc ad te eò pluribus scripsi, vt intelligeres, &c.

Non eò quin. Plaut. Asin.15,

Ea res me malè habet: ac non eò quin tibi non cupiam quæ velis.

Non eò dico quin. Plaut. Trinum.6,

Non eò hoc dico, quin quæ tu vis ego velim & faciam lubens.

Non eò dico quò, vel quòd. Terent. Heaut.3.2,

Neque eò nunc dico quòd quidquam illum senserim. Cicero pro Quinctio, Non eò dico, quò mihi veniat in dubium.

Eò dico, ne putes, &c. Plaut. Aulul.7,

Eò dico, ne me thesaurum reperisse censeās.

Eò fit, quia. Terent. Heaut.3.1. Cic.5. de Finibus,

Eò separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi, &c.

Eò fit, vt. Horat.1. Serm.sat.1.

Eò fecius, Sueton. de Claris gramm. Nec eò fecius plurimos docuit: fuíque familiarissimus Ouidio poetæ.

¶ Eóne, pro Ideóne. Terent. Eun.3.1,

-quæso inquam Strato,
Eóne es ferox, quia habes imperium in beluas?

¶ Eò, pro Tanto. Plaut. Aulul.13,

Atque eò fuerunt cariora, æs non erat. Idem Pœn.14,

Tu autem siquid tu adiuuas, eò facilius facere potest.

Quantò, eó. Cn. Magnus Domitio in Epistolis ad Atticum, libro 8.162, Quantò enim magis appropinquare aduersarius cœpit, eò

tubi celerius agendum erat.
Eò magis quód. Cic. de Amicit. Meministi enim profectò (vt opinor) Attice, & eò magis quòd P. Sulpitio vrebare multum.
Et eò magis. Cic. Att. lib. 19. Ille confidebat, & eò magis, quòd, &c.
Eóque magis quód. Cic. de Amicit. Quonam pacto mortem Africani feras, eóque magis, quòd, &c. Id est præsertim.
Atque eò etiam magis. Cicero 4. Verr. Idémque hoc amicis eius & defensoribus videbatur, atque eò etiam magis quòd iste, &c.
Eò minus scilicet. Cicero Attico, lib. 11. 223, Alij capti, alij intercluſi non veniunt in dubium de voluntate, eò minus scilicet, quum se expedierint.
Et eò minus. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10, De Dionysio tuo adhuc nihil extrico, & eò minus quòd me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit.
Eò, quó. Cic. 2. Tuscul. Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò grauiores emissiones habent, quò sunt contenta atque adducta vehementius.
Eó plus. Cic. Capitoni in Epistolis ad Atticum, lib. 16. 343, Nunc mi Capito, eò plus apud hominem facillimum atque humanissimum Plancium enitere, &c.
Plus eó. Terent. Hecyra, 3. 4. Idem Heauton. 1. 1,
Aut quid quæris? annos sexaginta natus es,
Aut plus eò, vt conijcio.
¶ Eò: Ad eum locum. Terent. Adelph. 2. 3,
Nisi eò ad mercatum veniam, damnum maximum est.
Eò, pro In eum statum. Cicero, Eò redactæ res erant, vt nulla amplius spes esset.
Vsque eò, quò opus erit, &c. Author ad Herenn. lib. 1.
Eò loci, pro In eo statu. Cic. pro Sextio, Res erat & causa nostra eò loci, vt erigere oculos, & viuere videretur, &c.
Eò loci, In eo loco, vel in loco. Vlpianus de Iudiciis, l. Sed etsi, Si ea res quæ per fideicommissum relicta est, eò loci sit, dicendum est non debere præstari. Plinius libro 11. capite 37, In Oriente quidem & viris aurú gestare eò loci decus existimatur. Vlpianus de Iudiciis, l. Hæres, Defendere se eò loci debebit. Id est in eodem loco.
Res eò recidit. Quintil. lib. 2. cap. 10.
¶ Eò pertinet, vel spectat vt. Cic. ad Trebatium, lib. 5. 10, Hoc eò pertinet, vt nihil existimem tam esse difficile, quod, &c. Idem ad Q. Valerium, lib. 13. 4.
¶ Eodem, penult. prod. pro Ad eundem locum. Cæsar 6. bel. Gal. In sylvas paludésque confugiunt, suáque eodem conferunt.
¶ Eodem loci: Id est in ipso loco. Plin. in Paneg. Quippe inter aras & altaria, eodémque loci, quem deus ille tam manifestus ac præsens, quàm cælum ac sydera insedit. Sueton. in Calig. cap. 53, Pronuntiatio quoque & vox, vt neque eodem loci præ ardore consisteret, & exaudiretur à procul stantibus.
Eodem loci, pro Eodem statu. Cic. Attico, lib. 1. 1, Res eodem loci est quo reliquisti.
¶ Eodem pertinentia. Liuius 1. ab Vrbe, Hæc atque alia eodem pertinentia.
¶ Eousque {ἐπὶ τοσοῦτον} creuit donec, &c. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 7. vbi de Cyro, Natam vitem eousque creuisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret.
Eousque dum. Colum. lib. 6. cap. 6, Tum concitatè agitur pecus eousque dum anhelet.
Eousque vt. Hirtius libro 5, Cæsar brachiis perfectis, promotísque eousque vt ex oppido abiici non posset, &c.
Eo, is, iui, itum, ire {ἰέναι, ἔρχεσθαι, πορεύεσθαι, μεταβαίνειν, ὁδεύειν} Notæ significationis.
Eo, is, ire dicitur eques, vel qui sella gestatur, aut lectica vehitur. Paulus in l. Qui sella, 8, & l. Inter actum. D. de Seruitut. rust. præd.
Ire, Redire, contraria. Martial. lib. 6,
Et Capitolinas sæpe redísque vias.
Ire aduorsum patricè, magnificè, amicè, Vide PATRICE.
Altius ibunt, qui ad summa nitentur. Quintil. in Procem. lib. 1.
Celeriter isti & redisti. Cic. 2. Philipp.
Dissimulanter huc illuc ire. Ouid. epist. 19.
Ire leniter. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Magnificè ire aduorsum, Vide MAGNIFICVS.
Melius ire, Vide Melius in BONVS.
Modestius ire. Ouid. 2. epist. 20,
Si tam certus eras hinc ire, modestius isses.
Passim atque ordinatim ire. Brutus Cic. lib. 11. 13. Vide ORDO.
¶ Ire grandibus gradibus. Plaut. Epid. 2.
Ire itineribus alicuius. Cicero ad Quintum fratrem, libro 3. 19, Quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illam disciplinam volo, & ipse puer magis illo clamatorio genere duci & delectari videtur. In quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illú ire nostris itineribus, eodem enim peruenturum esse confidimus.
Nauibus instructis ire. Virg. 2. Æneidos,
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat.
Ire nauigio. Cic. ad Attic. lib. 10. 198, Nauigio esse te iturum trans mare, credere non possum.
Ordine belli ire. Lucan. lib. 2,
-hoc ordine belli Ibitur.
Ire pedibus. Plaut. Sticho, 5,
-nam pedibus ire non queo.
Rectis sensibus ire. Cic. 13. Philipp. Si me rectis sensibus euntem dij immortales, vt spero, adiuuerint.
At nos hinc alij sitientes ibimus Afros. Virg. 1. eclog. 13.
¶ Ire domum. Plaut. Rud. 2, Adolescens quidam ciuis huius Atticus, eam vidit ire è ludo fidicinio domum.
¶ Ire inficias, Negare. Plaut. Menæh. 9. Terent. Adelph. 3. 2,
-hoc reliquum est,
Si inficias ibit, testis mecum est annulus quem amiserat. Quintil. lib. 7. cap. 1, Neque inficias eo quædam esse, quæ demonstrari possint.
Italiam ire. Virgil. 3. Æneidos,

Ibitis Italiam, portúsque intrare licebit.
Ire obuiam. Plaut. Mostel. 5,
Num non vis me obuiam hisce ire anime mi? Cicero ad Atticum, libro 2. 169.
Vias ignotas ire. Valer. 4. Argonaut.
Viam longam ire. Virg. 4. Æneid.
¶ Ire cum onere. Plaut. Amphit. 4,
Lassus sum hercle è naui vt vectus huc sum, etiam
Nunc nauseo, vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes.
¶ Ire ad arma contra aliquem. Cic. 3. Verr. Miramur ad arma contra istum hominem Lampsacenos isse?
Ire ad cœnam. Terent. Eun. 3. 2,
Eamus ergo ad cœnam, quid stas?
Ad opus ire. Ouid. 4. Fastorum,
Semustámque facem vigilata nocte viator
Ponet, & ad solitum rusticus ibit opus.
Ad saga ire. Cic. 6. Philipp.
Ibam ad te. Terent. And. 3. 4.
Ire ad tonsorem. Plaut. Asin. 8.
¶ Ire in aciem, pro Militare. Quintilianus libro 9. capite 2, Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat vt militia vacaret ex lege, quòd quinquagenarius esset, aduersante filio ire in aciem coactus deseruit.
In aciem ire, aliter. Tacit. lib. 18, Ire in aciem, excitare partium fortunam furore quodam & instinctu flagrabant.
¶ Ire in alia omnia, pro Dissentire. Cicero libro 1. epist. Fam. epist. 2, De tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia, Id est frequentes seu plurimi dissenserunt. Neque solùm, ire in alia omnia, sed & discedere, & transire, eodem sensu veteres dicebant. Cic. lib. 10. epist. Fam. epist. 12, Eo autem die magna mihi fuit pro tua dignitate contentio cum Seruilio, qui quum gratia effecisset, vt sua sententia prima pronuntiaretur, frequens eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit: mœréque sententiæ, quæ secunda pronuntiata erat, quum frequens assentiretur senatus, &c. Hircius ad finem libri 8. de bello Gallico, Sententisque dictis discessionem faciente Marcello, senatus frequens in alia omnia transiit. Sunt autem verba, quibus, quum discessio facienda esset, minister publicus præibat, quum ita diceret, Qui hæc sentitis, ite in hanc partem: qui alia omnia, in illam. Et in alia omnia potius, quàm in contraria, dicebat ominis causa. Festus Pomp. in dictione QVES. Inde factum, vt Ire in alia omnia, idem significaret quod Contra sentire. Vide Erasm. in Adag. Pedibus in sententiam discedere.
Ire in aliquem, pro Irruere. Ouid. 5. Fast.
Ire in articulum dicitur seges. Plin. lib. 18. cap. 17, Si in articulum seges ire incœperit.
Ire in auras. Ouid. epist. 10,
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras.
Ire in bona alterius iubet Prætor, in principio l. 2. D. Quib. ex caus. in poss. eat.
Ire in colloquium ad Celtiberos. Liu. 4. bel. Maced.
Ire in consilium iudices dicuntur, quum aut capita conferunt, aut in interiore consilio instrumenta litis percensere aggrediuntur, quum *processus* esse *super burellum* dicitur, id est in medium positus. Cicero pro Cluentio, In consilium ituri iudices triginta duo, sententiis decem & sex absolutio confici poterat. Budæus.
In corpus ire. Quintil. lib. 2. cap. 10. Themata iuuenibus pertractare permittemus, vt expatientur, & gaudeant materia, & quasi in corpus eant.
Ire in creditum. Africanus in l. tutor. §. quum haberes. D. ad Senatusc. Velleian.
In crucem. Plaut. Asin. 16,
Ite domum. PH. da suauium etiam prius quàm abis. C. i in crucem.
Ire in duplum. Cic. pro Flacco, Frater meus pro sua æquitate prudentiáque decreuit: vt si iudicatum negaret, in duplum iret.
In exemplum ire. Tacitus libro tertio, Neque interfectus in exemplum ibit.
Ire in exilium. Cic. ad Attic. lib. 10, Vnum illud firmissimè asseuerabat, si damnati restituerentur, in exilium se iturum.
Ire in fastidium, pro Incipere haberi fastidio. Seneca de Benef. libro 1.
In hominem ire. Cic. Attic. lib. 2. 22, Equidem antequam legi tuas literas, in hominem ire cupiebam.
Dolo ire in hostem. Stat. 10. Thebaid.
Ire in ius ad aliquem. Plin. de Viris illust. Deciú Prætorem transeunte ipso, sedentem iussit assurgere, eóque vestem scidit, sellam concidit, nequis ad eum in ius iret.
In lacrymas ire. Stat. 11. Thebaidos,
Ibant in lacrymas, veluti quum vere reuerso
Bistoniæ tepuere niues.
In litem ire. Ouid. 6. Fastorum,
Dixit, & in litem studio certaminis issent.
I in malam rem. Plaut. Pœnulo, 14.
Ire in matrimonium sine dote dicitur puella. Plaut. Trinum. 11,
-nanque hercle honestè fieri fermè
Non potest vt eam perpetiar ire in matrimonium sine dote.
In melius ire. Tacit. lib. 12, Crebróque vulgabat ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret.
Ire in neruum. Terent. Phorm. 4. 4,
-noui cæterùm
Quum argentum repetent, nostra causa scilicet
In neruum potius ibit.
Ire in opus alienum. Plaut. Milite, 12,
Stultitia magna atque insipientia, non fallacia hæc sit,
Me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari.
Ire in orbem, Vide ORBIS.
In ora alicuius ire. Valer. 7. Argonaut.

Vix animos, dextrámque tenens, quin ipsa loquentis
Iret in ora dearum tanta pudor æstuat ira.
In pœnas ire. Ouid. 6. Metamorphoseos,
Ibimus in pœnas, & qua vocat ira, sequemur.
Ire in possessionem. Cic. 3. Verr. Dicebat iste, nisi cum muliere decideretur, in possessionem se ire iussurum.
Ire in regna. Ouid. 2. de Remed. amoris,
In mea Thessices regna licebit, eat.
In rixam non ibimus. Quintil. lib. 6. cap. 4.
In scelus ire. Ouid. 6. Fastorum,
-& furiis in scelus isse pudet.
Ibit in secula nomen tuú, Id est memoria tui erit sempiterna. Plin. in Paneg. Ibit in secula, fuisse principem, cui floréti & incolumi, nunquam nisi modici honores, sæpius nulli decernerentur.
Ire in sententiam alicuius, vel Pedibus ire in sententiam, Est alterius sententiæ, non verbo, sed corpore accedere. Liuius 7. ab Vrbe, Qui hoc sentitis, in dexteram partem pedibus transite. quæ maior pars erit, eo stabitur consilio. deinde frequenter omnes in dexteram partem pedibus transierunt. Cic. 11. Philipp. Dixit tamen, siquis eorum qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Nos hodie id *idem dicere* vocamus. Hæc ratio inuenta est, quòd nonnunquam est plus satis longum audire singulos dum plurimi sunt: vel duo capita sententiarum sunt: ve res expeditiores fiant. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine in sententiam ire possumus: id eóque manu sententiam significamus. Quod Quintilianus intelligit, vbi ait, Manibus, pedibúsque imus in sententiam necessitatis. Vide Gell. lib. 3. cap. 18. Et Erasmum in Chiliad. in prouerbio, Pedibus in sententiam discedere.
Ire in somnum. Plinius libro 26. capite 8, Datur & in somnum eunt ibus.
Ire in subsidium. Cic. ad Attic. lib. 8. 161. Item Ire subsidio, Cæsar 7. bel. Gall.
Ire in suffragium. Plinius lib. 18. cap. 6, Quum in suffragium tribus oporteret ire.
In thalamos ire. Lucanus lib. 8,
O vinam in thalamos inuisi Cæsaris issem.
Ire in vigiliam. Plaut. Pseud. 20,
Noctu in vigilia m quando ibat miles, tum tu ibas simul?
¶ Ire per. Liuius libro 2. Decad. 5, Neminem eorum per Italiam ire liciturum.
Ire per amnes. Ouid. 14. Metamorphoseos,
-fatis est inamabile regnum
Aspexisse semel, Stygios semel isse per amneis.
Ire per annos fratris. Ouid. ad Liuiam,
Pérque annos diuturnus eas frustísque tuósque.
Verba per attentam aurem ire. Horat. 2. Serm. sat. 1,
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem.
Ibit per gladios (hei mihi) noster amor. Ouid. epist. 16.
Per medium ire. Quintil. lib. 4. cap. 2, Tanquam necesse sit lógam, aut breuem esse expositionem: nec liceat ire per medium.
Ire longius per moras. Ouid. 2. de Arte amandi,
Belláque per turpes longius isse moras.
Per singulas causarum iudicialium partes ire. Quintilianus lib. 7. capite 2.
Per omnes & personas & affectus Comœdiam ire. Quintilianus lib. 1. cap. 8.
Per omnes rerum species artes eunt. Quintil. lib. 2. cap. 5.
¶ Sub amplexus ire alicuius. Ouid. epist. 16,
Sub furcam ire. Horat. 2. Serm. sat. 7.
¶ Comitem alicui ire in. Lucanus lib. 9.
Ire comitem marito. Ouid. 3. de Arte amandi,
Respice Phyllaciden, & quæ comes isse marito Fertur.
Ibis nuntius. Virg. 2. Æneidos,
-& nuntius ibis
Pelidæ genitori.
¶ Ire accersitum. Terent. Eun. 5. 2. Idem Heauton. 2. 3,
Hoc vide, in mea vita tu tibi laudem is quæsitum scelus.
Ire consultum malè aliquem, pro Incommodare alicui. Plautus Bacchid. 11,
Occideres tute amare, & me ires consultum malè?
Eunt depressum, pro Deprimunt. Plaut. Cistel. 2,
Suas pellices esse aiúnt, eunt depressum, quia nos sumus Libertinæ.
Ire datum operam amico, pro Iuuare amicum. Plaut. Pœn. 7,
Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum?
Ire dormitum. Plaut. Curcul. 4. Sic Ire cubitum, Cicero pro Roscio Amerino.
Ire habitum honorem alicui, pro Honorare. Plaut. Cistel. 2,
-tu atque hæc, soror
Si mea esses, quì mihi magis potueritis ire honorē habitum, Nescio.
Ire opitulatum, Opitulari. Plautus Milite, 10, Mihíque amanti ire opitulatum.
Ire oppugnatum, Oppugnare. Plaut. Bacchid. 23,
-vt istuc delictum
Desistas tantopere ire oppugnatum.
Ire perditum, pro Perdere. Liuius 2. bel. Maced. Neu pertinacia sua gentem vniuersam perditum iret.
¶ It dies. pro Præterit, & elabitur. Plaut. Pseud. 5. 13,
It dies: ego mihi cesso: i-præ puere.
It dies nostro omine. Plaut. Casin. 10,
-pulchrè præuortar viros,
Nostro omine it dies iam, victi victimus.
Fluuius it. Virg. 8. Æneidos,
-Euphrates ibat iam mollior vndis.
It lucrum ad me. Plaut. Pœn. 9,
Bonam dedistis mihi operam. I. it ad me lucrum.
Luna it per cælum obtusis cornibus. Virg. 1. Georgicorum,
Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit.
Eunt præcipites mores: Hoc est in malum declinant. Liuius 1. ab Vrbe, Labente deinde paulatim disciplina, velut desidentes primo mores sequatur animo: deinde vt magis magísque lapsi sint: tum ire cœperint præcipites, donec, &c.
Puppis it per fluctus. Stat. 2. Achilleidos,
Iámque per Ægeos ibat Laertia fluctus Puppis.
¶ Ire res, pro Succedit. Cicero Attico, lib. 14. Dolabellæ & prima illa actio, & hæc contra Antonium concio, mihi profecisse permultum videtur, prorsus ibat res. Ibidem, 313, Incipit res melius ire quàm puraram,
Semina eunt æqualiter in agros. Ouid. 3. Amor. eleg. 9,
Seminaque in latos ierant æqualiter agros.
¶ Quocunque ferunt pedes, ire. Horat. Epod. 16.
¶ I tu hinc quo dignus es, quàm penè tua me perdidit proteruitas. Terent. Heaut. 4. 6.
Eo hinc. Plaut. Amphit. 6, Mihi necesse est ire hinc.
¶ I-præ, pro Præi. Plaut. Curcul. 10. Terent. And. 1. 1,
Eamus iam nunc intro. SI. I-præ, sequar.
Ibo quò profectus sum. Plaut. Aulul. 5,
Nunc quò profectus sum, ibo pòst idem domum
Me rursum quantum potero, tantum recipiam.
I sanè. Plaut. Epid. 2,
-abi à me in malam rem maximam
Cum isthac conditione. S. i sanè siquid festinas magis.
¶ Ire, cum infinitiuo. Stat. lib. 4. Syluarum, Forsitan Ausonias ibis frænare cohortes.
Eamus visere. Terent. Phorm. 1. 2,
Volúisne eamus visere?
I nunc. Iuuen. sat. 12,
I nunc, & ventis animam committe.
Ire melius est. Plaut. Milit. 20.
-abi, iam patiar quicquid est.
Bene vale igitur. PA. ire melius est.
¶ Ire, pro Venire aliquando ponitur. Terentius Adelph. Quæso vt vnà mecum ad matrem virginis eas.
¶ Itur, Impersonale. Terent. And. 1. 5,
-ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itur ad me. Virgilius, -sic itur ad astra.
Æternas itur in vsque moras. Claud. ad Probinum.
Illuc publicè itur. Vlpian. in l. 2. D. Ne quid in loc. public.
Ibitur. Plaut. Trucul. 13. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 5, Ibatur in eam sententiam: quum Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit.
Eatur. Seneca Medea, 7. Idem Thyeste, 5.
Iretur, Papinianus in l. Pupillus. D. De fideiuss. tuto. Iudice defuncto. prius quàm ad eum iretur.
Iri. Terent. And. 1. 2,
Qui postquam audierat non datum iri filio vxorem suo. Cicero ad Atticum, lib. 2. 16, Item antè non esse itum obuiam, ne tum quidem quum iri maximè debuit.
Debitum iri. Scæuola in l. Respiciendum. D. Si certum petatur, Respiciendum enim est, an (quantum in natura hominum sit) possit sciri eam debitum iri.
Viæ eundæ & vitandæ. Claud. 2. in Eutrop.
Itum est. Quid. lib. 1. Metamorphoseos,
Nec tantùm segetes, alimentáque debita diues
Poscebatur humus: sed itum est in viscera terræ. Celsus in l. Nam satis est. fundi nomine itum esse. D. Quemadmodum seruit. amit. Vlpianus quoque in l. 1. §. 1. D. Si à parent. quis manu. fuerit.
Iens {ἰὼν ὑφ' ἑαυτόν} Qui huc & illuc proficiscitur: quem peregrinum vocant. Plaut. Milit. 10, Deûm virtute eundem hospitio accipere, apud me est comitas.
Oculi euntes. Stat. lib. 5. Thebaidos,
Prosequimur visu, Dones lassauit euntes Lux oculos.
Incidere eunti & in euntem, Vide INCIDO.
¶ Iens, euntis, Participium. Cic. Attico, lib. 4. epist. 9, Neapoli apud Lætum ante diem IIII. Calend. Maij, iens in Pompeianum bene mane hæc scripsi.
Iturus, penult. prod. {πορευσόμενος} Participium. Cic. 3. Verr. De te in consilium iturum putasti.
Itus, itus, itui, Verbale {βάδισμα.} Cic. Att. lib. 15. 324, Quis porrò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Suet. in Tiberio, cap. 38.
Itio, itionis, Verbale {βάδισις.} Terent. Phorm. 5. 9, Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni?
Obuiam itio. Cic. Attico, lib. 11. 224, De obuiam itione ita faciam vt suades.
Dare itionem domum. Cic. 1. de Diuinat. Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore, sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari.
Ito, itas {φοιτάω} Itare, Frequentatiuum, Frequenter ire. Sueton. de Claris Rhetoribus, Maiores nostri quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt.

E O D

EODAE {ὑπώδεια} Partes quædam Caucasi montis à Barbaris vocantur, vt author est Strabo lib. 11.
EODANDA, Ichthyophagōn insula deserta in Arabia, teste Plinio lib. 6. capite 28.

E O N

EOne, cones, Arbor. Plin. lib. 13. cap. 22, Alexander Cornelius arborem eonem appellauit, ex qua facta esset Argo, simílem roburi viscum ferenti, quæ nec aqua, nec igni posset corrumpi, sicuti nec viscum, nulli alij cognitam, quod equidem sciam. Hæc ille, quem vide.

E O S

EOs, Montis nomen in sinu maris rubri, A zaræis populis Arabiæ finiti-

mus,authore Plinio libro 6.cap.29.

EOS, priore syllaba prod. quia per ω scribitur {ἠώς} Aurora. Ouid. 3. Fastorum,
Tres vbi luciferos veniens præmiserit Eos. Idem 4.Fastorum,
Proxima victricem quum Romam inspexerit Eos. Scribitur etiam per ε psylon & tunc priorem syllabam corripit:adspiratúrque à nonnullis.

EOVS,penult.prod. {ἠῶος} Oriens dicitur: ab ἠὼς,quod est mane & aurora.Capitur etiam adiectiuè pro orientalis,primámq; habet indifferentem,quia interdum per ω scribitur,interdum per ε psylon,vt Fluctus Eous. Virg.3.Æneidos,
Portus ab Eoo fluctu curuatus in arcum. Lucanus,
Tradimus Hesperias gentes,aperimus Eoas. Id est orientales.Propertius lib.2.,
Siue illam Hesperiis,siue illam ostendet Eois:
Vret & Eoos,vret & Hesperios.
Cælum Eoum.Ouid.3.Metam.
Equi Eoi.Virg.2.Æneidos,
Conflugunt Zephyrúsque Notúsque,& lætus Eois
Eurus equis. Seruius:Nam Eurus ab Oriente flat.
Gelu Eoum.Propert.lib.1.eleg.15,
Frigidáque Eoo me dolet aura gelu.
Mare Eoum.Tibul.lib.2.eleg.2.
Opes Eoæ.Ouid.1.de Arte amandi.
Orbis Eous.Ouid 3.Fast.
Partes Eoæ.Ouid.1.Fast.

Eous, penult.prod. Substantiuum {ἑῶος} Vnus ex equis Solis: quasi lucifer ac orientalis: quòd mane assurgens orbem illuminet. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Interea volucres Pyrois,Eous,&c.
Eous,Pro Lucifero.Virg.1.Georgicorum,
Aut quum sole nouo terras irrorat Eous. De quo etiam Cinna in Smyrna sic ait,
Te matutinus flentem conspexit Eous,
Et flentem paulo vidit pòst Hesperus idem.

Eouſque,Vide EO aduerbium.

E P A

EPACRIA {ἐπάκρεια} Attici agri oppidum, vnum ex his quæ à Cecrope in ciuitatis formam sunt redacta. Author Stephanus.

Epacta,verti potest intercalatio, ἐπάκτου ἡμέρας, intercalati dies.ἐπάγω, intercalo & intrinsecus addo. Quidam astrologi sic definiunt: Epacta est numerus triginta non excedens, proueniens ex superabundantia anni solaris,ad annum lunarem cómunem.Officium Epactæ est ostendere ætatem Lunæ: nulla autem æras Lunæ est maior quàm triginta dierum.non debet igitur Epacta maior esse.

Epactra {ἔπακτρα} Dicuntur piscatoria nauigia: nam & piscatores nuncupantur epacteres quandoque.Cæl.Rhod.lib.28.cap.18.

Epageritæ, Populi in regionis Colchicæ tractu, à tergo Pityus oppidi opulentissimi ab Heniochis direpti.Author Plin.lib.6.cap.5.

Epago,onis {ἐπάγων} A Græcis vocatur arremon nauis,siue trochlea, qua funes ductarij,& cætera nauis armamenta explicantur, quáque maiora onera ex portu in nauem attolluntur. Vitruuius Ergatas videtur appellare.

Epagoge, epagoges,pen.prod. {ἐπαγωγὴ} Figura est Rufiano quæ fit ex rerum similium collatione vel argumentorum,vbi tamen Rhetoricæ elocutionis nulla est figura.

Epagogia {ἐπαγώγεια} Apud Græcos scitè admodum nuncupantur præputia,ducto inde, vt Cælius putat,vocabulo, quia vti fuerit collibitum inducuntur,retróque agantur. Vide eum lib.4.cap.6.

EPAGRIS {ἔπαγρις} Insula vna ex Cycladibus, quæ notiore nomine Andros appellatur,teste Plinio lib.4.cap.12.

EPAMINONDAS {ἐπαμεινώνδας} Thebanorum dux præstantissimus, cum quo (inquit Trogus lib. 6) Thebanorum gloria & nata est & extincta.Tandem apud Mantineam cum Lacedæmoniis congressus, vicit,& cecidit, vt scribit Cicero in epistola ad Luceium. De Epaminonda Plutarchus in Paralellis.

Epanadiplosis, penultima producta {ἐπαναδίπλωσις} Figura,quum idem verbum in eadem sententia, & primum est, & extremum. vt, Antè nouis rubeant,quàm prata coloribus anté. Rufianus. Epanalepsis est aliis.

Epanalepsis, est eorundem verborum simul positorum, eiusdémque sententiæ post multa interiecta, cum aliqua periodi conclusione facta repetitio.vt,
Huc pater ô Lenæe,tuis hic omnia plena
Muneribus,&c.
Huc pater ô Lenæe veni.

Epanaphora, penult. corr. {ἐπαναφορὰ} Figura est,quum ab eodem verbo plures inchoatæ sententiæ incipiunt.vt,
Hic gelidi fontes,hic mollia prata Licori:
Hic nemus,hic ipso tecum consumerer æuo. Rufianus.

EPANGELIA {ἐπαγγελία} Dicitur, quum quis accusatur quòd præter leges concionetur, aut rempublicam capessat. Author Cæl. Rhod. lib.8.cap.4.

Epanodos, penultima correpta {ἐπάνοδος} Figura est quum duabus breuibus, plurибúsve propositis, ad singularem enarrationem recurritur:vt,
-diuellimur inde
Iphitus & Pelias mecum:quorum Iphitus æuo
Iam grauior. Rufianus.

EPAPHRODITVS {ἐπαφρόδιτος} Grammaticus fuit,patria Cheronæus, Archiæ grammatici alumnus & discipulus,quem Modestus Ægyptiprætes sibi coemit, & filium suum Pitelinum eidem in disciplinam tradidit,quem ille Romæ instituit sub Nerone: mortuus est hydropisi.Reliqua vide apud Suidam.

EPAPHVS,pen.corr. {ἔπαφος} filius Iouis ex Io vel Iside.Ouid.1.Metam. quum fabulam Ius enarrasset,de Epapho hæc subiungit,

Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditur esse Iouis,pérque vrbes iuncta parenti
Templa tenet.

Eparchia {ἐπαρχία} A Græcis dicitur,quam Latini Prouinciam, siue Præfecturã appellant: vnde & Eparchus,Prouinciæ præses,& Eparchiotes,Prouincialis.

Eparmata {ἐπάρματα} Hippocrati dicuntur tumores,secundum aures præter naturam in ægrotantibus exorti. Author Galen.in 6.Hippoc. de morb.vulgar.

Epastus, Participium passiuum ab epascor,epásceris, Idem quod pastus. Ouid.in Halieuticis.
Vt Scarus epastas solus qui ruminat herbas.

Epatarius,Epaticus,Vide HEPAR.

Epaulia dona {ἐπαύλια δῶρα} Dicebantur,quæ Græcorum more postriduano nuptiarum die sponsæ pater, pompæ cuiusdam imagine quadam sponso proferebat, ducto inde vocabulo, quòd in sponsi aulam tunc primùm diuertisset sponsa. Erant autem hæc munera aureæ pleraque,smegmata,pectines, alabastri, sandalia, thecæ, myrapliptra. Sunt tamen qui epaulia, diem ipsum post nuptias secundum appellari opinentur.Ex Cæl.Rhod.lib.28.cap.18.

E P E

Epeclia {ἐπέκλεια} vt ex Appione ac Diodoro refert Cælius,tragemata vocantur,quæ post cœnam dari consueuerunt.Vide lect.Antiq.lib. 27.cap.17.

EPEI {ἐπειοί} Populi in occidentali ora Peloponnesi, alio nomine Elij dicti,teste Plinio libro 4. capite 5. cuius sententiæ etiam Strephanus subscribit. Homerus tamen in Catalogo nauiũ, Epeorum vrbem diuersam facit ab Elide, quam videtur Epeorum iuri subiicere. Vide Strabonem lib.8.

Epelanete, es, Piscis modicus est, in Sequanæ ostio frequens Rothomagum vsque, squamis argenti modo nitescentibus, cuius si in propinqui astes, putes violis te circunfusum. Ex Cælio Rhodig. libro 28.cap.7.

Epenthesis, penult.corr. {ἐπένθεσις} Est appositio quædam literæ vel syllabæ ad mediam dictionem, vt productior fiat vel quantitate, vel vna syllaba. literæ vel syllabæ, vt reliquias pro reliquias: induperator, pro imperator. Hanc autem alij epenthesin, alij parenthesin vocant.

EPETINI {ἐπετῖνοι} Liburniæ populi, qui in Salonam coloniam iura petunt,vt refert Plin. lib.3.cap.22.

EPEVS, trisyllabum, penult. prod. {ἐπειὸς} Endymionis filius, & Paonis frater, à quo Epæa ciuitas in Græcia. Hic Troiani equi faber fuit. Virg.2.Æneidos,
-& ipse doli fabricator Epeus.

Ephaptis,ephaptidis {ἐφαπτὶς} Clementi Alexandrino lib. Pædag.2. cap.10, inter vestes muliebres ponitur.Est autem (vt nõnullis placet) læna pretiosior.

E P H

Epharmiotæ,Cretensibus serui dicti sunt,sicut Lacedæmoniis Eloτ, peculiari illo nomine nunquã aliis quàm seruis attributo.Vide Alex. ab Alex.lib.3.cap.20.

Ephebus,ephebi,penult.prod. {ἔφηβος} Qui ad pubertatis annos peruenit,quasi ἐπὶ ἥβην:Hoc est,super pubertatem,siue qui excessit pubertatem. Terent. And.1.1,
Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia. Idem Eun.5.1,
-quis fuit igitur? P. iste Chærea. T. Qui Chærea? P. iste ephebus frater Phædriæ. Hæc citat Cic.2.de Orat. Idem pro Flacco. Et1.de Nat.deor.
Animus ephebis ætate exiit,dixit Plaut.in Merc.3,
Principio atque animus ephebis ætate exiit.
Greges epheborum.Cicero 1.de Nat.deor. Athenis quum essem,è gregibus epheborum vix singuli reperiebantur.
Amans ephebus.Horat.2.epist.1.

Ephebia,ephebiæ {ἐφηβεῖα} Pubertas,id est prima etas adolescentiæ.

Ephebium {ἐφήβειον} Pars ea palæstræ in qua ephebi exercebantur. Vitruuius, In duplici porticu collocentur hęc membra: ephebium medio.hoc autem est exhedra amplissima.

EPHEBICVM {ἐφηβικὸν} Locus in theatro constructus, vbi iuuenes ludos spectarent, nullíq; alij vsui deseruiens,teste Alexand. ab Alex. lib.5.cap.16.

Ephecticus,penult.corr.Ephectici dicebantur Academici,quòd nihil certò neque pronuntiare neque constituere de re aliqua volebant, more aliorum philosophorum:sed sententiam suam animo continebant, sempérque se melius consulturos dicebant: vnde & Scepsici alio nomine vocati sunt.Budæus cunctatores & hæsitatores dici posse autumat, διὰ τὸ ἐπέχειν,quod assensionem retinere significat,authore Cicerone.Vide SCEPTICA.

Ephedra {ἐπῳδὴ} Dioscoridi, Herba est aliis nominibus Caucon & Anabasis appellata. Nascitur ventoso ferè tractu, scandens arbores,& ex ramis propendens, folio nullo, cirrhis numerosis, qui sunt iunci geniculati.Hæc Plin.lib.26.cap.13. Hac mulieruleæ vruntur ad vasa lignea emundanda, pectinúmq; opifices ad buxi scabritiem expoliendam.Vulgò *Prælam* vocant.

Ephegesis {ἐφήγησις} Causæ vel iudicij genus, quum accusãbatur is cui regione aliqua interdictum erat, vt exuli aut homicidæ. Ex Calepino.

Ephelcis,ephelcidis, penult.corr. {ἕφηλις} Medicinam professis cruda dicitur, quam extrahit plerunque tussis vehementior: sed & in vlceribus ephelcida intelligit Galenus. Vide Cælium Rhodig.libro 13.cap.8.

Ephelis, penult.prod. {ἔφηλις} Tuberculum, seu aspredo cutis in facie,ex ardore solis prognata.Calep.

Ephelmator apud Firmicum libro 8. capite 15. Vide PETAMINARIVS.

Ephemera, siue Ephemeros {ἐφήμερος} Febris est vnius diei, quam & Latini diariam appellant,eo quòd diei vnius (quantum in ipsa est) spatio

spatio terminetur.De hac vide Galen.in lib.2.Aphorism.Hippocr.

Ephemeris, penul.corr.huius ephemeridis,f.g. {ἐφημερὶς} Vide COMMENTARIVS.Iuuen.sat.6,
In cuius manibus ceu pinguia succina tritas
Cernis ephemeridas. Propertius lib.3.eleg.23,Duræ ephemerides. Cic.pro Quintio,Discedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem reuertitur,inuenitur dies profectionis.
Ephemeris mathematica.Plin.lib.29.cap.1, Ad syderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando,horáſque obseruando.

Ephemeron,pen.corr. Animal ortum apud Hippanin fluuium apud Bosphorum,authore Aristot.lib.5.Animalium. Vide Erasm.in prouerb.Ephemeri vita.
¶Ephemeron, Genus herbæ, folia habens lilij, sed minora,caulem parem,florem cærulcum, semen superuacuum. Plinius libro 25. capite 13.

EPHESTIADES,pen.corr. Insulæ quæ à Latinis Vulcaniæ & Æoliæ dicuntur:quòd Æolus Iliacis temporibus illic regnarit.

EPHESTII {ἑφέστιοι} A Græcis dij appellantur, qui à nobis Penates & Lares, quòd aris & focis præsidere putarentur. Appellatione enim τῆς ἑστίας,Græci focum seu larem intelligunt.

Epheſtria {ἑφέστρια} Thebis festa fuerunt ob Tiresiam constituta,in quibus ipsius simulacrum virilibus vestimentis exuebatur, & muliebribus induebatur: móxque illis adempsis, iterum virilia imponebant,alludentes ad ipsius Tiresiæ fabulam,de qua poetæ & Græci & Latini adeò multa. Dicta verò sunt Epheſtria, διὰ τὰς ἑφεστρίδας, Id est à superiore veste,qua induebatur.

Epheſtris,idis {ἑφεστρὶς} Vestis quæ supra arma indui solet. Bayfius putat eandem fuisse ei,quam Romani paludamentum appellarunt.

EPHESVS,pen.corr.f.g. {ἔφεσος} Ioniæ vrbs, Insignis quondam famæ, & Dianæ spectatissimo templo, tum & clarorum virorum, quorum genitrix fuit,dignitate:ab Androcho Codri Athenien sium regis filio condita, vt ex Pherecide scribit Strabo. Iustinus lib.2, ab Amazonibus conditam scribit. quod ipsum & Plin.lib.5.cap.29.confirmat. Eius alumnus Heraclitus fuit cognomento Scotinus hoc ipso commẽdabilis, quòd quum Hermodorum virum probatissimum in exilium ob iustitiæ & virtutis amorem.actum vidisset, omnes Ephesios dignos esse dixit qui strangularentur, vt scribit Strab. Cic. Attico, lib.5.100.

Ephesinus,pen.prod.Adiectiuum.vt,Ephesina mulier.Cic.3 Philipp.

Ephesius,Adiectiuum {ἐφέσιος} Cic.1.de Diuinat. Qua nocte templum Ephesiæ Dianæ deflagrauit.

EPHESIVM,Arx olim Massiliensium dicta,teste Alex.Genial.dier.libro 6.cap.11.

EPHIALTES {ἐφιάλτης}& OEtus,Neptuni filij (inquit Seruius) nouem digitis singulis crescebant mensibus, qua freti altitudine cælum voluerunt euertere:sed cõfixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ.De quibus Virgil. 1. Georg. Vide ALOEVS. ¶Fuit præterea Ephialtes quidam,qui in pauperrimo tenuissimóque cultu semper vixit, omnium tamen optimus atque iustissimus. Videdus Alexander Alexandrinus lib.3.cap.11.

Ephialtes.huius ephialtæ, m.g. {ἐφιάλτης} Incubus,quasi dicas Insultor. Macrobius in Somn.Scip.lib.1.cap.3, Phantasma, hoc est visum: quum inter vigiliam & adultam quietem, in quadam (vt aiunt) prima somni nebula adhuc vigilare se existimans, qui dormire vix cœpit,aspicere videtur irruentes in se,vel passim vagantes formas,à natura seu magnitudine seu specie discrepantes, variásque rempestates rerum vel lætas,vel turbulentas.In hoc genere est Ephialtes,quẽ publica persuasio quiescentes opinatur inuadere, & põdere suo pressos ac sentiẽtes grauare. Hæc Macrob.Dioscor.lib.3.cap.De Pæonia,Ex Pæoniæ granis quæ nigro colore sunt, nocturnis præfocationibus, quas Ephialtas vocãt, numero quindecim pota subueniunt. sic enim vertit Marcellus. Hermolaus verò sic: Ex Pæoniæ granis quæ sunt nigra, Faunorũ in quiete ludibriis atque suppressionibus medentur. Idem in Corollario, Pæoniam, inquit, & Ephialtim vocabant antiqui, vtpote contra suppressiones Incuborum Faunorúmque nocturnas valentem. Laudata multum,inquit Marcellus Virgilius,antiquis ob varias & multas vtilitates Pæonia est, & inter cætera cõtra phantasmata quæ Græci Ephialtas vocant:qui Ephialtem hunc vel ab huius nominis homine dictum putant, vel ab eo quòd credat aliquis inuadi se tunc ab aliquo.id enim ἐφιέναι inuadere & insilire alteri est. Themison tamen à suffocando Pnigalionem nominauit. Fit hoc malum in continua crapula,& stomachi cruditate : accidítque in eo constitutis,difficilis morus:torpidus in somno sensus : suffocationis in mente obuersatio:& veluti ingruentis alicuius mali occupatio:sequitúrq; clamoris & vocis fruſtratio, aut incertus & indiscretus sermo. Quidam eos qui in se irruerunt, audire etiam se credunt, & ab eis venerem exigere,mox illos fugere. Hæc Marcellus. Augustinus de ciuitate Dei lib.15.cap.23, Et quoniam creberrima fama est, multíque se expertos,vel ab eis qui experti essent,de quorum fide dubitãdum non est,audisse cõfirmant, Syluanos & Faunos, quos vulgò Incubos vocant,improbos sæpe existisse mulieribus, & earum appetisse ac peregisse concubitum:& quosdam dæmones,quos Duſios Galli nuncupant,hanc assiduè immunditiam & tentare & efficere,plures talésque asseuerant,vt hoc negare impudentiæ videatur: non hic aliquid audeo diffinire,&c. Ephialten Plinius vocat Faunorũ ludibria. Sic enim ait lib.25.cap.4, Hæc medetur & Faunorum in quiete ludibriis.de Pæonia loquitur. Cæl.lib.27.cap.14, Apud Dioscoridẽ Syluæ medicinalis libro tertio in Pæoniæ medicinis inuenio ἐφιαλτῶν σπερμάτων, id est Incuborum suffocationes. Apud Græcos ita finiri Ephialten reperias,Redundantem in caput euaporationem ex voracitate ac cruditate. Ephialten vulgus Gallicum vocat *Chauchemare*, Picardi *Cauquemare*. Vide FAVNVS.

Ephippium,ephippij {ἐφίππιον} Ornamentum equorum est: propriè tegmina seu stragula significans, quibus equi sternuntur, vel sellæ equis ad insidendum impositæ.Horat.in epist.ad villicum,

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Gellius libro 5. capite 5, Equitatum frænis, ephippiis, monilibus, phaleris præfulgentem.

Ephippiarij equi,quibus sellæ imponuntur, propter molliorem vecturam. Calep.

Ephippiati {ἐφίππιατοι} qui ephippia habent in equis. Cæsar de Sueuis,lib.4.bel.Gal. Non eorum moribus turpius aut inertius habetur, quàm ephippiis vti: itaque ad quenuis numerum ephippiatorum, quanuis pauci,adire audent.

Ephippos {ἵππος} Latinè equestris,Veneris cognomentum, quod ab Æneæ filio prorepsisse videtur,qui diuturna fellus nauigatione demum insenderit equum,atque ea effigie coli matrẽ instituerit.Vide Cæl.Rhodig.lib.29.cap.18.

Ephodi,pen.corr.Firmic.lib.6.cap.32.titulus est, Generáles cuiusque genituræ ephodi,Id est ingressiones,initia,& institutiones.

EPHORVS, penult.correp. {ἔφορος} Historicus fuit Cumæus, Isocratis auditor, & condiscipulus Theopompi:cuius vitam & scripta vide apud Suidam.

EPHORI {ἔφοροι} magistratus Lacedæmoniorum. Erant enim ephori tales apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopompo sic oppositi regibus sunt,vt apud Romanos Consulibus Tribuni. Vt enim à Cõsulibus ad Tribunos prouocare quisque poterat : sic Lacedæmonij à Regibus ad Ephoros. Satis constat ab Ephoris Reges electos,alios fugisse,alios interemptos. Olim pro ministris regum fuerunt, paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id licentiæ peruenerunt, vt sensim à rege magistratum proprium constituerint, nomine Ephoriam. Cic. 3. de Legib. De eorum numero fuit Lysander quidam, vt testatur idem Cic. 2. Offic. Ac propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonij Lysandrũ Ephorum expulerunt.

Ephthopolium {ἐφθοπώλιον} Locus dicitur,in quo cibi percoti distrahuntur: & qui eo se fouent quæſtu, ephthopolæ nuncupantur. Author Cæl.lib.28.cap.7.

Ephydor {ἐφύδωρ} Dicebatur apparitor, qui clepsydræ æqualitatem custodiret, vt scribit Cæl.Rhodig.lib.18.cap.39. Meminit & Bud.in Annotat.

Ephydron {ἔφυδρον} Herba, quæ & Equisetum, & Hippuris, & Anabasis appellatur. Vulgus *Prelam* vocat. Vide HIPPVRIS.

EPHYRA,pen.corr.{ἔφυρα} Nympha Oceani & Tethyos filia. De qua Virgil.lib.4.Georg.meminit.
¶Ephyra item,siue Ephyre,pen.cor.vrbs Achaiæ,quæ postea Corinthus dicta est, in qua pulcherrima & artificiosissima ex ære fiebãt vasa. Ouid.2.Metamorphoseos,
-quærit Bœotia Dircen,
Argos Amymonen,Ephyre Pyrenidas vndas. ¶Fuit & alia eiusdẽ nominis vrbs in Epiro:aliáque rursus in finibus Thessaliæ:item aliæ nonnullæ,quas vide apud Stephanum.
¶Ephyre,insula est in sinu Argolico, cuius meminit Plinius libro 4.cap.12.

Ephyreias,Ephyreiadis,pen.corr.{ἐφυραιάς} Quæ est ex Ephyra.Claud. de bello Getico,
Scilicet Argolicas,Ephyreiadésque puellas
Cœperat & pulchras iam fastidire Lacænas.

Ephyræus, pen.prod. {ἐφυραῖος} Adiectiuum quatuor syllabarũ. Lucan. lib.6,Insedit castris:Ephyræáque mœnia seruat.

Ephyreius {ἐφυρεῖος} Adiectiuum quinque syllabarum. Virgil.2.Georg. Illusáque auro vestes,Ephyreiáque æra.

EPHYRI {ἐφύροι.} Plin.lib.4.cap.2, Ætolorũ populi Athamanes, Tymphæi,Ephyri,&c.

EPHYRIS,Vrbs Laconiæ,teste Herodoto.

E P I

EPI.vel EP.Epistola. EP.M.Epistolas misit.

EPIA,æ {ἐπία} Oppidum Achaiæ Straboni. Inde

Epij populi,quibuscum bellum gessit Nestor adhuc iuuenis:postea Helij dicti sunt.

Epialos, pen.corr. {ἐπίαλος} Genus febris est ex pituita quidem frigida, sed vitrea, putrefactáque : nomen ei dedit placidi pellacia ponti subdola,quam Græci vocant ἀλὸς ἐπέτασιν. Hermolaus.

Epibades, pen.corr. {ἐπιβάδες} Naues. Vlp.in l.1.§.Igitur præpositio. D.de exercitoria actione, Quædam enim naues onerariæ, quædam (vt ipsi dicunt) ἐπιβάδες sunt. Bayfius, Epibades,dictæ vt opinor, quasi epibatides,ad epibatas solùm, id est vectores traiiciendos. Et fortasse legendum apud Iurisconsultum epibatides. Sed lectoris esto iudicium. Vide Actuariæ naues,in NAVIS.

Epibatæ,pen.corr. {ἐπιβάται} Milites classiarij dicuntur:hoc est milites in nauibus merentes. Hirtius 4. bel. Alexandrini, Capta est vna hostium quadriremis, degressa est altera, deinde omnibus epibatis nudatæ. Idem bel.Afric.lib.5, Ibique Getulis remigibus, epibatísq; complet. Apud Græcos epibatæ pro vectoribus etiam accipiuntur, id est ἀντὶ τοῦ ἐπιβεβηκότων.

Epibathra,æ {ἐπιβάθρα} Scalæ nauticæ,quibus in nauim conscenditur. Ex Calep.

Epibatigæ {ἐπιβατηγοὶ} Naues eædem quæ vectoriæ, Id est vectorum ductrices: iuncto nomine ex ἐπιβάτης,id est vector,& ἄγω, duco. Vlp. l.1.§.5.D.de exercit.actio. Quædam enim naues onerariæ,quædam, vt ipsi dicunt, ἐπιβατηγοὶ sunt, & plerosque mandare scio ne vectores recipiant,& sic vt certa regione,& certo mari negotietur.

EPIBATERIOS {ἐπιβατήριος} Apollinis cognomentum, cui templum in Troezene dicauit Diomedes, quod in reditu ab Ilio euasisset tempestatem,qua Græcorũ afflictæ sunt opes. Ex Cæl.Rhod.lib.11.cap.24.

Epiblema {ἐπίβλημα} Vestimentum exterius, amiculum, stragulum torale,apud Galenum, παρὰ τὸ ἐπιβάλλεσθαι τὸ ἐσθίοντι, authore Budæo in Commentariis Linguæ Græcæ. Quãquam aliud significare videatur apud D. Matthæum capite 9. Hoc autem genus vestimenti inter muliebria ponit Pollux lib.7.cap.13.vbi Paludamentum vertit Gualtherus.

Epicataphoram, vocant cælestium periti supernam portam: quippe loca nuncupant quædam pigra in cælo, deterétáque, quia nulla cum horoscopo societate iunguntur. Verba sunt Cælij Rhodigini libro 11. cap. 2.

Epicauma, atis ἐπίκαυμα } Oculi vlcus cruſtoſum, ſordidum & impurum, humore fœdo iugiter efflúẽte: ita dictum à quadam aduſtionis ſimilitudine. Huius meminit Galen. lib. ſinit. medic.

Epicedium ἐπικήδιον } gen. n. Carmen funebre, Nænia vel monodia. Seruius in Virg. 5. eclog. Epicedion eſt, quod dicitur cadauere nondũ ſepulto: Epitaphion autem, poſt completam ſepulturam dicitur. Inde Statij epicedia in patrem & filium lib. 5. Syluar.

Epicephalium, epicephalij, n. g. Tributum in ſingula capita imperatum. Cic. ad Attic. lib. 5. epiſt. 16, Audiuimus nihil aliud, niſi imperata ἐπικεφάλαια ſoluere non poſſe. Idem Fam. lib. 3. epiſt. 8, exactionem capitum vocat: Principes, inquit, ciuitatum à me poſtularunt, ne in vẽditionem tributorum, & illam acerbiſſimam exactionẽ capitum atque oſtiorum, inducerentur ſumptus minimè neceſſarij. Similis erãt columnarij exactio, hoc eſt tributi in ſingulas ædium columnas imperati. Vide ſuo loco.

EPICERIDES ἐπικηρίδης } Vir Cyrænenſis, qui ob ſingularem ſuam in populum Athenienſem liberalitatem, amplíſſimis viciſſim ab illo honoribus eſt affectus. Vide Demoſth. in orat. aduerſ. Leptin.

EPICHARIS ἐπίχαρις } Mulier libertina fuit, quam in coniuratione Piſoniana, iuſſu Neronis per omnia fœda exempla cruciatam, non verbera, non ignes, non torquentium ira peruincere potuit, vt ſe conſciam faceretur. De hac Alexander Genial. dier. libro 1. capite vltim.

EPICHARMVS ἐπίχαρμος } Siculus poeta Comicus & Philoſophus, Pythagoræ auditor, ſcripſit de natura rerum & medicina commentarios. Epicharmi ſententiam de morte refert Cic. lib. 1. Tuſcul. quæſt. Emori nolo: ſed me eſſe mortuum nihil exiſtimo. Horat. 2. epiſt. 1, Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi.

Epicherema, pen. prod. ἐπιχείρημα } epicheremat is, n. g. quid ſignificet, docet Quintil. lib. 5. cap. 10. his verbis, Epicherema Valgius aggreſſionem vocat: Celſus autem indicat non noſtram adminiſtrationem, ſed ipſam rem, quam aggredimur, id eſt argumentum quo aliquid probaturi ſumus, etiam ſi nondum verbis explanauim, iam tamen mente cõceptum, epicherema dici. Quidam epicherema ratiocinem appellauerunt. Cic. melius ratiocinationem: quanquam & ille nomen duxiſſe magis à ſyllogiſmo videtur. nam & ſtatum ſyllogiſticum, ratiocinatiuum appellat, exemplíſq; vtitur Philoſophorum. Et quoniam eſt quædam inter ſyllogiſmum & epicherema vicinitas, poteſt videri hoc nomine rectè abuſus. Ibidem, cap. 14.

Epichriſta ἐπίχρεστα } Apud Galenum in eũdem ferè vſum accipiuntur quo circũlitiones, quas Dioſcorides ἀφεψεστὰ κηρωτὰ ἐπιθέματα appellat, à circunliniendo, quod eſt expolire. Nam & in pictura circunlitionem vocat ipſe, quum operibus iam perfectis, manus quædam ſalutatrix admouetur vluma, quæ illa ipſa properante lambentéque penicillo circunlegat, atque reuíſiret. Hermolaus.

Epichyſis ἐπίχυσις } Vaſis genus eſt, teſte Varrone lib. 4. de Ling. Lat. è Græcia primùm aduectum, nomen habens ἀπὸ τοῦ ἐπιχεῖσθαι, hoc eſt ab infundendo. Vnde nonnulli etiam infundibulum hoc nomine appellant. Huius ſit mentio ab Athenæo.

Epicichlides ἐπικιχλίδες } Genus carminis, quod in Homerum referetur authorem à quibuſdam: ſic dictum, quoniam quum id pueris præcineret, turdis donabatur, quos Græcorum quidam cichlas appellant. Ex Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 2.

EPICNEMIDII ἐπικνημίδιοι } Græciæ populi. Plin. lib. 4. cap. 7. quo loco de Græcia & Attica, Locris, inquit, deinde Epicnemidij cognominantur, olim Leleges appellati, per quos amnis Cephiſſus defertur in mare.

Epicœnum ἐπίκοινον } Latinè promiſcuũ dicitur. Sunt nomina apud Grammaticos, in quibus obſcurior diſcretio eſt altero: ſæpe genere vtrunque ſexum cõfundit vſus: appellauíſque huiuſmodi voces, promiſcui generis, Græci ἐπίκοινον vocant: vt paſſer, miluius, quæ ſub maſculino: aquila, muſtela quæ ſub fœminino vtrunque genus comprehendunt. Quintil. lib. 1. cap. 4, Nec ſtatim diligentem putabo qui promiſcua, quæ Epicœna dicuntur, oſtenderit: in quibus ſexus vterque per alterum apparet.

Epicomia ἐπικώμια } Laudationes dicebãtur, quæ in comeſſationibus poſt victoriam concinebantur. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 13.

Epicopanon ἐπικοπανὸν } Menſa coquinaria Polluci eſt: quod verbũ extare in Menandri Meſſenia idem aſſeuerat. Quin & apud Iuriſcõſultum Florentinum. D. de ſupellect. leg. id verbum reperias notione quam præſtruximus. Hæc Cæl. Antiq. lect. lib. 7. cap. 12.

Epicopi ἐπικώπιοι } Dicuntur remis appoſiti & gubernaculis, velut epibatæ Atticis ſunt, in nauibus depugnantes. Quanquã & qui aliena iter naui faciunt, ſic dicantur quoque, quos Homerus item emporos vocat. Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 25.

Epicopus, pen. prod. Adiectiuum, Qui eſt in procinctu nauigationis. Cic. ad Attic. lib. 14. 314, Quinto nonas conſcendens ab hortis Cluuianis in Phaſ. lum epicopum, has dedi literas. Alij legunt Epiſcopium. Epicopum: remigabilem, vt ita dicã: id eſt qui iam in eo erat, vt remis impelleretur.

Epicraſis ἐπίκρασις } Verbum eſt medicorum ſcholis frequens. Dicitur autem eo nomine aura τὴν κρᾶσιν μεμιμῆσθαι, quũ ſenſim quod malum eſt, educitur, reponiturque itidem quod bonum. Author Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 18.

EPICRATES ἐπικράτης } Athenienſium princeps, teſte Cic. lib. 16. Famil. ¶ Fuit præterea Epicrates Bidinus, à C. Verre bonis euerſus, vt idem Cicero probat in 4. Verr.

¶ Epicrates, pen. cor. Verri poteſt, Omnia renens: quo nomine Cicero ad Atticum, libro 2. epiſt. 3, videtur Pompeium ſignificare: ſiquidem eo tempore princeps erat in Republica Pompeius. Vide Cn. Pompeius, in POMPEII.

Epicrocum, Genus veſtimenti, croceo colore infectum, tenue & pel-

lucidum. Author Feſtus.

Epicrotos ἐπίκροτος } Terra dicitur pauita & complanata, vbi incubet teſtudo. Author Cæl. Antiq. lib. 10. cap. 3.

EPICTETVS, pen. prod. ἐπίκτητος } Philoſophus Stoicus, qui ex Hierapoli Phrygiæ vrbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari ſeruiuit, atque ad Marci vſque Antonini tẽpora peruenit. Domitiano autem imperante eius dominatu offenſus, Roma Hierapolim migrauit, ratus verum eſſe quod eſt tragicum, patriam eſſe cuiuſque vbi quis recte ageret. Tãta verò apud omnes homines eius vitæ admiratio extitit, vt Lucianus Syrus Epicteti lucernam ſicthlem tribus drachmarum milibus, ob eius authoritatẽ, veniſſe tradat. Hic enchiridion ſcripſit, opus vtile, quod Angelus Politianus nuper Latinum fecit.

EPICTETOS ἐπίκτητος } Latinè Poſt quæſita, Ætoliæ pars. Bifariam enim diuiſa erat: nam & Antiquam, & Epicteton dicebant. Antiquam ab Acheloo vſque ad Calydonis litus longè intra mediterranea pertinentem, planam & fructuoſam, vbi Stratus eſt ac Trachinium, optimam tellurem habens. Epicteton, ſeu Poſt quæſitam, Locris affinem, vſque Naupactum & Eupalium, aſperam ſanè & terilémq; tenuis Oetæ, Athamanibus, & deinceps montibus atque gentibus, iam in arctõ vergentibus. Ex Strab. lib. 10.

EPICVRIVS ἐπικούριος } Apollo dictus eſt, Baſſæque (qui locus eſt in Cotylio monte prope Phigaliam in Arcadia) celebratus, vbi & templũ extructum habebat, nato inde cognomine, quòd in peſtilẽti morbo tuliſſet opem. Ex Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 1.

EPICVRVS, penult. prod. ἐπίκουρος } Athenienſis annos natus quatuordecim, Philoſophari cœpit in hortis, vt eſt author Demetrius Magneſius: ſummum bonum non vt Ariſtippus in voluptate corporis, ſed in doloris vacuitate ponebat. Dialecticam damnabat, quando Philoſophia ſimplicibus ac propriis rerum vocabulis comprehendi poſſet. Deos & prouidentiam & officium in vita tollebat. Metrodorum Lampſacenum vnicum in vita comitem & familiariſſimum habuit. Auditor fuit Xenocratis. Author Diogenes Laert. Cicero 2. Officior.

Epicuri de grege porcus. Horat. 1. epiſt. 4.
Doctus Epicurus. Propert. lib. 3. eleg. 21.
Oſcitans Epicurus. Vide OSCITO.

Epicureus, penul. prod. Adiectiuum ἐπικούρειος } Voluptarius. Cicero 1. de Nat. deor. Idem 2. de Diuinat. Doleo tantam Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui faculatem dediſſe. Epicureis, ſubaudi hominibus. Sidonius in epithalamio Polemij, Aſt Epicureos eliminat vndique virtus.

Epicurus, penultima correpta, Adiectiuum ἐπικούρειος } Author Priapæorum,
Vt credas Epicurios citari. Phaleucium eſt.

Epicus, penul. corr. Adiectiuum ἐπικὸς } Cic. de Opt. gen. Orat. Itaque licet dicere & Ennium ſummum epicum poetam, ſicut ita videtur, & Pacuuium tragicum, & Cæcilium fortaſſe comicum.

Epicum poema. Cic. de Opt. gen. Orat. Poematis enim tragici, eomici, epici, melici etiã, ac dithyrambici, quod magis eſt tractatum à Latinis, ſuum quoduis eſt diuerſum à reliquis.

Epicus, Adiectiuum eſt ab epos. Hinc Epicus verſus dicitur, qui & heroicus, & hexameter, & pythius, ac bucolius, & ab Ennio longus. Author Diomedes. Vide etiam Cæl. lib. 17. cap. 20.

EPIDAMNVS ἐπίδαμνος } Ciuitas Siciliæ ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes, vt ait Plin. lib. 3 cap. 23, Dyrrhachium dici maluerunt propter inauſpicatum nomen Epidamni: táquam à damno dicatur Epidamnum. Ad hoc alluſit Plautus in Menæchmis, quum ait: Ne mihi damnum in Epidamno duas, tanquam nomen inditum ſit Epidamno, quòd illuc nemo ſine damno diuertatur. De hac Lucretius libro 10, Ad campos Epidamne tuos. Apianus ſic habet: Epidamnus rex vi bem cõdidit, quæ ab ipſo nomen aſſumpſit. Huius ex filia nepos Dyrrhachus portum vrbi adiecit quoa Dyrrhachium appellatur. Hæc nunc Segeſta dicitur, quam Æneas condidiſſe fertur, præpoſito ibi Egeſto, qui eam Egeſtam nominauit. Sed præpoſita eſt ei litera S, ne obſcœno appellaretur nomine.

EPIDAPHNE ἐπίδαφνη } Vrbs inſignis Syriæ, ad Orontem fluuium, vna earũ quæ Terrapolim efficiunt, alio nomine Antiochia appellata, ab Antiocho Seleuci, Nicanoris patre: Epidaphne verò dicta, à Daphne vicino ſuburbano, quod lucum habebat amœniſſimum 80. ſtadiorum, & phanum Apollinis cum Dianæ delubro. Iul. Capitol. Verùm poſteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam & Daphnem vixit. Ammian. Apud Daphnem amœnum illud & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum.

EPIDAVRVM, ſiue Epidaurus ἐπίδαυρος } Achaiæ vrbs ſupra Corinthũ ſita. Plinius lib. 4. cap. 5, In Saronico Epidaurum oppidum, Æſculapij delubro celebre. Vetuſtas ei dicauit anguem, quòd multa huic animali remedia inſint, vt ſcribit Plin. lib. 29. cap. 4, Atqui anguis Æſculapius Epidauro Romam aduectus eſt. De quo Valerius in miraculis lib. 1. ſcribit. Epidaurus hodie, vulgò *Ragouſa*: ab aliis vocatur *Limera*. Hoc etiam nomine dicta fuit inſula iuxta Dalmatiam, in Illyrico mari ſita, de qua Lucanus lib. 2, Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas. ¶ Fuit autem ſerpentum ferax. vnde ab Horatio ſerpentes Epidaurij dicuntur.

Domitrix Epidaurus equorum. Virg. 3. Georg.

Epidaurius, Adiectiuum ἐπιδαύριος } vt, Rura Epidauria. Statius 4. Thebaid.
Tellus Epidauria. Ouid. 7. Metam.
Littora Epidauria. Ouid. 15. Metam.

Epidemetici, de quibus titulus eſt apud Iuſtinianum, ſunt hoſpitiorum metatores in vrbe, hoc eſt qui in valuis ianuarum faciũt inſcriptiones, quibus ſignificatur quis in ea domo ſit hoſpiturus. *Diuſimeo* idem valet quod ad ciuitatem in rem præſentem venio. Vulgus *forrerios* vocat. Hæc Alciatus in tres poſteriores libros Codicis. Meminit & Cæl. lib. 7. cap. 14.

Epidemia,

Epidemia, eſt acceſſus ad ciuitatem aliquam obſeruari plerũque ſolitus. Hæc Bud. in Pand. ¶ Epidemiam vocant medici morbũ populariter vagantem, ſiue populariter ſparſum.

Epidermis, dis ἐπιδερμὶς } Cuticula eſt exterior in corpore noſtro, alteriúſve animalis, è vera cute veluti efflorẽſcens, adeò tenuis, vt vel atterendo, vel ſcalpendo facilè poſſit lacerari. Nomen inde habet, quòd ἐπὶ τῷ δέρματι, hoc eſt ſuper veram cutem ſita ſit.

Epidicon ἐπίδικον } vocant Græci quod etiamnum ſub iudice verſatur: hinc eleganter *vinũ in epidicon* dicimus, quæ incerta ſit ac dubia. Sic & puella nuncupatur ἐπίδικος, vbi ambigi contingit cui nubat potiſſimum. Cæl. lib. Antiq. lect. 23. cap. 16.

Epidictiçon, pen. corr. ἐπιδεικτικὸν } dicitur Demonſtratiuum. Cic. in Orat. Dulce igitur orationis genus, & ſolutum & effluens, ſententiis argutum, verbis ſonans eſt in illo epidictico genere.

Epididymis, idis ἐπιδίδυμις } Latinè ſupergeminalis: eſt pars quædã animalis gemini, hoc eſt teſtis capiti ſuperimpoſita, id quod nomen ipſum præ ſe fert, ex qua multæ fiſtulæ feroſo quodam humore plenæ ad teſtem permeant. Author Galen. lib. 1. de Semine.

Epidipnides, pen. corr. ἐπιδειπνίδες } Hoc eſt, epulæ quæ in extrema cœna vel prandio adferuntur. Martial. lib. 11, Hinc ſeras epidipnidas parabit. Phaleucium eſt. Nominatiuus, *ἐπιδειπνὶς*.

EPIDIRES, Oppidum, Berenice aliter dictum, & hoc cognomine ab aliis duobus oppidis, Berenice nimirum, & Berenice Panchryſo diſtinctum, de quo ſic Plin. Iuba, qui videtur diligentiſſimè proſecutus hæc, omiſit in hoc tractu Berenicem alteram, quæ Pãchryſos cognominata eſt: & tertiam, quæ Epidires, inſignem loco. Eſt enim ſita in ceruice longè procurrente, vbi fauces rubri maris 4. Mill. CCCC. paſſ. ab Arabia diſtant. Hæc ille lib. 5. cap. 29.

EPIDIVS C. Authoris nomen apud Plinium, in cuius commentariis arbores aliquando locutas reperire eſt. Vide eum lib. 17. cap. 25.

EPIDIVS, vt refert Cælius, Vir quidam fuit, qui quũ in Sarni fluenta eſſet præcipitatus, mox cum cornibus extitiſſe proditum annalibus eſt, ac momẽto euanuiſſe: ſed & numinis vice cultum. Vide eum lib. Antiq. lect. 3. cap. 23.

Epidromides, pen. corr. ἐπιδρομίδες } Plagarum funiculi diſcurrentes appellantur, quibus retia panduntur contracta, & contrahuntur expanſa. Author Pollux qui epidromos tamen & peridromos vocat, vt & Plin. lib. 19. cap. 1, Vidimus plagas tantæ tenuitatis, vt annulum hominis cum epidromis tranſirent. Budæus.

Epidromos, penult. corr. ἐπίδρομον } Velum in naui quod retrorſum pãditur, authore Polluce. Cato cap. 13. Vide ACATIVM. Sic interpretatur etiam Bayfius. ¶ Turnebus epidromum intelligendũ putat funem quo lectus ſubtendatur, in quo ſeruus cubet: nam lecti ſubtenſi ſtratis opponuntur.

EPIES, Maximus deorũ interpres apud Ægyptios. Huic deo attribuebant accipitris caput, aliáque permulta ſuperſtitioſa, vt meminit Zoroaſtres, & pluribus oſtendit Euſebius.

Epigamia, epigamiæ ἐπιγαμία } Connubium, affinitas cum aliis gentibus.

Epigaſtrion ἐπιγάστριον } A rei anatomicæ peritis vocatur extima totius ventris pars, rotúmque illud quod inteſtina tegit ex cute, adipe, muſculis octo, & peritoneo compactum: totum illud ſpatium comprehendens quod eſt à cartilagine mucronata, nothíſque coſtis, vſque ad ilia, atque ad ipſum vſque os pubis. Corn. Celſus lib. 4. cap. 1. abdomen appellat.

EPIGENES ἐπιγένης } Nomen Philoſophi Byzantini. ¶ Itẽ poetæ cuiuſdam comici, cuius fabulæ recenſentur à Suida.

Epigloſsis, huius epiglotſis, f. g. ſiue epiglottis, epiglottidis, pen. corr. ἐπιγλωττὶς } Minor lingua à Plinio dicitur lib. 11. cap. 37, Tonſillæ (inquit) in homine, in ſue glandulæ. Quod inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato, homini tantum eſt. Sub ea minor lingua epiglotſis appellata, nulli oua generantium. Opera eius gemina, duabus interpoſita fiſtulis. Interior earum, appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando: ne ſpiritu ac voce illac meante, ſi potus cibúſve in al enum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera exterior appellatur ſanè gula, qua cibus atque potus deuoratur. Cæterùm epiglottida vulgus ligulam vocat, quæ eſt cartilago laringis ſeu trachiæ arteriæ meatum operiens: ne dum cibus aſſumitur, per œſophagum quidquam in pulmones deerret. De epiglottide habes multa apud Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 15.

EPIGONI, pen. corr. ἐπίγονοι } dicti ſunt authores ſecundi belli Thebani, quaſi fœtus illorum qui primum confeceráe bellum. Græcè enim ἔπιγονὴ fœtus appellatur, & qui poſt gignitur. Inde Euripides tragicus tragœdiam hoc argumento compoſitam, Epigonon inſcripſit, quæ agi exposcebat voce magna ſcenicorum & ſonora. Ob hoc dixit Cic. lib. 1. Offic. Qui voce freci ſunt, Epigonos, Medúmque: qui geſtu, Menalippam, Clytemneſtram. ¶ Epigoni etiam dicti ſunt ſucceſſores Macedonum veteranorum, qui ſub Alexandro magno ex Aſiaticis fœminis ſobolem ſuſceperant, quæ ſoboles, vt hiſtorici memorant, nomẽ habuit Epigonorum, qui in caſtris nati, in armis educati, à paruula ætate periculis exercitati, laboribus durati, prorſus inuicti extiterunt.

Epigramma, epigrammatis, pen. corr. n. g. ἐπίγραμμα } Latinè dicitur inſcriptio, vel ſuperſcriptio. Cic. pro Archia, Quod epigramma in eum feciſſet tantummodo alterenis verſibus longiuſculis. Idem ad Attic. libro 1. 11, Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo poſuiſti, contenti erimus.

Pernobile epigramma Græcum. Cicero 6. Verr. Tum epigramma Græcum pernobile inciſum habuit in baſi.

Nobile epigramma. Quintil. lib. 1. cap. 5, Qua de re Catulli nobile epigramma eſt.

EPIGRANEA, Fontis nomen in Bœotia, non procul à Dirce altero quoque fonte, vt refert Plinius libro 4. capite 7. in deſcriptione Græciæ.

Epigraphe, pen. corr. ἐπιγραφὴ } Titulus, inſcriptio: item cenſus, Id eſt dinumeratio ciuium, & luſtrum.

EPII, Populi ſunt qui Elidentes poſtea dicti ſunt, authore Torſello.

Epilepſia, epilepſia, pen. corr. ἐπιλῆψία } veluti quædam corporis totius conuulſio: vnde nomen epilepſiæ à comprehenſis & illigatis ſenſibus affecto cerebro, aut eius ventriculis. Hermolaus. Vulgus vocat *morbum S. Ioannis*, qui & *caducus* appellatur. Scribon. Larg. Sanat morbo comitiali correptos, quos epilepticos Græci vocant. Firmic. lib. 7. cap. 27. frequenter vtitur.

Epilepticus, penult. corr. ἐπιληπτικὸς } Comitialis dicitur, authore Hermolao.

Epilimma, inquit Feſtus, Genus vilíſſimi vnguenti.

Epilogiſmus ἐπιλογισμὸς } Ratio eſt, quæ id quod ab intelligentia diuertit, in firmam certámque notitiam adducit. Galenus libro ſinit. medic.

Epilogus, penult. correp. ἐπίλογος } Concluſio, Peroratio, & nouiſſima pars orationis. Cic. 4. de Finibus, Patronúſne cauſæ in epilogo pro reo dicens, negaret eſſe malum exilium, publicationem bonorum, &c.

Concluſiones apud Græcos ἐπίλογοι nominantur. Author ad Herenn. lib. 3.

Epilogus, Peroratio dicitur. Cic. de Claris Orat.
Leniores epilogi. Quintil. lib. 6. cap. 1.
In epilogo miſericordiam mouet Orator. Cic. 2. de Orat.

EPIMACHVS ἐπίμαχος } pen. corr. Nomen viri proprium.

EPIMARANITAE, Populi in Arabia, flumini Canis propinqui, authore Plin. lib. 6. cap. 28.

EPIMEDES, Vnus ex Idæis dactylis, qui iidem & Curetes erant, quos quinque commemorat Cælius, Herculem videlicet, Peonæum, Epimedem, Iaſium, & Idam. Vide lib. Antiq. lect. 13. cap. 17.

Epimedion ἐπιμήδιον } Caulis eſt non magnus, hederæ foliis denis duodeníſve, neque florem neque fructum ferens, radice tenui, nigra, graui odore. Romani Vindictam appellant. Dioſcorides libro 4. cap. 19.

Epimelas, Gemma candida eſt, nigricante ſupernè colore. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Epimelis ἐπιμηλὶς } Meſpili genus eſt, mali magnitudine, folio tantùm minore; pomum ferens rotundum, eſculentúmque, fundo in latitudinem reſimo, aſtringentis naturæ, & tardè maturẽſcentis. Galenus μηλωνιὰν vocari teſtatur, à tribus granis ſiue oſſibus quæ in ſe continet.

Epimelitæ ἐπιμεληταὶ } Curatores. Vlpian. l. 46. §. 1. D. de adminiſt. tut. Sempronij bona Reſp. iuſſu Præſidis poſſedit; quorum bonorum magiſtratus Reip. tres curatores conſtituerunt, qui apud Græcos ἐπιμεληταὶ vocantur.

EPIMENIDES ἐπιμενίδης } Cretenſis tempore Pythagoræ, vt Apuleius ſcribit 2. Floridorum, miſſus à patre Agiſarcho in agrum ad cuſtodiendum pecus, in quodam antro obdormiuit annos LXXV. Tandem à ſomno excitatus, quum videret omnia mutata, domum reuerſus à fratre omnia didicit. Quamobrem pro deo eſt habitus. Idem Athenienſibus peſtilentia laborantibus dixit ciuitatem purgari expiaríque oportere. Itaque quum rogatus eò veniſſet, iuſſit oues albas atque nigras apud Areopagum immolari. Reuertẽs deinde domum, oblatam ab eis pecuniam renuit. Meminit huius Plato in 1. & 3. de Leg. Suidas item de ipſius ſomno mentionem facit, indéq; manaſſe prouerbium.

Epimenidium ἐπιμηλίδιον } bulbi genus eſt, cuius meminit Plin. lib. 19. cap. 5, vbi de bulbis inter alia hæc refert, Duo genera medica: maſculus albis foliis, fœmina nigris: & tertium genus eſt cibis gratum: epimenidium vocatur, anguſtius folio, ac minus aſpero. Iuuenal. 7. de cauſidicis, Quod vocis pretium? ficeus peraſunculus, & vas Pelamydum, aut veteres Aphrorum epimendia bulbi. Contraxit vocabulum excluſa litera propter metrum.

Epimetatica, Dicebantur inſcriptiones foribus inpingi ſolitæ, quibus innoteſcebat cuinam deſtinata foret domus, ſeu foret miles, ſeu hoſpes quoque. Metata enim partes ſunt domus, militibus (vti aſſolet) in vrbe, vel alibi, gratia hoſpitij aſſignatæ à menſoribus. Author Cæl. Rhodig. lib. 25. cap. 20.

EPIMETHEVS, quadriſyllabum, pen. prod. ἐπιμηθεὺς } quia per ο ſcribitur, filius Lapeti, & frater Promethei, pater Pyrrhæ.

Epimone, pen. corr. propter ο micron ἐπιμονὴ } Latinè dicitur perſeuerantia: figura quãdo ad maiorem certitudinem in eadem dictione perſeuerat. vt Virgilius,

-ſic ſic iuuat ire ſub vmbras. Hæc etiam Epizeuxis vocatur.

Epimythium ἐπιμύθιον } eſt quod fabulæ additur: vt quum apologi rationem & ſententiam authores mythologici attexunt: vt ſunt apud Æſopum appendices fabularum, quaſi affabulationes. Budæus.

EPINA ἔπινα } Vna eſt ex octo ciuitatibus Piſanæ regionis, iuxta Olympiam, & per quam Parthenias excurrit amnis, vbi ad Phyræam deſcenderis. Hæc Strab. lib. 8.

Epinicium, epinicij ἐπίνικιον } Celebritas pro parta victoria. Epinicia celebrantur apud nos quum ſupplicationes decernũtur, obſecrationéſq; ſolennes, & quum canticum palmarium & laureatum ob partam victoriam canitur. Budæus.

Epinicia, Lucianus pro epulo poſuit, victoriæ cauſa dato. Sueton. in Nerone, cap. 43, Affirmauit ſe lætum inter læros cantaturum epinicia, quæ iam nunc ſibi componi oporteret. Budæus.

Epinyctis, epinyctidis, penult. correp. fœm. gen. ἐπινυκτὶς } Puſtula eſt modicè humeſcens, & plena ſanguinis, vt ait Pollux, in cibiis & pedibus ferè, noctu maximè infeſtans, à quo nomen. Hermolaus. Plinius lib. 20. cap. 6, Illitis foliis ſanantur & ambuſta & epinyctides: ita vocatur vlcus aciem hebetans & in angulo oculi perpetuo humore manans.

Epinyctis, Commentarius eſt rerum nocturnarum, quod nocturnum dici poteſt vt diurnum. Budæus.

Epiodium, ſiue Epicœdium ἐπῳδεῖον } Canticum quod dicitur cadauere nondum ſepulto.

Epipactis {ἐπίπακτις} Herba ab aliis Elleborine dicta, exiguis foliis, iccinoris vitiis vtilis, & contra venena pota. Hæc Dioscor.lib.4.cap. 104. De hac etiam Plin.lib.13.cap.20.

Epiperros {ἐπίπερος} Herba est, Acinus aliter dicta, quæ nunquá floret, & sponte prouenit, auchore Plin.lib.21.cap.15.

EPIPHANENSES {ἐπιφανεῖς} Populi Asiæ in Cœle Syria regione, de quibus Plin.lib.5.cap.23.

EPIPHANES {ἐπιφανὴς} Cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ vrbem condidit, quæ etiam à cognomine eius Epiphania appellata est. Dictus Epiphanes, quasi illustris, à rerum gestarum claritate.

EPIPHANIA, Oppidum. Plin.lib.5.cap.24, in descriptione Euphratis, Oppida alluuntur Epiphania & Antiochia, quæ ad Euphratem vocantur.

Epiphania, pen.prod. propter ει diphthongum {ἐπιφάνεια} Latinè dicitur apparitio seu manifestatio. Inde apud Christianos natalitia festa, epiphania dici consueuerunt, quòd in his (vt ait Gregorius Nazianzenus) deus homo apparuerit.

Epiphonema, pen.prod. epiphonematis, n.g. {ἐπιφώνημα} Genus sententiæ, Fabius acclamationem appellat. ea est rei narratæ vel probatæ summa acclamatio. Narratæ, vt apud Virgilium, Tâtæ molis erat Romanam condere gentem. Probatæ, apud M. Tullium pro Ligario, Quorum igitur impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio? Neque tamen quoduis epiphonema continuò sententia est, etiam si plerunque est: verùm quicquid in clausula argutè additum ferit aurē, epiphonema dici potest: quod genus propium est epigrammatis. Vnde apud Martialem sæpenumero carmen epiphonemate clauditur. Hæc Erasmus. Martialis, Das nihil, & dicis, Candide {πάντα φίλτε}.

Epiphora, epiphoræ, pen.corr. {ἐπιφορὰ} oculorum, quem vulgò lacrymam vocant, quum descensus humoris cuiusdam mordacis oculos malè angit. Plin.lib.20.cap.2, Caro peponum, epiphoris oculorum aut doloribus imponitur. Cic. Tironi, lib. 16.23, Veruntamen Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum, vt loqui non possit. Plin.lib.20.cap.5, Epiphora dicitur & de aliis membris, {ἀπὸ τῆς ἐπιφορᾶς} hoc est, ab inferendo dicta. Idem lib.20.cap.13, Festium verò epiphoris cum ramis laureæ teneris, &c. Est igitur epiphora, non peculiaris morbi oculorum nomen, sed omnis humorum ad quascunque corporis partes impetuosior impressio, & influxus: & propterea loci ad quos eiusmodi fluxiones impressionem faciunt, aliquando adiici solent.

Epiphoremata {ἐπιφορήματα} Dicuntur omnia quæ mensis secundis inferri erant solita. Antiquitus siquidem prius quam ingrederentur conuiuæ, sua vnicuique apponebatur portio super mēsam: posterius verò multa inferebātur variāque: vnde & epiphoremata dici cœpta. Hinc Philyllius, Amygdala, caridia, epiphoremata. Hæc Cæl.Rhodig.lib.27.cap.17.

Epiphyllides {ἐπιφυλλίδες} Botriunculi sunt maioribus incumbētes, qui & botrydia nuncupantur. Callistratus tamen ab aliis sequestros intelligere maluit. Appellantur autem sic, quia foliis obtegantur. Hinc facetissimè loquaces incessens poetas Aristophanes, {ἐπιφυλλίδες} inquit, sunt, ac {φαιδρόκρατα}. Alij quæ adnascuntur palmitum cacuminibus in superna foliorum parte, hoc nomine accipiunt. Vide Cæl. Rhodig.lib.7.cap.6.

Epiphysis {ἐπίφυσις} Hoc est, adnata appendix, Galeno dicitur, vbi os cum osse ad vnionem coit, differtque ab apophysi, quæ est totius ossis pars. Vide eum lib. De ossib.

Epiploocele, pen.prod. {ἐπιπλοοκήλη} Est interaneorum, siue omenti, quod Græci epiploon vocant, descensus. nostri cōmuni nomine herniam appellarunt. Vide ENTEROCELA.

Epiploomphalon {ἐπιπλοόμφαλον} Omenti est in vmbilicum decursus, vt videre est apud Gal.lib.Finit. medic.

EPIPOLAE {ἔπαυλαι} Præruptus est locus Syracusas contingens, cuius meminit historia sexta Thucydides, & Stephanus non omisit, nec T.Liuius lib.5. Punici bel.2. Vide de hoc plura apud Cæl.Rhodig.lib.14.cap.6.

Epirhedium {ἐπιῤῥέδιον} Vehiculi genus. Quintil.lib.1, Quum sit ἐπὶ præpositio Græca, rheda Gallicum: nec Græcus tamen, nec Gallus vtitur composito: Romani suum ex alieno vtroque fecerunt. Iuuenalis sat.8,

Tritóque trahunt epirhedia collo Segnipedes. Vide Quintil.libro 1.cap.10.

EPIROPIA, Insula est contra Hermionium agrum, non longè ab Argolico sinu in Asia, cuius meminit Plin.lib.4.cap.12.

EPIRVS, pen.prod. {ἤπειρος} Regio quæ Molossia dicta est: & à Chaone Heleni fratre Chaonia, nūc verò Albania vocatur. Terminatur Epirus à Septentrione Macedonia, ab Oriente Achaia, ab Occidēte Ionio mari. Cic.Att.lib.3.41, Vt quū ex Italia profecti essemus, siue per Epirum iter esset faciendum, tuo tuorúmque præsidio vteremur.

Herbida Epirus. Ouid.8. Metamorphoseos,

Misit aprum, quanto maiores herbida tauros
Non habet Epirus, sed habent Sicula arua minores.

Epirota, huius epirotæ, pen.prod. quia per ω scribitur {ἠπειρώτης}. Liuius 5.Decad.lib 2, Marcius & Attilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quum ascenderent, consilio Epirotarum habito cum magno omnium assensu auditi sunt. Idem lib. 5, Vt liberi Epirotæ sicut Macedones essent.

Epiroticus, pen.corr. Adiectiuum {ἠπειρωτικός}. Cic.Att.lib.12.260, Nisi te Epiroticæ literæ impediant, quas ego non interpello.

Epirotici boues, qui in Epiro inueniuntur, vel qui ex Epiro sunt. Varro 2.de Re rust.cap.5. Plin.lib.4.cap.10, Epiroticam gentem dixit in solis occasum recedere.

Epirotica mala dicuntur (inquit Sipontinus) orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti.

Episcenium {ἐπισκήνιον} Pars scenæ superior. Vitruuius de scena, Præterea, inquit, supra eam episcenium, in quo tholi, pronai, semifastigia, omnisque tecti varius picturis fuerat ornatus. Hæc ille.

EPIS, Plin. lib.6. cap. 29. in descriptione sinus maris rubri, &c. ¶Fuit quondam & Epis, oppidum contra Meroen, antequam Bion scriberet, deletum. Vide plura apud eundem.

Epischidion {ἐπισχίδιον} Apud Vitruium accipitur pro cuneo quo ligna findūtur. Nam σχίζειν, Græcis est findere.

Episciросis {ἐπισκίρωσις} Quoddam sacrificandi genus, cuius meminit Strabo lib.9.

Episcopus, episcopi, pen.corr. {ἐπίσκοπος, ὁ ἐφορῶν} Superintendens, custos, speculator dicitur, & qui summum arbitratum habet. Episcopus, inquit Sipontinus, non significat Pontificem, vt nunc vulgò existimatur, sed vt Arcadius Digest. de Muner. & honor. scribit, Ij proprie dicuntur episcopi, qui præsunt pani & cæteris vænalibus rebus, quæ ciuitatum populis ob quotidianum victum necessaria sunt.

Episcopus oræ Campanæ fuit Cicero, ipso teste, in 7.lib. Epist. ad Atticum, epist.10, Vult enim (inquit) me Pompeius esse, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat episcopum, ad quē delectus & negotij summa referatur.

Episcopius, Adiectiuum {ἐπισκόπιος} Id est exploratorius. vt, Nauis episcopia. Cicero ad Atticum, libro 14. 314, Quinto Non. consendens ab hortis Clunianis in phaselum episcopium. Id est, nauem exploratorium.

Episcopium {ἐπισκοπεῖον} Episcopi habitatio dicitur, sicut Prætorium appellatur vbi Prætor ius reddit. Calep.

EPISCOPOS Diana dicta, cuius templum legimus fuisse in Elide, quod Aristarchium diceretur. Id quum expilasset Sambicus, cruciabiliter per annū in quæstionibus habitus interiit, nata inde parœmia, Sambico grauiora pati. Ex Cæl.Rhodig.lib.18.cap.3.

Episcynium {ἐπισκύνιον} Latinè supercilium. Hoc verbo vsus est Septimius Florens, quum ait, Cæsoris intentio episcynio dispersa. Monuit Turnebus.

EPISIBRIVM, Oppidum in Europa, inter Bætim fluuium & oram Oceani in mediterraneo situm, de quo Plin.lib.3.cap.1.

Episitii {ἐπισίτιοι} Parasiti quibusdam dicuntur, nimirum quia cibi modo gratia subseruiunt, laborántve: nam & epistia vocamus, quæ in alimoniam dantur. Ex Cæl.lib.12.cap.1.

Epispastica {ἐπισπαστικὰ} Medicamenta, quæ pertinent ad vlcus purgandum, púsque extrahendum: dicta à verbo Græco ἐπισπάω, quod idem est, quod attraho.

Epistalma, atis {ἐπίσταλμα} Id est commissio principis per mandati subscriptionem facta. Alciat. in l. pactum. C. de pact.

Epistates, penul. corr. {ἐπιστάτης} dicitur procurator ac præpositus rei faciendæ. Budæus in lib. de Asse.

Epistata villica, quæ præest villæ & familiæ rusticariæ. Cato cap. 58, Familiæ ciboria: vbi opus faciēt, per hyemem tritici modios quaternos: per æstatem modios quaternos semis: villico, villicæ epistatæ, opilioni modios ternos. Budæus tamen sic interpungit: villico, villicæ, epistatæ, opilioni, &c. Epistates verò, eodem authore, curatorem operis significat.

Epistathmi {ἐπίσταθμοι} Appellantur ij qui supersunt in comitatu principis, aut legati ducísve exercitus: & Epistathmia hoc munus appellatur. Hodie *Mareschalli hospitiorum* lingua nostra vocitantur: qui eorum ministerio vtuntur, quos designatores mansionarios Latinè appellare possumus, & creatrios designatores, à creta qua vruntur. Cic.ad Atticum, in grandi illa epistola libri decimitertij, in fine. Hospitium siue epistathmiam odiosam mihi duxi, non molestam. Budæus in Annot.

Epistola, huius epistolæ, pen.corr. {ἐπιστολή} Græcum vocabulum est, ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod est mittere, quia ad absentes mittitur. Cicero Q. fratri, libro 1.1, Illud quod est epistolæ proprium, vt is ad quem scribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat prætermittendum esse non puto.

Ab epistolis. Vide A vel AB præpositiones.

Epistola ad aliquem. Cic. 2. Offic. Extant epistolæ & Philippi ad Alexandrum, &c.

Epistolarum diligentia, vel negligentia. Cic.ad Attic.8.

Epistolarum fasciculus. Cic.ad Attic.2.

Epistolarum frequentia. Cic.ad Attic.4.

Aduentoria epistola. Vide Aduentorius, in ADVENIO.

Anxia præcipiti venisset epistola penna. Iuuen.sat.4.

Crudelis epistola. Ouid.epist.21.

Diues epistola. Ouid.epist.16. Vide DIVES.

Epistola inanis. Cicero, Nec cum epistola inani volui ad te venire Metrodorum.

Insignes amoris notis epistolæ, Vide INSIGNIS.

Intempestiua epistola, Vide INTEMPESTIVVS.

Interior epistola, Vide INTRA.

Licentior epistola, Vide LICET.

Longior epistola. Ouid.19.epist.48.

Loquax epistola, Vide LOQVOR.

Minuscula epistola, Vide MINOR.

Ponderosa epistola. Cicero Att.lib.2.26, Da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modò actorum, sed etiam opinionum tuarum.

Pusilla epistola. Cic.Att.lib.6.112.

Epistolæ quotidianæ. Cic.ad Attic.8.

Epistola recens. Cic.ad Attic.8.

Secretæ, & familiares epistolæ. Quintil.lib.1.cap.1, Quare semper & vbique tum præcipuè in epistolis secretis, & familiaribus delectabit, ne hoc quidem reliquisse.

Subtiles epistolæ. Cic.Att.lib.5.101, Habes epistolam plenam festinationis & pulueris, reliquæ subtiliores erunt. Hoc est, scriptæ diligentius.

Verbosa & grandis epistola. Iuuenal.sat.10.

¶Epistolam accipere. Cic.Fam.2. & 11.

Epistolam afferre. Cic.Fam.11.

Mandato

Mandato aliquo claudere epistoliam. Ouid.epist.13.

Epistolam committere. Cic.ad Attic.1. & 4.

Complicare epistolam. Vide COMPLICO.

Concerpere epistolam. Vide CONCERPO.

Concludere epistolam. Vide CONCLVDO.

Continet epistola. Vide CONTINEO.

Epistolam dictare. Cic.ad Attic.5. & 8.

Epistolam dare. Cic.Famil.7.

Epistolam efficere. Cic.ad Attic.13, Heri effeci epistolam ad Cæsarem, Id est vberrimè scripsi.

Epistolam elicere. Cic.ad Attic.9.

Epistolam elucubrare. Cic.ad Attic.7.

Epistolam exarare. Cic.ad Attic.15.

Epistolam expectare, vel requirere. Cic.ad Attic.2.

Longiorem epistolam facere. Cic.Attic.lib.6.116.

Impingere epistolam alicui. Vide IMPINGO.

Inscripta epistola alicui. Vide INSCRIBO.

Epistola lacessere. Cic.Famil.12.

Epistolam mittere. Cic.ad Attic.2.

Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra: eædem tamen sanauerunt. Cic.Attico, lib.13.169. Scripserat Atticam ægrotare, sed putare inualetudinem non fore diuturnam.

Epistola narrat, Vide NARRO.

Epistolam obsignare. Cic.ad Attic.5.

Epistola obtundere. Cic.ad Attic.8.

Epistolæ persoluere, Id est respondere. Cic. ad Attic. Persolui primæ epistolæ, venio ad secundam.

Epistolam reddere. Cic.Famil.3.& 11.

Epistolæ referebere. Cic.ad Attic.1.

Ei nunc epistolæ literis his respondeo. Cic.Attico, lib.1.15.

Epistolam scribere. Cic.ad Attic.9.

Epistolam soluere, Id est aperire. Cic.ad Attic.15.

Epistolas quotidianis verbis texere solemus. Cic.Pæto, lib.9.21.

Tradit epistolam tabellarius alicui. Cicero 2. Philip. Confestim ad eam, cuius causa venerat, deducitur, eíque epistolam tradidit. Id est reddidit, subaudi, tabellarius.

Tradere sermonem epistolis in posteros. Quintil.lib.1.cap.1, Nam Gracchorum eloquentiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cuius doctissimus sermo in posteros quoque est epistolis traditus.

Epistolam venire. Cic.ad Attic.2.

¶Epistola, pro Cautione. Scæuola l.vlt. D. de constit.pecun. l. Titius Seiorum debitor decessit: Hi persuaserunt P. Mæuio quòd hæreditas ad eum pertineret, & fecerunt vt epistolam in eos exponat, debitorem se esse quasi hæredem patrui sui confitentem: qui & addidit epistolæ fuæ, quòd in rationes suas, &c.

¶Epistola, Iureconsultis est rescriptum Principis, ad relationem magistratus alicuius, de re quapiam dubia emissum, ait Theoph. §.5. de iur.natur. in Instit.

Epistolum, epistolij, Diminutiuum {ἐπιστόλιον} vt, Conscriptum lacrymis epistolium. Catull.ad Mallium, 63.

Epistolaris, penul.prod. Adiectiuum {ἐπιστολικός.} vt, Epistolaris charta. Martial.lib.14.

¶Epistolares Principis dicuntur, qui acta in sacro auditorio excipiunt, vt apparet ex l.36.C. de appellat. Habebant enim Imperatores scrinium sacrarum epistolarum, vt ex l. 3. de temp. appellat. & aliis liquet.

Epistomium, epistomij {ἐπιστόμιον} Æramentum quo ora salientium obturantur & laxantur quum opus est, dum manu ducitur vertibulum illud pertusum, quod admittit vel arcet aquam, provt hoc aut illo modo versatur. epistomium enim Græcum est, quasi oris obturaculum dicas. Hoc ad hauriendum quotidianum vsum vinum in hypogeis vtimur, *fontem* appellantes. Alij *cannulam* vocant: sunt qui *spinam*. Vitruuius libro 10. cap.13, de hydraulicis organis loquens, Singulis autem canalibus singula epistomia inclusa sunt, manubriis ferreis collocata, quæ manubria quum torquentur, ex arca patefaciunt nares in canales. Idem paulo pòst, Motione verò vectium vehementiore, spiritus frequens compressus epistomiorum aperturis influit, & replet anima canales. Epistomium accepit pro eo obturaculo quod in muficis organis spiritum continet & laxat vt opus est. Seneca ad Lucilium, lib. 13. epist. 1, Nisi aquam argentea epistomia effuderint: & adhuc plebeias fistulas eloquor. Varro libro 3. de Re rust.cap.5, Quum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo mensáque quam dixi in primis radiis esse, epistomiis versis ad vnumquenque actum, sic vt influat in conuiuium. Aliqua exemplaria habent, epitoniis versis ad vnumquenque factum, sic vt fluat in conuiuam. Epitonia enim sunt epistomiorum vertibula, seu verticilla.

Epistrophe {ἐπιστροφή} Rufiniano figura est ἀξίωσις, quum eadem in verba plures desinunt sententiæ.

Epistropheus {ἐπιστροφεύς} A rei anatomicæ peritis dicitur prima ex septem colli vertebris, omnium vt latissima ita & tenuissima, duplicem habens concauitatem, capitis conuexitatem, siue processus recipientem, cuius articulationis beneficio, caput ad latera circumagitur. A quo vsu affixa, ἀκόλουθος appellatur, à verbo Græco ἐπιστρέφω, quod inter cætera significat conuerto, circumago. Cæl.us Rhod.lib.4.cap.2.

EPISTROPHVS {ἐπίστροφος} Nobilis fuit Phocensis, Iphiti Naubolidæ filius, qui vnà cum fratre Schedio Phocensibus præfuit in bello Troiano. Author Homer.in catalog.nauium.

Epistylium {ἐπιστύλιον} Columnella quædam quæ super aliam columnam maiorem collocatur in ædificiis. vel vt alij volunt, capitellum dicitur. Varro 3. de Re rust.cap.5, In limine, in lateribus dextra & sinistra porticus sunt primoribus columnis lapideis intermediis arbusculis humilibus ordinatæ, quū à summa macerie ad epistylium tecta porticus sit rete canabina, & ab epistylio ad stylobatem hæ sunt auibus omne genus oppletæ. De epistyliis apud Vitruuium multa.

Epistylnaëphe, epistylnaëphes {ἐπιστυλιαλοιφή} Figurā est dictionis, eadem cum synæresi, quas duæ syllabæ iisdem literis remanentibus, in vnam conglutinantur: vt Æripedem ceruam, apud Virgilium, pro Aeripedem. Huic opponitur Diæresis, qua vna syllaba in duas resoluitur, vt Sylüæ trissyllabum apud Horatium, pro dissyllabo Syluæ. Inter Epistylnaëphen & Synaëphen hoc interest, quòd Synaëphe propriè fiat in diuersis dictionibus, prima sequentis dictionis vocali vltimam præcedentis absumente, vt Chartag' Italiam. Epistylnaëphe verò, nōnisi in eadem sit dictione, nulla litera pereunte, sed duabus tantùm in vnam coalescentibus.

EPITALIVM {ἐπιτάλιον} Masticiæ locus vocatur, quem Alphei vadum Homerus in Catalogo nauium appellauit. Vide Strab.lib.8.

Epitaphium {ἐπιτάφιος} propriè dicitur inscriptio quæ sit supra sepulcrum in laudem defuncti. Virgilius,

Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen,
Daphnis ego, in syluis, hinc vsque ad sydera notus. Cic. 5. Tusc.

Quid verò in epitaphio, quomodo idem?

Epitasis, pen.corr. {ἐπίτασις} in Comœdia, vehementissimus actus, qui catastrophen præcedit, in quo omnia quasi feruent & æstuant inter spem & metum. Apud Grammaticos etiam pro exaggeratione sumitur.

EPITERPVM {ἐπίτερπον} Oppidulum est prope Rauennam: quod quum minus à paludibus vexetur, modicis sursum nauigationibus mari vicinum est. Author Strabo lib.5.

Epithalamium {ἐπιθαλάμιον} dicitur sacer hymnus, qui in nuptiis canitur, quasi iuxta thalamum.

Epithemata {ἐπιθέματα} Medicamenta sunt, quæ parti affectæ foris adhibentur, panniculo aut linteo illita: ita dicta à verbo Græco ἐπιτίθημι, quod est imponere.

Epithesis {ἐπίθεσις} Præter vulgaras illas apud Græcos significationes, quibus pro impositione siue aggressione sumitur, apud Iurisconsultos etiam vsurpatur pro inscriptione quadam apposititia, in contumeliam fraudémve alicuius facta. Vlp.l. lex Cornelia. D.de iniur. & famosl.libel. Eadē pœna ex Senatusconsulto tenetur is qui epithesin, aliúdve quid, siue scripturam in aliorum notam produxerit.

Epitheton, pen. corr. {ἐπίθετον} Est nomen adiectiuum cum sub stantiuo. vt Diræ Celæno, & Dia Camilla.

Epithymodipni {ἐπιθυμοδίπνιοι} Græcis vocantur, qui rerum multarum curis districti, nihilominus cœnæ cupiditate vocatoribus non negant, etiam si ad præscriptum adesse queant minus. Ex Cæl. Antiq. lect.lib.27.cap.24.

Epithymia, epithymiæ {ἐπιθυμία} Latinè dicitur concupiscentia, desiderium: à verbo ἐπιθυμέω, quod est concupisco.

Epithymon, pen.corr. {ἐπίθυμον} hoc est thymi cuscuta. Cuscuta enim si ramos thymi apprehenderit, sese ita circuniligat, vt etiam ab ipsa eadem radice thymi nutrimentū accipiat, & floreat quemadmodum thymus. quod idem in saluia & satureia efficit. Plin.lib.26.cap.8, Epithymon qui est flos è thymo satureiæ similis.

Epitimia, epitimiæ {ἐπιτιμία} Modest. in l.fceire. D.de tut. & curat. Sed & siquis à parentibus prohibitus fuerit tutor esse: neque creari hunc oportet. Et si creatus fit, nec recusauerit: prohiberi eum esse tutorem, manente epitimia. Alciatus lib.2. Parerg. cap. 29, Accipitur ἐπιτιμία inter cætera pro μὴ ἀτιμία: μὴ non, ἀτιμία ignominia, infamia, dedecus. Voluit igitur filium quidem submoueri, sed tamen non ideo notari infamia aliqua, vel dedecore, quo suspecti remotíque tutores afficiuntur. Non enim talis fuit mens parētum, vt filio suo vellent vllam notam inurere. Remouebitur igitur manente epitimia, id est, illabefacta nominis honorísque sui fama. Cælius lib.30.cap.18, legit manente epitimio, id est mandato patris mordaci iurgatorióque. Epitimion enim Græci quandoque pro obiurgatione capiunt.

Epitogium {ἐπίτογιον} Genus pallij quod super togam ferebatur. Sipontinus.

Epitogium. Quintil.libro 1.cap. De virtutibus & vitiis orationis, Iunguntur autem aut ex duobus Latinis integris, vt superfui, subterfugi: quanquam ex integris an composita sint, quæritur: aut ex integro & corrupto, vt Maleuolus: aut ex corrupto & integro, vt Noctiuagus: aut duobus corruptis, vt Pedissequus: aut ex nostro & peregrino, vt Biclinium: aut contrà, vt Epitogium, & Anticatoiaut ex duobus peregrinis, vt Epirhedium. Nam quū sit præpositio ἐπὶ Græca, rheda Gallicum: nec Græcus tamen, nec Gallus vtitur compositō: Romani suum ex alieno vtroque fecerunt.

Epitome, epitomes, pen.corr.fœm.gen. & Epitoma, epitomæ {ἐπιτομή} Breuiarium Latinè dicitur, & compendium, siue opus concisum. Nec vnquam dicitur neutro genere, Epitomata Flori: nisi ab indoctis: teste Budæo. Cic.Attic.lib.12.235, Cōturbor enim epitome Bruti Fanniana. in Bruti epitoma Fanniānorum scripsi, quod erat in extremo. Idem Attic.lib.13, Epitomen Bruti Cælianorum velim mihi mittas.

Epitonia {ἐπιτόνια} ab ἐπιτείνω, id est intendi, Sunt instrumenta quibus funes intenduntur: Qualia plerisque in Germanię locis cernuntur, rota instructa, & pureis applumbata eo ordine, vt terni & quaterni simul aquam eodem ex puteo haurire possint, funiculo per rotam demisso. Vlp.l.18.§.5.D. de act.empt. Castella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia fistulis applumbata, aut quæ terra continentur, quanuis non sint affixa, ædium esse constat.

Epitoxis, huius epitoxidos, fœm.gen. Nux ballistæ. Vitruuius lib.10. cap.15. & 17.

Epitragi {ἐπίτραγοι} Vermes vitibus infesti: ita dicti quòd hircorum more vitium frondes prærodant.

Epitragia, Venus culta & celebrata fuit, teste Plutarcho in paralellis, hac ratione. Nam quum respondisset Apollo Delphicus Theseo, nauigationis in Cretam ducem sibi feligeret Venerem, ac is ad mare capram deæ immolaret, è vestigio in maiem ea est deformata. Meminit Cæl.Rhod.lib.29.cap.18.

Epitrapezia {ἐπιτραπέζιον} Dicūtur generaliter mensis apta, quæ sunt vascula & potoria, & escaria.

Epitritus, pen.corr. {ἐπίτριτος} Pes ex quatuor syllabis constans, quòd

supra tres syllabas lõgas breuem vnam habeat. Eius quatuor genera sunt. Primus epitritus est, qui primam syllabam breuem habet, cæteras longas: secundus, qui secundam: tertius, qui tertiam: quartus, qui quartam. Sipontinus.

¶Epitritus etiam proportio dicitur, cõtinens aliquem numerum, & eius partem tertiam, vt quatuor epitriti proportionem habent ad tria, duodecim ad nouem: quadraginta ad triginta. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. vlt.

Epitrochasmus {ἐπιτροχασμὸς} Figura est sententiarum, teste Aquila, qua plura inter se distantia velociter percurrimus, eo consilio vt aduersarium perturbemus: à verbo ἐπιτροχάζω, quod est velociter percurro.

Epitrope, epitropes {ἐπιτροπή} Schema est διανοίας, teste Rutilio, quum rei alicui vehementer confidentes, Iudici permittimus, vt quemadmodum illi visum fuerit constituat, eique nos parituros pollicemur. Rufinianus epitropen esse ait, quum alicui figuratè permittimus, vt faciat quod velit, quum tamen id minimè sentiamus: profértque exemplum ex 4. Æneidos,

I, sequere Italiam ventis, pete regna per vmbras. Ibi enim Dido quanuis liberum Æneæ profectionis arbitrium permittere videatur, re tamen ipsa maximè dehortatur, difficultatem ei & pericula ob oculos ponens. Latinè Concessionem vocare possumus.

EPITVS {ἔπιτος} Mons in sinu Thermaico, cuius meminit Plin. lib. 4. capite 10.

EPITVS, Poeta, qui primus Latinorum heroica attigit, adeò victu tenui fuisse fertur, vt in Auentino domuncula, & vnius ancillæ ministerio contentus fuerit. Author Alex. Genial. dier. lib. 3 cap. 10.

Epitydes, Patronymicum, id est Epity filius, nomine Periphas, de quo Homer. lib. Iliad. 5. Virgilius,

Custodem ad sese comitémque impubis Iuli
Epitydem vocat, &c.

Epityrum, epityri {ἐπίτυρος} Vocabulum est cibi (inquit Varro libro 3. de Lingua Latina) quo frequentius Sicilia quàm Italia vsa est, ab ἐπὶ, καὶ τυρὸς, caseus. Verùm huic etymologiæ reclamat authoritas Catonis cap. 119. quin & Columellæ lib. 12. cap. 47. Viderur enim appellari epityrum à confracta oliua, quæ Græcè dicitur πίτυρος. Plautus Milit. 3. -bero, & ego me illi mancupi dabo,
Si vnum epityrum edam apud illum esuriens insane.
Modum cõficiendi epityri docet Cato cap. 11. Columella quoque lib. 12. cap. 47.

EPIVM, Arcadiæ oppidum numeratur à Plinio lib. 4. cap. 6.

Epixenum {ἐπίξενον} Stupes est, super quem carnes concidere consueuerunt coqui: vnde exit Aristophanium illud,

ὑπὲρ ἐπιξένου δεκάτου πλὴν παφλαζόντων κρεῶν.

Quo significatur, Si vera non dixero, abscindatur caput mihi. Hæc Cælius Rhodiginus libro 18. capite 5.

EPIZELVS, Atheniensis, qui (vt tradit Herodotus) in pugna Marathonia dum præliabatur, visum monstrum, quod ante se conspiciebat, occidere nisus, luminibus captus perpetuò mansit. Vide Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 20.

EPIZEPHYRII {ἐπιζεφύριοι} Populi in extrema ora Italiæ, quæ olim magna Græcia dicta est, à Locris, qui Crissæum incolunt sinum, originem trahentes. Dicti Epizephyrij, quòd supra Zephyrum promontorium habitarent. Vide Strab. lib. 6.

Epizeuxis {ἐπιζευξις} Combinatio, figura, quum dictio in versu absque medio aliarum combinatur. Virgil. 9. Æneidos,

Me me adsum qui feci. Et apud Terentium in Andria,
O Mysis, Mysis.

Epizygis, Foramen in quod nux ballistæ inseritur. Vitruuius libro 10. cap. 15. & 17.

E P O

Epobelia {ἐποβελία} Verbum est satis frequens apud Oratores, ex hoc dictum, quòd in quamlibet drachmam calumniæ reus obolo multaretur, quum seni essent oboli in drachma. Erat autem mulcta, quam dependebant actores, qui perperam aliquem in iudicium vocassent, aut essent calumniati. Vide Bud. lib. de Asse.

Epoche, epoches {ἐποχή} Academicorum doctrina, quasi dicas suspensam sententiam, nihilque definientem, quod est, nulla de re pronuntiare, nec asseuerare certò. Author Galenus libro De opt. docend. gener.

Epodes, Pisces sunt, de quibus meminit Ouid. in lib. de Ponto, vt testis est Plin. lib. 32. cap. vlt.

Epodos, pen. prod. masc. gen. {ἐπῳδὸς} ab Epi, id est Post, & Ode, odes. quia liber ille ab Horatio post Odas scriptus est. Post enim quatuor libros Odarum, adiecit librum hunc quintum, quem ob id inscripsit Epodõn. Alij interpretãtur genus esse carminis, quum singulis versibus singulæ clausulæ subiiciuntur. cuiusmodi sunt apud Horatium. ¶Epodium, ἐπῳδεῖον, quod ode accinitur: & ἐφύμνιον, quod hymno accinitur. Vulgò *versiculum* vocant. Budæus. Ausonius epistola secunda ad Paulum,

Dactylicos, elegos, choriambum carmen, epodos,
Socci & cothurni musicam
Carpentis impone tuis. Sidon. in Panegyr. ad Felicem fratrem,
Sermonúmque sales, nouúmque epodon. Carmen est hendecasyllabum. ¶Epodi, inquit Diomedes Grammaticus libro tertio, dicuntur versus quoliber modo scripti, & sequenteis clausulas habentes particularum: quales sunt Epodi Horatij, in quibus singulis versibus singulæ clausulæ accinuntur. vt ode 15,

Nox erat, & cælo fulgebat Luna sereno
Inter minora sydera. Et ode 16,
Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas,
Suis & ipsa Roma viribus ruit. & quicunque sunt similes. Dicti autem Epodi σωματικῶς ἀπὸ τῶν μερῶν τοῦ σώματος, à partibus versuum, quæ legitimis & integris versibus accinuntur. Hæc Diomedes. ¶Epodos cur hic liber vocetur, ait Muretus in Horatium, non equidem satis intelligo. ac vidi vererem librum, in quo hic quintus Odarum liber inscribebatur.

E P V

Quæ ad hanc inscriptionem confirmandam afferuntur à Grammaticis, leuia sanè sunt, & huiusmodi vt nullo negotio refelli possint. De hoc vide Bernardinum Lauredanum in suis ad Ciceronem de Lege agraria commentariis, Mureto subscribentem.

Epolonos dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. Datum autem est his nomen, quòd epulas indicendi Ioui, cæterísque diis potestatem haberent. Author Festus.

EPOMEVS {ἐπώμευς} Collis in medio Pithecusæ insulæ situs, qui per quosdam terræ motus incendia euomuisse traditur, & terram intermediam in pelagus ignes non paucos eiecta sse. Vide Strab. lib. 5.

Epomis, epomidis, penult. corr. {ἐπωμὶς} Dicitur musculus superiorem humeri partem occupans, vt ostendit Galenus lib. De dissect. venar. ¶Est item vestimenti species, authore Fauorino in Lexico. Vide & Pollucem lib. 7. cap. 13.

EPONA {ἔπονα} dea quædam olim fuit, equorum curam habens. Sic enim Plutarchus in Paralellis. Prudentius,

Nemo Cloacinæ, aut Eponæ super astra deabus. Iuuenalis,
Solam Eponam, & facies olida ad præsepia pictas. Sic enim legendum contendit Turnebus. non vt hactenus.

EPOPE, Epopes, pen. prod. {ἔποπη Stephano} Corinthiorum arx, quæ & Acrocorinthus dicitur. Epope dicta à verbo Græco ἐποπτεύειν, hoc est inspicere. Illinc enim fertur Sisyphus Iouem cõspexisse Æginam rapientem.

EPOPEVS, Piscator quidam fuit, qui quum à Delphinorum Pompilorúmque, quos sacros pisces esse dicebant, captura abstinere nollet, ab irruente ceto deuoratus periit. Ex Cælio lib. 12. cap. 12.

Epops {ἔποψ} Auicula sordidissima est, cáque cristata, vnde & ἐλευκυπυὰς ἄγειος à Græcis appellatur. Latini, à sono quem edit, conficto nomine Vpupam vocant.

Epoptæ {ἐποπταί} in sacris dicebantur mystæ, qui totum iam annum initiati, ad spectanda sacra admittebantur. A verbo ἐποπτεύειν, quod est spectare siue inspicere: vnde & sacrorum inspectionem, ἐποπτείαν Græci appellant.

EPOREDIA {ἐπορηδία Ptolemæo} Salassiorum oppidum in Gallia Transpadana: olim ex Sibyllinorum librorũ oraculo à Romanis cõditum, & Eporedicis (eo nomine Galli præstantes equorum domitores sua lingua appellabant) nominatum, vt non obscurè innuit Plin. lib. 4. cap. 17. Hodie *Hiuirea*.

Epos, neut. gen. {ἔπος} Latinè dicitur verbum, versus, poema. Martialis libro 12,

Scribebamus epos, cœpisti scribere: cessi. Horat. 1. Serm. satyr. 10,
-forte epos acer
Vt nemo, Varius ducit. Persius robustum carmen dixit. ¶Epos, vt scribit Diomedes, Græcè dicitur carmen hexametron, diuinarum rerum & heroicarum humanarúmque comprehensio. Vide Cælium libro 7. capite 4.

Epoto, epotas, penul. prod. {ἐποτίνω} epotare, Potando exhaurire. Martialis libro 2,

Quæque Tyron toties epotauere lacernæ. Plin. lib. 28. cap. 14.
Epotare medicamentum. Liu. 8. ab Vrbe. Cic. pro Cluentio, Epoto poculo.

Epotus, pen. prod. Participium {ἐκπεπωμένος} vt Aqua epota. Ouid. 2. de Remed. amor.

Venenum epotum. Cic. pro Cluentio.
Epotus equus, pro sanguine equi epoto. Martial. lib. 1. Vide Plin. lib. 18. cap. 10.

E P S

Epsethia {ἐψεθία} Polluci ima dicitur in pane crusta, sicut superiorem attaragum vocat, vt refert Cæl. Antiq. lect. lib. 26. cap. 21.

E P V

Epulæ, pen. corr. epularum, tantùm pluraliter dicitur {ἑορταὶ, δαῖτες} Cibi ministerio hominum & in nostrum vsum comparati. Cicero 1. de Finib. Nec libidinum, nec epularum, &c. Idem Philip. 3. Vino, & epulis retentus, & alea est: si epulæ potius quàm popinæ nominandæ sunt. Ex Valla.

¶Epulæ, epularum, pro ipso conuiuio etiam accipiuntur, & lautis mensis quæ in conuiuio offerri consueuerunt. Vnde amplissimæ epulæ apud Cæsarem lib. 6. bel. Gal. Cic. pro L. Planco, Sepulcrum L. Cæcilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum atque domesticorum hostium conuentu, epulísque celebratum est. Virgil. 6. Æneidos, -epulæque ante ora paratæ.

Regisico luxu.

Carmina in epulis cantitata à singulis conuiuis de clarorum virorum laudibus. Cic. de Clar. Orat.

Libationes, epulæque ludorum. Cic. de Arusp. resp. Tui sacerdotii sunt tensæ, cunicula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum publicorum.

Cogitationum bonarum epulæ. Cic. 1. de Diuinat.

Discendi epulæ. Cic. in Topic. Translatio est. Pascitur enim non minus animus doctrina, quàm corpus cibo.

Regum epulæ. Horat. 2. Serm. satyr. 2.
Epulæ carnifices. Vide CARNIFEX.
Dulces. Horat. 3. Carm. ode 8.
Geniales. Claud. 2. de raptu Proserp.
Lautiores. Stat. 1. Sylu. 6.
Liberales. Tacit. lib. 15.
Nocturnæ. Lucret. lib. 2.
Regales. Ouid. 6. Metam.
Sacræ. Virgil. 7. Æneid.
Solennes. Tacit. lib. 10.
Tristes, Id est inspidæ. Sil. lib. 3.

¶Accipere epulis apparatis. Vide ACCIPIO.
Accumbere epulis. Vide ACCVMBO.
Adhibere fides ac tibias veterum Romanorum epulis moris fuit. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Adhibere aliquem epulis. Vide ADHIBEO.

Adire

E P V

Adire epulas, Id est ad conuiuium. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.
Apponere in epulis. Vide APPONO.
Largius epulas celebrare. Vide LARGIOR.
Primas epulis decerpere noctes. Pers. satyr. 5.
Distinguere epulas. Sil. lib. 7.
Dare epulas alicui. Virgil. 4. Æneid.
Dare ad epulas. Cic. 2. de Finib.
Dare leges epulis. Ouid. 2. Trist.
Effusi in luxum, & epulas, & nocturnos cœtus. Tacit. lib. 20.
Mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Cic. 5. Tuscul.
Instaurare epulas. Virgil. 7. Æneid. Vide INSTAVRO.
Instituere epulas. Sil. lib. 11.
Instruere epulas. Vide INSTRVO.
Instructæ epulæ. Seneca Agamemn. 10.
Ad epulas inuitare. Vide INVITO.
Graubus marcere epulis. Claud. in Eutrop. 2.
Onerare mensas epulis. Virgil. 2. Georg.
Parare epulæ luxu regifico. Virgil. 6. Æneid.
Ponere epulas. Ouid. 4. Fast.
Profusæ epulæ. Cic. pro Murena.
Recipere aliquem ad epulas. Cic. in Topic.
Rimari epulis, pro Pasci epulis, authore Seruio apud Virgilium lib. 6. Æneid.
Mens saturata bonarum cogitationum epulis. Cic. 1. de Diuinat.
Seruere epulas. Tacit. lib. 15.

¶Epulæ, etiam bestiarum cibus quotidianus dicitur. Virgilius 4. Æneidos, -epulásque draconi Quæ dabat.
Tinearum epulæ. Horat. 2. Serm. satyr. 3,
-cui stragula vestis,
Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca.

¶Epulam, in singulari numero veteres dixere, teste Festo Pompeio.

Epulum, epuli, penult. corr. {ἐπιμενιστὴς} significat solenniores cibos: & propriè publicum conuiuium in propatulo numerosis ciuibus exhibitum, siue in dedicatione templi, siue in triumpho, siue in funere, siue ludorum causa, quale imperatores exhibebant apud Romanos, & quale factum esse constat à pluribus qui testamento legauerunt epulum quotannis ad sepulcrum rosis & variis respersum odoribus, pro hæreditatum facultatibus exhibendum. Ex Valla lib. 4. Iuuenalis satyra 3, Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis. Gellius lib. 11, Solenni die Ioui epulum libraretur. Cic. pro Murena, Is quum epulum Q. Max. Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogarus est, &c.

Funebre epulum. Cic. in Vatin. Ira enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.

Accumbere in epulo. Cic. in Vatin. Qua mente feceris vt in epulo Q. Arij familiaris mei cum toga pulla accumberes.

Dare epulum populo. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

Epulo, pen. corr. epulonis {ἐπιμενιστὴς} Vide Bibo, bibonis, in BIBO.

Epulones etiam dicebantur tres, quos Pontifices propter sacrificiorum multitudinem esse voluerũt, vt ludorum epulare sacrificium facerent, authore Cicerone lib. 3. de Orat. Et Liu. 3. bel. Maced. Cic. de Arusp. resp. Patres Conscripti, vósque Pontifices, ad quos epulones Iouis Opt. Max. siquid est prætermissum aut commissum, afferunt, &c.

Epulor, penul. corr. epularis {ἐφιππάζω} epulári, Lautè & splendidè edere, aut conuiuari. Liu. lib. 25, Vulgò apertis ianuis in propatulo epulati sunt. Cic. 2. de Finib. Quum in voluptate sint qui epulentur.

Hilarè epulatus. Tacit. lib. 11.
Ad ipsas excubias epulari. Claud. de nupt. Honorij.
Modicè epulari. Cic. de Senect. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè, sed erat tamen quidam feruor ætatis.
Saliarem in modum epulari. Cic. Attico, lib. 5 96. Vide Saliaris, in SALII.
Res exquisitissimæ ad epulandum. Cic. 4. de Finib. Negat enim tenuissimo victu, id est contemptissimis escis & potionibus maiorem voluptatem percipi, quàm rebus exquisitissimis ad epulandum.
Adimere ius epulandi, Vide ADIMO.
Aubus ferísque epulandum aliquem trahere. Seneca Thyeste, 8.

Epulandus {ἐπιτηδευτέος} Participium: vt Corpora epulanda Ouid. 15. Metam.

Epulatorius, a, um, Quod aptum est vt in epulis comedatur. Sipont.

Epulatus, pen. prod. {ἐπιδεῖπνος} Aliud participium. Cic. 2. Tuscul. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse.
Gens epulata nouem dies. Virgil. 5. Æneid.

Epulatio, Verbale {ἑστίασις} Colum. lib. 12. cap. 3, Quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent.
Epulario, Idem quod epulum. Lucilius Satyr. lib. 14,
Id epulo cibus, atque epulatio Iouis omnipotentis.

Epularis, & hoc epulare, pen. prod. {ἐπιτήδειος} Quod ad epulas pertinet, vt Epulare sacrificium. Cicero 3. de Orat. Item epularis sermo,
Qui fit in conuiuio. Apuleius, Iam illaris luminibus epularis fermo pererebuit.
Accubatio epularis. Cic. de Senectute, Bene enim maiores accubationem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt.
Epularis dies dicitur, quo epulum præbetur. Sueton. in Domit. Et Epularis apparatus, vel cœna epularis. Budæus.
Epulares etiam vocabãtur qui in sacris epulabantur. Varro, Dum epulares nocte epularentur.

Epulis, epulidis {ἐπουλὶς} Dicitur quoties iuxta dentes caro excreuit. Paulus Æginera paruum abscessum esse ait circa gingiuas, qui nisi discutiatur, suppuratur.

Epulotica {ἐπουλωτικὰ} Medicamenta appellantur quæ cicatricem inducunt. Nam ἐπουλοῦν Græcis est, ad cicatricem perducere. Galenus. Vide & Cæl. lib. 3 cap. 14.

EPYAXA, Syennensis Cilicum regis vxor, quam in harmamaxa se-

E Q V

disse scribit primo ἀναζάντων Xenophon. Vide plura apud eum, & Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 3.

E Q

EQ. Equester ordo, vel Equestris ordinis. EQ. AVR. Eques auratus. EQ. M. SP. POM. Equitum magister Sp. Pomp. EQ. P. Equalis, vel Equestris persona, vel Equus publicus. EQ. R. Eques Romanus.

Equapium, Nonnulli appellauerunt herbam, quam quidam olus asrum nominant, existimantes ita transferri posse Græcam vocem ἱππομάραθον, quam nomenclaturam apud idoneum scriptorem non facilè reperias: neque ἱππομάραθον tam equinum, quàm magnum, aut prægrande apium sonat. Nam ἵππος & ὄφις in compositione sæpe vocabulorum significata intendunt, amplitudinémque & magnitudinem demonstrant. Meminit Gal. de alim. facult.

Equa. Equaria, Equarius, Eques, Equester, Vide EQVVS.

Equicerus, Animal in Oriente, habens cornua & iubas per collum descendentes vsque ad scapulas, & barbam sub mento, vngulas & corpus ad ceruí quantitatem. Vtitur hac voce Aristotelis interpres libro de animalibus.

Equidem, pen. corr. {γέγωγε} Coniunctio affirmatiua pro Certè. Cic. de Senect. Equidem non video cur quid ipse sentiam de morte, non audeam dicere vobis. Idem Q. fratri, lib. 3. 17. Nam mihi vno die tres sunt redditæ, equidem vt videbantur, eodem abs te datæ tempore. Idem Attico, lib. 13. 282.

Quid ego aruspicum responsa commemorem? possum equidem innumerabilia. Cic. 2. de Diuinat.
Quod demiror equidem. Cic. Attico, lib. 14. 312.
Equidem certè idem sum, qui semper fui. Plaut. Amphit. 4.
Certè equidem audieram, &c. Virgil. 9. eclog.
Equidem ecastor vigilo. Plaut. Amphit. 8,
Equidem ecastor vigilo, & vigilans, id quod factum est fabulor.
Equidem hercle opus hoc facto existimo. Plaut. Merc. 11,
Quid cogitem? equidem hercle opus hoc facto existimo.
Equidem pol in eam partem accipióque & volo. Terent. Eun. 5. 2.
Equidé ego, & ego equidem. Sallust. ad Cæsarem, de Repub. ord.
Idem in Iugurtha, Ego equidem regnum vobis trado firmum, si boni eritis: si mali, imbecillum.
Adhuc equidem valde me pœnitet. Cic. Attico, lib. 3. 43.
Sic equidem diligentius, sæpiúsque ista loquemur inter nos. Cic. 3. de Finib.
Equidem cum verbo secundæ personæ. Pers. satyr. 5,
Non equidem hoc dubitem amborum fœdere certo
Consentire dies.
Equidem, cum tertia persona coniunctum. Pers. satyr. 1,
-per me equidem sint omnia protinus alba.

Equirine, Iusurandum per Quirinum. Festus.

Equisellis, Herba est in prato equis inusta, & fœnisecis haud placens, à similitudine equinæ fetæ sic dicta. Vide Plin. lib. 18. cap. 28.

Equus, Medicis oculorum affectus quidam est, quum nullo tempore manere possint requieti, sed in modum intremiscentium subinde nictant. Author Galen. comment. primo in Prognost. Hippocr.

Equus, equi {ἵππος} Animal notum.
Fabula de ceruo & equo. Horat. 1. Carm. ode 10.
Acer equo. Virgil. 5. Æneidos,
-fic acer equo turbata petiuit Castra.
Aptus equis. Horat. 1. epist. 7.
Virtus paterna est in equis. Horat. 4. Carm. ode 4,
Fortes creantur fortibus, & bonis.
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Agitator equorum. Ouid. 3. Amor. eleg. 2,
O quicunque faues felix agitator equorum.
Anfractus leuioris equi. Valer. 6. Argon. Id est discursus nunc in hanc partem, nunc in illam.
Generosi equi argumenta. Virgil. 3. Georg.
Diues equûm. Virgil. 9. Æneid.
Domitor equorum. Virgil. 7. Æneid.
Moderamen equorum. Ouid. 2. Metam.
Proles duellica equorum. Lucret. lib. 2.
Fortis equi vis. Lucret. lib. 3.
Cui gratior vsus equorum. Virgil. 3. Georg.
Solis equi. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Interea volucres Pyrois, Eous, & Æthon
Solis equi, quartúsque Phlegon.
Equi solis quadrinuges. Ouid. 3. Amor. eleg. 2,
Quadrinuges æquo carcere misit equos.
Solis equi radiantes. Ouid. 8. epist.
Quum tamen altus equis Titan radiantibus instat.

¶Acer equus. Ouid. 3. Metam. Virgil. 4. Æneidos,
-medius in vallibus acri Gaudet equo.
Æmonij equi. Ouid. 2. de Arte amandi,
Æmonios dum virgil optat equos.
Ætherei equi. Ouid. 3. de Arte amandi,
Virginis ætherèis quum caput ardet equis.
Alatus equus, Id est celer. Sil. lib. 6. Ouid. 3. Fastorum,
Phœbus, & alatis æthera carpet equis.
Albus equus. Ouid. 8. Metam.
Ales equus. Ouid. 3. Amor. eleg. 11,
Victor Abantiades alite fertur equo.
Alipedes equi. Virgil. 12. Æneidos,
Alipedúmque fugam cursu tentauit equorum.
Anheli equi. Ouid. 15. Metam. Virgil. 1. Georgicorum,
Nósque vbi primò equis Oriens afflauit anhelis. Id est cursu anhelantibus. Seruius.
Arduus equus. Virgil. 2. Æneidos,

Arduus armatos mediis in mœnibus astans
Fundit equus.
Asper equus.Ouid.1.Amor.eleg.2,
Asper equus duris contunditur ora lupatis.
Assidui equi.Ouid.6.Metamorphoseos,Assiduis pulsatus equis.
Attracti equi.Propert.lib.3.eleg.5,
Solis & attractis luxerit orbis equis.
Attoniti equi.Ouid.23.epist.
-cecidit miserabilis ille
Præceps attonitis per freta raptus equis.
Bellator equus.Ouid.15.Metamorphoseos,
Pressus humo bellator equus,crabronis origo est.
Bipedes equi marini.Valer.2.Argonauticõn,
Orion bipedum flatu mare tollit equorum.
Bipedes equi Protei.Virgil.4.Georg.
Cærulei equi Thetidis.Stat.1.Achil.
Cæspitatores equi.Vide CAESPES.
Cornipedes equi.Ouid.1.de Arte amandi. Virgil.7.Æneid.
Curules equi. Vide CVRVLIS.
Discordes equi.Sil.lib.16.
Diuidui equi.Ouid.2.de Arte amandi,
In furias agitantur equæ,spatióque remoto
Per loca diuiduos Amne sequuntur equos.
Durior oris equus. Ouid.2.Amor.eleg.9,
Vt rapit in præceps dominum spumantia frustra
Fræna retentantem durior oris equus.
Eoi equi.Virgil.2.Æneid. Vide EOS.
Feri equi.Horat.1.Serm.satyr.5.
Fugax equus.Ouid.4.epist.
Generosissimus equus.Quintil.lib.5.cap.11.
Ignipedes equi.Ouid.2.Metamorphoseos,
Tunc scier ignipedum vires expertus equorum
Non meruisse necem.
Impiger.Horat.4.Carm.ode 3.
Inanis equus.Vide INANIS.
Insignis equus.Virgil.10.Æneid.
Insignis phaleris equus.Virgil.5.Æneid.
Intractatus & nouus. Cic.de Amic. Atqui in ipso equo(cuius modò mentionem feci) si nulla res impediat, nemo est qui non eo, quo consuerit,libentius vtatur,quàm intractato & nouo.
Lacertosus equus. Vide LACERTVS.
Luciferi equi.Ouid.epist.11.
Maganimi equi.Virgil.3.Æneid.
Mites equi.Claud.1.in Ruff.
Nobiles equi.Ouid.3.Amor.eleg.2.
Numidici equi. Vide NVMIDIA.
Optimus equus.Quintil.lib.5.cap.11.
Pauidi equi.Vide PAVIDVS.
Pennatus equus.Vide PENNA.
Equus quammaximè pernix.Vide PERNIX.
Equus primus in certamine.Horat.de Arte poetica.
Publici equi.Plin.lib.33. Vide ORDO.
Pulueri equi,Id est pulueruleuti.Valer.4.Argonauticõn,
-ludo volitans quum turma superbo
Pulvereis exultat equis.
Purpurei solis equi.Ouid.20.epist.
-quum iam prope luce peracta
Demere purpureis sol iuga vellet equis.
Rapidi equi.Ouid.9.epist.
Sistque socer rapidis qui tonat altus equis.
Recentes equi.Ouid.2.Metamorphoseos,
-& qua vix mane recentes
Enituntur equi.
Regalis equus.Claud.4.Paneg.
Equi roſei.Ouid.1.Amor.eleg.8,
-nigri non illa parentem
Memnonis in roseis fobria vidit equis.
Semianimes equi.Virgil.11.Æneidos,
-permisti cæde virorum
Semianimes voluuntur equi.
Strigosus equus.Vide Strigosus,in STRIGILIS.
Supinus equus.Horat.2.Serm.satyr.7,
-aut agitauit equum lasciua supinum.
Equus tenax.Ouid.3.Amor.eleg.4,
Vidi ego nuper equum contra sua fræna tenacem
Ore reluctanti fulminis ire modo.
Tener equus.Vide paulo pòst,Vetulus equus.
Trepidi equi.Ouid.15.epist.
-qui trepidos à dape vertat equos.
Veloces equi.Ouid.8.Metamorphoseos,
-nec fortibus illic
Profuit armentis,nec equis velocibus esse.
Velocissimus equus.Quintil.lib.5.cap.11.
Venator equus.Claud.de nupt.Honorij.
Vetulus equus,cui opponitur Tener equus.Cic.de Amic.Vt equis vetulis teneros anteponere solemus.
Victor equus.Virgil.3.Georg.
Virides equi Neptuni.Claud.6.Paneg.
Volucres equi.Ouid.2.Metamorphoseos,
-arbitrio volucrum raptatur equorum.
Volucer equus,Id est pegasus qui fingitur alatus. Ouid.6.Metam.
-te sensit equum crinita colubris
Mater equi volucris.
Vtiles bello equi.Ouid.14.Metamorphoseos,
Rex fuit vtilium bello studiosus equorum.
¶Asia equis abundat.Ouid.15.epistola,

Nec minor est Asiæ quàm vestræ copia terræ,
Illa viris diues,diues abundat equis.
Equum accendere stimulis.Vide ACCENDO.
Addere equos.Virgil.3 Æneidos,
Addit equos,additque duces.
Admittere equum.Vide ADMITTO.
Admouere equum,Vide ADMOVEO.
Adornati venatui equi. Tacit.lib.12, Per quietem monet sacerdotes,vt remplum iuxta,equos venatui adornatos sistant.
Aduehere equo.Vide ADVEHO.
Aduectus equo.Cic.1.de Diuinat.
Agere siue agitare equum.Vide AGO.
Agitare spumantem equum.Virgil.6.Æneidos,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Anhelantes equi.Seneca OEtheo,9.
Apprendere equos.Sil.lib.16,
-nisúsque apprendere primos
Panchates animosus equos.
Ardentes equi.Vide ARDEO.
Bello equi armantur.Virgil.3.Æneidos,
Bello armantur equi,bellum hæc armenta minantur.
In equum ascendere. Cic.de Senect. Quum ingressus iter pedibus sit in equum omnino non ascendere: quum equo, ex equo non descendere. Vide ASCENDO.
Aspirare equis.Vide ASPIRO.
Assistere equos.Stat.3.Thebaid.
Attribuere alicui equum.Vide ATTRIBVO.
Cadere de,vel ex equo.Vide CADO.
Calcari equo.Claud.in Ruff. -calcabitur asper
Phasis equo,pontémque pati cogetur Araxes.
Candentes equi.Claud.2.Paneg.
Verbere cogere equum anhelum.Claud.4.Paneg.
Comere equos.Stat.4.Thebaid.
Conciture equum. Vide CONCITO.
Acres equos concutere.Virgil.8.Æneid.
Conscendere equum.Ouid.14.Metam. Vide CONSCENDO.
Consternantur equi.Ouid.2.Metam.
Equi macie corrupti.Vide CORRVMPO.
Corruit equus.Sil.lib.17.
Curare equos.Virgil.8.Æneid.
Decidere equo,vel ex equo.Vide DECIDO.
Eludere instantem equo.Sil.lib.6,
-alato ni Regulus arte regendi
Instantem elusisset equo.
Recentes equi vix eniuntur.Ouid.2.Metam.
Exercere equos campis.Claud.de bello Getico.
Exhortari equos.Ouid.5.Metam.
Furentes equos exhortari.Virgil.11.Æneid.
Equos pressos exhortari.Ouid.12.Metam.
Expatiantur equi.Ouid.2.Metam.
Expedire tela, & equos. Liu.lib. 8. Decad.4, Quum tela equósque expedissent.
Expeditus in equo. Cic.pro Milone, Obuiam sit ei Clodius expeditus in equo.
Externati equi.Ouid.in Ibin.
Ferocitate exultantes equi. Cic. 1. Offic. Vt equos propter crebras contentiones prælíorum ferocitate exultantes domitoribus tradere soleant.
Fertur equis auriga.Virgil.1.Georg.
Trinacriis equis ferri.Virgil.5.Æneid.
Fingit equum tenera docilem cervice magister
Ire viam,quam monstrat eques.Horat.1.epist.13.
Flectere equum scien.Horat.3.Carm.ode 7.
Frænare equum auro,Id est lupatis aureis,aut fræno aureo.Claud. de Phœnice,3.
Frænati equi.Virgil.5.Æneid.
Fremens equus.Virgil.1.Georg.
Fundere equum.Virgil.1.Georgicorum,
-cui prima frementem
Fundere equum magno tellus percussa tridenti
Gaudere equis.Horat.de Arte poet.
Ad cursum gignuntur equi.Quintil.lib.1.cap.1.
Malè habitus equus.Gellius lib. 4. cap. vlt. Id est macer, & malè curatus.
Hærere equo & in equo.Horat.3.Carm.ode 24,
-nescit equo rudis Hærere ingenuus puer.
Hortari terribiles equos.Ouid.5.Metam.
Immittere equum ad.Vide IMMITTO.
Imperitare equis.Horat.1.Carm.ode 15.
Incitare equos.Vide INCITO.
Indomitus equus.Horat.2.Serm.satyr.2.
Inobsequentes equi.Seneca.Hippol.10.
Insidere equo.Vide INSIDEO.
Insilire in equum.Vide INSILIO.
Equus instratus ornatu regio.Vide INSTERNO.
Interiungere equos.Vide INTERIVNGO.
Inuehi equo.Virgil.3.Georg. Vide INVEHO.
Inuehi Sidonio equo.Virgil.5.Æneidos,
-pulcher Iulus Sidonio est inuectus equo.
Inuectus quatuor equis.Virgil.6.Æneid.
Iungere equos.Virgil.2.Georg.
Iungere equos curru,& ad currum.Virgil.5.Æneid. Et 2. Georg.
Primus Erichthonius currus & quattuor ausus
Iungere equos. Vide IVNGO.
Labans equus.Valer.6.Argon.
Lucentes equi solis.Stat.1. Thebaid.

Mercari

Mercari equos.Horat.1.Serm.sat.2.
Equo merere.Plin.lib.33.cap.1,Vnde mos bullæ duravit,ve eorum qui equo meruissent filij, insigne id haberent, cæteri lorum. Vide MEREO.
Equos obliquare.Stat.12.Thebaidos,
-ille pauentes
Obliquauit equos.
Ouantes equi. Claud.2.de Raptu Proserp.
-hæc fatus ouantes
Exhortatur equos,& tartara mitior intrat.
Soluti per campum pascuntur equi.Virg.6.Æneid. Vide PASCO.
Equus patens vulneri. Vide PATEO.
Præteragere equum locum aliquem.Horat.1.epist.15,
Mutandus locus est,& diuersoria nota
Præteragendus equus.
Plaudere equum,Vide PLAVDO.
Præuertere equos.Stat.8. Thebaidos,
Fallit Atys,præuertit equos,currúque citato Desistit.
Proculcare aliquem equo.Stat 8.Thebaid.
Vis equorum prorumpit.Lucret.lib.2.
Prospectare equo.Stat.1.Achilleidos, -iam iámque latentes
Erecto prospectat equo.
Prouehi equo.Virg.7.Æneidos,
Quum prouectus equo longæui regis ad aures Nuntius.
Ex equis pugnare.Cic.2.de Nat deor.
Religati equi.Virg.9.Æneidos,
-& religatos rite videbat
Carpere gramen equos.
Residere equo. Sil.lib.11, -sæpe citato
Dum residet sub casside equo.
Retentare equos.Ouid.2.de Arte amandi,
-vt in curru modo det fluitantia rector
Lora,modò admissos arte retentet equos.
Rubentes equi Phœbi.Claud.in Gigantomachia,2.
Ruens equus. Sil.lib.7, -fususque ruentis
Vulnere equi.
In equo sedere. Cicero 7. Verr. Vt eum nemo in equo sedentem videret.
Senescens equus.Horat.lib.1.epist.2,
Solue senescentem maturè sanus equum.
Spumans equus.Sil.lib.13.
Stans equus.Lucret.lib.4,
Stantis equi corpus transuersum ferre videtur Vis.
Sustinere equos. Cic.4. Academ. Ego enim vt agitator callidus, priùs quàm ad finem veniam, equos sustinebo, eóque magis si locus is quo ferentur equi,præceps erit.
Tollere aliquem in equum.Cic.pro Deiot. Deiotarum quum plures in equum sustulissent, quòd hærere in eo posset, admirari solebamus.
Tonantes equi.Horat.1.Carm.ode 34,
Plerunque per purum tonantes Egit equos.
Transmittere equis fluuium. Cic. Act.lib.16.333, Duo sinus fuerût, quos tramitti oportet, Præstanus & Vibonensis, verunque pedibus, equis transmissimus.
Turbari equi.Virg.9.Æneidos, -conterritus ipse
Turbatis Messapus equis.
Phaethontis equi auroram vehunt.Virg.5.Æneidos,
Expectata dies aderat,nouámque serena
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant.
Vehi in equo.Cic.2.de Diuinat.Quod equus,in quo vehebar,mecum vnà demersus rursus apparuerit.
Equo vehi, inquit Festus, flaminì diali non licebat, ne si longiùs digrederetur, sacra negligerentur.
Vertere equum.Virg.11.Æneidos,
-versíque Latini
Reiiciunt parmas,& equos ad mœnia vertunt. Ouid.1. de Arte amandi,665 -currúque retorto
Auroram versis Phœbus adisset equis. Horat.1.Carm.ode 19,
Et versis animosum equis Parthum dicere.
Vincentes equi.Horat.1.Serm.sat.24.
Citatis volare equis. Claud.7.Paneg.
Volans equus.Stat.2.Sylu.8.
¶Equus,Stella. Cic.2.de Nat.deorum,
Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti
Summum contingit caput aluo,stellâque iungens Vna. Ex Arato.
¶Equus Troianus,Prouerb. Cic.pro Murena, Intus intus,inquâ, est equus Troianus,à quo nunquam me Consule dormientes opprimemini. De Catilina.
Equis & quadrigis: Id est omni conatu. Cic. ad Qu.frat.lib.2.16, Sic ego qui in isto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule, sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem, cum equis, tum verò (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quádrigis poeticis.
Velis, equisque, vt dicitur. Cicero 2. de Offic. Cum his velísque (vt dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est.
¶Equus,Machina bellica. Plin.lib.7.cap.56, Equum qui núc aries appellatur,in muralibus machinis Epeum ad Troiam.Subaudi,inuenisse dicunt.
Equa, equæ, f.g. {ἵππος.} Plin.lib.11 cap.49, Non ostentabat hermaphroditas subiuges carpento suo equas.
Equa, teste Prisciano lib.7.cap. De datiuo & ablatiuo plurali primæ declinationis,equábus facit in datiuo & ablatiuo plurali. Idem tradit Valla lib.1.cap.1. Frequenter tamen legimus equis genere fœmininо, pro equabus. Varro de Re rustica lib.2.cap.1, In Lusitania ad oceanum in ea regione vbi est oppidum Olyssippo monte Tagro,

quædam è vento concipiunt certo tẽpore equæ. Sed ex his equis qui nati pulli,non plus triennium viuunt. Colum.lib.6.cap.37, Sic nutritus admissarius equas diligere condiscit. Interdum etiam, quanuis materno lacte sic educatus,potest à tenero conuersatus equis, familiariter earum consuetudinem appetere. De asino admissario loquitur,qui equas init mulorum generandorum gratia. Paulo pòst, Nec tamen teneræ fœminæ committetur. nam nisi prius ea marem cognouit, adsilientem admissarium calcibus proturbat, & iniuria depulsum etiam cæteris equis reddit inimicum. Papinianus D. De vsuris & fructibus & causis. l. Equis per fideicommissum relictis, Post moram fœtus quoque præstabitur,vt fructus: sed fœtus secundus,vt causa, sicut partus mulieris. Vlpianus D. De extraordinariis cognitionibus.l.De vsu aquæ, Item de equis alienis à sciente possessis, fœtúque earum.
Doctus equæ pullus.Lucret.lib.3.
Sonus equæ.Ouid.2.Metamorphoseos,
Mox nec verba quidem,nec equæ sonus ille videtur.
Armentalis equa.Vide Armentalis,in ARMENTVM.
Apta quadrigis equa. Horat.2.Carm.ode 16.
Nobiles equæ.Ouid.2.Metamorphoseos,
-herboſóque pascua Nelei,
Nobiliúmque greges custos seruabat equarum.
Potniades equæ.Ouid.in Ibin,
Potniadum morsus fubeas,vt Glaucus equarum.
Trima equa.Horat.3.Carm.ode 11,
-laris equa trima campis,
Ludit exultim,metuíque tangi.
Equa equam non amat. Ouid 9.Metamorphoseos,
Nec vaccam vaccæ,nec equas amor vrit equarum.
Equas vento Zephyro concipere.Virg.3.Georg.
Equila,Idem quod Equa: Antiquum. Varr.Lege Mænia,Nemo est tam negligẽs,quin summa diligentia eligat asinum, qui suam saliat equilam.Nonius.
Eques,equitis,pen.corr.com.gen. {ἱππεύς,ἱπποβάτης,ἱππότης,ἱππαστής.} Qui insidet equo.Plaut.Milit.8,
-iam faxo hic erit:
Neque eques,neque pedes præfectus quisquam tãra audacia est, &c.
Eques.tria genera loquẽdi Latini scriptores vsurpant,eques,equestris ordinis,equestri loco natus, quæ vtrum idem significent, an verò differant,& quatenus differant, considerandum. Eques & equestris ordinis,idem sunt. nam & eques quicunque est, & dicitur, idẽ equestris ordinis,& est,& dicitur: & contrà, quòd si eques patre natus est qui nunquam senator fuerit,is equestri loco natus dicitur. sin patre natus est senatore, eques quidem, sed non equestri loco natus, qui porrò,quum eques fuisset,in senatum est allectus,eques non amplius dicitur,sed assumpto nobilioris ordinis nomine, senator: ornamenta tamen retinet equestria,anulum aureum,& equum publicum. itaque M. Cicero,quum equite Romano natus esset,nunquam, postea quàm in senatum peruenit, eques appellatur, sed senator. atque ipse suis in scriptis,quum de ordine senatorio loquitur,nostrum appellat, quũ de equestri, non item. is igitur non eques, neque equestris ordinis,sed senator, & senatorij ordinis iure dicebatur. Ac mihi venit in mentem,quod in quadam epistola scripsit M. Cælius ad Ciceronem: Nostri, inquit, equites nisi acutius vidissent, nostri,ob eam causſam dixit, quia vterque patre equite Romano natus erat. Potest igitur esse eques equestri loco natus,& eques nó equestri loco natus. itémque potest esse senator equestri loco natus, & senator non equestri loco natus. cuius verò pater eques fuit, is, si senator factus est, desinit appellari eques,& equestris ordinis:eadem tamẽ retinet insignia, nisi si ea, ignominiæ causſa,notatus à Cẽsoribus amisit. Ex observationibus P. Manutij.
Eques,Qui equestrem habet ordinem.Martial.lib.8,
Vescitur omnis eques tecum populúsque,patrésque.
Acies equitum. Tacit.lib.20.
Exercitus equitum.Virg.11.Æneid.
Equitum virtute nomen Romanum victoriam cum laude possidet coniunctam.Cic.Antequam iret in exilium.
Turmæ equitum.Horat.2.epist.1.
¶Aliarius eques. Tacit.lib.12.Vide ALA.
Egregij equites.Iunenal.sat.10.
Infrænati equites, Vide INFRAENATVS.
Loricati equites,Vide LORICA.
Eques ipso melior Bellerophonte.Horat.3.Carm.ode 12.
Numerosus eques.Claud.in Eutrop.15.
¶Equitum aciem in collem erigere.Tacit.lib.20.
Inducere equites in pugnam.Vide INDVCO.
Locare equites pro cornibus.Quintil.lib.2.cap.13.
¶Equites etiam iudices vocabantur, quia iudicum decuriæ ex Equestri ordine deligebantur.Suet.in Cæsare, Ludis Decius Laberius Eques Romanus mimum suum egit: donatúsque quingentis sestertiis & anulo aureo, sessum in quatuordecim ex scena per orchestrã transit.Budæus.
Decus equitum.Horat.3.Carm.ode 16.
Equites ordini Senatorio dignitate proximi. Cic.pro Cluent.
Quem tu si ex censu spectas,Eques Romanus est. Cic. pro Rosc. Comœdo.
Celsus eques.Stat.1.Sylu.4.
Magnus eques.Horat.Epod.4.
Seuerus eques.Ouid.3.Amor.eleg.7.
¶Eques,pro ipso equo aliquando ponitur.Virg.3.Georgicorum,
Impositi dorso,atque equitem docuere sub armis
Insultare solo,& gressus glomerare superbos. Vide Gell.lib.18.cap. 5. & Macrob.lib.6.cap.vltimo.
Equester,equestris,& hoc equestre {ἱππικὸς} Quod pertinet ad equitẽ. Siponinus, Equestrem ordinem medium fuisse constat inter patritios & plebem. Principio equites iudicésque iidem habebantur, &

gestádi annuli aurei ius eis erat. Postea M.Cic.in Cõsulatu suo Equestre romen stabiliuit,Senatum ei concilians,celebrans se ex eo ordine p.ouectum esse. Ab illo tempore planè hoc tertium corpus in Repfactum est, cœpitque adiici Senatui, Pop.Rom.Equester ordo. Cicero ad Brutum, lib.11.16, Equestris ordinis princeps. Idem pro Cluent.

Equestre æs,inquit Festus.quod equiti dabatur.

Agmen equestre.Ouid.epist.9.

Census equester. Cic.Q.frat.lib.1.2., Ecce supra caput homo leuis ac sordidus,sed tamen equestri censu Catienus.

Copiæ equestres.Cic.2.de Finib.

Cursus equestres ducere.Virg.5.Æneid.

Disciplinâ equestris.Cic.6.Verr.

Equestri ortus loco.Cic.1.de Lege Agrar.

Pes equestris,Id est equinus.Sen. Thebaid.2.

Populi equestres.Stat.3.Sylu.3.

Prælium equestre.Cæsar 3.bell.Gall.

Pugna equestris.Cic.7.Verr.

Splendor equestris.Cic.pro Plancio.

Statua equestris. Cic.6.Philipp. Aspicite à sinistra illam.equestrem statuam inauratam.

Turma equestris.Claud.de bello Getico.

EQVESTRIS {ἱππικός} Ptolemæo, Sequanorum ciuitas in Gallia: vulgò *Neufchastel*.

Equestria {ἱππικὰ} quatuordecim ordines,in quibus equites sedebant, vocat Seneca de Benef. Equestria omnium Equitum Rom. sunt. Item,Habeo in Equestribus locum:non vt vẽdam: non vt locem, nõ vt habitem,sed tantum vt spectem.

¶Equestria item pro locis theatralibus equitũ, & modificatis verbis,pro equitibus vsurpauit Petronius, quũ scripsit, Nũquam tamen nisi in equestribus sedeo.Id est,nunquam est mihi res nisi cum iis qui sedent in quatuordecim ordinibus. Sic Turnebus.

Equito,equitas,pen.corr. {ἱππεύω, ἱππεύω} equitare, Equo vti. Horat. 2.Serm.sat.3,

Ludere par impar,equitare in arundine longa. Cic. 2. Tusc. Apud quos autem venandi & equitandi laus viget,qui,&c.

¶Equitare & homo vtens equo,& equus sub homine gradiens,dicebatur. Lucilius nanque vir apprimè linguæ Latinæ sciens, equum & currere & equitare dixit his versibus,

Queis hinc currere equum nos atque equitare videmus,
His equitat curritque:oculis equitare videmus,
Ergo oculis equitat. Hæc ex Gellio lib.18.cap.5. & Macrob.libro 6. cap.vltimo.

In orbem equitare,Id est in circulum.Ouid.12.Metam.

In equuleis equitare. Cicero 6. Verr.Iactabit sc & in his equitabit equuleis.

Equitare,antiqui dicebant equum publicum mereri.Fest.Pomp.

¶Equitare,pro Ostentare,iactare.Cic.in Verrem,Equitabit in his equuleis. Id est se ostentabit, se iactabit: qua in significatione verbo equitandi etiam vsum esse Arnobium Turnebus alicubi scribit.

Equitari, Passiuum {ἱππεύεσθαι.} Plin.lib.8.cap.18, Omnes autem in iis terris iumentorum dorso funguntur, atque etiam equitantur in præliis.De camelis.

Equitatio, Verbale {ἵππευσις.} Plin.lib.28.cap.4, Equitatio stomacho & coxis vtilissima.

Equitatus,huius equitatus,pen.prod. {τὸ ἱππικὸν, ὁ ἵππος} Equitum manus. Lepid. Ciceroni, Equitatum habet magnum. Cicero pro Font.

Magnos equitatus ad ea bella,&c. Claud.de laudibus Serenæ,22,

-dat Gallia robur

Militis,Illyricis sudant equitatibus alæ.

Victor equitatus. Tacit.lib.19.

¶Abducere ab aliquo equitatum.Vide ABDVCO.

Portis exiit equitatus.Virg.8.Æneid.

Instruere aliquem peditatu,equitatu, copiis.Cic.5.Philipp.

Orbare equitatu,Vide ORBO.

¶Equitatus, Actus equitandi. Plin.lib.28.cap.15, ad finem, Fœmina arteri,aduríque equitatu notum est.Id est equitatione.

Equarius,Adiect. {ἱππικός} Quod ad equum pertinet. vt Equarius medicus.Valer.Max.lib.vlt.cap.16.

Equaria pecuaria. Varro in Procœmio lib. 2. de Re rust. ad finem, Quòd & ipse pecuarias habui grandes,in Apulia ouiarias,& in Reatino equarias.

Equiferus, pen.corr. {ἵππος ἄγχω} Id est equus non domesticus. Plin. lib.28.In primis efficax equiferorũ sanguis. Et cap.10. De equiferis non scripserunt Græci.

Equimentum,equimenti,Merces quæ datur pro admissura equi.Varro, An si equam emisses quadrupedem vt meo asino Reatino admitteres,quantum poposcisses,dedissem equimenti?

Equile, equilis, penult.prod.neut.gener. {ἱππωνασία} Stabulum equorum. Varro libro 2.cap.7, suadet frænos in equili suspendere. Cato cap.14.

Equinus, pen.prod. {ἵππειος} Adiect.nomen possessiuum. Horat.1.de Arte poetica.

Humano capiti ceruicem pictor equinam iungere si velit.

Caudæ equinæ pilos vellere.Horat.2.epist.1.

Cornu equinum,Id est pes corneus equi.Valer.5.Argon.

Crista equina.Virg.10.Æneidos,

Ære caput fulgens,cristáque hirsutus equina.

Iuba equina. Plin.lib.2.cap.25. Ouid.12.Metam.

Neruus equinus.Ouid.1.de Ponto,eleg.2,

At semel intentus neruo leuis arcus equino.

Pecus equinum.Varro de Re rust.lib.2.cap.7.

Conculcare pedibus equinis.Ouid.12.Metamorphoseos,

-pedibúsque virum conculcat equinis.

Sanguis equinus.Ouid.9.epist.

Semiuir occubuit vi,Lerniferóque veneno

Nessus,& infecit sanguis equinus aquas.

Equina fera. Cic.5. Tusc.

Vbera equina.Horat.Epod.8.

Equisetum, equiseti, pen.prod.ab equus sic: Herba est quæ Græcè ἵππουρις dicitur: Hoc est,cauda equina. nostri à similitudine setæ equinæ nomen imposuerunt. est enim pilus terræ. Vide Plin.lib.26.cap. 13. *Prælam* vulgus Gallicum vocat.

Equiso, pen.corr. equisonis {ἱππονόμος, ἱππόδαμες} Equorum domitor. Varro Triodite Trifilio, Nam vt equus, qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, vt equiso doceat tolutim incedere. Idem Marcipore,Neque furentem equuleum insanus equiso exhibeat maris fluctibus.

Equisones, Veteres vocabant omnes quibus alicuius rei regimen committebatur:vt Nautici equisones.Nonius.

Equarius,equarij,Substantiuum,Equorum curator. Solinus cap.57,Alexandri Magni equus Bucephalus dictus, &c. quum ab equario suo altiùs etiã molliter sedaretur, accepto regio strato neminem vnquam alium præter dominum vehere dignatus est.

Equitabilis,& hoc equitabile, pen.corr. {ἱππάσιμος.} vt Locus equitabilis,in quo facilè equi inambulare possint. Liu.Opportuna explicandis copiis regio erat,equitabilis,& vasta planities.

Equitium,equitij {ἱππαγέλη} Equorum armentum. Vlpian.in l.Plenũ. §.Equitij.D.De vsu & habitatione.Equitij quoque legato vsu,videndũme & domare possit,& ad vehendum sub iugo vti.

Equitiarius, equitiarij,Equitiis custos, vel præfectus. Gallicè *haraßier*. Iulius Firmicus lib.8.cap.13, Centauro oriente qui natus fuerit, aut erit auriga,aut equorum nutritor & cultor, vel eorum exercitator, aut mulomedicus,vel equitiarius.

Equuleus, equulei, pen.corr.Diminutiuum {πῶλος} Pullus equinus & nouellus. Cic.Hortensio,Vt fame debilitetur equuleorum nimis efrænata vis.Liu.3.bel.Punic.Bos equuleum peperit.

Exagitantur tactu equulei fræno iniecto.Cic.3.Tusc.

Equuleus,tormenti genus, Vide ECVLEVS.

Equulus, equuli, penult.corr. {ἱππάριον} Paruus equus. Cicero lib.2.de Natura deorum, Omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, vt in equo quàm in equulo, in cane quàm in catulo, in viro quàm in puero.

Equula, equulæ, penult. corr. {ἱππάριον} Parua equa. Varro, Nemo est tam negligens, qui summa diligentia eligat asinum, qui satiat equulam.

Equio,equis {ἱππηγεῖν} equire, Coitum equi appetere,sicut suire suis. Plin.lib.10.cap.63,Equas domitas LX.diebus equire.

Equiria, equiriorum {ἱπποδρομία} Ludi quos Romulus Marti instituit per equorum cursum,qui in campo Martio exercebantur. Festus.Ouid.2.Fastorum,

Ex vero positum permansit equiria nomen.

E R

ER. Erunt, vel Erit, vel Ærarij. ER.COL. Ære collato. ER.P. Ære publico.

Eradico,eradicas,penult.corr. {ἐκριζόω} eradicãre, Auellere. Terent. And.4.5,

Di te eradicent,ita me miseram territas.

Eradicare aureis alterius, pro obtundere narrando aliquid. Plautus.Epid.99

-pugnis memorandi meis

Eradicabam hominum aures quando occœperam.

Eradó,eradis,penult.prod.erasi,erasum {ξύω} erádere Notæ significationis. Columel.lib.3,Postea furculos,quos inferere voles eradito tam altè quàm cuneum demisisti. Idem libro de Arboribus, capite 9.

Albo Senatorio aliquẽ eradere, Id est delere.Tacit.lib.4,Cæsar Apidium Merulam,quòd in acta diui Augusti non iurauerat, albo Senatorio erasit.

Eradenda elementa praui cupidinis.Horat.3.Carm.ode 24.

Erasus, pen. prod. Particip. {ἐξαλειφθείς.} Plin. in Paneg. Datum est iis qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant. Erasorum, id est deletorum è numerò eorum qui accipiebãt congiarium. Budæus.

Genæ erasæ. Propert.lib.4.eleg.8,

Qui dabit immundæ vænalia farta saginæ,
Vincet vbi erasas barba pudenda genas.

Timor erasus ex animo.Senec. Thyeste,6.

ERAEA {ἠραία} Ciuitas Græciæ, non longè ab Orchomeno & Mantinea, quam suo iam tempore concidisse, aut vix vllum ipsius apparuisse vestigium scribit Strab.lib.3.

ERANA,Oppidum in Amano à Cicerone captum. Cic.15.Famil.Eranã autem quæ fuit non vici instar,sed vrbis,&c.

ERANA {ἔρανα} Vrbs est media inter Pylum & Cyparissiam, circa quã Pamisus amnis effluit,& quam nonnulli Arenam falsò quondã crediderunt. Strab.lib.8.

Erania pecunia quid,& corruptè hactenus erosa apud Iurisconsultum in l. Creditor. de solut. lectum esse Alciatus ostendit lib.Dispunct.2. cap.25. Catanæus apud Plinium secũdum, vocem eranos,interpretatur,Exactores collationum,dicẽs sic Pollucem, Athenæum, & eos secutum Ammonium interpretari.

Eranthemon {ἐρανθεμίων} Vnũ,ex nominibus anthemi herbæ: sic dictum,quòd vere floreat. De hac vide Plin.lib.22.cap.21.

ERANVSA,Insula in Locris Italiæ frontẽ,de qua Plin.lib.3.cap.10.

ERAPHIOTES {ἠραφιώτης} Bacchus dictus est,ab inducenda contẽtione, quoniam vinum iram atque certamen inducit. ἔρις enim contentio, φώνεσ ostendere.

ERAPHVS {ἠραφος} Ægypti rex, qui obeliscum vnum posuit sine notis quadragenũm octonũm cubitorum, vt refert Plinius libro 36. cap.9.

ERASINVS, pen.prod. {ἐρασῖνος} Achaiæ fluuius, in sinu Argolico, vt scribit Mela. Is terras subit, rursúmque redditur: sicut in Asia Lycus, in Mesopotamia Tigris,Plinio. Ouid.15.Metamorphoseos,

Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris. Lege Herodotum lib. 6.vbi de Cleomene.

ERASISTRATVS, pen.corr. {ἠρασίστρατος} Medicus eximius ex familia Aristotelis natus, in quẽ sæpius inuehitur Galenus. Meminit huius multis in locis Plinius.

ERATE, Nymphæ nomen, quæ Arcados Callistûs filij consuetudine vtebatur,oraculáque Arcadibus ex sacello quopiam, in quod per gradus aliquot ascendebatur,edere solebat,vt scribit Pausanias.

ERATE,es {ἠράτη} Nympha Oceani & Tethyos filia, ἀπὸ τῦ ἔρατος, hoc est ab amore nomen habens.

ERATO, ἀπὸ τῦ ἔρατος, hoc est ab amore nomen habere innuit Ouid.2. de Arte,hoc versu,

Nunc mihi siquando,Puer,& Cytherea fauete:

Nunc Erato:nam tu nomen amoris habes. Eadem de causa illam in tertio Argonauticõn inuocat Apollonius. Diodorus verò lib.5. cap.1, id nominis fortitam Erato ait, quòd docti homines ab omnibus amentur. Fulgentius dictam existimat quasi ἔλεῶν ὅμοιον, hoc est simile inuentens:quia post scientiam & memoriam, iustum est vt aliquid de nostro simile inueniamus. At verò Cornutus ab interrogando & respondendo, id est ἐρώτησιν καὶ ἀποκρίσεσιν. hæc enim duo maximè disputantibus & eius facultatis studiosis conuenire videmus. Saltatricem Erato poeta illo versiculo describit: Plectra gerens Erato saltat pede,carmine,vultu. Quin & ipsam saltandi rationem inuenisse,Græci quidam prodidere: alij musicam. At Proclus qui in Hesiodum commentarios reliquit,poeticos ei inuentionem attribuit. Eadẽ & Thamyræ mater perhibetur, qui amatoria primus cecinit.

Arcades Erato inter Musas non communerant: sed vatem quampiam fuisse aiũt,quæ Arcadi Callistûs filio nupserit, & per eam mortalibus Pana oracula dedisse.

ERATO,pen.corr. {ἐρατώ} Vna musarum ab amore dicta:quòd præsit his qui amoris face rapiuntur. Virgil.10.Æneid. Nonnunquam pro Calliope poniter, vt Virg.lib.7.Æneidos,

Nunc age qui reges Erato,&c.Seruius.

ERATOSTHENES, pen.corr.Cyrenæus, Aristonis Chij & Callimachi poetæ discipulus,Plato minor à quibusdam ob doctrinam vocitatus, præfuit bibliothecæ regiæ.scripsit præter philosophiam poemata,historias,Astronomica,de sectis dialogos. Author Suidas. Quintil.lib. 1.cap.1.

ERATVM {ἤρατον} Vrbs Sabinorum,quam vicum potius quàm vrbem censeri debere tradit Strab.lib.5.

ERATYRA {ἠράτυρα} Illyrici ciuitas,imperio Cadmi nepotum & Hermiones aliquando subiecta,de qua vide Strab.lib.7.

ERAVISCI,Pannoniæ populi.Plin.lib.3.cap. 25.

E R C

ERCINIA {ἡρκύνιος δρυμὸς} Multis syluis nomẽ peculiare, fed apud Germanos maximè,quæ apud Græcos Orcinia dicitur. Ab Hefuetis ad Nemetum, Taurinorúmque fines protenditur,& ad Dacos & Danubium:inde ad alias gentes. Alij scribunt Hercynia. Eius memiait Cæsar lib.6.bel.Gal. Vide HERCYNIA.

Erciscor,ercisceris {ἐρπίζω} ercíscere, Verbum compositum à coercendo & ciendo. Festus,Erctum quod fit inter consortes, vt in libris legum Romanarum legitur. Erctum à coercendo dictum: vnde & Erciscundæ & ercisctum, vocatum est autem à ciendo. Hactenus Festus.Vnde Erciscundæ familiæ iudicium dicitur, quod fit in bonorum diuisione. Alij ab ἐρπίζειν,quod interspire & diuidere significat, deduci contendunt:ideóque aspirandum dicunt. Potius Erciscor tertiæ coniugationis,quum legamus Erciscundæ participium vt dicundæ,legundæ,quod idem in secunda coniugatione non fit.

Verbis ercisceri. Cic.1 de Orat. Vide Strebæum, qui non probat Erciscere,legítque Herciscere.

Postulare aliquem familiæ erciscundæ.Cic.pro Cecinna.

Erciscundi Stoici. Seruius in illud lib.3.Æneidos,

-animámque sepulchro

Condimus. Legimus, inquit, in sexto, insepultorum animas vagas esse:& hunc Polydorum constat non legitimè sepultum fuisse. Ritè ergo reddita legitima sepultura, redit anima ad quietem sepulchri, quam Stoici erciscundi,id est medium sequentes, tam diu durare dicunt,quandiu durat & corpus. Paulo pòst, Ideò autem Stoicos medium sequi diximus,quia Plato perpetuam dicit animam, & ad diuersa corpora transitum facere statim pro meritis vitæ prioris. Pythagoras verò non μετεμψύχωσιν, sed παλιγγενεσίας esse dicit,hoc est redire, sed post tempus.

Erctum,pro Arctum ab Arceo dixerunt veteres.Festus.

E R E

EREBINTHVS Dionysius {ἐρεβίνθιος διόνυσος} in contumeliam & derisum dicebatur (quod & in prouerbium transiit) à cicere videlicet legumine, vel à pudendo, quando id vtrunque ἐρέβινθος indicat. Hesychius ἐρεβίνθιος διόνυσος vsurpat pro eo qui nullius rei homo sit, nec dignus: iuxta (inquit) prouerbium,Cicerinum ius,quum tamen ad multa medici vtantur. Sunt qui Erebinthium Dionysium ideò dictũ putent, quòd ex leguminibus ab antiquis conficeretur, sicut zithus Ægyptiorum,celia Hispanorum,cerusia Gallorum: qui potus, inopia vini repertus fuit in his regionibus quæ minus vitem ferunt.

Erebinthus {ἐρέβινθος} Legumen est flatuosum, copiosi nutrimenti, aluo mouendæ habile, ciendæ vrinæ idoneum, lacti & semini generando aptum: prolicit verò & menses. Vide plura apud Galen.lib.6. de simpl.medic.facult.

EREBINTHVS {ἐρέβινθος} Insulæ nomen, apud Plin.lib.5.cap.vlt. Collocat autem eam in Bithynia vltra Heracleam.

Erebus,Erebi, m.gne. {ἔρεβος.} Festus Pompeius, Erebum Virgilius interdum obscuritatem quandam esse describit apud inferos,quũ ait,

-imas Erebi descendit ad vmbras. Interdum flumen eiusdem loci dicens,

-& magnos Erebi tranauimus amnes. Varro verò Erebo natam noctem ait, Vnde est & illud, Erebo creata fuscis crinibus Nox tetinuoco. Hactenus Festus. Cic.de Nat.deor.Amor, dolus, metus, labor,inuidentia,fatum,senectus,mors,tenebræ,miseria,querela,gratia,fraus,pertinacia,parcæ, hesperides,somnia,quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt.

Deæ Erebi,Furiæ.Senec.Octau.17.

Regina Erebi,Proserpina.Ouid.5.Metam.

Profundi Erebi ripa.Stat.1.Thebaid.

Sedes imæ Erebi.Virg.4.Æneid.

Vmbræ imæ Erebi.Virg.6.Æneid.

Erebeus,pen.prod.Adiectiuum {ἐρέβεος.} Ouid.in Ibin,Pectoráque vnxerunt Erebeæ felle cobræ.

ERECTAEVM,Delubrum Neptuni in Achaia, cuius hoc fertur memorabile, vt aqua in puteo flante Austro fluctuet, cæteris verò perflantibus ventis iaceat immota. Vide Alex.ab Alex.lib.6.cap.2.

Erectus,Vide ERIGO.

ERECTHAEVS {ἐρεχθεύς} Rex Athenien sis : cuius filiæ virgines mortem pro patria contempsisse dicuntur. Cic. pro Sext. Mortem quam etiam virgines Athenis, regis opinor Erechthæi filiæ, pro patria contempsisse dicuntur: ego vir Consularis tantis rebus gestis timerem?

Arces Erechtheiæ,Athenæ.Ouid.8.Metam.

EREMBI {ἐρεμβοί} Populi in Arabia, qui præruptæ saxa nudi inhabitant. Author Strab.lib.16.

Eremigo,eremigas,pen.corr. {ἐρημάω} eremigãre, Enauigare, emetiri. Plin.lib.2.cap.67, Circa Caspium quoque multa Oceani littora explorata,paruóque breuius, quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus.

Eremodicium {ἐρήμη δίκη} Vadimonium desertum dicitur à Demosthene. Vnde vno verbo eremodicij dicitur, quod in Pandectis, tit.de Minoribus,in l.Ait prætor. §. Idem in eremodicijs.& C. de iudiciis.l.Properandum.§. Sin autem. hermodicium corruptè legitur. Dicitur quasi desolatum ac desertum,seu desertio causæ,absentia,seu negligentia partium facta. Budæus.

Eremus, eremi, pen. prod.f.g. {ἔρημος} solitudo. vnde Eremitæ,pen. prod.dicti, qui eremum, hoc est locum solitarium, religionis ergò incolunt.

Erepo,crepis, pen.prod.crepsi, ereptum {ἕρπω} erepere, Difficiliores loca aspera & edita scandere: tanquam opus sit erepere maius quàm ambulare.Plaut.Aulul.20,

Foras lumbricem,qui sub terra erepsisti modó. Varr.3.de Re rust.cap. 15.Ne ex ea erepere possit. Horat.1.Serm.sat.5.

Ereptor,Ereptio,Ereptus,Vide ERIPIO.

ERESICHTHON {ἐρυσίχθων} Vide ERISICHTHON.

ERESII {ἔρεσοι} Populi in Æolide, Rhyndaco amni finitimi, vt scribit Plin.lib.5.cap.30.

ERESOS,Insula in Chio,de qua Plin.Restant Eresos,Pyrrha, & libera Mutylene annis D.potens. Hæc ille lib.5.cap.pen.

Eretria, Genus cerussæ, quæ terræ suæ nomen habet, qua præcipuè vsus fuisse dicitur Parrhasius.Plin.lib.35.cap.6.

ERETRIA,æ,pen.corr. {ἐρυτρία} Oppidũ est Bubœæ insulæ,circa quod effoditur terra in medicinæ vsũ præstantissima,quam ab ea Eretriam vocant. Eius Dioscorides duas facit species, vnam vehementer albã: alteram ad cineris colorem vergentem. Plin.etiam Eretriam terram inter p.ctorum colores enumerat lib.35.cap.6. Huius vrbis meminit & Homer.2.Iliad.in Catalogo nauium.

Eretriacus, a, um, vnde Eretriaci philosophi. Cic.2.Acad. Eretriaci philosophi à Menedemo Eretriate sic appellati,qui & Megarici. Horum,vt idem inquit,omne bonum in mente positum,& mentis acie, qua verum cerneretur. Vide 4.Acad.

ERETVM,pen.prod. {ἔρετον} Vicus Sabinorum supra Tyberim. Virg. 7.Æneid.Ereti manus omnis,&c.

EREVTALION {ἠρευτάλιον} Viri proprium,quem Nestor interemit,dixítque illum cum miraculo corporis,tum excellentia armorum præcipuum in bello Pylíorum & Arcadum fuisse.

E R G

Erga {εἰς, πρὸς, ἀπὸ} præpositio, accusatiuo casui seruit, & pro in,vel contra,aut aduersus sumitur. Cic.ad Lentulum, lib.1.1,Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus. Terent. Heaut.1.2,

Timet omnia,patris iram,& animum amicæ se erga vt sit suæ,&c.

Affecti erga amicum simus eodem modo quo erga nosmetipsos. Cic.de Amicitia.

Animos eorũ,apud quos agitur, cóciliari quammaximè ad beneuolẽtiam,cum erga oratorem,tum erga illum, pro quo dicet orator. Cic.2.de Oratore.

Facere erga aliquos aliquid. Cic.2.de Nat.deor.

Beneuolentiam erga aliquos habere.Cic.1.Offic.

Officium & studium erga propinquum habere. Cic.pro Quint.

ERGANES, nis, Rex fuit Æthiopiæ,qui quũ in Meroe Iouis sacerdotes adeò superstitione implessent animos, vt nonnunquam misso nuntio necem regi Æthiopiæ demandarent,nullo deprecante, aut mandatum iussionémve abnegãre, re audita & nuntio,sacerdotes omnes occidit,& sacerdotium sustulit. Testis Alex.ab Alex.lib.2.cap.8

ERGASTERIA, orum {ἐργαστήρια} Vicus insignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringentis & quadraginta stadiis à Pergamo distans, metallorum fodinis nobilis, à quibus & nomen accepit, ab officinis videlicet metallorum. Celebratur hic vicus à Galeno lib.9. Simplic. medicam.

Ergasterium,rij {ἐργαστήριον} Officina vbi aliquid operamur, vt est in Decretis dist.44, Nulli clerico liceat tabernam aut ergasterium habere.

Ergastulum,pen.corr. {ἐργαστήριον, αὐδραποδιστὴς } Locus in quo mancipia deteriora in vinculis opus facere cogebantur, vt metallarij serui solent,vt ait Budæus. Iuuenalis.sat.8,

Quid facias talem sortitus Pontice seruum?

Nempe in Lucanos,aut Tuscæ ergastula mittas. Accipitur interdũ pro ipsis mancipiis quæ in custodia alligabantur. Iuuen.sat.14,

Quem mirè afficiunt inscripta ergastula. Varro, Misstque mox eò nuntium,qui tota ergastula donaret libertate. Liu.2.ab Vrbe. Columel.lib.1.cap.6,Optimè solutis seruis,cellæ meridiem æquinoctialem spectantes sient. Vinctis quàm saluberrimum subterraneum ergastulum plurimis, sitque id angustis illustratum fenestris. Cic.pro Cluent.Inter sicarios damnatus est,manus incidit, & apud eum fuit in ergastulo.

Compedes & ergastula. Cic.pro Rabirio perduel.reo, Quum Saturninus Capitolum teneret, armatus esset vnà C. Glaucia, C.Saufeius,etiam ille ex compedibus,atque ergastulo Gracchus.

Soluere ergastula. Brutus Cic.lib.11.13, Quacunque iit, ergastula soluit,homines arripuit,cõstitit nusquam,priusquam ad vada venit.

Ergastulus,ergastuli, pen.corr. { δοῦλος, ἐργαστήρ. } Custos pœnalis loci. Lucilius,lib.15,Non ergastulus vnus,& alius iudicem appositus,vt nemo sententiam liberè magis,quàm ergastulus dicere possit. Nonius.

Ergastularius { ὁ τῷ ἐργαστηρίῳ, αὐδραποδιστὴς ὑπηρέτης } Qui præest ergastulo & mancipiis. Vnde Colum.lib.1.cap.8,docet quomodo mancipia ab ergastulariis tractari debeant.

ERGASYLVS,Nomen viri proprium Tortelio.

Ergata, ergatæ, pen.corr. Machina est tractoria, axe recto, quæ non brachiorum ductum,sed ambientibus & obnitentibus vectiariis versatur.Ea mirè facit ad exoneranda nauigia,prægrandibus saxis, quæ manus humanæ moliri non possint, onusta. Vulgò vocant *vn Singe*. Vide Vitruuium lib.10.cap.4.

ERGAVICA { ἐργαυίκη } Oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Vasconum,teste Ptolemæo lib.2.cap.6. Plin.quoque lib.3.cap.3, Ergauicenses populos enumerat in eodem Hispaniæ tractu.

ERGETIVM {ἐργέτιον} Oppidum Siciliæ, cuius incolæ dicuntur Ergetini,quorum meminit & Plin.lib.3.cap.8.

ERGINVS, Tyranus fuit, qui ab Hercule ex Mynyis Orchomeni vrbe extrusus, & postea extinctus fuit.

¶Erginus,Thraciæ fluuius, authoribus Plinio & Pomponio Mela lib.2.in descriptione Thraciæ.

Ergo { οὖν, τοιγαροῦν, τοίνυν } Illatiua siue completiua coniunctio: & minoribus cõclusionibus competit:ponitúrque in principio pro itaque. Plaut.Amphit. 4. Virg.2.Æneidos,

Nos abiisse rati,& vento petiisse Mycenas:

Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu. Cic.de Amic. Ergo hoc proprium est animi bene constituti & lætari bonis rebus, & dolere contrariis.

Tace dum tabellas pellego.c.ergo quin legis?Plaut.Pseud.3.

Ipsus inquam Carmides sum.s.ergo ipsúsne es? Plaut.Trin.13.

Tibi ergo.Terent.5.2,

D.Mihine? s.tibi ergo.

Quid ergo est? Primùm magnitudo periculi, &c. Cicero pro Quintio.

Ergo,dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus, creuit imperium Romanum. Liu.4.ab Vrbe.

Ergo etiam pretium aliquanto quàm cætera grauius atque atrocius fuit.Liu.2.ab Vrbe.

Non ergo. Vide NON.

Num ergo is excæcat nos aut orbat sensibus? Cic.4.Acad.

¶Ergo,tertio loco positum. Liu.1.ab Vrbe, Nec manere ergo,nec transire ausus.

¶Ergo,productè, inquit Festus, idem quod χάριν, hoc est gratia, quum scilicet gratia intelligitur pro causa. Virg.6.Æneidos,

-illius ergò

Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. Vide Seruium in hunc locum. Cic.Att.lib.3.65, Siquid contra alias leges eius legis ergò factum sit. Idem de Optimo gen.Orat.Eum donari virtutis ergò, beneuolentiæque.

¶Ergo,pro Et sanè:vt sit confirmandi nota, non cõcludendi. Cic. pro Quintio, Ergo hercule cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama & existimatio cum bonis simul possidetur. Ibidem,Qui locus igitur absentis defendẽdi procuratori primus datus est? quum proscribebas. Ergo affuit, non passus est. Plautus in Epidico,Act.3. scen.vltima, -MIL.quæ te intemperiæ tenent?

Quas tu mihi tenebras cudis? quin fidicinam

Producí intus iubes? PERIPH.hæc ergo est fidicina:

Hic alia nulla est. Idem in Bacchid.Act.1.scen.vltima,

LYD.Non hic placet mihi ornatus. PEST.nemo ergo tibi

Hoc apparauit:mihi paratum est, cui placet.

Ergolabus, pen. corr. { ἐργόλαβος } Operarius, manceps, operarum redemptor.ἐργολαβία, opus faciendum conduco, operam loco, rem perficiendam suscipio,redempturas facio,& inde lucrum facio: ἐργολαβία,merces ex labore,manualis operatio,redemptio operis, & cõductio, vel locatio. In Codice Iustiniani,tit.de Monopoliis, Ædificiorum quoque artifices, vel ergolabi, aliorúmque diuersorum operum professores, penitus arceantur pacta inter se componere, vt ne quis quod alteri commissum sit opus impleat, aut iniunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat. ¶Ergolabi etiam ab Oratoribus dicti sunt sycophantæ & quadruplatores,quæstui delationes habentes, qui compendia sua comparant ex alienis dispendiis,atque calamitatibus:Interpretes etiam & sequestres,qui iudiciis corrumpendis, aut eiusmodi maleficiis suscipiendis operam suam locant. Cic. sequestres appellat.

E R I

Eria {ἔρια} Græcis sepulchra dicuntur, vt Theocriti interpres scribit in Pharmaceutria, παρὰ τὴν ἐπιχωρίαν τῶν τάφων ἔρκος, id est ab ea quæ

mortuis iniiciatur terra, quam vocãt ἔρκος. ¶Sunt qui Eria opinentur dici,non furrecta,sed iacentia sepulchra. Plura Cælius lib.17.cap.20.

ERIBOEA { ἠριβοία } Macedoniæ vrbs Ptolemæo,vulgò *Presta*. ¶Eriboea item dicitur Iuno, Mercurij nouerca, apud Homerum libro 5.Iliad.

Ericæum,Tertium genus mellis vocatur, minimè probatum, & syluestre. Conuehitur post primos autumni imbres, cum erice sola floret in syluis,ob id arenoso simile. Plura Plin.lib.11.cap.16.

ERICATES,pen.prod.Viri cuiusdam Lycaonij nomen,à Messapo Turni comite interfecti,vt Virgilio placet 10.Æneidos,

Cedicus Alcathoum obruncat,sacrator Hydapsem

Messapus Gloniúmque,Lycaoniúmque Ericatem.

Erice,erices.pen.pro.siue Erica,ericæ:siue Erix,ericis,f.g. {ἴρυσις} Frutex non multum à myrice differens, colore rorismarini & penè folio. Plin.lib.24.cap.9.

ERICHTHAEVS, idem Erichthonius { ἠριχθόνιος } de quo sic Seruius scribit, Vulcanus impetrato à Ioue Mineruæ coniugio, illa reluctante,effectum libidinis proiecit in terram: inde natus est puer draconteis pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de terra & lite procreatus. nam ἔρις, est lis:& χθών, terra. Hic ad tegendam pudi fœditatem,iunctis equis vsus est curru, quo tegeret sui corporis turpitudinem.Virg.3.Georgicorum,

Primus Erichthonius currus,& quattuor ausus

Iungere equos:rapidísque rotis insistere victor. Idem fuit Athenarũ rex,& argenti inuentor secundum Plinium. Vide Hyginum.

Domus Erichthæa. Ouid.6.Fast.

Populus Erichthonius,Athenienses.Propert.lib.2.eleg.6.

ERICHTHO { ἠριχθὼ } mulier Thessala, multis veneficiis famosa. De qua abunde Lucanus lib.6. De hac & Ouidius in epistola Sapphus, Illuc mentis inops,vt quam furialis Erichtho Impulit.

Erichthonius { ἠριχθόνιος } Vide ERICHTHAEVS.

ERICIS, portus Ptolemæo,Liguriæ oppidum, Plinio Delphini portus, Vulgò *Finus port.*

ERICVSA { ἠρικοῦσα } Vna ex septem insulis Lipareis, quam ab arbustis vocatã,& ad pascua prorsus omissam tradit Strab.lib.6. Meminit & Plin.lib.3.cap.9.

ERIDANVS,pen.corr. { ἠριδανὸς } (inquit Seruius) Solis filius fuit: hic à patre impetratum currum agitare non potuit. Et quum eius errore mundus arderet, fulminatus, in Italiæ fluuium cecidit: & tunc à luce ardoris sui Phaethon appellatus est, & pristinum nomen fluuio dedit. Vnde mista hæc duo nomina inter Solis filium & fluuium inuenimus. Postea eius sorores, flendo in populos arbores versæ sunt. Hæc Seruius,explicans illud Virgilij in 6,

Inter odoratum lauri nemus,vnde supernè

Plurimus Eridani per syluam uoluitur amnis. Eridanum in cælo etiã Aratus esse dixit, stellam Arieti proximam. Cic.in Arato. Vide Higynum.

Auratus Eridanus gemina cornua.Virg.4.Georg.

Maximus Eridanus.Ouid.2.Metam.

Sacer Eridanus.Silius lib.12.

Gurgite sydereo subterluit Oriona.Claud.4.Paneg.

Fluuiorum rex Eridanus.Virg.1.Georg.

Venetus Eridanus.Propert.lib.1.eleg.11.

Erigeron, pen.corr. Herba, à nostris vocatur senecio: trixaginis specie, & mollitia cauliculis subrubicundis: nascitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc Græci dederunt, quia vere canescit. Caput eius numerosa diuiditur lanugine. Hæc Plin.lib.25.cap.13. Aquibusdam per aspirationem scribitur. significat autem vox ipsa vernum senem, quòd citò in pappum & lanuginem abeat. Vulgus vocat *du senegon.*

Erigo,erigis,pen.corr.erexi,erectum { αἰωρόω,ἀνυψόω } erigere,Ab ex & rego,significat eleuare. Cic.pro Rosc.Amer. Quem simul atque attigi,statim homo se erexit.

Abiicere & Erigere, contraria. Cic.1.de Legib. Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum,solum hominem erexit:& ad cæli, quasi cognationis domicilíque pristini conspectum excitauit.

Erigere ad gloriam & efferre. Cic.Antequam iret in exilium,Nã me quem paulo antè fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem,populus tribuit honorem: eundem Tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem.

Extollere caput,& se erigere. Cic.pro Plancio, Vbi illa antiqua libertas,quæ malis oppressa Ciuilibus extollere iam caput, & aliquando recreata se erigere debebat?

Erigere ad spem,& in spem. Cic.pro Domo sua, Ciuitatémque statam malis,mutam,debilitatam,abiectam metu,ad aliquam spem libertatis, & pristinæ dignitatis erexit. Liuius 10.bel.Pun. Iis honoribus mollitus regis animus, erectúsque in spem propinquam sublato Syphace, &c.

Erigere in gradus.Colum.lib.8.cap.15.

¶Erigere aciem. Liu.3.ab Vrbe, Hunc ducem secuti, nequicquam reclamantibus Tribunis,in cliuum Capitolinum erigunt aciem.

Erigere aculeos iudicum in rem, in vitia,in mores, in tempora. Cic.pro Cælio.

Erigere afflictum. Cic. pro Lege Manilia, Diffidentémque rebus suis confirmauit,& afflictum erexit,perditúmque recreauit.

Aliquem erigere, Ad diuitias & honores extollere. Ouidius ad Pisonem,

Mecœnas tragico quatienter pulpita cæstu Erexit Varum.

Animum erigere, & spem afferre. Cic.5.Philipp.Atque vt oratio Consulum animum meum erexit,spémque attulit non modò salutis conseruandæ,verùm etiam dignitatis pristinæ recuperandæ.

Erigere animos. Cic.ad Atticum,lib.1.11,Quamobrem p.c.erigite animos,retinete vestram dignitatem.

Erigere animum, & respirare à metu. Cic.pro Cluent.Qui nunc primùm post illam flammam,aliorum facto & cupiditate excitatam, spe vestræ æquitatis erigere animum, & paulum respirare à metu cœpit.

Animum

Animum demissum & oppressum erigere. Cic.pro Cluent.

Erigere animos ad audiendum.Cic.4.Acad.

Erigitur animus expectatione rerum bonarum. Cic.2.de Leg.

Arces erigere.Stat.3.Syl.1.

Erigere aures,& animum attendere. Cic.3.Verr.Quo tempore igitur aures iudex erigeret,animúmque attenderet.

Caput expergefactum erigere.Lucret.lib.5.

Erigere caudam falcatam in sublime.Plin.lib.10.cap.21.

Erigere omnium cupiditates,& acuere industriam. Author ad Herennium,lib.4,Nam quum res probabiliores, tum hominum studia ad imitandum alacriora reddit,imò erigit omnium cupiditates,& acuit industriam.

Erigere expectationem alicuius. Plin.epist.156, Erexi expectationem tuam,quam vereor ne destituat oratio in manu sumpta.

Fumus erigitur ad sydera.Virg.9.Æneid.

Gradum erigere,Id est altius tollere, vt solent qui ascendunt cliuũ aliquem.Silius lib.3,

Quóque magis subiere iugo,atque euadere nisi

Erexere gradum,crescit labor.

Iras erigere. Silius lib.4,

Tantus semifero Chryxus sub pectore murmur

Torquet,& horrisonis vlulatibus erigit iras.

Iubam erigere.Senec.Hippol.10,

Cærulea taurus colla sublimis gerens

Erexit altam fronte viridanti iubam.

Mentem erigere,Forti animo esse.Lucanus lib.8,

-erige mentem,

Et tua cum fatis pietas decertet.

Erigere mentes aurésque,& attendere. Cic.pro Sylla,Erigite mentes aurésque vestras,& me de inuidiosis rebus,vt ille putat,dicentem attendite.

Oculos erigere. Ouid.4.Metam.

Ad nomen Thisbes oculos in morte grauatos Pyramus erexit. Cic.pro Sext.

Patriam erigere,Id est celebrem reddere.Claud.8.Paneg.

Pectus erigere.Stat.1.Achil.

Erigere & recreare afflictam & perditam prouinciam. Cicero 5. Verrin.

Rempublicam erigere.Cn.Magnus Domitio, in Epist.ad Atticũ, lib.8.Possumus etiam nunc Rempublicam erigere, si communi consilio negotium administrabimus.

Erigere scalas ad mœnia & ad murum. Liu.2.bel.Maced.

Se erigere. Cic.2.de Orat. Paululum se erexit, & addidit historiæ maiorem sonum vocis vir optimus Crassi familiaris Antipater,&c.

Se erigere,& ab omni solicitudine abstrahere. Cicero pro Deiotaro,Non dubito quin tuis literis,quarum exemplum legi, quas ad eũ Tarracone huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit,ab omnique solicitudine abstraxerit.

Erigere se,& confirmare. Cic.Qu.frat.lib.1.3,Erige te & confirma siquæ subeunda dimicatio erit.

Erigere & parare se ad. Cic.in Orat. In quo aut concilietur auditor,aut erigatur,aut paret se ad discendum.

Exurgere,& erigere se.Cic.2.de Leg.Agrar.Hæc quæ procul erant à conspectu imperij,non solùm afflixerunt, sed etiam nequando recreata exurgere atque erigere se possent,funditus,vt dixi,sustulerunt.

E partibus infernis sese erigere.Cic.2.de Nat.deorum,

Hic sese infernis è partibus erigit hydra. Ex quodam poeta.

Contumacius se erigere. Quint.in Procem.lib.6, Sed vel propter hoc nos contumacius erigemus.

Serpens erigitur.Ouid.15.Metam.

Te iam series vsúsque laborũ Erigit. Lucan.lib.1.Id est euehit ad summam nobilitatem.

Studia prima se erigunt ad imitationem condiscipulorum.Quint. lib.2.cap.3,Non excidit mihi,scripsisse me in libro priore, quum potiorem in scholis eruditionem esse,quàm domi dicerem, libentius se prima studia,teneróque profectus ad imitationem cõdiscipulorum, quæ facilior esset,erigere.

Syluas erigere,Id est ligna in pyram extruere.Lucan.lib.7.

Pontus in scopulos vndas erigit.Lucan.lib.5.

Vultum erigere.Ouid.14.Metamorphoseos,

-illa diu vultum tellure morarum Erexit.

Vultus erexit rubicunda Phœbe.Seneca Hippol.6.

¶Erigi.Cic.4.Acad.Erigimur,altiores fieri videmur, humana despicimus, cogitantéque supera atque cælestia, hæc nostra exigua & minima contemnimus.

In aliquem erigi. Ouid.12.Metam.

In digitos erigi.Quintil.lib.2.cap.3.

Sub auras erigi.Virg.8 Æneid.

Contra aliquem erigi.Stat.8.Thebaid.

Bonis erigi.Cic.1.de Finib.Sed vt his bonis erigimur,quæ expectamus,sic lætamur his quæ recordamur.

Erectus, Participium { αἰωρωθείς. } Cic.1.de Orat. Hæc igitur & horum similia iura suæ ciuitatis ignorãtem, erectũ & celsum alacri & prompto ore,ac vultu huc atque illuc intuentem,&c.

Erectus expectatione.Liu.2.ab Vrbe, Quum plebs in foro erecta expectatione staret.

Ardens & erectus ad libertatem. Cic.4.Philipp.Ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor.

Celsus & erectus. Cic.2. de Nat.deor. Primùm eos humo excitatos,celsos & erectos constituit, vt deorum cognitionem cælum intuentes capere possent.

Liber & erectus. Horat.1.epist.1,

Anqui fortunæ te responsare superbæ

Liberum & erectum præsens hortatur & optat?

In auras erectus.Silius lib.4, -erectus in auras

Ire supipes. Ouid.3.Metam.

In spem erectus.Tacit.lib.17.

Alacer & erectus animus. Cic.de Senect.

Erectus animus,& minimè perturbatus. Cicero ad Atticum, libro 2.39.

Magnus animus & erectus. Cic.pro Deiotaro.

Capillo erecto ouolare ex aliquo loco. Author ad Herennium libro 4.

Erectus horret crinis.Senec.Herc.OEtheo,6.

Cristæ erectæ.Silius lib.7.

In armos erectus equus.Stat.6.Thebaid.

Mens erecta. Quintil.lib.1.cap.3.

Pectore erecto ambulare. Claud.1.in Eutrop. de simio.

Proræ erectæ. Statius.1.Thebaid.

Pyra sub auras erecta.Virg.4.Æneid.

Status erectus & celsus.Cic.in Orat.

Erecta in arcem via. Liu.4.ab Vrbe,Perfosso à castris mõte, erecta in arctum via est.

Erectum vorum.Stat.6.Thebaidos,

Quem vinci haud quisquam,sæuo nec sanguine tingi

Malit,& erecto timeat spectacula voto. Erecto voto, Id est suspenso fauore propter incertum victoriæ exitum.

Vultus erectos ad sydera tollere.Ouid.1.Metam.

Erectus, Nomen ex participio { αἰώρωτος. } Cic.ad Brutum,10, Erectior Senatus erat non sententiis solùm nostris, sed cohortationibus excitatus.

Minor & Erectior,contraria.Claud.de Aponi balneis,55.

Animi erectus,Id est erecto & excelso animo.Sil.lib.13.

ERIGONE,pen.corr. {ἠριγόνη} filia Icarij,& soror Penelopes:quæ patrẽ suum à rusticis ebriis occisum ita luxit,vt seipsam præ dolore suspenderit. Sed miseratione deorum mutata fuit in cæleste signum, quod Virgo dicitur.Virg.1.Georgicorum,

Qua locus Erigonem inter,Chelásque sequentes

Panditur. Vide Hyginum.

Flebilis Erigone.Stat.11.Thebaid.

Erigonen à Baccho compressam fuisse in vuam mutato docet Ouid.6.Metamorphoseos,

Liber vt Erigonen falsa deceperit vua.

Erigoneius,Adiect. {ἠριγονήιος.} vt Canis Erigoneius.Ouid.5.Fast.Id est Canis,sydus cæleste. Vide Hyginum.

ERIGON {ἠρίγων} Fluuius, qui multis acceptis amnibus ex Illyricis montibus,& à Lyncistis, & Brigibus & Deuriopis, aliísque compluribus in Axiam irrumpit.Verba sunt Strab.lib.7.

ERIGONVS,Pictor insignis, de quo Plin.lib.35.cap.11, de picturis agẽs, Nanque Erigonus, inquit, tritor colorum Nealcæ pictoris intantum ipse profecit, vt celebrem etiam discipulum reliquerit Pasiam, fratrem Æginetæ fictoris. Hæc ille.

ERIMANTHVS,& ERIMANTHIVS.Vide ERYMANTHVS.

Erinacius, Vide HERINACIVS.

Erineon {ἠρίνεον} Græci vocant capsicum. Vnde & vrbs in Doride,à capsico dicta est Erineum,vt author est Strabo.

ERINEOS,Achaiæ oppidum.Plin.lib.4.cap.5.

ERINNA, vel Erinne, es { ἠρίννα } Teia, vel, vt alij volunt, Lesbia aut Telia,poetria fuit,carmine illustris,Sapphus contemporanea, ac, vt nonnullis placet,amica. Scripsit autem Elacatem, Æolica & Dorica lingua versibus trecentis. Decem & nouem annorum mortuam virginem ferunt. Meminit huius Eustathius in nauium catalogo apud Homerum: repetit in temporibus Eusebius. In Erinnam elegans est apud Græcos epigramma, cuius hi duo sunt postremi versus,

Σαπφὼ δ' ἠέρινης ὀστοφύλακτον ἀμείνων,

Ἠέρινα σπαργῶν πόσσι λιῶ ἐξεμάξατο. Id est quãto Erinna in Lyricis Sappho præstantior, tanto Sapphus gloriam Erinna hexametris præcellit. Meminit & Propertius Elegiarum secundo,vbi inquit,

Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnæ

Carminaque Erinnes non putat æqua suis.

ERINNYS { ἠερίννυς } Furia infernalis:dicta quòd humanam corrumpat mentem. Huius genitiuus est Erinnyos & Erinnyis, Latinè, & per synæresim Erinnys:accusatiuus Erinnya & Erinnyn, in plurali Erinnes, & Erinnyes.

Crudelis Erinnys.Stat.8.Thebaid.

Fera regnat Erinnys.Ouid.1.Metam.

Feralis Erinnys.Lucan.lib.10.

Flammifera Erinnys.Senec.Herc.fur.11.

Horrifica Erinnys.Ouid.1.Metamorphoseos,

Protinus exarsit,nec tempora distulit iræ,

Horrificámque oculis,animóque obiecit Erinnym.

Improba Erinnys.Sil.lib.13.

Insana regnat Erinnys.Ouid.11.Metam.

Nocturna Erinnys.Valer.3.Argon.

Pronuba Erinnys. Cornelia Pompeij vxor lamentando, sortem suam detestatur in Coniugis fuga,apud Lucan.lib.8.

Sæua Erinnys.Seneca Octauia,4.

Tristis Erinnys.Virg.2.Æneid. Seneca Octauia,1.

Succincta anguibus vlcrix Erinnys.Senec.Octauia,5.

¶Ciuilis Erinnys,Furor belli ciuilis. Lucan.lib.4.

Patriæ communis Erinnys. Virg.2.Æneid. De Helena.

Atræ Erinnyes.Ouid.11.epist.

Erinus { ἔρινος. } Plinius libro 23.cap.7, Herba, inquit, quam Græci Erinon, vocant,reddenda est in hoc loco propter gentilitatem. Palmum alta est, cauliculis quinis, ferè ocimi similitudine, flos candidus, semen nigrum, paruum, quod tritum cum melle Attico, oculorum epiphoris medetur. Manat lacte multo, & dulci: herba perquam vtilis aurium dolori, nitri exiguo addito. Folia resistunt venenis. Hæc Plinius. Cæterùm Galenus hanc herbam non Erinum,sed Echinon appellat,vt videre est libro 6.Simplic. vbi de hoc disserit.

Eriophorus, Theophrasto teste, Bulbi genus est circa ripas amnium nascens, cuius inter summum corticem, eámque partem qua vescuntur, lanea natura est, ex qua mapalia, vestésque quædam conficiuntur. Refert Plin. lib. 19. cap. 2.

Erioxylon, penult. prod. neut. gen. {ἐριόξυλον} Lana est seu lanugo xyli. Vlpian. in Lege Sicui lana legetur. D. de Legatis tertio, Lana legata etiam leporinam lanam & anserinam & caprinam credo contineri, & de ligno, quam Græci ἐριόξυλον, hoc est ligneam lanam appellant.

Eripha, Equæ nomen Marmacis cuiusdam, qui primus venit Hippodamiæ procus, antéque alios ab OEnomao necatus est. Sed & equas eiusdem iugulauit, Eripham nimirum & Partheniam, quas postea iussit sepeliri. Vide Cæl. Rhod. lib. 21. cap. 22.

ERIPHIA {ἐριφία} Veneficæ & fascinatricis cuiusdam nomen fuit, de qua vide Erasm. in Adag.

Eriphia, Herba est, septem lanuginosis ramulis apij modo foliata, purpureo flore, & eo quidem perenni, semine fabaceo, totidem radiculis quot ramis. Hanc Magi prodidere in auena scarabeum habere, fursum deorsúmque decurrentem cum sono hœdi: vnde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 24. cap. 18.

ERIPHYLE, pen. prod. {ἐριφύλη} Vxor Amphiarai, & soror Adrasti. Hæc accepto monili aureo latentem maritum prodidit Polynici: cum quo in prælium proficisci coactus, hiatu terræ periit: cuius filius Alemeon postea matrem necauit, & est Orestis furore correptus. Hæc Seruius, enarrans illud Virgilij 6. Æneidos,

His Phædram, Procrínque locis, mœstámque Eriphylen,
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit. Cic. 1. de Iuuen.

Dicimus etiam Latinè Eriphyla, Eriphylæ. Cic. 6. Verr. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, vt quum vidisset monile, vt opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensa salutem viri proderet.

Eriphylæus, Adiect. {ἐριφυλαῖος} Stat. 4. Thebaidos,

Sic Eriphylæos aurum fatale penates
Irrupit, scelerúmque ingentia semina mouit.

ERIPHYZA {ἐριφύζη} Insula vna ex Æolis. Strab. lib. 6.

Eripio, eripis, pen. corr. eripui, ereptum {ἐξαιρέω} erípere, Est vt ait Pomponius Iurisc. de manibus alicuius quidpiam auferre per raptũ. Terent. Heaut. 4. 2,

Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus. Eripio (inquit Valla lib. 5.) quoties habet cum accusatiuo datiuum, ferè in malam partem accipitur. vt Eripuisti mihi omnes bene viuendi facultates. Quoties verò ablatiuum cum præpositione à vel ab, siue abs, plerunque in bonam. vt Eripuisti me à periculo. interdũ in malam. vt Eripuisti à me filiam. Terent. 4. 3,

Vnus est dies dum argentum eripio.

Eripi & euolare ex insidiis aliquorum. Cic. pro Murena, Qui locus est Iudices, quod tempus, qui dies, quæ nox, quum ego non ex istorum insidiis ac mucronibus nõ solùm meo, sed multo etiam magis diuino consilio eripiar atque euolem?

Eripere & Relinquere, opposita. Ouid. 6. Metamorphoseos,

Multáque vt eripiat, multo mihi plura relinquet.

A morte contra fatum aliquem eripere non posse. Cicero 2. de Diuinatione.

Ab igne eripere aliquid. Ouid. 8. Metam.

Eripere de. Cic. 7. Verr. Siqua vis istum de vestra fœueritate eripuerit. Id est liberauerit.

Eripere aliquem ex custodia. Cic. Bruto, 6.

Eripere ex omni impetu vrbem & conseruare. Cic. pro Archia, Populi Romani laus est, vrbem amicissimam Cyzicenorum eiusdem consilio ex omni impetu regio ac totius belli ore ac faucibus ereptã esse atque conseruatam.

Ex periculo aliquem eripere. Cicero pro Cluentio. Cæsar 4. bel. Gallici.

Per carmen & herbas aliquem eripere furiis. Ouid. 15. Metam.

Humeris suis aliquem per flammas eripere. Virg. 6. Æneidos,

Illum ego per flammas & mille sequentia tela
Eripui his humeris, medióque ex hoste recepi.

Per tela, per ignes aliquem eripere. Virg. 2. Æneid.

¶ Curis eripere aliquem. Valer. 4. Argon.

Damno eripere. Ouid. 11. Metam.

Dolis alicuius aliquem eripere. Ouid. de Arte amand. lib. 3,

-Phrixon & Hellen
Diceris Inois eripuisse dolis.

Domino aliquem eripere. Ouid. 8. Metam.

Flammis eripere. Ouid. 2. Metamorphoseos,

-natum flammis vteróque parentis
Eripuit. De Phœbo, qui Æsculapium ex cæso vtero matris iam rogo impositæ seruauit.

Colla turpi iugo eripere. Horat. 2. Serm. sat. 19. Id est repellere à se seruitutem.

Iugo se eripere luctantur sonipedes. Seneca Hippol. 10.

Equi colla iugo eripiunt. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Consternuntur equi, & saltu in contraria facto
Colla iugo eripiunt, abruptáque loca relinquunt.

Letho eripere res alicuius. Virgil. 5. Æneidos,

-da flammam euadere classi
Nunc pater, & tenues Teucrum res eripe letho. Acyrologia est, inquit Seruius.

Letho se eripere. Virg. 2. Æneidos,

Eripui (fateor) letho me, & vincula rupi.

Eripere agnum lupo. Plaut. Pœnulo, 11.

Hærentes aduersо litore naues eripere. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Vtibus implicitum eripere. Horat. in Arte poet.

Moræ se eripere, Non esse in mora, Festinare. Horat. 3. Carm. ode 29.

Lepus eripitur morsibus canis. Ouid. 1. Metam.

Morti aliquem eripere. Virg. 12. Æneidos,

Accelera, & fratrem, siquis modus, eripe morti.

Malis aliquem eripere. Virg. 6. Æneid.

Eripere aliquem tormento. Plin. epist. 87.

¶ Aliquem in medio versantem turbine lethi eripere. Catul. in Argonaut.

Eripere aliquem domo. Terent. Adelph. 2. 1,

Domo me eripuit: verberauit.

Eripere alicui aliquid per oppressionem. Terent. Adelph. 2. 2,

Hoccine illo dignum est? hoccine incipere Æschinum,
Per oppressionem vt hanc mihi eripere postulet?

Adimere, & eripere. Cic. pro Rosc. Amer. Quum ademerit nobis omnia quæ nostra erant propria, ne lucem quoque hanc, quæ communis est, eripere cupiat.

Eripere & extorquere. Cic. 2. de Lege agrar. Id totum eripere vobis, atque è manibus extorquere conatus est.

Eripi & surripi. Cic. in Parad. Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi nec surripi potest.

¶ Alimenta alicui eripere. Ouid. 9. Metamorphoseos,

-fœuóque alimenta parentis Antæo eripui.

Eripere alicui amicum. Matius ad Ciceronem, lib. 11. 28, Eos qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me, efficere conari, ne quos velim diligam?

Animam. Ouid. 6. Metamorphoseos,

Quin animam hanc (ne quod facinus tibi perside restet) Eripis?
Membris alicuius animam eripere. Ouid. 15. Metamorphoseos,

Constitit alma Venus nulli cernenda, susque
Cæsaris eripuit membris, nec in aera solui
Passa recentem animam, cæleſtibus intulit astris.

Annos eripuere mihi Musæ, Id est ætatem meam consumpsi in literarum studiis. Claud. 8. Paneg.

Arbitrium secreta loquendi alicui eripere. Ouid. 4. Metamorph.

-famulæ discedite, néve
Eripite arbitrium matri secreta loquendi.

Auxilium solitum alicui eripere. Virg. 9. Æneidos,

-his Iuppiter ipse Auxilium solitum eripuit.

Nubes eripiunt cælum ex oculis. Virg. 1. Æneidos,

Eripiunt subitò nubes cælúmque diémque
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.

Eripuit à nobis regiam causam. Cic ad Lentulum, lib. 1. 5, Sed vereor ne aut eripiatur à nobis regia causa, aut deferatur.

Eripere alicui conspectum Senatus. Cic. pro Rabir. Post. Vos obsecro Iudices, vt Senatus huic optimo viro, quo nemo melior vnquam fuit, nomen equitis Rom. & vsuram huius lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis.

Consulatum alicui. Cic. 2. de Finib. Vt adolescentulus eriperes P. Syllæ Consulatum.

Eripere se ex crimine. Terent. Phorm. 2. 2,

Quid ages? p. quid vis, nisi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam, &c.

Curas. Ouid. de Remed. amor. lib. 2.

Dolorem eripere aut minuere consolatione. Cic. Att. lib. 9. 173.

Vagina eripere ensem. Virg. 4. Æneid. Et in 10.

Facultatem. Cic. ad Appium, lib. 5. 3, Quam facultatem siquis casus eripuerit, mea tamen in te omnia officia constabunt, non secus ac si te vidissem.

Ferrum vagina eripere. Virg. 6. Æneid.

Fidem alicui, Derogare fidem. Ouid. 15. Metamorphoseos,

-nisi vatibus omnis Eripienda fides.

Formam. Virg. 9. Æneidos,

Mortalem eripiam formam, magníque iubebo
Æquoris esse deas. De nauibus Æneæ, quas Cybele mutauit in deas marinas.

Fugam. Virg. 2. Æneidos,

Eripe nate fugam, finémque impone labori. Id est Accelera, raptim fac. Seruius.

Imperium semestre. Cæs. 1. bel. Ciuil.

Eripere se ex infamia. Cic. 5. Verr.

Anni iocos eripuere Horat. 2. epist. 2,

Singula de nobis anni prædantur, euntes
Eripuere iocos, venerem, conuiuia, ludum,

Tendunt extorquere poemata.

Ius. Plaut. Rud. 18, -ius meum ereptum est mihi.

Laudem. Cic. 2. Tusc. Quamobrẽ horror omnes qui facere id possunt, vt huius quoque generis laudem iam languenti Græciæ eripiãt, vt perferant in hanc vrbem.

Libertatem. Plaut. Capt. 6.

Ex sinu parentum liberos. Cic. 7. Verr.

Linguam alicui, Id est euellere. Ouid. 2. Fast.

Lucem. Cic. 4. Acad. Nam quid eum facturum putem de abditis rebus & obscuris, qui lucem eripere conetur?

Lucem eripere, & noctem quandam rebus offundere. Cicero 1. de Nat. deor. Multis etiam sensi mirabile videri eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quæ lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet.

Tenebræ lucem eripiunt. Silius lib. 10.

Mentem. Hirtius lib. 4. bel. Alexandrini, Terror hominibus mentem consiliúmque eripit.

Mentem confusam alicui eripere. Virg. 2. Æneid.

Eripere se à miseria. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 13, Nulla ratione ab illa miseria se eripere posset. Hoc est eximere.

Mortem alicui eripere. Id est moriẽdi facultatẽ. Senec. Thebaid. 1.

Oculis nefas eripere. Senec. Thyeste, 8.

Necem eripere. Stat. 3. Thebaid.

Flammæ eripiunt noctem. Silius lib. 11.

Notitiam alicuius rei alicui eripere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10.

Nubẽ, quæ mortales hebetat visus, alicui eripere. Virg. 2. Æneid,

Oculos

Oculos. Terent. Adelph. 3. 2.

Eripiet quiuis oculos citius mihi quàm, &c. Horat. 2. Serm. sat. 5.

Ignis opes partas eripit. Tibul. lib. 2. eleg. 4.

Eripere ex vrbibus ornamenta. Cic. 7. Verr.

Orationem ex ore alicuius. Plaut. Merc. 4,

Orationem ex ore tu quidem mihi eripis, tace.

Oscula. Horat. 2. Carm. ode 12.

Pacem, Vide PAX.

Potestatem aliquid faciendi. Cic. de Amic. Cæs. 1. bel. Ciuil.

Præmia eripere. Ouid. 5. Metam.

Pudicitiam. Cic. pro Milone, Pudicitiam quũ eriperet militi Tribunus militaris in exercitu C. Marij propinquus eius imperatoris, interfectus ab eo est cui vim afferebat.

Rates ab infamis æquoribus eripere, Id est seruare à naufragio. Horat. 4. Carm. ode 8,

Clarum Tyndaridæ sydus ab infimis
Quassas eripiunt æquoribus rates.

Respiramen, itérque eripere animæ. Ouid. 12. Metam.

Responsiones vno verbo. Plaut. Mostel. 8.

Eripit interdum, modò dat medicina salutem. Ouid. 2. Trist.

Sanguinem vitámque. Cic. pro Quintio, Non pecuniam modò, verumetiam hominis propinqui sanguiné vitámque eripere conetur.

Sensus omnes alicui eripere. Catul. epigr. 48.

Spem nuptiarum. Terent. Heaut. 4. 3. Cic. 4. in Catil. Eripit etiam spem, quæ sola hominem in miseriis consolari solet.

Eripere tempus cibi. Cels. lib. 2. cap. 8.

Tempora certa alicui rei eripere. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Timorem alicui. Cic. 1. in Catil.

Vires omnes animo somnus & alea eripiunt. Ouid. 1. de Remed. amor.

Eripere vi ab aliquo virginem. Terent. Eunuch. 4. 6.

Vitam. Cc. pro Lege Manil. Vos vitam ereptam negligetis?

Per crimina vitam alicui eripere. Ouid. 2. Fastorum,

-eripiam, dixit, per crimina vitam.

Vocem ab ore loquentis eripere. Virg. 7. Æneid.

Voluntatem alicui. Cic. 3. Verr. Eripias tu voluntatem mortuis, bona viuis, ius omnibus.

¶ E complexu patriæ conspectúque aliquorum se eripere. Cicero pro Sextio.

Tehinc eripe. Senec. Medea, 7.

Posse loqui eripitur. Ouid. 2. Metam.

Vix eripiam quin hoc potius velis. Horat. 2. Serm. sat. 2.

¶ Eripere, simpliciter vsurpatum, pro De periculis eripere. Virgil. 3. Æneidos,

Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat,
Eripite ô socij, paritérque insurgite remis.

¶ Tũne hinc spoliis indute meorum Eripiare mihi? Virgil. 12. Æneid.

Honor eripitur. Ouid. 1. Fast.

Currendi vires eripiente metu. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.

Ereptus, Participium {ἐξαρτάω} Cic. pro Rosc. Amer. Ipse assiduitate, consilio, authorite, diligentia perfecit, vt S. Roscij vita erepta, de manibus sectorum, sententiis iudicum permitteretur.

Ab vndis ereptus. Virg. 1. Æneid.

In primis annis ereptus. Valer. 6. Argon.

Per medios enses ereptus. Propert. lib. 1. eleg. 20.

Fato ereptus. Virg. 2. Æneid.

Fluctibus ereptus. Horat. 4. Carm. ode 8.

Humanis ereptus. Curtius lib. 10. De Alexandro mortuo.

Oculis ereptus. Ouid. epist. 10.

Periculis ereptus. Virg 3. Æneid.

Pugnæ ereptus, Silius lib. 17.

Ruinis alicuius ciuitatis ereptus. Virg. 3. Æneid.

Thalamis alicuius fœminæ ereptus. Id est liberatus illius coniugio. Seneca Medea, 2. De Iasone & Medea.

¶ Amor ereptus. Propert. lib. 2. eleg. 9,

Tantus in erepto fœuit amore dolor.

Erepta coniux. Virg. 3. Æneid.

Fata erepta. Stat. 3. Thebaid.

Honor dolo ereptus alicui. Virg. 5. Æneidos,

Ereptúmque dolo reddi sibi poscit honorem.

Ius ereptum restituere. Ouid. 1. Fast.

Iuuenta prima fato erepta alicui. Virg. 7. Æneid.

Laus erepta alicui. Senec. Herc. OEtheo, 7.

Littora erepta. Silius lib. 7. Id est ab hostibus occupata.

Locus ereptus. Ouid. 4. Trist. eleg. 2.

Merces erepta laborum. Lucan. lib. 1.

Munera erepta ruinis alicuius ciuitatis. Virg. 1. Æneidos,

Munera præterea Iliacis erepta ruinis Ferre iubet.

Pellis erepta iuuenco. Virg. 11. Æneidos,

Cui pellis latos humeros erepta iuuenco

Pugnatori operit.

Ratis erepto campis deserta profundo. Silius lib. 3.

Regnum alicui ereptum. Lucan. lib. 5.

Sensibus ereptis mens excidit. Catul. epigr. 61.

Solatia sibi erepta lugebant Nymphæ. Claud. in Præfat. lib. 2. de Raptu Proserp. 1.

Stirps erepta, Mortua. Ouid. ad Liuiam,

Vidimus erepta mœrentem stirpe sororis.

Ereptum tempus ex summis occupationibus. Cic. ad Attic. lib. 1. 9, Ita distinebar, vt vix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim, atque id ereptum ex summis occupationibus.

Venia scelerum erepta populo nocenti. Lucan. lib. 4.

Virginitas erepta. Virg. 12. Æneid.

Voluptas vrbis alicui erepta. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9.

¶ Ereptus, Mortuus. Ouid. ad Liuiam,

Obuia turba ruit, lacrymísque rigantibus ora
Consulis erepti publica damna refert.

Ereptor, ereptóris, Verbale, Qui eripit. Cic. pro Quintio, Iste, homo acerrimus, bonorum possessor, expulsor, ereptor.

Ereptor ciuitatis. Cic. pro Domo sua ad Pontif.

Tyrannus atque ereptor libertatis. Cic. pro Sextio.

Ereptio, onis, Verbale. Cic. in Verr.

Eris, huius eris, Nomen est herbæ in Ægypto nascentis, aro similis, nisi quòd minor est, & minoribus foliis ac radice, quæ tamen grádis oliuæ magnitudinem implet. Hermolaus.

ERIS {ἔρις} Fluuius, quem antea Cleanin vocauere, labitúrque supernè de Apenninis collibus, & agro Vestino, præter vicum Fregellas, clarissimam olim vrbem. Excurrit autem in Lucum sacrum, quem magnis honoribus Minturnenses celebrant, oppido incumbentem. Ex Strab. lib. 5.

ERISICHTHON, huius Erisichthonis, pen. corr. {ἐρεσίχθων} vir fuit Thessalus, qui quum Cereri nemus consecratum, præcipuè verò quercum vnam in qua Nympha quædam habitabat, succidisset: irata Ceres, famem ad eum misit: quæ toto exhausto patrimonio, eò coegit etiam, vt membra propria absumerentur. Fabulam habet Ouidius 8. Metamorph.

Erisma, Vide ANTERIS.

Erismæ, Pilæ sunt ædificiorum, quæ procurrũt ab imo, mox gradatim contrahuntur. Vide Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 11.

Eristalis, Gemma est, teste Plinio, quæ quũ candida sit, ad inclinationes rubescere videtur. Vide eundem Plin. lib. 37. cap. 10.

Eristici {ἐριστικοί} Dicti sunt sophistæ quidam. Duo enim genera Sophistarum fuerunt olim, vnum simile Oratoribus, qualis Gorgias Leontinus fuit: alterum simile Dialecticorum, eorum qui Eristici vocabantur, à quibus Eristicis Dialectica profecta videtur, si Laertij authoritas id vt credamus meretur, quod mihi quidẽ videtur. Hos autem Sophistas, qui concertationes consectabantur, in libello contra Sophistas insectatur Isocrates, sed & alteros quoque, qui ciuiles orationes amplectebantur. Ex Turnebo.

Erithacus {ἐρίθακος} Auis est solitaria, formam & colorem mutans cum nomine. Nam hyeme tantùm Erithacus, æstate Phœnicurus appellatur, à puniceo caudæ colore. Author Plin. lib. 10. cap. 29. Theod. ex Aristotele Rubeculam vertit.

Erithales {ἐριθάλης} Herba est semper virens, quæ alio nomine Sedum siue Semperuiuum minus appellatur. Vide Plinium libro 25. cap. 13.

Erithereæ {ἐριθήραι} Serui libertati donati à Lacedæmoniis dicti sunt, vt refert Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 20.

ERITHYNI {ἐρίθυνοι} Duo sunt scopuli, qui nunc Erythri vocantur, à colore sic nominati, quorum meminit Homerus in Catalogo nauium. Vide Strab. lib. 12.

Eritius, Machina est militaris infestis vndique horrens telis, vt aculeis echinus. Sallust. Saxáque ingentia & axe vincti orbes per pronũ incitabantur, axibúsque eminebant in modum eritij militaris veruta binum pedum. Turnebus.

Eritudo, Seruitudo. Festus.

Eriuo, eriuas, pen. prod. eriuãre, Riuis factis educere, euacuare. Plin. lib. 17. cap. 26, Cæterùm maiore in parte orbis etiam pluuias Autumni aquas eriuari conuenit.

ERIVNIVS Mercurius {ἐριούνιος ἑρμῆς} Cognominatus, quòd valde prosit hominibus ad lucra: ἐριούνιος enim valde vtilis interpretatur. Aristophanes in Ranis inducit Euripidem & Æschylum de Tragœdia certantes, vbi & Eriunij Mercurij mentionẽ fecit. Meminit & Phurnutus, διὸτὸ τῶ ὀνεῖν, id est à iuuando dictum scribens.

E R O

ERO {ἔρως} Puella formosissima fuit ex Sesto Thraciæ vrbe, ad Hellespontum sita, & Veneris sacerdos, cuius mutuo amore correptus Leander Abydenus adolescens, noctu eius causa Hellespontum solebat traiicere. Verùm quum aliquando nimio amaræ desiderio, mari tempestatibus agitato se commisisset, viribus destitutus submersus est. Huius cadauer quũ fluctuum impulsu Sestum esset delatum, Ero doloris impatientia ex editissima sese specula in mare præcipitauit. Vide Musæum, qui horum amores elegantissimo carmine exequitur.

Ero, eronis. Erones, inquit Turnebus, texta quædam sunt storiarum & tegetum more, in quibus interdum pauperes dormiebant, & fruges reponebantur: sed & vasa sic viminea vocabantur, tegetibus similia & cophinis: φορμοὶ à Græcis dicuntur. Hæc obsignabimus, subdit idẽ, testimonio interpretis Terentiani, cuius hæc verba sunt, Phormio nõ à formula, sed phormione dicitur sparteo, quem nos eronem dicimus triuialiter & pro consuetudine. Vetus criticus eronem interpretatur κάνεον. Ex his quod in Vitruuio, Plinio, & Iurisconsultis berones vel perones quidam legunt, Turnebus erones legendum contendit. Tu videris.

Erodius, Auis est quæ in coitu sanguinem exudat: quæ ex causa argumentantur impositum nomen ἔστι γὰρ ἱδρώς. nam ear quandoque sanguinem dici. Ciconiam putat Suidas, aut Ciconiæ similem: dictámq; quòd in paludibus versetur, quasi elodion. Fulicam transfert Augustinus; ardeolam Theodorus. Cælius, *Vt heron.* Bud.

Erodo, erodis, penult. prod. erosi, erosum {ἐξέδομαι, δάκνω ἐρόμενος} erodere, Idem quod rodere. Plinius libro 11. cap. 29, Omnia verò morsu erodentes. Columella libro 10, Nec solùm teneras audens erodere frondes.

Erosus sale. Plin. lib. 12. cap. 9.

Erogenneton {ἐρωγέννητον} Herba est sic dicta, quòd amatoriis conueniat. γεννάω enim gigno, & ἔρως amor dicitur.

Erogo, erogas, penult. corr. {ἐκδίδωμι} erogare, Distribuere, & quasi rogatoribus effundere. Plinius epistolæ 240, Deinde quam ipsi erogare in oleum soliti, parati sunt in operibus balinei conferre.

Erogare pecunias ex ærario. Cic. in Vatinium, Erogarísne pecunias ex ærario tuis legibus.

Pecunias alicui erogare in rem aliquam. Cic.7.Verr.Multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas atque inanes esse perscriptas.
Erogare pecuniam in classem.Cic.pro Flacco.
Vnde in eos sumptus pecunia erogaretur. Liu.1.ab Vrbe.

Erogatus,pen.prod.Participium {ἐκδοτὸς.} vt Pecunia publica ex ærario erogata.Cic.5.Verr.

Erogito,erogitas,pen.corr. {ἐκφανδίομαι} erogitare, Vehementer rogare.Plaut.Capt.16,
-interibi ego ex hac statua veruecea volo
Erogitare,meo minore quid sit factum filio.

Erogatio, Verbale {ἔκδοσις} Distributio : vt Erogatio pecuniæ. Cic.ad Atticum,lib.15.322. Plin.in Paneg.Vt tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat.Atque hic in malum sumitur,quemadmodum apud Suetonium plerisque in locis, nempe pro largitionibus & profusionibus pecuniarum. Papinianus in l.Seio.D.de annuis legatis, Ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. Idem Papin. in Liberto.D. de negotiis gest.

EROPIA,Insula vna ex Cycladibus: aliter Acis, & postea Syphnus appellata.

EROS, huius Erotis, pen.prod.Comœdus fuit, cuius meminit Cic.in Oratione pro Roscio Comœdo, Quod item nuper (inquit) in Erote Comœdo vsu venit: qui postea quàm è scena non modò sibilis,sed etiam conuitio explodebatur,sicut in aram confugit in huius domũ, disciplinam,patrocinium,nomen.

Erosus,Vide ERODO.

Erotema,pen.prod.erotematis {ἐρώτημα}Interrogatio Latinè dicitur: vt Virgil.2.Æneidos,
Quò res summa loco Panthu?
¶Erotema, Figura quædam est Aquilæ, quam Cicero Interrogatũ vertit, qua vtimur vbi exacerbato aliquid interrogamus, vt exaugeamus rei inuidiam. Differt autem à pysmate, hoc est quæsito, quòd ad erotema vna voce responderi possit negando, vel confitendo : ad pysma verò,non nisi pluribus.

EROTVM,tij {ἐρώτιον} Mulierculæ nomen est apud Plautum,per diminutionem ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, hoc est ab amore detortum. ¶Erotium item Græcis,Cupidinis imagunculam significat.

Erotopægnium,erotopægnij,n.g. {ἐροτοπαίγνιον} est ludicrum opus vel poëma de amore. ἔρως enim amor, παίγνιον ludus. Plinius Iunior lib.5.epist.17, Nuntio tibi, fuisse me hodie in auditorio Calphurnij Pisonis:recitabat ἐροτοπαίγνιον. Ausonius in Centone nuptiali,sub finem,Quid antiquissimi poëtæ Liuij (alij legũt Lælij) erotopægnion libros loquar? Gellius lib.2.cap.24, Huius legis Lælius poëta meminit in erotopægniis. Priscianus lib.2.cap. De temporibus & reformatione Participiorum, Liuius erotopægnion quarto, Meminens Varro corde volutat.

Erotylos {ἐρωτύλος} Gemma eadem quæ mepicoros & hieronnemon dicitur, à Democrito præcipuè laudata in argumentis diuinationum. Author Plin.lib.37.cap.10.

ERPHOVM {ἔρφων} Oppidum ad Euphratem, cuius meminit Strab. libro 14.

E R R

ERRANOBOAS, Fluuius est nauigabilis, qui in Gangem influit, teste Plinio lib.6.cap.18.

ERRO,erras {ἁλάομαι,πλανάω,πλανάομαι,σφάλλω,πτῶσσω,μαίομαι,πλανάω} errare,Huc atque illuc ire, Vagari. Cic 3. Tusculanarum,
Qui miser in campis mœrens errabat Aleis. Ex Homero.
Vagari & errare. Cicero 1.de Orator.Ne vagari & errare cogatur oratio.
Huc & illuc errare.Ouid.11.Metam.
A sedibus suis errare.Claud.4.Paneg.
-laribus sciuncta potestas
Exulat,imperiúmque suis à sedibus errat.
Ad flumina errare.Virg.6.eclog.13.
Ad lacus errare.Tibul.lib.1.eleg.10.
Circum littora errare.Virg 3.Æneid.
Circum omnia maria errare,Vide CIRCVM.
Circum villulas errare. Cic.Att.lib.8.153, Ego Arpini volo esse pridie Kalend.deinde circum villulas nostras errare.
Errare in Sylua.Virg.6.Æneidos,
Inter quas Phœnissa recens à vulnere Dido
Errabat sylua in magna.
Multis in annis errare.Ouid.1. Tristium,
Ille breui spatio multis errauit in annis
Inter Dulichias,Iliacásque domos.
In vndis errare.Virg.3.Æneidos,
Excutimur cursu,& cæcis erramus in vndis.
Inter audaces lupus errat agnos.Horat.3.Carm.ode 18.
Per agros errart.Propert.lib.2.eleg.29.
Armentum teneras errat per herbas.Ouid.15.Metam.
Per ignotos errant animalia montes.Virg.6.eclog.
Per vndas errare.Ouid.5.Metam.
Per ignotas vrbes errare.Tibull.lib.4.eleg.1.
Procul errare,Vehementer falli. Vide Procul.
Subter supráque errare.Stat.9. Thebaidos,
-omnis anhelat
Vnda nefas,subtérque animæ supráque recentes Errant.
Procul auius errat.Lucret.lib.3.
Ignari hominúmque locorúmque Erramus.Virg.1.Æneid.
Errat vagus. Cic.pro Cluent. Quum vagus & exul erraret, atque vndique exclusus,&c.
Toto passim vagus errat in orbe.Ouid.14.Metam.
Cursu solicito errare.Claud.de Raptu Proserp.1.
Passibus non certis errare.Ouid.3.Metam.
Pelago errare.Virg.3.Æneid.

Via errare.Virg.2.Æneid.
Vrbibus errare. Virg.1.Æneid.
¶Errare, pro Pasci aliquando vsurpatur: quòd pecudes errando pascere soleant.Virg.2.ecloga,
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Idem 1.ecloga,
Ille meas errare boues (vt cernis) &c.
¶Non per dubias errant mea carmina laudes. Tibull.lib.4.eleg.1.
Varij colores sæpe errant in vultu solis.Virg.1.Georg.
Pérque nouem errauit redeuntis cornua Lunæ.Ouid.10.Metam.
Dolor errat per omnes. Lucan.lib.2,
-magnúsque per omnes
Errabat sine voce dolor.
Flamma per medullas errat.Ouid.14.Metam.
Fluuius errat.Virg.3.Georgicorum,
-tardis ingens vbi flexibus errat Mincius.
Fulmen errare in aliquos dicitur.Senec.Medea,7.
Extremus super halitus errat.Virg.4.Æncid.
Manus errat circum aures & tempora.Virg.5.Æneidos,
Multa cauo lateri ingeminant,& pectore vasto
Dant sonitus:errárque aures & tempora circum
Crebra manus,duro crepitant sub vulnere malæ.
Fluitans nauis errat amisso magistro.Virg.5.Æneid.
Oculi errant,pro Dormitant.Stat.10. Thebaid.
Orbes cæli alij in alios errant.Virg.1.Georgicorum,
Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes: Ordo est, in quos orbes cæli erret Cyllenius ignis. Et bene ERRET: nã planetæ vocantur ἀπὸ τῆς πλάνης,id est ab errore. Nam interdum ad Austrum, interdum ad Septentrionem,plerunque contra mundũ, nonnunquam cum mundo feruntur.Seruius.
Spes solicitæ,trepidíque metus errant. Senec.Herc.furent.3.
Tempora errant.Ouid.3.Fastorum,
Sed tamen errabant etiam tum tempora.
Vires errant.Ouid.ad Liuiam,
Nec vires errasse tuas campóque foróque. Id est vbique spectata tua constans virtus.
¶Errare,Labi à vero:quoniam vagando, sæpe à recta via deflectimus. Cic.12. Philip.Cuiusuis est hominis errare:nullius nisi insipientis,perseuerare in errore. Idem 5. Verr. Errauit, an potius insanuit Apronius?
Errare & Erudiri,contraria. Cic.pro Corn.Balbo,Honestius sit illis ducibus errare,quàm hoc magistro erudiri.
Errare,& Vera sentire, contraria. Cic.1.Tusc.Errare mehercule malo cum Platone,&c.quàm cum istis vera sentire.
Errare cum aliquo.Cic.1.Tuscul.
In amicitia errare. Horat.1.Serm.sat.3.
Licenter errare. Cic.in Orat.Vt ingredi liberè, non vt licenter vídeatur errare.
Licentius errare.Ouid.4 de Ponto.
Longe errat.Vide LONGE.
Magnopere errare in re aliqua.Lucret.lib.3.
Stultitia errare.Horat.2.Serm.sat.3.
Probe ac vehementer errare. Plaut.Amphit.11. Cic.4.Acad.Ait vehementer errare eos,&c.
Procul errare,Vehementer falli,Vide PROCVL.
Erro propemodum. Cic.pro Rosc. Amer. Intelligo me ante tempus Iudices,hæc scrutari,& propemodum errare,qui,&c.
Non vltra verba,ac voces errare. Tacit.lib.17.
Errasti,si id credis:Hoc est,Falleris. Terent.Heaut.1.1. Et Cæs.5.bel. Gall.Errare eos dicunt si quicquam ab iis præfidij sperent.
Errare in aliquam partem. Cælius ad Ciceronem,lib.8.11,Deniq; malo in hanc partem errare,vt quæ non desyderes,audias.
Errare in aliquam rem,pro Declinare.Liu.lib.1.bel.Maced.
Errare de verbis alicuius, Non assequi aut intelligere quid velit, aut dicat. Terent.Heaut.2.3,
-hic de nostris verbis errat videlicet,
Quæ hic fuimus locuti.
Ne erres. Hoc est, Ne temerè putes aut existimes. Terẽt.And.4.2, Huic,non tibi habeo,ne erres.
Scio quid erres. Plaut.Epid.12. Terent.And.3.2.
Teneo quid erres:quid ego agam habeo.
Tota re errare.Cic.2.Philip.In eo non tu quidem tota re, sed(quod maximum est) temporibus errasti.
Errare tota via. Terent.Eunuch.2.2,
Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via.
¶Animus sæpe in corporis morbis errat.Lucret.lib.3.
¶Errat in nomine. Cic.4.de Finib.Si aut res ignoratur,aut erratur in nomine.

Errans,Participium {πλανώμενος.} Terent.Heaut.2.3,
Dum ego propter te errans, patria careo demẽs,tu interea loci,&c.
Virgil.1.Æneidos,
Vidistis siquam hic errantem forte sororum.
Terris omnibus & fluctibus errans.Virgil.1.Æneidos,
-nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.
Digiris errantibus scindere chelym.Stat.5.Sylu.5.
Domus errantes.Lucan.lib.1,
-melius fortuna dedisses
Orbe sub Eoo sedem,gelidáque sub Arcto
Errantésque domos. Alludit ad Scytharum domos, quas plaustris vehi dicit Horat.3.Carm.ode 24.
Gradum errantem in recta deflectere. Senec.Thebaid.1.
Greges errantes.Horat.Epod.2.
Hederæ errantes.Virgil.4.eclog. Id est passim vagantes:vnde antiqui Lyrici dixerunt Flexipedes hederas:quòd hac atque illac vagantur. Seruius.
Locum tutum erranti dare.Ouid.4.de Ponto,eleg.14.

Lumina

Lumina errantia.Propert.lib.3.eleg.14.
Luna errans.Virgil.1.Æneid. Quia(inquit Seruius) πλαγιόδρομος,id est obliquo incedit cursu,non recto vt Sol,scilicet ne incidat in centrum terræ, & frequenter patiatur eclipsim. Vicinus est enim eius circulus terræ.
Errans opinio.Cic.2.de Finib.
Errans & vaga sententia,cui opponitur Stabilis & certa. Cic.2.de Nat.deor. De diis immortalibus habere non errantem & vagam, vt Academici,sed vt nostri,stabilem certámque sententiam.
Errantia sidera, Errantes stellæ.Plin.lib.2.cap.6. Et Cic.1. Tusc. Turmæ errantes sine præside.Stat.10. Thebaid.

Errantia,huius errantiæ {ἀλληστικὸν} Idem quod error.Accius Neoptolemo,Satis iam dictum est,neque ego errantia animi prauè morigerabor. Nonius. Antiquum.

Erratus,pen.prod.Participium {πλανηθείς.} Ouid.3.Fastorum,
Protinus erratis læti vescuntur in agris. Id est, quos errando lustrauerant.
Littora errata.Virgil.3.Æneidos,
Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Littora Achæmenides. Errata (inquit Seruius) participium sine verbo.
Orbis erratus.Ouid.epist.22.
Orbis erratus diuersis casibus,Id est pererratus.Valer.4.Argon.
Terræ erratæ.Ouid.4.Fastorum,
-immensum est erratas dicere terras.

Erratum, pen.prod. {σφάλμα,πλάγημα} Idem quod error.Cic.pro Cluentio,Nullum ob totius vitæ non dicam vitium,sed erratum.
Erratum & Recte factum, contraria. Cic.2.de Lege Agraria, Cui errato nulla venia,recte facto exigua laus.
Errata ætatis. Cic.Tironi,lib.16.21, Tantum enim mihi dolorem, cruciatúmque attulerunt errata ætatis meæ, vt non solùm animus à fastis,sed aures quoque à commemoratione abhorreant.
Commune erratum. Cic.Attico,lib.16.111, Nam illud de Flauio & fastis,si secus est,commune erratum est.
Obtegere errata.Vide OBTEGO.
Petere veniam erroris alicuius.Cic.pro Sylla.

Erratio, Verbale {ἀλήτευσις,ἀλητεία} propriè est pedum, Error autem animi.Terent.Adelph.4.2,
Sanè hàc multo propius ibit,& minor est erratio. Cic.2.de Natura deorum,Nulla igitur in cælo nec fortuna,nec temeritas,nec erratio, nec vanitas inest: contráque omnis ordo, veritas, ratio,constantia. Idem de Vniuers.

Errabundus {πλανώδης} Vagabundus.Liu.1.ab Vrbe,Nunc in luminibus starent, nunc errabundi domos suas, vltimum illud visuri peruagarentur.
Errabundæ naues,Vento disperssæ.Hirtius lib.5.bel.Afric.
¶Errabundus,pro Errans,authore Nonio. Virgil.6.ecloga,
Siqua fortè ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia.

Erraticus,pen.corr. {πλανητικὸς} Adiectiuum,Qui errat & vagatur. Gell. lib.2.cap.2, Interibi aliquot ex iis qui aderant, erraticum esse hominem dicere & nullius rei, incolámque sordentium ganearum. Cic. de Senect. de vite loquens, Multiplici serpétem lapsu & erratico ferum coercet agricolæ.
Delos erratica.Ouid.6.Metamorphoseos,
-quam vix erratica Delos
Errantem accepit tunc quum leuis insula nabat.
Herba erratica.Id est agrestis,& non satiua, verùm passim nascẽs. Plin.lib.19.cap.8, Est & erraticum intubum, quod in Ægypto cichorium vocant. Sic Erratica brassica,apud Columellam.

Error, errotis,m.gen. {ἄλη,σφάλμα,πλάγημα,μάταιος,πλάνη} Ignorantia. Cic.1.Acad. Et pro Marcello, Etsi aliqua culpa tenemur erroris humani,à scelere certè liberati sumus.
Error & insania.Horat.2.epist.2,
Hic error tamen & leuis hæc insania quantas
Virtutes habeat,sic collige.
Virtus & Error,opponuntur.Horat.in Arte poetica,
Quid deceat,quid non,quò virtus,quò ferat error.
Modicis erroribus æqui mores.Iuuenal.satyr.14.
In magnis tenebris erroris & insciẽtiæ. Cic.pro Sylla, Vos denique in tantis tenebris erroris & insciẽtiæ clarissimum lumen prætulistis mentis meæ.
Nebula erroris.Iuuenal.satyr.10.
Vulgus errori similis.Horat.2.Serm.satyr.3, -huic ego vulgum
Errori similem cunctum insanire docebo.
Rabies erroris,Furor culpæ.Sil.lib.7.
¶Error alicuius rei,Deceptio.Virgil.2.Æneid.
Mentis alienatæ error.Quintil.in Procem.lib.6.
Error nominum. Liu.1.ab Vrbe,Tamẽ in re tam clara nominum error manet,vtrius populi Horatij,vtrius Curiatij fuerint.
¶Ambiguus error.Stat.5. Thebaid.
Cæcus error.Seneca Hercule fur.12,

Error cæcus quo cœpit eat.
Dulcis labantibus error.Valer.3.Argon.
Mentis gratissimus error, Voluptas in stultis rebus. Horatius 2. epist.2, -cui sit extorta voluptas
Et demptus per vim mentis gratissimus error.
Falsus error.Plin.lib.15.cap.3,Et error hominum falsus,existimantium maturitatis initium,quod est vitij proximum.
Felicissimus error. Plin. Iunior lib.7. epist.28,ad Septitium: Quis inuidet mihi felicissimum errorem?
Grauis error.Seneca Octau.7.
Honestus error.Quintil.lib.1.cap.6.
Indeprehensus & irremeabilis error labyrinthi.Virgil.5.Æneid.
Inexplicabilis viarum error.Vide INEXPLICABILIS.
Inextricabilis error.Vide INEXTRICABILIS.

Infandus error.Valer.5.Argon.
Ingens error. Quintil. lib. 3. cap. 6, Inde verò ingens malè interpretantibus innatus est error.
Inobseruabilis error.Vide INOBSERVABILIS.
Irreuocandus error.Claud.de bello Getico.
Malus error.Virgil.8.ecloga,
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error. Definitio est amoris, inquit Seruius. Nam amor errare plerunque compellit.
Phanaticus error.Horat.in Arte poet.
Prophanus error animi.Claud.1.in Ruff.
Sacri vatum errores.Sil.lib.8.
Simplex error.Quintil.lib.3.cap.8.
Credulitas & temerarius error.Ouid.12.Metam.
Turbulenti errores. Cic. 2. de Nat.deor.Quæ res genuit falsas opiniones erroréque turbulentos,& superstitiones penè aniles.
Vanus error.Stat.12. Thebaid.
¶Adiuuare alterius errorem.Vide ADIVVO.
Afficere mentis errore,Vide AFFICIO.
Suus cuique attributus est error.Catul.epig.19.
Auferre errores alicuius, Rem alicui aperire, Eripere falsam opinionem. Ouid.5.Fastorum,
Quum sic errores abstulit illa meos.
Captus errore. Cic.12.Philipp.Vnde autem est ista suspicio? ex pacis patrocinio repentino, quod subitò susceptit eodem captus errore quo nos.
Carere errore.Cic.de Amicit.
Coarguere errorem alicuius.Cic.1.Acad. Vide COARGVO.
Falsa opinione errore hominum commendatũ esse. Cic. pro Sext. Consiteri errores suos.Quintil.lib.3.cap.6.
Errorem creat similitudo.Cic.2.de Diuinat.
Decipit error.Ouid.4. Trist.eleg.13.
Scit quoque cum perij,quis me deceperit error.
Deferri errorem,Vide DEFERO.
Demere alicui mentis errorem.Horat.2.epist.2.
Depellere errorem. Cic.2.de Diuinat.Eúmque errorem,quem tibi rei nouitas attulerit,naturæ ratione depellito.
Deponere errorem suum.Cic.8.Philipp.Cæteris autem,si errorem suum deposuerint,& in Reipub. gratiam redierint,veniam & impunitatem dandam puto.
Detrahere errorem alicui.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.
Duci errore. Cic. pro Corn. Balbo, Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines,&c.
Effugere errorem aliorum.Lucret.lib.4.
Ir errorante oculos alicuius,Decipitur specie.Ouid.3.Fast.
Eripere errorem alicui. Cic.Att.lib.10.195,Si vera sunt,ignoscesi falsa,me libente eripies mihi hunc errorem.
Ab errore cuellere aliquem.Cic.3.Offic.
Exoluere errore. Terent.in Hecyr.
Extorquere errorem.Cic.de Senect.
Origine erroris aliquid factum.Ouid.2.de Ponto,eleg.2,
Non tamen excuses erroris origine factum.
Fessus errore viarum.Sil.lib.15.
Fluctuat incertis erroribus ardor amantum.Lucret.lib.4.
Fluitans errore.Lucret.lib.3,
Atque animo incerto fluitans errore vagaris.
Illudit error.Horat.2.Serm.satyr.3, -vnus vtrique
Error,sed variis illudit partibus.
Mentes imbutæ prauitatis erroribus.Cic.5.Tuscul.
Sæuis erroribus implicat nubem.Valer.3.Argon. de Cybele.
Erroribus implicari.Vide IMPLICO.
Inducere in errorem,Vide INDVCO.
Imperitos in errorem inducere.Cic.de Clar.Orat.
Induci in errorem.Cic.in Pisonem.
Inflatus errore. Cic.4. Acad. Estne quisquam tanto inflatus errore,vt sibi sc illa scire persuaserit?
Quantum animis erroris inest.Ouid.2.Fast.
Lapsus errore. Quintil.lib.4. cap.2, Vis te dicam vino impulsum, aut errore lapsum?
Lapsum esse per errorem.Cic.Q.frat.lib.3.24.
Leuare errore.Cic.2.de Orat.
Liberare animos errore, Vide LIBER,liberi.
Erroribus mederi,Vide MEDEOR.
Natus error,Vide NASCOR.
Nocens error.Seneca Herc.Oetheo,7.
Scelerum errore nocens.Stat.12. Thebaid.
Obiectus error alicui. Cic.pro Cecinna, Sed ne,siquis vobis error in tanta re sit obiectus,omnes potius me arbitrétur causæ, quàm vos religioni vestræ defuisse.
Pendère ex errore imperitæ multitudinis,Vide PENDEO.
Opinionibus vulgi rapimur in errorem.Cic.2.de Legib.
Recipere errorem.Quintil.lib.1.cap.5.
Sublato errore.Lucan.lib.3.
Suggerere errorem.Cic.3.Tuscul.
Cum mulieris lacte suximus errorem.Cic.3.Tuscul.
In magno errore sunt qui fandareson vocant.Plin.lib.37.cap.7.
Tardare errorem aliqua re. Propert. lib. 2. eleg. 19. Id est nectere moras.
Tantus tenet error amantem.Ouid.3.Metam.
Teneri malo errore.Virgil.10.Æneid.
Errore aliquo trahi.Ouid.2.Metamorphoseos,
Vtque viam teneas,nullóque errore traharis,&c.
In summo errore, atque in maxima rerum ignoratione versari. Cic.1.de Nat.deor.
Versatur magnus error.Cic.2.de Lege Agraria.
¶Error,pro dolo : ab eo quod præcedit,id quod sequitur.Virgil.2. Æneidos, Aut aliquis latet error:equo ne credite Teucri.

¶Error, pro vagatione etiam accipitur. vt Errores Vlyssis. Cic. 1. Offic. Propriè erratio appellatur.
Error viarum. Liu. 4. bel. Pun. Id errore viarum an exiguitate temporis Nero exequi non potuerit, incertum est.
Feri errores nemorum. Stat. 1. Thebaid.
Inextricabilis error. Virgil. 6. Æneid.
Inobseruabilis error Labyrinthi. Catul. in Argon.
Vagus error. Valer. 5. Argon. Ouid. 4. Metam.
Longis agi erroribus. Ouid. 2. Metamorphoseos,
-longisque erroribus actus,
Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
Diffugiunt quò quenque agit error. Ouid. 3. Fast.
Pelagi erroribus actus. Virgil. 6. Æneid.
Viæ errore actus. Virgil. 6. Æneid.
Deceptus nouo errore veterum locorum. Virgil. 3. Æneid. Vbi Seruius, Aut per contrarietatem sermonum declamauit, aut NOVO pro magno posuit.
Ducere in errorem. Ouid. 8. Metamorphoseos,
Dedalus ingenio fabræ celeberrimus artis,
Ponit opus, turbátque notas, & limina flexu:
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Implicita errore via. Lucan. lib. 8.
Palanteis error in syluis certo de tramite pellit. Horatius 2. Serm. satyr. 3.
¶Error, apud Iurisconsultos duplex est, Iuris & Facti. In iure erratur, qui existimat sibi aliquid per leges licere quod non licet, vel versa vice, falsò sibi quid nõ licere existimat. l. 32. §. 1. D. de vsucap. In facto verò errat, qui factum vel non factum aliquid errore ductus credit. l. 1. §. 1. D. de iur. & fact. ignor.

Erro, erronis, pen. prod. masc. gen. {πλάνης, πλανήτης.} Vlpianus in l. quis sit fugitiuus. D. de ædilit. edict. Errones appellantur serui, qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa vagantur, & temporibus in res nugatorias consumptis, serius domum redeunt. Arrianus de Re militari, Leuius itaque delictum emanforis habetur, vt erronis in seruis: desertoris grauius, vt in fugitiuis. Plin. epist. 34.
Fugitiuus vt erro. Horat. 2. Serm. satyr. 7,
-réque ipsum vitas fugitiuus vt erro,
Iam vino quærens, iam somno fallere curam Frustra.
Admittere erronem. Ouid. epist. 21.
Vocare erronem sub sua signa. Tibul. lib. 2. eleg. 7.
¶Errones Nigidius vocat eas stellas quas multi erraticas appellant. Gell. lib. 14. cap. 1.

Erroneus {πλανήτης} Idem quod Erro. Colum. lib. 7. cap. 12, Maximè autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui, & circunspecti magis quàm temerarij. De canibus loquitur. Vlpian. in l. Ædiles. D. de ædil. edictio, Si aleator erroneus vel vinarius sit factus.

E R V

Erubesco, erubescis, erubui {αἰσχύνομαι κατηφιόωμαι} erubéscere, Rubore & verecúdia suffundi. Terent. Adelph. 4. 5. Erubuit, salua res est. Cic. 2. de Finib. Deinde vbi erubuit (vis enim est permagna naturæ) confugit illuc vt neget.
Erubuit, irámque pudore repressit. Ouid. 1. Metam.
Erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse. Author ad Herennium, lib. 2.
In aliqua re erubescere. Cic. 1. de Legib. O rem dignam in qua non modò docti, etiam agrestes erubescant.
Epistola non erubescit. Cic. Luceio, lib. 5. 12, Quæ nunc expromam absens audacius: epistola enim non erubescit.
Genæ erubuere. Ouid. 2. Fast.
Iura fidémque alicuius erubescere. Virgil. 2. Æneid.
Erubescere ora alicuius. Cic. in Sallustium, Confessus est vobis audientibus adulterium: nec erubuit ora vestra. Hoc est, Non veritus est vestrum conspectum.
Preces erubescere. Claud. 1. de raptu Proserpinæ,
Posce Iouem, dabitur coniux. Vix ille pepercit:
Erubuitque preces. Id est erubuit supplex esse & precari.
Non erubescere voluptates. Cic. 1. de Nat. deor.
¶Erubesco, cum infinitiuo. Seneca OEtheo, 13,
Sed ire ad illos vmbra quos vici deos
Pater erubesco.
Erubesco loqui. Cic. 1. de Legibus, Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia.
Erubescere, cum genitiuo. Curtius lib. 5, Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortunæ.
Erubescere, cum ablatiuo. Seneca 3. de Benef. Nunquid iam illa repudio erubescit? &c.
Genis erubuit. Ouid. 2. Amor. eleg. 8,
Sensit re totis erubuisse genis.
Malis alterius erubescere. Ouid. 5. Trist. eleg. 12,
Téque reor nostris erubuisse malis.
Saxa roratis rosis erubuerunt. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1.
Viro erubescit puella. Ouid. 4. Trist. eleg. 3.

Erubescendus {κατηφιώντος} Nomen ex Particip. vt Amor erubescendus, id est turpis. Horat. 1. Carm. ode 27, Ignes erubescendi.

Erubescens, erubescentis, Participium {κατηφιώντος.} Cic. 1. de Natura deorum, Epicurus voluptates quidem non erubescens, persequitur omnes nominatim.

Eruca, huius erucæ, pen. prod. {κάμπη} ab erodendo dicta, genus vermis, campe alio nomine dicti, qui in olerum folia repit, abrodítque præsertim brassicas. Columel. lib. 11. cap. 3, Vbi verò apricis regionibus, post pluuias, noxia incesserunt animalia, quæ à nobis appellantur erucæ, Græcè autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debẽt, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt.

Eruca, si Apuleio creditur, ab hærendo venit, quoniam rebus quas occupat, tenaciter inhæreat.
¶Eruca {αἶπυρον} Herba est quædam virtutis calidæ, Venerem excitans, vnde falax appellatur. Colum. lib. 10,
Excitet vt Veneri tardos eruca maritos. Gallicè *De la roquette*. Iuuenalis satyr. 10.
Salaces erucæ. Ouid. 2. de Remed. amor.
Virides erucæ. Horat. 2. Serm. satyr. 8.

ERVCIVS, Roscij accusator, incerto patre natus, à literis non abhorrens, de quo multa Cic. in orat. pro Sext. Rosc. Amer.

Eructo, eructas {ἐρεύγομαι κεχεφύρωμαι ἀναδίδωμι} eructáre, Frequentatiuum ab Erugo, erugis. Propriè extra ructum mittere. Festus, Erugere semel factum significat, quod eructare sæpius. Cic. in Pisonem, Vnde nos cum improbissimè respondendo, tum turpissimè eructando eiecisti.
Eructare, Foras mittere, eiicere. Sic Varro 1. de Re rust. cap. 4, Eructare odorem pestilentem. Et Cic. in Catil. Eructare sermonibus cædem bonorum.
Eructat Bosphorus amnes. Valer. 4. Argon.
Arenam eructare fluuij dicuntur. Virgil. 6. Æneid. de Acheronte,
-vastáque voragine gurges
Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.

Eructans, Participium {ἐρεύγεσθαι.} vt,
Tartarus horriferos eructans faucibus æstus. Lucret. lib. 3.
Saniem eructans. Virgil. 3. Æneidos,
-saniem eructans, ac frustra cruento
Per somnum commista mero. De Polyphemo.
Scopulos erigit eructans. Virgil. 3. Æneid. Vbi Seruius. Ructo, ructas tantum facit.

Erudero, eruderas, pen. corr. {ἐρείπομαι ἐκβάλλω} eruderâre, Rudus efficere. Varro 2. de Re rust. cap. 2, Solum oportet esse erudatum, & proclium: vt euerri facilè possit.

Erudio, erudis, pen. corr. eruditui, eruditum, penul. prod. {παιδεύω, χειρόω ἐκδιδάσκω} erudíre, Ex rudi doctum facere. Cic. pro Rosc. Comœdo, Non solùm vt Roscij discipulus fuisse diceretur, domum recepit, sed etiam summo cum labore, stomacho, miseriáque erudiit. Plin. epist. 5, Vir est grauis, prudens, multis experimentis eruditus, & qui futura possit ex præteritis prouidere.
Erudire atque docere. Cic. 1. Offic. Studiosos discendi eruditum atque docent.
Rhetoricis quibusdam libris aliquem insequi vt erudias. Cic. 2. de Orat. Nec verò te charissime fratet atque optime, rhetoricis nunc quibusdam libris, quos tu agrestes putas, insequor vt eruditam.
Scripta eruditum. Ouid. 2. Trist.
Erudire ad deorum cultum, ad ius hominum, &c. Cic. 1. Tuscul. Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam, magnitudinémque animi eruditi.
Erudire de omni Repubi. Cic. ad Cælium, lib. 2. 11, Obuiæ mihi velim sint literæ tuæ, quæ me eruditum de omni Repub.
Erudire in aliqua re. Cicero 1. de Orat. Oratorem erudire in iure ciuili.
Erudire aliquem artes. Ouid. 8. Metamorphoseos,
-pannosáque erudit artes.
Aues infirmas mater erudit artes. Ouid. 2. de Arte amandi.
Institutis & præceptis suis aliquem erudire. Cic. de Amic.
Instituere atque erudire filios ad maiorum instituta. Cic. 5. Verr.
Erudire laboribus iuuentutem venando, currendo, &c. Cic. 2. Tuscul.
Erudire puerum artibus. Liu. 1. ab Vrbe. Cic. ad Lentulum, libro 1. 7, Lentulum nostrũ eximia spe, summæ virtutis adolescentem cum cæteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias.
Oculos erudire. Ouid. 2. de Remed. amoris,
Néve puellarum lacrymis moueare caueto:
Vt flerent, oculos erudiere suos.
Fortuna eruditi te factis meis probare. Sil. lib. 7.
Eruditi te vsus. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1.
Erudio, cum infinitiuo. Sil. lib. 17, -an tristia vincla
Et Decius non eruditi componere mentem. Ouid. 3. Fast.
Erudire etiam dicuntur res inanimatæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 14,
Erudit admotas ipse capillus acus.
In scholis eruditi. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Erudiendus, Participium {παιδευτέος.} Ouid. epist. 1,
-qui mollibus annis
In partrias artes eruditendus erat. Idem 3. de Arte amandi.

Eruditus, pen. prod. Participium, Hoc est edoctus, sciens. vt Eruditus Græcis literis. Cic. 1. Acad. Et 1. de Finib. Eruditus omni doctrina.
Non satis politus his artibus, quas qui tenent, eruditi appellãtur. Cic. 1. de Finib.
Doctus atque eruditus. Cic. 1. de Orat.
Ad nimiam assentationem eruditi. Cic. Q. frat. lib. 1. 1, Sic verò fallaces sunt permulti, & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi.
Leuiter eruditus. Vide Leuiter, in LEVIS.
Perfectè planéque eruditus. Cic. in Bruto, Erat C. Curio cum institutus optimè, tum etiam perfectè planéque eruditus.
Liberaliter eruditus. Vide Liberaliter, in LIBER.
Subtilius eruditus. Cic. de Prouinc. Consul.
Disputationibus alicuius eruditum esse. Cic. 3. de Orat. Nónnie Socraticis erant disputationibus eruditi?
Doctrina atque optimarũ artium studiis eruditi. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.
Institutionibus Græcis eruditus. Cic. 1. de Nat. deor.
Literis primis eruditus. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Homo à magistro & Græcis literis eruditus. Cic. à. de Orat.
Literis aut musicæ eruditus. Cic. Attico, lib. 4. 86.

Stipendiis

Stipendiis & legationibus bellicis eruditus. Cic. pro Corn. Bálbo.
Multis experimentis eruditus. Plin. Iunior, libro 1. epist. 5, ad Vocónium, sub finem, Mauricus vir est grauis, prudens, multis experimẽtis eruditus, & qui futura possit ex præteritis prouidere.

Eruditus {παιδευτὸς} Nomen ex participio. vt Erudita operatio, hoc est scitè & compositè facta. Plin. lib. 11. cap. 24.
Disciplina iuris ciuilis eruditissimus. Cic. 1. de Orat.
Ciuitas disciplinis erudita. Author ad Heren. lib. 4.
Habere oculos eruditos. Cic. in Parad.
Oratio erudita. Cic. in Parad.
Eruditum palatum. Columella lib 8. cap. 16, Hoc igitur periurium multorum subtiliorem fecit gulam, doctáque & erudita palata fastidire docuit fluuialem lupum.
Tempora Ciceronis erudita. Cic. Attico, lib. 12. 241.
Eruditius. Quintil. lib. 1. cap. 5, Illud eruditius quæritur.

Eruditulus, erudituli, pen. corr. {μικροπαίδευτος} Diminutiuum. Catull. in Mamurram & Cæsarem, 53,
Morbosi pariter, gemelli vtrique
Vno in lectulo, erudituli ambo.

Eruditrix, pen. prod. eruditricis, Verbale fœm. gen. Florus lib. 2. cap. 6, Illam Annibalis eruditricem.

Eruditio, Verbale {παιδία, μαθήματα, παίδευσις} Doctrina. Cic. 1. de Finib. Nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ vitæ disciplinam iuuaret.
Sine eruditione Græcâ intelligi non possunt. Cic. 1. Acad.
Homo præclara eruditione atque doctrina. Cic. 1. Offic.
Homo ingenio præstanti & eruditione perfecta. Cicero 2. de Diuinatione.
Omnis eruditionis expers atque ignarus. Cic. 2. de Orat.
Altissima eruditio, ac scientia. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Liberalis eruditio. Vide LIBER.
Potior eruditio in scholis, quàm domi. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Exercere eruditionem. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Intendere eruditionem suam. Vide INTENDO.
Eruditione varia repleus homo. Sueton. in Augusto, cap. 89.

Erugo, erugis, erugire, Vide ERVCTO.

Erugo, erugas, pen. prod. {ἐκφυσάω} erugare, Quasi rugas auferre. Plin. lib. 13. cap. 12, Iterum constricta erugatur, atque extenditur malleo. Idem lib. 23. cap. 1, Tunditur ipsa radix cum pingui fico, erugáteque corpus si statim bina stadia ambulentur.
Erugare cutem. Plin. lib. 26. cap. vlt. Cacaliæ grana mista ceræ liquidæ, extendunt cutem in facie, erugántque.

Erugatio, Verbale {ἐκφύσησις.} vt Erugatio cutis. Plin. lib. 28. cap. 12.

Erugo, eruginis, pen. corr. {ἰὸς σκία} est incidentis segetibus humoris putrefactio. Propterea, inquit Theophrastus lib. 4. De caus. plantar. quum multum pluerit, humor ille abluitur, nec in eruginem putrescit. Quum verò rores permulti sustillauerint, & sol subsecutus cum tranquillitate fuerit, tunc erugo putrescit. Ideo in locis editioribus minus fit, in conuallibus autem plerunque, vbi venti consilescunt. Cuius tamen pro parte in causa est lunaris calor: propterecáque plenilunio, id est præualente luna, magis fit. Hactenus Theophrastus.
Eruginem, *mullam* nostrates agricolæ vocant. Budæus.

Eruilia, eruiliæ {ὄχρος} Genus est leguminis, folio quàm faba longiore, flore apibus gratissimo: ideo rei rusticæ scriptores circa alueraria seri præcipiunt. Colum. lib. 2, Saserna putat agros stercorari lupino, faba, vicia, eruilia.

ERVLI {ἰαζυγίοι} Populi sunt Istri accolæ, apud quos moris erat, vti concedente ex humanis viro, vxor quæ virtutis existimatione aliqua foret, vel quæ sibi quæreret gloriam, laqueo apud mariti sepulcrum gulam frangeret: aliàs ignominiæ deformabatur nota, odíque in viri propinquos subibat crimen. Ex Cælio Rhodig. lib. 28. capite 22.

Erumna, Vide AERVMNA. Ærumnæ Herculis. Cicero 2. de Finib. Ærumnosus, pen. prod. Cic. in Parad.

Erumpo, erumpis, erupi, penult. prod. eruptum {ἐκρήγνυμι, ἐξαναίνομαι} erumpere, Cum impetu exire. Cæsar 1. belli Ciuilis, Quo paratiores essent ad insequendum omnes, siue noctu, siue interdiu erumperent.
Erumpere ad pugnam. Colum. lib. 9. De apibus.
Erumpere ad fugam. Pompon. in l. focium. D. pro socio.
Erumpere ab aliquo loco. Ouid. in Ibin,
-Stygiis erumpere nitar ab oris.
Scatère atque erumpere plano campo. Lucret. lib. 5.
Erumpere ex proposito. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupit. Cic. pro Sextio.
Erumpere in actum. Cic. pro Domo sua, Omnem impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quæ inuenerata compresso odio atque tacito iam erumpebat in actum, tam, &c.
In aliquem erumpere. Stat. 4. Sylu.
-positis erupit in Hectora plectris.
In rem aliquam erumpere. Lucan. lib. 3,
Dum cupit in sociam Giareus erumpere puppim.
Efferuescere atque erumpere aliquó. Vide EFFERVESCO.
Erumpit in hoc tempus, in hos dies. Cic. pro Murena, Omnia quæ per hoc triennium agitata sunt, iam ab eo tempore quo à L. Catilina & Cn. Pisone initum cõsilium Senatus interficiendi scitis esse, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt.
Erumpere in affectum. Quintil. lib. 8. cap. 3, Sed velut mente captos, & quo in loco essent ignaros, irrupisse in hunc voluntatis affectum.
Erumpere in omnium perniciem. Liuius lib. 4. belli Macedonici, Aristonem quendam Tyrium aduenam, instructum mandatis ab Annibale & ab Antiocho rege venisse, certos homines eum eo secreta consilia ferere, & in occulto colloqui, quod mox in omnium perniciem eruperum esset.
Inter nubila sese erumpunt radij. Virgil. 1. Georg.

Se erumpere. Lucret. lib. 4,
Tandem vbi se erupit neruis coniecta cupido,
Parua fit ardoris violenti pausa parumper. Virgil. 4. Georg.
Erumpunt se portis foras. Cæsar 2. bel. Ciuil.
Erumpere per castra hostium. Plin. lib. 22. cap. 6.
Foras erumpere. Lucret. lib. 6.
Erumpere loco aliquo. Cæs. 3. bel. Ciuil. Nequo loco erumperent Pompeiani, & nostros post tergum adorirentur, timebant.
Portis erumpere. Virgil. 4. Georgicorum,
Erumpunt portis, concurritur.
Subito clamore erumpunt. Virgil. 11. Æneid,
Illustrantur & erumpunt omnia. Cicero in Catil. Si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec priuata domus parietibus continere vocem coniurationis tuæ potest: si illustrantur, si erumpunt omnia, muta iam istam mentem, &c.
Sed certò videntur hæc aliquò eruptura. Cic. ad Atticum, libro 2. epist. 22. ad finem.
Hæc quò eruptura sint, timeo. Cic. ad Attic. lib. 2. 35.
Odia erumpere in aliquem dicuntur. Cic. pro Murena, Vt odia occulta ciuium, quæ tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas omnium cuiusque erumperent.
¶Abiit, excessit, euasit, erupit. Cic. 2. in Catil.
Clades erumpit. Ouid. 7. Metamorphoseos,
-ínque ipsos fœua medentes
Erumpit clades, obsúntque authoribus artes.
Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremus. Cic. Att. lib. 2. 36.
Erumpit furor & indignatio. Liu. 4. ab Vrbe. Cic. ad Q. frat. libro 2. 16, Erumpet amentis hominis furor.
Gemitus erumpunt. Stat. 11. Thebaid.
Ignes ex Ætnæ vertice erumpunt. Cic. 7. Verr.
Erumpit ignis ex vaporario. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17.
Ignis erumpit oculis. Seneca Hippol. 4.
Erumpit lacryma, Erumpit fœtus, Erumpit liquoris pluscula: Plin. lib. 10. cap. 55. Et lib. 12. cap. 17. Et lib. 16. cap. 10.
Malum erumpit ad perniciem ciuitatis. Cicero de Arusp. respon.
Erupturum illud malum aliquando, si impunitum fuisset, ad perniciem ciuitatis.
Mugitus erupit fluuio. Sil. lib. 6.
Nubes erumpit, Scindit se. Virgil. 1. Æneid.
Risus repentè erumpit. Cic. de Orat. Quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, vbi sit, quomodo existat, atque ita repetè erumpat, vt eum cupientes tenere nequeamus.
Sagittæ neruo pulsantem erumpunt. Virgil. 4. Georgicorum,
Donec, vt æstiuis effusus nubibus imber,
Erupêre, aut vt neruo pulsante sagittæ. De apibus.
Erumpunt sermones iniquorum in tuum nomen. Cic. ad Q. fratrem, libro 1. 2, Sentire potuit sermones iniquorum in suum potissimum nomen erumpere.
Perfracto saxo fortes eruperunt. Cic. 2. de Diuinat.
Terra fontibus erumpit liquores. Tibul. lib. 4. eleg. 1.
Fontibus vt dulces erumpat terra liquores.
Ventus erumpit. Lucan. lib. 3.
Erumpere vincula. Vlpian. in l. siquis. §. subuenitur. D. de Senatusc. Sillan. Si tamen ita vincti, vt omnino erumpere vincula, & auxilio esse non potuerunt, &c.
Vndæ per fontem erumpunt. Lucret. lib. 6.
Erumpat aliquando vera & me digna vox. Cic. 10. Philip.
Atronitum erumpit subita formidine vulgus. Sil. lib. 17.
¶Erumpere stomachum in aliquem. Cic. ad Attic. lib. 16. 333.
Erumpere gaudium. Terent. Eunuch. 3. 5,
Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? Donatus, Erumpere, quasi actiuum verbum posuit pro neutrali, vt sit, Licéne id mihi erumpere hoc gaudium? Aut erumpere, quasi exire mihi, pro à me. Et paulo pòst, Vtrum me erumpere, pro emiterere posuit? aut erumpere pro exclamare? vt erumpere vocem dicitur qui exclamat.
¶Erumpet in nerum isthæc fortitudo. Terent. Phorm. 2. 2,
O vir fortis atque amicus: verùm hoc sæpe Phormio
Vereor, ne isthæc fortitudo in nerum erumpat denique. Vbi Donatus, Ex consuetudine Romana dixit: quia sæpe in nerum coniiciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. An prouerbium à sagittariis natum est, quòd immoderatæ plerúque vires, adducendo arcu non telum incitent, sed neruum rumpant? an ex eo, quòd sæpe fortius ferientes, neruum sibi aliquem lædant? Ergo fortitudine nimia sæpe vinci, sæpe decipi contingit.
¶Erumpere, Repentè digredi à proposito. Vide Egredi, pro Digredi, in EGREDIOR.

Erumpens, erumpentis, penult. longa, Participium {ἐξαναίνων.} Cic. de Prouinc. Consul. Byzantij totum pontum armatum, efferuescentem in Asiam, atque erumpentem, ægrè repulsum & cœruicibus suis intercluſum sustinuerunt.

Eruptio, Verbale {ἐκβύσεις, ἔκρηξις} Exitus cum impetu. Plin. lib. 16. cap. 10, Carbonem repentè expuunt cum eruptionis crepitu.
¶Eruptiones dicuntur quando vel exercitus è castris, vel præsidia ex vrbibus in hostes impetum faciunt. Cæsar 1. bel. Ciuil. Non solùm ab eruptionibus caueant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus asseruent. Cic. ad Brutum, 2.
Inopinatæ eruptiones. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Facere eruptionem. Cæsar 7. bel. Gall.
Pugnare velut eruptione. Quintil. lib. 4. cap. 5.

ERVPTIO {ἔκρηγμα} Locus quidam in Ægypto, qui iam inde à Strabonis ætate obrutus est, vt idem ipse scribit lib. 16.

Eruncо, eruncas {βοτανίζω} eruncare, Verbum rusticum à rúsca instrumento rustico deductum: Hoc est, runca auellere, quod propriè de herbis dicitur exherbare. Colum. lib. 2. cap. 11, Omnes alterius generis herbas eruncato. Idem libro 11. cap. 3, Altera vice dimidias areas eruncet.

Eruo,eruis,erui,erutum,penult.corr. {ἐξερύω,ἐξερύσω} eruere,Extrahere.
Colum.lib.7. cap.5, Subluuies & interrigo pice per se liquida, vel alumine & sulphure atque aceto mistis rité eruuntur.
Eruere & ostendere populis aliquid.Ouid.ad Pisonem.
Eruere atque proferri in lucem.Horat.2.epist.2,
Obscurata diu populo,bonus eruet,atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum.
Protrahere & eruere aliquid in luminis oras.Lucret.lib.5,
Sic vnum quiduis paulatim protrahit ætas
In medium,ratióque in luminis eruit oras.
Eruere ex tenebris.Cic.1.de Lege Agraria.
Media turba aliquem eruere.Horat.1.Serm.satyr.4.
Prudéter aliquid eruere. Quintil.lib.4.cap.2,Hoc quoque tãquam occultum & à se prudenter erutum tradunt.
¶ Bipennibus arborem eruere. Virgil.2.Æneid. Id est deiicere. & est Acyrologia. Seruius.
Aurum terra eruere.Ouid.3.Amor.eleg.7.
Censum conditum templo eruere.Lucan.lib.3,
-tunc conditus imo
Eruitur templo mulcis intactus ab annis
Romani census populi.
Ciuitatem eruere. Tacitus libro 20, Auido milite eruendæ ciuitatis.
Eruere curam.Plaut.Casin.11.
Antiquas domos auium cum stirpibus imis eruere. Id est arbores. Virgil.2.Georg.
Boreæ quercum flatibus eruunt.Virgil.4.Æneidos,
Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc,nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant.
Genas vngue eruere.Propert.lib.4.eleg.5.
Eruere herbas & limum.Plin.lib.11.cap.37.
Latus hasta eruere quà vir est equo commissus.Ouid.11.Metam.
Extentum cursu missa latus eruit hasta,
Quà vir equo commissus erat.
Lumina eruere.Seneca Thebaid.1. Et Quintil.lib.6.
Eruere memoriam alicuius rei ex vetustate annalium. Cicero pro Murena, Itaque nõ ex sermone hominum recenti,sed ex animalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ.
Obrutum eruere.Cic.4.de Finib.
Eruere oculum.Plin.lib.11.cap.37,Certè nulli sine redundatione eius eruitur oculus.
Eruitur oculos,Synecdoche.Ouid.12.Metamorphoseos,
Figitur hinc duplici Grynæus in lumina ramo,
Eruitúrque oculos.
Opes & regnum alicuius eruere.Virgil.2.Æneidos,
Troianas vt opes & lamentabile regnum
Eruerint Danai.
Segetem ab radicibus imis eruere.Virgil.1.Georg.
Sus rostro semina eruit.Ouid.15.Metam.
Syluas manu eruere.Virgil.4.Georg.
Vrbem aut aliquem virum eruere.Virgil.6.Æneidos,
Eruet ille Argos,Agamemnoniásque Mycenas
Ipsúmque Æaciden,genus armipotentis Achilli. De Cæsare.
Vrbem è sedibus eruere.Virgil.2.Æneidos,
Fundamenta quatit,torámque à sedibus vrbem Eruit.
¶ Eruere,pro Perscrutari & inuestigádo elicere.Stat.3. Thebaidos,
Eruimus quæ prima dies,vbi terminus æui,&c.
Scrutari vetera, & ex his ea quæ scriptores Græciæ prodiderunt eruere.Cic.1. Tuscul.
Cura & cogitatione aliquid eruere.Cic.2.de Orat.
Argumenta eruere. Cic.2.de Orat. Scrutari locos ex quibus argumenta eruamus.
Erutus,pen.corr.Participium {ἐξηνυσε.} Cic.1.de Diuin.Mortuum erutum esse cauponem re patefacta pœnas dedisse.
Eruta genas vngue.Stat.10. Thebaid.
Aqua eruta remis canet.Ouid,epist.5.
Aurum erutum.Stat.4.Sylu.7.
Cæpa eruta.Ouid,3.Fastorum,
Cædenda est hortis eruta cæpa meis.
Freta eruta.Ouid 3.Amor.eleg.7,
Non freta demissi verrebant eruta remi.
Oppida eruta conuulsis muris.Sil.lib.3.
Radicibus eruta pinus.Virgil.5.Æneid.
Sacra eruta priscis annalibus.Ouid.1.Fast.
Tempora cum causis annalibus eruta priscis. Ouid.4.Fast.
Eruptio,Vide ERVMPO.
Erutus,Vide ERVO.
Eruum,erui {ἔρεβος} genus leguminis : dictum ab eruendo : quòd manibus eruatur & vellatur.Plaut.Casin.3,
Post autem nisi ruri tu eruum comederis,&c. Dioscorides libro 2. cap.119,Eruum paruus frutex, omnibus cognitus, anguſto folio,tenuis , semina in valuulis habens : è quibus farina fit nomine eruina, ad multos medendi vsus conueniens. Vbi Hermolaus. Eruum,herbúmve,aliud candidum, aliud rufum. In siliquis grana sine septo habet,quę se inuicem quasi tangant,ve in piso:siliquæ forma teres,& ad rationem grani cylindracea , vt item piso. Patientissimum vetustatis est atque cicer. Genus est & erulia leguminis , quam nonnulli falsò durellam vulgò dictam interpretãtur:propterea quòd hodie quoque in Vmbria vocant eruiliam agricolæ,quod in Gallia & Venetia prouincia doram,durellámque:folio crasso,& oblongo leontopodij,sed maiore, capitulis semen includentibus minutũ,simile nasturtio, tantum exilius flore cãdido.Scopas ex ea ruri faciũt. At erulia,sylueſtris herba est,amaritudinis eximiæ,colore & folio cicerculæ,quanquam minore. Plinius libro 18. capite 15, Hoc leguminis genere plurimum abundant Delphinates,vocant autem illi vulgò *Des erx.*

Fresum & aqua maceratum eruum bubus dare conuenit. Colum. lib.6.cap.3.
Grauedinosum eruum , quòd bubus grauedinem faciat. Plin. lib. 18.capite 15. in fine, Eruum Martio mense satum, noxium esse bubus aiunt. Item autumno grauedinosum. Innoxium autem fieri primo vere satum.
Pingue eruum.Virgil.3.ecloga,
Eheu quàm pingui macer est mihi taurus in eruo.
Tenue eruum.Horat.2.Serm.satyr.6,
-me sylua cauúsque
Tutus ab insidiis tenui solabitur eruo.
Eruilla,fœm.gen. Idem quod Eruum.Varro apud Nonium,Sed vt is erat hęc legumina arte praua pauca cicer,eruillam,ac paregia alia spina cæteris. Hæc Nonius.
Eruum & Eruilia à Græco sunt dicta , quia illi eruum ἔρεβος, eruilia ἐρέβινθον appellant. Festus.

E R Y

ERYANNOS {ἠρύαννος} Ælidis fluuius, de quo Plin.lib.5.cap.30.
ERYCINVS, Gracchi seruus fuit , qui domino agenti, eburneola fistula modos incinebat,vt refert Cæl.lib.9.cap.1.
ERYCVS,pen.corr.Mons est Siciliæ Ciceroni.4.Verr.Itaque apponit qui petat Veneri Erycinæ illam hæreditatem.non enim Quæstor petit(vt est cõsuetudo)is qui Erycum montem obtinebat,&c. In hoc monte celebre templum habuit Venus : vnde Erycina est appellata. Horat.1.Carm.ode 2. Straboni libro 6. scribitur Bryx mons. Vide BRYX.
Templa Erycina.Stat.1.Sylu.2.
ERYMANTHVS {ἠρύμανθος} Est mons syluosus Arcadiæ,vbi ingentem aprum Hercules cepit. ¶ Est etiam fluuius ab illo monte in Alpheum defluens. Plinius lib.4.cap.6. Erymanthi meminit Virgilius libro 6.Æneidos,
Fixerit æripedem ceruam licet,aut Erymanthi
Placarit nemora,&c.
Monstrifer Erymanthos.Stat.4.Thebaid.
Densa iuga Erymanthi.Seneca Herc.fur.4.
Nigræ syluæ Erymanthi.Horat.1.Carm.ode 21.
Cupressifer erymanthus.Ouid.epist.9,
Vt Tegeæus aper cupressifero Erymantho Incubat, &c.
Phocaicus Erymanthus.Ouid.2.Meram.
Erymanthæus {ἠρυμανθεύς} Adiectiuum. vt,Monstrum Erymanthæum. Valer.1.Argonauticõn,
Quíque Erymanthæi sudantem pondere monstri
Amphitryoniadem,&c. De apro Erymanthæo.
Erymanthius {ἠρυμάνθιος} Aliud adiectiuum.vt Aper Erymanthius.Cic. 6.Verr. Idem 4. Tusc.ul. Iratúmne censes conflixisse cum Erymanthio apro,aut leone Nemæo?
Pestis Erymanthia. Id est aper, quem in Erymantho Hercules interfecit.Sil.lib.3.
Erymanthis,idos {ἠρυμανθίς} Patronymicum,Arcadia. Ouid.2.Metam.
Nexilibúsque plagis syluas Erymanthidos ambit.
Erymanthis vrsa dicta est Calisto Lycaonis vxor , quæ versa est in vrsam,vt docet Ouid.lib.2.Metam. Stat.9. Thebaidos,
-vt fortè iugis longo defessa redibat
Venatu modò rapta ferox Erymanthidos vrsæ
Ora ferens. Erymanthidos. Id est Arcadicæ.
Custos Erymanthidos Vrsæ,Arctophylax.Ouid.1. Trist.eleg.3.
Stellæ Erymanthidos Vrsæ.Ouid.5. Trist.eleg.4.
ERYMNE {ἠρύμνη} Oppidum in Magnesia,nõ longè ab Æantio promontorio,cuius meminit Plin.lib.4.cap.9.
Erynge, siue eryngion {ἠρύγγιον} Herba aculeatæ mordacitatis, spinosa veluti carduus, satua in cibis probatur,radice tantum,quæ melle, cinnamomo & garyophillo condita, gustui non iniucunda est. Hæc ex Plinio lib.22.cap.7. Et lib.21. cap.15. Columel.lib.6.cap.5. Vulgus Hispanorum,inquit Dioscorides,vocat hoc cardui genus cétum capita à multitudine capitum in quibus semen reconditur : pharmacopolæ autem vocant *irringorium* corruptè.
Erysimum {ἐρύσιμον} Semen est sesamo corporis substantia quodammodo affine , sed in cibo est infauaius , corporíque alimentum parcius exhiber,prædictóque omnino est deterius. Vide plura apud Galenum lib.2.de aliment.facult.
Erysipelæ,pen.corr. {ἐρυσιπέλας} erysipelarum,morbus.Celsus libro 5. cap. 26, Omnis cancer non solùm id corrumpit quod occupauit, sed etiam serpit:deinde, aliis aliíq; signis decernitur. Nam modò super inflammationem rubor vlcus ambit , isque cum dolore procedit, ἐρυσιπέλας Græci nominant. Apud eundem Celsum paulo pòst titulus sic habet, Curatio erysipelarum. Vbi fortè pro erysipelarum, legẽdum est erysipelatũ. Video enim ab aliis passim erysipelata genere neutro vocari sacros ignes , vtique à nominatiuo Erysipelas , huius erysipelatis.Non ignoro tamen quin & Celsus & Galenus diuersum faciant sacrum ignem ab erysipelate : quanuis Plinius erysipelas interpretetur sacrum ignem. Sed nobis de voce tantum est disceptatio.
Erysisceptrum, Frutex. Plin.lib.24. cap.13, Sed & frutex humiliorque spinosus in Nisyro & Rhodiorum insulis , quem alij erysisceptrum, alij adipstacheon, siue dipsacon, siue diachcton vocant. Optimus,qui minimè ferulaceus, rubens, & in purpuram vergens,detracto cortice. Nascitur pluribus locis , sed non vbique odoratus. Hæc Plin.vbi suprá.
Erysithales,Herba est flore luteo,foliis acanthi, bibitúrque è vino,vt vult Plin.lib.26.cap.13.
Erythace , erythaces {ἐρυθάκη.} Varro 3.de Re rust. cap.16,Erythacen vocant , quo fauos extremos inter se conglutinant , quod est aliud melle, propoli , itaque in hoc vim esse eliciendi. Quocirca examen vbi volunt considere , eum ramum , aliámve quam rem oblinunt hoc admisto apiastro. Sic habent emendatiora exemplaria.
Erythacus,Vide ERYTHACVS.

ERYTHRAEVS

ERYTHRAEVS, Rex Athenarũ Orythiæ pater, quam Boreas rapuit, & in Thraciam abduxit.
ERYTHIA {ἐρυθρία.} Plin.lib.4.cap.22, insula in mari Gaditano,quã sic cognominatam dicit , quoniam Tytij ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur. Tum subdit,In hac Geryones habitasse à quibusdam existimantur , quorum armenta Hercules abduxerit. ¶ Sunt qui aliam esse eam & contra Lusitaniam arbitrantur , eodémque nomine quondam ibi appellatam. Hæc Plin. Vide Melam libro 3.
Vbi scribitur in omnibus ferè codicibus apud Ouid. Erythræides boues , ibidem legendum videtur , Erytheides ab Erythia siue Erythea hac Gaditana insula patria Geryonis , cuius meminit Steph. & Strab.lib.3.
ERYTHIBIVS , Apollo cultus est apud Rhodios , quoniam Erythiben appellant ipsi,quam ἰρυσίβιν alij, id est rubiginem, cui arcendæ hunc deum præfecisbant. Author Cæl.lib.6. cap.7. & Alex.ab Alex. libro 1.cap.13.
ERYTHRAE {ἐρυθραί} Vulgò *Cabo bianco*, Ciuitas Asiæ, non longè à Chio, ex qua Sibylla fuit,quam à patria Erythræam nominauerunt: antiqua sanè mulier,& diuinatrix tempore Alexãdri. Vide in dictione sequenti.
ERYTHRAEA {ἐρυθραία} Sibylla est, de qua Seruius in illud Virgilij 6.Æneidos,Deiphobe Glauci.Ducitur tamen Varro(inquit)vt Erythræa credat scripsisse libros Sibyllinos,in quibus fata Romana scripta erant:quia post incensum Apollinis templum,in quo fuerãt apud Erythram insulã,inuenta sunt carmina. Idem de eadem paulo pòst, explicans TVAS SORTES,Sibyllina responsa:quæ,vt suprà diximus, inquit,incertum est cuius Sibyllæ fuerint: quanquam Cumanæ Virgilius dicat, Varro Erythrææ.
ERYTHRAEA {ἐρυθραία} Regio ex qua Hercules armenta boum abduxit in Italiam.Propert.lib.4.eleg.10,de Hercule & morte Caci,
Amphitryoniades qua tempestate iuuencos
Egerat à stabulis ô Erythræa tuis,&c. Opinor legendum esse Erytheia pro Erythia.
Erythæis,Erythræidos {ἐρυθραΐς} vt omnes ferè codices habent,Patronymicum,vt Erythræis præda.Ouid.5.Fastorum,
Victor abit,secúmque boues Erythræida prædam Abstrahit.
Erythræides boues.Ouid.1,Fastorum,
Ecce boues illuc Erythræidas applicat Heros
Emensus longi clauiger orbis iter. Lego potius Erytheidas.
ERYTHRAEVS MARE {ἐρυθρὰ θάλασσα} quod rubrum dixere nostri, Græci Erythræum à rege Erythra, aut,vt alij, solis repercussu talem reddi colorem existimantes : alij ab harena terráque : alij tali aquæ ipsius natura.Plin.lib.6. cap.23.
Gemmæ Erythrææ.Claud.Paneg.7.
Lapilli Erythræi, Vniones.Stat.4.Sylu.6,
Nox & Erythræis Tethydis signanda lapillis,
Et memoranda diu. Prouerbialiter dictum.
Littus Erythræum.Tibul.lib.3.eleg.3,
Quídve in Erythræo legitur quæ littore concha,
Tinctáque Sydonio murice lana iuuat?
Smaragdi Erythræi.Claud.4.Paneg.
Erythraicon, Altera est Satyrij herbæ species,semine viticis maiore, læui,duræ radicis, cortice rubro intus album includẽre,sapore subdulci.Inuenitur ferè in montosis.Hæc Plin.lib.26.cap.10.
ERYTHRIS , Aleos amnis pilos gignit in corporibus. Plinius libro 31.cap.2.
Erythrocomos , Punici mali species , cuius meminit Plinius libro 13.cap.19.
Erytini, Pisces sunt,qui vuluas habere credũtur,in quorum nimirum genere non sit mas , quum omnes ouis grauidæ capiantur. Author Plin.lib.9.cap.52. & cap.16.cod.lib.
Erythrodanum {ἐρυθρόδανον} Herba est, rubram habẽs radicem,qua tinguntur lanæ. Latini Rubiam appellant. Vulgus *Garenciam*. Vide Plin.lib.24.cap.11.
Erythros {ἐρυθρός} Frutex, alio nomine Rhus appellatus, cuius folio coriarij in condepsandis pellibus vtuntur : vnde & excoriarium fruticem quidam appellarunt. Vide Plin. libro 24. cap.11. Galli *Viurnam* vocant.
Erythrotaones {ἐρυθροτάονες} Ex anserum genere volucres,in quibus nitor eximius, absoluáque nigritia, & in superciliis cocci rubor : ita dicti,quasi ἐρυθροὶ τὰ ὦτα. hoc est rubri pauones.
ERYX,huius erycis,penult.correp. {ἔρυξ} Brutæ & Veneris filius: secundum alios , Neptuni & Veneris. Hæc Seruius in illud Virgilij 5. Æneidos,
-nec littora longè
Fida reor fraterna Erycis,portúsq; Sicanos. Idem in illud 1.Æneid.
Siue Erycis fines,regémque optabis Acestem. Eryx(inquit)Veneris & Brutæ filius fuit,qui occisus ab Hercule,monti ex sepultura sua nomen imposuit.In quo matri fecerat templum quod Æneæ adscribit poeta,dicens,
Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri. In hoc autem monte dicitur Anchises sepultus: licet secundum Catonem in Italiam venerit.
Cæstibus fractus suis Eryx.Seneca in Herc.fur.6,
Ipsius opus est cæstibus fractus suis
Eryx,& Eryci iunctus Anteus Libys. Ipsius opus,subaudi Herculis. Nam Eryx in Sicilia regnans,vir corporis præstans viribus,legé hospitibus dederat , vt cum ipso cæstibus certarent : qui tandem ab Hercule redeunte ex Hispania victus occubuit, & in summo montis propinqui Drepano sepulturæ datus,monti nomen dedit.
Terga Erycis,Cæstus.Virgil.5.Æneidos,
Æquemus pugnas,Erycis tibi terga remitto.
Solue metus,& tu Troianos exue cæstus,
Acer Eryx.Virg.5.Æneidos,
-quibus acer Eryx in prælia suetus

Ferre manum,duróque intendere brachia tergo.
Altus Eryx.Ouid.2.de Arte amandi.
Zephyro semper apertus Eryx.Ouid.4.Fast.
Æneæ germanus Eryx.Virg.5.Æneidos,
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat.
Erycinus, pen.prod.Adiectiuum.vt,Concha Erycina.Propertius libro 3.eleg.13.
Littus Erycinum.Virg.10.Æneid.
Vertex Erycinus.Virg.5.Æneid. Horat. ode 2,
Siue tu mauis Erycina ridens.

E S A

ESAE {ἰέσσαι} Vna ex tribus religiosoribus Iudęorũ sectis,quæ omnino tres erant,teste Iosepho, Pharisæorum, Essæorum, & Sadducæorum. Ex his Essæi, vxoribus, & vino,& carnibus abstinebant, quotidianúmque ieiunium vertebant in naturam.Meminit Alex.ab Alex. lib.6.cap.12. Plin.Essenos vocat.
Esalon,seu potius Æsalon {αἰσάλων} Auis est ex accipitrũ genere,perpetuum cum vulpe bellum gerens. Plin.lib.10.cap.74.Æsalon vocatur parua auis , oua corni frangens , cuius pulli insultantur à vulpibus.Inuicem hæc catulos eius ipsámq; vellit. Quod vbi viderint corui,contrà auxiliantur,velut aduersus communem hostem.
ESAR {ἴσαρ} Ægyptiorum,qui Psammetichum fugerunt,oppidum,dierum duodecim itinere à Meroe distans,in quo produntur annis trecentis habitasse.Author Plin.lib.6.cap.30.
ESAV, Nomen filij Isaac, qui & Edom,hoc est rufus, & Seir, quod pilosum significat,appellatus est.

E S B

ESBONITAE,Populi,de quorum nomine & Carabanum, & Scenitarum Arabia illa sterilis vocatur,vt tradit Plin.lib.5.cap.10.

E S C

ESCA,Arabiæ ciuitas,quam Gallus, Augusti Cæsaris legatus in Arabia diruit, authore Plin.lib.6.cap. 28.
Esca,huius escæ {ἐδητύς, ἐδώδιμα, βρῶμα} ab edendo dicta,Significat cibum hominum,ac cæterorum animalium.Plaut.Mostell. 7,
Melius hoc anno non mihi fuit domi,
Nec qui esca vna sibi me demeruerit magis.
Contemptissimæ escæ, Vide CONTEMNO.
Dulcis esca.Virgil.4.Georg. Ouid.2.Amor.eleg.19,
Pinguis amor,nimiúmque potens in tædia nobis
Veritur,& stomacho dulcis vt esca,nocet.
Mollicula esca.Plaut.in Casi.A ct.2.scen.vltima,
-sed lepidè volo
Molliculas escas,vt ipsa mollicula est.
Simplex esca.Horat.2.Serm.sat.2,
-memor illius escæ
Quæ simplex olim tibi federit.
Temperatæ escæ,modicæque potiones. Cic.1.de Diuin. Qui quia vixit ab omni æternitate, versatúsque est cum innumerabilibus animis, omnia quæ in natura rerum sunt, videt, si modò tèperatis escis modicísque potionibus ita est affectus, vt sopito corpore ipse vigiler. De animo.
Hoc est esca mihi.Ouid.2.Amor.eleg.6,
Nux erat esca,tibi causáque papauera somni.
Conficere escas,Vide CONFICIO.
Vesci escis.Cicero 2.de Nat.deor.A quibus bestiis erat is cibus vt alius generis escis vescerentur.
Escis & potionibus non vescuntur dij.Cic.2.de Nat. deor.
¶ Esca,pastus & cibus animantium. Cic.2. de Nat.deor.Sus verò quid habet præter escam?
Ignis esca.Liu.5.bel.Pun.
¶ Esca,Quæ datur auibus,piscibúsve ad decipiendum. Cic.de Senect.Diuinè enim Plato escam malorum voluptatem appellat, quòd ea videlicet homines capiantur,vt hamo pisces.
Escalis,& hoc escale, pen.prod. Paulus in l.cum quidam.D.supell.leg. Escale autem vel potorium argentum non deberi.
Escarius,Adiectiuum {ἐδώσιμος πώσιμος} Quod ad escam pertinet. vt Escaria vasa.Plin.lib.36.cap.26.
Vincula escaria.Plaut.Menæch.3.
Vitis escaria.Plin.lib.14.cap.3.
Escariæ mensæ , quadratæ vocantur, vel in quibus homines epulantur.Festus Pom.
Escariæ vuæ,teste Plinio dicuntur,quas in pergulis seri moris est, ederæ acinis,albæ nigræque.Hæc ille lib.14. cap.3.
¶ Escarium argentum , apud Iurisconsultos est , quod ad epulandum in ministerio habetur , Id est ad esum & potum, l.cum aurum. D.de aur.arg.leg.
Argentum escarium.Pomponius in l.in argento potorio.D.de auro & argen.legat.Quum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset.
Vitrea escaria & potiora in supellectile sunt , sicut fictilia. Paulus in l.3.D.de supellectile legata.
Esculentus,Adiectiuum {ἐδώδιμος, ἐδώσιμος} Quod ad edendum pertinet, vel quod edi potest. Cato,vel de liberis educandis,Fortunasse illos nó natura præstare,siquid his datum sit esculentum. Cic.2. de Nat.deor. Atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta.
Esculenta animalia, Quibus vescimur. Plin.lib.8.cap.55, Benignæ circa hoc natura , inuocua & esculenta animalia fœcunda genera-uit.
Esculenta frusta. Cic.2.Philipp. Is vomens fructis esculẽtis vinum redolentibus gremium suum & totum tribunal impleuit.
Esculenta mera. Columel.lib.11.cap.3, At si esculentæ merci præparabis , recto cacumine de collo cucurbitæ sumptum semen serendum erit.
Esculento ore homo, Cuius os plenum est esca. Plinius lib.8.cap. 25, de crocodilo , Hunc saturum cibo piscium & semper esculento ore,in,&c.

¶Esculentum,absolutè: pro esca ipsa. Cic.2.de Nat.deor. Iam gustatus qui sentire eorum quibus vescimur genera deberet; habita in ea parte oris qua esculentis & potulentis iter natura patefecit.

Nihil esculenti. Plin.libro 10.cap.10,de muliis,Notandum in his, rapacissimam & famelicam semper alitem nihil esculenti rapere vnquam ex funerum ferculis.

Esco,escas,escare. Solin.cap.53.ad finem, Noceri eis,omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia vel maximè, vbi serpentum immanis copia est: quos dum escandi gratia infectantur, regionibus Thessalicis plurimum mali detrahunt. De ciconiis.

ESCAMVS {ἔσκαμος} Mœsiæ flumen, ex Hæmo profluens, vt Plin. docet lib.3.cap.vlt.

Eschara,æ {ἐσχάρα} A Græcis dicitur crusta, siue durities illa quæ vulneribus per cauteria quædam induci solet, quum sanguis aliter sisti non potest. Cornel. Cels. medic. lib.5, Post exustionem putris vlceris, superponendæ sunt, quæ crustas à viuo reſoluant. Eas ἐσχάρας Græci vocant.

Escharites {ἐσχαρίτης} Panis genus est, de craticula sic dictum, apponi solitum sub cœnę finem. Hinc Plautus Eschaculas mulieres appellat, de panificij ratione. Huius panis meminit Athenæus. Cæl. quoque Rhodig. lib.26.cap.

Escharotica medicamenta dicuntur caustica, quæ vim habent eschara, hoc est crustam inducendi. Galenus libro 5. de Simplic. medic. facult.

ESCVA {ἴσκανα} Hispaniæ ciuitas in Tarraconensi prouincia, inter Bætim fluuium & Oceani oram in mediterraneo sitam. Author Plin. lib.3.cap.2.

Esculus, Vide ARSCVLVS.

ESERNINI, Populi in quarta regione Italiæ à Plinio collocati libro 5. capite 12.

E S I

ESIONENSES {εἰσιονῆς} Populi Asiæ, quorum meminit Strabo lib.13. quem vide.

ESIS, Italiæ fluuius non procul à Rauenna. de quo Plin. lib.3.cap.13, In ora (inquit) flumen Esis, Senogallia, Metaurus fluuius, &c.

Esiteria {εἰσιτήρια} Dies celebris & festus Athenis fuit, in quo omnes, qui in magistratu erant, procedebant, vnde & nomen fuit. Hanc verò anni primâ diem Athenienses existimabant. Meminit Demosthenes in oratione περὶ παραπρεσβείας.

Esito, Vide EDO, es.

E S O

ESOPIS {ἔσοπις} Ciuitas in Locris, in quodam montis supercilio sita, vt refert Strab. lib.6.

Esopon, Lactucæ genus in aruis nascens, cuius folia trita, & cum polenta illita vulneribus medentur, vt scribit Plin. lib.20.cap.7.

Esox, Piscis est Rheno fluuio peculiaris, magnitudine insigni, vt refert Plin. lib.9.cap.15.

Esquiliæ, Vide EX QVILIAE.

E S S

Esse, Infinitiuus à sum, es, est. Vide SVM.

Esse, Infinitiuus ab Edo, es. Vide EDO.

ESSEDONES {ἐσσηδόνες} teste Plin. lib.4.cap.12, Populi sunt Asiæ, veranque Scythiam incolentes, super Mæotim lacum, non procul à Riphæis montibus, quibus, teste Herodot. lib.4. histor. mos fuit parentum funera cantu prosequi, & congregatis proximis, cadauera ipsa, pecudum admixtis carnibus, comedere: os autem capitis, quod cranium vocamus, auro cingere, & ad poculi vsum asseruare.

Essedum, essedi, pen. corr. n.g. {ἐσσηδόν} Vehiculi genus velocissimi ab equis tractum, Gallorum Britannorúmque, apud Belgas primò repertum. *Vne coche.* Cic. Att. lib. 6.12, Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. Idem in Antonium, Philipp. 2, Vehebatur in essedo Trib. pl. cb. Virgil. 3. Georgicorum,

Belgica vel molli melius feret essęda collo. De equo.

Britannia essęda. Propert. lib.2.eleg.1.

Multisonora essęda. Claud. de mulabus Gallicis, 10.

Stridentia essęda. Sidon. lib.2.ad Hesperium,

Stridentum hinc moderator essędorum,

Curuorum hinc chorus helciariorum.

Essęda festinant. Horat.2.epist.1.

Trahit equus essęda. Silius lib 3.

¶Essęda, etiam genere fœminino legitur apud Senecam epist.57, In iis quæ me sine auocatione circumstrepunt, essędas transcurrentes pono.

Essedarius, essedarij {ἐσσηδάριος} Qui essęda regit. Cic. Trebatio. lib.7. 6, Tu qui cæteris cauere didicisti, in Britannia ne ab essędariis capiaris, caueto. Cæs. bel. Gall.5, Equites hostium, essędariúsq; acriter prælio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt.

Essentia {οὐσία} Quintil. lib.8.cap.3, Quorum dura quædam admodũ videntur, vt ens & essentia, quæ cur tantopere aspernemur non video: nisi quòd iniqui iudices aduersus nos sumus: ideóque paupertate sermonis laboramus. Idem lib.2, Et hæc interpretatio non minus dura est, quàm illa Plauti essentia atque entia.

E S T

ESTIAEOTIS {ἑστιαιῶτις} Thessaliæ pars, continens occiduas regiones, & quæ intra Pindum, Macedoniámque superiorem sunt. Vide Strab. lib. Geograph.9.

Estimo, Vide AESTIMO.

Esto, Vide SVM.

Estor, oris {ἴστωρ} Clauus est, quo temoni coaptatur iugum. Meminit in Alexandro Plutarch. & Rhodig. lib. Antiq. lect. 26. cap. 5.

Estrix, Vide EDO, es.

E S V

ESVBIANI, Populi, inter Alpinos à Romanis superatos numerantur à Plin. lib.3.cap.20.

ESVBOPES {ἐσυβόπες} Rex Colchorum fuit, qui terram virginem natus, plurimum auri & argenti eruisse dicitur in gente Sannorum, & alioquin velleribus aureis inclito regno. Sed & illius aurcæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atque parastaræ, victo Sesostri Ægypti rege, tam superbo, vt prodatur annis quibusque sorte reges singulos è subiectis iungere ad currum solitus, sicque triumphare. Verba sunt Plinij lib.33.cap.3.

Esurio, Esuritio, Esuritor, Vide EDO, es.

E T

Et {καί} Coniunctio copulatiua, atque ideo à Græcis enclitica appellata: cóiungit enim duos casus inter se similes: vt Cicero eloquês fuit, & philosophus. Cic. pro Cluentio, Quod tum explosum & eiectum est, nunc retulisse demiror.

Et, duo substantiua ad eandem pertinentia diuidens, vt molem & montes, pro molem montis. Virgil. 1. Æneid. Sic ibidem, In vada & Syrtes, pro, In vada Syrtium.

Et duplicatur interdum, ac completiua est in diuersis rebus: vt, Te admirantur & ciues & hospites. Virgil. 1. Æneidos,

-multum ille & terris iactatus, & alto. Terent. Eunuch. 1.1,

-ô indignum facinus, nunc ego &

Illam scelestam esse, & me miserum sentio:

Et tædet, & amore ardeo. Cic. pro Quint. Homo & in aliis causis exercitatus, & in hac multum & sæpe versatus.

Et copiosè & grauiter dicere. Cic. pro Cælio.

Et multiplicatum. Horat. 1. epist. 7,

Et properare loco, & cessare, & quærere, & vti

Gaudentem parusque sodalibus, & lare certo

Et ludis, &c. Cicero 1. Offic. Quòd in Catulo & in patre & in filio, itémque & in Q. Mutio Mancino vidimus.

Quæ & Et iunguntur. Cic. 5. Tusc. Academici balbutire desinant, aperteque & clara voce audeant dicere, &c.

Et causalis, pro Etiam. vt Virgil. 2. Æneidos,

-quorum Iphitus æuo

Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyssi. Virgilius, Natus & ipse dea. Ex Valla lib.2.

Et, interrogatiua, seu expletiua. Virgil. 1. ecloga,

Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?

Et, indignatiua, vt apud Græcos ὦτα. Virgil. 1. Æneidos,

-& quisquam numen Iunonis adoret

Præterea? Id est, An iustum uidererur, &c.

Et, confirmatiua. Virgil. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? Cic. Att. lib. 10. 202, Et dubita si potes quin ille, seu victus, seu victor redierit, cædem facturus sit?

¶Et, desertum etiam affectui, & quasi interrogandi vim habet. Cicero pro Milone, Et sunt qui de via Appia loquantur, taceant de curia? Valla lib.2.

¶Et, pro Id est. Plautus, Annos natus sexaginta, & senex.

¶Et, pro Nam, vel quia. Virgil. eclog. 9,

Audieras, & fama fuit. Quintil. lib. 1. cap. 1, Has primũ audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur: & natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus. Terent. Eunuch. 2. 2, Non temere est, & properans venit. Ex Valla lib.2. cap.58.

¶Et, plerunque sententiarum initiis competit. Quintil. cap. De officio Grammatici, Et finitæ quidem sunt partes duæ: quas hæc professio pollicetur. Ex Valla lib.2. Terent. Phorm. 1.3, Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tú senties. Vbi Donatus, ET modò non connexiua, sed inceptiua coniunctio est.

¶Et, pro Deinde, ordinandi aduerbio. Virgilius,

-corpúsque lauant frigentis, & vngunt. Id est deinde vngunt.

¶Et, pro Quanuis. Cic. Defendi legem Voconiam magna voce, bonisque lateribus, & videtis annos meos. Id est, quanuis sim ita senex. Valla lib.2, Et videtis annos meos, Ac si dixisset, Defendi legẽ Voconiam iuuenili voce, atque lateribus, & videtis annos meos, & sum ita senex. Locus Cicer. qui à Valla citatur, est in libello de Senectute, quo loco, hæc verba, Et videtis annos meos, non leguntur in emendatioribus codicibus.

Et, subauditum ante si. Terent. Eunuch. 5.2,

-nam si ego digna hac contumelia

Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Id est etsi ego digna.

Et id scio, Quasi dicat, inquit Donat. nihil est. Terent. And. 2.2.

Et ni, pro Si non. Terent. Adelph. 3.4, Et ni facient quæ illos æquũ, haud sic auferent. Ita legit Donatus: Vbi in omnibus ferè exemplaribus legitur solum ni, sine &.

¶Et, pro Sed etiam. Terent. Adelph. 5.5,

Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi

Lubens bene faxim. Donatus, ET adiectum est, vt ostendat hanc esse sententiam, Non solùm te laudo, sed etiam iuuo: illud dicendo, hoc faciendo.

¶Et, pro Similiter. Horat. 2. Carm. ode 13,

Ille & nefasto te posuit die

Quicunque primum, & sacrilega manu, &c.

Illum & parentis crediderim sui

Fregisse ceruicem, &c.

Et, redundans. Virgil. 1. Æneidos, Multa quoque & bello passus.

¶Et ille, pro Tunc. Varro 1. de Re rust. cap. 49, Dic, inquit Agrius, de fructibus maturis capiendis. Et ille, primùm de pratis summissis, &c.

¶Et certé. Terent. Eunuch. 5.6,

Sed éstne ille noster Parmeno? & certè ipsus est. Cicero pro Marcello, Et certè in armis, militum virtus, locorum opportunitas, &c. multum iuuant.

Et profectò, aut hoc remedium est ægrotæ ac propè desperatæ Reipub. Cic. 1. Verr.

Et ecce. Virgil. 5. Æneidos,

-& ecce Cloanthum

Respicit instantem tergo.

Et hercle. Cicero de Amicitia, Et hercle ita fecit: vel plus etiam quàm dixit.

¶Et non, pro Ne quidem. Cic. in Topic. Non & legatum argentum est, & non est legata numerata pecunia.

Et etiam, In his duobus videtur compositionis quædam incõcinnitas: ideóque aliquid solet interponi. Cic. Pæto, lib. 9.23, Vt & te viserim, & cœnarem etiam.

Et, & etiam. Cic Pæto, lib. 9.25, Authoritate tua nobis opus est & consilio, & etiam gratia.

Et item. Lucret. lib.2. Et superantur item.

Et iam. Virgil. 1. Æneidos,

Et iam finis erat, quum, &c. Idem 4. Æneidos,

Et iam prima nouo spargebat lumine terras.

Quippe etenim. Lucret. lib.2,

Quippe etenim sumant oculi, &c.

Et quidem. Cic. de Amic. Rarum genus, & quidem omnia præclara rara. Idem 1. Acad. Et eam quidem plenam ac refertam.

Et id quidem, in principio periodi. Cic. 1. Offic. Et id quidem nemini Græcorum video adhuc contigisse.

Et, sequente parenthesi cum vt. Cic. de Amic. Tales igitur amicitię sunt remissione vsus leuandæ: & (vt Catonem dicere audiui) dissuendæ magis, quàm discindendæ sunt.

Et quod. Terent. Eunuch. 1.1,

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas, &c.

Et quod dicendum nunc fiet. Id est, Et vt verum dicam: vel Quum iam dicendum sit id quod res est. Terent. And. 2.6.

Et sæpe aliàs & maximè. Cic. 1. de Orat. Quorum pater homo prudens, & grauis, haudquaquam eloquens, & sæpe aliàs & maximè Censor saluti Reipublicæ fuit.

Et tamen. Lucret. lib.2,

Et tamen est quidam locus altis montibus, &c.

Et verò. Cic. Attico, libro 16, Sæpe præsens & illi ostendisti, & verò etiam mihi.

Et, in eadem periodo duodecies repetitum. Liuius Decad. 3. lib. 2, paulo post initium. Vide locum. Decies flexies repetitum: Eadem Decade lib. 7, Signini fuere, & Norbani, Saticulanique, & Brundisini, & Fregellani, & Lucerini, & Venusini, & Adriani, & Firmani, & Arimenenses: & ab altero mari, Pontiani, & Pæstani, & Cossani: & mediterranei, Beneuentani, & Æsernini, & Spoletani, & Placentini, & Cremonenses.

Et verò etiam. Cic. pro Murena, Magnum est enim te comparare ea, quibus possis hominem è ciuitate, præsertim non inopem, neque infirmum exturbare, qui & per se, & per suos, & verò etiam per alienos defendatur.

Et verò, in initio sententiæ. Cic. in Bruto, Vester etiam D. Brutus & dicere non inculte solebat, & erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis, satis eruditus. Quæ tribuerat Accius etiam Q. Maximo L. Pauli nepoti. Et verò ante maximum illum Scipionem, Lentulus ille princeps, ad Rempublicam duntaxat quod opus esset, satis habuisse eloquentiæ dicitur. Rursus libro eodem, Ipsa illa censoria contra Cn. Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulo plenius. nulla est enim altercatio clamoribus vnquam habita maioribus. Et verò fuit in hoc & popularis dictio excellens. De L. Crasso loquitur. Idem in Orat. Sed sententiarum ornamenta maiora sunt, quibus quia frequenter Demosthenes vtitur, sunt qui putent iccirco eius eloquentiam maximè esse laudabilem. Et verò nullus ferè ab eo locus sine quadam conformatione sententiæ dicitur. Rursum in Bruto, Quid Crassum, inquam, illum censes istius Licinię filium, Crassi testamento qui fuit adoptatus? Summo iste quidem dicitur ingenio fuisse, inquit. Et verò hic Scipio collega meus mihi sanè beatæ & loqui videtur, & dicere.

E T A

ETAXALOS {ἐτάξαλος} Insula est iuxta sinum Persicum, cuius meminit Plin. lib.6.cap.28.

ETAERA Venus {ἑταίρα ἀφροδίτη} Id est amica Venus, ab Athenienſibus colebatur, vt Apollodorus scribit. Meminit & Hesychius. Sic verò appellata est, quòd amicos & amicas coniungeret. Eualces verò in Ephesiacis prodidit, in Samo tẽpla ædificata Veneri Etæræ, quod & Athenæus repetit in Cœnis.

E T E

ETEARCHVS {ἑτέαρχος} Oaxi ciuitatis Creticæ rex fuit, qui amissa vxore, filiæ suæ Phronimæ nouercam superinduxit: quæ domum ingressa, vt erat, ita re ipsa se nouercam præstitit, cum lædẽdo, atque omne iniuriarum genus excogitãdo, tum ad extremum impudicitiam impingendo. Etearchus criminationibus vxoris fidem habens, Temisonem quendam Theræum iureiurãdo astringit, vt acceptam Phronimam in mari demergeret. Qui quum se neque Etearchi crudelitatis ministrum præbere vellet, neque rursus iusiurandum violare, reuinctam funibus puellam demisit in pelagus, eáque subito rerracta, Theræam peruenit, vbi Polymnestus vir inter Theræos spectatus, in concubinarum Phronimam accipit, qui ex ea Bactum genuit, Cyrenarum in Africa conditorem. Author Herodor. lib.4.

Etenim, pen. corr. {καὶ γὰρ δή} pro Quia, vel Certé. Plaut. Amphit.3. Terent. And.2.6,

Etenim eam secum rem recta reputabit via. Cic. 6. Verr. Etenim est primus ciuitatis. Et 7. Verr. Etenim tacite magis, &c.

Etenim, Similiter etiam. Terent. Eunuch. 5.9,

Cogita modò, tu hercle cum illa Phædria

Et libenter viuis, etenim bene libenter victitas. Horat. lib.2. sat.5, Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo.

Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudẽtes intelligit. Cic. de Claris Orat.

Etenim, mulieres? id est quod vulgò dicitur, De mulieribus quid? Plaut. Mostel. 10.

Etenim, pro At. Terent. Phorm. 5.8,

Assequere ac retine, dum ego huc seruos euoco.

c. Etenim nequeo solus, accurre huc.

Etenim, pro Nunc. Cic. 5. Verr. Etenim quoniam summam & numerum iniuriarum Iudices, vobis non posſum exponere.

Etenim uero, pen. prod. Plaut. Amphit. 4,

Etenim uero quoniam formam cepi huius in me & statum, &c.

Etenim quoniam, pro Nanque quoniam. Cic. 1. de Fin.

Etenim quoniam detractis de homine sensibus reliqui nihil est, &c.

Etenim si. Cic. 4. Verr. Etenim si C. Verres, &c.

Etenim deinceps videamus, Herbitensis ciuitas honesta, &c. Cic. 5. Verr.

ETEOBVTADAE, Viri fuere nobiles & perillustres Athenis, à Bute sacerdote propagati, ex qua familia sacerdotes producebantur, vnbellámque ferre soliti erant, vnumquenque summonẽtes tacitè, tempus ædificandi, & tectum aliquid sibi sustruendi iamiam appetere. Ex Cæl. Rhodig. lib.14.cap.13.

ETEOCLES, Vide ETHEOCLES.

ETEOCRETES {ἑτεόκρητες} Peloponnesi populi, Austrałem oram incolentes, quorum Præsium est pusillum sanè oppidum, vbi Dictæi Iouis phanum extat. Vide Strab. lib.10.

Etesiaca, Vuæ genus est fallax, quæ quò plus tulit, eò laudabilius fundit: mirúmque fœcunditate cessat. Author Plin. lib.14.cap.3.

ETESIAE {ἐτησίαι} Venti qui certo anni tempore flant, quos Strabo lib.3. subsolanos vocat, hoc est Euros. Hi quotannis in vigore æstatis perflant XL. diebus post Caniculæ exortum. Dicti Etesiæ, Id est annui, siue anniuersarij. ἔτος enim annus, ἐτήσιος, annuus: quòd ex omnibus ventis hi maximè stati sint, & singulis annis eodem tempore redeant. Cic. ad Attic. lib.6.118, Inde quàm primum Athenas, etsi Etesiæ valde reflant. Idem 2. de Nat. deorum. Et rursus Plinius lib. 5.cap.9. Vide paulo pòst Etesius, Adiectiuũ. Vulgus nautarum hos ventos vocat *Embattes*.

Dies Etesiarum. Cicero Bruto, 15, Itaque in medio Achaico cursu quum Etesiarũ diebus Auster me in Italiam, quasi dissuasor mei consilij retulisset, &c.

Veliferæ Etesiæ. Seneca in Thyeste, 2.

Morantur Etesiæ aliquem. Cic. Cæcilio, lib.2.14, Ego nisi quid me Etesiæ morabuntur, celeriter (vt spero) vos videbo.

Etesius, Adiectiuum {ἐτήσιος} vt, Flabra Etesia. Lucret. lib.6. De Etesiis vẽtis, vide eundem paulo antè lib.6. Dicit autem etesia flabra aquilonum, propterea quòd idem sunt venti Etesiæ & Aquilones. Plin. lib.18.cap.34, Contrarius Aquilo Africo flat. Nec tamẽ eum toto anno in prædictis timet agricola. Mollit sydera æstate media, mutátque nomen, & Etesias vocatur.

E T H

Ethanion {ἰθάνιον} Vasis æneigenus est, quo Ægyptij vti consueuerunt. Nam, teste Athenæo, in Ægyptiorum omnibus penè domibus, tria erant vasa ænea, cyathus, phiala, & ethanion.

ETHECVSA, Insula est in ora Cariæ, non procul ab Argiis insulis. Plin. lib.5.cap.31.

ETHELEVM {ἤθελον} Fluuius minoris Asiæ, olim Troadis & Mysiæ terminus, cuius meminit Plin. lib.5.cap.vlt.

Ethelontes {ἠθέλοντες} Thebanis dicebantur histriones, qui comico in lusu, cuius apud eos frequẽs erat vsus, operam nauabant. Hos Lacedæmonij Diceliçtas nuncupabant. Author Cæl. lib 6.cap.17.

ETHEMON, pen. corr. Nomen viri proprium, de quo Virgil. lib.10. Æneid. meminit, quum ait, Et clarus Ethemon Lycia comitatur ab alta. Nisi fortè legendum quis putet apud Virgil. Clarus & Ethemon. Ouidius tamen primam corripuit, secunda producta, 5. Metamorphoseos,

-instabat parte sinistra

Chaonius Molpheus, dextra Nabathæus Ethemon.

ETHEOCLES, pen. corr. {ἐτεοκλῆς} Filius OEdipi regis Thebarum, qui cum Polynice fratre suo ita conuenerat, vt alternis annis regnarent. Sed Etheocles anno finito, fratri regno cedere noluit. Quare Polynices Adrastum regem Argiuum socerum suum, & alios principes Achaiæ armauit contra Etheoclem. In quo bello quum multi vtrinque occisi essent, tandem fratres ipsi mutuis se vulneribus confecerunt. Quorum cadauera quum rogo essent imposita, flammæ diuisse sunt, tanquam illorum nondum cessarent odia. Statius in Thebaide. Sed rectius sine aspiratione scribitur Eteocles. Id quod apertè docet ipsa compositionis ratio. Nomen enim habet à vera gloria. ἐτὸς verus dicitur.

Etheoclis nefas. Stat. 3. Thebaidos,

-multúmque nefas Etheoclis aceruat,

Crudelem, infandúmque vocans, pœnásque daturum.

Sæuus Etheocles. Stat. 12. Thebaid.

Ethesius, lapis mortariorum. Plin. lib.36.cap.22.

Ethice, ethices, pen. corr. f.g. {ἠθικὴ} Pars philosophiæ ad mores pertinens. Cic. de Fato, Quia pertinet ad mores quos ἤθη Græci vocant, nos eam partẽ philosophiæ DE MORIBVS, appellare solemus, sed decet augentem linguam Latinam, nominare moralem.

Ethicus, pen. corr. Adiectiuum {ἠθικὸς} Qui circa naturalia, siue moralia versatur. Cic. in Orat. Quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturam, & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum.

ETHICI {ἠθικοί} Aphricæ populi, apud Plin. lib.5.cap.4.

Ethicum {ἠθικὸν} Fabularum genus vnum dicitur, in quo brutorum exprimimus mores, sicut Logicum aliud, vbi agere hominem quidpiam comminiscimur. Author Cæl. apud quem plura lib.18.cap.7.

Ethnicus, pen. corr. {ἐθνικὸς} Latinè dicitur gentilis.

Ethologus, penult. correp. {ἠθολόγος} Morum effictor. Cic. 2. de Orat. Mimorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas, &c.

Ethologia. Quintil. lib.1.cap.9, Ethologia personis continetur. Est autem morũ, ac effectuum cuiusque personæ effictio. ¶Ethologia Rutilio Lupo figura est sententiarum, cum verbis sonóque vocis exprimitur, ac describitur hominis alicuius consuetudo & mos.

Ethopœil {ἠθοποιὸς} inquit Budæus, iidem sunt, vt opinor, atque

ethologi: Id eſt hiſtriones qui mores imitantur eius perſonæ quam ſuſtinent,authore Suida. Vnde Ethopœia Quintil.lib.9, Id eſt morum alienorum imitatio. cuius exempla licet apud eundem videre. Meminit & Priſcianus in præexercitamentis.

ETHRVRIA, Vide HETRVRIA.

Ethruſcus, Adiectiuum.vt fontes Ethruſci. Tibul.lib.3.eleg.5.

ETHVSA, Olim inſula fuit in mari Myrtoo, quæ deinde cõtinenti apud Myndum accreuit. Plin.lib.26.cap.89.

E T I

Etiam, coniunctio {ἔτι} pro Quoque. Cic.de Clar.Orat. Voce, motu, forma etiam magnifica.

Quoque etiam. Terent.Heeyra,5.1,

Ego pol quoque etiam timida ſum, quum venit mihi in mentem quæ ſim.

Stultus atque etiam inſanus. Horat.2.Serm.ſat.3.

Etiam, Adhuc. Terent. And.1.1,

Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo,

Nihil ſuſpicans etiam mali. Ibidem,3.2,

Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim Simo. Donatus.

Adhuc etiam. Cic. 5. Verr. Sed fortaſſe adhuc in nullo etiam vindicatum.

Aut etiam. Cic.1.de Orat. Quinqueremes autem, aut etiam maiores gubernare didiciſſe.

Poſt etiam. Cic. 1. de Orat. Cæteros verò non dubitabo primum inertiæ condemnare ſententia mea, pòſt etiam impudentiæ.

Iam nunc, mox etiam. Horat.2.epiſt.1,

Torquet ab obſcœnis iam nunc ſermonibus aurem,

Mox etiam pectus præceptis format amicis.

Primum, mox etiam. Horat.2.epiſt.19,

-aſpice primum, &c.

Mox etiam, ſi fortè vacas, ſequere, &c.

Etiam minus. Horat.1.epiſt.19,

Sit mihi quod nunc eſt etiam minus, vt mihi viuam.

Etiam, non ſolùm. Liu.3.ab Vrbe, Interim Hernici, Latinſque pudore etiam, non miſericordia ſolùm moti.

Si vlla ratione etiam nunc efficere potes. Cic. Att. lib. 8.164, Da operam ſi vlla ratione etiam nunc efficere potes, vt te explices, huc quamprimum venias.

Etiam, hortantis. Terent. And.5.2,

Etiam tu hoc reſpondes? Vbi Donatus, Etiam aut hortatio eſt, aut coniunctio. Seruius Sulpitius, Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogitationem tuam aduoca.

¶Etiam, reſponſio pro Ita. Plin.lib.4.epiſt.13.ad Tacitum, Studes inquam? Reſpondit etiam. Valla lib.2.

¶Etiam, Præterea. Terent. And.2.2,

Etiam puerum abiens conueni Chremis. Ibidem,4.1,

Imò etiam, quo tu minus ſcis ærumnas meas,

Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Donatus.

¶Etiam, pro Præterea. Cic.ad Attic.lib.1.epiſt.10, Noui tibi quidnam ſcribam? quid? etiam. Meſſala Cõſul Antronianam domũ emit, &c. quaſi diceret, etiam eſt quod ſcribam præter ſuperiora. Et eſt genus quoddam familiariter ſcribendi, multis locis vſurpatum, vt ad Attic.lib.2.epiſt.6.ad finem, De muro, ſtatue quid faciendũ ſit. Aliud quid? etiam. quando te iſtinc proficiſci poſſe putes, fac vt ſciam. quaſi diceret, Aliud quid eſt, quod ad te ſcribam? vnum hoc reliquum eſt. quando te proficiſci, &c.

¶Etiam, pro Tamen. Cic.Attico, lib.5.epiſt.19, Appij tabellarius mihi tuas literas reddidit: ex quibus non dubito, quin, vt Pompeium expectaris, dum Arimino rediret, etiam in Epirum profectus ſis. Id eſt, Etiamſi Pompeium expectaris, tamen in Epirum, &c.

¶Etiam, pro Et. Horat.1.epiſt.16, Hæ latebræ dulces, etiam (ſi credis) amœnæ.

¶Etiam, pro Quin potius. Plin.in Paneg. Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius authoritas imminuta eſt, aucta etiam.

¶Etiam, pro Contrà. Cicero in Oratore, Vt ea quæ vtantur, non ſtulti homines haberi poſſint, etiam plerunque prudentes. Idem 3. Tuſculan.

¶Etiam, Aduerbium affirmantis {ναί} cui NON opponitur. Cicero pro Roſc.Com. Si non, quomodo tabulas conficis? ſi etiam, quamobrem quum cætera nomina in ordinem referebas, &c. Idem 4. Acad. quæſt. Quaſi aut etiam, aut non, non modò verum eſſe, ſed etiam neceſſarium.

Etiã mehercule, pro Deinde. Cic. Seruio, lib.4.4, Vno te vicimus, quòd de Marcelli Collegæ tui ſalute paulo antè quàm tu cognouimus, etiam mehercule, quòd quemadmodum ea res ageretur, vidimus.

Iam verò etiam. Cic.de Claris Orat. Probabilis orator, iam verò etiam probatus, &c.

Et verò etiam. Cic. Planco in Epiſt.ad Attic.lib.16.342, Et illi oſtẽdiſti, & verò etiam mihi. Idem pro Murena.

Etiam rides? Terent. Eunuch.5.7. Idem Andr. Etiam ſententias loqueris carnufex?

Etiam clamat carnufex? Plaut.Amphit.4.

Etiam negas? Plaut.Merc.16.

Etiam denuo? Plaut.Amphit.4.

Etiam repetit dictionem. Lucret.lib.2,

-cernere ſuau' eſt,

Suaue etiam belli certamina magna tueri, &c. Horat.2.epiſt.1.

¶Etiam, geminatum. Virgil.2.ecloga,

Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant,

Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos. Idem 6.Æneid.

Idæúmque etiam currus, etiam arma tenentem.

¶Etiam atque etiam, Valde, ſummopere. Terent. Eunuch.1.1,

Proin tu, dum tempus, etiam atque etiam cogita.

Quare etiam atque etiam. Lucret.lib.3,

Quare etiam atque etiam ſimili ratione neceſſe'ſt.

Qualem commendes etiam atque etiam aſpice. Horatius 1. epiſtol.19.

Diligenter etiam atque etiam facere aliquid. Cic.1.de Diuinat.

Etiam atque etiam te hortor vt, &c. Cic. Att.lib.8.163.

Te prorſus vehementer etiam atque etiam rogo. Cic. Quint.fratri,lib.1.2.

¶Etiam, ſæpenumero ita ponitur, vt in eo intelligatur non ſolùm. Cic.ad Lent. Quũmque ea contẽtio mihi magnum, etiam foris, fructum tuliſſet. Hoc eſt non ſolùm domi, ſed etiam foris. Quaſi dicat, Non ſolùm in vrbe, ſed etiam extra vrbem, Id eſt apud externos.

¶Etiam-dum. Terent. Heaut.2.1,

Hoc ego mali non pridem inueni, neque etiã dum ſcit pater. Plin. lib.26.cap.12.

¶Etiámne? Terent. Eunuch.1.2,

-ſed ego quantum ſuſpicor, ad virginem animum

Adiecit. PH. etiámne amplius? TR. nihil. Cic.ad Attic. lib.10.203, Etiámne Balbus in Senatum venire cogitet? Idem 5. Verr. Etiámne frumentum pro empto gratis dare? etiámne in cellam quum cupiant gratis dare vltro, pecuniam grandem dare? etiámne, &c.

Etiámne ſi. Cic.de Amic. Etiámne inquam, ſi in Capitolium faces ferre vellent?

¶Etiam inſuper. Terent. Adelph.2.2,

Præterea colaphis tuber eſt totum caput:

Etiam inſuper defrudet?

¶Non etiam, Vide NON.

¶Nondum etiam. Terent. Heaut.3.3, Reperiſti tibi quod placeat, an nondum etiam?

¶Etiamnum, ponitur pro vſque tũc, vel vſque ad id tempus. Plautus Pœn.2,

Neque quicquam cum ea fecit etiamnum ſtupri? Idem Trucul.10,

-perij miſer,

Iam auro contrà conſtat filius, etiamnum nihil pendit. Varro de Re ruſt. Quum etiamnum platanus nouella eſſet.

¶Etiam nunc, pro Vſque nũc, vſque ad hoc tempus. Ter. And.1.5,

Memor eſſem? ô Myſis Myſis, etiam nunc mihi

Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis. De Glycerio. Cic.pro L. Murena, Homines tam ingenioſos per tot annos etiam nũc ſtatuere non potuiſſe, &c. Idem in Orat. De materia loquor orationis etiã nunc, non de genere ipſo dicendi.

Quum etiam nunc in prouincia eſſet. Aſin. Poll. Cic. lib.10.32, Epiſtolam quam Balbo quum etiam nunc in prouincia eſſet, ſcripſi, legendam tibi miſi.

Etiam nunc hîc ſtas Parmeno? Terent. Eunuch.2.3.

Etiam nunc, geminatum, pro Nunc nunc, exemplo. Plaut. Aul.4, Abſcede hinc etiam nunc, etiam nunc, etiam ohe

Iſtic adeſto. Ibidem,7,

Quid? nunc etiam mihi deſpondes filiam.

¶Etiam quod. Plaut. Milit.9,

-ſi poſt hunc diem

Mutiuero, etiam quod ego me certò ſciam, &c.

¶Etiamſi, pro Quanuis, licet. Subiunctiuo iunctum. Cicero de Amicitia, Quæ tamen ipſa effloreſcit ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſequutus ſis.

Facere omnia aut voluptatis cauſa, etiam ſi eam non conſequaris: aut non dolendi, etiamſi id aſſequi nequeas. Cic.5.de Fin.

Etiamſi, tamen. Cic.Bruto, lib.11.21, Etiam ſi timidi eſſemus, tamẽ omnem timorem abiiceremus.

Etiamſi, attamen. Plin.lib.7.cap.27, Quæ mihi omnia, etiam ſi non prius, attamen clarius fuiſſe in Scipione Æmyliano videntur.

Etiam & ſi. Plaut. Trin.17,

-ego ducam patrẽ,

Etiam & ſi quam aliam iubebis.

¶Etiam tu here, iſthunc amoues abs te, atque ipſe me aggredere. Plaut. Aſin.12.

¶Etiam tum, pro Vſque tunc, vel vſque ad illud tempus. Terent. Hecyra,

Me educit foras: narrátque vt virgo ab ſe integra etiã tum ſiet. Cic. 2.de Orat. Omnes etiam tum etiam retinebant illũ Periclis ſuccum.

Etiam tum. Cic.4.Verr. Quum iſti etiam tum de Sthenio integra tota res eſſet.

Etiam vt, Etiam ſi. Cic. Attico, lib.15.324, Ille quidem periculi cauſa, quod ſibi etiam fuiſſe dicit: ego autem etiam vt nullum periculum ſit.

ETINI {Ἐτινοί} Siciliæ populi, à Plinio inter ſtipendiarios numerati, lib. 3.cap.8.

ETRVRIA, Vide HETRVRIA.

E T S

Etſi {καίτοι} Coniunctio, Id eſt quanuis, indicatiuo iungitur. Terent. And.2.2,

-bene mones,

Ibo: etſi hercle ſæpe iam me ſpes hæc fruſtrata eſt. Idem Heaut.4.1, Vín' me iſtuc tibi (etſi incredibile eſt) credere? Idem Hecy.3.3,

Etſi amor me grauiter conſuetudóque tenet.

Etſi eſſem. Cic.de Amicit. Etſi illis planè orbatus eſſem, magnum tamen afferret æras ipſa mihi ſolatium.

Etſi pluribus datis tutoribus, vnius authoritas ſufficiat: tamen, &c. Pompon. in l.4.D.de authorit.tutor.

Etſi, cum interrogatione. Cic.Att.lib.9.181, Do, do pœnas temeritatis meæ; etſi quæ fuit illa temeritas?

Etſi quanuis. Cic.Att.lib.16.334, Etſi quanuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti.

¶Etſi tamen, pro Tametſi. Cic.Att.lib.12.257. in fine, Etſi tamen vbicunque ſum, illa ſunt mecum.

E T Y

Etymologia {ἐτυμολογία} Latinè veriloquium interpretatur. Cicero 1. Academ. Verborum etiam explicatio probatur, id eſt qua de cauſa quæque

quæque eſſent ita nominata, quam etymologiam appellabãt. Idem in Topic. Quintil.libro 1.cap.6, Etymologia quæ verborum originem inquirit, à Cicerone dicta eſt notatio, quia nomen eius apud Ariſtotelem inuenitur σύμβολον, quod eſt nota: nam verbum ex verbo ductum, id eſt veriloquium, ipſe Cicero, qui finxit reformidat. Sunt qui vim potius intuiti, Originationẽ vocent. Vide Notatio, in NOTA.

Etymon, etymi, penult. corr. {ἔτυμον} Idem quod etymologia. Varro 1. de Re ruſt. cap.48, Videtur vocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubitur granum. De gluma loquitur.

Etymologus, penult. corr. {ἐτυμολόγος} Qui rationem verborum indagare ſolitus eſt.

E V A

Euacuo, euacuas {ἐκκενόω} euacuare, Exinanire ſignificat: vt Euacuare aluum. Plin.lib.20.cap.6. Et lib.32.cap.9.

EVADNE {Εὐάδνη} Martis filia ex Thebe vxore Aſopi, vxor Capanei ducis, quem adeò dilexit, vt in rogum eius ſe miſerit, & cum illius caduere fuerit exuſta. Huius meminit Virg.6.Æneidos,

His Phædram, Procrínque locis, mœſtámque Eriphylen

Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit,

Euadnénque, & Paſiphaen.

Fida Euadne. Propert.lib.3.eleg.13.

Euado, euadis, penult.prod. euaſi, euaſum {διαφεύγω, διαδύομαι, διακπάτω} euadere, quaſi Extra vadere, & effugere. Donatus Euadere, eſt per quancunque difficultatem ad aliquid peruenire. Plin.epiſt.2.5, Cæſares, quibus ſuſpectus, atque etiam inuiſus virtutibus fuerat, euaſit. Cicero 4. de Finibus, Tamen illud in ea cauſa eſt à quo abeſſe velis donec euaſeris.

Ab improbis iudicibus euadere. Cic.1.Tuſcul.

E cuſtodia euadere. Quintil.lib.2.cap.17, Nec verò Theopompus Lacedæmonius, quũ permutato cum vxore habitu è cuſtodia vt mulier euaſit, falſam de ſe opinionem habuit.

Euadere è manibus hoſtium. Liuius 2.bel.Pun.

Euadere è morbo. Cic.2.de Diuinat.

Euaſit ex hoc aere animus. Cic.1. Tuſcul. Et de Senect. Quum ex inſipienti corpore euaſiſſet.

Euadere ex iudicio aliquo. Cic.3.Verr.

Euadere in terram. Liuius 9.bel.Pun. Iniuſſu Imperatoris ſcaphis haud ſecus quàm naufragos milites ſine armis cum ingenti tumultu in terram euaſiſſe.

Euadere in tutum. Liu.6.bel.Pun.

¶Abiit, exceſſit, euaſit, erupit, Vide ERVMPO.

Aliquid ſicut prædictum eſt euadere. Cic.2.de Diuinat.

Amnem euadere. Tacit.lib.12. Hoc eſt tranſire.

Caſum euadere. Virgil.4.Georgicorum,

-caſus euaſerat omnes.

Clauſtris euadere. Valer.7.Argonauticõn,

-clauſtris euaſit vterque Taurus.

Curſu euadere pugna. Virgil.11.Æneid.

Cuſtodiam noſtram euaſit. Caius in l.3. D. de acquir. rer. domin.

Diſcrimen euadere. Tacit.lib.14, Quod diſcrimen improuiſum, & matris facinus euaſiſſet.

Facinus alicuius euadere. Tacit.lib.14.

Diuos iniquos euadere. Silius lib.15.

Flammam euaſit claſſis. Virgil.5.Æneid.

Furto euadere. Valer.8. Argonaut.

Hoſtes euadere. Virgil.9.Æneidos,

-iámque imprudens euaſerat hoſtes.

Loca mortis euadere. Ouid.14.Metam.

Manus alicuius euadere. Virgil.9.Æneidos,

-noſtráſne euadere demens

Speraſti te poſſe manus?

Euadere ſermonem malignorum, pro Non eſſe obnoxium ſermonibus. Plin.epiſt.144, Ac primum conſpicuus forma omnes ſermones malignorum & puer & iuuenis euaſit.

Peſtem euadere belli. Virgil.10.Æneid.

Euadere perpetuam valetudinem, pro liberari à perpetuo morbo. Plin. epiſt.12, Scio euaſit perpetam valetudinem: ſcio deceſſit ſuperſtitibus ſuis, &c.

Tela euadere. Silius lib.7.

Vincla euadere. Silius lib.7,

Et captiua paras moriendo euadere vincla.

Vndis euadere. Virgil.9.Æneidos,

-olim quæcunque euaſerit vndis. Id eſt de vndis exierit: quum venerit ad eum locum de quo naui gatura iam non ſit. Seruius.

Voces alicuius euadere. Valer.7.Argonaut.

¶Euadere ad vel in muros, pro Aſcendere. Liu.4.ab Vrbe. Et lib. 5.bel.Pun.

In cacumina vites euadunt. Quintilianus libro 1. capite 2, Vt vites arboribus applicitæ inferiores prius apprehendendo ramos, in cacumina euadunt.

Euadere in ſummum. Liu.7.ab Vrbe.

Euadere ardua. Liuius 2.ab Vrbe.

Gradus altos euadere. Vig.4.Æneid. Id eſt aſcendere. Seruius.

¶Euado, pro Vado. Virg.2.Æneid. Euado ad ſummi faſtigia culminis. Nam (inquit Seruius) E vacat, vt Emortuus.

Euadere aduerſus aciem, Vide ACIES.

Omnem viam euadere. Virg.2.Æneid.

¶Lapis non euaſit ſpatium. Virgil.12.Æneidos,

Tum lapis ipſe viri vacuum per inane volutus,

Nec ſpatium euaſit, totum nec pertulit ictum. Id eſt euacuatus eſt impetus ipſius ſpatio longiore. Seruius.

¶Vana euaſit ſpes. Liuius 5. bel. Pun. Alia ſubinde ſpes poſtquam hæc vana euaſerat, excepit.

¶Euaſit ſomnium verum. Cicero 2.de Diuinat. Siquando aliquod ſomnium verum euaſerit.

Euaſit peſtilentia in morbos longiores. Liuius 7.bel.Pun. Eo anno peſtilentia grauis incidit in vrbem, agróſque, quæ tamen magis in morbos longos, quàm perniciales euaſit.

¶Euaſti, per ſyncopen pro Euaſiſti. Horat.2.Serm.ſat.7,

Euaſti: credo metues doctúſque caucbis.

Euaſſet, pro Euaſiſſet. Silius lib.15,

Forſan & euaſſet rapidi fræta ſæua pericli.

¶Euadere ante oculos, pro Apparere. Virg.2.Æneidos,

Vt tandem ante oculos euaſit & ora parentis. Id eſt peruẽnit. Seruius.

¶Euadere, Apparere. Virgil.2.Æneidos,

Vt tandem ante oculos euaſit, & ora parentum. Nonius author.

¶Euadere, Peruenire. Virgil.6.Æneidos,

-ſuperas euadere ad auras.

Euadere ad ſuperos. Seneca Herc.fur.7.

¶Euadere, Fieri. Cic.de Claris Orat. Perfectus Epicureus euaſerat. Idem 5. Verr. Niſi hoc fortè deterior eſt, ſi fieri poteſt, quòd tu eiuſmodi euaſiſti, non in hominis luxurioſi, ſed tantum in furis ac diniſoris diſciplina educatus. Idem, An verebar ne non putaremus potuiſſe probum euadere?

Minutatim euadere. Cic.de Petit.Conſ. Minutatim ex communibus proprij, ex fucoſis firmi ſuffragatores euadunt.

In dicendo pauci digni nomine euadunt. Cic.de Claris Orat.

E Philoſophorum ſcholis tales ferè euadunt. Cic.in Orat.

Sumnus euaſit. Cic.de Claris Orat.

¶Nunquam euades ne te ſacrificem. Plaut. Amph.15,

Ne te ſacrificem, nunquam euades.

¶Quò euadat neſcio. Plaut. Pœn.3,

Intelligo hercle: ſed quò euadas neſcio. Hoc eſt ad quid illud dicas, vel quorſum hæc dicas, & quid velis aſſequi verbis tuis. Terentius Phorm.4.3, Quid hic cœpta? aut quò euadet?

Quorſum euadat. Cic.Attico, lib.9.190, Videamus hoc quorſum euadat. Idem eidem, lib.7.135, Sed hæc paucis diebus ex illius ad noſtra reſponſa reſponſis intelligentur quorſum euaſura ſint.

Huc euaſit. Terent.Eun.3.3,

Vbi friget, huc euaſit, quampridem pater

Mihi & mater mortui eſſent.

Timui ſemper quorſum euaderet heri lenitas. Terent.Andr.2.

Euadere in. Terent.Adelph.3.4,

-profectò euadet in aliquod magnum malum. Quintilianus libro 2.cap.4.

In infinitum euadere. Quintil. lib.2. cap. 17, Itaque potentiſſimis eorum breuiter occurram, ne in infinitum quæſtio euadat.

EVAEMON {Εὐαίμων} Pater fuit Euryppli, qui cum Græcis ad Troiam profectus, cum quadraginta nauibus præfuit Orchomenijs. Author Homerus in Cæralog.nauium.

EVAENETVS {Εὐαίνετος} Nomen regis Lacedæmoniorum, qui ad cuſtodiendum introitum Theſſaliæ contra Xerxem, vnà cum Themiſtocle Athenienſium duce, à Græcis conſtitutus fuit. Author Herod.lib.7.

Euagor, penult. corr. euagaris {εὐαγόρης, εὐαγόλαυ} euagári, Idem quod vagari. Liu.2.bel.Pun. Frontibus enim aduerſis concurrendum erat, quia nullo circà ad euagandum relicto ſpatio, &c.

Euagantur aquę. Plin.lib.10.cap.33, Hirundines molem continuatione nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt.

Euagatur ignis. Vlpian.in l. Si ſeruus ſeruum. §. Si.fornacarius. D. Ad legem Aquiliam.

Euagatur longius appetitus. Cic.1.Offic.

Euagatur in luxuriam prælautus vitiis. Colum.lib.5.cap.6.

Euagatur capparis per agros. Plin.lib.19.cap.8,

Euagata eſt latè vis morbi. Liuius 3.ab Vrbe.

¶Euagari, Extra propoſitum aliquid dicere. Quintil.lib.2, Verùm hactenus euagari ſatis fuerit.

Euagatio, Verbale {εὐαγώγιον.} Plinius lib.2. cap. 17, Ac ſpatia longitudinis latitudinem euagatione penſant. Seneca epiſt.66, Hæc libertas eius eſt, hæc euagatio.

Eualeo, euales, penult.corr. eualui {ὑγιαίνω} eualére, Idem quod valere & poſſe. Stat.5.Sylu.2, -tibíne illa nefanda

Pocula leta léſque manu componere ſuccos

Eualuit? Lucanus lib.1. Ouid.epiſt.4.

Eualeſco, eualeſcis, eualui {ὑγιάνω, ὑγιῶ, ὑγιάσω} eualeſcere, Validum fieri. Plin.lib.15.cap.29. Quintil.lib.2.cap.9, Adiuta cura natura magis eualeſcit. Idem lib. 17. cap. 15, Quum eualuiſſent flagella pedes binos. Id eſt excreuiſſent.

Euallo, euallas {ἐκχαράσσω} euallare, Extra mittere, excludere, quaſi extra vallum proiicere. Titinnius Prælia, Qua ego hodie extorrem hanc domo faciam pilatricem, pallia euallaut, ô pulchre. Varro, Donec foras nos intus euallauerunt. Nonius.

Euallo, euallis {ἐκλικμίζω} euállere, Purgare frumentum, non etiam frangere. Plin.lib.18. cap.10, Et ipſa quæ euallantur, variam pituram rationem habent. Et paulo antè, Triticũ autem perfundi aqua multa iuber, poſtea eualli, deinde ſole ſiccatum pilo repeti.

EVAN {Εὔαν} Bacchi nomen. Ouid.4.Metam.

Lucidus Euan. Stat.5.Thebaid.

Phrygiæ Euantes circum Orgia. Virgil.6.Æneid. Euantes (inquit Seruius) id eſt Bacchantes, à Libero qui Euan dicitur. Sil.lib.13 Non ille Euantis Maſſilæ palluit iras.

Thyades Euantes. Catul.in Argonaut.78.

EVANDER vel Euandrus {Εὔανδρος} Arcas fuit, nepos Pallantis regis Arcadiæ. Hic quum patrem ſuum occidiſſet, ſuadente matre Nicoſtrata (quæ etiam Carmentis dicta eſt, quia carminibus vaticinabatur) dimiſſa prouincia ſua venit ad Italiam: & pulſis Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Roma eſt, & modicum oppidum fundauit in monte Pallatino. Hic autem mons, Pallatinus ſecundum Virgilium à Pallante auo Euandri eſt dictus: ſecundũ Varronem & alios à filia Euandri Pallantia ab Hercule vitiata, & poſtea illic ſepulta: vel

certè à Pallante eius filio illic sepulto, vt refert Seruius in hos versus Virgilij 8. Æneidos,

Arcades his oris,genus à Pallãte profectum,&c. Dicitur etiam nominatiuo Euandrus in eodem libro,

Tum pater Euandrus dextram complexus euntis Hæret.

¶Alter est ciusdem nominis quem ferunt cælatorem ac plasten Atheniensem à M. Antonio Merandriam perductum, & inde inter captiuos Romam venisse:vt refert Acron in illud Horatij 1.Serm.sat.1,

-mensáve catillum

Euandri manibus tritum deiecit. Id est calicem nobiliter cælatum.

Boues Euandri.Propert.lib.4.eleg.1,

Atque vbi nauali stant sacra palatia Phœbo

Euandri profugæ concubuere boues.

Mœnia Euandri.Ouid.14.Metamorphoseos,

-neque Æneas Euandri ad mœnia frustra,&c. Venerat.

Veteres Penates Euandri.Stat.3.Sylu.4.

Sedes Euandri.Virg.9 Æneidos,

Sceptra Palatini,sedémque petiuit Euandri.

¶Arcas Euander.Ouid.5.Fastorum,

Arcadis Euandri nomen sæpe tibi referetur.

Fidus Euander.Stat.2.Syluarum,1.

Rex Euandrus Romanæ cõditor arcis.Virg.8.Æneid.Id est Conditor Pallantææ, vbi nunc palatium est quod non est re vera arx, sed tenet rerum omnium principatum. Seruius.

EVANDER Aulanius,Sculptor insignis, qui signo Dianæ,quod Timothei manu effictum erat Romæ in Palatio, Apollinis delubro, caput reposuit. Author Plin.lib.36.cap.5.

Euandrius,Adiectiuum {εὐανδρικός} vt Regna Euandria.Silius lib.7.

Euandrius ensis.Virgil.10 Æneid.

Euanesco,euanescis, euanui {ἀφανίζομαι, ἀναπίπτω, ἀναπίπτομαι} euanescere:Inanem fieri,& in nihilum redigi.Plin.lib.9.cap.51, Vere pectines,limaces,hirudines eodem tempore euanescunt.

Euanescere ac defluere. Plin.lib.13.cap.1.

Euanescere inter ineptias. Quintil.lib.1. cap.7, Verùm hæc etiam inter ipsas ineptias euanuerunt.

Cœpit euanescere.Ouid.13.Metamorphoseos,

-rubor euanescere cœpit.

Ex oculis euanuit in tenuem auram.Virg 4.Æneid.

In auras tenues euanescere.Ouid.2.Fastorum,

-in tenues oculis euanuit auras.

Paulatim euanescere.Lucret.lib.2,

-vt cernere possis

Euanescere paulatim,stinguíque colorem.

Actio furti euanescit.Ponponius in l.Si vendidero.9. Si Titius.D. de furtis.

¶Euanuerunt & exaruerunt amnes.Cic.1.de Diuinat.

Ardor animi euanuit.Ouid.1.Amorum.

Cornua extremæ lunæ euanescunt.Ouid.2.Metam.

Dolor euanescit.Ouid.in Ibin,

Quàm dolor hic vnquam spatio euanescere possit.

Flos Bacchi euanuit.Lucret.lib.3,

Quod genus est Bacchi quum flos euanuit,aut quum

Spiritus vnguenti suaues diffugit in auras.

Euanuit pruina, ac colliquefacta est glacies. Varro 2.de Re rustica libro 4.

Ius pignoris euanuit.Scæuol.in l.lex vectigali.D.de pignoribus.

Omnis eorum memoria sensim obscurata est & euanuit.Cicero 2. de Orat.

Nubes incipiunt euanescere.Ouid.1.eleg.2.

Euanuerunt opera eius,pro interciderũt. Cic.de Claris Orat.Isque & orationes reliquit,quæ iam euanuerunt.

Pignus euanescit conditione existente. Martianus in l. Grege.§.1. D.de pignoribus.

Præterita euanescunt. Cic.Bruto,16,Non modò reliqui temporis gloriam eripuit sibi,sed etiam præterea euanescere coget.

Rubor euanuit.Ouid.6.Metamorphoseos,

-subiúsque inuita notauit

Ora rubor,rursúsque euanuit.

Euanescit sententia. Cic.5.Tuscul.Hæ sunt sententiæ, quæ stabilitatis aliquid habeant:nã Aristonis Pyrrhonis,Herili,nonnullorúmq; aliorum euanuerunt.

Extenuatur & euanescit spes.Cic.ad Attic.lib.3.53,Postquam extenuari & euanescere spem nostram vidi,mutaui consilium.

Virtus herbarum euanuit. Ouid.14.Metam.

¶Vetustate euanescere aliquid dicitur.Cic.1.de Diuinat.

¶Homo euanescere dicitur.Cic.de Claris Orat.

Euanescens,Participium {φανιστέων.} vt Euanescens memoria alicuius rei,quæ effluit.Seneca de Benef.lib.1.

Euanidus,penul.corr.Adiect. {ἐξίτηλος} Inane,caducum,& citò perituru. Colum.de arb.cap.17, Nam quæ in proceritatem extenduntur, euanidæ fiunt,parum fructus ferunt. Plin.lib.37.cap.5. Ouidius 2.de Remed.amoris, -in tenues euanidus exeat auras.

Pectoráque in tenues abeunt euanida riuos.Ouid.5.Metam.

Leue & euanidum gaudium.Seneca epist.35.

Euangelium,euangelij {εὐαγγέλιον} Latinè bonum nuntium dicitur.

Euangelia,euangeliorum {εὐαγγέλια} Pluraliter,& neutro genere dicuntur sacrificia & suppl.cat.ones quę pro iucundo nuncio decerni consueuerunt,vel etiam merces allati iucundi nuntij.Cic.Attico lib.2.27, O suaues epistolas tuas vno tempore mihi datas duas, quibus εὐαγγέλια quæ reddam,nescio,deberi quidem planè fateor. Vlpian. in l. Falsus. §. Qui alienum quid, De furtis, Ergo si ea quæ dicunt Græci euangelia petat, id est mercedem pro rei inuentæ vel repertæ nuntio. Sunt qui hoc loco Menytra legendum existiment: hoc est iudicium,vel præmium.

Euangelus,euangeli,penult.corr.Vitruuius lib.10,Honores ei decreuerunt,& nomen mutauerunt,vt euangelus nominaretur.

Euanno,euannas {ἐνανθρακίζω} euãnare,Ventilare,vel mouere.A vanno, in qua legumina ventilãtur. Pomponius Pannuceatis.Dixi ego illud futurum in prima valua est,vix hæret misera,euãnentur,& mea ocyus opera vt fiat,fecero. Varro 1.de Re rust.cap.52, Ita fit vt quod leuissimum est in eo,atque appellatur acus,euannetur foras extra aream.

EVANTHES {εὐάνθης} Nomen authoris satis laudati apud Plinium libro 8.capite 22.

EVANTHIA {εὐάνθη} teste Plinio, Ciuitas Asiæ, Trallis quoque & Seleucia dicta,quam alliu Eudone amne, ibíque Pygmæos habitasse refert idem lib.5.cap.29.

Euaporatio, cuaporationis {ἀναπνοή,} Seneca lib.1. Natur. quæst. Nec mirum si terris omnis generis & varia cuaporatio est. Idem 3, Nec trahit saporem euaporatio, quia clausa perlabitur. Sic Macrob. lib.7.Saturn.cap.12.

EVARCHVS {εὔαρχος} fluuius est Scythiæ Europææ. Valer.6.Argonauticon, -Taras,niueúmque ferax Euarchus olorum.

Euares {εὔαρες} Latinè execrabiles, quo nomine dicti sunt Scythæ quidam,eo quòd,quum réplum in Afcalone expilassent, ira numinis in eos cum posteritate omni fœmineus morbus sit immissus. Author Herod.histor.lib.1. Nominatius est Euaris.

Euasto,euastas {ἐξερημόω} euastare,Idem quod vastare significat. Liu. 10. ab Vrbe, Ibi duo Consulares exercitus, diuersis vagati partibus, omnia quinque mensium spatio euastauerunt. Ibidem lib.8.& lib.5.

EVAX, Nomen regis Indiæ, qui de virtutibus gemmarum scripsit ad Neronem.Ex Calep.

Euax {εὔαξ} Interiectio exultantis nihil significat, inquit Varro de analogia: sed effutitium naturaliter est, vt apud Ennium hche. Plaut. Bacchid.5.13.

Euax aspersisti aquam. Idem Casin.20,

Euax,nunc pol demum ego sum liber.

EVAZAE {ἐὐάζω} Sarmatarum populi, à Medis orti, & Tanain fluuium incolentes,authore Plin.lib.6.cap.7.

E V B

EVBIVS,Scriptor quidam fuit,cuius meminit Ouid.2. Tristium,

Nec qui descripsit corrumpi semina matrum

Eubius,impuræ & conditor historiæ.

EVBOEA {εὔβοια} inquit Plin. cap. 12. lib.4. insula aualsa Bœotiæ, tam modico interfluente Euripo vt ponte iungatur.ad meridiem promontoriis duobus. Geresto ad Atticam vergente, & ad Hellespontũ Caphareo insignis, à Septentrione Ceneo, nusquam latitudinem vltra XLM passus extendit,&c.Hęc Plin. De Eubœa vide Solinum cap. 18. Eubœa hodie *Nigri pontis* insula dicitur.Vide ABANTIS.

Eubœus,Adiectiuum {εὐβοϊκός.} vt Plebs Eubœa.Stat.5.Sylu.3,

-stupuit primæua ad carmina plebes Eubœa.

Eubœicus,Aliud adiectiuum {εὐβοϊκός.} vt Carmen Eubœicum.Ouidius 4.Fastorum.

Aquarum cultor Eubœicus.Ouid.13.Metam.

Gurges Eubœicus.Ouid.9.Metamorphoseos,

Nunc quoque in Eubœico scopulus breuis eminet alte

Gurgite,& humanæ seruat vestigia formæ.

Littus Eubœicum.Propert.lib.2.eleg.27.

Eubœicum mare,duplex esse dicitur,aliud in Ægeo, aliud in Campano,seu Thusco. Quod in Ægeo, Eubœæ adiacet insulæ,à qua denominatum est:quod autem in Thusco,Cumarum,Baiarúmq; alluit oram,ab Eubœicis aduenis,& Cumarum cõditoribus nuncupatum.

Montes Eubœici.Valer.6.Argonaut.

Oræ Eubœicæ Cumarum. Virg.6. Æn. Vbi Seruius,à Colonia, inquit,Cumas appellauit. Nam Eubœa insula est, in qua Calchis ciuitas est, de qua venerunt qui condiderunt ciuitatem in Campania quam Cumas vocarunt.

Penates Eubœici.Stat.3.Sylu.5,

A'nne quod Eubœicos fissus remeare penates

Auguror,& patria senium componere terra?

Rupes Eubœica.Virg.6.Æneid.de antr.Sibyllæ Cumanæ,

Excisum Eubœicæ latus ingens rupis in antrum,

Quo Lati ducunt aditus centum ostia centum,

Vnde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ. Rupem Eubœicam exponit Seruius montem Cumanum quem Eubœi habitauerunt. Est autem (inquit ille) Acyrologia:Coloniæ enim epitheum,rei dedit immobili.

Sibylla Eubœica,id est Cumana.Stat.1.Sylu.2,

-Eubœicæ carmen legit ille Sibyllæ.

Sinus Eubœicus.Ouid.epist.22. Et in Ibin,

Viscera sic aliquis scopulus tua figat,vt olim

Fixa sub Eubœico Graia fuere sinu. Hanc historiam confirmat Propert.lib.2.eleg.27,

Quicunque & venti miserum vexastis Vlyssem,

Et Danaũm Eubœico littore mille rates.

Vnda Eubœica.Seneca Herc.fur.6,

Priúsque multo alternis vicibus fugax

Euripus vnda stabit Eubœica impiger. Nam Euripus est angustum mare inter Phocidem Bœotiæ partem, & insulam Eubœam. Ouid. 9.Metamorphoseos,

Mittit in Eubœicas tormento fortius vndas.

Vrbs Eubœica.Ouid.14.Metam.

Eubœicum talentum,authore Festo,nummo Græco,septem millium & quingentorum cistophorum est, nostro, quatuor millium denariorum.

EVBVLE, Filia fuit Leo cuiusdam, Orphei filij (sicut nonnulli existimant) quam cũ Phasithea & Theope sororibus ciuitati immolandas exhibuit,vt ingens annonæ caritas,quæ Atticã vehementius premebat,finem secundum oracula caperet.Hæc Cæl.Rhod.lib.13.cap.7.

Eubulia {εὐβουλία} Latinè consultatio bona:aliis etiam promptitudo. Est autem Eubulia Cælio, dispectio secundum vtilitatem, & secundum id cuius opus est,& vt,& quando. Vide eum lib. Antiq. lect.11. capite 9.

EVBVLVS

EVBVLVS,penult.prod. {εὔβουλος} Athenien sis ciuis fuit, contrarias ferè Demosthenis in Reip.administratione partes fouens,& interpretatur,prudens, consultus,boni consilij. ¶ Fuit & Eubulus mediæ Comœdiæ poeta, vt scribit Suidas. ¶ Eubulus præterea nomen fuit historici,qui historiam Mithræ multis voluminibus explicuit.

EVBVRIATES, Celeberrimi Ligurum populi, citra alpes habitantes, vt tradit Plin.lib.3.cap.5.

EVBVRO,Oppidum Lusitaniæ.Plin.lib.4.cap.21.

E V C

Eucæria {εὐκαιρία} Opportunitas dicitur.Cic.1.de Finib.Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellamus eucæriam) non fit maior productione temporis. Idem 1.Offic.occasionem interpretatur.

EVCARPENI {εὐκαρπηνοί} Populi ad Laodiceã, in conuentu qui à Synnada accipit nomen,vt scribit Plin.lib.5.cap.29.

EVCARPIA {εὐκαρπία} Vrbs Phrygiæ, in qua racemi feracitate ac magnitudine spectabiles sunt: vnde & nomen,quasi vber fructuum prouentus. Meminit huius oppidi Strabo lib.12.

EVCHADIA {εὐχαδία} Villa in Macedonia, cuius meminit Cicero in Pisonem.

EVCHAITAE {εὐχάϊται} Scythiæ populi apud Plin.lib.6.cap.17.

EVCHETAE {εὐχῆται} Hæretici quidam erant,quorum dogma nefarium in Syria propagatum fuit. Horum fuit hæresis posse humanam virtutem ac scientiam, non ad Dei modò similitudinem peruenire, sed perfectionem quoque ac æqualitatem,adeò vt sit mox ἀναμάρτητος, id est,vt sic dicam,impeccabilis,quoniam ne cogitatione quidem aut insitia vbi perfectionis fastigium contigerit, queat delinquere. Cæterùm hoc nomen illis inditum tradũt de orationis affiduitate, quod incredibiliter,vt inquit Augustinus, perpetuò faciebant.adeò vt monachos fouendæ vitæ gratia quidpiam facere impium ducerent,quia interpellaretur orandi facultas. Porrò quàm scelestissima obire soliti essent cum Gnosticis sacrificia, & quo tempore, vide apud Cælium Rhod.lib.2.cap.16.

EVCHION {εὔχιον} Bacchum cognominant Poetæ, κατὰ τὴν εὐχὴν, id est à voto,vt notant Grammatici,inter quos Sipontinus.

EVCHIR,Statuarij nobilis nomen, de quo Plin.libro 34.cap.8. ¶Fuit & alter Euchir fictor,laudatus Plin.lib.35.cap.12.

Eucharistia {εὐχαριστία} Latinè gratiarum actio.

Eucharisticus, penult. corr. {εὐχαριστικός.} vt Eucharisticum carmen, apud Statium lib.4.Syluar.quo Poeta Imperatori Domitiano gratias agit,quòd epulo ab eo fuerit acceptus honorificè.

Euchyla {εὔχυλα} Dicuntur quæ sunt boni succi, vt carnes auicularum montanarum,& piscium saxatilium. His opponuntur κακόχυμα, quæ malum generant,vt caseus vetus,& salsamenta.χυλὸς enim Græcis succus est,siue liquor.

Euchyma {εὔχυμα} Græca appellatione dicuntur quæ boni sunt succi, siue præstantis saporis.Nam χυμὸς Græcis modò succum significat,modò saporem.

EVCLIA,Dea:de qua sic Alex.Genial.dier.lib.1.cap.24,Bœotiis & Locris nihil erat in sponsalibus firmum,nisi sponsus & sponsa in aea Euclææ virgini dicata, prius libarent, haud aliter, nisi more solenni antea libassent,matrimonium esse rati. Hæc ille.

EVCLIDES, penult.prod. {εὐκλείδης} Megarensis philosophus, auditor Socratis,qui è patria Athenas veniebat, vt Socratem audiret, & tempore belli vestitu muliebri induebatur ne nosceretur. ¶ Alter Euclides elementorum author tempore Ptolemæi secundi. Huius meminit Cic.in Academ.quæst.lib.4. Sidonius in laudibus Narbonis, Euclideus spatium sciens Olympi.Phaleucium est.

Eucrasia {εὐκρασία} Latinè temperamentum, quam Galen.libro 1.de sanit.tuend.facit duplicem:alteram, quæ in animantium saltem corpore cogitatione potius vsurpetur, quàm solidè subsistat: Alteram, quæ in sanis omnibus est,atque apparet.

EVCRATIDIA {εὐκρατίδια} Ciuitas Bactrianæ regionis ab Eucratida imperante sic cognominata,authore Strab.lib.11.

EVCRATIS, tidis.Bactrianorum rex.fuit. Hic,quum ingentes Demetrij copias parua manu fudisset, Indiámque exterminato hoste, magno consilio subegisset, dum Bactra peteret, à filio impuro & flagitioso, quem socium regno asciuerat,vt solus potiretur imperio,imprudens ex insidiis occupatur, turpique nece in via trucidatur:qui patris cæde non contentus,pari scelere & audacia per corpus vulneribus affecti, currum agere,& sanguine aspersus paterno,insepultum abiicere non dubitauit,ausus facinus,quod in nulla vnquam Scyth a tyrannus admisit.Alex.ab Alex.lib.2.cap.6.

Eucteria {εὐκτήρια} Loci in quibus orationes actáque prouinciarum continentur.Alciat.in l.immunitatis.C.de agric.& censit.lib.11.

Euctici {εὐκτικοὶ} Hymni dicuntur, qui votum habent & preces, sicut apeuctici, reiicientes deprecationem, quorum exempla passim suppetunt ex poetis.Vide Cæl.Rhod.lib.7.cap.5.

E V D

EVDAEMON, onis,penult. genit.corr. {εὐδαίμων} Ægyptius grammaticus,teste Suida,patria Pelusiotes,Libanij sophistę contemporaneus.Scripsit varia poemata : item artem grammaticam,& de dictionum orthographia.Græcis εὐδαίμων,felicè significat : vnde etiam Mela illam Arabiæ partem, quæ inter sinum Arabicum & Persicum in pelagus excurrit,seruato Græco nomine Eudæmona appellauit,quãnos verbum verbo reddentes,Felicem appellamus.

EVDAEMONIDAS, Nomen viri proprium Tortelio.

EVDAMIDAS,penult.corr. {εὐδαμίδης} Nomen filij Archidami, & fratris Agidis Lacedæmoniorum regis,authore Plutarcho.

EVDAMVS {εὔδαμος} Vir quidam fuit professione philosophus, quem annulos quosdam solitum cõficere memoriæ proditum est, quorum vis esset mira aduersus dæmonia: item serpentium morsus, & id genus alia pleraque. Inerat iis quoque contra fascinationes virtus præclara.Ex Cæl.Antiq.lect.lib.6.cap.12.

EVDEMIA {εὐδημία} Insula in Pagasico sinu,non longè à Scyro Cycladum extima,referente Plin.lib.4.cap.12.

EVDEMVS {εὔδημος} Orator fuit Megalopolitanus,Philopæmenis præceptor.Author est Plutarch.in vita Philopæmenis. ¶ Alterius Eudemi meminit Cicero 1.Diuinat.lib.quem ad Syracusas prælianteṁ occidisse scribit.

Eudiæon,Lineum filũ,quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod κλύσμους emittitur. Author Festus. Sic Græci vocant foramen in naui,per quod emittitur sentina : vnde & per translationem, vt opinor,medici in clysterio,id est instrumento quo aluus perluitur, sic vocarunt.

Eudiæus {εὐδίαιος} dicitur clauus in nauium carinis, quo exempto effluit aqua,ne computrescant. Vocatur & Chimaros. Cæl. Rhod.lib. 13.cap.9.

EVDIELVS {εὐδίηλος} Submutato nomine Aspledon ciuitas posteriùs dicta est,à bono crepusculo,quod Græcis εὐδιανὸν vocatur.Plura Strabo lib.9.quem vide.

EVDORA,penult.prod. {εὐδώρα} Nympha,Oceani & Tethyos filia,vt placet Hesiod.in Theogon. ¶Item vna ex Atlantidibus,quæ septem numero esse perhibentur, Ambrosia,Eudora, Pasithoe,Coronis,Plexora,Pitho,Tyche. Cælius duodecim fuisse scribit,inter quas & hãc connumerat lib.16.cap.16.

EVDORVS {εὔδωρος} Mercurij filius fuit, ex Polymela Phylantis filia, qui Achillem ad bellum Troianum secutus est, vt est videre apud Homerum 2.Iliad.

EVDORVS,Statuarius & pictor fuit,scena depicta,&signis ex ære fabricatis,vt scribit Plin.lib.35.cap.11.

EVDOXVS {εὔδοξος} Æschinis filius, patria Gnidius, Geometra, & Astrologus, summus medicus, Socratis auditor, qui primus annum composuit. Huius meminit Cicero 2. de Diuinat. ¶ Fuit & alius Eudoxus Rhodius historicus. ¶Alius Siculus filius Agathoclis,poeta comicus.

Eudoxia {εὐδοξία} Latinè bona fama dicitur.Cicero 3.de Finibus,De bona autem fama,quam enim appellant εὐδοξίαν, aptius est hoc loco bonam famam appellare quàm gloriam.

E V E

Euectice {εὐεκτική} Medicinæ pars est,quæ exactè perfectéque valentem accipiens,in hoc ipsum gradu conseruat:sic dicta,quasi boni habitus seruatrix. Author Galen.lib.ad Thrasybulum.

Eueho,euehis,euexi,euectum {ἐξάγω, ἐξέχω, ἐκκομίζω} euehere,Extra vehere.Varro de Re rust. Aut flumina propinqua, quæ nauigari possent,quibus vtrisque euehere atque inuehi ad multa prædia scimus.

Euehere angusto tramite.Plin.lib.12.cap.14.

Euehere suas merces.Plin.lib.6.cap.19.

Euehere aquas ex planis locis.Liu.1.ab Vrbe.

Euehi equo.Liu.1.ab Vrbe,Euectus extra aciem equo.

Virtus euehit ad æthera.Virg.6.Æneid.

Euehere in altum.Liuius 5.bel.Pun. Vbi primum tranquillitas maris in altum euexisset.

In cælum euehere aliquem. Iuuenal. sat.1. Id est, ad excelsissimos opulentiæ gradus perducere,vt velut deus habeatur.

Euectus,Participium {ἐξαγωγός.} vt Eloquentia euecta è Peireo.Cic.de Claris Orator. Nam vt semel è Peireo eloquentia euecta est,omnes peragrauit insulas,&c.

In auras æthereas euectus.Claud.ad CHRISTVM,9,

Confragosis atque asperis euecti,tota pădere possumus vela. Quintilianus lib.6.cap.1.

Titan cæruleis euectus equis.Seneca Herc.fur.2.

Aliquid plostris euectum & asportatum esse.Cic.3.Verr. Omnia ex fanis,ex locis publicis,palàm spectantibus omnibus plostris euecta, asportatáque esse.

Euectus, huius euectus {ἐκκόμισις} Hoc est vectio & portatio quæ fit vel nauibus vel curribus in aliquem locum. Plinius libro 18.cap.5, Vè operariorum copia prope sit,oppidúmq; validum:vt nauigiorum euectus vel itinerum:vt bene ædificatus & cultus.De agro.

Euectio,Verbale {ἐξαγωγή} Euectiones (inquit Budæus) dicuntur diplomata,siue chartulæ signo principis obsignatæ.In tractatu,De cursu publico,cod. Euectiones ab omnibus postulentur : & tam iudices quàm custodes,&c.

Euelatum, Veteres dixere pro euentilato. Vnde velabra dicuntur, quibus frumenta ventilantur. Author Festus.

Euello,euellis,euelli & euulsi,euulsum {ἐκτίλλω, ἐκστέλλω} euellere, Vi quadam vellere,siue extrahere : vt Euellere sibi capillum luctu.Cic.3. Tusc. Et ad Attic. lib.15. 323, Excisa enim est arbor, non euulsa:itaque quàm fruticetur vides.

Euellere sese ex cœno.Plin.lib.8.42.

Euellere ex complexu.Cic.ad Attic.lib.3.49,Versabatur mihi tempus illud ante oculos, quum ille aut lictores dimitteret, aut euelleretur ex complexu meo.

Euellere arborem radicitus. Vlpian in l.furtim. §.1. D.Arbor.furtim cæsarum.

Castra obsessa euellere. Sil.lib.7. Hoc est castra obsidione liberare.

Femur puellæ pulex euellit.Ouid.de Pulice.

Linguam alicui euellere.Cic.pro Sextio. Idem 3.de Orat. Hæc tibi lingua excidenda est,qua vel euulsa,&c.

Plantam cœno euellere.Horat.2.Serm.sat.7.

Radices euellere.Cic.Attico,lib.10.203.

Tela confixis membris euellere.Lucan.lib.6.

¶Euellere,per translationem:vt Euellere sibi scrupulum ex animo. Cic.pro Rosc.Amer.

Ex memoria euellere.Cic.pro Sextio,Si appellandi sunt Consules, quos nemo est qui non modò ex memoria, sed etiam ex fastis euellendos non putet.

Euellere ex intimis mentibus. Cic.1.de Orat. Omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus euellisset vis orationis tuæ.

Euelli ex ordine. Cic.4.de Finibus, Verba tenent mordicus. Quæ

rursus dum sibi euelli ex ordine nolunt, horridiores euadunt, asperiores,duriores & oratione & moribus.
Euellere aculeum sueritatis,Vide ACVLEVS.
Mala radicitus euellere.Lucret.lib.3.
Odorem è thuris glebis euellere.Lucret.lib.366.
Euellere opinionem aliquam ex animis hominum. Cicero pro Cluentio.
Inserere nouas opiniones,euellere insitas.Cic.in Orat.
Spinas animo euellere,Hoc est vitia.Horat.1.epist.14,
Certemus spinas animóne ego fortius, an tu
Euellas agro,& melior sit Horatius,an res.

Euulsus, Participium {ὑποπαθὲς.} vt Sinu matris euulsi filij. Seneca Medea,12.
Palus euulsa. Caml.ad Mallium,63.
Quale ferunt Graij Pheneum prope Cylleneum
Siccari euulsa pingue palude solum. De Lerna.
Trunci euulsi.Horat.3.Carm.ode 4.

Euulsio,Verbale {ὑποπαπεςγήλωσις.} vt Euulso dentis. Cicero 3.de Natura deorum, Qui primus purgationes alui, dentisque euulsionem inuenit.De Æsculapio.

EVEMENIVS, vir Cardianus magnæ virtutis,qui ad amicitiam Philippi Macedonis accessit, & breui tempore in intimam familiaritatem eius peruênit, quam cum Alexandro continuauit. De hoc multa in Græcorum historiis.

EVEMERVS,penult.corr. {ϑύμαρος} Nomen historici, de quo Lactantius sic inquit, Euemerus antiquus author fuit, è ciuitate Messana: res gestas Iouis,& cæterorum, qui dij putantur,collegit,historiámq; contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur. Hanc historiam interpretatus est Ennius, & sequutus. ¶ Fuit & Euemerus Tegeates,ἀδωτὸς dictus, de quo Alex. ab Alex.lib.6.cap.26.

EVENETVS,Vide EVAENETVS.

EVENOR {ἐὐήνωρ} Pictor fuit illustris Parrasij pater & præceptor maximi pictoris, floruítque nonagesima Olympiade, referente Plin.lib. 35.capite 9.

Euenio,euenis,penult.corr.eueni,euentum {ἀπὸ τύχης,συμβαίνω} euenire,Idem quod venire,& accedere,redire. Plaut.Casin.10, Sine modò rus eueniar,remittam ad te virum.
¶Euenire,Contingere. Terent.Heaut.1.1.
Quod si esset factum,hæc nunquam euenissent tibi. Plaut. Asin.12.
Accidere & euenire.Cicero Toranio,lib.6.21, Timebam enim ne euenirent ea quæ acciderunt.
Euenire & cadere,ferè pro eodem.Cic.1.de Diuinat. Vt quum euenerit,ita cadat vt prædictum sit.
Euenit ex sententia. Terent.Heaut.4.5.
Euenit præter sententiam & spem.Plaut.Merc.19.
Euenire in aliquid.Cic.Cælio,lib.2.9,Ex quo vereor ne idem eueniat in meas literas. Hoc est meis literis, vel in mearum literarum perniciem,ne videlicet negligentia tabellariorum tibi meę non reddantur,quemadmodum nec tuæ mihi sint redditæ.
Euenire aliter. Terent.in Prol.And.3.
Contrà euenit.Horat.1.Serm.sat.3, -at tibi contrà

Euenit,inquirant vitia vt tua rursus & illi.

Bene atque feliciter euenire.Cic.pro Murena, Vt ea res mihi magistratuíque meo, Populo, plebique Romano bene atque feliciter eueniret.
Euenit facilé.Liuius 1.ab Vrbe.
Fortè euenit vt. Cicero 2. de Orat. Fortè euenit vt in Priuernati essemus.
Malè euenire,cui opponitur Optimè euenire. Cicero 3.de Natura deorum, Dies deficiat si velim numerare, quibus bonis malè euenerit:nec minus si commemorem,quibus improbis optimè.
Malè illis eueniat.Plaut.Curcul.2.
Prospere euenire. Cic. Appio lib.3.12, Ego verò velim mihi, Tulliaéque meæ (sicut tu amicissimè & suauissimè optas) prosperè euenire ea quæ,&c.
Euenit vt moreretur ille. Cic.1. Tusc. Sic de Amicitia,Sin tale aliquid euenerit,vt extinctæ potius amicitiæ,quàm oppressæ videantur.
Vt plerunque euenit.Cic.pro Plancio, Nihil, vt plerunque euenit, præter opinionem accidet.
¶Eueniunt ea à me tibi.Plaut.Capt.7.
Non hæc sine numine diuûm Eueniunt.Virg.2.Æneid.
Id euenit ob eam rem,quòd,&c.Cic.Att.lib.16.333.
Omnia ferè contrà,ac dicta sunt,euenisse.Cic.2.de Diuin.
Quare euenit vt,&c.Id est quare fit.Cic.1.de Inuent.
Nihil aduersi euenit.Brutus Ciceroni,4,Nihil iam neque opinantibus aut patientibus nobis, aduersi euenire potest, in quo non cum omnium culpa,tum præcipuè tua futura sit.
Auspicia secunda euenerunt.Cic.1.de Diuinat.
Amorem alicui euenire. Tacit.lib.14, Obiiciebant etiam eloquentiæ laudẽ vni sibi adscisceret,& carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum euenisset.
Euenit illi commodum. Terent.Heaut.4.3.
Damnum maximum illi.Plaut.Sticho,4.
Discessio. Terent.And.3.3.
Habitatio bona,fausta,felix.Plaut.Trinum.4.2.
Homo alicui euenire dicitur.Propert.lib.3.eleg.8,
Hostibus eueniat lenta puella meis.
Incommoda eueniunt improbis.Cic.1.de Finibus.
Illis iter vt esset in Lemnum. Terent.Phorm.1.2.
Numinibus secundis euenire. Tacit.lib.15, Vt ipse,prouidum potius,& secundis numinibus euenire.
Occasio.Plaut.Milite,4.
Odio omnibus euenire.Plin.lib.28. cap.8 Rursus tali siniſtri cinere decocto cum sanguine mustelæ peruncto omnibus odio euenire. Legitur & venire.

Optata eueniunt.Ouid.6 Metam.
Partus,clam patrem. Terent.Hecyra,3.3.
Potestas alicuius rei faciundæ.Plaut.Cistel.3.
Vsu venire & euenire alicui. Cic.pro Quinctio, Nã quid homini potest turpius,quid verò miserius aut acerbius vsu venire?quod tantum euenire dedecus,quæ tanta calamitas inueniri potest?
Vsu hoc euenit,vt,&c.Cic.5.de Finibus,Ego autem tibi Piso assentior, vsu hoc euenire, vt acrius aliquanto & attentius de claris viris locorum admonitu cogitemus.
¶Euenire,Euadere,id est per quancunque difficultatem ad aliquid peruenire.Plaut. Mostel.6, Hei mihi commista hæc blanda dicta quò eueniant.madeo metu. Idem Epid.7.
Pulchrior euenit,Id est euadit.Horat.4.Carm.ode 4,
Merses profundo,pulchrior euenit. Id est emergit.
¶Euenit,pro Sorte contigit.Sallust.in Iugurtha,Metellus & Syllanus Consules designati prouinciam inter se partiuerant,Metellóque Numidia euênit.
¶Euenit,Impersonale,pro Ita cecidit. Terent. Andr.5. 4,
Quid tu Athenas insolens? e.euenit.
¶Euenat,pro Eueniat:Antiquum. Ennius Hecuba,
Senex sum:vtinam mortem opperam,
Priusquam euenat quod in pauperie mea
Senex grauiter gemam. Nonius.

Euenerus,penult.prod. {ϑὺν εὐήρους} Participium. vt Precari euentura. Tibul.lib.2.eleg.1.Id est vt eueniant quæ optamus.
Videre procul euentura. Tibul.lib.2.eleg.5.

Euentus,huius euentus,euentui, gen. masc. & declinat. quartæ est tàm in singulari quàm in plurali {ἀπὸ τύχης,συμβαίνω} Quod casu aut fortuna nobis euenit.Plaut.Rud.8. Cic.2.de Legibus,Sceleris est pœna tristis, & præter eos euentus qui sequuntur, per se ipsa maxima est. Liu.10.ab Vrbe,Euentus comitiorum incertus. Ouid.epist.2,
-careat succesſibus opto,
Quisquis ab euentu facta notanda putat.
Euentus accidit,Vide ACCIDO.
Euentu aliquid coniectare,Vide Coniecto in CONIICIO.
Non sine euentu.Plin.Iunior lib.5.epist.20.ad Vrsum, Egi ego pro Vareno non sine euentu: bene an malè,iubet iudex:id est prospero successu.
Casus euentúsque rerum. Cic.pro Corn.Balbo, Quum etiam ipse casus euentúsque rerum non duces, sed comites eius consiliorum fuerint.
Amorum euentus incertus,Vide INCERTVS.
Formæ euentum timere.Propert.3.eleg.24,
Euentum formæ discę timere tuæ.
Orationis euentus. Cic.1.de Orat. Vt enim quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem variósque euentus orationis hominúmque pertimescit.
Rerum euentus.Cic.1.de Diuinat.Mihíque à peritis in Asia prædictum est fore eos euentus rerum qui acciderunt.
Senectutis euentus.Cicero 2.de Diuinat. Si ab adolescentia scisset quos euentus senectutis esset habiturus.
Temporis euentus.Ouid.5.Fastorum,
Poma quoque euentum temporis huius habent.
¶Cæci euentus.Virg.6.Æneidos, -cæcósque volutat
Euentus animo secum.
Deterior euentus.Ouid.2.de Ponto,eleg.2,
Nam timor euentus deterioris abest.
Fatalis euentus. Cic. de Aruſp.resp. P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum extiúmque Carthaginis,qui illam, &c. quasi fatali euentu solus euertit.
Felix euentus.Claud.2.de Raptu Proserpinæ,
-nunquam felicior arti
Contigit euentus.
Grauis euentus.Ouid.13.Metamorphoseos,
Euentúque graui finita est publica clades.
Hyberni euentus.Tacitus in Vita Agricolæ,Quia soliti plerunque damna æstatis hybernis euentibus pensare,tum æstate, atque hyeme iuxta pellebantur.
Iudicij euentus. Plinius Iunior lib.4. epist. 19. ad Hispullam,Disponit qui nuntient sibi quem euentum iudicij tulerim. Id est,an secundum me,an verò contra me iudicatum sit.
Incerti rerum euentus.Silius lib.8.
Secundus euentus.Stat.6. Thebaid.
Varij belli euentus. Virg.10.Æneidos,
Hic magnus sedet Æneas,secúmque volutat
Euentus belli varios.
Spem maleficij præsentis in incerto reliqui temporis euentu collocare.Cic.pro Quinctio.
¶Animum deprehendi euentu. Quintil.lib.4.cap.2,Semper tamen eum habuisse animum,qui sit euentu deprehensus.
Consilia primùm,deinde acta,postrea euentus expectantur. Cicero 2.de Oratore.
Fortiter quenuis euentum ferre. Cic.Attico, lib.9. 173, Quenuis euentum fortius feram quàm hunc dolorem.
Ad euentum festinare.Horat.in Arte poetica.
Habere euentum, Idem est quod exitum habere. Cælius Ciceroni Famil.8.
Merere aliquos euentus.Ouid.13.Metamorphoseos,
-vt & ipsa Iouis coniúnxque,sorórque
Euentus Hecubam meruisse negauerit illos.
Ad omnem euentum paratus sum.Cic.Torquato,lib.6.21.
Non euentus, sed factis, cuiusque fortunam ponderari. Cicero in Pisonem.
Dicendi euentú non satis ex sententia procedere. Cic.1. de Orat.
Spei fructum euentui reseruare.Cic.14.Philipp.
Scire rerum euentus.Lucan.lib.5.

Secundare

Secundare euentus.Virg.4.Georg.
Pugnæ euentu suspensum esse. Sil.lib.3. & 5. Virgil.8.Æneid.
¶Euêtus boni simulacrum Romæ visitur in Capitolio, quod Praxiteles fecit, dextra pateram, siniſtra papauer ac spicam tenens. Meminit Plin.lib.34.cap.8. & lib.36.cap.5.

Euentum, euenti, pluraliter euenta, euentorum, inquit Nonius {σύμβαμα.} Cic.in Partit.Si cuiusque facti & euenti causa ponetur. Idem Attico,lib.9.173,Semper causæ euentorum magis mouent,quàm ipsa euenta. Idem in Hortensio, Tu me & aliàs nonnunquam, & paulò antè adhortatus es, aliorum facta & euenta conquirere. Idem de Oratore,Ex aliorũ factis,aut dictis,aut euentis. Idem ad Lucceium, lib. 5. 12, Fabulam rerum,euentorúmque meorum. Idem Lentulo, lib.1.7,Vt te ex nostris euentis communibus admonẽdum putarem.
Prædicta aliquorum, re & euentis refelluntur. Cic.2. de Diuinat.
Videre rerum euenta.Lucret.lib.1.

Euentilo, euentilas,pen.corr. {σκεπτόμαι} euentilare, Idem quod ventilare. Plinius libro 31. cap. 3, Fit & sine his vitiis altitudine ipsa grauior aer, quem emendant assiduo linteorum iactatu euentilando. Columella libro 11.capite 6,Et eadem euentilata mundiora sunt. De frumentis.

EVENVS,pen.prod. {ἔλαιος} Philosophus, qui ignem optimum ciborum condimentum esse dicere solebat, vt refert Plutarchus. ¶Euenus item Ætoliæ fluuius est, non procul à Calydone, vt author est Plin.lib.4. Ouid.9.Metamorphoseos,
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vndas. Hunc fluuium poetæ quandoque Centaurum vocant. Dictus antea fuit Lycormas. Vide LYCORMAS. ¶Fuerunt item Eueni duo Parij Elegiarum scriptores,quorum meminit Suidas.

EVENVS, Apolloniæ,quæ est in sinu Ionico, ciuis nobilis,qui quum sacras Soli oues noctu non procul ab vrbe custodiret (moris enim erat vt delecti viri, diuitiis & genere inter populares splendidissimi, singulis annis singuli eas custodirent) oppressus somno & edormiens, contrucidari ouium pleraſque lupis grassantibus contigit. Quo facto, publico Apolloniatum decreto, quum se is minus cueri quuissẽt,est exoculatus. Vide Cæl.Rhod.lib.26.cap.17.

Euerbero,euerberas,penult.corr. {κρατηνίπτω} euerberare,Idem quod simplex verberare. Quintil. lib. 2. cap. 4, An credibile sit super caput Valerij pugnantis fedisse corium, qui os oculósque hostis Galli rostro atque alis euerberaret. Seneca lib.5.Natur.quæst. His interuallis tenuis includitur spiritus, qui manus desiderat spatium, quum euerberatus cursu parum libero incaluit.
Alis euerberare aliquid auis dicitur. Virgil.12.Æneid.

EVERGETES {εὐεργέτης} Cognomen Ptolemæi Ægyptiorum regis, qui Philadelpho successit, à maximis eius in Græcas ciuitates meritis impositum. Nam εὐεργέτης à Græcis dicitur, quem nos beneficum, vel benemeritum appellamus. ¶Euergetæ item dicti sunt populi Scythiæ, qui & Arimaspi, quòd benefici fuerint in Argonautas maris tempestate ad eorum litora delatos. Steph.

Euergo,euergis {ἐπιδίδωμι} euergere,Emittere.Liu.5.Decad.lib.4,Mõtes ingentis altitudinis spem faciebant,eo magis quia nullos apertos euergerent riuos, occultos continere latices, quorum venæ in mare permanantes,vndæ miscerentur.

Euerro,euerris,euerri,euersum {ἐκκαθαίρω} euérrere,Verrendo nitidum facere.Colum.lib.7.cap.4, Stabula frequenter euerrenda,& purganda. Cic.Actio.4. in Verr.O Verrea præclara,quoquam si accessisti, quò nõ attuleris istum diem. etenim quam tu domum,quam vrbem adiisti,quod fanum denique,quod non euersum atque extersum reliqueris? Varro 3.de Re rust.cap.8.
Euerrere sermones,pro Curiosè excutere.Seneca 3.de Ira.

Euerriator, Dicitur qui iure accepta hæreditate, iusta facere defuncto debet: quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbauerit,suo capite luat. Id nomen ductum à verrendo. Nam euerræ, sunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per euerriatorem, certo genere scoparum adhibito, ab extra verrendo dictæ. Author Festus.

Euerriculum,euerriculi,pen.corr. {σαγήνη} Rete est piscatorium,sagena à Græcis dictum:Et à verrenda aqua sic appellatum. Vlpian.in l.iniuriarum actio. D. de iniuriis & famos. libell. Si quis me prohibeat in mari piscari, vel euerriculum, quod Græci σαγήνην dicunt, ducere. Cic. 6. in Verrem actione, Quod vnquam Iudices, huiuscemodi euerriculum vlla in prouincia fuit? Alludens ad Verris nomen, & ad significationem verbi. Idem in 3. de Nat. deor. Actionem de dolo, euerriculum appellat, quo scilicet euerruntur fraudes hominum è vita Ciuili. est enim hæc actio prodita ad terrorem hominum subdolorum, qui ignominiam eius iudicij formidant. Hæc Budæus. Varro 3.de Re rust.cap.17, Quum neque euerriculo illi in littus educere possent viuam saginam plebeiæ cœnæ piſces.

Euerto,euertis,euerti, euersum {κρατῆσαι ἀπὸ τοῦ ἀλλαγῆναι τὸν ἀέρα, καταβάλλω} euertere, Destruere. Cic.1.Offic. De euertendis autem diripiendísque vrbibus valde illud considerandum est,nequid,&c. Sic 1.Verr.Euersæ funditus prouinciæ.
Ab imo euertere summa.Lucret.lib.5.
Sua confirmare,aduersaria euertere.Cic.in Orat.
Ventis æquora euertere.Virgil.1.Æneidos,
Diuiscíque rates,euertíque æquora ventis.
Aliquem euertere.Lucan.lib.5,
-tantúsve euertere dixit
Me superis labor est.
¶Euertere aliquem bonis, siue fortunis, pro Spoliare.Cic.3.Verr.
Ne per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Plaut.Perf.16,
Euertes homines tuo arbitratu fundis,familiis.
Euertere aliquem vi & impressione.Cic.ad Metel.lib.5.2.
Funditus euertere amicitiam.Cic.2. de Finib.
Funditus arces euertere.Sil.lib.17. Horat.2.epist.2.
Ciuitates miseras funditus euertere.Cic.in Pisonem.
Odiis atque dissidiis ciuitas funditus euertitur.Cic.de Amic.Quæ autem domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit euerti?
Definitionem euertere,cui opponitur Definitionem retinere. Cic. 4. Academic. Vt retineamus eam definitionem, quam Philo voluit euertere.
Euertere dialecticam. Cic. 4. Acad. Totam enim euertit dialecticam. Hoc est corrumpit.
Domum euertere.Seneca Agamemn.7. Iuuenal.satyr.10.
Firmamenta Reipub. euertere. Cic.Attico, lib.1.13, Ille annus duo firmamenta Reipub.per me vnum constituta euertit.
Euertere leges. Cic. 4. Verr. Euerte leges, testamenta, voluntates mortuorum, iura virorum: num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit?
Nauiculam euertere. Cic.1.de Orat. Qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit. Idem in Parad. Auri nauem euertat gubernator, an palcæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Vide NAVIS.
Nemora ignaua euertere. Virgil.2. Georg. Id est arbores inutiles & nullum fructum afferentes funditus eruere.
Opes euertere.Virgil.2.Æneidos,
-verùm inclementia diuûm
Has euertit opes,sternítque à culmine Troiam.
Pietatem euertere.Lucret.lib.3.
Pinum in syluis euertere,Id est excidere.Virgil.1.Georg.
Fluctus euertit puppim.Lucan.lib.5.
Euertere rationem. Cic. 1. de Finib. Homines optimi non intelligunt totam rationem euerti,si ita res habeat.
Euertere Remp.Cic.4.de Finib.
Res & gentem euertere.Virgil.3.Æneidos,
Postquam res Asiæ Priamíque euertere gentem
Immeritam visum superis,&c.
Amyclas silentia euertunt.Sil.lib.8.
Statuam euertere.Cic.Bruto,15.
Euertere vitam.Cic.4.Acad.Hæc ipsa eripiunt vel instrumenta vel ornamenta vitæ,vel potius totam vitam euertunt funditus.
Vrbes euertere.Ouid.2.Fast.

Euersus,Participium {κρατηθὲν ἀφῃρημένος κλίσεως} Hoc est destructus.vt Euersa vrbs.Plin.lib.15.cap.18.
Euersus fortunis.Cic.pro Flacco.
Aquæ euersæ.Ouid.epist.7,
Aspice vt euersas concitet Eurus aquas.
Campus euersus.Valer.lib.7.Argonauticõn,
-euerso iacias dum semina campo. Euerso campo, subaudiatur vomere,vel aratro.
Euersæ ceruices alicuius dicuntur, cuius ceruices non amplius erectæ sunt,sed depressæ. Terent.Heaut.2.3,
Ego te autem noui quàm esse soleas impotens,
Inuersa verba,euersas ceruices tuas.
Columen euersum.Seneca Troade,1.
Impetu fortunæ euersa domus.Seneca Octau.2.
Domus funditus euersa.Seneca Agamemn.11.
Equus cuspide euersus.Propert.lib.4.eleg.11.
Fasces euersi.Ouid.ad Liuiam,
Quo primum vidi fasceis,in funere vidi,
Et vidi euersos indiciumque mali. Solebant insignia atque arma defunctorum,in funere inuerti. Sic & Virgil.lib.11.Æneidos,
-tum mœsta phalanx, Teucríque sequuntur,
Tyrrhenísque duces, & versis Arcades armis. Hoc est, inquit Seruius,lugentum more mucronem hastæ contra terram tenentes.
Foci euersi gentis alicuius.Propert.lib.2.eleg.1.
Homo euersus.Seneca Herc.fur.6.
Pharetra euersa. Ouid.3.Amor.eleg.8,
Ecce puer Veneris fert euersámque phareträm,
Et fractos arcus,& sine luce facem.
Phryges euersi.Seneca Troade,6. & 10.
Euersa vi tempestatis quercus.Plin.lib.16.cap.31.
Rates euersæ.Seneca Agamemn.13.
Ruinæ vrbis euersæ.Seneca Troade,1.
Seculo euerso.Virgil.1.Georgicorum,
Hanc saltem euerso iuuenem succurrere seclo
Ne prohibete.
Spes euersa.Ouid.13 Metamorphoseos,
Non tamen euersam Troiæ cum mœnibus esse
Spem quoque fata sinunt.
Vrbs excisa & euersa.Cic.pro Sextio.

Euersio,Verbale {κρατηκεφὴ,κλάσις,κρᾶσις,κρᾶσμος.} vt Euersiones vehiculorum.Plin.lib.22.cap.17.
Rerum publicarum euersiones.Cic.de Senect.
Euersio vitæ.Cic.4.Acad.
Excisionem, inflammationem, euersionem, depopulationem, vastitatem tectis & agris inferre. Cic.de Aruſp.resp.

Euersor {κρᾶσμος} aliud Verbale.vt Euersor ciuitatis. Cic. pro Domo sua. Et in Partit.
Decoris euersor.Seneca Hippol.3.
Quis,ede,nostri decoris euersor fuit?
Euersor iuris humani. Plin. lib. 28. cap. 1, Tecum enim res erit euersor iuris humani, monstrorúmque artifex, qui primus ea condidisti,credo ne vita tui obliuisceretur.
Regnorum euersor. Virgil.12.Æneidos,
-Priami regnorum euersor Achilles.
¶Euersor,pro prodigo,nepote, dissoluto, qui patrimonium suum profundit. Caius lib.Instit.1.tit.8. Sub curatore sunt minores ætate, maiores euersores, insani qui euersores, aut insani sunt, omni tempore vitæ suæ sub curatore esse iubentur.

Euestigio {αὐτίκα} Vide e præpositionem.

EVEXIPPE & Theano, filiæ Scedasi fuerunt, qui fortuna pauper Leuctra (qui vicus erat prope Thespias in Bœotia) habitabat. Hæ quum à iuuenibus quibusdam Spartanis constupratæ essent, móxque interemptæ, in puteum quendam deiecta sunt. Qua re per patrem intellecta, quum Lacedæmone, quò se contulerat, conatu iudicatúque excidisset, Erinnyis aduocatis, ad filiarum tumulos seipsum confecit. Longa est historia: Vide in dictione SCEDASVS. & Cæl. Rhod. lib. 5. cap. 8.

EVG

Eugalacton {εὐγαλακτὸν} Herba, Glaux postea dicta, cyriso & lenticulæ foliis similis: auersa candidiora. Rami in terram serpunt quini, seníve, admodum tenues ab radice. Flosculi purpurei exeút. Inuenitur iuxta mare. Coquitur in forbitione similaginis, ad excitandam vbertatem lactis. Hæc Plin. lib. 27. cap. 9.

EVGANEI {εὐγάνεοι} Venetiarum populi, ab euganea, hoc est nobilitate cognominati, de quibus Plinius, Strabo, & Liuius.

Euganei, Montes supra Patauium Istriam versus, abundantes pecudibus mollissimas lanas ferentibus.

Euganeus, Adiectiuum {εὐγάνεος} Iuuenalis,

-Euganea quantumuis mollior agna.

Collis Euganeus, dictus ab Euganeis populis, quòd ibi olim habitarunt. Lucan. lib. 7.

Euganeo (si vera fides memorantibus) augur

Colle sedens, &c.

Tellus Euganea. Sil. lib. 8.

Tum Troiana manus, tellure antiquitus orti

Euganea, profugáque sacris Antenoris oris.

Euge {εὖγε} Interiectio laudantis, vel exultantis, & assentientis siue congratulantis.

Laudantis. Plaut Mostel. 4. Idem Epid. 2.

Euge, corpulentior vidère, atque agilior.

Exultantis. Plaut. Capt. 6.

Euge pol Thalem talento non emam Milesium. Terent. Adel. 5. 7.

Euge iam lepidus vocor.

¶Euge, aliter: quasi obstupescentis vox. Plaut. Amphit. 3.

-sed ædeis occlusserunt: euge hoc fit

Pariter atque vt alia facta sunt.

Eugeniæ, penul. prod. {εὐγένειαι} Vuæ quædam sunt, à generositate sic dictæ. Nam εὐγένεια à Græcis dicitur nobilitas. Colum. lib. 3. cap. 2. Frigidum solum, ac roscidum cælum commodissimè sustinent, sicut eugeniæ, dum sunt in Albano colle. Nam mutato loco, vix nomini suo respondent.

Eugium {εὔμιον} Pellicula quædam in pudendo mulieris, quam primo coitu rumpi nonnulli ex antiquis putauerunt. Quanuis reuera constet inter anatomicæ rei peritos, pelliculam eiusmodi commétitiam esse, & in virginum dissectionibus non inueniri. Nonius, Eugium, inquit, pars media inter naturalia muliebria. Nævius, Sine eugio puellam inuenit. Laberius, Quare tam arduum ascendis? An conspicis eugium scindere.

Eugnomosyne, es {εὐγνωμοσυνὴ} Recta animi constitutio, tranquillá-que affectio, omni indignatione vacans. Cicero Æquitatem animi vertit. Sic enim inquit in oratione pro Marcello, Sæpe enim venit ad aures meas, te idem ístud nimis crebrò dicere, Satis te tibi vixisse, Hîc tu modum tuæ vitæ nõ salute Reip. sed æquitate animi definies? Id est, quòd æquo animo, & citra indignationem mori potes. Bud.

EVGOA {εὐγόα} Oppidum in sinu maris Æthiopici, ex Africæ latere, vt tradit Plin. lib. 6. cap. 29.

EVGRAMMVS {εὔγραμμος} Plin. lib. 35. cap. 12, Demaratum verò, inquit, ex eadem vrbe profugum, qui in Hetruria Tarquinium Priscum regem populi Romani genuit, comitatos fictores Euchira & Eugrammum: ab iis Italiæ traditam plasticen.

EVH

EVHIPPA {εὔιππα} Ciuitas Magnesiæ, quam alluit Lycus fluuius, Pelopia aliquãdo, nunc Thyatira nominata. Author Plin. lib. 5. cap. 29.

Euhoe {εὐοῖ} Vox Bacchantis. Plaut. Menæch. 17,

Euhoe atque eheu Bromie quò me in syluam venatum vocas? Fortasse rectius scriberetur euohe. Sic autem dictus est, eo quòd quum dij bellum cum gigantibus gererent, primus in leonem conuersus occidit gigantem. Ex quo facto eum Iupiter ita laudauit, Euhye hoc est bone fili. Græci enim & Latinis bene dicitur, υἱὸς autem filius. Hactenus Acron in Horat. 2. Carm. ode 11.

EVHYVS, pen. corr. {εὔϊος} Bacchus cognominatur poetis, & interpretatur bonus filius.

Dissipat Euhyus Curas edaceis. Horat. Carm. 2. ode 11.

Tenet Euhyus. Stat. lib. 2. Thebaidos,

Et tunc fortè dies noto signata tonantis

Fulmine, prærepti quum te tener Euhye partus

Transmisere patri.

Euhyas, penul. corr. huius Euhyadis, fœm. gen. {εὐϊὰς} sacerdos Bacchi, Horat. 3. Carm. ode 25, -non secus in iugis

E somnis stupet Euhyas

Hebrum prospiciens & niue candidam Thracem.

EVI

EVIANES, Populi, apud quos Bacchi festa celebrantur, in quibus ludiones primò, mox spectatores multo vino epoto, ad arma concurrunt. Hæc Alex. Genial. dier. lib. 6. cap. 19.

Euibro, euibras, pen. corr. {εὐπιόνω} euibrare. Gell. lib. 1. cap. 11, Excitarentur, atque euibrarentur animi.

Euictio, Euictus, Vide EVINCO.

Euidens, pen. corr. om. gen. {ἐναργὴς} Quod videtur apertè, & intelligitur: nõ quod videt & intelligit. Cic. de Vniuers. Atque vt esset mensura quædam euidens, quæ in istis octo curribus celeritates, tarditatésque declararet.

Siquid est euidens de quo inter omnes conueniat. Cic. 3. de Nat. deorum.

Euidentissimum id fuit, quòd quacunque, &c. Liu. 8. ab Vrbe,

Quid enim est hoc illo euidentius? Cic. 2. de Nat. deor.

Authores euidentissimi. Plin. lib. 19. cap. 3.

Narrationes euidentes, Id est dilucidæ. Cic. in Topic.

Euidens ratio, Euidens argumentum. Plin. lib. 2. cap. 16. & 52.

Res in aliquo euidens. Cic. de Amic. Quod in homine multò est euidentius.

Perspicuæ & euidentes res. Cic. 4. Acad.

Euidentia, Denominatiuum {ἐναργὲς.} Cic. 4. Acad. Propterea quòd nihil clarius ἐναργείᾳ, vt Græci: perspicuitatem aut euidentiam nos, si placet nominemus, fabricemúsque si opus erit, verba. Quintil. lib. 6. cap. 2, Insequitur ἐναργὲς, quæ à Cicerone illustratio, & euidentia nominatur: quæ non tam dicere videtur, quàm ostendere.

Euidenter, Aduerbium {ἐναργῶς.} Quintil. lib. 8. Liu. 8. ab Vrbe, Vel fateri nobis ea, quum tam euidenter pœnituerit, tutum censemus.

Euigilo, euigilas, pen. corr. {ἐυηγόρω} euigilare, Expergisci. Plin. Iunior libro 1. epist. 5. ad Voconium, Euigilaueram: nuntius à Spurina, &c. Catullus, Et duce stat acies euigilante suo.

In quo euigilauerunt curæ & cogitationes meæ? Cic. in Parad.

Euigilare in studio, Vehementer vigilare, seu attentum esse. Cic. ad Brutum, Tanta autem industria est, tantúmque euigilat in studio, vt non maxima ingenio (quod in eo summum est) gratia habenda videatur.

In vndis euigilare. Stat. 5. Sylu. 3,

-Graius qua puppe magister

Excidit, & mediis miser euigilauit in vndis.

¶Euigilare, pro Elucubrare. Ouid. 7. Triftum, Ad librum,

Quos studium cunctos euigilauit idem.

Nox euigilanda multis modis. Tibul. lib. 1. eleg. 8. Hoc est, vigilando transigenda.

Euigilata cõsilia. Cic. ad Attic. lib. 9. 184, At quàm honesta, at quàm expedita tua consilia? quàm euigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua nauigationis, &c.

EVILA, Regio ad Orientem vergens, sacris literis celebrata, quam circuit de Paradiso Phison egrediens, quem nostri mutato nomine Gangem vocant. In ea aurum purissimum, quod Hebraicè Zaab, & gemmæ pretiosissimæ, carbunculus, smaragdúsque nascuntur.

Euilesco, euilescis, euilui {ἀναιδέομαι} euilescere, Despicatum fieri. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 15, Propter quæ vsque eò euilui, vt passim ac propalam contemptui esset.

Euincio, euincis, euinxi, euinctum {ἀναδέω} euincire. Virgil. libro 8. Æneidos, -euinctis tempora ramis.

Insigni regio aliquem euincire. Tacit. lib. 5.

Euinctus, Participium {ἀναδεδεμένος.} vt Vitta crines euinctus. Ouid. 15. Metam.

Caput foliis euinctus, Habens caput circundatum foliis. Virgil. 5. Æneid.

Ducuntur euincti geminas ad sua terga manus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.

Vittis, coronísque euinctus. Tacit. lib. 20.

Tempora euinctus tæniis. Virgilius 5. Æneid. Id est vittis rosèis. Seruius.

Comæ euinctæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.

Palmis euinctis brachia attollere. Virgil. 5. Æneidos,

Nunc sicui virtus, animúsque in pectore præsens

Adsit, & euinctis attollat brachia palmis. Id est si adsit quis plenus animi. Seruius.

Suræ euinctæ Cothurno. Virgil. 7. eclog.

Euinco, euincis, euici, penul. prod. euictum {ἐπικρατέω} euincere, Idem quod vincere. Liu. 2. ab Vrbe, Omne id tempus cum coniuratis consulando absumunt: euincúntque instando, vt literæ sibi ad Tarquinios darentur. Hoc est, peruincunt, & multa importunitate impetrant. Valer. 1. Argonauticõn,

-dubisque euincite rebus Quæ meminisse iuuet.

Precibus euincere aliquem. Seneca Medea, 4.

Fretum euincere. Ouid. 15. Metam.

Iura Stygis euincere. Seneca Herc. fur. 7.

Euincas vtinam iura feræ Stygis,

Parcarúmque colos irreuocabiles.

Amnis oppositas euincit gurgite moles. Virgil. 2. Æneid.

Euincere morbum. Columella lib. 6. cap. 5, Euincendi sunt autem quanuis pestiferi morbi, & exquisitis remediis propulsandi.

Arbor celso vertice euincit nemus. Seneca Hippol. 4.

Solis imago nubes oppositas euincit. Ouid. 14. Metam.

Ratio euincit. Horat. 2. Serm. satyr. 3,

Sic puerilius his ratio esse euincet amare.

Somnos euincere. Ouid. 1. Metam.

Platanus euincit vlmos. Horat. 2. Carm. ode 15.

¶Euincere, Rem meam ab eo cuius non erat, alteri aut datam, aut venditam, in iudicio repetere, & ab emptore per iudicis sententiam ad eam mihi restituendam condemnato extorquere, & abducere. Vlpian. l. 1. D. de euiction. Siue tota res euincatur, siue pars, habet regressum emptor ad venditorem.

Euincere aliquid ab alio. Pomponius l. euicta re vendita. D. de euiction. Ignorantibus nobis, quandiu eum seruum habiturus essem: & an futurum esset, vt eum quisquam aut à me, aut ab eo cui vendidissem, eúve similiter promisissem, euincerer.

Euictus, pro Conuicto {ἐπικρατηθέντος.} Cic. in Verr. Act. 2, Qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus euictus.

Dolore euictus. Virgil. 4. Æneid.

Lacrymis alicuius euictus. Seneca Medea, 7. Virgil. 4. Æneid.

Longo tempore euictum esse. Ouid. 3. Triftium,

Forsitan & nobis olim minus asper, & illi

Euictus longo tempore Cæsar erit.

Æquora euicta. Ouid. epist. 18, -euicta per æquora vectus.

Arbor vulneribus paulatim euicta vehementer concussa. Virgil. 2. Æneid.

Virtus

Virtus paulatim euicta senescit. Sil. lib. 3.

Euictio, Verbale. Est autem Euictio Iureconsultis, eius rei quam aduersarius legitimo iure acquisierat, per iudicem recuperatio. l. non tamen. D. de euict. Quod vt intelligamus, illud scire oportet, olim moris fuisse, vt si res non Quiritium, sed gentium iure abalienaretur, is qui eam acquirebat duplam aut simplam stipularetur sibi ab authore dari, si ea sibi iudicio adimeretur, quemadmodum Varro lib. de Re rust. 11. cap. 10. significat. Quum autem mancipio res venierat, tum iudicij periculum præstabat is qui eam vendiderat. Itaque Varronis locus intelligendus est, quum ait, si mancipio non datur, id est, si res non acquiratur per ius Quiritium, hoc est, per mancipationem & nexum. Nam si mancipio res erat data, aut vsu capta, aut in iure cessa, nunquam euinci poterat, id est, iudicio à possessore auferri. Ex Horomano.

Euiratio, Vide EVIRO, euiras.

Euiresco, euiresces {ἀνδρώδης} euirescere, Viride fieri. Varro Prometheo, Atque ex sanguinibus dolore euirescat colos.

Euiro, euiras, pen. corr. {ἐκθηλύνω, ἀθυμοβρεχέω} euirare, Virilitatem auferre, & effœminare. Varro Marcipore, Spatulæ euirauit omnes Veneri vaga pueros. Nonius.

Euiratus, penult. prod. {θηλυτὴς} adolescens, apud Plautum, pro Molli. Martial. lib. 5,

Spadone quum sis euiratior fluxo.

Euiratio pilorum {ἐπιτρίχωσις} Hoc est deglabratio & virilitatis ablatio per pilorum abrasionem. Plin. lib. 29. cap. 1, Porus deinde ieiunorum ac vomitiones, & rursus per potationes, ac pilorum euiratio institutæ resinis eorum.

Euiratio bonæ spei. Seneca de Vita beata.

Euiscero, euisceras, pen. corr. {ἐξεντερίζω} euiscerare, Viscera extrahere. Virgil. 11. Æneidos,

Compressámque tenet, pedibúsque euiscerat vncis. Cic. 1. Tuscul. ex Ennio,

Ipse summis saxis fixus asperis

Euisceratus latere pendens. Idem in Pisonem. Seneca de Remediis fortuitorum, & 4. Natur. quæst. dicit amnes, excepto Nilo, terras abluere & euiscerare, quia scilicet humorem excedunt.

Euisceratus, Participium {ἐξεντερισθείς.} Cic. 2. de Diuinat. Euisserata, inanima, cum animali sono. De tettudine. Ex Pacuuio.

Euisserata corpora. Quintil. Declam. 12, Vidit nos sol vulneribus pastos, & ad euisserata corpora illuxit.

Euito, euitas, pen. prod. {ἐκφεύγω} euitare, Vitam eripere, vel vita spoliare. Verbum verus, & planè poeticum. Cic. 3. de Oratore,

Hæc omnia vidi inflammari:

Priamo vi vitam euitari. Hæc eadem adducit Cicero 3. Tuscul. ex antiquo poeta.

¶Euitare {ἀλλαξεθίσαι, ἐξαλλάξαι} Fugere, deuitare. Cic. de Amicit. Est enim varius & multiplex vsus amicitiæ, multeque causæ suspicionum offensiónúmque damnãtur, quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est. Cælius ad Ciceronem, libro 8. 5, Periculosam & grauem illam dimicationem euitarent. Sic Euitare casum, Cæsar 8. bel. Gall. Horat. lib. 1. Carminum,

Metáque feruidis

Euitata rotis.

Fugere & euitare. Cic. in Orat. Vt versum fugimus in Oratione, sic hi sunt euitandi continuati pedes.

Dolorem euitare. Cic. 5. de Finib. Ne vitationem quidem doloris ipsam per se quisquam in rebus expetendis putauit, ne si etiam euitare posset.

Personam quæ officit euitare. Horat. 1. Serm. satyr. 2.

Pugnam euitare. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6,

Saucius euitat pugnam gladiator.

Amictu euitare tela alicuius. Catul. epig. 111.

Euitatio, Verbale {ἐυκολοξεξάλυσις.} Quintil. lib. 5. cap. 10, Malorum euitationem, &c.

Euitabilis, pen. corr. Adiectiuum {ἐξαλυτὸς.} vt Euitabile telum. Ouid. 6. Metam.

EVL

Eulabes, Negotiorum susceptorem significat, vt est apud Suidam. Monuit Alciat. in tit. C. de præpos. labor. lib. 12.

EVLAEVS {εὐλαῖος} Fluuius. Plinius, Susianen ab Elymaide disterminat amnis Eulæus, ortus in Medis: medióque spatio cuniculo conditus, ac rursus exortus & per Mesobatenem lapsus, circuit arcem Susorum ac Dianæ templum augustissimum illis gentibus, & ipse in magna cæremonia. Siquidem reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant. Recipit amnem Hedyponn, præter Asylum Persarum venientem, & vnum ex Susianis. Hæc ille lib. 6. cap. 27.

Eulogia, eulogiæ {εὐλογία} Latinè dicitur benedictio, munificentia, beneficentia. Cic. ad Attic. lib. 13. 280, Locum hominibus non sanè probo, quòd est deserior: sed habet εὐλογίαν. Vbi interpres, Eulogian, honestam rationem, vel probabilem: & rationaliter mihi commodus erit qui desertissima quæro, ac loca inaccessa, qua nulla humano sit via trita pede.

EVM

Eûm, pro eorum antiqui dicebant. Festus.

EVMAEVS {εὔμαιος} Subulcus fuit Vlyssis, qui dominũ à bello Troiano reducem opera sua adiuuit contra procos vxores. Homer. lib. 22. Odyss.

Eumaris {εὐμαρὲς} Calceamenti genus ab induendi facilitate. Nam εὐμάρεια, εὐμαρὲς facilis dicitur. Est autem inuentum Barbaricum, è ceruina pelle confectum, commune viris & mulieribus, vt tradit Pollux lib. 7. cap. 22.

EVMARVS, Athenien sis, pictor egregius, qui primus in pictura marem fœminámque discreuit, omnésque figuras imitari ausus est. Author Plin. lib. 35. cap. 8.

Eumeces {εὐμήκης} Balsami genus, leui cortice: ita dictum, quòd cæteris sit procerius. Plin. lib. 12. cap. 25.

EVMELIS, pen. prod. Augur nobilis, cuius meminit Stat. 4. Sylu. 8, Respiciens blandè felix Eumelis adorat.

EVMELVS, penult. prod. Admeti regis Thessaliæ ex Alcesta vxore filius.

EVMELVS, Troianus vir, de quo Virgilius 5. Æneidos,

Nuntius Anchisæ ad tumulum, cuneósque theatri

Incensas perfert naues Eumelus. Huius meminit Bocatius libro 9. capite 43.

EVMENES, siue Eumenus, pen. corr. vir Cardianus, qui cura, vigilantia, patria calliditate & celebritate omnes Macedones superauit. ¶Fuit præterea hoc nomine Pergami rex, qui Antiochum apud Sardeas ingenti prælio vicit, de quo vide Strabonem lib. 13.

EVMENETICA {εὐμενητικαὶ} Regio est Ioniæ, quam Mæander fluuius peruagatur, vt tradit Plin. lib. 5. cap. 29.

EVMENIA, Cariæ ciuitas, Cludro flumini appósita, teste Plinio libro 5. cap. 29. ¶Est & hoc nomine oppidum in Thracia, quod Scythæ Aroteres cognominati tenuere. Author Plin. lib. 4. cap. 11.

EVMENIDES, Eumenidis, pen. corr. {εὐμενίδης} quidam fuit cuius meminit Ouidius 3. Trist. eleg. 46,

Non foret Eumenides orbus, si filius eius

Stultus Achilleos non adamasset equos.

EVMENIDES {εὐλάδορες} Furiæ infernales: Latinè beneuolæ & mites dictæ, per contrarium, quasi non mites. εὐμενὴς enim beneuolus dicitur. Has tres ferunt Acherontis fuisse filias, atque Noctis, vno partu editas. Et apud inferos vocantur Canes. In singulari dicitur Eumenis, media correpta.

Agmina Eumenidum. Virgil. 4. Æneidos,

Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus.

Amnis seuerus Eumenidum, Id est circa quem habitant Eumenides. Virgil. 6. Æneidos,

Tu Stygias inhumatus aquas, amnémque seuerum

Eumenidum aspicies? Seruius.

Cæruleos implexæ crinibus angues Eumenides. Virgil. 4. Georg.

Intorti angues Eumenidum capillis. Horat. 2. Carm. ode 13.

Comæ Eumenidum, Serpentes. Stat. 5. Sylu. 1.

Nil cantus, nil fila, deis pallentis Auerni

Eumenidúmque audita comis mulcere valerent.

Mater Eumenidum. Virgil. 6. Æneid. Id est Nox. vt

Hunc mihi da proprium virgo sata Nocte laborem. Seruius.

Ferrei Eumenidum thalami. Virgil. 6. Æneidos,

Ferreique Eumenidum thalami, & discordia demens

Vipereum crinem vittis innexa cruentis. Vbi Seruius, Furiæ, inquit, núquam nupserunt. vnde thalamos accipiamus in quibus natæ sunt.

Turba seuera Eumenidum. Propert. lib. 4. eleg. 12.

Vultibus Eumenidum agitari. Ouid. 9. Metamorphoseos,

Vultibus Eumenidum, matrísque agitabitur vmbris.

Quinta Luna Eumenides fatæ: quibus temporibus operis initiú sumere vetat. Virgil. 1. Georgicorum,

Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna

Felices operum: quintam fuge, pallidus Orcus

Eumenidésque satæ.

Victæ carmine Eumenides. Ouid. 10. Metamorphoseos,

Tunc primùm lacrymis victarum carmine fama est

Eumenidum maduisse genas.

Eumetris, Gemma est apud Bactros nascens, filici similis, quæ capiti supposita, nocturna visa ad oraculi similitudinem reddit. Plin. lib. 37. capite 10.

EVMILVS, Vnus fuit ex Græcis ducibus, qui ad Troianum bellum profecti sunt.

EVMOLPVS, Nomen Athenien sis viri, quem Suidas Musæi poetæ filium fuisse scribit: versificator ante Homerú fuisse traditur. Ab hoc Eumolpidas, sacrorum quorundam præsides dictos volunt, quorum meminit Æschines in Oratione contra Ctesiphontem.

Eumolpidæ, dicti sacerdotes seu magistratus Athenis, in memoriam & honorem Eumolpi regis, quem Ægyptij generis fuisse Diodorus refert. Alij vatem Orphei filium putant.

EVMONIDES {εὐμονίδης} Nomẽ proprium viri Thebani, cuius meminit Plutarchus.

EVN

EVNEVS, Iasonis filius ex Hypsiphile filia Thoantis regis, teste Homero lib. 7. Iliad.

EVNICA, Malis, & Nychia, Nympharum nomina in 13. edyll. Theocrit. quæ Hylam Herculis puerum rapuerunt.

EVNICVS {εὐνικὸς} Statuarij nomen, apud Plin. lib. 34. cap. 8.

Eunomia {εὐνομία} Recta iuris legúmque constitutio. Bud. in Annot.

¶Eunomia duplex. Vna quidem recta iuris cõstitutio: altera verò, rectè iuri constitutæ obtemperatio. Neque enim satis est benè institutam positámque esse rationem Reip. nisi & hoc omnibus persuasum sit, institutioni tali omnino parendum esse. Budæus in eisdem Annotat.

EVNOSTI portus {εὐνόστου λίμην} Dicitur qui ab Occidentali insulæ Phari parte efficitur, iacétque ante fossum & clausum portum, qui ex turri ingressum habens, maximus dicitur. Author Strabo lib. 17.

EVNOSTVS, Tanagræorum deus, cuius templum adeò mulieribus interdictum fuit, vt si quo infortunio aut vastitate Tanagræi opprimerentur, diligenter inquirerent, ne qua mulier consultò, aut casu templo apropinquasset. Ex Alex. Genial. dier. lib. 6. cap. 2.

Eunuchus, pen. prod. {εὐνοῦχος} Qui euiratus est, & virilibus ac testiculis caret. Dicitur autem ab εὐνὴ, quod est cubile: & ἔχω custodio: quia id genus hominum adhibebatur seruandis cubilibus regum, quasi eunoechus, & per synæresim eunuchus.

Eunuchi aut spadones vocãtur, aut thlibiæ, aut castrati. Spadones, qui propter aliquod vitium, vel frigiditatem membrorũ genitalium liberis operam dare non possunt. Thlibiæ, quibus à nuttice, vel fortè à matre extriti sunt testes. Castrati, quibus virilia exsecta sunt. Harmenop. de adopt.

Eunuchi imbelles. Iuuenal. satyr. 6,
Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbæ.
Eunuchum se facere. Iuuenal. satyr. 12, -decidere iactu
Cæpit cum ventis, imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit cupiens euadere damno
Testiculorum.

Eunucho, eunuchas {εὐνουχίζω} eunuchare, Castrare: cuius passiuum est Eunuchor. Varro lege Mœnia, Siqui patriam maiorem parentem extinguit, in eo est culpa: quod facit pro sua parte is qui se eunuchat, aut aliqua liberos producit.

Eunuchizo {εὐνουχίζω} Castro. Hieronymus contra Iouinianum, Sunt eunuchi, qui de vtero matris ita nati sunt: & sunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati sunt: & sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum.

Eunuchion {εὐνουχεῶν} Lactucæ genus, rotunda ac minima radice, latis foliis, quam quidam Astylida vocant. Sic autem dicta est eunuchion, quoniam hæc maximè refrigeratur Veneri. Author Plin. lib. 19. capite 8.

EVNVS, patria Syrus, qui quum nuce iuglande in os incluſa ignem euomeret, simulans se deæ Syriæ numine afflatum, apud seruos & infimam plebem diuinus habitus, primò duo hominú millia in Sicilia spe rapinarum asciuit, mox effractis carceribus ad sexaginta millia coegit, Manliúmque & Lentulum Prætores iusto prælio vicit & profligauit. Denique à Romanis coercitus, post multiplices clades suæ temeritatis meritas pœnas dedit. Vide Alex. Genial. dier. lib. 2. cap. 11.

EVO

Euoco, euocas, pen. corr. {ἐκκαλέω, παρακαλέω} euocare, Extra vocare. Terent. And. 3. 3, Euocate huc Dauum. Cæs. 4. bel. Gall. Principibus Galliæ euocatis. Cic. 4. Verr.

Accersere & euocare. Cicero pro Deiot. Venit, vel rogatus vt amicus: vel accersitus vt socius: vel euocatus vt is qui Senatui parére didicisset.

Euocare foras. Terent. Eunuch. 2. 2.

Euocare aliquem foras verbis alicuius. Plaut. Casin. 5,
Vis tuis Chalinum huc euocem verbis foras?

Intus euocare. Vide INTVS.

Euocare aliquem intus foras. Plaut. Pseud. 9,
Ostiú pultabo, atque intus euocabo aliquê foras. Idem Menæch. 5,

Euocare intus Cylindrum mihi coquum actutum foras.

Euocare huc Sosiam, accersat Blepharonem. Plaut. Amphit. 10.

Magnopere euocare. Cic. 2. de Orat. Paulo pòst esse ferunt nuntiatum Simonidi, vt prodiret: iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnopere euocarent.

¶Euocare à. Plaut. Amphit. 11,
Tu gubernatorem à naui huc euoca meis verbis, &c.

Euocari è patria. Cic. ad Attic. lib. 8. 14&6, Non expulsi, sed euocati è patria.

Euocari à Deo. Cic. 1. Tuscul. Nec tamen illa vincula carceris reperit: leges enim verant: sed tanquam à magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic à Deo euocatus atque emissus exierit.

¶Euocare ad cœnam. Plaut. Mostel. 14.

Euocare ad colloquium. Liu. 3. bel. Pun. Cæsar 4. bel. Ciuil.

Euocare hostes ad pugnam. Cæsar 5. bel. Gal. Magna contumelia verborum nostros ad pugnam euocant. Liu. 5. bel. Pun.

Euocat ad se Centuripinum magistratum, & Decemprimos, nisi restituissent iis statuas: vehementer iis minatur. Cic. 4. Verr.

Euocare ad causam dicendam. Liu. 9. bel. Maced. Euocauimus eos ad causam dicendam.

¶Euocare, pro Vocare. Cic. 5. Verr. Sterni triclinia etiam in foro iubebat, euocari homines honestissimos, &c.

Euocare aliquem accitu alterius. Cic. 5. Verr. Magistratus & Quinqueprimi accitu istius euocantur.

Euocare in concilium. Liu. 9. bel. Pun. Tum à Mandonio euocati in concilium.

¶Euocare aliquem Romam, aut ad aliam vrbem. Cic. 3. Verrina. Idem ad Attic. lib. 5. 11&3, Nam euocari ex insula Cyprios non licet.

¶Euocare aliquem literis. Cic. ad Atticum, libro 2. 39, Tuas Numestrio literas dedi: sic te his euocabam, vt nihil acrius, neque incitatius fieri posset.

¶Inuitare & euocare. Cic. 2. de Finibus, Indicat innatam esse homini probitatem gratuitam, non inueteratam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus euocatam.

Præmiis aliquem euocare. Quintil. lib. 1. cap. 3, Præmiis etiam, quæ capit illa ætas, euocetur.

¶Piscem esca euocare, Id est elicere. Sil. lib. 7,
Euocat è liquidis piscem penetralibus esca.
Nubibus siccis euocare aquas. Seneca Medea, 10.
Postera lux Hyadas Taurinæ cornua frontis
Euocat, & multa terra madescit aqua. Ouid. 6. Fast.
Zephyrus vernas euocat herbas. Seneca Hippol. 1.

¶Vigil ales euocat auroram. Ouid. 11. Metamorphoseos,
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Euocat auroram: nec voce silentia rumpunt.

Lucifer ignes euocat Auroræ, cursúsque Aurora diurnos. Ouidius 4. Metam.

¶Euocare deos, pro Elicere. precibus enim deos euocabant, vt alió transferrent. Plin. lib. 28. cap. 2, Verrius Flaccus authores ponit: quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum à Romanis sacerdotibus euocari deum, cuius in tutela id oppidum esset. Quid sit sacrorum euocatio, & quo modo olim fieri solita sit, siquis scire cupit, videat Macrobium lib. 3. Saturn. cap. 8. Apud Liuium autem lib. 5. ab Vrbe condita, Dictator è Veiis deos euocans.

Animas Mercurius euocat Orco. Virgil. 4. Æneid.
Letheum ad fluuium deus animas euocat. Virgil. 6. Æneid.
Sepulcris auos atauósque euocare. Ouid. 1. Amor. eleg 8.

Euocare deos, eo modo quo dicimus euocare dæmones, apud Plin. lib. 24. cap. 17.

¶Euocare, pro Inuocare & implorare. vt,

Oratione euocare misericordiam alicuius. Cic. pro Deiot. Non debeo C. Cæsar, quod fieri solet in tantis periculis, tentare quonam modo dicendo misericordiam tuam commouere possim. nihil opus est: occurrere ipsa solet supplicibus & calamitosis nullius oratione euocata.

¶Euocare ad arma, inquit Seruius, Est ad diuersa loca diuersos cogere exercitus. Cic. pro Rabirio, De te ipso, inquam, Labiene quæro, quum ad arma Consules ex Senatusconsulto euocassent. Legitur & vocauissent. Cæsar 1. belli Ciuilis, Magnus numerus Equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipiis Domitius euocauerat.

Sparsas cohortes euocare. Lucan. lib. 1.

¶Euocare tristes. Plin. epist. 91. lib. 6.

¶Euocare, pro Citare, inquit Budæus apud Ciceronem in Prætura vrbana. Nunc *in personam citare* dicunt: hoc est vadimonio obstringere.

¶Euocare animum à negotio: Id est retrahere. Cic. 1. Tuscul. Nam quid aliud agimus, quum à voluptate, id est à corpore, quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à Republ. quum à negotio omni euocamus animum? In vetustioribus codicibus legitur seuocamus.

Euocare animum gratè excipiendo. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 28.

Euocare mentem ab oculis. Cic. 3. de Nat. deor. Non quòd difficile sit mentem ab oculis euocare: sed quò magis euoco, eò minus id quod tu vis, possum mente comprehendere. In emendationibus codicibus legitur seuocare & seuoco.

¶Euocare in. Plin. lib. 14. cap. 1, Vis earum omnis euocatur in palmites. De vitibus.

Euocatus, pen. prod. {ἐκκλητός} Participium, & Nomen ex participio. Vnde

Euocati dicuntur, non qui iusti milites sunt, sed qui repentina aliqua necessitate ex agris in bellum tumultuarie & vocantur & coguntur. Suetonius in Galba, capite 10, Delegit & Equestris ordinis iuuenes, qui manente annulorum aureorum vsu, euocati appellarentur, excubiásque circa cubiculum suum vice militum agerent. Cic. ad Appium, Antonium præfectum euocatorum misi ad te, cuius videbitur, cohortes traderes.

¶Euocati, Aliter. Cæsar libro 3. de bel. Ciuil. Quum horum omnium ratio haberetur, ad duorú millium ex Pompeianis concidisse reperiebamus, euocatósque & centuriones complures. Et lib. 1, Militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur, quadraginta in singulos iugera, & pro rata parte centurionibus euocatisse. His duobus locis à militibus & centurionibus euocatos Cæsar distinguit. Euocati autem sunt, homines militia perfuncti, & emeritis stipendiis, qui tamen rursus militatum euocantur. Id declarat Dio, sic scribens, Ἐκ τούτων δὲ δὴ τῶν αὐξητῶν καὶ τῶν ἐπικούρων σύστημα (ἐξ ἑκατὸν γὰρ καὶ πεντήκοντα ἀνδρῶν ἑκάστη τῶν ἑκατοντάδων ἦν) ἐπιλεξάμενος, ὃν πεπαυμένους μὲν τῶν στρατειῶν ὑπ' αὐτοῦ δὲ τούτου ἀνακεκλημένων, ἐπεμέλετο. Id est, Ex his hominibus euocatorum numerus consistit, quos ἀνακλήτους, id est reuocatos Græcè vocare possis, quòd militia perfuncti ad eam rursus reuocarentur. Euocatorú autem honestus erat ordo in re militari, & in multis inscriptionibus: Euocatum Cæsaris aut Augusti fuisse ambitiosè incisum videmus. Hæc tam multis scribenda putaui, quò huius vocis vera vis & potestas abomnibus parum hactenus animaduersa, iam nunc beneficio Turnebi (vt & pleraque alia) studiosis innotesceret.

Euocans, pen. corr. Participium. Cic. ad Attic. lib. 10. 197, Nauitam ipse audire videor iam euocantem. In vetustioribus codicibus legitur, Ne meam συμπαθείαν euocem.

Euocator, penul. prod. Verbale {ἐκκλητής} Cic. in Catonem, Principem coniurationis, euocatorem & seruorum & ciuium perditorum exire patieris?

Euocatio, Verbale {ἐκκλητός} Plin. lib. 30. cap. 1.

Euohe, pen. corr. {εὐοῖ} Vox bacchantis. Virgil. 7. Æneidos,
Euohe Bacche fremens. Ouid. 4. Metam. Euohe Bacche sonat.
Euœ, dissyllabum. Catul. in Argonauticis,
Saxea vt effigies Bacchantis prospicit Euœ. Horat. 2. Carm. ode 19. Ouid. 6. Metam.

Euolo, euolas, pen. corr. {ἀφίπταμαι} euolare, Modò volare significat, modò extra volare. Plin. lib. 10. cap. 38, Vultur & feræ grauiores, nisi ex procursu aut altior tumulo immissæ non euolant.

Euolare & Inuolare, cótraria. Varro 3. de Re rust. cap. 11. Colum. lib. 8. cap. 15.

Altius euolare. Cic. Lentulo, lib. 1. 7.

Euolare plus est quàm excurrere. Cic. de Claris Orat. Vt euolare non excurrere videretur.

Cursu præpeti euolat. Seneca Hippol. 10.
Ex arbore euolat ales nuntia Iouis. Cic. 1. de Legib.
Nusquam è nostro pectore euolat. Propert. lib. 2. eleg. 13.

Euolant & excurrunt foras animi spretis corporibus. Cicero 1. de Diuinat.

Madidis Notus euolat alis. Ouid. 1. Metam.

Euolauerunt ex omnibus partibus syluæ, & in nostros impetum fecerunt. Cæsar 3. bel. Gal.

Euolare ad belli, aut fugæ societatem. Cic. ad Attic. lib. 9. 188.

Euolarat iam è conspectu ferè fugiens quadriremis. Cic. 7. Verr.

¶Euolare, per translationem, pro Eripere se. Cic. 3. Verr. Iste qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos videret, cupere aliquâ euolare si posset.

Euolare ex corporum vinculis, tanquam ex carcere. Cicero in Somnio Scip.

Euolare ex flamma. Cic. Anteq. iret in exil. Et 3. Verr.

Eripi atque euolare ex insidiis aliquorum. Cic. pro Murena.

Euolare ex seueritate iudicis. Cic. 2. Verr.

Euolare

Euolare rus ex vrbe, tanquam ex vinculis. Cic. 2. de Orat.

¶Euolare pœnam. Cic. de prouinciis Cósul. Quam pœnam si tum aliorum opibus, non suis, inuitissimis vobis euolarunt: at aliam multo maiorem, grauioremque subierunt.

¶Euolauit oratio. Cic. 1. de Orat. Tantus enim cursus verborum fuit, & sic euolauit oratio.

Euolito, euoliras, pen. corr. {ἐξίπταμαι} euolitare, Frequentatiuum. Columel. lib. 8. cap. 8, Patentibus fenestris per quas ad requirendos cibos euolitat. De columbis.

Euolaticus, pen. corr. Adiectiuú {ἐπτέρυξ.} vt Euolatici homines. Plaut. Pœnul. 6,
-ita vt occœpi dicere,
Lentule de illac pugna pétethronica, qua sexaginta hominú vno die Euolaticorum manibus occidi meis.

Euolo, euolas, pen. corr. {ἀφίπταμαι} euolare, à vola, volæ, Furari, Raperequasi in volam recipere. Plaut. Cistel. 10,
Quid quæritas? H. cistellam adolescens, hic mihi Euolauit.

Impune aliquid euolare. Cic. pro Deiotaro, Vbi enim id quod intus est, atque nostrum, *impune* euolare potest, contráque nos pugnare, sit in dominatu seruitus, in seruitute dominatus.

Euoluo, euoluis, euolui, euolutum, pen. prod. {ἑκκυλίω, ἐξελίττω, στροφέω, αἰωρέομαι} euóluere, De loco voluere.

Ex æquore Titan Roranes euoluit equos. Stat. 1. Achill.

Inuolutum euóluere. Cic. in Topic.

Orbes euoluere fedibus cauis. Id est oculos extrahere. Lucan. lib. 2,
-ille cauis euoluit sedibus orbes. De morte Marij.

Orbe euolui. Lucan. lib. 9,
Imus in aduersos axes, euoluimur orbe.

Saxa euoluere. Lucan. lib. 3,
-nudis euoluunt saxa lacertis.

Iactas euoluere syluas, Coniectas in se arbores reiicere. Ouid. 12. Metamorphoseos,
-modò se super aera frustra
Tollere conatur, iactásque euoluere syluas. De Cæneo.

Mundus mitidus certas euoluit vices. Senec. Medea, 6.

¶In mare fluuij se euoluunt. Virg. 5. Æneid.

Euoluitur in Pontum sex fluminibus Danubius. Plin. lib. 4. cap. 12.

¶Euoluor. Claud 8. Paneg.
-quicquid fluuis euoluitur auri.

¶Quæstus euoluere pectore. Valer. 4. Argonautic&n,
Ingemit, & tales euoluit pectore questus.

¶Euoluere alicunde argétum sibi, per transfationem dictum. Plautus Pseud. 5.

¶Euoluere se turba, & ex turba, pro Expedire & liberare. Terent. Eunuch. 4. 4,
Hac re & omni te turba euolues, & illi gratum feceris.

¶Euoluere librum, quasi complicatum explicare. Cic. 1. Tuscul. Euolue diligenter eius eum librum qui est de animo. Idem in Topicis, Vterque nostrum ad suum studiú libellos quos vellet, euolueret. Arcana dolim euoluere. Silius lib. 7.

Deliberationem aliquam totam accuratius euoluere in literis. Cic. Att. lib. 9. 181.

Fastos euoluere. Ouid. 1. Fastorum,
Ter quater euolui signantes tempora fastos:
Nec sementina est vlla reperta dies.

Euoluere poetas. Cic. 1. de Finib. Et ad Atticum, lib. 9. 181, Euolui volumen epistolarum tuarum.

Seriem fati euoluere. Ouid. 15. Metamorphoseos,
Sic exhortari, feriémque euoluere fati. Id est exponere.

Tempora & fastos mundi euoluere. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Versus euoluere, Id est legere. Ouid. 2. Tristium,
Non tamen est facinus versus euoluere molles,
Multa licet castè non facienda legant.

Volumina euoluere. Quintil. lib. 2. cap 15.

¶Euoluere aliqua, pro Explicare & exponere. Cic. 3. de Orat. His autem de rebus sol me ille admonuit, vt breuior essem, qui ipse iam præcipitans, me quoque hæc præci, item pene euoluere coegit.

¶Euoluere, Meditari. Virg. 4. Georgicorum,

Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris.

Non possum euoluere exitum rei. Cic. pro Cælio, Reliquum est igitur crimen de veneno: cuius ego neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum.

Iocos euoluere. Ouid. 2. Tristium,

Miror in hoc igitur tantarum pondere rerum
Vnquam te nostros euoluisse iocos.

Euoluere naturam rerum. Cic. 4. Acad.

Complicataram notionem animi sui euoluere. Cic. 3. Offic. At verò siquis voluerit animi sui cóplicatam notionem euoluere, iam se ipse doceat eum virum bonum esse, qui prosit quibus possit.

Promissa somni euoluere, Quæ somnium dormiéti euentura proponit. Silius lib. 3,
Promissa euoluit somni, noctémque recusat. De Annibale cui in somnis monstrum visum, quod (vt ipsi videbatur) Mercurius quid portenderet, explicauit.

Digna euoluere tantas Sobria corda vices. Stat. 5. Sylu. 1.

¶Euoluere, pro Discernere & dirimere. Ouid. 1. Metamorphoseos, Quæ postquam euolui, cæcóque exemit aceruo. De elementis confusis.

¶Euoluisse, quinque syllabarum metri necessitate. Ouid. epist. 12, Debuerant fusos euoluisse suos. Catul. ad Ortulum, 61,
Condita quin veri pectoris euoluam.

Euolutus, pen. prod. Participium {ἀναπτυχθείς.} Liu. 6. bel. Pun. de angui loquens, Interuentúque hominum euolutam repétè, atque ex oculis elapsam.

Fluctus euoluti. Senec. Herc. OEtheo, 6.

Euolutum furfure panicum pinsitum, hoc est furfure exutum. Co-

lumel. libro 2. cap. 9.

Euolutus, & nudatus integumentis dissimulationis. Cicero à. de Orator. Libenter enim te cognitum iam artificem, aliquandóque euolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatúmque perspicio.

Euolutus bonis. Seneca epist. 75, Occurrét acti in exilium, & bonis euoluti. Id est deturbati.

Euolutio, euolutionis, Verbale {ἀνάπτυξις.} Cic. 1. de Finib. Quid historiæ, cognitióque rerum, quid poetarum euolutio?

Euomo, euomis, penult. corr. euomui, euomitum {ἐξεμέω} euomere, Extra vomere. Plin. lib. 10. cap. 40, Platea calore ventris coctas conchas euomit. Cic. 2. de Natura deorum, Eadémq; hæc auis scribitur conchis se folere implere, eáſque quum stomachi calore cócoxerit, euomere, &c.

Vesbius euomuit ignes. Silius lib. 17.

Euomere pestem, foráſque proiicere. Cic. in Catil. Quæ quidem lætari mihi videtur, quòd tantam pestem euomuerit, foráſque proiecerit.

Euomere aliquid in aliquem. Cic. pro Milone, Nõ timeo Iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus libentius hæc in illum euomere videar, quàm verius. Idẽ 5. Philipp. In me absentem orationem ore imputissimo euomuit.

Euomere iram in aliquem. Terentius Adelph. 3. 2. Idem Adelph. 3 4,
Ibo, ac requiram fratrem: vt in eum hæc euomam.

Euomit se Nilus multis faucibus in Ægyptium mare. Plinius lib. 5. cap. 9.

Euomere virus apud aliquem. Cic. de Amicit. Apud quem euomat virus acerbitatis suæ.

EVONVS {Εὔωνος} Insula ad Athon, nouem M. passuum latitudine, quæ hodie Peparethus vocatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

EVONYMOS {εὐώνυμος} Vulgò *Lustega*, Insula est vna ex Vulcaniis: ita dicta, quòd è Lipara, in Siciliam nauigãtibus sinistra offeratur. Nam εὐώνυμα Græci κατ' εὐφημισμὸν vocant sinistra. Author Strab. lib. 6. Est autem Euonymos, Theophrasto, arbor infelix, malo punicæ similis, in Lybo insula potissimum prouentens, pecori gustatu lethalis. Vide Plinium lib. 13. cap. 22.

EVP

EVPALIA {εὐπαλία} Nomen vrbis in Locride, apud Plin. lib. 4. cap. 3.

Eupatoria, vel Eupatorium {εὐπατόριον} Herbæ genus, caulis lignosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis aliquando, & amplioris. Plin. lib. 25. cap. 6, Omnino ea est herba, quam Dioscorides ait à Latinis *agrimoniam* vocari, atque ita quoque vulgò appellatur. Nomen habet ab rege Mithridate, cui cognomen fuit Eupator.

EVPATORIA {εὐπατόρεια} Paphlagoniæ oppidum à Mithridate conditum, quod Amiso iunctum fuisse scribit Plin. lib. 6. cap. 2.

Eupetalos {εὐπέταλος} Gemma est, quatuor habens colores, igneum, cæruleum, minij, & mali. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Eupetalos {εὐπέταλος} Lauri genus, quod alij Daphnoides, alij Pelasgum, alij Stephanon Alexandri vocant: Est autem, vt inquit Plinius, frutex ramosus, crassiore ac molliore quàm laurus folio, cuius gustatu accenditur os atque guttur, baccis è nigro rufis. Vide eum lib. 15. cap. vlt.

EVPHEME {εὐφήμη} Mulieris nomen, nutricis Musarum, & Croti siue Crotonis matris. Vide CROTVS.

EVPHEMIA {εὐφημία} Vxor fuit Iustini Imperatoris, cuius meminit Suidas. Græcis item euphemia, faustam acclamationem significat, qualis fieri solet Principibus recens inauguratis.

Euphonia, pen. corr. {εὐφωνία} sonoritas, bona vox, sonitus vocum iucundior. Quintil. vocalitatem vertit.

EVPHORBENI, Asiæ Populi in conuentu Apameno, de quibus meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Euphorbia {εὐφόρβιον} Herba, de qua sic Plin. lib. 25. cap. 7, Inuenit & patrum nostrorum ætate rex Iuba quam appellauit euphorbiam, medici sui nomine & fratris Musæ. Dicitur & Euphorbium neutro genere. Plinius libro 25. cap. 12, Facit & claritatem euphorbium iunctis.

EVPHORBVS {Εὔφορβος} Troianus, Panthi filius, qui Patroclum vulnerauit, interfectus ab Achille, vt est apud Homerum.

Panthoides Euphorbus. Ouid. 15. Metam. ¶Fuit & Euphorbus medicus, Musæ frater, à quo diuum Augustum conseruatum esse constat. Plin. lib. 25. cap. 7.

EVPHORION {εὐφορίων} poeta Chalcidensis, quem transtulit Gallus. Habebat hic quoſdam ita deditos sibi amatores, vt eum præferrent Ennio & reliquis poetis. Cic. lib. de Nat. deor. Ille verò nimis etiam obscurus Euphorion: at non Homerus.

Euphragia, Planta est tenuis, quæ ad palmi altitudinem assurgit: foliis minutis, crispis, per ambitum serratis, gustu astringentibus, paululúmque amaris. Caule exit tenui, rubentíque: flore inter purpuram & aurum albicante, quem emittit abeunte æstate: nascitur in pratis. Plura vide apud Mathiol. in Dioscorid. lib. 4. cap. 38.

EVPHRANOR {εὐφράνωρ} Nomen statuarij laudatissimi, Isthmij, qui de symmetria & coloribus aliquot volumina conscripsit. Floruit centesima quarta Olympiade, plurimáque signa nobilissima ex ære confecit, quæ enumerãtur à Plinio lib. 34. cap. 8. ¶Idem & pictor, & marmorarius fuit, in vnoquoque genere excellens sibique æqualis, teste eodẽ Plin. lib. 35. cap. 11. Huius meminit & Quintil. institut. orat. lib. 12. Item Iuuenal. sat. 3,
Hic aliquid præclarum Euphranoris, & Polyleti, &c.

EVPHRATES, Euphratis, & Euphrate, Euphrates, pen. prod. {εὐφράτης} fluuius Mesopotamiæ in Paradiso oriens. Strabo scribit Euphratem ex Niphate monte Armeniæ, magnum, profundum, & celerem nasci: exire autem in mare rubrum, prius tamen Babyloniam per medium diuidere, & Tigri cõiunctum Mesopotamiam facere. Sallustius quoque certissimus author asserit, tam Tigris quàm Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Boethius, Tigris & Euphrates

vno se fonte resoluunt. Vide Plin.lib.5.cap.24. Et Solinum cap.50.

Euphrates, Latiné fœcunditas, atque abundantia fructuum dicitur. Ambrosius lib.de Paradiso, Plerique inquiunt Euphratem dictũ ab εὐφροσύνῃ, hoc est à lætando: eò quòd hominum genus nullo magis quàm lætitia & æquitate lætetur. Cic.2. de Nat.deor. Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi nouos agros inuehit.

Altus Euphrates. Virg.4. Georgicorum,
-Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello.
Babylonius Euphrates. Ouid.2. Metam.
Celer Euphrates. Claud.7. Paneg.
Fertilis Euphrates. Lucan.lib.3,
-sparsus in agros
Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur vndæ.
Magnus Euphrates. Lucan.lib.3.
Quáque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diuersis fontibus edit
Persis, & incertum, tellus si misceat amnes.
Tumidus Euphrates. Claud.6. Paneg.
Vagus Euphrates. Stat.5. Sylu.1.

Euphrates ibat iam mollior vndis. Virg.8. Æneid. Id est sentiens quasi se esse superatum. Sic Seruius. Significat Orientis populos victos ab Augusto.

Euphrates Metonymicè capitur pro Orientis populis apud Virgilium 1. Georgicorum,
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum.

EVPHRATES, pen.prod. Philosophus grauissimus temporibus Adriani principis, voluntaria morte excessit è vita, veniam ei dante Adriano, vt citra ignominiam & infamiam, cum propter senectutem, tum etiã propter grauem morbum, cicutam bibere posset, Authore in Adriani vita Dione.

EVPHRONIDES, Statuarius nobilis, qui centesima quartadecima Olympiade floruit, vt refert Plin.lib.34.cap.8.

EVPHRONIVS {εὐφρόνιος} Scriptor nominatur apud Plinium, qui de vino condendo præcepta dedit. Vide lib.14.cap.19.

EVPHROSYNA, Euphrosynæ, & Euphrosyne, Euphrosynes, pen.corr. {εὐφροσύνη} Vna ex tribus Gratiis. & interpretatur Gratia.

Euphrosynum, penult. corr. Herba quæ buglossos aliàs dicitur, siue buglossum, hoc est lingua bubula, quoniam linguæ boum sit similis: species boraginis. Plin.lib.25.cap.8. Iungitur hunc buglossos, boum linguæ similis, cui præcipuum quòd in vinum deiecta, animi voluptates auget, & vocatur euphrosynum. Alij autem euphrosynen vocant.

EVPILIS, Lacus Ciſalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padũ defluit. Author Plin.lib.3.cap.19. Vulgò *Lago di puttano.*

Euplea, æ. Herba, qua perunctos commendatioris esse famæ tradunt Magi, authore Plin.lib.25.cap.10.

EVPOLIS, pen.corr. {εὔπολις} priscæ Comœdiæ scriptor fuit, qui vitia populi magna cum libertate reprehendit, de quo Horat.1. Serm.sat.4, Eupolis atque Cratinus Aristophanésque poetæ, &c.

Iratus Eupolis. Pers.sat.1,
-audaci quicunque afflate Cratino

Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles. Eupolidem iratum vocat Persius, quasi vehementi ira in hominum vitia inuectum.

Eupolin in accusatiuo dicit Horat.2. Serm.sat.3.

EVPOLEMVS, Calactinus, Lucullorum hospes, de quo Cic.6. Verr.

EVPOLVS, Thessalus, qui, lege aduersus athletas lata, pœnáque indicta, qui aduersarios corrupissent, primus mulctam subiit, quòd aduersarios pyctas erogatis deliniuisset nummis. Refert Cæl.lib.12.cap.11.

EVPOMPVS, Macedo, Arithmeticæ & Geometricæ peritissimus, siue quibus negabat artem posse perfici. ¶ Est & Plinio libro 35. cap. 10, prælari pictoris nomen, qui docuit Pamphilum Apellis præceptorem.

EVPORIA {εὐπορία} Vrbs Macedoniæ, ab Alexandro magno condita, & à soli fertilitate nomen sortita. Author Stephan.

EVPORVS, pen.corr. Seruus fuis C. Gracchi, qui dominum ex Auentino fugientem qua potuit ratione tutatus est, ac super occisum animã scissis proprio vulnere visceribus effudit, inquit Macrobius.

EVPROSOPON, pen.prod. Promontorium Phœniciæ ad Byblon vrbẽ. Nomen habet ab insigni aspectu, nam Græcis εὐπροσώπως, dicitur qui bello est aspectu. Vadianus.

E V R

EVRANIVM, nij {εὐράνιον} Cariæ oppidum est, Halicarnassorum iurisdictioni ab Alexandro magno affignatum. Plin.lib.5.cap.29.

EVROS, Gemma nucleo oliuæ similis. Plin.lib.37.cap.10.

EVRIPIDES, pen.indiff. {εὐριπίδης} Athenien sis poeta Tragicus, natus quo die Xerxes rex ab Athenien sibus fugatus est. Fuit primùm in Rhetorica Prodici discipulus, deinde Socratis in Philosophia, ad Tragœdiam conuersus: secutus est Anaxagoram: Athenis discedens venit ad Archelaum Macedoniæ regem, apud quem in honore fuit, à Venere omnino abstinens, ex quo μισογυνὴς, id est ofor mulierum, dictus est. duxit tamen vxores duas. Excessit noctu, discerptus à canibus, annum agens LXXV. Eius ossa Pellam translata. Iussu regis scripsit fabulas LXXV. vicit quinque, vt est author Suidas. Vide Gellium lib.15.cap.20.

Cesura Ciceronis de Euripide ad Tironem, lib.16.8, Euripides, inquit, cui tu quantum credas nescio. ego certè singulos eius versus, singula eius testimonia puto.

Euripidius {εὐριπίδειος} Numerus in talis quadragenarius, ab Euripide inuentus eo tempore, quo exactis triginta tyrannis, quadraginta principes Athenien sium Remp. administrabant. Legitur & Euripides in eadem significatione. Vide Cæl. Rhodig.lib.20.cap.27.

EVRIPVS, pen.prod. {εὔριπος} Maris pars inter Aulidem Bœotiæ portum, & Eubœã insulã, cuius meminit Strab.lib.9. Et Plin.lib.2.cap. 97, Et quorundam tamen priuata natura est, velut Tauromenitani

Euripi sæpius, & in Eubœa septies die ac nocte reciprocantis. Hactenus Plin. Tam rapida autem cõuersione est Euripus, vt quemadmodum author est Pomponius Mela, ventos, ac etiam plena ventis nauigia secum portet. Cicero 3. de Natura deorum, Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius?

Euripi (inquit Hermolaus) fossæ in ludis circundatæ pro septis, quorum loco temporaria prius clostra fuerunt, authore Plin. Hinc natum existimo, vt ludi equestres (quorum modò vsus est tam multiplex) vulgari verbo clostra nuncupentur, hoc est clostralis. Spartianus in Heliogabalo, Euripis, inquit, vino plenis nauales Circenses exhibuit. Plin.lib.8.cap.7, Qua de causa Cæsar Dictator postea simile spectaculum editurus, euripis harenam circundedit, quos Nero sustulit, equiti loca addens. Suet.in Dictatore.

Euripi, tractus angusti inter vada, quales Venetiis nauigantibus per amphractus designantur. Plin.lib.6.cap.23, Inde vadosa nauigatio palustri similis: per euripos tamen quosdam peragitur. Cic.2. de Legib. Ductus verò aquarum, quos isti Nilos & Euripos vocãt, quis non, quum hæc videat, irriserit?

Fretum & Euripus. Cic.pro Murena, Quod enim fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes & quantos æstus habet ratio comitiorum?

Prius vicibus alternis fugax Euripus vnda stabit Euboica piger. Senec. Herc.furent.6. de re impossibili.

Euripi etiam & Nili erant aquæ ductus & aluei operis sumptuosi, qui aquam in morem fluuiorum deductam conciperent. quòd autem fluuiorum & freti angusti, quale Euboicum erat, similitudinem haberent, ideo delicati illi splendidis nominibus Nilos & Euripos vocabant. Cic.de Legibus lib.2. statim post initium, Magnificas villas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Ductus verò aquarum, quos isti Nilos & Euripos vocant, quis non, quum hæc videat, irriserit? Luxuriam quorundam, vt Luculli, Hortensij, Philippi, notat & incessit, qui in villas aquæ ductus maximis impensis perduxerant. De Euripo sic Ausonius in Burdigala,

Quid memorem Pario contectum marmore fontem
Euripi feruere freto? Senec.lib.14.epist.2, Qui inuẽnit quemadmodũ in immensam altitudinem orcum larentibus fistulis exprimat, qui Euripos subito aquarum impetu implet, aut siccat. Hesychius interpretatur Euripos, ὑδρεῖα ὑδάτων, Id est receptacula vel conceptacula aquarum. De Nilo Cic.ad Quintum fratrem lib.3. epist.8, non procul à fine, De Arcano, Cæsaris opus est, vel mehercule etiam elegantioris alicuius: imagines enim istæ, & palæstra, & piscina, & Nilus multorum Philotimorum est, non Diphilorum. Lucullus, Hortensius, & alij perfossis montibus, & aluco terræ impresso, in piscinas suas flumina maritima induxerant, quæ Nilos & Euripos vocat Cic.

Euripus viridis & gemmeus. Plin.iunior lib.1.epist.3, ad Caninium, Quid agit Comum, tuæ, meæq; deliciæ? Quid suburbanum amœnissimũ? Quid illa porticus verna semper? Quid πλατανὼν opacissimus? Quid Euripus viridis & gemmeus? Quid subiectus seruiens lacus? Viridis, refertur ad herbas quas alluit. Gemmeus, ad splendorem aquæ & calculorum.

EVRIPYLVS {εὐρύπυλος} Inter Græcorum veteranos qui ad Ilium depugnabant, fortissimus, de quo vide Hom. 11. Iliad. Meminit huius Cic.2. Tuscul.

EVROME, es, pen.prod. Oppidum est Cariæ, apud Plin.lib.5.cap.29. A Stephano εὐρωμὸς appellatur.

EVRONOTVS, pen.corr. {εὐρόνοτος} alio nomine Vulturnus dicitur, teste Sipontino: Venus ab Oriente hyberno spirans: quòd inter Notum & Eurum sit. Colum.lib.11.cap.2, Idib. Maiis Fidis mane exoritur, Auster, aut Euronotus.

EVROPA, pen.prod {εὐρώπη} Tertia pars orbis, incipiens à Tanai vel Hellesponto, & desinens in Atlanticum fretum. Eam Plin.lib 3. altricem victoris omnium gentium populi, terrarũmque pulcherrimã nominat, Asiæ & Africæ aliquando non magnitudine, sed virtute comparatam. Vnde huic terræ nomen accesserit, aut quis eius extiterit author, à nemine mortalium compertum esse ait lib 2. Herodotus. De Europæ laudibus Strabonẽ legito, lib.3. Vide & Ciceronem 3. de Nat.deor. Et pro Flacco.

Tanais Europæ terminus. Lucan.lib.3,
-qua vertice lapsus
Riphæo Tanais diuersi nomina mundi
Impleuit ripis Asiæque, & terminus idem
Europæ, mediæ dirimens confinia terræ.
Vlrix Europa. Stat.1. Achilleidos,
Interea meritos vlrix Europa dolores
Dulcibus armorum furiis, & supplice regum
Conquestus flammata mouet.

¶ Europa, vel Europe, penult. prod. filia Agenoris regis Phœnicum, quam Iupiter forma bouis, aut vituli, raptam abduxit in Cretam. Horat.3. Carm.ode 27.

Sic & Europe niueum doloso Credidit tauro latus.
Tyria Europa, à patria quæ pars est Phœniciæ. Senec. Herc.fur.1, Hinc qua tepenti vere laxatur dies
Tyriæ per vndas vector Europæ nitet.
Vilis Europa. Horat.3. Carm.ode 27.
Europa elusa imagine tauri. Ouid.6. Metam.

Europæus, Adiectiuum. vt Dux Europæus, Minos Iouis & Europæ filius. Ouid.8. Metam.

¶ Europam, inquit Festus, tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum est appellari. Sed alij de amore Iouis in taurum versi narrant. Alij eam à prædonibus raptam, & nauem, quæ Iouis tutela effigiem tauri habuerit, in eã regionem esse delatam. Quidã ob pulchritudinem regionis per simulationem raptæ filiæ occupatam eam terram ab Agenore & Phœnicibus ferunt. Hæc ille.

EVROPVM, pi {εὔρωπον} Syriæ vrbs, olim Thapsacum, postèà Amphipolis

E V R

polis appellata. Author Plin.lib.5.cap.24. ¶ Est item eiusdẽ nominis oppidum apud Parthos, cognomento Nomadas, cuius meminit idẽ Plin.lib.6.cap.25.

EVROPVS, pi, pen. prod. {εὔρωπος} Oppidum Macedoniæ ad Axium amnem, teste Plin.lib.4.cap.10. ita dictum, si Stephano credimus, ab Europo Macedonis & Orithiæ filio.

EVROTAS, pen.prod. fluuius Laconum, qui ab Apolline instructus suas edocet lauros, quibus eius plenæ sunt ripæ. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij in Sileno, 6. ecloga,

Omnia, quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audiit Eurotas, iussitque ediscere lauros. Hic teste Liuio, lib.4. bel. Maced. vrbem Lacedæmona præterfluit.

In Eurotæ ripis exercet Diana choros. Virg.1. Æneid.
Asper Eurotas. Stat.1. Thebaid.
Beatus Eurotas. Virg.6. eclog.
Oliuifer Eurotas. Stat.4. Thebaid.
Rigidus Eurotas. Stat.10. Thebaid.
Frigidus Eurotas. Ouid.2. Amor.eleg.17.
Tænareus Eurotas. Ouid.2. Metam.

Erotias, æ {εὐρωτὰς} Gemma est, quæ situ videtur operire nigritiem: ita dicta à Græco verbo εὐρωτᾶν, quod est ficum trahere. De hac Plin. lib.37.cap.10.

EVROTOS {εὐρώτας} Thessaliæ fluuius, quem Peneus accipit, nec recipit, sed olei modo supernatantem (vt dictum est Homero) breui spatio portatum abdicat: pœnales aquas diríque genitas, argenteis suis misceri recusans. Verba sunt Plin.lib.4.cap.8.

EVRVS, Ventus ab Oriente flans, & calidus est. Columel.lib.5.cap.5, Quoniam plerunque dicti syderis tempore quædam partes eius regionis sic infestantur Euro, quem incolæ Vulturnum appellant, vt nisi regminibus vites opacentur, velut halitu flammeo fructus vratur.

Citarior Euro. Silius lib.4.
Truculentior Euris. Ouid.epist.11,

Vt ferus est, multóque suis truculentior Euris. De Æolo.

Velocior Euris. Silius lib.3.
Immania saxa domus Euri. Virg.1. Æneid.
Rapido velocior Euro. Claud 5. Paneg.
¶ Animosi Euri. Virg.2. Georgicorum,

Ipsæ Caucaseo steriles in vertice syluæ
Quas animosi Euri assiduè frangúntque ferúntque.

Aquosus Eurus. Horat. Epod.16,
-vt neque largis
Aquosus Eurus arua radat imbribus.
Atrox Eurus. Stat.3. Sylu.3.
Lætus Eois Eurus equis. Virg.2. Æneid.
Mites Euri. Claud. ad Serenam,17.
Niger Eurus. Horat. Epod.10,

Niger rudentes Eurus inuerso mari
Fractóſque remos differat.

Nubifer Eurus. Silius lib.10,
-vbi nubifer Eurus

Naufragium spargens operit freta
Præceps Eurus. Virg.4. Georg.
Pennis suis proteruus Eurus. Ouid.epist.11.
Riphæus Eurus. Virg.3. Georgicorum,

Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro. Id est Scythico vento. Riphæi autem montes Scythiæ à perpetuo ventorum flatu nominati. Seruius.

Tumidi Euri. Ouid.1. Amor.
Volucer Eurus. Silius lib.4.
¶ Aduentantibus Euris. Virg.4. Georg.
Agente nimbos ocyor Euro. Horat.2. Carm.ode 16.
Certantes Euri Notísque. Stat.6. Thebaid.
Conuulsæ vndis & Euro naues. Virg.1. Æneid.
Demissa tempestas ab Euro. Horat.3. Carm.ode 17.
Igneus sol Euros denuntiat. Virg.1. Georg.
Equitat Eurus per vndas. Horat.4. Carm.ode 4,

Dirus per vrbeis Afer it Iralas
Ceu flamma per tædas, vel Eurus
Per Siculas equitauit vndas

Impulsa cupressus Euro. Horat.4. Carm.ode 6.
Nauigiis violentior incidit Eurus. Virg.2. Georg.
Indomiti Euri. Ouid.epist.21,

Vror, vt indomitis ignem exercentibus Euris,

Fertilis accensis messibus ardet ager.

Thrax insibilat Eurus. Ouid.15. Metam.
Minatur Eurus fluctibus. Horat.1. Carm.ode 28,
-quodcunque minabitur Eurus
Fluctibus Hesperiis Venusinæ Plectantur Syluæ.
Hybernis parcunt flatibus Euri. Virg.2. Georgicorum,
-ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.
Sæuos Euros pati. Ouid.epist.23.
Ruit Eurus. Virg.1. Æneidos,
Vna Eurúsque Notúsque ruunt.
Tonat Euri domus. Virg.1. Georg.
In saxa vrget naues Eurus. Virg.1. Æneid.
¶ Eurus, pro parte Orientali. Valer.1. Argonauticõn,

Iampridem regio, quæ virginis æquor ad Helles:
Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro,
Vndat equis, floréteque viris. Intelligit Asiam.

Eurinus, & Euricius, Adiectiua, apud Colum.lib.11.cap.2, Ventus Eurinus, & interdum Auster cum grandine est.

EVRYALE, pen.corr. Minois regis filia, quæ Neptuno Orientem peperit. Alia fuit filia Prœti Argiuorum regis. Alia eiusdem nominis inter Gorgones numeratur, quæ tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montem: quæ omnes vnum oculum habebant, quo inuicem vtebantur, Sthenio, Euryale, Medusa. Serenus tamen dicit puellas fuisse vnius pulchritudinis, quas quum vidissent adolescentes, stupore torpebant: vnde fingitur, quòd siquis eas vidisset, verteretur in lapidem. Seruius enarrans illud Virgilij libro Æneid. 6, Gorgones, Harpyiæque, & forma tricorporis vmbræ.

EVRYALVS, pen.corr. {εὐρύαλος} Vnus fuit ex ducibus Peloponnesiacis, qui Argos & propinquas vibes incolebant, & ad Troiam cum octoginta nauibus profecti sunt. quem dixit Homerus diuina pulchritudine fuisse, lib.Iliad.2. Virg.5. Æneidos,

Euryalus forma insignis, viridíque iuuenta. ¶ Fuit & nomen histrionis. Iuuenalis,
Nobilis Euryalum aut Myrmillonem exprimat infans.

EVRYAMPVS, pi {εὐρύαμπος} Oppidum Magnesiæ apud Stephanum.

EVRYANASSA {εὐρυάνασσα} Insula est maris Ægei, è regione Ioniæ, nõ procul ab Arginusa. Author Plin.lib.5.cap.31.

EVRYBATES, pen.corr. {εὐρύβατης} Vir Ithacus, Agamemnonis minister, quem Vlysses apud se perpetuum præconem habuit. Is & Talthybius missi sunt ab Agamemnone ad Achillis tentoria vt Briseidem raperent. De quibus Ouid.epist.3,

Nam simul Eurybates me Talthybiúſque vocarunt. Meminit & huius Homerus lib.1.Iliad.

EVRYBATVS, pen.corr. {εὐρύβατος} Latro fuit asturia singulari, quem deprehensum quum custodes vellent cogere vt ostenderet quibusnam modis consuesset domos conscendere: ille aperatis spongiis & stimulis ferreísque retinaculis, irrepsit in parietem: & spectantibus illis, artificíque nouitatem mirantibus, prehenso laqueari per regulas effugit, eóque modo periculum euasit. Hinc Eurybatissare: id est quum quis deprehensus sit, arte quapiam elabi. Meminit & huius Homerus lib.19. Odyss.

EVRYBIA, Nympha, quæ stellas & Luciferum genuit, teste Hesiodo in Theogonia.

EVRYBIADES, æ {εὐρυβιάδης} Lacedæmonius quidam nobilis fuit, Eurycliđæ filius, vniuersæ Græcorum classis dux à Lacedæmoniis constitutus aduersus Xerxem. Vide Herodot.lib.8.

EVRYCHIDIA {εὐρυχίδιον} Mons est in Triphilia, cuius meminit Strabo lib.8.

EVRYCLES, pen.corr. Vates fuit, qui de se, fusíque incommodis aliquid semper diuinabat. Hic per assistentem dæmonem vaticinabatur. Propterea Eurycliđæ dicuntur omnes diuinaculi. Cælius libro 5 capite 10.

EVRYCLEA, pen.corr. Homero lib. Odyss.15, Opos Pisenoridis filia pulchertrima, quam Laertes in prima existens pubertate viginti boum pretio emit, ac honore parem vxori domi habuit, Telemachúmque ei nutriendum dedit.

EVRYCRATIDAS, Vir fuit Lacedæmonius, de quo nonnunquam Plutarchus meminit.

EVRYCYON, Faber argentarius, cuius meminit Virg.lib.10, Quæ bonus Eurycyon multo cælauerat auro.

EVRYDAMAS, Pyctes fuit nobilis, patria Cyrenæus, cui, quú inter certandum fortè, aduersarius, quem validum nactus fuerat, plagarum vi & frequentia, dentes excussisset, ne tali spectaculo illi animum adderet, proindéq; insuperabilis coiretur, omnes deuorabat. Author Cæl. Rhod.lib.21.cap.41.

EVRYDAMAS, penult.corr. Vir Troianus somniorum interpres, teste Homero lib.5. Iliad.

EVRYDAME, penult.corr. Diactoris filia, & Menij soror, quam Leutychides Spartiatarum rex duxit in vxorem. Author Herodot.lib.6.

EVRYDEMVM, pen.prod. Pater Peribœæ, ex qua Neptunus genuit Nausithoum regem Phæacum. Homerus lib.7. Odyss.

EVRYDICE, pen. corr. {εὐρυδίκη} vxor Orphei, pro qua recuperanda ferunt Orpheum ad inferos descendisse. Fabulam narrat Virgil.4. Georg. vsque ad finem. Seneca Hercule Oet.h.8. ¶ Alia item fuit Eurydice Clymeni filia, vxor Nestoris, ex qua ille filios septem & filiam vnam suscepit. Homerus in Odyss.lib.3.

EVRYLOCHVS, pen.corr. Phlegyorum rex, qui, teste Pherecide, struxit Thebas antequam Cadmus adueniret, qui eas postea rædificauit. ¶ Fuit etiam hoc nomine vnus sociorum Vlyssis, qui solus Circes pocula non gustauit, neque in suis figuram transmutatus est. Ouid. lib.14. Metamorphoseos,
-suis solum caruisse figura
Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit.

EVRYMACHVS {εὐρύμαχος} Thebanorum potentissimus fuit, qui quú Platæas noctu per proditionem cepisset, rebellãtibus deinde ciuibus, viuus in hostium potestatem peruenit, vnáque cum suis omnibus supplicio affectus est. Author Thucydides lib.2.

EVRYMACHVS, pen. corr. vnus ex procis Penelopes, cuius meminit Ouid.epist.1.

EVRYMEDON, pen.corr. filius fuit Fauni, vt placet Statio in Thebaide, Proximus Eurymedon cui pastoralia Fauni
Arma patrís, &c. ¶ Est & Eurymedon, Pamphiliæ fluuius, qui Tauri iugis ortus mediam Pamphiliam tranat, vt est apud Pomponium Melam lib.1.

EVRYMIDES, pen corr. {εὐρυμίδης} Telemus Eurymi filius inter Cyclopas vates fuit egregius, qui Polyphemo prædixerat omnia quæcunque ab Vlysse passus est. Ouid.13. Metamorphoseos,
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales, &c.

EVRYNOME, pen.corr. {εὐρυνόμη} vt scribit in Theogonia Hesiodus, nympha fuit Oceani & Tethyos filia, vxórque Orchami Achemeniorum regis. Altera fuit Apollinis filia, quæ Ethalioni marito Adrastum Argiuorum regem atque Eripilen peperit. Prior mater est Leucothoes, cuius speciem indutus Apollo filiam compressit, vt refert Ouid.4. Metamorphoseos,
-Leucothoe multarum obliuia fecit
Gentis odoriferæ, quam formosissima partu
Edidit Eurynome, &c.

EVRYON, Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem à matris insidiis liberauit.

EVRYPYLVS, pen. corr. {εὐρύπυλος} Euemonis filius ex Ormenio vrbe, qui (vt scribit Homerus) cum quadraginta nauibus in expeditionẽ Troianam Agamemnona est sequutus.
Eurypylúsque fetox. Ouid. 13. Metamor. ¶Fuit & alter Eurypylus Herculis filius, qui regnauit in Coo insula, & cúctorum Græcorum peritissimus est habitus. Virg. 2. Æneidos,
Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi
Mittimus. Quo ex loco sacerdotis eundem functum munere colligere est.

EVRYSICHEI {εὐρυσιχεῖοι} Populi Acarnaniæ, Strab. lib. 10.° Cæterùm in mediterranea Acarnaniæ gentem quandam Eurysicheam esse scribit Apollodorus, cuius apud poetam Alemonem mentio fit,
Neque, inquit, Eurysicheus, Calydonísque sum pastor,
Verùm in vertice Sardiniensi, &c.

EVRYSTHEVS, trisyllabũ {εὐρυσθεύς} Rex fuit Græciæ, Perſei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, vt varia monstra superaret, quibus posset perire, vnde eum durum appellauit Virgilius, qui potuit ad complendum odium nouercale sufficere. Seruius enarrans illud poetæ 3. Georgicorum,
-quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cruentus Eurystheus. Senec. Herc. OEth. 16.
Eurystheus Stheleneius. Ouid. 9. Metamorphoseos,
-neque adhuc Stheleneius iras
Soluerat Eurystheus, odiúmque in prole paternum
Exercebat atrox. Dicitur Stheleneius, quòd est Stheleni Mycenarũ regis filius. Hic recepto iam in cælum Hercule, bellum in eius filios egit, verum ipse profligato suo exercitu, curru fugiens ab Hillo Herculis filio tandem est interfectus.
Natus Eurystheus properante partu. Senec. Herc. furen. 10, Homerus scribit, quum Iupiter eo die quo Hercules proditurus in lucem erat, prædixisse nasciturum, qui cæteris esset imperaturus, suspicatam fuisse Iunonem id de Hercule dici: quapropter impetrasse primò à Ioue, vt id iureiurando affirmaret: deinde missa Lucina dea parturientium, Herculis ortum distulisse, & vxoris Stheleni (quæ septimo iam mense prægnans erat) partum accelerasse, ex quo est natus Eurystheus, qui Mycenis XLV annis imperauit semper infestus Herculi: vt Diodorus scribit lib. 5. cap. 2.

EVRYTHVS, penult. corr. {εὔρυτος} Rex OEchaliæ, Iolem filiam denegauit Herculi antè promissam, ideò quòd eum fuerat filius debortatus, dicens ab Hercule & Megæram vxorem, & ex ea filios interemptos, quod factum fuerat Iunonis instinctu. Vnde iratus Hercules propter nuptias sibi denegatas, euersa ciuitate interemit Eurythum, & Iolem filiam sustulit. Hæc Seruius apud Virgil. lib. 8. Æneid. de Hercule,
Vt bello egregias idem disiecerit vrbes:
Troiámque, OEchaliámque. Ouid. 9. Metamorphoseos,
Aut puer Amphisus, nanque hoc auus Eurythus illi
Addiderat nomen.

Eurythis, idis, Patronymicum fœmininum. Ouid. 9. Metamorphoseos,
Eurythidos lacrymas admoto pollice siccat Alcmene.

Εὐρυθμία, decens & aptus corporis motus. Quintil. lib. 1. cap. 10.

EVRYTION, tionis {εὐρυτίων} Faber insignis fuit, qui Pallanti Euandri filio arma fabricauit. Virg. 10. Æneidos,
Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro.

E V S

EVSEBE {εὐσεβῶς} vt ex Theopompo refert Cælius, ciuitas est extra orbem hunc, cuius incolæ perpetuam ducunt pacem, diuitiis affluentibus, quando ex terra succrescant fructus citra cultum omnino vllum. Neque verò serendi illis cura incumbit. Perseuerant porrò sani, {καὶ ἀόσσοι}, Id est sine ægritudinum molestia. Adeò verò sine ambiguitate iusti sunt, vt ne dij quidem indignum opinentur eos vel frequenter inuisere. Vide eum lib. Antiq. lect. 17. cap. vlt.

Eusebes, Gemma, ex qua Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua facilè dij surgebant. Plin. lib. 37. cap. 10.

EVSEBIS, Eusebis, pen. corr. Viri proprium. Cic. 15. Fam. Vt ego regem Ariobarzanem, Eusebem & Philoromæum tuerer.

EVSEBIVS {εὐσέβιος} Episcopus Cæsariensis, firmissimo amicitiæ fœdere cum Pamphilo martyre coniunctus, à quo & Pamphili cognomen mutuatus est. Floruit temporibus Constantij & Constantini Cæsarum. Scripta multa reliquit, quorum catalogum vide apud Suidam.

EVSTATHIVS, Epiphanæus, scripsit temporũ epitomen ab Ænea Troiano vsque ad Anastasium principem sub quo fuit: Tomos etiam septem, & alia quædã, vt Suidas ait. ¶Eustathius alius, genere Pamphilius, Præsul Antiochenus aduersus Arrianorum dogma multa composuit sub Constantino principe: pulsus demum est in exilium Traianopolim Thraciæ ciuitatem, vbi & sepultus est. Sunt quoque ipsius volumina de anima, epistolæq; complures. Hieronymus. ¶Alius fuit Præsul is qui in Homerum & Dionysium poetas commentarios edidit, patria Cõstantinopolitanus. ¶Præter hos fuit Eustathius martyr inter aulicos Traiani principis, Placidus antea vocatus: quum in venatione ceruum sectaretur, conspecto inter eius cornua crucis simulacro, & voce feræ eiusdem audita, Cur me persequeris? domi vxori Theophytæ, & filiis rem manifestauit: factiq; ex hoc Christiani, ipse vnà cum vxore, sub Adriano æneo tauro necatus est. Cuius Romæ templum festúmque colitur. Volaterr. lib. 15.

EVSTEPHIVS, Aphrodisæus sophista scripsit declamationes. Author Suidas.

EVSTOCHIVS, Cappadox sophista, scripsit ad Constantem principem de Cappadociæ aliarúmque gentium antiquitate. Volaterran. lib. 15. Nomen autem sonat prouidum & acris coniecturæ. Budæus.

EVSTRATIVS, Nomen Philosophi, qui in Ethicen Aristotelis cõmentarios edidit.

E V T

EVTANE, Cariæ oppidum. Plin. lib. 5. cap. 29.

EVTERPE, Musa, Latinè iucunda dicipotest: {τέρπειν} enim apud Græcos iucundum significat & delectabilem: propter voluptatem quæ ab audientibus ex honesta eruditione percipitur, vt ait Diodorus lib. 5. cap. 1. At Fulgentius, Euterpe, quam nos Latinè bene delectãs dicimus, ideo dicta est, quòd primùm sit scientiam quærere, secundùm sit delectari quod quæras. Plerique eam tibiis delectari, & iis præesse scribũt: alij dialecticæ. Apollonij verò Rhodij expositores, {τερπόμενοι}, hoc est disciplinas ihuenisse affirmant. Sunt & qui Rhesi matrẽ scribant. ¶Euterpe quoque Themistoclis matris nomẽ fuit, vt ex Neanthe historico refert Cæl. Rhodig. lib. 14. cap. 12.

Eutheriston {εὐθαρίστον} Balsami genus, tenui & capillacea coma, de quo Plin. lib. 12. cap. 25.

EVTHENE {εὐθήνη} Asiæ oppidum, in sinu Doridis, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

EVTHYCRATES {εὐθυκράτης} Lysippi filius & discipulus, ante omnes ætatis suæ laudatos in pictura artifices, excelluit. Floruit centesima vicesima Olympiade, constantiámque patris potius æmulatus, quàm elegantiam, austero maluit genere, quàm iucundo placere. De hoc Plin. lib. 34. cap. 8. vbi & opera eius enumerat.

EVTHYDAMVS {εὐθύδαμος} Rhetor & orator, qui quũ ingentes opes à maioribus suis accepisset, ipse & dicendi facultatem & gloriam addidit, & non solùm in patria magnus fuit, sed etiam in Asia primos honores adeptus est. Hæc Strab. lib. 14.

EVTHYDEMVS, pen. prod. {εὐθύδημος} Philosophus fuit, Tarsensis Apollonij Tyanei præceptor, de quo vide plura apud Suidam.

EVTHYMEDES {εὐθυμήδης} Pictor sui temporis non ignobilis, cuius in transcursu meminit Plin lib. 35. cap. 11.

Euthymia {εὐθυμία} Cic. 5. de Finib. Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant {εὐθυμίαν}, eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas, ea ipsa est beata vita.

EVTHYMVS, pen. corr. pycta in Locris Italiæ, qui Epizepyrij cognominantur ortus, Astycleo patre: vel (vt indigenis persuasum est) Cæcino amne genitus qui Locros à Rheginis diuidit. De hoc & Ælianus variæ Historiæ lib. 8, Euthymus (inquit) Locrus ex Italia, pyctes inclytus & robore insigni fuit, lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui Locris ostenditur: & Temessæum heroa, quod cuique per vim abstulerat, reddere coegit, etiam cum fœnore: vt inde natum sit adagium iis qui sordidos & iniustos quæstus faciunt, affore Temessæum genium. Hic, inquit, Euthymus ad amnem Cæcinum, oculis hominum apparere desiit. Huius & meminit Plinius libro 7. cap. 47.

Euthyoria {εὐθυωρία} Rectæ lineæ porrectio, & mensura, non per diuerticula itinerum (quæ obiectu montium, & interuentu conuallium, aut fluminum flexu plerunque necessaria sunt) sed in directum acta.

EVTIMVS, Poeta Locris oriundus, oraculi iussu viuus consecratus, & inter diuos relatus est, teste Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4. Cæterùm tam diserta scripsit carmina, vt Olympicis ludis semper victor fuerit, semel tantùm vni posthabitus, vt refert idem Alex. lib. eod. cap. 19.

EVTOCVS, pen. cor. authore Bocatio lib. 5. Apollinis & Cyrenes filius, qui fratribus ex Aphrica redeuntibus, Cyrenis dicitur remansisse, & his imperasse, qui vnà secum ibidem remansere.

Eutrapelia {εὐτραπελία} Dictio est Græca, idem fortè significans, quod apud nos vrbanitas, lepor, festiuitas & facetia. Aristoteles in Rhetoricis Eutrapeliam interpretatur {πεπαιδευμένην ὕβριν}, hoc est eruditum conuitium. Paulus ad Ephes. cap. 5. pro scurrilitate accipit, siue scurrili vrbanitate graui viro indigna.

EVTRAPELVS, fuit cognomen Volumniorum. Vnde Cicero ad Volumnij, {Εὐτραπελία}, inquit, tuarum literarum. Est autem Eutrapelus, idem quod Lepidus. Facit mentionem Eutrapeli cuiusdam Horat. 1. epist. 19. & Martial. lib. 7.

EVTRESIS {εὐτρησις} Thespiensium pagus modicus, in quo Zethum & Amphionem, antequam Thebarum regnum tenuissent, habitasse ferunt. Huius meminit Homer. vt Strabo author est lib. 9.

EVTYCHES, es {εὐτυχὴς} Mulier Tralliana, trigintà partus enixa, & à viginti liberis rogo illata. Author Plin. lib. 7. cap. 3.

EVTYCHES, pen. corr. Constantinopolitanus abbas, tertius post Manetem & Apollinarem, alium affirmabat esse CHRISTVM, aliud verbum Dei. Negabátque CHRISTI carnem nostræ similem: nec duas in eodem supposito naturas esse: sed de cælo corpus descendisse dicitabat, ac in virginis vtero tanquã solis radios penetrasse: vt visum sit sanè ex muliere generatum, quanuis verè generatum non sit. Author Suidas.

EVTYCHIA, æ {εὐτυχία} Insula est Thessaliæ adiacens, ante sinum Pagasicum. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

EVTYCHIDES, Plinio lib. 34. cap. 8, statuarius, cétesima vicesima Olympiade floruit. Hic vt idem author est, fecit Eurotã, in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere.

E V V

Euulgo, euulgas {ἐυωΐζω} euulgare, Idem quod vulgare significat, siue palàm vulgo aliquid facere. Liu. 9. ab Vrbe, Ciuile ius repositum in penetralibus Pontificum euulgauit.

Euulsio, Euulsus, Vide EVELLO.

E V X

EVXENIDAS {εὐξενίδας} Pictor sua ætate celeberrimus, Aristidis præclari artificis præceptor, vt author est Plin. lib. 35. cap. 12.

EVXINVS, pen. prod. {εὔξεινος} Pontus (inquit Plinius) antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus est. Ouid. 4. Trist. eleg. 4,
Frigida me cohibent Euxini littora ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. Euxenus, Græcis {ἄξενος} inhospitalis dicitur. {εὔξεινον} pontum dixere mutatis nominibus hospitalem factum. Ammianus lib. 2, Heniochi, Sindi & Achæi intendente sæuitiam licentia diuturna indidere mari nomen inhospitali: & à cõtrario per cauillationem, pontus Euxinus appellatur. Ouidius,
Quem tenet Euxini mendax cognomine pontus.

Aquæ

Aquæ Euxinæ. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2,
Regna Thoas habuit Mœotide clarus in ora:
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.
Littus Euxinum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3,
Littus ad Euxinum (siquis mihi diceret) ibis,
Et metues arcu ne feriare Getæ.
Mare Euxinum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6.
Oræ Euxinæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7,
Missus es Euxinas quoniam Vestalis ad oras,
Vt positis reddas iura sub axe locis.
Pontus Euxinus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. Cic. 1. de Orat.

EVXYNTHETVS {εὐξυνθέτης} Fluuius ex Lebena ortum trahens, cuius meminit Strabo lib. 10.

Euzomos, siue Euzomon, penult. prod. {εὔζωμος, ὔ ζωμον} Eruca herba, ita dicta quòd iuris saporem commendet. {ζύμη enim ius appellant Græci. Plinius lib. 20. cap. 13, In condiendis obsoniis tanta erucæ est suauitas, vt Græci euzomon appellauerint.

E X

EXCVR. Excursor. EX. DO. AV. Ex domo Augusti. EX. R. Exactis regibus. EX S. C. Ex Senatusconsulto. EX S. D. Ex Senatus decreto.

Ex {ἐκ, ἐξ} præpositio ablatiuo casui seruiens, variis verbis iungitur: vnde & variam accipit significationem.
Ex, aliquando significat propter. Sallust. in Catil. Igitur ex diuitiis iuuenturem luxuria atque auaritia vnà cum superbia inuasere. Id est propter diuitias.
Ex, causalis. Seneca de Benef. 6, Siquis patriæ meæ pecuniam credideritnon dicam me illius debitorem: nec ex hoc æs alienum profitebor. Id est propterea.
¶Ex, pro Præter. Liuius Decad. 3. lib. 9. in ipso statim principio, Scipio posteaquam in Siciliam venit, voluntarios milites ordinauit, ceu turiauisque. Ex iis trecentos iuuenes florentes ætate & virium robore insignes circa se habebat, ignorãtes quem ad vsum neque centuriati, neque armati seruarentur. Ex iis, id est extra eos, siue præter eos quos centuriatos habebat.
Ex melle resinam vorato, Id est cum. Plaut. Merc. 4,
Resinam ex melle Ægyptiã vorato, saluom feceris. Apud Plinium, Celsum, atque adeò omnes medicos frequens est hoc genus loquendi. Cato cap. 156.
¶Ex, interdum loco præ accipitur. Cæsar lib. 1. bel. Gall. Quod ei ex aliis Gallis maximam fidem habebat.
¶Ex abundanti addere, vel adiicere. Quintil. lib. 4. cap. 5, Tum addit ex abundanti, etiam si id non fuisset, &c. Idem lib. 5. cap. 6, Adiicit ex abundanti hanc quoque conscientiæ fiduciam.
¶Ex-aduersum, Ex oppositio. Terent. Adelph. 4. 2,
-apud ipsum lacum
Est pistrilla, & ex-aduersum est fabrica. Idem Phorm. 1. 2,
-ex-aduersum ei loco
Tonstrina erat quædam.
Ex-aduerso, vel ex-aduorso, antiquè, Idem. Terent. Phorm. 1. 2,
Ea sita erat ex aduorso. Plaut. Merc. 2. 2,
-nónne ex aduerso vides? Plin. lib. 4. cap. 13, Ex-aduerso intrantibus geminæ cernebantur.
Ex altera parte, Idem. Cic. 3. Verr. Grandis natu parens adductus ad supplicium, ex altera parte filius ille, &c. hic, &c.
¶Ex-aduerso, cum genitiuo, pro è regione. Plin. lib. 5. cap. 31, Posita est inter Samum & Lesbon, ex-aduerso maximè Erythrarum. Idem lib. 6. cap. 23.
Ex-aduerso rem aliquam proponere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Ex-aduerso inferri. Liu. bel. Pun. lib. 8.
Ex aduerso dicere aut respondere. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Ex-aduerso, id est Per antiphrasim. Plin. lib. 27. cap. 10, Holosteon, sine duritia herba, ex-aduerso appellata à Græcis, sicut fel dulce.
Abire ex matrimonio: Hoc est recedere ab alicuius matrimonij contractione. Plaut. Mil. 16,
-quasíque istius causa amoris ex hoc matrimonio
Abierimus cupiens istius omen nuptiarum ordinis.
¶Ex æquo fœdus facere, pro Ex æquitate. Liu. lib. 2. Decad. 5, Etsi in animum inducerent, vt ex æquo fœdus fieret, & se visurum quid sibi faciendum esset.
Partiri discrimen ac periculum ex æquo. Tacit. lib. 18, Discrimen ac periculum ex æquo partiemur.
Agere ex æquo. Tacitus lib. 20, Aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis.
Ex æquo & bono non fit. Quod vulgus dicit, *Ex bona fide & æquitate*. Terent. Adelph. 5. 9,
Vt id ostenderem, quòd te isti facilem, & festiuum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono:
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo.
Ex æquo & bono animo offerre. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 34.
Ex æquo fertilis. Plin. lib. 17. cap. 8. De terra columbina.
Ex æquo Venus duobus grata venit. Ouid. 1. Amor. eleg. 10,
Quæ Venus ex æquo ventura est grata duobus. Id est æqualiter.
Ex æquo viuere cum aliquo, Id est æqua conditione. Plin. in Præfatione 2. & lib. 6. cap. 25.
Ex æquo degere cum aliquibus. Plin. lib. 6. cap. 25.
Alia ex alia facies ætásque sequitur. Lucret. lib. 4.
Ex alto repetere aliquid. Sallust. de Rep. ordinanda ad Cæsarem, Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto repeti posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit.
Ex animo miser. Plaut. Trinum. 7,
-qui nihil aliud, nisi quod sibi soli placet,
Consulit, aduorsum filium nugas agit,
Miser ex animo fit: satius nihilo facit suæ senectuti.
Ex animo amicus, veréque beneuolus. Cic. 11. Philipp.
Ex animo, & Simulatè, contraria. Cic. 2. de Nat. deor.

Ex animo solicitus. Plaut. Truc. 9. Pareleon esse videtur EX ANIMO, quum nemo, nisi ex animo, solicitus esse possit.
Ex animo dicere. Terent. Eunucho 1. 2,
Vtinam isthuc verbum ex animo ac verè diceres. Cic. in Pisonem,
Equidem dicam ex animo quod sentio.
Ex animo velle factum. Terent. Adelph. 5. 7,
Di tibi Demea bene faciant, quum te video nostræ familiæ
Tam ex animo factum velle. Idem Heaut. 5. 2,
Nec rationem capio, nisi quòd tibi bene ex animo volo. Cic Cornificio, libro 12. 17, Huic tu libro maximè velim ex animo si minus, gratiæ causa, suffragere.
Ex animo amare. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1, Te autem alienum hominem ament ex animo.
Ex animo facere. Terent. Adelph. 1. 1,
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit.
Verè & ex animo. Liu. 10. bel. Maced. Ita, vt verè, vt ex animo velitis euenire.
¶Ex animi sententia. Conceptio solennis erat iurisiurandi. Cic. 3. Officiorum, Non enim falsum iurare, peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. Sic 1. Tusc. Liuius 2. bel. Pun. Ex mei animi sententia iuro, vt ego Remp. non deseram, neque alium ciuem Roma. deferere patiar, si ciens fallo, tum me Iupiter Optimus Maximus, &c. Sallustius in Iugurtha, Nam me quidem ex animi sententia nulla oratio lædere potest. Ex animi mei sententia, id est Iuro bona fide, dico bona fide. Ex animi tui sententia, id est Iura bona fide, dic bona fide. Gellius lib. 4. cap. vltimo, Censor, inquit, agebat de vxoribus solenne iusiurandum. verba ita erant concepta: Et tu ex animi tui sententia vxorem habes? Habeo, equidem, inquit, vxorem, sed non hercle ex animi tui sententia. Tum Censor eum, quòd intempestiuè iasciuisset, in ærarios retulit. Loco posteriore, ex animi tui sententia, valet, ex voto tuo, seu qualem vis. Huius loci meminit & Cic. lib. 2. de Orat. Sunt qui loco posteriore legant, Non hercle ex animi mei sententia: id est qualem volo.
Ex ante. Liuius 5. ab Vrbe, Annona ex ante conuecta copia nihil mutauit.
Ex ante diem Nonarum, Id est ex die Nonarũ: est enim compendiosa locutio, pro Ante diem Nonarum finitum, sicut Post diem Nonarum, sub. cœptum. Cic. Attico, lib. 3. 58, De Quinto fratre nuntij nobis tristes, nec varij venerant ex ante diem Nonarum Iuniarum, vsque ad pridie Calen. Septemb. Id est ex Nonis Iuniis. erat enim idem: sed figura vsus est ea, qua & M. Varro libro 1. de Re rustica, capite 28.
Ex antegesto agere. Paulus in l. Quoties. §. non tantum. D. de peculio.
Ex aperto. Liu. 1. bel. Pun. Luce prima subijt tumulos, vt ex aperto atque interdiu viam per angustias factorus.
Ex argumento. Plin. lib. 11. cap. 37, Aliis simplicia tribuit, vt in eodem genere subulonibus ex argumento dictis.
Ex arte dicere, multo maximum: de arte loqui, minimum est. Cic. 1. de Inuent.
Astat ex pictura. Plaut. Stichо, 4, -at hoc vide
Satin' vt facetè, atque ex pictura hic astitit. Id est, vt picturam spectare putes.
Audiui te ex hoc. Plaut. Milit. 18,
-nescio tu me ex hoc audieris, an non.
Audiui ex. Plaut. Epid. 11,
-nam postquam audiui ilico
Ex meo seruo, illam esse captam, continuo argẽtum dedi, vt emeret.
Ex Aulide Philocrates. Plaut. Capt. 9. Terent. Eun. 1. 2,
Ibi tum matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit
Ex Attica hinc abreptam. Ibidem, 3. 2,
Ex Æthiopia est vsque hæc.
Ex authoritate aliquorum & voluntate facere aliquid. Cic. Antequam iret in exilium.
Ex authoritate Pontificum. Plin. epist. 139.
¶Ex bono & æquo, Vide EX AEQVO & bono. Iulianus de contractibus bonæ fidei loquens, In iis (inquit) alter alteri alligatur de eo quod alterũ alteri ex bono & æquo præstare oportet. Id est non de eo solo quod cautum est. quod etiam Ex bona fide dicitur alibi ab eodem. Ex Budæo.
¶Ex bonis, & In bonis, differunt apud Iurisconsultos. Nam in bonis esse dicuntur ea, quæ sicu & positione intra rem aliquam cõtinentur: ex bonis verò, quæ naturaliter sunt extra rem, sed tamen ad eam pertinent: vt aliud est, annulum esse in dactyliotheca: aliud, ex dactyliotheca. Iustin. §. 2. de vi bon. rapt. Sanè in hac actione non vtique expectatur rem in bonis actoris esse. Nam siue in bonis sit, siue non, si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quæ igitur quasi manu non tenentur, sed consequi per actionem possumus, ea ex bonis nostris dicuntur: at quæ iam intra ditionem ac fines nostros sunt, in bonis. Hotomanus.
Ex causa est, Id est Causæ vtile est. Quintil. lib. 4.
Ex confesso turpia, Id est Indubitatè turpia. Quintil. lib. 3.
Ex ea causa. Plin. lib. 12. cap. 17.
¶Ex commodo. Colum. lib. 6. cap. 2, ad finem, de bobus loquens; Ideóque robora corporum citra maciem conseruant, qui ex commodo quàm qui festinãter mandunt. Idem lib. 12. cap. 19, Vt ex commodo, nusquam feruear.
Ex compacto aliquid facere, pro Ex composito. Sueton. in Cæsare Dictat. cap. 20.
¶Ex-composito, Idem significat quod composito ablatiuus. quasi dicas, dedita opera, & vt conueneratinter eos, vt subaudiri videatur alius datiuus (negotio) nempe ex composito negotio. Liu. 1. ab Vrbe, Tum ex-composito orta vis, signóq; dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurrit.
¶Capere dolorem ex aliquo. Terent. And. 4. 3,

Verum ex eo nunc misera quem capit Dolorem.
Constata amicitia ex malo principio,&c. Terent.Eun.5.2,
-sæpe ex huiusmodi re quapiam,
Et ex malo principio magna familiaritas Constata est.
Condemnatus ex inuidia. Plin.de Viris illust.
Ex aliis cognoscere aliquem. Cicero Q. fratri,lib.1.2,Eum præsertim hominem quem ego & ex suis ciuibus & ex multis aliis quotidie magis cognosco nobiliorem esse prope,quàm ciuitatem suam.
Ex literis alicuius aliquid cognoscere. Cic. Attico,lib.18.157.
Comparare sua commoda ex incommodis alterius. Terentius Andr.4.1.
¶Ex confesso malus vel bonus,pro Palám. Senec.epist.77. Quintil. lib.3.cap.5, Nisi fortè laudare,quæ constet esse honesta,& vituperare quæ ex confesso sint turpia,non est Oratoris officium.
Coniicitur in morbum ex ægritudine. Plaut. Pœn.2.
Ex consilio iurisperitorum. Cic.pro Rosc.Comœd.
Ex auríque putat micis consistere posse Aurum. Lucret.lib.1.
Ex consuetudine tua aliquid facere: Id est secundum consuetudinem tuam. Plin.epist.2. Cic.pro Cluent. Qui quum vnum iam & alterum diem defyderaretur, neque in his locis ex consuetudine quærebatur,inueniretur,&c.
Ex consuetudine omnium aliquid facere. Cic.pro Quinctio.
Ex officij ratione, atque ex omnium consuetudine rem ipsam & factum alicuius consyderare. Cic.pro Quinctio.
Consulere ex. Plaut. Casin.10,In re præsenti,ex copia piscaria consulere licebit quod emam.
¶Ex Consule, hoc est pro Consule, siue pro Consulari imperio. Valer.Maxim.lib 3.cap.7.tit. De L.Crassio, Quum ex Cõsule prouinciam Galliam obineret.
Ex constituto. Paterculus lib. 2, Dalmatia, omnibus tractus eius gentibus in societatem adductis,ex constituto arma corripuit.
Ex continenti,pro statim. Iustinus libro 13,Septem tantum conscij fuere hu.us coniurationis,qui ex continenti, ne dato in pœnitẽtiam spatio res per quenquam enarraretur,&c.
Ex contrario,pro Econtrario. Cæsar 7.bel.Gal. Vt reliquorum imperatorum res aduersæ authoritatem minuunt: sic ex contrario dignitas incommodo accepto in dies augebatur.
Ex contrario stare dicitur,quæ sunt inter se opposita. Seneca epist. 89. Quintil.lib.6.cap 1.
Corruptus ex adolescente optimo. Plaut.Most.2,
-nam equum herilem filium
Video corruptum hic ex adolescente optimo.
Corruptus ex amore. Plaut. Asin.
¶Ex cunctis vnum deligere. Cic.2. de Lege Agraria.
Ex omni populo deligendi potestas. Cic.2.de Lege Agraria.
Demens ex peregrina. Terent. And.3.1,
Quid hoc?adeóne est demens ex peregrina?
Ex denuntiato. Seneca epist.80,Siue ex denuntiato videbatur,siue imparatus ac subitó.
Ex destinato aliquid facere. Sueton.in Calig.cap.43.
Ex disciplina. Plaut. Pseud.22,
Illis satisfacere minimè ex disciplina quiui ego, qui lenonem capere didici.
Ex diuerso,cui Dissimile opponitur. Plinius epist.45, Apud Græcos enim est quiddam, quanuis ex diuerso, non tamen omnino dissimile.
Consistere ex diuerso. Quintil.lib.4.cap.1, Inuidia consistentis ex diuerso patroni.
Ex diuerso agere. Quintil.lib.5.cap.11.
Ex diuerso dicere. Quintil.lib.5.cap.13.
Dicta ex adyto. Virgil.6. Æneidos,
Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages. Locum vaticinationis ostendit. Seruius.
Ex die hoc. Plaut. Persa,1,5,
Bonus volo iam ex hoc die esse,quod neque fiet,neque fuit.
Datus aduocatus ex iudicibus. Plin. epist.53, Memini tamen me aduocatum ex iudicibus datum.
Discrimen adire ex periculo alicuius. Plin.epist.199.
Excedere ex pueris. Cic.pro Archia poeta, Nam vt primũ ex pueris excessit Archias,atque ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet,si ad scribendi studium se contulit. Sic etiam Excessit ex ephæbis,dixit Terent.in And.pro eodem,1.1.
Ex dignitate tribuere alicui. Cic. Licinio,lib.5.8, Quamobrem tu quantum tuo iudicio tribuendum esse nobis putes,statues ipse:&,vt spero,statues ex nostra dignitate.
Ex dignitate sua agere dicitur, qui locum suum & authoritatem seruat. Liu.lib.2 Decad.5,Non tam in pignus fidei obsides desyderati erant,quàm vt apparerent sociis,nequaquam ex dignitate pari congredi regem cum legatis.
Educere ex obsidione in tutum. Plaut. Mostel.15,
Postquam ex obsidione in tutum eduxi manipulares meos.
Ex ea re est in culpa,pro De ea re. Terent.Hecyra,3.10,
Tum matrem ex ea re,me aut vxorem in culpa inuẽturum arbitror.
Ex eo,pro Ex eo tempore. Tacit.lib.20, Versa ex eo ciuitas. Quo modo Suetonius quoque loquitur.
Ex eo die, pro Ab eo tempore. Cicero 3. Verr. Ex ea die ad hanc diem quæ fecisti, in iudicium voco. Sic Ex eo tempore. Cicero pro Quinctio. Et 1. Philipp. Ex eo die quo in ædem Telluris conuocati sumus.
Ex eo fit vt. Cic.de Amicit. Ex eo fieri vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant quàm viri,&c.
Ex eodem genere,pro Eiusdem generis. Cic.3.Verr. Multa sunt ex eodem genere.
Ex eo quòd, pro Eo quòd,siue Propterea quód. Cicero ad Quint. fratrem, lib. 3. epist.1, Quum Romam ex Arpinati reuertissem, dictum mihi est Hippodamum ad te profectum esse. nõ possum scribe-

re me miratum esse illum tam inhumaniter fecisse, vt sine meis literis ad te proficisceretur: illud scribo, mihi molestum fuisse. iam enim diu cogitaueram ex eo quòd tu ad me scripseras, vt siquid esset quod ad te diligentius perferri vellem illi darem.
Ex equo pugnare. Vide EQVVS. Plin.lib.7.cap.56.
Euasit ex aqua. Plaut. Rud.4.
Ex euentu rerum, Id est secũdum euentum. Tacit. Ita compositus vt ex euentu rerum aduersa abnuerer.
Exire ex vrbe. Cicero Sulpitio, lib. 4. 1, Siquem tuorum fidelium voles, ad me mittas: ne aut tibi exire ex vrbe necesse sit, aut mihi accedere.
Ex alterius oratione aliud excipere atque ille vult. Cicero 2. de Oratore.
Eximere ex reis, Hoc est ex reorum & accusatorum albo delere. Cicero 4. Verr. Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis,ob eam causam ne tu ex reis eximerere,si ego non adfuissem ad diem.
Ex die diem expectare. Cic. Attico,lib.7.144,Diem ex die expectabam vt statuerem quid esset faciendum.
Expellere aliquid dictis ex animo. Lucret. lib.5. De vitiis animi loquitur quæ non ferro,sed præceptis & doctrina extirpantur.
Exponere ex memoria. Cic.3.in Catilin. Et quoniam nondum est perscriptum Senatusconsultum, ex memoria vobis Quirites quid Senatus censuerit, exponam. Idem 4. de Finibus, Memoriter exponere dixit. Et de Amicit. Memoriter narrare.
¶Factus ex Oratore arator. Cic.3.Philipp. Horũ similia dicenceps, nónne satius est mutum esse, quàm quod nemo intelligat dicere? hem cur magister eius ex oratore arator factus sit,vt possideat,&c.
Pugnam aliquam ex auro solidóque elephanto facere. Id est incidere in auro & ebore. Virgil.3.Georg.
Ex fortuna non ponderanda fides. Cic.in Partit.
Facere ex insulso salsum. Plaut. Rud.13.
Facere ex more: Hoc est Secundum consuetudinem. Plin.epist.62. Sallustius in Iugurtha, Neque id tempus ex aliorum more quieti aut luxuriæ concedit.
Facere ex necessitate, vel abolere, pro Necessario. Cui opponitur Spõte. Plin.epist.109.lib.5, Quum omnes ex necessitate facient, quod ego sponte faciebam.
Ex facili,pro Facile. Plin.lib.30.cap.3. Eorundem cinis exesis dentibus coniectus,ex facili eos cadere cogit. Idem lib.22.cap.15.
Ex fide,pro Fideliter. Plin.epist.191.lib.8.ad Tacitum, Et ego nihil magis ex fide quàm de te scribo. Sic Sueton.in Cæsare.
Illud non fit ex vera vita, Hoc est, Quemadmodum qui bene viuere solent. Terent. Adelph.5.9,
Vt id ostenderem,quòd te isti facilem & festiuum putant,
Id non fieri ex vera vita,&c.
Ex gratulando. Plaut. Capt.9.5,
-vix iam miser ex gratulando Eminebam,
¶Qui ex ædibus: Sub.prodit. Plaut. Amphit.16, -illic qui
Ex ædibus,herus est,hic vero veneficus.
¶Hæres ex besse relictus. Plin.epist.144.
¶Ex hac causa, pro Ob hanc causam. Vlpianus in l. 1. D. De calumniatoribus.
¶Ex hac re. Terent. Eunucho,5.6,
Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum.
Ex hoc solicita: Id est,propterea. Terent. Andr.1.5,
Laborat ẽ dolore;atque ex hoc misera solicita est,diem
Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ.
Ducit res fidem ex hoc. Lucret.lib.2,
-pergam connectere rem quæ
Ex hoc apta fidem ducat.
Est ex hoc licentia. Quintilianus libro 4. capite 1, Cuius reiicentia ex hoc est, quòd ante declamationem, illa velut imago liis exponitur.
Dependet ex humeris amictus. Virg.6.Æneid.
¶Ex illo,subaudi tempore. Virg.2.Æneidos,
Ex illo fluere,ac retro sublapsa referri Spes Danaûm.
Impressa ex annulo imago. Plaut. Pseud.3,
Eáque causa miles hic reliquit symbolum,
Expressam in cera ex annulo suam imaginem.
Ex-improuiso. Cic.3.Verr. Voluisti ex-improuiso,siquæ res natæ essent ex vrbano,edicto decernere.
Incendium ex amore. Plaut. Asin.16, -nam ni impetro
Regem perdidi,ex amore tantum est homini incendium.
Iuuenes siunt ex infantibus. Lucret.lib.1.
Ex-industria. Liu.1.ab Vrbe,Ergo ex-industria factus ad imitationem stultitiæ,quum se,suáque prædæ esse regi sineret. Plaut.Pœn.4, Postquam illuxit aurora,nunquam cessauimus ex-industria
Ambæ lauari,atque fricari.
Ex infinito ne causam causa sequatur. Lucret.lib.2.
Insanire ex iniuria. Terent.Adelph.2.1, -prò supreme Iuppiter,
Minimè miror,qui insanire incipiunt ex iniuria. Hoc est, propter aliquam iniuriam sibi illatam.
Ex insidiis aucupari quam rem agat quis. Plaut. Asin.16.
Ex insidiis verba dare. Plaut. Aulul.4.
Ex insidiis capi. Cic.3.Offic.
Ex insidiis interire. Cic.2.Offic. Testis est Phalaris, cuius est præter cæteros nobilitata crudelitas: qui non ex insidiis interiit, sed is quem modò dixi Alexander.
Ex insidiis aliquid agere. Cic.1.Offic.
Ex insolentia. Liu.3. bel. Pun. Et eo impensius, quo auidius ex insolentia in eas se immerserant.
Ex insperato, Id est insperatè, atque præter spem & opinionem. Liuius 8.bel.Pun. Quum ex insperato repentè missitis nobis hunc P. Scipionem.
Ex-integro, Idem quod de-integro significat. Plinius epist. 273,

Darúmque

Darúmque à Senatu ius omnibus, de quibus ille aliquid cõstituisset, ex-integro agendi. Idem epist. 129, Recalescere ex-integro, & resumere impetum fractum omissúmque.
Ex-integro aliquid agere,est rursus de nouo quippiam,quasi nunquam actum sit, inchoare. Iulianus in l. Si is qui. D. De exception. rei iudicatæ, Si te negotiis meis obtuleris, & fundum nomine meo petieris: deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero,sed mandauero tibi,vt ex-integro eundem fundum peteres,acceptio rei iudicatæ non obstabit.
Ex-integro cauendum erit. Paulus in l. De Die. §. 1. & 2. D. Qui satisdare cogantur.
Ex-integro satisdandum erit. Paulus in l. Si ab arbitro. D. Qui satisdare cogantur.
¶Ex interuallo, Procul. Liu. lib. 8. bel. Pun. Cic. Attico, lib. 4. 86, Ille Latinus ἀστιμητὸς ex interuallo regustandus est.
Ex interuallo. cui opponitur Ex continenti. Vlpian. in l. iurisgentium. §. Quinimo. D. De pactis.
Ex intimis vnus. Cic. Memmio, lib. 13. 3.
Iudicare aliquem ex aliorum ingeniis: Hoc est secundum ingenia. Terent. Eunucho, 1. 2,
Me miseram, forsitan hic mihi paruam habeat fidem,
Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.
Ex ipsis cæli rationibus. Lucret. lib. 2.
Ex maximè raro genere hominum iudicare debemus & penè diuino eum qui grauem, constantem, stabilem se in amicitia præstiterit. Cic. de Amicitia.
Exiure, manu conserrum vocare, Id est ad conserendum. Verbum est antiqui iuris. Varro libro 2. de Lingua Latina, Conferere manu dicimus cum hoste. inde ex iure manu consertum vocant. Gellius libro 20. cap. 9, de vindicatione loquens, id est rei vendicatione, quæ olim in re præsenti ex duodecim tabulis iure fiebat, ita inquit, Sed postquam Prætores propagatis Italiæ finibus, mandatis (alij legunt, latis) iurisdictionibus, negotiis occupati, proficisci vindiciarum dicendarum causa longinquas in res grauabantur: instituerunt est contra duodecim tabulas tacto consensu, vt litigantes non in iure, id est apud Prætorem manu conserrent, sed ex iure manu consertum vocarent: Id est, alter alterum ex iure ad conserendum manu in rem de qua ageretur, vocaret. Hoc est ex eo loco in quo isti constitissent, apud Prætorem (qui locus, ius appellatur) in agrum controuersum descenderent: ibique absente Prætore, manu cõserrent, non in iure, vt antea. neque enim absente Prætore, locus controuersus, ius appellabatur. Quo facto in ius ad Prætorem redibant. Addit Gellius, Atque profecti simul in agrum de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, vti vnam glebam, in ius in vrbem ad Prætorem deferrẽt: & in ea gleba, tanquã in toto agro vindicarent. Cic. pro Murena, formulæ verba huiusmodi fuisse ait, Fundus, inquit, qui est in agro, qui Sabinus vocatur. Satis verbosè. Cedo quid postea? Eum ego ex iure meum esse aio. Quid tum inde? Inde ego te ex iure manu conserẽ voco. Hæc erant verba eius qui vindicabat. A quo verò vindicabatur, eius hæc erant verba, Vnde tu me ex iure manu consertum vocasti, inde ibi te ego reuoco. Idem de Orat. lib. 1, metaphoricès hac locutione vsus est in persona Scæuolæ, Quod verò (inquit) in extrema oratione quasi pro tuo iure sumpsisti, Oratorem in omnis sermonis disputatione copiosissimè posse versari, id, nisi hîc in tuo regno essemus, non tulissem, multísque præcessem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu consertum vocarent, quòd in alienas possessiones tam temerè irruisses. Eius generis sunt verba Scipionis ad Annibalem apud Liuium lib. 10. de secundo bello Pun. Cic. Trebatio, lib. 7. 13, Tantum metuo ne tibi istic artificium tuum parum prosit: nam vt audio, istic
Non ex iure manu consertum, sed magis ferro
Rem repetunt. Id est quod nos diceremus, per iustitiam. Ex Ennio Hæc Budæus.
Non est ex iustitia nostrorum temporum. Plin. in epist.
¶Laborare ex pedibus, pro Laborare podagra. Cic. Papyrio Pæto, libro 9. 23, Etsi M. Ceparius quum mihi in sylua Gallinaria obuiam venisset, quæsissémque quid ageres, dixit te in lecto esse, quòd pedibus laborares.
Lar ex hac familia. Plaut. Aulul. 3.
Ex lege repetere ab aliquo pecuniam. Cic. 1. Verr.
Ex lege sedet iudex. Cicero pro Cluentio, Vno iudicio multa est ab eo peruta, sicut ab Iunio, quòd non suæ munere decuriæ, neque ex lege sedisset.
Ex lege iurati iudices, legibus obtẽperare debẽt. Cic. 1. de Inuent.
Ex legibus omnes Respublicæ optimè administrantur. Cic. 1. de Inuentione.
Toto corpore lætari ex animo. Lucret. lib. 3.
Ex libello respondere, Id est de scripto. Plin. Iun. lib. 6. epist. 5. ad Vrsum, Nam & Celsus Nepoti ex libello respondit, & Celso Nepos ex pugillaribus.
Lorica ex ære. Virg. 8. Æneid.
Reuenire ex longinquo. Tacit. lib. 2, Vt qui ex longinquo reuenerat, miracula narrabant. Vide LONGVS.
Ex longo, sub. tempore. Virg. 9. Æneidos,
-collecta fatigat edendi
Ex longo rabies.
¶Mors consequuta ex ægritudine. Terent. Phorm. 5. 1,
Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consecuta est.
Miser ex amore. Plaut. Casin. 11,
Misériorem ego ex amore, quàm te, vidi neminem.
¶Natus ex homine. Terent. Eunucho, 3. 2,
-hem alterum
Ex homine hunc natum dicas.
¶Ex natura aliquid gerere. Suetonius de Nerone, In initio imperij egregiè prorsus & magnificè: nisi cætera magis ex natura & priore vita sua, quàm ex imperij maiestate gessisset. Budæus.

Ex natura auidus. Plin. lib. 10. cap. 9, Ille auidus ex natura, præripit cibos reliquis pullis.
Ex natura sua cæteros fingere. Cic. pro Rosc. Amer.
Ex nauibus loqui, Vide LOQVOR.
Ex necessitate, Vide paulo antè, FACERE EX NECESSITATE.
Noscere potes ex me. Terent. Adelph. 5. 4,
Facilitate nihil homini esse melius, neque clementia,
Id esse verum, ex me, atque ex fratre, cuiuis facile est noscere.
Ex numero discrtorum homo. Cic. 1. de Orat.
Qui ex numero ciuium deprauati hostes patriæ semel esse cœperunt, &c. Cic. 4. in Catil.
Ex reis & rebus numerare argumenta. Cic. 2. de Orat.
¶Ex obliquo. Plin. lib. 2. cap. 31, Nec supra ipsum, nec infra, sed ex obliquo.
Ex occasione ementium pretia varia. Plin. lib. 12. cap. 16. Cæsar 6. bel. Gall. Neque ex occulto insidiandi & dispersos circunueniendi singulis deerat audacia.
Ex omni occasione laudare amicos. Plin. epist. 148.
Ex occulto interuenire. Cic. pro Cluent. Multi boni viri quum ex occulto interuenissent, pecuniáque obsignata, quæ, &c.
Ex occulto, & ex insidiis agere aliquid. Cicero 1. Officiorum, Sunt his alij multum dispares, simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici.
Ex occulto latrocinari. Plin. libro 9. cap. 42, Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens.
Euanuit ex oculis. Virg. 4. Æneid.
Fugit subitò ex oculis. Id est ex conspectu. Virg. 4. Georgicorum,
Dixit, & ex oculis subitò, ceu fumus in auras
Commistus tenues fugit diuersa.
Vetustatem subducere ex oculis nostris. Lucret. lib. 2.
Ex offensa. Lucret. lib. 2,
Aut iuuat egrediens, &c.
Aut ex offensa cum turbant corpore in ipso Semina, &c.
Ex omni. Lucret. lib. 2,
Nam neque quo possit genus vllum materiai
Effugere ex omni quicquá'it, neque rursus in omne.
Vnus ex omnibus ciuibus probus. Hoc est, Inter omnes. Plautus Sticho, 2. 1,
Spero quidem & volo, sed hoc soror crucior,
Patrem tuum, meúmque adeo vnicè, qui vnus ciuibus
Ex omnibus probus perhibetur, eum nunc improbi viri officio vti.
Idem Mostel. 5,
Num non vis me obuiam hisce ire anime mi?
PHILEL. Ilico ex omnibus optimè volo.
Ex omnibus seculis vix quatuor nominantur paria amicorum. Cic. de Amicitia, Idque mihi eo magis est cordi, quòd ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. Hoc est, inter omnes ætates, vel à prima ætate hucusque.
Ex-opinato. Liu. 4. ab Vrbe, Vnde nec ex-opinato aduersum hostem inuadat.
Ex opinione hominum atque fama aliquid scribere. Cicero Cassio, lib. 12. 4.
Ex opibus non ex veritate causa pendetur. Cic. pro Quinctio.
Ex ordine, pro eo quod est Sine intermissione. Virg. lib. 4. Georgic.
Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Fleuisse. Cic. 6. Verr. Ita sententiam dixit ex ordine. Sic pro Lege agraria, Ex ordine dicere.
Ortum ex me, ex te. Plaut. Milite, 10, Terent. Adelph. 5. 3,
Ex te adeò est ortum, ne tu curares meum,
Néve ego tuum. Idem Eunucho, 5. 5,
-nam hoc putant,
Quicquid factum est, ex te esse ortum.
¶Ex parte maiore. Plin. lib. 10. cap. 32, Ipsa auis paulo amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore.
Velatum caput ex parte. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Ex parte, pro Partim, vice aduerbij ponitur. Liuius 6. bel. Pun. Annibal ingentibus copiis peditum equitúmque castra oppugnauit, & ex parte cepit.
Non ex pactione verborum, quibus iusurandum comprehenditur: sed ex perfidia &. malitia, per quam insidiæ tenuntur alicui, dij immortales hominibus irasci & succensere consuerunt. Cicero pro Rosc. Comœdo.
Coire ex pari. Quintilianus libro 2. capite 19, Sin ex pari coeant, in mediocribus quidem vtrisque maius adhuc naturæ credam momentum.
Ex pari gratia aliquid alicui dare. Plaut. Trucul. 10,
Mea voluptas attuli eccam pallulam ex pari gratia tibi.
Ex paupertate nemo alius parcior. Plaut. Aulul. 7,
Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior.
Ex post delicto. Vlpianus in l. Si seruum. §. vltimo. D. De acquir. hæred. Equidem qui semel se abstinuit, quemadmodum ex post delicto obligetur.
Ex post facto. Papin. in l. Dominus. D. De vsufruct. Mãsisse fructus ius integrum, ex post facto apparuit. Sic sæpe alibi apud Iurisperitos.
Ex præcepto. Plinius libro 9. cap. 35. Columella lib. 11. cap. 19, Sacrificia nisi ex præcepto domini facere nesciant. Id est nisi præceperit dominus.
Ex professo Philosophiam ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Ex professo inimicitias cum aliquo gerere. Valer. lib. 4. cap. 1.
Pendere ex ore alicuius. Lucret. lib. 1,
Eque tuo pendent resupini spiritus ore. Verba ad Venerem.
Ex pœnitẽtia. Suetonius in Othone, cap. 1, Ausus est etiam in Illyrico milites quosdam, quòd motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos quasi defectionis aduersus Claudium authores occiderant, capite punire, &c.

Ex præparato, Vice aduerbij ponitur, id est præmeditato. Liuius 8. bel. Pun. Et libro 2, Tumultuario prælio ac præcursu magis militum, quàm ex præparato aut iussu imperatorum orto. Id est, dedita opera. Senec. epist. 11, Non enim ex præparato locutus est: sed subito deprehensus.

Ex præscriptio. Colum. lib. 1. cap. 1, Neque enim semper eundem, velut ex præscripto, hab. tum gerût. Sic ex præscripto viuere dicitur, qui seruat ea quæ fuerunt illi imperata atque præscripta.

Ex præterito. Liu. 7. bel. Pun. Et Romæ quidem quum luctus ingés ex præterito, tum timor in futurum erat.

Probare ingenium alicuius ex alterius ingenio. Plaut. Trinum. 14,
Quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant.

Procul ex occulto hostes cædere. Terent. Eun. 4. 7,
Fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes.

Ex propinquo videre. Liuius lib 2. belli Maced.

Ex propinquo prælíari, pro Cominus, & collato pede. Liuius 6. bel. Pun. Ibidem libro 5, Ex propinquo cognoscit Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum.

Ex proposito. Seneca epist. 72, Et quæ ex proposito sumenda sunt, & quæ subita res tulit.

Ex prora tantum & puppi pugnabatur. Plin. lib. 7 cap. 56.

Prospicere ex aliquo loco. Virg. 7. Æneidos,
Atque hic Æneas ingentem ex æquore lucum Prospicit.

Ex prouocatione dimicare. Plin. lib. 7. cap. 28.

Ex proximo. Plaut. Aulul. 14,
Ego hinc arroptam ex proximo vtendam puto. Plin. epist. 101. lib. 5.

¶Ex quo fit. Cic. de Senect. Ex quo fit vt animosior etiam senectus sit, quàm adolescentia, & fortior.

Ex quo. Sub. tempore. Liu. 1. ab Vrbe, Duodequadragesimo fermè anno ex quo regnare cœperat. Huic ex aduerso respondet Ex illo: quod Seruius exponit Ex illo facto vel tempore. Virg. 2. Æneidos,
-impius ex quo
Tydides sed enim, scelerúmque inuentor Vlysses
Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladium, &c.
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaûm, &c.

Ex quo nominata amicitia. Cic. de Amicitia, Amor enim (ex quo amicitia est nominata) princeps est ad beneuolentiá coniungêdam.

Ex quo manifestum. Plin. in Paneg.

Ex quo palam est, quàm turpiter deserat eam partem Rhetorices institutio. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Quærere ex aliquo, pro interrogare. Cic. Attico, Quæsiuit ex eo, placerérne iudices à Prætore legi. Idem 1. de Diuinat. Caiú Marium cum fascibus laureatis quærere ex te quid tristis esses.

¶Ex re tua fuerit: Hoc est, In tuum commodum. Plautus Capt. 6. Terent. Phormione,
Non hercle ex re istius me instigasti. Cic. Attico, lib. 5 95, Summa erit hæc, statues vt ex fide, fama, réque mea videbitur.

Ex re garrire aniles fabulas. Horat. 2. Serm. sat. 6. Ex re, Pro commodo. Acron.

Ex Republ ca facere: Hoc est, In vtilitatem & cómodum Reipub. Cic. Bruto, 2. Eidem, 5, Si minus id commodo Reip. facere posses, siue nô existimares ex Republica esse. Sallustius in Catil. Certò scio quæ studio direxerit, è Republica dixisse.

Ex Republica & ex doctrina nobilis & clarus Demetrius. Cicero pro Rabirio Posth.

Ex Reipub. tempestate sententiam aliquam tanquam aliquod naufragium atque cursum moderari, non est inconstantis. Cicero pro Cornelio Balbo.

Ex re & ex tempore constituere aliquid. Cicero Cornificio, libro 12. 19.

Consulere ex re. Hoc est vt occasio tulerit. Simile illi, Pro re nata. Tacit. lib. 1.

Ex re ipsa capere dilationem, Id est ex natura rei. Paulus in l. interdum. D. de verb. obligat.

¶Sanus non est ex amore. Plaut. Merc. 7.

Scire ex aliquo. Terentius Heauton. 3 1. Cicero Pæto, libro 9. 12, Habuisti in tua potestate, ex quo vel ex sobrió, vel certé ex ebrio scire posses.

Ex scripto recitare. Liu. 3. bel. Pun. Dum hæc geruntur Q. Fabius pictor legatus à Delphis Romam rediit, responsúmque ex scripto recitauit.

Ex mea sententia, Vt volo & opto. Plautus Capt. 7. Terentius Hecyra,
Spero hanc rem euenturam nobis ex sententia. Cic. 4 Acad. Quid enim conscendens nauem sapiens, num comprehensum animo habet, atque perceptum, se ex sententia nauigaturum?

Ex sententia non fum hero: Id est, nô placeo hero. Plaut. Persa, 2,
Ego neque lubenter seruio, neque satis sum hero ex sententia.

Ex sententia seruire hero. Plaut. Aulul. 17. 3,
Nam qui hero ex sententia seruire seruus postulat:
In herum matura, in se sera condecet capessere.

Ex sententia seruus: Qui acceptus est, & placet. Plaut. Capt. 6,
Nec quenquàm fidelíorem, neque cui plus credat potes
Mittere ad eum, nec qui magis sit seruus ex sententia.

Ex sententia amborum fiat. Plaut. Trucul. 19,
Verùm vtrique mos geratur, amborum ex sententia
Fiat, vt rem gratam videa: hoc accipiendum est quod datur.

Ex sententia succedere, pro Ad votum. Cic. Bruto, 9, Nos te tuúmq; exercitum expectamus: sine quo, vt reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. Idem Cassio, libro 12. 10. Terentius Phormione, 2. 1,
Sed sarsu' omnia ex sententia?

Ex senim. um exhibent n: gotij. Plaut. Pœn. 4, -nimia omnia
Nimium exhibent negotium hominibus ex se.

Ex se hunc reliquit filium. Plaut. Aulul. 3,
Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium.

Ex sese aliud magis habet. Terent. And. 5. 4.

Ex sua quisque parte. Cic. 3. Verr. Se curaturos, vt ex sua quisque parte ne minus dimidium ad Trebonium, &c.

Ex se & ex natura sua. Cic. 1. de Inuent. Vnaquæque ex se, & ex sua natura simpliciter consyderatur.

Ex somno. Celsus lib. 2. cap. 4, Somno non est terribilis neruorum distentio. Timere etiam ex somno, mali morbi est.

Moliri corpora ex somno. Liu. lib. 6. Decad. 4, Affecta labore, ac vigiliis corpora ex somno molíebantur.

Ex sponsio agere. Cic. pro Quinctio.

Ex stirpe arborem excidere. Id est stirpitus. Vlpianus in l. 1. D. de arboribus cædendis.

Ex supero. Lucret. lib. 2,
Ex supero quum præcipitant, &c.

Ex superuacuo aliquem admonere. Seneca epist. 64. Liu. lib. 2, Suspicio ex ipsa re mihi incidit. Terent. Andr. 2. 2,
Redeunti interea ex ipsa re mihi incidit suspicio.

¶Ex tabella pronuntiare, Id est ex scripto. Suet. in Claudio, cap. 15,

¶Ex-tempore. Cicero lib. 2. Officiorum, Quos credimus expedire rem, & consilium ex-tempore capere posse. Plinius epist. 27, Dicit semper ex-tempore, sed tanquam diu scripserit. Sallustius in Iugurtha, Cætera vti res poscerent, ex-tempore parare placuit. Cicero 2. de Oratore, Illud egregium Sestij, & ex-tempore, Manus lauа, inquit, & cœna.

Ex tẽpore aliquo. Cic. 3. Verr. Audimus aliû non ab initio fecisse, sed ex-tẽpore aliquo cõfecisse. De tabularum confectione loquitur.

Ex illo tempore. Virgil. 7. ecloga,
Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

Ex-tempore, Ex temporis conditione. Cicero libro 3. Officiorum, Vnius generis quæstiones sunt hę omnes in quibus officium ex-tempore præritur.

Ex-templo, Id est statim. Plaut. Amphit. 4,
-se exercitum ex templo domum Reducturum. Idẽ Merc. 3,
Sese ex-templo ex ephebis postquam excesserit. Liu. 1. ab Vrbe, Ex-templo aduocato concilio, &c. Cic. 1. de Inuent. Affectio est animi, aut corporis ex-templo aliqua de causa commutatio, &c.

Ex toto, pro In totú. Seneca 3. de Ira, Quædam ex toto euanescent. Sic Plin. lib. 11. cap. 12. Curtius lib. 8.

Ex toto integer. Celsus lib. 3. cap. 4. Integerrimus autem, & ex toto integer est, qui febre omnino caret, quam integritatem Græci ἀπυρεξίαν vocant.

Ex-transuerso quidam adortus transfigit. Liu. 2. ab Vrbe. Et lib. 1, Ex-transuerso impetu facto.

Ex tuto. Liu. 1. Decad. lib. 10, Vrbémque ex tuto rectis itineribus peruiam consyciunt. Idem 3. Decad. lib. 6.

Ex tunc pœnæ reseruatus. Apul. lib. 7. Metam.

¶Ex vano, pro fruſtra. Liu. lib. 7. bel. Pun. Nec spem nec metum ex vano haberet. Item pro falso. Idem lib. 3. bel. Maced. Neque tota ex vano criminatio erat.

Ex verbis tuis. Plaut. Epid. 13, -ex tuis
Verbis meum futurum corium pulchrum prædicas, &c.

Celebrare facta alicuius ex veritate. Tacit. lib. 4, Nec occultum est, quando ex veritate, quãdo adumbrata lætitia facta imperatorum celebrentur.

Ex vero nomine vocor Robertus. Plaut. Sticho, 4.

Ex vero. Macrob. lib. 7. Satur. cap. vlt. Omnia, inquit Eustathius, à Disario & luculentè & ex vero dicta sunt. Id est veré.

Venire ex gratia in inuidiam. Plin. de Viris illust.

Venire ex longinquo. Vide LONGINQVVS.

Ex summis opibus, viribúsque vsque experire, nitere,
Herus vt minor opera tua seruetur. Plaut. Merc. 4.

¶Ex vicini, pro Ex fundo vicini. Figura nota grámaticis, & è Græcis fontibus deriuata. Vlp. l. 1. §. 10. D. de aqua & aqua pluu. Aquam superficientem ex vicini in suum deriuare.

Ex vicino aliquem obseruare. Colum. lib. 1. cap. 6, Villico iuxta ianuam fiat habitatio, vt intrantiú exeuntiúmq; conspectum habeat. Procuratori supra ianuam, ob easdem causas: & is tamen villicum obseruet ex vicino.

Ex vinculis causam dicere, Vide Dicere causam, in DICO.

Ex vino vacillantes. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Ex sua voluntate nancisci sortem. Cic. 3. Verr.

Valde ex voluntate accidere aliquid. Cic. in Pisonem, Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate.

Ex animi voluntate id procedit. Lucret. lib. 2.

Ex sua voluntate facere sibi pecuniam. Cic. 2. de Lege agraria.

Ingredi aliquid ex volúntate alterius. Quintil. in Procem. lib. 6, Hæc Marcelle Victori ex tua voluntate maximè ingressus,

Vorare panem ex iure hesterno. Terent. Eun. 5. 4,
Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent.

Ex voto. Plaut. Sticho, 4,
Vt decumam partem ex voto Herculi polluceam.

Ex vtilitate Reipub. Idem quod ex vsu. Cic. 1. de Inuent. Legem (vt æquum est) ex vtilitate Reip. consyderate. Plin. in Paneg. Plin. lib. 18. cap. 6, Agro empto domum vendendam, inclementer atque non ex vtilitate publici status Mago censuit.

Ex vnis geminæ nuptiæ. Terent. And. 4. 1,
-nam satis credo, si aduigilaueris,
Ex vnis geminas mihi confieies nuptias.

Ex vtraque parte. Lucret. lib. 1,
Cui simul infula virgineos circundata comptus
Ex vtraque pari malarum parte profusa est.

Ex vtero. Plaut. Trucul. 10,
Quid illi ex vtero exitio est, priùs quàm poterat ire in prælium?

Ex vultu cognoscere. Cicero Attico, libro 14. 311, Sed ex vultu & oculis

oculis & fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perspicere potuísses.

Omnibus ex vnus egregius adolescens. Liu. lib. 4. Decad. 5, P. Nasica egregius adolescés omnibus ex vnus, quibus hesterna die pugnari placuit. Hoc est vnus ex omnibus.

Ex vsu. Tacit. lib. 5, Qui plebem primoribus tradidit ex suo vsu.

Ex vsu temporis. Tacit. libro 4, Quum ex vsu temporis huc illuc mearent.

Ex vsu tuo est: Hoc est, in tuam vtilitatem. Plaut. Persa. 16,
Ex tuo inquam vsu est, eme hanc. Terent. 4. 3. Idem Eunuch. 5. 9,
Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vsu tuo
Nemo est. Idem Heaut. 1. 2, -hoc
Scitum est, periculum ex aliis facere tibi quod ex vsu sit.

E X A

Exacerbo, exacerbas, exacerbare, Irritare, ad iracundiam prouocare. Sueton. in Gal. cap. 16, Atque eo quidem nomine omnes qui vbique erant, exacerbauit. Idem in Tib. Cæsare, cap. 62.

Exacerbata superbia. Liu. 9. bel. Pun.

Exacerbare supplicium. Claud. Saturn. in l. aut facta. 5. vlt. de Pœnis, Nonnunquam euenit vt aliquorum supplicia exacerbentur, quoties nimium multis personis grassantibus exemplo opus est.

¶Exacerbatur, absoluté. Modest. in l. famosi. par. vlt. D. ad legẽ Iul. maiest. Crimine maiestatis facto, vel violatis statuis, vel imaginibus, maximè exacerbatur in milites.

Exacerbesco, scis, Valdè acerbus, id est asper, fio, quod ab Exacerbeo, es, fieri constat, licet Acerbeo rarò inueniatur. Apul. in Apologetic. Quis est tam mitis, quin exacerbescat?

Exacésco, exacescis, exacui, exacéscere, Acidum fieri. Colum. libro 12. cap. 17. de aceto. In dolium vel in amphoras conditur, & ibi finitur fermentari: deinde quum exacuit, & remisit liquorem, quicquid est aceti, diligenter colatur, &c.

Exacon ἐκατοντάγωνον πλοῖον Secunda Cétaurij species à Gallis appellata est, quoniã omnia mala medicamẽta potû è corpore exigat per aluũ. Dicitur & fel cerræ, ob insignẽ amaritudinẽ. Author Plin. lib. 25. c. 6.

Exactio. Exactor, Exactus. Vide EXIGO.

Exacuo, exacuis, pen. corr. exacui, exacutum, pen. prod. exacuere, Acutum facere. Plin. lib. 34. cap. 14, Quippe quum in exacuendo oleares cotes & aquariæ æque differant.

Exacuere corticem. Varro 1. de Re rust. cap. 41.

Exacuere dentes etiam dicitur sus. Virgil. 3. Georgicorum,
-dentéque
Sabellicus exacuit sus.

Mucronem in aliquos exacuere. Cicero 3. de Legib. Quis vnquam tam audax, tam inimicus nobis fuisset, vt cogitaret vnquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem Tribunitium exacuisset in nos?

Spicula exacuunt rostris. Virgil. 4. Georg. de apibus.

Vallos exacuere. Virgil. 1. Georgicorum,
Exacuunt alij vallos, furcáque bicornes. Id est repurgant & reformant in altitudinem pristinam. Seruius.

Mentem exacuere ad. Sil. lib. 7,

Misc étque exacuens varia ad conamina mentem.

¶Acetum exacuere, Vide ACETVM.

Aciem oculorum exacuere, Vide ACIES.

Nasturtium exacuit animum: Hoc est, irritat & pungit facultatem animalem quæ in cerebro est. Vnde etiam à naribus torquendis dictum, quòd sternutamenta excitet. Plin. lib. 20. cap. 13.

Animos in bella versíbus exacuere. Horat. de Arte,
-post hos insignis Homerus
Tyrtéusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit.

Sapor exacuit palatum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11,
Non tamen exacuet torpens sapor iste palatum.

Exacuunt visum scarabei virides: Hoc est, perspicaciorẽ & magis acutum reddunt. Plin. lib. 29. cap. 6.

¶Exacuere aliquem, pro Incitare, inflammare. Metaphora sumpta ab iis rebus quæ dum exacuræ sunt, magis pungunt. Plancus ad Cicer. lib. 10. 23. Cic. 1. de Orat. Nec magis ad eos deterrendos qui non possent, quàm ad vos qui possetis exacuendos accommodaui orationem meam.

Cohortari & exacuere aliquem. Cic. Att. lib. 12. 15 2, Et si tibi placebit sic agere de Fano, vt cœpimus, velim cohortêre & exacuas Cluatium.

Inuicem se mutuis exhortationibus exacuere, Vide INVICEM.

Stimulis exacuere aliquem. Claud. de bel. Getico,
At iuuenem stimulis immanibus æmula virtus Exacuit.

Exacuere religionem. Cic. 1. de Legib. Cultúmque deorum & puram religionem susceperit, & exacuerit illam, vt oculorum, sic ingenij etiam ad bona deligenda & reiicienda contraria.

Exacutus, pen. prod. Nomen ex participio. Plin. lib. 18. cap. 18, Latior hęc quarto generi, sed exactior in mucronem fastigiata.

Exacuto, Verbale. Plinius libro 17. cap. 14, Calami exacutio medullam ne nudet.

Ex-aduersum, & ex-aduerso ἐκπαντίκλιν. Vide EX.

Exædifico, exædificas, pen. corr. οἰκοδομέω exædificare, Absoluere ædificationem. Cæs. 1. bel. Ciuil. Quod oppidum Labienus constituerat, suáque pecunia ædificauerat.

Exædificare templum Apollini. Cic. 2. Tusc.

Exædificare atque efficere. Cic. 7. Verr. Etenim vel Capitolium, sicut apud maiores nostros factum est, publicè gratis coactis fabris, operísque imperatis, exædificari atque effici potuit.

Exædificare institutum opus. Cic. 1. de Orat. Non grauêre exædificare id opus quod instituisti.

Mundus diuino consilio exædificatus. Cic. 4. Acad.

¶Exædificare inchoatam ignauiam, per translationem. Hoc est, exacerbare vel continuare. Plaut. Trinum. 4.

¶Exædificare, pro Eiicere domo. Plaut. Trinum. 175,
Nam exædificasset me ex his ædibus si absque te foret. Antiquum.

Exædificatio, Verbale οἰκοδόμημα. Cic. 2. de Orat.

Exædificatus, a, um οἰκοδομημένος. Cic. ad Attic. lib. 1, Dimensa & exædificata animo domus.

Exæquo, exæquas ἰσόω exæquare, Æquum facere, vt Exæquare tumulos tumulis, apud Hirtium de bel. Hispan. lib. 6.

Exæquare ad regulam, pro Exactè conformare. Seneca epist. 20.

Exæquari bonis. Cic. Post red. in Senat. Propterea quòd superiorẽ esse contra improbos, minus est negotij, quàm bonis exæquari.

Exæquari alteri. Liu. 3. bel. Pun. Vetus miles tyroni, liber Voloni sese exæquari sineret.

Exæquare aliquem dignitate cum altero. Cæs. 1. bel. Ciuil. Ipse Pópeius ab inimicis Cæsaris incitatus, quòd neminẽ dignitate secum exæquari volebat, totum se ab eius amicitia auerterat.

Exæquare aliquos. Ouid. 3. Amor. eleg. 7,
At nunc exæquet tetricas licet illa Sabinas, &c.

Exæquat omnium dignitatem pecunia. Cic. ad Attic. lib. 4. 84.

Exæquare omnia. Cic. 3. de Finib. Vidéne verborum gloriam tibi cum Pyrrhone & cum Aristone, qui omnia exæquant, esse communem?

Exæquare pretio omnia iura. Cic. 4. Verr.

Exæquare facta dictis: Hoc est, paria dictis facta ostendere. Sallust. In primis arduum videtur res gestas scribere: primùm quòd facta dictis exæquanda sint.

Nos exæquat victoria cælo. Lucret. lib. 1.

Exæquor, exæquaris, deponens. Ouid. ad Pisonem,
Nos quoque pacata Pisonem laude nitentem
Exæquamur auis.

Exæquatus, pen. prod. Participium. Lucret. lib. 5,
Exæquatáque sunt creperi certamina belli.

Exæquatio, Verbale. Liu. 4. bel. Maced. Hanc, inquit, ipsam exæquationem non fero, illa locuples, &c.

Exæstuo, exæstuas ἐκπυρόω exæstuare, Æstum emittere, & exhalare. Liu. 6. bel. Pun. Incertæ altitudinis vtcunque exæstuat mare. Plin. lib. 37. cap. 2, Exæstuante oceano.

Fundo exæstuat imo. Virgil. 3. Æneid. de Ætna.

Exæstuare æstus. Lucret. lib 6,
Hos igitur tellus omneis exæstuat æstus.
Igne magno exæstuat. Lucan. lib. 5.

Læsus exæstuat acrior ignis, Ouid. 13. Metam.

Exæstuat mens ira. Virgil. 9. Æneidos,
Improperata refert, & mens exæstuat ira. Hoc est, vehementer æstuat.

Vnda exæstuat vorticibus. Virgil. 3. Georg.

Exætio, exæuis, exæuiui, exæuitum, exæuire, pro Desæuire, hoc est desinere sæuire. Liu. Consulem Claudium atrox vis tempestatis adorta, in mentem ingentem adegit. Populoneos inde quum peruenissent, stetit ibi, dum reliquum tempestatis exæuiret. Budæus.

Exaggero, exaggeras, penul. corr. ἐκπαχύνω, ἐπαυξάνω exaggerare, Coaceruare, & in vnum veluti aggerem atque acerum cogere. Plin. lib. 19. cap. 8, Exaggerando aliam accumules.

Exornare & exaggerare. Cic. 2. de Orat. Vt boni quod habeat, id amplectar, exornem, exaggerem, &c.

Exaggerare & Exenuare, contraria. Cic. 5. Tusc. Xenocratem illum grauissimum philosophum exaggerantem tãtopere virtutem, & extenuantem cætera.

Verbis exaggerare aliquod beneficium. Cic. pro Plancio, At enim nimis ego magnum beneficium Plácio, & vt ais, id verbis exaggero.

Iniuriam nostram exaggeramus. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Exaggerare orationem. Cic. 1. de Orat. Veritus es nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses.

Exaggerare rem familiarem, pro Augere. Cic. 1. Offic.

Exaggerare rem, Id est maiorem & atrociorem verbis facere. Cic. pro Cecinna, Et quum ipse sextulam nimium suam exaggeraret, nomine hæredis arbitrum familiæ ercisciundæ postulauit.

Exaggeratus, pen. prod. Participium ἐπηκριβωμένος, ἐπηυξημένος, Exaggeratus virtutibus animus. Cic. in Parad.

Auctæ atque exaggeratæ fortunæ. Cic. 4. in Catil.

Oratio altius exaggerata. Cicero de Claris Orat. Vide Oratio, in ORO.

Exaggeratio, Verbale ἐπήρμωμα πυκνὸν, πλῆθος, ὄγκος Magna coacernatio.

Exaggeratio, Per translationem. Cic. 2. Tusc. Hoc igitur tibi propone amplitudinem animi & quasi quãdam exaggerationem quàm altissimam animi, qui maximè eminet in cõtemnendis & despiciendis doloribus: vnam esse omnium rem pulcherrimam.

Exagito, exagitas, pen. corr. διασφοβέω exagitare, Vehementer vexare, & agitando commouere. Plaut. Merc. 19, Mala bilis cruciat me atque exagitat. Cic. 5. Verr. Nõ solùm orationes, sed etiam fides suas patrias iustius iniuriis exagitati reliquerant.

Lenire & Exagitare, contraria. Sallust. Tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda, quàm exagitanda videbatur.

Exagitare & Contemnere dicendi exagitationem. Cic. 3. de Orat. Hanc dicendi exercitationem exagitarent & contemnerent.

Infectari & exagitare. Cic. Att. lib. 1. 11.

Curas exagitare. Lucan. lib. 8,
-tristes præsagia curas Exagitant.

Turba Diania exagitat fures, Id est canes exagitant fures. Ouid. 5. Fastorum,
Exagitant & Lar & turba Diania fures.

Furores exagitare. Catul. Argonaut.

Furor aliquem exagitat. Seneca Thyeste, 4.

Littora clamor nauticus exagitat. Lucan. lib. 2.

Lustra exagitare ferarum. Sil. lib. 16.

Manes exagitare. Propert. lib. 2. eleg. 9,
Exagitet nostros manes, sectetur & vmbras.

Mœrorem exagitare. Cic. Att. lib. 3. 47, Ne & meum mœrorẽ exagitem, & te in eundem luctum vocem.
Volucres alis Zephyros exagitant. Stat. 3. Thebaid.
Vrbem exagitare clamoribus. Stat. 5. Thebaid.
Di exagitent me, si quicquam, &c. Iurandi modus. Horat. 2. Serm. satyra 6.
¶ Exagitare rem aliquam, pro Disceptationibus excutere & agitare. Cic. pro Cluent. Exagitabantur omnes eius fraudes atque fallaciæ: eo vita in eiusmodi ratione versata aperiebatur.

Exagitatus, pen. prod. Participium {διεξεφημίζω.} vt Spoliati & exagitati aratores. Cic. 5. Verr.
Disputationibus aliquorum exagitatus. Cic. in Orat.
Causa alicuius exagitata concionibus improborum. Cic. Post red. in Senatu, Qui causam Senatus exagitataṁ concionibus improborum. sic sua diligentia multitudini commendauit, vt, &c.
Dissensio multos iam annos exagitata. Cic. pro Sylla, Omnis Pompeianorum colonorúmque dissensio delata ad patronos est, quum iam inueterasset, ac multos annos esset exagitata.
Frænis ora exagitata. Sil. lib. 6.
Lepus aliis exagitatus. Ouid. 3. de Arte,
Credula si fueris, aliæ tua gaudia carpent,
Et lepus hic aliis exagitatus erit. Prouerbium.
Res exagitatæ & in summam inuidiam adductæ. Cic. Lentulo, lib. 1. 1, Vt in rebus multò antè quàm profectus es ab ipso rege, & ab intimis ac domesticis Pompeij clàm exulceratis, deinde palàm à Consularibus exagitatis, & in summam inuidiam adductis ita versamur.

Exagitator, pen. prod. Verbale {διεξεφοβίς.} Cic. in Orat. At ea de seniore scribit Plato, & scribit æqualis, & quidem exagitator omniũ Rhetorum, hunc miratur vnum.

Exagoga, exagogæ, pen. prod. m. g. {ἐξαγωγὴ} Qui educit & exportat. Plaut. Trucul. 11,
Ite hac simul mulieri damnigeruli foras gerrones,
Bonorum exagogæ. Antiquum.
¶ Exagoga, fœm. g. Eductio, prouentus, reditus. Plaut. Trucul. 16.
Idem Rud. 16,
-tẽque oro & quæso, si speras tibi
Hoc anno multum futurum siepe & laserpitium.
Eámque cuenturam exagogam saluam & sospitem. Antiquum.
¶ Exagogen, euectionem interpretatur Festus.

Exagogica {ἐξαγωγικὴ} Vectigalia quædam erant, mercibus ex agricolationẽ exportatis, sicut isagogica alia dicebantur, quum importabantur. Horum meminit Cic. pro Lege Manilia, & Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 8.

EXAGON, Legatus ex familia Psyllorum Romam profectus, quum fama percrebuisset ipsos tactu suctúve leuare serpẽtium morsus, ipsíq; serpentibus terrori esse, à Consulibus in dolium serpentium coniectus experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit. Ex Plin. lib. 28. cap. 3.

Exalbesco, exalbescis {ἀφχρόω} exalbéscere, Pallescere, & colorẽ pristinum in album commutare. Cic. 4. Acad. Siqui fremerent & exalbescerent. Idem 1. de Orat.
Exalbescere metu. Cic. 3. de Orat. Idem 5. de Fin. Ex antiquo poeta versus citatur.

Exalbidus, pen. corr. {ὑπόλευκος} Idem quod albidus: nisi ex præpositio aliquid minuat. Plin. lib. 24. cap. 19, Folia vrticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia. Idem libro 12. cap. 17, Petunt in Helimæos arborem brutam, cupresso fusæ similem, exalbidis ramis. Hoc est veluti albescentibus.
Vina admodum exalbida. Plin. lib. 23. cap. 1.

Exalburnare {ἀπυρόω} Alburnum detrahere. Plin. lib. 16. cap. 40, E reliquis arboribus siccissima lotos, quæ Romæ ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & huic nigricans color.

Exalto, exaltas {ὑψόω} exaltáre, Extollere. Colum. lib. 3. cap. 13, Paribus alternis omissis spatiis, senum pedum latitudinis sulcos dirigunt, fodiúntque, & exaltant in tres pedes. Hoc est, erigunt.

Exaluminatus, penult. prod. Denominatiuum ab alumine: vt Vnio exaluminatus. Plinius libro 9. cap. 35, Summa laus coloris est, exaluminatos vocari. De vnionibus: Id est, ad colorem aluminis accedentes.

Exambio, exambis, exambire, Per ambitum assequi, siue enitisicut eblandiri. Cyprian. lib. 3. epist. 5, Quum comperissem eos qui sacrilegis cõtactibus manus suas atque ora maculassent, vel nefandis libellis nihilominus conscientiam pollu issent, exambire ad martyres passim, confessores quoque importuna & gratiosa deprecatione cor rumpere, &c.

Examen, pen. prod. examinis, neut. gen. {ἔσμὸς} Noua apum soboles, quam parentes ex suis aluearibus ad nouas sedes quærendas exire cogunt, quòd hæ ita vniantur, vt simul ligatæ appareant. Examen, inquit Festus, Est apum cõgregatio. Nec solùm de apibus, sed etiam de vespis, piscibus, & aliis. Cic. de Senect. Nec verò de segetibus solùm, & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed hortis etiam & pomariis, tum pecudum pastu & apum examinibus, & florum omnium varietate. Idem 1. de Finibus, Atque vt apum examina, &c.
Stridor examinis. Ouid. 3. Fastorum,
Audit inexæsa stridorem examinis vlmo.
Apum examen. Iuuen. sat. 13.
Examina infantium. Plin. in Paneg. Aduentante congiarij die, obseruare principis egressum in publicum, insedere examina infantium, &c.
Sic examina seruorum. Cic. de Arusp. resp.
Iuuenum recens examen. Horat. 1. Carm. ode 35.
Piscium examina. Plin. lib. 31. cap. 1.
Pullorum examina. Lucret. lib. 5,
Arboribus quoniam baccæ, glandésque caducæ

Tempestiua dabant pullorum examina subter.
Vatum examina. Stat. 5. Sylu. 3,
Ite pij manes, Graiúmque examina vatum,
Illustrémque animam letheis spargite sertis.
¶ Apibus & multo examine abundare. Virg. 4. Georg.
Prima examina noui reges ducant. Virg. 4. Georgicorum,
Vt quum prima noui ducent examina reges
Vere suo, ludétque fanis emissa iuuentus.
Apes examina condunt. Virgil. 2. Georg.
Taxos examina fugiunt. Virg. 9. Eclog. Nam taxis pastæ apes, mel amarissimum faciunt. Seruius.
Ludunt examina. Virgil. 4. Georgicorum,
At quum incerta volant, cælóque examina ludunt,
Contemnúntque fauos, & frigida tecta relinquunt:
Instabiles animos ludo prohibebis inani.
Pendet examen ramo frondente. Virgil. 7. Æneid.
Regere examen. Horat. 1. epist. 20.
Resonant examina è quercu. Virgil. 7. eclog.
Stridula examina. Claud. 7. Paneg.
¶ Examen, stylus est in lance, siue statera, qui cò exit, quò pondus se vergit. Virgil. lib. 12. Æneidos,
Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, &c. Plin. lib. 17. cap. 22, Inæquali examine. Hæc autẽ bilancis seu stateræ lingua, ab aliis æquamentum, ab aliis libramenti, ab aliis æquilibrium & trutina dicitur.
Improbum examen in trutina castigare. Pers. saty. 1. Hic pro ipso ponderandi actu accipitur.
¶ Examen, metaphoricè, iudicij inuestigatio, inquit Festus.
Vitæ examina posse re. Stat. 3. Sylu. 3,
Ipse viam morum, longæque examina vitæ,
Affatúsque pios, monitúrque sub omnia poscam.

Examino, examinas, pen. corr. {σωθμόομαι, ἐξετάζω, αἰανάρτω} examinare, Scrutari, & veluti ponderare. Plin. epist. 167, Examina singula verba, & expende. Cicero 2. de Orat. Ad ea probanda, quæ non auruicis statera, sed quadam populari trutina examinantur. Idem pro Plancio.
Herbas examinare. Ouid. 14. Metamorphoseos,
Quóve sit in folio, quæ sit concordia mistis
Nouit, & aduertens pensas examinat herbas.
Diligenter examinare verborum omnium pondera. Cicero in Oratore,
Male verum examinat omnis
Corruptus iudex. Horat. 2. Serm. sat. 2.
¶ Examinare dicuntur apes, Id est Vernare. Colum. lib. 11. cap. 14, Ab exortu Vergiliarum ad solistitium examinant aluei.

Examinatio, onis, Verbale. Hinc Examinatio ciuilis apud Iurisconsultos, pro iudicium priuatum, ac pecuniarium. Vlp. l. 1. §. 3. D. de abig. Qui pecora, de quorum proprietate faciebat controuersiam, abegit, ad examinationem ciuilem remittendus est.

Examo, examas, pen. corr. {ὑπερτείνω} examãre, Valde amare. Plautus Truc. 6, Vt ego me ruri iam examauerim, patulum moueri.

EXAMPEVS, Scythiæ fons. Herodotus lib. 4, Inter Borysthenen & Hypanim flumina, locus est nomine Exampeus, ex quo hic amarus fons ortum habet & nomen.

Examurcari {ἐξαμυργίζομαι} oleum dicitur, quando ab amurca defæcatum sit. Apuleius libro 4, Ac dum cælestis vaporis flammis examurcatur.

Examussim, Aduerbium {ἀκριβῶς} Regulariter, inquit Festus: vel vt ait Nonius, examinatè ad regulam, rectè & castigaré. Plautus Menæch. 2,
Vt hanc rem vobis examussim disputem. Idem Amphit. 8,
Næ ista ædepol, si hæc vera loquitur, examussim est optima. Ibidem 16,
Hic examussim rem enarrat.

Exanclo, Vide EXANTLO.

Exangelus {ἐξάγγελος} Cælio citãte, Angelum esse scribit Ammonius eum, qui extrinsecus quidpiam nuntiat: Exangelum, qui quæ intus fiunt extimis prodit, quem diangelum Thucydides vocat. Autangelum, qui ex se nuntiat, non ab alio missus.

Exanguis, & hoc exangue {ἀναίμων} Quod est sine sanguine. Cicero 7. Verr. Ne denique etiam exanguium corpora mortuorum, ne mœror, &c. Liu. 3. bel. Pun. Propè exanguis ruina superincidentium.
Exanguis atque æstuans. Cic. de Arusp. resp. Attamen ignarus ille qui Consules essent, exanguis atque æstuans se è curia repentè proripuit.
Exanguis & confectus. Cic. pro Sextio, Quem quum iacentem & concisum plurimis vulneribus extremo spiritu exanguem & confectum viderent, &c.
Exanguis & mortuus concidit. Cic. in Pisonem, Quum tu nõ solùm quod tibi succederetur, sed quòd Gabinio non succederetur, exanguis & mortuus concidisti. Auxesis.
Metu exanguis. Ouid. 9. Metam.
Visu exangues. Virgil. 2. Æneid. Id est perterrefacti.
¶ Acerui occisorum exangues. Claud. 7. Paneg.
Animæ exangues, Mortuorum animæ. Ouid. 10. Metam.
Artus exangues. Seneca Herc. fur. 6. Lucret. lib. 3.
Immissa morte exangues cæteruæ. Lucan. lib. 2.
Color exanguis. Ouid. 3. Trist. eleg. 1,
Aspicis exangui chartam pallere colore?
Corpora exanguia. Ouid. 3 de Ponto, eleg. 2,
Corpora debentur mœstis exanguia bustis.
Corpus frigidum, exangue. Quintil. in Proœm. lib. 6.
Corpus exangue reddere sepulcro. Virgil. 2. Æneid.
Cuminum exangue, quod pallidos homines efficit. Horatius 1. epist. 20, -quod si
Pallerem casu, biberent exangue cuminum.

Humore

Humore exangues genæ. Cic. 3. Tusc. Lacrymæ peredere humore exanguis genas.
Herbæ exangues. Ouid. 4. Metamorphoseos,
Lutidus exangues pallor conuertit in herbas.
Homo eneruatus atque exanguis. Cic. pro Sext.
Horror exanguis. Claud. 2. in Ruffin.
Membra exanguia. Sil. lib. 7.
Morbus exanguis. Ouid. 15. Metamorphoseos,
Pallidáque exangui squallebant corpora morbo.
Populus exanguis. Stat. 12. Thebaidos,
Irur in exanguem populum, bellísque iacentis Relliquias.
Senectus exanguis. Lucan. lib. 1,
Conferet exanguis quò se post bella senectus?
Tumuli exangues. Claud. 3 de Raptu Proserp.
Vmbræ exangues. Virg 6. Æneid. Id est animæ mortuorum.

Exanimus, exanima, exanimum, & hic & hæc Exanimis, & hoc exanime, pen. corr. {ἄψυχος, ἄπνους} Id est mortuus & anima carens. Liu. lib. 8, Vt vno ictu exanimé equo præcipitaret. Virgil. 6. Æneid. Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles.
Exanimis, Exterritus, & veluti per animi deliquium consternatus. Virgil. 4. Æneidos,
Audiit exanimis, trepidóque exterrita cursu, &c.
Pauidus & exanimis. Horat. 2. Serm. sat. 6,
Currere per totum pauidi conclaue, magísque
Exanimes trepidare.
Artus exanimes. Ouid. 2. Metam. Idem 1. Amorum,
Exanimes artus & membra trementia vidi.
Sternitur, exanimísque tremens procumbit humi bos. Virgilius 5. Æneidos.
Corpus exanime. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Lingua exanimis. Ouid. 11. Metam.
Pallor exanimis. Stat. 12. Thebaid.
Vmbra exanimis. Ouid. in Ibin.
Vultus exanimes. Lucan. lib. 2.
¶ Decidit exanimis. Virgil. 5. Æneid.

Exanimalis, & hoc exanimale, pen. prod. {ἀναιμωτικὸς} Quod animã eripit, vel quod est sine anima. Plaut. Rud. 6,
Ita malè viuo, ita multæ in pectore
Sunt curæ exanimales.

Exanimo, exanimas, penul. corr. {ἐκπλήττω, ἐκφοβίζω, ἀποκτείνω} exanimare, ab Animo deductum, Perterrere, perturbare. Plaut. Cistel. 5. Terent. And. 1. 5,
Oratio hæc me miseram exanimauit metu. Cic. ad Pætum, 9. 15,
Miraris me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuisse?
Exanimare aliquem metu. Terent. And. 1. 5.
Metuentes verbera exanimantur. Horat. 3. Carm. ode 12.
Te metus exanimant iudiciorum atque legum. Cic. in Parad.
Auidos vicinum fumus vt ægros exanimat. Horatius 1. Sermon. satyra 4.
Timentem exanimat. Lucan. lib. 8.
Aliquem exanimare & Inflare, contraria. Horat. 2. epist. 1,
Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru
Exanimat lentus spectator, sedulus inflat.
¶ Exanimare, ab Anima, Occidere, necare, Anima priuare. Curtius, Multos exanimauit rigor insolitus niuis, multorum adussit pedes, plurimorúmque oculis præcipuè perniciabilis fuit. Gellius lib. 3. cap. 15, Anus repentè filio viso, copia atque turba, & quasi ruina incidentis inopinati gaudij, oppressa exanimatáque est. Cæsar 6. belli Gall.
Exanimare, & interimere. Cic. pro Milone, Me quidem Iudices, exanimant & interimunt hæ voces Milonis, quas audio assiduè, &c.
Graui vulnere exanimari. Cic. 2. de Finib. Simulatque ipse graui vulnere exanimari videret se, vt primùm dispexit, quæfuit, &c.

Exanimatus, Participium {ἐκπληκτος} siue Nomen ex participio, Timore conturbatus. Cic. 3. Verr. Hæc vbi filio nuntiata sunt, statim exanimatus ad ædes contendit. Terent. And. 1. 1,
-ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene diffimulatum amorem, & celatum indicat. Idem Phorm. 3. 3,
-quam egò nunc intus scio esse exanimatam metu.
Dolet exanimatus. Stat. 3. Sylu. 1.
Conscientia peccati mutus atque exanimatus ac vix viuus. Cic. 4. Verr. Itaque illum iniuriæ metu, conscientiáque peccati mutum atque exanimatum ac vix viuum relinquo.
Nulla conscientia exanimatus. Cic. pro Milone, Pura mẽte atque integra Milonem nullo scelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla conscientia exanimatum reuertisse.
Agmina exanimata. Virgil. 5. Æneid.
Pectora bello exanimata replere. Stat. 4. Thebaidos,
-tu refugas vires & pectora bello
Exanimata reple.
Verba exiliter exanimata: quibus opponuntur Inflata & anhelata. Cic. 3. de Orat. Nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata grauius. Exanimata, id est efflata, quasi ab exanimatis & penè mortuis edita.
¶ Exanimatus, ab Anima, Mortuus. Liu. lib. 22, Vnam in ipsa porta sospite filio repentè oblato in conspectu eius expirasse ferunt. alteram cui mors filij falsò nuntiata erat, mœstam sedẽtem, ad primum conspectum redeuntis filij, gaudio nimio exanimatam.
Corpora exanimata. Lucret. lib. 6,
Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora nonnunquam posses, retróque videre.

Exanimatio, Verbale {ἔκπληξις} Est quæ metum subsequitur, & quasi comes est pauoris, vt ait Cic. 4. Tusc. Et 1. Offic. Ne in perturbationes atque exanimationes incidamus.

Exanio, exanias {ἐκπνέω} exaniãre, Ab ex, & sanies saniei, compositum verbum. significat saniem & virus exprimere. Celsus lib. 5. cap. 27, Sal quoque his, præcipuéque ei quod canis fecit, medicamentum est, si manus vulneri imponitur, supérque id duobus digitis verberatur: exaniat enim. Colum. lib. 12. cap. 47, Patimur autem nonnunquã tota nocte, & postero die pondere pressam baccam velut exaniari: tum, &c. Alij scribunt Exsanio.

Exanthemata {ἐξανθήματα} A medicis appellantur tumores siue papulæ per totam cutem efflorescentes, præcipuè in pueris, idque beneficio naturæ, corporis profunda expurgantis. Horum duo sunt genera, Sublimia, quæ cutem in manifestum atollunt tumorem, cámq; exulcerant, & pruritum excitant. Vulgus *morbillos* appellat. Et lata, quæ exiguum quidem faciunt tumorem, non tamen exulcerant, neque pruritum excitant. Vulgò *Variola* dicuntur, quòd maculis per totum corpus sparsis, variis cutem inficiant coloribus.

Exantlo, exantlas {ἐξαντλάω} exantlare, Exhaurire, A verbo Græco ἐξαλῶ, quod exhaurire significat. Plaut. Sticho, 4,
Næ iste ædepol vinum poculo pauxillulo
Sæpe exantlauit submetrum scitissimè.
¶ Exantlari, Perfici. Pacuuius Peribœa, Non potest Menalippe hic sine tua opera exantlari clauos. Nonius.
¶ Exantlare, Perpeti vel superare. Plaut. Amphit. 15,
-pertolerarem vitam, cladésque
Exantlarem impatibileis. Lucilius libro 30, Quantáque modo ærumnas, quantósque labores exantlaueris. Cic. 1. Tusc. Idem 2. de Diuinat. Tot nos ad Troiam belli exantlauimus annos.

Exantlatus, a, um, Participium {ἐξαντλαίωμος.} Cic. 4. Acad. Credóque Clitomacho ita scribenti, Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade.

Exaptus, Adiectiuum {σωμμένος} pro valde aptus. vt Brachia exapta validis lacertis. Id est aptata & coniuncta. Lucret. lib. 4.

Exarchiatri {ἐξαρχίατροι} Qui Archiatri dignitate defuncti sunt, in l. 6. C. de Professorib. & Medic. lib. 10. Cod.

Exardeo, exardes, exarsi, exarsum {ἐκπυρόομαι} exardère, Valde inflãmatum esse. Cic. de Amicit. Nisi quædam admodum intolerabilis iniuria ita exarserit, vt neque rectum, neque honestum sit, neque fieri possit, vt non statim alienatio, disiunctióque faciẽda sit.
Actius exarsit. Cic. 1. de Diuinat. Inest igitur animis præsagio extrinsecus iniecta, atque inclusa diuinitus: ea si exarsit actius, furor appellatur. Ouid. 2. de Arte.
Grauiter exarsit. Id est iratus est. Cic. 3. de Orat.
Ad libertatis recuperandæ cupiditatem exarsisse. Cic. 11. Philipp.
Ad spem libertatis exarsimus. Cic. 4. Philipp.
Contra aliquem exardere. Cic. 5. Tusc. Contra quorum disciplinam ingenium eius exarserat.
In omni genere amplificationis exardere. Cic. in Orat. Ius omne retinendæ maiestatis Rabirij causa continebatur: ergo in omni genere amplificationis exarsimus.
Exardere in iras. Martial. lib. 1.
Cupidine exarsit nouæ formæ. Ouid. 4. Metam.
Exardere ira & indignatione: Hoc est, veluti excandescere. Liuius 5. bel. Maced. Cic. 4. Verr. Exarsit iracundia ac stomacho. Plin. lib. 33. cap. 1. Ouid. 13. Metam.
Sibilis vulgi exardere. Cic. Att. lib. 2. 36, Nunc verò sibilis vulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italiæ vereor ne exarserint.
¶ Exarsit admiratio. Plin. lib. 37. in Proœm. Quæ fuerit origo gemmarum, & quibus initiis intantum hæc admiratio exarserit, diximus quadantenus in mentione auri & anaulorum.
Exarsit ambitio magis quàm vnquam aliás. Liu. 5. bel. Maced.
Exarsit dies. Martial. lib. 3.
Exarsit dolor, vrgere illi vt nos loco mouerent. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 7.
Dolor exarsit in imis ossibus. Virgil. 5. Æneid.
Ignes exarsere animo. Virgil. 2. Æneid. Ignes, Iræ.
Repentè ista importunitas inauditi sceleris exarsit. Cicero pro Sylla.
Tota Italia desyderio libertatis exarsit. Cic. 10. Philipp.
Tempus illud exarsit ad innocentium periculum. Cic. pro Rabir. Posth. Etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat.

Exardesco, exardescis {ἐξαφθαλόομαι} exardescere, Ardentem fieri. Cic. 2. de Orat. Nulla materies tam facilis ad exardescendum, quæ nisi admoto igni, ignem concipere possit. Plin. lib. 13. cap. 25.
Excipere flammam & exardescere. Cic. de Arusp. resp. In me cognitorem harum omnium rerum illa flamma illorum tẽporum conniciebatur. Excepi, & pro patria solus exarsi.
Ad aliquid, aut ad aliquem exardescere. Cic. 3. Verr. Homo vt hæc audiuit, sic exarsit ad id quod non modò ipse nunquam videtat, sed, &c. Id est amore capi.
Iracundia exardescere. Cic. Lentulo, lib. 14.
Amor exardescit. Cicero de Amic. Ex quo eorum exardescit siue amor, siue amicitia.
Exardescit ira. Cic. 2. Tusc.
Exardescit admirabilis quædam beneuolentiæ magnitudo. Cic. de Amicit.

Exareno, exarenas, penult. prod. {ἐξαμμόω} exarenâre, Expurgare & arenulas igni vel aliter auferre ex ære, quod quidam exsquammare dicunt. Plinius lib. 33. cap. 3, Postea exarenatur, an satis decoctum sit splendore deprehendente, iterúmque exhalatur igni, &c. De ære inaurando loquitur.

Exareo, exares, pen. prod. siue exareſco, exareſcis {ἀφάρομαι} exarescere, Siccum esse, siue fieri.
Exarescere ex amore. Plaut. Milit. 10,
Neque dum exarui ex amore rebúsque voluptariis.
Exaruit diuturna miseria filius. Cic. ad Attic. lib. 10. 205.
Exaruerunt amnes. Cic. in Pisonem.
Sole & vento penitus siccari & exarescere. Colum. lib. 3. cap. 11.
Exarescere siti. Cic. de Claris Orat.

Lacrymæ diuturna miſeria exareſcunt. Cic.Att.lib.10, Atque hæc ita multis cum lacrymis loquebatur, vt ego mirarer eas tam diuturna miſeria non exaruiſſe.

Lacus & ſtagna licet interdum creſcant, interdum exareſcant, ſuos terminos tamen retinent. Calliſtrat.in l.lacus. D.de acquir.rer. dominio.

Facultas orationis exaruiſſe dicitur.Cic.Pœto,lib.9.18,Deinde ipſa illa ſiqua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem,exaruiſſet.

¶Exaruit veruſtate opinio. Cic. 3. Tuſc. Huic erat illa opinio quotidie recens: quæ tum denique non appellabatur recens,quum veruſtate exaruit.

Exaruerunt orationes Galbæ. Cic.de Claris Orat. Id eſt iam non vigent propter antiquitatem quam redolent.

Veruſ vrbanitas exaruit.Cic.Curioni,lib.7.32,Vides enim exaruiſſe iam vererem vrbanitatem.

Exareſco,pen.prod. exareſis {ἐξαυχμῶμαι} exareſieri,Aridum fieri: vt de ſuco marino dicit Plin.lib.26.cap.10, Sed omnibus articulorũ morbis impoſitus prius quàm exareſiat.

Exargentare,in pecuniam redigere ſignificat.Ex Alciato.

Exarmo,exarmas {ἀφοπλίζω} exarmare, Armis ſpoliare.Suetonius in Domitiano, cap.15, Mineruam quam ſuperſtitioſe colebat, ſomniauit excedere ſacrario, neganténque vltra ſe eum tueri poſſe, quòd exarmata eſſet à Ioue. Tacit. lib. 17, Longinum manibus coercent exarmántque.

Exarmare ducem.Stat.6. Thebaidos,
-turbatos arripit enſe
Arcadas,exarmárque ducem.
Legiones exarmare. Tacit.lib.18.

Exarmare nauem, Armamentis ſpoliare. Papinianus in l.2. D.ad l.Rhod.de iactu. Budæus.

Exarmare accuſationem. Plin.lib.3.epiſtolarum metaphoricãs dixit,pro Debilitare & infirmare. Budæus.

¶Exarmare feras, Hoc eſt dentes, vngues,vel alia noxia membra eis adimere. Vnde exarmatæ beſtiæ, pro cicuribus & manſuefactis ponuntur. Lamprid.in Heliog. Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis, &c. Budæus.

Exarmatus, penult. prod. Participium {ἀφοπλισμένος.} Statius 3. Thebaidos,
-pallentes agar exarmatus ad vmbras.
Æquor exarmatum.Claud.epigram.31,
Hîc exarmatum terris cingentibus æquor
Clauditur,& placidam diſcit ſeruare quietem.

Exaro,exaras,pen.corr. {ἐξαροῦμαι,ἀπὸ χαράττω} exarare, Arare,aut perfecte arare.

Exarare frumentum. Hoc eſt aratione percipere quantum frumẽti producere poſſit ager vnus. Cic.5.Verr. Hæ literę Iudices, L.Metelli,quas audiſtis, hoc quantum eſt,ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt. Idem 7.Verr.

Exarare radices.Plin.lib.17.cap.18.Hoc eſt eruere,effodere.

¶Exarare,per trãſlationem, ſignificat ſcribere.qui enim ſtylo ſcribunt in codicillis, hi quaſi ſulcos inſtar aratorum ducere videntur. Cic.Att.lib.12.232, Vndecimo die poſtquam à te diſceſſeram,hoc literularum exaraui egrediens é villa ante lucem. Plin.epiſt.12.4.lib.7, Perquàm exiguo temporis momento, idipſum,quod me ad ſcribendum ſolicitauerat,his verſibus exaraui. Cic.ad Attic.lib.13.290,Ante lucem quum ſcriberem contra Epicureos,de eodem oleo & opera exaraui neſcio quid ad te, & ante lucem dedi.

Notas exarare.Ouid.3.de Ponto,eleg.2,
Ad frarrem ſcripras exarat illa notas.

Senectus frontem rugis exarat.Horat.Epod.8.

¶Exaratus deus,Id eſt arando effoſſus.Cicero 2.de Diuinat.Eſtne quiſquam ita deſipiens, qui credat exaratum eſſe deum dicam,an hominem? Et paulo pòſt,De Tagete.

¶Exarare,Delere: ductum ex more aratri ducẽdi,dirutis vrbibus. Paul.l.4.§.4.D.fin.regund.Si dicantur termini deiecti vel exarati,iudex,qui de crimine cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poteſt. Cic.lib de Legib.2, Quum multa in eo loco ſepulcra fuiſſent,exarata ſunt.

Exaſcio,exaſcias {σπουδάζω} exaſciare, Dedolare, diſponere, dolabra & aſcia parare, nondum tamen expolire. Exaſciatum dicitur quod iam affectum eſt,quanquam nondum confectum ſit. Vulgò *Ebochare* vocant artifices. Budæus.

¶Exaſciare,per tranſlationem, pro Rudi Minerua expolire, dixit Plaut.Aſin.7,
Iam hoc opus eſt exaſciatum. Id eſt iam fieri cœptum eſt.

Exaſpero,exaſperas,pen.corr. {ἐπιτρέπω, διαπείρω} exaſperare,Aſperiorem facere. Plin.lib.23. cap.4, Fauces exaſperat, & venena omnia hebetat. Varro 1.de Re ruſt. cap.52, Id fit è tabula lapidibus aut ferro exaſperata.

Exaſperatæ arteriæ.Plin.lib.22.cap.24.
Enſem exaſperare ſaxo.Sil.lib.4.
Concuſſas Triton exaſperat vndas. Ouid.2.Amor.eleg.11. Idem 5.Metamorphoſeos,
Aſſimulare freto poſſis quod ſæua quietum
Ventorum rabies motis exaſperat vndis.

Exaſperare rem verbis.Quintil.lib.4.

¶Exaſperare,pro Concitare & irritare.Colum.lib.9.cap.15. Celſ. Itaque ſiqua ſunt quæ exaſperatura eorum animos ſunt, optimum eſt ea eorum notitiæ ſubtrahere.

Exaſperatus animo. Liu.8.bel.Pun.Ad quorum primum aduẽtum exaſperaui animo, mox ipſis placido ſermone permulcẽtibus notos, cum quibus congreſſi erant,leniti ſunt.

Animi exaſperati.Liu.Decad.4.lib.3.

Comprimere,ac ſedare exaſperatos. Liu.lib.2.Dec.5,Magis è Repub.viſum erat comprimi,ac ſedari exaſperatos Ligures.

Exatio,exatias {καρήνυμι} exatiare, Idem quod ſatiare. Liu.8.bel.Maced. Pop.Rom. ne morte quidem P. Scipionis exatiari, niſi & ipſius fama ſepulti laceretur.

Enſes exatiare cruore.Sil.lib.7.
Corda exatiata cruore.Sil.lib.16.
Clade domus exatiata.Ouid.8.Metam. De Diana.

Exaturo,exaturas,penult.corr. {καρηνύσω,καρῶ} exaturâre, Idem quod ſaturare.

Exaturare animum alicuius ſupplicio,&c.per tranſlationem.Cic. 7.Verr.

Dolorem exaturare damnis.Stat.6.Thebaid.
Exaturauimus tela Stat.9.Thebaid.
Oculos exaturata.Stat.6.Thebaid.
Exaturata libido.Cic.5. Tuſcul.de Sardanapalo,

Hæc habui quæ edi,quæque exaturata libido Hauſit.

Exaturandus {καρηδιστέον.} Ouid.5.Metamorphoſeos,
Sed quæ viſceribus veniebat bellua ponti
Exaturanda meis.

Exauctoro, Vide EX AVTHORO.

Exaudio,exaudis,exaudiui,exauditum,penul.prod. {κατακούω,εἰσακούω} exaudire, Idem quod perfectè audire. vt, Exaudire vocem alicuius. Varro 1.de Re ruſt.cap.69. Cic.ad Attic.lib.4.77,Dic oro te clarius: vix enim mihi exaudiſſe videor.

Attendere & exaudire. Cic. in Orat. Sed non attendimus, neque exaudimus noſmetipſos.

Vt idem omnes exaudiant,voce clariſſima dicam. Cic.pro Sylla.

Quæ exaudio,diſſimulare non poſſum.Cic.4.in Catil.

Exaudire clamorem. Terent.Hecyra.
Hinnitum equi exaudire.Cic.1.de Diuinat.
Taciræ mentis exaudi preces.Seneca Hippol.5.
Supplicis exaudi preces.Ouid.13.Metamorph. Idem 2.de Ponto, elegia 9,
Supplicis exaudi iuuenum mitiſſime vocem.
Verba exaudi mea.Seneca Hippol.12.
Voces aliquorum exaudire.Cic.1.in Catil.
Vota & preces alicuius exaudire dicitur Deus.Virg.1.Æneidos,
-& multi exaudita deorum
Vota,precéſque meæ.

¶Exaudio,pro Intelligo. Celſus in l.Labeo.D.de ſupellect. legat. Non enim ex opinionibus ſingulorum, ſed ex communi vſu nomina exaudiri debere.

Exauditus,penult.prod. Participium {εἰσηκουσμένος.} Author ad Herenn. libro 2.

Clamores exauditi.Cic.Att.lib.1.9.
Monitor non exauditus.Horat.1.epiſt.21.
Vota exaudita parentis.Stat.11. Thebaid.
Vox exaudita per lucos.Virgil.1.Georg.
Vox naturæ exaudita.Cic.1.de Finib.

Exaugeo,exauges,exauxi,exauctum {ἐπαύξω} exaugêre, Valde augere.Plaut.Stich.5,
-egenti
Heræ ſubueni,benefacta maiorum tuorum exauge.

Exaugere animum alicuius. Terent.Heaut.2.2,
Concurrunt multæ opiniones,quæ mihi animum exaugeant:
Locus,occaſio,ætas.

Exauguro,exauguras, pen. corr. {ἐξοιωνίζομαι} exaugurâre, Ex ſacro prophanum reddere:cui contrarium eſt Inaugurare. Solebant enim veteres etiam ſua templa auguriis ſanctiora reddere. Liu.1.ab Vrbe, Et vt libera à cæteris religionibus area eſſet tota Iouis, templiſq; eius quod inædificaretur, exaugurare fana ſacellâque ſtatuit: quæ aliquot ibi à Tatio rege primùm in ipſo diſcrimine aduerſus Romulum pugnæ vota conſecrata, inauguratáque poſtea fuerant. Inter principia condendi huius operis,mouiſſe numen ad iudicandam tanti imperij molem traditur deos.Nam quum omnium ſacellorum exauguriationes admitterent aues, in Termini fano non addixere. Id eſt, quum omnibus ſacellis aliis felix augurium præberent,& ſubſiſterent.

Exauguratio, Verbale {ἐξοιωνισμός.} Vide in EXAVGVRO.

Exauſpico,exauſpicas,pen.corr.exauſpicauis, exauſpicatum {κατοπτεύομαι} exauſpicâre. Plaut.Capt.123 Exauſpicaui ex vinculis,nunc intelligo Redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuò.Id eſt malo auſpicio huc proceſſi, vtique qui à vinculis, in quibus eram, initium viæ cepi: propterea redauſpicare, hoc eſt regredi in catenas, quaſi iterum auſpicandum, & feliciorem viam inceptandam mihi neceſſe video.

Exauthoro,exauthoras,pen.prod. {ἀποστρατεύω} exauthorare,Authoratum & adſtrictum dimittere,& abire ſinere, & ſuo arbitrio reddere:id quod citra ignominiam fieri poteſt. Liuius lib.8.ab Vrbe, Sine commeatu vagi milites in pacato, in hoſtico erent, immemores ſacramenti,licentia ſola ſe vbi velint, exauthorent. Idem libro 6.belli Macedon.Poſtero die concione aduocata de rebus ab ſe geſtis quum diſſeruiſſet, milites exauthoratos dimiſit. Idem lib.5.bel.Pun. Veluc exauthoratus morte ducis,ab ſignis deceſſit. Vlpianus interpretatur exauthorare, inſignia militaria detrahere, quod cum infamia conficitur,vt eſt apud Lampridium in Alexandro,qui de exauthorata vna legione loquens,ita inquit,Quum nihilominus poſt iſta fremerent, exclamauit, Quirites diſcedite,atque arma deponite.mirando exemplo, depoſitis armis, depoſitis etiam ſagulis militaribus, non ad caſtra, ſed ad diuerſoria varia diſceſſerunt. Et paulo pòſt, Eam tamen legionem quam exauthorauerãt,&c.loco ſuo reſtituit. Ex Budæo.

Addit ſolùm interdum ablatiuus bello aut armis:quia per tranſlationem aliis quoque rebus dicitur quis exauthorari. Quintil. Declam.3,Pater huius poſt fractum Iugurtham exauthoratas bellis manus ruſtico labore ſubigit.

Exauthorantur propriè qui ſoluuntur ſtipendio, neque tamen dimittuntur:ſed habentur ſub vexillo,non ſub aquila, aut ſignis legionis:neque iam legionarij ſunt, retinentur tamen,donec emerita ſoluantur,aut agri aſſignentur. Hæc Turnebus.

Exbaliſto,

Exbaliſto, exbaliſtas {ἐκπαλτεύζω} exbaliſtare, Baliſta deiicere. Exbaliſtare,Decipere. Plaut.Pſeud.8,

Num inimicum ego hunc communem, meum atque noſtrorum omnium
Ballionem exbaliſto lepidè? Antiquum, & inuſtatum.

E X C

Excæco,excæcas {ἐκπηρόω} excæcare, Idem quod cæcare, & oculos eruere. Plin.lib.17.cap.22, Quidam tunc excæcant eum ſupina falce auferendo oculos. Idem lib.20.cap.18. De papauere.

¶Excæcare aliquem,per tranſlationem. Cic.4.Acad.Num ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus?

Limus venas excæcat in vndis.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.

Excalceo,excalceas {ὑπολύω} excalceâre, Calceos detrahere.Sueton. in Vitell.cap.2, Claudium vxoribus libertiſque addictum,ne qua nõ arte demereretur, pro maximo munere à Meſſalina petiit,vt ſibi pedes præberet excalceandos. Martial.lib.12.84,Excalceatus ire cœpit ad cœnam.

Excalceor,pro Excalceo,antiquum. Varro Pſeudolo, Nã in oppido,quæ eſt ædes Apollinis,& quæ ibi ad Herculis introeat, nemo ſe excalceatur. Antiquum.

Excalefacio, ſiue excalfacio, excalfacis, detracto e ante f, excalfeci, pen.prod.excalfactum {ἐκθερμαίνω} excalfácere, Vehementer calfacere. Plinius lib.21.cap.20, Vrinas magis excalefacit, quàm crocum ipſum. Ibidem,cap.21.

Excalfacere algores.Plin.lib.22.cap.23.

Excalfio,pen.prod.excalfis,excalfieri,pen.corr. Plin.lib.24.cap.7, Quũ quid ſiccari excalfierívе opus ſit.

Excalfactio,Verbale {ἐκθέρμανσις.} Plin.lib.31.cap.9.

Excalfactorius, Adiectiuum {θερμαντικός.} vt Excalfactoria roſa, quæ excalfacit. Plinius libro 21. cap.18. Et Excalfactoria vis, Idem libro 23.cap.4.

Excalpo,excalpis,excalpſi,excalptũ {ἐκγλύφω} excalpere, Idem quod ſcalpere. Cato cap.18,de ædificatione torcularis,Arbores craſſas pedes duos,altas pedes nouem,cum cardinibus:foramina longa pedes tres ſemis, & excalpta digitos ſex. Quintil.lib.3, Excalpere ſignum ex molari lapide.

Excandefacio,excandefacis, pen.corr. {ἐκπυρόω} excandefacere,Aliquid ita incendere & inflammare,vt album candidum videatur.

¶Excandefacere annonam,per metaphoram. Varro 3.de Re ruſt. cap.2. Id eſt incendere & reddere cariorem annonam.

Excandeſco,excandeſcis,excandui {ἐκπυρόομαι, θυμόομαι} excandeſcere,Vehementer incendi,inflammarique. Cato de Re ruſtica,cap.95, Nam ſi in tecto coquas, quum bitumen & ſulphur additum eſt, excandeſcet.

Excandeſcere, transfertur etiam ad iram, quòd ea velut igne animus incendatur. Colum.lib.7.cap.12, Vt nonnunquam etiam cõſeruos iratius increpantur,ſemper excandeſcant in exteros. Cæl.Cic.lib. 8.12,Id poſtquam reſciit,excanduit. Plin.epiſt.90.lib.4.

Ira excandeſcere.Cic.4. Tuſcul.Hæc vllam habent vim,niſi ira excanduit fortitudo.

Verbis excandeſcere.Quintil.lib.5.cap.10.

Excandeſcentia, huius excandeſcentiæ {θύμωσις} ab Apuleio de dog. Platonis, appellatur ea animi pars, quæ irritabilis eſt, habens domicilium in corde, quam alio nomine iraſcentiam nominant. Cic.lib. 4. Tuſculan. Libidini ira, excandeſcentia, odium, inimicitiæ, diſcordia. Ibidem, Excandeſcentia autem ſit ira naſcens, & modò exiſtens.

Excanto,excantas {κατᾴδω, κατακρούω} excantâre,Idem quod incãtare.Plin.lib.28.cap.2, Qui fruges excantaſſet.

¶Excantare,Id eſt cantionibus è loco aliquo euocare.Propert.lib. 3. elegia 3, Vt per te clauſas ſciat excantare puellas, &c. Horatius Epod.5,

Quæ ſydera excantata voce Theſſala,
Lunámque cælo deripit.

¶Excantare, Excludere, inquit Nonius. Plaut.Bacch. Nam credo cuiuis excantare cor poteſt. Lucilius ſatyr. lib.2, Quæ ego nunc Æmylio præcanto, atque exigo, atque excanto. Varro Eudæmonibus,Vbi vident ſe cantando ex ara excantare non poſſe,deripere incipiunt. Antiquum.

Excarnifico,excarnificas,pen corr. {ἐξαυτόω} excarnificâre, A carnifice.Sueton.in Vitell.Apud Gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus atque confectus eſt. Cic.3.de Nat.deor. Anaxarcum Democriteum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus.

¶Excarnificare,per tranſlationem excruciare. Terent.Heaut.4.6, Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere vbi me excarnifices.

Excauo,excauas,penul.corr. {κοιλαίνω} excauâre,Idem quod cauare. Cic.6.Verr.Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi,trullatilia ſunt excauata anatum ſtabula. Plin.lib.10.cap.33.

Excauatio,Verbale {κοίλωσις.} Seneca 4.Natur.quæſt.Stillicidij caſus lapidem cauat:& hæc ipſa excauatio rotunda ſit.

Excedo,excedis,pen.prod. exceſſi, exceſſum {ἐκχωρέω, ὑποχωρέω} excédere, Egredi ſignificat,teſte Feſto.

Abire,excedere,euadere,erumpere. Cic.2.in Catil.Abiit,exceſſit, euaſit, erupit: nulla iam pernicies à monſtro illo atque prodigio mœnibus ipſis intra mœnia comparabitur.

Excedere acie,prælio,vel è prælio,& ex acie.Liu.4.ab Vrbe. Cæſ. 4.bel.Gall. Liu.2.ab Vrbe.

Excedere de medio. Terent.Phorm.5.8. Id eſt mori,
-bono animo es,
Ego redigam vos in gratiam,hoc fretus Chreme,
Quum de medio exceſſit,vnde hæc ſuſcepta eſt tibi.

Excedere ex loco.Id eſt mori. Terent.And.4.5,

Mane,caue quoquam ex iſthoc exceſſis loco.

Excedere è via,vel ex via.Cæſ.5.bel.Gall.

Ex vrbe excedere. Cic.1.Philip. Turpe mihi ipſi videbatur,in eam

vrbem me audere reuerti,ex qua Brutus excederet.

Excedere extra. Cic.de Vniuerſ.Sic in omni mundo partes omnes collocatæ ſunt,vt nulla pars huiuſce generis excederet extra.

In locum aliquem excedere. Cic. in Salluſt. Eius enim partis erat exemplar Salluſtius:quò tanquam in imãm voraginem cœtus omnium vitiorum exceſſerat.

Exceſſit res in magnum certamen.Liu.4.bel.Macedon.Interceſſit res parua dictu:ſed quæ ſtudiis in magnum certamen exceſſerit.

Cælo excedit lucifer.Ouid.11.Metam.

Excedere domo. Cæſ.4. bel.Gall. Nam cum omnibus ſuis domo exceſſerant,Rhenúmque tranſierant.

Excedere finibus. Cæſ.4.bel.Gall.

Finibus prouinciæ excedere. Aſinius Pollio Ciceroni, lib.8.32,Finibus meæ prouinciæ nunquam exceſſi.

Foribus excedere.Ouid.4.Metam.
Muros patrios excedere.Lucan.lib.1.
Patria excedere.Virgil.1.Æneid.
Pugna excedere.Virgil.5.Æneid.

Excedere quatuordecim dies morbus dicitur.Celſ.lib.3.cap.23.

Regione viarum excedere.Virgil.2.Æneid.
Regnis exceſſit auitis.Virgil.3.Georg.

Excedere Roma, vel Italia. Liuius 2. ab Vrbe. Cæſar 1. belli Ciuilis.

Sedibus nefandis excedere.Stat.11. Thebaid.
Tectis excedere.Ouid.2.Metam.
Terra ſcelerata excedere.Virgil.3.Æneid.
Excedere vrbe.Cic.ad Brutum.

¶Exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo.Plaut.Bacchid.2,

Iam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo.

Excedit è corpore animus. Cic.1. Tuſcul. Si te fortè hoc delectat, poſſe animos quum è corporibus exceſſerint,in cælum, quaſi in domicilium ſuum peruenire.

Exceſſit annos decem. Columella libro 6. cap. 21. Plinius epiſt. 25, Annum tertium & octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate.

Excedunt in eum annum: Hoc eſt reducuntur, & veluti excedentia tranſmittuntur ex vno anno in alium. Liuius 10.bel.Pun.Hæc eo anno in Africa geſta. Inſequentia excedunt in eum annum quo M. Seruilius Geminus,qui tum Magiſter Equitum erat, & T. Claudius Nero cos 55.facti ſunt.

Ceriſu excedere.Stat.3.Sylu.3.

Exceſſit ex corde cura. Terent.Hecy.3,
Hem iſtoc verbo animus mihi rediit,& cura ex corde exceſſit.

Exceſſit dominatus, & Alius exortus, contraria. Cic.in Paradox. Quid quú cupiditatis dominatus exceſſit,& alius eſt dominus exortus ex conſcientia peccatorum timor?

Excedere ex ephebis. Terent.And.1.2,
Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis,

Excedit fidem impudens cura qua,&c.Plin.lib.28.cap.5.

Fidem exceſſit ſumma tuorum meritorum.Ouid.7.Metam.

Excedunt quadragenos denarios libræ. Plinius lib.13.cap.3.de vnguentis.

Non excedunt in modium vicenas libras.Plin.lib.18.cap.7.

Excedit magnitudinem fabæ.Plin.lib.12.cap.5.

Exceſſit è memoria. Liu.6.bel.Pun. Iam è memoria exceſſit, quo tempore, & in qua fortuna, à Populo Romano defecerimus? Id eſt, obliti ſumus.

Metum exceſſere mea bona.Ouid.6.Metamorphoſeos,
Maior ſum quàm cui poſſit fortuna nocere.

Exceſſere metum mea iam bona.

Excedere modum. Liuius 3.ab Vrbe. Idem 6.bel.Pun.Multa alia eiuſdem generis,alia vera, alia aſſimulata, admirationis humanæ in eo iuuene exceſſerant modum.

Olympus excedit nubes,Id eſt cælum eſt ſupra nubes.Lucan.2.

Excedere officium.Plin.epiſt.264.

Notæ exceſſere de pectore.Ouid.6.Metamorphoſeos,
-neque adhuc de pectore,cædis
Exceſſere notæ,ſignatáque ſanguine pluma eſt.

Peſtes excedunt.Virgil.6.Æneidos,
-nec funditus omnes
Corporeæ excedunt peſtes.

Pudorem iuſtum excedere.Stat.5.Sylu.5,
Dicor & in lacrymis iuſtum exceſſiſſe pudorem.

Excedere ex pueris. Cic. pro Archia, Vt primùm ex pueris exceſſit Archias, atque ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet,&c.

Exceſſit res ad publicam querimoniam. Liu.5.bel. Pun. Primò ſecretæ bonorum indignationes euadiebantur:deinde ad Patres etiã, & ad publicam querimoniam exceſſit res.

Excedit aurium ſenſum.Plin.lib.2.cap.3.

Excedere vita,vel è vita,pro Mori.Cic.de Claris Orat.Sed ad eos, ſi placet, qui vita exceſſerunt, reuertamur. Idem 9.Philipp. Et de Amicit.

Excedere è vita,& Manere in vita,cõtraria. Cic.3.de Finib.Ex quo apparet & officium ſapientis eſſe, aliquando excedere è vita, quum beatus ſit:& ſtulti,manere in vita,quum ſit miſer.

¶Excedere, pro Exire, quod Gallicè dicimus, *Sortir hors*. Celſus lib.7.cap.14.ad finem,de vitiis vmbilici, Neque id ſatis eſt,ſed aluus quoque ei ducenda eſt,quò facilius omnia quæ exceſſerunt, intra aluum conſidant.

¶Excedere, abſolutè. Cic. Poſt reditum in Senatu, Quo quidem tempore quum is exceſſiſſet qui cædi & flammæ vobis authoribus reſtiterat,&c.

Exceſſus, huius exceſſus {ὑποχώρησις} Verbale, vt Exceſſus è vita. Cic. 3.de Finib. In his & exceſſum è vita, & in vita manſionem. Idem 2. Tuſculan.

¶Excessus, Absolutè, pro morte positum inuenitur. Cic.lib.1.de Legib. Certè non longè à tuis ædibus inambulans, post excessum suum Romulus Iulio Proculo dixit se deum esse.

¶Excessus vocabulum Alciatus in Parergis monuit, veteres pro digressione quadam accipere: vel quú quis altius rem petit: vel quum capta occasione aliquid extra argumentum dicitur. Vsus est Marcell. in l.tam dubitari non potest. D.de hæred.instit.

Excello, excellis, excellui, excelsum {διαφέρειν, ὑπερέχειν, ὑπερτερεῖν, ὑπερβάλλειν} excéllere, Est vt ait Festus, in altum tollere.

Excellere, Præstare, antecellere, eminere. Cic.1.de Diuin. Telmesus in Caria est, in qua vrbe excellit Aruspicum disciplina. Idem de Amicit. Non enim tu possis, quantumuis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere.

Excellere & præstare. Cic.pro Plancio, Est enim in virtute multis ascensus, vti is gloria maximè excellat qui virtute plurimum præstat.

In gloria esse, & excellere. Cic.1.de Diuinat. Vt igitur nunc minore gloria est, quia minus oraculorum veritas excellit: sic tũc nisi summa veritate in tanta gloria non fuisset. De oraculo Delphico.

Excellere super omnes alios. Liu.8.bel.Pun.

Multum excellui, Vide MVLTVS.

Excellere in re aliqua. Cic.de Amicit. Idem 1.Academ. Præsertim quum & ipse in eo excellas.

Longè aliis excellere in aliqua re. Cic.2.de Orat.

In aliquo genere virtutis excellere. Cic. Bruto, lib.11.21.

In scientia excellere, pulchrum. Cic.1. Offic.

Excellere inter aliquos. Cic. 1. de Inuent. Vt inter quos posset excellere, cum iis se pateretur æquari.

Inter omnes vnum excellere. Cicero in Orat. In Oratoribus verò Græcis quidem, admirabile est quantum inter omnes vnus excellat.

Præter cæteros in aliqua re excellere. Cic.2.de Orat.

¶Excellere animo. Cic.4.de Finib. Consilio, ad Atticum, lib.1.12. Ingenio, 1. Tusculan. Vitijs, 1.de Legibus. Dignitate, Cæsar 6.belli Gall.

Excellere cæteris, Id est excedere cæteros, vel præstare cæteris. Cic.pro Lege Manil. Hic miramur hunc hominem tantum excellere cæteris, cuius, &c.

Dignitate cæteris excellere. Cic. Vt is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par esse videatur.

Fama bona excellere. Lucret.lib.6.

Ingenio scientiáque excellere. Cic.4.Acad.

Excellere opibus. Liu.4.bel.Maced.

Rebus omnibus excellere. Lucret.lib.1.

Aliquem pluribus rebus excellere. Cic.de Claris Orat.

¶Excellere, etiam in malam partẽ accipitur. Cic.in Pisonem, Non enim dubito quin quum hæc excellunt, me nosse videas, non existimes, mediam illam partem & turbam flagitiorum tuorum mihi esse inauditam.

Excellens, Participium {ὑπερέχων, ὑπερτερῶν.} Cic.ad Lentulum, lib.1.7, Virum enim excellentem, & tibi tua præstanti in eum liberalitate deuinctum.

Excellens & præstans. Cicero de Claris Orator. Idem 1. de Natura deor. Piè sanctéque colimus naturam excellentem atque præstantem.

Perfectum & excellens. Cic.in Orat. Vt igitur in formis & figuris est aliquid perfectum & excellens, cuius ad excogitatam, &c.

Excellens omnibus vir. Cic.3.de Finib.

Inter tot æquales vnus excellens Galba fuit. Cicero de Claris Oratoribus.

Excellens omni genere laudis. Cic.1.Acad.

Excellens animo & forma. Plin.lib.24.cap.17.

Excellens amicitiæ gloria. Cic.de Amicit.

Ore excellens, Id est eloquens. Sil.lib.1.

Rerum omnium præstantia excellentes dij. Cic.2.de Diuinat.

Animo & virtute excellenti homo. Cic.pro Archia.

Ars & venustas excellens. Cic.pro Archia.

Excellenti gratia homines ad conficiendas centurias. Qu. Cic.de Petit. Consul.

Excellens ingenium. Liu.2.ab Vrbe.

Ingeniis excellẽtibus præditi homines spe gloriæ excitantur. Cic. 2.de Finib.

Muliebris formæ pulchritudo excellens. Cic.2.de Inuent.

Excellens & singularis scientia. Cic. Sulpitio, lib.4.3. Tuæ scientiæ excellenti ac singulari non multo plus, quàm nostræ relictum est loci.

Tumulus ciuitatis excellẽs. Cic. Antè quàm iret in exil. Dij deæq; immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constituram, &c.

Excellens {ὑπερέχων.} Nomen ex participio. Cic. 1. de Nat.deor. Atque haud scio an pietate aduersus deos sublata, fides etiam & societas generis humani, & vna excellentissima virtus iustitia tollatur.

Excellentia, huius excellentiæ {ὑπεροχή.} vt Excellentia & magnitudo animi. Cic.1.Offic.

Excellentia & præstantia. Cic.1.Offic. Nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiáque animantium reliquorum.

Hominis excellentiæ consentaneum. Cic. 1. Offic.

Excellenter, Aduerbium {ἐξόχως.} Cic.1.Offic. Quæ magno animo, & fortiter, excellentérque gesta sunt.

Audere excellentius aliquid. Ouid.ad Pisonem.

Excelsus {ὑψηλός, ὑψίκομος, ὑψόπους} Participium, siue Nomen ex participio, Magnus, altus. vt Arces excelsæ. Lucan.lib.3.

Excelsus & altus. Cic.2. Tuscul. Te natura excelsum quendam videlicet, & altum, & humana despicientem genuit.

Ab æde excelsa prospectare. Ouid.15.Metam.

Ibes aues excelsæ. Cic.1.de Nat.deor.

Basis excelsa. Cic.6.Verr.

Excelsissimum viscerum, cerebrum. Plin.lib.11.cap.37.

Ab excelsa præceps delapsa fenestra. Tibul.lib.2.eleg.7.

Excelsus mons. Plin.lib.12.cap.14.

Nemus excelsum, Id est Quod excelsas habet arbores. Seneca Troade, 3.

Porticus excelsa. Cic.Att.lib.4.86.

Tecta excelsa. Ouid.15.Metam.

Turris excelsa. Sil.lib.13.

Vertex excelsus montis. Virgil.5.Æneid.

Excelsior, Comparatiuum {ὑψηλότερος.} Gell.lib.1, Tanto fuisse Hercu-lem corpore excelsiorem. Plin.lib.10. cap.6, Nidificant enim in excelsissimis rupibus.

¶Excelsus & magnificus. Cic. 1. Offic. Omnino illud honestum, quod ex animo excelso magnificóque quærimus, animi efficitur, non corporis viribus.

Magnus & excelsus homo. Cic.pro Murena, Finxit enim te natura ad honestatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinémque animi, iustitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem & excelsum.

Grandis & excelsus orator. Cic.in Orat. Quem etiam, quo grandior sit, & quodammodo excelsior (vt de Pericle dixi suprà) ne Physicorum quidem esse ignarum volo.

Amplus & excelsus animus. Cic. 1. de Inuent. Sextus decimus est, per quem animum nostrum in alios misericordem esse ostendimus, & tamen amplum & excelsum, & patientem incommodorum esse, & futurum, si quid acciderit, demonstramus.

Excelsus & illustris locus. Cic. Catrioni, lib.2.4, Vel quòd excelso & illustri loco sita sit laus tua, &c.

Excelsus, illustris, & clarus locus. Cic.in Somnio Scip. Ostendebat autem Carthaginem de excelso, & pleno stellarum, illustri & claro quodam loco.

¶In excelsum collocare simulacrum aliquod. Cic.3.in Catil.

In excelsum emicant rami. Plin.lib.12.cap.5.

In excelso posita statua. Cic. Att.lib.6.111.

Excelsitas, penult.correp. huius excelsitatis, f.g. {ὕψος.} Altitudo. Plinius lib.21. cap.5, Nec vlli florum excelsitas maior. De lilio. Idem lib. 36.cap.25.

Excelsitas animi, pro magnitudine. Cicero 3.Offic. Etenim multo magis est secundum naturam excelsitas animi & magnitudo, &c. Alij legunt, Celsitas.

In excelsitatem nascitur. Plin.lib.16.cap.36.

Excelsè, excelsius, excelsissimè, Aduerbium {ὑψηλῶς, ὑψηλότερον, ὑψηλότατα.} Hoc est, altè & in sublime. Colum.lib.4.cap.1, Si modò scandit excelsius, plus alimenti, terræque desyderat. Cic.in Orat. Omnia profectò, quum se à cæleſtibus rebus referet ad humanas, excelsius, magnificentiúsq; & dicet & sentiet.

Excendo, Vide EXSCENDO.

Exceptio, Excepto, exceptas, Exceptus, Vide EXCIPIO.

Excerno, excernis, excreui, excretum, pen.prod. {ἐκκρίνειν, διακρίνειν} excernere, Extra cernere, Purgare. Colum.lib.2.cap.pen. Itaque in area detrita frumenta sic aggerenda, vt omni flatu possint excerni, Id est expurgari, & ventilari. Idem lib.8. cap.4, Furfures à farina excretu. Cels.lib.4, Quoniam portæ modo, in inferiores partes ea quæ excreturi sumus emittit.

Excretum, penult.prod. Substantiuum {ἔκκριμα.} Quod excerniculo pro immundo seponitur. Colum.lib.8 cap.4, Vbi annona est carior, excreta tritici minutè commodè dantur gallinis.

Excrementum, excrementi {ἀποπάτημα.} Purgamentum & stercus. Vnde Plin.lib.10.cap.43, scribit quòd quia corpus excrementis calceamenta fœdauerit, à mancipe proximæ sutrinæ exanimatus sit.

Oris excrementum. Tacit.lib.20. Precabaturque principem vt genas, & oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento.

Excerpo, excerpis, excerpsi, excerptum {ἐκλέγειν} excérpere, Secernendo extrahere. Terent.Phorm.4.4, Tu id quod boni est, excerpis, dicis quod mali est. Cic.3.Offic. Sed quia sic ab hominibus doctis accepimus, non solùm ex malis eligere minima oportere, sed etiam excerpere ex his ipsis siquid inesset boni.

Excerpere & libare. Cic. 1. de Inuent. Omnibus in vnum coactis scriptoribus, quod quisque cõmodissimè præcipere videbatur, excerpsimus, & ex variis ingeniis excellentissima quæque libauimus.

De aliquo numero aliquid excerpere. Cic.2.de Orat.

¶Numero aliquorum se excerpere. Horat.1.Serm.sat.4, Primùm ego me illorum, dederim quibus esse poetas, Excerpam numero.

Excerpere se vulgo. Seneca epist.5, Hominum consuetudini excerpere, pro eximere.

Excerpens, Participium {ἐκλεγών.} Horat.2.Serm.sat.3, Quid? quum Picenis excerpens semina pomis Gaudes, &c.

Excessus, Vide EXCEDO.

Excetra, excetræ, pen.prod. {ἔχιδνα} dicta est hydra serpens, quòd vno cæso capite tria excrescant. Seruius in 6. Æneid. hydram dicit quæ fuit in Lerna Argiuorum palude. Plaut.Persa, 2,

Nam cum leone, & cum excetra, cum ceruo, cum apro Ætolico,
Cum auibus Stymphalicis, cum Antæo delucta mauelim,
Quàm cum amore. Cic.2. Tuscul.

Exchalcio, exchalcias {ἐκχαλκεύω} exchalciare, Ære spoliare, ac nummos auferre. Porphyrio in Horat. lib. 1. Sermon. satyra 8, Varanus, inquit, Qu. Luctatij Catuli libertus, omni loco, omni tempore furacissimus fuisse dicitur. De quo etiam illud traditur: quum deprehensus à nũmulario esset, de cuius mensa nummos subtractos in calceos sibi infarcierat: quidam iocans, Bellè, inquit, te nummularius ille exchalciauit. cum aspiratione scilicet secũdæ syllabæ: simul vt chalcon, id est æs ablatum ex calceamento obiiceret. Meminit & Cælius lib. 19. cap. 9.

Excido,

Excido, excidis, penul. corr. excidi {ἐκπίπτω} excidere, Ab ex, & cado, cadis, significat veluti ex sublimi in decliuem locum cadere. Plautus Pœn.4, Huic excidit lingua, vt epo opinor.

Excidere & elabi. Cicero 1. in Catilin. Quoties iam tibi extorta est fica ista de manibus? quoties verò excidit casu aliquo, & elapsa est.

Excidere & fluere. Cic.12.Philipp. Excident gladij, fluent arma de manibus.

E corpore excidunt sagittæ. Cic.2.de Nat. deor. Capras autem in Creta feras, quum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere quæ dictamnus vocaretur, quam quum gustauissent, sagittas excidere dicunt è corpore.

E mundo excidere sol videtur. Cic. Att. lib.9.181.

Ex vtero elapsum excidit animal. Cic.2.de Nat.deor.

Excidit de manibus gladius. Cic.in Pisonem.

Excidit in pedem sagitta. Plin.lib.25.cap.6.

Excidit in via. Cic.ad Atticum, lib.2.23.

Curru excideras. Ouid.6.Fast.

Equis excidit iuuenis. Ouid.ad Liuiam, de Phaethonte.

¶Vinclis excidere, pro Effugere. Virg.4.Georg.

¶Dies cælo excidit. Seneca Thyeste, 1.

Fulmina exciderunt cælo. Sil.lib.7.

¶Inchoata & rudia exciderunt. Cic.1.de Orat. Adolescentulis nobis ex commentariolis nostris inchoata atque rudia excidunt.

¶Excidere aliquid alicui dicitur, quando obliuiscitur alicuius rei. Cic. 2. de Legib. O miram memoriam Pomponi tuam: at mihi illa excidunt. Martial.lib.1,

Quæris quis hic sit? excidit mihi nomen.

Excidere & Insidere cogitatio dicitur, Contraria. Cic.Luceio, lib. 5.13, Quæ cogitatio, quum mihi non omnino excidisset (etenim penitus insederat) vt ramen, &c.

Excidere alicui. Ouid.epist.2,

Vtque tibi excidimus, nullam puto Phyllida nosti. Id est sic te arbitror oblitum mei, vt amplius non noris.

Excidit, qui memoria labitur. Quintil.lib.11, Nam etiam excidentes, vnius admonitione verbi in memoriam reponuntur.

Excidit animo caritas. Virgil.1.Æneidos,

Necdum etiam causæ irarum, sæuíque dolores
Exciderant animo.

Æuo primo excidere, id est Mori. Propert.lib.3.eleg.7.

Aufis magnis excidere. Ouid.2.Metam.

Cura mei tibi excidit. Ouid.2.de Ponto, eleg.10.

Excidit dolori nostro vindicatus Nero. Plin.in Paneg.

Excidit ex hac familia. Plaut. Menæch.14,

Dij vos perdant: properabo ad forum:
Nam ex hac familia me planè excidisse intelligo.

Fine excidit. Quintil.lib.2.cap.17.

Ingenium excidit tantis malis. Ouid.1. Trist. eleg.1.

Ingenio alicuius excidere. Ouid.2.Amor.eleg.1,

-excidit ingenio Iuppiter ipse meo. Id est oblitus sum Iouis.

In vitium libertas excidit. Horat.de Arte.

Excidit memoria huius rei, vel hæc res excidit è memoria. Liu.9. bel.Pun. Ibidem, lib.7.

Excidit mihi oratio. Cic.2.Verr. Isti color immutatus est: vultus, oratio, mens denique excidit.

Nefas ore excidit. Virgil.2.Æneid.

Scelus excidit ore. Ouid.7.Metam.

Sensibus ereptis mens excidit. Catullus, de coma Berenicis, epistol.61.

Exciderat pacis mentio ex omnium animis. Liuius 4. belli Macedonici.

Nomen tuum penè mihi excidit. Ouid.4. Trist.eleg.5.

Officium mihi excidit. Ouid.5.Fast.

Pietas excidit. Ouid.1. Trist.eleg.4.

Spes excidit. Ouid.6.Fast.

Fortuitu excidit verbum. Cic.10.Philipp.

Excidit verbum ex ore, Elapsum est, per incogitantiam prolatum est. Cic.pro Sylla, Verbum ecquod vnquam ex ore huius excidit, vnde quisquam possit offendi? Idem 10.Philipp.

Excidit è manibus victoria. Cic. ad Brutum, 10, Deinde ita multa peccata, vt quodammodo victoria exciderer è manibus.

Vox excidit ore. Virg.6.Æneid.

Vultus deo excidit. Ouid.2. Metam.

Excidet vxore. Terent. And.2.5,

Herus quantum audio, vxore excidit. Id est non dabitur ei illa in vxorem.

¶Excidere ab aliquo, pro Dissentire, vt ait Nonius. Lucil.lib. 28, Ego ab Archilocho excido.

Excido, excidis, excidi, excisum, pen.prod. {ἐκτέμνω} excídere, Ab ex, & cædo, cædis, compositum.

Arborem excidere. Cic.Att.lib.15.323.

Arborem ex stirpe excidere, Id est stirpitus. Vlpianus in l.1.D.de arb.cædend.

Columnas excidunt rupibus. Virgil.5.Æneid.

Excidere lapides ex terra. Cic. 2. Offic. Eadémque ratione nec lapides ex terra exciderentur ad vsum nostrum necessarij, nec ferrum, &c.

Lucum excidere. Cic. Trebatio, lib.7.21.

Syluas excidere. Lucret.lib.5.

Excidere stagnum in petra. Colum.lib.8.cap.17, Id autem stagnũ vel excidituir in petra: cuius rarissima est occasio: vel in littore constituitur opere signino.

¶Excidere malum. Cic.ad Brutum, 4, Neu semper primi cuiusque mali excidendi causa sit, vt aliud renascatur illo peius.

¶Oppugnare, excidere, incendere. Cicero pro Sextio, Ille qui monimenta publica, qui ædes sacras, qui domos inimicorum suorum

oppugnauit, excidit, incendit.

Excidere manibus suis patriam. Plaut. Trucul.10.

Vrbes excidere. Cic.pro Domo sua.

Excidere & euertere vrbem. Cic. pro Sextio, Quum omnes nondum vrbem excisam & euersam, sed etiam captam atque oppressam videremus.

Ex animo excidere. Cicero de Prouinc. Consul. Nónne vobis videor & vltimi temporis recordatione, &c. si ex rerum natura non posse euellere, ex animo quidem certè excidere? Hoc est memoria euellere.

Excidere numero ciuium aliquem. Plinius Iunior lib.8.epist.18, ad Rufinum, Domitius Afer, qui illos in nomen adsumpsit, reliquit testamentum, ante octo & decem annos nuncupatum, adeóque post ea improbatum fibi, vt patris eorum bona proscribenda curauerit. Mira illius asperitas, mira felicitas horum: illius asperitas, qui numero ciuium excidit, quem socium etiam in liberis habuit. Felicitas horũ, quibus succesit in locum patris, qui patrem abstulerat.

Partũ excidere mulieri. Marcellus l.2. D.de mort.infer. Negat lex Regia mulierem, quæ prægnans mortua sit, humari antè, quàm partus ei excidatur.

Excisus, penult.prod. {ἐκτμηθείς} Participium: vt Excisa arbor. Cic.ad Att.lib.15.323. Et 5.Verr. Item Excisum caput, Plin.lib. 33.cap.3. Et apud Virgil.2.Æneid. Trabs excisa.

Domus excisa. Seneca Herc.fur.11.

Templa excisa. Stat.5.Sylu.3.

Marte excisa. Stat.Sylu.lib.11.

Excidium {αἴσφατον} Peremptio, & quasi nex vrbis aut prouinciæ. Liuius 7. belli Pun. Magnum se excidio eius vrbis terrorem cæteris iecturum.

Fumantia excidia euersæ vrbis. Virgil. 10. Æneid. Quòd ignibus conflagrata sit.

Miserabile excidium. Stat. 6. Thebaid.

¶Aduenat illi excidium. Tacitus libro 20, Cui excidium aduentabat.

Dare aliquem excidio. Virgil.12.Æneid.

Excidium auro senis factum, per translationem dictum. Plautus Bacch.20.

Moliri excidium. Sil.lib.1.

Petere vrbem excidiis. Virgil.2.Georg.

Excisio, Verbale {αἰσφάτωσις.} vt Excisio tectorum. Cicero pro Domo sua.

Excidionem vrbis à cædendo dictam, manifestum est. Festus.

Excíso, excísas, pen.prod. {διατέμνω} excísare, Laniare, Vulnerare, inquit Nonius. Plaut. Cistel.10,

Capillo scisso, atque excisatis auribus. Antiquum.

Excisorius, Adiectiuum {ἐκτικτικός.} vt Excisorius scalper, quo carios exciditur caro. Cels.lib.8.cap.3. Vide Scalper, in SCALPO.

Excieo, Vide EXCIO.

Excíet, pro Excutiet dixerunt veteres. Festus.

Excindo, excindis, excidi, pen.corr.excisum, penult.prod. {ἀνατρέπειν, ἀναιρεῖν, ἀνασκάπτειν, ἐκκαλύπτειν} excindere, ab Ex, & scindo scindis cõpositum, Euertere, Delere. Cic.in Somn.Scip. Numantiam excindes. Liuius, Multum interest, alienos populari fines, an vri tuos, excindíque videas. Sine scribendum, quòd x pro duplici scribatur. Cic.pro Plancio.

Domos excindere. Virgil.12.Æneid.

Genus aliquod excindere. Valer.6.Argon. Et apud Virg.lib.9.Æneid. Gentem aliquam ferro excindere.

Excindere linguam. Cicero 3.de Orat. Hæc tibi excindenda lingua, qua vel eiusla spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit.

Nomen alicuius excindere. Sil.lib.7.

Rupes excindere. Stat.3.Sylu.1.

Telis excindere vrbem. Virgil.2.Æneidos,

Nec posse Argolicis excindi pergama telis.

Excío, excis, excíui, excítum, pen.prod. {ἐκκαλεῖν} excíre, vel Excieo, excies, excíui, pen.prod. excitum, pen.corr. excière, Extra vocare, siue accire. Plautus Epidic. 12, Quid est pater quòd me exciuisti ante ædeis?

Excire foras. Plaut. Pseud.23,

-quis homo
Tam tumultuoso sonitu me exciuit subitò foras?

Excire iuuentutem ex Italia. Cicero 12. Philipp. Idcircóne sagã sumpsimus? arma cepimus? iuuentutem omnem ex tota Italia exciuimus?

¶Excire somno, vel ex somno. Liu.4.ab Vrbe. Idem lib.1. Et Lucret.lib.4, Sopore excire aliquem.

Excire cubilibus. Liu. 5. ab Vrbe, Extremos tamen pauor cubilibus suis excítos, quæ aut vnde vis esset ignaros, in fugam, & quosdã in hostem ipsum improuidos intulit.

Excire animas sepulcris. Virgil.8.eclog.

¶Excire {ἐγείρειν} pro Commouere. vt Excire lacrymas alicui. Plaut. Cistel.2.

Molem in vndis excire. Virgil.5.Æneidos,

Ipse mihi nuper Libycis, tu testis, in vndis
Quam molem excierit subitò maria omnia cælo Miscuit.

Excire hostem ad dimicandum. Liu. 2. ab Vrbe, Ad conferenda propius castra dimicandúmque excire hostem.

Excire tumultum. Liu.3.ab Vrbe.

Vrbes excire. Lucan.lib.2,

Nunc vrbes excite feras: coniuret in armis Mundus.

Excire aliquem ad cupiditatem discendi. Liu.1.ab Vrbe.

In arma excire aliquem. Stat.4. Thebaid.

In pugnam excíri. Lucan.lib.6,

Vt videt ad nullos exciri posse tumultus
In pugnam generum: sed clausos fidere vallo.

Canes excluêre suem.Ouid.10.Metam.
Sonitus excitur pedibus.Lucret.lib.2.
Excitur omne Hernicum nomen, omnis militaris æras. Liuius 7. ab Vrbe.

Excitus,pen.corr.{ἐγερθείς} ab excieo: siue excitus,pen.prod.ab excio, Participium.Ouid.2.Metamorphoseos,
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.
Excitis longè ab domo principibus.Liu.1.ab Vrbe.
Somno longo excita.Claud.in Præf.bel.Get. Sil.lib.17.
Stratis excita iuuentus.Lucan.lib.1.
Mente pauida exciti sonipedes.Seneca Hippol.10.

Excito,excitas,penul.corr.{ἐγείρω,αἴνυμαι,ὀρέγω} excitare,ab excieo, excies,significat commouere.
Allicere & excitare. Cic.2.Offic.Hoc igitur cognito dicendum est quonam modo hominum studia ad vtilitates nostras allicere atque excitare possumus.
Excitare & acuere. Cic. Trebonio, lib.15.21, In excitando autem & in acuendo plurimum valet.si laudes eum quem cohortêre.
Excitare & agitare. Cic.3.Offic.Sùntne igitur insidiæ,tendere plagas,etiam si excitaturus non sis,nec agitaturus?
Commouere & excitare.Cic.pro Murena,Nam vt tẽpestates sæpe certo aliquo cæli signo commouentur, sæpe improuiso nulla ex certa ratione obscura aliqua ex causa excitantur:sic,&c.
Confirmare & excitare. Cic. Att. 1.11, Idem inquam ego recreaui afflictos animos bonorum,vnumquenque confirmans,excitans.
Excitare & incitare.Cic.Q.fratri,lib.1.1,Atque hæc non eò dicuntur, vt te oratio mea dormientem excitasse, sed potius vt currentem incitasse videatur.
Excitare & inflammare animos imperitorum. Cic. de Aruſp.resp. L. Saturninus ita fuit effrænatus & penè demens, vt author esset egregius & ad animos imperitorum excitandos inflammandósque perfectus.
Excitare & Sedare,cõtraria. Cic.1.de Orat. Qui denique quẽcunque in animis hominum motum res & causa poltulet, eum dicendo vel excitare possit,vel sedare.
Stimulare & excitare. Cic. pro Plancio, Nec vides istorum ipsorum charitate ad huius salutem defendendam maximè stimulari me atque excitari.
Excitare ad aliquid.Quintil.lib.4.cap.1.
Excitare ad actionem. Cic.4.Acad. Ad experientiam,Plancus ad Cicer.lib.10.18.
Ductor ad arma excitat.Sil.lib.5.
Excitare ad arma ciuitatem aliquam.Cic.1.de Diuinat.
Ad decus populum languentem labentẽmque excitare. Cicero 1. de Orat.
Ad laborem & laudem nos & liberos nostros excitare.Cicero pro Plancio.
Excitare ad memoriam alicuius rei. Cic.in Top. Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque, esti admonitore non eges, ad memoriam nostrarum rerum excitarem.
Excitare aliquem ad virtutem.Cæs.7.bel.Gal.
Alacritate & quasi lætitia ad canendum galli victores excitantur. Cic.2.de Diuinat.
A mortuis dicendo aliquem excitare. Hoc est velut euocare. Cic. 1.de Orat.
Excitare somno,de,è,vel ex somno. Cic. pro Sylla, Excutient tibi istam verborum iactationem,& te ex somno sæpe excitabunt.
De re aliqua excitari.Quintil,lib.3.cap.6.
Excitare, & in spem cogitationémque meliorem animum amici iacentem inducere.Cic.de Amicit.
In curas excitare aliquem.Sil.lib.7.
In fortunas alicuius excitare incẽdium. Cic.pro Murena,Si quod esset in suas fortunas incendium excitatum,id se non aqua,sed ruina restincturum.
Cohortationibus excitare aliquem. Cic. Bruto, Erectior Senatus erat, non sententiis solùm nostris,sed etiam cohortationibus excitatus.
¶Summam hominum admirationem excitare. Cicero de Claris Orator.
Excitare alicui amores sapientiæ. Cicero 1. Officior. Et 2. de Finibus.
Animos.Cæs.1.bel.Ciuil.
Excitare ædificium,pro Erigere.Seneca epist.53.
Animum excitare,Bono animo esse.Seneca Herc.fur.5.
Aras sopitas excitare ignibus.Virgil.8.Æneid.
Bellum ciuile tantum & tam luctuosum excitare.Cic.pro Marcel.
Calorem iuuenis excitat in amorem belli.Lucan.lib.2.
Cæspites excitare dicitur fus.Colum lib.2.cap.18.
Excitare clamorem.Cicero in Orat.Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est,vt admirabile esset.
Clamorem vulgi & imperitorum.Cic.5.de Finib.
Cunctantem & diffidentem authoritate sua excitare.Cicero Torquato,lib.6.1.
Dormientem.Cic.7.Verr.
Flammas excitat admoto fomite.Lucan.lib.8.
Fletum.Cic.pro Sextio.
Fletum orator excitat.Catul.in Egnatium,epigr.37.
Foculum bucca excitare,Iuuen.sat.3.
Gloriam excitare. Cicero 2. Officior. Quæ autem in multitudine cum contentione habetur oratio, ea sæpe vniuersam excitat gloriam.
Iacentem aliquem excitare.Cic.de Claris Orat.
Iras excitare. Virgil.2.Æneid.
Malum ex aliqua re. Terent.Heaut.5.3,
Non vides quantum mali ex ea re excites?
Memoriam alicui. Liu.10. ab Vrbe, Celebrata inconditis carmi-

nibus militaribus non magis victoria Q.Fabij, quàm mors præclara P.Decij est, excitatáque memoria parentis, æquata cuentu publico priuatóque filij laudibus.
Memoriam aliquorum excitare ad timoris præteriti cogitationem.Cic.pro Sextio,Audite literas,& vestram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate.
Metum alicui.Plin.epist.4.
Mortuos excitare.Horat.Epod.17.
Ab inferis mortuos excitare.Cic.in Orat.
Motus vrbanos.Liu.3.ab Vrbe.
Opus. Columella lib. 1. cap.9, Nam cum certamine opus excitetur, tum in cessanteis animaduersio iusta est, & sine querela videtur adhiberi.
Philosophiam. Cic.1.Tuscul. Philosophia iacuit ad hanc ætatem: nec vllum habuit lumen literarum Latinarum: quæ illustranda & excitanda nobis est.
Plausus.Cic.1.Offic.
Rationes omnes fortitudinis & patientiæ.Cic.4.de Finib.
Reos excitare.Quintil.lib.11.
Risum. Cicero 3 Philipp. At in rebus tristissimis quantos excitat risus.
Sedibus. Liu.2.bel.Maced. Homines qui sequi possent,sedibus excitabat,oppida incendebat.
Sepulcrum è lapide.Cic.2.de Legib.Extrui autem verat sepulcrum altiùs quàm quod quinque diebus absoluerint,ne è lapidibus excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui incisam,&c. Id est erigi & extrui.
Sermones varios de re aliqua. Cæl.ad Cicer.lib. 8.10, Sed de Parthorum transitu,nuncij varios sermones excitarunt.
Stomachum, Hoc est vires ventriculi vel stomachi deiectas reparare,& quasi sopitas suscitare.Plin.lib.20.cap.5.
Auditor studium excitat.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.
Suspicionem aliquam literis & nuntiis excitare.Cic.pro Sextio.
Tempestates excitare.Cic.de Aruſp.resp. Tum vidi ac multo antè prospexi,quanta tempestas excitaretur, quanta impendẽret procella Reipublicæ.
Testes ex annalium monimentis.Cic.2.de Finib.
Tragœdias.Cic.pro Milone,Nunc eiusdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat?
Tumulum alicui excitare.Sueton.in Claudio,cap.1.
Vapores ex agris repefactis,& ex aquis excitat sol. Cic.2.de Natura deorum.
Veternum excitare.Catull.ad Coloniam,epigr.17,
Si potest olidum repente excitare veternum.
Vrbem excitare. Ædificare,extruere. Florus lib.1.cap.1,Victor augurio,vrbem excitat. De Romulo loquitur.
¶Excitare,Erigere & quasi superstruere. Cic.4.de Finib.Principiis autem à natura datis, amplitudines quædam bonorum excitabũtur.
¶Excitari, Passiuum. Cic.5.de Finib. Excitantur spe gloriæ, quæ habet formam honestatis & similitudinem. Hoc est animantur & commouentur.
Miles truci excitatur classico.Horat.Epod.2.
Excitari præmiis,& promissis.Cic.pro Rabirio Posthum. Et pro Cluentio, Promissis eum suis excitauit abiectum, & simul desperare vetuit.

Excitatus,pen.prod.Participium {ἐξεγερθείς.} vt Excitatus pietati ad accusandum.Cic.pro Cluent.
Feras excitatas cursu consequi.Seneca Hippol.2.

Excitatus {ἐγερτός} Nomen ex participio.Plin.lib.10.cap.17, Optimum quàm excitatissimi odoris,& quàm nigerrimum. Hoc est,odoris vehementissimi,& qui citò cerebrum ferit.
Excitatus, & Inclinatus ac iacens, contraria. Cic.Cælio, lib.2.15, Vt existimares aut me tam improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem descisserem.
Acutus & excitatus sonus. Cic. in Somn. Scip. Summus ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersio est incitatior, acuto & excitato mouetur sono. Pro incitato & concitato,id est celeri.
Excitatus humo. Cic.2.de Nat.deor. Quæ primum eos humo excitatos, celsos & erectos constituit, vt deorum cognitionem cælum intuentes,capere possent. De hominibus loquitur.

Excitandus {ἐξεγερτέον.} Cic.1.Offic. Excitandámque animaduersionem & diligentiam,&c.

Excitate,pen.prod. {ἐγερτῶς} Aduerbium, Hoc est vehementer & lucidé.Plin.lib.37.cap.7,Et in his autem mares excitatius fulgent: fœminæ pinguiores sunt,& crassius nitent. De quibusdam gemmis loquitur.Videtur opposuisse aduerbio Excitate,aduerbium Crasse.

Excipio,excipis,pen.corr.excepi,exceptum {ὑπολαμβάνω, ἐξαιρέω,ἐπιδέχομαι παραγγέλλω,ἐπιδέχομαι} excipere,Capere.Plaut.Rud.2.4,
Sùmne ego scelestus,qui illuc hodie excepi vidulum?
Aut quum excepi,qui non alicui in solo abstrusi loco?
Arripere & excipere.Cic.2.de Diuinat.Naturale quod animus arriperet aut excuperet extrinsecus ex diuinitate, vnde omnes animos hausitos & acceptos,aut libatos haberemus.
Cum literis aliquem excipere. Plancus Cic. lib. 10. 23, Missum ab Antonio ad me cum literis exceperam.
Domus accepit reduces.Claud.7.Paneg.
Hospitia cæli excipient senectam tuam.Sil.lib.3.
Patria quæ nos excepit, non secus dulcis est ea quæ nos genuit. Cic.2.de Legib.
Comiter excipere aliquem.Ouid.2.Fast.
Aduentum alicuius excipere.Seneca Hippol.8.
Amplexu excipere aliquem.Ouid.epist.17.
Excipere aliquid brachiis.Colum.lib.9.cap.15.
Excipere aliquem clamore,pro Contra aliquem tumultuari. Cic. 7.Verr. Excipitur ab omnibus eiusmodi clamore, vt ei Lampsaceni periculi similitudo versaretur ante oculos.

Excipere

Excipere clamoribus, pro Applaudere. Plinius epist.38.libro 2.ad Maximum.
Gremio alicuius excipi.Claud.6.Paneg.
Excipere hospitio.Plin.lib.25.cap.6. Ouid.epist.15.
Excipere osculo. Plin.in Paneg. Gratum erat omnibus, quod Senatum osculo excipieres.
Plausu excipere aliquem.Virg.5.Æneid.
Excipi sermonibus compositis. Liu.8. bel.Pun. Excepti sermonibus de industria compositis.
Excipere benigno vultu.Liu.10.bel.Pun. Quos quum pariter ambos & benigno vultu excepisset,&c.
Excipi inter aliquos.Ouid.ad Liuiam,
Inter honoratos excipietur auos.
¶Excipere,pro Audire.Plaut.Amphit.15,
Quid memoret,hinc excipiam,ne propera.
Emittere maledictum,& excipere. Cic.pro Plancio,Tam volucre quàm maledictum:nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur,nihil latius dissipatur.
Excipere auidis auribus.Plin.epist.84.
Aduersarium attentè audire, atque eius non solùm sententias, sed etiam verba omnia excipere.Cic.2.de Orat.
Illustri gratia dictum & factum alterius excipere. Cicero Lentulo, libro 1. 9, Quintus frater meus legatus est Cæsaris, & nullum meum minimum dictum, non modò factum, pro Cæsare intercessit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, vt ego eum mihi deuinctum putarem.
Maledictum excipere.Cic.pro Plancio.
Excipere aliquid memoria dignum ex sermone alicuius. Cic.1.de Oratore.
Mandata ac voces excipere. Tacit.in Vita Agricolæ, Excepissem certè mandata,vocésque quas penitus animo figeremus.
¶Subire & excipere tela.Cic.de Prouinc.Consul.
Aliquem excipere,diffidentem confirmare, afflictum erigere,perditum recreare.Cic.pro Lege Manilia.
Artus excipere collapsos.Ouid.10.Metam.
Auras excipere fluentibus tunicis.Ouid.3.de Arte.
Molliter excepit cadentem.Ouid.11.Metam.
Excipere cicatrices aduerso corpore. Cicero 7.Verr. Vt cicatrices Pop.Romanus Iudicésque aspicerent aduerso corpore exceptas.
Dolores & molestias.Cicero 1.de Finibus,Qui blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores & quas molestias exceperi sunt,occæcati cupiditate,non prouident.
Dolores pro patria.Cic.3.de Finibus.
Fatum excipere. Tacitus in Vita Agricolæ,Constans, & liberas fatum excepisti.
Flammam excipere,& exardere. Cic.de Aruſp.resp.In me cognitorem harum omnium rerum illa flamma illorum temporum conflagrabatur.Excepi,& pro patria solus exarsi.
Galea excipit ictus.Ouid.12.Metam.
Gladio aliquem excipere. Curtius lib.9,E quibus duos gladio ita excepit,vt ante ipsum exanimes procumberent.
Impetum alicuius. Cæsar 3.bel.Ciuil.Sed Pompeius suis prædixerat,vt impetum Cæsaris exciperent. Cic.pro Domo sua.
Iniuriam venti.Colum.lib.9.cap.7.
Labentem aliquem excipere,fulcire,& sustinere.Cicero pro Rab. Posth. Equitem Romanum veterem amicum suum, &c. labentem excepit,corruere non finit,fulsit & sustinuitire,fortuna, fide hodieq; sustinet.
Labores magnos. Cic.de Claris Orat. Idem Terentiæ, lib. 14.2, Omnes labores te excipere video:timeo vt sustineas.
Laudem ex re aliqua.Cic.ad Attic.lib.1.9, Crassus posteaquàm vidit illum excepisse laudem ex eo quòd hi suspicarentur homines ei Consulatum meum placere,&c.
Luctus. Cæsar 2. belli Ciuilis, Hac re cognita tantus luctus excepit,&c.
Excipient viri memoriam consequentes anni. Cic.de Senect.Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes.
Missila in vulgus iactata excipere. Caius in l. qua ratione. §. hoc amplius.D.de acquir.rer.domin.
Molestias.Cic.1.de Finibus,Quos dolores & quas molestias exceperi sunt,occæcati cupiditate,non prouident.
Onera amicorum. Cic. pro Rabir. Posthumo, Ille onera multorum huius amicorum excepit vnus.
Pericula excipere.Stat.5.Sylu.1.
Plagas.Cic.2. Tuscul.
Preces blandas molliter excipere.Ouid.1.de Arte aman.
Pugnam. Liu.8.bel.Maced.Vt primis fortè deturbatis, secundi & tegant pulsos,& integri pugnam excipiant.
Rempub.desertam &omissam.Liuius 4.ab Vrbe,Desertum omissámque ab hominibus Rempub. deorum prouidentia, curáque exceptam memorabat.
Rorem nocturnum. Cæsar 3.bel. Ciuil. Ex pellibus quibus erant tectæ naues,nocturnum excipere rorem cogerentur.
Rumores. Cic.pro Deiot.At eo, inquit,tempore ipso Nicean Ephesúmque mittebat,qui rumores Aphricanos exciperent,& celeriter ad se referrent.
Sermonem alicuius. Liuius 2.ab Vrbe, Sermonem eorum ex seruis vnus excepit,qui iam autem id senserat agi.
Spiritus excipitur ore viri.Ouid.3.de Arte aman.
Extremum spiritum filiorum excipere. Cicero 7.Verr. Matrésque miseræ pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberũm exclusæ: quæ nihil aliud orabant, nisi vt filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret.
Tela. Cic. 4.Verr. Aut hoc contendat nunquam esse factum, aut omnia tela excipiat necesse est.
Tela excipere tergo.Silius lib.10.

Verba. Cicero 2. de Diuinatione, Tum illum plura loquutum multis audientibus, qui omnia verba eius exceperint, literísque mandauerint.
Verbera patienter excipere.Ouid.2.Fast.
Vim frigorum hyemémque excipere. Cic.pro Rab.posth.
Voces. Liuius 10 bel. Macedon. Ad has excipiendas voces speculator ex conuiuiis Persei missus, quum incautior obuerfaretur, excepti à iuuenibus fortè triclinio egressus malè multatur.
Vulnera. Cicero pro Sextio,Subeunda pro patria pericula,vulnera excipienda.
¶Excipere dicuntur,qui alio dictante aliquid describunt. Sueton. Tranquillus de Tito principe Romano, E pluribus comperi notis quoque excipere velocissimè solitum, & cum amanuensibus suis per ludum iocúmque certantem,imitari chirographa quæcunque vidisset.Pedianus author est,orationem Ciceronis pro Milone exceptam esse,quæ adhuc tempore suo extaret. Budæus.
¶Excipere se in genua,pro Sustinere.Seneca epist.67.
Corpus excipere poplitibus. Curtius lib.9,Ille ad omnes ictus expositus, ægrè iam exceptum poplitibus corpus tuebatur,donec,&c.
Semet excipere poplitibus. Curtius lib. 6, Posteaquam deficere se sensit,poplitibus semet excepit,galeáque,&c.
Excipere se in pedes.Liuius 4.ab Vrbe,Confestim & ipse hasta innixus,se in pedes excipit.
Excipere se pedibus.Curtius lib.9,Sed fortè ita librauerat corpus,vt se pedibus exciperet.
¶Excipere,Opprimere,Per dolum capere. Virgilius,
Excipit incautum,patriáque obtruncat ad aras.
Venabulo excipere. Quintil.lib.4.cap.2.
¶Excipere, pro Intercipere & comprehendere incautum. Cicero Attico, libro 8.159, Admoniti sumus vt caueremus ne exciperemur à Cæsare. Ibidem,2,Sanè sum commotus:quòd si ita esset,non modò iter meum intercluſum, sed me ipsum planè exceptum putabam. Eidem,lib.7.140,De Pompeio scio nihil:cùmq; nisi in nauim se contulerit,exceptum iri puto. Cæsar 7.bel.Gall. Multos ex fuga dispersos excipiunt. Budæus.
Insidiis aliquid excipere alicui. Virg.Eclog3.
Fugientes excipere.Cic.3.in Catil.
Excipere furem.Plaut.Aulul.26,
-neque partem
Tibi ab eo indipisces,neque furem excipies.
Omnino hominem excipere.Cic.Attico,lib.12.202.
¶Excipere,Colligere.Martial.lib.1,
Ventris onus misero,nec te pudet,excipis auro.
Sanguinem patera excipere. Cic.de Claris Orat.Hunc isti aiunt, quum taurum immolauisset,excepisse sanguinem patera, & eo epoto,mortuum concidisse.
Vitam & virtutem Herculis copore eius ambusto immortalitas excepisse dicitur.Cic.pro Sextio.
¶Excipere oculos blandius dicitur res aliqua quæ delectat. Plin. lib.16.cap.30.
¶Excipere, Succedere. Florus libro 1. cap. 3, Excipit Pompilium Numam Tullus Hostilius. Hoc est(vt ita dicam)immediatè succedit Numæ,siue regnat post Numam.
¶Excipere,pro Demere vel eximere numero. Cic.4.Acad. Nihil excipit,de quo non proficeatur. Idem 1.Tuscul.
Excipere & secernere. Cic.4.in Catil.Hosce ego homines excipio & secerno libenter.
Hoc vnum excipio.Catull.ad Aurelium,epig.15.
Excipere de.Cic.1.de Diuinat. Excepi de antiquis, præter Xenophontem,neminem.
Per aliquem alicui excipere. Cicero Attico, libro 6. 111, Id verò per te exceperamus negotiatori:quod si cuiquam,huic tamen non.
Nominatim aliquem excipere.Cic.Attico,lib.11.215.
In summis alicuius laudibus vnam excipere iracundiam. Cicero Q.frat.lib.1.1.
Sine nomine & Nominatim excipere aliquem, contraria. Cicero Attico,libro 11.215,Tum ille edixit ita,vt me excipere & Lælium nominatim: quod sanè nollem. poterat enim sine nomine res ipsa excipi.
Excipere sorti.Virg.9.Æneidos,
-ipsum illum clypeum cristásque rubentes
Excipiam sorti,; iam nunc tua præmia Nisi. Id est præter sortem dabo,vt ait Seruius.
Excipere iniuriæ,pro Eximere.Seneca de Tranquil.vitæ.
¶Excipere,pro Nominatim cauere. Cicero ad Quintum fratrem, libro 1. 1, Nominatímque lex exciperet, vt ad templum, monimentúmque nostrum capere liceret. Idem pro Cornelio, Vbi est igitur exceptum fœdere Gaditano, nequem Pop. Rom. Gaditanum recipiat ciuitate? Varr.de Re rust. In emptionibus eo iure vtimur quod lex præscripsit:alij enim plura,alij pauciora excipiũt. Cic.pro Cluentio. Excepta (inquit Budæus) dicuntur, quæ in fœderibus & in legibus cauta sunt nominatim.
¶Excipere, verbum est etiam in compositionibus medicamentorum vsurpatum,quum res contusæ aliquo liquore coguntur. Celsus lib.5,Hæc excipiuntur cerato è rosa facto. Budæus.
Excepit me.Plaut.Milit.5,
Ita senex talos elidi iussit conseruis meis.
Sed me excepit:nihili facio quid faciat cæteris.
Exceptis insularum incolis.Plin.lib.3.cap.3.
Excepto patre tuo.Plin. in Paneg.
Ea excepta. Cic. de Amicit. Vos autem hortor vt ita virtutem ioceris, sine qua amicitia esse non potest, vt ea excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis.
Exceptio quód.Plin.Iun.lib.8.epist.1. Quint.lib.9,Et quidem Ciceronem sequar:nam is eminentissimos Græcorum est secutus:excepto quòd pedes trisyllabos,&c. Id est,præter quàm quód.

Exceptus, Participium {ἐξαιρεθείς.} Cicero Lentulo, libro 1.1, Is, hac regia causa excepta, cæteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit.

Sinistrè exceptus. Horat. in Arte,
-hæ nugæ seria ducent
In mala derisum semel, exceptúmque sinistrè.
Equo exceptus, Id est in equo sedens. Silius lib. 5.
Frontè læta exceptos tectis inducit hospes. Silius lib. 3.
Gladio exceptus puer, Id est occisus. Seneca Thyeste, 2.
Poplitibus exceptus. Curtius lib. 9, Ille ad omnes ictus expositus ægrè iam exceptum poplitibus corpus tuebatur, donec, &c.

Excepturus, penul. prod. {ἐκπαλῆξων.} Lucan. lib. 1, Primus in obliquum sonipes opponitur amnem Excepturus aquas.

Excipiendus {ἐκπιπτέος.} Ouidius epist. 2, Linquor, & ancillis excipienda cado.

Exceptio, Verbale {παραγραφή.} Cic. 1. de Inuent. Adscribat ad legem, & addat exceptionem hanc.

Sine vlla exceptione. Cicero de Amicitia, Tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum, sine vlla exceptione communitas.

Sub exceptione. Vide SVB.

Cum exceptione laudari. Cic. Q. frat. lib. 1. 1, Neque te patiar (quantum erit in me) cum exceptione laudari. Vide LAVDO.

¶Exceptio, Præscriptio. Cicero 2. de Inuentione, Nam & Prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones. Et paulo pòst. Sic Vlpianus in l. prima. §. Labeo scribit. D. De fluminibus, Labeo scribit non esse dicendum, dandam exceptionem ei, qui interdicto conuenitur, aut nisi ripæ tuendæ causa factum sit: sed ita excipiẽdum ait, extra quam siquid ita factum sit, vti de lege fieri licuit. Budæus.

¶Exceptio, Dicta est quasi quædam exclusio, quæ (sicuti docet Vlpianus in l. secunda. D. de Exceptionibus) interponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendum id quod in intentionem contentionémque deductum est.

Legum exceptiones. Cicero 2. de Inuentione, Consueuisse eos qui legem scribant, exceptionibus vti: deinde oportet recitare leges cum exceptionibus scriptas.

Exceptiones perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper agentibus obstant, & semper rem de qua agitur perimunt, ait Caius. Temporales atque dilatorię sunt, quæ non semper locum habent, sed euitari possunt. l. 3. D. de except.

Exceptio rei iudicatæ conceditur ei qui quum in iudicio eiusdem rei, quæ nunc ab se iterum petitur, causam obtinuerit, denuò tamen in ius vocatus est: Nisi rem illam, qua de agitur, iudicatam esse appareat. l. 1. & passim. D. de except. rei iudicat.

Exceptio non numeratæ pecuniæ conceditur ei qui quasi statim creditor stipulanti spopondit, iuréque ciuili obligatus est. Nisi non numeratam fuisse pecuniam appareat. Est autem instituto Iustiniani biennis facta, l. in contractibus. C. de non numerata pecunia.

Exceptio pacti conuenti est quæ aduersus actionem opponitur, per quam aliquid à nobis petitur quod nos quidem præstaturos promisimus, sed postea inter nos ne id peteretur conuenisse affirmamus, vt docet Imper. §. 2. de except.

Exceptio procuratoria, inquit Vlpianus, est exceptio qua reus dicit non licere procuratorio nomine agi, nec prorsus litem inficiatur, sed personam euitat. l. 2. §. 3. D. de except.

Exceptio quod metus causa, datur ei qui metu adductus stipulanti promittens, iure quidem ciuili obligatus erat, Prætori tamen, propter iniquitatem & asperitatem iuris ciuilis, dignus hoc præsidio videtur. l. 1. & passim. D. de Dol. mal. & met. Si non metu inductum stipulanti promisisse appareat.

Exceptio doli mali conceditur ei qui dolo malo inductus stipulanti promittens, iure ciuili obligatus erat. Nisi dolo malo inductum eum stipulanti promisisse appareat. l. 1. & passim. D. de dol. & met. except.

Exceptio in factum conceditur ei qui errore inductus stipulanti promiserat, & iure ciuili contra æquum & bonum obligatus fuerat. Extra quam eum iusto errore inductum stipulanti spopondisse appareat, vt l. Iulianus. ff. de dol. except.

Exceptio iurisiurandi permittitur ei qui actore iusiurandum deferente iurauit ei se nihil debere. Nisi appareat eum deferente actore iurasse, se nihil debere. l. 3. & 4. D. de iureſur. Item ei datur qui petitore deferente suam esse rem qua de in iure agebatur, iurauit. l. Sed etsi possessori. D. eodem. Nisi appareat eum petitore deferente rem suam esse iurasse.

Tacitæ exceptiones. Cicero 2. de Diuinatione, Non ergo omnia scriptis, sed quædam, quæ perspicua sunt tacitis exceptionibus caueri.

Dare exceptionem alicui. Cic. 2. de Finibus, Et tamen quid attinet luxuriosis vllam exceptionem dari, &c.

Habere rectam exceptionem. Cic. Attico, lib. 6. III.

Peccat exceptionibus. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Excepto, exceptas {συχνὰς ἐκλαμβάνω} exceptâre, Frequentatiuum. Virgilius 3. Georgicorum,
Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,
Exceptántque leues auras. Id est frequenter in se trahunt, & capiunt, & velut hauriunt.

¶Exceptare, pro Eximium reddere. Seneca 1. de Benef. Eloquentiæ exceptat pretium litium numerus.

Exceptans, exceptantis, Participium. Cicero in Paradox. Et videant aliquem summis populi beneficiis vsum, barbatulos mulos exceptantem de piscina.

Exceptitius, Adiectiuum {ἐξαίρετος} Qui excipitur. Plinius libro 18. capite 10, Siliginem exceptitiam vocat Laconicam, quæ ab alia siligine ea ratione excipitur, quòd sine aristа crescat quemadmodum & far.

Excipulus, excipuli, penult. corr. {ὑπόθεσις.} Plin. lib. 9. cap. 22, Hyemato lacu, fluctibus glomeratæ voluuntur anguillæ, intantum mirabili alacritudine, vt in excipulis eius fluminis ob hoc ipsum fabricatis singulorum millium globi reperiantur.

Exceptorius, Adiectiuum. Vlpianus in l. Instr. D. De instructo vel instrumento leg. Quali vindemiatorij, exceptoríque.

Exceptor, pro librario, hoc est qui aliquid describit, apud Vlpianum. §. fin. l. Sed addes. D. locat. Vulgus perperá scriptores dicit, quos librarios dicere deberet, quum scriptores sint ipsi authores, conditoréſq; librorum. Quod Beroal. in Suet. on. Domit. adnotauit.

Excessus, Vide EXCEDO.

Excipuum {ἐξαίρετος} Quòd excipiatur: vt Præcipuum, quòd antè capiatur. Festus.

Excisio, Excido, excisas, Vide EXCIDO, excidis, penult. prod.

Excisorius, Vide EXCINDO.

Excito, excitas, Vide EXCIO.

Exclamo, exclamas, penult. prod. {ὀπισθοκλάω, κλαυσιγελάω, κλαίω} exclamâre, Vociferari, & quasi è medio pectore vocem maximam emittere, quod aut indignationis aut gaudij causa fieri solet. Terentius Adelph. 4. 4,
-illa exclamat:
Abi abi iam Æschine. Cic. 2. de Orat. Non enim possum quin exclamem, vt ait ille in Trinummo. Sic 4. Academic.

Barbarè exclamare. Quintil. lib. 1. cap. 6, Tota sæpe theatra, & omnem circi turbam exclamasse barbarè, scimus.

Dissertissimè exclamare. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Furiosè exclamare. Quintil. lib. 3. cap. 8, Ita cur initio furiosè sic exclamandum, non intelligo.

Qui volunt exclamare maius toto corpore atque omnibus vngulis, vt dicitur: contentioni vocis asseruiunt. Cic. 2. Tuscul.

Exclamat maxima cum voce. Plaut. Amphit. 17,
Ibi nescio qui maxima cum voce exclamat.

Exclamat maximum. Plaut. Mostel. 7,
-condormiuimus:
Lucernam fortè oblitus fueram extinguere:
Atque ille exclamat de-repente maximum.

Aliquem nominatim exclamare. Cicero 2. Philipp. Cæsare interfecto, inquit, statim cruentum altè extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamauit, atque ei recuperatam libertatem est gratulatus.

Memoria digna exclamare. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Exclamatio, Verb. {ὑπερφώνησις, κλαυσίγοησις} Actus ipse exclamãdi. Est & schema rhetoricum, de quo Cic. 3. de Orat. Author ad Herenn. lib. 4, Exclamatio est quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellationem, hoc modo, Te nunc alloquor Africane, cuius mortui quoque nomen splendori ac decori est ciuitati.

Acutas vocis exclamationes euitare debemus. Author ad Herennium, lib. 3.

Exclaro, exclaras, penultima producta, exclarare. Vitruuius libro 7, capite 2, Item naturæ decor erit, si cubiculis & bibliothecis ab oriente lumina capientur: balneis & hybernaculis ab occidente hyberno: pinacothecis, & quibus certis luminibus opus est partibus, à Septentrione, quòd ea cæli regio neque exclaratur, neque obscuratur Solis cursu, sed est certa & immutabilis die perpetuo. Neque exclaratur, hoc est neque maiore lumine illustratur.

Excludo, excludis, exclusi, exclusum, penult. prod. {κατακλείω, ἐκκλείω} excludere, Extra claudere, Eiicere. Terent. Eun. 1. 2,
Credo, vt fit, misera, præ amore exclusit hunc foras. Ibidem 1. 2,
-denique Ego excludor, ille recipitur.

Repelli & excludi à gubernaculis ciuitatum. Cic. 1. de Orat. Multi erant præterea præclari in philosophia & nobiles, à quibus omnibus vna penè repelli voce Oratorem à gubernaculis ciuitatum, excludi ab omni doctrina rerúmque maiorum scientia, &c. videbam.

Excludere, Distrahere, segregare aliquem à Republica. Cicero 5. Philippica, Exclusit illum à Republica, distraxit, segregauit, non solum scelus illius, sed etiam vt mihi videtur fortuna quædam Reipublicæ.

Coniungere cum aliquo, & Ab eo excludere, contraria. Cicero Attico, libro 8. 16. 2, Eo tibi celerius agendum erat vt te mecum coniungeres, priusquam Cæsar aut tuum iter impedire, aut me abste excludere posset.

Excludere aliquem à negotio. Cic. 5. Verr.

Excludere ab hæreditate. Cic. pro Cluentio.

Excludere amicitias. Cic. de Amicitia, Atque vt huius quem dixi, mores, veros amicos parare non potuerunt: sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles.

Astra excludere cælo. Stat. 3. Sylu. 2.

Spissa laurea excludet ictus feruidos. Horatius lib. 1. Carminum, ode 15.

Bellum excludere. Lucan. lib. 3.

Excludi Cappadocia, &c. Cic. ad Atticum, lib. 5. 10 8. Sic Excludi à portu & profugio, Cic. Lucceio, lib. 5. 15.

Excludere eorum cupiditatem Iudices, vestra sapientia. Cic. pro Cælio.

Domo & cubiculo excludi. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.

Excludere exercitum. Cicero 7. Verrin. Quamobrem qui nostros exercitus sæpe excluserant, iis clausta loci committenda non existimauit.

Excludat iurgia finis. Horat. 2. epist. 1.

Iure actionis aliquid excludere. Quintil. lib. 7. cap. 2, Si aliud negat reus, aliud defendit, aliud in re actionis excludit.

Excludi loco. Cic. de Amicitia, Amicitia plurimas res continet quoquò te verteris, præsto est, nullo loco excluditur.

Exclusus mensa hospes. Liu. 8. bel. Pun.

Mœnibus excludere aliquos. Cic. pro Corn. Balbo, Quos quum maxima bella nobis inferentur, mœnibus excluserunt.

Excludere alicui oculum, Idem quod effodere, vel exerere, & exturbare oculum. Plaut. Pseud 7.

Frigora excludunt radios. Stat. 1. Sylu. 2.

Regionibus excludi. Cic. Cn. Magno in epist. ad Attic. lib. 8. 159, Neque enim eos solos arbitramur capi qui in armatorũ manus incidissent, sed eos nihilominus qui regionibus excluſi, intra præsidia atque intra arma aliena venissent.

Excludere à consilio publico spem pacis. Cicero de Claris Oratoribus.

Excludere auribus suauitatem aliquam. Cicero pro Cęlio, Quamobrem siquem fortè inueneritis qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore vllo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suauitatem.

Exclusus suffragio. Liu. 1. ab Vrbe.

Vitia culpámque excludere. Cic. 3. de Nat. deor. Eam dedisse hominibus rationem, quæ vitia culpámque excluderet.

¶Excludi tempore, aut tẽporiis spatiis, Impediri nequis quid possit agere propter tempus. Cic. 3. Verr. Angustiis temporis excludũtur omnes. Idem 3. de Orat. Aut temporibus excluſi, aut volũtate sua feriati. Idem in Vatinium testem, Vt homo Consularis exclusus miser puncto tẽporis spoliaretur beneficio & æquitate legis tuæ? Cæsar in Cõmentariis, Ne anni tẽpore, nauigatione excluderentur. Ibidẽ, Exclusus diei tẽpore, in posterũ oppugnationem differet. Virgilius,
-spatiis exclusus iniquis. Pomponius De ædilitio edicto, l. Si tamen, Non nocebit emptori, si ex mensium exceptione redhibitoria excluſus, velit intra annũ æstimatoria agere. Papinianus Ad Senatusconsultum Turpil. l. Quærebatur an hi qui ab accusatione tempore excluſi essent, in Senatusconsultum Turpilianum inciderent. Et subdit, Qui præscriptione temporis excluſi, causam adulterij perferre non potuerunt.

¶Excludere, Repudiare, non admittere quod postulatur aut petitur, sed reiicere. Cic. de Aruſp. resp. Quod anno antè frater Metellus & cõcors etiam tum Senatus principi Cn. Pompeio, sententiam dicenti, excluſerat, acerrimẽque vna voce ac mente restiterat.

Excludere exceptione petitorem. Cicero 1. de Orat. Petitor rursus quum peteret, ne exceptione excluderetur, quòd ea res in iudicium antea non venisset.

Honore aliquo nominatim excludi. Cic. de Lege agraria.

Præmiis & honoribus excludi. Cic. pro Corn. Balbo.

¶Excludere, Liberare. Lucilius libro 27, Primum qua virtute seruitutem excluſerit. Accius, Qua virtute hic se seruitute excluſit. Nonius.

¶Excludere gemmam, & Includere, contraria. *Enchasser, & Desenchasser: Mettre en œuure, & Mettre hors d'œuure.* Paulus in l. Gemma. D. Ad exhibend. Gemma incluſa auro alieno, vel sigillum candelabro, vinditari non potest: sed vt excludatur, ad exhibendum agi potest.

¶Excludere gallinæ vel aues dicuntur, quum incubando pullum emittunt ac pariunt. Colum. lib. 9, Quoniam aliæ melius excludant, aliæ editos pullos commodius educent. Cic. 2. de Nat. deor.

Excludens, penult. prod. Participium {κατακλείων.} Cic. 1. Offic. Neque excludentes ab eius vsu suos, potiúſq; & amicis impertientes & Reipublicæ, siquando vsus esset.

Excluſus, penult. prod. {κατακλειστός} Aliud participium. Cicero pro Cluent. Quum vagus & exul erraret, atque vndique excluſus, &c.

Amator excluſus. Horat. 2. Serm. sat. 3.

A cultura fundi sum excluſus. Vlp. in l. 2. D. De annuis legat.

Ab extremo complexu liberũm excluſæ matres. Cic. 7. Verr.

Voces alicuius excluſæ. Cic. 2. Philip. Itaque excluſis tuis vocibus, & ad te & ad prædas milites missit.

Volupras excluſa animo. Stat. 3. Sylu. 3.

Excluſissimus, penult. corr. {κατακλειστότατος} Nomen ex participio. Plautus Menæch. 15,
Abiit intrò ocyus in ædes, nunc ego sum excluſissimus.

Excluſurus, penult. prod. {κατακλείσων.} Tibul. lib. 2. eleg. 3,
Nullus erat custos, nulla excluſura dolentes Ianua.

Excluſorius, Adiect. Vlp. in l. Exceptio. D. De exceptione. Illud tenẽdum est, omnem exceptionem vel replicationem excluſoriam esse.

Excluſio, excluſionis, Verbale. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 20, Excluſione luminis tenebras in terram refundit.

Excodicor, excodicaris, excodicari, Festo est arbores & virgulta effodere, quum in authoribus rei rusticę fit circum codices & stipites arborum ablaqueare. Aut siluester, inquit, excodicatur. Monuit Turn.

Excogito, excogitas, penult. corr. {ἐνθυμέομαι, μηχανάομαι, σύντιθεμαι} excogitare, Cogitando inuenire. Cic. 6. Verr. Nouum ac singulare supplicij genus excogitauit.

Fingere & excogitare. Cic. 2. in Catil. Quid enim mali aut sceleris fingi aut excogitari potest, quod non ille conceperit?

Excogitare diligenter & cautè. Cic. 6. Verr.

Excogitare ingeniis aliquid. Cic. 2. de Legibus.

Excogitauit aliquid, eadem dicit quæ Stoici. Cic. 4. Acad.

Mira quædam excogitare genera furandi. Cic. 4. Verr.

¶Excogitare, pro Vehementer cogitare. Cic. Attico, lib. 9, Adhæc igitur, cogita, mi Attice, vel potius excogita.

Excogitatus, penult. prod. Participium {σύντιθεμένος.} Cic. pro Cluent. Ratio excogitata Latini est.

Excogitatus {σύντιτος} Nomen ex participio, pro Exquisito, Sueton. in Calig. cap. 22, Templum etiam numini suo proprium, & sacerdotes, & excogitatissimas hostias instituit.

Excogitatio, Verbale {σύντιτος.} Cic. 1. Tusc. Quid illa vis, quæ tandem est, quæ inuestigat occulta, quæ inuentio atque excogitatio dicitur?

Difficilis excogitatio. Cic. 2. de Orat. Quæ ab Oratore pariuntur, excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illustrem, perspicuámque desyderant.

Excogitator, pen. prod. Verbale {σύντιτις.} Quint. Declam. 10, Sic magũ protinus, nescia matre, excogitator hic mortis alterius aduocat.

Excolo, excolis, penult. corr. excolui, excultum {ἐξεργάζομαι, σύντιτος μέω}

excolere. Ornare, & expolire. Plin. epist. 2. 16, Emas marmora, quibus solum, quibum parietes excolantur.

Dare se philosophiæ excolendum. Cic. 4. Tusc.

Excolere & expolire. Cicero de Claris Orat. Catóſque Tuditanus cum omni vita atque victu exultus atque expolitus, tum eius elegãs est habitum etiam orationis genus.

Mansuefieri & excoli. Cicero 1. Tusc. Omnes magni, etiam superiores, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præsidia contra feras inuenerunt, à quibus mansuefacti & exculti, à necessariis artificiis elegantiora defluximus.

Beneficio excoli. Cic. in Orat. An victus hominum, Athenienſium beneficio excoli potuit, oratio non potuit?

Cura alicuius excoli. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9.

Excolere aliquid oratione. Cic. in Paradox. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendeſcat oratione, & tanquam excolatur.

Excolere animos doctrina. Cic. pro Archia.

Excolere liberos disciplinis. Colum. lib. 4. cap. 3.

Excolere officium, cui opponitur Negligere officium. Cic. 1. Offic. In eóque excolendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. Legitur ex vetusto exemplari, Colendo.

Rura excolere. Claud. 2. in Eutrop.

Vitam excoluere per inuentas artes. Virg. 6. Æneid.

¶Excolere, pro Colere. Cic. ad Q. frat. Itaque, vt tibi placet damus operam ne cuius animum offendamus, atque, vt etiam ab iis ipsis qui nos cum Cæsare tam coniunctos dolent, diligamur, ab æquis verò aut etiam à propensis in hanc partem vehementer excolamur.

Fundum alienum excolere, pro Colere. Caius in l. Qui alienum. D. De donat.

Excultus, Participium {ἐξεργασμένος.} vt Excultus doctrina. Cicero 1. Tusculan.

Excultus ad humanitatem ex agresti immaniq; vita. Cic. 2. de Legibus, Tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immaniq; vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus.

Studiis excultus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8.

Animus excultus & acies curata. Cicero 5. Tusculan. Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata est vt ne cæcetur erroribus, fit perfecta mens, id est absoluta ratio, quod est idem virtus.

Ingenia disciplinis excultа. Cic. in Orat. Nihil enim est feracius ingeniis, iis præsertim quæ disciplinis exculta sunt.

Opes excultæ. Propert. lib. 4. eleg. 1.

Artibus exculta hominum vita. Cic. 2. Offic.

Ex-compacto, vel compoſito, Vide EX.

Exconſul, & Exquæstor {ὑπατικὸς, πρὸ ταμίας} pro Consulari & Quæstorio legitur apud Iustinianum in l. 2. §. Nos itaque. C. de Veteri iure enucleando, Omne studium Triboniano viro excelſo, magistro officiorum, Exquæstori sacri nostri palatij & Exconſuli credidimus, &c. & sæpe in eadem lege.

Exconsule, & Exquæstore. Iustinianus in secunda epistola Pandectis præfixa, Per Tribonianum virũ magnificum, magistrum & Exquæstore sacri palatij, & Exconsule. Idem in epistola tertia, Quæ bmnia per virum excelſum, necnon prudentiſſimum magistrum Exquæstore & Exconsule Tribonianum perfecta sunt. Loquendi forma, inquit Haloander, ei seculo familiaris, pro Quæstorio & Consulari viro, quo modo vetereſ Latini Proconsule, & Sallustius Promilite, & Cic. Proquæstore vno verbo per omnes casus & numeros dixerunt. Vide Crinitum De honesta disciplina lib. 10. cap. penult. & Alciatum lib. 4. Disjunctionum cap. 3. Vide etiam PROCONSVLE.

Ex Consule, Vide EX.

Exconsularis, penult. prod. {ὑπατικὸς} in l. 3. De proximis sacrorum scriniorum, libro 12. C. Consulari honore fulti inter electos habeantur, hũncque honorem dignitatis teneant qui Exconsularibus deferri consueuerit. Quædam exemplaria legunt duabus dictionibus ex Consularibus.

Ex continenti, Vide EX.

Excoquo, excoquis, penult. corr. excoxi, excoctum {ἐξέψω} excoquere, Perfectionem significare videtur, nempe perfectè coquere. Terẽt. Adelph. 5. 3, Tam excoctam reddam atque atram, quàm carbo est. Colum. Vis frigoris excoquit terram.

Cruditatem excoquere Laconicis. Vide Cruditas, in GRVDVS.

Ignis excoquit vitium metalli. Ouid. 4. Fast.

Vitium per ignem excoquitur. Virg. 1. Georg.

Excoquitur flammis scopulus. Silius lib. 3.

Sol terram excoquit. Lucret. lib. 6.

Excoquere malum alicui. Plaut. Perſa, 2. Id est excogitare, & ad tempus præparare.

Excors, excordis, Adiectiuum {ἀκόφρων} Qui veluti corde & animo ac sensu communi, hoc est intellectu caret. Veteres enim sapientiam in corde collocabant, quã nunc in cerebro ponimus. Cic. lib. 1. Tusc. Quid porrò ipse animus, aut vbi, aut vnde, magna dissensio est: aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordéſque dicuntur. Idem de Amicit. Apertè adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. Idem pro Cn. Plancio, Et quenquam putas fuisse tam excordem, qui viuis his, stãte vrbe, & curia, rediturum me, si viuerem, non putaret? Horat. 1. epist. 2,
Sub domina meretrice fuisset turpis, & excors
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

Excors & demens. Cicero pro Domo sua, Neque tu eras tam excors, támque demens, vt nescires hunc Clodium esse qui contra leges faceret.

Insanus & excors. Horat. 2. Serm. sat. 3,
Tu me insanus eris, si acceperis tan magis excors
Reiecta præda, quam præsens Mercurius ferat?

Excrementum, Vide EXCERNO.

Excreo, excreas {ἐκπτύω, ἐκπτύω} excreâre, Vi quadam expuere, & cum tussi. Plaut. Amphit. 14,

Si minuſculo digito increpuerint fores,hac regula
Tuum diminuam caput,vt cum dentibus linguam excrees. Celſus,
Et interdum aliquid purulenti excreat. Ouid.epiſt.20,
Excreat,& ficta dat mihi ſigna nota.

Excreatio,Verb. {ἐκπτύοντ.} vt Sanguinis excreationes. Plin.lib.24.c.14.
Excreationes faciles facit in cibo ſumptũ ſinapi. Plin.lib.20.c.22.
Excreationes pectoris purgat.Plin.lib.20 cap.22.
Ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis.Plin.lib.20.cap.22.

Excreabilis,penult.corr.Adiectiuum {ἐκπτυτὸς} Quod excreari poteſt. Plin.lib.29.cap.14,Pulmonum vitia excreabilia facit.

Excrefco,excreſcis,excreui,excretum,penult.corr. {ἐξαυξάνω} excréſcere,Creſcere in altum, & citò atque aperté. Columel.lib.5,Si ſatis excreuerint,iugo ſupponãtur. Plin.lib.37.cap.2,Excreſcitq; in dies eius rei luxus.
In altum excreuit.Lucan.lib.4,
Colle tumet modico leniqne excreuit in altum
Pingue ſolum tumulo.
In caput excreſcere.Quintil.lib.4.cap.1.
Excreſcere in longitudinem.Plin.lib.16.cap.30.

Excretus,penult.prod. {ἐξαυξὴς} Participium.Virg.3.Georgicorum,
Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos. Excretos, id eſt validiores. Seruius.

Excretum, Vide EXCERNO.

Excribo,Vide EXSCRIBO.

Excrucio, excrucias {ἐξαικίζω} excruciare, Valde cruciare ſignificat.
Terentius Eunucho.5.3, Spero me habere qui hunc meo excruciem modo. Idem Heaut.1.2, Proin tu ſolicitudinem iſtam falſam quæ te excruciat,omittas. Cic.3.Verr. Socium atque amicum ſumo excruciatum ſemiuiuum reliquit. Idem pro Lege Manil. Omni ſupplicio necatum excruciauit.
Confici & excruciari.Cic.Terentię,lib.14.3,Conficior enim mœrore mea Terentia : nec meæ miſeriæ magis excruciant , quàm tuæ veſtræque.
Omni modo excruciare aliquem.Catul.ad Iuuentium,epigr.94.
Excruciat animum libido.Cic.1.de Fin. Et lib.2.
Frigus excruciabat nudos.Lucret.lib.5.
Excruciat eam animi.Plaut.Milite,18,
Vide ne ſis in expectatione:ne animi illã excrucies. Idem Epid.9,
Vel quaſi egomet,quæ filij cauſa cœperam
Me excruciare animi. Terent.Phorm.1.4,
Eheu me miſerum:quũ mihi pauco,tũ me Antipho excruciat animi.
Excruciatur vicem meam. Plautus Moſtel.6. Id eſt dolet infortunium meum.
Excruciatus inopia,Vide OPVLENTIA.

Excruciabilis,& hoc excruciabile, penult. corr. & {ἀθλητὸς} Dignus qui excrucietur.Plaut. Ciſtel.9,
Nullam ego me vidiſſe credo magis anum excruciabilem
Quàm illãce eſt,&c.

Excubicularii, Qui cubicularij munere functi ſunt. Impp.l.13. de excuſ.libert.lib.10. C. Maximarum culmina dignitatum, Conſiſtoriani quoque comites,notarij etiam noſtri, & cubicularij omnes,atque excubicularij,ab omnibus ſordidis muneribus vindicentur.

Excubo,excubas,pen.corr.excubui,excubitum,pen.corr. {πανυχίζω, νηφαλιστέω} excubare,Vigilare,diligenter cuſtodire. Salluſt.in Iugurtha, Neque ſecus, quàm ſi iter faceret, caſtra munire, excubitum in porta cohortes ex legionibus,pro caſtris equites auxiliarios mittere. Liuius lib.5.ab Vrbe,Excubare pro portis.
Excubare ad portum.Cæſar 2.bel.Ciuil.
In agro armatos excubare.Cic.1.de Diuinat.
In fano Paſiphæ ſomniandi cauſa Lacedæmonij excubabant. Cicero 1.de Diuinat.
Excubare in muris.Liu.4.bel.Maced. Cæſar 3 bel.Ciuil.
Excubant in tutela ruris in aqua ſatæ ſalices.Plin.lib.16.cap.37.
Ante domum excubui.Ouid.3.Amor.eleg.10.
Ante fores excubat Cerberus.Tibul.lib.1.eleg.3.
Excubare pro pace.Modeſt.in l.Famoſi.D.ad leg.Iuliam maieſt.
¶Excubat laurus ante limina,pro Eſt.Plin.lib 15.cap.30.
¶Excubare animo , pro Vigilare , & inquieto animo eſſe. Cic.4. Tuſcul.Qui ſemper animo ſic excubat,vt ei nihil improuiſum accidere poſſit,nihil inopinatum,nihil omnino nouum.
Excubare & vigilare pro aliquo.Cic.6.Philip. Quamobrem Quirites,conſilio quantum potero,labore plus penè quàm potero,excubabo,vigilaboque pro vobis.
Excubat Reipub.cura apud nos. Plancus ad Senatum,lib.10 8,Ex quo intelligi poteſt curam Reipub. ſummæ defendundæ iampridem apud nos excubare.
¶Excubatur rerum non animi pretiis.Plin.lib.35.cap.7.
¶Excubare,pro Incubare,ſeu ova fouere.Colum.lib.8.cap.5,Nouellæ gallinæ magis edendis, quàm excubãdis ouis vtiliores ſunt.inhibeturque cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta.

Excubatio,Verbale {πανυχισμός.} Valer.lib.4.de Amicitia, Pro dignitate & ſalute amicorum perpetuam excubationem.

Excubitor, penult. corr. Verbale {νηφαλιστὴς,πανυχιστής.} Colum. lib.7. cap.12, Quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt vigilantior? De canibus. Cæſar 7.bel.Gall.Hæc eadem nocte excubitoribus ac firmis præſidiis tenebantur.

Excubiæ , excubiarum {πανυχίδες} diurnæ & nocturnæ ſunt : Vigiliæ tantummodo nocturnæ,inquit Valla lib.4. Plaut.Caſin.2,
Is ſperat ſi ei ſit data,ſibi fore paratas clam vxore excubias foris.
Excubiæ & cuſtodiæ. Cicero pro Marcello,Non modò excubias & cuſtodias , ſed etiam lacerum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur.
Excubiæ & vigiliæ.Cicero pro Milone,Si hæc arma,ſi Capitolinæ cohortes,ſi excubiæ,ſi vigiliæ,ſi delecta iuuentus , quæ tuum corpus domúmque cuſtodit,&c.

Capitis alicuius excubiæ.Cic.7.Philipp.Cuius ego excubias & cuſtodias mei capitis cognoui.
Cuſtodum excubiæ.Ouid.1.Amor.eleg.6.
Vigilum excubiæ.Virg.9.Æneid.
Excubiæ miſeræ,flebiles vigiliæ, noctes acerbæ , cuſtodia infelix.
Cic.pro Plancio.
Triſtes excubiæ.Horat.3.Carm.ode 18.
¶Agere excubias.Ouid.3.Faſt.
Habere excubias.Plin.lib.10.cap.23.
Madentes vino excubiæ.Claud.in Nupt.Honorij.

Excubitus, huius excubitus, penult. corr. {πανυχισμὸς} pro excubiis. Hirtius de bello Hiſp. Partim vt pedeſtres copiæ in ſtatione & excubitu caſtris præſidio eſſent.

Excudo, excudis , penult. prod. excudi (& excuſi ſecundum Carrhenſium & Probum) excuſum {ἐκμολύνω} excudere,Cudendo efficere, inquit Seruius. Virg.6.Æneidos,
Excudent alij ſpirantia mollius æra.
¶Excudere, Procudere, & Iucus ipſa , à cædendo dicta ſunt, teſte Feſto.
Ceras excudunt apes.Virg.4.Georgic.
¶Artes excudere,per metaphoram.Virg.1.Georgicorum,
Vt varias vſus meditando excuderet artes. Vbi Seruius , Excuderet,Studioſe reperiret,& coleret. Alij legunt extunderet,hoc eſt,vellet extorqueret,& violenter pararet meditando ſiue exercitando.
Excudere ignem. Virgil.1.Georg. Hoc eſt cudẽdo & concutiendo elicere.
Excudit Achates ſilicis ſcintillam.Virg.1.Æneid.Vbi Seruius,Excudit,feriendo elicit:quia cudere,eſt ferire. Quo loco quidam legũt excuſſit ab excutio:quod etiam ſtare poteſt.
¶Excudere oua dicuntur gallinæ,& huiuſmodi animalia:quod & excludere dicitur.Colum.lib.8.cap.14, Negatur anſer aliena excudere oua,niſi ſubiecta ſua quoque habuerit. Varro 3.de Re ruſt.cap.9.
¶Excudere dicta alicuius.Ouid.in Fragmento.
¶Excudere aliquod opus , pro Componere. Cic. ad Attic.lib.15. 330 , Librum tibi celeriter mittam. de gloria excudam aliquid {ἐγκωμιάσω}, quod lateat in theſauris tuis.

Excuſſio,onis, Verbale, Eſt quàm diligẽs inquiſitio ac detentio rerum bonorúmque principalis debitoris per iudicem, vſque ad peram (vt vocant) & ſacculum,id eſt nouiſſimum quadrantem effecta.

Excuſor,penult. prod. excuſoris, Verbale {ἐκκολαπτὴς} Idem quod vaſcularius. Quintil.lib.2.cap.21, Nam ſi quæram quæ ſit materia ſtatuarij,dicetur æs:ſi quærã,quæ ſit excuſoris,id eſt eius fabricæ,quam Græci χαλκόπλαστὴν vocant,ſimiliter æs eſſe reſpondeant.

Excúlco,exculcas {κατατρίβω} exculcâre, Vehementer pedibus calcare.Cæſar 7.bel.Gal.Simul confirmandi & ſtabiliendi cauſa ſinguli ab infimo ſolo pedes terra exculcabantur.
Exculcare,pro Calcando exprimere.Plaut.Capt.13,
Ex ipſis dominis,meis pugnis exculcabo furfures.

Exculcatus, penult.prod. Participium {κατατετριμμένος} pro Obſoleto, ſordentique. Gellius lib.11.cap.7, Verbis,inquit,obſoletis, exculcatiſque. Idem alibi inuulgata,ſordentiáque vocat.

Exculcator , exculcatoris , Verbale. Dicebantur autem exculcatores milites , qui ſcilicet miſſilia & lapides & glandes exculcant & eiiciunt. Vſus eſt Vegetius, apud quem tamen hactenus exſcultatores corruptè editum eſt. Turnebus.

Exculpo,exculpis (vel vt alij,excalpo, excalpis) exculpſi, exculptum {ἐκμορφόω} exculpere , Idem quod perfectè ſculpere , ſiue ſcalpere. Plin.lib.33.cap.9,Quinetiã pocula ita figurantur,exculptis intus crebris ceu ſpeculis,vt vel vno intuẽte,populus totidem imaginum fiat. Ex veruſto codice legitur expulſis.
Exculpere aliquid è quercu. Cicero ad Atticum, libro 13.283,Tamen neſcio quid è quercu exculpſeram quod videretur ſimile ſimulacri. Sic Exculpere ex marmore.Quintil.lib.2.
Signum ex lapide exculpere.Quintil.lib.2.cap.19.
Exculpere nidos gallinarum , aut affigere parieti. Varro 3. de Re ruſt.cap.8,Ita vt in parietibus circum omnia plena ſint cubilia gallinarum,aut exculpta,aut afficta firmiter.
¶Exculpere alicui oculum,per tranſlationem. Terent. Phorm.5. 8.Vide OCVLVS.
¶Exculpere, pro Eradere.Æmilius Probus in Pauſania, Hos verſus Lacedæmonij exculpſerunt : neque aliud ſcripſerunt , quàm nomina earum ciuitatum,quarum auxilio Perſæ erant victi.
¶Exculpere,Extorquere.Plaut.Ciſtel.6,
-vix exculpſi vt diceret. Lucil.lib.2. ſat. Nunc nomen, iámque ex teſtibus ipſe rogandum exculpo,hæc dicam.
Exculpere verum ex aliquo. Terent.Eun.4.4.
Exculpere predam ex. Lucilius, Vti eſurienti leoni ex ore exculperet prædam. Nonius.

Excultus, Vide EXCOLO.

Excuriare {ἐξαγχεύω} Curia excludere. Varro Hippocyone,Apollonium ideo excurtant,quia nihil habebat.Antiquum. Nonius.

Excuriati , exterminatique apud Varronem, M. Tullióque leguntur vocabulis ſanè probis, pro his qui curia & terminis exacti ſunt.Cæl Rhod.lib.25.cap.12.

Excuratus {ἐξεπιμελημένος} Participium ab Excuro,excuras, Diligenter & cum cura apparatus:vt Excuratus victus.Plaut.Pſeud.22,
Ita excurato victu,ita magnis munditiis,&c.
Excuratus homo.Plaut.Caſin.16.

Excurro , excurris , excurri & excucurri apud Plautum & Liuium, excurſum {ἐκθέω,ἐκτρέχω} excurrere,Extra currere. Cicero ad Atticum, libro 10. 206 , Ego dum panes & cætera parantur , excurro in Pompeianum. Liuius libro 1. ab Vrbe, Quum plures igni quàm ferro armati excucurriſſent , cæde incendióque cuncta complent. Cic.3.Verr.
Excurremus legati ad Piſonem.Cic.ad Attic.lib.1.1.
Euolare & excurrere.Cic.de Claris Orat. Itaque tantos proceſſus efficiebat,

efficiebat,vt euolare,non excurrere videretur.
Ad aliquem excurrere.Cic.Appio,lib.3.7 , Mãdaui vtrique eorum, vt antè ad me excurrerent,vt tibi obuiam prodire poſſem.
Ex aliquo loco excurrere.Cic.2.pro Lege agrar.
Excurrere dicuntur milites,quando ex caſtris exeuntes , in hoſtilem agrum graſſantur. Liuius 1.ab Vrbe , In fines Romanos excurrerunt populabundi magis , quàm iuſti more belli. Sic Cic.de Lege agraria.
¶Excurrere aliquid dicitur , quum protenditur in longum vel latum.Liu.6.bel.Pun.
¶Excurrunt germinationes.Plin.lib.17.cap.26.
Excurrit etiam oratio. Cic.3.de Orat. Ne fluat oratio , ne vagetur, ne inſiſtat interius , ne excurrat longius , vt membris diſtinguatur. Hoc eſt,ne longius diuagationibus obruatur.
Inſiſtere & Excurrere dicitur oratio,contraria. Cic.in Orat. Quid eſt cur claudicare aut inſiſtere orationem malint, quàm cum ſententia pariter excurrere?
In locum excurrere. Quintil.lib.4.cap.3.
In campo excurrit virtus. Cic.pro Mur. Nullum enim vobis fors campum dedit,in quo excurrere virtus,cognoſciq́ poſſet.
Excurrens in meridiem planities.Plin.lib.17.cap.5.
Euentus donationis excurrit in hoc tempus. Vlpian.in l. Qui in hoc.D.De donat.inter virum & vxorem.
Euolant atque excurrunt foras animi. Cic.1.de Diuinat.
In pericula excurrere. Senec.de Benef.lib.2.cap.34.
¶Summa excurrit.Paulus in l.Publia Mæuia.§.fin. D. Depoſiti vel contra , Debetis mihi decem quos apud Titium depoſuiſtis , Item πωγωνίαν decem: item ex ratione patris veſtri decem & quod excurrit. Id eſt decem aureos & aliquot denarios vel feſtertios. Excurrere enim id dicitur, quod ordinem aut modum,id eſt menſuram,numerúmve egreditur. Cic.in Orat.de numeris oratoriis loquens,excurrentia appellat verba , quæ vltra rythmum legitimum adducuntur. Hinc ſumma excurrens Latinè dicitur,quam lingua vulgaris ruptam appellat;vt quum dicunt ſolidos fractos,id eſt briſatos. Quadrans autem ſumma dicitur & ſolida, in qua nihil excurrit. Budæus in dicta l.Publia Mæuia.
¶Excurrere, pro Digredi , Vide Egredi , pro Digredi, in EGREDIOR.

Excurſus {ἐκδρομικὸς} Participium ab Excurror. Terent. Adelph.5. 4, Propè iam excurſo ſpatio.mittor:id quamobrem,reipſa repperi.

Excurſus,huius excurſus {ἐκβολὴ.} Plin.epiſt.101.lib.5, Vides vt Aratus minutiſſima etiam ſydera conſectetur & colligat:modum tamen ſeruat,non enim excurſus hic eius,ſed opus ipſum eſt.
Excurſus nauigiorum. Hirtius 4.bel.Alexand.
Breues excurſus tentare.Virg.4.Georg.
¶Excurſus,pro Digreſſione,Vide Egredi,pro Digredi,in EGREDIOR.

Excurſio,excurſionis {ἐκδρομὴ.} Cic.de Senect.Nec enim excurſione,nec ſaltu vteretur.
Excurſio militum. Cic.ad Attic.lib.1.14. Et pro Lege Manilia, Quum vna excurſio equitatus perbreui tempore totius anni vectigal auferre poſſit.
Excurſiones & latrocinia hoſtium.Cic.pro Deiot.Sed quibus fines ſuos ab excurſionibus hoſtium & latrociniis tueretur.
Infeſta excurſionibus Barbarorum via. Cic.de Prouinc.Conſ.
Excurſiones inuicem facere. Liu.10.bel.Pun.Inde iaculis ſummotis,recurrere ad ſuos,inde excurſiones inuicem fieri.
Breues excurſiones. Sæuola in l. Mœnia. §. vltim. D. De annuis legatis.
¶Excurſio orationis. Cic.2.de Diuinat. Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima orationis excurſio,nunc,&c.

Excurſor, Verbale {ἐκδρομίτης} Qui excurrit. Cic.4.Philipp.Eſt igitur Quiritibus Pop.Romã victori omnium gentium omne certamen cũ excurſore,cum latrone , cum Spartaco. Idem 4.Verr. Perit Næuius Turpio quidam iſtius excurſor & emiſſarius.

Excuſo,excuſas , pen.prod. {παραιτέομαι , ἀποφαίζω, ἀπολογέομαι} excuſare , Quaſi ex cauſa detrahere , & abſoluere : ſignificãtque propriè obiectum crimen diluere. Cic. ad Att.lib.15.330 , Atticæ meæ velim me ita excuſes,vt,&c.
Excuſo me tibi in eo ipſo,in quo te accuſo. Cicer.ad Qu. fratrem lib.2.6.
Nimis ſe aliquibus excuſare. Cic.Attico,lib.9.185, Verùm (vt ſcribis) quum ſcimus,viris bonis me nimis excuſo.
Excuſare aliquem alteri per literas. Cic.Bruto , lib.11.15 , Planco collegæ mandaſti,vt te mihi per literas excuſarer.
Crimen excuſare lacrymis.Stat.6.Thebaid.
Propinquitatem excuſare. Cic 8. Philipp. Quanquam is quidem antequam ſententiam diceret,propinquitatem excuſauit.
Excuſatum me volo. Cic.3.Verr.His omnibus qui iſtius iniurias norunt,hoc eſt Pop.Rom.vniuerſo , me vehemẽter excuſatum volo, non negligentia mea fore vt multa præteream.
Excuſare aliquem apud. Cic.ad Att.lib.12.241, De me excuſando apud Apuleium dederam ad te pridie literas.
Excuſatum habeas me,rogo,cœno domi.Martial.lib.2.
Excuſare de. Cæſar 4.bel.Gall.Morinorum legati ad eũ venerunt, qui ſe de ſuperioris temporis conſilio excuſarent.
¶Excuſare aliquid, Eſt afferre in excuſationem id quod peccandi cauſam præbuit.veluti ſi latrones aut flumina impedimento fuerũt, ne ad diem adeſſe poſſem. Quintil. in Paſtu cadauerum , Tu tamen ſi interpellatus tempeſtatibus ſeruus veniſſes, excuſares mare & ambiguos ſtatus. Liuius de Torquato,Oculorum valetudinem excuſauit. Sic apud Plinium lib.26.cap.1 , Excuſare valetudinem. Plinius epiſt.7.
Laborem excuſare. Horat.1.epiſt.7,
-ille Philippo
Excuſare laborem,& mercenaria vincla,

Quòd non mane domum veniſſet.
Moras excuſat fratri.Stat.12.Thebaid.
Tarditatem literarum alicuius excuſare.Cic.Att.lib.15.329.
Vires excuſare.Ouid.14.Metamorphoſeos,
-poſtquam mandata peregit,

Auxilium petiit.vires Ætholius heros Excuſat.
Excuſari morbi cauſa. Cic.ad Atticum,lib.12.248, Sed cura vt excuſer morbi cauſa in dies ſingulos.

Excuſans , pen. prod. Participium {παραιτούμενος.} Cic. de Claris Orat. Cui tamen Lælius ſe excuſans,non genero minori dixit ſe illud, ſed maiori filiæ detuliſſe.
Verba excuſantia dicere.Ouid.9.Metam.

Excuſatio, Verbale {παραίτησις, ἀποφάσις, ἀπολογία.} Cicero de Amicitia, Nulla eſt igitur excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. Plautus Aſin.10.
Deo ne excuſatio quidem eſt inſcientiæ. Cic.3.de Nat.deor.
Oculorum excuſatio. Cic.2.de Orat. Vt ego qui in delectu Metello quum excuſationem oculorum à me non acciperet,& dixiſſet,Tu igitur nihil vides?
Idonea & iuſta excuſatio. Cic. Tironi,lib.16.25.
Sapiens & probabilis excuſatio. Cic.Att.lib.8.160,Omnia ſunt integra nobis:nihil prætermiſſum eſt quod non habeat ſapientem excuſationem,non modò probabilem.
¶Accipere excuſationem.Cic.Cornificio,lib.12.25.
Turpis excuſatio minimè accipienda eſt.Cic.de Amic.
Afferre excuſationem.Plancus Ciceroni,lib.10.4 Ego autem præteriti temporis excuſationem affero,quòd te profectum audieram. Vide AFFERO.
Defendere excuſatione adoleſcentiæ , vitia alicuius. Cicero pro Cælio.
Defendit aliquem neceſſitatis excuſatio.Cic.pro Rab.Poſth.
Struporis excuſatione ſe defendere.Cic.de Aruſp.reſp.
Deprecari excuſatione ſummæ ſtultitiæ , ſummæ improbitatis odium. Cic.pro Cecinna.
Dare excuſationem. Cecinna Ciceroni,lib.6.7, Sed vtrique rei excuſationem,tuæ vitæ conſuetudo dat.
Dare alicui iuſtam excuſationem. Cic.6.Verr.Sappho, quæ ſublata de Pryraneo eſt,dat tibi iuſtam excuſationem,propè vt concedendum atque ignoſcendum eſſe videatur.
Cum excuſatione errare poſſe. Marius Ciceroni,lib.11.28.
Eruere excuſationem. Senec. de Benefic.libro 2.cap.30 , Non eſt quòd quiſquam excuſationem mentis ingratæ ab infirmitate atque inopia eruae. Id eſt Non te fingas inopem aut infirmum, ne ingratus videaris.
Legitimam excuſationem habere. Cic.5.Philipp.
Pietatis , neceſſitatis , & ætatis excuſationem habere. Cicero pro Cælio.
Non habet excuſationem ſtultitia.Cic.1.de Orat.
Parare excuſationem ad aliquem. Cic.Attico,lib 12.245,Itaque ipſum dubito,an excuſationẽ aliquam ad illum parem. Vide PARO.
Probare excuſationem. Cic.in Orat. Nobis autem in ſcribendo, atque in dicendo neceſſitatis excuſatio non probatur.
Quærere excuſationem. Cic.pro Rab.Perduel.reo.
Relinquere excuſationem ad aliquem. Cic.Att.lib.9.173, Hanc eram ipſam excuſationem relicturus ad Cæſarem.
Tegenda excuſatione amicitiæ , confenſio improborum non eſt , ſed potius omni ſupplicio vindicanda. Cic.de Amic.
Valent apud aliquem excuſationes alterius.Cic.pro Sylla.
Vti excuſatione aduerſus aliquos. Cic.2.Offic.Vtendum etiam eſt excuſatione aduerſus eos quos inuitus offendas , quacunque poſſis, quare id quod feceris,neceſſe fuerit,nec aliter facere potueris.
Temporis excuſatione vti.Cic.Att.lib.10.203,Sed ſi mihi Q.Axius in hac mea fuga HS XIII non reddit,quæ dedi eius filio mutua, & vtitur excuſatione temporis,&c.

Excuſatus,a,um {παραιτητὸς.} Quintil.lib.7. Excuſatum eſſe ruſticum, qui non interfuerit iudicio. Et Martial.lib.2,Excuſatum habeas me rogo,cœno domi.

Excuſatius , Comparatiuum ab Excuſatus. Plin. iunior lib. 4.epiſt.55 Oportet enim nos breues eſſe, quò ſit excuſatius quòd librum ipſum non tamen vltra cauſæ amplitudinem extendimus.

Excuſatiſſimus eſſem , etiamſi non præcepta illorum ſequerer,ſed exempla. Seneca De vita beata,cap.29.

Excuſatè,pen.prod. {παρρησιαστικῶς} Aduerbium. Plin.epiſt.198, Licebit rurſus iraſci,ſi meruerit,quod exoratus excuſatius facies. Quintil. Et fieri id videtur excuſatè. Id eſt citra culpam,ait Budæus.

Excuſabilis,& excuſabile,pen.corr. {παρρησιαστικὸς.} vt Crimen excuſabile. Ouid.4.de Ponto,eleg.11.
Pars delicti excuſabilis.Ouid.1.de Ponto,eleg.8.

Excuſor,excuſoris, Excuſus, Vide EXCVDO.

Excuſſatus,Excuſſe, Excuſſorius,Excuſſus, Vide EXCVTIO.

Excutio,excutis,pen.corr. {ἐκπαίσσω, ἐκτινάσσω} excuſſi, excuſſum; excutere, Ab ex & quatio,ſignificat mouere , & deiicere. vt Excuſſæ in terram literæ.Cic.2.de Nat.deor.
E manibus excutere aliquid.Perſ.ſat.3,
Sed tremor inter vina ſubit,calidúmque trientem
Excutit è manibus.
Amplexus excutere. Ouid.9.Metam.
Arcus ſæuos excutere.Ouid.3.de Arte.
Cæſariem excuſſit.Ouid.4.Metam.
Excutere alicui cerebrum.Plaut.Aulul.6.
Quia miſero mihi cerebrum excutiunt dicta tua,&c.
Cibos excutere ore.Stat.5.Thebaid.
Excutere clauum lapide.Plaut.Menæch.3.
Excuti curſu, pro A propoſito auerti.Virg.3.Æneidos.
Excutimur curſu,& cæcis erramus in vndis.
Delicias excutere.Claud.2.in Eutrop.

Delicias & ineptias aliquorum excutere. Cic. pro Cælio.
Excutere impensam, Id est imputare quanti sint impensæ. l. 60. §. mandaui. D. locat.
Ab equis excuti. Ouid. 1. in Ibin.
Excutere equitem dicitur equus. Liu. 8. ab Vrbe.
Excutere feras cubilibus. Plin. in Paneg.
Flammas pectore excutere. Ouid. 7. Metam.
Fœdus conceptum excutere. Virg. 12. Æneid.
Totum genus maledicto excussit calamitas. Cic. pro Domo sua.
Gladium morituro excutere. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 9.
Habenas excutere per colla iubásque. Ouid. 5. Metam.
Iactationem verborum alicui excutere. Hoc est adimere, auferre. Cic. pro Sylla. Qui si attulerint neruos & industriam, mihi credo, excutient tibi istam verborum iactationem, & te ex sommo sæpe excitabunt.
Excutere ignem. Plin. lib. 16. cap. 40.
Ignem de cinibus excuit. Ouid. 12. Metam.
Imperatores excutere. Cic. 2. de Lege agrar. Qui nõ modò reges, atque exterarum nationum homines, sed etiam imperatores nostros excusserunt.
Iugum excutere, Nolle obedire. Tractum ab equis vel bobus aratoris, qui dum arare nolunt, iugum excutiunt. Plin. Paneg.
Lacrymas excutere alicui, Prouocare aliquem ad lacrymas. Terẽt. Heaut. 1. 1, -lacrymas excussit mihi.
Excutere mentem alicui. Id est adimere. Plin. epist. 18. lib. 1.
Metum excutere de corde. Ouid. 1. Fastorum,
Déque meo pauidos excute corde metus.
Mœnia fundo excutiam. Stat. 3. Thebaid.
Numos mihi de manu excutere. Vlpian. in l. Si seruus seruum. §. Si quis de manu. D. Ad leg. Aquil.
Excutere oculos alicui, pro Deturbare, de capite eruere. Plautus Perf. 13,
At ego tibi hoc continuo cyatho oculum excutiam tuum.
Onus excutere visceribus, Id est abortum facere. Ouid. epist. 11.
Pacem excusserat orbi. Lucan. lib. 1.
Excuti patria. Virg. 8. Æneidos,
Quinetiam patria excussos infesta per vndas Ausa sequi.
Pennas excussit Boreas. Ouid. 6. Metam.
Querelas. Claud. de bel. Get.
Quies terrore excutitur. Ouid. 4. Fast.
Excutere rationem, vel examinare, Id est Conficere & subducere rationem militum. Plin. iunior lib. 7. epist. 31. ad Cornutum.
Risum excutere sibi. Horat. 1. Serm. sat. 4.
Scepsris excuti ab aliquo, Id est à regno deiici. Ouid. 4. Fast.
Excutere se. Terent. Phorm. 4. 1,
Quòd si fit: vti me excutiam, atque egrediar domo, Id restat.
Dolor nimius excussit sensus mihi. Senec. Herc. OEth. 10.
Seram poste excutere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6.
Excutere seueritatem veterem. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 10, Tu adeò mihi excussam seueritatem veterem putas, vt ne in foro quidem reliquiæ pristinæ frontis appareant?
Sitim excutere vndis. Senec. Herc. OEth. 8.
Somno excuti. Virg. 2. Æneid.
Soporem excutere. Ouid. 11. Metam.
Studia de manibus excutere. Cic. pro Murena, Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur.
Summam pecuniæ excutere cuipiam. Vlpian. in l. Si fideiussor. §. Si cum debitor. D. Mandati.
Tela excutere alicui. Ouid. 2. Amorum, eleg. 5.
Sus excussit venabula rostro. Ouid. 10. Metam.
Verba fortia alicui excutere. Tibul. lib. 2.
Excutere alicui vomitum. Plaut. Merc. 11.
¶Excutere, Commouere se, & spiritus omnes, sensúsque suos ad intelligentiam colligere & excitare. quod fit quum res aliqua intellectu difficilis obiicitur nobis. Cicero 3. Offic. Explica atque excute intelligentiam tuam, vt videas quæ sit in ea specie forma, & notio boni viri.
Explicare & excutere verbum aliquod. Cic. in Partition. Et Quintilian. lib. 1. cap. 5. Excutere omne scriptorum genus. Et lib. 5. Hæc omnia Cicero excutit.
¶Excutere aliquem, Scrutari & diligenter inquirere. Plaut. Aulul. 20. Cic. pro Rosc. Amer. Nihil est Glaucia quod metuas, non excutio te: si quid fortè ferri habuisti, non scrutor. Plin. lib. 7. cap. 36, A ianitore semper excussa, nequid inferret cibi, deprehensa est vberibus suis alens eam. Hæc Budæus. Quintil. lib. 7. cap. 2, Excusserunt illi patrem, & aurum in sinu eius inuenerunt. Cic. pro Mur.
Conditionem excutere suæ sortis. Ouid. 3. Trist. eleg. 14.
Facultates alicuius excutere. Vlpian. l. 1. D. De magistrat. conueniendis. Prius enim arbitror conueniendum eum, qui hoc suscepit: deinde excussis eius facultatibus, tunc veniendum ad collegam.
Genus alicuius excutere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8.
¶Excutere aliquid, Diligentius æstimare, & exactius aliquid expendere. Vlpian. in l. si mandauero. D. Mandati, Si tibi mandauero vt excuteres vires hæreditatis. Et paulo pòst, Si mandaui tibi vt vires excuteres eius, cui eram creditурus. Cicero pro Plancio, Facilis est illa occursatio & blanditia popularis: aspicitur, non attrectatur: procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. Budæus. Cicero 1. Tuscul. Hanc excutere opinionem mihimet volui radicitus. Ibidem 1. Tusculan. Illud excutiendum est, vt sciatur quid sit carere.
Verba Senatusconsulti excutiamus. Vlpian. in l. 2. D. ad Senatusc. Velleian.
¶Excutere debitorem. Paulus, Non prius pupillus ad magistratus reuerti potest, quàm omnes tutores excussi fuerint. Id est quàm actione tutelæ expertus sit, an ab eis suum seruare possit. Budæus. Alij legunt Ex cussari. Vide paulo pòst.

¶Excutere aliquem, aliter, pro Spoliare, & pecuniis exhaurire. Cic. de Arusp. respon. nisi fortè tibi esse ignotum puras, quòd te iudices dimiserunt excussum & exhaustum, suo iudicio absolutum, omnium condemnatum. Id est exhaustum pecuniis quibus eos corrupisti, & (vt vulgò dicitur) deplumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt.
¶Excutere, Eligere. Cic. 12. Philipp. Iuuentutem omnem ex tota Italia excussimus.
Excutiendus, Participium ⟨ὑποπακτέος.⟩ vt Puluis excutiendus digiis. Ouid. 1. de Arte amandi.
Rusticitas excutienda. Ouid. epist. 16,
Quod malè persuades, vtinam bene cogere posses:
Sic mea rusticitas excutienda foret.
Excussus, Particip. ⟨ὑποπεπαγμένος.⟩ Cic. pro Sylla, Noli aculeos orationis meæ qui reconditi sunt, excussos arbitrari.
Agna excussa dentibus lupi. Ouid. 1. Trist. eleg. 1.
Brachia excussa iactare. Ouid. 5. Metam.
Lancea excussa lacertis. Lucan. lib. 3.
Lumbi excussi. Propert. lib. 2. eleg. 17,
Barbarus excussis agitat vestigia lumbis.
Ignis elisus excussis nubibus. Ouid. 8. Metam.
Rudentes excussos laxare. Virg. 3. Æneid.
Excussa togula. Martial. lib. 1.
Excussi grandine Tusci. Plin. epist. 71.
Sedilia patuere excusso vulgo. Stat. 6. Thebaid.
Pectore nostro excussus dicitur, cuius obliti sumus. Virgilius 5. Æneid.
Excussatus, pro Excussus. Paul. l. 46. §. 6. D. de adminis. tut. Non prius ad eos reuerti pupillus potest, quàm omnes tutores excussati fuerint.
Excusse, Aduerbium ⟨ὑποπεπαγμένως.⟩ Senec. de Benef. lib. 2. cap. 17, Si cum tyrone & indocto non tam rigidè, nec tam excussè, sed languidius & in ipsam eius dirigentes manum, remissè occurremus.
Excussorius, Adiectiuum ⟨ὑποπακτικός.⟩ Plin. lib. 18. cap. 11, Cribrorum genera Galli è setis equorum inuenere: Hispani è lino excussoria & pollinaria: Ægyptus è papyro atque iunco.

E X D.

Exdecimo ⟨ἐκδεκατίω⟩ Decimum quenque eligo, interprete Festo: à verbo Decimo, quod est decimam partem derraho.
Exdorsuo, exdorsuas ⟨ἐκνωτίω⟩ exdorsuare, Dorsum confringere, dũ apparantur pisces & exenterantur. Plaut. Aulul. 14,
Dromo desquama pisces: tu Macherio
Congrum, murenam exdorsua quantum potes.
Exdutæ, exuuiæ, Antiquum. Festus.

E X E

Execo, execas, pen. cor. execi, execũ ⟨ἐκτέμνω⟩ execãre, ab ex & seco secas, Excidere. Colum. lib. de Arboribus, cap. 26. Arborẽ quam inserere voles, serra diligẽter execato ea parte quæ maximè nitida & sine cicatrice est. Cic. pro Cluent. Nam Stratonem quidem Iudices, in crucem actum esse excisa scitote lingua.
Sanare & execare. Cic. Attico, lib. 2. 16, Non minus probanda medicina quæ sanaret vitiosas parteis Reip. quàm quæ execaret. Quædam exemplaria legunt exsecare.
Armarij fundum execuit. Cic. pro Cluentio.
Execare neruos vrbis, per translationem. Cic. pro Lege agrar. Neruis vrbis omnibus exectis, vrbem ipsam soluram ac debilitatam reliquerunt.
Execare medicina dicitur & sanare. Cic. ad Att. lib. 2. 16.
Execare pestem Reipub. Cic. pro Sextio.
Exectus, Participium ⟨κοπτμητός.⟩ Cic. 2. de Nat. deor. Nam vetus hæc opinio Græciam oppleuit. s. exectum Cælum à filio Saturno, Id est castratum.
Cornu exectum. Horat. 1. Serm. sat. 5.
Filius exectus. Paulus in l. Anniculus admitterur. D. de Verborum & rerum significatione, Falsum est eam peperisse, cui mortuæ filius exectus est. Quædam exemplaria legunt extractus.
Virum execta iuuentus, Id est spadones, sexum virilem exectum habentes. Lucan. lib. 10.
Lingua execta. Lucan. lib. 2.
Syluæ exectæ. Claud. 2. Paneg.
Viscera execta viuæ strigis. Seneca Medea, 9.
¶Exectus & exemptus honore. Plin. epist. 36.
¶Execti etiam dicuntur, quos veteres Cæsares, aut Cæsones vocarunt, qui scilicet ex matris mortuæ secto vtero sunt extracti. Paulus in l. anniculus. D. de verb. & rer. signif.
Exectio, Verbale ⟨ἐκτόμησις.⟩ Cic. pro Cluentio, Quum exectio illa fundi in armario animaduerteretur, &c.
Execro, execras, execrare, Actiuum. Afranius Incẽdio, Experiurabãs, execrabant se ac suos. Nonius.
Execror, pen. corr. execraris ⟨ἐπικατάρωμαι, καταρῶμαι.⟩ execrari. Est verbis duris & execratione plenis imprecari. Cic. 3. Offic. Itaque accepimus Socratem execrari solitum eos, qui primùm hæc natura cohærentia distraxissent.
Execrari & detestari, apud Liuium lib. 5.
Execrari, & malè precari. Cic. in Pisonem, Tibi proficiscenti euenit, vt omnes execrarentur, malè precarentur, vnam tibi illam viam & perpetuam esse vellent.
Rectè Socrates execrari eum solebat qui primus vtilitatem à natura seiunxisset. Cic. 1. de Legib.
Odisse aliquem, ei pestem exoptare, & eum execrari. Cicero in Pison.
Gentem execrari. Ouid. 14. Metam.
Terram execrari. Virg. 3. Æneid.
Execrari, & inuocare furias alicui. Liu. 1. ab Vrbe, Inter hunc tumultum Tullia domo profugit, execrantibus quacunque incedebat, inuocantibúsque parentum furias viris mulieribúsque.

Execrari

Execrari in caput. Liu. 9. bel. Maced. Execratus deinde in caput regnúmque Prusiæ, & hospitales deos violatæ ab eo fidei, testes inuocans, poculum exhausit.
Execrans, pen. corr. ⟨ἐπικαταρώμενος⟩ Participium: vt
Verba execrantia edere. Ouid. 5. Metam.
Vota execrantia nomen alicuius. Ouid. in Ibin.
Execratus, pen. prod. ⟨ἐκκατάρατος⟩ Nomẽ ex participio: vt Execratissima auguria. Plin. lib. 8. cap. 2.
Ciuitas execrata. Horat. Epod. 16. 4. & 8.
Execratum malum odore & amaritudine, Hoc est ingratum vel gustu vel odore. Plin. lib. 13. cap. 16, Alia est arbor eodem nomine mãlum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine.
Execrandus & detestabilis ⟨ἐπικάρατος.⟩ Cic. 2. Philipp. Deinde quum Pompeij sector, non te execrandum Pop. Rom. non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & inimicos, & futuros scias?
Execranda res atque pessima. Plin. lib. 7. cap. 13.
Execrabilis, & hoc execrabile, pen. corr. ⟨βδελυκτός⟩ Detestandum & abhorrendum. Liuius 1. bel. Maced. Præeuntibus execrabile carmen sacerdotibus. Id est quo se deuouent.
Odium execrabile. Liu. 6. bel. Pun. Vetus atque vsitata res est, in op pugnanda hostium vrbe, labores ac pericula pati: illud iræ atque odij execrabilis iudicium est.
Execrabilis, pro duro. Plin. lib. 9. cap. 48, Sed nullum vsquam execrabilius quàm radius per caudam eminens, &c.
Execratio, Verbale ⟨ἀρὰ, κατάρα, ἀρατὸς, βλασφημία.⟩ Sallust. in Catil. Fuere ea tempestate qui Catilinam oratione habita dicerent, quum iusiurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circumtulisse: inde quum post execrationem omnes degustauissent (sicuti in solennibus sacris fieri consueuit) aperuisse consilium suum, atque eò dictam rem feciſſe, quo inter se magis fidi forent alius alij.
Fides, execratio, dextræ, & complexus. Cic. 7. Verr.
Malum omen & execratio. Cic. pro Sextio. Exierunt malis ominibus atque execrationibus duo vulturij paludati.
Execrationem obtestationémque in aliquos componere. Liuius 6. bel. Pun. Acarnanes à x x v. ad l x. annos coniurant, nisi victores se non redituros: qui victus acie excessisset, eum ne quis vrbe, tecto, mensa, lare reciperet. Diram execrationem in populares, obtestationémque, quàm sanctissimam potuerunt, aduersus hospites composuerunt.
Cautione, fœdere, execratione aliquem deuincire. Cic. pro Sext. Hunc vir clarissimus mihíque multis repugnantibus amicissimus Cn. Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxerat, nihil in Tribunatu contra me esse facturum.
Habet execrationem lex. Cic. Attico, lib. 2. 33, Habet etiam Campana lex execrationem in coitione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur atque vt ex legibus Iuliis.
Execrationibus publicis sancitũ. Cic. 3. Offic. Quid enim est aliud quàm viam erranti non monstrare (quod Athenis execrationibus publicis sanctum est) si hoc non est emptorem pati ruere, & per errorem alterum inducere?
Executio, Vide EXEQVOR.
Exedo, exedis, pen. corr. vel Exedo, exes, exedi, exesum, penult. prod. ⟨ἐξέδω, κατέδω⟩ exedere, Consumere. Plin. lib. 26, Nascuntur quoque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. Terẽt. Phor. 2. 2, Tibi omne est exedendum.
Exedere, lacerare, conficere animum dicitur ægritudo. Cicero 3. Tuscul. Lacerat, exest animum, planéque conficit. De ægritudine.
Ægritudines exedunt homines. Cic. 5. Tuscul.
Ardor flammeus exederat syluas. Lucret. lib. 5.
Argentum viuum exest ac perrumpit vasa. Plin. lib. 33. cap. 6.
Labor exedit homines. Valer. 4. Argon.
Malum exedit artus penitus. Senec. Herc. OEth. 9.
Mors lenta iacentis exedit puerile decus. Stat. 2. Sylu. 1.
Tineæ exedunt caput. Claud. 1. in Eutrop.
Vincula ferri exedere senem, lõgúsque in carcere pædor. Lucanus libro 2.
Virus exedit artus. Senec. Herc. OEth. 7.
¶Exedere aliquem. Terent. Heaut. 3. 1,
Quid te futurum censes quem assiduè exedent?
Angor illum exest. Lucret. lib. 3,
Sed Tityus nobis hic est, in amore iacentem
Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor.
Cura exedit medullas. Catul. de coma Berenicis, 61.
Exedunt animos mœrores, consiciúntque curis. Cic. 1. de Finib.
Vrbem exedere odiis. Virg. 5. Æneidos,
Non media de gente Phrygum exedisse nefandis.
Vrbem odiis satis est.
¶Exedi, pen. cor. Passiuum. Cic. 1. de Fin. Eásque ipsas solicitudines quibus eorum animi noctes diésque exeduntur, à diis immortalibus supplicij causa importari putant.
Expectando exedor miser, atque exenteror. Plaut. Epid. 7.
Exesus, pen. prod. ⟨ἐξεσθιόμενος⟩ Participium. Cicero 5. Tusc. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatis ferè.
Curis exesus. Valer. 2. Argon.
Exesæ ædes. Cic. in Topicis, Si ædes exesæ corruerint, vitiúmque fecerint.
Antrum exesum. Senec. Thyeste, 1,
Antrum exesæ arboris. Virg. 4. Georg.
Exesæ fruges in horreo ventilentur. Colum. lib. 1. cap. 6.
Situ exesi ligones. Claud. 2. Paneg.
Mons exesus. Virg. 4. Georg.
Pila exesa rubigine. Virg. 1. Georg.
Pumex exesus. Ouid. 4. Fast.
Rupes exesæ. Lucan. lib. 3.
Scopuli exesi. Senec. Herc. fur. 2.
Exesor, pen. prod. ⟨ἐδώδιμος⟩ Verbale: vt Æstus æquoris exesor murorum circum littora. Lucret. lib. 4.
Exedra, exedræ, penult. corr. ⟨ἐξέδρα.⟩ Vitruuius lib. 5. de palæstrarum ædificatione, Constituantur autem in tribus porticibus exedræ spatiosæ, habentes sedes in quibus philosophi, rhetoresque, ac reliqui, qui studiis delectantur, sedẽtes disputare possint. Cic. lib. 5. de Finib. Etsi multa in omni parte Athenarum sunt in ipsis locis indicia sumorum virorum: tamen ego illa moueor exedra. Modò enim fuit Carneades, quem videre videor. Idem de Prouinciis Consularibus. Itaque ille alter aut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum iam in exedra helluatur. Verba sunt Pisonem mordaciter exarantis, quasi sub obtentu philosophiæ cum Græculis in exedra, id est in loco disputationum pergræcaretur, id est perpotaret verius, quàm cum Græcis differeret. Ex antiquo codice in postremo Ciceronis exemplo legitur, in orchestra helluatur. Exedræ hodie dici possunt loca quæ in peristyliis canonicorum aut monachorum, id est claustris (vulgò *capitula* dicunt) fieri solent. Exedra enim Græcè, à sedium frequentia, & sessitandi commoditate nomen accepit. Budæus.
Exedrarum vsum frequentem fuisse apud Romanos, docet Cic. lib. 1. de Nat. deor. Nam quó feriis Latinis ad eum ipsius rogatu, accessitúque venissem, offendi eum sedentem in exedra, & cum Caio Velleio Senatore disputantem. Hîc autem pro cellula studiaria accipi videtur, in qua grabatulus ad meridiandum accommodatus esse solet. Quo modo & in tertio de Oratore, de meridiana quiete loquens, Quum dedita (inquit) opera quiescentibus aliis in eam exedram venissem, in qua Crassus lectulo posito recubuisset: &c.
Exedrium, exedrij, neut. gen. Diminutiuum ab Exedra. Cic. lib. 7. ad Gallum, epist. 24, Exedria quædam mihi noua sunt instituta in porticula Tusculani: ea volebam tabellis ornare.
Exedum, Herba Plinio, quæ veternosa curat. Vide lib. 24. cap. 19.
Exegematicus character ⟨ἐξηγηματικὸς, χαρακτὴρ⟩ Latinè narratiuus vel expositiuus dici potest, quum scilicet narrationis series nullius personæ interlocutione interrumpitur, cuiusmodi est apud Virg. in tribus primis libris Georgic. & in duabus eclog. quarum initia sunt,
Sicelides Musæ, paulò maiora canamus. Et,
Prima Syracosio dignata est ludere versu. Dictus ἐξηγηματικὸς, διὰ τὸ ἐξηγεῖσθαι, quod inter cætera significat narrare, siue exponere.
Exegetes ⟨ἐξηγητὴς⟩ Strabo, vbi de Ægypto in prouinciam redacto agit, Inter municipales autem, inquit, magistratus est, qui exegetes dicitur, quasi sacrorum interpres, vel augur in vrbe, purpurã gestans, & aliis honoribus prouincialibus insignis, earum rerum procurationem habens, quæ ciuitati conducunt. Ex Bud. lib. de Asse.
Exemplum, exempli ⟨παράδειγμα, ὑπόδειγμα⟩ Factum speciale. Cic. 7. Verr. Vetus est quod dicam, & propter seueritatem exempli nemini fortasse vestrum inauditum, L. Domitium Prætorem in Sicilia, &c. Idem 4. Verr. Nullius apud te grauis authoritas? nullum exemplum quod sequi velles?
Innocentiæ exemplum vir. Cic. 1. de Orat.
Vitiorum exempla. Horat. 1. Serm. sat. 4.
¶Clara & illustria exempla. Cic. 2. de Diuinat.
Deforme exemplum. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Detestabile exemplum. Iuuen. sat. 2,
-non erit vllum
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
Domestica vitiorum exempla. Iuuen. satyra 14.
Dirum exemplum. Paterc. lib. 2, Volumnius diri author exempli, spoliatum equite pedirem relinquens, fuga cum aliis Rhenum petere ingressus est.
Honesta exempla ludendi. Cic. 1. Offic. Suppeditant autem & campus noster & studia venandi, honesta exempla ludendi.
Immensum exemplum, Vide Adducere in crimen, in CRIMEN. Plinius lib. 28. cap. 2.
Leue exemplum. Ouid. epist. 23.
Malum exemplum. Salluſt. in Catilinar. in oratione Cæsaris, Omnia mala exempla ex bonis initiis orta sunt. Sed vbi imperium ad ignaros aut minus bonos peruenit, nouum illud exemplum ab dignis & idoneis ad indignos & non idoneos transfertur. Omnia mala exempla, id est quæ malum habuerunt exitum. Illud nouum exemplum, sub. institutum ab optimis. Ad indignos, &c. qui non idem æquè feliciter faciunt. quasi dicerer, eos qui noua exempla incipiunt, non tantùm prospicere debere quid ipsi aut sui similes possint, sed etiam quid deteriores qui in Republica futuri sunt. Id quod probat exemplo Lacedæmoniorum & Syllæ.
Nobiliora exempla. Claud. de laude Serenæ, 22.
Nouissima exempla, Vide NOVVS.
Pari exemplo. Ouid. 3. Metamorphoseos,
Exemplóque pari furit omnis turba.
Pernicioſum exemplum. Cic. pro Flacco, In hoc ego reo nequod pernicioſum exemplum prodatur, pertimescam?
Exemplum pessimum. Liu. 2. ab Vrbe, Sub hac pessimi exempli victoria delectus edicitur.
Venerabile exemplum morum. Ouid. ad Liuiam.
Viuum exemplum. Cic. lib. 3. de Orat. Sed quid ego vetera conquiram, quú mihi liceat vti præsentibus exẽplis atque viuis? id est, sumptis ab hominibus qui nunc quoque viuunt, præsentéſque adsunt.
Sine exemplo tempora. Quintil. lib. 10. cap. 2. Hoc est, quibus temporibus nulla adhuc similia fuerant.
Si meum exemplum esset: Hoc est, si primus illud excogitassem. Martial. lib. 1. 29.
¶Ad illud exemplum fit. Plaut. Mil. 10,
PA. Fit pol illud ad illud exemplum, vt doctè & perfectè sapit. Id est procul dubio ita fit vt dicis.
Quod ad exemplum est, coniectura si reperire possumus? Id est

qualis,qua facie est,quo statu corporis, & cui similis. Plaut. Trin.13.
Ad exemplum ambarum, mores earum existimans. Terent.Hecyra 1.2. Vbi Donatus,Quasi ad imaginem & collationẽ,& speciem comparationis.
Apponere exemplum.Cic.in Paradox.
Melioribus exemplis addere se,Id est eos sequi qui res suas melius administrarint.Claud.4.Paneg.
Capere exemplum de aliquo. Terent.And.4.1,
Quid isthuc tam mirum est,si de te exemplum capit? Vbi Donatus,
Vtrum,si te imitatur,an si de te exigit pœnas?
Docere aliquem exemplum.Ouid.1.de Remed.amor.
Expetere exemplum.Plaut.Mostel.3,
Laudant fabrum,atque ædeis probant: sibi quisque inde exemplum expetunt,
Sibi quisque simile sumit.
Exemplo alicuius facere.Terent.in Prol.Heaut. Plin.epist.7.lib.2,Facit hoc Homerus,multisque eius exemplo.
Exemplo facere aliquid. Cic.4.Verr.Et in sermone multis demonstraret, licere nomen recipere absentis: se exemplo feciſſe id quod feciſſet.
Authoritate & exemplo alicuius facere aliquid. Cicero pro Corn. Balbo,Cuius authoritate & exemplo nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio & communicatio ciuitatis.
Exemplo atque institvto veteri optimi cuiusque facere. Cic.pro Sylla.
Nullo exemplo aliquid facere, Id est nouum aliquid facere & inauditum. Cic.de Senect. Liuius in principio 4.bel. Maced. Statuere apud animum meum possum vtrum peior ipsa res, an peiore exemplo agatur. Id est vt vulgò dicunt,cum maiore scandalo. Budæus.
Nouo exemplo aliquid facere, Idem.Lentulus ad Senatum, lib.12. 15.Binæ profectæ erant ad Dolabellam legationes eorum: & quidem nouo exemplo, & contra leges eorum. Idem ad Sulpitium, lib.4.3, Quod exemplo fit,id iure fieri putatur.
Exemplum habere. Plaut.Milite,10,
Quum apud te exemplum experiundi habeas,non eges foris.
Domesticum exemplum ad imitandum habere. Cic.pro Mur.
Imitari exemplum alicuius.Plin.epist.131,Nec verò coguntur imitari meum exemplum: non enim illis eadem cum Corelia iura sunt.
Instituere exemplùm:reducere exemplum,Vide INSTITVO.
Monere aliquem ad exemplum alicuius,Id est hortari aliquem ad imitationem alicuius.Stat.5.Sylu.1,
Ille dapes modicas,& sobria pocula tradit,
Exemplúmque ad herile monet.
Mala exempla mouere.Ouid.2.de Arte aman.
Nocere exemplo plus,quàm peccato.Cic.2.de Legib.
Pertinet ad exemplum hæc res. Vlpian.l.3.D.de alim. vel cibar.legat.Sciens ad exemplum istam rem pertinere.
Fortitudinis, & iustitiæ exemplũ ab aliquibus petere. Cic.3 Offic.
Et pro Deiotaro,Neque eum virum,vnde pudoris pudicitiæque exempla peterentur.
Pingere exemplum.Plaut.Pœn.18.
Exemplum præbere. Liu.2.bel. Maced.Satis exemplorum nobis alienæ clades præbent:ne quæramus quemadmodum cæteris exemplo simus.
Graue exemplum præbere.Horat.4.Carm.ode 11.
Prodere exemplum. Paterculus lib.2,At è præfectis castrorũ duobus,quàm clarum exemplum Egilius, tam turpe Ceionius prodidit: qui,quũ longè maximam partem absumpsisset acies,author deditionis,supplicio quàm prælio mori maluit.
Propositum alicui exemplum ad imitandum.Cic.pro Mur.
Ad vnum exemplum & regulã omnes quærere. Cic.in Sallust.Primùm igitur quoniam omnium maiores Crispus Sallustius ad vnum exemplum & regulam quærit,velim mihi respondeas,&c.
Relinquere exemplum.Cic.in Philipp.
Renouare exemplum.Cic.in Philip.
Sequi exemplum.Cic.4.Verr.
Reperire exemplum.Plaut.Mostel.3.
Scripta pluribus exemplis.Ouid.1.Trist.eleg.6,
Quæ quoniam non sunt penitus sublata,sed extant,
Pluribus exemplis scripta fuisse reor.
Exemplum statuere in aliquo. Terent.in Prol.Heaut.
Exemplum statuite in me,vt adolescentuli
Vobis placere studeant,potius quàm sibi.
Exemplo esse alicui:Hoc est aliquid facere quod alij subinde imitentur.Terent.Heaut.5.1. Propert.lib.2.eleg.16,
Exemplo iunctæ tibi sint in amore columbæ.
Exemplo sibiipsi esse.Cic.de Amicit.Carent amicitia per se,& propter se expetita,nec sibi exemplo sunt.
Exemplum sumere.Cic.de Amicit.Earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis.
Tangi exemplo.Ouid.epist.15,
Exemplo tangi non propiore potes.
Tollere exemplum.Cic.Famil.lib.1.
In exemplum venire.Ouid.4.Fastorum,
Venit in exemplum furor hic,molléque ministri
Cædunt iactatis vilia membra comis.
Viuit exemplum.Cic.pro Sextio, Nunc me restituto viuit mecum simul exemplum fidei publicæ, exemplum Reipublicæ defendendæ.
¶Exempla, pro præiudiciis, apud Quintilianum accipiuntur, vt Iurisperitis.Budæus.
¶Exemplo vno: Id est simili modo,& genere.Plaut.Milit.10,
Vno exemplo ne omnes vitam viuerent. Idem Bacch.11,
Multi more isto atque exemplo viuunt.
¶Exemplum, pro forma & eo quod in literis continetur. Vulgus *copiam* vocat. Salust. Literas quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat, earum exemplum infra scriptum est. Paulus Iurisconsul. Si legatum certum petatur, non iubet Prætor verba testamenti edere. ideo fortasse, quia hæredes solent habere exemplum testamẽti. Cic. Att.Epistolam ad me Cæsaris ostẽdi, eam cuius exemplum ad te antea misi,&c. Ex Valla lib.6.
Literarum quarundam exemplum componere. Cicero pro Lege agraria.
Exemplo eodem literæ binæ: Id est eiusdem formæ, inquit Valla lib.6. Cic.ad Q.fratrem,lib.2.14, Missi ad Cæsarem eodem exemplo literas. Idem Cornificio,lib.12.29, Hæc ferè ad eas litetas quas eodẽ exemplo binas accepi.
¶Exemplum & imago antiquitatis. Cic.pro Sextio,Vnũ aliquem te ex barbatis illis,exemplum imperij veteris,imaginem antiquitatis, columen Reipub diceres intueri.
Animale exemplum. Cic.2.de Inuent.Præbete igitur mihi quæso, inquit,ex istis virginibus formosissimas dum pingo id quod pollicitus sum vobis, vt mutuum in simulachrum ex animali exemplo veritas transferatur.
¶Exempla (inquit Donatus) Pœnæ dicuntur, quæ possunt cæteris documento esse. Plaut.Mostel.15, Exempla ædepol faciam ego in te. Terent.Adelph.5,
-D.exemplum omnibus
Curarem vt esses. Idem Phorm.4.4,
Vt te quidem omnes dij,deæque,superi,inferi
Malis exemplis perdant.
Recentis exempli terror. Claud.2.in Eutrop.
Nullum caruit exemplo nefas.Senec.Hipp.4.
Cauere exemplo aliquid.Ouid.10.Metamorphoseos,
-fubitam conuertor in iram,
Contemptúque dolens,ne sim spernenda futuris
Exemplo caueo:méque ipsam exhortor in ambos.
Edere exempla in aliquem. Terent.Eun.5.7. Vbi Donatus,Noua ac mira tormenta quæ pro exemplis narrantur, aut quæ documenta sint cæteris,ne delinquant,exempla dicuntur. Cic.ad Qu.frat.lib.1. 2,Simile in superiore parte prouinciæ edere exemplum seueritatis tuæ. Cæsar bel.Gal.lib.1,Obsides nobilissimi cuiusque liberos poscere,& in eos omnia exempla cruciatúsque edere,&c.
Metuere exemplum.Ouid.8.Metamorphoseos,
Finitimi exemplum metuunt. Id est verentur ne idem faciam illis, quod patri feci, & meis ciuibus.
Premi suo exemplo.Senec.Herc.fur.9.
Statuere exemplum in aliquo,Vide STATVO.
¶Exemplum,quod adhibetur rei aut probandæ aut ornandæ causa. Vnde pars probationis vocatur ab exẽplis. Ex Valla lib.6.Quintilianus lib.10.cap.2,Iis quæ in exemplum assumimus, subest natura & vera vis.
Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius. Cic. in Offic. Suet.in Tiberio,cap.67,Sed exempli causa cauendum, ne se Senatus in acta cuiusquam obligaret.
Exempli gratia. Plin.lib.2.cap.17, Multa promi amplius circa hæc possunt & creta naturæ legésque,quibus ipsa seruiat. Exempli gratia, in Martis sydere,cuius,&c.
Definitiones & exempla.Cic.3.de Orat.Quæ quidem te Crasse video,inquit Cotta,quòd nota esse nobis putes, sine definitionibus & sine exemplis effudisse.
Familiaria exempla.Quintil.lib.7.cap.3.
Mediocre exemplum.Quintil.lib.4.cap.1.
Perspicuum exemplum.Cic.1.de Inuent.
¶Exemplum continentiæ. Terent.Adelph.1.1. Idem Adelph.5.1, Illud sis vide exemplum disciplinæ. Sic Exemplum innocẽtiæ apud Cic.lib.1.de Orat.
Singularis exempli vxor.Plin.lib.9.epist.ad Geminium.
Singularis exẽpli iuuenis.Quintil.in Corpore proiecto,Parum est quòd iuueni singularis exempli,causa mortis fui.
Rarissimi vxor exempli.Quintil.in Corpore proiecto.
Exẽpli mulier.Quintil.in Corpore proiecto,Iã inimici mei triumphant,iam passim loquuntur:Illa exempli mulier,illa seculi decus virum redimi noluit,nec filium sepeliri.
Sub exemplo. Plin.in Paneg. Licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari:& futuros sub exemplo præmonere. Hoc est, proposito exemplo. Ibidem,Iam quàm antiquum,quàm Consulare,quòd triduum totum Senatus sub exemplo tui sedit. Hoc est ad imitationem tui.
Interest exempli. Plin.lib.9.epist.13.ad Quadratum, Veráne hæc, affirmare non ausim. Interest tamen exempli,vt vera videantur.
Refert exempli.Plin.lib.9.epist.22,ad Geminium.
Pertinet ad exemplum.Plinius lib.10.ad Traianum. Sic libro 6.ad Quadratum.
Trahi ad exemplum.Vlpian.in l.1.D.de constitut.principum.
Vsque in exẽplum. Quintil.in Sepulchro incantato,Illo ipso sanguore quo filius caducum iliud & fragile corpus amisit, quàm perditè mulier & vsque in exemplum, modò super ora pallentis infelices lacerabat oculos, nunc siccata frustra vbera querebatur,nũc,&c.
¶Exemplum,rem ornatiorem facit,quum nullus rei nisi dignitatis causa sumitur. Apertiorem, quum id quod sit obscurius, magis dilucidum reddit. Probabiliorem, quum magis verisimilem facit. Ante oculos ponit,quum exprimit omnia perspicuè,vt res dicta propè manu tentari possit. Author ad Herenn.lib.4.
Adiungere exempla rebus.Cic.1.de Orat.
Agere exemplis,Vide AGO.
Capere exemplum ex similitudine aliqua. Cicero de Amicitia, Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis,&c.
Confirmare aliquid exemplo aliquo. Cic.1.de Diuinat.Diuinare autem morientes,illo etiam exemplo confirmat Posidonius,&c.
Facere exemplum. Quintilianus libro 5.capite 2, Et ipse pronunciaturus,

tiaturus,exemplum non libenter,quòd in se fortasse recidat,facit.
Fingere sibi exempla. Quintil.lib.1.cap.5.
Monstrare exẽplum ad imitationem. Quintil.lib.5.cap.7; Siquod tamen exemplum ad imitationem monstrandum est.
Ponere exemplum ex diuerso. Quintil.lib.1.cap.5.
Ponere exempla ex aliqua scientia.Cic.in Topic.
Subiicere aliquid in exemplum.Sueton.in Tiberio,cap.21,Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subiecit. Hoc est exempli causa.
Vniuscuiusque rei exemplum supponere.Cic.2.de Inuent.
Vti exemplis grandioribus. Cic. 1. de Diuinat.Declarant illa quidem acumen interpretis,sed exemplis grandioribus decuit vti.
¶Exemplum, pro eo quod vulgus *monstrum* vocat. Author ad Herennium,lib. 4, Siquis purpuram aut aliud quippiam vendens,dicat, Sume à me:sed huius exemplum aliunde rogabo,tibi quod ostẽdam. Si merces ipsi qui venditant,aliunde exemplum queritent aliud mercis,aceruos se dicant tritici habere,& eorum exemplum pugno non habeant quod ostendant.
¶Exemplum, pro chirographo, aut exemplari, quod ex aliquo scripto descriptum est. Plaut.Pseud.9,
Nam hic quoque exemplum reliquit eius.
¶Exemplum,Id quod aliquando fuit. Plin.lib.28.cap.9,Sunt inter exempla qui asininum lac bibendo liberati sunt podagra,chiragráue. Id est Scriptum legimus,aliquos liberatos fuisse.
Inuenitur inter exempla. Vide INVENIO.
In exẽplis authoritatem habet antiquitas. Cic. in Orat.Habet autem vt in ætatibus authoritatem senectus,sic in exemplis antiquitas, quæ quidem apud meipsum valet plurimum.
Exemplum, est alicuius facti, aut dicti præteriti cum certi authoris nomine propositio.Author ad Heren.
Monimenta rerum gestarum & vetustatis exempla, Oratori nota esse debent.Cic.1.de Orat.
Commemoratio antiquitatis exemplorúmque prolatio, summa cum delectatione & authoritatem orationi affert & fidem. Cic. in Oratore.
¶Exemplum, pro Consequentiis, vt quum dicitur,Ad exemplum constitutiones adhibendæ,Id est produci ad consequentias.l.1.D. de const. princip.§.quod principi.Instit.de iur.natur.
Est in exemplis prodigium Dionysio cuenisse.Plin.lib.2.cap.100.
Exemplar, exemplaris, pen.prod. neut.gen. {παράδειγμα, ἀφ' ὑποτύπωσις, ἀπαράτυπον, εἰκὼν, ἔκτυπος, ἀπόσπασμα} Species ad imitandum proposita. Plin.in Paneg.Non te ad exemplar eius voco, qui continuis Consularibus fecerat longum quendam & sine discrimine annum: iis te confero quos certum est, quoties Consules fuerunt,non sibi præstitisse. Horat.2.epist.1,
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.
Vitæ morúmque exemplar.Horat.in Arte,
Respicere exemplar vitæ morúmque iubebo
Doctum imitatorem,& veras hinc ducere voces.
Ingens exemplar.Seneca Herc.OEtheo,14,
-matribus miseris adhuc
Exemplar ingens deerat,Alemene dabit.
Vtile exemplar.Horat.1.epist.2.
Sui aliquod exemplar intuetur qui amicum intuetur. Cicero de Amicitia.
Decipit exemplar vitiis imitabile.Horat.1.epist.20.
Imitari exemplar.Cic.de Vniuers.
Proponere alicui exemplar.Horat.1.epist.2,
Rursus quid virtus,& quid sapientia possit,
Vtile proposuit nobis exemplar Vlyssem.
Proponere sibi exemplar speciem aliquam.Cic.de Vniuers.
¶Exemplar, pro eo quod ex aliquo scripto transcribitur, vulgus *duplum* vocat. Plin.epist.291,Exemplar testamenti, quanquam mendosum, misi tibi. Sueton. de Claris grammaticis, Mulráque exemplaria contracta emẽdare ac distinguere & adnotare curauit. Plancus Ciceroni,lib.10.21, Exemplar eius chirographi Titio missi. Asinius Pollio Ciceroni,lib.10.31,Exemplar literarum.
Græca exemplaria.Horat.in Arte.
¶Exemplar, pro Exemplo positum legitur, ita vt parum inter se differant exemplum, & exemplar. Cic. de Oratore, Illa oratio fuit mihi exemplar bene dicendi. Quintil. in 10, Cornelius autem Seuerus etiam si verificator quàm poeta melior: si tamen (vt est dictum) ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, vendicaret sibi secundum locum. Cic.pro Murena, Ad imitandum verò tam mihi propositum exemplar illud est, quàm tibi. Hæc ex Valla lib.6. Legitur in postero loco Ciceronis etiam exemplum.
Exemplare, pen.prod. {αὐτότυπον} Idem:sed primitiuum, & vnde exemplar est contractum. Lucret.lib.2,
Duntaxat rerum magnarum parua potest res
Exemplare dare,& vestigia notitiai.
Exemplarium, exemplarij, pro exemplo reperitur, teste Valla libro 6. Vlpian.in l.3. in fine.D. quemadm.testament.aperiant. Si in duobus exemplarijs scriptum sit testamentum. Sic habẽt Haloander &Pandectæ Florentinæ.
Exemptilis, Exemptio, Exemptor, Exemptus. Vide EXIMO.
Exenterо, exenteras, pen. corr. {ἐξεντερίζω} exenterare, Interiora auferre, quod propriè de piscibus dicitur quum apparantur,sed de aliis etiam.Iustinus lib.12,Epistola,quia palàm ferri nequibat,Exenterato lepori inferitur, lepúsque in Persas Cyro ferendus fido seruo traditur. Per translationem dixit Plautus Epid.5,
-acutum cultrum habeo
Qui seni exenterem marsupium.
Exenterauit mihi opes argentarias.Plaut.Epid.14.
Exenteror miser,Hoc est Angor & excrucior.Plaud.Epid.7.
Exeo, exis, exiui, pen.prod. exitum, pen.corr. {ἐξέρχομαι, ἐξέρπω, ἐξέρχομαι, ἐκπορεύομαι} exire, Egredi significat. Terent.Adelph.4.4,
Fieri potis est vt ne quà exeat.
Domo exire.Cic.Lentulo,lib.1.9.
Exire foras. Plaut. Amphit. 1.4. Terent. Eunuch. 4.4, Exi foras sceleste.
Foras exire ex ædibus.Lucret.lib.3.
Exire limen.Terent.Hecyr.3.3.
Limine exire.Lucan.lib.1.
Exire Roma. Cic. ad Attic. lib. 1.1. Sic Exire cauis, pro è cauis; Plin.lib.11.cap.25.
A patria exire.Cic.in Pisonem.
Exeo ad te.Plaut.Bacchid.17,
Mane parumper,dum iam ad te exeo Chrysale.
De balneis exire.Cic.2.de Orat.
De triclinio exire.Cic.2.de Orat.
Exire è portu. Cic.7.Verr. Postquam è portu piratæ non metu aliquo affecti,sed satietate exierant.
Exire ex vrbe.Plaut.Amphit.6,
Tempus est,exire ex vrbe prius quàm lucescat volo. Cic. Sulpitio; lib.4.1, Siquem tuorum fidelium voles,ad me mittas, ne aut tibi exire ex vrbe necesse sit,aut mihi accedere.
In solitudinem.Cic.1.Offic.
Per ferrum exire.Lucan.lib.1. De leone.
Exire continuò, Vide CONTINVVS.
Intus exit, Vide INTVS.
¶In aliquem exire.Stat.2.Thebaidos,
Exit & in fratrem,cognatáque pectora telo Conserit.
Exire in aciem, Vide ACIES.
Exire ære alieno, Hoc est liberari. Cic.11.Philipp. O hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putaret posse, quum venderet aliena.
Exire ærumna,pro Liberari.Cicero, Vt tádem è tot miseriis atque ærumnis exiremus.
Ab amplexibus alicuius exire.Stat.11.Thebaid.
Exire ex animo dicitur res aliqua, pro Effluere, & obliuioni dari. Cic.3.de Nat.deor. Mihi quidem ex animo exire nó potest esse deos. Legitur in vetusto scripto codice,ex animo exuri.
Exiit animus ephebis ætate.Plaut.Merc.3,
Principio atque animus ephebis ætate exiit,
Atque animus studio amorus puerili est meus.
In altitudinem exire arbor dicitur.Plin.lib.13 cap.4.
Exiit ad cælum ramis felicibus arbos.Virg.lib.2.Georg. Et apud Plin.lib.14.cap.1,Exire ad præcipuam altitudinem.
Ad bellum exire.Seneca Herc.fur.4.
Ex Italia ad bellum ciuile exire.Cic.Cælio,lib.2.15.
E contemptibus exire.Lucret.lib.5. Vide CONTEMNO.
Exiit dies,pro præteriit.Liu.4.ab Vrbe. Idem 10.bel.Pun. Necdũ exierat inducrarum dies. Vlpianus Ex quibus causis,&c. l.1.Si cuius quid de bonis quum his metu, aut sine dolo malo Reipub. causa abesset,siue in vinculis,seruitute,hostiúmve potestate esset,postéave cuius actionis eorum cui dies exisse dicetur.
Exit annus.African.in l.& hæc distinctio.D.locati.
Exire in alias domos. Cic. 1. Offic. Qui quum vna domo iam capi non possint, in alias domos,tanquam in colonias exeunt.
In fabellam. Quintilianus, Si historicus narret fabulam elegãter, exit in fabellam.
In diuersos flexus exire. Quintil.lib.1.cap.6, Quid vero, quæ tota positionis eiusdem in diuersos flexus exeunt?
In angulos exire dicuntur folia. Plin.lib.16. cap.23, Verustiora in angulos exeunt. De foliis populi arboris loquitur.
De gremio exire dicitur puer. Quintil.lib.1. cap.2, Sed nobis iam paulatim accrescere puer, & exire de gremio, & discere seriò incipiat.
Exire in herbam fruges,aut radicem dicitur granum. Plin. lib. 18. cap.7. Idem lib.11.cap.30, Semina arrosa condunt formicæ, ne rursus in fruges exeant è terra.
De imperio exire. Tacit.lib.19,Nec quisquam adeo rerum humanarum immemor, quem non commoueret illa facies, Romanum principem,& generis humani paulo antè dominum, relicta fortunæ suæ fede,per populum,per vrbem,exire de imperio.
In iram exire.Lucan.lib 3.
Exeunt libri. Cic. ad Atticum, lib. 13. 27.1, Libri quidem ita exierunt (nisi fortè me communis φιλαυτία decipit) vt in tali genere, ne apud Græcos quidem simile quiddam. Id est editi sunt, & in lucem emissi.
In longum exire. Quintil.lib.4. cap.2, Si tamen adhibitis quoque his artibus, in longum exierit ordo rerum, erit non inutilis in extrema parte commonitio.
In medium.Plaut.Amphit.4,
Deinde vtrinque imperatores in medium exeunt.
Exire ab hominum memoria.Seneca 3.de Benef.
Modum exire.Ouid.9.Metam.
Ab aliquo exire nummos.Cic.4.Verr.
Exire obuiam alicui. Liu.4. bel. Pun. Beneuentani omnes turbæ effusa quum obuiam ad portas exissent, complecti milites, gratulari, vocare in hospitium. Cæsar bel.Ciuil.
Odorem acrem exire,Id est Vitare fœtorem.Lucret.lib.6.
Exire ad opus,aut ad priuatum negotium.Plin.lib.11.cap.10. Cic. pro Lege Agraria.
¶Exit & emanat in vulgus oratio. Cic.pro Rosc.Amerino,Ego etiamsi omnia quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire,atque in vulgus emanare poterit.
Liber exit,Id est publicatur. Vide LIBER.
Ex ore exire dicuntur verba.Cic.de Claris Orat.Quanta sueritas in vultu, quantum pondus in verbis, quam nihil non consideratum exibat ex ore!
In oras luminis exire,Id est nasci.Lucret.lib.1.
Exire de ouo à cauda. Vide A præpositionem.
Exire pastum. Varro 3. de Re rust. cap. 6, Præterea locum habere

ante se quò pastum exeant diebus apricis.
Exire de,vel è potestate,Est mentis impotem fieri.Cic.lib.4.Tusc.
Itaque iratos propriè dicimus exisse de potestate, id est de consilio, de ratione,de mente.
In prælium.Liu.4.bel.Maced.Per vallum castra inuadere parati erant,si in prælium hostis non exiret.
In aliquam prouinciam legatum exire.Cic.in Vatinium.
Ad pugnam exire.Virgil.4.Georg.
In rigorem. Plin. lib. 7. cap. 19,Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam,toruitatémque naturæ duram & inflexibilem.
Seruitio exire.Virgil.eclog.1.
Spiritus exit in auras.Ouid.4.Trist.eleg.3,
Stratis exire.Stat.2.Achil.
Exire tela, pro Vitare. Virgil. 5. Æneid. Seruius. Vade de Tarchonte.libro 11,
Sustinet à iugulo dexteram,& vim viribus exit.
Exiit tempus inducarum.Liu.4.ab Vrbe.
Quod tempus exit in vrbis nostræ CCXLIX annum. Plin.lib 33. cap.2. Hoc est, Quod tempus refertur, & reduci potest ad annum CCXLIX.ab Vrbe nostra condita.
¶Exire è vita,pro Mori. Cic.1.de Finib. Æquo animo è vita,quum ea non placeat,tanquam è theatro exeamus.
Exire de vita. Cic. de Amic. Quamobrem cum illo quidem, vt suprà dixi,actum optimè est, mecum autem incommodius: quem fuerat æquius,vt prius introieram in vitam,sic prius exire de vita.
¶Longius exire, pro Longius digredi à proposito. Vide Egredi, pro Digredi,in INGREDIOR.
In vulgus exierat,eum dixisse.Sueton.in Galba,cap.2, Maximè irritati ad ialem iocorum petulantiam quòd ante paucos dies exierat in vulgus,laudanti cuidam fortunam suam,respondisse eum,&c.
¶Exire in tertium diem,pro Differri.Plin.epist.35,Huius actionem vespera inclusit,non tamẽ sic vt abrumperet: itaque in tertium diem probationes exierunt.
Exire supra mille annos.Seneca de Breuitate vitæ,cap.6.
Super aliquem exire,Id est Maiorem esse illo.Stat.6.Thebaidos,
-leuat ardua contrà
Membra Cleoneæ stirpis iactator Agylleus,
Herculea non mole minor:sic grandibus altè
Insurgens humeris hominem super improbus exit. Id est maior est aut procerior statura iusta hominis.
¶In easdem literas exire, pro Finiri. Quintil.lib.1.cap.5,Quia hoc nostris nominibus accidebat,quorum prima positio in easdem,quas Castor,literas exit. Id est terminatur.
Per eãdem literam exire. Quintil.lib.1.cap.6, At quæ o solam habent,dummodo per eandem literam in infinito exeant,breuia fiunt, lego,dico,curro,legere,dicere,currere.
¶Exire,de fluuiis dictũ.Virg.8.Æneid. verba Æneæ ad Tybrim,
Quo te cunque lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenent,quocunque loco pulcherrimus exis.
Fluuius exit septem aquis.Valer.8.Argon.
¶Exire,ad sortionem pertinet. Cic. 4. Verr.In qua scriptum erat, vt quot essent renuntiati, tot in hydriam sortes conicerentur: cuius nomen exisset,vt is haberet sacerdotium. Bud.
Sors exit. Cic. Attico, lib. 1. 14, Quum de Consularibus mea prima sors exisset, vna voce Senatus frequens retinendum me in vrbe censuit.
¶E Patriciis exire. Cic.pro Domo sua,Nõ vt ille filius instituatur, sed vt è Patriciis exeat,vt Tribunus plebis fieri possit.
¶Exitur,pen. prod. Impersonale. Plaut. Casin.19,Crepuit ostium, exitur foras.
Exitum huc nollem. Terent. Adelph.5.1. Quidam legunt hunc exitum:vt sit(exitum)accusatiuus.
Exiens, Participium {ἐξιὼν ἐξόδῳ.} Cic.1. de Diuinat. Quinto autem anno exeunte,quum esset ex illo somnio,&c.
Exitus,pen.corr. {ἔξοιμι ἔξεμι} aliud Participium,apud antiquos. Vnde apud Festum,Ad exitam ætatem,ad vltimam ætatem.
Exitus,huius exitus,pen.corr. {ἔξοδος,ἔξεμι} Egressio.
Cursus rerum & exitus. Cic. Sulpitio,lib.4.2,Neque solùm ea perspicis quæ gerunt,quæque iam gesta sunt: sed etiam qui cursus rerum,qui exitus futurus sit.
Initium & Exitus,contraria. Cic. 1. Tusc.Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat,sic exitum mors.
Principium & Exitus,contraria.Cic.pro L.Manil.Huius autem orationis difficilius est exitum,quàm principium inuenire.
Exitus anni. Liuius 10. bel. Pun. Cæterùm exitu superioris anni, quum legati sociarum vrbium ex Græcia questi essent.
Armorum exitus semper incerti & timendi.Cic.Att.lib.7.123.
Exitus orationis. Cæsar 4. bel. Gall.Ad hæc Cæsar quæ visum est, respõdit: sed exitus orationis fuit,sibi nullam cum iis amicitiam esse posse,si in Gallia remanerent.
Exitus studij.Ouid.5.Trist.eleg.13,
Scribimus & scriptos absumimus igne libellos,
Exitus est studij parua fauilla mei.
Temporis exitus.Horat.3.Carm.ode 29,
Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus.
Vitæ exitus.Propert.lib.3.eleg.5.
Exitus principio simillimus. Cic 4.Ver.Itaque fecit vt exitus principio simillimus erit.
Exitu fœdum.Liu.1.ab Vrbe,Vnde tibi tuæque Reipub.quòd imitere,capias:inde fœdum incœptu,fœdum exitu,quod vites.
Ad exitum,pro Ad postremum.Cic.ad Culeolum,lib.3.42,Peto vt ea quæ initio ostendisti, deinde quæ fecisti, ad exitum augeri & cumulari per te velis.
¶Faustus exitus.Lucret.lib.1.
Felix exitus. Cic.Cælio,lib.2.9,Hæc ætas habuit hũc exitum satis

felicem:ea quæ sequitur,magno est in timore.
Incertus exitus & anceps fortuna belli.Cic.pro Marcello.
Ingens exitus.Virgil.5.Æneid.
Inopinati exitus.Quintil.lib.4.cap.2.
Miserabilis exitus.Quintil.lib.4.cap.1.
Secundi exitus.Horat.4.Carm.ode 14,
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus.
Segnis exitus.Stat.5.Sylu.3.
Superbus exitus.Quintil.lib.4.cap.1.
Tristes exitus habuit Consulatus.Cic.de Claris Orat.
¶Exitus accessit verbis, Id est ita factum est vt prædixerat. Ouid. 6.Fastorum.
Ad exitum adducere & profligare aliquid.Cic.5.Tusc.
Claudere exitum.Vide CLAVDO.
Notabili exitu cõcludi. Cic.Luceio,lib.5.12,Si verò exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissima lectionis voluptate.
De casibus viri excellentis.
Contigit exitus quem optamus.Cic.Bruto,11.
Facilis exitus datur.Virgil.6.Æneid.
Ad bonos exitus vota ducit Liber.Horat.4.Carm.ode 8.
Expectare exitum.Cic.Attico,lib.16.3.6.
Expedire exitum institutæ orationis. Cic. Appio, lib. 3. 12, Itaque quemadmodum expediam exitum huius institutæ orationis, non reperio.
Contrarios exitus habere. Cic.2.de Diuinat.Quid ego aruspicum responsa commemorem? possum equidem innumerabilia, quæ aut nullos habuerint exitus,aut contrarios.
Exitiales exitus habere.Cic.7.Verr.Perditæ ciuitates,desperatis omnibus rebus hos solent exitus exitiales habere,vt damnati,&c.
Meliores exitus habere.Cic.Cælio,lib.2.15.
In exitu similes casus habere.Cic.in Orat.
Imponere exitum alicui rei,aut sermonibus,Vide IMPONO.
Indicat exitus rei.Cic.3.de Legib.
Liber patet exitus.Lucret.lib.4.
Ad exitum peruenire.Cic.in Orat.
Præstare exitu pollicita. Plancus COSS. Senatui Populóque Romano, lib. 10. 8, Vt quæ Reipublicæ bonísque omnibus polliceremur, exitu præstaremus.
Exitus acta probat.Ouid.2.epist.17.
Exitum nullũ reperire.Cic.4.Verr.Aduersarij non audebant contradicere:exitus nullus reperiebatur.
Exitus sequitur verba.Ouid.3.Fast.
In vnum exitum spectare. Cic.1.de Orat. Artem verò negabat esse vllam, nisi quæ cognitis penitúsque perspectis, & in vnum exitum spectantibus,& nunquam fallentibus rebus contineretur.
In exitu esse. Cic. pro Murena, In exitu est iam meus Consulatus. Vide IN.
In dubio est exitus.Ouid.2.Fast.
Veniunt ad eundem exitum vtrique.Cic.de Fato.
¶Exitus, pro Morte. Tacit.lib.4,Atrociore semper fama erga dominantium exitus verteret. Et lib.18,Exitu demum Neronis positis odiis in medium consuluere.
Hominis exitus.Iuuenal.satyr.10,
Exitus ille vtcunque hominis:sed torua canino
Latrauit rictu,quæ post hunc vixerat vxor.
Fatales exitus. Cic. de Diuinatione, Non igitur fatales exitus habuerunt.
Exitus grauior auspicio.Ouid.10.Metam.
Grauissimi exitus clarissimorum hominum.Cic.2.de Diuinat.
Honesti ciuium exitus. Tacit.lib.16.
Misero cruciabilique exitu perire.Gell.lib.3.cap.9.
Suos exitus cogitare. Cic. 2. de Diuinat. Quid enim posset iis esse
Iætum,exitus suos cogitantibus?
Sæuus exitus illum eripuit.Iuuenal.satyr.10.
Virilem patris exitum imitata est Portia Catonis filia. Valer.Max. lib 4.cap.6. vbi de Portia.
Bonos exitus habent boni.Cic.3.de Nat.deor.
Exitus illum forte tulit.Virgil.2.Æneid.
¶Exitus alueorum.Plin.lib.21.cap.14.
Exitium,huius exitij {ἐξώλης,ἐξόλλυμι.} Festus, Exitium antiqui ponebant pro exitu:nũc exitium,pessimum exitum dicimus. Terent.Phorm. 1. 4, Quod ego nunc subito huic exitio remedium inueniam miser? Plaut.Capt.13. Idem Bacchid.20, Alexander qui erit exitium reipatriæ suæ. Idem Capt. 10, Neque exilium exitio est. Cic. ad Q.frat. lib.1.4.
Interitus & exitium vrbis. Cic. 1. in Catil.Qui de nostro omnium interitu, qui de huius vrbis atque adeò orbis terrarum exitio cogitent.
Pernicies & exitium Reipub.Cic.4.in Catil.Largitorem Lẽtulum & prodigum non putat, quum de pernicie Reipub. & exitio huius vrbis tam acerbè, támque crudeliter cogitarit, etiam appellari posse popularem.
Crudele exitium.Valer.3.Argon.
Detestabile exitium.Gell.lib.3.cap.9.
Dirum exitium.Sil.Ital.lib.2.
Furiale exitium.Valer.2,Argon.
Magnum exitium.Virgil.2.Æneid.
¶Afferre exitium alicui.Plaut.Capt.13,
-aperite hasce ambas foris,
Prius,quàm assultatim pultando foribus exitium affero.
Comparare exitium.Cicero,Quum exercitus perditorum ciuium clandestino scelere conflatus, crudelissimum & luctuosissimum patriæ exitium comparasset.
Exitio dare.Lucret.lib.5,
Tres species tam dissimiles,quia talia texta,

Vna dies

Vna dies dabit exitio,multósque per annos
Sustentata ruet moles ac machina mundi.
Imminere exitio alicuius.Ouid.1.Metamorphoseos,
Imminet exitio vir coniugis,illa mariti. Idem 8.Metam.
Insolita exitia machinatus.Seneca Hippol.12.
Mereri exitium.Ouid.2.Metam.
Mittere exitium alicui.Virgil.4.Georg.
Moliri exitium Cicero,Exitium Reip.intra mœnia molitur.
Parare exitium. Vide PARO.
Ponere modum exitiis.Virgil.7.Æneid.
Ab exitio refrænare.Lucret.lib.1,
-æquè laborant,
Et pereunt:neque ab exitio res vlla refrænat.
Graui exitio sternere aliquem.Horat.1.Carm.ode 16,
Iræ Thyestem exitio graui Straueræ.
Esse exitio alicui,Id est causam esse mortis alicui, Virgil.3.Georg.
Esse exitiom alicui,Idem.Virgil.eclog.3,
Idem amor exitium est pecori pecorísque magistro.
Exitium superat opes, Id est mors aut morbi vis superat medicamenta.Ouid.7.Metamorphoseos,
-pugnatum est arte medendi:
Exitium superabat opes,victæque iacebant. De peste loquitur.
¶Exitium,de homine dicitur.Horat.1.Carm.ode 15,
Non Laertiadem exitium tuæ
Gentis,non Pylium Nestora respicis?
Exitium Troiæ,Achilles.Ouid.13.Metam.
Exitialis,& hoc exitiale,pen. prod. {ἐξόλλυμι} Quod est mortiferum,calamitosum, damnosum : vt Exitialis euentus.Liu.7.bel.Pun. Cic.7. Verr.Exitiales exitus. Plin.lib.8,Ille contrà vrinam spargit prudens, hanc quoque leoni exitialem.
Aurum exitiale.Stat.4. Thebaid.
Donum exitiale.Virgil.2.Æneidos,
Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. De equo Troiano. Sil.lib.8.
Malum exitiale.Sil.lib.8.
Motus exitiales.Lucret.lib.2,
Nec superare queunt motus vsque exitiales
Perpetuò,neque in æternum sepelire salutem.
Præmia exitialia.Stat.2.Achilleidos,
-petit exitialia iudex Præmia.
Scelus exitiale.Virgil.6.Æneidos,
Sed me fata mea,& scelus exitiale Lacænæ
His merẽre malis.
Exitiabilis,& hoc exitiabile,pen.corr. {ἐξόλλυμι} Idem quod exitiale. Liu. 7.bel.Pun.Exitialis prodigiorum euentus venit. Ouid.lib.6.Metam.
Exitiabile ferrum. Plaut.Epid.12,
-exitiabilem ego illi faciam vt hunc sciat diem. Cic. ad Atticum, lib.10.195,Exitiabile bellum.
Caput exitiabile serpentis.Ouid.8.Metam.
Clades exitiabilis,pro Internecina.Sueton.in Augusto,cap.23.
Euentus quàm fuerit exitiabilis, vix verbis exprimi potest. Paterculus libro 2.
Homines exitiabiles morte mulctauit.Patercul.lib.2.
Leges perniciosas & exitiabiles tulit.Patercul.lib.2.
Monstrum exitiabile dictu.Stat.1. Thebaid.
Nomen exitiabile,Sil.lib.15,
-iacet exitiabile nomen
Ausonij columen regni.
Telum exitiabile.Ouid.6.Metam.
Exitiosus, penult. prod. Adiectiuum {ἔξοδος} Idem.Cic.in Catil.Exitiosa coniuratio. Et ad Attic.lib.8.16,Exitiosum bellum.
Prodigium exitiosum.Cic.de Arusp.resp.
Fore exitiosum aliquid. Cic. Torquato, lib. 6. 1, Sed quod & fieri posse, & exitiosum fore, si euenisset, videbam, id ne accideret, timebam.
Exequor,penult.corr.exequeris,exequutus sum {ἔξοπλίσω,ἔξοπλισμένος,ἐπεξέρχομαι,ἐξεπίτομαι.ἐκπολεῖσθαι} exequi, Perficere, absoluere. Plaut. Trucul.10,
-nullam rem oportet aggredi dolosè,nisi
Astutè accuratéque exequare. Terent.And.1.5,
-sed nunc quid primum exequar?
Exequi certum est vt.Plaut.Mostel.9,
Odiosa hæc exequi certum est vt abeam
Potius hinc ad forum,quàm nunc domi cubem.
Diuinè aliquid exequi.Quint.lib.1.cap.6,Quæ Tullius in Oratore diuinè,vt omnia,exequitur.
Verbosius exequi.Quintil.lib.5.cap.12.
Hoc tamen vnum exequere mihi.Virgil.4.Æneid.
¶Actionem exequi.Vlpian.in l.finali.D.de priuatis delictis,Siquis actionem,quæ ex malitiosis oritur,velit exequi.
Exequi ærumnam,Ærumnam pati vel defungi.Plaut.Capt.5,
Di immortales id voluerunt,vos hanc ærumnam exequi:
Decet id pati animo æquo.
Æternitatem exequi.Cic.de Vniuers. Non igitur dubium quin æternitatem maluerit ex qui: quãdoquidem neque mundo quicquam pulchrius,neque eius ædificatore præstantius.
Aspectum alicuius.Plaut.Epid.12,
Quam matrem meam? P. quæ exanimata exequitur aspectum tuum.
Id est,conjectos in te habet oculos. quasi dicat,te oculis sequitur.
Beneficium exequi.Seneca de Benef.lib.2.cap.25.
Consilium. Terent.Phorm.2.4,
-frater est expectandus mihi:is
Quod mihi dederit de hac re consilium,id exequar.
Crimina exequi. Callistratus in l.diui fratres.D.de accusationibus, Diui fratres rescripserunt,nõ debere cogi hæredes accusatorum exequi crimina.

Decreta. Liu. 5. bel. Maced. Prætorem decreta eorum cum fide & cura executurum.
Exequi delicta,pro Punire. Sueton.in Iulio,cap.67,Delicta neque obseruabat,omnianeque pro modo exequebatur.
Exequi delicta,pro crimen persequi & deferre,l. 1. & 2.cum pluribus aliis.D.de accusat.
Dicta alicuius.Liu.4.ab Vrbe.
Egestatem,Id est pati.Plaut.Trinum.10,
-tanto melius te
Sororis causa egestatem exequi,atque eum agrum me habere,
Quàm te tua qui toleres mœnia.
Fatum alicuius. Cic ad Attic.lib.9.184, Miseros nos cur nõ omnes fatum illius vnà executi sumus? Id est, non sumus vnà in eodem periculo,& sequuti sumus eum in periculis.
Fugam, Fugere. Cic.2.Philip. Omnes Consulares, qui per valetudinem exequi fugam illam cladémque potuissent.
Funus.Gell.lib.10.cap.15.
Imperium celer exequitur.Sil.lib.10.
Imperium heri,Facere quod herus imperat.Liu.5.bel.Pun. Plaut. Menæch.21. Terent.Heaut.4.1,
-nam iam primùm,si meum
Imperium exequi voluisses,interemptam oportuit.
Incœpta.Liu.10.bel.Pun.
Exequi iniurias,pro Vlcisci.Plin.Iunior,lib.3.epist.4, Veniebat in mentem priores nostros esse singulorum hospitum injurias accusationibus variis exercitos.
Iuner,pro iter,antiquè.Id est conficere.Plaut.Merc.22,
-quin tu ergo itinere meum exequi me sinis?
Ius suum.Cæsar 1.bel.Gall.Quum ciuitas ob eam rem incitata armis,ius suum exequi conaretur.
Iussa.Liu.1.ab Vrbe. Virgil.4.Æneid.
Laudes brassicæ longum est exequi, Id est Persequi & enumerare. Plin.lib.20.cap.9.
Mandata,vel rem mandatam.Plaut.Bacchid.8,
-ille amico & benevolẽti suo sodali sedulò rem mãdatum exequitur. Cic.9.Philip.
Ministeria.Liu.9.bel.Pun.
Modum sationis nulla ex parte exequi posse.Cic.5.Verr.
Mortem,Mori.Plaut.Pseud.15,
-negotium est.
Nam necesse est hodie Sycioni me esse,aut cras mortem exequi:
Ita herus meus est imperiosus.
Mortem alterius exequi,pro Vlcisci,vel iudicio persequi.Pomponius in l.1.D.de accusat.& Papin.in l.2.eod.tit.Vlpian.in l.4.eod.tit.
Munus suum,Id est officium.Cic.3. Tuscul.
Exequi & tueri munus officij. Cicero de Senect.Senectutis autem nullus certus est terminus:rectéque in ea viuitur, quoad munus officij exequi & tueri possis.
Negotium.Cic.1.Offic.
Numerum. Liu.3.ab Vrbe, Interfecta inde quatuor millia,& exequendo subtiliter numerum,&c. ait & XXX.
Officia & studia.Cic.ad Attic.lib.3.55.
Officia & munera. Cic. de Senect.Itaque exequi omnia regis officia & munera,&c. De Masinissa.
Patronam,Id est precibus solicitare, vt adsit, & adiuuet. Plautus Rudent.7.
Perficere itiner exequar.Plaut.Merc.22,
Optimè aduenienes puere cape chlamydem,atque hic sine ilico
Vt si hæc non sint vera,incœptum hoc itiner perficere exequar.
Pergam exequi.Plaut.Amphit.8.
Præcepta alicuius exequi.Virgil.6.Æneidos,
-properè exequitur præcepta Sibyllæ.
Probrum.Plaut.Trucul.9,
Lucri causa auara probrum suum executa,alienos dolores
Mihi probrum supposui.
Procurationem exequi. Vlp. in l. quæ omnia. §. sed etsi.D. de Procuratoribus,Nisi fortè purgare magis conuitium, quàm procurationem exequi maluerit.
Sermonem,Loqui.Plaut.Trinum.6,
-per pietatem nolo ego cum improbis te viris
Gnate mi,neque in via,neque in foro vllum sermonem exequi.
Exequi viam scelerati consilij. Liu.8.bel. Pun. Viam consilij scelerati,sed non ad vltimum dementis exequi volo.
Vota exequi.Virgil.5.Æneidos,
Annua vota tamen,solennesque ordine pompas Exequerer.
¶Exequi, pro Funerare: vnde Exequiarum nomen, quod inde natum est, quòd multi cadauer eius qui efferebatur,sequebãtur.Cic. 1.Tuscul.At qui labores morte finisset graues,eũ omnes amicos laude & lætitia exequi. Annotauit Turnebus.
¶Exequi,pro Exponere,vel narrando persequi.Liu.lib.5,Exequebatur deinde,quæ solennis deriuatio esset.
Verbis aliquid exequi. Cic.Matio,lib.11.27,Nam præter hæc quæ commemorauí, quæ testata sunt,& illustria: habeo multo occultiora,quæ vix verbis exequi possum.
¶Exequi,Passiuè. Vlpian.in l.quum quædam.D.de iurisdict.omn. iud.Quærebatur an prioris iudicis sententia exequi possit.
Exequens,pen.corr. {ἐξεπίτομαι} Nomen ex participio.Gellius lib.10. cap.12,Philosophus memoriarum veterum exequentissimus.
Exequutus, pen. corr. {ἐκπολεῖσθαι} Participium. Catul. de Berecynthiæ & Atys,Sectam meam executæ duce me.
Exequutio,Verbale {ἐκπραξία.} Plin.lib.35.cap.8, Neque enim instituti operis est talis exequutio. Tacit. lib.3, Exequutionem eius negotij lubens suscepit.
Exequutio obligationis, Id est actio quæ ex ea consequitur, & exactio. Paul. l. 66. D. de verb. oblig. Si minor viginti annis à debitore stipuletur seruum manumissurum, non est exequutio stipulationis

danda. Idem cod. titul. In exequutione obligationis sciendum est, quatuor causas esse.

Exequutor, pen. prod. Verbale {δοσπλιγορικὸς.} vt Exequutor inimicitiarum, pro Vindice. Sueton. in Vespas. cap. 14.

¶Executores, Apparitores, qui Magistratus imperio reos in ius vocant: inde dicti, quòd eius sententiam in bonis pignoribúsque capiendis exequerentur. Vide VIATORES. Vtitur Martianus imperator, l. cum clericis. C. de episc. & cleric.

Exequiæ, exequiarum, tantùm pluraliter {ἐκφόρματα, ἐνκτήρια.} Funebre officiú, quod scilicet in funere alicuius exequimur: ab eo dictæ quòd homines pompam funebrem sequuntur. Terent. Phorm. 5 9,

Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, iam tempus est.

Cic. 2. de Legib. Sepultura & iustis exequiarum caruerunt.

Exequiæ, pro ordine ducentium pompam funebrem. Tacit. libro 20, Silens agmen,, & velut longæ exequiæ.

Prælari funeris exequiæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 5.

Mites exequiæ. Stat. 3. Sylu. 3,

Mitibus exequiis ades, & lugentis Hetrusci

Cerne pios fletus, laudatáque lumina terge.

Mœstæ exequiæ. Tibul. lib. 2. eleg. 4,

Seu veniet tibi mors, nec erit qui lugeat vllus,

Nec qui det mœstas munus in exequias.

Tristes exequiæ. Stat. Thebaid. 8,

Ceu flammas, ac dona rogo, tristésque rependant Exequias.

¶Carere exequiis. Ouid. ad Liuiam,

Exequiis caruit Liuia pené suis.

Exequias celebrare. Liu. 2. ab Vrbe.

Cohonestare exequias. Cic. pro Quinctio, Si funus id habendum sit, quò non amici conueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas.

Comitari exequias, Vide Comitor, in COMES.

Dignas funere magni Exequias fortuna dedit. Lucan. lib. 3.

Exequias ducere. Plin. lib. 8. cap. 42. Plin. Iunior. lib. 3. cap. 16, Ita duxi exequias.

Ferre exequias. Ouid. 2. Amor. eleg. 6,

Pisitacus Eois ales mihi missus ab Indis

Occidit: exequias ferte frequenter aues,

Largiri exequias. Stat. 12. Thebaidos,

Et nunc heu quæ dignæ tibi solennia, quáfve

Largiar exequias?

Prosequi exequias funeris. Cic. pro Cluctio, Postremò etiam fortassis mater exequias illius funeris prosecuta est.

Reddere exequias alicui. Ouid. ad Liuiam.

Exequiis rité solutis. Virgil. 7. Æneid.

Spoliare aliquem exequiis. Cic. pro Milone, Tu spoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.

Exequialis, pen. prod. Adiectiuum {ἐκφορματικὸς.} Ouid. 14. Metam.

Carmina iam moriens canit exequialia cygnus.

Iusta exequialia. Stat. 11. Thebaid.

Exequiare {ἐκφέρω.} pro exequias facere, Obsoletum. Varro Bimargo,

Ipsum propter vix liberi semiarrati exequiantur. Nonius.

Exerceo, exerces, exercui, exercitum, pen. corr. {ἀσκέω, γυμνάζω, ἐξετάζω, διάγω, ἀσχολέομαι περί.} exercère, Ab ex & arceo compositum, quasi extra arcere, premere, fatigare. Terent. Adelph. 4. 2, I sanè, ego te exercebo hodie, vt dignus es, filicernium. Cicero ad Cassium, lib. 12. epist. 4, Nunc me reliquiæ vestræ exercent, & quidem præter cæteros me.

¶Exercere aliquid, pro Facere. Virgil. 1. Georgicorum,

Quippe etiam festis quædam exercere diebus,

Fas, & iura sinunt. Variis nominibus iungitur. vt

Abactus hospitum, Vide ABIGO.

Acies puriles exercere, Id est bella puerilia. Iuuenal. satyr. 15,

Ludere se credunt ipsi tamen, & pueriles

Exercere acies, quòd nulla cadauera calcent.

Exercere ætatem, Viuere. Plaut. Milit. 19,

Hancine me ætatem exercere mei amoris gratia?

Aliquem in aliquo studio. Cic. de Claris Orat. Me adolescentem nactus octo annis minorem, quàm erat ipse, multos annos in studio eiusdem laudis exercuit.

Amorem aliquorum exercere. Catul. epig. 66,

Æmulus iste tuus, qui vestrum exercet amorem.

Amores exercere ad aliquam. Catul. ad Malium, epig. 63,

Isque domum nobis, isque dedit dominam,

Ad quam communes exerceremus amores.

Animos exercere in armis. Ouid, 1. Amor. eleg. 8.

Fluuius aquas exercet. Ouid. 8 Metam.

Arcum. Claud. Paneg. 8.

Arma. Claud. in Præfatione Paneg. 3. Liuius, Nam Sardos, Corsósque & Histros lacessisse magis, quàm exercuisse Romana arma.

Arma iuuentus exercet. Virgil. 4. Æneid.

Artem. Horat. 1. epist. 14,

Quam scit vterque libens censebo exerceat artem.

Bacchanal. Plaut. Amphit. 14.

Agni balatum exercent. Virgil. 9. Æneid.

Brachia. Ouid. 2. Metam.

Campos. Colere. Plin. epist. 20. Virgil. 1. Georgicorum,

Exercétque frequens tellurem, atque imperat aruis. Id est colit.

Cantus exercere. Virgil. 1. Georgicorum,

- de culmine summo

Nequicquam feros exerceet noctua cantus.

Choreas. Claud. de laudibus Serenæ, 22.

Diana choros exercet per iuga Cynthi. Virgil. 1. Æneid.

Vomere exercere colles. Virgil. 7. Æneid.

Commercium alicuius rei. Plin. lib. 12. cap. 14, Minæi primi commercium thuris fecere, maximéque exercent.

Crudelitatem insatiabilem exercere non solùm in viuo, sed etiam in mortuo. Cic. 11. Philipp.

Pinguia culta exercere. Virgil. 10. Æneidos,

-vbi pinguia culta Exercéntque viri.

Curas. Sil. lib. 11.

Diem. Virgil. 10. Æneid. Id est per diem exerceri. Seruius.

Discipulos. Sueton. de Claris Rhethor.

Discordias cum hostibus. Sallustius, Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant.

Ferro exercere dolorem. Ouid. 12. Metam.

Equos. Virgil. 7. Æneidos,

-ardentes haud secius æquore campi

Exercebat equos, curráque in bella ruebat.

Exceptionem exercere. Vlpian. in l. si fideiussor conuentus. 5. j. D. mandat.

Equos exercere campis. Claud. de bello Getico.

Genas. Stat. 5. Sylu. 5,

-iam iámque natantes

Exercere genas, dulcésque accersere somnos.

Guttur inani cibo exercet. Ouid. 8. Metam.

Humum in messem. Virgil. 1. Georgicorum,

At si triticeam in messem, robustáque farra

Exercebis humum, solísque instabis aristis, &c.

Dura imperia. Virgil. 2. Georg.

Ingenium exercere. Author ad Heren. lib. 3.

Inimicitias. Liu. 8. bel. Maced. Itaque collega meus vel in alia causa inimicitias exerceat.

Inimicitias nimium familiariter exercere. Cic. 1. Verr.

Iracundiam in superatos. Cic. Bruto, 2.

Rostrúsque & aduncis vnguibus iras exercent. Ouid. 13. Metam.

Iras plus quàm ciuiliter exercet. Ouid. 12. Metam.

Iudicium. Cic. 3. Verr. Atque etiam iudicium in Prætura publicum exercuit.

Ius ciuile exercere. Cic. 1. de Legib.

Iustitiam. Plin. epist. 10.

Iuuentam. Catul. in Epithalamio.

Linguas turpes litibus exercent. Ouid. 6. Metam.

Militiam præmiis. Sallust. de Repub. ordinanda, Militia præmiis exerceatur: vbi eam dempseris, nemo omnium gratuitò malus est.

Manus in sua dona. Propert. lib. 3. eleg. 3,

Exercent teneras in sua dona manus.

Medicinam. Plin. lib. 22. cap. 25. Cic. pro Cluentio.

Membra exercent in palæstris gramineis. Virgil. 6. Æneid.

Munera militiæ togatæ. Ouid. ad Pisonem.

Memoriam. Cic. de Senect. At memoria minuitur, credo, nisi exerceas eam, aut etiam si is natura tardior.

Nauem, cauponam, stabulum. Vlpian. in l. 1. & vlt. D. naut. caup. stabul. vt recept. restit.

Nomen patris, Facere officium patris. Plin. in Paneg.

Odium in aliquem. Ouid. 9. Metam. Idem lib. 5.

Pretiosa odia. Ouid. epist. 7.

Stirpem aliquorum & genus omne futurum exercere odiis. Virg. 4. Æneid.

Opes. Liu. 9. ab Vrbe, Tum in minimè pertinaci genere pugnæ sic fortuna exercuit opes, vt insignis vtrinque clades, & clara ipsorum ducum ederet funera.

Palæstras. Virgil. 3. Æneid.

Pacem. Virgil. 4. Æneidos,

Quin potius pacem æternam, pactósque hymenæos

Exercemus?

Pœnas malorum. Virgil. 6. Æneidos,

Hâc iter Elysium nobis, at læua malorum

Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

Populationem, Populari. Liu. 1. bel. Maced. Quum priorem populationem sepulchris circa vrbem diruendis exercuisset.

Principem exercere, Hoc est præstare se principem & exhibere. Sueton. in Tiberio, cap. 33. Vide PRAESTO, præstas.

Exercere pugnos in aliquem. Plaut. Amphit. 4.

Quæstionem. Cic. 2. de Finib. Qui quum Prætor quæstionem inter sicarios exercuisset, &c.

Quæstionem in aliquem. Liu. 9. ab Vrbe, In me primum & hunc M. Follium quæstiones exerceatis.

Quæstionem de aliquo. Sueton. de Cæsare.

Regnum. Plin. lib. 10. cap. 21. Regnum in quacunque sunt domo, exercent. De gallis gallinaceis.

Scelus, libidinem, & auaritiam in socios. Liu. 9. bel. Pun.

Simultates cum aliquo: Hoc est, Inimicitiarum & simultatú signa præbere. Cic. pro Flacco, An simultates nescio quas cum libertis vestris Flaccus exercuit?

Solum sub presso vomere. Virgil. 2. Georg.

Spicula. Ouid. 13. Metamorphoseos,

Debita Troianis exercet spicula fatis.

Studia Dianæ exercere. Ouid. epist. 4.

Stylum, apud Plinium lib. 17.

Sumptum suum. Terent. Heaut. 1. 1,

-corrasi omnia,

Ancillas, seruos, nisi eos qui opere rustico

Faciundo, facilè sumptum exerceant suum,

Omnes produxi ac vendidi. Alij legunt exercirent per certam vocalem, hoc est, suo labore sarcirent quicquid sumptus iis alendis faceret dominus. Vulgò dicunt, *Qui gaignent bien leurs despens.* Exercirent, inquit Festus libro 5, sarcirent. Est itaque Exercio compositum ex præpositione Ex, & verbo Sarcio. Verùm prior lectio haud est improbanda, quum etiam D. Ambrosius, Terentium imitatus, Exercere sumptum lib. 2. Offic. vsurpet.

Tauros.

Tauros. Virg. 1. Georgicorum,

Exercete viri tauros, serite hordea campis. Id est ad aratra tauros iungite. Seruius.

Aranea telas exercet. Ouid. 6. Metam.

Tellurem. Virg. 1. Georg.

Vectigalia, atque exigere. Cic. pro Lege Manil. Quo tandem animo esse existimatis, aut eos qui vectigalia vrbis penfitant, aut eos qui exercent atque exigunt?

Velitationem. Plaut. Rud. 13,

Equidem meam velitationem exerceo:

Nam omnia coruisca præ tremore fabulor.

Exercere verba, pro Exercere se ad orationem extemporalem. Seneca epist. 40.

Vices. Virg. 9. Æneidos,

-exercétque vices quod cuique tuendum est. Id est exercet vnusquisque vices ad id quod accepit tuendum. Seruius.

Vires suas exercere, linguæ celeritatẽ incitare, verborum frequentia delectari. Cic. 1. de Orat.

Vires omni cura. Virg. 3 Georg.

Vitam hominum curis. Lucret. lib. 5,

Tunc igitur pelles, nunc aurum & purpura curis

Exercent, hominum vitam, bellóque fatigant.

Vndas exercet Auster. Horat. 4. Carm. ode 14.

Vocem. Plaut. Pœn. 2,

Exerce vocem quam per viuis & colis:

Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames.

¶Cura alicuius rei nos exercet. Virg 2. Georgicorum,

-inculúsque exercet cura salisti. Id est cura nos etiam sponte nascentium rerum fatigat.

In omni genere belli Pompeium fortuna Reipublicæ exercuit. Cic. pro Lege Manilia.

In casibus variis me fortuna exercet. Cic. 5. Tuscul.

Strenua nos exercet inertia. Horat. 1. epist. 11.

Iræ alicuius dicuntur quempiam exercere. Virg. 4. Georgicorum,

Non te nullius exercent numinis iræ

Magna lues commissa tibi.

Labor exercere aliquos dicitur. Virg. 1. Æneidos,

Qualis apes æstate noua per florea rura

Exercet sub sole labor.

Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit. Cic. 1. in Catilin.

¶De aliqua re exerceri. Cic. Attico, lib. 13. 280, Te de prædio auiæ exerceri molestè fero.

Pœnis exerceri, Pœnas pati. Virg. 6. Æneid.

¶Discere & exerceri. Cic. Attico, lib. 6. 12, Ciceriones pueri amant inter se, discunt, exercentur.

Apud magistros pueri exercentur. Cic. 1. de Orat.

Ad morem alterius aliquos exercere. Cic. in Orat. In hac Aristoteles adolescentes, non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in vtranque partem, vt ornatius & vberius dici possit, exercuit.

Ad pugnam exerceri, Quintil. lib. 5. cap. 12, Quia declamationes, quibus ad pugnam forensem velut præpilatis exerceri solebamus, olim iam ab illa vera imagine orandi recesserunt.

In aliqua re exerceri. Ouid. 13. Metam.

Studiosissimè in dialectica exerceri. Cic. de Claris Orat.

In venando exerceri ad similitudinem bellicæ disciplinæ. Cic. 2. de Nat. deor.

Agris exerceri. Virg. 4. Georg.

Armis exerceri. Cic. 6. Verr.

Pueri & primæuo flore iuuentus Exercentur equis. Virg. 7. Æn.

¶Exercere se & studere. Cic. in Orat. Aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet vni.

Acerrimè quotidianis commentationibus sese exercere. Cicero de Claris Orat.

Arcu se exercere. Tibul. lib. 2. eleg. 1.

Cogitare aliqua, & ad ea se exercere. Cic. Lentulo, lib. 1. 7, Hæc cogites, ad hæc te exerceas.

Exercere se ad cursuram. Plaut. Mostel. 12.

Ad versus alicuius se exercere. Cic. 1. de Orat.

Vehementissimè se in aliqua re exercere. Cic. 1. de Orat.

Exercere naturam suam in optimis rebus. Cic. in Somnio Scip. Nam hęc est natura propria animę atque vis: quæ si est vna, ex omnibus quæ sese mouent, neque nata est certè, & æterna est, Hâc tu exerce in optimis rebus.

Exercere se in agris. Terent. Heaut. 1. 2,

Agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo.

In consultationibus se exercere, & in vtranque partem differere. Cic. Attico, lib. 9. 172.

In curriculo se exercentes athletæ. Cic. de Senect.

Graui iudicio multáque arte se in verissimo genere dicendi exercere. Cic. Bruto, 15.

Multis se in laboribus exercere. Cic. pro Archia, Quid quòd in hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam breui, tantis nos in laboribus exerceamus?

Exercere, cum datiuo. Cic. 2. Tuscul. Iouẽ Olympium, eum ipsum cui se exercebit, implorabit, ferre non posse clamabit.

Exercere figlinas, arenarias, & argentifodinas, l. 15. §. Inde quæsitum. D. de vsur.

Exercere litẽ, Id est persequi, l. 32. §. item si qui Romæ. D. de arbit. Inde fideiussor de exercenda lite, l. 1. C. ad Turpil.

Exercere pecunias, in l. 35. in fine. D. de hæred. instit. Et Exercere fœnus, l. 49. D. de adminisl. tutor.

Exercens, Participium {ἐργαζόμενος.} Cic. 2. de Orat. M. Lepidus quum, cæteris in campo exercentibus, in herba ipse recubuisset, Vellem hoc esset, inquit, laborare.

Otia molli cura exercens. Silius lib. 15.

Telum exercens. Lucret. lib. 2,

Sæuiat exercens telum, &c.

Exercendus, Participium {ἀσκητέος.} vt,

Æquabilitas iuris exercenda. Cic. 1. Offic.

Arcenda æras adolescentis à libidinibus, exercendáque in labore patientiáque & animi & corporis. Cic. 1. Offic.

Exercitus, penult. corr. Participium {ἐκπεφρόντικε.} Fatigatus & exercitatus. Cicero pro Plancio. Plautus Mercat 5. Plinius epist. 99, Vnquámne vidisti quenquam tam laboriosum, tam exercitum, quàm Varenum meum?

Solicitus & exercitus homo. Cic. pro Milone, Quid enim nobis duobus Iudices laboriosius, quid magis solicitum, magis exercitum dici aut fingi potest, qui spe amplissimorũ præmiorum ad Rempub. adducti, metu crudelissimorum exitiorum carere non possumus?

Exercitus in re militari, longo bellorum vsu. Cic. pro Fonteio, Postremò ipse, cum in omnibus vitæ partibus honestus atque integer, tum in re militari cum summi cõsilij & maximi animi, tum verò vsu quoque bellorum gerendorum, in primis eorum hominum qui nunc sunt, exercitus.

Exercitus in mundo rustico. Plaut. Merc. 3. Gell. lib. 19. cap. 13, Homo sanè perquàm in nosceẽdis veteribus scriptis exercitus. Sic apud Plin. Iun. lib. 2. epist. 9, Exercitus in agendis causis.

Curis exercitum esse. Ouid. 15. Metam.

Dissidiis crebris exercitos esse aliquos. Lucret. lib. 2.

Fatis exercitus. Virg. 5. Æneidos,

-nate Iliacis exercite fatis.

Furiis exercita. Claud. de bel. Get.

Exercitus multa lectione. Gellius, Aderat fortè ibi amicus noster, homo lectione multa exercitus, cui pleraque omnia veterarum literarum quæsita, meditata, vigilatáque erant.

¶Exercita ærumna. Plaut. Epid. 11,

Simul ærumnam multiplex exercitam

Habet paupertas.

Motu exercita animalia. Lucret. lib. 4.

Assiduo varióque exercitá motu corpora. Lucret. lib. 2.

Flumina cursu exercita. Virg. 3. Georg.

Vario ludo fatorum gens exercita. Stat. 3. Thebaidos,

Sæpe quidem infeliz, varióque exercita ludo

Fatorum gens nostra ruit.

Manus innumeris castris exercita. Stat. 1. Sylu. 4.

Manus exercita furtis. Claud. 1. in Eutrop.

Exilio, rebúsque exercita egenis Membra. Stat. 11. Theb.

Probitas exercita rebus aduersis. Ouid. 5. Trist. eleg. 6.

Vestis Veneris fudorem exercita potat. Lucret. lib 4.

Exercitor, penult. corr. exercitoris {ἐργαστοῦ, γυμναστὴς.} Verbale, Qui docet & exercet alterum in re aliqua. Plaut. Trinum. 14,

-hic quisquis est, Curculio est

Exercitor, is hunc hominem cursuram docet.

¶Exercitorem eum dicimus (inquit Vlpianus in l. 1. §. Exercitorem. D. de Exercitoria actione) ad quem obuentiones & reditus omnes peruenũt, siue is dominus nauis sit, siue à domino nauem per auersionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.

Exercitorius, Adiectiuum {ἀσκητικὸς.} Aphricanus in l. finali. D. de exercitoria actione, Lucius Titius Stichum magistrum nauis præposuit: is pecuniam mutuatus, cauit se in refectionem nauis eam accepisse. Quæsitum est, an non aliter Lucius Titius exercitoria teneretur. Sub. actione. sic toto illo titulo.

Exercitum, exercitij {ἄσκημα.} vt apud Gellium lib. 19. cap. 4, Exercitium dicendi. Sallust. in prima oratione De Repub. ordinanda, non procul à fine, Porrò ij quibus bis die ventrẽ onerare, nullam noctem sine scorto quiescere mos est, vbi animum quem dominari decebat, seruitio oppressere, nequaquam eo postea hebeti æque claudo pro exercitio vti volunt.

Exercitio, exercitionis, Verbale {ἄσκησις.} Vlpian. in l. Si tamen. D. de Exercitoria actione, Si tamen plures per se nauem exerceant, proportionibus exercitionis conueniuntur.

Exercitio iudicij. Papinianus l. 1. D. De offic. eius cui mandat. est iurisdic. Videntur errare magistratus, qui quum publici iudicij habeant exercitionem, lege vel Senatusconsulto delatam, iurisdictionem suam mandant.

Exercitionem exerciti dicebant antiqui exercitationem exercitati. Item exercitiorem, exercitissimum, sicut ab exercitato, exercitatiorem, exercitatissimum. Festus.

Exercitus, huius exercitus, penult. corr. {στρατὸς, στράτευμα, στρατιώτης.} Vegetius lib. 2, Numerus militum exercitatur, vnde & re ipsa ab opere exercitus nomen accepit, vt ei nunquam licoret obliuisci quod vocabatur. Vlpianus, Exercitum dicimus non vnam cohortem, neque vnam alam, sed numeros multos militum.

Exercitus, & militũ copia dicitur: & homo multis negotiis exercitus, sed superius quarti ordinis, hoc secundi est. Author Festus.

Omnis equitum exercitus. Virg. 11. Æneid. Idem 9. Æneidos,

Iamque omnis campis exercitus ibat apertis

Diues equũm, diues pictai vestis & auri.

Fortissimorum militum exercitus. Cic. 4. Philipp.

Aduena exercitus. Virg. 7. Æneid.

Amplissimus exercitus. Plin. Iun. lib. 2. epist. 13. ad Priscum.

Collectitius exercitus, Vide COLLIGO.

Insolens exercitus. Horat. 1. Carm. ode 16.

Insolitus ad laborem exercitus, Vide INSOLITVS.

Integer exercitus, Vide INTEGER.

Iustus exercitus, Vide IVSTVS.

Maximus & fortissimus exercitus. Cic. pro Murena.

Pedestris exercitus, Vide PEDESTRIS.

Tumultuarius exercitus, Vide Tumultuarius, in TVMVLTVS.

Abducere exercitum. Cic. Fam. 2.

Accipere exercitum,Vide ACCIPIO.
Adducere exercitum.Cic.Fam.2.
Amittere exercitum.Cic.in Pisonem.
Augere exercitum.Sallust.in Iugurth.
Carpere exercitum,Vide CARPO.
Circunfluens exercitus,Vide CIRCVNFLVO.
Cogere exercitum.Sallust.in Iugurth.
Colligere exercitum. Cicero de Prouinc.Consul. Iam verò exercitus noster ille superbissimo delectu & durissima conquisitione collectus,omnis interiit.
Collocare exercitum.Cic.Fam.15.
Concidere exercitum,Vide CONCIDO.
Inuictum exercitum conducere.Cic.4.Philipp.
Conficere exercitum,Vide CONFICIO.
Conficere exercitum,& ei præesse.Cic.pro Lege Manil.Quid tam nouum, quàm adolescentulum priuatum, exercitum difficili Reip. tempore conficere?confecit, huic præesse?præfuit.
Confirmare exercitum.Sallust.in Iugurth. & Cic.Famil.10.
Conflare exercitum,Vide CONFLO.
Conscribere & comparare exercitum.Cic.5.Philipp.
Continere exercitum castris,Vide CONTINEO.
Contractus exercitus,Vide CONTRAHO.
Deducere exercitum.Liuius de bel.Pun.
Deponere exercitum.Cic.in Pisonem.
Largiendo corrumpere exercitum.Quintil.lib.5.cap.13.
Cum exercitu vrbes depopulare,agros vastare, domos exhaurire. Cic.in Pisonem.
Dissipare exercitum.Cic.Fam.15.
Distribuere exercitum.Cæsar 1.de bel.Gall.
Dimittere exercitum.Cic.in Pisonem.
Ducere exercitum.Cic.pro Murena. Quintil.lib.2.cap.16.
Educere exercitum ex aliqua prouincia.Cic.in Pisonem.
Exponere exercitum.Cæsar 5.bel.Ciuil.
Facere exercitum.Cic.5.Philipp.
Habere exercitum.Cic.Fam.6.
Imposuit exercitum Brundisij,Vide IMPONO.
Incidens portis exercitus,Vide INCIDO.
Increpare exercitum,Vide INCREPO.
Instructus exercitus.Cic.de Prouinc.Consul.Vide INSTRVO.
Intentus atque infestus exercitus,Vide INTENDO.
Lustrare exercitum,Vide LVSTRVM.
Multiplicare exercitum.Liuius de bel.Pun.
Mutilatus exercitus,Vide MVTILVS.
Parare exercitum.Sallust.in Iugurth.
Permutare exercitum.Liuius de bel.Pun.
Recensere exercitum.Liu.lib.1.
Reficere exercitum.Liuius lib.3.
Regere amplissimum exercitum. Plinius Iunior lib.2. epist.13. ad Priscum.
Scribere exercitum.Liuius lib. 3.
Scribere supplementum exercitui.Sallust.in Iugurth.
Supplere exercitum.Liu.lib.2.
Transferre exercitum in aliquem locum. Quintilianus libro 3. capite 8.
Transportare exercitum in aliquam prouinciam.Cic.in Pison.
Turbati exercitus.Quintil.lib.7.cap.1.
¶ Coruorum increpuit densis exercitus alis.Virg.1.Georg.
Phorci exercitus omnis.Virg.5.Æneid. Id est dij marini.

Exercito,exercitas,penult.corr. {ἀσκητέον,} exercitare.
Exercitatus,penult.prod.Participium,siue Nomen ex participio {ἀσκητός} Qui longa exercitatione doctus,& melior ac validior est. Plin. epist.53,Solet dicere Claudius Rusticus,qui mihi respondit,vir exercitatus & vigilans,& quamlibet subitis paratus. Cæsar 2.bel.Gall. Superioribus præliis exercitati.
Exercitatus ad rem aliquam.Terent.Hecyra,3.3,
O fortuna,vt nunquam perpetuò es bona,
Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit.
Exercitatus & versatus in causis homo.Cicero pro Quinctio,M. Iunius qui in hanc causam Aquili, aliquoties acurè egit, homo & in aliis causis exercitatus & in hac multum & sæpe versatus, hoc tempore abest,&c.
Exercitatus in dicendo.Cicero pro Cluentio,Homo in primis ingeniosus,& in dicendo exercitatus. Sic ad Atticum,lib.14,Exercitatus in Arithmeticis. Et 4.Academ. Item Cæsar 1.bel.Ciuil.Exercitati in armis.
Exercitatus & agitatus curis.Cic.in Somn.Scip. Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ,quibus agitatus & exercitatus animus,velocius in hanc sedem & domum suam peruolauit.
Bona disciplina exercitati.Cic.in Orat.
Exercitati subigendis glebis.Cic.pro Lege agrar.contra Rullum, Totus enim ager Campanus & possidetur & colitur à plebe optima & modestissima. at illi miseri,nati in illis agris & educati, glebis subigendis exercitati,quò se subitò conferant,non habebunt.
Exercitatus vsu. Liuius 5. ab Vrbe, Is tum iam non promptus ingenio tantum,sed vsu etiam exercitatus talem orationem habuit.
In maximis rebus & gerendis & sustinendis exercitatus animus. Cic.Q.frat.lib.1.1.
Syrtes exercitatæ vento.Horat.Epod.9,
Exercitatas aut petit Syrteis Noto,
Aut fertur incerto mari.

Exercitatior,& exercitatissimus {ἀσκητότερος.} Cic.2.Officior. Deinde consuetudine beneficentiæ parationes erant,&tanquam exercitationes ad bene de multis promerendum.
Exercitatissimus & paratissimus in re aliqua.Cic.pro Lege Manil. Omnibus naualibus pugnis Carthaginienses homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimósque vicerunt.

Interpres exercitatissimus.Cic.1.de Diuinat.
Valentissimus & ad verberandos homines exercitatissimus lictor. Cic.7.Verr.

Exercitatio,Verbale f.gen. {ἄσκησις,γυμνασία,μελέτη} vt Exercitatio corporis.Cic.1.de Fin. Idem lib.1.Offic.Neque id in philosophia solùm, sed etiam in dicendi exercitatione feci.
Exercitatione ludóque campestri vti.Cic.pro Cælio.
Studia & exercitationes.Cic.Lent.lib.1.9.
Vsu forensi & exercitatione tyro,non ætate.Cic.1.Verr.
Labores corporis minuendi sensibus, & exercitationes animi augendi.Cic.1.Offic.
Exercitationes ingenij,& curricula mentis.Cic.de Senect.
Iuris Ciuilis exercitatio.Cic.1.de Orat.
Malorum exercitatio.Quintil.lib.2.cap.4.
Scholarum exercitationes.Quintil.lib.3.cap.8.
Artes & exercitationes virtutum. Cic.de Senect.Aptissima omnino sunt,Scipio & Læli,arma senectutis,artes,exercitationésque virtutum,quæ in omni ætate cultę,quum diu multúmque vixeris,mirificos afferunt fructus; non quia nunquam deserunt,&c. Idem pro Milone.
Dicendi exercitatio.Quintil.lib.2,cap.12.
Laboriosæ exercitationes,Vide LABOR.
Lud.cra exercitatio. Cicero 1. de Natura deorum, At ipsi tamen pueri,etiam quum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur.
Modicæ exercitationes.Vide post MODVS.
Non parua exercitatio,Vide NON.
Primæ exercitationes.Quintil.lib.2.cap.4.
Puerilis exercitatio.Quintil.lib.1.cap.11.
Quotidiana dicendi exercitatio.Cic.pro Lege Manil.
Subitæ ad propositas causas exercitationes & accuratę & meditatæ commentationes.Cic.1.de Orat.
¶ Accommodata exercitatio.Quintil.lib.2.cap.4.
Dicendi exercitatione linguam acuere. Cic.de Claris Orat.
Consuetudo & exercitatio & intelligendi prudentiam acuit, & eloquendi celeritatem incitat.Cic.1.de Orat.
Stuprorum & scelerum exercitatione assuefieri.Cic.2.in Catil.
Augere exercitationes,Vide AVGEO.
Conficere exercitationes,Vide CONFICIO.
Firmari atque ali memoriam exercitatione. Quintil. lib. 1. cap.1, Nam & maximè necessaria est Oratori memoria,& ea præcipuè firmatur atque alitur exercitatione.
Exercitatione & stylo ad certam legem formanda oratio. Cicero 3.de Orat.
Conuitij exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate munire.Cic.pro Domo sua.
Motu & exercitatione recalescunt corpora nostra.Cic.2.de Natura deorum.
Meditatione atque exercitatione multi naturę vitium sustulerunt. Cic.2.de Diuinat.
Corporis exercitatione tuendus color.Cic.1.Offic.
Modicis exercitationibus vtendum est,& ratio valetudinis habenda.Cic.de Senect.

Exercitator,penultima prod. Verbale {ἀσκητής,γυμναστὴς} Qui exercet. Plinius libro 23.cap.7, Pythagoras exercitator,primus ad carnes eos transtulit. De athletis. Idem libro 35.capite 11, Lecythion agilitatis exercitator.

Exercitatrix,penult.prod.exercitatricis {ἀσκητής.} Quintil.lib.2.cap.15, Quòd duas partes ciuilitatis corpori assignet, medicinam,& quam interpretantur exercitatricem.

Exercio,exercis, exercire, compositum ex præpositione Ex,& verbo Sarcio.Vide Sumptum suum exercere,in EXERCEO.

Exero, exeris, penult.corr.exerui,exertum {ἐξέρχομαι} exerere,Ab ex,& sero compositum,Exrahere,quasi dimouere.
Herba exerit cacumen è tepida humo.Ouid.3.Trist.eleg.12,
Herbáque quæ latuit cerealibus obruta sulcis,
Exerit è tepida molle cacumen humo.
Exerere caput.Columella libro 8.capite 7,Verùm habeat ex vtraque parte foramina: vnum quo caput exeratur, alterum quo cauda & clunes.
Caput exerere ab.Lucan.lib.5,
Primus ab oceano caput exeris Atlanteo
Core mouens æstus.
Galatea ponto caput exerit.Ouid.13.Metam.
Neptunus imis exerens vndis caput.Seneca Agamemn.6.
Phœbus illustre lætis exerit terris caput.Seneca Herc.fur.8.
Altius vitiis exeruisse caput.Ouid.ad Liu.Id est excelluisse.
Roma caput magnanimis vrbibus altè exerit.Sil.lib.1.
Exerere se domicilio dicuntur cochleæ.Plin.lib.9.cap.32.
Exerere ensem. Statius,
-fulgentémque exerit ensem.
Humerum exerere.Ouid.1.Fastorum,

Exerit hæc humerum,vestes trahit illa per herbas. De Nymphis.
Exerere ius in librum alicuius.Plin.epist.160.
Latentem exerere.Ouid.ad Pisonem,
Tu nanti protende manum,tu Piso latentem
Exere,Prouerbialiter
Exerere linguam.Plin.lib.10.cap.23. Liuius 7.ab Vrbe,Linguam etiam ab irritu exerentem producunt.
Exerere manum.Seneca de Benef.lib.2.cap.30.
Manu subter togam ad mentum exerta.Liu.8.ab Vrbe.
Delphin sydus exerit ora patriis vadis.Ouid.1.Fast.
Exerere radicem. Colum. lib. 12. cap.56, Prius quàm olusatrum coliculum agat,radicem eius exerito mense Ianuario.
Mentis secreta exerere.Hoc est,efferre.Seneca Herc.OEth.4.
Exerere vincula. Colum.lib.8. cap. 8, Nam dum vincula exerere conantur,non conquiescunt.

Phœbe

Phœbe vultus exerit.Seneca Hippol.6.
Exerere aliquem, pro Exhibere aliquem & proferre. Claudian. 4. Panegyr.
¶ Exerere principē, pro Exerere vim principatus, & se principem ostendere.Suetonius in Tiberio,Paulatim principem exeruit.In editis legitur exercuit:verùm non est perinde elegans. Turnebus.

Exertus, Participium,siue Nomen ex participio {ἐξωσμένος.} Plin.lib. 11. cap.37, Dentes exerti sunt apro, hippopotamo, elephanto. Statius 9.Thebaid.
Amazon vnum exerta latus pugnæ.Virg.11.Æneid.
Humero exertus.Silius lib.8. Stat.4.Thebaidos,
Exerti ingentes humeros.
Humeros exertáque brachia velat.Stat.1.Achil.
Cethegus exertus. Lucan. lib. 2. Ab Horatio cinctutus dicitur. Solebat enim Cethegorum familia in publicum & pugnam prodire humero & brachio exerto,id est nudato.
Ensis exertus.Stat.11. Thebaid. Ouid.3.Fastorum,
Ensibus exertis bellica læta dea est.
Lacerti exerti. Seneca Herc. OEth.12. Virg.1.Æneidos, Exerta mamma. Et lib.11, Papilla exerta.
Medulla exerta.Horat.in Epod.

Exerto,exertas,exertare {ἐξωθέομαι.} Virg.3.Æneidos,
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem,& naues, & saxa trahentem.
Humeros exertare, id est nudare.Stat.1. Thebaid.

Exesus,Vide EXEDO.

E X F

Ex-facili {ἐξ εὐπρεπείας.} Vide EX.

Exfilatus,Extra vestimentum filo contextus. Festus.

Exfio.exfis {ἐκπτύω} exfire,Purgare, A quo exfitus,purgatio. Veteres exfir quoque pro purgamento posuere,teste Festo.

Exfodio,exfodis,penult.corr.exfodi,penult.prod.exfossum {ἐξορύττω} exfodere, Quod fossum erat extrahere. Plautus Aulul.2.4, Exfodio auri plenam. Antiquum est.magis enim est in vsu effodio.

Exfundo,exfundas {ἐκπτύω} exfundare,à fundo euertere. Cælius Antipater lib.7,Respub.amisso exfundato pulcherrimo oppido.

Exfuti,exfusi,vt Mertat,pro mersat. Festus.

E X G

Exgregius,vel Egregius,id est è grege lectus. Festus.

Exgrumo, exgrumas, penult. prod. {ἐκθρομβόω} exgrumâre, Dicuntur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exilientes. Grumus enim est terræ collectio, à congerie dictus. Varro 3. de Re rust. cap. 14, Denique ipsæ exgrumantes ad propalam vitam diu producunt, quum ad eam rem pauca laurea folia interiiciant, & aspergant furfures non multos.

Exgurgito,exgurgitas,penult. corr. {ἐξεμπολάω} exgurgitare, Extra gurgitem emittere. Vnde per translationem,Exgurgitare argentum domo dixit Plaut.Epid.1.2,
-proh deûm atque hominum fidem,quid ego
Lenocinium facio:qui quidem habeam alienos domi,
Atque argentum exgurgitem domo prorsum?

E X H

Exhæredo, exhæredas, penult.prod. {ἀποκληρόω} exhæredare, Extra hæreditatem abnicere,& proscribere. Vide ABDICO. Martial.lib.3, Exhæredauit te Philomusę pater. Cic. pro Cluent. Exhæredare filium. Et pro Domo sua.

Exhæredans, Participium {ἀποκληρῶν.} Cic. 2. Philipp. Igitur fratrem exhæredans,te faciebat hæredem.

Exhæredatus, penult. prod. {ἀποκληροῦχος} Aliud participium. Author ad Herenn. libro 4, Sed à necessariis omnibus exhæredatus est. Plin.epist.119.

Exhæredatio,Verbale {ἀποκλήρωσις.} Quintil.lib.7.cap.2, Tu impiè fecisti,quum exhæredationem meruisti.

Exhæres,exhæredis,penult.prod. comm.gen. {ἀπόκληρος} qui priuatus est hæreditate quæ ad eum pertinebat. Cic.1.de Orat. Nempe in ea causa quęsitum est de iure Ciuili,possitne paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem, neque exhæredem scripsisset nominatim.
Exhæredem se facere bonis suis.Plaut.Most.cl.4,
-vtinam nunc meus mortuus pater nuntietur,
Vt ego exhæredem meis me bonis faciam,atque hæc sit hæres.
Scribere sine elogio exhæredem filium. Vlp.in l.1. §. Pomponius. D.de Carboniano edicto, Idem ait, quum quidam exhæredem scripsisset filium, quòd diceret eum ex adulterio conceptum,&c. ex hac parte edicti ei bonorum possessionem cōpetere: quum si sine elogio exhæres scriptus esset,non haberet bonorum possessionem.
Exhæredem vitæ suæ aliquem facere, per translationem dictum à Plauto Bacchid.19.pro occidere.

Exhæresimus, penult. corr. dies {ἐξαίρεσιμος} Id est exemptilis.Cicero 4. Verr. Est consuetudo Siculorum, cæterorúmque Græcorum, quod suos dies, mensésque congruere volunt cum solis lunæque ratione, vt nonnunquā siquid discrepet, eximant vnum aliquem diem, aut summum biduum ex mense, quos illi ἐξαιρεσίμους dies nominant. Budæus.

Exhalo,exhalas,penult.prod. {ἀναθυμιάω,ἀποπνέω,ἀναπνέω,ἀτμίζω} exhalare, Expirare, & veluti per halitum emittere aerem. Plin.lib. 17. cap.4,Quæ tenues exhalat nebulas. Virg.7.Æneidos,
-fœdámque exhalat opaca Mephitin.
Multa per os exhalantur.Lucret.lib.4.
Altaria vapore exhalant.Lucret.lib.3,
-vbi cernimus alta
Exhalare vapore altaria,ferréque fumum.
Animam exhalare.Mori.Ouid.6.Metam. Iuuen.sat.10.

Exhalare crapulam. Cicero 1.Philipp. Edormi crapulam inquam & exhala.
Lucem suprematn exhalare,Mori.Sil.lib.10,
-supremum Telesinus in auras
Exhalat lucem, & dubitantia lumina condit.
Metalla exhalant.Lucret.lib.6,
Quidve mali sit,vt exhalent aurata metalla?
Flumina natas Exhalant nebulas.Ouid.13.Metam.
Nebulam fumósque volucres exhalat terra.Virg.2.Georg.
Nebulæ caligine mistæ Exhalantur humo.Ouid.11.Metam.
Terra pulueris exhalat nebulam,nubésq; volantes.Lucret.lib.5.
Ventos solum exhalat.Lucan.lib.5,
Vt vidit Pæan vastos telluris hiatus
Diuinam spirare fidem,ventósque loquaces
Exhalare solum.
Vestes exhalant.Stat.10.Thebaid. -tapetis
Incubat:exhalant vestes:& corpore pigro
Strata calent.
Exhalare vinum, Idem quòd Exhalare crapulam. Cic.2.Philipp. Quanquam tu quidem (vt tui familiarissimi dicitant) vini exhalandi,non acuendi ingenij causa declamitas.
Vitam exhalare.Virg.2.Æneidos,
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem.

Exhalans,penult.prod. {ἀναπνέων} Participium.vt Spiramenta exhalantia flammam.Ouid.15.Metam.
Vitam exhalans.Ouid.5.Metamorphoseos,
Postquam exhalantem sub acerbo funere vitam
Vidit Aryn.

Exhalatus, penult. prod. Participium {ἐκπνευσθείς.} Vt anima exhalata. Ouid.11.Metam.
Pruina exhalata. Varro 2.de Re rust.cap.2, Reliquæ pastiones hyberno ac verno tempore hoc murant, quòd pruina tam exhalata propellunt in pabulum,& pascunt diem totum.

Exhalatio,Verbale {ἀτμισμὸς,ἀναθυμίασις.} Plin.lib.31.cap.3,Certior multo nebulosa exhalatio est.
Exhalationes terræ,Tenues spiritus qui per æstum maximum terra diffusa exhalantur,& sursum in aerem feruntur. Cic.1.Tusc.Quod & humidum & caliginosum est,propter exhalationes terræ.

Exhaurio,exhauris,exhausi,exhaustum {ἐξαντλέω,ἐξαρύω,ἀφύσσω,ἐξάω} exhaurire, Prorsus euacuare significat. vt Exhaurire sentinam vrbis.Cic.Attico,lib.9.14.
Exhaurire poculum,Hauriēdo euacuare & ebibere. Liuius 9 bel. Macedon. Ouidius 5.fast. Sic Exhaurire sanguisugam, Plin.lib. 20.cap.13.
Exhaurire poculum mortis.Cic.pro Cluent.
Exhaurire vinum & Vomere, contraria. Cic 2. Philipp. Tu istis faucibus,istis lateribus,ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptus exhauseras, vt tibi necesse esset in Populi Romani conspectu vomere postridie.
¶ Exhaurire,per trāslationem.vt Exhaurire ærarium. Cic.2.Offic. Et 5.Verr.
Dilapidare pecuniam & exhaurire ærarium .Cic.Octauio, Publicam dilapidabat pecuniam,ærarium exhauriebat,&c.
Exhaurit ægrum cubantem fluens aluus.Celsus lib.7.cap.3.
Exhaurire ærarium,& compilare Remp. Cic.in Varin.Num religiones polluerit,ærarium exhauserit,Rempub.compilarit.
Amorem aliquorū exhauiri nulla iniuria posse.Cic.Attico,lib.2, Tamen tantus fuit amor,vt exhauiri nulla posset iniuria.
Exhaurire & penè perdere aratores. Cic.5. Verr. Aratores funditus euertebantur, & eo magis, quòd iam superioribus annis exhausti erant,ac penè perditi.
Bellis maximis exhauriri.Cic.de Prouinc.Consul.
Ciuitatem aliquam exhaurire.Lucan.lib.3,
Exhausit totas quanuis delectus Athenas. Id est militum ingentes copiæ eductæ sunt è ciuitate.
Euertere miseras funditus ciuitates,& bonis exhaurire.Cicero in Pisonem.
Exhaurire maximas copias.Cic.in Parad.
Dolorem exhaurire. Cic.Titio,lib.5.16, Non facilè exhauriri tibi istum dolorem posse vniuersum puto.
Exhaurire & exinanire domum alicuius.Cic.7.Verr.
Exhaurire domos,& Replere,contraria. Cic. de Prouinc. Consul. Vt domos exhaustas replere possent, perempta pace bellum nobis propè iustum intulerunt.
Facultates donatoris exhaurire.Pōponius in l. Quum ex causa.D. de re iudicat.
Genas citius exhauriet Sipyleia genitrix, Id est Niobe, de re impossibili.Stat.5.Sylu.1.
Exhaurire hæredem legatis,Onerare,& legatis hæredem vexare, ita vt nihil ei reliquum fiat.Plin.epist.96.
Ligonibus humum exhaurire. Horatius Epod.5. Hoc est fodere, aperire.
Ictum exhaurire.Stat.5.Thebaidos,
-nam mollia colla refusus
In tergum serpens venientem exhauserat ictum.
Laborem exhaurire.Silius lib.17, -ipsa malorum
Non plus Carthago tulit,exhausitque laboris.
Exhaurire laborem in re aliqua. Plin. Iunior lib.3. epist.9. Idem lib. 5.epist.5, Quod me recordantem miseratio subit quantum vigiliarum,quantum laboris exhauserit frustra.
Labores exhaurire cum sole. Stat. 6. Thebaid. Significat finem imponere laboribus discedente iam sole, & ipso quoque functo suis laboribus.
Exhaurire partem aliquam laudum alicuius. Cicero ad Atticum, libro 9.14, Libentius omnes meas, si modò sint aliquæ meæ laudes,

ad re transfuderim,quàm aliquam partem exhauſerim ex tuis. Hoc eſt abſtraxerim.

Exhaurire mandata alicuius , pro Abſoluere & perficere, conficere. Cic.ad Atticum,lib.5.88,Reliquum eſt,vt antè quàm proficiſcare, mandata noſtra exhaurias.

Minas inanes exhaurire. Stat.10. Theb.

Pecuniam omnem ex ærario exhaurire. Cic.pro Lege agraria.

Plebem exhaurire. Cic.2.pro Lege agraria.

Exhaurire potionem. Quintil.lib.7.

Prædam ex fortunis aliquorum,ex agris vrbibuſque ſociorum exhaurire. Cic.in Piſonem.

Stúmptu prouinciam exhaurire. Cic.Q.frat.lib.1.1.

Immanes quæſtus M. Antonij tota exhauſit domus. Cicero 5. Philippica.

Fluuius aliquam regionẽ exhaurire dicitur , quum omnia ſecum rapit & depopulatur. Lucan.lib.2.

Eridanus fractas deuoluit in æquora ſyluas,

Heſperiámque exhaurit aquis.

Exhaurire ſentinam furum ex vrbe. Cic. 1. in Catilin. Idem 2. in eundem, O fortunatam Rempublicam,ſi quidem hâc ſentinam huius vrbis eiecerit. vno mehercle Catilina exhauſto , releuata mihi & recreata Reſpublica videtur.

Exhaurire ſermone ſolicitudines. Cic.ad Atticum,lib.1.13, Multa enim quæ me ſolicitant angúntque: quæ mihi videor aureis tuas nactus,vnius ambulationis ſermone exhaurири poſſe. Id eſt,ſermone & collocutione adimere atque auferre.

Reliquum ſpiritum exhauſit plaga. Cicero pro Sextio, Plaga vna illa extrema defuit: quæ ſi acceſſiſſet,reliquum ſpiritum exhauſiſſet.

Supplicia exhaurire. Silius lib.6.

Exhaurire vires. Plin.epiſt.63.

Exhaurire ſibi vitam. Cicero pro Sextio, Ne videret victorem,vnus inimicum, eadem ſibi manu vitam exhauſiſſe qua mortem ſæpe hoſtibus obtuliſſet.

Pœnarum exhauſtum ſatis eſt. Virg.9.Æneid.

Exhauſtus, Participium {ἐξηντλημένος.} vt Exhauſtus fons,in quo nihil amplius eſt aquæ. Cæſar 8.bel.Gall.

Omnibus iam caſibus exhauſtus. Virg.1.Æneid.

Exhauſtus magnificentia publicorum operum. Liuius 1.ab Vrbe.

Sonitu exhauſtus , Id eſt exhauſtus aſſiduo labore ſonandi , apud Claudian.4.Paneg.

Lumbos exhauſtus. Iuuen.Sat.9,

Quantum erat exhauſti lumbos donare clientis

Iugeribus paucis?

Rebus exhauſtum eſſe. Stat.3.Sylu.3.

Excuſſum & exhauſtum dimittere aliquem. Cicero de Aruſpicum reſponſis, Non ignouit, mihi crede,non. niſi fortè tibi eſſe ignotum putas, quòd te iudices dimiſerint excuſſum & exhauſtum, ſuo iudicio abſolutum, omnium condemnatum.

¶Inops & exhauſtum ærarium. Cic.5.Verr.

Amnes ſolibus exhauſti. Stat.3.Thebaid.

Anno exhauſto. Hoc eſt tranſacto. Lucan.lib.5.

Apes exhauſtæ, Imminutæ. Virg.4.Georg.

Exhauſta aqua. Cic.2.de Nat.deor.

Bella exhauſta. Hoc eſt finita , terminata. Seruius. Virgilius 4. Æneid.

Exhauſta benignitas amicorum. Cic.ad Attic.lib.4.

Exhauſtæ bonis ciuitates. Cic.in Piſonem.

Conſumpta & exhauſta motu domus. Cicero 3.de Oratore, Priami domus , in quo commoueri tanta actio non poſſet , ſi eſſet conſumpta ſuperiore motu & exhauſta.

Curſu exhauſtus equus, Lucan.lib.8.

Fœmina viſceribus laſſis, partúque exhauſta. Lucan.lib.2.

Flumine exhauſto vincere æſtum, Pota aqua vincere ſitim. Propert. lib.4.eleg.10.

Hortus floribus exhauſtus. Ouid.3.de Ponto,eleg.4.

Multo ſudore exhauſta iuuentus. Lucan.lib.4.

Labor fruſtra exhauſtus. Lucan.lib.3. Quintil.lib.4.cap.5, Nam & exhauſti laboris noſſe menſuram,voluptaci eſt: & hortatur ad reliqua fortius exequenda,ſcire quantum ſuperſit.

Pars eſt exhauſta laboris. Ouid.1.de Arte.

Opes exhauſtæ. Propert.lib.3.eleg.13.

Pax exhauſta. Lucan.lib.3.

Pacis ad exhauſtæ ſpolium non cogit egeſtas.

Pericula exhauſta commemorare. Ouidius 12.Metamor. Virgilius 10.Æneidos,

Tótque maris,vaſtæque exhauſta pericula terræ.

Pharetra telis exhauſta. Ouid.1.Metam.

Exhauſta plebs impenſis. Liu.6.ab Vrbe.

Rubor exhauſtus. Author ad Heren.lib.4.

Exhauſtus enim eſt ſermo hominum , & multæ emiſſæ iam eiuſmodi voces,&c. Cic.ad Q.frat.lib.1.2. Id eſt conſumptus,etiam rumor conticeſcit.

Sanguine turba exhauſta,pro ſenibus. Lucan.lib.5,

Vos deſpecta ſenes,exhauſtáque ſanguine turba.

Vbere exhauſto mulctra ſpumat. Virg.3.Georg.

Exhauſtum, Subſtantiuum {ἐξηντλημένον.} Virg.2. Georg. Eſt etiam ille labor curandis vitibus alter

Cui nunquam exhauſti ſatis eſt. Id eſt (inquit Seruius) exhauſtionis, Finitionis. quod quia aſperum viſum eſt, ſe ad figuram tranſtulit,& ait Exhauſti, vt Seruianiſſimus æqui,pro æquitatis.

Exhauſtant,efferunt. Feſtus.

Exhebenus, ni {ἐξεύω} Gemma ſpecioſa & candida,qua artifices aurum poliunt,vt ex Zoroaſtris ſententia tradit Plin.lib.37.cap.10.

Exherbo,exherbas {ἐκβοτανίζω} exherbâre,Herbas excirpare,& auellere. Colum.lib.4. cap.31, Et quum germinauit,ad vnam pertícam ſummittitur, crebróque foditur atque exherbatur, nec minus quàm

vinea pampinatur. Idem lib.11.cap.3,Exherbandus eſt locus.

Exhibeo, exhibes,penult.corr.exhibui,exhibitum,penult.corr. {παρέχω,προφέρω} exhibere, Proferre, & in publicum deducere, & (vt ait Vlpianus in l. Quod & lex. D. de liber.homin.exhibend. videndi tangendíq; facultatem præbere. Proprié autem exhibere,vt ibidem ait idem Vlpian.eſt extra ſecretum habere. Plaut.Milit.9, Exhibeas herum volo. Cic.7.Verr.Is omnino ſeruus in familia non erat:cum ſtatim exhiberi iubet.

Exhibere, inquit Paulus Iureconſ. in l.exhibere. D. ad exhibend. eſt facere in publico poteſtatem,vt ei qui agit,experiundi ſit copia.

Exhibere alicui affectum parentis. Plin.epiſt.25.

Arguias alteri:pro Irritare & laceſſere. Plaut.Moſtel.2,

Exi è culina ſis foras maſtigia,

Qui mihi inter patinas exhibes argutias.

Authorem ſalutis alicuius & ſupplicem alicui ſe exhibere. Cicero pro Sextio.

Curam alicui. Tibul.lib.2.eleg.1.

Faciem parentis. Plin.lib.15.cap.13, Peculiaris impudentia eſt nucibus inſitorum, quæ faciem parentis , ſuccúmque adoptionis exhibent,appellata ab vtroque nucipruna.

Fidem ac beneuolentiam domino ſuo. Colum. lib.11. cap.1, Nec ſolùm an perdiderit diſciplinam ruris , ſed an etiam domino fidem ac beneuolentiam exhibeat: ſine quibus nihil prodeſt ſumma villici ſcientia.

Carbaſus viuos focos exhibuit Claudiæ. Propert.lib.4.eleg.12.

Formam. Colum.lib.5.cap.2, Ager nonnunquam plurium angulorum formam exhibet.

Honorem alicui exhibere. Vlpian.in l.Apud Celſum. §. aduerſus, D.de dol.mal.except.

Horam in re aliqua agenda. Cic.6.Philipp. Succurrendum eſt D. Bruto,omnes vndique copiæ colligendæ:horam exhibere nullam in tali ciue liberando ſine ſcelere non poſſumus.

Imperium,Id eſt dominari alicui, & imperare. Plaut.Caſin.8,

Patiundum eſt ſi quidem me viuo vxor imperium exhibet.

Se iudicis hominum. Plin.in Paneg.

Iuſtitiam. Plin.in Paneg.

Laborem difficilem colonis exhibere dicitur terra,quæ difficulter laboratur ſiue colitur. Colum.lib.5.cap.5, Supereſt reliqua illa cultura proſtratæ vineæ , quæ niſi violentiſſimo ſtatu cæli ſuſcipi non debet:nam & difficilem laborem colonis exhibet.

Medicinam exhibere. Vlpian.in l.1. §.1. D. de variis & extraordin. cognitionibus.

Moleſtiam,Moleſtare. Cic.ad Corniſ.lib.12.29,Noli impudens eſſe,nec mihi moleſtiam exhibere.

Negotium alicui , quod & facéſſere negotium dicitur, vulgus dicit *facere punam*. Plaut.Moſtel.8. Cic.lib.3. Offic. Quod quum audiuiſſet adoleſcens filius negotium exhiberi patri. Idem 1.de Nat. deor. Quod beatum æternúmque ſit , id nec habere ipſum negotij quicquam,nec exhibere alteri.

Omnia integra exhibere. Cic.7.Verr.

Notam linguæ baccis oleaſter amaris exhibet. Ouid.14.Metam.

Opus exhibere alicui. Ouid.3.de Ponto,eleg.5,

Quod legi,tua vox exhibuiſſet opus.

Populo exhibere. Cic.1.Acad. Quid me inquam putas,qui philoſophiam iam profeſſus ſim,populo noſtro exhibiturum?

Promiſſum librum. Plin.epiſt.2.

Pupillum exhibere. Cic.Attico,lib.5.106.

Rationes. Plin.epiſt.12.6.

Rem ſaluam. Plaut.Aſin.9,

Da modò meo periculo,tem ſaluam ego exhibebo.

Reuerentiam alicui exhibere. Vlpian.in l.apud Celſum. §. aduerſus. D.de dol.mal.exception.

Reum exhibere quid ſit, patet in l.Siquis. D. De exhibitione reorum,Siquis reum criminis,de quo ſatisfecit, non exhibuerit: pœna pecuniaria plectitur. puto tamen ſi dolo malo non exhibeat , etiam extra ordinem eſſe damnandum. Eſt enim quod dicitur, *ducere perſonaliter*. Budæus.

Sonos. Ouid.3. Triſt.eleg.11.

Spectaculum. Plin.epiſt.25.

Nox exhibuit pulſa ſydera clara die. Ouid.epiſt.18.

Vicem ſpodij. Plin.lib.23.cap.7, Spodij vicem exhibet fruticum à radice exeuntium cinis.

Vires. Ouid.1.de Ponto,eleg.4.

Nec tamen exhibuit tantas facundia vires Vt,&c.

Vultus. Ouid.2.de Arte,

Te ſemper videat,tibi ſemper præbeat aures,

Exhibeat vultus nóxque diéſque tuos.

¶Exhibere,minus eſt quàm reſtituere,inquit Gaius. Nam exhibere eſt præſentiam corporis præbere: Reſtituere eſt etiam poſſeſſorem facere,fructúſque reddere.l.22.D.de verb.ſignif.

¶Exhibere quoque,mandare & cedere actiones ſignificat , l.35.§. ſi res vendita. D.de contrah.empt.

¶Exhiberi culpa,pro præſtari, in l.3.§. nunc videndum. D. Commodat.

¶Exhibere alterum,pro *illum repræſentare*. Ouid. 6. Metamorph. Idem epiſt.16,

Tres tibi ſe nudas exhibuere deæ. Verba ad Paridem.

¶Exhibere,eſt etiam alimenta ſuppeditare Iuriſconſulteis. Paulus in l.Neſennius. D.de Negotiis geſtis, Pone peregre patrẽ eius obiiſſe:& matrem,dum in patriam reuertereтur,tam filium, quàm filiam eius exhibuiſſe. Scæuola in l. penult. & vlt. D. De in rem verſo. Sine quibus aut ſe tueri aut ſeruos paternos exhibere non potuiſſet. Id eſt alere. Idem Scęuola in l.Creditor.§.Si inter maritum & ſocerum.D. mandati: Vt onus exhibendæ vxoris ad maritum rediret. Vlpianus in l.Si quis.in princ. D. De agnoſcendis vel alendis liberis, Siquis à liberis ali deſideret, vel liberi, vt à parente exhibeantur: iudex de ea re cogno

re cogноſcet.Sed vtrum eos tantùm liberos qui ſunt in poteſtate,cogatur quis exhibere:an verò etiam emancipatos,vel ex alia cauſa ſui iuris conſtitutos: videndum eſt. & magis puto,etiam ſi non ſunt liberi in poteſtate,alendos à parẽtibus: & vice mutua alere parentes debere. Ibidem §. Idem. Idem reſcripſit,vt filiam ſuam patер exhibeat, ſi conſiterit apud iudicem iuſtè eam procrearam. Sed etſi filius poſſit ſe exhibere: æſtimare iudices debẽt,ne non debeant ei alimenta decernere. Rurſus §. Alimenta. Alimẽta autem pro modo facultarum erunt præbenda , egentibus ſcilicet patronis. Cæterùm ſi ſit vnde ſe exhibeant,ceſſabunt partes iudicis.

Exhibitus , penult. corr. Participium {παρεσχημένος.} vt Tori exhibiti. Ouid.epiſt.6.

Exhibitio,Verbale {παροχή κτλ.} Gellius,Probari apud me debere pecuniam datam conſuetis modis,expenſi latione,mêſæ rationibus, chirographi exhibitionibus.

Exhibitorius , Adiectiuum. Vlpianus in l.deinde.D.de liber.exhibend. item ducend. Superiora interdicta exhibitoria ſunt. Hoc eſt , pertinentia ad exhibitionem liberorum, cæterorúmque, de quibus ſuprà diximus.

Exhilaro,exhilaras,pen.corr. {ἱλαρύνω,φαιδρύνω} exhilarâre,Idem quod ſimplex hilaro. Columel.lib.6.cap.24, Quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt. Idem lib.11.cap.1. Plinius libro 22.cap.25.

Exhilarantur arbores. Plin.lib.16.cap.25.

Exhilaratus,pen.prod. Participium {φαιδρωθείς.} Cic.Pæto,lib.1.26,Miraris tam exhilaratam eſſe ſeruitutem noſtram?

Exholciſmus , Galeno dicitur oſſis tranſlatio à ſuperficie in profundum:Phragma verò,ex profundo in ſuperficiem. Cælius Rhodig.lib. 20.cap.29.

Exhorreo,exhorres,exhorrui,exhorrêre,&

Exhorreſco,exhorreſcis,exhorrui {φρίττω} exhorréſcere,Expaueſcere, & præ timore horrere & contremiſcere. Plancus Cic. lib. 10.18, Sed non poſſum non exhorreſcere , ſiquid intra cutem ſubeſt vulneris.

Cic.1.de Fin. Quæ nos exhorreſcere metu non ſinat.

Exhorreſcere in aliquo. Cic.3.de Orat. In quo igitur homines exhorreſcunt:quem ſtupefacti dicentem intuentur?

Furores exhorreſcere. Sil.lib.3,

Ne tamen incauros laudum exhorreſce furores.

Vt ſerpentem patrias exhorruit iras. Sil.lib.3.

Vultus aliquius exhorreſcere. Virg.1.7.Æneidos,

Aduenias,vultus néve exhorreſcas amicos.

¶Exhorreſcere,pro Fremere. Ouid.4.Metamorphoſeos,

-exhorruit æquoris inſtar

Quod fremit,exigua quum ſummum ſtringitur aura.

Exhortor,exhortaris {παραινέω} exhortari, Vehementer hortari. Plin. lib.12.cap.14, Alexãder Magnus Arabia potitus, thure onuſtam nauim miſit Leonidi,exhortatus vt largè deos adoraret.

Exhortari ad virtutis ſtudium. Cic.1.Acad.

Cues exhortari in hoſtem. Ouid.13.Metam.

Equos exhortari. Ouid.5.Metamorphoſeos,

Raptor agit currus,& nomine quenque vocando

Exhortatur equos.

Tauros in aliquem exhortari. Ouid.7.Metam.

Exhortans , Participium {παραινῶν.} vt Cuneos exhortans. Statius 8. Thebaid.

Exhortatus, penult.prod. {παραινετός} Aliud participium. Virgilius 12. Æneidos,

-ſic exhortata reliquit

Incertam,& triſti turbatam,vulnere mentis.

¶Exhortatus,paſſiuè aliquãdo accipitur. Cic.in Catone,Ille enim quum eſſet Conſul in Gallia, exhortatus eſt in conuiuio à ſcorto , vt ſecuri feriret aliquem eorum,&c.

Exhortatio {παραίνεσις.} Quintilianus libro 1. capite 3, Exhortatio docentium.

Exhubero,exhuberas,penul.corr. {ὑπερπλέω} exhuberare, Quaſi ſuperabundare. Plin.in Paneg. Nónne cernere datur, vt ſine vllius iniuria omnis vſibus noſtris annus exhuberet? Colum.in Præf.In Aſia,Myſiáque denſa & glutinoſa terra maximè exhuberat. Virgilius,

-pomiſque exhuberat arbos. Vide EXVBERO.

¶Exhuberare,actiuè. Colum.lib.2.cap.16,Meliorémque cenſebat eſſe materiam vindemiis exhuberandis. Idem lib.9.cap.4, Quæ herbæ fauorum ceras exhuberant.

E X I

Exibilo,exibilas,penul.corr. {ἐκσυρίττω} exibilâre,Populari,tumultuariáque ſibilatione aliquem explodere, vel deridere. Cic.in Parad. Hiſtrio ſi paulùm ſe mouit extra numerum, aut ſi verſus pronuntiatus, eſt ſyllaba vna breuior aut longior,exibilatur,explauditur.

Exicco,exiccas {ἐξηραίνω} exiccare,Siccare,aut valde ſiccare ſignificat. Cic.2.de Diuinat. Arboréſque vt hyemali tempore, cum luna ſimul ſeneſcentes, quia tum exiccatæ ſunt, tempeſtiuè cædi putẽtur. Plin. lib.18.cap.26. Quintus Tironi,lib.16.26.

Exiccatus,pen.prod.Participium {ἐξηραμμένος.} Stat.5.Sylu.1.

Exiccatum genus orationis. Cic. de Claris Orat. Sinautem acutum,prudens & idem ſyncerum & ſolidum,& exiccatum genus orationis probant,nec,&c.

Exigo,exigis,pen.corr.exegi,pen.prod. {ἐπεξέρχομαι,ἐξέλκω, ἀφαιρέω} exactum,exigere, ab ex & ago compoſitum, Excludere,eiicere,expellere,quaſi extra agere. Plaut.Merc.3. Idem Aulul.11,

Exegit omnes foras. Virgil.2.Æneidos,

-quos improba ventris

Exegit cæcos rabies. Plin.lib.3.cap.5,Exegere Vmbros. Cicero 2. Philipp. Mimam illam ſuam ſuas res ſibi habere iuſſit , ex XII. Tab. cauſam addidit,exegit.

Haſta exigere aliquem. Valer.6.Argon.

Exigit à ſe virum. Plaut.Mil.18,

Egóne illam adeam quæ nupta ſit? virum eius meruere æquum eſt.

M. Quin tua cauſa exegit virum à ſe.

Exigere ex. Plaut.Perſa,4,

-exigam ego hercle te ex hac decuria.

Exigere ex corpore mœrores , pro Abigere triſtitias. Plautus Capt.13,

Pol mœrores mihi anteuortunt gaudẽs.n.noli iraſcier:

Iam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi.

Exigere ex ciuitate reges. Cicero 2.de Orat. Tum illa , quæ modò Craſſus commemorabat, egi, neque reges ex hac ciuitate exigi, neque,&c.

Triſte tempus à malis alicuius exigere. Ouid.4. Triſt.eleg.3.

Exigitur fabula,inquit Donatus, quum diſplicet. Terent. in Prol. Hecyræ,

In his quas primùm Cæcili didici nouas,

Partim ſum earum exactus,partim vix ſteti.

Exigere atque eximere aliquem honoribus,Id eſt priuare. Plinius epiſt.36.

Exigere hoſtem. Plin.in Paneg. Exactus hoſtis mari.

Exigere laſſitudinem ex corpore. Plaut.Capt.19,

-illic ibi demum eſt locus,

Vbi labore laſſitudo eſt omnis exigunda ex corpore.

Exigere vxorem matrimonio. Plaut.Merc.20,

Vxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras,

Viro fit cauſa,exigitur matrimonio.

¶Exigere ærumnam. Plaut.Capt.19. Id eſt perferre & pati.

Exigere ætatem, Viuere. Plaut.Caſina.7.

Ætuum exigere, Tranſigere. Virgil.de Virbio,7.Æneidos,

Solus vbi in ſyluis Italis ignobilis ætuum Exigeret.

Annos exigere, Ducere ætatem. Virgil. 1. Æneid. Ouid. 3. Triſt. eleg.4,

Viue ſine inuidia,molléſque inglorius annos

Exige,amicitias & tibi iunge pares.

¶Exigere noctem , pro Tranſigere. Plin.epiſt.125, Inde eſt quòd magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo.

Exigere tempus. Plin. epiſt. 45, Neſcio an vllum iucundius tempus exegerim , quàm quo nuper apud Spurinnam fui. Id eſt tranſmiſerim,diſpenſauerim.

¶Exigere: Petere, Rogare. Plin.epiſt.173,Exegerat proſocer meus, vt Amerina prædia ſua inſpicerem.

Exigere à. Quintil.lib.2.cap.13, Nemo autem à me exigat id præceptorum genus.

Exigere ab aliquo. Plin.in Paneg. Imperij hoc verbum non adulationis eſſe, obſequio tuo crede, quod non alia in re magis aut Senatus exigere à re,aut tu præſtare Senatui debes.

Dare & Exigere,contraria. Cic. 2.Offic. Conuenit autem cum in dando munificum eſſe,tum in exigendo non acerbum.

Expectare & Exigere,contraria. Cic.de Claris Orat. Ego verò & expectabo ea quæ polliceris,neque exigam, niſi tuo commodo,& cæunt mihi pergrata ſi ſolueris.

Exigere aliquid acerbius. Cic.1. Tuſc. Ab hoc acerbius exigit natura quod dederat.

Æs exigere. Horat.1.Serm.ſat.5.

Amicitiam exigere. Catul.epigr.95.

Exigere aurum, Repetere creditum aurum. Plaut.Bacch.19,

Hodie exigam aurum hoc? A. exige,ac ſuſpende te.

Exigit aurum de. Plaut.Bacch.4,

Qui de amittenda Bacchide aurum hic exigit. Id eſt petit.

Benefacta pro debitis exigimus. Brutus Cic.16.

Collectam à conuiua exigere. Cic.2.de Orat.

Creditum exigere. Sueton.in Veſpaſiano,cap.11.

Damna exigere. Ouid.5.Faſtorum,

Exigerent noſtræ qualia damna notæ?

Facta alicuius exigere. Ouid.2.de Arte,

Exigit Odryſij facta cruenta ducis. Id eſt , petit ab Vlyſſe vt recitet.

Fructus prætermiſſos exigere. Cic. Attico, lib. 4.70, Ac niſi etiam prætermiſſos fructus tuæ ſuauitatis præteriti temporis exegero, profectò,&c.

Gratiam exigere. Cic.de Amicit.

Iura debita pollicíti tori exigere. Verecundè dictum. Ouidius epiſt.20.

Exigere mercedem. Cic.3.Verr. Et 2.de Finib.

Munera pacta cum plena fide exigere. Ouid.epiſt.15.

Exigere nomina, Ad diſſolutionem cogere. Cic.3.Verr. Reperîre tur pecunias ſumpſiſſe mutuas,nomina ſua exegiſſe. Paulus De vſuris,l.Caius, Quæ ſecundum formam ab his exigi ſoleant, etiam ſi omnia nomina idonea ſint.

Exigere operam. Cic.4.de Finib. Et hanc quidem primam exigam à te operam,vt aquilas me quæ à te dicta ſunt refellentem.

Exigere operam,aliter. Cic. 1.Offic. Eſt autem infima conditio & fortuna ſeruorum,quibus non malè præcipiunt,qui ita iubent vti,vt mercenariis,operam exigendam,iuſta præbenda.

Opus exigere oculis, Spectare, Videre. Ouid.epiſt.11,

Ipſe necis cuperem noſtræ ſpectator adeſſet,

Authoriſque oculis exigeretur opus. Hoc eſt,vt quidã exponunt, Perficeretur in conſpectu authoris. Alij ſic: Cædes expreſſè ageretur & exhiberetur coram oculis authoris.

Opus exigere,aliter. Columel.lib.1.cap.8, Nam non eſt noſtri negotij, alterum imperare , & aiterum docere. neque enim rectè exigere opus valet,qui quid aut qualiter faciẽdum ſit ab ſubiecto diſcit. *Examiner & exiger des ouuriers , s'il y a autant de beſongne faicte , & telle qu'elle dois eſtre.*

Deſperatas pecunias exigere. Cic.pro Murena.

Penſionem exigere. Cic. Leptæ,lib.6.18.

Exigere pondus, Ponderare. Sueton.in Cæſare.

Pretium exigere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8.
Exigere promiſſum. Cic. 3. Offic.
Tributa exigere. Cic. Pulchro, lib. 3. 7.
Vectigal exigere. Cic. Quint. fratri, lib. 1. 1.
Voluptatem exigere. Cic. 2. de Finib. Hoc enim ille tuus non vult, omnibuſque ex rebus voluptatem quaſi mercedem exigit.
Exigere vt recitetur carmen. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5.
-niſi ſi crudelis id ipſum
Exigis vt pereat. Ouid. 5. Metam.
Eſt qui nequitiam locus exigat. Ouid. 3. Amor. eleg. 13.
¶ Exigit neceſſitas. Colum. lib. 7. cap. 12.
Quum exiget vſus epularum. Colum. lib. 9. in Procem.
¶ Exigere. Liu. 4. bel. Maced. Nolite ad veſtras leges atque inſtituta exigere ea quæ Lacedæmone fiunt.
Ad veritatem legitimum ius exigere. Cæl. Ciceroni, lib. 8. 6, Nunc ſi ad illam ſummam veritatem legitimum ius exegeris, cauendum tibi erit ne parum ſimpliciter & candidè poſsiſſe in inimicitias videaris.
Ad cæleſtia ritus exigere humanos. Ouid. 9. Metam.
Ad planctus brachia exigere. Lucan. lib. 2,
-nec mater crine ſoluto
Exigit ad ſæuos famularum brachia planctus.
Exigere ad perpendiculum columnas. Cic. 3. Verr. Tu Verres hic quod moliare nihil habes: niſi fortè vis ad perpendiculum columnas exigere.
Ad vires ſuas omne opus exigere. Ouid. 2. de Arte.
¶ Exigere ſtylo, pro Exactè ſcribere. Quintil. lib. 1. cap. 15, Deinde eandem gracilitatem exigere ſtylo condiſcant. Id eſt, eadem gracilitate ſtyli vti.
¶ Exigere, Extorquere. Cic. 1. Verr. Et quum eſſet tritici modius ſeſtertiis quinque, pro frumẽto in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe. Idem pro Fõtcio, Itaque Tiburtum Toloſæ quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorij nomine exegiſſe.
Exigere ab aliquo veritatem. Plin. epiſt. 247. Cic. 1. de Legib.
Exigere & cogere. Cic. 2. de Finib. An exigerem ex te, cogerémque vt reſponderes, niſi vererer ne Herculem ipſum ea quæ pro ſalute gẽtium ſummo labore geſſiſſet, voluptatis cauſa geſſiſſe diceres?
Exigere, & Rogare, opponit Cic. Curioni, lib. 2. 5, Graue eſt enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo ſe bene meritũ putet: ne id quod petat, exigere magis quàm rogare, & c. videatur.
Facile exigere. Cic. 2. de Orat. Quo facilius id à te exigam quod pe to, nihil tibi à me poſtulanti recuſabo.
Exigere imperatam pecuniam. Cæſ. 3. bel. Ciuil.
Pœnam exigere, Sumere pœnam. Ouid. 4. Metamorphoſeos,
Exigit iudicij memorem Cytherea pœnam. De Veneris vltione in Vulcanum. Idem 4. Faſt. Item 5. Triſt. eleg 9,
Exiget ad dignas vlcriꝰ Ramnuſia pœnas.
Impoſito calcas quòd mea facta pede. Iuuen. ſat. 10,
Has toties optata exigit gloria pœnas.
In pœnas vſque nocentum exigi. Stat. 1. Thebaid.
Fortuna clades omnes exigit in vno die. Lucan. lib. 8.
Exigere piacula. Liuius 9. bel. Pun. Sed & nunc & ſæpe aliàs, dea ſuam ſedem, ſuúmq; templum aut tutata eſt, aut à violatoribus grauia piacula exegit.
Exigere ſupplicium ab aliquo, Punire aliquem. Plinius de Viris illuſtribus.
Exigere votum. Tranquillus, Votũ exegit ab eo, qui pro ſalute ſua gladiatoriam operam promiſerat. Alibi Votum repoſcere dixit.
¶ Exigere opus, Perficere. Ouid. 15. Metamorphoſeos,
Iámque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.
Quum ſummas exiget horas Conſumpta dies. Id eſt, quum erit vltimum tempus vitæ ac finis. Seneca Herc. OEth. 17.
Mediam dies exigit horam, Meridies eſt. Ouid. 1. Amor. eleg. 5.
Prona dies lõgos ſuper æquora fines exigit. Stat. 2. Thebaid. Periphraſis eſt occidentis ſolis, quem fingunt immergere ſeſe mari.
Iuppiter annum quatuor ſpatiis exigit. Ouid. 1. Metamorphoſeos,
Pérque hyemes, æſtúſque, & inæquales autumnos,
Et breue ver ſpatiis exegit quatuor annum. Sub. Iuppiter.
Phœbus æſtiuos ſpatioſus exigit igneis. Propert. lib. 3. eleg. 20.
¶ Exigere, pro Compenſare. Cic. de Petit. Conſul. Bellè negandum eſt, vt oſtendas neceſſitatem, demonſtres quàm moleſtè feras, aliis te id rebus exacturum eſſe perſuadens. Id eſt cumulatè compenſaturum. Budæus.
¶ Ferrum exigere, Traiicere enſem. Ouid. epiſt. 9,
Exigit ferrum ſua per præcordia mater.
Ferrum exegit per pectus. Stat. 10. Thebaid.
Gladium per omnes exegit gentes. Lucanus lib. 10. Id eſt, omnes populos bello fatigauit. De Alexandro.
Enſem exigere per medium iuuenem. Virgil. 10. Æneidos,
-validum nanque exigit enſem
Per medium Æneas iuuenem.
¶ Exigere, Tranſire, Traiicere. Plin. lib. 12. cap. 19, Præterea hybernum mare exiguntꝰ circa brumam, curis tum maximè ſtantibus. Hi recto curſu per ſinus impellunt, & c.
¶ Exigere, pro Extra mittere: vt Exigere ſues paſtum. Varro 1. de Re ruſt. cap. 4.
Fluuius admiſſas aquas exigit. Ouidius epiſtol. 2, Hoc eſt, in mare emittit.
¶ Exigere de re aliqua. Plin. epiſt. 203. Id eſt diſceptare.
¶ Exigere ſecum tempus faciendi aliquid. Vide TEMPVS.
Exigi mancipia quis dicitur in l. 5. C. de ſeru. fugit. eadem forma qua exigi portorium apud Gell. lib. 15. cap. 14.
¶ Exigor, pro A me exigitur. Cæcilius Æſchino,
Ego illud minus nihilo exigor portorium. Nonius.
Exactus, Participium {παρελήλυθώς} Præteritus.

Exacta erat media ætas. Liu. 4. bel. Pun.
Exacta ætate. Terent. Adelph. 5. 4. Cic. 7. Verr. Hoc tantum exacta ætate laboris, itineríſque ſuſcepit.
Exactæ ætatis vir. Liu. 1. ab Vrbe, Venerabilis viri atque adeo exactæ iam ætatis.
Ætates exactæ. Virgil. 3. Georgicorum,
Attribus exactis, vbi quarta acceſſerit ætas, &c.
Per exactos annos, Quotannis. Horat. 3. Carm. ode 22.
Exacto errore, Finito errore. Propert. lib. 2. eleg. 15,
Nec ſic errore exacto lætatus Vlyſſes,
Quum tetigit charæ littora Dulychiæ.
Exacto frigore. Plin. lib. 17. cap. 25.
Hora exacta multis trientibus. Propert. lib. 3. eleg. 10,
Quum fuerit nullis exacta trientibus hora, &c.
Lux exacta ſolis, Finitus dies. Stat. 2. Sylu. 2.
Exacta maturitate. Plin. lib. 18. cap. 7.
Menſis exactus. Virgil. 1. Georgicorum,
Totus & ille dies, & qui naſcentur ab illo
Exactum ad menſem, pluuia ventíſque carebunt. Sic 3. Georgic.
Annus exactis completur menſibus orbis. Virgil. 5. Æneid. Quia menſes (inquit Seruius) in ſe recurrunt, & annum faciunt.
Exacto menſe. Plaut. Ciſtel. 4.
Syderibus exactis, Diluculo fugatis. Propert. lib. 1. eleg. 3,
Nanque vbi longa meæ conſumpſiſti tempora noctis,
Languidus exactis hei mihi ſyderibus.
Tempore exacto. Horat. 1. Serm. ſat. 1,
-exacto contentus tempore vitæ.
Temporibus exactis. Cic. 3. Verr.
Vigilia exacta. Cic. 3. in Catil.
Voluntas exacta. Ouid. epiſt. 16,
Et libet, & timeo, nec adhuc exacta voluntas
Eſt ſatis: in dubio pectora noſtra labant.
¶ His demum exactis. Virgil. 6 Æneidos,
His demum exactis, perfecto munere diuæ
Deuenere locos lætos, &c.
¶ Fides exacta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9,
Credet & exacta cunctа locare fide.
Pecunia exacta. Cic. 3. de Nat. deor.
¶ Enſis exactus, Traiectus. Seneca Herc. OEth. 7, Eat per artus enſis exactus meos. Ouid. 5. Metam.
¶ Exacti reges. Cic. 1. de Orat. Id eſt expulſi.
¶ Furiſs exactus, Id eſt agitatus. Quid. 4. Triſt. eleg. 4,
Quòd poſtquam, dubium eſt pius an ſceleratus, Oreſtes
Exactus furiis venerat ipſe ſuis.
¶ Verſus tenui pumice exactus. Propert. lib. 3. eleg. 1.
¶ Exacta referre. Virgil. 1. Æneidos,
Quærere conſtituit, ſociíſque exacta referre. Id eſt quæſita, ſiue exquiſita.
Exactus, Adiectiuum nomen {ἐπιτακτὸς} Perfectus, conſummatus. Horat. 2. epiſt. 1,
-emendata videri
Pulchráque & exactis minimum diſtantia, miror.
Acies falcis exacta, Vide ACIES.
Effigies exacta. Propert. lib. 3. eleg. 9,
Exactis Calamis ſe mihi iactat equis. Id eſt, in equis elegãter ſculpendis gloriam quærit. Nam Calamis, inſignis ſculptor fuit.
Exactus. exactior, exactiſſimus {ἀκριβὴς} Diligens. Martial. lib. 4,
Nihil exactius, eruditiúſque. Plin. epiſt. 176, Quod ille obſequium Seruiano exactiſſimo viro præſtitit?
Notæ exactæ. Ouid. 3. Faſtorum,
Ille moras ſolis, quibus in ſua ſigna rediret,
Traditur exactis diſpoſuiſſe notis.
Ratione exacta. Horat. 2. Serm. ſat. 4,
Nec ſibi cœnarum quiuis temerè arrogет artem,
Ni prius exacta tenui ratione ſaporum. Id eſt exactè cognita.
¶ Exactus, cum genitiuo: vt Artis exactus, cuius comparatiuum eſt exactior. Ouid. 3. Faſtorum,
Mamurius morum, fabræque exactior artis
Difficile eſt vlli dicere, clauſit opus.
¶ Exactum, Subſtantiuum. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3,
Te nihil exacto, niſi nos peccaſſe fatentem
Sponte ſua probitas officiúmque iuuant.
Exactus, Verbale {ἐπιπραξις} pro Venditione: quia merx dum vẽditur, exigitur à nobis, id eſt emittitur. Quintil. Decla. 19, Sacroſanctus mercator opportunum mercis exactum puto inuenit.
Exactor, Verbale {εἰσπρακτὴρ} Qui pecuniam exigit. Cæſ. 3. bel. Ciuil. Erat plena lictorum, & imperiorum prouincia, conferta præfectis atque exactoribus.
Fiſcalium præſtationum exactores. Firmicus lib. 6. cap. 3.
Exactor regum. Liu 9. ab Vrbe, Ita reges geſſerant bella: ita deinde exactores regum Iunij, Valeríſque.
Exactor ſupplicij. Liu. 2. ab Vrbe, Qui ſpectator erat amouendus, eum ipſum fortuna exactorem ſupplicij dedit.
Exactor Latini fermonis modeſtiſſimus. Suet. de Clar. Gramm.
M. Pomponius Marcellus, fermonis Latini exactor modeſtiſſimus.
Aſſiduus ſtudiorum exactor. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Aſper exactor. Quintilian. lib. 1. cap. 7, An ideo minor eſt M. Tullius orator, quòd idem artis huius diligentiſſimus fuit, & in filio, vt in epiſtolis appãret, rectè loquendi vſquequaque aſper quoque exactor?
¶ Exactores, in l. 2. & 3. de conueniend. fiſci. debit. lib. 10. C. dicebantur, quibus exigenda fiſcalia nomina mandata erant: qui ad tributorum, & fiſcalium debitorum exactionum deſtinati erant. Quo in ſignificato ſæpius hoc verbum repetitur apud Saluianum Maſſil. in lib. de vero Dei iudicio. Δημόσιοι πραγματῆται, ἤτοι ἀπαιτηταὶ Iuſtinianus appellat in Nouella 15.

Exactio,

Exactio, exactionis, Verbale fœm. {ἐπίπραξις}
Capitum exactio, Vide EPICEPHALIVM.
Nominum exactio. Cic. Attico, lib. 5. 88, De Oppio factum eſt vt volui, & maximè quòd DCCC. aperuiſti, quæ quidem ego vtique vel verſura facta ſolui: volo, ne extrema exactio noſtrorum nominum expectetur.
Operum publicorum exactio. Cic. pro Domo ſua.
Exactio operis. Colum. lib. 1. cap. 8, Nulla eſt autem maior vel neceſſimi hominis cuſtodia, quàm operis exactio.
Oſtiorum exactio, Id eſt tributi in ſingula oſtia imperati. Vide EPICEPHALIVM.
Exactio pecuniarum. Cic. 2. de Legib. Eáque pecunia non minor eſſet facta cum ſuperiore exactione.
Publicæ exactiones. Aſinius Pollio Ciceroni, lib. 10. 32.
Acerbiſſima exactio. Cic. Pulchro, lib. 3. 8.
¶ Exactio regum, Expulſio. Cic. 1. de Orat.
¶ Exactio, Perfectio, Abſolutio. Auſon. in Ternario,
Forma hominis cœpti, plenſque exactio partus.
Exactè, Aduerbium. Pompon. Mela lib. 1. in ſumma Africæ deſcriptione, Nunc exactius oras ſitúſque dicturo inde eſt commodiſſimum incipere, vnde terras, & c.
Exiguus, Adiectiuum {μικρὸς} Paruus, modicus.
Ingens immenſúſque, & Exiguus, contraria. Cicero 3. de Orat. Ex ingenti quodam oratorem, immenſõq; campo in exiguum ſanè gyrum compellitis.
Maior & Exiguus, contraria. Cic. pro Deiotaro, Atque antea quidem maiores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri poteſt.
Ager exiguus. Virgil. 2. Georg.
Aqua exigua. Ouid. 3. Metamorphoſeos,
Exigua prohibemur aqua.
Aura exigua. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8,
Quanlibet exigua ſi nos ea iuuerit aura.
Campis exiguis equitare. Horat. 2. Carm. ode 9.
Caſa exigua. Ouid. 4. Faſtorum,
-nec exiguæ deſpice tecta caſæ.
Cenſus exiguus. Horat. 1. epiſt. 1.
Ceres exigua, Modicum panis. Virgil. 7. Æneidos,
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.
Cibus exiguus. Ouid. in Ibin.
Exiguæ amicorum copiæ. Cic. pro Quintio.
Contractum, exile, exiguum, & vietum cor bouis. Cic. 2. de Diuin.
Homo corporis exigui. Horat. 1. epiſt. 21.
Dapes exiguæ. Ouid. 2. Faſt.
Exiguum diem præfinire operi. Cic. 5. Verr.
Exiguum diſcrimen. Plin. lib. 11. cap. 45.
Elegi exigui. Horat. in Arte poet.
Fines exigui. Cic. 1. de Orat. Tu autem quoniam exiguis quibuſdã finibus totum oratoris munus circundediſti, hoc facilius, & c.
Finis exiguus libidinum. Horat. 1. Carm. ode 18,
Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum
Diſcernunt auidi.
Foramen exiguum. Ouid. 2. Faſt.
Exigua fortuna. Cic. 1. de Finib.
Funus exiguus. Ouid. 15. Metam.
Geſtus exiguus. Ouid. 3 de Arte,
Exiguo ſigne geſtu, quodcunque loquatur,
Cui digiti pingues, & ſcaber vnguis erit.
Hauſtus exiguus. Ouid. 3. Faſtorum,
Deſtuit incerto lapidoſus murmure riuus:
Sæpe ſed exiguis hauſtibus inde bibi.
Exigua & anguſta hora. Cic. pro Rabir. Perduel. reo, Ergo ad hæc crimina quæ patroni diligentiam deſyderant, intelligis mihi ſemihoram iſtam nimium longam fuiſſe: illam alteram partẽ de nece Saturnini, nimis exiguam atque auguſtam eſſe voluiſti, quæ non oratoris ingenium, ſed Conſulis auxilium implorat & flagitat.
Humor exiguus. Virg. 1. Georgicorum,
Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.
Exiguus ignis. Virgil. 1. Georgicorum,
Et quanuis ignis exiguo properata maderent.
Ab exiguis initiis profecta. Liu. 1. ab Vrbe,
Interualla exigua. Lucret. lib. 2.
Lapis exiguus. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Lapillus exiguus. Ouid. 8. Metamorphoſeos,
-exiguo reſonantia ſaxa lapillo.
Laus exigua. Cic. pro Lege Agrar.
Exiguiſſima legata. Plin. epiſt. 144.
Limen exiguum. Ouid. 10. Metamorphoſeos,
Liminis exigui fuerat prope templa receſſus.
Locus exiguus. Ouid. 6. Faſt.
Merum exiguum. Ouid. epiſt. 1.
Munus exiguum. Ouid. 2. de Arte.
Murmur exiguum. Ouid. epiſt. 17,
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis, & c.
Murmure exiguo verba loqui. Ouid. 5. Faſt.
Exiguus mus. Virgil. 1. Georgicorum,
-ſæpe exiguus mus
Sub terris poſuitque domos, atque horrea fecit.
Nox exigua. Virgil. 2. Georg.
Exiguus numerus. Cic. Caſſio, lib. 12. 2, Qui numerus etiam bonis rebus exiguus eſſet.
Numero exigui. Virgil. 5. Æneidos,
Exigui numero, ſed bello viuida virtus.
Ope exigua. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1,
Forſitan exigua dignus habebor ope.
Opus exiguum. Ouid. 2. Faſt.
Orbis exiguus. Ouid. epiſt. 4,

Siue ferocis equi luctantia colla retorques,
Exiguo flexos miror in orbe pedes.
Pars exigua. Virgil. 10. Æneid.
Pectus exiguum. Propert. lib. 4. eleg. 1,
-exiguo quodcunque è pectore riui
Fluxerit, hoc patriæ ſeruiat omne meæ.
Pes exiguus. Ouid. 3. Amor. eleg. 3.
Preces exiguæ. Ouid. 1. de Arte,
-nec exiguas quiſquis es adde preces.
Exiguus puluis. Virgil. 4. Georgicorum,
Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent.
Requies exigua. Ouid. 4. Metam.
Res exiguæ. Ouid. 2. Triſt.
Sedes exigua. Virgil. 2. Æneid.
Tenui & exiguo ſermone diſputare. Cic. 1. de Orat. Propert. lib. 3. eleg. 1.
Significatio voluntatis vnius erga alterum exigua. Cic. Cn. Pompeio, lib. 5. 7.
Solatia exigua. Virgil. 11. Æneid.
Solum exiguum. Tibul. lib. 1. eleg. 1,
Nunc agna exigui eſt hoſtia parua ſoli.
Sonus exiguus. Ouid. epiſt. 14,
Exiguo dixi talia verba ſono.
Spes exigua. Liu. 5. bel. Pun. Cuius aduentu, qui antè in exigua ſpe vocati ſæpe ad tranſitionem ab hoſtibus per colloquia erant, vltra ad tranſeundum hoſtes vocabant, ſolicitabántque.
Sumptus ad fructum & fœnus exiguus. Cic. in Parad.
Leuis & exiguus tactus. Lucret. lib. 1.
Ad exiguum tempus. Cic. de Senect.
Tempus exiguum alicui concedere. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.
Exiguo tempore liber eris. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Exiguæ vindemiæ. Plin. epiſt. 193.
Vires exiguæ. Ouid. 2. Triſt.
Vmbra exigua. Ouid. 3. Metamorphoſeos,
Fecerat exiguas iam ſol altiſſimus vmbras.
Vocem exiguam tollere. Virgil. 6. Æneid.
Vrbs exigua. Virgil. 4. Æneid.
Vſus exiguus cum aliquo. Ouid. 4. Triſt. eleg. 8,
Exiguus nobis cum quibus vſus erat.
¶ Animi exiguus. Claud. 2. in Eutropium,
Acer in abſentes linguæ iactator: abundans
Corporis exiguúſque animi.
¶ Exiguior, Comparatiuum. Vlp. l. 1. D. de fluminibus, ne quid, & c. Proinde ſiue deriuetur aqua, vt exiguior facta minus ſit nauigabilis: vel ſi dilatetur, vt diffuſa aquam breuem faciat: ſiue contrà ſic coangueſtetur, vt rapidius flumen faciat: interdicto locus erit.
¶ Exiguiſſimus, pen. corr. Superlatiuum. Ouid. epiſt. 14,
De fratrum turba pars exiguiſſima reſtat.
¶ Exiguum, Subſtantiuum. Sil. lib. 4,
-vt in tenui ſpes exiguúmque ſalutis Iam videt eſſe ſuæ.
Exiguum aquæ. Ouid. 5. Triſt. eleg. 2,
Exiguum pleno de mare demat aquæ.
Exiguum temporis medium, & rurſus, ſimile aliud priori fidem fecit. Plin. epiſt. 147.
Intra temporis exiguum. Ouid. 13. Metam.
Exiguo poſt, pro Paulo poſt. Plin. lib. 31. cap. 2.
¶ Exiguum aliquando pro Exiguè capitur. Plin. epiſt. 50, Quàtum ego ſapio, qui fortaſſe in omni re, in hac certe perquã exiguũ ſapio.
Exiguum dormire. Plin. lib. 10. cap. vlt.
Exiguè, Aduerbium {φειδωλῶς} Id eſt, parcè & tenuiter. Vt Exiguè facere ſumptum. Terent. Heaut. 1. 2. Sic Exiguè ſuppeditare aliquid, Liu. 9. ab Vrbe.
Tribuere exiguè. Plãcus Ciceroni, lib. 10. 9, Nihil aut ſero, aut exiguè à patria ciui tributum poteſt videri.
Celeriter exiguéque dicere. Cic. 3. de Orat. Quiſmque de duabus primis nobis quidem ſatis, ſed vt ipſe dicebas, celeriter, exiguéque dixiſſes, duas tibi reliquas feceras, & c.
Exiguè & celeriter ad caleulos vocare amicitiam. Cic. de Amic.
Exiguè ſcripta epiſtola, hoc eſt, ſtylo exiguo & non elaborato, ſed ſimplici. Cic. ad Attic. lib. 11. 24, Non meo vitio fit hoc quidem tempore (antè enim eſt peccarum) vt me iſta epiſtola nihil conſoleturꝰ nam & exiguè ſcripta eſt, & ſuſpiciones magnas habet.
Exiguè ſe habuit frumentum dies x x x. Cæſ. 7. bel. Gall.
Exiguitas, penult. corr. huius exiguitatis {μικρότης} vt Exiguitas lactis. Varro 2. de Re ruſt. cap. 4.
Exiguitas cibi. Colum. lib. 7. cap. 5.
Copiarum exiguitas. Cæl. Ciceroni, lib. 8. 10, Nunc hæc exiguitas copiarum, receſſum, non dimicationem mihi tuam præſagiebat.
Exiguitas pellis. Cæſ. 4. bel. Gall.
Exiguitas temporis. Liu. 4. bel. Pun.
Exiguitas voluptatum. Cic. 4. de Finib.
Exilio, exilis, pen. corr. exilui, exiliui vel exilij, exultum {ἐκπηδάω, ἐκθρῴσκω, ἐξάλλομαι} exilire, ab ex & ſalio compoſitum, Gauderes & quaſi præ nimio gaudio ſalire ſignificat. Cic. Tironi, lib. 16. 16, Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio. Idem 7. Verr.
Perniciter exiluere. Catul. Argonaut.
Foras emergere & exilire. Lucret. lib. 2.
Domo leuis exilit. Horat. 2. Serm. ſat. 6.
Sedibus exilire. Lucan. lib. 1, -ſed curia & ipſi
Sedibus exiliere pares.
Stratis exilire. Ouid. 5. Metam.
Exilire cathedram. Plinius epiſt. 60, Dum hæc dicit, exiluit cathedram, aduerſóque parieti caput ingenti impetu impegit. Niſi fortè in ablatiuo legendum.
Exilire è vel de, pro Exire & prodire. Plaut. Amphit. 17,
Poſtquam conſpexit angues ille alter puer,

Citus è cunis exilit. Cic.4.Verr.Ita properans de sella exiluit.
Exilire ad aliquem.Terent.Heaut.4.1,
Non aduorti primò:sed postquam aspexi,ilico
Cognoui: ad te exilui. Hoc est, veluti saliendo & gestiendo cucurri.
In arma exilire.Stat.9.Thebaidos,
Ipse nec ire retro,nec in obuia concitus arma Exilit.
In cælum exilit arundo,Id est sagitta.Seneca Herc.OEth.7.
Crines exiliunt.Stat.1.Achil.
Ad superos volucer deus exilit. Id est Mercurius reuolat ad superos.Stat.2.Thebaid.
Equi exiluerunt.Ouid.5.Fast.
Fretum exiluit è medio vulnere saxi.Ouid.6.Metam.
Lumen exilit.Lucret.lib.6,
-lapidem si
Percutiat lapis aut ferrum:nam tum quoque lumen Exilit.
¶Exilui, præteritum.Lucan.lib.5,
-sic fata relictis
Exiluit stratis.
Exilij,Aliud præteritum.Ouid.9.Metamorphoseos,
Exilit,iunctáque manus patefacta remisit.
Exilis,& hoc exile.pen.prod. {λεπτὸς} Id est tenuis. Plin.lib.11.cap.51,
Bubus tantú fœminis vox grauior,omni in alio genere exilior quàm maribus:in homine etiam castratis.
Exilia, plenis opponit Plinius epist.114. Item Cic. 2. de Diuinat.
Iecur nitidum atque plenum est,aliæ horridum & exile.
Tenuis & exilis. Cic.pro Murena,Commoti animi tenuium,exilium in nostrum ordinem.Hoc est plebeiorum.
¶Exilis aper, Gracilis & malè fagmatus. Varro 3. de Re rustica, capite 2.
Artus exiles.Ouid.1.de Ponto,eleg.11.
Exilis copia,cui Vberrima opponitur.Cic.4.de Finib.
Digiti exiles.Ouid.6.Metam.
Domus exilis.Horat.1.Carm.ode 4,
Et domus exilis Plutonia:quò simul mearis,
Nec regna vini sortiere talis,
Nec tenerum Lycidam mirabere,&c.
Genus sermonis exile,aridum,concisum,ac minutum : cui opponitur Liquidum,fusum,profluens.Cic.2.de Orat.
Membra exilia.Ouid.5 Metamorphoseos,
Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas
Transitus est.
Spinosa & exilis oratio.Cic.1.de Orat.
Pectus exile.Stat.11.Thebaid.
Glebis exilis regio aliqua.Lucan.lib.3,
-nimium glebis exilis Arisbe.
Exile & macrum solum.Cic.2.de Lege Agrar.
Exilis terra,Id est macra.Colum.lib.1.cap.4,In exili terra,cultoris prudentia ac diligentia maciem soli vincere potest.
¶Exilia dicere de virtute.Cic.4.de Finib.
Exiles, inquit Festus, & Ilia à subrilitate viarum, quas Græci in chartis ita appellant,videntur esse dicta.
Exilica causa,quæ aduersus exulem agitur. Festus.
Exiliter,pen.corr.Aduerbium {λεπτῶς.} Cic.1.de Orat.Etenim videmus iisdem de rebus ieiunè quosdam & exiliter, vt eum quem acutissimú ferunt Chrysippum disputauisse. Idem lib.3.
Exilitas,penult.corr. {λεπτότης.} Denominatiuum: vt Foliorum exilitas. Plin.lib.21.cap.6.
Exilitas vitis.Colum.lib.5.cap.5,Ne oneretur exilitas vitis.
Exilitas in dicendo.Cic.de Clar.Orat.Inde erat ista exilitas,quam ille de-industria consequebatur.
Copia & Exilitas in dicendo,contraria.Cic.1.de Orat.Quid ergo interest? aut qui discernes eorum quos nominaui, vbertatem in dicendo,& copiam,ab eorum exilitate qui hac dicendi varietate & elegantia non vtantur?
Exilitas & Pinguitudo literarum, opponuntur. Quintil. lib.1.capite 11, Quarundam enim vel exilitate, vel pinguitudine nimia laboramus.
Exilium,Vide EXVL.
Eximius,Vide EXIMO.
Eximo,eximis,pen.corr.exemi, pen.prod. exemptum {ἐξαίρω,ἀφαιρῶ} eximere,Ab ex & emo compositum,significat auferre.
Eximere cupressos cum radicibus.Cato cap.28.
Eximere è dolio aliquid.Cato cap.112.
Eximere alicui quod eum angit.Cic.2. Tusc.ul.
Eximere lapides sub terra.Plaut.Capt.
Eximere in libertatẽ. Liu.1.bel.Maced. Messanæ vt auxilio essent, primò in Siciliam conscenderunt iterum, vt Syracusas oppressas ab Carthaginiensibus,in libertatem eximerent.
¶Actionem eximere quando dicatur iudex, declarat Vlpianus l. sed etsi per Prætorem.5.ait Prætor.D.ex quibus causis maiores, Siue cui,inquit,per magistratus factum sine dolo malo ipsius actio exempta esse dicetur, hoc quoque,vt si per dilationes iudicis effectum sit vt actio eximatur,fiat restitutio.Actio autem exempta sic erit accipienda(vt paulo pòst inquit)si desit agere posse.
Ambitus longos eximere.Stat.4.Sylu.3.
Beneuolentiæ coniunctionem ex rerum natura eximere. Cicero de Amicit.
Eximere curam.Plaut.Casin.11,
Curam erue,curam exime.
Eximere diem, pro Extrahere.Liu.5.bel. Pun. Interim publicani Cascæ instare,vt concilio diem eximeret.
Diem dicendo eximere.Capito apud Gellium,lib.4.cap.10,C.Cæsar. Consul M. Catonem sententiam rogauit. Cato rem quam consulebatur, quoniam è Republicâ non erat, perfici nolebat. Eius rei gratia ducenda, longa oratione vtebatur, eximebáque dicendo diem,Id est prælonga oratione tempus censendi consumebat de-industria. Sic eximere horam. Cic. Philipp.6, Hoc bellum indiget celeritatis.succurrendum est D.Bruto.omnes vndique copiæ colligendæ.horam eximere nullam in tali ciue liberándo sine scelere non possumus. Eodem sensu dicimus Diem tollere.
Eximere diem ex mense.Cic.4.Verr.
Eximere dubitationem.Liu.5.bel.Pun.
Horam eximere.Vide paulo antè,in Diem dicendo eximere.
Labem concretam eximere.Virgil.6.Æneidos,
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem.
Eximere lassitudinem.Plautus Merc.4,
Nunquam ædepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent.
Eximit ipsa dies omnes de corpore mendas.Ouid.2.de Arte.
Ebrietas solicitis animis onus eximit.Horat.1.epist.5.
Otium eximere.Horat.4.Carm.ode 15,
Custode rerum Cæsare,non furor
Ciuilis aut vis eximet otium.
Exemisti tute huic pateram.Plaut.Amphit.
Prænomen è familia eximere. Quintil. lib. 3. cap. 7, Et post mortem adiecta quibusdam ignominia est, vt Melio, cuius domus solo æquata est: M. quc Manlio, cuius prænomen è familia in posterum exemptum est.
Eximere alicui scrupulum.Plin.lib.3.epist.ad Seruianum.
Eximere tempus.Cic.ad Attic.lib.4.72,Metellus calumnia dicendi tempus eximit.Id est,dicendo diem consumpsit.
Eximere tempus studiis.Plin.epist.49.
Tempus eximunt feriæ. Vlpianus in l. sed & si per Prætorem.6,si feriæ.D.ex quibus causis maiores, Se quum feriæ repentinæ tempus eximunt, restitutio duntaxat ipsorum dierum facienda est, non totius temporis.
¶Coniicere in ordinem, & Eximere, contraria. Cic. in Pisonem, Nulli coniicientur in ordinem,nulli eximentur.
Inde non eximam te. Terent.And.1.2.
De feritate alicuius loci eximi.Ouid.2.de Ponto,eleg.2,
Eximar vt Scythici de feritate loci.
¶Eximere de vel ex reis, in criminalibus causis id dicitur quod nunc vulgò *dare congedium* dicimus. Cic. 6.Verr. Condemnare Diodorum non audet,absentem de reis eximit. Idem 4.Verr.Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis,ob eam causam ne tu ex reis eximerêre, si ego non affuissem ad diem. Id est, ne tu necessitate obseruandi publici iudicij absolueris. Bud.
Eximere de vectigalibus. Cic. 2. Philipp. Agrum Campanum qui cum de vectigalibus eximebatur, vt militibus daretur,tamen infligi magnum Reipub.vulnus putabamus.
Nomen alicuius de tabulis eximere. Cic.pro Rosc.Amer. Cõtrarium eius est,Referre in proscriptos.
E vinculis aliquem eximere.Cic.in Orat.Primùm igitur cum tanquam è vinculis numerorum eximamus.
Eximere ex ærariis, Est condonare multam, Id est *quiẽtare emendam*. Cic.2.de Orat.Is enim qui te ex ærariis exemit, lustrum condidit,& taurum immolauit. Budæus.
Eximere ex culpa. Cic. 2. de Inuent. Postremò quas ad defensionem rationes reo dabimus, iis accusator ad alios ex culpa eximendos abuteretur.
Eximere ex manu manubrium.Plaut.Aulul.14.
Eximere ex miseriis.Plaut.Capt.16. Et Epid.13.
Ex obsidione aliquos eximere.Cic.Sextio,lib.5.6.
¶Eximere,cum ablatiuo,vt Eximere metu.Plautus Rud.6,
-exime
Hoc miseram metu.
Eximere obsidione. Plin.lib.7.cap.28, Cremonam obsidione eximit.Id est liberauit.
Eximere vinculis.Plaut.Capt.5,
-at postea pigeat
Nostrum herum,si vos eximat vinculis.
Eximere seruitute.Liu.4.bel.Maced.
Eximere seruitio.Liu 8.bel.Pun.Quòd Saguntum restituerint,deuéque Saguntinos seruitio exemerint.
Vmbris infernis aliquem eximere.Sil.lib.15,
Quis deus infernis quenquam nostrum eximat vmbris.
¶Eximere,cum datiuo constructum. vt Eximi noxæ, Absolui vel euadere condemnationem. Liu.8. ab Vrbe, Non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit.
Aceruo eximere aliquid.Ouid.1.Metam.
Eximere & exigere honoribus.Plin.epist.36. Id est excludere.
Eximere memoriæ.Sueton.in Claudio,cap.11.
Eximere notæ.Gell.lib.4.cap.20.
Eximere numero, id est Reiicere & excludere. Quintilian.libro 1.cap.5.
Numero beatorum aliquem eximere.Horat.2.Carm.ode 2.
Pœnæ aliquem eximere. Tacit.lib.14,Afinium Marcellum precesCæsaris,pœnæ magis quàm infamiæ exemere.
Eximere in ius vocatum quomodo dicatur, docet Paulus in l.sed eximendi. D. nequis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat, Sed eximendi,inquit,verbum generale est,vt Pomponius ait.Eripere enim, est de manibus auferre per raptum: eximere, quoquomodo auferre: vt puta, siquis non rapuerit quem, sed moram fecerit quominus in ius veniret,vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur,videbitur exemisse:quanuis corpus non exemerit. *Retenir & empescher celuy qui est adiourné de ne comparoir à son assignation.*
Reum eximere. Vlpianus in l. si interueniente. D. ad Senatusconsultum Turpilianum, Nec enim videtur desistere, qui exemptum reum non defert. Eximitur autem reus publica abolitione interueniente. *Donner grace à vn criminel,Le descharger de toute accusation, & mettre hors de procez.*

Eximere,

¶Eximere, Interimere.Propert.lib.3.eleg.18,
Nirea non facies, non vis eximit Achillem. Hoc est, à morte non (vt dicunt) præseruauit.
Exemptus, Participium {ἐξῃρημένος.} vt Exemptus dies. Cic. ad Q. frat. lib.2.10.
Fames exempta epulis.Virgil.1.Æneid.
Finis exempta.Lucret.lib.1.
Lapis exemptus.Paul,in l.pen.D.pro socio.
De spinis pluribus vna exempta.Horat.2.epist.2. Id est,vnum tantum de multis sublatum vitium.
Terra exemptus lapis.Marcell.in l.Pro regione.D. de acquirendo rer.dom.
Exemptilis, & hoc exemptile.penult.corr. {ἐξαιρέσιμος} Quod auferri & eximi potest. Colum.lib.8.cap.11,Sed idcirco sunt exẽptiles,vt quum res exigit, à paxillis deductæ liberum aditum conuerrentibus stabulum præbeant.
Margaritæ exemptiles. Vlp. in l. argumento. §. Margarita. D. de arg.& aur.leg.
Exemptio,Verbale {ἐξαίρεσις.} Colum.lib.3.cap.18, Quú enim per exemptionem imæ partes eorum præfractæ sunt, apertæ medullæ deponuntur. Ibidem,cap.19,Ne depressus altius,quàm adoleuerit,exemptionem difficilem præbeat.
Exemptor, Verbale {ἐξαιρετὴς} Qui eximit lapides sub terra. Plin. lib. 36. cap.15,Et inter plurima alia Italiæ miracula, ipsa marmora in lapidicinis crescere, author est Papyrius Fabianus,naturæ rerum peritissimus. Exemptores quoque affirmant compleri sponte illa montium vlcera.
Eximius, Adiectiuum {ἐξαίρετος,ὑπέρτιμος.} Donatus, Eximia pecora dicuntur, quæ à grege excepta sunt ad vsus dominorum suorum, vt viberius pascantur. Sed propriè eximij sunt porci maiores, qui ad sacrificandum excepti liberius pascuntur. Etenim boues qui ad hoc electi sunt,egregij dicuntur:& oues,lectæ,vt Virgilius,
-mactant lectas de more bidentes. Idem,
Quatuor eximios præstanti corpore tauros. Hactenus Donatus.
Eximium & præstans.Cic.2.de Orat.
Eximia & præclara ducere parua.Cic.1.Offic.
Eximia & pulchra virtus.Cic.1 de Finib.
Singularis & eximia virtus.Cic.pro Lege Manilia.
Eximium ingenium.Cic.Cecinnæ,lib.6.5.
Eximium vnum esse alterũ. Cic.1.Verr. Neque enim esset verisimile, quum omnibus Siculis faceret iniurias, te illi vnum eximium,cui consuleret,fuisse. Id est intactum, & ex numero exemptum.
In pugna eximius.Lucan.lib.3.
Decus eximium.Catull.Argonauticis,
-virtus quoque,
Etingeni solertis eximium decus Periere.
Facies eximia.Cic.7.Verr.Erat Nice facie eximia.
Facultas dicendi eximia.Quintil.in Procem.lib.1.
Forma eximia.Ouid.4.Metam.
Honos eximius & propè singularis.Cic.de Prouinc.Consul.
Eximia iniuria.Cic.in Verr.Sin hanc vos in rege tam eximiam iniuriam,tam acerbam neglexisse.
Laudes eximiæ.Catul.epig.106.
Eximius odor.Plin.lib.12.cap.12.
Pompæ eximiæ.Ouid.epist.9.
Virgo eximia specie.Sil.lib.17.
Eximia spe adolescens. Cic.ad Lentul.lib.1.7,Lentulú eximia spe, summæ virtutis adolescentem, cum cæteris artibus quibus studuisti semper ipse,tum in primis imitatione tui fac eruditas.
Eximius sumptus.Plaut. Trinum.8,
-nimis hercle
In hisce rebus sumptus est eximius.
Tauri eximij.Virgil.4.Georg.
Eximia velocitas.Plin.lib.7.cap.2.
Virtus eximia.Cic.pro Rosc.Amerino.
¶Eximium,vt vult Festus, inde dici cœptum,quòd in sacrificiis optimum pecus è grege eximebatur:vel quòd primum erat natum.
Eximiè,Aduerbium {ἐξαιρέτως} Excellenter.Lucret.lib.1,
Quæ bene & eximiè quanuis disposita ferentur.
Feroces eximiè.Claud.6.Paneg.
Eximiè ornatum templum.Liu.5.bel.Pun.
Eximiè vtilis.Plin.lib.20.cap.22.
Cœnare eximiè.Iuuenal.satyr.11,
Atticus eximiè si cœnat,lautus habetur:
Si Rutilus,demens.
Eximiè diligere.Cic.pro Archia.
Ex-improuiso {ἐκ τοῦ ἀφανοῦς.} Vide EX.
Exin,siue Exinde,Aduerbium ordinis,inquit Seruius,significat deinde,siue continuo & protinus. Cic.in Orat.Dein etiam,sæpe,& exin, pro Deinde & pro exinde dicimus. Virgil.7.Æneidos,
Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis,&c. Cic. 2. de Nat. deor.
Exin contortis aries tũ cornibus hæret. Ex antiquo poeta. Festus,
Exin metri causa dicitur pro exinde.
Exinde, Vna pars orationis est (inquit Seruius) & in tertia à fine accentum habet, licet penultima longa sit. Quod ideo factum est vt ostenderetur vna pars esse orationis,ne præpositio iungeretur aduerbio,quod vitiosum esse non dubium est. Virgil.6.Æneidos,
Quisque suos patimur manes,exinde per amplum
Mittimur Elysium. Cic. 3. de Legib.Exinde pecunias æquitatis ordines partiunto. Liu.1.ab Vrbe.
¶Exinde, ex quo. Macer in l.pen.D. de requir.reis.Annus exinde computandus est, ex quo ea adnotatio publicè innotuit. ergo & viginti annorum tempus exinde fisco numeratur,ex quo adnotatio publicè innotuit.
¶Exinde, Ex eo tempore. Iustin.lib.1.de Semiramide, Igitur brachia ac crura velamentis,tiara caput tegit.& ne nouo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum vestiri iubet: quem morem vestis exinde gens vniuersa tenet.
Exinanio,exinanis,pen.prod.exinaniui, exinanitum {ἐκκενόω} exinanire, Verbum ab Inanis nomine formatum: modò euacuare significat,modò attenuare,modò ad nihilum redigere.
Exinanire aluum. Plin.lib.27.cap.8,Ad exinaniendas aluos mensésque mulierum.
Exinanire nauem. Cic.7.Verr.In eum dissolutus,qui solus habuerit constratam nauem,& minus exinanitam.
Exinanire ouum. Plinius libro 10.cap.60, Oua sale exinaniri creduntur.
Exinanire vrinam.Plin.lib.8.cap.37.
¶Exinanire aliquem re. Cic.7.Verr. Imacharenses iam omni frumento ablato, iam omnibus iniuriis tuis exinanitos, tributum ferre miseros ac perditos coegisti.
Depopulari,vastare, exinanire,spoliare. Cic. 1. Verr. Siciliam prouinciam C.Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum ciuitates vastasse,domos exinanisse,fana spoliasse dicitur.
Vastare atque exinanire agros vectigales. Cic.5.Verr.Quum senserit ipsum omne instrumentũ aratorum,omnia subsidia vectigalium vendidisse, omnem spem posteritatis auaritia sua sustulisse, arationes & agros vectigales vastasse atque exinanisse.
Exinanitus,pen.prod.Participium {ἐκκενωθείς.} Cic.2.pro Lege agraria, Vectigalibus abalienatis,sociis vexatis,regibus atque omnibus gentibus exinanitis,illi pecunias habebunt,vos agros non habebitis.
Exinanitio,Verbale {ἐκκένωσις.} Plin.lib.13.cap.22, Succurrit aliquando præceps alui exinanitio.
Ex-industria {ἐκ προμελέτης} Vide EX.
Exinfulare, Exercere est,inquit Festus. infulas enim sacerdotum fulcimenta vocabant.
Ex-insidiis,Ex-insolentia,Ex-insperato,Vide EX.
Existimo, existimas,pen. corr. {δοκέω,ὑπολαμβάνω,λογίζομαι,γνωστοποιῶ} existimare,ab æstimo fit,diphthongo in i longã conuersa: quasi ab æstimatione fatuere atque decernere. Vide AESTIMO. Cic. 4. Verr.Certissimum accipite argumentum,quo facilius de singulari eius impudentia existimare possitis. Terent.Adelph.5.6,
-bonus es,quum hæc existimas.
Regali nomine dignum aliquem existimare.Cic.de Aruſp.resp.
Scire aliquid & existimare de re aliqua. Cic. pro Sylla, Sed quum videremus eorum criminum nos patronos adhiberi,quorum testes esse possemus: vterque nostrum id sibi suscipiendum putauit, de quo aliquid scire ipse atque existimare potuisset.
Aliter atque existimo. Cic.pro Domo sua,Proinde quasi isti aut de Cn.Pompeio aliter atque ego existimo,sentiant.
De alicuius ingenio bene existimare.Cic.Trebonio,lib.15.21.
De se bene existimare,seséque diligere.Cic.3.Offic.
Malè de aliquibus existimare. Cic. 2. Offic.Non enim omnes eos contemnunt de quibus malè existimant.
Existimare vere de re aliqua. Cic. pro Cælio, Etenim si attendere diligenter, existimare vere de omni hac causa volueritis, sic constituetis Iudices,&c.
De artibus aliquid existimare.Cic.2. de Orat.
Ex euentu, de consilio alicuius ex stimare. Cic. Lentulo,lib. 1. 7, Sed ex sententia sic & illi & nobis probabatur, vt ex euentu hominẽs de tuo consilio existimaturos videremus.
Ex aliorum & nostra mollitia, non ex ipsa virtute de virtutis robore existimare.Cic.5.Tuscul.
Suis moribus alterum existimare.Cic.in Sallustium,Define bonos peruicacissima confectari lingua: define morbo procacitatis isto vti, define vnunquenque moribus tuis existimare.
Facilius est existimare id,quàm scribere.Brutus Ciceroni,4.1.
Aliquid parui auditus existimare.Cic.1.de Inuent.
Operam suam existimare velle. Cic. 2. de Orat. Ita nonnulli dum operam suam multi existimari volũt, vt toto foro volitare, & à causa ad causam ire videantur,causas dicunt incognitas.
Ex his existimari potest de eius ingenio. Cic.de Claris Orat. Tum ipse L. Cotta veterator habitus, sed C. Lælius & P. Africanus in primis eloquentes, quorum extant orationes ex quibus existimari de ingeniis Oratorum potest.
Infantissimus & impudentissimus existimor.Cic.pro Cluentio.
Existimatur in probro.Plin.lib.6.cap.13.
Domi suæ quú primis honestus existimatus est M. Fulcinius. Cic. pro Cecinna. Et pro Cluentio.
Quid existimandum in causis,&c. Cic.in Orat. Quod si in Philosophia tantum interest, &c. quid tandem in causis existimãdum est, quibus totis moderatur oratio?
In existimando prudens.Cicero de Claris Orat.L.Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus.
Vt existimabatur. Cic.2.de Orat.Vt cum C.Fabricio P.Cornelius homo,vt existimabatur,auarus & furax,sed,&c.
Existimatu facile. Liu. 3. bel. Pun. Accitúmque ad se benignè appellat: multos eum inuidos inter populares habere:inde existimatur facilè esse,quòd nemo ciuis,&c.
Existimans,pen.corr.Participium {δοκοῦντος.} Cic.in Orat. Orationis subtilitas imitabilis illa quidem videtur esse existimanti: sed nihil est experienti minus.
Beneuolum & bene existimantem facere aliquem sua oratione. Cic. 2. de Orat. Ex his autem apud quos agetur,vt beneuolos,benéque existimantes efficiamus:quod agendo efficitur melius quàm rogando. Id est,de reo bene iudicantem. Budæus.
Existimatio, Verbale {δόκησις,ὑπόληψις,γνῶσις} quando accipitur actiuè, est opinio quæ differt à iudicio: est enim existimatio iudicium tacitum. Cic.pro Cluentio, Itaque nunc quemadmodum audiar,sentio, non modò ab his quorum iudicium atque potestas est, sed etiam ab illis quorum tantum est existimatio. Id est à corona. Idem pro

Cælio, Nam quod de pietate dixistis, est quidem ista nostra existimatio, sed iudicium certè parentis.

Communis existimatio. Liu. Decad. 3. lib. 3. non ita procul à fine, Huic pugnæ equestri rem, quam satis certam communis existimatio est, mirabilem certè, adiiciunt quidam annales.

Ingenij existimatio. Cic. 2. de Orat.

Tacita existimatione reprehēdi. Cic. de Prouinc. Consul. Sed non alienum esse arbitror, quo minus sæpe aut interpeller à nōnullis, aut tacita existimatione reprehendar, explicare breuiter quæ mihi sit ratio aut causa cum Cæsare.

Existimatio & reprehensio. Cic. 5. Verr. In hoc genere facilior est existimatio, quàm reprehensio.

¶Existimatio, Passiuè {δόξα.} vt Homo magnæ existimationis, id est famæ & nominis: quòd eum homines magni existimant. Hæc Valla lib. 3.

Existimatio (inquit Callistratus) est dignitatis illæsæ status legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto nostro, authoritate legum, aut minuitur, aut consumitur. l. 5. D. de extraordinar. criminib.

Caput & existimatio. Cic. 4. Verr. Quid enim debuit Prætor? quum consilio re cognita, quum compertum esset suum comitem, iuris, decreti, iudicij corrumpendi causa, quæ in re ipsius Prætoris caput, existimatióque ageretur, pecuniam accepisse, &c.

Dignitas & existimatio. Cic. 4. Verr. Nemo enim ignorat, quo hic in ciuitate sua splendore, qua apud omnes Siculos dignitate, atque existimatione sit. De Stenio.

Fama & existimatio hominum. Cicero pro Cælio, Equidem vt ad me reuerrar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam: & meus hic labor forensis vitæque ratio humanauit ad existimationem hominum paulò latius commendatione ac iudicio meorum.

Sine honore, sine existimatione, sine censu homo. Cic. pro Flacco.

Opinio & existimatio. Cic. Anteq. iret in exilium, Vtique sine hinc abiero, siue ero hic oppressus: ea maneat opinio & existimatio, quæ virtute parta, non quæ infelicitate illata est.

¶Existimatio bona. Cic. pro Fonteio.

Honor, studium virtutis, & fructus bonæ existimationis. Cic. pro Cluentio, Non ille honorem à pueritia, non studia virtutis, nō vllum existimationis bonæ fructum vnquam cogitarat.

Illæsa existimatio. Vlp. in l. quæ omnia. D. de procurat.

Integra existimatio, Vide INTEGER.

Præclaræ existimationis studiosus. Cic. 6. Verr.

Sanctissima alicuius existimatio. Cic. pro Rosc. Comœdo.

Secunda existimatio. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 7, Sub Caio demum fratris filio secundam existimationem circa initia imperij omnibus lenociniis colligente, &c. Hoc est, famam prosperam.

Summæ existimationis iudicia priuata. Cic. pro Rosc. Comœdo, Siqua enim sunt priuata iudicia summæ existimationis, penè dicam capitis: tria hæc sunt, fiduciæ, tutelæ, societatis.

Turpis existimatio. Cic. pro Cecinna.

Agi existimationem. Cic. Famil. 3.

Existimationem amittere, Vide AMITTO.

Colligere existimationem. Cic. in Verrem.

Existimationem suam committere alteri. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1, Si quis est in quo tam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuæ commiseris.

Conseruare existimationem. Cælius Cic. Famil. 8. Vlp. in l. quid ergo. §. ex compromisso. D. de iis qui not. infam.

Committere alicui existimationem, Vide COMMITTO.

Re & existimatione condemnare aliquem. Cicero pro Cluentio, Oppianico re, & existimatione iam, lege & pronuntiatione nondum condemnato.

Existimationi suæ consulere. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1, Sed habes eos tecum quos possis rectè facientes, facilè diligere: minus consulentes existimationi tuæ, facillimè coercere.

Existimatione damnatus homo. Cicero pro Flacco, Quid ergo vnus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, &c.

Existimationem dignitatémque ab inimicis defendere. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Ad existimationem dimanare, Vide DIMANO.

Esse existimatione. Cic. ad Q. frat.

Esse contra existimationem. Cic. Famil. 1.

Existimatione innocentiæ floruerunt Præturæ illæ. Cicero pro Fonteio.

Imminuere existimationem. Cicero, In quo dij immortales violati, existimatio atque authoritas Populi Romani imminuta est.

Lædere existimationem. Vlpianus l. 2. §. sed & si. D. de iis qui not. infam.

Offendere existimationem alicuius. Cic. pro Plancio. Vide OFFENDO.

Oppugnare existimationem. Cic. Famil. 3.

Parere existimationem. Cicero pro Sylla, Quod ad tempus existimationis partæ fructus referabitur, si in extremo discrimine ac dimicatione fortunæ deserueris, si non aderit, si nihil adiuuabit?

Perdere aliquid de existimatione. Author ad Heren. lib. 4.

Reconciliare existimationem. Cic. 5. Verr.

Seruire existimationi. Cic. ad Attic. lib. 5.

Contra existimationem alicuius venire. Cicero ad Atticum, libro 1. 1.

Venire in diserimen existimationis. Cic. Verr. 1.

In existimationem venire. Cic. lib. 2. de Inuent.

Existimationi hominum se venditare. Cicero, Non aliqua re, aut simulatione Popul. Roman. existimationi se hominum venditasset.

Ex istimationem verere. Cæsar 5. bel. Gal.

Vi olare existimationem alicuius. Cic. Philippo, libro 13. 74, Nisi quòd existimas in ea re violari existimationem tuam.

Existimator, pen. prod. Verbale masculinum {ὁ τιμητὴς, ὁ τιμολογητὴς.} Cic. 3. de Orat. Neque ea quum dicerem, me esse histrionem necesse esset, sed forasse non stultum alienì artificij existimatorem.

Existimator & Magister, quid differant, constat ex Cicerone in Oratore, Meminerimus, inquit, nihil nos præcipiendi causa esse dicturos: atque ita potius acturos, vt existimatores videamur loqui, nō magistri. Quasi velit magistrum eum esse, qui docet vt est res: existimatorem, qui vt putat, & existimat.

Doctus & intelligens existimator. Cic. de Claris Orat. Vide INTELLIGO.

Existo, existis, exsti, exstitum, penult. corr. {ἐμφανίζομαι, ὑπάρχω, γίνομαι, αἰσθάνομαι, ἐξαναλίσκομαι} existere. Valla libro 5. Existit atque extat, quorum verborum vnum atque idem præteritum est, simile quiddam significant, quod est eminet & superest. Sed primum eum motu, alterum sine motu: vt illud sit prodit vel exurgit: hoc verò, superstat.

Existit & apparet. Cic. 1. Tuscul. Sed nescio quomodo inhæret in mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum: ísque in maximis ingeniis, altissimísque animis & existit maximè, & apparet facillimè.

Extare & existere. Cic. 2. de Diuinatione, Quicquid enim oritur, qualecunque est, causam habeat à natura necesse est: vt etiam si præter consuetudinem exiterit, præter naturam tamen non possit existere.

Existere & esse. Cic. Pulchro, lib. 3. 11, Nec tam gloriosum exitum tui iudicij extitisse, sed tam prauam inimicorum tuorum mentem fuisse mirabar.

Creare, existere, & erumpere. Cic. pro Rosc. Amerino, In vrbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erúpat audacia.

Existere ab inferis. Liu. 9. bel. Maced. Etsi existat hodie ab inferis Lycurgus, gaudeat ruinis eorum. Et apud Ciceronem 3. Verr.

Ex aliqua familia existere. Cic. pro Cælio.

In auras existere. Lucret. lib. 5.

In lucem existere. Lucret. lib. 2,

-quoniam nequeunt sine luce colores

Esse, neque in lucem existunt primordia rerum.

Subitò existere. Cic. de Claris Orat. Tum etiam magistri dicendi multi subitò exstiterunt.

Plures in omnibus artibus quàm in dicendo admirabiles extiterunt. Cic. 1. de Orat.

Vnde & amicitia existebat, & iustitia, & æquitas. Cicero 1. Academicarum quæst.

Animo Consulari in Rempub. existere. Cic. Planco, lib. 10. 6.

Nota omnibus, vel ipsa nouitate temporum clarissima & maxima beneficia vnius in alterum existere. Cic. Curioni, lib. 2. 5.

Existat ergo ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest. Cic. pro Corn. Balbo.

Minimam copiam egregiorum poetarum extitisse. Cicero 1. de Oratore.

In capite alicuius extitit corona ex herbis. Cicero 2. de Diuinatione.

Ne in eum existam crudelior. Cicero ad Atticum, libro 10. 203. Id est fim.

Eloquentiam existere talem qualis fuerit in Crasso. Cicero 2. de Oratore.

Summersus equus voraginibus non extitit. Cic. 1. de Diuinat.

Fautorem & adiutorem cuiusque dignitatis existere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.

Fidem in rege existere. Cic. pro Rabir. Posth.

Sic insulsi extiterunt, vt nihil illud eorum nisi ipsa insulsitas redatur. Cic. 2. de Orat.

Repentè lætus extitit. Cic. 1. de Diuinat.

Ex quo magnitudo quoque animi existebat. Cic. 4. de Finib.

Sine principiis nihil potest existere. Lucret. lib. 1.

Officium extitit amici in periculis aut adeundis aut communicandis. Cic. de Amic.

Patronum alicui causæ existere. Cic. pro Rosc. Amer.

In genere mathematicorum multi perfecti homines extiterunt. Cic. 1. de Orat.

Poetam bonum neminem sine inflammatione animorum existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris. Cic. 2. de Orat.

Existit autem hoc loco quædam quæstio subdifficilis. Cicero de Amicitia.

Senectus diuturnitate temporum existit. Cic. 4. Acad.

Similem auorum existere. Lucret. lib. 4.

Infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus indiuiduis existit. Cic. 1. de Nat. deor.

Philosophandi nobis subitò studium extitit. Cicero 1. de Natura deorum.

Sudor existit toto corpore. Lucret. lib. 3.

Existet ex victoria tyrannus. Cic. ad Atticum, lib. 7. 125. Id est emanabit, enascetur.

In animis existunt maiores etiam varietates, vt in corporibus magnæ dissimilitudines sunt. Cic. 1. Offic.

Virtute & consilio præstanti existere. Cic. pro Sexiio.

E virtutibus beata vita existit. Cic. 2. de Nat. deor.

Vox extitit ex aliquo loco. Cic. 1. de Diuinat.

¶Existunt hæc ei. Cic. 2. de Nat. deorum, Siqui dentes & pubertatem natura dicat existere, ipsum autem hominem cui ea existāt, non constare natura.

¶Existere conditio Iureconsultis dicitur, quando mora amplius dilui non potest. Ex cap. 9. lib. 3. parerg. Alciat.

¶Existere, operari est & efficere. Monuit Zazius in gloss. nouis ad l. in ratione. D. ad l. Falcid.

Exitialis, Exitium, Exitus, Vide EXEO.

Exiuro, exiuras, penult. prod. {ἐξόμνυμι} exiurare. Antiquum, pro Iuramento

Iuramento asserere & affirmare. Plaut. Amphit. 11,
Quando exiurasti te mihi dixisse per iocum.

EXL

Exlex, exlegis, pen. prod. Adiectiuum {ἄνομος} Qui sine lege viuit. Lucilius Sat. libro 2, Non dico, vincar licet, & vagus exuler, erret exlex. Varro, Postremò quæro, parebis legibus an non? ánne exlex solus viuis? Cicero pro Cluentio, Non quo illi aut exlegem esse Syllam, aut causam pecuniæ publicæ contemptam atque abiectam putarent, sed, &c. Horatius in Arte, -& potus & exlex.

Exloquor, pen. corr. exloqueris {ἐξαυδάω} exloqui, pro Eloqui & palàm atque aperte ac distinctè dicere vsurpauit Plautus Milit. 12, Nempe ludificari militem tuum herum vis? PA. exlocuta es.

EXO

Exobsecro, exobseeras, pen. corr. {ἱκετηρίαν} exobsecrare, Vehementer obsecrare. Plaut. Asin. 5,

Supplicabo, exobsecrabo, vt quenque amicum videro. Antiquum.

Exocœtus, Pisces. Plin. lib. 9. cap. 19, Miratur & Arcadia suum exocœtum, appellatum ab eo quòd in siccum somni causa exeat. Circa Clitorium vocalis hic traditur, & sine brāchiis: idem aliquibus adonis dictus.

Ex-occulto, Vide EX.

Exoche, pen. corr. {ἐξοχὴ} Latinè dicitur eminentia, vel excellentia. Vnde κατ' ἐξοχὴν dicitur per excellentiam. Virgil. 1. Georgicorum,

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. Vbi Seruius, Pelusium vnum est de septem ostiis Nili, vbi optima lens nascitur. Vnde κατ' ἐξοχὴν loquutus est.

Exoculo, exoculas, pen. corr. {ἐξοφθαλμόω, ἐξοφθαλμίζω} exoculare, Exturbare siue offendere oculum. Apuleius, Cæcam & prorsus exoculatam esse fortunam. Id est oculis priuatam.

Exoculasso, exoculassis, exoculassere, Idem. Plaut. Rud. 18,

Vos adeo, vbi ego innuero, si nō ei caput exoculassitis, &c. Ibid. 19, Sihercle illic illas hodie digito terigerit

Inuitas, nisi tunc illum vos exoculassitis, &c.

Exodium, exodij {ἔξοδιον} vt inquit Nonius, dicitur finis. à Græco tractum, quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ: Id est extra viam. Varro, Quū in vinculis publicis esset, & iam bibisset κώνειον in exodium vitæ. Idem, Vitę cursum vt cognoscere possem, & quæ seruitutis & libertatis ab origine ad exodium ductæ. Idem, Quod cœperas modò in via narrare, vt ad exodium ducas. Apuleius, Nullum ego eius rei exodium inueniebam. Sueton. in Tiberio, cap. 45, Vnde vox in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebruit, Hircum vetulum capreis naturam ligurire.

Exodia quid sint, docet Liuius libro 7. ab Vrbe, his verbis, Postquam lege hac fabularum ab risu, ac soluto ioco res auocabatur, & ludus in artem paulatim verterat, iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo, ridicula intexta versibus iactitare cœpit. quæ inde exodia postea appellata, conferтáque fabellis potissimum Atellanis sunt. quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus: nec ab histrionibus pollui passa est. Hæc ille. Iuuenal. satyr. 6,

Vrbicus exodio risum mouet Atellanæ

Gestibus Autonoes. Iulius Pollux lib. 4. cap. 15, Exodium est carmen quod exeuntes cantabant. Et hæc quidem propriæ vocis significationi magis conuenit expositio. Hinc

Exodiarius, exodiarij. Marcellinus, Vt in omni spectaculo, exodiario, venatori, aurigæ, & histrionum generi omni.

Exodium, Exitum. Festus. Alij legunt Exodum.

Exolesco, exolescis, exolui & exoleui, exoletum, penult. prod. {ἐξίσταμαι, ἐκπαρέρχομαι, διαπίπτω} exolescere, Adultum fieri, & desinere. Plautus, Reliqui domi exoletam virginem.

¶Exolescere, Veterem fieri, deficere. Columel. lib. 2. cap. 18, Multa sunt, vt dixi, quæ negligentia exolescant, & fiant sterilia.

Exolescere & deficere. Plinius lib. 37, Carchedonij nescio an in totum exoleuerint, postquam metalla æris ibi defecerunt.

Ætas exoleuit ad. Cic. in Sallustium, Ætas tua iam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuisset, exoleuerat.

Nullo exolescet æuo. Stat. 1. Sylu. 6,

Quos ibit procul hic dies per annos?

Quàm nullo facer exolescet æuo?

Amictus exolescunt. Tacitus lib. 14, Græci amictus, quos per eos dies plerique incesserant, tum exoleuerant.

Cladem exolescere. Tacitus libro 4, Nondum ea clades exoleuerat.

Disciplina exolescit. Tacit. lib. 11, Ne vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exolesceret.

Vetustate exolescere. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Dolor exoleuerat. Tacit. lib. 5.

Exoleuit fauor. Liuius 2. ab Vrbe, Quum & patres haud minus quàm pro Coriolano annixi essent, & patris Agrippæ fauor haud dum exoleuisset.

Iniuria exoleuit. Vlpianus in l. item si cum exceptione. §. j. D. quod met. caus.

Instituta exolescunt. Tacit. lib. 20, Nihil euenisse cur antiquitus instituta exolescerent.

Exolescit metus. Plin. epist. 4, Nam mitium dominorum apud seruos ipsa consuetudine metus exolescit, nouitatibus excitatur: probarique dominis per alios magis, quàm per seipsos laborant.

Exoletus, pen. prod. Participium {ἐξεναμένος.} Quintil. lib. 8, Obscuritas fit in verbis etiam ab vsu remotis: vt si commentarios quis Pontificum, & vetustissima fœdera, & exoletos scrutatus authores, id ipsum petat.

Exempla annalium vetustate exoleta. Liu. lib. 7. Decad. 3, Prætor non exoletis vetustate annalium exemplis stare ius, sed recentissimæ cuiusque consuetudinis vsu volebat.

Memoria iam exoleta. Liu. lib. 7. Decad. 4, Res aut nouæ, aut vetustate exemplorum memoriæ iam exoletæ.

Exoletum vetustate odium. Liu. 2. ab Vrbe, Arte agendum in exoleto iam vetustate odio, &c.

Stirps exoleta. Liuius libro 7. Decad. 4, Bellicosiores ea tempestate erant Gallogræci adhuc, nondum exoleta stirpe, gentis seruantes animos.

¶Exoletus, pen. prod. {ἔξωρος} Substantiuum, pro scorto masculo ponitur, præcipuè iam adulto, apud Suetonium in Tiberio Cæsare, cap. 43. Cic. pro Milone, Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

¶Exoletus, Festus, Qui adolescere, id est crescere desiit.

Exoluo, exoluis, exolui, exolutum, pen. prod. {ἐκλύω, ἀποτίνω} exoluere, Idem quod soluere. Plaut. Capt. 9,

-iussi ilico hunc exolui, nunc sequere me. Idem Epid. 3,

Aliqua ope exoluam, exercabor aliqua.

Exoluere cistellam. Plaut. Amphit. 8.

Nexus exoluere. Lucret. lib. 1.

¶Exoluere ærumnas duas vno labore. Plaut. Amphit. 5,

Pater curauit vno vt fœtu fieret,

Vno vt labore exolueret ærumnas duas.

Exoluere æs alienum. Plinius epist. 55. Cic. 5. Verr. Hac ille vi & hoc meru adductus, tantum Decumanis, quantum iste imperauit, exoluit. Liuius 6. ab Vrbe, Ea res fi palàm fiat, exolui ære alieno posse.

Amictus exoluere. Stat. 1. Sylu. 5.

Animum exoluere nodis. Lucret. lib. 4, -arctis

Religionum animum nodis exoluere pergo.

Culpa exoluenda. Tacit. lib. 20, Coniectis in eum telis, initium exoluendæ in posterum culpæ fecere.

Curis exoluere. Virgil. 4. Æneidos,

-méque his exoluite curis.

Exoluere dotem. Plin. de Viris illustribus, Ob huius licentiam & paupertatem post mortem eius dos vxori, nisi venditis possessionibus, non potuit exolui.

Exoluere fidem. Plinius epist. 36. Liuius 4. bel. Punici, Nunc exoluta iam fide publica, ne distrimen omne virtutis ignauiæque pereat, &c.

Glaciem exoluere. Lucret. lib. 6,

Murat & exoluit glaciem, nodósque relaxat.

Gladios exoluere culpa. Lucan. lib. 7,

Nunc pugnate truces, gladiósque exoluite culpa.

Grates exoluere. Valer. 7. Argon.

Honores exoluere. Valer. 5. Argon.

Metus exoluere. Lucan. lib. 5,

-quippe ipsa metus exoluerat audax

Turba suos.

Omnibus è neruis, atque ossibus, articulísque exoluere aliquem. Lucret. lib. 3. Et lib. 1,

-amisso iam corpore, vita quoque omnis

Omnibus è neruis atque ossibus exoluatur.

Exoluere nodum alicuius erroris, per translationem. Liu. 10. bel. Maced.

Obsidium exoluere. Tacit. lib. 3, Ipse robur peditum ad exoluendum obsidium ducit.

Pœnas exoluere, Id est luere. Patercul. lib. 2, Ille quidem malè consultorum pœnas exoluit.

Pœnas morte exoluere. Tacit. lib. 1.

Exoluere pœnas, præmiáque multis pro cuiusque merito. Liu. 6. bel. Pun. Quarum ciuitatum principibus quum pro cuiusque merito c o s. præmia, pœnásque exoluisset.

Pœna aliquem exoluere. Tacit. lib. 14, Titurium, & Caluisium pœna exoluit.

Pondere exolui. Sil. lib. 13.

Exoluere pretium. Plaut. Menæch. 21,

Prope est quando herus quid quod faciam, pretium exoluet mihi.

Promissa exoluere. Tibul. lib. 4. eleg. 7,

Exoluit promissa Venus mea gaudia.

Exoluere quod promisimus. Cic. 3. Offic.

Pudore aliquem exoluere. Tacit. lib. 14, Donec Priscus & Alphenus desertis castris ad Vitellium regressi, pudore proditionis cunctos exoluunt.

Pugionem à latere exoluere. Tacit. lib. 19, Postremo stetu præpediente, assistente Consuli (Cæcilius simplex erat) exolutum à latere pugionem, velut ius necis, vitæque ciuium, reddebat.

Exoluere religione, Est scrupulum adimere. Liu. libro 9 ab Vrbe, Exoluamus religione populum, siqua obligauimus. Idem lib. 3, Cauillari tum Tribuni, & populum exoluere religione velle: priuatum eo tempore Quintium fuisse, quum sacramento addicti sunt. Id est cœperunt Tribuni dicere, nulla religione sacramenti obstrictum esse populum, qui in verba priuati hominis iurasset: nec metuendum periurium, si imperio eius non paruisset. Hæc Budæus. Idem Liu. 8. ab Vrbe.

Exoluere aliquem solicitudine. Plin. Iunior lib. 1. epist. 22. ad Catilium Seuerum.

Exoluere aliquem ea re qua suspectus est alteri. Terēt. Hecyr. 5. 3, Qua re suspectus suo patri & Philippo fuit, exolui.

Exoluere se suspicione. Terent. Hecyr.

Illas errore, & te simul suspicione exoluas.

Venas exoluere. Tacitus lib. 16, At Mella (quæ tum promptissima mortis via) exoluit venas.

Exoluere vinculis. Plaut. Trucul. 17,

-subegit verum faceri, ita lora lædunt

Brachia. c. at si verum mihi eritis fassæ. 4. vinclis exolue.

Exoluere vota. Plautus Amphit. 10. Liuius libro 1. belli Punici, Annibal quum recensuisset omnium auxilia gentium, Gadeis pro-

fectus,Herculi vota exoluit : nouisque se obligat votis, si cætera prospera euenissent.

¶Exoluit,terrasyllabum.Ouid.4.Fastorum,

Longámque imprudens exoluisse fidem.

Exolutus,penult.prod. {ἐκλελυμένος} Participium. vt Compede exoluta. Stat.1.Sylu.6,

Saturnus mihi compede exoluta

Et multo grauidus mero December,&c. Adfuit.

Nexus legis exoluti. Tacit.lib.3.

Exomides,exomidum,pen.corr.fœm.gen.plur. numeri sunt authore Festo comici vestitus exertis humeris. scribitur ἐξωμίς.

Exomnis, & hoc exomne, vel Exsomnis, & hoc exsomne, Sine somno, perutgil. Paterculus libro 2. sub finem, Tiberius Cæsar Sciani Ælium singularem principalium onerum adiutorem in omnia habuit atque habet, virum seueritatis lætissimæ, vultu vitáque tranquillum,animo exsomnem. *A qui s'efforce ne dort iamais.*

Exomphalum {ἐξόμφαλον} Vmbilici vitium, quum plus æquo extat. Celsus,Vmbilicum prominentem:Plinius,Prociduum appellat.

Exonero,exoneras,pen.cor. {ἀποφορτίζω} exonerâre,Alleuare,& quasi onus detrahere. Plin.lib.11. cap.10, Excipiunt ea ternæ aut quaternæ atque exonerant.

Exonerare corpus. Plin.lib.8. cap.26. Atque ita profluuio sanguinis morbidum aliàs corpus exonerat.

Plenas colos exonerare,Nêre filum. Ouid.3.Fastorum,

-lanam mollire puellæ

Discant,& plenas exonerare colos.

Exonerare ventrem.Martial.lib.10,

Exoneraturas ventrem mihi vallica maluas,

Attulit,& varias,quas habet ortus,opes.

¶Exonerare aliquid in aurem alterius.Seneca epist.3.

Exonerare aliquem metu.Liu.2.ab Vrbe,Amicus abi,exonera ciuitatem vano forsitan metu.

Odijs exonerare aliquid.Ouid.1. Trist.eleg.3,

Attamen hanc odijs exonerate fugam. Deos precatur vt ab exilio reuocari possit.

Caput exonerare tenebris.Ouid.ad Pisonem.

Exonerare conscientiam.Curtius lib.6.

Curas Bacchus exonerat graues. Seneca Hippol.4.

Liberare & exonerare fidem suam.Liu.5.Decad.lib.2,Functus necessario mihi officio, & quodammodo liberata atque exonerata fide mea.

Pignus suum exonerare. Florent.in l.quum & sortis,D.de pignor. action.

Pios exonerare,Onerare nocentes.Ouid.ad Pisonem.

Quæstus exonerare. Lucan.lib.9,

-sic dura suos patientia quæstus Exonerat

¶Exonerari,pro Deponi.Tacitus libro 18,Exundantem per Egitum multitudinem ducibus Ierosolymo ac Iuda, proximas in terras exoneratam.

Exoneratio, Verbale, Actus ipse exonerandi. Vlp. in l. ex conducto.§. vbicunque.D.locati.

Ex-opinato, Vide EX.

Exopto,exoptas {ἐξευχομαι,ἐπιθυμέω} exoptare,Vehementer optare. Terentius Andr.5.5,

Sed quem ego potissimum exoptem núc mihi,cui hæc narrem,dari?

Cic.4. Tusculan.Complexum exoptans mulier. Et pro Cluentio,Exitium exoptare.

Maximè optare. Cic.Q.frat.lib.1.2, Nunc ea cognosce,quæ maximè exoptas.

Gratulari alicui, & vt sempiternæ laudi sibi sit aliquid exoptare. Cic.Curioni,lib.2.6.

Exitium aliquem exoptare.Cic.Attico,lib.9.184.

Pestem alicui exoptare,& ipsum execrari.Cic.in Pisonem.

Exoptare,cum infinitiuo. Cic.Sulpitio,libro 4.6,Ego autem cum multis de causis te exopto quamprimum videre,&c.

Exoptans,Participium {ἐπιθυμῶν.} Silius libro 10,

-in illa

Exoptans animam certantem ponere dextra.

Exoptatus, pen. prod. Participium {ἐπιμένος.} Cic. pro Rosc. Amerino, Non modò vt exoptatum inimico nuntium primum afferret, sed etiam cruorem inimici,&c.

Exoptatus, Nomen ex participio {ἐπιθυμητός.} vt Parens exoptatus. Cicero ad Atticum,libro 5.103, Nihil exoptatius aduentu meo,nihil charius.

Exoptatissima gratulatio.Cic.ad Attic.lib.4.70.

Exoptabilis,pen.corr. Adiectiuum {ἐπιθυμητός.} vt Tempus exoptabile. Sil.lib.11.

Exorabilis,Exorabula, Vide EXORO.

Exorbeo,exorbes,exorbui,exorptum {ἀποφορέω} exorbêre,Idem quod sorbere & exhaurire.Plaut.Epid.5,

Iam ego me vertã in hirudinem, atque horũ exorbebo sanguinem.

Horat.2.Serm.satyr.3.

Auidis linguis aliquid exorbere.Ouid.6.Fast.

Exhaurire & exorbere. Cic. de Arusp.resp. Quæ tantos exhaurire gurgites possit, quantas ipse Byzantiorum, Brogitarorúmque prædas exorbuit?

Exorbuit quisque ouum.Plin.lib.26.cap.2.

¶Exorbere,per translationem.Iuuenal.satyr.10,

-quot longa viros exorbeat vno

Maura die.

Exorbere difficultatem. Cicero pro L.Murena, Arrogantiam pertulit, difficultatem exorbuit, vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum.

Exorbere ciuilem sanguinem. Cic.2.Philip.Gustaras ciuilem sanguinem,vel potius exorbueras.

Sanguinem decolorem exorbere.Cic.2. Tuscul.

¶Exorbebo,Futurum antiquum pro exorbeam.Plaut.Epidico,

Iam ego me conuortã in hirudines, atque horũ exorbebo sanguiné.

Turpilius Leucadia,Iam ego istã tibi tristitiam exorbebo. Nonius.

Exorbito, exorbitas,penult.corr. {παρεκτρέπομαι} Ab eo quòd rectum est aberro, quasi ex orbita recedo. Augustinus lib.9.de Ciuitate Dei, Non eis credentes ad aliquid approbandum,vel perpetrãdum,quod exorbitet ab itinere sapientiæ,& lege iustitiæ.

Exorbo,exorbas, {ἐκτυφλόω} exorbâre, Priuare oculorũ luce, & veluti cæcum & oculis orbum facere.

Exorbare animam alicuius.Plaut.Bacchid.19,

Iam illorum ego animam amborum exorbabo oppidó. Antiqua loquutio.

Exorcismus {ἐξορκισμὸς} Idem quod adiuratio, quum scilicet homini dæmoníve cuipiam magico carmine, vel efficacibus sacræ scripturæ verbis necessitas imponitur proloquendi ea de quibus rogatur. Quo genere adiurationis qui vtuntur, exorcistæ Græco vocabulo appellantur. Hoc verbo vsus est Lucas in Act.Apost.cap.19.

Exorcizo, exorcisas, exorcizare {ἐξορκίζω} Abiurare & execrari. Vlpianus l. 1. D. de exer. cognit. Non tamen si incantauit, si imprecatus est, si, vt vulgari verbo impostorum vtar, exorcisauit, non sunt ista medicinæ genera, tametsi sint qui hos sibi profuisse cum prædicatione affirment.

Exordesco,Vide EX SORDESCO.

Exordine, Vide EX.

Exordium,exordij, Principium {ποιήσεως,ῥήσεως,ἀρχή.} Plin. libro 6. cap. 33, Vniuersus autem circuitus per sinus dictos ab eodem exordio colligit ad Mæotin lacum CLVIM passuum.

Fit exordium.Lucret.lib.2,

Magnarum rerum fierent exordia semper.

Cunctarum rerum exordia,Elementa.Lucret.lib.3.

Primis seminibus exordia omnia concreuerunt. Virgil.6.ecloga,

-vt his exordia primis

Omnia & ipse tener mundi concreuerit orbis.

Exordium mali. Cic.1.de Inuent. Atque huius quoque exordium mali,quoniam principium boni diximus,explicemus.

Primæ pugnæ exordia.Virgil.7.Æneidos,

Expediam,& primæ reuocabo exordia pugnæ.

Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium. Cic. de Vniuers.

Exordium pullum. Quintil.lib.5.cap.10,Non possum togam prætextam sperare, quum exordium pullum videam. Vbi interpres, Exordium cum aliarum rerum,tum verò textulium,quales sunt prætextæ principium dicitur.

¶Genera exordiorum describit Cicero 2.de Orat.Postremò soleo cogitare quo vtar exordio. nam siquando id primum inuenire volui,nullum mihi occurrit,nisi aut exile,aut nugatorium,aut vulgare atque commune. Author ad Heren.lib.1.

Exordium, est principium orationis, per quod animus auditoris vel iudicis constituitur,vel apparatur ad audiendum. Author ad Herennium.

In dicendi exordio summos etiam Oratores permoueri animaduersum est.Cic.1.de Orat.

¶Scribendi exordium aliquibus temporibus capere. Cicero 1.de Legibus.

Exordium dare,pro Incipere.Quintil.lib.10.cap.1,Virgilius apud nos auspicatissimum dederit exordium.

Ducere exordium ab aliquo. Quintil.lib.4. cap.1, Exordium duci nonnunquam etiam ab actore causæ solet.

A prudentia totius vitæ exordium ducere.Cic.5.de Finib.

Inducere exordium.Vide INDVCO.

Sempiternæ sapientíque vitæ inducit exordium animus. Cic. de Vniuers.

Nascitur exordium.Cic.1.Tuscul. Vide NASCOR.

Repetita exordia retro.Sil.lib.7,

-repetita exordia retro Incipit,&c.

Sumere nouum audiendi exordium.Quintil.lib.4.cap.4.

Sumere prima exordia.Virgil.4.Æneidos,

-quo nunc reginam ambire furentem

Audeat affatu?& quæ prima exordia sumat?

Exordior, exordiris,pen.prod.exorsus sum {ἐξάρχω,ἄρχομαι,ἐξηγέομαι,ποιέω,ῥήσεις ἐξυφαίνω} exordiri,Incipere significat.Cic.4.Academ.Quum ita esset exorsus,ad audiendum animos ereximus. Ibidem,lib.1, Tum Varro ita exorsus est.

Exordiri & Retexere,contraria. Cic.2.de Orat. Multa quærendo reperiunt,non modò ea quæ iam nõ possint ipsi dissoluere, sed etiam quibus antè exorsa, vel potius detexta, propè retexantur. Sumpta est à textoribus metaphora.

Exordiri & Perorare,contraria.Cic.2.de Orat.

A re ipsa exordiri in paruis atque frequentibus causis commodius est.Cic.2.de Orat.

Non glorioſè exordiri,magísque à veritate quàm à dignitate.Cic. 2.de Orat.

Ab aduersarij dicto exordiri, & ab eo maximè quod ille nuperrimè dixerit.Author ad Heren.lib.1.

A principio exordiri.Cic.2.de Diuinat.

Pertexere quod exorsus est aliquis.Cic.2.de Orat.

¶Exordiri, cum infinitiuo. Cicero 1. de Finibus, Tum dicere exorsus est.

Exordiri argutias.Plaut.Bacchid.2,

Etiam me aduersus exordire argutias,

Qui si decem habeas linguas, mutum esse addecet?

Bellum exordiri. Liuius, Cum Fidenatibus à causa tam nefanda bellum exorsus,atrox dimicatio instabat.

Exordiri consilia.Plaut.Asin.3,

Quin te quoque ipsum faciam haud magni,si hoc patro.

Pergam quo occœpi,atque ibi consilia exordiar.

Exordiri facinus.Plaut.Bacchid.15,

Nescis quid ego acturus sim,neque facinus quantum exordiar.

Exordiri orationem. Cicero 1. de Orat.In exordienda oratione perturbantur.

Exorsus,Participium {ἐξηρξάμην.} Cicero pro Cælio, Quid tumultuaris soror? quid insanis? quid clamore exorsa, verbis paruam rem magnam facis?

Exorsus rem.Plaut.Persa,13,

Hanc ego rem exorsus sum facerè & callidé.

Exorsa,Substant.neut.g.plu num. {ἐφηβόντα.} Virg.10.Æneidos,

-sua cuique exorsa laborem Fortunámque ferent. Exorsa (inquit Seruius) id est Imtia,actus hodiernæ diei.

Longa exorsa.Virg.2.Georgicorum,

-non hic te carmine ficto,

Atque per ambages & longa exorsa tenebo. Id est simpliciter vniuersa describam:neque vt in Æneide,aliquibus figmentis aut vllis vtar ambagibus. Longa autem exorsa, dicit Procœmia longè repetita: quæ constat esse vitiosa. Seruius.

Exorsus, huius exorsus, masc.gen. Idem {ἀρχή.} Cic.pro L.Manil.Sed pro vestri imperij dignitate atque gloria,quoniam is est exorsus orationis meæ.

Exorior,exoriris,pen.prod.vel exoreris,pen.corr.exortus sum {ἐξανατέλλω} exoriri,Emergere,exurgere.Lucret.lib.2,

Nanque aliis aliud præstantius exoreretur.

¶Exoriri,surgere.Fest.

Exoriri & nasci, Extingui & opprimi, contraria. Cic.2.pro Lege agraria, Hic verò in oculis Senatus Populíque Rom.nihil posse existere, quod non antè extingui atque opprimi posset, quàm planè exorum ac natum esset.

Ex alienigenis quæ terris exoriuntur. Lucret.lib.1.

In oras luminis exoriri.Lucret.lib 1.

Procliuius exoriri de. Lucret.lib.2,

-multo procliuius exorientur

Candida de pullo,quàm nigro nata colore.

Clamor exoritur.Ouid.1. Trist.eleg.3,

Tunc verò exoritur clamor,gemitúsque meorum,

Exoritur illi color ex temporibus.Plaut.Menæch.17.

Dies exoritur.Lucan.lib.1.

Discordia exoritur inter ciues.Virg.12.Æneidos,

Exoritur trepidos inter discordia ciues.

Exoriuntur dolores vtero. Plaut.Amph.17.

Exoritur fama,Liu.6.ab Vrbe, De Præstinorum quoque defectione eo anno primùm fama exorta.

Fragor exoritur.Stat.3.Thebaid.

Honestum ex virtutibus exoritur.Cic.5.de Finib.

Noua quædam illa immanitas exorta est.Cic.pro Sylla.

Iniuria vnde exorta est,ad eum plerunque reuertit.Lucret.lib.5.

Nefaria libido mulieris importunæ repentè exorta est. Cicero pro Cluentio.

Nulla exorietur mora,quominus, &c. Cæsar 2.bel.Ciuil.Nullam exoriri moram posse,quominus quum venissent,si imperata non facerent,ad nutum euestigio diriperentur,&c.

Motus nouus vetere semper exoritur.Lucret.lib.2.

Post solstitium natura exoritur.Cic.2.de Diuinat.

Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio. Cicero Lentul.lib.1.

Exoritur stella.Plaut.Rud.2.

Exortus timor ex conscientia peccatorum. Cic.in Paradox.

Vis veneris membris omnibus dicitur alicui exoriri. Lucretius libro 4.

Repentinus nobis aliquis exoritur, Cic.3.pro Lege agrar.

¶Exoritur rex.pro Fit & creatur rex.Cic.3.Offic.Sic repentè annuli beneficio rex exortus est Lydiæ.

Gloria commotus Epicurus exoritur.Cic.5.Tusc.

¶Exorta sunt hæc omnia à te. Ist est à te prouenient. Terentius Hecyr.4,

A Myrrhina hæc sunt mea vxore exorta omnia.

¶Exoriri dicitur, qui non expectatus inuadit aliquem, inquit Donatus.

¶Tu sola exórere,quæ perturbas hæc tua impudentia. Terent.Hecyr.2.1. Vbi Donatus,Exórere,Existis.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor. Id est exoriatur. Verba Didonis imprecantis perfidis Troianis.Ostendit autem Annibalem. Virg.4.Æneid.

¶Exoriri,pen.prod.Recreari. Cic.Attico, lib.7.144, Non venit idem mihi,quod tu tibi scribis, quoties exorior. ego enim nunc paulum exorior, & maximè quidem his literis quæ Roma afferuntur. Sensus est, Non mihi accidit quod tibi. scribis enim te sæpe exoriri, id est à metu aduersæ fortunæ respirare: ego autem nunc paulum exorior:quod antè mihi vsu non venit.

Exoriens, Participium {ἐξανατέλλων} pro Oriente quando cæli partem significat. Varro 3.de Re rustic. cap. 9, Quæ spectent ad Orientem versus.

Annus exoriens.Tibul.lib.3.eleg.1,

Exoriens nostris hic fuit annus auis.

Aurora exoriente vagi sub lumina solis.Catul.in Argon.

Auster exoriens media ab regione diei.Lucret.lib.6.

Sol exoriens .Virg.1.Georg.

Exortus {ἐξανατελλόμενος} Aliud participium. Cic. 2. de Nat. deor.Ex quodam poeta,

Ferrea tum verò proles exorta repentè est. Lucret.lib.1,

Et terráque exorta repentè arbusta salirent.

Exorta subitò cædes.Cic.ad Atticum,lib.2.39.

Iubare exorto,id est nato Lucifero.Virg.4.Æneid. Seruius.

Lætitia ingens exorta.Virg.3.Æneid.

Lis exorta.Stat.2.Achil.

Monstra exorta sub antris Siculis.Stat.12. Thebaid.

Pestis exorta.Plin.lib.10.cap.50.

Sol exortus.Lucret.lib.3,

Sydera longos obitus exorta reuisunt.Lucret.lib.4.

Exortus, huius exortus {κάστασις.} vt Exortus solis. Plin.lib.12.cap.11. Et lib.11.cap.12,Syderum exortus.

Exortus & Occasus solis,contraria. Author ad Heren.3.

Exortiuus,pen.prod. Adiectiuum {ἀνατολικός.} Plin.lib.18.cap 34, A parte exortiua solstitialem habebit exortum. Id est Orientem versus. Idem lib.37.cap.2,A Septentrione in exortiuum Oceanum.

Exortiua mensura.Plin.lib.7.cap.49,Negauere illi quenquam nonaginta partium exortiuam mensuram (quod anaphoras vocant) transgredi. De varietate nascendi loquitur. Exortiuam igitur mensuram:id est eam quæ ortus nostri spatium complectitur.

Exorno,exornas {διακοσμέω,ἀνατιθέω} exornare,Idem quod valde ornare,& magnificè instruere.Plaut.Pers.10,

Ea causa ad hoc exemplum te exornaui ego,

Vænibis tu hodie virgo. Cic.Fabio Gal.lib.7.24, Ea enim signa ego emere solco, quæ ad similitudinem gymnasiorum exornent mihi in palæstra locum.

Exornare & Deformare,contraria. Author ad Herenn.lib.3.

Instruere & exornare. Cic.4. Verr. Tangebatur tamen animi dolore necessario,quòd domum eius exornatam atque instructam, ferè iam iste redderat nudam atque inanem.

Exornari graphice.Plaut.Trinum.11.

Priuatim & publicè præstantissimus & institutis & artibus exornauit eam Græciam quæ Magna dicta est, Pythagoras. Cicero 5. Tusc.

Exornare aciem.Sallust.in Iugurth. Vide ACIES.

Donis exornare aliquem.Stat.3.Sylu.1.

Gratia & venere aliquid exornare. Quintil.lib.4.cap.2,Narrationem,vt si vllam partem orationis, omni qua potest gratia & venere exornandam puto.

Caput exornare.Ouid.2.Amor.eleg.7.

Exorno me vobis. Plaut.Sticho,15.

Morem communis fermonis, decore quodam scenico exornant. Quintil.lib.2.cap.10.

Exornare nuptias.Plaut.Aulul.26.

Opus verbis exornare.Propert.lib.4.eleg.5.

Exornare philosophiam. Cic.lib.2. Tusc.Si modò est aliqua patientia:si nulla est,quid exornamus philosophiam?

Exornare se lepidis moribus. Plaut.Mostel.4.12,

Quin tute exornas moribus lepidis,quum lepida tute es? Sic exornare philosophiam falsa gloria. Cic.2. Tusc.

Exornare triclinium. Cic.6. Verr.Exornat amplè, magnificéque triclinium. Sic pro Archia, Carminibus templorum ac monumentorum aditus exornauit suorum. Idem 4.Verr.Vrbes signis, monimentísque pulcherrimis exornauit.

¶Donis & monimentis vrbem exornare. Cic.3. Verr.At verò vrbem totã, templa deorum, omnésque Italiæ partes,illorum donis ac monimentis exornatas videmus.

¶Exornare,Fœdare,interprete Nonio. Terent.Heaut.5.1,

-egóne? si viuo,adeò exornatum dabo,

Adeò depexum : vt dum viuat,meminerit semper mei.

¶Exornare aliquem magistratu. Plin.iunior lib.10.epist.12. Idem lib.2.epist.13,Quem rogo pro ingenio, pro fortuna tua exornes. hoc est honoribus augeas.

Exornatus, pen.prod. Participium {διακεκοσμημένος.} Cic. de Arusp.resp. Nisi eum mulieres exornatum ita deprehendissent.

Exornatus comitatu.Plin.lib.30.cap.1.

Equestri militia exornatus.Papin.in l.pen.D.de milit.testament.

Exornatus veste. Terent.Eunuch.

-ita visus est

Dudum,quia varia veste exornatus fuit.

Clarum atque exornatum trophæum.Cic.1.de Inuent.

Exornator,pen.prod.Verbale {διακοσμήτωρ.} Cic.2.de Orat.Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

Exornatio, Aliud verbale {διακόσμησις.} Colum.lib.12.cap.3, Inde quæ ad lauationem,quæ ad exornationem,quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent,exponebantur.

¶Exornatio {χρῶμα} Color rhetoricus. Cic.2.de Inuent.Hic tãtum ipsa inuenta vnamquanque in rem exponentur simpliciter sine vlla exornatione.Exornationis genera leges in Partitionibus eiusdem,7.

Verborum exornatio est,quæ ipsius sermonis insignita contineretur perpolitione. Sententiarum exornatio est, quæ non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem. Author ad Heren.lib.4.

Exoro,exoras,pen.prod. {ἐξαιτέομαι,λυσιτελέω} exorâre, Obtinere ac impetrare orando, si ad rem refertur, inquit Valla in Raud. Plautus Pseud.3,

-pumiceos oculos habeo,non queo

Lacrymam exorare. Id est non possum lacrymam elicere ex oculis. Terent.And.5.3. Idem Heaut.5.5,

Da veniam Chremes,sino te exorem. Id est persuadeam, & illud à te impetrem.

Deterrere & Exorare,contraria. Cic.8. Philipp. Antè deterrere te, ne popularis esses, non poteramus: vt nunc sis popularis, exorare non possumus.

Exorare & Extorquere,contraria. Cic.Octauio,Ille ea tamen exorabat,quæ volebat auferre:tu extorques.

Impetrare & exorare. Hirtius Ciceroni, in Epist.ad Atticum, lib. 15,325,Brutus & Cassius vtinam quàm facilè à te de me impetrare possunt,ita per te exorentur,ne quod calidius ineant consilium.

Exorari & placari.Cic.pro Murena, Viri non esse, neque exorari, neque placari.

Exorare vnum.Plaut.Capt.5,

Vnum exorare vos finite nos.

Exorare aliquid ab aliquo. Plaut. Trinum. 6,
-res quædam est, quam volo Ego me abs te exorare.
Exorare vt. Terent. Adelph. 4. 4,
-exorassem vt eam ducerem. Cicero 1. de Legibus, Exoremus vt siles.
Facilè exorari. Cic. pro Deiotaro.
Exorare aliquem, pro Impetrare ab eo quod postulamus. Stat. 5. Sylu. 3,
Cur nihil exoret Chelys aut tua manes? Aut mea?
Facies exorat amorem. Id est digna est, quæ ametur ob pulchritudinem. Ouid. 3. Amor. eleg. 10,
Facta merent odium, facies exorat amorem.
Exorant magnos carmine sæpe deos. Ouid. 2. Trist.
Pacem diuûm exorare, Id est facere aut impetrare. Virg. 3, Æneid.
Puellam exorare. Ouid. 1. de Arte aman.
Supplice voce exorare deum. Ouid. 4 de Ponto, eleg. 8.
Exorare tristitiam. Plin. epist. 29, Quod tamen siquis exiterit, qui putet nos latius fecisse quàm ordinis seueritas exigat, huius (vt ita dixerim) tristitiam exorare debebunt reliquæ actionis partes. Id est reliquæ partes inducent eum, vt desinat esse tristis.
Sine exorem te illis hanc veniam: Id est mea gratia da illis hanc veniam. Plaut. Bachid. 23.
¶ Exorare, Vehementer aliquem orare. Plaut. Milit. 18,
-Veneri pol habeo gratiam,
Tandémque exoro & quæso, vt eius mihi sit copia,
Quem amo, quémque expetisso.
Exorare aliquem alteri, pro Placare vel reconciliare. Tranquil. in Tib. cap. 11, Officij esse duxit, exorare filiæ patrem. Id est patrem exorare, vt filiæ ignosceret.

Exorandus. Nomen gerundiuum {ἐξαρτίσεως.} Ouid. epist. 20,
Exoranda tibi, non capienda fui.
Exorandus mihi es. Terent. And. 1. 1,
-restat Chremes
Qui mihi exorandus est. Id est Inducendus mihi est, vt faciat quod postulo.

Exorans, pen. prod. Participium {ἐξαρτίσεως.} vt Thura exorantia diuos. Ouid. 3. Trist. eleg. 13.

Exoratus, pen. prod. {ἐξαρτίσθεὶς} Aliud Participium. Cic. pro Cluent. Post exoratus, initio permagnam pecuniam poposcit.
Adamas exoratus. Propert. lib. 4. eleg. 12,
Quum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante viæ. Id est non est reditus ad vitam.
Aræ exoratæ. Ouid. 7. Metamorphoseos,
-dum verba precantia dixit,
Non exoratis animam finiuit in aris?
Cytherea exorata. Tibul. lib. 4. eleg. 7,
Exorata meis illum Cytherea camœnis
Attulit in nostrum, deposuitque sinum.

Exorabilis, & hoc exorabile, pen. corr. {ἐξαρτίσθεὶς} Qui exorari potest, & à quo facilè obtinemus quod petimus. Cicero ad Qu. fratem lib. 1. Nam si implacabiles iracundiæ sint, summa est acerbitas: sin autem exorabiles, summa leuitas: quæ tamen (vt in malis) acerbitati anteponenda est.
Minus exorabilem aliquem experiri. Cic. Att. lib. 1. 1.
Nulli exorabilis. Silius lib. 5,
Postrema aptabat nulli exorabilis arma.
Non exorabilis auro. Horat. 2. epist. 2.
Deus exorabilis. Propert. lib. 2. eleg. 31,
Et iam si pecces, deus exorabilis ille est.
Numen exorabile. Stat. 5. Sylu. 33.
Exorabilis & facilis populus. Cic. pro Domo sua, Deinde exorabilis populus facilis suffragio pro salute.
¶ Exorabilis, Actiuè: vt Carmen exorabile, quod exorare potest aliquid & impetrare. Valer. Flacc. lib. 1. 157,
-Stygiáque supremo
Obsecrat igne domos, iamiam exorabile retro
Carmen agens.

Exorabula {ἀπαιτήσεις} plur. num. Ab Apuleio vocantur omnia artificialia argumenta, quibus orator per vim eloquentiæ iudices exorat.

Exorsus, Vide EXORDIOR.

Exortiuus. Exortus, Vide EXORIOR.

Exors, exortis, om. gen. {ἄκληρος} Sine sorte, inquit Seruius.
Exors amicitiæ. Liuius 3. bel. Pun. Vnum esse exortem Punicæ amicitiæ, fœderisque secum facti. Id est, qui non est particeps amicitiæ.
Exors culpæ. Liu. 2. bel. Pun. Se omnis culpæ exortem, omnis tamen euentus participem fore diceret.
Exors matrimonij. Plin. lib. 5. cap. 8. Garamantes matrimoniorum exortes, passim cum fœminis degunt. Id est non contrahentes matrimonium.
Dulcis vitæ exors. Virg. 6. Æneid.
Cos exors secandi. Horat. in Arte poetica,
-ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi. Hoc est quæ non habet munus & officium secandi à natura tributum. Acron.
Honorem exortem ducere. Id est sine sorte: ἄκληρον. Virgil. 5. Æneid. Seruius.
¶ Exors interdum optimum & præcipuum significat. Virgilius 8. Æneidos,
Dantur equi Teucris, Tyrrhena petentibus arua:
Ducunt exortem Æneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum, præfulgens vnguibus aureis. Seruius.

Exos, exossis, Adiectiuum {ἄοστος} Qui est sine osse. Plaut. Menæch. 17,
Faciam quod iubes, securim capiam ancipitem, atque hunc ego
Senem exossem reddam. Lucret. lib. 3,
-atque vade animantum copia tanta

Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus?

Exosso, exossas {ἐξοστίζομαι} exossare, Ossa cõfringere siue comminuere: aut ossa remouere. Plaut. Amphit. 4,
Exossatum esse oportet, quem probè percusseris.
s. Mitum ni hic me quasi murenam exossare cogitat
Vltro istic qui exossat homines. Columel. lib. 12. cap. 53. Ergo sitientem suem quum occideris, bene exossato.
Exossare pisces, Donatus Purgare interpretatur. Terent. Adelph. 3. 3. Apuleius, Exquammatus atque exossatus piscis vix palpitat amplius.

Exossatus, pen. prod. Particip. {ἐξωστισμένος.} Lucret. lib. 4,
Atque exossato ciet omni pectore fluctus.

Exosculor, pen. corr. exosculatis {κατασπάζω} exosculari, Idem quod osculari.

Exosculatio, Verbale {κατασπάσεως.} Plin. lib. 10. cap. 12, Aristoteles negat non hercule magis quàm in Ægypto ibi mi: sed illam exosculationem quæ sæpe cernitur, qualem in columbis esse.

Exosus, pen. prod. Adiectiuum {μισούμενος} Actiuè dicitur, qui odio habet. Virg. 5. Æneidos,
Iupiter omnipotens, si nondum exosus ad vnum
Troianos, siquid pietas, &c. Idem lib. 13.
Exosus hostes. Stat. 9. Thebaid.
Templa exosa oculos viriles. Templa Bonæ deæ. Ouid. 5. Fast.
Exosus opes. Stat. 2. Sylu. 1.
¶ Exosus aliquando passiuè accipitur pro Odioso: vt apud Gellium lib. 2. cap. 18, Eius Epicteti etiam de se scripti duo versus feruntur: ex quibus iuterint intelligas, non omnes modò diis exosos esse.

Exostra, Machina est lignea, qua quæ in scena intus geruntur & fiunt, versatione rotarum spectatoribus ostenduntur, quæ eadem dicebantur ἐκκύκλημα. Cic. de Prouinc. Consular. Itaque ille alter, aut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum iam in exostra helluatur, antea post siparium solebat. Sic enim ex manuscriptis legit Turnebus, non orchestra, vt sit sensus, Qui ante velut cum histrionibus & mimis in scena post siparium & velu solitus erat helluari, id iam propalam in exostra remoto sipario faciebat. Numeratur & à Vegetio in machinis militaribus oppugnatoriis exostra, sed nihil ad hunc locum Ciceronis.

Exoticus, pen. corr. Adiectiuum {ἐξωτικὸς} Peregrinus, aduentitius, inquit Nonius, & aliunde aduectus. Plaut. Mostel. 2,
Non omnes possunt olere vnguenta exotica. Cic. 3. de Orat. aduentitia Latinè vocat, vt ait Budæus. Plinius lib. 13. cap. 3, Certum est P. Lucinium Crassum, L. Iulium Cæsarē Censores edixisse, nequis venderet vnguenta exotica: sic enim appellauere.
Exotica Græcia. Plaut. Menæch. 7. quia est etiã Italica, quæ magna est appellata.

Expalleo, expalles, expallui {ἐξωχρίζω} expallère, Pallidum esse, siue fieri. Plaut. Curcul. 7, Vide vt expalluit. Plin. epist. 5, Expalluit notabiliter, quanus palleat semper.
Expallere, signum est conscientiæ. Author ad Heren. lib. 2.
Fulgore auri magis expalluit. Catul. Argon.
Metu expallere & aliquem expallere. Stat. 11. Theb.
Horruit infelix, toróque expalluit ore. Ouid. 6. Metam.
Viribus absumptis expalluit illa. Ouid 1. Metam.
Phœbe subita vmbra expalluit. Lucan. lib. 1.

Expallio, expallias {ἐξωμπίζω} expallìare, Pallium auferre. Plautus Casina, 24.
Neque quibus modis purgem scio me meæ vxori, expalliatus
Sum miser.

Expalpo, expalpas {ἐξαπατίζομαι} expalpâre, Elicere significat, vt ait Nonius, & blandis quibusdam attrectationibus, quales ipsis equis fieri solent, impetrare. Plaut. Pœn. 4,
Quid faciam? AG. exora, blandire, expalpa. Pomponius, Siquid expalpare possim ab illo.

Expalpabitur, pro expalpabit, quod est extorquebit. Plaut. Vidular.
Seruus à patre argentum expalpabitur. Nonius.

Expando, expandis, expandi, expassum {ἐξαπλόω, ὑποπετάννυμι} expándere, Aperire, extendere. Colum. lib. 12. cap. 13, Hæ herbæ diligenter purgantur, & sub vmbram expanduntur.
Aperire florem & expandere dicitur rosa. Plin. lib. 12. cap. 11.
Expandere dictis, pro Pandere, id est aperire, explicare. Lucret. libro 1. 26.
Expandunt alas aliquæ aues. Plin. lib. 10. cap. 38.

Expassus, Participium {ἐξεπλωσμένος.} vt Fores expassæ. Tacit. lib. 21.

Expanditor, penult. corr. Verbale: vt
Expanditor amnis, apud Plinium in Paneg. de Nilo.

Expango, expangis, expanxi, expactum {ἐμπήγνυμι} expángere, Figere seu constituere. Plin. lib. 2. cap. 27. Idémque ausus, rem etiam deo improbam, annumerare posteris stellas, ac sydera ad normam expangere. De Hippatcho loquitur.

Expapillo, expapillas {χραμάω} expapillâre, Nudare. Vnde Expapillatum brachium, id est exertum, inquit Festus: quod quum sit, papilla nudatur. Plaut. Milit. 16, Idem & cum nexu in humero, læuo expapillato brachio.

Ex-parte, Vide EX.

Expassus, Vide EXPANDO.

Expatior, expatiaris {ἀποστρέφω} expatiâri, Errare. Plin. lib. 16. cap. 30, Latissima expatiantium vmbra, & vicinas domos sæpe transilientium. De loto arbore. Quintilian. lib. 2. cap. 10, Et poetica (vt verè dixerim) themata, iuuenibus pertractare permittemus, vt expatientur & gaudeant materia, & quasi in corpus eant, erit optimum.
Expatiari in aliqua parte. Quintil. lib. 2. cap. 17, Finis non erit, si expatiari parte in hac, & indulgere voluptati velim.
Longè expatiari. Ouid. 15. Metamorphoseos,
Nec tamen oblitis ad metam tendere longè Expatiemur equis.
Equi

Equi expatiantur. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Quæ postquam summo sensere iacentia tergo,
Expatiantur equi, nullóque inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt.
Ignes clarè expatiantur in auras. Silius Ital. lib. 17.
¶ Expatiari, pro Digredi Oratorum more, Vide Egredi, pro Digredi, in EGREDIOR.

Expatians, Participium {ἀποστρῶν.} vt Expatians lacus. Plinius lib. 16. cap. 36.
Expatiantia tecta. Plin. lib. 3. cap. 5.

Expatiatus, pen. prod. Aliud participium {ἀποστάτος.} vt Flumina expatiata. Ouid. 1. Metam.

Expato, as, pen. corr. In locum patentem me do, vt interpretatur Festus, vel In spatium me cõfero. Pacuuius, Expatant se omnes, publicéque se ostendunt. Antiquum.

Expatritius, Qui Patritiatum deposuit. Zeno l. 3. C. de senat. vel patrit.
Quoties viro fortè patritio, vel expatritio, vel ei quem Prætorianæ, &c.

Expatro, expatras, pen. corr. {ἀπαφρίζω} expatrâre, idem quod simplex patrare. Catul. in Iulium Cæsar. 27, Quid est? an hæc sinistra liberalitas parum expatrauit?

Expaueo, expaues, pen. corr. expaui, pen. prod. {ἐκφοβέομαι} expauère: siue Expauesco, expauescis, expauéscere, Terreri. Liuius 6. ab Vrbe, Quum ad id moris eius insuesta expauisset minor Fabia, risui sororii fuit.
Ad comitum lacrymas expaueſcere. Stat. 3. Theb.
Ad tumultum aliquem expauere. Plin. lib. 10. cap. 75.
A primo conspectu eius expauescunt. Plin. lib. 21. cap. 11.
Expauescere repentè, Genus est morbi. Plin. lib. 23. cap. 1, Neque expauescentibus repentè, neque spasticis, aut rursus torpentibus.
Domus tumultu expauit. Stat. 8. Thebaidos,
-subito quum pigra tumultu Expauit domus.
Expauere, siue expauescere aliquid. Plin. lib. 9. cap. 30. Idem lib. 13. cap. 24, Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut niuis iniuriam expauescit.
Expauere, attributum inanimatis. vt apud Silium lib. 3,
At gregis allapsu fremebundo territus acris
Expauit moles Rhodanus.
Theris expauit vitreo fub gurgite remos. Stat. 1. Achil.
Non muliebriter expauit ensem. Horat. 1. Carm. ode 37.
Famam expauere. Stat. 11. Theb.
Fratrem expauescat frater, & natum parens. Senec. Thyeste, 18.
Expauere gradus, Non audere vltra progredi. Stat. 1. Sylu. 3.
Vocem trucem expauere. Silius lib. 1,
Sæpe etiam famuli turbato ad lumina somno
Expauere trucem per vasta silentia vocem.

Expecto, expectas {ὑποπεμένω, προσδοκάω, προσδέχομαι} expectáre, ab ex & specto, spectas, compositum, significat præstolari: quia dum venturum aliquem præstolamur, frequentet aspicere solemus an veniat. Terent. Eunuch. 3. 5,
Sto expectans siquid mihi imperent.
Expectare epistolas, & Exigere, contraria. Cic. Cassio, lib. 15. 16,
Longiores enim expectabo, vel potius exigam.
Expectare & postulare. Cic. Bruto, lib. 11. 5, A te hoc ciuitas, vel omnes potius gentes non expectant solùm, sed etiam postulant.
Expectetis ad extremum, & me meum dicendi ordinem seruare patiamini. Cic. pro Cluent.
Ad mensem Ianuarium aliquem expectare. Cic. Att. lib. 1. 1.
Ad mediam vsque noctem expectare aliquem. Horat. 1. Serm. sat. 5.
Expectare in aliud tempus. Cic. Ad Atticum, lib. 1. 12, Multa sunt: sed in aliud tempus expectare velis.
Expectare in anchoris. Cæsar 4. bel. Gal.
In totas horas expectare aliquem. Propert. lib. 2. eleg. 30,
Hæc te non meritum totas expectat in horas.
Expectare dum. Terent. Eunuch. 1. 2,
Concedam hinc intrò atque expectabo dum venit. Cicero de Amicitia, Amicorum causa honesta faciamus, ne expectemus quidem dum rogemur.
Expectare donec. Traianus ad Plinium, epist. 342, Nec dubitandũ fuisset, si expectasses donec me consuleres.
Expectare si. Cæsar 2. bell. Gall. Hanc si nostri transirent, hostes expectabant.
Expectare securè & negligenter. Plin. epist. 4.
Temerè expectare. Ouid. 3. Trist. eleg. 5,
Seu temerè expecto, siue hoc contingere fas est.
Expecto quid velis, Id est cupio scire quid velis me facere: atque ob id præstolor. Terent. And. 1. 1.
Me tranquilla senectus expectat. Horat. 2. Serm. sat. 1,
-seu me tranquilla senectus
Expectat, seu mors atris circunuolat alis.
¶ Expectare de, pro Sperare, vel potius metuere. Cic. de Amicit. De Caij Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari. Idem 2. Tuscul.
Ab aliquo omnia expectare. Cic. Bruto, 11. 5.
Ab omni terra expectari. Lucan. lib. 5,
Dum metuar semper, terráque expecter ab omni.
Quæ à summa virtute summóque ingenio expectanda sunt, expectare. Cic. Curioni, lib. 2. 2.
Acriter aliquid expectare. Cæl. ad Cic. lib. 8. Fam. epist. 2, Hoc ideò scripsi, quòd scio te acriter nuntium nostrorum comitiorum expectaturum.
Auidissimè aliquam rem expectare. Cic. 14. Philip. Antè verò quàm ea res, quàm auidissimè ciuitas expectat, allata sit, lætitiæ, &c.
Expectemus ætatem Tarteſiorum regis. Cic. de Senect. Id est, Speremus tandiu nos victuros, quandiu vixit Tarteſius.
¶ Expectare alicuius aduentum in aliquo loco. Cæs. 1. bel. Gal.

Magna cum spe aliquid expectare. Cicero Planco in epist. ad Att. lib. 16 345.
Non expectare purpureum amictũ, Non moueri cupiditate splendidæ vestis. Horat. 1. epist. 18,
Alter purpureum non expectabit amictum.
Syluarum aliæ præssos propaginis arcus
Expectant, & viua sua plantaria terra. Virg. 2. Georg.
Aures expectant, vt verbis colligentur sententiæ. Cic. in Orat.
Expectare auxilia. Cæsar 6. bel. Gal.
Cursum expectare. Cic. Attico, lib. 5. 95.
Diem ex die expectare. Cic. Attico, lib. 8. 14 4, Tibi autem ad me scribẽti de eius officio, nihil rescripsi, quòd diem ex die expectabam, vt statuerem quid effet faciendum.
Oleæ non expectant falcem. Virg. 2 Georgicorum,
-non vlla est oleis cultura, nec ullæ
Procuram expectant falcem, rastróque tenaces.
Hostem expectare. Virg. 9. Æneidos,
Armatíque cauis expectant turribus hostem.
Literas alicuius expectare vt. Cic. Attico, lib. 8. 14 8, Ego nauem parau, tuas literas tamen expecto, vt sciam quid respondeant consultationi meæ.
Aliquo loco expectare. Cic. 4. Acad.
Expecto magnum malum hoc nuntio. Terent. Phorm. 1. 4. Id est, inquit Donatus, Nescio quod magnum malum hunc mihi nuntiaturum arbitror.
Frustra expectant promissas horrea messes. Ouid. 8. Metam.
Expectare alicuius mortem. Terent. Adelph. 5. 4,
-ego defertus sum,
Illum vt viuat optant, meam autem mortem expectant.
Nuntios expectare. Cic. Attico, lib. 16. 333.
Inclusi pœnam expectant. Virg 6 Æneid.
Meritæ palmæ præmia expectare. Virg. 5. Æneid.
Expectare te arbitror, hæc tam longè repetita principia quò spectent. Cicero Planco, lib. 13. 30.
Spe reditum alicuius expectare. Cic. Trebonio, lib. 15. 21.
Intenti expectant signum. Virg. 5. Æneid.
Transitum tempestatis expectare. Cic. Att. lib. 2. 36.
Ventos ferentes, & facilem fugam expectare, Id est facilem nauigationem. Virg. 4. Æneid.
Expecto te vt hoc facias, pro Expecto vt tu hoc facias. Liuius lib. 2. Decad. 5, Expectari nos arbitror, vt respondeamus tuis literis.

Expectando Gerundium {ὑπομένων.} Propert. lib. 2. eleg. 10,
Illum expectando facta remansit anus. De Penelope & Vlysse.
Victima semper expectanda dies homini est. Ouid. 3. Metam.

Expectans, Participium {προσδοκῶν.} vt Puella expectans virum. Propert lib. 3. eleg. 3.

Expectatus, pen. prod. {προσδοκώμενος} Aliud participium, siue Nomen ex participio, Cupitus, desyderatus. Cic. Nihil vnquam expectatius fuit. Plaut. Amph. 8,
Certè enim me illi expectatum, optatum venturum scio. Idem Mostel. 7,
Credo expectatus veniam familiaribus.
Charus & expectatus omnibus venies. Cicero Tironi, lib. 16. 2,
Nemo nos amat, qui te non diligat: charus omnibus expectatúsque venies.
Expectatus ad summam dignitatem. Cic. de Senect. Sensi ego tum in optimo filio meo, tum in expectatis ad amplissimam dignitatem fratribus tuis Scipio, omni ætati mortem esse communem. Id est Quos sperabant omnes in summa dignitate esse visuros.
Artus expectatus. Virg 8 Æneid. Dat effectum etiam locis (inquit Seruius) vt -ipsæ te Tityre pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.
Suauissimus & expectatissimus alicuius aduentus. Cicero ad Atticum, lib. 4. 73.
Non expectata venit imber aqua, Pluit de repente. Ouid. de Nuce.
Expectata dies aderat. Virg. 5. Æneid.
Non expectatum ensem alicui defigere. Silius lib. 10.
Expectatissimæ literæ. Cic. Planco, lib. 10. 5, Intellexi enim te laborare, vt ad me mihi expectatissimæ literæ perferrentur.
Lux diu expectata. Catul. in Carmine nupt.
Longùm expectata manus. Valer. 4. Argon.
Expectati parentes dicuntur, malæ vitæ & odio digni, vt docet Donatus: quorum mors in dies singulos expectanda sit. Terentius Adelph. 1. 2,
-si esses homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius, quàm vbi te expectatum eiecisse foras.
Filij pietas expectata parenti. Virg. 6. Æneid.
Seges expectata. Virg. 1. Georgicorum, -sed illos
Expectata seges vanis elusit auenis.
Expectatissimus triumphus. Cæsar 8. bel. Gal.
Non expectatum vulnus, Subitum. Ouid. 5. Fast.
Expectatior illo nemo venit. Plaut. Mostel. 7,
Nemo pol ille potuit expectatior
Venire, qui te nuntiaret mortuum.
Expectate veni. Virg. 1. Æneid
¶ Ante-expectatum iacuit. Ouid. 4. Metamor. Id est ex inopinato & citius expectatione. Idem lib. 8,
Ante-expectatum portus tenuere petitos.

Expectatio, Verbale {ὑπομονή, προσδοκία} Desyderium. Terent. in Prol. Hecyr. 38,
Funambuli eodem accessit expectatio.
Expectatio, inquit Donatus, certorum est, & propinquarum rerũ, destinátque tempus.
Animi & ingenij alicuius tanta expectatio. Cic. Curioni, lib. 2 1.
Nihil aliquorum expectatione dignum, nihil reconditum, nihil

aut inauditum,aut cuiquam nonum dicere.Cic.1.de Orat.
Plenus expectatione. Cic.Att.lib.3. 54, Ex tuis literis plenus sum expectatione de Pompeio quidnam velit aut ostendat.
Vacua periculo & periculi expectatione nulla hora relinquitur. Cic.Antequam iret in exilium.
Præteritorum recordatio est acerba, & acerbior expectatio reliquorum.Cic.de Claris Orat.
Contra omnium expectationem,Vide CONTRA.
Cæca expectatio. Vide CAECVS.
Indigna homine libero expectatio. Cic.pro Rab.perduel.reo, Harum enim omnium rerum non solùm euentus, atque perpessio, sed etiam conditio, expectatio, mentio ipsa denique indigna ciue Romano,atque homine libero est.
Mirifica expectatio alicuius.Cic.Attico,lib.7.127.
Summa alicuius expectatio.Cic.Bruto,15, Súma est expectatio tui: quòd si Italiam attigeris,ad te concursus fiet omnium.
¶Præter expectationem aliquid accidere.Cic.2.de Orat.
In summam expectationem aliquem adducere.Cic.1.Tusc.
Afferre expectationem. Quintil.lib.3.cap.8.
Afferre non paruam expectationem alicui.Cic.Att.lib.3.59.
Angi expectatione. Cicero, Angebar singularum horarum expectatione.
Cum expectatione audire aliquem. Cic.3.de Nat.deorum, Nescis quanta cum expectatione Cotta sim te auditurus.
Commorat aliquis expectationem.Cic.Qu.frat.lib.2.5.
Crebras alicuius expectationes commouere.Cic.Att.lib.1.2.
Sui expectationem continere,hanc sustinere & tueri.Cic.Curioni, libro 2.1.
Conturbat me expectatio tua.Cic.4.Academ.
Cruciari expectatione.Cic.Nunc expectatione crucior.
Decipere expectationem alicuius.Cic.2.de Orat.
Dare alicui expectationem conuiuij. Cic.Att.lib.2.27, Quantam porrò mihi expectationem dedisti conuiuij istius.
Deriuare expectationem.Cic.ad Att.2.
Exolere expectationem omnem diuturni desyderij nostri. Cicero 1.de Orat.
Facere expectationem.Cic.Att.lib.3.55, Varronis sermo facit expectationem Cæsaris.
Sui expectationem facere.Cic.4.Acad.
Habere expectationem.Cic.Att.lib.7.135.
Non habere magnam expectationem in respondendo.Cic.in Sal.
Expectationem mouere, pro Excitare desyderium. Cicero ad Atticum,lib.2.29, Quantam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli?
Occurrere expectationi alicuius.Cic.pro Cluent.
Obscura spe & cæca expectatione pendére.Cic.2.de Lege agrar.
Animi expectatione pendére.Cic.Att.lib.8.149.
Suspéndere oratione vnius expectationem alterius. Cicero pro Cluentio.
Summa est expectatio tui.Cic.ad Brutum,15.
Præter expectationem esse. Cic.2. de Orat.Sed ex his omnibus nihil magis ridetur,quàm quod est præter expectationem.
In rerum omnium expectatione esse.Plancus Ciceroni,lib.10.4.
In aliquibus expectationem nostram esse.Cic.Att.lib.8.165.
In summa expectatione res est.Cic.Cn. Magno in Epist.ad Atticú, lib.8.159.
Sustinere non paruam expectationem imitandæ alicuius industriæ,magnam bonorum, nonnullam fortasse nominis Cic.3.Offic.
Maior expectatio tenet aliquem. Cic.2.de Orat. Quo ista maiora ac mirabiliora fecisti, eò me maior expectatio tenet, quibuscum rationibus,quibusve præceptis ea tanta vis comparetur,&c.
Torqueri expectatione.Cic.ad. Att.
Vincere expectationem omnium: hoc est opinionem & existimationem.Cic.7.Verr.
Vocat me iamdudum aliò tacita vestra expectatio. Cicero pro Cluentio.

Expectoro,expectoras, pen.corr. {ἐκπτύω} expectorâre, Extra pectus eiicere. Accius Phœnissis, Incusant vltro à fortuna opibúsque omnibus desertum,abiectum, afflictum & animo expectorant. Idẽ Epigono,Eloquere propriè,ac pauorem hûc meum expectora. Cic. 3.de Orat. Tum pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat. Et 4. Tusc. Ex Ennio. Hæc Nonius. Quod verbum non omnino antiquum & remotum ab vsu videtur. propriè enim dicitur expectorare id quod ex pectore aliquid educit, vt quum medicamentum aliquod pituitam in pectore,hoc est in cauitatibus pulmonum infarctam educit,propriè expectorare dicitur, atque expectorans medicamentum vocabitur. Fabius tamen lib.8.cap.3,videtur repudiare,tanquam nimis antiquum.

Expeculiati serui à Plauto dicuntur,qui peculio sunt exhausti.

Expedio, expedis, pen.corr.expedíui, expeditum, pen.prod. {εὐθύω, κατευθύνω,διανύω} expedire, Liberare,& quasi pedum ligamenta dissoluere,vnde & pro explicare, & proferre ponitur. Expedire, Donato teste,dicitur qui pedem retentum liberat. Cic.in Pisonem, Hærerem enim,nisi tu me expedisses. Horat.Epod.11,
Vnde expedire non amicorum queunt
Libera consilia. Sisenna lib.3. Histor. Inermes armat, inexpeditos expedit.
Impedire & intricare,contraria verbo Expedire. Terent.And.3.5, -vidén' me tuis consiliis
Miserum impedirum esse? D. at iam expediam. Plaut.Perf.13. Cic. Pæto,lib.9.19.Me quotidie aliud ex alio impedit,sed si me expedíero, vt in ista loca venire possim,&c.Vide IMPEDIO.
Expedire se de re aliqua. Cicero 6.Verr. Nunc de peripetasmatis quemadmodum te expedias non habes.
Expedire se de commisso adulterio.Cic.6.Verr.
Inter flammam & hostes expediri.Virg.2.Æneid.
Expedias me hinc te rogo.Cic.ad Att.lib.11.226.
Expedire illigatum.Horat.1.Carm.ode 27,
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæra. Vide in CHIMAERA.
¶Expedire virgas,aut panes:id est Proferre. Virg.1.Æneidos,
-Cererémque canístris
Expediunt. Cic.7.Verr.Quum repentè hominem proripi, atque in foro medio nudari,ac deligari,& virgas expediri iubet.
Pyxidem expedire, manum porrigere, venenum tradere. Cicero pro Cælio.
¶Expedire se ærumnis. Terent.Hecyr.3.1,
Qui te expedias iis ærumnis?
Expedire aditum. Cæsar 7. bel.Gall.Aggere & cratibus aditus expediunt.
Agrum lectione lapidum. Colum.lib.2.cap.2, At saxosum facilè est expedire lectione lapidum,&c.
Alimẽta arcu expedire. Tacit.lib.5.Isque in Hycanis repertus est, illuuie obsitus,& alimenta arcu expediens.
Animum impeditum expedire. Terent.Hecyr.3.1,
Vix me illinc abstraxi,atque impeditum in ea re expediui animum.
Animum metu expedire.Horat.3.Carm.ode 24,
-non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Arcus expedire.Statius 10. Thebaidos,
-tenuiámque precatus
Molitur pallens,& surdos expedit arcus.
Arma expedire.Tacitus lib.20. Virg.4.Æneidos,
Non arma expedient? Verba furentis Didonis.
Causam alicuius expedire.Cic.de Arusp.resp.
Causam expedire alicuius rei,Exponere causam.Virg.4.Georg.
Comas expedire.Statius 3.Sylu.4.
Consilia expedire. Tacitus lib.19, Neque alienis consiliis regi, neque sua expedire.
Consilia se expediunt.Hoc est explicant.Valer.8.Argon.
Nautæ contos expediunt.Virg.4.Æneid.
Conuiuia tectis expediunt.Id est apparant. Valer.2.Argon.Tectis, in tectis.
Copias expedire. Tacitus lib.13,Duósque veteres reges Agrippam & Iocchum expedire copias.Sub. iubet.
Expedire se cura,vel crimine aliquo. Terent.Phorm.5.4,
Hic,simul argentum repperit,cura sese expediuit. Idem Hecy.5.1,
Exple animum his,séque hoc crimine expedi.
Fallaciam. Plautus Capt.2,
Hic hodie expediet hanc docte fallaciam.
Ferrum. Liuius 4. bel.Pun. Ferrum enim quosdam expedientes cernebat.
Iter expedire.Liuius lib.8.Decad.4,Iter fugæ non expedientes.
Labores alicuius expedire.Valer.7.Argon.
Induere se in laqueos,& Expedire se ex laqueis,contraria. Cicero 4.Verr.Hic videre in quot laqueos se inducrit, quorum ex nullo se vnquam expediret.
Manus expedire.Virg.12.Æneidos,
Tum verò augurium Rutuli clamore salutant,
Expediúntque manus. Id est dimicare se velle significant. Hæc enim est consensio militaris. Lucanus,Elatásque altè quæcunque ad bella vocaret, Promisere manus. Hæc Seruius.
Expedire manus per acuta bella, Id est exercitum. Horatius 4. Carm.ode 4.
Merces expedire,Explicare. Ouid.1.de Arte amandi,
Iosti:ror ad dominam veniet discinctus emacem,
Expediet merces téque sedente tuas.
Molestia expedire aliquem. Cic.Attico,lib.2.40.
Naues. Cæsar 2.bel.Ciuil.Ad Nasidium perueniunt,ibíque naues expediunt.
Explicare & expedire negotia alicuius. Cic.Seruio,lib.13.27.
Nodum. Cic. ad Atticum, lib.5 109, Ex iis rebus hoc vereor,ne quum Pompeius propter metum rerum nouarum nusquam dimittatur,Cæsari nullus honos à Senatu habeatur: dum hic nodus expediatur,non putet Senatus,nos antè quàm successum sit, oportere decedere.
Nomina. Cic.ad Atticum,lib.16.333, Nomina mea per deos expedi.exolue bella reliqui.
Expedire se ab omni occupatione.Cic.ad Atticum,lib.3.61.
Expedire pecuniam, pro Cõficere.Tranq.in Iulio,cap.4,Nam comites seruósque cæteros in initio statim expediendas pecunias quibus redimeretur,dimiserat.
Plureos expedire. Tacitus lib.18, Vitelliani plureos, cratésque & vineas: Othoniani sudes,& immensas lapidum, plumbi, æríque moles expediunt.
Præuisa expedire. Tacit.lib.14.
Rem aliquam expedire,Conficere.Virg.8.Æneidos,
-nunc qua ratione quod instat
Expedias,victor paucis,aduerte docebo.
Expedire rem, Impeditam explicare. Cic.2.Offic.Iis fidem habemus quos plus intelligere quàm nos arbitramur, quósque & futura prospicere credimus,& quum res agatur in discrimẽque vẽtum sit, expedire rem,& consilium ex tempore capere posse.
Salutem. Cic.pro Milone, Honesta ratio esset expediendæ saluti, Hoc est,eum absoluendi.
Expediui è seruitute filium. Plaut.Capt.7.
Subita expedire. Tacit.lib.14, Id primum tui muneris habeo, qui me non tantum præuisa,sed subita expedire docuisti.
Tela animósq; expedire.Liu.lib.8.Decad.4.Et expedire tela, animósque equitibus iussis.
Tela equósq; expedire. Liu.lib.8.Decad.4,Quum tela equósq; expedissent.

Expedire se ex turba. Terent.Adelph.4.4,
Vah,quomodo me ex hac expediam turba tanta?
¶Expedire,pro Paucis verbis dicere. Terent.Eunuch.4.4,
-agedum hoc mihi expedi.
Primùm, istam quam habes, vnde habes vestem? taces. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib.10.33, Itaque proximis literis cõsilium meũ expedietur.
Dictis expedire. Virg.3.Æneid. Lucret.lib.5,
Multa tibi expediam doctis solatia dictis.
Altius expediam. Virg.4.Georgicorum, -altius omnem
Expediam,prima repetens ab origine, famam.
Dilucidè & perspicuè aliquid expedire. Vide PERSPICVE.
Planè expedire. Cic.Att.lib.4.85, Nondum est planè expeditus.
Promptius expediam. Iuuen.sat.10,
-quorum si nomina quæras,
Promptius expediam:quot amauerit Hippia mœchos.
Capita rerum. Plaut. Trucul.17.
Causam aduentus. Liu.4.bel.Maced. Cæterum nec causam aduentus satis expediebat.
Initiũ rei expedire. Sallust.in Iugurtha, Sed prius quàm huiusmodi rei initium expediam, pauca suprà repetam.
Expedire iudicibus rem suam. Terent.Phorm.2.3,
Dilucidè expediui,quibus me oportuit
Iudicibus. Id est Probaui,inquit Donatus.
Exitum instituræ orationis expedire. Cic.Appio,lib.3.12.
Expedire vno verbo. Terent.Phormione,
Atque id si potes,verbo expedi vno.
¶Expedire,pro Constituere. Liuius lib.9.bel. Maced. Non modò cætera, sed ne in proximam quidem noctem vbi turò custodiretur, expediebant.
¶Expedire,Absoluere aliquid, & liberari aliquo negotio. Cicero ad Marium,lib.7.3, Ego,si quæ volo expediero, breui tempore te, vt spero,videbo.
Expedire & conficere res. Cic.de Claris Orat. Balbi docti & eruditi hominis in vtraque re consideratam tarditatem vicit, expediendis conficiendísque rebus.
¶Expedire,pro Parare,siue præparare. Tacit.lib.17, Multos è magistratibus,magnam Consularium partem secum expedire iubet.
Ad bellum expediri. Tacitus libro 18, Cæcinam, ac Valentem ad bellum expediri iubet.
Expedire se ad prælium,seu ad pugnam. Liu.5.ab Vrbe.
Expedio me ad Drusum,inde ad Scaurum. Cic.Att.lib.4.84.
¶Expedibo,pro Expediam. Plaut. Trucul.4,
Quid iam amabo? D. expedibo. Ennius Eumenidibus,
Id ego æquum aptius feciſſe expedibo atque eloquar. Pluribus Nonius idipsum probat. Sed antiquum est.
¶Expeditum erat. Plin.epist.155. Idem epist.182, Quorum si nihil nobis loci natura præstaret, expeditum tamen erat, cataractis aquæ cursum temperare.

Expedit,pen.corr. {συμφέρει,χρησιμεύει} Impersonale in tertiis personis, pro Vtile est. Terent.Heaut.2.3, Nihil satis firmi video quamobrem accipere hunc mihi expediat metum. Cicer. 3. Verr. Post hominum memoriam fuisse arbitrer,cui damnari expediret.
Optimum esse & expedire. Cic. pro Marcello, Multi dubitabant quid optimum esset: multi quid sibi expediret: multi quid deceret: nonnulli etiam quid liceret.
Vtile esse & expedire. Cic.3.Offic.Non igitur faciat (dixerit quis) quod vtile sit, quod expediat? Imò intelligat nihil nec expedire, nec vtile esse,quod sit inustum.
Ad diuturnitatem victoriæ & dominationis alicuius expedit. Cic. Att.lib.7.140.
Hoc mihi expedit. Ouid.2.Fastorum,
-vitátque,quod expedit illi.
Expediant. Plaut. Trinum.5, -omnium primum
Amoris artes eloquar,quemadmodum expediant.
¶Sicita expedit, pro Si cõmodum est, vel necesse est ita fieri vt melius res se habeat. Cic.ad Qu.frat.lib.2.6.
¶Expedit, cum infinitiuo. Cic.pro Cecin. Quum pecunia Cesenniæ ex illa hæreditate deberetur,eam porrò in prædiis collocari maximè expediret.
Expedit studiis lumen abesse meis. Ouid.1. Trist.eleg.8.
An nihil expediat tale mouere vide. Ouid.2.de Ponto,eleg.2.
Expedit bonos esse vobis. Terent. Phorm.5.2.
Expedit esse deos. Ouid.1.de Arte amandi.
Pacem reduci velle victori expedit. Senec. Herc.fur.6.

Expeditus,pen.prod. {παρεσκευασμένος,ἕτοιμος,ἕτοιμος,διανλῆς} Nomen ex participio, Paratus. Cæsar 2.bel.Gal. Cæsar sex legiones expeditas ducebat.
Expeditus & paratus. Cic.11.Philip. Expedito nobis homine & parato P.C.opus est.
Expeditus,solutus,liber,nulla re implicatus. Cic.4.Acad.
Expeditus eò proficiscitur. Cic.pro Quint.
Expeditum facere aliquem. Plaut. Epid.2, -quomodo
Me expeditum ex impedito faciam?
Curis expeditus. Horat.1.Carm.ode 22.
Facilis & expeditus ad dicendum. Cic.de Claris Orat.
Argumenta expedita statim depromere. Cic.2.de Orat.
Expedita & profluens celeritas. Cic.de Claris Orat.
Expedita cœna. Breuis & succincta. Plin.iunior,lib.3.epist.12.
Inops & Expedita disciplina, contraria. Cic.de Claris Orat. C.Sicinius igitur,&c. probabilis orator, iam verò etiam probate ex hac inopi ad ornandum, sed ad inueniendum expedita Hermagoræ disciplina.
Expediti equites, Leuioris armaturæ & nullis impedimentis grauati aut onerati. Sallust. Legionẽ cum qua hyemabat,& quamplurimos potest Numidas equites pariter cũ occasu solis expeditos educit.
Expedita excusatio. Cic.ad Att.lib.16.334, Nam si à Phædro nostro expedita excusatio esset, nunc quid respõdemus. Interruptus sermo.
Exercitus ad mutandum expeditus. Cic.Att.lib.5.106.
Acres,ad vim prompti,ad seditionem parati,armati in ciues & expediti ad cædem homines. Cic.2.pro Lege agrar.
Iaculum expeditum. Horat.1.Carm.ode 8,
-sæpe disco
Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito. Hoc est,expeditè iacto & iaculato vltra metam.
Expeditum iter. Cic.ad Atticum, lib.8.164, Omnibus copiis conductis,te implicet,ne ad me iter expeditum tibi sit,&c.
Expeditior labor, Facilior. Colum.lib.2.cap.4, Expeditior autem labor eiusmodi solo est,eo quòd pauciores impenduntur operæ.
Expedita legio, Expeditus exercitus, Expedita subsidia, in quibus milites sunt leuis armaturæ,& qui facilè huc illuc perducuntur. Liu. 4.bel Pun. Cic. ad Catonem, lib.15.4. Plancus ad Ciceronem, libro 10.24.
Expedita negotia. Cic.ad Lentulum,lib.1.3, Aulo Trebonio, qui in tua prouincia magna negotia & ampla & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter.
Expeditus intellectus. Paulus in l. Si seruum. 5. sequitur. D. de verb. obligat. Expeditum intellectum habet cõstitutio. Id est,manifestum:
Expedita & perfacile currens oratio. Cic.de Clar.Orat.
Expeditior tutiórque ratio domandi est. Colum.lib.6.cap.2.
Ad explicandum expeditissima res. Cic.Qu.frat.lib.3.16.
Expeditissimus reditus ad cælum optimo & iustissimo cuique. Cic.de Amicit. Idem semper animos hominum esse diuinos, isque quum è corporibus excessissent, reditum in cælum patere, optimóque & iustissimo cuique expeditissimum.
Expeditior & celerior remuneratio. Cic.2.Offic.
Senatusconsultum expeditum. Cic.Att.lib.5, Sed non dubito quin Senatusconsultum expeditum sit,in quo præsertim sit compendium populi.
Expeditior via ad honores. Cic.pro Flacco.
Acer & acutus in dicendo, & ad pronuntiandum expeditus vir. Cic.2.de Orat.
Doctus ex disciplina, & à natura ad dicendum satis solutus atque expeditus vir. Cic.de Claris Orat.
Expeditissimum vnguentum,quod citissimè apparatur,& præsentissimum est. Plin.lib 13.cap.1.
¶In expedito positum. Quintil.lib.10.cap.7. Vide IN.
In expedito esse. Plin.lib.4. cap.23. Vlpian.in l.Si dubitet.D.de Fideiussoribus, Nec enim semper facilius est nominis emptio, quum numeratio totius debiti non sit in expedito.

Expeditè, penult. prod. Aduerbium {εὐτρεπῶς} Celeriter, facilé. Cic. 2.de Inuent. Sed vt expeditius ratio tradatur, ea quæ proposuimus, breui nominabuntur.
Expeditè nauigare. Cic.ad Att.lib.6.119.
Expeditè explicare. Cic.de Claris Orat.
Celeriter & expeditè percipere. Cic.5.de Finib.
Expeditissimè purgari sic poterit. Colum.lib.2.cap.10.

Expeditio, Verbale {στρατεία, κίνησις} appellatur quum exeunt milites belli gerendi gratia:hoc est militaris apparatus:quòd explicent se atque expediant se à cæteris negotiis. Curtius. Omnem expeditionem ac militarem apparatum adduxit. Cæsar 8.bel.Gal. Liu.4.bel.Pun. Et mittentibus & missis ea læta expeditio fuit.
Expeditionem conficere ternis mensibus. Plin.lib.7.cap.2.
Educere exercitum in expeditionem. Cic.1.de Diuin.
Apes noctu deprehensæ in expeditione excubant supinæ. Plinius lib.11.cap.8.
Mittere in expeditionem. Vide MITTO.

Expello,expellis,expuli, pen.corr.expulsum {ἐξωθέω, ἐκκρούω, ἐξελαύνω, ἀποκρούω,ἀπελαύνω,ἀπωθέω} expéllere,Eiicere.
Expellere & Euocare, contraria. Cic.Att.lib.8.146, Non expulsi, sed euocati è patria.
Exturbari & expelli. Cic.2.pro Lege agrar. Sic enim dico,si Cãpanus ager diuidatur,exturbari,& expelli plebem ex agris, non constitui & collocari.
Expellere & eiicere aliquem ex prædio. Cic.pro Quintio.
Omnia ex animo expuli. Senec.Medea.7.
Expelli,exterminari,eiici ex vrbe. Cic.pro Milone, Hæc tanta virtus ex hac vrbe expelletur,exterminabitur,eiicietur?
Pondus vteri seipsum in auras expulit. Ouid.9.Metam.
Expellere in opus. Plin.lib.11.cap.11, Apes fucos primos in opera expellunt.
¶Æuo expelli. Lucret.lib.3,
Multáque præterea perdit quum expellitur æuo. Hoc est quum excluditur vita,quum moritur.
Violare,spoliare,bonis expellere. Cic.pro Milone, Deinde vbi mũlti ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiam hæc timentes in suspicionem cadérent.
Expellere bonis & fortunis omnibus. Cic.4.Verr. Expulsi bonis omnibus Romam venerunt.
Ciuitate aliquẽ expellere. Cic.Att.li.10.195. Ibid.3,Italia expellere.
Expellere domo,& Domum compellere,contraria. Cic.in Pison.
Expellere finibus. Cæsar 4. bel. Gal.
Finibus patriis expulsum esse. Virg.1.Æneid.
Per vulnera animam expellere. Ouid.6.Metamorphoseos,
Aut linguam,aut oculos, & quæ tibi membra pudorem
Abstulerant, ferro rapiam,aut per vulnera mille
Sontem animam expellam.
Expellere cinnos ex cerebro. Plaut. Trucul.6.
Curas pectore expellere. Lucan.lib.3.
Expellere desiderium ex corde. Plaut. Trinum,10.
Expellere dubitationem. Cæsar 5.bell. Gall. Quæ res omnem dubitationem aduentus legionum expulit.

Expulit ex omni pectore lætitias. Catul. epigr. 71.
Expellere ex matrimonio. Cic. pro Cluent. Mitto illam primam libidinis iniuriam, mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam, quæ, &c.
Expellere memoriam beneficiorum. Cæsar 1. bel. Ciuilis, Ne noua Cæsaris officia veterum suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent.
Mentem priorem expulit. Lucan. lib. 5.
Expulit helleboro morbum, bilémque meraco. Horat. 2. epist. 2.
Naturam expellas furca, tamen vsque recurret. Prouerbiū. Horat. 1. epist. 10.
Nequities illum expulit. Horat. 2. Serm. sat. 2,
-nos expulit ille,
Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris,
Postremum expellet certè viuacior hæres.
Expellere è patrimonio: Hoc est, paterna hæreditate excludere. Cic. pro Rosc. Amer. Nisi hoc indignū putas, quòd vestitū federe in iudicio vides, quem tu è patrimonio tanquam è naufragio nudum expulisti.
Expellere se è periculo. Plaut. Bacch. 20.
Rumpere atque expellere quietem. Sil. lib. 15.
Expellere aliquem regno. Cæsar 3. bel. Ciuil. Magnis copiis cum sorore Cleopatra gerens bellum, quam paucis antè mēsibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat.
Expellere sententiam alicuius, pro reiicere. Plin. epist. 167.
Somnos expellere. Ouid. epist. 14.
Tussim pectore expellere. Catul. epigr. 41.
Vitia ex animo dictis expellere. Lucret. lib. 5.
Fama furoris expulit armatam patriis è sedibus vrbem. Lucanus libro 2.

Expulsus, Participium ἐξωσθείς. Cic. pro Cluent. Lectum illum genialem quem biennio antè filiæ suæ nubenti straueràt, in eadem domo sibi ornari & sterni, expulsa atque exturbata filia, iubet.
Ira expulsa. Claud. 8. Paneg.
Sedibus expulsi oculi. Lucan. lib. 3.
Pudor expulsus. Senec. Medea, 12.
Quies expulsa. Ouid. 8. Metamorph.
Seges ab radicibus imis expulsa. Virg. 1. Georg.
Senatu expulso. Lucan. lib. 5,
Cepimus expulso patriæ quum tecta Senatu.
Omnibus expulsæ terris, olímque fugatæ Virtutis iam sola fides. Lucan. lib. 2,

Expulsim, Aduerbium, dictum à frequenti pulsu. Varro apud Nonium, Purgatum scito, quoniam videbis Romæ in foro ante ianienas pueros pila expulsim ludere.

Expulso, expulsas, expulsare ἐξωσθεῖμαι. Frequent. Martial. lib. 14. 51,
Si me nobilibus scis expulsare sinistris,
Sum tua: si nescis rustice, redde pilam.

Expulsio, Verbale ἐξώσεως. Cic. 2. Offic. Atque ob eas benemeritorum sæpe ciuium expulsiones, &c.
Expulsiones vicinorum. Cic. in Parad.

Expulsor, Verbale ἐξωστήρ. Qui expellit. Cic. pro Quintio.

Expultrix ἐξωστικὴ. vitiorum Philosophia. Cic. 5. Tusc.

Expendo, expendis, expendi, expensum ζυγώσομαι, ἐκτίνω, ἐξετάζω, λογίζομαι. expendere, Ponderare. Plaut. Asin. 7,
Quot pondo te censes esse nudum? 1. non ædepol scio.
1. E. Scibam ego te nescire. at pol ego qui te expendi, scio:
Nudus vinctus centum pondo es.
Expendere aurum auro. Plaut. Rud. 24,
-quid istic tua?
Aurum auro expendetur, argentum argento exæquabimus.
Auro aliquem expendere. Plaut. Merc. 8.
Expendere, atque æstimare pecunia. Cic. 7. Verr. Nam quæ iste in Apollonio fecit, ea primum breuiter cognoscite quot & quanta sint, deinde hoc expendite atque æstimate pecunia.
¶ Pœnas expendere alicui. Cic. 2. Tuscul. Vnde ignis lucet mortalibus, clàm diuisus? eum Prometheus doctus clepsisse dolo, pœnásq; Ioui fato expendisse supremo.
Expendere pœnas scelerum. Virg. 12. Æneidos,
Supplicia & scelerum pœnas expendimus omnes. Id est luimus omnes pœnas quæ sunt statutæ sceleribus. Seruius.
Pœnas capite expendere. Tacit. lib. 12.
¶ Expendere scelus: Id est persoluere. Virg. 2. Æneidos,
-& scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt.
Expendere supplicia veterum malorum. Virg. 6. Æneidos,
Ergo exercentur pœnis, veterúmque malorum
Supplicia expendunt.
¶ Expendere, Examinare, considerare. Cic. 1. Offic. Quæ contemplantes expendere oportebit quid quisque habeat.
Expendere & seligere. Cic. in Orat. Nec verò vtetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet ac seliget.
Iudicio expendere. Cic. pro Rab. Posth. Hæc mira laus est, quæ nó poetarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur.
Arte aliqua quædam expendere. Cic. de Claris Orat.
Omnes expendere casus. Virg. 12. Æneid.
Meritis expendere causam. Ouid. 13. Metam.
Dignum pretium expendere. Silius lib. 7.
Expendant se ipsi. Cic. pro Flacco, 48. Et 9, Expendere testem diligenter.
Viros spectare atque expendere bello. Silius lib. 3.
Expendere & æstimare voluptates. Cic. Post red. in Senat. Iidem expendunt atque æstimant voluptates: sententiámque dicunt & iudicant, quantum cuique libidini tribuendum esse videatur.

Expensus ἐσταθμημένος. Participium, Ponderatus, vt Aurum expensum. Cic. pro Flacco.
Expensa gradu ire. Propert. lib. 2. elegia. 4,
Ibat & expensa planta morata gradu. Fortasse quod Terentius suspenso gradu dixit.

Expensum, expensi, & Expensa, expensæ ἀναλώματα, δαπάναι. Sumptus. Plaut. Trucul. 3,
Vsuraria accipiat ilico expensa.
Codex accepti & expensi. Cic. pro Rosc. Comœdo, Non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi relatum confitentur.
Non indecores expensæ lassant æraria. Claud. 2. Paneg. Alij legunt, laxant.
Publicis expensis iter facere. Vlpian. in l. Ex eo tempore. D. De militar. testam.
Expensum ferre. Est scribere, te pecuniam dedisse, vt inquit Asconius: vt quum per singula expensi nomina, summam quandam expensam ascribimus: nomina autē vocantur in rationibus, quos nunc *articulos* dicimus. Cic. 3. Verr. Satis te elapsuri omni suspitione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres? neque in tuas tabulas vllum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent? quid proderat tibi te expensum illis non tulisse? Gellius lib. 14. cap. 2, Probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, mēsæ rationibus, chirographi exhibitione, &c. Hactenus Budæus. Cic. pro A. Cecinna, Hác emptione facta pecunia soluitur à Cęsennia, cuius rei putat iste rationem reddi non posse, quòd ipse tabulas non auerterit, se autem habere argentarij tabulas in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptáque relata. Idem 3. Verr. Quòd minus Dolabella Verri acceptum retulit, quàm Verres illi expensum tulerit. Idem pro Roscio Comœdo, Qui pecuniam expensam tulerunt. Et paulo pòst, Ille si non iussu huius expensum tulisset? non scripsisset hic. Idem Attico, lib. 2. epist. 4, Pro eo tibi præsentem pecuniam solui impetraui, ne tu expensum muneribus ferres. Id est, inquit Budæus, ne te donasse eum mihi æstimares: volo enim eum emptum mihi esse. Idem 6. Philipp. Quis vnquam in illo fano inuentus est, qui L. Antonio mille nummūm ferret expensum? Idem pro Rosc. Comœdo, Hæc pecunia necesse est aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit. Vlpian. ad Senatusconf. Trebellianum, l. Mulier, Dicendum est potius fructibus hoc expensum ferendū, quàm fideicommisso. Legitur & fiendum. Liu. ab Vrbe condita, Homines propè quatercentum produxisse dicitur, quibus sine fœnore expensas pecunias tulisse.
Expensam referre. non solūm de pecunia, sed etiam de aliis operibus dicitur. Cælius Ciceroni, lib. 8. 4, Mentio facta est de legione ea quam expensam tulit Caio Cæsari Pompeius. Marcellus ad l. Iuliam reperundarum, l. Lex Iulia, Illud quoque cauetur, ne expensum ferat opus publicum faciendum, frumentum publicè dandum, præbendum, apprehendendum, farratecta tuenda, antè quàm perfecta, probata, præstita legerunt. Iabolenus De supellectili legata, l. Qui vestem omnem, & res plurium generum supellectilis nomine expensum ferre solitus erat. Legitur & expensō. Scæuola, Quæ in fraudl. Pupillus, Creditores suæ negligentiæ expensum ferre debent. Plin. lib. 2. cap. 7, Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, sola vtráque paginam facit. Id est Quicquid lucri aut damni, quasi expensi aut accepti mortales faciunt, omnia fortunæ ascribunt.

Expenso, as, expensare, pro Expensum ferre in conficiendis rationibus, lectum apud eruditos scribit Cæl. Antiq. lect. lib. 12. cap. 21. Scæuola in l. Thais. §. Libertatem. D. De fideicomm. libertat. Post mortem testatoris tutores Cupito exactionem commiserunt, isque numos tedactos expensaute eisdem tutoribus.

Expergo, expergis, expersi, expersum ξυπνῶ. expergere, Est madefacere, compositum à verbo Spargo, quum pro Implere sumitur. Hinc

Expersus, Participium ἔκδυτος. Idem quod Madefactus. Virgilius 3. Æneidos,
-faniéque expersa natarent
Limina. Vbi Seruius, Expersa: hæc fuit vera lectio, id est madefacta. Nam si asperſa dixeris, id est inrorata, Tapinosis & Hyperbole iunguntur.

Expergo, expergis, experrexi, experrectum ἐξυπνίζω, ἀνυπνίζω. expergere, Idem quod expergefacere. Accius Antigona, Heus vigiles properate, expergite pectora tarda sopore. exurgite. Gel. lib. 6. cap. 10, Ista te animos iuuenum expergebat. Sipontinus, Experge te facias scripsit Cicero, pro Te expergefacias.

Expergor ἐξυπνίζομαι. Passiuum. Lucret. lib. 5,
-expergi quo possit vis animai.

Experrectus, Participium ἐξυπνισμένος. Sallust. Experrecti somnō, arreptis armis tumultum facere. Cic. 1. de Diuinat. Quum autem experrectus esses hora secunda ferè, &c.
Experrectus, vt inquit Festus, qui per se vigilare cœpit.
Cum sole experrectus. Cic. Att. lib. 13. 290, Deinde quū somno peritо simul cum sole experrectus essem, datur mihi epistola à sororis tuæ filio.

Experrectus ἐξύπνισις. Nomen. vt Experrecta nobilitas. Cic. pro Sext. Rosc. Idcircóne experrecta nobilitas armis atque ferro Rēpub. recuperauit, &c.
Vigor experrectus. Vide Vigor, in VIGEO.
Experrecta virtus. Cic. in Pisonem, Quum experrecta tandem virtus clarissimi viri celeriter, &c.
Experrectiores apes. Colum. lib. 9. cap. 7, Vt apricum habeant apes matutinum egressum, & sint experrectiores.

Expergisco, scis, Actiuum significationem habet, pro excitare. Plin. lib. 22. cap. 13, Vrtica lethargicos expergiscit, tactis cruribus, magisque fronte. Sic enim legit Perottus, & eum secutus Calepinus. Quanquam bona pars exemplarium, quæ hodie in manibus versantur, Expergisci modo infinito legē dum ostendunt, vt dependeat à Cogit superioris clausulæ verbo: vt sit sensus, Vrtica cogit expergisci, &c. Legitur & Expergisco neutrum absolutum, pro Expergiscor. Pomponius Agamemnone, Supposito nequis miraretur, quum tam clarè tonuerit, vt siquis dormiret expergisceret. Nonius.

Expergiscor, expergisceris, pen. corr. ἀνυπνίζομαι. expergisci, Excitari. Cic. Expergiscimini aliquando, atque exurgite. Terent. Adelph. 4, 4, Cessatum vsque adhuc est: nunc iam porro Æschine expergiscere. Sallust. Omnes expergiscantur ad nobilitatem. Cic. ad Attic. lib 2. 38, Si dormis, expergiscere: si stas, ingredere.
Vt te ipsum ferues non expergisceris? Horat. 1. epist. 2.
Noctu lumine apposito expergisci. Cic. 1. de Diuinat. Noctu lumine apposito experrecta nutrix animaduertit puerum, &c.

Expergefacio, expergefacis, pen. corr. ἐξυπνίζω. expergefacere, Excitare. Plautus Curcul. 4,
Magnum flagitium probrúmque expergefacis Phedrome. Per translationem dixit Plautus.
Se expergefacere. Cic. 7. Verr.
Terrore subito expergefacit Italiam tumultus. Author ad Heren. libro 4.

Expergefactus, Participium. ἐξυπνισθείς. Lucret. lib. 2,
Ac musæa mele per chordas, organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.
Caput expergefactum erigere. Lucret. lib. 5.

Expergefio, pen. prod. expergefis, pen. indiff. expergefactus sum vel fui ἐξυπνίζομαι. expergifieri, pen. corr. Excitari. Sueton. in Caligula, cap. 38, Ac ne paululum quidem moræ patiens, super quadraginta reos quondam ex diuersis criminibus vna sententia condemnauit: gloriatúsque est, expergefactæ somno Cæsoniæ, quantum egisset, dum ea meridiaret.

Expergitus, pen. corr. ἀνυπνισμένος. vt inquit Festus, dicitur ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum. Lucilius, Ego è somno pueros cum mane expergitur clamo. Lucret. lib. 3,
-nec quisquam expergitus extat,
Frigida quem semel est vitāi pausa secuta.

Experior, experiris, pen. prod. expertus sum ἐπιχειρῶμαι, δοκιμάζω, δοκιμαστεύω. experiri, A peritia deriuatur, teste Sipontino: & significat probare, & tentare, ac periculum facere. Plaut. Merc. 6,
Benignitatem tuam mihi experto prædicas. Idem Amphit. 6,
Experiri sthuc mauellē me, quàm mihi memorarier. Virg. 8. ecloga,
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus. Seruius.
Experiri, & assequi. Cic. Attic. lib. 7. 12. 2. Idem in Orat. Experiri id nollent quod se assequi posse diffidant.
Experiri & perficere. Cicero in Orat. Quod quoniam me sæpius rogas aggrediar, non tam perficiundi spe, quàm experiundi voluntate.
Experiri & probare. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3, Quæ ego experiens quotidiè sic probo, vt ea mihi salutem afferre videantur.
Coniectura prospicere & experiri. Cic. pro Domo sua, Neque id coniectura prospiciebamus, sed iam experti videbamus.
Experiri & tentare. Brutus Ciceroni, 16, Experiárque & tentabo omnia, neque desistam, &c.
Experiri ad arborem cornua. Plin. lib. 8. cap. 32. De cornibus cervorum.
De aliquo experiri. Cic. Att. lib. 14. 318, Quid tu Bruto putas & ingenioso & eruditò? de quo etiam expertus sum nuper in edicto, &c.
De seipso experiri. Cic. 12. Philip.
De iniuriis experiri. Cic. pro Cælio.
Experiri in aliquo. Plaut. Mostel. 4,
In te hercle certum est principium, vt sim parcus, experiri.
In nobis experiri aliquid. Cic. pro Plancio, Omnia quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis.
Experiri in vtranque partem. Terent. in Prol. Heaut.
In hac est pura oratio, experimini
In vtranque partem ingenium quid possit meum, Nisi fortè sic malis exponere, quid meum ingenium possit in vtranque partem.
Experiri in paruis. Plin. lib. 8. cap. 40.
In seipso experiri. Cic. Planco, lib. 13. 30, Ego quod in meipso experiri potui, ad te deferam.
Vicissim experiamur inter nos quid possit vterque. Virg. eclog. 3.
Cum periculo aliquid experiri. Cic. pro Flacco.
Experiri quanti. Plaut. Amphit 6. Idem Trucul. 8,
Nunc hue remisit nuper ad me epistolam, sese experturum
Quanti sese penderem.
Experiri quid. Plaut. Pseud. 3,
Curaut omniainunc ego te experiar quid ames, quid simules.
Experiri an viuat. Plin. epist. 14. lib. 3.
Experiri vt. Plaut. Amphit 8,
-an ille me tentat sciens?
Atque id si volt experiri, suum abitum vt desyderem, &c.
Parum prospere aliquid experiri. Quint. lib. 6. cap. 5.
Actione experiri. Paulus in l. Quum sponsus. §. finali D. de Publiciana in rem actione, Sed etiam is, qui momento possedit, rectè hac actione experietur.
Experiri domo, pro In re domestica. Plaut. Amphit. 8,
Nam ego id nunc experior domo.
Monitus alicuius experiri. Ouid. 2. de Remed. amoris,
Quid tibi præcipiam de Bacchi munere quæris?
Spe breuius monitus experiere meos.
Experiri opera & factis. Plaut. Capt. 7. Idem Asin. 5,
Nunc pergam ad forum, atque experiar opibus, omni copia.
Experiri periculo, Idem quod experiri fortunam, etiam cum periculo, vel periculum facere cum damno. Cic. ad Atticum, lib. 9. 8, Nunc si sine periculo experiundum erit, experiar certè, vt hinc auolem. Quædam exemplaria hic legunt, pericula in accusatiuo plurali: vt sit ea forma dictum qua Pacémque ab rege petendum.
Experiri reipsa. Terent. Adel. 5. 5. Cic. de Senect. Vt ea quæ ex me audistis, re experti, probare possitis.

Viribus intentis experiri aliquem. Valer. 3. Argon.
¶ Æquora & vias experiri. Valer. 8. Argonauticon,
-tecum æquora, tecum
Experiar quascunque vias.
Amorem alicuius in certo tempore experiri. Cic. Capitoni in Epist. ad Atticum, lib. 16 343.
Amores amaros experiri. Virg. 2 eclog.
Domi arma experiri. Stat. 11. Thebaid.
Aues experiri, Captare auguria. Ouid. 4. Fastorum;
Magna fides auium est, experiamur aues.
Carmina experiri. Virg. 5, eclog.
Experiri certamen. Liu. 1. bel. Maced. Prius quàm experirentur certamen, metu, in deditionem venerunt. Id est congrederentur.
Deos iniquos experiri. Ouid. 3. eleg. 2.
Experiri extrema. Sallust. in Catil. Constituit bellum facere, & extrema omnia experiri.
Fidelem experiri aliquem. Horat. 4. Carm. ode 4, de aquila,
Cui rex deorum regnum in aues vagas
Permisit expertus fidelem Iuppiter in Ganymede flauo.
Experiri fidem alicuius. Plaut. Capt. 6.
Experiri fortunam. Cæsar 1. bel. Gal. Fortunámque quæcunque accidat, experiantur.
Ius experiri. Paulus in l. 1. D. de In ius vocando, In ius vocare est iuris experiundi causa vocare.
Laborem experiri. Virg. 4. Georg.
Experiri & subire labores. Cic. pro Sextio.
Experiri libertatem. Sallust. in Iugurtha, Certè ego libertatem experiar, quæ mihi à parente meo tradita est.
Omnes omnia experiri par est, qui res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt. Cic. in Orat.
Frustra omnia experiri. Catul. in Aurelium, epigr. 18.
Experiri perfidiam alicuius. Cic. 3. Verr.
Pœnas experiri. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.
Periclitari & experiri pueros. Cic. 2. de Diuinat. Nam quòd aiunt, quadringenta septuaginta annorum in periclitandis experiundisque pueris quicunque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt.
Seruitutem alicuius experiri. Scæuola in l. Thais. §. 1. D. de fideicom. libert.
Taciturnitatem alicuius experiri. Cic. de Claris Orat.
Terram experiri facilem. Virg. 2 Georgicorum,
-illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Vim veneni experiri in aliquo, & eius perceleri interitu venenum comprobari. Cic. pro Cælio.
Vires suas experiri. Ouid. 2. de Arte.
Vltima experiri. Liu. 3 Decad. lib. 4, Persuadent vt traduci se in Locros paterentur, nec vltima experiri vellent.
Experiri, cū Infinitiuo. vt Ire per inuitas experiemur aquas. Ouid. epist. 17.
¶ Experire, pro experiri, antiquè apud Plautum Asin. 5,
-vt quenque amicum videro,
Dignos indignos adire, atque experire certum est mihi.
¶ Experiri, Actionem intendere in iudicio. Vlpianus Iureconsul. l. Prætor ait. D. Vbi bonorum rapt. In eum in anno quo primum de ea re experiundi potestas fuerit, in duplum: post annum in simplum actionem dabo. Cic. pro Quintio, Siquid in controuersiam veniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. Budæus.
Liberali iudicio experiri. Vlpianus in l. Siquis ne. D. de Quæstionibus. Siquis, ne quæstio de eo agatur, liberum se dicat: dinus Adrianus rescripsit, non esse eum antè torquendum quàm liberali iudicio experiatur.
¶ Expertum est, pro Experimento comprobatum est. Gell. lib. 15. cap. 7, Obseruatum est in multa hominum memoria expertúmque est. Cato cap. 157, Citò sanum facies hac cura: expertum hoc est.
Experiendum est. Cic. de Amicitia, Experiēdum autem est in ipsa amicitia, ita præcurrit amicitia iudicium.

Experiendus. Adiect. ἐπιφερτέος. Plin. lib. 16. cap. 35, Ederæ mira prodit natura ad experienda vina.
Brachia experienda dare per lusus. Ouid. 2. Fastorum,
Cæst-bus, & iaculis, & misso pondere saxi
Brachia per lusus experienda dabunt.
Experiundi iuris gratia. Cic. pro Cecinna, Homines inermes qui ad constitutum, experiundi iuris gratia, venissent.

Experiens, Adiectiuum ἐμπειρος. vt Parum experiens. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7,
-quæ scilicet in me
Quàm proba, tam timidā est, experiénsque parum.
Ingenium experiens. Ouid. 1. Amor. eleg. 9,
Ergo desidiam quicunque vocabit amorem
Desinat, ingenij est experientis amor.
Experiés vir, Qui valde experitur. Cic. pro A. Cluent. Quas literas A. Aurius vir fortis & experiens, & domi nobilis, & c. recitat. Horat. 1. epist. 18, Et decus & pretium rectè petit experiens vir.
Experientissimus ac diligentissimus homo. Cicero 5. Verr. Nympho est Centuripinus, homo gnauus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. Et 6. Verr. Promptus & experiens homo.
¶ Experitos, veteres dixisse imperitos, testis est Festus.

Expertus, Participium ἔμπειρος. siue Nomen ex participio: Hoc est experientia doctus & prudens factus. Virg. 1. Æneidos,
-vos & Cyclopea saxa
Experti, reuocate animos. Cic. de Amicitia, Et iudicare, difficile est sanè nisi expertum.
Doctus & expertus. Cic. 2. de Orat. Dicam enim tibi Catule non tam doctus quàm (id quod est maius) expertus.
In rebus suis & alterius expertus. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Te autē, ex-

si mallem in meis rebus expertum,quàm etiam in tuis,tamen, &c.
Loquor expertus. Senec. Thyeste,55,
Venenum in auro bibitur:expertus loquor.
Bello expertus. Virg.7.Æneid.
Expertus honoribus homo. Plin.in Paneg.In summum discrimen adducta Resp.expertum honoribus virum posceret.
Labores Lucinæ primos experta,Id est partum. Virg.4.Georg.
Manum sæuam experta est.Seneca Hippol.29.
Pericula mille mecum expertus. Lucan.lib.1.
Experta fœcunditatis fœmina. Tacitus lib. 12, non procul ab initio. Paulo pòst sese exponens, Datum inquit, ab ea fœcunditatis experimentum.
Puella virum experta. Horat.3.Carm.ode 14.
Credere expertis. Ouid.5.Fast.
Animus bellis expertus. Tacit.in Vita Agricolæ.
Expertæ industriæ homo. Suet.in Vespas.cap.4.
Sæuitia experta. Propert.lib.1.eleg.3.
Virtus experta,pro explorata. Tacit.lib.3.
Experta & perspecta obrectatorũ vox. Cic. pro Cornelio Balbo, Cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret, huius præsens, experta atque perspecta obtrectatorum voce lædetur? Id est probata.
Expertus, cum genitiuo. Liuius lib. 4. bel Pun. Seruitudinis indignatisque homines expertos aduersus notum malum irritatos esse.
Belli expertus. Virg.10.Æneid.
Certaminum expertus. Liu. lib.10.Decad.4,Expertos inter fratres certaminum.
Sagittæ expertus. Silius lib.8.
Experta prodimus. Plinius lib.16.cap.13. Hoc est iandudum approbata.

Experientia,experientiæ {πεῖρα,δοκίμειον,ἐμπειρία,δοκιμασία} Periclitatio. Planc.ad Cic.lib.10.18, Quæ si aduentus meus represserit, agam gratias fortunæ,constantiæque meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. Virgil.1.Georgicorum,
-atque apibus quanta experientia parcis.
Veri experientia. Ouid.1.Metam.
Impigra mentis experientia. Lucret.lib.5.
Noua experientia. Virg.4.Georg.

Experimentum {πεῖρα.} Plinius in Paneg. Discat igitur Ægyptus, credátque experimento,non alimenta se nobis,sed tributa præstare.
Longa magnáque experimenta,Vide LONGVS.
¶Agere experimenta,Id est periculum facere,Vide AGO.
Capere experimentum, Vide CAPIO.
Deprehendere experimentis. Quintil.lib.2.cap.12.
Duci experimentis ad consentiendum. Quintil.lib.3.cap.8.
Facere certissimum morum experimentum. Quintilianus libro 3.cap.7.
Inspicere aliquem experimentis,Vide INSPICIO.

Expertor,expertoris, Verbale, Qui aliquid experitur, aut expertus est. Silius Italicus lib.12,
Non ita me experti Fabius,Fabióque magister
Turbarum expertor quum clausos milite colles,&c.

Expers,expertis,Adiectiuum {ἄμοιρος} Quidam ab experior deductum volunt: alij ab ex,& pars,partis, quasi sine parte. Est autem expers, ignarus, rudisque, & nullam rerum experientiam habens. Item qui non sentit. Vnde expertem doloris dicimus,qui non sentit dolorem.
Expertem mortis,qui non moritur. Cic.6.Verr.His quidem in temporibus in omni orbe terrarum vacui,expertes,soluti ac liberi fuerũt ab omni sumptuum molestia,munere,&c.
Expers & ignarus eruditionis. Cic.2.de Orat.Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse.
Expers amoris gnati, Qui nescit & ignorat gnatum amare. Plautus Pseud.7.
Belli expers. Ouid.5.Meram.
Consilij,Qui caret consilio,aut alterius consilium ignorat. Cic.ad Att.lib.3.66.
Rudis,ignarus rerum,expers consilij aut ingenij. Cic.pro Sextio.
Corporis,Qui non habet corpus. Cic.4.Acad.
Cupiditatum & æmulationum. Cic.1.Tusc.
Curæ. Liu.1.ab Vrbe, Confederant vtrinque pro castris duo exercitus,periculi magis quàm curæ expertes.
Curarum expers. Stat.2.Sylu.2.
Decoris expers. Ouid.2.Metam.
Discriminis expers. Lucan.lib.5.
Ferri expers. Plin.lib.15.cap.29.
Fraudis expers. Claud.de Nupt.Honorij.
Funeris expers. Ouid.ad Liuiam.
Honestatis expers ratio aut voluptas. Cic.2.de Fin.
Humanitatis expers. Cic.Octauio,4. Idem 2.de Diuinat.
Imperij matris. Plaut.Asin.10. Id est,quæ mater imperat negligẽs.
Iniuriarum & commodorum. Cic.3.Verr.
Irarum expers, Silius lib.7.
Gens iuris expers. Senec. Troad.12.
Laboris. Plaut.Amphit.4.
Liberalitatis tuæ expers factus sum. Plin.in Paneg.
Imperitus & expers linguæ Græcæ. Plin.lib.29.cap.1.
Metus expers. Lucan.lib.2.
Nominis expers. Lucret.lib.3.
Nuptiarum expers. Horat.3.Carm.ode 11.de puella quadam.
Lumina oculorum expertia somno. Lucret.lib.6.
Opis expertes. Lucret.lib.6.
Nullius ornamenti expertem præsertim in Republica oratorem esse oportere. Cic.1.de Orat.
Pacis expertes. Ouid.1.de Ponto,eleg.9.
Omnium periculorum expers. Cic. Planco,lib.4.14.

Præmiorum, beneficiorúmque expertes aliquos facere. Cicero pro Cornelio Balbo.
Rationis. Cicero 1.Acad.
Vtens ratione, & Expers rationis, contraria. Cic.in Topic.
Particeps rationis & cogitationis & Expers, contraria. Cic.1.de Legibus,Solum est enim ex tot animantium generibus, atque naturis,particeps rationis & cogitationis:quum cætera sint expertia.
Roboris expers. Ouid.15.Metam.
Sepulchri expers. Ouid.4.de Ponto,eleg.8.
Somni expers. Senec. Herc.fur.3.
Expers sui. Cic.de Amic. Serpit enim nescio quo modo per omnẽ vitam amicitia: nec vllam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. Hoc est sine amicitia esse.
Expers terroris Achilles, Vide ACHILLES.
Thalami expertem vitam degere. Virg.4.Æneid.
Tributorum expertes. Tacit.lib.20.
Turpitudinis. Cic.4.Verr. Nemo ita viuebat,vt nulla eius vitæ pars summæ turpitudinis esset expers.
Virtutis expers. Virg.10.Æneid.
Vndæ cibique expers per nouem luces. Ouid.4.Metam.
¶Expers, ablatiuo etiam iungitur. Plaut.Persa 15, Ea res me domo expertem facit. Id est me abesse domo facit.
Expers fama & fortunis. Sallust.in Catil. Neque quo periculum aliis faceremus,sed vti corpora nostra ab iniuria tuta forent, qui miseri,egentes,violentia atque crudelitate fœneratorum, plerique patria,sed omnes fama atque fortunis expertes sumus.
Expers metu. Plaut.Asin.3,
Dono te ob istud dictum,vt expers sis metu.
Expers eo more. Plaut.Amphit.8,
Eo more expertem te factam aduenientes offendi domum.

Expes,om.gen. {ἄελπτος} Sine spe. Accius Euryface, Ille orbus, expes liberũm. Idem Medea,Exul inter hostes,expes,expers,destertus,ragus. Hæc Nonius. Tacit.lib.5, Mox vbi expes vitæ fuit, meditatas compositásque diras imprecabatur. Horat.in Arte,
-quid hoc,si fractis enatat expes
Nauibus ære dato qui pingitur?
Inops & expes. Ouid.6.epist.

Expeto,expetis,pen.corr.experiui,expetitum,pen.prod. {ἐφίεμαι,χαίρω,ἐπιθυμέω,ἀφίεμαι} expetere, Vehementer petere, & concupiscere. Cic.1.Offic. Expetuntur diuitiæ tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Terent.And.4.2, Hanc mihi expetiui.
Inter appetere & expetere, Vide APPETO.
Expetere & Abicere, contraria. Cic.Attico,lib.6.120, Nec me scio in expetendo cognosces, nec ἄτυφον in abiiciendo.
Expetere & assequi. Cic.2.de Orat. Certè hoc quod tu expetis, nemo vnquam assequetur.
Expetere & Fugere, contraria. Cic.2.de Finib. Cætera aut omnino nihil habere momenti, aut tantum vt nec expetenda nec fugienda, sed eligenda modò aut reiicienda sint.
Optare & expetere. Cic.1.Offic. Quum persuasum sit nihil hominem,nisi quod honestum decorúmq; sit, aut admirari,aut optare,aut expetere oportere.
Expetere & postulare. Cic. pro Lege Manilia, Ne legaretur A.Gabinius Cn.Pompeio expetenti ac postulanti.
Resistere & Expetere, cõtraria. Cic. Quint.frat.lib.1.1, Dum impudentiæ nonnullorum negotiatorum resisto, dum nostram gloriam tua virtute augeri expeto,feci non sapienter.
Vitare & Expetere,cõtraria. Cic.pro Milone, Atque vt illi nocturnus ad vrbem aduentus vitandus potius,quàm expetendus fuit.
Experere aliquid bona venia ab aliquo. Terent.Phorm.2.3,
Adolescens primum abs te hoc bona venia expeto.
Deposcere & expetere aliquem imperatorem ad bellum. Cic.pro Lege Manilia.
Expetere in,vel expetere alicui. Plaut.Amphit.7,
profers carnifex:
Cuius ego hodie in tergo faxo ista expetant mendacia. Ibid.9,
Nam mea sit culpa,quod egomet contraxerim,
Si id Alcumenæ innocenti expetat.
A natura expetere aliquid. Cic.1.de Orat.
Vehementer aliquid expetere. Cic.1.Offic.
Summa cupiditate expetere aliquid. Cic.6.Verr.
Maximè aliquem expetere. Cic.de Claris Orat.
Expetere aliquem aliquid. Plaut.Casina,9,
Atque id non tam ægrè est iam vicisse villicum,
Quàm id expetiuisse opere tam magno senem.
Expetam alterum præ te. Plaut.Merc.8,
Pol sanus si sim,præ te medicum mihi expetam.
Expetere ab aliquo auxilium. Cic.pro Milone.
Coniunx expetitur tauro. Ouid.9.Metam.
Expetere ius alicuius,pro Curare vt alicui fiat ius, & ius suum obtineat. Plaut.Rud.31,
-mirum quin tuum ius meo periculo expetam.
In concionibus tracta quædam & fluens expetitur oratio. Cicero in Orat.
Expetere pacem multis hostiis. Plaut.Amphit.17,
Vt Iouis supremi multis hostiis pacem expetam.
Expetere pœnas ab aliquo. Cic.pro Lege Manilia, Vt mihi quidem videãtur dij immortales, etiam si pœnas à Pop. Rom. ob aliquod delictum expetierint.
Expetere preces à deo,pro Precari deum. Plaut.Rud.7.1,
Qui sunt qui à patrona preces mea expetentes sunt?
In gratiam aliquorum reditum eorum expetere. Cicero Appio Pulchro,lib.3.10.
Sapientiam expetere. Cic.1.de Finib.
Supplicium expetere. Liu.6.bel.Pun. Tanta auiditas supplicij expetendi,tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis.

Vitam

Vitam alicuius expetere. Cic.pro Deiot.
Vita ea expetitur quæ sit animi corporisque expleta virtutibus. Cic.5.de Finib.
Natura voluptatem expeti. Cic.2.de Finib.
¶Expetunt,pro Bueniunt. Plaut.Amphit.4,
Ergo in seruitute expetunt multa iniqua.
¶Ætatem expetit. Plaut. Pœnul.7,
Malo si benefacias,id beneficium interit:
Bono siquid malefacias,ætatem expetit.
¶Audire expeto. Seneca Hippol.9.
Cognoscere expeto. Ouid.7.Metam.
¶Expetitur vnguentis radix aspalathi: Hoc est,prodest in vnguentis. Plin.lib.12.cap.24.

Expetendus {ὀπτὸς γνῶναι τέος} Dignus qui expetatur. Plaut.Persa,15,
Forma expoenda liberalem mulierem. Cic.Pulchro,lib.3.10,Amicitia expetenda.
Magis expetendus. Catul.in Epithal.Iuliæ,de Hymenæo.
Vulgo expetenda atque optabilia dicendo amplificat atque ornat orator. Cic.1.de Orat.
Quod optabile expetendum est: quod expetendum,laudabile. Cic. 4.de finib.
Magnopere expetendum nihil esse in vita nisi laudem atque honestatem. Cic.pro Archia.
Magnas & magnopere expetendas res concupire. Cic.in Orat.
Expetenda per se virtus. Cic.1.de Finib.

Expetens,pen.corr. {ἱμερόεις} Nomen ex participio. Plin. lib. 12. cap. 17,Capræ maleficum frondibus animal, odoratorum verò fruticum expetentium.
Consilia sana expetens. Seneca Hippol.2.

Expetitus,pen. prod. {ἐπιτυμβίδιος} aliud Participium. vt Complexus expetiti. Seneca Thyeste,564.

Expetisco,expetiscis,expetiscere, Vehementer desiderare. Plaut. Milit. Act.4.scen.1, -à luculenta,atque festiua fœmina
Quæ re amat,tũ quæ expetiscit pulchram pulchritudinem. At alij rectius legunt scribuntq; expetisti,vel expetessis, vt Act.eod.scen.6, Quem amo,quémque expet.sso. Et paulo pòst,
Illum multæ sibi expetissunt. Budæus legit expetessunt.

Expetesso, expetessis {ἐπιθυμέω,ὀρέγομαι} expetetessere, Idem quod petere, siue desiderare. Plaut. Trinum.55
-sed hoc non liquet,
Nec satis cogitarim veram potius harum mihi artem expetessam.
Idem Epid.5. Antiquum.

Expiabilis,Expiamentum,Expiatio, Vide EXPIO.

Expilo, expilas, pen.prod. {σφετερίζω} expilare, Deripere, deprædari, furtiuè fraudare: quasi ne pilum quidem relinquere. Quidam existimant dictum à pilis Romanorum telis, vel à Græco πιλῶ, quasi σπιλῶ, id est complano: quòd qui aut è facie pilos, aut è domo supellectilem detrahunt, æquare ac complanare omnia videntur. Inde apud Iurisconsultos titulus est, De crimine expilatæ hæreditatis: & qui alienam hæreditatem expilauerit, extraordinariè solet coerceri. Cic. in Parad. Si socios spolias, ærarium expilas. Sueton. in Nerone, cap. 26. Tabernulas etiam effringere & expilare, quintana domi constituta. Cic. 6. Verr. Quum in suspicionem venissent suis ciuibus fanum expilasse Apollinis.
Oculos genis expilare. Ouid.13.Metam.
Expilare socios, & diripere prouincias. Cic. pro Lege Manilia.
Spoliare & expilare regem. Cic.6.Verr.
Expilare thesauros. Liu.1 bel.Maced.

Expilatus,pen. prod. Participium {σφετερισμένος} Cic.3.de Orat. Quæ quoniam iam aliunde non possumus,sumenda sunt nobis ab iis ipsis à quibus expilati sumus.
Armarum expilatum,pecunia ablata. Cic.pro Cluentio.

Expilator, pen. prod. Verbale {σφετεριστής} Asconius, Expilatores sunt atrocũres fures, qui ne pilum quidem relinquunt in corpore spoliatorum. Cic.ad Q.frat.lib.1.1, Quum vrbs custodem,nõ tyrannum: domus hospitem, non expilatorem recepisse videatur?

Expilatio, Verbale {σφετερισμός} Cicero 2.Offic. Tanta sublatis legibus & iudiciis expilatio,direptióque sociorum. Sic 5. Verrina, Expilatio Asiæ.

Expingo, expingis, expinxi, expictum {ἐκτυπόω} expingere, Idem quod pingere significat. Plin.lib.35. cap.7, Quoniam & pericula expingimus, nequis miretur & rogos pingi. Cic.5.Tusc.Qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus est, vt quæ ipse non viderit,nos vt videremus effecerit?

Expio, expias {ἁγνίζω} expiare, Purgare, & mundum ac purum facere. Valer.lib.1.cap.de Somniis, Supplicem sacrificio expiauerat. Liu. 1.ab Vrbe, de Horatio, qui Horatiam sororem interfecerat, Imperatum patri vt filium expiaret pecunia publica. Plinius lib.33. cap.11, de lectis argenteis, Quæ omnia expiauit bellum ciuile Syllanum. Idem, Hæc sæpe expiata magicis euentibus. Plinius in Paneg. Miseras voluptates vino & ignibus expiauit. Idem epist.163, Quem errorem magnis documentis expiauit in summum periculum adducta. Id est luit. Pers.satyr.2,
Ecce auia aut metuens diuûm matertera,cunis
Exemit puerum,frontémque,atque vda labella
Infami digito,& lustralibus antè saliuis
Expiat,arentes oculos inhibere perita.
Procurare & expiare. Cic.2.de Diuinat. Officium autem esse eius, prænoscere dei erga homines mente qua sint, quídque significent, quemadmodúmque ea procurentur atque expientur.
Expiare cædem cæde, & sanguinem sanguine. Sallust.de Republ. ad Cæsarem, Neque barbaro ritu cæde cædem, & sanguine sanguinem expiandum.
Crimen expiare. Seneca Medea,8.
Expiare egestates latrocinij sui. Cic.11.Philipp. Si verò coloniarum & municipiorum sine vlla dubitatione hostis est: quid tandem huius

censetis vrbis,quam ille ad expiandas egestates latrocinij sui concupiuit? Ex vetusto codice legendum ad explendas,&c.
Errata expiare. Cic.de Arusp.resp.
Forum ab illis nefariis sceleris vestigiis expiare. Cic. pro Rabirio Perduel.reo.
Expiare iniuriam. Plin.epist.159.
Expiare manes mortuorum. Cic.in Pisonem.
Manus cæde expiare. Seneca Herc.fur.11.
Numen Cereris supplicio alicuius expiare. Cic.6.Verr.
Supplicio alicuius religiones expiare. Cic.pro Milone.
Religionem ædium expiare. Cic.de Arusp.resp.
Sacrum commissum quod expiari poterit, sacerdotes expiantõ. Cic.1.de Legib.
Expiare scelera,Id est punire. Cic.in Pisonem, Tua scelera dij immortales in nostros milites expiauerunt. Id est, propter te afflixerunt nostros. Sic Expiare iniurias legatorum, Liu. 1.ab Vrbe. Atque eadem quoque ratione luxum populi expiare solent bella: teste Plinio lib.33.cap.11. Horat.1.Carm.ode 2,
Cui dabit partes scelus expiandi Iuppiter?
Expiare somnium. Valer.de Somniis,cap.2.
Violata expiabuntur. Cic.Attico,lib.1.12.

Expiatus,pen.prod. Participium. Cic.1.Philipp. Quem potes recordare in vita tibi illuxisse diem lætiorem,quàm quum expiato foro,dissipato concursu impiorum,&c.
Cruoribus expiatis vncta arma. Horat.2.Carm.ode 1.

Expiatus,huius expiatus,pen.prod.pro Expiatione. Tertullianus.

Expiamentum, expiamenti. Expiationis necis humanæ ab imprudentibus admissæ exemplum videre licet apud Herodotum lib. 1, quo in loco Cræsi meminit, nuptias filij sui celebrantis. Quum autem (inquit) filij nuptias Cræsus in manibus haberet, aduenit Sardeis quidam calamitate præditus,manibúsque impuris, natione Phryx. Hic quum ad Cræsi ædes accessisset, gentilísque instituto ritúque patrio postulasset, sibi vt liceret expiamenti optati compotem esse, Cræsus eum expiauit. Est autem Lydis Græcísque ritus expiandi similis. Postquàm autem Cræsus legitima iustáque lustrationis peregit: vnde nam ille & quis esset percontari instituit. Budæus.

Expiatio, Verbale {ἐξίλασις} Cic. 1. de Legib. At verò scelerum in homines atque impietatum nulla expiatio est.

Expiabilis, & hoc expiabile, pen. corr. {ἐξιλαστικὸς} Adiectiuum. vt Bellum expiabile, Cic.13. Philipp. Id est necessarium & expiandi gratia susceptum piacula admissa. Budæus.

Expiro,expiras, penult. prod. {ἐκπνέω,ἐκψυχομαι,ἐξαπτόω,ἀπολύω} expirare, Spiritum emittere:dictum,vt ait Nonius,vel à spiritu effuso, vel à spiraminibus. Lucil.lib.3,
Expirans animam pulmonibus æger agebat. Liu.2.ab Vrbe, Inter primam curationem expirauit.
Foras expirare. Lucret.lib.6,
Hos igitur tellus omnes exæstuat æstus:
Expirátque foras in aperta promptáque cæli.
Expirare animam,pro Mori. Virgil.11. Æneidos,
Confixi expirant animas. Hirtius lib.5, Qui dum anima nondum expirata concidisset,&c.
Expirare auras dicitur amnis. Plinio lib.5.cap.9.
Auras expirare dicitur etiam homo,pro Mori. Ouid.3.Metam.
Expirare flammas transfixo pectore. Virgil.1.Æneidos,
Illam expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopulóque infixit acuto. Vbi Seruius, Non animam dicit flammas: sed cum anima, fulminis flammam euomentem.
Flammam expirare ruptis caminis dicitur Ætna, à Virgilio lib. 3. Æneid.
Odorem grauem expirare de corpore. Lucret.lib.4.
Saniem expirat serpens. Sil.lib.6.
Cadauera expirant vermes. Lucret.lib.3.
Expirauit libertas,per metaphoram. Plin.in Paneg.
¶Expiratur, penult. prod. Impersonale. Plinius libro 11.capite 37, Eandem esse ei naturam quam cerebro colligunt, quoniam præcinui eius membrana modò incisa statim expiretur. De spina lumborum ossea.

Expirans,penult. prod. Participium {ἐκπνέων.} vt Pectus expirans iras. Catullus in Argonaut.59,
Frons expirantis præportat pectoris iras.
Sanguinis expirans calidum de pectore flumen. Lucret.lib.2.
Extremus expirantis hiatus. Quintil.lib.6.

Expiraturus, pen.prod. aliud Participium {ἐκπνεύσων.} vt Flos expiraturus ad primos Austros. Stat.2.Sylu.1.

Expiratio, Verbale {ἐκπνοή.} Cic. 2. de Nat.deor. Eiusdémque expirationibus aer alitur & æther, & omnia supera.

Expiscor, expiscaris, pen. prod. {ἐξιχνεύω,ἐξιχνεύζω} expiscari, Est diligentissimè quærere vbinam pisces lateant, authore Donato.
Expiscari,per metaphoram,pro Indagare. Terent.Phorm.2.3,
Proinde expiscare,quasi non nosses. Verbum tractum à piscatoribus,vt ait Donatus. Sic Cic.ad Pætum, lib. 9.19, Nescis me ab illo omnia expiscatum? Idem in Pisonem.

Expisso, expissas {πτυσσόω} expissare, Spissum facere. Plin.lib.25. cap.13, Semine trito expressus,& sole densatus in pastillos,necat sanguinem expissando. Ex vetusto codice legitur sanguine spissando. Idem lib.20.cap.7,Expissatum lac. Legitur & Spissatum lac.

Explano,explanas,pen. prod. {ἐπιπεδόω,ὁμαλίζω,ἐξομαλίζω,ἐξαπλόω,ἁπλόω} explanare, Planum facere. vt Explanatus in denos pedes cortex. Plin. lib.16.cap.8.
¶Explanare,Declarare,manifestare,exponere. Terẽt.Phorm.2.3, Quem amicum tuũ ais fuisse istum? explana mihi. Cic.7.Verr. Explanandum est enim diligentius eorum causa qui locum ignorant.
Docere & explanare quid faciendum. Cic.11.Offic. Altera in ratione,quæ docet & explanat quid faciendum fugiendúmque.

Ille omnia tibi explanauit. Cic. ad Appium, lib. 3. 1.
Quod non intelligitur explanare. Cic. Attico, lib. 13. 268.
Apertius aliquid explanare. Cic. 2. de Finib.
Diligentius aliquid explanare. Cic. Attico, lib. 14. 312.
Coniectura quædam explanare longè aliter atque sunt. Cicero 2. de Orat.
Maximè rem aliquam explanare. Cic. in Orat.
Rem vniuersam tribuere in partes, latentem explicare definiéndo, obscuram explanare interpretando. Cic. de Claris Orat.
Vim legis cælestis explanare. Cic. 2. de Legib.
Explanare verba, pro Distinctè pronuntiare. Plin. in Paneg. Inde apud Senecam lib. 1. de Ira, Explanabilis vox, contraria confusæ.

Explanari, Passiuum {ἐξαπλοῦσθαι.} Cic. 1. Acad. Pòst argumentis & quasi rerum notis ducibus vtebantur ad probandum, & concludendum id quod explanari volebant.
Qualis differentia sit honesti & decori, facilius intelligi quàm explanari potest. Cic. 1. Offic.

Explanatus, pen. prod. Participium {ἐξαπλωμένος.} Cic. 1. Acad. In lingua etiam explanatam vocum impressionem.

Explanatè, pen. prod. Aduerbium {ἐξαπλωτικῶς.} Aperté. Cic. in Orat. Erit igitur hæc facultas in eo quem volumus esse eloquentem, vt definire rem possit neque id faciat tam presse & anguste, quàm in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed cum explanatius, tum etiam vberius, & ad commune iudicium populare magis quæ intelligentium accommodatius.

Explanator, pen. prod. {ἐξαπλωτὴς, ἑρμηνεύς.} Qui interpretatur & exponit. Cic. 1. de Diuinat. Sunt enim explanatores, vt grammatici poetarum.
Deorum explanatorem habere. Cic. 2. de Diuin. Quo loco quædam exemplaria legunt explanationem.

Explanatio, Verbale {ἐξάπλωσις, ἑρμηνεία.} vt Adhibere explanationem. Cic. 1. de Diuinat. Plin. lib. 10. cap. 68, Arduæ explanationis omnia. Vide INTERPRETOR.
Explanatio animi. Plin. lib. 11. cap. 51.
Portentorum explanationes. Cic. de Aruſp. resp. Vbi legendum, expiationes.
Explanatio, figura est rhetorum, Authori ad Herenn. lib. 4, quæ reddit apertam & dilucidam orationem.
Vniuscuiusque propositionis explanatio. Author ad Herennium libro 4.
Emendata explanatio. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Illustris explanatio & commoratio vna in re, permultum mouet. Cic. 3. de Orat.

Explanabilis, & hoc explanabile, penult. corr. Adiectiuum. Vide paulo antè, Explanare verba.

Explanto, explantas {ἐκπορευτίω} explantare: contrarium est simplici Planto. Columella libro 4. capite 14, Pampini se capreolis illigent suis, ne ventis explantentur. Idem lib. 5. cap. 9, Antè quàm explantes arbusculam, &c.

Explendesco, explendescis, explendui {ἐκπλήμπω} explendescere, Eminere. Sueton. in Tito Vespasiano, cap. 3, In puero statim corporis animique dotes explenduerunt.

Explendescens, Participium. Plin. lib. 11. cap. 12, Venit hoc ex aere, & maximè siderum exortu, præcipuéque ipso sirio explendescente sit.

Expleo, expleo, explesti, explesti, explesti

¶Explicatio {ἐξήγησις} Declaratio. Cic. 3. de Finib. Multúmque ad ea quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit.

Facilis aliquarum rerum explicatio. Cic. 7. Philip.

Illustris & perpolita explicatio. Cic. 2. de Orat.

Explicatio fabularum, & Enodatio nominum. Cic. 3. de Natura deorum.

Naturæ explicatione aliquid interpretari. Cic. 1. de Diuinat.

Verborũ explicatio probabatur, id est qua de causa quæque essent nominata, quam etymologiam appellabant. Cic. 1. Acad.

Explicator, pen. prod. Verbale {ἀναπτυκτικός} Qui exponit. Cic. in Orat. At laudatus est ab omnibus, fateor: sed ita vt rerum explicator prudens, seuerus, grauis, non vt in iudiciis versaret causas, sed vt in historiis bella narraret.

Explicatrix, pen. prod. Verbale fœminin um {ἀναπτυκτικός} vt Explicatrix orationis perpetuæ, est vis dicendi. Cic. 1. Acad.

Explicabilis, & hoc explicabile, pen. corr. {ἀναπτυκτός.} vt Expliceabilis mẽsura. Plinius lib. 4. cap. 13, Toto autem hoc mari ad Scaldin vsque fluuium, Germaniæ accolunt gentes, haud explicabili mensura.

Difficilis & explicabilis res. Cic. Attico, lib. 8. 147.

Explicatè, pen. prod. Aduerbium {ἀναπεπταμένως} Clarè & aperté. Cic. 3. de Orat. Qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè & rebus & verbis dicunt.

Explodo, explodis, penult. prod. explosi, explosum {ἐκπορτίζω, ἐκπορτίσω} explódere, Non tantùm significat (inquit Valla lib. 5.) eiicere: sed eiicere manibus, & quidem cum sono pulsantibus: qualiter quempiam è domo, è theatro, ex aliquo concilio iniectione manuum, aut pulsatione eiicimus. Quod apparet ex aliis à plodo compositis, complodo & supplodo. Cic. 1. de Orat. Itaque nos raucos sæpe attentissimè audiri video: tenet enim res ipsa atque causa: at Æsopum, si paulùm irraucuerit, explodi. Idem 2. de Diuinat. Sed hoc quidem genus diuinationis vita iam communis explosit.

Explodere & eiicere. Cic. pro Cluentio, Te verò illud idem quod tum explosum & eiectum est, nunc retulisse demiror.

Explosus, pen. prod. Participium {ἐκπορτισθείς.} Cic. Q. fratri, lib. 11. 14, Multa dixi in ignobilem regem, quibus totus est explosus.

Explosa sententia. Cic. 1. Offic.

Exploro, exploras, pen. prod. {κατασκοπέω, ἀκροάομαι, πειράομαι} explorare, Exclamare, & veluti fletu quodam vociferari. Varro, Gemit, explorat, turbam omnem concitat. Festus Pompeius, Explorare antiqui pro exclamare vsi sunt: sed postea, prospicere & certum cognoscere, cœpit significare.

¶Explorare, Sagaciter inquirere, tentare, obseruare. Brutus Ciceroni, in epist. ad Brutum, 16, Futura quoque, nisi antè sit occursum, explores, ne se insinuent. Plin. epist. 31. Locus suspectus & mollis: quem ego interim explorare modico impendio iussi, an recipere & sustinere opus possit.

Amenta explorare in digitis. Stat. 11. Thebaid.

Animos alicuius explorare. Ouid. 1. de Arte amandi.

Animum stimulis explorare. Tacit. lib. 17, Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant.

Bonitatem panis explorare gustu. Colum. lib. 1. cap. 8.

Taurus cornua explorat in truncis. Lucan. lib. 2.

Iugulo alicuius dexteram suam explorare. Sil. lib. 11.

Explorare diem aliquam. Cicero ad Atticum, lib. 12. 249, Te hoc nunc rogo, vt explores ad quam diem, hic ita possim esse vt ne opprimar.

Fines & littora gentis explorant. Virgil. 7. Æneid.

Explorare fugam. Cic. 7. Verr. Quæ quidem omnibus qui aspexerant, prospectare iam exilium, atque explorare fugam domini videbatur. Subaudi, nauis.

Insidias explorat lupus circum ouilia. Virgil. 3. Georg.

Explorare iter. Liu. 3. ab Vrbe, Eo solutione cura, in Lucretium incidunt Consulem, iam antè exploratis itineribus suis instructum, & ad certamen intentum.

Iter cæcum explorare. Ouid. 10. Metamorphoseos,

It tamen, & tenebræ minuunt, nóxque atra pudorem:
Nutricísque manum læua tenet, altera motu
Cæcum iter explorat.

Locos nouos explorare. Virgil. 1. Æneid.

Maleficia atrociora non aliter explorari & inuestigari possunt, quàm per seruorum quæstiones. Paulus in Ledictum D. de quæstio.

Mentes explorare. Sil. lib. 5.

Explorare portas, Obseruare. Virgil. lib. 9.

Necnon & trepidi Troes formidine portas
Explorant.

Explorare prouinciam aliquam. Cic. pro Lege Manilia, Qui Siciliam adiit, Africam exploranit, inde Sardiniam cum classe venit. Sic Explorare consilium hostium, Cæsar 8. bel. Gall.

Rem nouam explorare. Cic. Attico, lib. 6. 119.

Ventos explorare. Virgil. 3. Æneid.

Vias explorare. Tibul. lib. 2. eleg. 1.

Vires explorare. Stat. 8. Thebaid.

¶Exploratum est mihi. Cic. de Senect. Quis est tam stultus, quantus sit adolescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? Terent. Phorm. 4. 3, Iam id exploratum est. Lucil. lib. 29, Certum scio esse vt dicis: nam mihi erant de illo explorata omnia.

Satis est exploratum. Ouid. 5. Metamorphoseos,

Postquam exploratum satis est hoc nulla labare, &c.

Exploratum est mihi de hac re. Cic. pro Cælio, lib. 2. 15.

Exploratum habeo, Idem significat quod Exploratum est mihi. Cicero de Amicitia. Idem libro 3. Officiorum, Hac vi non vtatur, nesi explorati quidem habeat, id omnino neminem vnquam fuisse arbitrarer.

Esse pro explorato. Cicero, Id erit mihi pro explorato.

Explorata dicere. Plaut. Capt. 11,

-quin exploratum dico, & prouisum hoc tibi.

¶Explorare, Siccare, authore Nonio. Virgil. lib. 1. Georgicorum,

Et suspensa focis explorat robora fumus.

Exploratus, pen. prod. Participium {κατασκοπεύμενος} significat certum: vt Explorata salus: cuius contrarium est, Salus deplorata. Cic. ad Appium, lib. 6. 12.

Facilis & exploratus. Cic. Attico, lib. 16. 332, Facilior enim & explorator deuitatio legionum fore videtur, quàm piratarum.

Cõsulatus exploratus & domi conditus, Vide CONSVLATVS.

Fides explorata. Stat. 3. Sylu. 5.

A timore exploratæ literæ. Cic. Attico, lib. 3. 58, Sed postridie Sextij pueri venerũt, qui à te literas attulerunt, non tam exploratas à timore, quàm sermo Liuini fuerat. Hoc est, quæ me non tam timore liberarent, quam Liuini sermo.

Pacem exploratam habere. Cic. 7. Philipp.

Bene prouisa & diligenter explorata principia ponere. Cic. 1. de Legibus.

Explorata atque prouisa ratio. Cicero 3. Verr. Mea quidem ratio quum in præteritis est rebus cognita, tum in reliquis explorata atque prouisa est.

Ratio ad aliquid confirmandum explorata. Cic. 1. de Nat. deor.

Spes alicuius explorata. Cic. 3. Offic.

Magna spe & propè explorata, libertatis causam suscipere. Cic. 10. Philipp.

Victoria explorata. Cic. Torquato, lib. 6. 1.

Se semper, fore, exploratum habet Deus. Cic. 1. de Nat. deor.

Exploratus, Nomen ex participio. Cic. Post red. ad Quirites, An ego quum mihi esse exploratissimum, P. Lẽtulum proximo anno Consulem futurum, &c.

Perspecta & explorata perscribere. Cic. Attico, lib. 3. 55.

Explorator, penult. prod. Verbale {σκοπὸς, κατάσκοπος, ἀπόσκοπος, ἀκροατής} Qui explorat & obseruat. Cæsar 1. bel. Gal. Plaut. Pseud. 20,

Exploratorem hunc ludo faciamus suppositrium.

Pelagi exploratores. Claud. de Nupt. Honorij.

Eques explorator. Sil. lib. 16.

¶Explorator, authore Festo, à Speculatore hoc distat, quòd Speculator hostilia silentio perspicit: Explorator pacata clamore cognoscit.

Exploratores, Qui secreta nuntiant hostibus, l. 6. §. exploratores. D. de re milit. Vide Suidam in verbo ἐξηλοφώτερ.

Explorate, pen. prod. Aduerbium, Hoc est certò. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 16, Hæc ita sentio, iudico, & ad te exploratè scribo. Plancus ad Senatum, lib. 10. 8, Non solùm bene sperare de nobis homines, sed exploratè iudicare volumus.

Exploratè percipere & cognoscere. Cic. 1. de Nat. deor.

Explorato, Ablatiuus absolutè positus. Tacit. lib. 18, Et explorato iam profectos amicos, noctem quietam, vtque affirmatur, nõ insomnem egit. Hoc est, postquam exploratum est illi & cognitum.

Explosus, Vide EXPLODO.

Expolio, expolias {καποδυτέω} expoliáre, Idem quod spoliare. Cic. pro Deiotaro, Quo tum erga te rex animo fuit, qui auctionatus sit, spoliarque & filium suum expoliare maluerit, quàm tibi pecuniam nõ subministrare?

Expoliare selectione naturam rerum. Cic. 2. de Finib. Dum enim in vna virtute sic omnia esse voluerunt, vt eam rerum selectione expoliarent, &c.

Expoliare aliquem prouincia & exercitu. Cicero ad Atticum, libro 10. 192.

Expoliare honorem & dignitatem Cæsaris. Cæsar 8. bel. Gall.

Expolio, expolis, pen. corr. expoliui, expolitum, pen. prod. {ξέω, κνήθω, ἐπιλαίνω} expolire, Idem quod polire significat & ornare. Plaut. Milit. 16, Meum opus ita dabo expolitum, vt improbare non queas. Cic. 1. de Diuinat.

Expolire vnguium scabritias. Plin. lib. 24. cap. 4.

Expolire consilium, per translationem. Plaut. Pœnul. 3.

-imo etiam quum expoliuero magis
Hoc, tum demum dices, nunc etiam rudè est.

Expolire aliquem, & hominem reddere. Cic. 2. de Orat. Nosce, inquit, nobis Antoni expoluit, hominémque reddidit.

Doctrinis omnibus aliquem expolire. Cic. 3. de Orat.

Inuentum expolire, & expeditè pronuntiare difficillimum est. Author ad Herennium, libro 2. Budæus exponit, *Bien coucher par escrit.*

Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. Cic. 2. de Inuent.

Expolitus, penult. prod. {ἐκπεπολίσμενος} Participium: siue Nomen ex participio. vt Excultus atque expolitus vita atque cultu. Cicero de Claris Oratoribus.

Dens expolitior. Catull. in Egnatium, epig. 37.

Pictum atque expolitum orationis genus. Cic. in Orat.

Libellus pumice expolitus. Catul. ad Cornelium, epig. 1.

Expoliendum limandúmque alicui viro docto permittere. Plin. Iunior, lib. 1. epist. 10, ad Arrium Clementem.

Expolitio, Verbale {ἐκπόλισμα.} Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17, Vrbanam expolitionem veget ille quidem & Philotimus, &c.

In verbis inest quasi materia quædam, in numero autem expolitio. Cic. in Orat. De iis quæ condiunt orationem.

Artificiosa inuenti expolitio. Cic. 1. de Inuent. *Quand on le couche bien par escrit.* Budæus.

Artificio & expolitione distincta oratio. Cic. 1. de Orat.

De expolitione orationis, vide Ciceronem in Orat.

Expono, exponis, pen. prod. exposui, expositum, penul. corr. {ἐκτίθημι, ἐκτείνω} exponere, Emittere, & quasi extra ponere. Virgil. 10. Æneid.

-socios de puppibus altis
Pontibus exponunt. Cæsar 4. bel. Gall. Quibus exnauibus quum essent expositi milites. Horat. Serm. satyr. 5.

-quarta vix demum exponimur hora.

Exponere

Exponere in terram copias. Liu. 3. bel. Pun. Cæs. 5. bel. Gall. Cæsar expositio exercitu, ac loco castris idoneo capto.

Exponere exercitum in Africam. Liu. 8. bel. Pun. Nequid interim dum traiicio, dum expono exercitũ in Africam, dum castra ad Carthaginem promouco, &c.

Exponere in sole fœnum vt siccescat. Colum. lib. 12. cap. 28.

Aduehere frumentum & exponere. Cic. 3. Offic.

Exponere vasa. Cic. pro Murena. Sic 6. Verr. Quum essent triclinia strata, argentum expositum in ædibus.

¶Exposita ante oculos causa. Cic. pro Rosc. Amer. Totam causam Iudices explicemus, atque ante oculos expositam consideremus.

Expositum factum ad imitandum. Cicero 2. Philipp. Quod quum ipsum factum per se præclarum atque diuinum est, tum expositum adjmitandum: præsertim, &c.

¶Expositæ malignitati legentium epistola. Plin. epist. 102. lib. 5.

¶Exponere, Abiicere, & sorti ac fortunæ cõmittere. Vnde infantes abiecti vt pereant, expositi dicuntur. Terent. Heaut. 4. 1,

-quum exponendam do illi, de digito annulum
Detraho: & eum dico vt vnà cum puella exponeret. Liu. 1. ab Vrbe, In proxima alluuie vbi nunc ficus Ruminalis est (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt.

Exposita prouincia ad prædandum: Hoc est prædæ & direptionibus obnoxia. Cic. 3. Verr. Quum tibi exposita esset omnis ad prædandum Pamphylia, contentus his tam opimis rebus non fuisti.

Expositum medentis arbitrio animal. Colum. lib. 6. cap. 19.

Exposita domus cupiditati & voluptatibus. Cic. pro Quintio.

Exposita miors victo. Cic. 8. Philipp. Aut libertas parata est victori, aut mors exposita victo.

Exposuit memet populo fortuna videndum. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 1.

Exponere ad necem. Plaut. Cistell. 4,

Dat eam puellam ei seruo exponendam ad necem.

¶Exponere {ἐξηγεῖσθαι, ὑφηγεῖσθαι} Declarare, explicare, interpretari. Cic. 1. Acad. Cuius quas acceperim disputationes, si vultis exponam. Idem 2. Verr.

Exponam vobis breuiter quid hominis sit. Cic. 4. Verr.

Exponere omnia ordine. Liu. 10. bel. Pun.

Edere & exponere apud aliquos. Cic. 3. de Legib. Apud eosdem, qui magistratu abierint, edant & exponant quid in magistratu gesserint, dèque iis Censores præiudicent.

Exponere & explicare, Vide EXPLICO.

Referre & exponere. Cic. 3. de Legib. Quocirca melius est rationes referri, causãque exponi Censoribus.

Ex memoria aliquid exponere. Cic. 3. in Catil. Et quoniam nõdum est perscriptum Senatusconsultum, ex memoria vobis Quirites, quid Senatus censuerit, exponam. Hoc est memoriter.

Memoriter exponere, Vide MEMOR.

Fusus & ornatius res posset exponi. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Planius exponere aliquid. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.

Plenius se loco suo expositurum esse promittat. Quintilianus lib. 4. cap. 2.

Verbosius exponere. Quintil. lib. 3. cap. 11.

¶Artes rhetoricas exponere. Cic. 3. de Orat.

Exponere alicuius in se beneficia. Cæs. 1. bel. Ciuil.

Veram causam verbis exponere. Lucret. lib. 3.

Consilium perfectionis & reuersionis suæ exponere. Cicero 1. Philipp.

Crimina alterius exponere. Cic. pro Cælio.

Errores suos exponere alicui. Ouid. 3. Fast.

Facinus alicuius manifestò deprehensum atque compertum exponere. Cic. pro Cluentio.

Formam optimi exponere difficillimum est. Cic. in Orat.

Indignitatem alicuius rei exponere. Cic. Antequam iret in exil.

Exponere alicuius mandata. Cic. 2. de Finib.

Merita in aliquem exponere. Quintil. lib. 4. cap. 3.

Narrationem exponere. Cic. in Orat.

Orationem suam exponere. Cic. 1. de Orat.

Præcepta enodata diligenter exponere. Cic. 2. de Inuent.

Præmium sceleris exponere. Cic. pro Quintio.

Reddere & exponere rationem alicuius rei. Cic. pro Cælio.

Rem verbis exponere. Lucret. lib. 1.

Rem gestam breuiter exponere. Cic. pro Milone.

Sententias cuiusdam disputationis suo arbitratu in aliquo libro exponere. Cic. de Amicit.

Sermonem de aliqua re exponere. Cic. de Amicit.

Signa exponere. Cic. Att. lib. 1. 1, Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Cæteram exposita.

Summam cogitationum suarum breuiter exponere. Cicero Lentulo, lib. 1. 9.

Explicare vitam alterius: atque eam in animis iudicum, & in oculis, conspectúque omnium exponere. Cic. 1. Verr.

¶Exponere, pro Numerare. Cic. Att. lib. 5. 91, De Oppio bene curasti, quòd ei DCCC exposuisti.

Expositus, penultima correpta, Participium, siue Nomen ex participio {ἐκτίθημι.} vt

Expositus solibus locus. Plin. lib. 15. cap. 5.

Expositus ventis. Plin. lib. 17. cap. 22.

Expositus sub diuo, Vide Dium & Diuum in DIVS.

Actiones ab aliquo expositæ. Cic. 1. de Orat.

Colores pictori, ad variandum expositi. Cic. 3. de Orat.

Dicta & exposita & demonstrata omnia. Cic. pro Cluentio.

Prompta, expositáque fides. Cic. pro Cecinna, Qui tot annos ingẽnium, laborem, fidem suam Pop. Rom. promptam, expositámque præbuerit.

Mores expositi. Stat. 5. Sylu. 3,

Quid referam expositos seruato pondere mores? Expositos mores

vocat faciles, & quasi omnibus obuiam benevolentiam, seruata tamen interim decenti grauitate.

Cunctis expositum, nullíque negatum. Lucan. lib. 5,

-expositum cunctis, nullíque negatum Numen.

Demissa in terram, & Exposita vasa, contraria. Plinius lib. 14. cap. 21, Imbecilla vina demissis in terram doliis seruanda, valida expositis.

Vita innocentium si ingeniis hominum criminosorum sit exposita, conquirenda est conditio communis periculi. Cicero in Partition.

Expositicius, Adiectiuum {ἐκθετικός} Qui est abiectus vt pereat. Plautus, Reuertar ad illam puellam expositiciam.

Expositio, Verbale {ἔκθεσις, ἐξήγησις} Explicatio. Cic. 5. de Finib. Iunctæ autem & duplices expositiones summi boni, tres omnino fuerunt.

¶Expositio, Narratio. Plin. lib. 9. cap. 36, Quòd si hactenus trãscurrat expositio, fraudatam profectò se luxuria credat.

¶Expositio apud oratores pro propositione quæ & intentio dicitur, & est prima propositio ratiocinationis. Quintilian. in Prœmio libri 8.

Sententiæ suæ expositio. Cic. 3. de Orat.

Rerum gestarum expositio. Quintil. lib. 4. cap. 3.

Circunciſa expositio. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Credibilis expositio. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Elegans & venusta expositio. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Perspicua, & dilucida, cum grauitate expositio. Author ad Herennium, lib. 4.

Longior sequetur, ac perplexa magis expositio. Quintilian. libro 4. cap. 1.

Distinguere breui interfatione expositiones. Quintilianus libro 4. cap. 2.

Facere credibilem expositionem. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Simplicem & diluciclam expositionem debet habere narratio defensoris. Author ad Herenn. lib. 2.

Retroagere expositionem. Quintil. lib. 2. cap. 4, Idcóque & retroagere expositionem, & à media in vtranque partem discurrere, sanè merito cogantur. De pueris.

Variare figuris expositionem. Quintil. lib. 4. cap. 2, In quo genere plurimis figuris erit variandæ expositio ad effugiendum tædium audientis.

¶Expositio, aliter. Iustinus lib. 1. de Cyro puero, Pastori regij pecoris puerum exponendum tradidit. Fortè eodem tempore & ipsi pastori filius natus erat. Eius igitur vxor audita regij infantis expositione, summis precibus, &c.

Expopulor, penult. corr. expopularis {ἐξαναπτύω} expopulári, Idem significat quod simplex populari: nisi præpositio ex, aliquid addat. Vnde

Expopulatio, Verbale {ἐξαναπτυξις.} Colum. lib. 3. cap. 2, de Apianis vitibus, Pluuiis ventísque & apibus afferunt prædam: quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Exporrigo, exporrigis, pen. corr. exporrexi, exporrectum {κτείνω} exporrigere, quod & exporgere dicitur, significat porrò agere, inquit Festus. Plin. lib. 11. cap. 48, Solidipedum crura ſtatim iusta nascuntur mensura, postea exporrigentia se verius quàm crescentia. Hirtius 5. bel. Africani, Postero die propius eorum aciem instituit exporrigere munitiones. Hoc est extendere. Plaut. Pseud. 2,

Exporrigi melius est lumbos, atque exurgier.

Exporrigere frontem dicimur, quum hilarescimus: Contrahere autem, quum ringimur. Terent. Adelph. 5. 3,

-da te hodie mihi,
Exporrige frontem. Vbi Donatus, Exporrige frontem: quia contrahi in verbo dicitur. Et verbo isto ostenditur quanto conatu sit ad explicandam tantam contractionem senectutis & seueritatis.

¶Exporrigere, Prorogare. Seneca de Breuit. vitæ, Quid menses tibi & annos, & longam temporis seriem exporrigis?

Exporto, exportas {ἐκκομίζω} exportáre, Extra portare, siue ex loco portare, aut auferre. Cic. 6. Verr. Per istos quæ volebat, in nauẽ clàm imponenda, occultè exportanda curabat.

Exportare ex oppido. Cic. 6. Verr. Et 7. Verr. Ex prouincia secum exportare.

Ex Italia Ierosolymam aurum quotannis exportari solere. Cicero pro Flacco.

Calathis exportant quod mulsêre. Virgil. 3. Georg.

Tum corpora luce carentum Exportant tectis. Virgil. 3. Georgicorum.

Frumentum in fame exportare. Cic. pro Flacco.

Exportauit Syracusis magnam vim mellis. Cic. 4. Verr.

Exportandum in vltimas terras portentum. Cic. 3. Verr.

Exportatio, Verbale {ἐκκόμισις.} Cic. 2. Offic. Iam verò & earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus, inuectio, certe nulla esset. Sic 4. Verr.

¶Exportatio, pro exilio. Seneca de Tranquillitate vitæ, Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale & loca patritia comitentur & sordes & exportatio, &c.

Expoſco, expoſcis, expoposci {ἐξαιτέω} expóscere, Multum & cum instantia siue obnixè poscere.

Exposcere fidem alicuius, ne, &c. Liu. 10. bel. Pun. Itaque quum modò dextram amplectens, in id, ne cui Romano traderetur, fidem exposceret, propúlsque, &c.

Implorare & exposcere misericordiam. Cic. pro Milone.

Opem exposcere. Ouid. 8. Metam.

Exposcere precibus pacem & votis. Liu. 1. ab Vrbe. Virgilius 3. Æneidos,

Sed votis precibúsque iubent exposcere pacem.

Supplicium exposcere factis. Catul. in Argon.

Veniam irarum cælestium, finémque pesti exposcunt. Liuius 3. ab Vrbe.

Victoriam à diis expoſcere. Cæſ.2.bel.Ciuil.
Expoſcere aliquid deos. Liu.7.ab Vrbe, Quod deos immortales inter nuncupanda vota expopoſci, eius me compotem voti vos facere poteſtis.
¶Expoſcere, & depoſcere aliquem, Eſt dedendum aliquem ad pœnam petere. Liu.8.bel.Maced. Legatos deinde miſit ad depoſcendos authores defectionis, ciuitatem in pace futuram, ſi id feciſſent, pollicens.
Expoſcit audire. Virgil.4.Æneid.

Expoſtulo, expoſtulas, penult.corr. {ἐξαγορεύω} expoſtulare, Vehementer petere. Cic.pro Roſc.Com. Vix mediuſdius tum Fanni à Balelione aut aliquo eius ſimili hoc expoſtulare audeas, & impetrare poſſes. Plaut. Perſa, 15,
-benedictis benefacta aures meæ
Auxilium expoſtulant.
Ex oratione vnius alium expoſtulare. Cic. pro Plancio.
Expoſtulare computationem. Plin.lib.9 cap.35, Magnificam aliàs cœnam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit irridenti, computationémque expoſtulanti.
¶Expoſtulare {ἐξαγορεύειν, διαμαρτύρεσθαι} Cõqueri, ſeu querelam apud eum ipſum deponere qui fecit iniuriam, inquit Donatus. Terentius Adelph.4.3.
Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant
Sibi fieri iniuriam, vltro ſiquam fecere, ipſi expoſtulant,
Et vltro accuſant.
Expoſtulare & queri. Cic.5. Tuſcul. Virtutes autem noli vereri, ne expoſtulent & querantur ſe à beata vita eſſe relictas.
Expoſtulare de. Cicero 5.Verr. Querentur omnes liberi populi, regna denique iam omnia de noſtris cupiditatibus & iniuriis expoſtulant.
Expoſtulare cum. Plaut.Milit.10, Tum obſtetrix expoſtulauit mecum parum miſſum ſibi.
Expoſtulare cum altero iniuriam. Terent.And.4.1, Sed quid agã? adeámne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem?
De aliqua re cum aliquo expoſtulare. Cicero Appio Pulchro, libro 3.10.
Iracundius & vehementius expoſtulare. Cic.pro Sylla.
Minaciter expoſtulare, Vide poſt MINACIAE.
Verecundè expoſtulare. Vlpianus in l.1.§.quod autem. D. de officio præfecti vrbi, de ſeruis conera dominos loquens, Sed ſi verecundè expoſtulent: ſi ſæuitiam, ſi duritiam, ſi famem, qua eos comprimãt: ſi obſcœnitatem, in qua eos compulerint vel compellant: apud præfectum vrbi exponant.
Locus expoſtulandi: Cic. Salluſtio, lib.2.16.

Expoſtulatio, Verbale {ἔλεγμα} Eſt aduerſus eum quem accuſamus. Cicero ad Quintum fratrem, libro 8. 5, Fuerunt nonnulli aculei in C.Cæſarem, contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio.
Æquitas expoſtulationis. Cic. Pulchro, lib.3.7.
Bonorum expoſtulatione flagitabar, improborum conuitia ſuſtinere non poteram. Cic.pro Domo ſua.
Facere expoſtulationem. Cic.pro Cluentio.
Inſerere expoſtulationes ſuas, Vide INSERO.

Expotus, expota, expotum, penult.prod. {ἐκπωτός} Idem quod epotus. Plaut. Trinum.8,
-quid factum eſt eo? s.comeſum,
Expotum, exutum, elotum in balineis.

Ex-præcepto, Ex-præparato, Ex-præſcripto, Ex-præterito, Vide EX.

Expreſſè. Expreſsio, Expreſſus, Vide EXPRIMO.

Exprimo, exprimis, pen.corr. expreſſi, expreſſum {ἐκπιέζω, ἐκδλίβω} exprimere, Premẽdo extrahere & elicere: vt Exprimere liquorem. Plin. lib.12.cap.21, Sunt qui Æthiopicam glandem præferant nucleo gracili, liquore qui exprimitur odorationi.
Exprimere oleum. Plin.lib.13. cap. 21. Sic Exprimere vinum palmis, apud eundem lib.6.cap.28.
Exprimere per aures ſanguinem. Plin.lib.7.cap.44.
Exprimere per linteum, pro Tranſcolare. Plin.lib.28.cap.9, Dein liquatæ per lintea exprimantur, ac reponuntur in fictili locis frigidis.
¶Exprimere, Vi & neceſſitate imperrare & auferre. Vt enim extorquere, ſic exprimere dicitur, quaſi manibus preſſis auferre & extundere. Cic.pro Quintio, Extorquendũ eſt inuito, atque ingratis quod non debet: eripiendum atque exprimẽdum eſt: de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt. Liu.3.ab Vrbe, Expreſſit hoc neceſſitas patribus.
Exprimere & cogere. Cic. 4. Verr. Iam igitur eſt ita perſpicuum, &c. nullam pecuniam ſtatuarum nomine niſi vi expreſſam, & coactam.
Exprimere literas & Opprimere, contraria. Cic.1.Offic. Literæ neque expreſſæ, neque oppreſſæ, ne aut obſcurum eſſet aut putidum.
Exprimere confeſſionem culpæ. Liu. 1. bel. Pun. Tunc enim Annibal & inſimulabatur, & depoſcebatur: nunc à nobis & confeſſio culpæ exprimitur, & vt à confeſſis res extemplo repetuntur.
Expreſſa deditio neceſſitate. Liu.8.ab Vrbe.
Arripere, haurire, exprimere ex natura ipſa legem aliquam. Cic. pro Milone.
Expreſſi vt conficere tabulas ſe negaret. Cic.5.Verr.
Exprimere pecuniam ab aliquo. Cicero 5.Verr. An quum magno decumas vendidiſſet, te expreſſiſſe ab inuitis Liparenſibus hanc pecuniam?
¶Exprimere, ad alia transferrur: vt Exprimi dicitur fons, quum permultis veluti ramis aut riuis diffunditur & tranſcolatur in diuerſa loca. Plinius epiſt.161, Hunc ſubter fons exit, & exprimitur pluribus venis, ſed imparibus.
Animam exprimere. Seneca OEdipo, 43

-at taurus duos
Perpeſſus ictus, huc & huc dubius ruit:
Animámque feſſus vix reluctantem exprimit.
Gemitus exprimere. Lucret. lib.3.
Exprimitur porrò gemitus, quia membra dolore
Afficiuntur.
Exprimere vi lacrymam. Terent. Eunuch. 1.1,
-vna me hercle falſa lacrymula,
Quam oculos terendo miſerè, vix vi expreſſerit,
Reſtinguet, & te vltro accuſabit.
Exprimere riſum alicui. Plin.epiſt.7.lib.4, Eſt enim tam ineptus vt riſum mihi poſſit exprimere magis quàm gemitum.
Metus dicitur voces exprimere. Plin.Iun.in Paneg. Quare abeant ac recedant voces illæ quas metus exprimebat.
Vocem alicuius exprimere. Cæſ.1. bel. Gall. Quum ab his ſæpius quæreret, neque vllam omnino vocem exprimere poſſet.
¶Exprimere {ἐκπιέζειν, ἐκμιμεῖσθαι} tabella alicuius effigiem dicitur pictor, quum eius ſimilitudinem in ea reddit. Martial.lib.1,
Hanc ne lux rapiat ſuprema totam,
Pictam Publius exprimit tabella.
Aſſimulare & exprimere. Cic.4.Verr. Literæ liturǽque omnes aſſimulatæ, expreſſæ, de tabulis in libros transferuntur.
Exprimere & reddere aliquem. Plin.epiſt. 199, Præterea in literis veteres æmularur, exprimit, reddit.
Eloquendi & exprimendi genere alios ſuperare. Cic. Quint. frat, lib.3.21.
Aliquem ſatis diligenter libris ſuis exprimere. Cicero Attico, libro 8. 15 5.
Bellum aliquod exprimere. Cic. pro Archia.
Exprimere effigiem. Cic.3. Offic. Sed nos veri iuris germanæque iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus.
Exprimere exemplar. Plin.lib.33.cap.12, Sed è quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere.
Exercitatione aliquem imitando effingere & exprimere. Cicero 2, de Orat.
Exprimere faciem alicuius. Plin.epiſt. 153.
Exprimere & effingere formam alicuius. Author ad Herennium, libro 4.
Exprimere formulas. Cic.pro Roſc. Com. Expreſſæ ſunt enim ex vniuſcuiuſque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicè à Prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodatur.
Expreſſa imago vitæ quotidianæ. Cic. pro Roſcio Amer. Etenim hæc conficta arbitror à poetis eſſe, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſámque imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus.
Expreſſa in cera ex annulo imago alicuius. Plaut. Pſeud.3.
Inceſſum alicuius exprimere, Id eſt imitari. Ouid.13. Metam.
Exprimere ius literis. Cic. pro Cecinna, An tu qui tam diligenter, & tam callidè verbis controuerſias, non æquitate diiudicas, & iura nõ vtilitate communi, ſed literis exprimis: poteriſne dicere deiectum eſſe eum qui tactus non erit?
Literas putidius exprimi, & obſcurari negligẽtius non vult. Cic. 3.de Orat. Vide Appellare literas, in APPELLO.
Mores alicuius oratione exprimere. Cic.2.de Orat.
Expreſſa in huius moribus natura, vitáque, perſona illa lutulenta, inuſa, &c. Cic.pro Roſc.Com.
De aliquo orationem exprimere. Cic.pro Rab.Perduel.reo.
Expreſſa Senatuſconſulta, apud Tranquillum, teſte Budæo, Id eſt extruſa & extorta. In Auguſto, Omitto Senatuſconſulta quæ poſſunt videri vel neceſſitate expreſſa, vel verecundia.
Sermones alicuius exprimere. Cæl. Ciceroni, lib. 8.1, Sanè quàm eos ſermones expreſſit qui de eo tum fuerant, quum Romæ eſſemus.
Expreſſus omnibus verbis ſermo. Cic.ad Attic. lib.9. 188, Sed tibi omnem illius meúmque ſermonem omnibus verbis expreſſum ſtatim mittam. Id eſt exactè ad verum relatum, vt ait Budæus.
Exprimere ſermonem dicitur lingua. Plin.lib.11. cap. 37, Cæteris ſeptimo fermè anno ſermonem exprimit.
Exprimere ſimilitudinem. Plin.libro 13.cap.24. Breuitérque ſiquis exprimere ſimilitudinem velit, anguſtioris trifolij frutex.
Exprimere ſimilitudinem ex mẽbris alicuius dicitur pictor. Plin. lib.34.cap.4.
Exprimere ſimilitudinem orationis. Plin. epiſt.20.
Similitudinem pallatij hæc domus exprimit. Plinius epiſtol. 16. libro 6.
Speciem aliquam verſibus exprimere. Cic.1.de Diuinat.
Verbum verbo exprimere. Cic.3.de Finib.
Exprimere ad verbum de Græcis literis. Cicero 1.de Finib. Quem iidem fabellas Latinas ad verbum de Græcis expreſſas non inuiti legant.
Exprimere verbum Latinum de, vel è verbo. Cic.4.Acad. Amplectitur maximè cognitionem & iſtam {κατάληψιν}, quam, vt dixi, verbum è verbo exprimentes, comprehenſionem dicemus. Terent. in Prologo Adelphorum,
Verbum de verbo expreſſum extulit.
Exprimere verſibus: Hoc eſt explicare & deſcribere: aut verſibus ſimilitudinem rei alicuius repræſentare. Cicero 1. de Diuinat. Atque hanc ſpeciem Praxiteles cælauit argento, & noſter expreſſit Archias verſibus.
Expreſſa ſceleris veſtigia. Cic.pro Roſc. Amer.
Exprimere vim Græcorum poetarum. Cic.1. Acad.
Exprimere vitam patris. Cicero pro Rabirio Poſth. Cum magnitudine animi, tum liberalitate vitam patris & conſuetudinem expreſſerat.
Vocem aliquam exprimere. Lucret. lib.4.
Dignè alicuius vultum exprimere. Quintil.lib.2. cap.13, Non re-

periés quo dignè modo patris vultum poſſet exprimere, velauit eius caput, & ſuo cuiuſque animo dedit æſtimandum.
¶Exprimere, Significantius eloqui. Plin.epiſt.203, Sunt enim maximè mirabilia quæ maximè inſpectata, maximè periculoſa, quæ vt Græci magis exprimunt παράβολα.
Exprimere aliquid, Expreſſè dicere. Plin.epiſt.292, Omnis vis & ratio dicendi in eorum, qui audiunt mentibus aut ſedandis aut excitandis exprimenda eſt. Cic.1.de Orat.
Ad ſenſus animi exprimendos oratio reperta. Cic.4.Acad.

Exprimens, penul.corr. Participium {ἐκπιεζόν}. Cic.3. de Orat. Manus autem minus arguta, digitis ſubſequens verba, non exprimens.

Expreſſus, Adiectiuum {ἐκπεπιεσμένος} Nomen ex participio: vt Expreſſum ſignum Corinthium effingens ſenem. Plin. epiſt.50. Catull.ad Ortalum, epigr.60,
Sed tamen in tantis mœroribus Ortale mitto
Hæc expreſſa tibi carmina Battiadæ. Id eſt in Latinam linguam tranſlatos Callimachi Græcos verſus.
Expreſſum & Adumbratum, contraria. Cicero pro Cælio, Habuit enim ille, ſicuti meminiſſe vos arbitror, permulta maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum.
Expreſſum atque effectum. Cic.1.Academ. Materiam quandam ex qua omnia expreſſa atque effecta.
Expreſſum & illuſtre. Cicero Lentulo, lib.1.7, Hæc profectò vides quanto expreſſiora, quantóque illuſtriora futura ſint. Vide ILLVSTRIS.
Solidum, expreſſum, eminens. Cic.1.de Nat.deor. Species vt quædam ſit deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis, ſitque pura, lenis, perlucida. Vide EMINENS.
Nubium conflictu ardor expreſſus. Cic.3.de Diuinat.
Caput ruptum expreſſo cerebro. Seneca Troade, 12.
Conuitia expreſſa arbuſto. Horat.1.Serm. ſat.7.
Effigiem virtutum noſtrarum ſummis ingeniis expreſſam & politam relinquere. Cic.pro Archia.
Fulmen expreſſum ventis per nubila. Lucan.lib.1.
Literæ neque expreſſæ, neque oppreſſæ. Vide Appellare literas, in APPELLO.
Expreſſior loquacitas. Plinius lib.10.cap.42, Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, ſed expreſſior loquacitas certo generi picarum.
Vitium imitatione ex aliquo expreſſum. Cic.3.de Orat.
Vultus expreſſi per ahenea ſigna. Horat.2.epiſt.1.

Expreſſius, Comparatiuum {ἐκπιεστότερον}. Plin. epiſt.110, Quia omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſius.

Expreſſio, Verbale {ἔκθλιψις}.
Expreſſionem Plin. lib.9. & Celſus Latinè vocant, quam barbari medici *colaturam* appellant. Galicè, *Eſpreinte*.

Expreſſè, Aduerbium {φανερῶς}. vt Expreſſè dicere. Plin.epiſt.14.lib.2.ad Maximum, Vt mihi Attilius noſter expreſſè dixiſſe videatur, ſic in foro pueros à Cetumuralibus caulis auſpicari, vt ab Homero in ſchola. Id eſt appoſitè, proprié.
Conſcripta expreſſè oportet ponere exempla. Author ad Herennium, lib.4.

Expreſſim, Aliud aduerbium, Idem. Vlpianus in Lvenditor. D. de hæred. vel actio. vendit. Si verò nihil expreſſim inter eos conuẽnit, ſed tantummodo peculij mentio facta eſt: ceſſare ex vendito actionem conſtat.

Expretus. Feſtus, Expreta antiqui dicebant, quaſi ex peritia habita. Hinc illud Bacchidum Plauti explicandum eſt,
It magiſter quaſi lucerna, expretus vncto lintheo. Id eſt expertus: experimur enim lucernas vncto lintheo, quàm bene luceant accenſo ellychnio. Non me latet tamen quoſdam in Feſto emendare experta.

Exprobro, exprobras, penult. correp. {ὀνειδίζω, προφέρω} exprobrare, Probro obiicere, & qualencunque culpam improperare. Plautus Moſtell.4,
Triginta minas pro capite tuo dedi. PHILE. cur exprobras?
PHILO. Egóne id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier? Cic.de Amic. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrãtium, quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit.
Queri & exprobrare aliquid. Cic.de Amic. Quorum plerique aut querũtur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant.
Vehementius exprobrari. Quintil.lib.4.cap.2.
Exprobrare & obiicere caſus bellicos. Cic.3.Verr.
Fugam exprobrauit illi. Ouid.3.Metam.
Languorem & ſoporem alicui exprobrare. Cic.in Salluſt.
Meritum exprobrare alicui. Ouid.epiſt.12.
Vitia in aduerſarios exprobrare. Cic.2.de Orat.
Exprobrandi cauſa dicere aliquid. Cic.pro Roſc.Amer. Non enim exprobrandi cauſa, ſed commonendi gratia dicam. Id eſt, non vt tibi obiiciam turpitudinem. Budæus.
¶Exprobrare, Reiicere. Plin.libro 8.cap.51, Catonis Cenſoris orationes exprobrant callum aprugnum.
¶Exprobrare, Indicare & prodere. Sueton.in Tiber.cap.67, Nihil honoris adiiciet mihi patris appellatio: vobis autem exprobrabit aut temeritatem delati mihi eius cognominis, aut inconſtantiam cõtrarij de me iudicij. Idem, Cordubo cum ſuis copiis ad ripam Euphratis obuius Peto, non eam ſpeciem inſignium & armorum præcult, vt diuerſitatem exprobraret. Id eſt, vt pudore afficeret Petũ ob diſſimulationem apparatus. Plin.Iun.lib.1.epiſt. vlt. Nã mala emptio ſemper ingrata eſt, eo magis quòd exprobrare domino ſtultitiã videtur. Bud.

Exprobratio, Verbale {ὀνειδισμός}. Plinius lib.19. cap.4. Et Terentius And.1.1,
-nam iſtæc commemoratio
Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.
Tanta impotentiæ exprobratio. Quintil.lib.6.cap.2.

Eſſe in exprobratione, Id eſt vitio verti. Plin.lib.19.cap.4, Nãgari deſyderia etiam erant in exprobratione. Bud.

Expromitto, expromittis, expromiſi, pen.prod. expromiſſum {ἐγγυᾶσθαι} expromittere, Fideiubere, & pro alio promittere. Vlpianus de iure dotium, Debitor mulieris iuſſu eius pecuniam viro ſuo expromiſit. Idem de Donationibus, l.hoc iure, Siquis ſeruo ſuo pecuniam crediderit, deinde liber factus eam expromiſerit.

Expromiſſor, Verbale {ἐγγυητής} Fideiuſſor, Qui pro alio promittit. Põpon.de verb.obligat.l.5, Satis acceptio eſt ſtipulatio, quæ ita obligat, vt expromiſſores quoque ab eo accipiantur: Id eſt, qui idem promittunt. Budæus.
Expromiſſoris nomen, ait Connanus, pro eo ponitur qui non accedit obligationi, ſed eam rotam in ſe ſuſcipit, quaſi alienę obligationis vicarius, vt pro ſeruo aduerſus dominum, qui domino obligari non poteſt, ideóque nec fideiuſſorem dare: at expromiſſorẽ rectè dat, qui ſuo loco promittat. Vlpian.lib.4. Pandect.tit.3 de dolo malo.l.& eleganter: Seruus, pactionis pro libertate reum domino dedit ea cõditione, vt poſt libertatem transferatur in eum obligatio. manumiſſus non patitur obligationem in ſe transferri. Hæc Vlpian. Reum pactionis pro libertate domino dedit, Id eſt expromiſſorem, qui loco eius eſſet apud dominum obligatus. Et ſi poſt libertatem acceptã ſeruus in ſe obligationem recipiat, dicetur eſſe expromiſſor ſui expromiſſoris. ſic enim ſubiungit Vlpian. Atqui patronus tunc ſubmouebitur, ſi nolit expromiſſorẽ ipſum manumiſſum accipere. Expromiſſori planè aduerſus manumiſſum dari debebit de dolo actio: aut ſi non ſit ſoluendo expromiſſor, domino dabitur. Expromiſſorem vocat eum, quem ſeruus domino reum dederat. Idem de condict. cauſa data.l.4, Siquis accepto tulerit debitori ſuo, quum conuenuret vt expromiſſorem daret, nec ille det, poteſt dici condici poſſe ei qui accepto ſit liberatus. Eum expromiſſorem appellat, qui loco promiſſoris eſt apud creditorem, nec accedit obligationi, ſed ſolus obligatur liberato debitore. Sic melius eſt expromiſſorem quàm fideiuſſorem accipere, quoniam ille ſtatim fideiuſſor niſi excuſſo debitore conueniri non poteſt. Vnde licet qui damnatus eſt pecuniæ, debeat ſtatim ſoluere, aut ſatisfacere: dicetur ſatisfacere, ſi det expromiſſorem locupletem, non ſi velit dare fideiuſſorem. Eſt enim expromiſſor, qui locum intrat condemnati, & eo liberato, eius vice obligatur. At fideiuſſor accedit obligato, vt ei quaſi ſubſidio ſit, ſi non fuerit ſoluendo. Itaque non dicitur expromittere, ſed adpromittere.

Expromo, expromis, penult.prod. exprompſi, expromptum {προφέρειν, προτείνειν} expromere, Extra promere, & efferre atque educere. Plautus Milite, 11, Neque equidem heminas octo expromſi in vrceum.
Expromere nummos. Varro 2. de Re ruſt. cap.2, Quum emptor dixit, tanti ſunt mihi emptæ: & ille reſpondet, ſunt: & expromptſit nummos.
Expromere ſupplicia in ciues, quæ conſtituta erant in conuictos maleficij ſeruos. Cic.7. Verr.
¶Expromere {ἐκφέρειν} pro Loqui & dicere ponitur, & manifeſtum facere atque enuntiare. Cic. 4. Acad. Expromam primùm illa inuidioſa, quòd eos omnes qui, &c. Liu.9.bel.Pun. Expromerent quid ſentirent, cum bona venia ſe auditurum.
Conferre cauſas, & quid in quanque ſententiam dici poſſit expromere. Cic.2.de Diuinat.
Audacius abſens aliqua expromit. Cic. Luceio, lib.5.12.
Apud eos quod ab iis didicerimus expromere. Cic. Quint. fratri, libro 1.1.
Cauſas expromere tantarum rerum. Lucan. lib.1.
Expromere pectore conſilia. Plaut. Bacch.15.
Crudelitatem alicuius expromere. Cic.pro Milone.
Finem rerum expromere. Lucan.lib.5.
Mens expromit fœtus Muſarum. Catul.ad Ortalum, epig.60.
Odium alicuius expromere. Cic. Att.lib.2.27.
Expromere perfidiam alicuius. Plautus Mercat.3. Et Mil.10.
Querelas mente expromere. Catul.in Argon.59.
Vim eloquentiæ expromere. Cic.in Orat.
Voces mœſtas expromere. Virgil.2.Æneid.
Vocem anhelam expromit. Claud.2.in Eutrop.

Expromitur, penult.corr. Paſſiuum {προφέρεται} Cic.2.in Catil. Quorum omnis induſtria vitæ, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur.

Expromptus, Participium {προφερόμενος} In medium prolatus, inquit Donatus. Terent. And.4.4,
-Myſis nunc opus eſt tua
Mihi ad hanc rem expromptæ memoria.

Ex-propinquo, Vide EX.

Exproximus, Qui proximi dignitate functus eſt, Lvnic.C.de magiſt. ſacr.ſcrin.lib.12.

Expugno, expugnas, pen.prod. {κατασκευάζομαι, καταβάλλομαι, κατασφάλλομαι} expugnare, Pugnando capere, & euincere: vt Expugnare vrbem, ædes, caſtellum. Terent. Eunuch.4.7, Primùm ædeis expugnabo. Plautus Amphit.4, Expugnatum oppidum eſt. Cæſ.4. bel. Gall. Compluribus expugnatis oppidis.
Expugnare aurum alicui, metaphoricè, pro Extorquere nummos ab aliquo. Plaut. Bacchid.20,
Expugnaui amanti heriſi filio aurum ab ſuo patre. Id eſt, technis tantum effeci, vt pater daret pecunias.
Expugnare carcerem, pro Effringere. Plaut. Pſeud.20.
Caſtella expugnare. Cic.de Clar.Orat.
Cœpta expugnare, Id eſt expugnando & inſtando aſſiduè, inceptã perficere. Ouid.9.Metam.
Domos expugnare. Horat.3.Carm.ode 15,
-filia rectius
Expugnat iuuenum domos.
Expugnare fortunas patrias alicuius. Cicero pro Cluentio, Tanquam aliqua machina admota, capere Aſinij adoleſcentiam, & for-

tunas eius patrias expugnare posse.
Cupiditate & allegationibus legationem aliquam expugnare. Cicero 3 Verr.
Violare & expugnare pecunia. Cic. 2. Verr. Nihil esse tam sanctum quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit.
Expugnare pertinaciam legatorum. Liu. 7. bel. Maced.
Expugnare propositum alicuius postulatione frequenti. Colum. lib. 10. in Præf. 3.
Expugnare pudicitiam puellæ. Cic. pro Cæl. Verum hic tibi L. Herennij adulter, an amator, expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse videatur? Plin. de Viris illust.
Ratione expugnare aliquid. Cic. 4. Verr.
Reges expugnare. Lucret. lib. 4.
Vinci & expugnari. Cic. in Parad. Sapientis animus magnitudine consilij, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus denique omnibus vt mœnibus sæptus, vincetur & expugnabitur.
¶Expugnassere, Futurum infinitiui modi vsitatum priscis, nobis insolitum, pro expugnaturum esse. Plaut. Amphitruone,
Sese igitur summa vi virisque eorum oppidum
Expugnassere, Id est expugnaturum esse. Annotauit Turnebus.

Expugnans { κατασκευαστὴς } Participium, siue Nomen ex participio. vt
Herba expugnantior. Ouid. 14. Metamorphoseos,
-siue expugnantior herba est,
Vtere tentatis operose viribus herbæ.

Expugnatus, pen. prod. { κατασκευασμένος } Aliud participium, vt Mens expugnata fatihcit. Stat. 4. Thebaid.
Mœnia expugnata. Lucret. lib. 2.

Expugnatio, Verbale { κατασκευασμὸς. } Cic. pro Lege Manil. Non multum ab hostili expugnatione differant. Idem de Senect. Vt vrbium expugnationes recordentur.
Nocturnæ expugnationes. Cic. Att. lib. 11. epist. 229.

Expugnator, pen. prod. Verbale { κατασκευαστὴς. } Liuius 6. ab Vrbe, Ibi eum expugnatores coloniæ haudquaquam perculsi fidentes militum numero, &c.
Expugnator pudicitiæ. Cic. 3. Verr.

Expugnabilis, penult. correpta, Adiectiuum { κατασκευαστὸς. } Statius 4. Thebaidos,
-& nullo ruis expugnabilis astro.
Robur expugnabile. Stat. 6. Thebaid.

Expulsio, Expulso, Expulsor, Expulsus, Expultrix, Vide EXPELLO.

Expumo, expumas, pen. prod. { ἐξαφρίζω } expumare. Cels. lib. 6. cap. 7, de cura sonitus aurium intra seipsas, Si ex grauedine est, purgare autem oportet, & spiritum continere, donec inde humor aliquis expumet. Hoc est spumæ similis exeat. Exspumo scribunt alij.

Expungo, expungis, expunxi, expunctum { ἐκνεύω, κατασείω } expungere. Idem quod Foras dispungere significat.
Expungere, Expellere. Perf. fat. 2,
-expungam: nam & est scabiosus, & acri
Bile tumet.
Expungere nomen debitoris. Plaut. Cistel. 4.
Expungere rationes: Est vltimam manum calculo & dispunctioni imponere. Modestinus de Administ. rerum. Calculatij erroris retractatio etiam post decennij aut vicennij tempora admittetur, sed si gratiose expunctæ dicentur, non retractabuntur. Hermogenianus de Diuers. & temp. Præscr. Reip. rationes subscriptæ & expunctæ aduersus eum quidem qui administrauerit vltra viginti: aduersus verò hæredem, vltra decem annos retractari non possunt. Expungere enim, est punctis circunducere & tollere, & quasi iam rem confectam eximere è codice. Budæus.
Expungere gloriam partam. Plautus Amphitryone, 15. Id est priuare.
¶Expungere stipendiis militem. Id est priuare. Paulus in l. ex causa. D. de re militari.
¶Expungere, significat etiam pungere. Martial. lib. 8, Expungitque cutem, facitque longam.

Expunctus miles dicitur: qui è numeris exemptus est, & ære dirutus. Budæus.

Exputo, exputas, exputui, exputum, pen. prod. { κατατίθημι } exputere, Extra pus mittere, inquit Donatus. Plin. lib. 7. cap. 23, Exputit in os tyrani. Varro 3. de Re rust. cap. 3.
Exputitur ignis cælestis in sydera. Plin. lib. 2. cap. 20.
Mare exputit illum. Catull. in Argon. 59.
Expuunt lacrymam oculi. Plaut. Pseud. 3,
-puniceos oculos habeo, non queo

Lachrumam exorare vt expuant vnam modó.
Expuere miseriam ex animo. Terent. Eunuch. 3. 1,
Scio, quasi vbi illam expueret miseriam ex animo. Vbi Donatus,
Expuere, cum fastidio aliquid reiicere & expellere.
Rationem expuere ex animo. Lucret. lib. 2.

Expuitio, expuitionis, f. g. Verbale. Plin. lib. 23. cap. 1, Et ad expuitionem sanguinis quoque adhibent.

Expurgo, expurgas { κατακαθαίρω, ἐκκαθαίρω } expurgare, Idem quod purgare significat, aut omnino purgare. Colum. lib. 2, Quum rursus amplior messis prouenerit, quicquid exteretur, capisterio expurgandum erit. Idem lib. 5, Dolabella conuenit expurgari quicquid emortuum est.
Sermonem expurgare. Cic. de Clar. Orat.
Expurgare & dimouere suspitionem. Cic. Anteq. iret in exilium.
Expurgare se, Idem quod se vitio aliquo purgare. Plaut. Mil. 9.

Expurgatio, expurgationis, Verbale { ἐκκάθαρσις. }
Expurgationem habere, Id est se purgare. Plaut. Amphit. 11,
Habui expurgationem, facta pax est.

Exputo, exputas, pen. corr. { ἀναλογίζομαι } exputare, ab ex & puto compositum, Verbum rusticum quo significatur putatio & incisio superfluorum ramorum aut sarmentorum, quæ aut ex arboribus aut vitibus runca eximuntur. Colum. lib. 11, Palos vna opera cædere, & exputatos acuere centum numero potest. Idem lib. 3. cap. 15, Deinde eam velut veteranam vitem totam exputare.
Exputare, per translationem, pro Putare & mente voluere. Plautus Trinum. 5. Planeus ad Cic. lib. 10. 24, Quæ mens eum, aut quorum consilia à tanta gloria, sibi verò etiam necessaria ac salutaria vocarit, &c. exputare non possum.

Exputresco, exputrescis, exputrui { κατασήπομαι } exputrescere, Putridum fieri. Plaut. Curcul. 5, Quin tu aliquot dies perdura, dum intestina exputrescunt tibi.

E X Q

Exquæstore, Indeclinabile, Qui quæstura functus est. Vide in EX CONSVLE.

EX QVILIAE, Exquiliarum. Mons est & vicus Romæ: dictus quòd ibi erat arx & excubiæ regis Tulli, qui illum montem vrbi addidit. Ouid. lib. 1. Fastorum,
Adde quòd excubias vbi rex Romanus agebat,
Qui nunc Exquilias nomine collis habet. Propert. lib. 4. eleg. 8,
Dicse quid Exquilias hac nocte fugarit aquosas. Hinc

Exquilius, Adiectiuum: vt Exquilius mons. Ouid. 2. Fastorum,
Monte sub Exquilio multis inciduus annis,
Iunonis magnæ nomine lucus erat.

Exquilinus, pen. prod. Aliud adiectiuum: vt Pontifex Exquilini veneficij, pro Veneficij. Horat. Epod. 17, Porrò extra portam Exquilinam erât sepulcra: inter quæ maleficæ mulieres noctibus sua veneficia cõficiebant. Porphyr.
Exquilinæ alites. Horat. Epod. 5,
Pòst insepulta membra different lupi,
Et exquilinæ alites.
Exquilina tribus. Plin. lib. 18. cap. 3, Vide TRIBVS. Et Exquilina porta. Id est quæ in Exquilias ducit. Cic. in Pisonem.

Exquiro, exquiris, pen. prod. exquisiui, exquisitum, pen. prod. { ἐξιστορέω, ἐξανίημι } exquirere, Diligenter inquirere & inuestigare. Terentius Andr. 1. 2,
-nunc ea me exquirere,
Iniqui patris est. Cic. 4. Acad. Neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus.
Intrò exquire sitne ita vt ego prædico. Plaut. Aulul. 26.
Quid omni in munere vitæ optimum & verissimum sit exquirere. Cic. 1. de Finib.
Quid in aliquo peccatum sit exquirere. Cic. 1. Offic.
Nihil certi exquirere. Cic. Att. lib. 7. 131.
Exquirere à. Plaut. Casina, 15,
-est quod volo
Exquirere à te.
Exquirere ab stirpe: Id est à principio. Plaut. Trinum. 4.
De aliquo exquirere. Cic. pro Deiot.
Exquirere ex. Plaut. Capt. 6. Cic. 5. de Fin. Et complures iam menses Athenis hæc ipsa te ex Antiocho videamus exquirere.
Exquirere constantissimè, Vide CONSTO.
Diligenter quid alicui de alio placeat exquirere. Cicero Attico, lib. 13. 280.
Non nimis ab aliquibus quicquam exquirere. Cic. Att. lib. 7. 136.
Exquirere argumentis ex aliquo. Plaut. Rud. 24,
-eamus mea gnata ad matrem tuam,
Quæ ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere.
Causas alicuius rei exquirere. Cic. 2. de Diuinat.
Consilium exquirere. Cicero Sulpitio, libro 4. 2, Quod meum consilium exquiris, Id est tale, vt capere facilius ipse possim, quàm alteri dare.
Exquirere cursuram sibi. Plaut. Merc. 4,
Quid id est, quod ille tam expedite exquirit cursuram sibi?
Exquirere facta alicuius ad antiquæ religionis rationem. Cicero 6. Verr.
Frigus sceleratum exquirere. Virgil. 2. Georg.
Honores singulares exquirere. Cic. 4. Philipp.
Exquirere iudicium alicuius. Cic. ad Attic. lib. 8. 147.
Ius aliquorum exquirere. Cic. pro Domo sua.
Exquirere mores alicuius. Cic. pro Flacco.
Mores testium exquirere. Cic. pro Flacco.
Officium ex tempore exquirere. Cic. 3. Offic.
Exquirere orationem. Cic. 1. de Orat. Vt non desyderet Philosophorum descriptiones, neque exquirat orationem, summum illud bonum in animóne sit, an in corpore.
Pacem exquirere. Virgil. 4. Æneidos,
-pacémque per aras

Exquirunt.
Exquirere pretium alicuius rei. Cic. 5. Verr.
Palàm pretium exquirere. Cic. 4. Verr.
Agitare & exquirere rationes. Cic. 5. Tusc. Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur.
Religionis rationem exquirere. Cic. 6. Verr.
Exquirere sententiam alterius. Cæs. 3. bel. Gall.
Vallem vmbrosam exquirere mediis æstibus. Virgilius 3. Georgicorum.
Omnia verba alicuius sententiæ exquirere. Cic. pro Cecinna.
Exquirere veritatem. Cic. pro Lege Manil.
In vero exquirendo cogitatio maximè versatur. Cic. 1. Offic.
Voluntatem alterius exquirere. Vlpianus in l. in concedendo, & Paulus l. proxima. D. de aqua pluu. arcend.
¶Exquirere, Quærendo inuenire. Plin. lib. 2. cap. 41, Quin & soricum fibras respondere numero lunæ, exquisiuere diligentiores. Hoc est, annotarunt, deprehenderunt.

Exquisitum,

Exquisitum, penult. prod. Supin. { ἐξητάζειν. } Plaut. Stich. 3,
Quid istuc, quod exquisitum mulierũ mores venis? Hoc est, Quid mores mulieris tam diligenter indagaris?
Sedes exquirenda aliis oris. Claud. de Raptu Proserp.

Exquirens, penult. prod. Participium { ἐξετάζων. } Cic. de Fato, Multum vna eramus, maximè nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad pacem & ad concordiam ciuium pertinerent.

Exquisitus, penult. prod. { ἐξαπαστὸς } Nomen ex participio, Electus, quasi diligenter quæsitus.
Consulta & exquisita. Cic. 1. de Orat. Ipsi omnia, quorũ negotium est, consulta ad nos & exquisita deferunt.
Lautum, elegans, exquisitum, sumptuosum nihil apud aliquẽ præter libidines esse. Cic. in Pisonem.
¶Exquisita adhortatio. Plin. epist. 8.
Adulatio exquisitior. Tacit. lib. 12, Cæterum actæ principi grates, exquisiore in Domitium adulatione.
Argumenta philosophorum exquisita. Cic. 1. de Diuinat.
Ars exquisita. Cic. 2. de Orat.
Exquisita difficultas lapidis. Plin. lib. 27. cap. 11.
Exquisita doctrina philosophus. Cic 1. de Finibus.
Exquisita ratio & doctrina. Cic. ad Nigidium, lib. 4. 13.
Exquisita doctrina & singularis alicuius industria. Cicero de Claris Orat.
Exquisitæ epulæ, Id est lautæ. Plin. lib. 9. cap. 35.
Exquisitus fulgor. Plin. lib. 33. cap. 1.
Accuratius & exquisitius dicendi genus. Cic. de Claris Orat.
Exquisita ingenia. Plin. in Paneg.
Iudicio exquisito vir. Cic. 1. Offic.
Multæ, & hæ quidem reconditæ & exquisitæ literæ alicuius. Cic. de Claris Orat.
Magistri exquisiti. Cic. de Claris Orat.
Munditia non odiosa, neque exquisita nimis, adhibenda est. Cic. 1. Offic.
Rationes exquisitæ. Cic. 1. de Finibus.
Sententia exquisita. Tacit. lib. 12.
Reconditæ & exquisitæ sententiæ. Cic. de Claris Orat.
Exquisitissima subtilitas. Plin. lib. 6. cap. 23.
Supplicia exquisita. Cic. 3. Offic. Neque verò tum ignorabat se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci.
Verbis exquisitissimis aliquos laudare. Cic. 4. Philipp.

Exquisitè, penult. prod. Aduerbium { ἐξητασμένως } Hoc est diligenter.
Quintil. lib. 8. cap. 2, Elegãter atque exquisitè dictum. Cic. de Claris Orat. Déque eo crimine accuratè atque exquisitè disputauisset.
Colligere exquisitius aliquas rationes. Cic. 1. Tusc.ul.

Exquisitim, Aduerbium. Varro, Stramentitio acre æger medicos exquisitim conuocabas, vt conualesceret. Ex Nonio.

Exquitor, Passiuum. Vlpianus in l. In concedendo. D. de aqua pluu. arcend.

E X R

Exradico, exradicas, penult. prod. { ἐκριζόω } exradicare, Verbum rusticum, pro vsque ad radices auellere & extirpare. Varro 1. de Re rust. cap. 27, Terram rudem proscindere oportet: quæ sunt ex ea enata prius, quàm ex iis quid seminis cadat, vt sint exradicata. Frequentius tamen in vsu est eradicare.

Exrogo, exrogas, penult. corr. exrogare { ἀφαιρέω } Ex lege vetere aliquid eximere per legem nouam. Festus.

E X S

Exspicio (cuius frequentatiuum est Expecto) ab Ex præpositione, & Specio, inusitato verbo.

Exsacrifico, exsacrificas, penult. corr. { κατάθυω } exsacrificare, apud Cic. 1. de Diuinat. Ex Ennio, Exsacrificat hostius balantibus. Antiquum tamen est pro sacrificio immolare.

Exsanio, exsanias, Vide EXANIO.

Exsaturo, Vide EXATVRO.

Exscindo, Vide EXCINDO.

Exscendo, exscendis, exscendere, E naui in terram descendere. Vnde

Exscensus, huius exscensus, Verbale, masculi. gen. Liuius 2. bel. Pun. Itaque ad Honoscam classe prouecti, exscensu è nauibus in terram facto, quum vi vrbem cepissent, captámque diripuissent, Carthaginem inde petunt.

Exscendens. Liuius Decad. 5, lib. 5.

Exscensio, onis, aliud Verbale fœm. g. Liuius Decad. 3. lib. 8, Inde quinqueremibus septem, & lembis viginti amplius, profectus ad Erythras Æetolorum, exscensionem fecit.

Exscribo, exscribis, penult. prod. exscripsi, exscriptum { κατογράφω } exscribere. Est exemplum sumere. Varro 2. de Re rust. cap. 5, De sanitate sunt complura quæ exscripta è Magonis libris armentarium meum crebrò vel legat curo. Cicero 3. Verr. Perinde quasi exscribendi potestatem non haberet. Sic Exscribere tabulas. Cic. 4. Verr.
¶Exscribere, aliter positum. Plaut. Rud. 2,
Eorum referimus nomina exscripta ad Iouem. Et paulo pòst,
Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.
Exscribere alicui. Colum. lib. 12. cap. 3.
Exscribere patrem similitudine. Plin. epist. 111. lib. 5. Id est effingere & viuam patris effigiem reddere.

Exsequor, Vide EXEQVOR.

Exsibilo, Vide EXIBILO.

Exsicco, Vide EXICCO.

Exsignare { σίζω } Idem quod signare. Liuius 1. ab Vrbe, Eique sacra omnia exscripta exsignatáque attribuit.

Exsinuo, exsinuas, exsinuare, Velut ex sinu emittere. Virgil. in Rosis, si modò Virgilius earum est author: nam Ausonio quidam adscribũt,
Vertice collectos illa exsinuabat amictus,
Iam meditans foliis se numerare suis. Exsinuabat amictus, Id est explicabat folia.

Exsoluo, Vide EXOLVO.

Exsomnis, Vide EXOMNIS.

Exsordesco, exsordescis, exsordui, exsordescere. Gellius libro 9. cap. 2, Cur ergo nos patimur Philosophi illustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere?

Exspecto, Vide EXPECTO.

Exspiro, Vide EXPIRO.

Exspumo, Vide EXPVMO.

Exsuccus, Vide EXVCCVS.

Exsudo, Vide EXVDO.

Exsurgere, Vide EXVRGERE.

Exsulto, Vide EXVLTO.

Exsupero, Vide EXVPERO.

Exsurdo, Vide EXVRDO.

Exsurgo, Vide EXVRGO.

Exsuscito, Vide EXVSCITO.

Exsynceraſti, apud Plautum dici videtur, quasi emedullatos dixeris, & citra vllam pinguedinem. Varronis enim Tenerij astipulatu, synceraſtum antiquo Græcorum verbo medullam dicebant. Ex Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 24.

E X T

Exta, extorum, neut. gen. pluraliter tantum { ἔντερα } propriè cor & pulmo dicuntur, quia in parte superiore locantur, ab extando: & lien, item iecur & ventriculus hoc nomine appellantur, quoniam supra inferiora intestina locantur. Festus, Exta dicta quòd ea diis proferentur, quæ maximè extant, eminéntque. Plin. lib. 30, scribit præcordia vocari vno nomine exta in homine. Plaut. Aulul. 16,
Quin exta inspicere in sole etiam viuo licet,
Ita is pellucet quasi laterna punica.
Regalia exta appellantur, quæ potentibus insperatum pollicentur honorem: priuatis & humilioribus hæreditates: filiofamiliæ dominationem. Festus lib. 16.
Ab extis animalium diuinabãt veteres, vt testis est Cicero lib. 2. de Nat. deor. Vnde tales diuinationes extispicia appellarunt ab extis inspiciendis. Vide suo loco.
Argura exta, Vide ARGVTVS.
Argutissima exta gallinacei. Cic. 2. de Diuinat.
Fumantia exta. Virg. 2. Georgicorum,
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Sacerdotum vsus est verbo. Reddi enim dicebãtur exta, quum probata & elixa aræ superponebantur.
Lubrica exta. Valer. 1. Argonaut.
Lustralia exta. Stat. lib. 1. Thebaid. Hoc est, pinguia. Lustralia enim pecora sunt, quæ per quinquẽnale tempus deuota sacrificiis nutriuntur, & ideo pinguia. Lactantius.
Pinguia exta terrere. Virg. 2. Georg.
Puerilia exta. Ouid. 6. Fast.
Spirantia consulit exta. Virg. 4. Æneid. Vide CONSVLO.
Stridentia exta verubus detrahere. Ouid. lib. 2. Fast.
Exta verubus salignis transuta. Ouid. lib. 2. Fast.
Tumida exta. Stat. lib. 2. Achilleidos,
Hic spumante salo iaciens tumida exta, profatur.
Cum puerorum extis deos manes mactare. Cic. in Vatinium.
Per exta inuenta præsensio. Cic. in Topicis.
Pecudum extis moueri. Cic. 1. de Diuinat.

Extabesco, extabescis { ὑπεκρέω } extabescere, Tabe & marcore cõficiẽ
Extabuit macie corpus. Cic. 3. Tusc. & lib. 2. ex antiquis poetis.
Extabuit opinio, per trãslationem. Cic. 2. de Nat. deor. Etenim videmus cæteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse.
Hoc est mortuas & vanas omnino fuisse.

Extar, Olla vbi exta coquebantur. Hinc & olla extaris apud Plautum in Rudente. Turnebus.
Extar. Charisius lib. 1, Omnia quæ ar syllaba terminãtur, neutralia sunt: vt exemplar, iubar, instar, extar, παραπλὴν ἀρρένων, lacunar, & similia.

Extemplo, Vide EX.

Extemporalis, & hoc extemporale, penult. prod. { αὐτοσχέδιος } Subitaneus. vt Extemporalis oratio, Impræmeditata. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Extemporalis actio. Quintil. lib. 10. cap. 7.
Dictiones extemporales. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Extemporalis rhetor, Qui ex tempore dicit. Martial. lib. 5.
Garrulitas extemporalis. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Extemporalis temeritas. Quintil. lib. 10. cap. 6.

Extemporalitas, penult. corr. extemporalitatis { τὸ αὐτοσχέδιον } Promptitudo. Suetonius in Tito, cap. 3, Latinæ Græcæque linguæ vel in orando vel in fingendis poematibus promptus facilisq; vel ad extemporalitatem vsque.

Extendo, extendis, extendi, extentum & extensum { ἐκτείνω, κατατείνω, ἀποπάσσω, πετάννυμι } extendere, Explicare. Colum. lib. 5, Quare quum ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur.
Extendere in proceritatem. Colum. de Arboribus, cap. 17.
Extenditur in maiorem partem noctis Subsolanus. Plinius libro 18. cap. 34.
Vltra extendere. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Acies extenditur, Vide ACIES.
Extendere ætatem suam. Plaut. Bacchid. 8.
Ætuum extendere. Silius lib. 3.
Agros extendere. Horat. in Arte poetica.
Extendere amplitudinem dicitur lacus. Plin. lib. 36. cap. 56.
Extendere aures dicitur oratio, quæ nimis lenta est: obruere, quæ nimis rapidè volutur. Seneca epist. 40.
Bellum extendere. Silius lib. 17.
Colos extendere. Stat. 3. Sylu. 1. Vide COLVS.
Extendere Consulatum, Prorogare. Plin. in Paneg.

Curas extendere in annum venientem. Virg. 2. Georg.
Cursus extendere. Virg. 12. Æneid.
Extendere dies & Contrahere, contraria apud Senec. 4. de Benef. cap. 13.
Extendere epistolam. Plin. Iun. lib. 7. epist. 9. ad finem.
Famam factis extendere. Virg. 10. Æneid. Vide OPVS.
Extendere iter. Liuius, Quantum extendere iter posset, in castra properaret.
Nomen suum latè extendere in vltimas oras. Horatius 3. Carm. ode 3.
Præl.a extendere. Silius lib. 3.
Extendere preces. Plin. lib. 2. epist. 13. ad finem.
Extendere pugnam in longum spatium. Liu. 7. bel. Pun.
Rura longa extendere sub ignotis colonis. Lucan. lib. 1.
Extendere se magnis itineribus. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Extendere spem in regionem aliquam. Liu. 4. bel. Pun.
Extendere se supra vires. Liuius 4. bel. Maced.
Extendere omnes imperij vires. Liuius 7. ab Vrbe.
Virtutem extendere factis. Virg. 6. Æneid.

Extensus, Participium {ἐκτεταμένος.} Cic. 4. Acad. Quum extensis digitis aduersam manum ostenderat, visum, inquiebat. huiusmodi.

Extentus, Aliud particip. {ἐκτατὸς.} Cic. 2. de Orat. Per statuas verò quum dixit, & extẽto brachio paululum etiam de gestu addidit, &c.
Pedes extentos ferre, Id est erectè incedere. Ouid. 3. de Arte.
Extentus sonus, Altus & acutus. Plin. lib. 10. cap. 29.
Extentissima vallis. Liuius 1. bel. Pun.
Æuo extento viuere. Id est longo. Horat. 1. Carm. ode 2.
Funis extentus. Horat. 2. epist. 1.
Extenta itinera, pro magnis. Liuius lib. 10. bel. Pun.
Extentum vitæ spatium, Id est longum. Paterculus lib. 1.

Extento, extentas {ἐκτείνομαι} extentare, Frequentatiuum. Plautus Bacchid. 13,
Alieno vires tuas extentes ostio? Hoc est extendas.

Extenuo, extenuas {λεπτύνω, ἰσχναίνω, ἐκτρυχόω, κάτισχναίνω, καταναλόω} extenuâre, Imminuere, detrahere, exilius & tenuius aliquid facere: vt Extenuare in puluerem inutilem. Plin. lib. 18 cap. 16.
Augere & tollere altius, Extenuare & abiicere, contraria. Cic. 2. de Orat. Summa autem laus eloquentiæ est, amplificare rem ornando, quod valet non solùm ad augendum aliquid & tollendum altius dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abiiciendum.
Extenuare & Adaugere, contraria. Cic. 2. de Inuent. Hoc extenuando, maleficij magnitudinem simul adaugere.
Extenuare aciem, Vide ACIES.
Vehementer causam extenuare. Author ad Herenn. lib. 2.
Extenuare sensus cuiusque ciuis. Cic. 4. Verr.
Extenuatur cibus dentibus. Cic. 2. de Nat. deor. Dentibus in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & mólitur cibus.
Extenuare corpus. Plin. lib. 15. cap. 3. Hoc est gracile facere.
Extenuare crimen. Cic. 7. Verr. Statuit si hoc crimen extenuare vellet (nam omnino tolli posse nõ arbitrabatur) Nauarchos omnes testes sui sceleris vita esse priuandos.
Extenuare famam belli. Liu. 5. ab Vrbe.
Mala extenuare. Ouid. 3. Trist. eleg. 3,
Quod pores, extenua forti mala corde ferendo.
Extenuare & diluere molestias. Cic. 3. Tusc.
Extenuatur spes & euanescit. Cic. ad Attic. lib. 3. 53.
Extenuare verbis bellicas laudes, aut munus aliquod. Cicero pro Marcello. Et 2. Offic. Neque verò verbis auget suum munus, siquo forte fungitur, sed extenuat.

Extenuandus, Participium {κατανεωτέον.} Ouid. 1. Trist. eleg. 4,
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras Ibit.

Extenuatus, penult. prod. {λεπτυσθεὶς} Aliud participium: cui opponitur Concretus. Cic. 2. de Nat. deor. Exin mari finitimus aer die & nocte distinguitur: isque tum fusus & extenuatus sublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. Catull. in Argonaut. 59,
Extenuata gerens veteris vestigia pœnæ. Id est vix apparebant vestigia cathenarum in manibus & pedibus. De Prometheo.

Extenuatus {λεπτυνὸς} Nomen ex participio. Brutus Ciceroni, lib. 11. 13. Recurri ad meas copiolas: sic enim verè eas appellare possum: sunt extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessimæ acceptæ.

Extenuatio, Verbale {λέπτυνσις.} Cicero 3. de Orat. Significatio & distinctè concisa breuitas, & extenuatio.

Exter, ra, rum, penult. corr. {ξενικὸς} Idem quod externus. Vnde Statius, Exter honos dixit, pro extraneo.

Extercoro, extercoras, penult. corr. extercorare, Purgare. Vlpian. in l. Sed & siquid inædificauerit. §. 1. D. De vsufructu, Vel de Palæstra extercorandis latrinis præponat. Vbi alia exemplaria legunt extergendis, alia stercorandis. Hinc Extercorator, verbale.

Exterebro, exterebras, penult. corr. {ἐκτερετίζω} exterebare, Terebrando trahere. Cic. 1. de Diuinat. Itaque ex eo auro quod exterebratum esset, buculam curasse faciendam.
¶ Exterebrare, per translationem, Extorquere aliquid, Scrutari, & curiosus quærere. Plaut. Persa, 6,
Lubet: nunquam hercle istuc exterebrabis tu vt sis prior
Quàm ego siem. Varro. Atque omnes adeò perquirit, atque exterebrat artes.

Ertergeo, exterges, extersi, extersum {ἐκτερσάω} extergère, Idem quod tergendo purgare, & mundum facere. Plaut. Rud. 30,
Ita quãto magis extergeo, rutilum atque tenuius fit. Cato cap. 162, De tertio extergeto spongia bene. Et cap. 26. Varro item de Re rust. lib. 2. cap. 5.

Extergo, extergis, extersi, extersum {ἐκτμέργνυμι} extérgere, Notæ significationis. Plaut. Mostel. 4,
Linteum cape, túque exterge tibi manus. Cato de Re rust. Post diem omnino duodecimum pernas eximito, & salem omnem detergito, & suspendito in ventum biduum, tertio extergito.

Extersus, Participium {ἐκτμηγελθὼς.} vt Extersum æs, hoc est expolitum. Plin. lib. 34. cap. 9.
Euersum atque extersum relinquere fanum aliquod. Cic. 4. Verr. Etenim quam tu domum, quam vrbẽ adiisti, quod fanum denique, quod non euersum atque extersum reliqueris? Euersum, ab euerro, non ab euerto.

Exterior, Vide EXTRA.

Extermino, exterminas, penult. corr. {ἐξορίζω, ἐξωκελεύω} exterminare, Extra terminos mittere, eiicere. Cic. 2. Offic. Ex eóque tempore tantæ discordiæ secutæ sunt, vti & tyranni existerent, & primates exterminarentur. Idem pro Flacco.
Exterminare & Reuocare, contraria. Cic. Post red. in Senect. Sed quum viderem me non diutius quàm ipsam Rempub. ex hac vrbe abfuturum: neque ego illa exterminata mihi remanẽdum putaui: & illa simulatque reuocata est, me secum pariter reportauit.
Eiicere aliquem ex vrbe, & illum exterminari velle. Cicero 3. in Catilin.
Venire in ciuitatem, & De ciuitate exterminari, contraria. Cicero pro Cornelio Balbo.
Authoritatem aliquorum è ciuitate exterminare. Cic. de Prouinc. Consul.
Exterminare ex hominum communitate. Cic. 3. Offic.
Ex numero hominum aliquem eiicere, & ex finibus humanæ naturæ exterminare. Cic. 13. Philipp.
Exterminare morbum. Plin. lib. 31. cap. 10, Regium quoque morbum in vino exterminat potum.
A suis diis penatibus ciues exterminare. Cic. pro Sextio.
Prohibere vti vrbibus peregrinos, & eos exterminare. Cicero 3. Officiorum.
Exterminare quæstiones. Cic. 4. Acad.
Expellere, exterminare, & eiicere ex vrbe virtutem. Cic. pro Mil.
Exterminare in totum. Colum. lib. 9. cap. 15.
Exterminare vrbe atque agro. Cic. 1. de Nat. deor.

Exterminatus, penult. prod. Participium {ἐξορισθὲὶς.} Cicero Post red. ad Quirites, Itaque neque Repub. exterminata, mihi locum in hac vrbe esse duxi.

Exterminator, penult. prod. Verbale {ἐξωστὴς.} Cic. pro Domo sua, Tamen obuersabatur ante oculos exterminatoris sui. Id est euersoris & expugnatoris.

Externo, externas {ἐξέτημι} externâre, Veteres vsurparunt pro demen tem facere. Pacuuius, Sed eccam misteram, quam frequens luctus externauit. Catul. in Argonaut. 59,
Ah misteram assiduis quam luctibus externauit
Spinosas Erycina serens in pectore curas.

Externatus, penult. prod. Participium {ἐξωστερῆσις, ἐξωστικὸς.} Catullus Argonaut. 59,
Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris
Externata malo?
Externatus, pro eo quod Gallicè dicitur *escarmouché, estonné, esperdu*. Ouid. 11. Metamorphoseos,
Externata fugam fruftra tentabat. Id est cõsternata, perterrefacta.
Equi externati. Ouid. in Ibin.

Externus {ἐξωτερικὸς, ξενικὸς} Adiectiuum ab extra præpositione, significat aduenam, quasi ex aliena terra. Plinius libro 12. cap. 25. In totum alia est natura balsami, quàm nostri externíque prodiderant.
Liuius 1. ab Vrbe.
Externus, est alienæ terræ. Festus.
Arcebátque suis externos finibus omnes. Ouid. 4 Metam.
Canum amor in dominos, odium in externos. Cicero 2. de Natura deorum.
Amore externo læsus vir. Ouid. epist. 5.
Mars externis animos exercet in armis. Ouid. 1. Amor.
Bona externa. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.
Commoda externa. Cic. in Topicis.
Corpore externo mens cingitur. Cic. lib. 1. de Nat. deor.
Gentes externæ. Ouid. 3. Fast.
Gratiæ externæ. Tacit. lib. 12.
Homines externos non egere, ornamento est Reipublicæ. Cicero 2. Officiorum.
Externis hostibus magis quàm domesticis laboramus. Cicero Bruto, 10.
In externis locis minor est ad facinus verecundia. Cicero Marcel. libro 4 9.
De parte externa. Lucret. lib. 4,
Principio externa corpus de parte necessum'st
Aeriis quoniam vicinum tangitur auris, Tundier.
Apud externos populos valere opibus & gratia, vehementer vile est iis qui honestè multum posse volunt. Cic. 2. Offic.
Inanimum est enim omne quod pulsu agitatur externo. Cic. in Somnio Scipionis.
Externa & aliena religio. Cicero 6. Verr.
Rerum externarum & ad corpus pertinentium domina fortuna. Cic. 5. Tusc.
Robur externum. Ouid. 14. Metamorphoseos,
Auget vterque suas externo robore vires,
Et multi Rutulos, multi Troiana tuentur Castra
A sede externa profectus. Virg. 7. Æneid.
Externus & aduentitius tepor. Cic. 2. de Nat. deor.
Thalami externi. Virg. 6. Æneid.
Vénere externa lædere socialia fœdera. Ouid. 14. Metam.
Vir externus. Virg. 7. Æneidos,
-externum cernimus, inquit, Aduentare virum.
Visione externa & aduentitia animos pulsari. Cic. 2. de Diuinat.

Extero, exteris, penult. corr. extriui, exeritum, penult. prod. {ἐκτρίβω} exterere, Idem significat quod comminuere terendo, aut valde terere. Plinius lib. 24. cap. 7, Item mastiche lentisci replicandis palpebris & ad

& ad exterendam cutem in facie. Ex antiquo exemplari legitur, ad extendendam.
Cibum exterere. Cic. 2. de Natura deorum, Vide ALVVS multiplex & tortuosa.
Exterere messem. Varro 1. de Re rust. cap. 52, Apud alios exteritur grege iumentorum inacto, & ibi agitato perticis, quòd vngulis è spica exteruntur grana.
Exterere literam, pro Expungere. Varro 2. de Re rust. cap. 1, A quo post balare dicunt, exerita e littera, vt fit in multis.

Extritus, penult. prod. Participium {ἐκτετριμμένος.} vt Ignis extritus. Lucretius lib. 5. De fulgure.

Exterraneus, inquit Fest⁹, ex alia terra. Exterraneus quoque dicitur, & qui ante tempus natus, vel potius eiectus est. Dictus autem exterraneus, quòd eum mater exterrita aluo eiecit. Alij Exterricineus legunt. Is ergo est qui à Græcis ἀλιτημενὸς vocatur, qualem fuisse Eurytheum Homerus canit.

Exterreo, exterres, exterrui, exterritum, penult. corr. {ἐκφοβέω} exterrère, Idem quod terrere. Cic. 2. Offic. Et dolorũ quum admouentur faces, præter modum plerique exterrentur.
Exterreri aspectu. Cic. 1. de Diuinat.
Exterreri metu. Liu. 4. ab Vrbe.
Taurus mugitu nemora exterret. Silius lib. 16.

Exterritus, penult. corr. {ἐκπεφοβημένος} Participium. Cic. 1. de Diuinat. Talia cõmemorat lachrymãs, exterrita somno. Ex quodam poeta.
Falsa exterritus. Tacit. lib. 4, Adfeuerabátque innocentem Cornutum, & falsa exterritum.
Nouitate exterritus. Lucret. lib. 2.
Anguis exterritus æstu. Virg. 3. Georgic.
Armenta exterrita diffugiunt syluis. Virg. 3. Georgic.
Exterrita ouis. Colum. lib. 7. cap. 4.

Extersus, Vide EXTERGO.

Exterus, penult. corr. Adiect. {ἀλλοδαπὸς} pro alienigena: vt Exteræ nationes. Cic. pro Lege Manilia.
Exterus hostis atque longinquus. Cic. 2. in Catil.
Regna extera quærere. Virg. 4. Æneid.
Res extera. Lucret. lib. 2.

Extexo, extexis, extexui, extectum {ἐκυφαίνω} extéxere, Destruere quod textum est.
Extexere aliquem, per translationem. Plautus Bacch. 5, Extexam ego illum pulchre iam, si di volunt. Id est, educam extra cogitatum.

Extillo, extillas {κατανίζω} extillare, Idem quod simplex stillare. Plautus Pseud. 13,
Teritur sinapis scelerata cum illis: qui terunt
Prius quàm triuerunt, oculi vt extillent facit. Columel. lib. 12. cap. 48, Sícque triginta dies pati confudafacere, atque omnem amurcam extillare. Id est extra stillare.
Extillare lachrymis, Id est totum in lachrymas conuerti, & ex toto stillare corpore. Terent. Phorm. 5, 8,
Hisce ego dictis illam ita tibi incensam dabo,
Vtne restingas, lachrymis si extillaueris.

Extimeo, seu Extimesco, extimui {φοβέομαι} extiméscere, Valde timere. Terent. Hecyra, 5, 3,
-extimui ilico. Cic. 4. Acad. Cur non extimescam opinandi temeritatem? Terent. Phorm. 1, 3,
Adeón' rem rediisse, vt qui mihi consultum optimè velit esse,
Phædria, patrem extimescam, vbi in mentem eius aduenti venit?
Cic. de Senectute, Quod igitur adolescentes, & ij quidẽ non solùm indocti, sed etiam rustici contemnunt, id docti senes extimescent?
De fortunis communibus extimescere. Cic. de Fato.
Aduentum alicuius extimescere. Cic. Pæto, lib. 9. 26.
Extimescere formidines. Cic. 5. de Finibus.
Magistrum extimuit. Horat. in Arte Poetica,
-qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuítque magistrum.
Minas aliquas extimuisse. Tibul. lib. 2. eleg. 7.
Periculum maius ab aliquo quàm ab vllis nationibus extimescere. Cic. 7. Philipp.
Extimuit vultus loquentis. Stat. 9. Thebaid.

Extimesci {φοβέσθαι.} Tacit. lib. 11, Fruſtra Arminium præscribi: cuius si filius hostili in solo adultus, in regnum veniisset, posse extimesci.

Extimescendus {φοβητέος} Cæsar 3. bel. Gall. Quarum rerum omnium nostris nauibus casus erat extimescendus. Cic. 3. Tusc. Nequaquam ex opinione vulgi esse extimescendas.

Extimulo, extimulas, penult. corr. {κεντέω} extimulare, Idem quod stimulare. Colum. lib. 6. cap. 27, Id præcipuè armentum, si prohibeas libidines, extimulatur furiis. De equis. Plin. lib. 2. cap. 39, Quoties errantium accessu impulsa, aut conjectu radiorum extimulata sunt, qualiter, &c.
Dictis extimulare aliquem. Ouid. 6. Fast.
Extimulare corda furore bellandi. Silius lib. 1.

Extimulatus, penult. prod. Participium {κεκαυτηριάσθαι.} vt Fame extimulata Tigris. Ouid. 5. Metam.

Extimulator, penult. prod. Verbale {κεντητὴς.} vt Acerrimus extimulator. Tacit. lib. 3.

Extimus, Vide EXTRA.

Extinguo, extinguis, extinxi, extinctum {κατασβεννύω, σβέννυμι, σβεννύω} extinguere, Propriè dicitur de iis quæ incensa sunt. Plaut. Persa, 23,
Da illi cantharum, extingue ignem si cor vritur.
Incendere & Extinguere, contraria. Cicero pro Milone, Eum qui ædem Nympharum incendit, vt memoriam publicæ recensionis tabulis publicis impressam extingueret.
Extinguere ignem, flammam, incendium. Plinius libro 34. cap. 10. Cic. Nigidio, lib. 4. 13.
Inter extinguere & opprimere (inquit Nonius) interesse Cicero voluit de Amicitia, vt sit maius opprimere, quàm extinguere amicitiam, quum inquit, Quamobrem primùm danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ videantur. Id est vsu desuetæ, non repetitæ abruptæ. Budæus.
Elucere & Extinguere, contraria. Cic. Sulpit. lib. 4. 3, Omnes ciues sic existimant, quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucere sanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuam.
Extinguí & opprimi antequam planè exortum & natum sit. Cic. 2. pro Lege agraria.
Opprimi & extingui. Cic. de Senect. Adolescentes mori sic mihi videntur, vt quum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: Senes autẽ, sicut sua sponte nulla adhibita vi cõsumptus ignis extinguitur.
Extinguere & reprimere. Cic. pro Cælio, Audetisne excitare tanti flagitij memoriam, non extinctam illam quidem, sed repressam vetustate?
Planè extinguere quæ antea scripsimus. Cic. 4. Verr.
Extinguere & funditus delere aliquid. Cic. de Aruſp. resp.
¶ Animum extinguere. Cic. de Senect.
Extinguere animam alicui. Terent. Adelph. 3, 2,
Seni animam primùm extinguerem ipsi.
Animus & mens, nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Cic. de senect.
Extinguere bellum. Plaut. Persa, 2, 2.
Bellum domesticum extinguere. Cic. de Aruſp. resp.
Extinguere consuetudinem. Cicero pro Cælio, Sinautem iam suberat simultas, extincta erat consuetudo, dissidium exiterat. Id est abolita.
Crimina sua, testes interficiendo, extinguere. Cic. 7. Verr.
Formæ dignitas aut morbo defloresceret, aut vetustate extinguitur. Author ad Herenn. lib. 4.
Extinguere famam proditionis. Liuius 7. bel. Pun. Brutij quoque multi interfecti, seu per errorem, seu vetere in eos insito odio, seu ad proditionis famam, vt vi potius atque armis captum Tarentum videretur, extinguendam.
Fama extinguitur. Virg. 6. Æneidos,
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
Et famam extingui veterum sic posse malorum.
Extinguere familiaritates. Cic. de Amic. Eorum querela inueterata non modò familiaritates extingui solere, sed etiam odia gigni maxima atque sempiterna.
Extinguere formam. Terent. Phorm. 1. 2,
-vt ni vis boni
In ipsa inesset forma, hæc ipsam extinguerent.
Furorem alicuius extinguere, & audaciam opprimere. Cicero 6. Philippica.
Extinguere gratiam. Cic. ad Lentul. lib. 1. 1, Gratiã autem nostram extinguit hominum suspicio, quòd Pompeio se gratificari putant. Id est opprimit, abolet.
Extinguere & delere improbitatem alicuius. Cic. 1. Verr.
Extinguere suam infamiam re aliqua. Cic. 4. Verr. Quum eorum nominibus in ftatuarum inscriptione positis omnem ete sperabas inuidiam atque infamiam tuam extinguere posse?
Inimicitias in fortissimis viris non solùm extinguere, sed etiam ad amicitiam consuetudinémque traducere. Cic. de Prouinc. Consul.
Inuidiam extinguit mors. Cic. pro Corn. Balbo.
Extinguere leges. Cic. 3. pro Lege agraria.
Extinguere morbo. Liu. 8. ab Vrbe, Inuictum bellis iuuenem fortuna morbo extinxit. Cic. pro Sextio, Etiá si morbo extinctus essem.
Motus animorum inflammare & Extinguere, contraria. Cicero 1. de Orat.
Nomen aliquorum extinguere. Cic. 4. in Catil.
Extingui obliuione. Cic. in Somn. Scip. Sermo autem omnis ille & angustiis cingitur his regionum quas vides, nec vnquam de vllo perennis fuit, & obruitur hominum interitu; & obliuione posteritatis extinguitur.
Potentiam alicuius extinguere & opprimere. Cicero pro Roscio Amerino.
Religionem extinguit cupiditas. Cic. 3. Verr.
Reliquias belli extinguere. Cic. Furnio, lib. 10. 25.
Extinguere rumorem. Cic. ad Attic. lib. 15. 32.
Salutem alicuius non modò extinguere, sed etiam gloriam per aliquos infringere. Cic. pro Milone.
Morte omnis sensus extinguitur. Cic. 2. de Finibus.
Deficere sol hominibus & extingui visus est. Cicero in Somnio Scipionis.
Extinguere tentata & concepta. Cic. 7. Verr.
Extinguere vrbem alicuam. Cic. pro Lege Manil. Corinthum Patres totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt.
¶ Extinguere aliquem, Occidere. Virg. 4. Æneid.
¶ Extingui, Mori. Cic. de Senect. Extingui homini suo tempore optabile est. Budæus.

Extinctus, Participium {κατασβεσθὶς.} Cic. de Claris Orat. Vir egregius, coniunctissimúsque mecum consiliorum omnium societate, alienissimo Reip. tempore extinctus, & authoritatis & prudentiæ suæ triste nobis desyderium reliquerat.
Extincti occiderunt. Cicero pro Corn. Balbo, Quum duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania Cn. & P. Scipiones extincti occidissent, &c.
Funere crudeli extinctus. Virg. eclog. 5.
Artus extincti. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.
Calores extincti. Seneca Hippol. 3.
Refrigerato & extincto calore occidimus ipsi & extinguimur. Cic. 2. de Nat. deor.
Ciuis extinctus. Ouid. 2. de Remed. amor.
Flamma extincta reluxit. Ouid. 7. Metam.
Extinctus homo dicitur, qui mortuus est. Cic. 1. Tusc.
Lumen extinctum est. Ouid. 1. Metam. Lumen, id est vita.

Principium extinctũ, nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit. Cic. in Somn. Scip.
Pudor extinctus. Virg. 4. Æneid.
Sitis extincta bibendo. Ouid. 7. Metam.
Extincta spes. Liuius 3. bel. Pun.
Extincta vrbis vestigia. Liuius 8. bel. Pun. Adeò vestigia quoque vrbis extinguere, ac delere memoriam hostium sedis cordi est.
Virtus extincta. Cic. 3. de Orat.
Vita extincta. Ouid. 7. Metam.
Extincta vox omnium silentio. Liu. 3. bel. Pun.
Extincta vox Hortensij fato suo. Cic. de Claris Orat.

Extinctor, Verbale {ὀλοθρευτὴς.} vt Extinctor coniurationis. Cicero pro Domo sua.
Extinctor belli. Cicero pro Cælio.
Belli domestici extinctor. Cic. de Aruſp. reſp.
Extinctor incendij. Cic. in Pisonem.
Extinctor patriæ. Cic. pro Sylla.

Extinctio, Verbale {ὀλοθρευσις.} Cic. 1. Tuscul. Nam si supremus ille dies non extinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius?

Extinctus, huius extinctus, Idem. Plin. lib. 7. cap. 7, Quum plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu.

Extirpo, extirpas {ἐκριζόω} extirpâre, propriè significat radicitus euellere, & cum stirpe ipsa totam plantam ex terra abstrahere. Per metaphoram tamen ad alia quoque transfertur. Vnde Extirpare vitia dicimus, quasi funditus tolli. Columel. lib. 2. cap. 2, Et extirpandis radicibus.
Arborem extirpare radicitus. Vlpianus in l. Furtim. D. Arbor. furt. cæsarum.
Extirpare pilos corporis. Martial. lib. 6. 56.
¶Extirpare humanitatem ex animo. Cic. de Amic. Quamobrem si cadit in sapientem animi dolor, qui profectò cadit, nisi ex eius animo extirpatam humanitatẽ arbitremur: quæ causa est vt amicitiam funditus tollamus è vita, &c.
Perturbationes extirpare. Cic. 4. Tuscul.
Extirpare, & funditus tollere vitia. Cic. de Fato.

Extirpatio, Verbale {ἐκριζώσις.} Colum. lib. 2. cap. 2, Filicis frequens extirpatio vel aratro fieri potest.

Extispex, extispicis, penult. corr. {ἱεροσκόπος} propriè dicitur Diuinator, qui ab extis inspiciendis augurium captat, authore Nonio: sed extispici disputanti relinquo. Cic. 2. de Diuinat. Artificiosa diuinationis illa ferè genera ponebas extispicum.

Extispicium, extispicij {ἱεροσκοπία} Aruspicum ars. Accius Medea, Principio extispicium ex prodigiis congruens ars te arguit.

Exto, extas, extiti, extitum, pen. corr. {ἐξέχω} extâre, Eminere, superesse. Virg. Torpent mole sua, & summis vix cornibus extant.
Longa trabe rectior extat. Ouid. 3. Metam.
Humeris extantem suscipit altis. Virg. 6. Æneid.
Extat capite solo ex aqua. Cæsar 5. bel. Gall.
Extare paululum supra teeram. Columel. lib. 5. cap. 10, Fasciculos sarmẽtorum brachij crassitudinis demittito, ita vt supra terram paululum extent.
Extant ædificia modicè ab humo. Plin. lib. 6. cap. 22.
Nauis extat aquis. Ouid. 5. Trist. eleg. 12. Id est super aquas.
Extant surculi de arbore sex digitis. Colum. de Arbor.
Extat è terra sesquipede. Colum. lib. 5. cap. 11.
Extat duos digitos. Plinius lib. 17. cap. 14.
Extare & eminere. Cic. 3. de Orat. Sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus vmbram aliquam & recessum, quo magis id quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur.
Apparet atque extat verum. Cic. 1. de Orat. Sic sentio, neminem esse in Oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus quæ sunt libero homine dignæ, perpolitus: quibus ipsis si in dicendo non vtimur, tamen apparet atque extat vtrum simus earum rerum rudes, an didicerimus. hoc est, in dicendo ostenditur, & facilè declaratur.
¶Extant libri, orationes, studia, picturæ, & huiusmodi: Hoc est superstant.
Extare & Intercidere, contraria. Plin. lib. 35.
Aliquid extabit, ne tibi planè cessasse videamur. Cic. Att. lib. 2. 22.
Non extat author eius pecuniæ. Quinti. lib. 7. cap. 3.
Non extat alius author. Liu. 1. ab Vrbe, Authorem doctrinæ eius, quia non extat alius, falsò Samium Pythagoram edunt.
Extant epistolæ Philippi ad Alexandrum. Cic. 2. Offic.
Extant exempla. Cic. 2. de Legibus, Alioqui multa extarent exempla maiorum. Sed ex antiquo codice rectius legitur extarent ampla maiorum. Subaudi, sepulcra.
Extat id. Cic. ad Rufum, lib. 5. 19. Extátque id quod mihi ostenderas quibusdam literis, hoc te studiosiorem, &c.
Dum id extabit. Cicero ad Metellum, libro 5. 2, Iam illud Senatusconsultum quod eo die factum est, ea præscriptione est, vt dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit.
Extiterunt inimicitiæ inter eos. Cicero de Amicitia, In optimis quibusque honoris certamen & gloriæ: ex quo inimicitias maximas sæpe inter amicissimos extitisse.
Cædium & libidinum iudicium extat & ad insignem memoriam turpitudinis, & penè ad iustum odium nostri imperij. Cicero de Prouinciis Consul.
Littera nulla extat. Ouid. in Ibin,
Nullâque quæ possit tot scriptis milibus extat,
Littera Nasonis sanguinolenta legi.
Si literæ non extarent, magnoperè eas requireremus. Cic. 1. de Inuentione.
Extat literis. Cic. 1. Tuscul.
Extat memoria, sunt tabulæ publicæ: redargue me si mentior. Cic. pro Cluentio.
Multa extant in me tua merita. Cic. pro Plancio.

Præteritarum rerum monumenta certa in literis extant. Cicero 1. de Inuentione.
Extat officium. Cic. de Amicit. Itaque siquando aliquod officium extitit amici in periculis aut adeundis, aut, &c.
Extat opus. Ouidus,
Quo nullum Latio clarius extat opus.
Opus peregrinationis alicui extare. Cic. Attico, lib. 2. 19, Curabo vt huius peregrinationis aliquod tibi opus exter.
Opera peregrinationis huius extabit. Cic. Attico, lib. 15 327.
Extat oratio. Cicero, Quæ, vt scis, extat oratio. Idem de Senectute, Notum enim vobis carmen: & tamen ipsius Appij extat oratio, atque hâc ille egit septem decẽ annos post alterum Consulatum, &c.
Clarorum virorum atque magnorum nõ minus otij quàm negotij rationem extare oportere. Cic. pro Plancio.
Scriptum extat in iisdem literis. Cic. 7. Verr.
Demadis scripta nulla extant. Cic. de Claris Orat.
Extat Senatusconsultum. Cic. ad Lent. lib. 1. 7, Quoniam Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis, &c.
Extat studium. Cic. ad Lent. lib. 1. 8, Nostrum studium extabit in conueniendis magistratibus & Senatoribus.
Extant vestigia. Liuius 1. belli Macedon. Cicero pro Roscio Amerino, Hæc quum sint omnia, tamen extent oportet expressa scelleris vestigia, &c.
Grauiora iudicia de potentissimis hominibus extant voces, quàm tabulæ. Cic. 3. de Legibus.
Officium & munus oculorum sine oculis extare non potest. Cic. 1. de Diuinat.
Non item in oratione vt in versu extat numerus. Cic. in Orat.
Procursus in procliue volubilis extat, Id est existit. Lucret. lib. 2.
¶Extat, pro Est & apparet. Celsus lib. 8. cap. 22, de talo, Vbi huic contrarius talus, contrarium etiam signum extat.
¶Extat, pro est. Quintilianus lib. 10. cap. 1, Tullius vt vbique, etiam in hoc opere, Platonis æmulus extitit. Cic. pro Archia, Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos & graues extitisse fateor. Budæus.
Quales tibi sæpe scripsi. Consules extiterunt. Cic. ad Brutum, Hoc est, sese eo pacto gesserunt.
¶Extat, cum infinitiuo, pro Authorum libris testatum est. Cicero in Bruto. 28, Quem verò extet, & de quo sit memoriæ proditum eloquentem fuisse, & ita esse habitum, primus est M. Cornelius Cethegus: cuius eloquentiæ est author, & idoneus mea quidem sententia, Q. Ennius, &c. Alij exponunt Extet, appareat. quale est illud lib. 1. de Orat. Apparet atque extat.

Exteturus, penult. prod. {ἐξέσομαι} à supino extatum. Plin. lib. 17. cap. 22, Extatura etiamnum duabus gemmis.

Extantia, extantiæ {ἐξοχή.} Colum. lib. 5. cap. 5, Ipsa capita sine vlla extantia, neque aratro, neque bubus obnoxia sunt.

Extantior, Comparatiuum, Eminentior. Statius 9. Thebaid. de intumescente fluuio loquens,
Iámque super ripas vtroque extantior ibat Aggere.

Extollo, extollis, extuli, penult. corr. elatum, penul. prod. {ὑπερηφανιῶ, μεγαλορρημονῶ} extollere, Efferre. Virgilius,
Extulit hæc Decios. Plaut. Amphit. 17,
Continuò extollunt ambo capita.
Extollere armatum in sublime. Hirtius 5. bel. Afric.
Extollere caput, & se erigere. Cic. pro Plancio, Vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa ciuilibus extollere iam caput, & aliquando recreata se erigere debebat?
In gremium suum liberorum ex se genus extollere. Cic. in Orat. Ex quodam poeta.
Extollere lumbos. Plaut. Epid. 15,
Plaudite, valete: lumbos extollite, atque exurgite.
Extollere onera in iumenta. Varro lib. 2. cap. 10.
Extulit os sacrum cælo. Virg. 8. Æneid.
Percussum ipsa Resp. manibus suis extollit. Cic. pro Domo sua.
Alte pugionem extollere. Cic. 2. Philipp.
Erigere & extollere vires. Cic. 5. de Finibus.
Sic vrgetur vt nequeat se extollere. Cic. 2. Tuscul.
Extollere indignationem, Vehementer irasci. Plin. epist. 159.
¶Extollere liberos. Plaut. Mostel. 3,
Primum dum, parentes, fabri liberũm sunt, & fundamentum
Liberorum substruunt: extollunt, parant fedulò infirmitatem.
¶Extollere, Differre in aliud tempus. Cælius Plotio, Abi intrò, atque isthæc aufer, tamen hodie extollar nuptias. Nonius.
¶Extollere verbis præclara ingenia, Exaltare, plurimi facere. Sallustius, Ita eorum, qui ea fecere, sanctà habentur, quantum ea verbis potuere extollere præclara ingenia.
Extollere in maius. Liuius 8. bel. Pun. Defectionem sociorum in maius verbis tollentes.
Deprimere & Extollere, contraria. Cic. in Pisonem, Vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis.
Quem virtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit, eũdem inimicorũ inuidia indignissimè oppressum deprimit ad supplicium. Cic. Antequam iret in exilium.
Submittere & Extollere, contraria. Cic. de Amicit. Quamobrem vt ij qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia, sic quodammodo inferiores extollere.
Eum gloria ad cælum extulit. Cic. 3. Tuscul.
Maturè ad imperium extollere, Vide MATVRVS.
Laudando aliquem extollere. Author ad Herenn. lib. 1.
Ad cælum laudibus aliquem extollere. Cic. Cornific. lib. 12. 25.
Animum extollere. Cic. in Partition.
Iacentem non modò extollere, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem. Cic. pro Marcello.
Vnius in alterum meritum verbis extollere. Cic. pro Plancio.

Supra

Supra modum nihil se extollere. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Extollere se gloriando, & prædicatione. Cicero in Parad. An quisquam in potiundis voluptatibus gloriando se & prædicatione extollit?
Egregia facta tuorum te extollunt. Cic. in Sallust.

Extatus, Vide EFFERO.

Extorqueo, extorques, extorsi, extortum {βιάζομαι, ἐκπαλέζομαι, δύναμαι ἁρπάζω} extorquêre, Vi aliquid auferre, & eripere. vt Extorquere clauam è manibus Herculis.
Abiicere & Extorquere, contraria. Cic. pro Ligario, Suam citius abiiciet humanitatem, quàm extorquebit tuam.
Exorare & Extorquere, contraria. Cic. Octauio, Ille ea tamen exorabat quæ volebat auferre, tu extorques. Vide EXORO.
Exprimere & extorquere. Cic. de Prouinc. Consul. Postquam nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla vi à miseris extorquere potuit, cohortes in hyberna misit.
Extorquere à Cæsare talenta. Cic. ad Attic. lib. 6. 1 12.
Extorquere de vel ex manibus regis. Cic. 7. Verr. Et pro Cluent.
Arma è manibus ciuium extorquere. Cic. de Claris Orat.
Extorquere beneficium alicui per contumeliam. Cæsar lib. 1. belli Ciuilis.
Extorquere ex animis cognitiones verborum. Cic. 2. de Finib.
Errorem alicui extorquere. Cic. de Senect.
Extorquere & eripere pecuniam ab aliquo. Cic. pro Cluentio.
Sententias de manibus vi quadam orationis extorquere. Cic. 2. de Oratore.
Extorquere per vim suffragium populi. Liu. 5. bel. Pun.
Veritatem extorquere. Cic. in Orat.
Extorquebit veritas ne repugnetis. Cic. pro Cluentio.
Extorsisti vt faterer. Cic. 1. Tuscul.
¶Extorquere, pro Luxare. Seneca epist. 18, Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum.

Extortus, Participium {ἐκπαλεσθείς.} Cic. pro Milone, Extorta est confitenti sica de manibus.
Voluptas extorta alicui. Horat. 2. epist. 2.
Vi & metu extortum frumentum. Cic. in Pisonem.
Voces extortæ. Claud. 2. in Ruff.
¶Extortus, pro excruciato. Seneca epist. 67, His oppone ferro transfossos, aut exanimatos serpentum morsu, aut fractos ruina, aut per longam neruorum contractionem extortos minutatim.

Extortor, Verbale {ἐκπαλεστὴς} Qui vi & rapit & aufert. Ter. Phor. 2. 3, Bonorum extortor, legum contortor.

Extorris, huius extorris {ἔκπλους} Qui est extra patrium solum & terram patriam electus, sicut exul. Gellius lib. 2. cap. 12, Exul, extorrisque esto. Ab ignis interdictione, torrisque communione dictum esse vocabulum potius quàm à terra, nonnulli putant, etiam si exul à solo est. Liuius, Extorrem vrbe, domo, penatibus, foro, congressu æqualium. Hos nunc *excommunicatos* vocamus: quibus scilicet humanitatis iura vicissitudinémque officiorum vetamur exhibere. Bud. Liu. 2. ab Vrbe, Ne se ortum ciusdem sanguinis extorrem, egentem ex tanto modò regno cum liberis adolescentibus ante oculos suos perire sinerent. Sic Cic. 5. Verr.
Exul atque extorris ab solo patrio. Liu. 5. ab Vrbe.

Extrà, præpositio {ἔξω, ἐκτὸς} accusatiuo casui seruiẽs, cuius relatiuum est Intra vel intus.
In & Extra, contraria. Cic. 2. de Finib. Et in corpore & extra esse quædam bona.
Eminere foras, & ea quæ extra erunt, contemplari, & quàm maximè se corpore abstrahere. Cic. in Somn. Scip.
Sensibus & animo ea quæ extra sunt, percipimus. Cic. 2. de Natura deorum.
Excedere extra. Cic. de Vniuers. Sic in omni modo partes omnes collocatæ sunt, vt nulla pars huiusce generis excederet extra.
Extra coniurationem esse, Id est in cõiuratis, siue de numero coniuratorum non esse. Cic. pro Sylla, Extra coniurationem hunc esse se scire dixisset.
Extra culpam ponere se. Cic. de Vniuers.
Extra culpam esse, pro Non esse in culpa, & vacare culpa. Cic. 7. Verr. Dico aut omnes extra culpam fuisse: aut si vni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse.
Extra fatum mihi fieri. Cic. 2. de Diuinat.
Extra modum, pro Supra modum. Cic. 1. Offic. Cauendum autem præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas.
Extra numerum es mihi. Plaut. Menæh. 5.
Extra numerum, modúmque agere aliquid. Horat. 1. epist. 19.
Extra ordinem, Id est ordine non obseruato. Gell. lib. 4. cap. 10.
Extra ordinem rogare sententiam honoris gratia. Cic. pro Domo sua, Quibus ille quum esset extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen Pop. Rom. imperiúmque honestauit.
Extra ostium, Hoc est foris. Terent. Phorm. 5. 6,
-sed me censẽ' potuisse omnia
Intelligere extra ostium, intus quæ inter se ipsi egerint?
Extra periculum. Cic. ad Attic. lib. 11. 230, Poteris eam monere vt alicui committat, cuius extra periculum huius belli fortuna sit.
Extra pretium est, Id est tanti est vt pretium excedat. Plautus in Pœnulo, 4.
Extra ruinam esse. Cic. Attico, lib. 11. 230.
Extra teli iactum esse. Curtius lib. 4.
Extra turbam colloqui: Hoc est, Seorsum à turba. Plaut. Amph. 4.
Extra vniuersa quid potest esse? Cic. 4. Acad.
¶Extra, pro Præter elegantissimè ponitur, exceptionis gratia: vt Extra te vnum. Plaut. Amph. 8. Terent. Phorm. Act. 1. scen. 2, Neque notus, neque cognatus, extra vnã aniculã, Quisquã aderat. Cic. 1. in Catil. Nemo est, extra istam coniurationem, perditorum hominum qui te non metuat. Idem 1. Verr. Extra hanc contentionem, certamẽque nostrum. Idem Mario, lib. 7. 3, Extra ducem, paucósque præterea. Idem pro Domo sua, Extra contaminatam illam & cruentam P. Clodij manum. Idem 5. Philipp. Extra tumultum Gallicum Italicúmque. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 18, Præterea extra familiam debuit dicere villicum & villicam. Liu. 3. Decad. lib. 6, Extra filias quæ nupsissent.
Extra iocum dicebatur à veteribus, quum quid serio, non ioco, dicere sese velle significabant. Cic. Trebatio, lib. 7. 16, Sed me hercule, extra iocum, homo bellus est. Idem Caio Volumnio, lib. 7. 33.
¶Extrà, sine casu, Aduerbium. Plinius, Pomum simile amygdalis extrà, intus contortis nucleis.
¶Extra quàm, pro Nisi, Verbum est quod ponebatur in conciendis exceptionibus. Cicero 2. de Inuentione, Agit is cui manus præcisa est, iniuriarum: postulat is quicum agitur, à Prætore exceptionem, extra quàm in reum capitis præiudicium fiat. Vbi (si) particula deesse videtur, extra quàm si: vt Vlpianus in l. prima. §. Labeo scribit. D. de fluminibus, Sed ita excipiendum ait, extra quàm siquid ita factum sit, vti de lege fieri licuit. Bud. Liu. 3. Decad. lib. 6.

Extractus, ager dicebatur, qui intra finitimam lineam & centurias interiacebat: ideóque extractus, quia vltra limites finitima linea claudereturr. & extracluſa loca sunt æquè iuris subsecciuorum, vltra limites, & vltra finitimam lineam. Quod genus agrorum si reipub. Populi Romani, aut ipsius coloniæ cuius fine circundatur, siue peregrinæ vrbis, aut locis sacris, aut religiosis, æquè ad Populum Romanum pertinentibus, datum non est, iure subcesiuorum in eius, qui assignare potuerit, remanet potestate. Ex Frontino de Agrorum qualitate.

Extraordinarius, Adiectiuum {ἐκτακτος} Quod præter ordinem fit, vel est. Cic. ad Brutum, 4, Quare tum & felicitatem & prouidentiam laudabo tuam, quum exploratum habere cœpero Cæsarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentum. Idem 7. Verr. Extraordinariæ cupiditates. Apud Plin. epist. 245, Extraordinarium munus. Et ad Atticum, lib. 5. 96. Item Extraordinaria cura. Liu. 6. bel. Pun.
Extraordinarium semper imperium populare atque ventosum est. Cic. 11. Philipp. Et Extraordinariæ pecuniæ, Cic. 4. Verr.
Petitio Consulatus extraordinaria. Cic. de Claris Orat.
Potestas extraordinaria. Cic. pro Domo sua.
Præsidium extraordinarium dare. Cic. 11. Philip.
Reus extraordinarius. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8.
¶Extraordinaria crimina Iureconsultis dicuntur, quæ non lege aliqua publicorum iudiciorum, sed extra ordinem magistratus imperio, ac potestate exercentur. Vnde legitima crimina extraordinariis opponuntur ab Vlpiano, l. 3. D. de crimin. stellionat.

Extrarius, Adiectiuum {ἐξωτικὸς} Alienus, qui extra focum, sacramentum, iúsque est, inquit Festus. Apuleius Apologia secunda, Præterea minabatur, si extrario nupsisset, nihil se filius eius ex paternis eorum bonis testamento relicturum. Hic accipitur pro eo qui non sit domesticus, & ex eadem familia.
Canis extrarius, apud Suetonium in Vespasiano, cap. 5, pro non domestico.
Defensio extraria Author ad Herennium, lib. 2, Absoluta iuridiciali constitutione vtemur, quum ipsam rem, quam nos fecisse confitemur, iure factam dicemus, sine vlla assumptione extrariæ defensionis.
Extraria lux, Id est (vt quidam loquuntur) extrinseca. Lucretius libro 4.
Res extrariæ. Cic. de Inuentione, lib. 2, Vtilitas aut in corpore posita est, aut in extrariis rebus.

Extrarium dicitur, quidquid est extra rem de qua agitur, vt apud Quintilianum lib. 7. cap. 2, Quum in personam certam transfertur accusatio, aut in extrarium, aut in ipsius qui periit voluntatem, &c.

Extraneus, Adiectiuum {ἀλλόθροος} dicitur (vt ait Festus) qui ex altera terra est. Vnde Extraneus hæres apud Suetonium in Claudio Cæsare, cap. 4.
Extraneus & Domesticus, contraria. Cic. Anteq. iret in exil. Pax & concordia extraneis gignetur, quum iam domesticis non insideat, sed publicè prouidenti eripiatur.
Causa extranea. Author ad Heren. lib. 3.
Cognomine extraneo demõstrare id, quod suo nomine appellari non potest. Author ad Heren. lib. 4. De pronominatione.
Res extraneæ, & corporis & animi diuersæ. Author ad Herenn. lib. 4. Cic. de Inuentione, lib. 2. sub finem, Sin distributius tractare quis volet, partiatur in animum & corpus & extraneas res licebit. Animi est, virtus, &c. Corporis, valetudo, &c. Extraneæ, honos, pecunia, affinitas, genus, amici, patria, potẽtia, & cætera quæ simili esse in genere intelligentur.

Exterior {ἐκτέτερος} Comparatiuus ab Exter vel exterus: cui opponitur Interior. Cic. de Vniuersit. Atque ita quum alterum esset exteriorem amplexus orbem, &c.
Comes exterior. Horat. 2. Serm. satyr. 5. Id est, sinisterior, in sinistra parte positus. Porphyr. Aut exterior, hoc est in exteriore parte siue distantiore à domibus, quæ inferior est: aut alibi, in sinistra.
¶Exterior, pro Extra, apud Plautum Menæh. 8,
Exterior sis, obseruato modo.

Extremus, pen. prod. {ἔσχατος, ὕστατος} Superlatiuus ab Exter, Initium alicuius rei aliquando significat Sipontino. Plautus,
Ab extremo narrare incipiam.
Ab extremo, Vide A B.
¶Extremus, Vltimus. Virgilius,
Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. Cic. de Amicit.
Cuius disputationis fuit extremũ ferè de immortalitate animorum.
Cælum extremum atque vltimum mundi est. Cic. 2. de Diuinat.
Dies extremus fati. Ouid. epist. 1.
Finis extremus laborum. Virg. 4. Georg.
Fortuna extrema dare. Cic. in Sallust.

Gemitus extremos ciere. Virgil. 3. Georg.
Halitus extremus. Virgil. 4. Æneid.
Hora extrema. Virgil. 8. Æneidos,
-extrema moriens tamen alloquor hora.
Extrema hyeme apparuit. Cic. pro Lege Manilia.
Manus extrema non acceſſit operibus eius. Cic. de Claris Oratoribus.
Morte extrema. Virgil. 2. Æneidos,
Extrema iam in morte parant defendere telis.
Extrema & Prima nox, contraria. Cic. in Arato.
Pars extrema & concluſio muneris & negotij. Cicero Q. fratri, libro 1. 1.
Extrema puericia miles fuit imperatoris. Cic. pro Lege Manilia.
Receſſu penitus extremo abditus. Seneca Hippol. 8.
Spiritum extremum filiorum excipere. Cic. 7. Verr.
In extremo ſpiritu: Hoc eſt vſque ad mortem, & extremum ſpiritum. Cic. 2. de Finib. Summorum officiorum in extremo ſpiritu conſeruatio, indicat innatam eſſe homini probitatem gratuitam.
Supplicium extremum. Cic. 7. Verr. Italia autem alumnum ſuum, ſeruitutis extremo ſummóque ſupplicio affixum videret.
¶Primum & extremum. Seneca Agamemn. 7.
¶Ad extremum. Horat. 1. epiſt. 1,
Solue ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat. Vide AD præpoſitionem.
Ad extrema deſcendere. Pollio Ciceroni, lib. 10. 33.
Ad extremum, pro In extrema parte. Liu. lib. 1. Decad. 3, Miſſile telum haſtili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, vnde ferrum extabat.
Ad extremum manus dare. Cic. Attico, lib. 2. 37.
Ad extremum, pro poſtremo. Tacit. lib. 17, Et ad extremum bella ciuilia ruebant.
Vitam adducere in extremum. Tacit. lib. 14, Sed vitam ipſam in extremum adductam.
Durare in extremum. Ouid. epiſt. 7.
Vſque in extrema obſtinatus. Tacit. lib. 19, Acerrimum militem, & vſque in extrema obſtinatum.
Literæ quibus in extremis erat: ſub. ſcriptum. Cicero ad Atticum, lib. 14. 305.
In ea Põpeij epiſtola erat in extremo ipſius manu. Sub. ſcriptum. Cic. Attico, lib. 8. 145.
In extremo tertio ſcribere. Cic. 1. de Diuinat. Satis enim defenſa religio eſt in ſecundo libro à Lucilio, cuius diſputatio ſibiipſi, vt in extremo tertio ſcribis, ad veritatem eſt vita propenſior.
In extremis eſſe. Scæuola in l. alumnæ. D. de adimend. legat. Cognoui Priſcianum filium meum in extremis eſſe. Iulianus in l. ſi pater. D. de fideicom. libert. eadem vtitur loquendi forma. Sed & eodem ſignificatu ibidem dicit, Eſſe in extrema valetudine.
Habet extremum quod finitum eſt. Cic. 2. de Diuinat.
Extremum omnium rerum, mors. Cic. ad Toranum, lib. 6. 21.
Summum atque extremum bonorum omnium. Cic. 1. de Finib.
Sed hoc extremum eorum eſt, poſtulant vt excipiantur hæc inexplicabilia. Cic. 4. Acad.
Curarum extrema. Sil. lib. 17.
¶Extremum tunicæ. Plin. lib. 11. cap. 37.
Extremo anni, pro Extrema parte anni. Tacitus lib. 5. Idem libro 19, In extremo Ponticæ oræ. Item lib. 21, Extrema, & latiſſima mœnium.
¶Extremus, Perditus & nequam. Virgil. 4. Æneidos,
Illam terra parens, ira irritata deorum
Extremam (vt perhibent) Cæo, Enceladóque ſororem
Progenuit. Hoc eſt peſſimam. Quod non ſine ratione eſſe videtur: quandoquidem medici affirmant deteriores eſſe qui vltimi naſcuntur. Sipontinus ex Seruio. Sic Extremum ingenium apud Liuium lib. 2. bel. Pun.
¶Extremus, Remotus. Horat. 1. epiſt. 1,
Impiger extremos curris mercator ad Indos.

Extimus, penult. corr. {ἐκτόπιος} ſimiliter ab Exterior: opponitur Citimo. Plin. lib. 2. cap. 78, Iiſdem imperia quæ nunquam extimis gentibus fuerint.
Extimum, authore Feſto, extremum ſignificat, ita vt intimo ſit contrarium.
Extimum promontorium. Plin. lib. 6. cap. 28.

Extremò, Aduerbium {ὕστατον.} Cic. ad Attic. lib. 12. 251, Quod enim ſcribis extremò, vide, &c. Legitur & extremi.

Extremitas, pen. corr. {τὸ ὕστατον} Denominatiuum, dicitur id quod in quaque re extremum eſt. vt Extremitas circuli. Plin. lib. 2. cap. 17.
Ora & extremitas regionis. Cic. 2. de Finib. Hæc non erant eius qui innumerabiles mundos, infinitáſque regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas, mente peragrauiſſet.
Cæli extremitas. Cic. de Vniuerſ.
Mundi extremitas paribus à medio radiis attingitur. Cicero de Vniuerſ.
Extremitas in agro ita definitur ab Aggeno. Extremitas finitima linea eſt, quæ interuenit aut per iter publicum, quod tranſeendi non poteſt, ſecundum legem colonicam: quia omnis limes itineri publico ſeruire debet: aut per limites ſiue terminos aliáque ſigna quibus territoria ſiniuntur: aut vbi inſoluta loca remanſerunt. hæc autem ſunt loca quæ inſoluta dicuntur: quæ aut in ſaxoſis & ſterilibus locis ſunt, aut in paludibus, vbi nulla potuit exerceri cultura: quia, dum non eſſet quod excoli potuiſſet, nullis neceſſe fuit limitum regulis obligari. Ex Aggeno de limitibus.

Extraho, extrahis, pen. corr. extraxi, extractum {ἐξέλκω, ἀέσασπάω} extrahere, Extra trahere. Cic. pro Cluentio, Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio.
Aculeos corpore extrahere. Vide ACVLEVS.
A vita extrahere aliquem. Seneca Thebaid. 1,
-melius inueniam viam
Quam quæro ſolus: quæ me ab hac vita extrahat.
Extrahere vi aliquem in publicum. Liu. 6. bel. Pun. Ni venirent in Senatum, circa domos eorum ituros ſe, & in publicum omnes vi extracturos eſſe.
Extrahere ſerpentes cantu. Plin. lib. 8. cap. 16.
Telum è corpore extrahere. Cic. pro Roſc. Amer.
Extrahere venena corpori. Plin. lib. 7. cap. 2, genus hominũ fuiſſe tradit, quos Ophiogenes vocat, ſerpentum ictus contactu leuare ſolitos, & manu impoſita venena extrahere corpori.
¶Extrahere ſe ex aliquo negotio. Terent. Phorm. 1. 4,
Ita nunc imparatum ſubitò tanta te impendent mala,
Quæ neque vti deuitem ſcio, neque quomodo me inde extraham.
Extrahere ſe rebus humanis. Vlpianus in l. quum autem. §. capitalem. D. de ædilit. edict. Excipitur & ille, qui mortis conſciſcendæ cauſa quid fecerit. Malus enim ſeruus creditus eſt, qui aliquid faciat, quo magis ſe rebus humanis extrahat: veluti ſi laqueum torſit, ſi medicamentum pro veneno bibit, præcipitémve ſe ex alto miſit, &c.
Extrahere ex animis aſſenſionem. Cic. 4. Acad.
Tollere atque extrahere cupiditates radicitus. Cic. 2. de Finib.
Radicitus ex animis religionem extraxit Epicurus. Cic. 1. de Nat. deorum.
Rem aliquam ab aduerſariis variis calumniis extrahere. Cic. Lentulo, lib. 1. 4.
Extrahere ſcelus aliquod in lucem ex occultis tenebris, Id eſt, prodere & manifeſtare. Liu. 9. bel. Maced. Omnia diis propitiis, volentibúſque ea faciemus, quia qui ſuum nomen ſceleribus, libidinibúſque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt.
Secreta mentis extrahere. Seneca Hippol. 8,
Vincite ferro, verberum vis extrahat
Secreta mentis.
¶Extrahere diem: Trahere in longum, & differre, ac propriè Proraſtinare. Cæſar in Commentariis, Catonem verò acerrimè repugnantem, & priſtina conſuetudine dicendi mora dies extrahentem, vt ſui ratio abſentis haberetur. Liu. ab Vrbe condita, Cunctando extraxeram diem.
Æſtas. Liu. Decad. 4. lib. 2, Sine vllo effectu æſtas extraheretur.
Extrahere in annum rem aliquam. Liu. 2. ab Vrbe. Idem libro 3, Extractum in tertium annum bellum eſt.
Extracta vtraque res in Conſulum aduentum eſt. Liu. 2. ab Vrbe. Idem de bello Punico, Extrahi rem in ſuum aduentum iuſſit.
Extrahere rem aliquam per aliquot dies. Liuius de bello Punico, Extracta tamen authoritatibus ſeniorum per aliquot dies res eſt.
Extractum certamen vſque ad noctem. Liu. 4. ab Vrbe.
Mortem extrahit vates dulci teſtitudine. Valer. 1. Argon.
Pugnam in poſterum extrahere. Tacit. lib. 4, Mox compertum à transfugis nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhennæ vocant, pugna in poſterum extracta, confectos.
In infinitum aliquid extrahere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Extrahere iudicium. Paul. l. ad exhibend. l. Si optione intra certum tempus data, iudicium extractum eſt, in id tempus quo fruſtra exhiberetur, vtilitas peritoris conſeruetur.
¶Extrahere aliquem, pro Inducere, & vehementer ſolicitare vt aliquid faciat. Liu. 2. bel. Pun.

Extrahendus {ἐξελκτέος.} Seneca OEdipo, 4,
-populus infernæ Stygis
Huc extrahendus.

Extractus, Participium {ἐξελκυσθείς.} Cic. Q. fratri, lib. 2. 6, Sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta eſt.
Rure in vrbem extractus. Horat. 1. Serm. ſatyr. 1.

Extractorius, Adiectiuum {ἐξελκτικός.} Plin. lib. 24. cap. 11, Vulgaris arundo extractoriam vim habet. Hoc eſt vacuatoriam & eductoriam.

Extremitas, Extremus, Vide EXTRA.

Extrico, extricas, penult. prod. {ἀκαπήδυσαι, ἀπαλλάττω, ἀπολύω} extricare, Verbum à tricis compoſitum ſignificat liberare.
Extricare ſe. Plaut. Epid. 3,
Aliqua ope exoluam, extricabor aliqua. Videtur hîc Plautus in paſſiua voce proluiſſe extricor, ni mendoſus eſt codex.
Extricare ſylueſtrem agrum, pro Purgare & mundare. Columel. libro 4.
Nummos vnde vnde extricare. Horat. 1. Serm. ſatyr. 3,
Odiſti, & fugis, vt Druſonem debitor æris:
Qui niſi, quum triſtes miſero venêre Calendæ,
Mercedem, aut nummos vnde vnde extricat, amaras
Porrecto iugulo hiſtorias, captiuus vt, audit.
De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10.
Cerua extricata denſis plagis. Horat. 3. Carm. ode 5.

Extricatus, extricata, extricatum, Adiectiuum. vt Extricatæ margaritæ, Id eſt perpurgatæ, mundatæ, expolitæ. Vlpianus l. 27. §. 19. D. ad l. Aquiliam, Si quum maritus vxori margaritas extricatas dediſſet, cáque inuito marito perforaſſet, &c.

Extringo, extringis, extrinxi, extrictum {σφίγγω} extringere, Idem quod ſtringere. Cic. 4. Acad. Deinde quũ paulum digitos extrinxerat. Quo in loco ex veteſtis exemplaribus legitur contraxerat, non autem extrinxerat.

Extrinſecus, extrinſeca, extrinſecum, penul. corr. Boethius libro 3. De differentiis Topicis, A comparatione maioris vel minoris idem locus eſt, qui apud Themiſtium inter extrinſecos locos ponitur à maiore & minore.

Extrinſecus, penul. corr. {ἐξωθεν} Aduerbium, quaſi dicat externè, vel ab extra. Cic. 5. de Finib. Et nunc quidem quod eam tueturvt de vite potiſſimum loquar, eſt id extrinſecus. Idem 1. de Orat. Adhibita eſt igitur ars quædam extrinſecus ex alio genere quodam. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 41, Vt non denudes medullam, ne extrinſecus imbres nocent. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Sine vllo metu extrinſecus imminentis belli.
Accipere extrinſecus aliquid. Cic. 3. de Nat. deor.
Addita corpora ſunt extrinſecus. Lucret. lib. 2.
Adhibentur extrinſecus corporum adiumenta. Cic. 4. Tuſcul.
Allapſus extrinſecus humor. Cic. 2. de Diuinat.
Aſſumere auxilia extrinſecus. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Aſſumuntur extrinſecus loci. Cic. in Topic.
Excitari vi & commoueri extrinſecus. Cic. de Fato.
Complecti extrinſecus aliquid. Cic. 2. de Nat. deor.
Ducunt extrinſecus ſpiritum pulmones & cor. Cic. 2. de Natura deorum.
Inaurata extrinſecus columna. Cic. 1. de Diuinat.
Iniecta extrinſecus præſagitio, atque incluſa diuinitus, ineſt animis. Cic. 1. de Diuinat.
Extrinſecus intrare. Perſ. ſatyr. 5,
-ſeruitium acre
Te nihil impellit? nec quicquam extrinſecus intrat
Quos neruos agitet?
Irrumpunt extrinſecus in animos noſtros per corpus imagines nobis dormientibus. Cic. 4. Acad.
Nullæ imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus. Cic. 2. de Diuinat.
Extrinſecus alicunde aliquid quærere. Cic. 2. de Orat.
Veſtiuit extrinſecus animum Deus & circundedit corpore. Cic. de Vniuerſ.
¶Extrinſecus, pro Extra propoſitum. Colum. libro 1. cap. 6. vbi de Curculionibus meminit, Sed hæc, ecſi extrinſecus, nõ tamen intempeſtiuè videor hoc loco retuliſſe.

Extro, extras {ἐξίημι} extrãre, Verbum ab extra formatum, ſignificat egredi. Sicut enim intrare, ingredi eſt: ſic extrare, exire. Afranius, Simul limen intrabo, illi extrabunt ilico. Antiquum eſt. Nonius.

Extrudo, extrudis, extruſi, extruſum, pen. prod. {ἐξωθέω, ἐξελαύνω} extrudere, Propriè dicitur qui manibus expellit, & veluti extra trudit, authore Donato.
Eſſe in numero, & Extrudi. contraria. Cic. Trebatio, lib. 7. 6, Quo in numero tu certè fuiſſes, niſi te extruſiſſemus.
Extrudere ædibus. Plaut. Aulul. 4,
-me miſeram ad hunc modum
Decies die vno ſæpe extrudit ædibus.
Extrudere ex ædibus. Plaut. Caſin. 17.
Extrudere foras. Plaut. Trucul. 3. Terent. Eunuch. 4. 5,
Correxit miles quod intellexi minus: nam me extruſit foras.
Extrudere inuitum. Terent. Heeyr. 1. 2,
Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater. Vbi Donatus, Hic tranſlatione vſus eſt Terentius, vt offenderet tantum importunitatis verbis ſenis fuiſſe, quantum impulſio manuum efficere potuiſſet.
¶Extrudit, Verbum neceſſitatis. Plaut. Merc. 19,
Vnicus mihi Dorippa eſt gnatus, ſcis? D. ſcio. P. hunc pater
Olim à ſe extruſit Rhodum.
Extrudere & eiicere aliquem in viam. Cic. 2. de Orat.
¶Extrudi, per tranſlationem, pro Abalienari. vt Extrudi ab aliquo. Cic. ad Attic. lib. 3. 54, Sed iam extrudimur, non à Planco, (nam is quidem retinet) verùm ab ipſo loco minimè appoſito, &c.
Extrudere domo ſua aliquem. Cic. 7. Verr. Itaque nõ modò domo tua Chelidonem in Prætura extrudere voluiſti, ſed in Chelidonis domum Prætoram tuam totam detuliſti.
Extrudi & Prohiberi, contraria. Cic. 10. Philip. Qui tanquam extruderetur à Senatu in Macedoniam, & non contrà prohiberetur proficiſci, ita cucurrit.
Extrudere aliquem, pro Accelerare. Cic. Terentiæ, lib. 14. 2.
Extrudere tabellarios, pro Accelerare ad iter. Cic. ad Brut. 14.
Merces extrudere. Horat. 2. epiſt. 2.

Extruo, extruis, pen. corr. extruxi, extructum {κατασκευάζω} extruere, ab ex & ſtruo, Conſtruere, ædificare. Cæſar 3. bel. Gall. Omnem eam materiam quæ erat exceſſa, conuerſam ad hoſtem collocabat, & pro vallo ad vtrunque latus extruebat.
Extruere & Euertere, contraria. Cic. pro Domo ſua, In ea poſſim intueri domum meam euerſam non ab inimico meo, ſed ab hoſte communi & ab eodem extructam & poſitam in oculis ciuitatis.
Aceruum magnũ ad pedes alicuius extruere. Cic. Attico, lib. 2. 17.
Extruere ædificium in alieno, per metaphoram. Cic. pro Milone.
Extruere aggerem in altitudinem. Cæſar 2. bel. Ciuil.
Altitudinem excellentiámque virtutum animo extruere. Cic. 5. de Finibus.
Caſas extruere ex virgis. Tibul. lib. 2. eleg. 1.
Extruere cumulum. Cæſar 6. bel. Gal.
Fundare & extruere diſciplinam. Cic. 4. de Finib.
Focum extruere lignis. Horat. Epod. 2.
Extruere menſas epulis. Cic. 5. Tuſcul. Menſæ conquiſitiſſimis cibis extruebantur. Cic. de Senect. Caret epulis, extructíſque menſis, & frequentibus poculis.
Menſas feſtas extruere. Tibul. lib. 2. eleg. 6.
Montem extruere. Cic. in Piſonem.
Montes extruxit in æthera. Valer. 2. Argon.
Extruere monumentum. Cic. 14. Philip.
Extruere rogum. Cic. 3. de Finib.
Extruere ſepulcrum altius. Cic. 2. de Legib.
Extruere ſtramenta in aceruum. Colum. lib. 6. cap. 3.
Extruere thermas de marmore. Martial. lib. 9. 79.
Toros extruere. Virgil. 3. Æneid.
In numerum verba extruere. Author ad Heren. lib. 4.
Ad cælum villam viſceribus æraríj extruere. Cic. pro Domo ſua.
Vrbem extruere. Virgil. 4. Æneid.

Extructus, Participiũ {ἐκτετραπεδωμένος.} Cic. in Piſonem, Extructa menſa non conchylis aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida.
Foci extructi. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3.
Menſæ extructæ dapibus. Ouid. 11. Metam.

Extructio, Verbale {κατασκευή.} Cic. 14. Philip. Eáque extructione quæ ſit ad memoriam æternitatis.
Extructio tectorum. Cic. 2. de Nat. deor.

Extubero, extuberas. pen. corr. {προεξοιδάνω} extuberare, A tuber deriuatum, ſignificat excreſcere, inflari, & quaſi tuberis figuram efficere. Plin. lib. 21. cap. 16, Neque in omnibus terris eſt, radice folioſa, ex qua media veluti malum extuberat. Idem libro 37. cap. 8, Vtrobique autem in rupibus inuiis & gelidis, oculi figura extuberans leuitérque adhærens.
¶Extuberare, Actiuũ, pro Tuberibus aſperare. Seneca lib. 6. Nat. quæſt. Defert montes, ſubrigit plana, valles extuberat, nouas in profundo inſulas erigit.
Extuberantes gemmæ: quibus opponuntur Cauæ. Plinius lib. 37. capite 12.

Extuberatio, Verbale {προεξόδημα.} Plin. lib. 31. cap. 9, Luxatis imponitur cum farina & melle, item Extuberationibus. Hoc eſt, tuberculis per corpus enaſcentibus.

Extumeo, extumes, pen. corr. vel Extumeſco, extumeſcis {ἐξοιδέω} extumeſcere, Idem quod tumeſcere, & in tumorem redigi. Plin. lib. 37. cap. 5, Democritus in hoc genere poſuit Hermoneos & Perſicos illos extumeſcentes pinguiter.

Extumidus, pen. corr. Adiectiuum {ἐξοιδικός.} vt Extumida media area. Varro 1. de Re ruſt. cap. 51.

Extunc, Ex illa hora. Apuleius lib. 7. Aſini aurei, Extunc pœnæ reſeruatus.

Extundo, extundis, extrudi, pen. corr. extuſum, pen. prod. {ἐκκόπτω, ἐκτύπτω} extúndere, Extorquere vel inuenire. Nonius. Plaut. Moſt. 4,
Eundem animum oportet nunc mihi eſſe gratum vt impetraui,
Atque olim prius quàm id extudi, quum illi ſubblandiebar. Suetonius, Ea demum extudit magis conuitio quàm precibus.
Vſus extundit artes. Virgil. 1. Georgic. Vide Artes excudere, in EXCVDO.
Labor extudit faſtidia. Horat. 2. Serm. ſatyr. 2.
Extundere aliquem. Quintil. lib. 1. cap. 4.
¶Extundere, Studioſe facere. Virgil. 8. Æneidos,
Lanigerõſque apices, & lapſa ancilia cælo
Extuderat. Seruius.
¶Extundere, In tuber tundendo transformare. Caſſius Seuerus lib. 6. Controuerſ. apud Senecam, Alterius diminutas ſcapulas in deforme tuber extundit.

Extubo, exturbas {ἐξοιδέω} exturbãre, Violenter eiicere ab aliquo loco. Metaphora ſumpta à turbine venti, qui dum perflat, pulueremve luti in globum violenter ſurſum erigit.
Expellere atque exturbare aliquem. Cic. pro Cluentio, Lectum illum genialem, quem biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atque exturbata filia iubet.
Exturbare, Eiicere, expellere. Cic. pro Murena, Magnum eſt enim te comparare ea quibus poſſis hominem è ciuitate, præſertim non inopem, neque infirmum, exturbare, qui & per ſe & per ſuos, & verò etiam per alienos defendatur. Budæus.
Exturbare & Manere, contraria. Cic. Att. lib. 8. 169, Itaque quæro qui ſint iſti optimates qui me exturbent Cumis, ipſi domi maneant.
Exturbare aliquem foras. Plaut. Trinum. 14.
Deiicere Senatum à gubernaculis, Populum è naui exturbare. Cic. pro Domo ſua.
Exturbare homines è poſſeſſionibus. Cic. pro Sylla.
Exturbari præcipitem è prouincia. Cic. 6. Verr.
Exturbari ex agris. Cic. pro Lege agraria. Sic Exturbare aliquem bonis. Cic. 4. Verr.
Exturbare ex numero viuorum. Cic. pro Quintio, Is non modò ex numero viuorũ exturbatur, ſed ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos mandatur.
Exturbare aliquem ædibus & ex ædibus. Plaut. Trinum. 4. & 11.
Miſerum fortunis omnibus exturbari. Cic. pro Quintio.
Exturbare penatibus. Plin. in Paneg. Expeliere penatibus geſtiũt, ſuis exturbentur.
Exturbare ſede. Colum. lib. 8. cap. 17.
Exturbare ciuem innocentem, expellere. Cic. Anteq. iret in exil.
Exturbare ex animo ægritudinem, pro Excutere. Plaut. Curcul. 5, Atque iſtam exturbes ex animo ægritudinem.
Animas exturbare cæde. Ouid. 15. Metam.
Exturbare mentem alicuius. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 4.
Noctem exturbabat vociferans. Stat. 10. Thebaid.
Silentia noctis exturbare. Stat. 1. Thebaid.
Exturbare ſpem pacis. Liu. 6. ab Vrbe, Hæc noua iniuria exturbauit ſpem pacis.
¶Exturbare calculos, dicitur radix herbæ, pro Eiicere & confringere. Plin. lib. 20. cap. 10.
Comas exturbare. Stat. 5. Thebaid.
¶Exturbare oculos alicui, pro Excludere & exculpere, ſiue effodere. Plaut. Pœnul. 4,
Non ego homo trioboli ſum, niſi ego illi maſtigiæ
Exturbo oculos atque dentes.

Exturbatus, pen. prod. {ἐξωσμένος} Participium. vt Radicibus exturbata pinus. Catul. epig. 59.

Extuſſire, Idem quod tuſſire, & cum tuſſi aliquid eiicere {ἐκπτύω.} Plin. lib. 35. cap. 15, Purulenta quoque extuſſientibus, & contra ſcorpionum ictus. Idem lib. 23. cap. 3. Celſ. lib. 2. cap. 8, Niſi vomicam aliquam excitauit ſic, vt pus extuſſiretur.

EXV

Exubero {ὑπερέω} Vide EX HVBERO.
Annus exuberat pomis. Virgil. 2. Georg.

Humor malus membris exuberat. Claud. de Aponi balneis, 5.
Vmbra exuberat luxuria foliorum. Virgil. 1. Georg.
Astu exuberans. Sil. lib. 1. de Annibale.

Exuccus {ἐκχυλος} Adiectiuum, Qui succo caret. Seneca epist. 30, Scis illú infirmi semper & exucci corporis fuisse. Quintil. lib. 12. cap. 10, Vnde nunc quoque aridi, & exucci, & exangues.

Exudo, exudas, penult. prod. {ἐφιδρόω} exudáre, veluti per sudorem emittere. Plin. lib. 24. cap. 9, Vnum arbor ipsa exudat gummi modo. Colum. lib. 12. cap. 48, Quum oliua quicquid habuit amurcæ, exudauit. Et Exudare liquorem, Idem lib. 7. cap. 8.

Humor exudat. Virgil. 1. Georgicorum,
-siue illis omne per ignem

Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor. Nouè loquutus est: nam non ipse humor, sed terra desudat. Vnde exudat pro exudatur accipimus. Seruius.

Exudare laborem. Liu. 5. ab Vrbe. Relinquendáne hæc censetis, vt ad ætatem de integro his instituendis exudetur labor?

Edomiti exudant quæ labores. Sil. lib. 3.

Exudare causas, pro Magno labore agere. Horat. 1. Serm. satyr. 10. Vide CAVSA.

Exuerræ, Vide suprà in EVERRIATOR.

Exuerro, Vide EVERRO.

Exuerto, exuertis, exuerti, exuersum {ἀφανιζω} exuertere, Præuenire, præoccupare. Plaut. Pœnul. 14,

Verum enim qui bene eum norit, citò homo exuorti potest. Antiquum.

Exúgo, exugis, pen. prod. exuxi, exustum {ἐκχηρίζω} exúgere, Succum omnem sugendo extrahere. Legitur & exugebo in secunda. Plautus Rudent. 23,

Ego iam te hîc itidem, quasi penicillus nouus solet exugere,
Ni húc amittis, exugebo quicquid humoris tibi est. Idem Pœn. 8,
Iam nunc ego illi egredienti sanguinem exugam procul. Colum. lib. 4. cap. 24, Sed ab vno latere exugitur.

Exugere sudorem. Colum. in Procem. lib. 1. Erasmus in Prouerb. Qui mori nolit ante tempus, legit exusto sudore.

¶Exugere, pro succum exprimere vsurpat Cato, quod verbum aliis scriptoribus non perinde vsitatum tritúmque est, quo tamen in loco non desunt qui exurgeto scribant. Turnebus.

Exugebo, pro exugam, Antiquum. Plaut. Epidico,
Iam ego me vortam in hirudinem,
Atque eorum exugebo sanguinem. Nonius.

Exugentes, Exprimentes. Festus.

Exúctus, Participium. Gell. lib. 20. cap. 7, Luna nunc videlicet senescit. ea re ostrea quoque, sicuti alia quædam, tenuia exuctáque sunt. Hoc est, sine succo & humore.

Exul, exulis, pen. corr. com. gen. {φυγὰς, ἀποδημητὴς, ἐξόριστος} Is dicitur qui ex patria eiectus est: quasi extra solum. Festus, Exules dicuntur loco patriæ suæ pulsi. Cic. pro Domo sua, Quid est enim exul? Ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Quando igitur est turpe? Re vera quando est pœna pec cati, opinione autem hominum si est pœna damnati.

Mentis domúsque exul. Ouid. 9. Metamorphoseos,
Atrontitúsque malis, exul mentísque, domúsque.

Patriæ exul. Horat. 2. Carm. ode 16.
Vagus exul. Ouid. 11. Metam.
¶Exul agor. Ouid. epist. 7.
Vagum exulem errare aliquem, atque vndique exclusum. Cic. pro Cluentio.
Reducere exules. Cic. Cassio, lib. 12. 1. Et pro Sextio.
Vi eiectos exules reducere. Author ad Heren. lib. 2.
Restituere exules. Cic. 1. Philip.

Venit exul ad Antiochum Ephesum Annibal Carthagine expulsus. Cic. 2. de Orat.

Exilium, huius exilij {φυγὴ, ἐξορία} dicitur ipsa priuatio soli patrij. Cic. 5. Tuscul. Exilium credo quod in maximis malis ducitur. Idem in Parad. Nescis exilium, scelerum esse pœnam?

Exilij species tres ponit Martianus in l. exilium. D. de interdict. & releg. Exilium, inquit, triplex est: aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga, vt omnium locorum, præter certum locum: aut insulæ vinculum, id est relegatio in insulam. Exilium autem pœna est iudicij capitalis. Paulus in l. 2. D. de publicis iudiciis, Capitalia iudicia sunt, ex quibus pœna mors, aut exilium est, hoc est aquæ & ignis interdictio. per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Nam cætera, non exilia, sed relegationes proprie dicuntur. tunc enim & ciuitas retinetur. Cic. pro Cecinna, Tú amittitur hæc ciuitas denique, quum is qui profugit receptus est in exilium, hoc est in aliam ciuitatem. Idem paulo antè, Nam quod ad exilium attinet, perspicuè intelligi potest quale sit. exilium enim, non supplicium est, sed profugium, portúsque supplicij. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertút, hoc est sedem ac locum mutant.

Exilium. Mentionem ciuium Romanorum exulantium sæpe fieri videmus; quum tamen nulla lege damnatis ciuibus exilium sit irrogatum. quod ne vocari possit in dubium, ponam verba Ciceronis in oratione pro Cecinna. Exilium, inquit, non supplicium est, sed perfugium, portúsque supplicij. nam, qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt: hoc est, sedem, ac locum mutant. itaque nulla in lege nostra reperietur, vt apud cæteras ciuitates, maleficium vllum exilio esse mulctatum. sed, quú homines vinc ula, neces, ignominiásque vitant, quæ sunt legibus constituta, confugiunt, quasi ad aram, in exilium. qui si in ciuitate legis vim subire vellent, non prius ciuitatem, quàm vitam, amitterent. quia nolunt, non admittur iis ciuitas, sed ab iis relinquitur, atque deponitur. nam, quum ex nostro iure duarum ciuitatum nemo esse possit; tum amittitur hæc ciuitas denique, quum is, qui profugit, receptus est in exilú, hoc est, in aliam ciuitatem. Hæc Cicero: quæ tum, non esse exilium

vlla in lege nominatum, aperte docent: tum verò ideo multos in exilium ante damnationem sua volútate profugisse, quia, legis pœnam, quam præsentes corpore subirent, vt vincula, neces, ignominiam aliquam omnino vitare vellent. nam etsi reo in exilium profecto, nihil ominus causa peragebatur, & sententię ferebantur (id exemplo Fabricij, de veneficio condemnati, ex oratione pro Cluentio constat: qui quum, absolutione desperata, à subsellijs sua sponte discessisset, eum tamen latis sententiis, absentem iudices cõdemnarunt: idémque de Verre Pedianus significat, & in commentario Milonianę, quum ait: Multi præsentes, & quum citati non respondissent, damnati sunt) tamen, quũ, quod ad corpus attinet, aut ad præsentem ignominiam, ipse sibi iam reus cauerat; leuiora ducebat reliqua, siue sibi absentia qua & igni interdicerentur, siue bona publicarentur, siue aliqua infamiæ nota inurereretur. At idem Cicero ipse sibi quasi repugnare in Paradoxis videtur: vbi de exilio, tanquam pœna legum, ita loquitur: Omnes scelerati, atque impij, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiam si solum non mutarunt. an, quum omnes leges exulem te esse iubeant, non eris tu exul? in oratione autem pro Murena, nouæ ambitus lege, quam ipse tulit, senatores in exilium missos, his verbis demonstrat: Legem ambitus flagitatti: quæ tibi non deerat: erat enim seueríssimè scripta. Cæl purnia, gestus est mos & volútati, & dignitati tuæ. sed tota illa lex accusationem tuam, si haberes nocẽtem reum, fortasse armasset, petitioni verò refragata est. pœna grauior in plebem alta voce efflagitata est: commoti animi tenuiorum. exilium in nostrum ordinem: concessit senatus postulationi tuæ, sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te auctore constituit. Atque hac ipsa de lege, déque exilio x. annorum loquitur & Dio libro XXX VIII. nec desunt alia de ciuibus Romanis exulantibus exempla: quos tamen à lege, vel à iudicibus, qui ministri legum sunt, nominatim in exilium esse eiectos, non debemus opinari. quo modo igitur exules? Sciendum est, exilij duo genera fuisse, voluntarium, & legitimum: & voluntarij rursus duo genera, vnum, quum reus ante latas à iudicibus sententias in exilium abibat, vel vt legis pœnam vitaret, quod iam diximus; vel quia, quum se damnatum iri perspicuè videret, sponte vellet eam pœnam subire, quam paulo pòst leges ei sine dubio illaturæ viderentur; quod ij, quos paulo antè nominaui, Verres, Fabriciúsque, omni prorsus absolutionis abiecta spe, fecerunt. non enim ante dãnationem ideo discesserunt, vt legis pœnam vitarent: quãdoquidem Fabricius nihil exilio grauius timere à iudicibus poterat: quum Oppianicũ qui mox eodẽ crimine præsens damnatus est, nullã omnino, præterquã exilij, calamitatem tulisse constet. nec de repetũdis, quo crimine damnatus est Verres, alia, præter exilium, & litis æstimationem, nocentes reos pœna sequebatur. quam vtranque pœnam, post profectionẽ damnatus Verres tulit. Alterum exilij volũtarij genus fuit, quum reus, post damnationem, quia multam à iudicibus dictam soluere non posset, ex vrbe discedebat. quod vt putem ei legibus, ad effugiendam mulæ solutionem, fuisse permissum, adducor iis verbis, quæ sunt in oratione pro Cecinna: In colonias nostras sæpe nostri ciues aut sua voluntate, aut legis multa profecti sunt: quam multã si fusserre voluissent, tamen manere in ciuitate potuissent. Legitimum autem exilij erat, quum reus, non ille quidem verbo, re tamen ipsa in exilium mittebatur. vetus enim consuetudo fuit, inducta legibus, more confirmata, quæ non modò in rep. sed imperatorũ quoque ætate, multísque post seculis, viguit: vt, si quis exilij pœna dignus videretur, ei, nulla exilij facta mẽtione, tecto, aqua, igni interdiceretur. ita earum rerum, quæ maximè sunt ad vitam sustentandam necessariæ, vsu priuatus cum vno aeris alimento cõtentus esse non posset, abire cogebatur. ex quo exulare ciues Romani dicebãtur. patet hoc in oratione pro Domo: in qua ita scriptum est: Qui erant rerum capitalium cõdemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò vertendi, hoc est mutandi soli causſa venerant. id autem vt esset faciundum, non ademptione ciuitatis, sed recti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant. Ac ne ciues quidem omnium improbissimi, atque audacissimi, quum in suos inimicos, acerrimo incitati odio, non leges, sed priuilegia ferrent, exilium nominabant. sed iis aqua & igni interdicebant. itaque & de ipso Cicerone, quod in eadem oratione legimus, P. Clodius trib. pleb. cui nihil in tota vita modestiæ fuit, qui in tribunatu pro sua libidine, neglecto more maiorum, abiectis legibus, cuncta gessit, ita populum rogauit: Velitis, iubeatis, vt M. Tullio aqua & igni interdicatur. neque solum Clodius, sed antea quoquot homines maximè seditiosi, C. Gracchus, & L. Apuleius Saturninus de suis inimicis eodem modo tulerunt. est enim eadem in oratione ita scriptum: Ne tum quidem, quum aberam, negare poteras esse me tua lege senatorem. vbi enim tuleras, vt mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popilio, Saturninus de Metello tulit. & minorem, siue mediam capitis diminutionem, quum ciuitas etsi non verbo, re tamen adimebatur, ita fieri solitam, tradit Iustinian. Instit. lib. 1. de capitis diminutione, his verbis: Minor, siue media capitis diminutio est, quum ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur: quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei qui in insũlam deportatus est. Ergo quum dixit Cicero aduersus Clodium in Paradoxis: Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si in operum Bonæ deæ accessisses, exulares, hoc significauit; vt tibi aqua & igni interdiceretur. &, quum de ambitu damnatis x. annorum exilio puniendis Dio locutus est, non aliud intellexit, quàm, vt iis in x. annos aqua & igni interdiceretur. Erat autem, vt neque flagitia sunt paria, sic hoc pœnæ genus neque loci spatio, neque tẽporis æquale. quibusdam enim tantùm intra vrbem, hoc est intra pomœrij fines, aliis lõgius, aqua & igni interdicebatur. crediderim tamen, actũ satis leniter ac misericorditer cum reis, neminémque aut certè paucos admodum extra Italiæ terminos aquæ & ignis interdictione summoros; qui videam Oppianicum, de veneficio, quod capitale crimen erat, damnatum, impunè tamen ad vrbem habitare potuisse. notauimus enim hæc in oratione pro Cluentio: Quum vagus, & exul erraret Oppianicus, & huc ad vrbem profectus esset, cecidisse ex equo dicitur,

dicitur, & latus offendisse vehemẽter, & postea quàm ad vrbem cum febri venerit, paucis diebus esse mortuus. Quid, quòd Q. Pompeium Rufum, & T. Plancum Bursam, vtrunque de vi damnatum, quod ex Dionis historia constat, alterum Baulis fuisse, alterum Rauennæ scribit M. Cælius in epistola ad Ciceronem? nam Cicero ipse quadringentis millibus passuum, non vlla communi lege, neque iudicum sententijs, sed iniquissimo P. Clodij priuilegio, per operas Clodianas lato, abesse iussus est, aqua & igni cæra illum terminum interdictis. Milonis autem Massiliæ exulantis exemplum vix cum altero licet exemplo coniungere. graue enim facinus occiso in Appia via Clodio, à senatu iudicatum est: & fuit satisfaciendum populo, Clodij cæde concitato, ideóque noua lex perlata, & extra ordinem quæsitum, nec tamen satis habeo compertum, Massiliámne sedem exilij Milo delegerit, quòd citra esset interdictum aqua & igni, an verò, quod, quum propius vrbem, concedente lege, posset habitare. Massiliam tamen probauerit, ac voluerit, nec puto leges, aut iudices præscripsisse cuiquam, vbi esse deberet, sed non posse. ne verò iis, de quibus & Cicero in oratione pro Balbo, & historiæ loquuntur, Q. Maximo, P. Popilio, Q. Philippo Nuceria, aut C. Catoni Tarraco, aut Q. Cæpioni & P. Rutilio Smyrna locus exilij definitus est: sed ipsi, quum Romæ esse non liceret, eas vrbes, vt iucundas, aut quietas, aut commodas, aut sibi fortasse beneuolas, ad habitandum legerunt. Memorabile illud fuit, quod legimus in Polybio: capite damnatis egredi palàm ex vrbe licuisse; quòd si tribuum vna, quæ scilicet ad damnationem deesset, suffragium de reo nondum tulisset, facultatem reo esse datam exilij suo sibi arbitratu deligendi. exulibus autem commorari tuto licebat in qua vellent vrbe fœderata, vt Neapoli, Prænestę, Tybure. hæc Polybius: cuius ætate populus de capitalibus, cum criminibus iudicabat. nam postea prætores quæsierunt, excepto crimine perduellionis, aut si quando tribunus pl. diem alicui diceret, suffragiúmque de reo mallet à populo, quàm sententias à iudicibus, & prætore, ferri. Quòd autem exilij tempus disparibus in culpis diuersum fuisse dixi; id ita verisimile est, vt exemplis probari multis non debeat. quare vnum ponam, etsi minimè necessarium. Damnatis de ambitu aqua & igni per x annos tantum interdicebatur: quod antea demonstraui. at damnatis de corrupto iudicio, in vniuersum vitæ tempus: quod in oratione pro Cluentio licet conijcere: huius in extremo, peritorum extra patriam Cluentium, si damnatus erit, his verbis significat: Quid enim profectum, nisi vt huius ex mediis mortis insidiis vita ad luctum reseruata, mors sepulchro patris priuata esse videatur? Ac de duobus exilijs, voluntario ac legitimo, verum fuerit grauius, venit in mentem quæri posse. legitimum existimo: primum quòd eos, quibus aqua & igni interdictum est, recipi tecto intra spatium interdictum leges vetant: quod iis non contigit, qui sua sponte in exilium profugerunt: deinde, quòd, vt ego arbitror, aliquanto turpius est, exuiare legibus eiectum, quàm, exulare non eiectum. eiicitur enim ciuitate, cui aqua & igni interdicitur; qui verò sua voluntate discedit, non is ciuitate pellitur, sed eam ipse deserit, ac relinquit. huc adde, quòd, quibus interdicitur, ij senatores postea non sunt; & eos legi suo loco à censore in senatum leges prohibent: quibus verò non interdicitur, ij, etiam si vrbe carent, senatores tamen sunt. hoc in oratione pro Domo didicimus: in qua hæc sunt, Ne tum quidem, quũ aberam, negare poteras esse me senatorem. vbi enim tuleras, vt mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popilio, Saturninus de Metello tulit, homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis ciuibus non vt esset interdictum, quod fieri non poterat, tulerunt, sed vt interdiceretur. vbi cauisti, ne meo me loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, etiam quibus damnatis interdictum est, scriptum est in legibus. Ergo quũ de pœnis capitalibus loquimur, aut exilium inter eas nominandum non est; quod lex nulla, nullum ob malefactum irrogabat: aut eo de exilio dicendum, quod etsi non nominaretur, necessariò tamen, quũ damnatis interdiceretur aqua & igni, consequebatur. Hæc ex P. Manut. libro de legibus Romanis.

Exilij causa solum vertisse aliquem, nec postea esse restitutum. Cic. 5. Philipp. Vide SOLVM, priore correpta.

Dutum exilium. Ouid. lib. 3. de Ponto, epist. 3,

Pro quibus exilium durum mihi reddita merces.

Infelix exilium. Virg. 10. Æneid.

Molle exilium. Plin. iunior lib. 4. epist. 11.

Terribile exilium illis quibus quasi circunscriptus est habitãdi locus, non iis qui omnem orbem terrarum vnam vrbem esse ducunt. Cic. in Parad.

Pœna scelerum, exilium est. Cic. in Parad.

¶Quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiam si solum non mutarunt. Cic. in Parad.

Afficiunt exilio sceleratos & impios leges. Cic. in Parad.

Agere in exilium. Plin. lib. 7. cap. 30, Thucydidem Imperatorem Athenienses in exilium egere. Liu. Decad. 3. lib. 5, Aliquot matronas apud populum probri accusarunt: quasdam ex eis damnatas exilium egerunt.

Fugam meditari, & exilium cogitare. Cic. 1. in Catil.

Conscíscere sibi exilium, Vide Conscísco, in CONSCIO.

Confenescere in exilio, Vide CONSENESCO.

Delitescere exilio. Ouid. in Ibin, 3.

In exilium depellere, & agere. Plin. lib. 7. cap. 30.

Dare in exilium, Vide DO.

In exilium aliquem eiicere. Cic. 2. in Catil.

Ire in exilium. Cic. in Catil. Quintil. lib. 6. cap 4.

Exigere in exilium. Iustinus, Quòd per iniuriam se in exilium exegissent.

Fugere in exilium. Iuuen. sat. 10.

Imperare exilium alicui. Senec. Medea, 7.

Irrogare exilium. Papinianus in l. Imperator. D. De postulando.

Liberatus exilio, Vide LIBER.

Meditari exilium, Vide MEDITOR.

Multare exilio maleficium. Cicero pro Cecinna. Idem pro Sylla.
Mulctatum exilio maleficium, Vide MVLTA.
Mutare domos exilio. Virg. 2. Georg.
Pati exilium. Virg. 2. Æneid.
In exilium pulsus aliquis. Cic. 2. de Orat.
Pellere in exilium, Vide PELLO.
Péndere pœnam exilio. Ouid. 10. Metam.
Rectà pergere in exilium. Cic. 1. in Catil.
Petere exilium. Lucan. lib. 3.
In exilium proficisci. Cic. 1. in Catil.
In exilium aliquem proiicere. Cic. Antequam iret in exil.
De exilio quendam reducere. Cic. 2. Philip.
In exilio esse. Cic. 3. de Nat. deor.
Venire ab exilio. Plin. iunior lib. 1. epist. 5, ad Voconium, Nondum enim ab exilio venerat.
In exilium venire. Cic. 1. de Orat.

Exulo, exulas, pen. corr. {μετοικίζω, φεύγω} exulãre, Patria priuatum esse. Cic. ad Merellum, lib. 4. 8, Sinautem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse ad exulandum locum. Idem 3. Tusc. Aut Telamonem pulsum patria exulantem.

Exulare à patria sua. Plaut. Mostel. 8,
-an id mauis, vt abeat foras

Vrbem, exulétque à patria sua causa tuí?

Exulare domo. Terent. Eunuch. 3. 5,

Vbi mutem? perij: nam domo exulo. Id est, sum extra domum.

Exulat auaritia ex vrbe, per translationem. Plaut. Perf. 16,
-pulchrè munitum arbitror,

Perfidia & peculatus ex vrbe, & auaritia si exulant.

In oris ignotis exulare. Ouid. epist. 9.

Per externas profugus pater exulat oras. Ouidius 3. Tristium, eleg. 14.

Rem publicam discessu alicuius exulare. Cic. in Parad.

Romæ exulare ius esse alicui. Cic. 1. de Orat.

Exulãtum abiit res patris. Plaut. Merc. 3,

Amare validè cœpi hîc mercetricem: illico
Res exulatum ad illam iam abibat patris. Vide ABEO.

Exulans, pen. corr. Participium {μετοικῶν.} Cic. 2. de Diuin. Rex Prusias quum Hannibali apud eum exulanti depugnari placeret, negabat se audere, quòd exta prohiberent.

Exulatio, exulationis, Verbale. Florus lib. 1. cap. 22. Populus Romanus clarissimos principes, quòd aduersãrentur voluntati suæ, exulatione multauit.

Exulcero, exulcerãs, pen. corr. {ἐξελκόω} exulcerãre. Proprié est vlcus facere & exasperare, ac nouam cicatricem inducere. Plin. lib. 20. cap. 6, Lepras, lichenas, lentigines exulcerat. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 9, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos; quòd muscæ, & ricini, & pulices soleant (si hoc vnguine nõ fis vsus) ea exulcerare. De canibus.

Exulcerare, per translationem, significat Exasperare, exacerbare, & deterius facere. Cic. 2. de Orat. Quum aduersariorum adiumenta confirmant, aut ea quæ sanare nequeunt, exulcerant.

Exulcerare animum. Cic. Ita mihi animum exulceratit.

Exulcerare dolorem. Plin. iunior lib. 1. epist. 12, ad Calestrium. Decessit Corellius Rufus, & quidem sponte, quod dolorem meum exulcerat.

Exulcerare gratiam alicuius. Cic. de Claris Orat. Simul illud gaudeo, quòd & æqualitas vestra, & pares honorum gradus, & artium studiorúmque quasi finitima vicinitas tantum abest ab obtrectatione, & inuidia, quæ solet lacerare plerosque, vti ea non modò non exulcerare vestram gratiam, sed etiam conciliare videatur. Æqualitas vestra, id est vestrarum ætatum. Vicinitas, quæ est inter eloquentiam & ius ciuile tanta, quanta libro 1. de Oratore à L. Crasso demonstratur.

Suspicionibus hominum & scelere exulcerari. Cicero pro Domo sua.

Exulceratus, pen. prod. Participium {ἐξελκωμένος.} Cic. Lentulo, lib. 1. 13, Vt in rebus multo antè quàm profectus es, ab ipso rege, & ab intimis & domesticis Pompeij clàm exulceratis, deinde palàm à Consularibus exagratus, &c.

Exulceratus animus, id est Læsus, irritatus, lacessitus. Cicero pro Deiotaro, In exulcerato animo facilè fictum crimen insideret.

Exulceratio, Verbale {ἐξέλκωσις.} Plin. lib. 20. cap. 3, Sed omnium consensu, stomacho vtilissimæ iudicantur, & interaneorum vesicarúmq; exulcerationibus.

Exulceratorius, Adiectiuum {ἐξελκωτικὸς} Quod exulcerat: vt Exulceratorium medicamentum. Plin. lib. 23. cap. 7.

Exulceratrix, penult. prod. huius exulceratricis, Verbale, fœmin. gener. {ἐξέλκωσις.} Plinius libro 27. capite 12, Vis ei septica & exulceratrix.

Exulto, exultas {ἀγαλλιάω, σκιρτάω, χαίρω} exultãre, & exilire, Ab ex & salio compositum: éstque veluti gestu corporis lætitiam ostendere. Nonius, Exultare est supra modum exilire & efferri. Cicero libro de Repub. Est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exultat voluptate, vel molestia frangitur. Idem ad Atticum, libro 6. 112, Lecta tua epistola gaudio exultat.

Exultare, nimiúmque gaudere. Catullus ad Lesbiam, epigramm. 48. Otio exultas, nimiúmque gaudes.

Exultare, immoderatéque iactari. Cic. 1. Diuin.

In herbis exultat vacca. Ouid. 1. de Arte.

Inter medias cædes exultat. Virg. 11. Æneid.

Alacris improbitas exultat in victoria. Cic. Att. lib. 1. 11.

Oratio exultat. Cic. 4. Acad.

Exultat & triumphat oratio mea in hoc. Cicero in Catil.

Pauor exultat circa pectus. Lucret. lib. 3.

In aliqua re audacius exultare. Cic. in Orat.

Morte alicuius exultare. hoc est, ob alicuius mortem vehementer gaudere. Plin. iunior lib. 1. epist. 5. ad Voconium Romanum.

¶ Exultare, Cum iactantia gloriari. Cic. de Senect. Hannibalem iuueniliter exultantem, patientia sua molliebat. Idem in Catil. Infer patriæ bellum, exulta impio latrocinio. Nonius.

Gestis in suam famam exultare. Tacit. in vita Agricolæ, Nec Agricola vnquam in suam famam gestis exultauit.

Lætitia exultare. Cic. Attico, lib. 15. 329.

Victoria nobilitatis exultare. Cic. pro Rosc. Amer.

Nimis exultare secundis rebus. Senec. Hipp. 2.

¶ Exultare, Gestu vel dicto iniuriam facere. Lucil. lib. 30, Quin totum purges, debellas me, atque deuras, exultes, solicites. Nonius.

Iniuriam vnius in alium exultare. Cic. Att. lib. 7. 122, Quomodo exultat Catonis in me ingratissimi iniuria?

¶ Exultare, Sæuire. Cic. lib. 2. de Rep. Quæ sanguine alitur, quæ in omni crudelitate exultat, vt vix hominum acerbis funeribus satietur. Nonius.

¶ Exultare, Extra saltare, Exilire. Virg. 3. Æneidos,

Exultántque vada, atque æstu miscentur arenæ.

Exultans, Participium {ἐξαλλόμενος.} Cic. 3. de Oratore, Erras, terras: nam exultantem te & præsidentem tibi

Repriment valde legum habenæ. Ex quodam poeta.

Elatus leuitate, inaníque lætitia exultans & temere gestiens. Cic. 5. Tusc.

Furentem & exultantem continere. Cic. de Aruſp. resp.

Successu exultans. Virg. 2. Æneid.

Equos ferocitate exultantes domitoribus tradere. Cic. 1. Offic.

Corda exultantia. Virg. 3. Georg.

Cruor exultans in ora erupit. Silius lib. 5.

Furorem exultantem ex parte reprimere. Cic. pro Sextio.

Exultantem lætitiam comprimere. Cic. in Topic.

Loliginibus exultantibus tempestatem significare gubernatores putant. Cic. 2. de Diuinat.

Sanguis altè exultans è corpore emicat. Lucret. lib. 2.

Exultanter, Aduerbium {ἐξαλλόμενον.} Plinius epist. 62, Quum ea potius quæ pressius & astrictius, quàm illa quæ hilarius, & quasi exultantius scripsi, possint videri accersita & inducta.

Exultatio, Verbale {ἐξαλλόμενος.} Plinius lib. 8. cap. 54, Mutianus caua luna tristes esse: quibus in eo genere cauda sit, nouam exultatione adorare. De simis.

Indecora exultatio. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Exultantia, exultantiæ {ἐξάλτησις} Idem. Gellius lib. 12. cap. 5, Cum pe tulantia morbi dolorísque exultantia colluctantem. Id est eruptione violenta. Solinus cap. 45, Verùm omnem excessus originem de sole fieri, primámque exultantiam iunioris concipi quum per Cancrum sol vehatur. De incremento Nili.

Exultim, Aduerbium {καταπηδητικῶς} Id est exultando & saliendo. Horat. 3. Carm. ode 11,

Quæ velut latis equa trima campis,

Ludit exultim, metuítque tangi,

Nuptiarum expers, & adhuc proteruo

Cruda marito.

Exululo, exululas, pen. corr. {ἐξολολύζω} exululáre, pro Valde vlulare. Ouid. 1. Metamorphoseos,

Territus ipse fugit, nactúsque silentia ruris Exululat.

Comis ruptis exululare. Ouid. epist. 21.

Exululatus, pen. prod. Participium {ἐξολολυγμός} Ouid. 4. Trist. eleg. 1,

Veque suum Bacche non sentis saucia vulnus,

Dum stupet Idæis exululata iugis.

Exundo, exundas {ἐκπεμφύω} exundáre, Alueum exire, vel extra alueũ vndas proferre. Plin. lib. 2. cap. 103, In Tenedo insula fons, semper à tertia noctis hora in sextam ab æstiuo solstitio exũdat. Columel. lib. 8. cap. 17.

Dolor exundat altè mersus. Senec. OEdip. 12.

Eloquentiam exundare, & exuberare. Tacitus In dialogo de Oratoribus, Exundat, & exuberat illa admirabilis eloquentia.

Furor exundans. Stat. 10. Thebaid.

Præruptum exundat pelagus. Silius lib. 3.

Pestis exundat. Silius lib. 17.

Terra exundauit chelydris. Silius lib. 3.

Vapor exundat antro. Seneca Hippol. 2.

Exundatio, Verbale {ἐκπεμφύσεται.} Plin. lib. 19. cap. 3, Negant nasci nisi exundatione fluminum inuecto semine ab Tiaris.

Exungo, exungis, exunxi, exunctũ {ἀλείφω} exúngere, Vngere. Plaut. Rud. 14,

Eluas tu, an exungare siccus.

Exungulo, exungulas, pen. corr. {ὀνυχίζω} exungulâre, Vngues auferre. Plaut. Trucul. 6,

-hem, tuos exungula, male viuitis.

Exuo, exuis, exui, exutum, pen. prod. {ἐκδύω, ἐκδύνω, ἀποδύτω} exúere, contrarium habet Induo.

Exuere vestem alicui. Senec. epist. 91.

Exuere ægritudinem. Cic. 3. Tusc. Hanc nisi exuimus, sic vt abiiciamus, miseria carere non possumus.

Æqualitas exuitur. Tacit. lib. 3. At postquam exui æqualitas, & promodestia, ac pudore ambitio, & vis incidebat, prouenire dominationes.

Amicitiam alicuius exuere. Tacit. lib. 5, Seiani amicitiam cæteri falsò exuerant.

Animam exuit. Ouid. 14. Metam.

Anima memet pariter ac scelere exuam. Senec. Hipp. 12.

Animum syluestrem exuere. Virg. 2. Georg. De arboribus.

Animus exuitur. Stat. 10. Theb.

Serpens nouus exuit annos. Tibul. lib. 1. eleg. 4.

Armis exuere aliquem. Silius lib. 3.

Arrogantiam, & auaritiam exuere. Tacit. in vita Agricolæ.

Aspectum alicuius exuere. Tacit. lib. 16, Abrumperet vitam, ac ea ciuitate cuius charitatem olim, nunc & aspectum exuisset, &c.

Afflus exuere. Silius lib. 7.

Exuere castris hostem, pro Expellere. Liu. 9. bel. Pun. Et 3. ab Vrbe, Nisi paucis diebus hos populatores agrorum fusos fugatósque castris exuero. Id est, abstulero eis castra.

Charitatem exuere. Tacit. lib. 16.

Ciues nostros exuimus, Id est perdidimus, aut orbati sumus illis. Stat. 3. Thebaidos,

-nunc regis iniqui

Ob noxam, immeritos, patriæ tot culmina, ciues Exuimus.

Cupido gloriæ alicui exuitur. Tacit. lib. 20, Quando etiam sapientibus cupido gloriæ nouissima exuitur.

Exuere ensem humero. Virg. lib. 9.

Ensem vagina exuerat. Stat. 9. Theb.

Fastus exuere. Ouid. 2. de Arte.

Feritas exuitur. Ouid. 3. Fast.

Ferociam exuere. Tacit. lib. 2, Per communes liberos orauit exuere ferociam.

Fidem exuere. Tacit. lib. 1, At ille moriturum potius, quàm fidem exueret, clamitans.

Fœdus exuere. Claud. de bello Get.

Exuere gratiam nouitatis, Vide GRATIA.

Habitus regales exuere. Stat. 11. Theb.

Hominem exuere. Ouid. 10. Metamorphoseos,

-siquidem Cybeleius Atys

Exuit hac hominem, truncóque induruit illo.

Exuere hominem ex homine. Cic. 5. de Finib. Vt si aut manibus ingrediatur quis, aut non antè, sed retro fugere planè se ipse, & hominem ex homine exuens, naturam odisse videatur.

Exuere humanitatem. Cic. pro Ligario.

Exuere iugum, & Exuere se iugo. Liuius 5. bel. Maced. Et lib. 4. pro Se liberare à seruitute.

Ius, fásque exuere. Tacit. lib. 19, Ac maiore ex diuerso mercede, ius fásque exuerent.

Iussa exuere. Tacit. lib. 11.

Iustitium exuere. Tacit. libro 3, Tum exuto iustitio reditum ad munia.

Lacertos exuere, Id est nudare. Virg. 5. Æneidos,

Hæc fatus duplicem ex humeris reiecit amictum:

Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertósque Exuit.

Magistrum exuere. Tacit. lib. 14, Exuere magistrum, satis amplis doctoribus instructus maioribus suis.

Exuere mentem, Animum vel affectum deponere. Virgilius lib. 4. Æneidos, -atque hanc

Siquis adhuc superest precibus locus, exue mentem.

Mentem aliquam exuere, Id est repudiare cõsilium aliquod. Virg. 4. Æneidos, -& istam

Oro (si quis adhuc precibus locus) exue mentem.

Montes exuere, Id est denudare syluis. Stat. 4. sylu. 3,

Hi cædunt nemus, exuúntque montes.

Exuere mores. Martial. lib. 1. 76,

Exuit annosa mores, nomẽque senecta.

Antiquos mores exuere. Liu. lib. 7. Decad. 3, Ita repentè exuit antiquos mores.

Munia exuere. Tacit. lib. 4.

Obsequium erga imperatorem exuit. Tacit. lib. 3.

Otium exuere. Tacit. lib. 11, Ne tamen miles otium exueret. Vbi videtur legendum indueret.

Senatorium ordinem exuere. Tacit. lib. 18, Prima iuuenta quietis cupidine Senatorium ordinem exuerat.

Exuere ossa, Disco operire, Retegere. Virg. 5. Æneidos,

-magna ossa, lacertósque Exuit.

Pacta exuere. Tacit. lib. 5, Dedit spatium exuendi pacta.

Patriam exuere. Tacit. lib. 21, Nec quicquã prius imbuuntur, quàm contemnere deos, exuere patriam, parentes, liberos, fratres vilia habere.

Pacem exuere. Tacit. lib. 4.

Pectus exuere cutis. Stat. 4. Sylu. 4.

Pedorem exuere. Tacit. lib. 5, Neque exuerat pedorem.

Tithonia polum exuerat, Id est Aurora cælum reliquerat. Valer. 3. Argonaut.

Promissa exuere. Tacit. lib. 13, Repertáque spe ditioris coniugis, promissa exuere. Id ed exuebat.

Exuere aliquem regno, pro Priuare, & auferre ei regnum. Plinius de Viris illust. Regem Philippum prælio fudit, castris exuit.

Reuerentiam imperij exuere. Tacit. lib. 17, Ac ne reuerentiam imperij exuere viderentur.

Profanos ritus exuere. Tacit. lib. 2, Nisi certam ante diem profanos ritus exuissent.

Sacramentum exuere. Tacit. lib. 19, Cuius sacramentum cunctis circa hostilibus non exuerat.

Exuere se paterno agro, pro Diuendere vel dilapidare paternam hæreditatem. Liu. 2. ab Vrbe. Suet. de Clar. gram. Eóque facilius licentia Syllani temporis exutum patrimonio.

Exuere se ex laqueis, pro Liberare. Cic. 7. Verr. Si me Hercules (id quod fieri intelligo non posse) ex his làqueis te exueris, ac te aliqua vi ac ratione explicaris, in illas tibi maiores plagas incidendum est.

Sedibus aliquem exuere. Tacit. lib. 13.

Exuere senectam dicuntur serpentes. Plinius lib. 20. cap. 23, Fœniculum nobilitauere serpentes, gustatu (vt diximus) senectam exuendo.

Exuere seruitutem. Liu. 4. bel. Maced. Nunquam saluis suis exuitur seruitus muliebris.

Seruitium exuere. Tacit. lib. 20, Etsi exuissent seruitium cupidine imperitandi.

Societatem

Societatem exuere. Tacit. lib. 10, In ciuitates, quæ societatem Romanam non exuerant.

Spiritum inimicum exue, Id est animum qui te excruciat. Senec. Thebaid. 1.

Tributa exuere. Tacit. lib. 1, Aliis gentibus ignorantia imperij Romani inexperta esse: supplicia, nesciat tributa, quę quãdo exuerim, &c.

Tunicas exuerat. Ouid. 2. Fast.

Serpens exuit in spinis vestem. Lucret. lib. 4.

Veruſtas exuitur anguibus. Ouid. 3. de Arte.

Virtutes exuere. Tacit. lib. 1, Quam vir tutem diu retinuit, quũ cæteras exueret.

Vitia exuere. Tacit. lib. 5. Vitilibus curis fœminarum vitia exuerat.

Vultus scueros exuere. Ouid. 3. Amor. eleg. 4.

Exuens, tis, Particip. Cic. lib. 5. de Finib. Et hominem ex homine exuens, naturam odisse videatur.

Exutus, pen. prod. Participium {κεκδυκώς.} Plin. lib. 35. cap. 11, Herculem ab OEta monte Doridos exuta mortalitate consensu deorum in cælum euntem. De variis picturis.

Bonis exutus. Tacit. lib. 4.

Campis exutus. Tacit. libro 12, Territum exutúmque campis Mithridatem.

Diademate exutus crines. Stat. 9. Thebaid.

Forma exutus. Silius lib. 8,

Exutum forma volitare iussit.

Pudorem castum exuta. Silius lib. 5.

Pedem vnum exuta vinclis. Virg. 4. Æneid.

Vittis exuta comam. Stat. 11. Thebaid.

¶ Anguis exutus annis. Quia deposita pelle dicuntur serpentes in iuuentutem redire. Stat. 4. Theb.

Dignitas exuta. Tacit. lib. 3, M. Piso exuta dignitate.

Luctus exuti morte. Silius lib. 6.

Laqueis exutæ mulæ. Claud. de Mulabus Gallicis, 10.

Palmæ exutæ vinclis. Virg. 2. Æneid.

Pectus exurum. Claud. in Epithal. Palladij. 46.

Gelu exuta sydera repuerunt longis solibus. Stat. 5. Theb.

Exum. Extra sum. Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitare solebat, Hostis victus, mulier, virgo, exesto, hoc est non introito, quia sciebat ingredi ea sacra prohibebantur. Ex Festo.

Exupero, exuperas, pen. corr. {ὑπερβάλλω, ὑπερβαίνω} exuperâre, Idem quod superare & excellere. Cic. 4. Tusculanarum,

Quis homo te exuperauit vnquam gentium impudentia? Ex poeta antiquo.

Quod fore paratum est, id summũ exuperat Iouem. Carmen traductum è Græco à Cicerone 2. de Diuinat.

Exuperare animaticui Mortuum esse opponitur. Cic. Post reditum in Senatu, Quapropter memoriam vestri beneficij colam beneuolentia sempiterna, non solùm dum anima exuperabo mea, sed etiam cum mortuo montimenta vestri in me beneficij permanebunt. Vbi ex veruſto codice legitur superero anima.

Ardua exuperare. Silius lib. 3.

Dolor exuperabat. Lucret. lib. 6.

Flammæ exuperant, furit æstus ad auras. Virg. 2. Æneid.

Genus exuperat nobilitate morum. Ouid. 4. Trist. eleg. 4.

Exuperare laudes alicuius. Liu. 8. bel. Pun. Et lib. 1. ab Vrbe.

Materia exuperans vires. Ouid. 1. Trist. eleg. 4.

Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,

Materia vires exuperante meas.

Exuperatus, pen. prod. {ὑπερβεβλημένος.} Lucret. lib. 2,

Sed citius cedunt grauioribus exuperatæ.

Exuperantia, exuperantiæ. Verbale {ὑπεροχή.} Eminentia. Cic. 5. Tusc. Nonne omnem exuperantiam virtutis oderunt?

Exuperatio, Aliud verbale {ὑπερβολή.} Author ad Herennium, lib. 4, Per exuperationem quum plus dictum est quàm patitur veritas augẽdæ suspicionis causa.

Exuperabilis, & exuperabile, pen. corr. {ὑπερβλητός} Qui potest superari. Stat. 1. Thebaidos, -nec exuperabile diris

Ingenium mortale queror.

Vallum non exuperabile. Claud. 2. in Ruffin.

Exuperabile, actiua significatione, quod exuperare potest. Virg. 3. Georgicorum, -tortósque Ixionis angues,

Immanémque rotam, & non exuperabile saxum. Seruius.

Exurdo, exurdas {ἐκκωφόω} exurdâre, Cuius passiuum posuit Valer. Max. lib. 2. cap. 1, Græcis actionibus aures curiæ exurdantur. Id est obtunduntur. Plin. lib. 32. cap. 10, Paniculæ flos, si aures intrauerit, exurdat. Senec. epist. 94, Ea scilicet quæ tibi tantis clamoribus exurdato salubria insusurret verba.

Vina exurdant palatum. Horatius 2. Serm. satyr. 8. Hoc est, surdum faciunt vt non sentiat saporem. Aeron. Aliqui legunt exsur-

dant, interposita s litera.

Exurgo, exurgis, exurrexi, exurrectum {ἐγείρομαι, ἐξανίσταμαι} exúrgere, E loco surgere. Plaut. Mostel. 15, Quæso exurge, pater aduenit.

Exurgere & erigere se. Cic. 2. pro L. Manil.

Si esset iugulata, nunquam exurgeret. Cic. 13. Philip.

Exurgere à genibus. Plaut. Rud. 7,

Manus mihi date, atque exurgite ambæ A genibus.

Exurgere de nocte impigrè. Plaut. Rud. 22,

-nam vt de nocte multa

Impigréque exurrexi, lucrum præposui sopori & quieti.

Exurgere foras. Plaut. Milit. 4. Foras abire.

Exurgere ex insidiis. Liu. 7. bel. Pun. Exurgendi tempus ex insidiis, & aggrediendi hostem.

Paulisper exurge, & perfer hunc dolorem commemorationis non necessariæ. Cic. pro Cluentio.

¶ Exurgere atque erigere se, per translationem, pro Erigere sese, & afflictionibus liberari. Cic. pro Lege agrar. Idem ad Atticum, lib. 7. 32, Nos autem vbi exurgere poterimus, aut quando?

Exurget Resp. Cic. ad Cassiũ, lib. 12. 10, Authoritate vestra Respub. exurget, & in aliquo statu tolerabili consistet.

¶ Exurgit mons ab Indico mari. Plin. lib. 5. cap. 27.

Colles exurgunt vertice. Silius lib. 7.

Dolor exurgit grauior. Seneca Medea. 2.

Exurgere ædificiis dicitur vrbs. Liu. 6. ab Vrbe, Et Roma cum frequentia crescere, tum tota simul exurgere ædificiis.

Voluntas exurgendi. Lucret. lib. 3.

Exuro, exuris, pen. prod. exussi, exustum {καίω} exúrere, Idem quod vrere, & igne prorsus consumere significat. Cic. in Pison. Epirus excisa, Locri, Phocis, Bœotij exusti.

Ex animo exuri. Cic. 3. de Nat. deor. Mihi quidem ex animo exuri non potest esse deos. Fortè legendum est exui, vel erui.

Igni exuritur scelus. Virg. 6. Æneid.

Sitis exurit miseros. Lucret. lib. 3.

Sol graciles exurit artus. Tibul. lib. 2. eleg. 3.

Exustus, Participium {ἐκκαιόμενος.} vt, Media verò terrarum, qua solis orbita est, exusta flammis & cremata. Plin. lib. 2. cap. 68.

Viuus exustus est. Cic. 3. Verr.

Ager exustus morientibus æstuat herbis. Virg. 1. Georg.

Exustus sole calceus. Colum. lib. 7. cap. 8, Quorum vitiorum primũ solet accidere, si parum pressus: secundum, si nimio sale sit imbutus: tertium, si sole exustus est.

Corpus exustum. Silius lib. 3.

Flos exustus siti veteris vberratis exauit. Cic. de Claris Orat.

Palus exusta. Virg. 1. Georg.

Exustio, Verbale {καῦσις.} Cic. in Somnio Scip. Propter eluuiones exustionésque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, &c.

Exustio solis. Plin. lib. 17. cap. 24.

Exuscito, exuscitas, pen. corr. {ἐξανίστημι, ἐγείρω} exuscitâre, Idem quod suscito. Cic. pro Murena, Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. Idem 3. de Orat. Quietum exuscitat.

Exuscitari & commoueri. Author ad Herenn. lib. 3.

Clamore aliquem exuscitare, Author ad Heren. lib. 3.

Exuscitare animos. Cic. 1. Offic. Quæ cura exuscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit.

Memoriam naturalem exuscitare. Author ad Heren. lib. 3.

Exuscitare se. Brutus ad Cic. 16, Quare non Octauius est rogandus, vt velit nos saluos esse, magis tu te exuscita, vt eam ciuitatem, in qua maxima gessisti, liberam atque honestam fore putes.

Exutus. Vide EX VO.

Exuuiæ, exuuiarum, pluralis tantùm numeri {κλοιοί, ἔνδυτα} dicuntur spolia hostibus detracta, ab exuendo quidem dictæ, vt inquit Festus. Cic. pro Lege Manil. Quum eum vobis maiores vestri exuuiis nauticis & classium spoliis ornatum reliquissent. Virg. 2. Æneidos,

-qui redit exuuias indutus Achilli.

Bellorum exuuiæ. Iuuenal. sat. 10,

Bellorum exuuiæ, truncis affixa trophæis

Lorica, & fracta de casside buccula pendens, &c.

Capitis exuuiæ. Senec. Hippol. 12. Intelligit capillos.

Dulces exuuiæ. Virg. 4. Æneid.

Hostiles exuuiæ. Tibull. lib. 1. eleg. 1.

Nauticæ exuuiæ, Vide NAVIS.

¶ Exuuiæ non solùm (inquit Nonius) hominum tegmina aut vestes dicuntur, sed etiam animalium quorumlibet: vt Exuuiæ bubulæ, pro corio aut tergore aut pelle bubula. Plaut. Mostel. 12.

Exuuiæ serpentis. Virg. 3. Georg.

Exuuiæ pecudum. Accius Baccis.

Positis exuuiis nouus coluber. Virg. 2. Æneid.

Leonis exuuiæ. Virg. 9. Æneid.

F

LITERA, sexta ordine alphabeti, quam veteres aliquando aspirationis loco scribebant, Fordeum dicentes, Trafo, Vefo, Fircus, Forreum, pro Hordeum, Traho, Veho, Hircus, Horreum. Aliquando eius loco, priora quædam secula pronuntiarúnt B. Bruges scribentia, & alia, quæ posteri per F, fruges scribere maluerúnt. Dicta est & Æolicum digamma.

F. vel FIL. Filius. F. vel 4. Filia. F. Fecit. F. FA. Filiusfamilias. FAB. Fabius. FABR. Fabricius, Faber, vel Fabrorum. FAC. Facti. FAC. C. Faciundum curauit. F. C. Fideicõmissum, Fiduciæ causa, Fraude creditoris, Faciundum cæraüit, vel curauit. F. D. Fides data, vel Fide data. F. E. Fides eius. F. E. D. Factum esse dicetur. FF. Fecerunt, vel Fundauerunt, vel Fabricauerunt, vel Fabrefactura, vel Fabrefactum. F. F. Fabricari fecerunt, vel Filiusfamilias, vel Fidem fecit, vel Flauius fecit. F. F. E. Fiat fides eius. F. F. P. Ferro, flamma, fame, vel Flauius filius fecit, vel Fortior fortuna fato, vel Fortius fortuna fatum. F. FL. vel FR. F. Fratris filius. F. H. Filius hæres. F. I. Fieri iussit. F. M. Fieri mandauit, vel Fati munus. F. M. I. Fati munus impleuit. F. N. Fides nostra. F. N. C. Fidei nostræ cõmitis. F. V. C. Fraudísve caussa.

F litera solo puncto postposito non tantùm filium, vt vulgò arbitrantur, sed etiam fratrem denotat. Extat in Bruto Ciceronis exemplum, quũ ais, Festiuitate igitur & facetiis, inquam, C. Iulius L. F. vbi F litera fratrem denotat. Nam teste Pediano in orat. pro Scauro, is C. Iulius habuit fratrem L. Iulium.

Faba, huius fabæ {μύαμος} Legumen notum. Terent. Eunuch. 2, 3, At enim ísthæc in me cuderur faba.

Faba Ægyptia, teste Theophrasto lib. 4. cap. 10. de plantar. histor. in paludibus stagnisque exit. Caulis eius, qui longissimus, quaterna cubita perficit: crassitudo digitalis est, similis calamo molli, non geniculato. Rimas intrinsecus habet tendentes per totum, lilij modo. Caput in cacuminе orbiculatum, vesparum fauo non absimile: inque singulis cellis, singulæ fabæ continentur, paulò superiùs eminentes, multitudine plurimum terdenæ. Flos papaueré duplo maior, colore roseus in plenilunio caput. Nascitur hæc etiam in Syria, Ciliciáque. Hactenus Theophrast. Vide & Plin. lib. 21. cap. 15. Meminit quoque Dioscorid. lib. 2. cap. 99.

Dura faba. Vide Culmen, pro culmo, in CVLMEN.

Faba Græca κάπος dicitur. Plin. lib. 16. cap. 30, Faba Græca, quam Romæ á suauitate fructus syluestris quidem, sed cerasorum penè natura loton appellant.

Pallens faba. Martial. lib. 5. epigr. 119. Ad Toranium,
Et pallens fabá cum rubente lardo.

Faba porcina, quam vulgus deprauato vocabulo *Tusquiamum* vocat. Vide latiùs in dictione HYOSCYAMVS.

Faba referina, & refrina, Vide in litera R. suo loco.

Fabam nec tangere nec nominare Dialí flaminí licet, quòd ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus adhibetur sacrificiis, & in flore eius luctus literæ apparere videntur. Auctior Festus.

Fabula, huius fabulæ, pen. corr. Diminutiuú {μῦθος}. Plaut. Stich. 1, 4, Pro opibus nostris satis commodule, nucibus, fabulis, ficulis, &c.

Fabulum {μῦθος} pro faba, apud Gellium lib. 4. cap. 11, Opinio vetus falsa occupauit & conualuit, Pythagoram Philosophum non esitauisse ex animalibus. Item abstinuisse fabulo, quem μῦθον Græci appellant. Paulo pòst fabam appellat.

Abstinere faba. Cic. 2. de Diuinat. Faba quidem Pythagorei vtique abstinere: quasi verò eo cibo mens, non venter infletur.

Fabaginus, pen. cor. Adiect. {μυάμινος}. vt Fabaginum acus. Cato cap. 54.

Fabarius, Adiectiuum aliud {μύαμινος} Quod ad fabam pertinet. Cato cap. 12, Pilum fabarium vnum.

Fabariæ Calendæ, Iuniæ dicebantur, quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur. Macrobius.

Fabale, huius fabalis, pen. corr. n. g. Stipula fabalis, siue grandis ille culmus, de quo pendent siliquæ fabaceæ. Plin. lib. 18. cap. 12. Columel. lib. 2, cap. 10. Veteres itaque rusticos plerunque dicentes audio, malle se matura fabalia, quàm fructum trimestrem.

Fabalis, & hoc fabale, pen. prod. {καμαικός} Plin. lib. 22. cap. 25, Fabalium etiam siliquarum cinis, ad coxendices, & ad neruorum veteres dolores, cum adipis suilli vetustate prodest. Ouid. 4. Fastorum,
Certe ego de viuulo cinerem, stipulámque fabalem
Sæpe tuli plena februa tosta manu.

Fabacia, huius fabaciæ, Genus libi è fabis confecti à veteribus dicebatur. Plinius lib. 18. cap. 12, Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est.

Fabataria, Vasa, aut patellæ, in quibus puls fabata ponebatur, & laribus offerebatur. Lampridius, Vt pro nascentis apiastri fasce laribus & fœnogræco exhiberet plenis fabatariis & discis. Sic legit & interpretatur Turnebus.

FABARIA, Insula est in mari Germanico, non procul à Cymbrica Chersonesso, alio nomine Burchana dicta: Fabaria à Romanis appellata propter similitudinem frugis sponte ibi prouenientis. Author Plin. lib. 4. cap. 13.

FABARIS, pen. corr. {φάβαρις} (inquit Seruius) Italiæ fluuius, qui per Sabinos transit. Virgil. lib. 7,
Qui Tyberim Fabarimque bibunt, &c. Fabaris, eodem Seruio authore, etiam Farfarus dicitur. Ouidius,
-& amœnæ Farfarus vmbræ.

Fabella, Vide FABVLA.

Faber, Piscis est, alio nomine Zeus appellatus, quem Gadibus principatum obtinere author est Plin. lib. 9. cap. 18.

Faber, huius fabri {τέκτων} A faciendo nomen accipit: idémque significat quod adiectiuum sibi adiunctum. nam est omnis artifex qui labore corporis aliquod artificium facit: siue qui è quauis materia facit aliquid, excepto gypso, argilla, cera, & similibus. Nam hi plastæ dicuntur. Plaut. Mostel. 8,
Taceas faber, qui cudere soles plumbeos nummos.
Æris, eboris, & marmoris fabri. Horat. 2. epist. 1,
Marmoris aut eboris fabros, aut æris amauit.
Faber aurarius, Vide AVRVM. Faber ærarius, Vide AES, æris.
Faber ferrarius, Qui cudit, & tractat ferrum. Plaut. Rud. 1, 3.
Tignarius faber. Cic. de Claris Orat.
Faber, pro Structore. Cic. Varroni. lib. 9. 2, Siquis adhibere volet nõ modò vt architectos, verumetiam vt fabros ad ædificandam Remp.
Idem Pæto, lib. 9. 15. Budæus.

¶ Fabrûm in genitiuo plurali rectius dicitur quàm fabrorum, Ciceroni in Oratore, Fabrûm & procûm audeo dicere, non fabrorum & procorum.

Præfecti fabrûm alicuius. Cæsar Oppio Cornelio, in Epist. ad Atticum lib. 9. 177.

Sæuus faber. Tibul. lib. 1. elegia 3,
Non acies, non ira fuit, non bella, nec enses
Immiti sæuus duxerat arte faber.

Fabrè, Aduerb. {τεχνικῶς} Artificiosè. Plaut. Pœnulo, 7,
Basilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallaciam. Idem Menæch. 4,
-hoc lepidum est, hoc factum est fabrè. Sed iam ab vsu recessit. magis enim vtimur alio aduerbio, affabre.

Fabram artem, adiectiuè posuit Ouidius 8. Metamorphoseos, Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.

Fabrefacio, fabrefacis, pen. corr. fabrefeci, pen. prod. {τεχνεύω} fabrefácere, Artificiosè aliquid componere vel ædificare. Plaut. Casin. 2, 1, Nec fallaciam astutiorem vllus fecit poeta, atque vt hæc est Fabrefacta à nobis. Plin. de Viris illustribus, Classem magis validam quàm decorá fabrefecit. Liu. 4. bel. Maced. Fabrefacta vasa. Legitur & disiunctim, fabrè facta.

Fabrico, fabricas, pen. corr. {τύπτω, πτυπέω μαι, τεχνάζομαι, κατασκευάζω, χαλκεύω} fabricâre. Ouid. lib. 13. Metamorphoseos,
Craterem Æneæ, quem quondam miserat illi:
Miserat hunc illi Therses, fabricauerat Alcon.
Gladium fabricare. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Fabricare animum & formare Philosophia dicitur. Seneca epistol. 16.
Moras fabricare. Silius lib. 16.
Fabricare verba. Cic. 4. Acad.
Nauem fabricare. Martianus in l. Quod quis. D. de priuileg. creditor.
Fabricari, Passiuè. Quintil. Non fabricetur mihi gladius.

Fabricor, fabricaris, deponens {κατασκευάζομαι} Idem. Cic. 1. de Orat. Capitolij fastigium illud & cæteranum ædium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Idé 1. Offic. Vt enim pictores & ij qui signa fabricantur.
Gladium fabricari. Cic. pro Rab. Posthum.
Naues fabricari. Tacit. lib. 14, Nauésque fabricatur plano aluco aduersus breue litus, & incertum.

¶ Fabricari, etiam ad animum refertur. Curtius, Multa interea fabricatus ingenio, quomodo auertere inde hostem posset.

Fingere & fabricari. Cic. 4. Acad. Etiámne hoc affirmare potes Lucille, esse aliquam vim cum prudentia & consilio, scilicet quæ finxerit, vel (vt tuo verbo vtar) quæ fabricata sit hominem? qualis ista fabricata est? vbi adhibita? quando? cur? quomodo?

Quæ terra gignit, talia sunt, vt ea ipsa dij immortales ad vsum hominum fabricati penè videantur. Cic. 1. de Nat. deor.

Quãto quasi artificio natura fabricata est primùm animal omne, deinde hominem maximé. Cic. 4. Acad.

Fabricatus, penult. prod. Participium {κατασκευασμένος} Cicero de Vniuers. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant. De mundo.
Arma fabricata. Claud. 1. Paneg.
Fulmen fabricatos esse Ioui Cyclopas in Ætna putant. Cic. 1. de Diuinat.
Machina fabricata. Virg. 2. Æneid.
Pocula fabricata fago. Ouid 8. Metam.

Fabricator, pen. prod. Verbale {κατασκευαστὴς, πτυπτωρός} vt Fabricator minutorum opusculorum Myrmecides. Cic. 4. Acad.
Doli fabricator. Virg. 2. Æneid.
Morbus lethi fabricator. Lucret. lib. 3.
Mundi fabricator. Quintil. lib. 2. cap. 16, Et hercle deus ille princeps, parens rerum, fabricatorque mundi, nullo magis seiunctus hominem à cæteris, quæ quidem mortalia essent, animalibus, quàm dicendi facultate.
Fabricator imitatus exemplar. Cic. 2. de Vniuers.

Fabricatio {κτίσις} Aliud verbale. Cic. 2. de Nat. deor.
Hominis fabricatio perspecta. Cic. 2. de Nat. deor.
Immutatio in verbo fabricationem non habet, sed in oratione. Cic. 3. de Orat.

Fabrica, huius fabricæ, pen. corr. {τεκτονικὴ} Propriè, inquit Sipontinus, est fabri lignarij officina: veruntamen & de aliorum fabrorum officinis dicitur.
Fabrica ferrea. Plin. lib. 7. cap. 56.
¶ Fabrica, Ars, & vt ita dicam, fabricatio alicuius rei, & machinatio.
Fabrica carpentaria. Plin. lib. 16. cap. 8. in fine.

Fabricam

Fabricam apparare. Plaut. Pœn. 16,
Nunc hoc consilium capio, & hanc fabricam apparo,
Vt te allegemus qui filias dicas tuas.
Fabricas admouere. Plaut. Ciftel. 6.
Fabricam fingere ad aliquem. Terent. Heauton. 3. 2,
Nónne ad senem aliquam fabricam fingit?
¶ Ars, fabrica. Cic. 2. de Nat. deor. Pictura & fabrica, cæteræque artes habent quendam absoluti operis effectum.
Æris & ferri fabrica. Cic. 2. de Nat. deor.
Confectionis materiæ fabrica. Cic. 1. de Diuinat. Materiáve quid iuuaret, nisi confectionis eius fabricam haberemus?
Præesse fabricæ alicuius. Cic. 3. de Nat. deor.
¶ Fabricam, pro compactione & coagmentatione posuit Cic. 1. Offic. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia.
Admirabilis fabrica membrorum animantium. Cicero 2. de Natura deorum.
Explicetur inoredibilis fabrica naturæ. Cic. 2. de Nat. deor.

Fabricus, 3, um, penult. corr. {τεκτονικὸς} Adiectiuum. Paulus in l. Si man cipia. D. De instructo vel instrumento leg. Seruum verò arte fabrica peritum, &c.

Fabrilis, & hoc fabrile, penult. prod. {τεκτονικὸς, χαλκευτικὸς, χαλκότυπος} Quod est fabri, siue ad fabrum pertinet: vt opus fabrile. Horatius 1. epist. 1,
-tractant fabrilia fabri. Sic Fabrile ministerium, Plin. lib. 16. cap. 43.
Dextra fabrilis. Ouid. 4. Metam.
Fabrile erratum. Cic. ad Att. lib. 6. 111. Sic fabrile glutinum, Plin. lib. 28. cap. 11. Et fabrile scalprum, Liu. 7. bel. Pun.
Flamma fabrilis. Claud. 2. Paneg.
Fabrilis manus. Martial. lib. 11. 78.
Vsus fabriles. Plin. lib. 32. cap. 9, Aut squatinæ piscis cutis cõbusta. Hæc est qua diximus ligni poliri, quia & è mari fabriles vsus exeút.

Fabianus, Adiectiuum: vt Arcus Fabianus, qui constructus est iuxta regiam in Sacra via.
Fabiana formula à Fabio dicta, ad eorum reuerentiam pertinens, quæ in fraudem patroni alienata sunt. Spiegel.

FABIANVS {φαβιανός} Martyris nomen, qui vná cum Sebastiano, quòd Christum profiteretur, supplicio affectus est.

FABIANVS Papyrius, Authoris nomen apud Plinium, quem naturæ rerum peritissimum idé quoque affirmat, lib. 36. cap. 15. Huius quoque meminit Seneca in epistolis.

FABIANVS {φαβιανὸς} Pagus in Sulmonensi Italiæ agro, vbi & arua rigantur: herbæ aqua illa necantur, fruges aluntur, & riguus pro farculo est. Plura Plin. lib. 17. cap. 26.
¶ Fabiani & Quintiliani appellabantur Luperci, à Fabio & Quintilio præpositis suis. Festus.

FABIVS {φάβιος} Trecenti (inquit Seruius) in Fabiorum familia fuerunt, qui coniurati cum seruis & clientibus suis, contra Veientes dimicarunt, & insidiis apud Cremeram fluuium interempti sunt. de quibus Ouidius in Fastis,
Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes,
Ad bellum missos abstulit vna dies. Ex his vnus tãtùm superfuit Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc puertiam in ciuitate remanserat. Hic postea Dictator creatus quum Annibalis impetum ferre non posset, mora eum elusit, & ad Campaniam traxit, vbi delicus eius virtus obtorpuit. De quo ait Ennius,
Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Hæc Seruius, illud Virgilij lib. Æneid. 6. explicans,
Quò fessum rapitis Fabij? ¶ Fuit & alius Fabius, Allobrox cognominatus à rege Allobrogum ad Isaram flumen interempto.
Victrices moræ Fabij. Propert. lib. 3. eleg. 3.
Fabiorum nomen alij aliunde deducunt. Plutarchus in vita Fabij Maximi: Quidam, inquit, Herculem apud fluuiú Tiberim cum muliere eius loci incola congressum habuisse asserunt, & Fabium virum optimum, à quo Fabiorum familia Romæ initium habuit, genuisse. Quidam autem priscos huius generis viros, quòd primùm venandi per fossas morem induxerint, à fodiẽdo Fodios olim appellatos memoriæ tradiderunt: deinde mutatis literis, lapsa loquendi cõsuetudo Fabiis cognomen fecit. Plin. lib. 18. cap. 3, Cognomina etiam prima inde: Pilumni, qui pilum pistrinis inuenerant: Pisonis, à pisendo: Iam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, vt quisque aliquod optimè genus fereret. Innuit Plinius à fabis nomẽ esse Fabiis impositum. Sex. Põpeius lib. 6, Fouij, inquit, qui nũc Fabij dicuntur, dicti, quòd princeps gentis eius ex ea natus sit, cum qua Hercules in fouea concubuit. Alij putant eum primùm offendisse quemadmodũ vrsi & lupi foueis caperentur. Hæc ille. Sunt qui scribant Fabium, à quo Fabiorum familia propagata est, ex Herculis cum Vinduna Euandri filia cõcubitu procreatum. Vide Silũ Italicũ lib. 6. Hinc ait idem lib. 2,
-Fabius Tirynthia proles. Ad quod respicit Ouid. lib. 3. de Ponto, epist. 3. ad Maximam,
Conuenient animo genus est tibi: nobile nanque
Pectus, & Herculeæ simplicitatis habes. non enim animo duplici fuit Hercules, ingenuo & candido.

Fabius, Adiectiuum {φάβιος} vt Gens Fabia. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.
¶ Fabius, pictor, homo nobilissimus, iuris & literarum antiquitatis bene peritus. Cic. in Bruto. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Tribus fabia. Vide TRIBVS.
¶ Fabij, Remi fuere socij, sicut Quintilij Romuli, qui dum sacrificarent Fauno cæsa capella, & à pastoribus nuntiatum esset, pecora parte diuersa abacta, in hostes exiuerunt, & prior Remus recepta præda cum Fabiis rediens, exta & viscera capellæ immolatæ absumpsit, & ossa tantummodo Romulo seruauit. Quare commotus Romulus indoluit, quòd Quintilij sui neglecti fuissent, & tãtum Fabiis licuisset: à qua, aiunt, licentia, Licentes Fabij postha appellati fuere, & in Lupercalibus principes habiti. Propertius,
Verbera pellitus sœtosa mouebat arator

Vade licens Fabius sacra Lupercus habet. Ouidius in Fastis, de Romulo,
Risit, & indoluit Fabios potuisse, Remúmque
Vincere, Quintilios non potuisse suos.
¶ Fabius Dorsenus, Poeta comicus, cuius testimonium citat Plin. lib. 14. cap. 13. de vinis antiquorum verba faciens.
¶ Fabius Persicus, quem impurissimum & obscœnissimũ omnium mortalium describit Seneca, & perpetuis inuritst. gmatis. Is planè est, quem Iuuenalis perstrinxit quum scripsit,
Cur Allobrogicis & magna gaudeat ara,
Natus in Herculeo Fabius lare, &c.

FABIENSES, Italiæ populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

FABRATERIA, Oppidum Campaniæ, iuxta quod Trerus amnis fluit. Silius lib. 8, Hic Fabrateriæ vulgus, &c.

FABRATERNI nouí, & Fabraterni veteres, Populi sunt in Italia ex Falerno agro cognominati, vt docet Plin. lib. 3. cap. 5.

Fabre, Fabrica, Fabricatio, Vide FABER.

Fabricenses, in Imperatorũ cõstitutionibus appellantur, qui in sacris fabricis arma cudebãt. Iustinian. Nouell. 85, σωσίπατρι τῷ τῆς ὑπατικῆς ἀξίας μεθύοντι μὴ ἐξαιτῶν ἀργυροκόπους, μόνους δὲ ἐκείνους τοὺς ὅπλα κατασκευάζειν τοὺς ἐν ταῖς δημοσίαις κατασκευαῖς, ὑπὸ τοῦτο λεγομένους φαβρικήσιους. Fabricæ autem in Imperio Romano 19. præcipuæ erant, videlicet in Illyrico, 5. in Italia, 6. in Galliis, 8. erántque sub dispositione magistri officiorum. Ex Brissonio.

FABRICIVS {φαβρίκιος} Consul Romanus, qui contra Samnites & Pyrrhum regem bella gessit: valde fobrius, & fidelis. Nam munera hostium spreuit, & regis medicum sibi pollicentem necem domini sui, ligatum remisit ad regem, scribés etiam quid illi facere voluisset. Vide Ciceronem lib. 3. Offic.
Paruo potens Fabricius. Virg. 6. Æneid.
Pauperis Fabricij animosa vmbra. Claud. 1. in Eutrop.

Fabricius, Adiectium {φαβρίκιος} vt Pons Fabricius. Horatius 2. Serm. satyra 3, -tempore quo me
Solatus iussit sapientem pascere barbam,
Atque à Fabricio nõ tristem ponte reuerti. Pons Fabricius dicitur qui est insulæ illius quæ in medium Tyberim posita est: ideo Fabricius, quia à Fabricio factus. Porphyr.

FABRICIANVS, penult. prod. matrem Fabiam interfecit, quòd illa Fabium Fabricianum maritum suum occidisset, vt liberius adulterium cum Petronio adolescente committeret. Author Dositheus apud Plutarchum.

Fabrico, Fabrile, Vide FABER.

Fabula, fabulæ, penult. corr. {μῦθος} Propriè est res passim vulgata, etiam si vera sit: à fando dicta, vt ait Varro lib. 5. de Ling. Lat. Iuuenalis, It noua nec tristis per cunctas fabula cœnas. Terent. Hecyra, 4, 3,
-iam nos fabulæ sumus,
Pamphile, senex atque anus. Horatius sat. 1,
-quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur. Martial. lib. 1. 86,
Quod nunquam maribus iunctam te Bassa videbam.
Quódque tibi mœchum fabula nulla dabat:
Esse videbaris fœcor Lucretia nobis.

Fabula, est in qua nec veræ, nec verisimiles res continentur: cuiusiusmodi est, Angues ingẽtes alites iunctí iugo, Cic. 1. de Inuent. Author ad Herenn. lib. 1.
Lupus in fabula, Vide LVPVS.

¶ Fabula, Res ad vtilitatem, siue delectationem hominum confícta, vt sunt poetarum fabulæ, & hæ quæ licet ab Hesiodo poeta initium acceperint, nomine tamẽ dicũtur Æsopiæ. Cic. 3. de Nat. deor. Iam verò quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum, exactum à filio Cælum, vinctum itidem à filio Saturnum?

¶ Fabula differt ab Apologo, vt genus à specie. Dicuntur enim apologi fabulæ, quæ sub tectorio ridiculæ alicuius narrationis, & inter bruta animantia colloquij recondunt aliquid quod ad vitam & mores pertinet, quales sunt fabellæ illæ quæ Æsopi nomine circunferuntur, quanuis ab Hesiodo primùm profectas constet. Fabulæ diuersa fortiúntur nomina, pro habitu & qualitate personarum quæ in eis introducuntur. Aliæ enim togatæ dicebantur, quarum personæ togis & Romanorum cultu erant ornatæ: aliæ palliatæ, quũ personæ Græco more pallijs indutæ in scenam prodibant. Erat enim pallium Græcis peculiare, quemadmodum Romanis toga. Togatarum genera sunt quatuor. Sunt enim togatæ, quæ prætextatæ dicuntur, in quibus reges Romani, vel duces inducuntur, personarum dignitate & sublimitate Tragœdiis similes. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè regum vel magistratuum prætexta ventium in huiusmodi fabulis personæ introducebãtur. Secundum genus togatarum, tabernariæ dicuntur, humiliter personarum & argumentorum similitudine comœdiis pares, in quibus non magistratus, sed humiles & priuatæ personæ induci solebant, quales ferè sunt mercatores, aut institores, qui in tabernis merces suas vendere consueuerunt. Erant præterea fabulæ Atellanæ, iocis & salibus quamproximè ad Satyram accedentes, ab Atellis Campaniæ oppido, in qua plurimæ actitatæ sunt, nomen fortitæ. Aliæ præterea erant planipediæ, à planis actorum pedibus dictæ, qui ob humilitatem argumenti, & vtilitatem personarum neque cothurnis vtebantur, neque soccis.

¶ Fabulæ comicorum. Terent. in Prologo Andriæ,
Populo vt placerent quas fecisset fabulas.
Apologus, fabula, irrisio. Cic. 1. de Inuent.
Nutricularum fabulæ. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Ampla fabula. Festus Rufus in Pleiadibus.
Anides fabulæ. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Conuiuales fabulæ. Tacit. lib. 5.
F. cta fabula. Propert. lib 3. eleg. 5. sub finem,
An ficta in miseras descendit fabula gentes?
Lepida fabula. Apuleius lib. 1. de Asino aur. Lepidæ fabulæ festiuitate nos auocauit.

Mendax fabula. Virg. in Ætna,
-si firma manet tibi fabula mendax.
Conciliationis & gratiæ fabulam dare. Cicero pro Cluentio, Vide DO.
Docuit primus fabulam Liuius. Cic. de Claris Orat.
Fictæ fabulæ. Cic. pro Milone.
Fieri fabulam. Horat. 1. epist. 13,
-Asinæque paternum
Cognomen vertas in risum, & fabula fias.
Cinis, & manes, & fabula fies. Pers. sat. 5.
Incœptare fabulam, Vide INCOEPTO.
Inferatur huic loco fabula, Vide INSERO.
Peragere fabulam. Cic. de Senect. Quibus qui splendidè vsi sunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse.
Fabulam esse. Horat. Epod. 11,
Heu me, per vrbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui.
Monstrosa turpisque relatu fabula. Claud. 2. in Eutrop.
Motoria fabula, & Stataria. Vide Statarius, in STO.
Notissima fabula. Ouid. 4. Metam.
Par fabula somnio. Seneca Troade, 5.
Peritæ fabulæ. Ausonius, sectione 3. ad lib. vt eat ad Probum,
Suescat peritis fabulis
Simul iocari & ludere.
Personata fabula, Vide PERSONATVS.
Poeticæ fabulæ. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Puerilis fabula. Stat. 2. Achill.
Vulgaris fabula. Silius lib. 4.
¶ Accommodare fabulas, Vide ACCOMMODO.
Agere fabulam, Vide AGO.
Conficere totam fabulam. Cic. 2. Philipp. Si meus stylus ille fuisset, vt dicitur: mihi crede non solùm vnum actum, sed totam fabulam confecissem.
Fabulas contaminare, Vide CONTAMINO.
Credere fabulis. Cic. 2. de Diuinat. Num igitur me cogis etiam fabulis credere, quæ delectationis habeant quantum voles, verbis, sententiis, numeris, cantibus adiuuentur?
Decantata erat fabula, sed complere paginam volui. Cicero Attico, lib. 13. 288.
Fabulæ ad actus scenarum compositæ, argumẽta dicuntur. Quintilianus lib. 5. cap. 10.
In fabulis esse, Est hominum sermone temerario celebrari. Sueto in Augusto, cap. 70. Vide IN.
Vitare fabulam, Efficere ne sis ridiculus & aliorum fabula. Cic. De petit. Consulatus, non procul à fine.
¶ Fabulæ: Verbum in responsione poni solitum, quum negamus verum esse quod quis dicit, veluti per tædium. Terent. Heauton. 2. 3. Idem And. 1. 3,
-ibi tum hanc iectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, paruam, fabulæ:
Mihi quidem hercle non fit verisimile: atque ipsis cõmentum placet.
Fabellas, Diminutiuum {μυθίων.} Cic. pro Cælio, Verum hæc tota fabella vetteris & plurimarum fabularum poetriæ.
Breuior fabella. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Commentitiæ fabellæ. Cic. 2. de Diuinat. Nihil debet esse in philosophia commentitiis fabellis loci.
Agere festiuè fabellam. Cic. Q. frat. lib. 2. 16.
Narrare fabellam. Cic. 2. de Orat. Siquando quid tanquam aliqua fabella narratur.
Fabulor, penult. corr. fabularis {μυθολογέω, μυθίζομαι} fabulari, à famen deriuatur: & significat loqui. Plaut. Capt. 11,
Quid fabulabor? quid negabo, aut quid fatebor? Idem Mercat. 7,
Quid illud quod solus secum fabulatur filius?
Inter se fabulari, Vide INTER.
Fabulari falsa. Plaut. Epid. 13.
Fabulari, loco excipere, & habere ludibrio. Plaut. Trucul. 4,
-non illhæc mea benignitas docuit te fabulari.
¶ Fabulari aliquãdo pro ineptè garrire sumitur. Liu. lib. 5. Decad. 5, Et tu Centurio, miles, quid de Imperatore Paulo Senatus decreuit, potius, quàm quid Sergius Galba fabuletur, audi.
Fabulo, fabulas, penult. corr. actiuè {μυθόω.} Plaut. Milite, 8,
-mala es. PH. imò ecastor stulta multum,
Quæ vobiscum fabulem.
Fabulandi sermones conferre. Plaut. Pœn. 2,
Canora hic voce sua tinnire temperent,
Domum sermones fabulandi conferant.
Fabulator, penult. prod. huius fabulatoris {μυθολογία} facundus & facetus congerro. Suet. in Augusto, cap. 78, Si interruptum somnum recuperare vt euenit non posset, lectoribus aut fabulatoribus accersitis resumebat.
Fabularis, & hoc fabulare, penult. prod. {μυθικός.} vt Historia fabularis. Suet. in Tiberio, cap. 70, Maximè tamen curauit historiæ fabularis notitiam vsque ad ineptias atque derisum.
FABVLINVS, Deus qui pueris primò fari incipientibus præesse putabatur, cui etiam Romani sacrificabant, quum primùm liberi eorum fari incipiebant. Author Nonius, citans testimonium Varronis de liberis educandis.
Fabulosus, penult. prod. Adiect. {μυθώδης} Dicitur celeberrimum, de quo omnes fantur: vel de quo multa fingũtur. Horat. 1. Carm. ode 22,
-vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.
Colitur illic fabulosa Derceto. Plinius lib. 5. cap. 13. Horatius 3. Carm. ode 4,
Me fabulosæ Vulture in Appulo
Altricis extra limen Apuliæ, &c.

Fabulosa antiquitas, Vide ANTIQVVS.
Fabulosior, Comparatiuus. Plin. lib. 33 cap. 1, Midæ quidem anulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem fateatur? Dixerat antè de Promethei anulo.
Fabulosè, penult. prod. Aduerbium {μυθικῶς} Hoc est mendosè. Plin. lib. 32. cap. 11. Idem lib. 5. cap. 1, Colonia à Cl. Cæsare facta Lixos, vel fabulosissimè ab antiquis narrata.
Fabulositas, penult. corr. Denominatiuum {μυθικότης.} Plin. lib. 36. cap. 13, Sed quum excedat omnia fabulositas. Idem lib. 7. cap. 52.
Poetica fabulositas. Plin. lib. 7. cap. 28.
Fabulum, Vide FABA.

F A C

Facesso, Vide FACIO.
Facetus, penult. prod. Adiectiuum {ἐπιτήδειος, ἔμπειρος, φιλοσοφούμενος, φιλίας} A fando deduci videtur, & is dicitur qui verbis facit quod vult: author Donato. Cicero pro Quinctio, Nam neque parum facetus scurra Sex. Nævius. Plaut. Milite, 10,
Caullaror facetus, vel commodus conuiua item ero.
In altercando cum aculeo, & maledicto facetus. Cicero de Claris Oratoribus.
Non parum facetus, Vide NON.
Genus iocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuum & facetum. Cic. 1. Offic.
Homo facetus inducit sermonem vrbanum ac venustum. Cic. pro Domo sua.
Acuti, elegantes, faceti, breues homines. Cic. de Claris Orat.
Homo minimè ineptus & facetus. Cic. de Claris Orat.
Faceta & elegans ironia. Cic. de Claris Orat.
Faceto lepore solers. Plin. lib. 17. cap. 1.
Narratores faceti. Cic. 2. de Orat.
Facetissimus poeta veteris comœdiæ, Aristophanes. Cicero 2. de Legibus.
Facetissimi sales. Plin. lib. 35. cap. 10.
Sermo facetus, & nulla in re rudis. Cic. 1 de Orat.
¶ Facetum, pro eleganti & exculto {ἐπιτήδειον.} Quintil. lib. 6. cap. De risu, Facetum quoque non tantùm circa ridicula opinor consistere. Neque enim diceret Horatius Facetum carminis genus natura concessum esse Virgilio. Decoris hanc magis, & excultæ cuiusdam elegantiæ appellationem puto. Ideóque in epistolis Cicero hęc Bruti refert verba, Ne vlli sunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti mollius. Quod conuenit cum illo Horatiano,
-molle atque facetum Virgilio. Hæc Quintilianus. Quæ verba sic quidam legunt: Bruti refert verba, quærentis, an illi sint pedes faceto ac deliciis ingredienti molles. Horatij locus est libro 1. Serm. sat. 10,
-Pollio regum
Facta canit pede ter percusso. forte epos acer
Vt nemo, Varius ducit. molle atque facetum
Virgilio annuerant gaudentes rure camœnæ. Molle atque facetum Porphyr. interpretatur, molle atque elegans. Tale est illudad Herennium libro 4, Qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione commode versari, veniũt ad aridum & exangue genus orationis. hoc est, exculta, & quasi rotunda constructione. Sic enim exponit Capidurus.
Facetiæ, facetiarum, pluraliter tantùm {ἐπιτηδεύματα, χαριεντισμός, σκωμμάτια} Deliciæ quædam sermonis, & dicta vrbana sine scurrilitate: quæ etiam in factis intelligi possunt. Cic. 1. Offic. Sale verò & facetiis Cæsar Catuli patris frater vicit omnes.
Duo sunt genera facetiarum, Alterum æquabiliter in omni sermone fusum, Alterum peracutum & breue: illa à veteribus superior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata est. Cic. 2. de Orat. Idem in Orat. dicit facetias genus esse salium.
Lepõrum ac facetiarum disertus puer. Catullus in Asinium, epigramm. 12.
Facie magis quàm facetiis homo. Cic. Attico. lib. 1. 8.
Facetiarum & vrbanitatis oratorius non scurrilis lepos. Cic. de Claris Orat.
Acerbæ facetiæ. Tacit. lib. 5.
Asperæ facetiæ. Tacit. lib. 15.
¶ Accedat eodem oportet lepos quidam, facetiæque, & eruditio libero digna. Cic. 1. de Orat.
Capi mirificè facetiis. Cic. Pæto, lib. 9. 15.
Conditus sale & facetiis Cæsar. Cic. 1. Offic.
Oblitæ Latio facetiæ, Vide OBLINO.
Sale, lepõre, politissimis facetiis pellicere aliquem. Cic. 1. de Orat.
Festiuitate & facetiis æqualibus suis præstare. Cic. de Claris Orat.
Superabat sale facetissque omnes Scipio. Cic. de Claris Orat.
Facetè. penult. prod. Aduerbium {λεπτῶς, σκωμμάτως} Vrbanè, & festiuè atque elegãter. Plaut. Asin. 11, Vt assimulabat Sauriam me esse, quàm facetè! Terent. Eunucho, 2. 2,
-eho numnam tu hic relictus custos,
Ne quis forte internuntius clàm à milite ad istam curritet?
P. Facete dictum. Cic. in Verr. Act. 6, Nunquam tantum mali est Siculis, quid aliquid facetè & commodè dicant. Idem 1. de Finibus, Vt è patre audiebam, facetè & vrbanè Stoicos irridente. Idem 2. de Orat. Noster hic facetissimè tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legendos dedit.
Quod facetè dicitur, id alias in re habere, alias in verbo facetias. Cic. 2. de Orat.
Facetosus, penult. prod. Adiectiuum {διηγηματώδης.} Cic. 2. de Finibus, In quantam hominum facetosam vrbanitatem incurratis non dico. Alij legunt, facetorum.
Facies, penult. corr. huius faciei, penult. prod. fœm. gen. {σχῆμα τοῦ προσώπου, πρόσωπον, εἶδος} Dicitur in homine os, nasus, oculi, genæ: & quod Græci πρόσωπον dicunt. Plin. lib. 11. cap. 37, Facies homini tantùm, cæteris os aut

os aut rostra, frons & aliis, sed homini tantùm tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index. Terent. Eunuch. 2. 1,
-papæ honesta Facie. Salust. de Catilina, Prorsus in facie, vultúque vecordia inerat. Plaut. Milit. 14,
Colladato huius formam & faciem. Vide VVLTVS.
¶ Facies, Aliquando totius corporis forma, & habitus: tota species quæ apparet & cernitur. Plaut. Trinum. 13,
-qua facie est homo?
5. Sesquipede quidem est quàm tu longior. Terent. Eunucho, 2. 3, O faciem pulchram.
Facies, inquit Gellius lib. 13. cap. 28, est forma omnis, & modus, & factura quædam corporis totius, à faciendo dicta, vt ab aspectu species, & à fingendo figura. Itaque Pacuuius in tragœdia, quæ Niptra inscribitur, faciem dixit hominis pro corporis longitudine,
Ætate integra, feroci ingenio, facie procera virum. Hæc Ille.
Forma & facies. Cic. 1. Offic. Formam quidem ipsam Marce fili, tanquam faciem honesti vides.
Facies & statuta. Cicero 2. Philipp. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turfecius qua facie fuerit, qua statura, quo municipio, qua tribu.
Insignis facie iuuenis. Virg. 9. Æneid. Ouid. epist. 5.
Præsignis facie puella. Ouid. 3. de Arte.
Aduersa facies. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Facies cadaueriosa, Vide CADAVER.
Cicatricosa facies. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Decora facies. Horat. 1. Serm. sat. 2.
Egregiæ facies. Lucret. lib. 5.
Flammata facies, Id est iracunda. Seneca Medea, 6.
Hispida facies. Horat. 4. Carm. ode 10.
Humana facies. Ouid. 2. Metam.
Nec facies impar nobilitate fuit. Ouid. 4. Fast.
Incæsta facies. Lucan. lib. 10.
Informis facies. Lucan. lib. 6.
Ingenua facies, Vide INGENVVS.
Inscripta facies, Id est signata vel ferro, vel alia quauis re. Claud. 2. in Eutrop.
Inusta facies. Virg. 2. Æneid.
Irata facies. Lucan. lib. 8.
Liberalis facies, Vide LIBER.
Facies mala. Quintil. lib. 6. cap. 3, Qui malam faciem habet, liber non est?
Mendosa facies. Ouid. 12. Metam.
Mœsta facies. Lucan. lib. 8.
Mœstissima facies. Valer. 2. Argonaut.
Peregrinæ facies, Vide PEREGRINVS.
Præstante facie puella. Ouid. 3 Fast.
Prima facie. Caius in l. aliquando. D. ad Senatusconsc. Velleian. Prima facie quidem alienam, re vera autem suam obligationem suscipit. Paulus in l. Quum seruus. §. Si Titius. D. de leg. 1, Videtur quidem is prima facie rem mihi meã legasse: sed, &c. Idem in l. Alieno. D. de fideicom. libertat. Quod nõ prima facie videtur esse iniquum.
Puerilis facies. Ouid. 8. Metam.
Pulchra facies. Ouid. epist. 14.
Rara puella facie. Ouid. 14. Metamorphoseos,
Rara quidem facie, sed rarior arte canendi.
Recta facies. Quintil. lib. 1. cap. 11, Obseruandum erit etiam, vt recta sit facies dicentis.
Rugosior facies passã vuã. Claud. 1. in Eutrop.
Sacræ facies. Persius sat. 2.
Torua viriliter facies. Seneca Hippol. 6.
Tristis facies. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8.
Truces facies, oculique minaces. Lucan. lib. 7.
Varia ac noua facies. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Virginea facies. Quid. 8. Metam.
¶ Nouam faciem afferre nomen vetus. Cic. pro Flacco.
Cogitare faciem alicuius. Cicero 2. de Diuinat. Num igitur quum aut muros Babylonis, aut Homeri faciem cogito, imago illorum me aliqua pellit?
Cubare in faciem, Vide CVBO.
Dimouere faciem ab aliquo. Horat. 4. Carm. ode 5.
A verbis facies differt ista tuis. Ouid. epist. 16.
Facies, vultum, sonũ non possumus nobis fingere. Cic. 1. de Orat.
Habere liberi hominis faciem. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Faciem habere ad omnem rem. Plaut. Milite, 14.
Colladato huius formam & faciem, & virtutis commemorato.
M. Ad eam rem habeo omnẽ faciem, vt dudum iam tibi dicõstraui.
Pulchram faciem induere turbido animo. Seneca Hippol. 8.
Laudaret faciem liuor quoque. Ouid. 10. Metam.
Mutatus faciem & ora. Virg. 1. Æneid.
Neglecta facies. Ouid. 3. Amorum,
Cura dabit faciem, facies neglecta peribit.
De facie aliquem noscere. Cic. in Pisonẽ, Habet hoc virtus (quam tu ne de facie quidem nosti) vt viros fortes speciei eius & pulchritudo etiam in hoste posita delectet. Vide NOSCO.
Propriam faciem ostendere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Perfricare faciem, Vide PERFRICO.
Prostituere faciem suam lucro. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10.
Torquere faciem. Quintil. lib. 5. cap. 11, Quis istam faciem planipedis senis torquens?
Frigora vexant faciem. Seneca OEdipo, 6.
Victa in vrbe facies Cæsaris. Tacit. lib. 1. Non florentis Cæsaris, neque senis in castris, sed velut in vrbe victa facies.
¶ Facies non solùm in hominum corporibus, sed etiam in rerum cuiusquemodi aliarum dicitur: vt author est Gell. lib. 13. cap. 29, Nam montis, & cæli, & maris facies, si tempestiuè dicatur, probè dicitur. Sallust. lib. 2. Hist. Sardinia in Aphrico mari, facie vestigij humani, in

Occidentem, quàm in Orientem latior prominet.
Sæua, ac deformis tota vrbe facies. Tacit. lib. 19.
Facies arboris. Plinius libro 12. cap. 14, Nec arboris ipsius quæ sit facies, constat.
Armorum ciuilium facies. Tacit. lib. 1, Diuersa omnium, quæ vnquam accidêre, ciuilium armorum facies.
Expressa facies ciuitatis in persona alicuius. Cic. pro Flacco.
Consilij publici facies. Tacit. lib. 18.
Facies honesti. Cic. 1. Offic. Formam quidem ipsam Marce fili, & tanquam faciem honesti vides.
Loci facies. Tacit. lib. 4, Antequam Vesuuius mons ardescens faciem loci verteret.
In faciem montis curuata vnda circunstetit. Virg. 4. Georg.
Pacis facies. Tacit. lib. 13. Dum positis loricis, & galeis, in pacis faciem veniretur.
Pugnæ facies. Tacit. in vita Agric. Ea enim pugnæ facies erat.
Facies pueris. Gellius lib. 10. cap. 18.
Scelerum facies, Id est species scelerum. Virg. 6. Æneid. Seruius.
Senatus faciem afferre. Cic. 8. Philip. Senatus enim faciem secum attulerat, authoritatem Reipub. cui qui non paret, non ab eo, &c.
Sermonis simplicis facies. Quintil. lib. 4. cap. 1, Et facie simplicis, sumpsque ex proximo sermonis fidem quoque acquirit.
Solœcismi faciem habere. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Stagni facies. Tacitus lib. 21, Superfusus amnis palustrem, humilémque insulam, in faciem stagni oppleuit.
Victoriæ facies. Tacit. in vita Agricolæ, Proximus dies faciem victoriæ latius aperuit.
Facies vrbis. Sallust. Quibus rebus permota ciuitas atque immutata vrbis facies erat.
¶ Facies, in plurali numero. Virg. 1. Georgicorum,
-tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies.
¶ Vertere se in omnes facies, id est experiri omnia sua consilia, aut vires. Virg. 12. Æneidos,
Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid
Siue animis siue arte vales.
¶ Facies, huius facies in genitiuo apud antiquos. Gell. lib. 9. cap. 14, Quòd autem suprà scriptũ est in Quinti Claudij verbis, Propter magnitudinem atque immanitatẽ facies: id nos aliquot veteribus libris inspectis explorauimus, atque ita esse vt scriptum est, cõperimus. Sic enim pleraque ætas veterũ declinauit, hæc facies, huius facies: quod nunc propter ratiõné grammaticam, faciei dicitur. Corruptos autem quosdam libros reperi, in quibus faciei scriptum est, illo quod antè scriptum erat, obliterato. Meminimus etiam in Tiburti bibliotheca inuenire nos in eodem Claudij libro, scriptũ virũque facies & facij. sed facies in ordine scriptũ fuit, & cõtra per ij geminũ facij. neque id abesse à quadã consuetudine prisca existimauimus. nã & ab eo quod est hic dies, tã huius dies, quàm dij: & ab eo quod est hæc fames, tam huius fames, quàm famij dixerũt. Et paulo pòst, In casu autẽ dãdi, qui purissimè locuti sunt, non faciei, vti dicitur nunc, sed facie dixerunt. Lucilius in Satyris, Et primùm (inquit) facie honestas accedit. Idẽ lib. 7, Qui te diligit, ætati faciẽq; tuæ se fautorẽ ostẽdat, fore amicũ polliceatur. Sũt autẽ nõ pauci qui vtrobiq; faciẽ legãt. Sed Caius Cæsar in lib. de Analogia, 2, huius die & huius specie dicendũ putat.
Facilis, Facilitas, Facinus, Vide FACIO.
Facio, facis, feci, factum {ποιέω, δράω, κατασκευάζω, πλάττω.} Propriè is dicitur facere, inquit Sipontinus, qui rei quam facit, faciem quandam imponit: vnde à faciendo facies vocitata. Qui ergo vas facit, vasis faciem illi imponit: qui vestimentum, faciem vestimẽti. Agere verò existimatur, qui aliquid ita operatur, vt nullum extet opus quod sub sensum veniat. Hinc qui aliquid animo moliuntur, agere propriè, non facere dicuntur. Confunduntur tamen sæpe hæc verba: & facere ad omnia transfertur. Nam & Facere verba dicimus, id est loqui, & facere viam, &c. Terent. And. 1. 1,
Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Idem Phorm. 2. 3,
Vide auaritia quid faciat.
Facit hoc argentum. Plaut. Trinum. 13. Id est in causa est.
Facere suo arbitratu, vel arbitrio. Cic. 1. de Finibus, Quæ mihi facultas vt id meo arbitratu facerem, ante, &c. Idem 6. Philipp. Quid enim ille vnquam arbitrio suo fecit?
Quid fecisti scipionem? pro Quid fecisti de scipione? Plaut. Cas. 2. 5, Quid agis tu marite mi vir? vnde ornatu hoc
Aduenis? quid fecisti scipionem, aut quod habuisti pallium?
¶ Facere, pro Sacrificare. Plaut. Aulul. 8, -si reperero, ô Fides, Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Virgilius in Bucolicis, eclega 16,
Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito. Cic. pro Murena, Nolite à sacris patrij Iunonis sospitæ, cui omnes Cõsules facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimum auellere.
Facere are terram, pro Arefacere, apud Lucret. lib. 6,
Principio terram sol excoquit, & facit are.
¶ Facere, verbum apud Iurisconsultos, inquit Papinianus, omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi. l. 218. D. de verb. signif.
¶ Non videri feciſſe. Cic. Attico, lib. 4. epist. 15, Quid quæris aliud? Iudicia, credo. Drusus, Scaurus non fecisse videntur. hoc est, absoluti sunt. Reus enim à iudicibus absolutus, his verbis innocens pronuntiabatur, Non videri fecisse.
¶ Factum, In responsione. Terent. Eunucho, 4. 4,
Chæreáne tuam vestem detraxit tibi?
DO. Factum. PH. & ea est indutus? DO. factum.
¶ Facio, cum præpositionibus A, vel Ab, pro eo quod est pro. Vide A vel AB præpositiones.
A se aliquid facere. Cic. de Orat.
Facere ab aliquo. Cic. 1. de Inuent. Commune est, quod nihilo magis ab aduersarijs, quàm à nobis fiet, &c.

Facit ad difficultatem vrinæ:Id est,prodest.Plin.lib.22.cap.18. Et,
Facit præclarè cœliacis,Ibidem,cap.19.
Factæ ad ipsum furcæ.Liu.8.bel.Pun.
Mirè ad pullatum circulum facit.Quintil.lib.2.cap.12.
Ars nostra facit ad bonos mores.Ouid.3.de Arte.
Ad nutum. Cæsar 1.bel. Gall.Si qua res non ad nutum aut ad voluntatem eius facta sit.
Manus illius faciunt ad omne scelus.Ouid.epist.6.
Ad perpendiculum facere aliquid.Vide PERPENDICVLVM.
Non facit ad stomachum nostra lagena tuum.Martial.lib.10.
Ad vnguem factus homo.Horat.1.Serm.sat.5.
¶ Facere quidpiam in aliquod vas. Columel.lib.12.cap.6,Si aliam muriam in id vas facere volueris,hanc in vasa bene picata diffundes.
¶ Facere abortum,Vide Abortus in ABORIOR.
Acorem.Colum.lib.4.
Accessionem facere dicûtur hostes. Plancus ad Ciceron.lib.10.18, Magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent.
Facere aditus ad causam,Vide ADITVS.
Facere aditum.Quintil.lib.4.cap.1.
Adiutorium in aliquam rem.Suetonius de Claris grammaticis,10.
Facite adsitis domi.Terent.Eun.3.2,
-curate istam diligenter virginem, Domi adsitis facite.
Admirationem auri & argenti.Seneca lib.21.epist.1.
Aduersus edictum.Terent.Heauton.4.1,
Primum hoc te oro,nequid credas me aduersus edictum tuum
Facere esse ausum.
Adulterium.Gell.lib.14 cap.2, Desiersine facere adulterium?
Ægrè alicui.Terent.Eunucho.4,
Miles verò sibi putare ad uctum ante oculos æmulum:
Voluit facere contra huic ægrè.
Æqui boni.Terent.Heauton.4.5,
Cæterùm equidé istuc Chreme æqui boníq; facio. Vide AEQVI BONI FACERE. Cic.ad Attic.lib.7.27.
Æquo animo.Cæsar 3.bel.Ciuil.
Æs alienum. Liuius, Egestate coacti dicuntur æs alienum fecisse. Cic.ad Attic.lib.13.294.
Æstimationem.Cæsar 6 bel.Gall.Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis æstimatione facta cum dotibus communicant.
Agrum honestiorem.Columel.lib.1,Ea quæ faciunt honestiorem agrum.Id est elegantiorem.
Aliter.Plaut.Sticho,2,
Atque aliter nos faciant,quàm vxores suas æquum est viros.
Alienationē,pro Abalienare ab aliqua.Cic.de Amicit.Neque fieri possit,vt non statim alienatio,disiunctióq; facienda sit. De amicitiis.
Ambitus circa rem aliquam : Hoc est ambire.Liu.7.bel.Pun.Multos circa vnam rem ambitus fecerim, si, quæ de Marcelli morte variant authores,omnia exequi velim.
Amicè,Hoc est amicabiliter,& vt amicum decet.Cic.de Amicitia, Tu autem Fanni, quòd mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco,nec postulo,facis amicè:sed,vt mihi videris,non rectè.
Amicitiam. Cæsar 4.bel.Gal.Ad Cæsarem legatos miserant, amicitiam fecerant,obsides dederant.Hoc est,Contraxerant.
Amicum me tibi fecit tua virtus.Horat.2 Serm.sat.5.
Animum alicui,Incitare,& animum augere. Liu.5. bel.Pun. Missum à Metaponto præsidium , Romanis fecit animum vt nocte ex improuiso opera hostium inuaderent.
Bonum animum.Plin.epist.150.
Animos facere alicui in aliquem.Ouid.5. Trist.eleg.9,
Quæ tibi res animos in me facit improbe?
Faciunt animos diuitiæ.Liu.1.ab Vrbe.
Apertum aliquid facere alicui,Id est demóstrare, & docere illum. Lucret.lib.2.
Arbitrium.Horat.4.Carm.ode 7,
Quum semel occideris,& de te splendida Minos
Fecerit arbitria. Id est pronuntiarit. Aliter verò apud Liuium,pro Ferre potestatem accipitur,lib.3.Decad.5, Cósuli Prætores in eligendo arbitrium fecerunt.Vide ARBITRIVM.
Ardorem animis,pro Inflammare.Liu.lib.8.
Argentariam. Plin.de Viris illustrib. Cic.7.Verr. Is quem ille argentariam Lepti fecisse dicit. Vide Argentaria,in ARGENTVM.
Artem ludicram.Plaut.Aulul.19,
Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram.
Ascensionem ad locum aliquem.Plaut.Rud.15.
Assulas foribus,pro Effringere fores.Plaut.Merc.4,
At etiam assistо?at etiam cesso foribus his facere assulas?
Auctionem.Plaut.Epid.5.Vide AVGEO. Cic.in Philipp. Vt feliciter vir auctionem faciebat.
Aucupium auribus,Auscultare.Plaut.Milite,13.
Audaciam hosti. Liu.9.bel.Pun. Aut ipsis obequitabat portis:aut cedendo cum timoris simulati specie audaciam hosti faceret, ad insequendum temerè eliciebat.
Audientiam. Cic.de Senect. Facitque persæpe ipsa sibi audiētiam disserti senis compta oratio & mitis. Vide AVDIO.
Augurium.Plaut.Sticho,8.
Aurium populum.Plaut.Asin.1,
Face iam nunc præco omnem aurium populum. Id est, fac audientiam.
Auspicium dicitur auis,è qua auspicium capitur. Liu.lib.1.ab Vrbe,Eam alitē ea regione cæli & eius diei nuntiam venisse.circa summum culmen hominis auspicium fecisse.
Auspicium facere alicui.Horat.1.epist.1.
Authoritatem.Cic.pro Lege Manil.De quo homine vos (id quod maximè facit authoritatem) tanta & tam præclara iudicia fecistis?
Auxilia mercede facere. Tacit.lib.3, Mittit, qui auxilia mercede facerent.

¶ Facere se bardum.Plaut.Epid.9,
Ego illic me autem æssimulabam quasi stolidum,
Quum bardum me faciebam.
Bellum. Cic.pro Fonteio. Idem 1.Offic. Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari.
Bellum patriæ facere. Tacit.lib.3.
Bellum pecunia, pro Parare : apud Sallustium,vt citat & interpretatur Seneca epist.115.
Bene fecit Silius,qui trànsegerit.Cic.Attico,lib.12.244.
Bene.Plaut.Mostel.10,
Bene bonísque arbitror te facere.
Sibi bene.Plaut.Asin.17,
Nec quisquam est tam ingenio duro,nec tam firmo pectore,
Quin vbi quicquam occasionis sit,sibi faciat bene.
Benignè.Plaut.Pœnulo,8,
Et bene & benignè facitis,quum hero amanti meam operam datis.
Bombum,Vide BOMBVS.
Bona alicui,& in aliquem,pro Conferre beneficium.Plaut.Pœnulo.18. Terent.Heaut.4.5,
Faciam boni tibi aliquid pro ista re,ac lubens.
Bones cóuiuas.Plaut.Pseud.13.Hoc est,bobus cóuiuium apparare.
Bustum.Cic.1.Philipp.Idémque bustum in foro facere, qui illam insepultam sepulturam effecerant.
¶ Cadauer,Occidere. Apuleius lib.8, Cadauer quod ipse fecerat, auidè complexus est.
Cædem.Idem.Cic.pro T.An.Milone, Obuiam sit ei Clodius expeditus in equo,nulla rheda, nullis impedimentis,nullis Græcis comitibus, vt solebat, sine vxore , quod nunquam ferè : quum hic insidiator qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum vxore veheretur in rheda penulatus. Idem pro P.Sest.Cædē maximā facias.
Calorem,pro Excitare.Plin.lib.11.cap.16. Tum maximè murmurantes,caloris (vt putant) faciendi gratia.De apibus.
Capitale facere dicuntur leges. Plinius lib.12.cap.14, Digredi via, capitale leges fecêre. Hoc est,legibus interdictum est capitali supplicio, nequi thus Sabotam deferunt, via digrediantur : hoc est alia via præterquam per vrbis portam eant.
Caput facere dicuntur folia herbæ. Plin.lib.26. cap.12, Remedio sunt pycnocomi folia trita cum polenta , si nondum caput fecerint. Hoc est,si nondum excreuerint in semen.
Carmina facere.Virg.ecloga 3.
Carnificinam.Plaut.Captiuis,4,
Sed si vllo pacto ille huc conciliari potest,
Vel carnificinam hunc facere possum perpeti.
Castra,Castrametari. Cic.Catoni, lib.15.4, Castra in Lycaonia apud Iconium faceret. Idem ad Attic.lib.8.161, Neque ipse satis firmus esset ad castra facienda. Tacit.lib.2, Iámque sero diei subducit ex acie legionem faciendis castris.
Caulem,pro Emittere & producere.Colum.lib.11.cap.3.
Cautiorem. Cæsar 8.bel.Gall.Ne tentando cautiorem facerent.
Se celerem,Festinare.Plaut.Trinum.14,
Statime fac te propere celerem,recipe ad te dominum domum.
Censuram vini in epulas regis,Vide CENSVRA.
Certamen. Liu.6.ab Vrbe, Quid patrum & plebis certamen facimus,quod ciuitatis esse aduersus vnum pestiferum ciuem debet?
Certiorem,Vide CERTVS.
Chlamydem vndulantem quassando. Hoc est,sese agitādo,facere vt chlamys vndulata videatur.Plaut.Epid.9,
Sed hic quis est,quem huc aduenientem conspicor,
Suam qui vndulantem chlamydem quassando facit?
Cladem,pro Inferre.Liu.lib.8, Plus populationibus,quàm præliis cladium fecit.
Clamores. Cic.de Claris Orat.ftaque Hortensius vtroque genere florens clamores faciebat adolescens.
Claritatem facere. Plin. lib.29.cap.6, Claritatem oculis facit cinis bubonis.
Classem. Cæsar 4.bel.Gall.Huc naues vndique ex finitimis regionibus , & quam superiore æstate ad Veneticum bellum fecerat classem,iubet conuenire.
Cœnam alicui,pro Apparare.Plaut.Merc.11,
Quid si igitur cœnam faciam?
Cœnas cum aliquo,& obire.Cic.ad Attic.lib.9.185,Quas enim eos cœnas & facère & obire scripsit ad me Sestus,quàm lautas,quàm tempestiuas? Facit cœnas qui recipit,Obit qui recipitur.
Cognomen colli. Liu.1.ab Vrbe, Is sepultus in eo colle,qui nunc est pars Romanæ vrbis,cognomen colli fecit.Hoc est.Dedit cognomen colli:atque ab huius nomine collis vocatus est.
Commentarios. Cæsar 8.bel.Gall. Scio Cæsarem singulorum annorum singulos commentarios fecisse.
Commercium sermonum. Liu.5. ab Vrbe, Iam per longinquitatem belli commercio sermonum facto.
Facere commodè,Vide COMMODVS.
Commodo Reipub. Cæsar 5.bel.Gall.Scribit Labieno,si Reipub. commodo facere posset,cum legione ad fines Neruiorū veniat.Hoc est, Si per Rempub.sibi liceret.
Commutationem rerum. Cæsar 1. belli Ciuil. Iam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio.
Compendium , Compendiosè & breuiter aliquid assequi. Plaut. Rudente,4, Si ad saxum quod capessit, ea deorsum cadit, errationis fecerit compendium.
Paululum sui compendij.Cic.pro Rosc.Comœdo , Et siquādo me vis peierare,vt paululum tui compendij facias,paratum fore scito.
Compendi operam , pro Operæ compendium facere. Plautus Pseud.20,
Quisquis es adolescens,operam fac compendi quærere.
Compotem votorum , Alicui concedere quod petit. Plinius in Paneg

Conceptum.

Conceptum.Colum.lib.7.cap.6,Huic pecudi nocet æstus,sed magis frigus, & præcipuè fœtæ quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. Hoc est,Quæ concepit hyeme per gelu.
Concilia. Liu.3.ab Vrbe,Eiicere Antiates colonos, palàm concilia facere,&c.
Concitationes. Cæs.3.bel.Ciuil.Hoc sedato tumultu,crebræ continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant.
Concursum,Concurrere aliquò cum impetu.Cicero pro Deiotaro, Quos concursus facere solebat? quàm se iactare ? quàm se ostentare?&c.
Confidentem,pro Addere confidētiam, & animum augere alicui. Plaut.Merc.22,
Nam quenuis confidentem facilè tuis dictis facis,
Eundem ex confidente actûtum diffidentem denuo.
Confidenter. Hoc est audacter.Plaut.Milite,8,
Neque eques,neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est,
Qui æquè faciat confidenter,quàm mulieres faciunt.
Coniecturam.Cic.4.Verr.Vt vos rogarem vt coniecturam faceretis,qualem in iis rebus in me L.Metellum fuisse putaretis.
Coniecturam de odore.Plaut.Menæch.14,
Ecquid tu de odore possis,siquid fortè olfeceris,
Facere coniecturam?
Coniecturam de me facio. Cic.2.de Orat. Facit enim de se coniecturam : cuius tanta vis ingenij est,vt neminem,nisi consultò,putet quod contra seipsum sit dicere.
Cóiecturam facere de moribus alicuius, &c. Plin.in Paneg. Cic. 5. Verr. Quo facilius vos coniecturam de triennio & de tota Sicilia facere possitis.
Coniecturam ex re aliqua facere. Terentius Heaut. 2. 3. Cicero ad Atticum , libro 13.267, Quam tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ.
Coniecturam ex hoc,quám. Plin.epist.92,Possis ex hoc facere cóiecturam,quàm sit emendatus adolescens.
Coniecturam ex,de.Cic.in Verrem,Ex quibus coniecturam facere de omnibus possitis. Idem 3. Verr. Verùm vt ex vno de cæteris coniecturam facere possitis.
Secum coniecturam.Plaut.Rud.18,
Quum coniecturam egomet mecum facio,hæc illa est simia,&c.
Coniecturam, Diuinare.Plaut.Curcul.5,
-hoc responde quod rogo,
Potin' coniecturam facere,si narrem tibi
Hac noctu quod ego somniaui dormiens?
Coniurationem,Coniurare. Cæs.4.bel.Gall. Itaque rursus coniuratione facta,paulatim ex castris discedere,ac suos clàm ex agris deducere cœperunt.
Conquisitionem.Liu.3.Decad.lib.5,Ex hoc Senatusconsulto creati Triumuiri bini , qui conquisitionem ingenuorum per agros fecerunt.
Consilium, pro Dare. Liu.lib.5. bel.Maced. Exulem illum & Pœnum esse : cui mille in dies noua consilia, vel fortuna sua , vel ingenium facere possit.
Consilio alterius , pro Sequi consilium. Plaut. Rud. 23. Cic.dicit De consilio alicuius facere.
Conspirationem,Conspirare.Liu.6.bel.Pun.
Consuetudinem alicui cum altero. Cic.ad Sulpitium,libro 13. 24, Nā & inter nosmetipsos vetus vsus intercedit, & Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit.
Consulē.Cic.de Senect.Anno enim vndeuigesimo post eius mortem hi COSS. T.Flaminius & M.Attilius facti sunt.
Contentionem alicuius rei. Cic. in Pisonem , Sed quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus , de reditu Gabinij omittamus.
Contra leges facere.Cic.in Vatinium.
Controuersiam. Liu.3.ab Vrbe,Aut qui ita,quum per tot menses, vacua ciuitate nemo iustíne magistratus summæ rerum præesset, controuersiam fecerit : nunc demum quum hostes propè ad portas sunt,ciuiles discordias serant.
Controuersiam alicui de re aliqua , pro Contendere cum aliquo. Seneca epist.111.
Controuersiam facere dicuntur verba. Cic.in Orat. Nihil ambigi potest,in quo non aut res controuersiam faciat,aut verba.
Contumeliam , Quod & Contumelia afficere dicitur. Terentius Phorm.5.8,
Quin tu nouo modo ei faceres contumelias? Cato apud Gellium, lib.10.cap.14, In hac contumelia, quæ mihi per huiusce petulantiam factum itur. Cic. Philipp. 3. videtur hoc genus loquendi reprehendere, quum ait, Quid est porrò facere contumeliam ? quis sic loquitur? Et subdit, Nonne satius est mutū esse, quàm quod nemo intelligat,dicere? Quintil.lib.9.cap.3, Et contumeliam fecit: quod à Cicerone reprehendi,notum.Affici enim contumelia dicebant.
Conuitium,Conuitiari.Plaut.Merc.5,
Malè mihi precatur , & facit conuitium. Plinius epistol. 98. lib.6. Cicero ad Atticum , libro 1.9 , Conuitium Pisoni Consuli mirificum facit.
Copiam argenti facere alicui , pro Pecunias dare mutuo. Plautus Asin.15. Sic etiam Facere copiam frumenti , Cæsar 1.bel. Gall. Allobrogibus imperauit vt his frumenti facerent copiam.
Copiam puellæ facere alicui. Terent.Phorm.1.2,
Obsecrat vt sibi eius faciat copiam. Id est eam det sibi,vel faciat vt illa ad se veniat.
Copiam sui non facere dicitur , qui latitat vt euitet creditorem, nec se exhibet. Vlpianus in Leum qui circa columnas.D.de priuileg. credit.
Sui copiam facere dicitur, qui omnium horarum homo est. Plin. Panegyr.39.
Copiam consilij sui. Cic.3.de Orat.Quod erat insigne,eum qui id faceret,facere ciuibus omnibus consilij sui copiam.
Copiam alicui eius quod cupiat.Plaut.Casina,10,
Vt tibi ego inuentus sim obsequens:quod maximè
Cupiebas,eius copiam feci tibi.
Copia facta est petiti.Catull.ad Mallium,epigr.63.
Copias facere,pro Facere potestatem.Liu.7.ab Vrbe, Te Imperator milites tui oramus vt nobis pugnandi copiam facias.
Copiam & potestatem facere alicui.Plaut.Capt.7,
-gratiam habeo tibi,
Quum copiam istam mihi,& potestatem facis,
Vt ego ad parentes hunc remittam nuntium.
Factum culpa illius. Terent.Hecy.2.1,
Illius dices culpa factum.s.haud equidem dico,mi Laches.
Cum aliquo facere,est Ab illo stare,Patrocinari:Est & fauere illi. Cicero 2.de Diuinat.Demosthenes quidem qui abhinc annos propè CCC.fuit,iam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est quasi cum Philippo facere. Budæus.
Cum aliquo facere,Id est idem sentire. Cicero pro Sylla. Horat. 2.epist.1.
Cum aliquo,Id est partes illius sequi.Gell.lib.15.cap.22,Ex eis nationibus quæ cum Sertorio faciebant , quum multis prælus superatus esset,neminem vnquam ab eo defeciusse.
Cum Cæsare facit Lentulus Consul.Cic.Att.lib.6.119.
Facit cum hoc veritas. Cic. pro Quintio,Quum veritas cum hoc faciat , plus huius inopia possit ad misericordiam , quàm illius opes ad crudelitatem.
Facere cumulate plana,Vide CVMVLVS.
Curiam. Plinius libro 34.cap.6. Hoc est,veluti Senatum quendam erigere.
¶ Facere damnū, pro Periclitari,& damnum & incommodum ex re aliqua accipere.Plaut.Capt.6,
Est etiam vbi profectò damnum præstet facere,quàm lucrum. Cic. de Claris Orat.Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ,Latinæque literæ fecerunt.
De consilio alterius. Cic. ad Attic. lib. 13.286, Neque est facturus quicquam nisi de meo consilio.Terent.Phorm.3.1.
De-industria,Vide DE.
De suo ingenio,apud Ciceronem,quodam in loco.
De sententia alicuius. Cic. ad Attic. lib. 5.95, Id ego ita fieri volui de C.Duronij sententia.
Deditionem alicuius facere hosti.Liu.1.bel.Maced.Periuriúmque aliis alij exprobrantes,& facerdotibus maximè,qui quos ad mortem deuouissent , eorum deditionem viuorum hosti fecissent. Cæsar 2. bel.Gall.Deditione facta.
Deditionem ad hostem.Quintil.lib.3.cap.8.
Deiectionem. Cic.pro Cecinna, Qui illam vim, deiectionémque tuo rogatu aut tuo nomine fecerit.
Delectum studiorū. Quintil.lib 2.cap.9. Sic quoque Facere delectum militum apud Cæsarem legitur pro eo quod est,Milites ad bellum legere.
Delicias.Plaut. Pœn.4. Vide DELICIAE. Ouid.2. Tristium, Sic ego delicias,& mollia carmina feci.
Delirantes.Plaut.Amphit.8.
Descensionem , Quum è naui in continentem descendimus. Liu. 8.bel.Pun. Ex vetusto codice legitur Exscensionē. Idem 2.bel.Pun. Prius quàm in continentem descensiones faceret.
Desyderium alicuius,vel alicui. Liu.8.bel.Maced. Idem 7.ab Vrbe, Moram triumpho vulnus Consulis attulit : eadémque causa Dictatoris desyderium Senatui fecit.
Detrimentum.Cic.6.Verr.Resp.detrimentum fecit,quòd,&c.
Dicta facere,Id est præstare quæ promiseras.Ouid.3.Fast.
Facere diem,pro Transigere.Seneca epist.67.
Differentias.Plin.lib.16.cap.6,Differentias faciunt & folia.
Dignitatem. Plin.lib.33. cap.3, Cuius sceleris nos coarguimus illū primùm,qui auro dignitatem per annulos fecit.
Dignum factis tuis. Terent.Phorm.2.3,
-quin quod est
Ferendum ferastuis factis dignum feceris.
Discessionem.Plin.epist.167. Vide DISCEDO.
Discrimen.Plinius lib.11.cap.51,Sed ante omnia explanatio animi quæ nos distinxit à feris , inter ipsos quoque homines discrimen alterum æquè grande quàm à beluis fecit.
Dissertum rhetor facit. Cicero 2. Philipp. Medico tria millia ingerum, quasi te sanum fecisset : Rhetori duo,quasi disertum facere potuisset.
Diuiduum. Terent.Adelph.2.2,
Seruésne an perdas totum , diuiduum face. Hoc est diuide: figura μεμιγολογία,vt ait Donatus.
Diuitias ex re aliqua.Plaut.Persa,16,
Diuitias tu ex isthac facias.
Diuortium. Cic.ad Attic.lib.12.260, Sed quid, quòd audio, Spintherem fecisse diuortium?
Dolorem.Cic.ad Augustum,Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur , tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. Idem ad Attic.lib.11.216.
Dubium in veraque parte facere.Quintil.lib.7.cap.2.
Dulcedinem.Seneca epist.112.
Facito dum.Terent.Heaut.3.2,
-at heus tu facito dum eadem hæc memineris,
Siquid huius simile fortè aliquando euenerit.
Duritias facere,Vide post facere tædium.
¶ Eloquentem aliquem facere.Cic.in Orat.
Facere emolumentum.Cicero 2.de Finib.Cuius mors tibi emolumentum factura est. Legitur ex vetusto exemplari , emolumentum futura est.
Errorem,pro erroris causam dare.Seneca epist.68.

Eruptionem. Cæſar 3. belli Gall. Cicero ad Atticum, lib. 7. 133, Eruptionem facturi fuiſſe dicebantur.
Ex animo. Terent. Adelph. 1. 1,
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit.
Facis ex tua dignitate & è Repub. Cic. Bruto, 2.
Ex induſtria multa immodeſtè, atque intemperáter facere. Quintil. lib. 5 cap. 7.
Ex neceſſitate. Plin. epiſt. 109.
Excidionem oppido. Plaut. Curcul. 11, Sed eapſe illa qua excidionem facere condidici oppidis.
Excurſiones in agrum hoſtilem. Liu. 4. ab Vrbe. Cic. ad Attic. lib. 1. 14, Heluetij ſine dubio ſunt in armis, excurſionéſque in prouinciam faciunt.
Exemplum, pro Edere. Quintil. lib. 5. cap. 2, Et ipſe pronuntiaturus, exemplum non libenter, quod in ſe poſtea forteſſe recidat, facit.
Exempla faciam in te: Id eſt, ita puniam, vt ſis aliis exemplo. Plaut. Moſtell. 15,
Exempla ædepol faciam ego in te.
Exercitum. Plin. de Viris illuſt. Mox Cinnana dominatione reuocatus, ruptis ergaſtulis exercitum fecit.
Sibimet exilium. Plaut. Merc. 18,
Nunc vt fert Achantio, ſibimet faciet exilium.
Exitum, pro Habere. Seneca epiſt. 1. lib. 21, Petens vt videret, quem admirator auri exitum faceret. Id eſt, qui eſſet exitus & finis eius qui tantopere aurum admiraretur & laudaret.
Expectationem. Cic. ad Attic. lib. 3. 55, Varronis ſermo facit expectationem Cæſaris.
Expectationem ſui. Cic. 4. Acad. Vt etiam maiorem expectationé mei faciam, quàm modo fecit Hortenſius.
Expeditum ex impedito. Plaut. Epid. 2,
-quomodo
Me expeditum ex impedito faciam?
Fac eſſe, Permittentis & cõcedentis loquutio, quemadmodum ſi quis dicat, eſto vt id fiat. Cic. 5. Philipp. Hominem audaciſſimum & perditiſſimum, ſed fac ita non eſſe, num Latinè ſcit?
Fac potuiſſe, Fac velle, &c. Cic. 2. Philip. Eum tu occideres: fac potuiſſe, quod eſt aliud, &c. Idem Philipp. 13, Facite, hoc meum conſilium legiones nouas non improbare. Idem 1. Tuſc. Fac totum dolere corpus. Ibidem, Sed fac, vt iſti volunt, animos nõ remanere poſt mortem. Ibidem, Fac enim animum interire vt corpus.
Facere parentes, & liberos extraneos, Diducere. Plin. in Paneg. 61, Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, ſi modò reductus eſſet in patris poteſtatem: ratus improbè & inſolenter, ac penè impiè, iis nominibus inſeri publicanũ, nec ſine piaculo quodam ſanctiſſimas neceſſitudines velut intercedente viceſima ſcindi: nullum eſſe tanti vectigal, quod liberos ac parentes faceret extraneos.
¶Facere facilé. Plaut. Pœn. 18,
Iſto pretio tuas nos facilè feceris.
Factu facile. Terent. Heaut. 4. 3,
Bonam atque iuſtam rem oppidò imperas, & factu facilem.
Facetias. Plaut. Stich. 0, 12.
Se facetum. Plaut. Aſin. 7,
Exemplo facio facetum me atque magnificum virum.
Facinus. Cic. 2. de Fin. Vide ne facinus facias, quum mori ſuadeas. Liu. 4. bel. Pun. Facinus memorabile feciſtis.
Facultatem, pro Dare poteſtatem & permittere. Plinius epiſt. 159. Cic. 4 Verr. Si facultatem verè atque honeſtè iudicandi fide & diligentia mea fecero.
Facere facultatem hæredi petere. Vlpian. in l. Ariſto. D. de acquir. hered. Ariſto exiſtimat, Prætorem aditum facultatem facere debere hęredi rationes defuncti ab eo petere, penes quem depoſitæ ſunt, deliberanti de adeunda hæreditate.
Facundum faciebat amor. Ouid. 6. Metam.
Fallaciam in re aliqua. Terent. And. 1. 3,
Me infenſus ſeruat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam.
Famam. Quintil. lib. 11. cap. 2, Memoria autem facit etiam prompti ingenij famam.
Familiam vnam. Terent. Adelph. 5. 8,
Ego verò iubeo, & in hac re & aliis omnibus
Quàm maxime vnam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere.
Faſtidium. Liu. 3. ab Vrbe, Fecit ſtatim, vt fit, faſtidium copia.
Fauorem apud aliquos, pro Conciliare. Liu. lib. 2. Decad. 5, Eumeni conſpiratio aduerſus eum fauorem apud Romanos fecit.
Se ferocem alteri. Plaut. Curcul. 11,
Ne te mihi facias ferocem, haud ſupplicare me cenſeas.
Aliquem feruentem flagris. Plaut. Amphit. 1. 4,
Quem pol ego hodie ob iſthæc dicta faciam feruentem flagris.
Fidem, Eſt facere vt quis credat. Cic. in Caril. Vt quoniam auribus veſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris minorem fidẽ faceret oratio mea. Idem in Piſonem, Non facies fidem ſcilicet, quum hæc diſputabis. Idem de Oratore, Fidei faciẽdæ cauſa. Idem pro T. Annio Milone, Quoniam vita talis & ciuis & viri fidem non faciebat. Idẽ in Bruto, Credit iis quæ dicuntur, qui odit oratorẽ vera putat, aſſentitur, probat, fidẽ facit oratio. Plin. epiſt. 198, In ſumma fecit mihi fidem pœnitentiæ. Quintil. lib. 5, Fides verbis tuis non fit.
Se fidelem hero ſuo. Plaut. Milit. 7,
-næ te ædepol ſtultitia tua penè perdidit:
Dum te fidelem facere hero voluiſti, penè abſumptus es.
Finem, Tacere, deſinere, abſoluere. Plautus Epid. 2. Terentius Andr. 5. 1,
Satis periculi cœpi adire, orandi iam finem face. Idem Adelphis. 5. 9, -ſino
Habeat, in iſtac finem faciat. Idem in Prologo Heaut.
-niſi finem maledictis facit. Cic. pro Cn. Planc. Idem in Rullum,
Finem feci offerendi mei.

Finem ſtudiis facere. Claud. de Laudib. Serenæ, 22.
Finem facere vitæ, atque laboris. Lucret. lib. 3.
Flagitium. Plaut. Pœn. 8. Terent. Eunuch. 2. 3,
-ah Flagitium facimus.
Flerum facere. Colum. in Hortulo, Séque laceſcenti flerum factura Sinapis. Id eſt lacrymas elicitura.
Florentem. Plaut. Menæch. 9,
Ecaſtor ſolus benefactis me florentem facis.
Fœdus. Plaut. Amphit. 4.
Fœdus cum. Cic. pro Sextio, Fœdus fecerunt cum Tribuno plebis palàm, vt ab eo prouincias acciperent, quas ipſi vellent, &c.
Fœdus ex ſocietate cum. Liuius 4. bel. Pun. Hieronymus legatos Carthaginem miſit ad fœdus ex ſocietate cum Annibale faciendum.
Fœdus inter ſe. Cic. 2. de Finib. Poſuiſti autem dicere alios, fœdus quoddam facere inter ſe ſapientes, vt quemadmodum ſint in ſeipſos animati, eodem modo ſint erga amicos.
Formam alicuius facere. Vide FORMA.
Formidinem facere. Tacit. lib. 19, Vanam formidinem, vt hoſtes fecere.
Fortiter. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Facere & parare magnã fortunam. Liu. 4. bel. Pun. Facile eſſe momento quo quis velit, cedere poſſeſſione magnæ fortunæ: facere & parare eam, difficile atque arduum eſſe.
Fortunam malam facere ſibi. Columella lib. 1. Vide Oriundus in ORIOR.
Fortunatum. Plaut. Aulul. 13.
Foſſam. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Sed à fronte contra hoſtem pedum quindecim foſſam fieri iuſſit.
Fractum. Plaut. Milit. 3. Id eſt frangere.
Fraudem legi. Plaut. Milit. 5.
Facio fraudem s. c. Inde domũ cœnatus, vt ſim mane præſto Miloni. Cic. ad Attic lib. 4. 8.
Frugem. Plaut. Pœn. 14.
Fugam. Terent. Eunuch. 4. 7. Cic. pro Domo ſua, Quas iſte tum cædes, quas lapidationes, quas fugas fecerit. Liu. 8. ab Vrbe, Fugam ac vaſtitatem latè fecerunt.
Funus alicui. Cic. pro Cluent. Et ibi de integro funus iam ſepulto filio fecit. Liu. 5. bel. Pun.
Funus alicui, pro Occidere, & cauſam mortis afferre. Plaut. Aſin. 12, Acerbum funus filiæ faciet, ſi te carendum eſt.
Funus prandio, pro Exedere & conſumere prandium. Plautus Menæch. 1,
Quid de te merui, qua me cauſa perderes?
Vt ſurripuiſti te mihi dudum de foro?
Feciſti funus abſenti me prandio.
Furta. Plaut. Pœn. 18. Terent. in Prologo Eunuch. Cic. pro Cluẽtio, Hoc ipſo ferè tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædem eiuſmodi.
Furtum ætati. Plautus Bacchid. 2, Ædepol feciſti furtum ætati maium.
¶Facere genium meliorem. Plaut. Stich. 10,
Nam hic quidem meliorem genium tuum non facies.
Glorioſum. Plaut. Pſeud. 10,
Hîc argentum, hîc amica amanti herili filio:
Atque ego nunc me glorioſum faciam.
Gloriam alicui. Plin. lib. 14. cap. 1.
Gradum, Ambulare. Plaut. Curcul. 3. Cic. 2. de Orat. Quin prodis mi Spuri, vt quotieſcunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem?
Gradum ad aliquid, non eſt (inquit Valla lib. 5.) tranſitum facere, ſed aliquam rem gradum, & quaſi ſcalam ad alia facere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Gradum, pro Promouere. Liuius 6. ab Vrbe. Cicero 4. Verrina, Itaque maioribus in Africam ex hac prouincia gradus imperij factus eſt.
Gratiam iurisiurandi. Plaut. Rud. 31. Sueton. in Tib. Cæſare, cap. 35. Vulgò dicunt, *de ſuramento diſpenſare*. .
Gratiam facere, pro Diſpenſare, Permittere, Poteſtatem facere. Sueton. in Octau. Aug. cap. 16. Liu. 3. ab Vrbe, Factáque per Cornelium Valerio dicendi gratia quæ vellet, quum libertas non vltra vocem exceſſiſſet, Decemuiri propoſitum tenuere.
Gratiam deliẽti, pro Ignoſcere. Salluſt. in Iugurth. Cæterùm Bocchо, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit. Id eſt ignoſcit.
Gratiam criminis. Sueton. in Calig. cap. 15. Tale eſt illud Liuij 1. Decad. lib. 3, Omnium igitur tibi Appi Claudi, quæ impiè nefariéque per biennium alia ſuper alia es auſus, gratiam facio.
Gratiam, aliquam partem argenti. Plaut. Pſeud. 23.
Gratulationem ad omnia deorum templa nomine alicuius. Cic. ad Brutum, lib. 11. 18, Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam moleſtiam afferebat.
Gratulatio ſit ægris. Seneca epiſt. 6.
Gratum, Gratificari. Terent. Eunuch. 4. 4. Cic. Attico, lib. 1. 15, Per mihi per inquam gratum feceris.
Grauidam. Plaut. Amphit. 3. Terent. Andria,
Grauida facta eſt è Pamphilo. .
¶Hæredem facere. Cic. in Verrem, Viros bonos & honeſtos cõplures fecit hæredes. Idem 3. Verrina, Fecere hæredem teſtamento.
Hæſitationem alicui facere, dixit Plinius Iunior.
Halitum iucundiorem facere. Plin. lib. 20. cap. 17.
Haruſpicinam. Cic. ad Leptam, lib. 6. 18, Neque enim erat ferendum, quum qui hodie haruſpicinam faceret, in Senatu Romæ legerentur.
Se hilarum. Terent. Adelph. 4. 7, Hilarum, ac lubentem fac te in nati nuptiis.
Hilarem. Plin. lib. 16. cap. 6.

Hiſtrioniam.

Hiſtrioniam. Plaut. Amphit. 3.
Honeſté. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Honorem mortuo. Cicero 9. Philipp. Nulla dubitatio relinquetur, quin honorem mortuo, cui iniuriam viuo fecimus, faciamus.
Hoſpitium. Cic. pro Cornel. Balbo, Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, ſi tum ſit fundus, quum ſcita ac iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat, quàm quum hoſpitium fecit?
Hoſtem aliquem alicui. Lucan. lib. 1.
Hoſtilia. Plin. in Paneg. 30. Tacit. lib. 15, Quòd pro Armeniis hoſtilia faceret.
Humaniter. Cic. Quint. fratri, lib. 2.
¶Facere iacturam, quod & Damnum facere dicitur. Plin. epiſt. 12. Sic Facere iacturam rei familiaris, Cic. 2. de Finib. Et lib. 1. Offic. Facere iacturam gloriæ.
Iacturam in vnius mulierculæ animula. Sulpitius ad Ciceronem, libro 4. 5.
Iactus. Hirtius libro 6. de bel. Hiſpan. Noſtri quum appropinquaſſent, clamore repentino telorúmque multitudine iactus facere cœperunt.
Ignem ex lignis viridibus. Cic. 3. Verr.
Impenſam & impenſas. Cic. 6. Philipp. Nam poſſeſſores animo æquiore diſcedent: nullam impenſam fecerant, nondum inſtruxerant, &c. Liu. 2. bel. Pun.
Impenſam in re aliqua. Cic. ad Attic. 13. 282, Et id quoniam impenſam fecimus in Macrocolla, facilè patior teneri.
Impenſas in ſtipendia militum. Liu. 4. ab Vrbe, Meliore conditione alios militare, quàm ſi ipſi militaſſent, & eoſdem in ſua ſtipendia impenſas feciſſe, & in aliorum facere.
Imperata. Plaut. Pſeud. 5. Cæſar 5. bel. Gall. Iuſſus arma abiicere, imperata faciet.
Imperitè facere. Cic. 1. de Legib. Vide OPVSCVLVM.
Imperium. Plin. lib. 36. cap. 15, Nimirum ſic habitarunt illi qui hoc imperium fecere, tantas ad vincendas gentes, triumphóſque referendos, &c.
Impetum, Inſultare, vel inſilire in aliquem. Plaut. Capt. 15. Idem Menæch. 17,
Me iubes facere impetum in eum qui ſtat, atque occidere. Plin. de Viris illuſt. Impetu in hoſtes facto, victoriam ſuis reliquit. Cic. Catoni, lib. 15. 3, Armenium regem in Cappadocia impetum eſſe facturũ. Idem pro Tito Annio Milone, Statim complures cum telis faciunt de loco ſuperiore impetum.
Impreſſionem. Cæſar 8. bel. Gall. Vt omni multitudine in fines Sueſſionum, qui Rhemis erãt attributi, facerent impreſſionem. Liu. 3. ab Vrbe.
Improbè aliquid facere. Cic. 2. de Finib. Vide IMPROBVS.
Improuiſo id fecerat, Vide IMPROVIDVS.
Impudenter. Terent. in And. 4. 5,
Mirum verò, impudenter ſi mulier facit meretrix.
Impune facere, Vide IMPVNITVS.
In ambiguo facere. Plinius lib. 2. cap. 14, His ſubnectemus ea quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, ánne arborum eſſent.
Incendia. Cæſ. 5. bel. Gall. Plaut. Merc. 12,
Ita mihi in pectore atque in corde facit amor incendium.
Incertum: Hoc eſt, Verbis rem incertam eſſe ſignificare. Liu. 4. ab Vrbe. Plin. lib. 12. cap. 14, Qui mea ætate legati ex Arabia venerunt, omnia incertiora fecerunt.
Inceſtum. Cic. 1. de Inuent.
Incurſionem in agrum Romanum. Liu. 3. ab Vrbe, Sabini magna manu incurſionem in agrum Romanum fecere.
Facere indicium, Indicare. Plaut. Ciſtell. 10.
Inducias, quod barbari *facere treugas* dicunt. Liu. 9. bel. Pun. Cum Romanis quoque, ſicut cum Ætolis, cupiens pacem, ſi poſſet: ſin minus, inducias facere. Cic. 8. Philipp.
Inducias, metaphoricè, pro Spatij aliquid dare, donec quippiam fiat. Plaut. Amphit. 4,
Imò inducias, parumper fiant ſiquid vis loqui.
Inepiarum aliquid facere. Catul. ad Flauium, epigr. 6.
Infamiam facere dicitur iud ex, dum infamiam irrogat. Vlpian. in l. quid ergo par. Ex compromiſſo. D. de his qui not. infam.
Infectum quod factum eſt. Plaut. Trucul. 16.
Aliquem ſibi inimicum facere. Terent. Eunuch. 4. 7,
Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.
Iniquè facias, Vide INIQVVS.
Initium, Id eſt incipere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 18, Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget ſyncerè, temperatè, prudenter, valde videro.
Initium armorum. Cic. ad Attic. lib. 7. 128.
Initium cædis à me. Cic. 5. Philipp.
Initium colloquendi. Liu. 5. bel. Pun. Sic confligendi, Cic. 14. Philipp. Fugæ, Cæſ. 3. bel. Ciuil.
Iniuriam, Damnum inferre, vel iniuria laceſſere. Plautus Rud. 24. Terent. Adelph. 1. 2,
-etſi Æſchinus
Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam. Cic. 1. Verr. Quid dicẽs? an id quod dictitas, iniuriam tibi feciſſe Verrem? Horat. 2. Serm. 5, Lucandum in turba, facienda iniuria tardis.
Iniuriam contumelioſe, Vide CONTVMELIA.
Iniuſté. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Inſanum ex ſtulto. Terent. Eunuch. 2. 2,
Scitum hercle hominẽ, hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit.
Inſidias, Inſidiari. Terent. Phorm. 2. 1,
Sed ſiquis fortè malitia fretus ſua
Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ,
Ac vicit: noſtráne ea culpa eſt, an iudicum? Cic. pro T. Annio Milone, Milo vnus vrgebat: hîc di immortales (vt ſuprà dixi) mentem

dederunt illi perdito ac furioſo vt huic faceret inſidias.
Inſigne aliquid. Terent. Eunuch. 5. 6,
Nam iam diu aliquam cauſam quærebat ſenex,
Quamobrem inſigne aliquid faceret: is nunc reperit.
Inſomnia. Plin. lib. 18. cap. 12, Fabacia exiſtimatur inſomnia facere. Hoc eſt, Nocturnas illuſiones prouocare.
Intercapedinem ſcribendi, Intermittere ſcribendi tempus. Cicero filius Tironi, lib. 16. 21, Itaque me iam non pœnitebat intercapedinem ſcribendi feciſſe, ſed potius lætabar.
Interceſſiones, Intercedere. Gellius libro 13. cap. 12, Refert Tribunoſpleb. creatos faciendis interceſſionibus.
Interuallum. Varro lib. 3. cap. 7. Liu. 4. bel. Pun. Tanquam laxaret elatum pedem abſtricto nodo, moratus turbam Indigimines, tantum interualli fecit, vt, &c.
Introitum, pro Ingredi. Colum. lib. 11. cap. 2.
Inuidiam alicui, Id eſt onerare inuidia, vel odioſum reddere. Liu. 8. bel. Maced. Itaque ad inuidiam ei faciendam, legatos Ambracienſes in Senatum ſubornatos criminibus introduxit. Ouidius 4. Metamorphoſeos,
Vtráque parum iuſtæ, nimiúmque in pellice ſæuæ,
Inuidiam fecêre deæ.
Inuidiam gratia, odiũ turpitudo, iram offenſio iudicis facit. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Iratum aliquem alteri. Cic. 1. de Orat. Quum iratum aduerſario iudicem facere vellet.
Irrita verba alicuius, apud Plautum in Amphit.
Irruptionem, Irrumpere, & vim inferre. Cic. pro Lege Manil. Etiá ſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur.
Iter, Ambulare, ire aliquò. Cic. pro Cn. Plancio, At ego, quum caſu diebus iis itineris faciendi cauſa decedens è prouincia Puteolos forté veniſſem. Idem 1. de Diuinat. Quum quo quidam Arcades familiares iter vnà facerent.
A portu nauita fecit iter. Ouid. epiſt. 13.
Iter ad prætorium. Liu. in 5. Decad. lib. 5.
Iter ad ſuperos. Seneca Herc. OEth. 16.
Iter inſeſtum. Lucret. lib. 5.
Iter ſibi occultum. Ouid. 2 Faſt.
Iter pedibus. Cic. ad Attic. lib. 5. 96, Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodiſſimè nauigaſſemus.
Iter per vrbem aliquam. Cic. ad Attic. 3. 41, Siue per Eperum iter eſſet faciendum, &c.
Iter per auras. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.
Iter quacunque. Cic. 3. Verr.
Iter ſceleri. Ouid. 15. Metam.
Iter ſecundum mare facere. Cic. Attico, lib. 16. 335.
Iudicatum. Cic. pro L. Flacco, Quum iudicatum non faceret.
Facere iudicatum, Iudicis ſententiæ parere. Verbum eſt duodecim Tabularum, Ni iudicatũ faxit, ſecum ducito. Celſ. l. 42. D. ſi cert. petat. At ſi iudicatum fecerit Titius, nihil vltrà Seius tenebitur.
Iudicatum debitorem facere creditor dicitur, quum eum condemnari facit. Martianus in l. grege. §. etiam. D. de pignorib.
Iudicem, Iudicium alicuius rei ad aliquem deferre. Plin. epiſt. 150, Non deſunt enim qui me aut iudicem, aut arbitrum faciant.
Iudicium, Iudicare. Cic. ad Plancum, lib. 13. 30, Vt primum per ætatem iudicium facere poſſeris, quanti quiſque tibi faciendus eſſet.
Iudicium de aliquo. Cic. pro Lege Manilia, De quo homine vos (id quod maximè facit authoritatem) tanta & tam præclara iudicia feciſtis.
Iudicium de ingenio alicuius. Cic. 1. Verr. Idem Appio, lib. 11. 29, Grauiſſimum verò iudicium de fide & de conſtantia feciſti.
Iugulationem magnam. Hirtius 6. bel. Hiſpanienſis, Quum bene magnam manum feciſſet, & nocturno tempore per fallaciam in oppidum eſſet receptus, iugulationem magnam facit.
Iuramentum. Seneca 2. de Clement. In cuius verba principes regéſque iuramentum faciunt.
Ius, Id eſt poteſtatem. Liu. 2. bel. Maced. Rerum ſuarum quas poſſent, ferendarum ſecum dominis ius fiebat, &c.
Iuſſa, Id eſt facere quæ iuſſus es. Ouid. 2. Metam.
Iuſta alicui. Cic. pro Flacco, Iuſta Catilinæ facta ſunt.
¶Facere lætantes. Plaut. Stich. 7,
Eos nunc lætantes faciam aduẽntu meo.
Lætitiam. Cic. 1. de Finib. Recta & honeſta quæ ſint, ea facere ipſa per ſe lætitiam.
Lætitiam ingentem. Liu. 8. bel. Pun.
Lapidationes. Cic. pro Domo ſua, Quas iſte tum cædes, quas lapidationes, quas fugas fecerit.
Largitionem, ſiue largitiones, Largiri & profundere ac diſſipare. Cic. 3. Tuſcul. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium: verbis tamen defendebat ærarium.
Legibus. Terent. Phorm. 2. 4,
Mihi non videtur, quod ſit factum legibus,
Reſcindi poſſe.
Lenocinium, Vide LENO.
Lepidè facere, Vide LEPIDVS.
Liberius facere aliquid. Ouid. 2. de Arte.
Libidinoſe, Vide LIBET.
Librum. Plin. epiſt. 147.
Literas. Plaut. Aſinar. 13,
Tuus arbitratus ſis, comburas ſi velis,
Ne vlla ſit cera vbi facere poſſit literas. Cic. 4. Acad. Sed ne literam quidem vnam facimus, niſi forenſem.
Lites. Terent. Eunuch. 4. 5,
Lites ſunt inter eos factæ maximæ.
Litem ſuam facere. Gel. lib. 10. cap. 1, Ego aduerſus eum qui doctus eſſe dicebatur, litem meam abſens facere nolui.
Lituram. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4.

Lacrymæ fecere lituras. Ouid. epist. 3.
Locum deuotioni. Seneca de Benefic. Vt deuotioni fortissimæ locum vlcima necessitas faceret.
Locum voto. Ouid. 2. Amor. eleg. 19.
Se locupletem verbis. Cic. pro Flacco, Quum verbis se locupletem faceret, haberet nihil præter illam impudentiam quam videtis.
Ne longum faciam, Id est vt breuiter dicam. Horatius 1. Sermon. satyra 3.
Longius aliquid exemplis, Cic. 5. de Finib. Nihil opus est hoc exemplis longius facere: est enim perspicuum, &c.
Loquentem aliquem. Cic. in Orat.
Lucrum. Plaut. Perfa, 16. Idem Mercat. 3,
Facere aliquantum lucri argenti. Cic. pro Flacco, Minus igitur lucrifacit. Ouid. 5. Fast.
Ludos, Irridere aliquem. Plaut. Pœn. 4. Terent. Phorm. 5. 8, Vt ludos facit.
Ludos sibi, pro Inepticndo se deludere. Seneca epist. 114.
Ludos facere, Id est ludere. Lucret. lib. 4.
Ludos facere, Idem quod ludos edere. Cic. ad Quint. frat, Quanta tandem pecunia penderetur, si omnium nomine quicunque Romæ ludos facerent? Idem Attico, Ludos facere absens malebat.
Lumina sua facere noxia. Ouid. 2. Trist. Id est suos oculos.
¶ Amor fecit maciem. Ouid. 11. Metam.
Maculas, Contaminare, conspurcare, & maculis aspergere. Plin. libro 12. capite 25, Summa probatio est, vt in veste maculas non faciat.
Magnum, Id est rem magnam. Horat. 1 Serm. sat. 10,
At magnum fecit quòd verbis Græca Latinis Miscuit.
Faciam me magnum. Plaut. Milit. 14,
Magnum me faciam, nunc, quoniam illæc me collaudauit.
Magni, pro Magni æstimare. Plaut. Asin. 5. Terent. And. 3. 3,
Merito te semper maximi feci Chreme.
Magnopere facere quidpiam, Vide MAGNVS.
Malè facere alicui, Vide in MALVS.
Malitiosè. Plaut. Casin. 8, Vide MALVS.
Malum & bonum in. Cic. Bruto 15, Nec tamen tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quantum in euertenda boni.
Mandara. Plaut. Asin. 16, Ibo ad Diabolum, mandata dicam facta vt voluerit.
Manum, pro Colligere milites. Cic. pro Cecinna, Quum manum fecerit, copias pararit, &c.
Manu factum. Lucret. lib. 2.
Manubias sibi. Cic. 3. Verr. Dubitamus quid iste in hostium præda molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit?
Matres facere. Ouid. 2. Trist. sum,
-iouis succurret in æde
Quàm multas matres fecerit ille deus.
Maturum facere, Vide MATVRVS.
Facit mecum, Mecum sentit, & meæ est opinionis, aut mihi fauet. Cic. pro Aulo Cecin. Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat. Et paulo pòst, Nam verba ipsa sponsionis facerent mecum, si vellem diligenter attendere.
Nobiscum facere. Cic. pro Cecin. Videatis authoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum.
Secum facere. Cic. pro P. Sylla, Lucium Cassium dixerùt commemorasse cum cæteris Antronium secum facere.
Medicinam, Componere medicamentum, vel mederi & iuuare præsenti auxilio. Plaut. Menæch. 3. Cicero pro Quintio, Medicinæ faciendæ locus non erit. Idem Terentiæ, lib. 14. 7, Ita sum leuatus, vt deus mihi aliquis medicinam fecisse videatur.
Mediocriter facere omnia, Vide MEDIOCRIS.
Mel facere dicuntur apes. Plin. lib. 11. cap. 18.
Meliorem aliquem alicui facere. Ouid. 2. de Remed. amoris,
Me certè Sappho meliorem fecit amicæ.
Memoriam tristem. Liuius 4. ab Vrbe, Egregiæ Dictaturæ tristem memoriam faciunt, qui filium ab A. Posthumio, &c. victorem securi percussum tradunt.
Mentionem, Commemorare. Plaut. Mostell. 10. Cic. de Senect. Idem pro Cluentio, Quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicij facitis?
Mentionem cum aliquo. Plaut. Aulul. 23,
Fac mentionem cum aunnculo mater mea.
Mentionem de re aliqua. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 13, De te magis ab Sipylo mentio est honorifica facta.
Mentionem de, vt. Plaut. Aulul. 7,
Cr. do hercle vbi mentionem ego fecero de filia,
Mihi vt despondeat, se à me derideri rebitur.
Mentionem facere de re aliqua cum altero. Plaut. Persa, 4,
-sed ecquid meministi here,
Qua de re ego tecum mentionem feceram?
Mentionem cum aliquo vt. Plaut. Cistell. 3,
Eam meæ ego amicæ dono huic meretrici dedi,
Quòd sæpe mecum mentionem fecerit, &c.
Mercaturam. Plaut. Rud. 22. Cic. in Parad. Nam vt iis qui honestè rem quærunt mercaturis faciendis. Idem 7. Verr.
Mercem beneficium, Id est loco mercis habere. Seneca de Benefic. lib. 5. cap. 14.
Meretricium. Sueton. in Calig. cap. 40.
Messem. Colum. lib. 2. cap. 11, Tardius messem primam eius facere oportebit.
Metum facere, pro Inferre. Tacit. lib. 13, Inanem metum fecerant. Ouid. 5. Metam.
Minoris, pro Minoris æstimare. Cic. 2. de Finib. Nam qui ad virtutem adiungunt vel voluptatem, quam vnam virtus minimi facit, &c. Plaut. Epid. 20,
Sic data mihi esse verba præsenti palàm,

Atque me minoris factum præ illo, qui omnium
Legum atque iurium fictor, conditor cluet.
Missum. Terent. Eunuch. 5. 2,
Missa hæc faciamus. Id est, de hac re ne loquamur amplius. Idem Andr. 4. 1,
Vel tu melius aliud reperi, me missum face. Cic. 3. Offic. Iurauitque se illum statim interfecturum, nisi iusiurandum dedisset, se patrem missum esse facturum.
Missum facere legiones ad aliquem. Cn. Magnus in epist. ad Att. lib. 8. 162, Æquum est me à te impetrare, vt cohortes quæ ex Piceno & Camerino venerunt, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias.
Modice facere quippiam, Vide MODVS.
Modum, Temperare. Cic. ad Plancum, lib. 10 3, Sciebam enim ex iisdem re hæc haurire fontibus, ex quibus ipse hauseram. Quare modum faciam. Idem 1. de Legib. Vt aliquando controuersiarum aliquem facerent modum.
Modum iræ. Liu. 4. ab Vrbe, Postremò quum modum iræ nullum faceret, &c.
Modum Veneris sibi facere in aliqua. Ouid. 4. Metam.
Modum, Aliter. Liu. 3. ab Vrbe, Neque suum cuique ius modum faciebat, sed virium spe, sed manu obtinendum erat.
Modos, Cantare. Terent. in Prolog. And. Cic. de Orat. Neque id actores prius viderunt, quàm ipsi poetæ, quàm denique illi etiam, qui fecerunt modos.
Momentum. Liu. 3. bel. Pun. Tantum nauis vna capta cum legatis momenti fecit ad dilationem imminentis Romanis belli. Sic lib. 4, Facere momentum annonæ, pro Iuuare annonam, vel leuare pretium annonæ.
Moram, Immorari. Plaut. Mostel. 2. Cicero pro Sextio, Ille se affirmare postero die, moram nullam esse facturum. Sic ad Atticum, lib. 16. 22.
Moram certamini. Liu. 3. ab Vrbe. Et 4. bel. Pun. Nec hostes moram dimicandi fecerunt.
Moram in agendo facere. Paulus in l. si is qui. D. de iure dot. Neque maritus in agèdo moram fecisset. Ibidem, Etiá si maritus moram fecerit in exigendo. Marcellus in l. qui decem. §. 1. D. de solutionibus, Si in soluendo moram fecisses. Et Paulus in l. si seruum. §. sequitur. D. de verb. oblig.
Moram facere legatario. Vlpian. in l. quum res legata. D. de legatis primo.
Moram facere libertati, Id est libertatè differre. Vlpian. in l. statuliberos. §. non solum autem. D. de statuliberis.
Moram facere manumissioni, Id est manumissionem differre. Vlpianus in l. si pecuniam, non procul à fine. D. de condictione causa data.
Moram facere quo minus Iulianus in l. si quis arbitratu. D. de verbor. obligat.
Morem sibi. Liu. 5. bel. Macedon. Fecerat sibi morem Alexamenus nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi, &c.
Vsus morem facit. Ouid. 2. Metam.
Mortem. Columel. lib. 2. cap. 2, Nam ille mortem facit: hic teterrimam comitem mortis, famem.
Motus. Liu. 8. bel. Pun. Inde ad oram Ligurum Alpinorum, si quos ibi motus facere posset, classem appulit.
Multam. Gell. lib. 7. cap. 14.
Multam facere, pro Dicere, Cato dixit, teste Gellio libro 11. capite 1.
Munditias. Cato de Re rust. cap. 2, Pratum purgari, virgas vinciri, spinas runcari, expinsi far, munditias fieri.
Mutuum cum altero. Plaut. Trinum. 8. Idem Curcul. 2,
Ego autem cum illa facere nolo mutuum. Id est, nolo eam deperire vt me deperit. Turnebus verò sic, Parum illi videtur mutuum facere, quòd in mutuo ius nostrum remanet: proprium facit, vt iam alieni iuris sit, & totum ad aliud transeat dominium.
¶ Naturam alicuius rei, pro Cõsuetudinem & vsum facere. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Facere nauem, pro Ædificare nauem. Plaut. Milit. 12. Cic. 3. Verr. Decem enim naues iussu L. Murenæ populus Mileſius ex pecunia vectigali populi Romani fecerat.
Naufragium. Cic. 1. de Nat. deor. Illi enim nusquam picti sunt, qui naufragium fecerunt, in marique perierunt.
Naufragium gloriæ, per metaphoram, pro gloriam amittere. Cic. 7. Verr. Hic primum opes ipsius ciuitatis victæ, comminutæ, depressæque sunt: in hoc portu Atheniensium nobilitatis, imperij, gloriæ naufragium factum existimatur.
Nauicularium. Cic. 7. Verr. Quid existimare eos qui audiebant, arbitrabare? Inanem te nauem esse in Italiam deducturum? Nauicularium te, quum Romam venisses, esse facturum? Vide NAVIS.
Nefas. Cicero in Philipp. Facit sibi quisque nefas. Ouidius 8. Metamorphoseos,
Vlciscor, facióque nefas, fera bella sequutus.
Nefas sibi quisque fecit, Id est Pro se quisque operam dedit, vt nefarium scelus aliquod perpetraret. Lucan. lib. 2.
Negotium alicui facere, pro Exhibere. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Negligentem. Terent. Andr. 2. 2, Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris.
Nequiter. Plaut. Mostel. 6. Inusitatum tamen est.
Nescire. Plaut. Epid. 9,
Vt ille fidicinam fecit nescire prorsus se esse emptam tibi.
Nidum, Vide NIDVS.
Nihili, Paruipendere, Parui æstimare. Cic. 2. de Finib. At enim hic etiam dolore: at eum nihili facit.
Nobilem, Nobilitare. Plin. lib. 10. cap. 26.
Longinquitate nobilitas facta. Plin. lib. 10. cap. 47.
Nocentem aliquem. Lucan. lib. 2.

Nomen.

Nomen, Nominare. Plaut. Menæch. 24. Idem Bacch. 26,
Bi profectò nomen facio ego Ilio. Liu. 8. ab Vrbe, Scelerato campo (credo ab incesto id ei loco nomen factum.)
Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit. Virgil. 1. Georg.
Nomen alicui, pro Conciliare famam & celebritatem. Liu. lib. 8. bel. Pun. Ouid. 1. Fastorum,
Et mortem & nomen Druso Germania fecit.
Nomina, Idem quod Æs alienum facere, & debitorem se constituere. Cic. 3. Offic. Emit homo cupidus & locuples, tanti quanti Pythius voluit: & emit instructos, nomina facit, negotium conficit. Idem Galbo, lib. 7. 24, Accepi Auianij literas, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum, qua ego vellem die. Id est pecuniam creditурum, in eam diem soluendam, quam ego postulassem. Hæc Budæus. Sic Seneca lib. 1. de Vita beata, Nunquam magis nomina facio, quàm quum dono.
Nomen cum vineis, Hoc est, facere suppurationem redituς vinearum. Colum. lib. 3. cap. 3.
Nominationem. Liuius lib. 6. bel. Pun. Octarilius Crassus Pontifex ab exacto anno mortuus erat, ideò nominatio in eius locum non est facta.
Non facio qui sis floccum. Plaut. Trinum. 13,
Sed non facio qui sis, qui non sis floccum.
Non possum facere, quin ad te mittam. Cic. Att. lib. 12. 245.
Notum. Plin. epist. 238. Ouid. 12. Metam.
Numerationem, pro Numerare. Seneca epist. 26.
Nuptias. Terent. And. 3. 2,
Tu tamen has nuptias perge facere ita vt facis.
¶ Facere obnixè omnia. Terent. And. 1. 1,
Quem ego credo manibus pedibúsque obnixè omnia facturum.
Obnoxium sibi aliquem. Plaut. Trinum. 5,
Sunt tamen quos miseros, maléque habeas, quos tibi obnoxios feceris.
Obsequelam. Plaut. Asin. 3,
Qui mihi ausultabunt, facient obsequelam. Hoc est, gratum.
Obsidium. Plaut. Bacch. 20. Gell. lib. 15. cap. 30, A peritia, disciplinâque faciendi obsidij.
Obsonium. Plaut. Bacchid. 1,
Tu facito opulentum obsonium,
Ego obsonabo.
Fieri obuiam. Terent. Eunuch. 2. 3,
Dum sequor hanc, fit mihi obuiam.
Odium vitæ, Facere vt aliquis vitæ tædio tangatur. Plinius libro 20. cap. 18.
Odiosè facere, Vide ODIOSVS.
Facere odium, pro Generare. Seneca 1. de Ira.
Officium suum. Terent. Phorm. 4. 5,
Non fat tuum te officium fecisse, si non id fama approbat? Terent. Eunuch. 4. 5,
Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit.
Officia alicui, pro Exhibere honorem & obsequium. Gell. libro 5. cap. 13, Quum quæreret, quibus nos officia prioribus potioribúsque facere oporteret.
Omen. Plin. lib. 15. cap. 19.
Operæ alicuius pretium. Liu. 7. bel. Pun. Quales ex hac die experiundo cognouerit, perinde operæ eorum pretium faciat.
Opes facere. vt, Militia facit opes. Ouid. 2. de Arte. Hoc est, in militia parantur opes.
Factum oportuit. Plaut. Sticho, 6.
Optionem. Cic. 1. Verr. Quoties ille tibi potestatem optionémque facturus sit, vt eligas verum velis.
Opus, Laborare, Operari. Plautus Trinum. 19. Terentius Eunucho, 2. 1,
Opus faciam, vt defatiger vsque, ingratus vt dormiam.
Orationem facere, Vide ORATIO.
Orbes facere. Sallust. in Iugurth. Vide ORBIS.
Facto orbe. Cæsar 4. belli Gall. Quum illi orbe facto sese defenderent, celeriter ad clamorem hominum circiter milia sex conuenerunt.
Orbem obscurum facit nox. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Mentiar, obscurum nisi nox quum fecerit orbem,
Nuper honoratus summo mea vulnera cælo
Videritis stellas.
Ostenta de re aliqua. Cæl. ad Cic. lib. 8. 14, Scis Appium Censorem hic ostenta facere de signis & tabulis.
Otium, pro Dare otium. Virgil. eclog. 1,
O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. Cic. pro Lege agrar. Istos quibus otiosi negotium fecissemus, otiosissimos reddam.
Oua, pro Ponere. Varro 3. de Re rust. cap. 9, Neque ferè in villis oua ac pullos faciunt, sed in syluis.
¶ Facere pactiones cum aliquo, Pacisci. Cic. ad Atticum, lib. 4. 87. Vide PANGO.
Pactionem cum aliquo de re aliqua. Cicero de Prouinc. Consul. Idem pro Rosc. Com. Quum de tota lite pactionem faceret.
Pactionem vt. Cic. pro Rosc. Com. Dic pactionem fecisse vt absolueretur, non pepigit.
Pactum inter eos factum est. Modest. in l. Caius. D. de pignorat. actione.
Palàm aliquid. Cic. Post reditum in Senatu, Nondum palàm factum erat concidisse Rempub. quum tibi, &c.
Par. Plaut. Amphit. 5. Idem Trinum. 6,
Feceris par tuis cæteris factis, patrem
Tuum si perceles. Plin. in Paneg. Quod siquando cum influentibus negotiis paria fecisti, instar refectionis existimas mutationem laboris. Id est, si factis fecisti, & officium tuum fecisti.
Paria, Æquare, & vnum atque idem ex duobus facere, aut æqualem facere vnius atque alterius rationem. Cic. 3. de Legib. Omnia

infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. Pro hoc Seneca epist. 19, dixit Facere parem rationem. Vide PAR.
Pariter. Terent. Eunuch. 1. 2,
O Thais Thais vtinam esset mihi
Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret, vt, &c. Vbi Donatus, Pariter, Similiter.
Parcè & restrictè facere, Vide PARCVS.
Parentem facere pulchra prole. Virgil. 1. Æneid.
Partem facere in lusu. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 32.
Partes, Partiri & sortiri. Cicero 2. de Orat. Primùm quis Antonio permisit, inquit, vt & partes faceret, & veram vellet, prior ipse sumeret?
Participem consilij sui. Plaut. Pseud. 3,
Quid est quòd tu exanimatus iam hos multos dies
Gestas tabellas tecum, eas lacrymis lauis,
Neque tui participem consilij quenquam facis?
Partum. Plinius lib. 27. cap. 12, de phyllo herba, Hæc sui sexus facit partus.
Parui, pro Parui æstimare. Plaut. Rud. 17,
-illos sceleſtos, qui tuum
Fecerunt phanum parui, & aufi sunt violare nos.
Pauorem. Liu. 3. ab Vrbe, Alibi pauorem, alibi gaudium ingens facit. Sub. clamor.
Pausam. Plaut. Pœn. 6,
Quando id quod sat erat, satis habere noluit,
Ego pausam feci.
Pacem. Cæsar 2. bel. Gall. Consensu eorum omnium pace facta. Ouid. 3. Fastorum,
Pace domi facta, signum posuere perenne.
Pacem facere cum Samnitibus Romani, Cic. 3. Offic. Et Liuius 4. bel. Pun.
Pecuniam facere, pro Exercere. Sueton. in Iulio, cap. 42.
Peculatum. Plaut. Ciſtell. 2. Cic. pro Rab. per duel. reo.
Peculium à malo. Plaut. Mostel. 12, -sed hi
Si reprehensi sunt, faciunt à malo peculium. Id est, duplo puniuntur.
Pecuniam, pro Lucrari, accumulare, colligere. Cic. 4. Verr. Quærere ipse secum, & cogitare cum suis cœpit, quibusnam rebus in ea prouincia maximam vno anno pecuniam facere posset. Idem 5. Verrina, Et ista ratione innumerabilem pecuniam facere posset, &c.
Per malitiam. Cic. pro Rosc. Com. Vtrunque ex vtriusque persona verisimile videretur & Fannium per malitiam fecisse, & Roscium per imprudentiam deceptum esse.
Periculosè facere, Vide PERICVLVM.
Periculum, Tentare, experiri. Plaut. Milit. 10. Terent. And. 3. 3,
Qui scis ergo istuc nisi periculum feceris?
Periculum ex. Terent. Heaut. 1. 2,
Scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex vsu fiet.
Periculum in. Terent. Eunuch. 3. 2,
-fac periculum in literis,
Facin palæstra, in musicis, quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, solertam dabo.
Periculum legionum. Cæs. in Comment. Sic Cic. 2. Verr. Facere periculum diligentiæ. Et 1. Verr. Facere periculum sui.
Periculum summæ rei. Tacit. lib. 20. Crebris interim nuntiis Valentinum monuere, ne summæ rei periculum faceret.
Periculum facere alicui, pro Adducere in discrimen & periculum. Tacit. lib. 3, Eousque ambitus prævaluit vt quidam accusatorũ eius exilio multarentur, tanquam insonti periculum fecissent.
Peritum me fecere dolor & lacrymæ. Propert. lib. 1. eleg. 9.
Permutationem cum aliquo. Cicero ad Attic. lib. 5. 100, Ego præterea rationem Philogeni permutationis eius, quam tecum fecit, edidi.
Perniciem alicui facere. Tacit. lib. 18, Quæ læta in præsens, mox perniciem ipsis fecere.
Perspicua sua consilia. Cic. 2. Verr. Nam vt apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi iudicij, perspicua sua consilia, conatúsque omnibus fecit.
Perturbationem. Cæs. 4. bel. Gall.
Pestilentiam. Colum. lib. 6. cap. 5, Et id præcipuè quod egerit sus ægra, pestilentiam facere valet.
Pili non facere. Catull. ad Coloniam, epigr. 17,
Ludere hanc sinit vt lubet, ne pili facit vni.
Piraticam. Cic. Post red. in Senatu, Egestate & improbitate coactus piraticam ipse fecisset.
Plagam. Cic. in Orat. Sic oratio ne plagam grauem facit, nisi petitio fuerit apta.
Planum, pro Ostendere & declarare. Cic. pro Rosc. Com. Quid si tandem planum facio post deciſionem Roscij, &c.
Plenum fastidij. Implere fastidio. Plaut. Milit. 14.
Plurimum. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Pluris siue plurimi. Cic. pro Rosc. Amer. Idem ad Attic. lib. 8. 146, Facio pluris omnium hominum neminem.
Poema. Cic. in Pisonem, Poema porrò facit ita festiuum, ita concinnum, &c. Horat. in Arte.
Minimum ponderis facit. Plin. lib. 12. cap. 19.
Pontem. Planc. ad Cic. lib. 10. 15, Ponte vno die facto exercitum ad III II. Id. Maij traduxi.
Populationes, Populari. Liuius 8. bel. Punici, Eodem anno classis Romana cum M. Valerio Leuino Proconsule ex Sicilia in Africam transmissa in Vticenſi, Carthaginiensique agro latè populationes fecit.
Potestatem, Concedere, vel permittere. Cic. in Catil. Siquid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Idem pro Cluent. Respondendi Fidiculano potestas facta non esset.

Poteſtatem quarundam literarum. Cic.6.Verr.Hic ego poſtulare cœpi,vt mihi tabulas obſignare,ac deportare liceret: ille contrà. inſtare ego, omnium mihi tabularum & literarum fieri poteſtatem oportere.

Poteſtatem ſui, Quod & Facere ſui copiam dicitur: Hoc eſt ſe ad alterius arbitratum accommodare, aut alterius precibus obtemperare. Cic.ad Qu.frat.lib.1.2, Quod quum Gabinium de ambitu vellet poſtulare, neque Prætores diebus aliquot adiri poſſent, vel poteſtatem ſui facerent. Idem 8.Philipp.Facere omnibus ſui conueniendi poteſtatem.

Poteſtatem ſui facere dicuntur magiſtratus. Vlpian.in l.pridie.D. de Feriis.

Poteſtatem facere pactionem ferre. Caius in l. vlt. D. de collegiis illicitis, His autem poteſtatem facit lex, pactionem quam velint, ſibi ferre.

Præclarè cœliacis:Id eſt,remedio eſſe.Plin.lib.22.cap.19.

Præconium.Cic.Leptæ,lib.6.18. Ouid.epiſt.15,

Magna quidem de te rumor præconia fecit.

Prædam. Cic.3.Verr. Et Cæſar 4. bel. Gall. Et quanta prædæ faciendæ,aut in perpetuum ſui liberandi facultas daretur.

Prægnantem.Plaut.Aulul.6,

Si eam ſenex auum prægnantem fecerit fortuitò,&c.

Prælium.Cæſ.1.bel.Gall.Hoc prælio facto,&c.

Prælium aduerſum: Hoc èſt, malis auibus & aduerſo Marte pugnare.Cæſ.2.bel.Ciuil.Sæpe ex Tribunali prædicauit aduerſa Cæſarem prælia feciſſe.

Prælia ſecunda: Hoc eſt,Marte proſpero & ſecundo belli euentu. Cæſar 1. bel.Ciuil. Horcatur cuius Imperatoris ductu nouem annis Rempubl. fœliciſſimè geſſerant, plurimáque prælia ſecunda fecerant,&c.

Præſentiam ſui facere. Paulus in l. de vnoquoque. D.de re iudicata, Si ſæpe conuenti præſentiam ſui facere noluerint. Hermogenianus in l. contumacia, eodem titulo. Præſentiam ſui facere contemnit.

Precationes,Quod & Supplicationes facere dicitur. Liuius 9.bel. Macedon. Qui tantum initiati erant,& ex carmine ſacro, præeunte verba ſacerdote,precationes fecerant.

Pretium, Æſtimare. Plaut.Perſa,16. Plin.lib.12. cap.20, Pretium Daphnoidis faciunt x.ccc.

Principium. Liu.4. bel.Pun. Qui quum ordine omnia edocuiſſet, & principium coniurationis factum ab Harmoniæ Gelonis filiæ nuptiis,&c.

Factæ probè ædes.Plaut. Moſtel.3.

Profectionem, Proficiſci. Cæſar 5.bel.Gall. Veritus ſi ex hybernis fugæ ſimilem profectionem feciſſet, vt hoſtium impetum ſuſtinere non poſſet.

Profectum. Plinius, Nec minorem ſub eo præceptore profectum fecit.Id eſt,nec minus profecit.

Progreſſum in ſtudiis. Cic. 4. Tuſcul. Philoſophiæ denique ipſius principes, nunquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent.

Prolixè. Cic.Planco in Epiſt.ad Att.lib.16.341, Quod te tua ſponte facturum eſſe certò ſcio,honoris noſtri cauſa libenter, prolixè,celeriter facias. Idem pro Flacco, Id non ſolùm fecit,ſed etiam prolixè,cumulatéque fecit.

Promiſſum. Cic. 1. Offic lib.3, Promiſſum potius non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendum fuit. Ergo promiſſa non facienda nonnunquam.

Pronuntiationem. Cæſar 2. bel. Ciuil. Qua pronuntiatione facta, temporis puncto,ſublatis anchoris,omnes Vticam relinquit. Paulo ſuperius dixerat,Curio pronuntiari iuſſit.

Propaginem. Plin.lib.12.cap.5, Rami nouam ſibi propaginem faciant circa parentem in orbes.

Aliquem propitium.Plaut.Pœn.4. Ibidem,6,

-nec potui tamen

Propitiatam Venerem facere vti eſſet mihi.

Proteruè aliquid facere.Ouid.1.Amor.eleg.4.

Prouentum maiorẽ.Hoc eſt,exuberantiores fructus dare.Colum. lib.2.cap.15, Nec ſolùm ea res maiorem facit prouentum, ſed etiam ſaporem & odorem vini pomorúmque reddit meliorem.

Pugnam. Tacitus libro 3,Proſperam aduerſus Numidas pugnam facit.

Pugnam ex auro,Id eſt ſculpere in auro.Virgil.3.Georgicorum,

In foribus pugnam ex auro,ſed Idóque elephanto
Gangaridúm faciam,victorí que arma Quirini.

Pugnum, Hoc eſt, Digitos ita componere, vt pugnum faciant. nempe manu in extremam figuram impreſſa. Cicero 4. Acad. Tum quum planè compreſſerat, pugnúmque fecerat, comprehenſionem illam eſſe dicebat.

Pullos facere dicitur volucris,Varro 3.de Re ruſt.cap.5,Non enim vt aduenæ volucres faciunt pullos,&c.

¶Querimonias,gemitus,eiulatus.Gell.lib.1.cap.vlt.

Quæſtum,Lucrari.Plaut.Capt.4. Terent.Heaut.4.1,

Nempe anui illi prodita abs te filia eſt planiſſumè
Per te,vel vti quæſtum faceret,vel vti veniret palám.

Quæſtum precarium. Cic.ad Auguſtum,Cuius auus fuerit argentarius, adſtipulator pater, vterque verò precarium quæſtum fecerit. Hoc eſt precibus & ambitionibus, multos ſibi honores comparauerit.

Quæſtum facit corpore ſuo meretrix.Liu.6.bel.Pun.

Quæſtum furtis.Cic.7.Verr.

Facere quamplurimum gnatis, pro Multum lucrari. Terentius Adelph.5.4,

-nati filij;

Alia cura:porrò autem dum ſtudeo illis vt quamplurimum
Facerem,contriui in quærundo vitam,atque ætatem meam.

Non ignoras quanti fecerim Scipionem.Cic.3.de Finib.

Quicquid expediat facere.Cic.2.de Finib.

Quid me faciam,neſcio. Terent.And.3.5.

Quid tu fiet,ſi huc Paulus venerit?Cic.ad Attic.lib.6.111.

Diodoro quid faciam Stoico?quem,&c.Cic.4.Acad.

Quid fiet artibus?Cic.4.Acad.

Quid tu huic homini facias?Cic.pro Cœcinna.

Quid enim faceret huic confuſioni, Si lucet, lucet. lucet autem, lucet igitur?Cic.4.Acad.

Quid de P.Clodio fiat,reſcribe.Cic.ad Attic.lib.2.20.

Quid hoc homine faciatis? aut ad quam ſpem tam perfidioſum, tam importunum animal reſeruetis?Cic.3.Verr.

Facit quod vulgò.Plaut.Amphit.4,

Facit ille quod vulgò haud ſolent,vt quid ſe ſit dignum,ſciat.

Quod fuit viri optimi, feciſti, vt necui innocenti,&c. Cicero pro Cluentio.

Facit quòd rixemur,In cauſa eſt cur. Quintil.lib.6.cap.5.

Quod non facio. Cicero de Senect. Suam culpam in ſenectutem conferunt: quod non faciebatis cuius modò mentionem feci, Ennius,&c.

Faciemus ei quæ volet.Plaut.Aſin.12,

-iube aduenire quæſo,

Meritiſſimo eius quæ volet faciemus.

Quietem.Liu.lib.1.bel.Pun.Donec quietem ipſe timor,circunſpicientibus aquam,feciſſet.

Quietem infeſtam alicui,Id eſt impedire aliquem ne ſecurus dormiat.Lucret.lib.5.

Faciam quo minus hoc agas.Plaut.Amphit.3,

Quíve quo placerent alteri feciſſet minus,

Eius ornamenta & corium vti conciderent.

¶Facere ratione:Hoc eſt,ob aliquam cauſam.Cic.ad Attic.lib.12. 257,Quòd domi te incluſiſti,ratione feciſti.

Ratum. Liuius 8. bel. Pun. Quæ nobis Imperatores veſtri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua authoritate veſtra faciatis.

Rates.Cæſ.1.bel.Gall.

Rebellionem. Cæſar 4. belli Gallici, Optimum factu eſſe duxerant, rebellione facta frumento commeatúque noſtros prohibere.

Recté.Horat.1.epiſt.1.

Recté facienti gratia habenda eſt.Cic.2.de Finib.

Facere recté ciues ſuos princeps optimus faciendo docet. Paterculus lib.2.ſub finem.

Recté,& ſapienter aut commodé.Plaut.Amphit.4.

Redemptura,Vide REDIMO.

Reducem,Reducere. Terent.Heaut.2.4,

Ergo mea Antiphila tu nunc ſola reducem me in patriam facis.

Nihil reliqui ſibi ad celeritatem facere.Cæſ.2.bel.Gall.

Reliquos.Cæſ.8 bel.Gall.Siquos fortuna feciſſet reliquos.

Rem facilem.Plaut.Pſeud.8, -ſi ego hoc

Expugno,facilem hanc rem meis ciuibus faciam.

Rem palám,Rem ipſam aperire. Terent.Heaut.4.3,

Quo velis in tempore vt te exoluas,rem facias palám.

Rem,Párere opes. Terent.Adelph.2.2,

Nunquam rem facies,abi,neſcis inéſcare homines Sannio. Horat. 1.epiſt.1.

Rem diuinam,Sacrificare. Terent.Eunuch.3.3,

Vbi veni,cauſam vt ibi manerem,repperit,

Ait rem diuinam feciſſe,& rem ſeriam

Velle agere mecum. Cic.7.Verr. Res illum diuinas apud eos deos in ſuo ſacrario propè quotidie facere vidiſti. Liu.de bel.Maced.Res diuinas facere maioribus hoſtiis iuſſerunt.

Rem meliorem. Cic. Terentiæ, lib. 14. 14, Labienus rem meliorem fecit.

Rem vnam ex duabus.Cic.2.de Finib.

Siquis rem fecit ad alium peruenire.Vlpian.in l.Iulianus.D.ad exhibendum.

Remedium lieni: Hoc eſt affectui lienis mederi, & lienis doloti remedium adhibere. Plin.lib. 30. cap.6, Pecudis lien recens magicis præceptis ſuper dolentem lienem extenditur, dicente eo qui medeatur,lieni ſe remedium facere.

Remiſſionem. Vlpianus lib. 49. l. 1. titulo Quando appellandum ſit, An verò à remiſſione quam Præſes fecerit, appellatio ſit interponenda.

Rempublicam magnam ex parua. Salluſt. in Catil. Nolite exiſtimare maiores noſtros Rempub.ex parua armis magnam feciſſe.

Reuerſionem.Plaut.Bacch.5.

Reuerſionem ad terram faciunt veſperi.

Reum facere,hoc eſt accuſare, ſiue reum agere. Tacit.lib.1. Cic. pro Cluent. Tamen Habitus Oppianicum reum ſtatim non fecit. Et ad Brutũ.4.7.Alienæ igitur,inquies,culpæ me reum facies? Legitur ex veruſto exemplari ſubiicies.

Riſum.Quintil.lib.5. Idem lib.6.cap.2, Ea ſæpius riſum fecit. Id eſt mouit.

Robur,pro Roborari.Quintil.lib.10.cap.2.

Ruina facta eſt tibi.Ouid.5. Triſt.eleg.15.

Rumorem. Quintilianus Declamat. 19, Dum nimium libertati vocis indulges,poteſt populus aliquem de me facere rumorem.

¶Facere ſacrificiũ & ſacra. Cic. de Claris Orat. Item pro Corn. Balbo. Liu.ab Vrbe condita, Quidnam tu hoſpes paras,inquit? inceſtum ſacrificium (vt dicunr) facere? Ibidem, Qui ſacra publica Pop.Rom.faceret.

Sacra Ioui facturus erat.Ouid.3.Metam.

Salutationem. Hirtius 5. bel. Aſiani, Atque armis dimiſſis ſalutationem more militari faciunt.

Sanguinem,pro Fundere. Liu.lib.5. bel.Maced. Nondum indicto bello,

bello,aut ita commiſſo, vt ſtrictos gladios, aut ſanguinem vſquam factum audiſſent.

Sanum,Morbum curare.Plaut.Menæch.19,

Quin ea cauſa duco te,vt id dicas mihi:atque illum vt ſanum facias.

Sapienter.Plaut. Pœn.16.

Satis alicui, pro Eius voluntati obtemperare. Cic.de Claris Orat.

Ego verò inquam ſi potero,faciam vobis ſatis.

Sceleſté.Plaut.Rud.5,

Nam me ſi ſciam feciſſe aut parenti ſceleſtè,
Minus mei miſererer.

Scelus. Cicero 1. de Oratore, Scelus eos nefarium facere, &c. dicunt. Ouidius 7.Metamorph. Tacitus lib. 15, Faciendis ſceleribus promptus.

Per imprudentiam ſchema facere.Quintil.lib.1.cap.5.

Scire.Plaut.Perſa,6,

Quando ita certa res eſt,nihil facio ſcire,valeas.

Scriptum. Liuius 9. ab Vrbe condita, Neque eius accepi nomen quod ſcriptum faceret, tabulam poſuiſſe, & iuraſſe ſe ſcriptum non facturum: quem aliquanto antea deſiiſſe ſcriptum facere arguit Maecer Licinius.

Se intimum apud aliquem. Plautus Milit.4,Itaque intimum ibi ſe miles apud lænam facit.

Se verſipellem.Plaut.Amphit.5,

Ita verſipellem ſe facit quando lubet.

Se vilem.Plaut.Milit.18,

Nam ture vilem feceris,ſi te vltro largibere.

Seceſſionem, Secedere, & caſtra mouere. Liuius 4. belli Punici. Cæſar 1. belli Ciuilis, Num cum populo agi cœptum, nulla feceſſio facta.

Secundum mandata.Plin.epiſt.247.

Securitatem, Quod barbari *aſſecurare* dicunt.Liu.6.bel.Macedon. Dum hæc in Italia geruntur, Antiochus Epheſi ſecurus admodum de bello Romano erat,tanquam non tranſituris in Aſiam Romanis: quam ſecuritatem ei magna pars amicorum aut per errorem,aut aſſentando faciebat.

Seditionem. Cæſ. 1.bel. Ciuil. Petreius, atque Afranius quum ſtipendium ab legionibus pene ſeditione facta flagitarent,&c.

Sedulò,Diligenter. Terent.Phorm.5.9,

Factum eſt abs te ſeduló. Liu.4.bel.Maced.

Sementem. Liu.5.bel.Pun. Cic.2.de Orat. Vt ſementem feceris, ita metes.

Sementem in ore alicuius facere, ioco dixit Plaut. Menæh.2.2, & pugnos obſerere.

Semitam.Plaut.Curcul.2,

Dum ne per fundum ſeptum facias ſemitam.

Senatuſconſultum. Cic.Att.lib 9.188, Volet enim credo, Senatuſconſultum facere,volet Augurum decreta.

Sermonem.Cic.3.Verr.Maturè veniunt,diſcumbitur: fit ſermo inter eos,& inuitatio vt Græco more bibereturr.

Sermonem facere,aliter. Cicero ad Varronem, libro 9.8, Feci igitur ſermonem inter nos habitum in Cumano, quum eſſet vnà Pomponius.

Significationem, Dare ſignum. Cæſ.2.bel.Gall. Celeriter(vt antè Cæſar imperauerat) ignibus ſignificatione facta, ex proximis caſtellis eò concurſum eſt.

Silentium.Plaut. Amphit.3. Liu.4. bel.Pun. Tum Q.Fabius ſilentio facto tali oratione eſt vſus.

Silentium per præconem:Hoc eſt Iubere per præconem vt omnes ſileant, quod à maioribus magiſtratibus fieri ſolet. Liu. 3. ab Vrbe, Silentium factum per præconem.

Simile.Plin.lib.11.cap.44,Simiarum pedes ſunt vt manus,prælongi:ſed veſtigium palmæ ſimile faciunt.

Sobolem. Plinius libro 11. cap. 18, Inſidiantur apibus aquantibus ranæ, quæ maxima eſt earum operationum tum quum ſobolem faciunt.

Societatem cum aliquo. Liuius 4. bel. Pun. Ad eum Centuriones tres legatos miſerunt, qui cum eo amicitiam, ſocietatémque facerent.

Societatem rerum.Cic.pro Quintio.

Somnum,pro Prouocare & conciliare. Plin.lib.20.cap.7,Peculiares earum vires partim iam dictæ ſunt ſomnum faciendi, Venerémque inhibendi.

Sonitum.Lucret.lib.6.

Speciem cruentæ victoriæ. Liuius 9.bel.Maced.Tribuni militum quinque amiſſi,& pauci Equites Romani,cruentæ maximè victoriæ ſpeciem fecerunt.

Spem, pro Excitare. Liuius 2. ab Vrbe. Cic.ad Atticum, lib.3.57, Tuæ quidem literæ quo ſæpius à me leguntur, hoc ſpem faciunt mihi minorem.

Spiritus,Augere animum vel concitare, & ex imbecillo atque impotenti animo, alacrem atque ingentem facere. Liuius 10. bel. Punici,Vt ſubiectæ oculis regni per multos florentes annos vires etiam minus barbaro atque imporenti animo ſpiritus poſſent facere.

Sponſionem dicimur quum alius alium fore victorem affirmat, pignoribus depoſitis. Martianus lib.11.de aleatoribus,Quibus rebus ſponſionem facere licet.

Sponſionem cum aliquo. Cic. 7.Verr. Cogere eum cœpit, quum ageret nemo, nemo poſtularet, ex duobus millibus ſponſionem facere cum victore ſuo.

Sponſionem de re aliqua.Cic.pro Quintio,Qui,quum de re agendi nullo recuſante poteſtas fuiſſet, ſponſionem de probro facere maluerit.

Spõſionem ſi, vel niſi. Cic.pro Quintio,Iubet P.Quintium ſponſionem cum Sex. Næuio facere, Si bona ſua ex edicto, &c. Idem 3. Offic.Quum is ſponſionem feciſſet,Ni vir bonus eſſet.

Sponte ſua.Lucret.lib.2.

Statum.Quintil.lib.3.cap.6. De orationis ſtatu.

Stercus,pro Cacare.Colum.lib.2.cap.25.

Stipendia ſub aliquo, Idem quod Militare. Plinius de Viris illuſt. Liuius 5. ab Vrbe, Factáque dicendi poteſtate, equis ſe ſuis ſtipendia facturos promittunt.

Stipendiarios: Cogere ad ſoluendum tributum. Cæſar 1.bel.Gall. Heduos ſibi, quoniam belli fortunam tentaſſent, & armis congreſſi & ſuperati eſſent,ſtipẽdiarios eſſe factos. Loquitur Cæſar de Æduis qui bello à Germanis capti,tributum illis pendebant.

Stomachum alicui, Commouere aliquem,& bilem excitare. Cic. ad Attic.lib. 5.98, Ita mihi videtur non minus ſtomachi noſtro Cæſari feciſſe.

Stragem hoſtium. Cic.3.Philipp.Ille autem ex Myrmillone dux ex gladiatore imperator, quas fecit ſtrages vbicunque poſuit veſtigias? Liu.3.bel.Pun.Facere ſtragem hoſtium.

Additur etiam interdum datiuus. Liuius 10. bel. Macedon. Atrox cum vento tempeſtas coorta multis ſacris prophaniſque locis ſtragem fecit.

Stulté.Plaut.Pſeud.5,

Non iucundum eſt,niſi amans facit ſtultè.

Stuprum cum ſorore. Cic.pro Milone. Liu.2. bel.Pun. Qui cum Floronia ſtuprum fecerat.

Suauium alicui,Suauiari,& ſuaui baſio complecti.Plaut.Aſin.13, Hoc ne ſic faciat,tu labellum abſtergeas

Potius,quàm cuiquam illa ſuauium faciat palám.

Summam. Cic.Lentulo,lib.1.9,Summam feci cogitationum meárum omnium.

Sumptum, Quod aliàs Facere expenſas, vel expendere dicitur. Plaut.Capt.13,

Quin ita faciam,vt recupias facere ſumptum. Terent.Hecy.4.4, Quàm longum ſpatium amandi amicam tibi dedi? Sumptus quos feciſti in eam,quàm animo æquo tuli? Idem Heautontim.1.1, -ſumptus domi

Tantos ego ſolus faciam? Horat.1. Serm. ſat.2, Pro quæſtu ſumptum facit. Cic.ad Atticum,libro 5.103,Ita viuam vt maximos ſumptus facio.

Sumptum ad rem aliquam de ſuo.Plaut.Bacchid.1,

-nam id flagitium meum ſit,mea gratia

Te operam dare mihi,& ad eam operam facere ſumptum de meo.

Sumptum in. Cic. pro Lege Manilia, Non modò vt ſumptum faciat in militem,nemini vis afferrur:ſed ne cupienti quidem cuiquam permittitur.

Sumpti reſtim.Plaut.Caſin.9,

Si nunc me ſuſpendam,meam operam luſerim,
Et præter operam reſtim ſumpti fecerim.

Faciam te ſuperbum: Id eſt mortuum. Plaut.Amph.4. Superbos, inquit Nonius citans hunc locum, veteres mortuos dixerunt: propter pompam funeris, quia mortui ſublati in altum, ad ſepulcrum ferri ſoliti ſunt.

Superſtitioſè aliquid facere.Quintil.lib.1.

Suſpicionem, pro Excitare & mouere. Cic. pro Flacco, Nunc facis ſuſpicionem. ita enim dixiſti, vt neſcio quid abs te impetratum eſſe videatur.

Plebem ſuam. Terent.Adelph.5.6,

Paulatim plebem primulum facio meam.

Syngraphas,Quod vulgus *obligationes,ſchedulas,& ſigna* dicit. Cic. 3.Verr. Præterea pecunias occuparat apud populos, & ſyngraphas fecerat:argenti optimi cælati grande pondus ſecum tulerat.

¶Facere tædium: Hoc eſt faſtidire, vel nauſeam mouere,aut facere vt ſtatim quis animo angatur. Liu.4. ab Vrbe, Itaque ſicut priore anno per indigniſſimos ex plebeiis candidatos, omnium etiam dignorum tædium fecerant,&c. Plin.lib.31.cap.3.

Technam aduerſus aliquem de auro, pro Calumniari vel inſidiari.Plaut.Bacchid.7,

Condigné his technam de auro aduerſum meum fecit patrem,
Vt mihi amanti copia eſſet.

Telam facere.Ouid.6.Metamorphoſeos,

-tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima telæ.

Templum diuo Auguſto. Plin.lib.15.cap.19. Radicem eius magni ponderis videmus in palatij tempio quod fecerat diuo Auguſto coniux Auguſta,aureæ pateræ impoſitam.

Temulentiam.Plinius libro 14. cap.2,Siquidem temulentiam ſolã non facit.

Tenebras facere nubibus. Lucret.lib.2.

Terrorem.Liu.7.ab Vrbe. Et 2.bell.Maced.

Teſtamentum. Cic.2.de Legib. Quòd ſi hoc,qui teſtamentum faciebat,cauere noluiſſet. Idem 3.Verr.

Teſtem facere aliquem.Ouid.5.Faſt.

Teſtes facere,Cõuocare,ſeu aduocare.Plaut.Curcul.12. Terent. Adelph.2.1,

Vbi me dixero dare tanti,teſtes faciet ilico
Vendidiſſe me. Liu.4.bel.Maced. Deos hominéſque ſe teſtes facere inuitos,&c.

Teſtudinem facere dicuntur milites. Liuius 5. ab Vrbe, Inde clamore facto,act eſtudinẽ facta ſubeunt, Vide TESTVDO.

Timorem. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 18, Non vllam rem aliam extimeſcens, quàm eandem quæ mihi quoque facit timorem.

Topiariam facere.Cicero Quint.frãtri,libro 2.17. Vide TOPIARIVM.

Facere totum, pro vim, poteſtatémque omnem habere, omnia in ſua poteſtate poſita habere.Vlpian.l.35.§.3.D.de hæred.inſtit.Rerum autem Italicarum, vel prouincialium ſignificatione, quæres accipiẽdæ ſint,videndum eſt.Et facit quidem totum voluntas defunctinam quid ſenſerit ſpectandum eſt.

Tranquillitatem.Plaut.Merc.22,
Hic facit tranquillitatem,iste omnes fluctus conciet.
Tranquillum animum.Plaut.Epid.11,
Habe animum lenem,& tranquillum face.
Facta transacta omnia.Terent.And.1.5,
-quot modis
Contemptus,spretus?facta,transacta omnia.hem
Repudiatus repetor. Vbi Donatus, Facta transacta omnia: prouerbiale est in id negotij,de quo nihil superfit ad agendum.
Trâsitum alicui,quod & Viam facere dicitur. Liu.6.bel.Pun.Inde Dardanorum vrbem, sitam in Macedonia, transitum Dardanis facturam cepit.
Transitum in.Colum.lib.11.cap.2,Quintodecimo Calendas Martij sol in Pisces transitum facit.
Transitionem. Hirtius 6. bel. Hispan. Qui nuntiauerunt Equites Romanos coniurasse omnes qui in castris Pompeij essent, vt transitionem facerent.
Trepidationem. Liu.3. ab Vrbe, Nec-opinata etiam res plus trepidationis fecit.
Tumorem facere. Vlpian. in l. si seruus seruum.§.rupisse.D.ad legem Aquiliam,Qui vel virgis,vel loris,vel pugnis ceciderit,vel telo, vel quo alio sciderit alicui corpus,vel tumorem fecerit.
Turbas, Commouere multitudinem, aut ita rixari,vt multa concurrat turba.Plaut.Persa,19. Terent.Eunuch.4.1,
-nonnihil timeo misera,
Ne quam ille hodie infanus turbam faciat,aut vim Thaidi.
Tussim,pro Generare.Seneca epist.76.
Tyrocinium,& Ponere rudimentum Latinè dicitur, id quod vernacula lingua, *caput operis facere* dicunt, Id est initium opificij,quum opifices specimen artis edentes,magisterio decorantur. Bud.
¶ Vadimonium facere,quod & Promittere dicitur.Plaut.Epid.14. Cicero pro Quintio, Ais vadimonium defertum, quæfuit à te statim, vt Romam rediit Quintius, quo die vadimonium istuc factum esse diceres.
Vecturam,pro Exercere. Quintil. Declamat.12, Nauis nostra vecturam facit,& vicinarum ciuitatum copias recondunt.
Vela,Id est Velificare.Virgil.5.Æneidos,
Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis. Cic.4. Tuscul. Vtrum igitur mauis,statimne nos vela facere, an quasi è portu egredientes, paululum remigare?
Vellaturam. Varro 1.de Re rust.cap.2, Item dicuntur qui vecturis viuunt,vellaturam facere.
Ventrem facit paries. Alfenus in l.si quando. D. si seruitus vindicetur. Si quando inter ædes binas paries esset, qui ita ventrem faceret,vt in vicini domum semipedem aut amplius procumberet.
Ventum.Plaut.Curcul.7,
Obsecro hercle facite ventum vt gaudeam.
Ventulum pallio.Plautus Casin.15. Terent.Eunuch.3.5,
Cape hoc flabellum,& ventulum huic sic facito dum lauamur.
Facere verbum,siue verba,pro Loqui & dicere. Cic.6.Verr. Nam antequam verbum facerem,de sella surrexit, atque abiit. Ouid.4.de Ponto,eleg.9.
Verba alicui. Terent. And.1.2,
Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit.
Verba apud. Cic.5.Vert.Scandilius verò negat sese apud Artemidorum Recuperatorem verbum esse facturum. Liu.5.bel.Macedon. Ad hæc Quintius, Coram quibus magis,quàm apud quos verba faceret,dicere Archidamum rationem habuisse.
Verba contra legem.Cic.pro Lege Manil.Et ex hoc ipso loco permulta idem contra legem verba fecisti.
Verba de. Cic.ad Att.lib.2.24, Idem affirmat verbum de me illum non esse facturum.
Verba in. Cic.ad Atticum, lib.8.147, Quòd plura in eam partem verba fecerim.
Verba pro.Cæsar 2.belli Gall.Pro his Diuetiacus fecit verba.
Verba vt. Cic. in Philipp. Quòd Trib.pleb. verba fecerunt vt Senatus Cal.Ianuariis haberetur.
Verba cogitaté,Vide COGITO.
Commodè verba. Vide COMMODVS.
Verba indoctè. Plaut.Persa,16,
Verba quidem haud indoctè fecit.
Ita verba fecit.Liu.1.ab Vrbe.
Quantum verborum facere audiui.Plaut.Milit.9,
Metuo illæc mihi ne malo magno fuat,
Quantum hunc audiui facere verborum senem.
Lepidè verba facere.Plaut.Aulul.15,
Nimis lepidè fecit verba ad parsimoniam.
Verbum non facere.Catull.in Gell.epigr.69.
Verba diuina, pro Sacra facere, vel supplicationes. Cato capite 14, Si de cælo villa tacta siet, de ea re verba diuina fiant procuret.
Verba Latina.Gell.lib.13.cap.15,Qui verba Latina fecerunt,quisquis iis probè vsi sunt.
Multa verba.Plaut.Pseud.9. Cic.2.de Diuinat. Multa verba fecisti. Idem pro Quintio.
Rata facere verba alicuius.Ouid.4.Metam.
Duo verba secum. Cicero pro Quintio, Si me hercule hæc tecum duo verba fecisses,Quid ago?respirasset cupiditas.
Verbum aliquod vsitatius & tritius tractando. Cicero 1. Academicar.
Versuram. Cic.ad Attic.lib.5.88, Quæ quidem ego vtique vel versura facta solui volo,Vide VERSVRA.
Versus. Horat.1.Serm.sat.10,
-pauperras impulit audax
Vt facerem versus. Cicero 2.de Diuinat.Iam Apollo versus facere desierat.

Versus in cupiditatem alicuius.Cic.7.Verr.
Versiculi facti natura.Horat.2.Serm.sat.10.
Verum.Plaut.Rud.24.
Vestes lineas.Plin.lib.12. cap.6.
Vestigium,Ambulare & progredi. Cic.pro Rabir.Posth. Hic vos aliud nihil orat, nisi vt rectis oculis hanc vrbem sibi intueri atque in hoc foro vestigium facere liceat.
Vestigium in possessionem. Cicero pro Cecinna, Vt ista re aliquid cum aliqua ex parte differre videatur, vtrum pedem quum intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tum expellar atque deiiciar?
Viam ad aliquem.Plaut.Bacchid.15,
-vt ad senem etiam alteram facias viam compara. Pro adoriri.
Viam ruina.Lucan.lib.1.
Viam sceleribus.Seneca Herc.OEth.7.
Sibi viam ad castra.Liu.3.ab Vrbe.
Victoriam. Plin.lib.23.cap.1,Hæc tamen facere constantissimè videatur sententiæ victoriam,quorum mentionem fecimus,siquis hoc quoque discrimen exigat.
Vim corpori. Liuius 8.bel.Macedon. Quem quum abhorrentem à voluntario videret stupro, corpori, quòd seruum fortuna erat, vim fecit.
Vim cum. Cic.2.de Fin. Et nescio quo modo is qui authoritatem minimam habet,maximam vim cum illis populus facit.
Vim resistenti facere. Tacit.lib.2.
Vindemiam. Varro de Re rustica, Vuas autem legere, & vindemiam facere inter Æquinoctium Autumnale & Vergiliarum occasum.
Vires, Colligere vires. Quintil.lib.10. cap.3, Vires faciamus ante omnia quæ sufficiant labori certaminum.
Viriliter facere. Horat.1.epist.18.
Vitam bonam alicui. Plaut.Persa,10,
Ne ego hodie tibi bonam vitam fecio.fateor habere gratiam.
Vitiosè in scholis facimus. Quintil.lib.4 cap.1.
Vitium,Corruere,vel vitiari,& aliqua parte labefactari,& propriè de ædificiis dicitur.Cic.in Topic.Si ædes exesæ corruerunt,vitiúmve fecerunt. Labeo Locati & conducti, l. quòd si,Alphenus huius domus mercedem, quæ vitium fecisset, deberi putat. Vlpianus De damno infecto.l.si finita.
Vitium,pro Vitiare. Vitruuius,Si venti frigidi sunt,læduntsi calidi,vitiant:si humidi,nocentiidem faciunt vitia pauimentis.
Vmbram. Plinius lib.19.cap.1,Postea in theatris tantum vmbram fecere.
Sol fecerat vmbras.Ouid.14.Metam.
Vnguentariam, pro Illinere oleo & vnguentis, quod balneatores vel ante balneum, vel post balneum facere solebant. Plautus Pœnulo 9,
Ibi te replebo vsque vnguentorum è Zeugmatis.
Quid multa verba faciam?vbi tu laueris,ibi
Vt balneator faciat vnguentariam.
Voces. Gell.lib.2.cap.23, Has apud Menandrum voces facit. Hoc est,dicit & recenset.
Voluptatem.Plaut.Trucul.8,
Videor facere mihi voluptatem,eia,vbi quippiam me
Poscas.
Volupe animo suo.Plaut.Asin.17,
Hic senex siquid clam vxore,suo animo fecit volupe,
Neque nouum,neque mirum fecit,nec secus quàm alij solent.
Vota,Supplicare. Cato de Re rust. Marti Syluano in sylua interdiu in capita singula boum votum facio. Cic.pro Milone, Deinsibitò vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tyberim: vos & omnes boni vota faceretis,vt Miloni vti virtute sua libêret?
Vota de ægroto. Cic. ad Attic. lib.8.169, Vt quum de illo ægroto vota faciebant.
Facienda vota deis. Valer.1.Argonaut.
Vota pro.Plin.lib.17.cap.2,Ergo qui dixit hyemes serenas. optandas,pro arboribus vota facit.
Vrinam. Colum.lib.6.cap.30,Plerunque iumenta morbos concipiunt lassitudine & æstu:nonnunquam & frigore: & quum suo tempore vrinam non fecerint.
Vsum sibi facere scelerum.Lucan.lib.2.
Facere vt. Terent.Eunuch.2.1,
Facite vt iussi,deducantur isti. Ibidem,1.2,
Potius quàm te inimicum habeam,faciam vt iusseris. Cic.ad Att. lib.2.19,Facito vt sciam.
Vt non. Cicero ad Atticum,Et si non potuisti vllo modo facere vt mihi illam epistolam non mitteres: tamen mallem non esse missam. Id est,quin mitteres.
Fecit vt vigilem:Id est præcepit vt vigilem.Plaut.Amphit.4,
-nunc propterea quòd me meus herus
Fecit vt vigilem,hic pugnis faciet hodie vt dormiam.
Fecisti vt difficilior esset. Plaut. Trinum.10. Terentius in Prologo And.17,
Faciunt næ intelligendo vt nihil intelligant.
Facit vt alias res solet.Plaut.Sticho,9.
Facturus es vt habeas. Terent.Adelph.4.7,
Ita me di ament,vt video ego tuam ineptiam,
Facturum credo vt habeas quicum cantires.
Fac vt lubet.Plaut.Amphit.4,
Vt lubet,quod tibi lubet,fac,quoniam pugnis plus vales.
Faciam vt potero. Cic. de Senect. Faciam verò Læli, præsertim si vtrique vestrum gratum, vt dicis, futurum est. 2. Volumus sanè, nisi molestum est Cato. c. Faciam vt potero Læli.
Fit vt pretio nouus vincat, literásque à Prætore afferat. Cicero 4. Verr.
Fit interdum vt nonnulli omissa imitatione maiorum, suum quoddam

dam institutum consequantur. Cic.1.Offic.
Consilio manúque vtiliter facere aliquid. Ouid.13.Metam.
Facere vulnera,quod & Vulnera inferre dicitur. Liu.1.bel.Maced. Nam qui hastis sagittisque, & lata laureis vulnera facta vidissent, &c. Ouid.3.Metam.
¶ Fac pareant.Plautus Aulularia,11. Terent.Eunucho,2.3, Fac sis nunc promissa appareant.
¶ Face pro Fac.Ouid.2.de Ponto,eleg.2,
Verba face,vt vita quam dedit ipse,fruar.
¶ Factum est iandudum quum. Plautus Asin.16,Iube dare vinum, iandudum factum est quum primum bibi.
Factum est biennium postquam abij domo.Plaut.Merc.3,
Biennium iam factum est postquam abij domo.
Dolo factum.Horat.1.Serm.sat.6.
O factum malé.Catull.de Passere mortuo,epigr.3.
Factum dare. Quintil. lib.2. cap.13, Flexus ille, &, vt sic dixerim, motus dat actum quendam & factum.De statuis ac picturis.
¶ Factum notare, pro Pœna infamiæ notare, teste Bald.in l. Quid ergo.§.cum autem factum.D.de infamibus.
Factum in pactis versatur, in stipulationibus ius continetur. Author Paulus in l.Si vnus ex argentariis.§.Pactus.D.de pact.
¶ Facile est factu.Lucret.lib.4.
Inutile factu.Horat.1.Serm.sat.4.
Quod optimum factu videbitur,facies.Cic.Attico,lib.7.
Locare faciendum,Vide LOCVS.
Faciundum fuit:Hoc est,Factum oportuit.Terent.Eunucho,1.2, Non pol quò quenquam plus amem,aut plus diligam,
Eo feci:sed ita res erat:faciundum fuit. Idem Adelph.5.5,
-scilicet,ita tempus fert,
Faciundum est. Idem Hecyra,4.3. Vbi Donatus,Dicendo faciundum,ostendit se cogi necessitatibus.
Faciens,Participium {ποιῶν.} vt Vinum faciens ingenium. Ouidius 7.Metam.
Venti facientes frigora. Ouid.1.Metam.
Passus strepitum faciens. Ouid.3.Trist.eleg.7.
Factus,Aliud participium {πεποιημένος, ὠποιος.} vt Factus ad ludum & iocum: Hoc est natus,quasi à natura factus. Cic.1.Offic.Neque enim ita generati à natura sumus,vt ad ludum & iocum facti esse videamur,sed ad seueritatem potius.
Factus ad imitationem stultitiæ,pro Compositus. Liu.lib.1.ab Vrbe, de Bruto, Ergo ex-industria factus ad imitationem stultitiæ, quum se suáque prædæ esse regi sineret,&c.
Agmine facto ruere.Virg.1.Æneid.
Bene factum argentum.Cic.6 Verr.
Argentum optimè factum.Cic.6.Verr.
Argentum factum,& signatum. Illud,dicitur fabrefactum, vt numeretur in supellectile: Hoc,percussum forma publica, vel in nummos formatum. Seneca 1.de Benef.Libertius dabo argêtum factum quàm signatú:quia scilicet diutius memoria beneficij extabit: quum illud seruetur,hoc expendatur.
Crepuscula facta terris.Ouid.epist.14.
Funus egregiè factum.Horat.2.Serm.sat.5,
Homo totus ex fraude & mendacio factus.Cic.pro Cluent.
Honos factus aris.Virg.5.Æneid.
Oratio facta,Vide ORATIO.
Pax facta.Virg.5.Æneid.
Pocula summo artificio facta.Cic.6.Verr.
Prodigium duinitus factum.Quintil.lib.1.cap.10.
Scelus palàm factum.Quintil.lib.5.cap.10.
Factum,facti,Substantiuum {πρᾶγμα.}
Factum & dictum.Liuius 6.ab Vrbe,Nec vllum factum dictúmve nostrum contra vtilitatem vestram,&c.
Acutè,venustè,stultè,iracundè,timidè dicta,ac facta. Quintil.lib. 6. cap.3, Neque enim acutè tantùm,ac venustè,sed stultè,iracundè, timidè dicta,ac facta ridentur.
Mens sibi conscia facti.Lucret.lib.3.
Dux fœmina facti.Virg.1.Æneid.
Certa fides facti est.Ouid.6.Fast.
Index facti.Ouid.6.Metamorphoseos,
Os mutum facti caret indice.
Præmia facti.Ouid.2.de Ponto,eleg.3.
Audacis facti conscius.Virg.11.Æneid.
Factum bonum,Vide BONVS.
Detestabile factum.Iuuenal.sat.13.
Dira facta.Ouid.6.Metam.
Honestum factum. Quintil.lib.6.cap.1.
Immitia facta.Ouid.14.Metam.
Impia facta.Catul.ad Furium,epigr.20.
Lætabile factum cunctis.Ouid 9.Metam.
Mirabile factum.Ouid.4.Metam.
Modestum factum.Quintil.lib.4.cap.2.
Perexiguum factum,Vide PEREXIGVVS.
Recens factum.Ouid.1.Metam.
Trux factum.Seneca Thyeste,8,
-hæret in vultu trucis Imago facti.
Turpia facta.Quintil.lib.1.cap.2.
¶ Facta atque infecta canebat.Virg.4.Æneid.de fama.
Gedere ad factum,Vide CEDO.
Celare factum.Virg.1.Æneid.
Turpia alicuius facta conuincere,Vide CONVINCO.
Factum comprobare,Vide COMPROBO.
Vt facta superi comprobent semper tua.Seneca Octauia,8.
Facta alicuius contundere,Vide CONTVNDO.
In vno facto damnandus.Ouid.7.Metam.
Detegere facta alicuius.Ouid.2.Trist.
Excusare factum.Ouid.4.Fast.

Dimidium facti qui cœpit habet.Horat.1.epist.2.
Miscere dictis facta.Sil.lib.13.
Factum mutare,pro Sententiam mutare. Terent.And.11.1, In memoria habeo. 51. haud muto factum. Vide MVTO.
Inquinatum vitiis factum,Vide INQVINO.
Notare facta alicuius.Ouid.ad Liuiam.
Tantis sceleribus & factis notatus aliquis.Cic.pro Domo sua.
Piget facti.Ouid.epist.12.
Pœniteri facti.Ouid.epist.16.
Potens factum.Claud.7.Paneg.
Probare factum.Ouid.3.Metam.
Verba & facta alicuius probare.Horat.1.epist.18.
Prodere facta alicuius.Ouid.14.Metam.
Pudet facti.Seneca Medea,12.
Purgare factum alicuius.Ouid.3.de Ponto,eleg.2.
Reportare alicui facta,Id est renuntiare quæ acta fuerunt. Statius 10. Thebaid.
Reprehendere factum alicuius.Ouid.epist.19.
Requirere facta alicuius.Ouid.13. Metam.
¶ Facta,Res gestæ.Virg.1.Æneid.Fortia facta patrum.
Conspicuus factis.Stat.3. Thebaid.
Inclytus factis.Ouid.12.Metam.
Illustria & gloriosa facta,Vide ILLVSTRIS.
Non illaudata.Stat.11. Thebaid.
Ingenua facta,Vide INGENVVS. Insignia.Ouid.3.epist.25.
Martia.Sil.lib.13.
Memoranda.Stat.11.Thebaid.
Splendida.Horat.2.epist.1.
Veneranda veterum facta.Valer.1.Argonaut.
¶ Antistant facta Herculis.Lucret.lib.5. Hoc est,sunt maiora.
Regum facta canere.Horat.1.Serm.sat.10.
Carpere facta alicuius.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.
Domestica facta celebrare.Horat.in Arte poetica.
Damnare facta alicuius decreto Senatus.Ouid.2. Trist.
Dicere facta alicuius.Virg.eclog 4.
Virtutem extendere factis.Virg.6.Æneid.
Illustrare humilius genus factis.Quintil.lib.3.cap.7.
Linere facta splendida fœdo carmine. Horatius 2.epist.1. Id est, contaminare.
Mortalia facta peribunt.Horat.in Arte poetica.
Reuoluere facta alicuius.Claud.1.Paneg.
Ingentia facta sequebatur luuor.Claud.3.Paneg.
¶ Factus villæ, pro structura ex ædificatione & opere. Varro lib.3. de Re rust.cap.1,Ego quoque quò exornatior villa esse posset fructu, quàm factu,hæc ad te misi.
Factus, huius factus {πόιησις.} Varro 1.de Re rust.cap.24, Hostum vocant,quod ex vno factu olei reficiuntfactum dicunt, quod vno tempore conficiunt. Cato cap.67,Factoribus det in singulos factus, olei sextarios, & in lucernam quod opus fiet.
¶ Factum,neutro genere,eodem sensu.Columella libro 12.cap.50. non ita procul à fine, Cato ait,in tabulato corrugari oliuam, minorémque fieri. propter quod quum facti vnius mensuram rusticus sub tecto reposuerit, & post multos dies eam molere voluerit, &c. Ibidem propius finem, Sempérque quum exoresserint facta, statim feruentissima debent aqua bis aut ter elui. Est autem factus, seu factum,quantum olei vna torculi expressione(vulgò dicunt,*d'vn mare*) exprimitur.
¶ Factum,Idem Iurisconsultis quod casus,species,sine cuius recta notitia impossibile fuerit certâ iuris & actionis rationem colligere. Quippe quòd in causa & facto ius esse positú Iulianus respondit, & exemplo declarat in l.Si ex plagis.§.in cliuo.D.ad l.Aquil.& Vlpian. in.l.cum duobus,in princip.D.pro socio.
Factú vel simplex, vel multiplex est, veniúntq; in eius cõsideratione circunstantiæ rerum,personarú,temporis:vnde non vnâ aut altera eius partem,sed totú expendere oportet,l.Bona fides.D.depositi.
¶ Factum item dicitur apud Iurisconsultos, quod est redditum. Pomponius,Faciendi verbo reddendi causa etiá continetur,& quod non factum comprehendit,l.2.§.si in facto.& l. Vbi autem.§. Qui id quod in faciendo.D.de verb.obligat.
Facesso, facsis, facessi {διαφερῶπαπράξομαι} secundum Priscianum, facessitum,penult.prod.secundum alios verò,facessum: quidam dicunt carere supino. Facessere,Idem quod facere & adimplere.Virg. 4.Georgicorum,
Haud mora,continuò matris præcepta facessit.
Paulisper facessere,Vide PAVLISPER.
Facesse dictum clarum.Plaut.Menæch.7,
Dictum facesse clarum,& discaucas malo,molestus ne sis.
Iussa facessunt.Virg.4.Æneid.
Huius passiuú protulit Cic. pro Cluent. Sed hoc polliceor omnibus,si cui fortè hac lege negotiú facesseturqui lege nõ teneatur,si is vti me defensore voluerit,me eius causam legis præsidio defensurum.
Facessere alicui negotium. Cic.Appio Pulchro,lib.3.10, Quú est ad nos allatum de temeritate eorum qui tibi negotium facesserent. Id est accusarent,insectarentur,& ad pœná vocarent. Idem 6.Verr. Quum audissent ei negotium facessitum.
Facessere periculum alicui. Cic.1.Verr. Quid quum accusationis tuæ membra diuidere cœperit, & in digitis suis singulas partes causæ constituere? quid quum vnumquodque transigere, expedire, absoluere? ipse profectò metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris. Tacitus lib. 1, Mox clarissimo cuique periculum facessit. Idem lib.5.
Præcepta facessunt.Virg.9.Æneid.
¶ Facessere {ἀπαλλάττειν} Discedere. Terent.Phorm.4.3, Hæc hinc facessat, tu molestus ne sies. Vbi Donatus,Facessat, pro Hinc se faciat, id est abeat: vt Huc se faciat, huc accedat, significat. Cicero Hortensio,Facessant igitur qui docere nihil possunt quo me-

lius,sapientiúsque viuamus. Idem pro L.Flacco, Quare siquis illuc me vocat,venio: populum Rom. disceptatorem non modò non recuso,sed etiá deposco.vis abfit,ferrum ac lapides remoueantur,operæ faceſſant,ſeruitia ſileant. Liu.4.ab Vrbe,Ni faceſſerent properè vrbe,finibuſq;,&c. Et lib.1,Faceſſe hinc Tarquinios. Lucret.lib.6.

Ab omni ſocietate Reipublicæ faceſſere.Cic.1.de Legibus, Atque etiam ab omni ſocietate Reipub. quo ius partem nec norunt vllam nec vnquam noſſe voluerunt,pauliſper faceſſant rogemus.

Faceſſitus,penul.prod.Participium {ἐκκεχωρηκώς} Cic.6.Verr.Seſe antea quum audiſſent,ei negotium faceſſitum,&c.

Factito,factitas,penult.corr. {πολλάκις} factitãre, Frequentatiuum,sæpe facere. Terent.in Prologo Eunuchi,

Quare æquum eſt vos cognoſcere,atque ignoſcere
Quæ veteres factitarunt,ſi faciunt noui. Cic.lib.2.Offic.Hæc apud maiores noſtros factitata.

Factitare accuſationem.Cic.de Claris Orat.Vide ACCVSO.

Artem factitare. Cic.in Orat.Peruagatiſſimus ille verſus,qui vetat artem pudere proloqui,quam factites,diſſimulare non ſinit.

Carmina in aliquem factitare. Tacitus lib.17, Antiſtius Soſianus factitatis in Neronẽ carminibus probroſis,exilio,vt dixi,multatus.

Factitare coactiones,pro Coactorem publicum eſſe. Suetonius in Veſpaſiano,cap.1.

Delationes factitare,pro Accuſationes exercere. Tacit.lib.17,Qui temporibus Neronis delationes factitauerat.

Factitare hæredem.Cic.2.Philipp.

Factitare medicinam. Quintil.lib.7. cap.4, Pollio contra,ſeruiſſe cum Piſauri,medicinam factitaſſe manum iſſum.

Verſus factitare.Horatius in Arte poetica,

Nec ſatis apparet cur verſus factitet.

Factor,factoris {ποιητὴς,σκευωρὸς,ἐμπορος} Qui aliquid facit.

Factor non ſignificat eum qui gerendis negotiis præeſt, ſed eum qui vel vinum vel oleum facit aut aliud ſimile. Cato cap. 13. Idem cap.64, Leguli volunt vti olea caduca quamplurima ſit, quo plus legatur:factores,vt in tabulario diu ſit,vt fracida ſit,quo facilius oleum efficiant.

¶Factores,pro criminum authores.Macer l. 7. D. de cuſtod. & exhibit.Solent præſides prouinciarum, in quibus delictum eſt, ſcribere ad collegas ſuos,vbi factores agere dicuntur.

Factores,verbo nõdum recepto à Latinitatis profeſſoribus, vocamus eos,qui rem alicuius priuatam adminiſtrãt. Hos veluti indecores à Perfectiſſimatus dignitate repellit lex , & ſimul tanquam immemores libertatis & generis notat, l.1. C. de Perfect. dignit. lib.12. Ex Alciat.

Factitius,Adiectiuum {σκευωτὸς,ποιητόβιστος} Ad alicuius ſimilitudinem factus,vel artificis cuiuſdam opera factus.Plinius libro 12.cap.17,Ergo in vtraque gente bina genera,terrenum & factitium. De ladano.

Factitius color.Plin.lib.31.cap.7.

Factitij doli.Plaut.Milite,4,

Quem concubinæ miles cuſtodem addidit,
Et nos factitiis fabricis,& doctis dolis
Glaucomam ob oculos obiiciemus,eúmque ita

Faciemus,vt quid viderit,non viderit.

Factitia verba dicuntur,quæ & fictitia,quę ad ſoni alicuius ſimilitudinem efficta ſunt,vt Crocire,Hinnire, Claſſis,Tintinnabulum,& ſimilia. Sipontinus.

Factio,factionis,Verbale {πολιτεία} Ea res quæ fit à quopiam.Cic.in Topicis, Quas is inſtituiſſet,cui teſtamenti factio nulla eſſet.

¶Factio {αἵρεσις,σύστασις} ab initio honeſtum vocabulum,inquit Feſtus,vnde factiones hiſtrionum & quadrigariorum dicebãtur.Nunc factio,ſeditio & arma dicuntur,diuiſio ciuiũ in diuerſa ſtudia,quum aliqui ſe principes & primarios in ciuitate efficere conantur, inter quos æmulatio eſt (qui & factioſi dicũtur) pro ſe quiſque quàm maximam poteſt ciuium multitudinem,qui clientes vocantur,ad ſe trahens,ſibíque quouis pacto per fas nefáſque concilians. Salluſt.in Iugurtha,Cæterùm nobilitas factione magis pollebat. Cæſ.1.bel.Gal. Galliæ totius factiones eſſe duas. Salluſtius in Iugurtha,ſedq; in oratione Memmij, Sed hæc inter bonos amicitia,inter malos factio eſt. Tertullianus in Apologerico, Quum boni coeunt,quum pij,quum caſti congregantur, non eſt factio dicenda,ſed curia. At è contrario illis nomen factionum accommodandum eſt , qui in odium bonorum & proborum conſpirant.

Factiones aurigarię fuerũt quatuor,Praſina,Veneta,Alba,Roſea. Sueton.in Calig.cap.55, Praſinæ factioni ita addictus, & deditus, vt cœnaret in ſtabulo aſſiduè & maneret. Idem in Vitell.cap.14,Quoſdam & de plebe ob id ipſum quòd Veneræ factioni clarè maledixerant,interemit. Meminit & in Nerone cap.22. Nomẽ habebãt hæ factiones à tunicarum quibus induebantur equorum agitatores coloribus. Sueton.in Domitiano cap.7,Duas Circenſibus gregum factiones aurati purpuréſque panni ad quatuor priſtinas addidit. Senſus eſt:Quum quatuor eſſent priſtinæ factiones gregum,id eſt equorum,in Circenſibus ſpectaculis decurrentium , Domitianus addidit duas,alterã auratã,alterã purpurei panni. Caſſiodorus quatuor colores totidem factionum in Circenſibus fuiſſe commemorat, propter quatuor anni tempora.Nam Praſinus,qui viridis eſt, virenti Veri dicatus erat:Roſeus,flammeæ æſtati : Venetus,qui & cæruleus,nubilæ hyemi: Albus,pruinoſo & albicãti Autumno. Plin.Iun.lib.9.epiſt. 6. ad Caluiſiũ,Circenſes erant, quo genere ſpectaculi ne leuiſſimè quidem teneor. Nihil nouum, nihil varium, nihil quod non ſemel ſpectaſſe ſufficiat. Quo magis miror tot millia virorum,tam puerliter identidem cupere,currentes equos, inſiſtentes curribus homines videre.Si tamẽ aut velocitate equorum,aut hominum arte traheretur, eſſet ratio nonnulla. Nũc fauent panno: pannum amant.Et ſi in ipſo curſu,medióque certamine,hic color illuc,ille huc transferatur, ſtudium fauórque tranſibit: & repentè agitatores illos,equos illos quos procul noſcitant,quorum clamitant nomina,relinquent. Tanta gratia,tãta authoritas in vna viliſſima tunica. Iulius Capitolin.in Vero Imperatore,Amauit & aurigas,Praſino fauens. Paulo pòſt,Circenſium tantam curam habuit, vt frequẽter prouincialibus literas cauſa Circenſiũ & miſerit & acceperit. Denique etiam præſens & cũ Marco ſedens , multas à Venetianis eſt paſſus iniurias , quòd turpiſſimè contra eos faueret. Venetianos appellat, aurigas Venetæ factionis. Pomponius Lætus in Iuſtiniano : Ob victoriam ludi editi, & in Circenſibus ex factione Praſinorum & Venetorum tanta ſeditio ex certamine orta eſt,vt magnam fecerit cædem. Tale ſpectaculum aurigæ præbent,& inanis ſpectãtium fauor nunquam quieſcit. Sic Ruſſati, Albati, Veneti , & Praſini mappas in Circo quærunt, ſed victima ferè ſemper in ambiguo eſt. Sic pro vili panno , miſerorum mortalium animi,huc illuc diſtracti pendẽt. Hæc eleganciſſimè deſcribit Sidonius Apollinaris in Narbonenſis vrbis laudibus.

¶Factio,pro caterua. Suet.in Nerone,cap.20. Quinque milia iuuenum elegit,qui diuiſi in factiones,plauſuum genera condiſcerent.

Nobilium factio.Liu.lib.2.Decad.1, Adeò vt alteram cauſam non Collega ſolùm præceperat,ſed omnis factio nobilium.

¶Factio,Opulentia,& authoritas alicuius in ciuitate. Plaut.Aulul. Iſtas magnas factiones,dotes dapſiles nihil moror. Idẽ Trinum.&

-cum veſtris noſtra non eſt
Æqua factio,affinitatem vobis aliam quærite.

Licitæ & illicitæ factiones. Tertullianus in Apologetico,Proinde nec paulo leuius inter licitas factiones ſectam iſtam deputari oportebat , à qua nihil tale committitur , quale de illicitis factionibus timeri ſolet. Ibidem paulo pòſt, Edam iam nunc ipſe negotia Chriſtianæ factionis,vt qui mala refutauerim,bona oſtendam.

Optimatum factio. Sueton.in Iulio Cæſare,cap.11,Nec obtinuit, aduerſante optimatum factione.

Veſana factio nobiliſſimorum iuuenum. Apul.lib.2.Aſin.aur. Eſt autem factio,malorum conſenſus & conſpiratio.

¶Factio interdum conſenſio quædam eſt,& amicitia.Cato,Vtrinde iram , vtrinde factiones tibi pares. Id eſt iram & amicitiam tibi pares. Annotauit Turnebus.

Factionarius,Adiectiuum.Factionarij autem vocabãtur qui ex factione erant,puta vel Venera,vel Ruſſata,vel Albata, vel Praſina,de quibus ſuprà. Idex epigrammate quodam priſco apparet,vbi ſic legitur,teſte Turnebo, Primo & ſolo factionario.

Factioſus,penult. prod. Adiectiuum {στασιώδης,στασιαστὴς} pro Seditioſo & turgioſo.Plaut.Bacchid.11. Salluſt. in Catil. Erat eodem Cn.Piſo adoleſcẽs nobilis,ſummæ audaciæ,egens,factioſus:quem ad perturbandum Remp.inopia atque mali mores ſtimulabant.

Factioſus,Opulentus & diues.Plaut.Aulul.7,

Venit hoc mihi in mentem Megadõre , te eſſe hominem diuitem, Factioſum:&c.

Factura,facturæ,penult.prod. {ποίησις,σκεύασία} Eſt ipſa compoſitio rei quam facimus. Plin.lib 34.cap.14, Aliubi vena bonitatem hanc præſtat,vt in Noricis : aliubi factura, vt Sulmone aqua,vti diximus. De bonitate ferri loquitur.

Faxo {ποιήσω} Indicatiui modi eſt,futuri temporis,pro Faciam Et inclinatur faxo,faxis,faxit.Et pluraliter,faxunt. Dicimus etiá,faxim,faxis,faxit.Pluraliter faximus,faxitis,penult.prod. faxint. pro faciam, facias,faciat,&c. vel feccrim,feceris,fecerit.

Faxo. Plaut.Aulul.16,Ego faxo, & operam & vinum perditeriſſimul. Idem Amphit.11. Virgil.9.Æneidos,

Haud ſibi cum Danais rem faxo & pube Pelaſga
Eſſe putent. Terent.Eunucho,2.2,

Næ tu iſtas faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtra. Idem And.5.2.

Faxim.Plaut.Trucul.3,

Faxim lenonum & ſcortorum minus , & minus damnoſorum hominum.

Faxim ſit vilior,pro Eueniet vt ſit vilior. Priſca quidẽ illa eſt,non iniucunda tamen nec inamœna loquendi ratio. Plaut.Aulularia,

Ego faxim muli pretio qui ſuperant equos,
Sint viliores gallicis canteriis. Et in Perſa,

-Næ iſti faxim nuſquam appareant,
Qui hic albo reti aliena oppugnant bona. Monuit Turnebus.

Faxis.Terent.Heauton.1.2,

Caue faxis,non eſt opus pater. Horat.2.Serm.ſat.6,

-nihil amplius oro
Maia nate,niſi vt propria hæc mihi munera faxis. Silius lib.15.

Faxit.Cic.de Senect. ex Ennio,

Nemo me lachrymis decoret,nec funera fletu Faxit.

Faxitis,penult.prod. Liu.6.ab Vrbe,Quod faxitis,deos velim fortunare. Id eſt,vt faciatis,vel facere poſſitis. Idem 9.bel.Pun.

Faxit.Plaut.Amphit.7. Terent.Heaut.Vtinam ita di faxint.

¶Facitur, Antiquè pro fit. Nigid. Commentation. grammatices lib.19,Id quod dico eſt huiuſmodi : ποιεῖται facit, ποιεῖσθαι facitur. Titinius , Quanta ſtultitia cupidinis petunt conſilium , bona gratia vt paruiſaciatur. Ex Nonio.

Facilis,& hoc facile,penultima correpta {εὐχερὴς, ῥᾴδιος, εὐκόλαστος, εὐκοπος, εὔκοπος, εὐμερὴς, εὐχερὴς} cuius contrarium eſt Difficilis. Terentius Heauton.5.5,

Hæc dum incipias,grauia ſunt,dúmq; ignores:vbi cognoris, facilia

Volens faciliſque ſequetur.Virg.6.Æneid.

Inanibus facilis.Tacit.lib.2.

¶Aditus facilis.Tibull.lib.2.eleg.4.Vide ADITVS.

Faciles aditus & liberæ querimoniæ.Cic.pro Lege Manil.

Facilis aduerſarius. Cic.4.Academ. Pugnas omnino,ſed cum aduerſario facili.Hoc eſt,imbecillis.

Iuuenum animi faciles,& mobilis ætas.Virg.3.Georg.

Appulſus faciles. Tacit.lib.2.

Faciles aquæ.Martial.lib.1,

Et vario faciles ordine pinxit aquas.

Bonum facile.Seneca, Octauia,2.

Cauſa facilis & explicata.Cic.pro Plancio.

Cera facilis.Ouid.15.Metamorphoſeos,

Vtque

Vtque nouis facilis ſignatur cera figuris.

Facilis ceruix,Quę facilè inclinatur,& facilè fert onus.Mart.lib.3,

Ille tulit geminos facili ceruice iuuencos.

Cibi facies, Id eſt facilè comparabiles, vel paratu faciles. Seneca Hippol.4.

Facillimus conceptus.Plin.lib.7.cap.16,Incipiente autem hoc ſtatu,aut deſinente,conceptus facillimi traduntur.

Copia facilis.Propert.lib.1.eleg.9.

Da facilem curſum , atque audacibus annue cœptis. Virgilius 1. Georgic.

Facilis & prompta defenſio.Cic.1.de Orat.

Deliciæ faciles,vulgatáque munera.Ouid.13.Metam.

Deſcenſus facilis.Virg.6.Æneid.

Deos faciles habere.Ouid.5 Metam.

Di faciles in tua vota.Ouid.epiſt.15.

Facilis atque impetrabilis dies.Plaut Epid.8, -prodi Immortales mihi hunc diem dediſtis luculentum,

Vt facilem atque impetrabilem. Id eſt , in quo facilè impetrauí quod volui.

Facilis & expedita diſtinctio.Cic.1.de Finibus.

Exitus facilis.Virg.6.Æneid.

Fortuna fac.lima.Virg.11. Æneid.

Fuga facilis.Virg.4.Æneidos,

Expectet facilémque fugam,ventóſque ferentes,

Hauſtus facilis aquarum.Lucret.lib.2.

Iactura facilis. Virg.2.Æneidos,

Facilis ſactura ſepulcri eſt.

Iræ faciles.Lucan.lib.1.

Faciliore & commodiore iudicio ad ius ſuum peruenire. Cic.pro Cecinna.

Labor facilis.Virg.1.Georgicorum,

Sed tamen alterius facilis labor.

Manu facili aliquid agere. Tibullus lib.1.eleg.1,

Ipſe feram teneras maturo tempore vites

Ruſticus,& facili grandia poma manu.

Materia facilis ad exardeſcendum.Cic.2.de Orat.

Faciles oculi.Virg.8.Æneidos,

Miratur:faciléſque oculos fert omnia circum

Æneas,capitúrque locis.

Facilis partus.Plin.lib.7.cap.6.

Facilis diuiſui prouincia , pro , ad diuidendum. Liuius libro 5. Decad.5.

Facili & celeri ratione geruntur.Lucret.lib.4.

Riſu facili moleſcere.Claud.2.de rapt. Proſerp.

Sæuitia facilis.Horat.2.Carm.ode 12.

Facilis ſanguis.Martial.lib.1,

Nolo virum facili redimit qui ſanguine famam.

Somnus facilis.Horat.2.Carm.ode 11.

Exorabilis populus,facilis ſuffragatio pro ſalute. Cicero pro Domo ſua.

Terra facilis frugum.Claud.de laudibus Serenæ,22.

Titulus facilis.Ouid.10.Metamorphoſeos,

Quid facilem titulum ſuperando quæris inertes? Id eſt gloriã quæ cuiuis facilè contingit.

Tramite facili vos ſiſtam.Virg.6.Æneid.

Venia deprecationis facilior.Quintil.in Proœm.lib.1.

Parabilis facilíſque venus.Horat.1.Serm.Sat.2.

Via facilis.Virg.1.Georgicorum,

-pater ipſe,colendi
Haud facilem eſſe viam voluit.

Facilis & plana via.Plaut. Trinum.10,

Tibi patérque,audíſque facilem facit & planam viam.

Victum facilem fundit tellus.Virg.2.Georg.

Vitam facilem ducere.Sil.lib.6.

Facilis vterus , Qui facilè egerit quicquid continet. Plinius libro 8.cap.32.

¶Facilè & pronum.Iuuen.ſat.8.

Minimum,facillimúmque.Catull.ad Cornificium,epig.36.

Facillimus & liberaliſſimus homo. Cic.Silio,lib.13, Hominem facilliſimum,liberaliſſimúmque cognoſces.

Lenis & facilis homo.Cic.Metello,lib.5.2.

Vir facilis mirari noua.Claud.7.Paneg.

Facilis impetrandæ veniæ Claudius , Fuluij durior ſententia erat. Liu.6.bel.Pun.

Facilis & expeditus ad dicendum vir.Cic.de Claris Orat.

Ad concedendum faciles aliquos habere.Cic.2.de Diuinat.

In ſuum cuique tribuendo faciles antiqui.Cic.de Claris Orat.

Mollis in obſequium,faciliſque rogantibus. Ouid.2.Amor.eleg.3.

In excogitando facilis.Quintil.lib.1.cap.1, Nam contrà plures reperias,& faciles in excogitando,& ad diſcendum promptos.

Blandus faciliſque maritus.Silius lib.17.

Mens facilis,& apta capi.Ouid.1.de Arte.

Miniſtri faciles.Ouid.2.Faſtorum,

Ipſe ego vos habui faciles in amore miniſtros. Alloquitur elegos ſuos.

Facillimi mores. Cic.de Amicitia, Quid dicam de moribus facillimis,de pietate in matrem?

Placidus faciliſque parens,veniéque paratus.Ouidius 2.de Ponto, elegia 2.1,

Facilis pater,contrarium eſt Duro & inexorabili ſiue moroſo.Terentius Heauton.2.1,

Mihi ſi vnquam filius erit,næ ille facili me vtetur patre.

Facilis & liberalis pater,cui opponitur Difficilis, auarus & illepidus.Cic.3.de Nat.deor.

Pectus facile.Seneca Hippol.4.

Ad iuga faciles populi,Id eſt ad ſubiugandum.Lucan.lib.2.

Populum facilem habere.Cic.Mario,7.1.

Dare ſe facilem.Ouid.epiſt.15,

Da modò te facilem,nec dedignare maritum

Rure Therapnæo nata puella Phrygem.

Præbere ſe facilem in hominibus audiendis admittendiſque. Cic. Q.fratri,1.1.

¶Facile factu.Terent.Heauton.4.3,

Bonam,atque iuſtam rem oppidò imperas,& factu facilem.

Facilis decuſſu,Vide DECVTIO. Sic Facile tritu,Plin.lib.12.cap.13, Cic.ad Lentulum,lib.1.7.

Nihil dictu facilius eſt.Terent.Phorm.2.1.

Nec viſu facilis,nec dictu effabilis vlli.Virg.3.Æneid.

Capi facilis.Lucan.lib.2.

Corrumpi facilis.Tacit.lib.20,Ne paratis quidem corrumpi facilis,adeò metuens incerta.

Facilis legi. Gell.lib.17.cap.9, Incorruptam epiſtolam,& facilem legi præſtabant.

Facilis ad. Cic.1. Tuſc. Quod non modò facile ad credendum eſt, ſed,&c. Sic Liu.2.bel.Maced. Verterat periculũ in Romanos,temerè in loca iniqua,nec faciles ad receptum anguſtias progreſſos.

Ad intelligẽdum faciliora. Quintil.lib.2.cap.3, Quid ſi plerunque accidit,vt faciliora ſint ad intelligendum,& lucidiora multò, quæ à doctiſſimo quòque dicuntur.

¶De facili,pro Facilè auerbium. Firmicus lib.5.cap.6,Tunc inimicos ſuos timeant,nam de facili quidem ab eis ſuperabuntur.

¶Ex facili, Aduerbialiter poſitũ pro Facilè vel faciliter,ſi dici poſſet.Colum.lib.6 cap.1,Quæ vitanda non ex facili dixerim.

In facili,Vide IN præpoſitionem.

Facile inuentu. Cic. de Amicitia, Quid (hæc vt omittam) quàm graues,quàm difficiles pleriſque videntur calamitatum ſocietates,ad quas non facile inuentu qui deſcendat.

Nunquam eſt ille miſer,cui facile eſt mori Seneca Herc.OEth.2.

Eſt facile vincere non repugnantes.Cic.1. Tuſc.

Facilè, Aduerbium {ῥᾳδίως,εὐχερῶς} Sine labore.

Facilè agere.Terent.Adelph.3.4,

Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites,
Quàm vos facillimè agitis,quàm eſtis maximè potentes.

Aliqua re facilè carere , cui Res deſyderabilis opponitur. Cicerò in Topic.

Facilè cernere.Terent.And.1.1,

Tum illa,vt conſuetum facilè amorem cerneres,

Reiecit ſe in eum,&c.

Peruerſè dicere homines , peruerſè dicendo facillimè conſequi Cic.1.de Orat.

Facilè credere.Plaut.Rud.3i,

Iſthuc facilè non credo tibi.

Facilè dare conſilium.Terent.And.2.1,

Facilè omnes quum valemus,recta conſilia ægrotis damus.

Facilè defendere.Cic.2.de Finibus,Non eſt facilè defendere,

Facilè deterrere.Terent.in Prologo Hecyræ,

Deterruiſſem facilè,ne alias ſcriberet.

Effingi facillimè , nullo negotio ſtecti ac detorqueri voluntas tetium poteſt.Cic.pro Cælio.

Facilè emergere ex malis. Terent.And.3.3,

Dehinc facilè ex illis ſeſe emerſurum malis.

Euadere facilius.Cic.1, Tuſcul.

Facilè & fortunatè euenit eis.Plaut.Epid.5.

Facilè facere.Plaut.Amphit.3. Terent.Heaut.3.2,

Facilè equidem facere poſſum,ſi iubes.

Facilè fit. Terent.Eunucho,3.1,

Iandudum illi facilè fit quod doleat.

Facilè indicabit ipſa natura vim ſuam,quum homines quod facere ipſi non poſſent,id rectè fieri in altero iudicarent.Cic.de Amic.

Facilè inuolare in aliquem.Terent.Eunucho,4.3,

-qui nunc ſi detur mihi:
Vt ego vnguibus facilè illi in oculos inuolem venefico?

Facilè memini.Plaut.Capt.7,

Iſthuc non præcipias,facilè memoria memini.

Facilè noui.Plaut.Curcul.1.4,

Tam facilè noui,quàm me.

Facilè obtinent.Plaut.Aſin.1.3,

Animo ſis bono,facilè exoptatã obtinges.

Pati facilè dicentem de aliqua re errare.Cic.1. Tuſc.

Facilè paſſus ſum me deludier. Terent.Andr.1.2,

Vbi vis facilius paſſus ſim,quàm in hac re me deludier.Cic.pro Roſc. Amer.Quare facilè omnes patimur quamplurimos accuſatores,&c.

Facilè perſpicio quò intendat animus.Cic.2.Verr.

Facilius & procliuius ad laudem nobilitatis peruenire. Cic. Antequam iret in exilium.

Facilè quærere victum.Terent.Eunucho,2.3,

Ille vbi miſer,famelicus,videt me eſſe in tantum honorem,

Et tam facilè victum quærere,ibi homo cœpit me obſecrare,&c.

Facilè repetitur.Plin.lib.7.cap.15.

Facillimè ſpectatur mulier.Plaut.Sticho,3.

Facilè tutor mores.Terent.Hecyra,5.1,

Ne nomen mihi quæſtus obſtet apud te:nam mores facilè tutor.

Facilè vincere. Cicero de Amicitia, Tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendentibus facilè vincebat.

Vincere facilè aliquem aliquá re.Cic.3.de Orat.

Facilè viuere.Plaut.Curcul.1.4,

Nugas garris.c.ſoleo.nam propter eas viuo facilius.

¶Facilè,pro Libenter. Cicero Attico,lib.12.ep.40,Ego hîc vel ſine Sicca facillimè poſſem eſſe,vt in malis. Sed quum ſcribas videndum mihi eſſe,&c. Et lib.13.ep.2, Ego, vt tempus eſt noſtrum , locum habeo nullum, vbi facilius eſſe poſſim,quàm Aſturæ. ſed quia qui me-

cum sunt, &c. hoc est libentius. Idem Cælio libro 2. epist.15, Quòd autem in maritimis facillimè sum, moueo nonnullis suspicionem, velle me nauigare. Et lib. 2. de Orat. Gratissima autem laus eorum factorum habetur, quæ susceptа videntur à viris fortibus sine emolumento ac præmio, quæ verò etiam cum labore & periculo ipsorum, hæc habent vberrimam copiam ad laudandum, quòd & dici ornatissimè possunt, & audiri facillimè. Terent. Heauton. 5.5, Gnate mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam, quam tu facilè ames.

¶Facilè, vt inquit Donatus, aliquando aduerbium confirmantis est, id est liquidò & manifestò. Terent. And. 4.3,

Facilè hîc plus mali est, quàm illic boni.

Facilè princeps, & facilè primus. Donatus, Veteres dicebât facilè pro certò. Cicero, Illius ciuitatis facilè princeps. Hoc est, sine cõtrouersia. Idem pro Rabirio Posthumo, Virum vnũ totius Græciæ facilè doctissimum Platonem. Quintil. de Euripide, lib. 10. cap. 1, Facilè præcipuus. Plaut. Persa, 23.

Facilè miserrimus hominum. Cic. pro Rosc. Amer.

Facilè optimus Imperator Cato. Cic. lib. 3. de Orat.

¶Facul, Antiquum aduerbium pro faciliter. Afran. Auctione, Haud facul (*vt ait Pacuuius*) fœmina inuenietur bona. Accius Meleagro, Erat virile istuc ferre aduorsam fortunam facul. Vide plura apud Nonium & Sipontinum.

Facilitas, penult. corr. facilitatis, fœm. gen. ¶ εὐχέρεια, ἐυκολία ¶ Illius est (inquit Donatus) qui citò iram deponit, nempe placabilitas. Terentius Heaut. 4.1,

Malè docet te mea facilitas multa. Iem Eun. 5.9,

-an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit, &c.

Quæ tot res, tantas, tam opportunè in vnum concluſit diem:

An mei patris fictiuitatẽ & facilitatem? Cic. de Amic. Sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatémque procliuior. Idem lib. 4. Tusc. quæst. Sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur.

Facilitas sermonis. Cic. ad Attic. lib. 12. 255.

Abuti immoderatè facilitate alicuius. Cic. Lentulo, libro 1. 1. Vide ABVTOR.

Adiungenda est facilitas in audiendo, lenitas in decernendo. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.

Augere famam ingenij facilitate. Quintilianus lib. 4. cap. 1, Multum gratiæ exordio est, quod ab actione diuersæ partis materiã trahit, hoc ipso, quod non compositum domi, sed ibi, atque è re natum, & facilitate famam ingenij auget, &c.

Contigit id magis facilitate, quàm alia vlla culpa mea. Cicero 2. de Orat.

Facilitas & altitudo animi in exercenda iuris æquabilitate. Cicero 1. Officiorum.

Exercere facilitatem. Cic. 1. Offic.

Parare facilitatem. Quintil. lib. 2. cap. 4, Erit suum parandæ facilitatis tempus.

Dignitate principibus parem esse, facilitate parem infimis. Cicero pro Lege Manil. Facilitatem vocat virtutem qua libenter multis gratificamur.

Facilitas versa in fastidium. Tacit. lib. 11, Iam Messalina facilitate adulterorum in fastidium versa, ad incognitas libidines profluebat.

Facultas, facultatis ¶ ἐυπορία, ἐξουσία, δύναμις ¶ Propriè facilitas agendarum rerum, inquit Festus. Cicero de Inuentione, lib. 1. 58, Facultates sunt, aut quibus facilius fit, aut sine quibus aliquid cõfici non potest. Terent. And. 1. 1. 4,

-dij date facultatem obsecro

Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum. Cicero de Amicit. Sed quis ego sum? aut quæ in me est facultas? Idem ad Lentulum, lib. 1. 7, Quoties mihi certorum hominum facultas erit. Et pro Roscio Amer. Age nunc, cæteras facultates quoque consyderemus. Budæus.

Vindictæ nulla facultas. Ouid. 4. Trist. eleg. 8.

Manendi facultas nulla Miloni. Cic. pro Milone.

Restandi nulla facultas. Lucret. lib. 1.

¶Accidit facultas. Vide ACCIDO.

Adimere facultatem aliquid faciendi. Cicero 7. Verr. Nunc verò iam adempta est, non modò resistendi, verumetiam suppeditandi facultas. Vide ADIMO.

Arripere libenter lædendi facultatem. Cicero pro Flacco. Vide ARRIPIO.

Facultatem dare: Hoc est authoritatem & licentiam quam vocant. Cic. 1. de Finibus, Quæ mihi facultas, vt id meo arbitratu faceremꝫ ante hoc tempus nunquam est data.

Dare facultatem omnibus sui irridendi. Cic. 2. de Diuinat. Doleo, tantam te omnibus irridendi tui facultatem dare.

Eripere facultatem dicitur casus. Cicero Appio Pulchro, lib. 3. 5, Vtriusque nostrum magni interest, prius vt te conueniam quàm decidas: quam facultatem siquis casus eripuerit, mea tamẽ in te omnia officia constabunt.

Facultatem alius nemo habet decipiendi nos. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. 2.

Habere facultatem vt. Cic. Lentulo, lib. 1. 7, Si res facultatem habitura videatur vt Alexandriam tenere possis, &c.

Oblata facultas. Cicero 3. in Catilin. Faciletem mihi oblatam putaui, &c.

Prætermittere facultatem alicuius rei. Cic. Cn. Magno Proconsi. in epist. ad Attic. lib. 8. 159.

Si facultas erit. Cic. 1. de Inuent. Quare illa nobis alio tempore, si facultas erit, explicabuntur.

Præsentis tui facultas optabilis. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4, Neque si facultas optabilis mihi quidem tui præsentis esset, vnquam à tuis consiliis discreparem.

¶Facultas, Est vis quædam quę facit vt id facilius fieri possit, quod de vnaquaque arte præcipitur. est enim genus omnium artium: quia

sic definiri potest, Dialectica est facultas disserendi, &c.

Facultatem à facilitate sic distinguit Plinius, quòd Illam vocat gratiam eloquentiæ ac virtutem: Hanc promptitudinem duntaxat. Sic enim lib. 6. epist. 29. inquit, Quia scilicet nimia assiduitate facilitas magis quàm facultas: nec fiducia, sed temeritas paratur.

Facultas & copia causæ. Cic. pro Rosc. Com. Sed ego copia & facultate causæ confisus, vide quò progrediar.

Prona facultas. Claud. ad Olibrium, 25.

Facultas eloquentiæ. Cic. 2. de Orat. Crassus verò mihi noster visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenij sui finibus immensis pęnè describere.

Facultas ingenij, pro arte seu disciplina quæ ingenio tractatur. Cicero pro Archia, Ac nequis à nobis hoc ita dici fortè miretur, quòd alia quædam in hoc facultas sit ingenij. Hoc est, quia Archias poticam artem profiteatur, non autem oratoriam, vt ego. Vnde & dicendi facultas pro ipsa arte oratoria. Cæteræ quoque artes interdum facultates appellantur.

Ingenij facultates, consilij, gratiæ. Cic. Attico, lib. 3. 50.

Facultas orationis. Cic. 1. Offic.

Dicendi facultas. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Dicendi facultas & copia. Cic. 2. Verr.

Amplior dicendi facultas. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Eximia dicendi facultas. Quintil. in Procem. lib. 1.

Maturior facultas dicendi. Vide MATVRVS.

Si facultatem verè atque honestè iudicandi fide & diligentia mea fecero. Cic. 4. Verr.

Orandi facultas. Quintil. lib. 3. cap. 5.

Persuadendi non docendi facultas. Quintil. lib. 2. cap. 15, Cui Socrates persuadendi, non docendi concedit facultatem.

Adipisci facultatem. Cic. 2. Offic.

Facultatem concedere. Cic. pro Rabirio Posth. Vtinam mihi hanc facultatem causa concederet, vt possem hoc prædicare, &c.

Comparare facultatem. Cic. 1. de Orat.

Contingere stylo facultatem. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Deest facultas. Cic. 2. de Orat. Non deerit ipsi facultas ex cæteris rebus comparata.

Desperata facultas. Quintil. lib. 2. cap. 11, Eáque diu secum ipsi cláréque meditati desperata connectendi facultate deserunt.

Vis & facultas oratoris in quinque partes distributa. Cicero 1. de Oratore.

In arte aliqua & facultate excellere. Cic. 1. de Orat.

Exercere dicendi facultatem. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Exigere in aliquo eximiam dicendi facultatem. Quintilianus in Procem. lib. 8.

Expetere facultatem. Cic. pro Domo sua.

Facultatem in dicendo habere. Plin. epist. 9. lib. 2.

Largiri copiam & facultatem dicẽdi alicui dicitur natura. Cicero pro Quintio, Q. Hortensius cui summam copiam facultatémque dicendi natura largita est.

Offerre facultatem. Cic. in Catil

Perfectus scientia, & omni facultate dicendi. Quintil. in Procem. lib. 1. de Orat.

Vt tulit facultas, vel Quoad tulit, Id est quantum potui. Cic. de Inuentione, Vt facultas tulit fecimus.

¶Facultas, Pro copia. Cicero pro Sylla, At quos viros? non solùm summa virtute & fide, cuius generis in Senatu facultas maxima, sed etiam quos sciebam memoria, scientia, consuetudine, & celeritate scribendi facillimè quæ dicerentur, persequi posse. Budæus.

Nummorum facultas. Cic. pro Quintio.

Facultas operæ. Plaut. Trucul. 18. Sic Cicero 7. Verr. Facultas suppeditandi.

¶Facultas à Celso lib. 5, accipitur pro eo quod vulgò *virtutem* in medicina vocant, Omnia (inquit) medicamenta proprias facultates habent, ac sæpe simplicia opitulantur, sæpe mista. Budæus.

Facultas secreta certis in rebus ineſt. Lucret. lib. 1.

¶Facultas, pro facili potestate. l. Si quis posthumus. D. de lib. & posthum. cum similibus.

¶Facultates, in plurali tantùm, sunt Diuitiæ, opes. Cic. Att. lib. 11, Si quas habuimus facultates, eas tum Pompeio, quum id videbamur sapienter facere, detulimus.

Facultates & copiæ. Cic. 4. Verr.

Facultates rerum, copiæ, opes. Cic. 1. Offic.

Modicus facultatibus. Vide MODVS.

Excutere facultates alicuius. Vlp. in l. 1. §. Si inter magistratus. D. de magistratibus conueniendis, Prius enim arbitror conueniendum eum qui hoc susceperit: deinde excussis facultatibus, tunc veniendum ad Collegam.

Implere facultates equestris ordinis. Vide IMPLEO.

Labi facultatibus. Vlp. in l. 1. §. Si magistratus ab initio. D. de Magistratibus conueniendis. Quòd si satis exegit, & idoneum exegit quanuis postea facultatibus lapsi sunt tutores, vel fideiussores: nihil est quod ei, qui dedit, imputetur. Vide LABOR.

Præparare aliis facultates patrimonij sui. Quintil. in Procem. lib. 6, Nos miseri sicut facultates patrimonij nostri, ita hoc opus aliis præparamus, aliis relinquemus.

Largè supersunt illi facultates. Vide LARGIOR.

¶Facultas, in singulari numero pro diuitiis. Paul. in l. Cum pluris. §. vlt. D. de admin. tut. Non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij. Nisi malis exponere. Pro copia patrimonij.

Facinus,

Facinus, pen. corr. huius facinoris, pen. corr. ¶ πρᾶγμα ¶ Aliquando factum significat. Sallust. Qui aliquo negotio intenti præclari facinoris, aut bonæ artis famam quærunt. Cic. Rufo, lib. 2. 8, Non ædepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris.

Facinus istud non est mihi conducibile: Id est, non profuerit mihi, si istud egero. Plaut. Bacchid. 1,

Non ego isthuc facinus mihi mulier conducibile esse arbitror.

Basilica facinora. Vide BASILICVS.

Ad omne clarum facinus audaces manus. Senec. Herc. fur. 4.

Forte facinus. Ouid. 9. Metam.

Immortalia facinora. Vide IMMORTALIS.

Lepidum facinus. Vide LEPIDVS.

Luculentum facinus. Vide LVCVLENTVS.

Mirum facinus. Vide post MIROR.

Nobile facinus. Vide NOBILIS.

¶Facinus quos inquinat æquat. Lucan. lib. 5.

Aggredi facinus. Vide AGGREDIOR.

Exempla facinorum appetere. Senec. Thebaid. 2.

Facinus timido pectori credere. Vide CREDO.

Edita facinora habent. Liu. lib. 9. Decad. 4.

Efficere mirabilia facinora. Cic. 3. Philip.

Incipere facinus. Vide INCIPIO.

Inuenire facinus. Vide inuenio.

Moliri facinus. Silius lib. 11.

Obire aliquod facinus. Cic. 1. in Catil.

¶Facinus, pro scelere & flagitio. Terẽt. Adel. 3. 4. Idem Heaut. 2. 1, -is mihi vbi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora! Cic. ad Att. lib. 2. 28. Liu. 9. bel. Maced. Nihil ibi facinoris, nihil ibi flagitij prætermissum.

Facinoris crimen. Cic. pro M. Marcello, Primum ad se reuocarent maximi facinoris crimen. Idem pro P. Sylla, Neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen Iudices P. Syllæ persona suscipit.

Non rudis facinorum. Tacit. lib. 12.

Series facinorum. Senec. Octau. 4.

Forma facinorum. Senec. Octau. 4.

Atrox facinus. Senec. Troad. 4.

Facinus audax. Vide AVDAX.

Facinus capitale. Vide CAPVT.

Cruentum facinus. Senec. Hippol. 4.

Morte dignum facinus. Senec. Hippol. 12.

Fœdum ac ferum facinus. Liu. Decad. 3. lib. 8.

Horrendum facinus. Senec. Thebaid. 2.

Horridum facinus. Senec. Hippol. 2.

Expelle facinus mente castifica horridum.

Ignotum, efferum, inusitatum facinus. Senec. Thebaid. 1.

Illiberale facinus. Vide ILLIBERALIS.

Incognitum facinus, ac dirum nefas. Senec. Medea, 12.

Indignum facinus. Vide INDIGNVS.

Ingens facinus. Vide INGENS.

Lene facinus. Horat. 1. epist. 17.

Mala facinora. Tacit. lib. 12, At Agrippina, ne tantum malis facinoribus notesceret. Vide MALVS.

Nefarium facinus. Vide NEFARIVS.

Nullum non facinus. Vide NVLLVS.

Obscœnum facinus. Claud. 2. in Eutrop.

Sceleris facinus. Cic. 7. Verr.

Tetrum facinus. Senec. Thyeste, 8.

¶Adducere ad facinus. Vide ADDVCO.

Admittere facinus aliquod. Iuuen. sat. 10. Vide ADMITTO.

Animaduertere facinus. Vide ANIMADVERTO.

Audere facinus. Tacit. lib. 18, In eo metu Aponius Saturninus Mœsiæ rector pessimum facinus audet.

Facinus committere. Vide COMMITTO.

Facinus conscisce. Vide CONSCISCO.

Facinus facere. Cic. 2. de Finib. Si enim ita est, vide ne facinus faciasꝫ quum mori suadeas.

Geminare facinus. Ouid. 10. Metam.

In oculis habere facinus. Ouid. 2. Tristium,

Vtque sedet vultu fassus Telamonius iram,

Inque oculis facinus bar bara mater habet.

Incœptare facinus. Vide INCOEPTO.

Iurare in facinus. Ouid. 1. Metam.

Pœnas luere facinorum. Senec. Octau. 5.

Facinus quod natum est nouum. Vide NASCOR.

Oritur facinus. Vide ORIOR.

Parare facinus aliquod. Ouid. 9 Metam.

Triste parat facinus. Ouid. 6. Metam.

Patrare facinus. Vide PATRO.

Scelus & facinus manibus cruentis præ se ferre & confiteri. Cic. pro Milone.

Repellere facinus. Ouid. 15. Metam.

Reposcere facinus. Stat. 5. Thebaid. Vide REPOSCO.

Malum facinus suadere. Tibul. lib. 11. eleg. 4.

Suasit amor facinus. Ouid. 8. Metam.

Suscipere facinus. Cic. pro Cluent.

Facinorosus, pen. prod. ¶ κεκακοῦργος ¶ Sceleſtus, flagitiosus. Cicero in Catil. Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum.

Facinorosa vita. Cic. 1. de Legibus.

Facundus, Adiectiuum ¶ ῥητορικὸς, λογικὸς, εὐεπὴς, εὐπιθὴς ¶ Qui futura diuinando solet præfari, inquit Varro lib. 5. de Lingua Latina.

Facundus. Dissertus, à fando: qui ea quæ mente conceperit, ad audientes facilè atque ornatè profert. Ouidius, Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses. Quintil. lib. 12, In omnibus gẽtibus alius alio facundior habetur, & in eloquendo dulcis magis.

Dicta facunda. Ouid. 13. Metam.

Iuuenis facundus. Ouid. ad Pisonem.

Os facundum. Ouid. 5 Fast.

Otia facunda, Id est in quibus studetur facundiæ. Claud. 8. Paneg.

Facundia, facundiæ ¶ εὐεπεία, εὐεπὴς εἶναι τινὸς ¶ Facultas disserendi cum gratia. Gellius lib. 4. cap 9. Plin. lib. 7. cap. 30, Facundiæ Latiarũmque literarum parens Cicero.

Arma facundiæ. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Linguæ facundia. Ouid. 3. Trist. eleg. 5.

Compta facundia. Tacitus lib. 5.

Digna principe facundia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5.

Mortifera facundia. Iuuenal. sat. 10, -multis

Et sua mortifera est facundia.

Multiplex & multiformis facundia Virgilij. Macrob. lib. 5. Satur. capite 1.

Præceps facundia. Horat. in Arte.

Alere facundiam. Quintil. in Procem. lib. 1.

Mandatam iuuit facundia causam. Ouid. 7. Metam.

Facundè, Aduerbium ¶ ῥητορικῶς ¶ Diserté. Liu. 8. bel. Pun. Sed hostem etiá infestissimum facundè alloquendo sibi conciliarit.

Facundiosus. penult. prod. Adiectiuum ¶ ἐυεπὴς ¶ Sempronius Asellio vsurpauit, teste Gellio lib. 4. cap. 9, quum sic ait, XIII rerũ gestarum, facta sua spectare oportere: dicta non, si minus facundiosa essent. Antiquum.

F A D

FADIVS, Pompeianus miles, cuius meminit Asinius Pollio apud Ciceronem lib. 10. Epist.

F A E

Fæx, fæcis, per æ diphthõgon, vt docet Apuleius, tam masculini, quàm fœ. ge. est, sed frequentius fœminini ¶ τρύξ, ὑποστάθμη ¶ Excrementum cuiuscunque rei. Horat. 1. Carm. ode 36, Diffugiunt cadis cum fæce siccatis amici.

Dies sine fæce. Vide DIES.

Fæx ciuitatis: Homines viles & abiecti, vitam agentes sordidam. Cic. pro Flacco, Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatum, quid est negotij concitare? Idem ad Qu. fratrem, lib. 2. 10, Nam apud perditissimam illam infimam fæcem populi propter, &c.

De fæce haurire, pro eo quod est, sordida quæpiam ac plebeia, nimísque humilia persequi. Cic. in Bruto, Tum Atticus, Tu quidem de fæce, inquit, hauris, sídque iandudum, sed tacebam: hoc verò non putabam, te vsque ad Stalenos & Antronios esse venturum. Dictum ab Attico in Ciceronem, qui tempus tereret in cõmemorandis oratoribus quibusdam obscuris, ac nullius penè nominis.

Pannosam fæcem morientis sorbet aceti. Pers. sat. 4.

Liquida fæx. Ouid. 8. Metamorphoseos,

Conditáque in liquida corna autumnalia fæce.

Fæx Romuli, pro plebe Romuli, hoc est populo Romano, quem ideo fæcem vocat Cicero scribẽs Attico, lib. 2. epist. 1, quòd collectus esset ex confusa & turbulenta multitudine. Loquitur autem illic de Catone, quem reprehẽdit quòd ita se gereret quasi esset in Rep. Platonis, & non in fæce, hoc est fœculenta plebe Romuli.

Sordes & fæx vrbis. Cic. Attico, lib. 1. 11.

¶Fæx, Condimenti siue liquaminis genus. Horat. 2. Serm. sat. 4, -ego fæcem primus, & alec,

Primus & inueni piper album cum sale nigro

Incretum puris circumposuisse catillis.

Fæcula, fæculæ, pen. corr. Diminutiuum. Lucret. lib. 2,

Fæcula iam quo de genere est. Quo in loco sumitur pro cõdimento seu liquamine subacido subamaróque.

Fæculentus, Adiectiuum ¶ πυγγώδης ¶ Quod est fæcis plenum. vt Fæculenta aqua. Plin. lib. 31. cap. 3.

Fæcatum vinum ¶ πυγγωτὸς ¶ Quod è fæcibus expressum est, inquit Cato, cap. 153, hoc est quod inter vina operaria numeratur, quum sit aquatum.

Fæcundus, pen. prod. Adiectiuum ¶ πύγισος ¶ Gellius lib. 13. cap. 10, Non eas finitiones præfacidas, neque fæcundas grammaticas spectaueris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conuenìat dicere. Obsoletum.

Fæciniæ ¶ πυγάργα σαφυλαί ¶ vuæ dictæ sunt, quæ plus quàm cæteræ, fæcis afferunt. Alio nomine, à colore rubellanæ vocantur: authore Columella lib. 3. cap. 2.

F A G

Fagus, fagi, fœm. gen. ¶ φηγὸς ¶ Arbor glandifera: ἀπὸ τοῦ φάγειν, quod est comedere. Virg. in Bucolicis,

Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Galli vocant *Fau*, Fructum autem *Faine*. Cæsar 5. bell. Gall. Plin. lib. 22. cap. 23.

Alta fagus. Virg. 1. Georg.

Ardua fagus. Stat. 6. Thebaid.

Densæ fagi. Virg. eclog. 2.

Patula fagus. Virg. eclog. 1.

Rudibus fagis texuntur tigna. Claud. 3. Paneg.

Veteris iam fracta cacumina fagi. Virg. eclog. 9.

Viridis fagus. Virg. eclog. 5.

Fagineus, Adiectiuum ¶ φηγίνος ¶ Quod ex fago factum est. Ouid. lib. 8. Metamorphoseos,

-erat alueus illic

Fagineus, &c. Colum. lib. 12. cap. 45, Faginea arculæ. Ouid. 4. Fastor.

Faginus, pen. corr. ¶ φήγινος ¶ Similiter adiectiuum, Idem. Virg. 3. Georg.

Pòst valido nitens sub pondere faginus axis. Plin. lib. 16. cap. 38.

Pocula fagina. Virg. eclog 3.

Scyphus faginus. Tibullus lib. 1. eleg. 10.

Fageus, ¶ φήγινος ¶ Idem. Plinius lib. 16. cap. 5, Alia fageæ glandi figura, alia quercneæ.

Fagea, Glandis genus, de qua sic Plin. lib. 16. cap. 27, Fagea glans suem

hilarem facit,carnem coquibilem ac leuem,& vtilem stomacho. Vide cap.6.lib. supradicti.

FAGIFVLANI, Populi, in quarta regione Italiæ à Plinio collocati libro 3.cap.12.

FAGVTAL {φαγούταλ} fuit Romæ sacellum Iouis in quo erat fagus arbor,quæ Ioui sacra habebatur.Plin.lib.16.cap.10.

F A I

Faida, Vox origine Teutonica in iure Longobardorum modò pro iniuria,vt l.Si caballus.tit.de pauper. modò pro hostilitate , vt l.in omnibus.tit.de plag.liber. homi. vsurpatur. Obseruatur item ex constitutione Caroli magni ad legem Salicã adiectis capitulis quatuor, appellari faidosum,qui hostis est publicus.

F A L

FALACER,Vnus fuit ex quindecim Flaminibus,quos post aliquas tempestates,aucta ciuitate,quũ augeri quoque sacerdotia oporteret,Romani constituerunt. Hoc autem cognomen Flamen hic fortitus est, à Falacre pomorum deo , cui sacra faciebat. Ex Alex.ab Alex.lib.6. Turnebus autem credit diuum Falacrẽ, deum fuisse , qui loco cuidã, qui falacer , aut falacrinus vocabatur,præerat : sunt enim cognomines & gentiles locorum dij,vt Clitumnus & fontis,& dei fontis nomen erat Falacrinus autem locus recensetur ab Antonino in itinerario Italiæ,non procul Roma. Quispiam fortasse etiam existimet à phalis circi nomen habuisse,sed alterum credibilius videtur.

FALACRVM {φαλάκριον} Promontorium Siciliæ, teste Ptolemæo:hodie *Melazo*.

Falæ, Turres ligneæ ob altitudinem dictæ , quibus in oppidorum oppugnationibus, & in spectaculis vtebantur , à falando. Tusci enim falandum,cælum vocabant. Ennius lib.15,

Malos defindunt,fiunt tabulata,falæque. Vide Nonium.

Falarica,falaricæ , pen.corr. {ὑσσὸς μετὰ γόης} inquit Festus , est genus teli missile:quo vruntur, ex falis,id est ex locis extructis dimicantes. Virg.9.Æneidos,

Sed magnum stridens contorta falarica venit. Ennius,

-quæ validè veniunt falarica missa. Dictum hoc genus teli , (vt author est Nonius) à falis.id est turribus ligneis. Liu.1.bel.Pun.Falarica erat Saguntinis,missile telum hastili oblongo,& cæsera teretj, præterquam ad extremum,vnde ferrum extabat.

FALARIENSES {φαλαριεῖοι} Populi , quos in quinta regione Italiæ collocat Plin.lib.3.cap.13.

Falcartus,Falcatus.Falcula, Vide FALX.

Falcariæ cotes,quibus falces acuuntur , siue illæ olearíæ sunt , siue aquariæ.Sipontin.

Falcidia lex {φαλκίδιος νόμος} quæ à Caio Falcidio Trib.pleb.lataest, anno vno sequente post interfectum Ciceronem.

Falcidia lex , quæ falcat , hoc est amputat legata , quando saltem quarta pars bonorum non superfit hæredibus : à Falcidio Tribuno plebis lata.Vide tit.22.instit.lib.2.

FALCIDIVS, Caius anno proximo post Tribunatum plebis legatus. Cic.pro Lege Manil.

Falco onis {ἱέραξ} Auis est ex accipitrum genere, ita dicta (vt Festus innuit) quòd vngues more falcis habeat introrsum flexos. Auis huius volatus à veteribus in auguriis maximè obseruabatur. Felicissimum siquidem omen ad res agendas putabant , si falco à sinistra volasset,vnde & à Græcis ἱέραξ, quasi sacra auis vocatur.Cãpani Capyn olim vocabant,à qua etiam nonnulli volunt Capuæ nomen esse impositum,quòd ex volatu falcoais , de ea ædificanda sumptum fuerit augurium. Sunt autem falcones omnes (vt hodie à Principum aucupibus obseruatum est) fœminæ. Mares verò sunt , quos vulgus hodie vocat *Mosçardinos*.

Falere , neut.gen.Varro de Re rust.lib.3.cap.5 , Subter columnarum stylobatem est lapis à falere pedem & dodrantem altus, ipsum falere ad duos pedes altum à stagno , latum ad quinque , vt in culcitras & columnellas conuiuæ pedibus circumire possint. In fimo intra falere est stagnum cum margine pedali , & insula in medio parua. Circum falere & natatilia sunt excauata anatum stabula. Verbum architecturæ incognitum.

FALERII , orum {φαλέριον} Oppidum fuit Falisc orum in Tusciæ mediterraneis.Author Ptol.lib.3.cap.1.Festus,Faleri oppidũ à fale dictum.

Falerina tribus. Vide TRIBVS.

FALERNVS ager {φαλέρνος, φαληρῖνος} à ponte Campano incipit læua petentibus vrbanam coloniam Syllanam , antea Capuæ cõtributam. Illic enim vitiferi colles incipiunt, & temulentia succo nobilis per omnes terras inclyto, atque vt veteres dixere , summum Liberi patris cum Cerere certamen. Ex Plinio lib.3.cap.5.

Summis collibus Gauranum gignitur vinum,mediis Faustianum, imis Falernum. Falerno inter generosa vina Italiæ secunda nobilitas erat. Ex Plinio lib.14.cap.6. Tibul.lib.1.eleg.9.

Cellæ Falernæ.Virg.2.Georg.
Vina Falerna.Horat.2.Serm.sat.4.
Vites Falernæ.Horat.1.Carm.ode 20.
Vuæ Falernæ.Horat.2.Carm.ode 6.
¶Falernum,pro vino quod in Falerno monte crescebat.Martialis,

Attica nectareum turbatis mella Falernum. Idem lib.1,

-fœlus est iugulare Falernum. Tibullus masculino genere protulit,lib.eleg.1,

Nunc mihi fumosos veteris perferre Falernos
Consulis,& Chio soluite vincla cado.
Acre Falernum.Iuuen.sat.13.
Ardens Falernum.Horat.2.Carm.ode 11.
Forte Falernum.Horat.2.Serm.sat.4.
Indomitum Falernum.Pers.sat.3.
Liquidum Falernum.Horat.1.epist.14.
Seuerum Falernum.Horat.1.Carm.ode 27.
Vetus Falernum.Horat.2.Serm.sat.3.
Vetulum Falernum. Catull.ad puerum suum,epigr.24.

FALISCA,Colonia intus Tyberim,Argis orta,vt author est Cato , quæ cognominatur Hetruscorum.Vide Plin.lib.3.cap.5.

FALISCI {φαλίσκοι} Vulgò *monte Fiascone* , Populi sunt Hetruriæ,quos Virgilius Æquos appellauit , quia Populus Romanus missis Decem viris inde multa iura collegit : & nonnulla supplementa duodecim tabularum accepit. Nam ab Athenien sibus decem habuerunt tabulas. Hactenus Seruius explicans illud Virgilij 7.Æneidos,

Hi Fescenninas acies, æquósque Falisc os. Falisci habuerunt vrbem Falerios,quam Camillus dux obsedit. Author Liuius.

Falliscus,Adiectiuum {φαλίσκος.} vt Falisc us venter, quòd eum farcire à Falisc is didicêre,inquit Varro de Ling.Lat.Martial.lib.1.152,

Et lucanica ventre cum falisco. Papinius lib.4.Sylu.Non lucanica, non graues falisci.

Falisc æ præsepes item à Catone cap.4.& 14, dictæ , quæ in Falisco agro,vel à Falisc is , aut falisco ligno optimè fi bant. Turnebus falisc as interpretatur , in quibus ponitur pabulum graminеum , & herbaceum,vt fœnum,farrago,& reliqua. quod quidem præsepis genus *rastellatum* vulgò vocamus.

Fallam,pro fallacia dixere veteres , vt annotauit Nonius, Næuij antiqui poetæ locum citans ex Decumis,

Me non vocabit ob eam rem,hanc feci fallam.

Fallacia,Fallax,Vide FALLO.

FALLIENATES,Populi in sexta regione Italiæ,quos iam ætate sua interiisse refert Plinius lib.3.cap.14.

Fallo,fallis,fefelli,falsum {ψεύδω,παραφέρω,σφάλλω,ἀπατάω,μοιχεύω} fallere, à fando deducitur,vt Varroni placet,quòd fando decipiamus, ac cõtrà quàm diximus, faciamus. Nam siquis re fallit, impropriè fallere dicitur. Terent.Heaut.3.1. -falli te sinas

Technis per seruulum. Cic.pro Rosc.Amer.Perditissimi est igitur hominis simul & amicitiam dissoluere , & fallere eum qui læsus non esset,nisi credidisset.

Fallere & effugere optimus est triumphus.Horat.4.Carm.ode 4.

In aliquo fallere. Quintil.in Procem.lib.4 , Ne fefellisse in his videar principem.

Naturaliter fallere.Quintil.lib.2.cap.12,Sed sunt in hac parte,quæ imperitos etiam naturaliter fallant.

Ab arte quadam fallere aliquem.Ouid.2.Tristium,

Multáque dat furtim talis præcepta,docétque

Qua nuptæ possent fallere ab arte viros.

Fallunt amaritudinem edentes absynthij in fico.Plin.lib.27.cap.7.

Perrarò hæc alea fallit.Horat.2.Serm.sat.5.

Animi fallunt sub vulpe latentes.Horat.de Arte poet.

Nec me animi fallit,quàm res noua,&c. Lucret.lib.5.Hoc est,Nõ me latet,Non ignoro.

Credentem fallere.Ouid.epist.2.

Curam fallere somno. Horat.2.Serm.sat.7.

Labor fallebat curas.Ouid.3.Trist.eleg.2.

Custodes fallere.Ouid.4 Metam.

Deceptam fefellit,pro Decepit & fefellit. Virg.4.Æneidos,

Postquam primus amor deceptam morte fefellit. Seruius.

Fallere depositum,pro Fraudare in deposito. Ouid.5.Metamorph

-aruáque iussit Fallere depositum,vitiatáque semina fecit.

Dextram alicuius fallere,Id est promissam fidem.Virg 6.Æneid.

Diuinatio fallit fortasse nonnunquam , sed tamen ad veritatem fæpissime dirigit.Cic.1.de Diuinat.

Fallere dolis.Terent.And.3.2, -itáne tandem idoneus

Tibi videor,quem tam aperte fallere incipias dolis? Sic Fallere omni perfidia & fraude,Cic.pro Rosc.Amer.

Faciem alicuius fallere,Id est Effingere vultum.Virg.1.Æneidos,

Tu faciem illius noctem non amplius vnam

Falle dolo,& notos pueri puer indue vultus.

Fallere fidem,Peierare. Cic.1.Offic.Ad supplicium redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere.

Fidem hosti datam fallere.Cic.1.Offic.

Omni fraude & perfidia fallere.Cic.pro Rosc.Amer.

Horas sermonibus fallere.Ouid.8.Metam.

Fallere hostem. Liu.1.bell.Macced.Quum abire inde & fallere abiens hostem vellet,&c.

Fallere imperium. Plin.lib.7.cap.37; Nisi fefellisset imperium militaris imprudentia. Hoc est,Nisi milites per imprudentiam contrà fecissent quàm sibi erat imperatum à Marcello.

Fallere iudicium alicuius.Hirtius 4.bell.Alexand.Nobis rem committe,nos prælium sustinebimus,neque tuum iudicium fallemus,dũ reliqui subsequantur.

Iura tori fallere,Adulterium committere.Ouid,epist.15.

Iurata fefellit.Ouid.1.de Remed.amoris,

Sic mihi iuraut,sic me iurata fefellit.

Fallere liberos parentibus.Plaut.Rud 18, -itáne impudens

Tũne hic fallis virginales liberos parentibus,

Subiectos habebis,arque indigno quæstu conteres? Id est Abducis liberos à parentibus,&c. Fortasse legendum,fallis parentibus. tunc alia esset constructio.

Longè fallitur opinione.Cic.in Sallust.

Mandata alicuius fallere.Ouid.9.Metam. Id est,Non facere quod dedit in mandatis.

Falli memoria.Plin.lib.10.cap.42.Constat emori victas difficultate verbi,ac nisi subinde eadem audiant,memoria falli. Id est obliuisci.

Mendacio fallere. Vide MENDACIVM.

Simulacra in somnis mentem fallunt.Lucret.lib.5.

Moras arte fallere.Ouid.epist.18.

Nec me adeò fallit.Virg.4.Æneid. Hoc est,Non ignoro.

Nihil me fefellit. Terent.Heaut.4.3. Idem And.1.2,

Irrides,nihil me fallis. Vbi Donatus,Non te ignoro, non me decipis. Et rursum,Nihil me fallis,figura est ἀντανακλάσις.Fallis,lates:vt sit ἐδὲν μεκλανθάνει.

Non pol me multum fallit,quin quod suspicor , sit quod velit. Id est non multum erro,quin,&c. Terent.Hecyr.5.1.

Nisi

Nisi fallor.Virg.5.Æneid.

Nisi me fallit animus. Terent.Heaut.4.1,

Nisi me animus fallit , hic profectò est annulus,quem,&c. Idem Phorm.5.1. Cic pro Roscio Amer.

Nisi me fallo.Cic.12.Philipp. Is enim sum (nisi me fallo) qui,&c.

Nisi omnia me fallunt. Cic.Attico,lib.8.15.

Nisi quid me fallit. Cic.Rufo,lib.5.20, Te certe in pecunia exacta ita afferre ex meis rationibus relatis non oportuit, nisi quid me fallit. Terent.Heaut.3.2.

Nouitate quadam aliquem fallere,Id est noua arte. Ouid.2.Trist.

Numen fallere.Virg.6.Æneidos,

-Stygiámque paludem,

Di cuius iurare timent,& fallere numen.

Litera fallit oculos, Id est non potest videri vt legatur. Ouid.3.de Arte amandi.

Fallere aliquem omnia,pro Fallere in omnibus. Senec.epist.96.

Fallere opera.Plaut.Pseud.4, At faciem quum aspicias eorũ,haud videntur mali,opera fallũt. Id est ipsorum operibus apparet eos esse deceptorès.

Opinio fefellit. Cic. pro Cluentio , Confiteare necesse est te opinionem multum fefellisse,&c.

Opinionem tuam fefellit ea res. Cic.2.de Inuent. Cæsar 3. belli Ciuilis,Ne vsu manúque opinionem fallerent.

Opinio de te multum me fefellit.Cic.pro Sylla.

Falli opinione. Cic.in Sallustium,Longè verò fallitur opinione.

Fallere promissum,pro Non implere: apud Qu.Curtium lib.6.

Quem quæso nostrum fefellit,ita vos esse facturos? Cic.in Orat.

Retia fallentia.Ouid.2.de Arte amandi.

Fallens vestigium.Plin.epist.25.

Vitæ fallentis semita.Horat.1.epist.19. Hoc est,vita solitaria.

Falsus,Participium, siue Nomẽ ex participio {ψευδὴς.} vt Falsus amicis, Claud.7.Paneg.

Omnibus verax,sibi falsus vni.Seneca Medea,8.

Falsus sodalibus, Id est qui fidem sodalibus non seruat. Catul.ad Alphenum,epigr.28.

¶Auditiones falsæ. Tacit.lib.4.

Falsa causa.Terent.And.1.5,

Censẽ' vllum me verbum potuisse proloqui?

Aut vllam causam,ineptam saltem,falsam,iniquam?obmutui.

Falsus codex.Cic.3.Verr.Quòd falsum codicem protuleris.

Crimine falso accusare aliquem. Ouid.13.Metam.

Cupidine falso decipi.Horat.2.Serm.sat.1.

Falsum gaudium.Terent.And.1.2,

Id voluit,nos sic nec-opinantes duci falso gaudio.

Gaudia falsa,Non syncera.Virg.6.Æneid.

Falsam gratiam inire. Terent.Heaut.2.3,

Perge obsecro te,& caue ne falsam gratiam Studeas inire.

Honor falsus,Qui indigno exhiberur. Horat.1.epist.17.

Sub imagine falsa celare culpam.Ouid.2.Metam.

Falsa lacrymula. Terent.Eunuch.1.1,

Hæc verba,vna me hercle falsa lacrymula,

Quam oculos terendo misere vix vi expresserit, Restinguet.

Lingua falsa.Ouid.2.Metam.

Literarum falsarum & corruptarũ pœna grauis. Cic.pro Flacco.

Falsæ lites.Plaut.Rudente.2.13,

Noscamus vt quenque adiuuet opulentia:

Qui falsas lites falsis testimoniis Petunt,&c.

Odium falsum assimulat. Ouid.7.Metam.

Opprobriis falsis morderi. Horat.1.epist.17.

Os falsum.Ouid.10.Metamorphoseos,

Si licet,& falsi positis ambagibus oris

Vera loqui sinitis

Proditio falsa.Virg.2.Æneid.

Pauores falsi. Tacit.lib.2, Falsos pauores induerat.

Pudor falsus.Ouid.2.de Arte amandi.

Querelis falsis incusare aliquem.Claud.4.Paneg.

Falsus scriptor.Martial.lib.3,

An quæ Neroni falsus astruit scriptor.

¶Falsus sol,pro Fallace.Virg.1.Georgicorum,

-solem quis dicere falsum Audeat? Seruius.

Falsa solicitudo. Terent Heaut.1.2,

Proin tu solicitudinem istam falsam,quæ te excruciat,omittas.

Falsum somnium.Plaut.Milit.7,

Ecastor ergo mihi haud falsum euenit somnium.

Spes falsa & fallax.Cic.12.Philip.

Spem falsam ponere.Ouid.ad Liuiam.

Falsa spe aliquem producere. Terent.And.4.1.

Terror falsus.Lucret.lib.3.

Falsum testamentum, Quod testamentum non est , inquit Paulus Iureconf. l.221. D. de verbor.signif. Sic Falsus tutor, Qui tutor non est. Vlpian.in l.1.D.Quod falsò tut.author gest.esse dicet.

Verbis falsis periuria addit.Ouid.11.Metam.

Falsis & mẽdacibus visis mẽtes mortalũ cõcitare. Cic.1.de Diuin.

¶Falsus animi dicitur is , cui longè aliter eccidit , atque opinabatur. Terent.Eunuch.2.2.

Falsum habere,Id est Decipere. Sallustius in Iugurtha, Nec ea res me falsum habuit.

Falsum esse. Sallust.Ambitio multos mortales falsos fieri subegit.

Falsum,falsi,Substantiuum {ψεῦδος.} Terent.Eunuch.1.2,

Quæ vera audiui,taceo,& contineo optimè.

Sin falsum , aut vanum , aut fictum est, continuò palàm est. Idem Heaut.3.1.

Nisi falsum & imitatione simulatum nihil est in eo.Cic.2.de Orat.

Intelligens falsi. Tacit.lib.12.

Veri falsíque notitia. Lucret.lib.4.

Mentita, falsa , & plena erroris. Cic.2.de Diuinat.Quæ ordine & ratione vacant,ea mentita,& falsa,plenáque erroris sunt.

Accliuis falsis animus. Horat.2.Serm.sat.2. Hoc est,procliuis & inclinatus ad falsas opiniones.

Aucta in falsum. Tacit.lib.3,Modica de moribus adolescentis , neque in falsum aucta retulit.

Veris addere falsa.Ouid.9.Metam.

Veris falsa admiscere per artem. Silius lib.11.

Falsi conuincere. Vide CONVINCO.

Conuincere falsum refutatu ancipiti. Lucret.lib.3.

Vero distinguere falsum.Horat.1.epist.10.

Iácere tela in falsum.Tacit.lib.4. Telísque in falsum iactis.

Ingrauescere falsis. Tacit.lib.19 , Quum è contrario omnia læta fingeret,falsis ingraueschat.

Falsa punire,Id est ea quæ commissa non fuerant.Seneca Hipp.12.

Veris falsa remiscêre. Horat.de Arte poet.

Renidens falsum vultu. Tacit.lib.4, Enimuero Tiberius toruus, aut falsum renidens vultu,seu loqueretur,seu taceret.

Falsum scripseram ad te antè de iis. Cic.Attico,lib.7.133.

Verum,falsúmve sit,vita non decreuerit. Plin.lib.8.cap.16.

Falsò, Aduerbium {ψευδῶς} quod Vero contrarium est. Plaut.Bacch.11,

Non maneo , neque tu me habebis falsò suspectum. Terent. Heaut. 2.3, -nam mihi nunc nihil rerum omnium est

Quod malim, quàm me hoc falsò suspicarier.

Falsò. Terent.And.3.2, -continuo dari

Tibi verba cẽses.5.falsò. Vbi Donatus,Potest & εὐφημικῶς falsò pronuntiari. Potest & Falsò loqueris. vt Sallustius, Falsò queritur de natura sua genus humanum.

Numina Iouis falsò citaui,Id est periuraui.Ouid.5.Fast.

Fama falsò credita.Seneca Octau.6.

Laudata falsò fœmina.Ouid.3.Amor.eleg.11.

Falsò memoriæ proditum videbatur.Cic.pro Lege Manil.

Promittere falsò.Ouid.epist.19.

Falsè,Aliud aduerbium {ψευδῶς} Idem. Plaut.Capt.11,

-ego Philocrates

Falsè faciam,vt verus hodie reperiare Tyndarus. Antiquum.

Falsidicus,pen.corr.Adiectiuum {ψευδολόγος} Qui falsa loqui consueuit: Plaut.Capt.12,

Me,meámque rem,quod in te vno fuit,

Tuis scelestis falsidicis fallaciis dilacerauisti.

Falsificus,pen.corr.Aliud adiect. {ψευδοποιὸς} Qui facit fallacias. Plaut. Milit.5,

Domi habet animum falsiloquum,falsificum,falsiurium.

Falsiurius,Adiectiuum {ψευδιρκίων} Qui falsa iurat. Plaut.Milit.5.

Falsiloquus,pen.cor.Adiectiuum {ψευδολογῶν} Qui falsa loquitur.Plaut. Milite,5. Idem Capt.6,

Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo.

Falsimonium,falsimonij {ἐξαπάτη.} Plaut.Bacchid.11,

-quos quum censeas

Tibi amicos,reperiuntur falsi falsimoniis,

Falsiparens, pen.corr.huius falsiparentis {ψευδοτόκου} Is dicitur qui falsum habet parentem , Id est cuius pater is esse creditur , qui minimè tamen est. Sic Catullus vocat Herculem , quem ex Ioue & Alcmena natum, plurimi credebant Amphitryonis esse filium , quia is verus

erat Alcmenæ maritus. Catull. ad Mallium, epigr. 63,
-falsiparens Amphitryoniades.

Falsitas, pen. corr. falsitatis {ψεῦδος} cui opponitur Veritas. Cic. pro Cluentio, Etenim sicut aliis in aliis parum firmamenti & parum virium falsitas habet: sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet.

Fallax, fallacis, pen. prod. om. gen. {ἀπατηλός, σφαλερός} Qui mentiendo decipit.
Alea fallax. Ouid. 4 de Ponto, eleg. 2.
Amica fallax. Ouid. 2. Amor. eleg. 9.
Amicitia fallax. Ouid. 7. Metam.
Amicitiæ fallaces. Tacit. lib. 16, Sic specie bonarum artium falsos, & amicitiæ fallaces.
Amor fallax. Senec. Hippol. 5.
Vani & fallaces astrologi. Cic. 1. de Diuinat.
Aula fallax. Seneca Octau. 2.
Fallax coniectura. Plin. lib. 22. cap. 23, Quoniam in his naturam esse apparet, in illis coniecturam sæpius fallacem.
Fallax conuallis. Plin. lib. 8. cap. 8, Conuallis manu facta, & longo tractu fallax.
Fiducia fallax Ouid. epist. 15.
Fallax hamus. Martial. lib. 1,
Sic auidis fallax indulget piscibus hamus.
Hamo fallaci læsus piscis. Ouid. 2. de Ponto eleg. 7.
Fallaces herbæ, Quæ parum aut nihil afferunt fructus. Cic. de Amicit. Nouitates autem si spem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ.
Herba fallax veneni. Virg. 4. eclog.
Fallaces homines. Catul. ad Alphenum, epigr. 28.
Fallax imitatio. Cic. 4. Acad.
Insidiæ fallaces. Valer. 5. Argon.
Fallax interpres. Cic. ad Brutum, 10.
Iudicia fallacia. Cic. 3. Offic.
Fallax loquenti. Cic. 4. de finib.
Merces fallaces & fucosæ. Cic. pro Rab. Posth.
Norma fallax. Lucret. lib. 4.
Fallax aut dubia obseruatio. Plin. lib. 18. cap. 26.
Puella fallax. Tibull. lib. 3. eleg. 7.
Fallacissimo sensu iudicare. Cic. 2. de Diuinat.
Sententia hominum fallax. Ouid. 5 Fast.
Seruus fallax. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.
Simulacrum fallax. Silius lib. 17.
Fallax spes. Liu. 6. ab Vrbe, Nec diutius patiar à te multitudinem fallaci spe concitari.
Spes falsa & fallax. Cic. 12. Philipp.
Spes heu fallaces, &c. Silius lib. 7.
O spes fallaces! ô cogitationes inanes meæ! Cic. pro Milone.
Sylua fallax, Quæ perplexas vias multas habet. Virg. 9. Æneid.
Tenebræ fallaces. Valer. 3. Argon.
Vates non fallax. Tibul. lib. 3. eleg. 4.
Viæ fallaces. Ouid. 2. Amor. eleg. 11.
Vita fallax. Seneca Hippol. 8.
Vultu fallaci blandita fortuna. Seneca Octau. 7.
Vndis fallacior. Ouid. 13. Metam.

Fallacia, huius fallaciæ {τεχνοπαδήγημα, πανουργία} Techna, dolus malus. Terent. And. 4. 5, Fallacia alia aliam trudit. Hoc est dolus dolo connectitur. Sumptum à consuetudine conantium fallere, ac dolos dolis consarcinantium ne deprehendantur. Vnde Consutis dolis dicit Plautus. Cic. 2. de Diuinat. Tota res est inuenta fallaciis aut ad superstitionem, aut ad errorem.
Fraudes & fallaciæ. Cic. pro Cluentio.
Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ. Cic. 3. de Natur. deor.
Sine fuco & fallaciis homo. Cic. Attico, lib. 1. 1.
Astutior fallacia, Vide ASTVTVS.
¶ Componere fallacias, Vide COMPONO.
Ex fraude, fallaciis, mendaciis constat totus. Cic. pro Comœ.
Excogitare fraudes & fallacias. Cic. pro Cluentio.
Intendere fallaciam in aliquem, Vide INTENDO.
Inuenire fallaciam, Vide INVENIO.

Fallaciter, pen. corr. Aduerbium {δολερῶς} Cic. 1. de Diuinat. Fallaciter portenta interpretari. Idem 3. Offic. Ratio ergo hoc postulat, nequid insidiosè, nequid simulatè, nequid fallaciter. Ouid. 11. Metam.
Imitando fallaciter naturam boni. Cic. in Partit.
Venditare se alicui fallacissimè. Cic. de Arusp. resp.

Fallaciosus, pen. prod. Adiectiuum {δόλιος} Quod est plenum fallaciis. Gellius, Veterum testimonia quibus huiusmodi ambages fallaciosæ confutantur. Idem lib. 7. cap. 3. ex epistola Tironis Tullij.

Fallaciloquentia, fallaciloquentiæ. Cicero lib. 4. De finibus. Ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ (vt ait Accius) malitiæ natæ sunt. Sic enim legit Nonius Marcellus.

Falso, falsas {ψευσμενῶς} falsare. Modestinus in l. penult. D. ad legem Corneliam de falsis, Decretóque diui Adriani præceptum est, in insulam eos relegari, qui pondera aut mensuras falsassent.

Falsarius, falsarij {πλαστογράφος} Sueton. in Claudio, cap. 15, Proclamante quodam, præcidendas falsario manus. Idem in Nerone, cap. 17, Aduersus falsarios tum primùm repertum, ne tabulæ, nisi perfuræ, ac terlino per foramina traiecto obsignarentur. Significat falsum signatorem. Idem clarius in Tito cap. 3.

Falx, huius falcis, fœm. gen. {δρέπανος, δρεπάνη} A farre litera commutata, vt Varro existimat: est qua secantur frumenta, herbæ, & similia. Virg. Falce nec agricolæ duri resecanda. Plin. lib. 18. cap. 28, Falcium duo genera: Italicum breuius, ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia maioris compendij, quippe medias cædunt herbas, breuioréque prætereunt. Cic. 5. Tusc. Immissi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum.
Falces fœnariæ, stramentariæ, arboratiæ, vineaticæ, syluaticæ, rusticæ. Cato cap. 11. Et cap. 10.

Prondatorum falx. Catull. in Argon. 59.
Curuamen falcis ahenæ. Ouid. 7. Metam.
Acuta falx. Ouid. 9. Metam. Vide ACVO.
Adunca falx. Ouid. 14. Metam.
Agrestis falx. Iuuen. sat. 13.
Ahena falx. Virg. 4. Æneid.
Falces curuæ, Vide CVRVVS.
Mala falx. Virg. eclog. 3.
Nigræ rubigine falces. Claud. 2. Paneg.
Procurua falx. Virg. 2. Georg.
Rapaces falces. Lucret. lib. 3.
¶ Falces sirpiculæ sunt, quibus sirpabantur & alligabantur dolia veterum, quæ fictilia erant, tum quú erant fracta. Meminit Cato. Annotauit Turnebus.
Supina falx. Iuuenal. sat. 8.
Verriculatæ falces. Columel. lib. 2. cap. 21.
Vinitoria falx. Columel. lib. 4. cap. 25.
Vinitoriæ falcis partes. Vide CVLTER.
¶ Adhibere frondibus falcem. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Amputare ramos falce. Horat. Epod. 2.
Curua falce armatus deus. Tibul. lib. 1. eleg. 4. Saturnum intelligit.
Vmbram arboris atrenuat falx. Catull. in Argon.
Falces laqueis auertere, Vide AVERTO.
Æstiuæ detondent Gargara falces. Claud. 4. Paneg.
Vites incidere falce. Virg. eclog. 3.
Curare vitem falce. Plin. lib. 17. cap. 22.
Denticulatis falcibus frumenta metere. Columel. lib. 2. cap. 21.
Rostratis falcibus frumenta metere. Columel. lib. 2. cap. 21. Alij pro rostratis legunt nostratibus.
Premere vitem falce. Horat. 1. Carm. ode 31.
Vmbram premere falce. Virg. 1. Georg.
Seges resecanda falce. Ouid. epist. 11.
Incurua falce resecta Ceres. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.
Supponere falcem aristis. Virg. 1. Georg.
¶ Falx, Bellica machina, quæ adunco præfigebatur ferro: sic dicta quòd incuruata esset, vt ex muris lapides extraherentur. Cæsar 3. bell. Gall. Vna erat magno vsui res præparata à nostris, falces præacutæ, insertæ, affixæque longuriis, non absimili forma muralium falcium. Paulo pòst dicit funes abscissos fuisse falcibus. Martial. lib. 14, de falce epigramma.

Falcula, pen. corr. Diminutiuum {δρεπάνιον} Columel. lib. 12. cap. 18, Nec minus falculæ & vngues ferrei quamplurimi parandi. Cato cap. 49, Quod falcula secueris, non renascetur.
Falculæ pantherarum & pardorum dicuntur extremitates vnguium in falcis formam incuruatæ, quibus dum appetunt, etiam integra corpora dilaniant, à quibus etiamnum falculis falcones dictos putat Festus. Plin. lib. 8. cap. 15.

Falcarius, falcarij {δρεπανηφόρος} Qui falce vtitur. Turnebus pro eo qui falces conficit sumit. Cic. 1. in Catil. Dico te priori nocte venisse inter falcarios. Priscianus hunc locum exponens, ait, Inter falcarios. id est in locum vbi sunt falcarij.

Falcifer, penult. corr. {δρεπανηφόρος} Falcem ferens. Martial. lib. 5, Nam si falciferi defendere templa tonantis. Id est Saturni. Ouid. in Ibin, Te fera nec quicquam placidum spondentia Martis
Sydera pertesserunt, falciferique senis.
Manus falciferæ. Ouid 13. Metam.
Cuninus falcifer. Silius lib. 17. Vide COVINVS.

Falcare, Verbum {δρεπανίζειν} Falce proscindere. Plin. lib. 17. cap. 10, Serendas quammaximè falcatas, & è nouella.

Falcratus, pen. prod. Adiectiuũ {δρεπανοειδής} Quod formam falcis habet. Plin. lib. 10. cap. 21, de gallo gallinaceo loquens, In sublime caudam quoque falcatam erigens. Idem, Falcatæ filiquæ sunt.
Ensis falcatus. Silius lib. 3.
Sinus falcatus in arcus. Ouid. epist. 2.
Cauda falcata. Ouid. 3 Metam. de delphinis.
¶ Falcatus, Falcibus instructus. Vnde falcati currus dicti sunt. Macrobius, Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. Statius 10. Thebaid.

F A M

Fama, famæ {φήμη, ἀκοή, φάτις} Sermo quidam in populo, sine certo authore, de re aliqua recenti, siue bona, siue mala: authore Valla lib. 4. Idem autem sunt rumor & fama, præterquam quòd alterum Latinum est, alterum è Græco, eodem Valla teste. Terent. And. 1. 1.
-omnes vno ore omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnarum haberem tali ingenio prædítum.
Quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes,
Vltrò ad me venit. Virg. lib. 4. Æneidos,
-magnas it fama per vrbes,
Fama malum, quo non aliud velocius vllum, &c. Quo in loco video pulcherrimam famæ descriptionem.
Fama, ablatiuus, Terent. Hecyra, 2. 1,
Multo melius hîc quæ fiunt, quàm illic vbi sum assiduè, scio:
Ideo quia vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. Id est vt vos habueritis domi, ita ero vobis foris fama, hoc est ex ipso rumore.
Vulgata bella per orbem famâ. Virg. 1. Æneid. Fama, Per famam.
Inclyta gloria famâ. Virg. 2. Æneid.
Notissima insula famâ. Virg. 2. Æneid.
Illustris virgo famâ. Virg. 7. Æneid.
Famâ super æthera notus. Virg. 1. Æneid.
Prior famâ, Id est cui est maius nomen. Horat. 2. Serm. sat. 5,
-famâ ciuem, causáque priorem Sperne.
Diminutio famæ. Firmicus lib. 5. cap. 6.
Egregio famæ testimonio semper ornatus. Firmic. lib. 6. cap. 11. sub finem.

Reuerentia

Reuerentia famæ. Ouid. 9. Metamorphoseos,
Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famæ,
Aut timor impediet.
Famæ commendatioris homo. Plin. libro 25. cap. 10, Similiter eam quam cupleam vocant: tradúntque ea peruncto s, commendatioris esse famæ.
Ingenij fama. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Iudiciorum fama. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Fama sapientiæ. Cic. de Amicit. Itaque non tam ista me sapientiæ (quam modò Fannius commemorauit) fama delectat, falsa præsertim, quàm quòd amicitiæ nostræ memoriã spero sempiternam fore. Sic Fama eloquentiæ, Quintil. lib. 7. cap. 2.
Fama vulgi, quoddam multitudinis testimonium. Cic. in Topic.
Fama de. Sallust. in Iugurtha, De Metello fama præclara esse.
¶ Aduersa fama. Tacit. libro 20, Aduersam de Domitiano famam accipit.
Æmula fama Herculei laboris. Sil. lib. 4,
Anus fama. Catull. de Gallo, epig. 73,
-& quis sis fama loquetur anus.
Atrocior fama. Tacit. lib. 4.
Audax fama nouis terroribus. Stat. 8. Thebaid.
Fama bona, Vide BONVS.
Fama calamitosa, Vide CALAMITAS.
Cassa sterilisque fama. Stat. 6. Thebaid.
Communi fama atque sermone audire de re aliqua. Cic. pro Flacco, Siquid ipsi audistis communi fama atque sermone de vi, de armis, &c.
Conspicua fama. Iuuenal. saty. 10.
Egregia fama. Tacit. in vita Agricolæ.
Exigua fama. Firmicus lib. 5. cap. 6, Homines erunt modici nominis, & exiguæ famæ.
Fœda fama. Iuuenal. satyr. 14.
Garrula fama. Seneca Herc. fur. 3.
Illustris fama, Vide paulo pòst, Vetus & illustris.
Impia fama. Virgil. 4. Æneid.
Inanis fama. Tacit. lib. 20, Qui principatui inanem ei famam circundarent.
Incertæ murmura famæ. Ouid. epist. 9.
Fama incolumis, Id est illæsa existimatio & nomẽ integrum. Cic. ad Philippum, 13, Gratulor tibi quòd ex prouincia saluum te ad tuos recepisti incolumi fama & Republica.
Incredibilis rerum fama. Virgil. 3. Æneid.
Infausta fama. Sil. lib. 13.
Infelix fama, Vide INFELIX.
Lepida fama, Vide LEPIDVS.
Leuis fama. Virgil. 7. Æneidos,
-nec vestra feretur
Fama leuis, tantúsque abolescet gratia facti.
Loquax fama. Lucan. lib. 8.
Mala fama, Vide MALVS.
Minor factis fama. Stat. 12. Thebaid.
Mirabilis fama, Vide MIROR.
Fama miratrix senioris æui. Seneca Hippol. 6.
Mœsta fama. Tacitus lib. 18, Mœsta primùm fama, dein profugi è pretio perditas res patefaciunt.
Obscurior fama. Plin. lib. 36 cap. 5.
Obscurior fama æuo. Ouid. 6. Fast. Æuo, Propter æuum.
Perennis fama. Virgil. 9. Æneid. Vide PERENNIS.
Perobscura fama, Vide PEROBSCVRVS.
Commendatio & perpetua fama. Cic. 2. Offic.
Popularis fama. Cic. 1. & 5. Tusc.
Prospera fama. Tacit. lib. 17.
Recens fama. Stat. 5. Thebaid.
Secunda fama. Liu. lib. 4. Decad. 5, Suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quàm secunda fama malè rem gerere.
Sinistra fama. Iuuenal. satyr. 14.
Tristis fama. Cic. 14. Philip. Hoc triduo vel quatriduo tristis à Mutina fama manarat.
Vaga fama. Ouid. 8. Metam.
Validissima fama. Tacit. lib. 13, Vt famæ inseruiret, quæ in nouis cœptis validissima est.
Vetus fama. Horat. 2. Serm. satyr. 1.
Vetus & illustris fama. Cic. pro Murena.
Vitrea fama. Horat. 2. Serm. satyr. 3. Id est aut fragilis, aut splendida. Porphyr.
Volucris præconia famæ. Ouid. epist. 16.
Vulgaris fama. Stat. 4. Sylu. 8.
¶ Abiicere famam. Cic. Papirio Pæto, lib. 9. 16, Effugere autem si velim nonnullorum acutè aut facetè dictorum offensionem, fama ingenij mihi est abiicienda. Vide ABIICIO.
Accendere famam. Quintil. Declam. 17, Est autem hoc iniquissimum de loquacitate populi, quòd plerunque famam accendit contentio non credentium.
Accidit fama, Vide ACCIDO.
Accipere fama & auditione factum esse aliquid. Cic. 2. de Natura deorum.
Affectare famam eloquentiæ. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Afferre famam, Vide AFFERO.
Amittere famam & existimationem. Cic. pro Quintio.
Atterere famam, Vide ATTERO.
Aucupari famam, Vide AVCVPOR.
Auferre famam docti, Id est celebrari pro docto. Horat. 2. epist. 1.
Bacchatur fama per vrbem. Virgil. 4. Æneid.
Fama canit, Vide CANO.
Captare famam dicacis. Horat. 1. Serm. satyr. 4.
Famæ cedere, Vide CEDO.

Celebrata fama per orbem. Ouid. 2. de Arte amandi.
Constanti fama atque omnium sermone celebratum est ita esse. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1.
Circundare famam alicui. Tacit. in Dialogo oratorum, Catilina, & Milo, & Verres, & Antonius, hanc illi famam circundederunt.
Collocat fama in concilio cælestium. Cic. 3. Offic. Hercules quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cælestium collocat.
Committere famam suam alicui. Horat. 2. Serm. satyr. 7.
Famam comprimere, Vide COMPRIMO.
Conficere famam alicui. Cic. de Claris Orat. Catulo suauitas vocis, bene loquendi famam confecerat. Vide CONFICIO.
Fama de aliquo consentiens, Vide CONSENTIO.
Famam malignitatis consequi, Vide CONSEQVOR.
Collectam famam conseruare. Cic. 2. Verr. Quivt antè collectam famam conseruet laborat.
Fama constans, Vide CONSTO.
Famæ consulere, Vide CONSVLO.
Latè consulere famæ cuiuspiam, Vide LATVS.
Conualescit fama. Curtius lib. 9, Quum audissent conualuisse apud barbaros famam mortis suæ.
Crebrescens fama. Tacitus lib. 20, Isdem diebus crebrescentem cladis Germanicæ famam nequaquam mœsta ciuitas excipiebat.
Dedita per prouincias fama. Tacit. lib. 11. Id est dimissa, dissipata.
Denigrare famam, Vide DENIGRO.
Bonam deperdere famam. Horat. 1. Serm. satyr. 2.
Collectam diu deponere famam. Claud. 8. Paneg.
Depeculari famam. Author ad Heren. 4.
Deportare famam alicuius rei. Tacitus lib. 4, Bellíque confecti famam deportarat.
Nunquam deseret Curium fama. Cic. 1. Tusc.
Detrahere de fama. Cic. Famil. 3.
Discurrit fama tota vrbes. Curtius lib. 4, Fama vt solet, strenuè totas vrbes discurrit.
Dispergere famam. Plin. lib. 35. cap. 10, de Apelle, Famámq; dispersit se emere, vt pro suis venderet.
Dissipare famam. Cic. 14. Philip. Famam istam fascium dissipauerunt. Id est, sparserunt, diuulgarunt.
Dissipare famam, pro Perdere. Firmic. lib. 5. cap. 12, Mars homines faciet seipsos destruentes, patrísque substantiam perdentes, honorem quoque ac famam suam penitus dissipantes.
Dare famæ, pro Spargere in vulgus. Tacit. lib. 1, Dabat & famæ, vt vocarus, electúsque potius à Repub. videretur.
Verba dare famæ. Ouid. epist. 16.
Eleuare famam, pro Minuere, & leuiorem reddere. Tacit. lib. 4.
Emanat fama. Cic. 3. Verr. Quæ fama non idcirco solùm emanarat, quòd iste certè statuerat ac deliberauerat non adesse: verùm, &c.
It fama per vrbes. Virgil. 4. Æneid.
Excitare famam. Cic. 5. Tusc. Omitto nobilitatem, famámque popularem, stultorum improborúmque consensu excitatam.
Expetere vel desiderare famam. Cic. pro Sextio.
Extendere famam, Vide EXTENDO.
Extenuare famam belli. Liu. 1. Decad. lib. 5.
Extinguere famam. Liu. 3. Decad. lib. 7. Virgil. 6. Æneidos,
Et famam extingui veterum sic posse malorum.
Famam facere. Quintil. lib. 11. cap. 2, Memoria facit & prompti ingenij famam.
Mœsta fama ferit remotas terras. Lucan. lib. 5.
Fama fert. Liu. 2. ab Vrbe, Regnum eum affectare fama ferebat.
Frui fama optima & meritissima. Plin. Iunior, lib. 5. epist. 15.
Fundere famam latius. Quintil. lib. 11. cap. 2, Quem secutus Cicero, hanc famam latius fudit.
Furit fama. Sil. lib. 7.
Glisscns fama. Tacitus lib. 18, Gliscentem in dies famam fors discussit.
Fama hæsit ad metas. Cic. pro M. Cæl. In hoc flexu quasi ætatis (nihil enim occultabo, fretus humanitate ac sapientia vestra) fama adolescentis paulum hæsit ad metas, notitia noua mulieris, & infelici vicinitate, & insolentia voluptatum.
Iactatur fama. Sil. lib. 4.
Incessit fama. Tacit. lib. 13, Cæterùm continuo exercitum otio fama incessit.
Increbrescit fama, Vide INCREBRESCO.
Infixa fama vulgo. Plin. lib. 8. cap. 22, Vnde tamen ista vulgo infixa sit fama in tantum, vt in maledictis versipelles habeat, indicabitur.
Inquinare famam alicuius, Vide INQVINO.
Inseruire famæ. Tacit. lib. 13.
Instandum famæ. Tacit. in vita Agricolæ.
Inuigilare famæ. Ouid 3. de Arte.
Inurere famam superbiæ alicui, Vide INVRO.
Lacerare famam alicuius, Vide LACER.
Lædere famam. Plin. Iunior, epist. 7. lib. 3. Vide LAEDO.
Fama loquatur opus, Vide LOQVOR. Patercul. lib. 2, Profectus in Asiam (vt fama loquitur) ob tacitas cum Marcello offensiones.
Mandare quidpiam alicui ex fama. Tacitus lib. 4, Res suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis, ex fama mandabat.
Manet fama, Vide MANEO.
Mansura fama in sæcula. Lucan. lib. 8.
Manat fama, Manat rumor, Vide MANO.
Mentita est fama. Ouid. 10. Metam.
Merere famam, Vide MEREO.
Moritur fama, Vide MORIOR.
Narrat fama. Patercul. lib. 2, Eminentissimos hostium duces non occisos fama narrauit, sed vinctos triumphus ostendit.
Nasci famam. Author ad Heren. lib. 2.
Obliterare famam, Vide OBLITERO.

Nuntiat fama. Cic. Cassio, lib. 12. epist. 4, Fama nuntiabat te esse in Syria.
Oblitus melioris famæ. Virgil. 4. Æneid.
Obruere famam. Tacit. in vita Agricolæ, Et quum Cerealis quidem alterius successoris curam, famámque obruisset, sustinuit quoque molem Iulius Frontinus vir magnus quantum licebat.
Famæ ianuam patefacere, Vide IANVA.
Parcere famæ. Cicero, Quòd si semper vnà fuisset, tamen summa cura tum multò etiam magis suæ famæ pepercisset.
Penetrare alicuius famam. Tacit. lib. 20, Vt vniuscuiusque vitam famámque penetraret.
Peragrauit fama. Cic. pro Milone, Fama de interitu Clodij fines imperij Romani peragrauit.
Percrebuit fama. Cic. Planco, lib. 10. 10, Tamen ipsa fama quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus.
Perdere famam, Vide PERDO.
Perlata est fama. Curtius lib. 9, Inter hæc ad Macedonas regem ceciditsse fama perlata est.
Peruaserat interim circunuenti exercitus fama. Tacit. lib. 1.
Peruenit fama ad aures. Cicero pro Sylla, Vix ad meas aures istius suspicionis fama peruenit.
Premere famam alicuius. Tacitus lib. 15, Lucanum propriæ causæ accendebant, quòd famam carminum eius premebat Nero.
Quærere dicendi famam. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Reprimere famam. Cic. 11. Philipp. Hanc quæso pro tua singulari sapientia reprime famam.
Volitans pennata per vrbem Nuntia fama ruit. Virgil. 9. Æneid.
Sepulta fama. Ouid. epist. 7.
Spoliare fama. Cic. Offic. 3.
Studere famæ. Quintil. lib. 3 cap. 4, Et fortasse tutissimum erat modò famæ studentem, nihil ex eo murare, quod multis annis non sensissem modò. verum etiam approbassem.
Famam temeritatis subire, pro Temerarium dici. Cic. ad Brut. 18, Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeam famiiaritatis.
Fama fuit quosdam ex Fidenatium iuuentute participes eius populationis fuisse. Liu. 4. ab Vrbe.
Si vera est fama, Id est Si credere fas est. Virgil. 4. Geórg.
Esse in fama. Tacit. lib. 18, Etsi vagis adhuc & incertis authoribus, erat tamen in ore famáque Vespasianus: ac plerúque ad nomen eius Vitellius excitabatur.
Intra famam esse. Quintil. lib. 11. cap. 3. Id est, non maximæ existimationis aut famæ.
Surrexit fama. Celius Ciceroni, lib. 8 8, Magna illico fama surrexit, & de damnatione feruenter loqui est cœptum.
Suscipere famam alicuius, Id est tueri. Plin. Iunior lib. 2. epist. 4. ad Caluinam, Debes famam patris tui defuncti, pudorémque suscipere. hoc est, debes adire hæreditatem paternam. hoc enim pacto tueberis famam & pudorem patris tui mortui. quod si non faceres, declarares eum omnia sua dilapidasse. quæ res non paruo dedecore & infamia illum afficeret.
Tenere famam sine labe. Ouid. epist. 16.
Aduersa fama populi te nihil terret? Seneca Thyeste, 3.
Tradere famæ. Curtius lib. 6. Egregium me hercule opus, & inter præmia gloriæ vestræ numerandum, posteritati famæque tradetis.
In vniuersum fama est transgressa. Tacit. in vita Agricolæ.
Incolumem famam tueri. Horat. 1. Serm. satyr. 4.
Vagatur fama. Virgil. 2. Æneid.
Venit fama. Cic. Papirio Pæto, lib. 9. 16, Fama ad te de mea lautitia veniet.
Maior fama post cineres venit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.
Volat fama. Virgil. 3. Æneid.
Vulgata per vrbes fama. Lucan. lib. 2.
Vulgauit fama. Curtius lib. 8, Hanc ab Hercule frustra obsessam esse, terræque motu coactum absistere, fama vulgauerat.
¶Fama etiam dicitur de re inueterata, firmataque in hominum opinione, incerta tamen, teste Valla. Virgil. 6. Æneidos,
Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna, &c. Martial. lib. 1,
Quicquid fama canit, donat arena tibi.
Hæc fama celebrantur. Cic. pro Sextio.
Vetustas delet famam operis. Ouid. 1. Metam.
Priscæ titulos præcedite famæ, Id est cõtendite vt honoribus maiores vestros vincatis. Stat. 2. Sylu. 2.
Vt hominum fama est. Cic. de Arusp. resp. Mitto illam veterem ab ipsis dus immortalibus, vt hominum fama est, Hetruriæ datam disciplinam.
Fama est, insidentes arietum caprarúmque dorsis, armatos sagittis, veris tempore vniuerso agmine ad mare descendere. Plin. lib. 7. cap. 2. de Pygmæis.
Fama inferior gens. Liu. 1. bel. Pun. Accolunt prope Allobroges, gens iam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior.
¶Fama, Opinio. Plinius, Hunc eum liberalitatis tuæ fama perduxerat.
¶Famæ, in plurali. Plaut. Trinum. 4.
-hascine me propter res malefictas
Famas ferunt?
¶Fama, teste Pausania, ab Athenienſibus culta, quam deam describit Hesiodus in ἔργοις καὶ ἡμέραις. Scribit & Plutarchus in Camillo, templum etiam Famæ constructum fuisse. Huius etiam meminit Ouid. lib. 12. Metam.
Fama, inquit Festus, à fando dicta. Sic apud Græcos φήμη, ἀπὸ τῆς φάσεως.

Famosus, pen. prod. Adiectiuum {πολύφημος} De quo est celebris fama. vt Famosa causa. Plin. epist. 23. ad Macrum, lib. 6. Idem lib. 9. epist. 13. ad Quadratum, Nominat quendam, qui tunc ad Orientem amplissimum & famosissimum exercitum, non sine magnis dubiisque rumoribus obtinebat.
Mors famosa. Horat. de Arte.
Regna famosa. Lucan. lib. 7.
Vrbs famosa, Id est celebris. Tacit. lib. 21, Sed quia famosæ vrbis supremum diem trauiduri fumus, congruens videtur primordia eius aperire.
¶Famosus {ἀσχήμων} Infamis & turpis. vt Famosa mulier, pro Impudica, inquit Valla lib. 1. Cic. 2. de Oratore,
Nam me ad famosas vetuit mater accedere. Ex quodam poeta.
Sallustius, Largitionem famosam impudentémque. Tacit. lib. 5.
Famosæ actiones dicuntur, quæ iustam ignominiam irrogant iustè condemnatis. Sunt hæ, furti, bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo. Item tutelæ, mandati, depositi, scilicet directa, non contraria: item pro socio, quæ quum vtrinque directa sit, vterò citróque damnatum infamia notat. Et generaliter omnium publicorum iudiciorum accusationes. §. ex quibusdam. instit. de pœn. temerè litig. L. 1. de his qui not. infam.
Famosum carmen. Horat. 1. epist. 20.
Famosa epigrammata, quod vulgus dicit *diffamatoria*. Suetonius in Cæsare.
Iudicium famosum. Vlp. in l. nam posteaquam. D. de iureiur. Si damnatur quis post iusiurandum ex famoso iudicio: famosum esse magis est.
Libelli famosi. Sueton. in Augusto, cap. 55. De iniuriis, & famosis libellis, tit. decimus est lib. 47. Pandect.
Pudor famosus. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
¶Famosum, vocabulum medium, in malam tamen partem frequentius. Imperator cum laude vtitur in §. iura quoque. Auth. iusiur. quod præstat. ab his. Secus Iurisconsulti. nam apud eos legimus famosos fures, latrones. mulieres, pro infamibus, improbioribus, impudicis. l. 3. §. 1. D. de offic. Præfect. vigil.
Famigerator, pen. prod. {ὀνοματοφόρος} Denominatiuum, Qui fert famam, rumigerulus, qui sermones dissipat in vulgus. Plaut. Trinum. 4,
Ego de verbis eorum famigeratorum inscius, profiluí, &c. Rursus ibidem,
Famigerator ne sit cum damno & malo.
Famigeratio, Aliud denominatiuum {ὀνοφόρησις}. Plaut. Trinum. 10,
Hæc famigeratio te honestet, mecum conlutulet. Quæ duo nomina Plautus suo more effinxisse visus est.
Famigerabilis, & hoc famigerabile, Adiectiuum {ὀνοβόητος} Celebris, clarus, fama notus. Apuleius de Asino aureo, Satis famigerabilis conſector.

FAMA IVLIA, alio nomine Seria, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, authore Plinio lib. 3. cap.

Famel, apud Oscos seruus dicebatur. vnde & familia vocata. Festus.

Famella, Diminutiuum à fama, teste Festo.

Fameo, fames, & Famesco, famesceis, Fame laboro. Sipont.

Fames, famis, fœm. gen. {λιμός, γαστήρ, πενία} Edendi cupiditas: non à fando, sed κατὰ τὸ φάγω deducitur, quod est edo. Plin. lib. 10. cap. 72, Nullum interit fame aut siti venenatum. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 14, Etiam illud verendum est, ne breui tempore fames in vrbe sit.
Ora pallida fame. Virgil. 3. Æneid.
In fame frumentum exportare erat ausus. Cic. pro Flacco.
Patientia famis & frigoris. Cic. 1. in Catil.
Condimentum cibi, fames. Cic. 2. de Finib.
Auri fames. Seneca Octau. 7.
Ciborum veterorum fames. Ouid. 15. Metam.
¶Arcta fames. Sil. lib. 7.
Atra fames. Claud. 4. Paneg.
Dira fames. Ouid. 8. Metam.
Dura fames. Horat. 1. Serm. satyr. 2.
Idonea fames. Cels. lib. 1. cap. 3.
Ieiuna fames. Ouid. 8. Metam.
Fames ignea. Quintilianus, Postquam omnem patientiam vicerat ignea fames. Id est acerrima & vehementissima.
Imperiosa fames auri. Ouid. ad Pisonem.
Inattenuata manebat fames. Ouid. 8. Metam.
Inexplebilis honorum fames. Florus lib. 3. cap. 21.
Inextincta fames. Ouid. in Ibin.
Insana fames, Id est maxima, vel quæ ad insaniam redigit homines. Lucan. lib. 7.
Misera fames. Horat. 1. Carm. ode 21.
Obscœna fames. Virgil. 3. Æneid.
Pestifera fames. Ouid. 8. Metam.
Rabida fames. Virgil. 6. Æneid.
Auri sacra fames. Virgil. 3. Æneid.
Sæua fames. Lucan. lib. 4.
Vesana fames. Virgil. 9. Æneid.
Violenta fames. Lactant. in Phœnice.
¶Fame absumi, Vide ABSVMO.
Commouit eum fames. Cic. Attico, lib. 11, 11, xxx fuerunt quos fames magis quàm fama commouerat.
Compescere famem. Seneca Hippol. 4.
Comprimere seruos fame, Id est opprimere & vexare. Vlpian. in l. 1. §. quod autem. D. de offic. Præfect. vrb.
Inextincta fame confici. Ouid. in Ibin.
Fame confectus, Vide CONFICIO.
Consumit famem in tenera agna. Stat. 8. Thebaid. De leone loquitur.
Duram famem depellere. Horat. 1. Serm. satyr. 2.
Depulsa fames & situs cibo & potione. Cic. 1. de Finib.
Longam deponere famem. Ouid. 6. Fast.
Fame dominante: Hoc est, fame regente appetitum, & cogente edendi voluntatem. Cic. pro Cluentio, Iam hoc ignoratis Iudices, vt etiam bestiæ, fame dominante plerunque ad eum locum, vbi pastæ aliquando

aliquando sint, reuertantur?
Enecta fame auis, in offam pultis inuadit. Cic. 2. de Diuinat.
Exempta fames epulis. Virgil. 1. Æneid.
Explere famem. Cic. pro Domo sua, Nec illi cæmentis ac tegulis tectorum meorum se famem suam expleturos putauerunt.
Extimulata fame Tigris. Ouid. 5. Metam.
Frigora & famem ferre. Catul. ad Veranium, epig. 25.
Hians semper fames. Seneca Thyeste, 1.
Mœsta fames rabido rictu iacens. Seneca Herc. fur. 9.
Gazis implere famem. Seneca Herc. OEth. 5.
Incessit fames, Vide INCESSO.
Inferre famem ciuibus, Vide INFERO.
Infixa fames intimis medullis. Seneca Thyeste, 1.
Inuasit fames Sicyonios, Vide INVADO.
Laborare fame, Vide LABOR.
Leuare famem fronde. Ouid. epist. 14.
Luxuriata fames multo sanguine. Stat. 2. Thebaid.
Necare plebem fame. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 7.
Necatus fame, Vide NECO.
Obsonare ambulando famem. Cicero 5. Tuscul. Vide OBSONIVM.
Pati famem. Ouid. in Ibin.
Pellere glandę famem. Tibul. lib. 2. eleg. 18.
Perduci ad extibabilem famem. Patercul. lib. 2.
Perferre famem, Vide PERFERO.
Copia nulla famem releuat. Ouid. 11. Metam.
Solari famem quercu. Virgil. 1. Georg.
Soluere famem. Seneca Thyeste, 1.
Stimulante fame furens. Tibul. lib. 1. eleg. 5.
Stimulante fame rapax lupus. Ouid. 1. Trist. eleg. 5.
Sustinere famem, Vide SVSTINEO.
Sustentare famem, Vide SVSTENTO.
Tolerare famem sitímque. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3,
Quódque sitim didicere diu tolerare famémque. De Scythis loquitur, qui (vt ex Erasistrato refert Gellius lib. 16. cap. 3.) in diem diu perferunt. Si enim sit vsus, vt famem longius tolerent, fasciis ventrem strictissimè circúligant. qua ventris compressione esuritionem depellunt.
Tolerare famem, aliter. Vide TOLERO.
Tristi torpent membra fame. Claud. de Magnete, 4.
Vti fame. Cels. lib. 8. cap. 10.
¶Fames interdum accipitur pro caritate, ex annonæ penuria nascente, quum scilicet plerique aliquo in loco alimento deficiente de vita periclitantur. Cic. Terentiæ, Etiam illud verendum est, ne breui tempore fames in vrbe sit. Idem pro Flacco, In fame frumentum erat exportare ausus.

Famelicus, pen. corr. Adiectiuum {πεινακός, γαστρίνης, πενιχρός} Qui edendi cupiditate agitur. Plaut. Casin. 3. Terent. Eunuch. 2. 2,
Ille vbi miser, famelicus, videt me esse in tantum honorem, &c.

Famelicosus, famelicosa, famelicosum {βουλιμώδης} Qui frequenter famelicus est: vnde famelicosam terram veteres vocabant, teste Festo, quæ palustris est.

Famigerator, Famigeratio. Famigerabilis, Vide FAMA.

Familia, huius familiæ {οἶκος, οἰκετεία, συγγενεῖς} antea (inquit Festus) in liberis hominibus dicebatur, quorũ dux & princeps generis vocabatur pater, & mater familiæ. Vide familiæ nobilitũ Pompiliorũ, Valeriorum, Corneliorum: & Familiares, ex eadem familia. Postea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata i cum u litera. Hactenus Festus. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 16, Si ab fundo lõgius absunt oppida aut vici, fabros parẽt, quos habeant in villa. si cæteros necessarios artifices, ne de fundo familia ab opere discedat. Paulus Iureconsl. Familiæ appellatio & in res, & in personas deducitur. In res, vt puta in lege XII. Tab. his verbis, Agnatus proximus familiam habeto. Id est, hæreditatem. Ad personas autem refertur familiæ significatio ita, quum de patrono & liberto loquitur lex familiæ. In ea (inquit) familia. & hîc de singularibus personis legem loqui constat. Vlpian. in l. 2. §. familiæ. D. vi bonorũ raptorum. Familiæ autem appellatio seruos continet: hoc est eos qui in ministerio sunt, etsi liberi esse proponantur, vel alieni bona fide nobis seruientes. Quintil. lib. 7. cap. 3, Manumissum alienæ se familiæ vẽnali immiscuisse: ac rogantem vt eis seruiret, captum.
Familia quæ constat ex seruis pluribus. Cic. pro Cecinna. Vlp. in l. Ædiles. D. de Ædil. edict. Familiæ appellatione omnes qui in seruitio sunt, cõtinentur: etiam liberi homines, qui bona fide ei seruiunt, vel alieni serui. Accipe eos quoque qui in potestate eius sunt.
¶Familia, Pars est gentis. Suetonius in Nerone, cap. 1, Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Calvinorum, & Ænobarborum. Sic Iabolen. in l. vacatio. D. de muneribus & honoribus, Vacatio itémque immunitas, quæ liberis & posteris alicuius data est, ad eos duntaxat pertinet, qui eius familiæ sunt. Et in Institutionibus imperialibus, §. 1. & §. sed neque.
Speciosa familia. Patercul. lib. 2.
¶Familia, pro Secta. Cic. 2. de Diuinat. Magnus locus, Philosophiæque proprius, à Platone, Aristotele, Theophrasto, totáque Peripateticorum familia tractatus vberrimé.
Gladiatorum familia. Cic. pro Sylla,
Peripateticorum familia. Cic. 2. de Diuinat.
Vnus homo familia non est. Cic. pro Cecinna.
Familia, cognatio, nomen. Cic. pro Cluentio.
Familiam ducere. Cic. ad Cæsarem, lib. 7. epist. Famil. epist. 6, De quo tibi homine hoc spondeo, probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem esse neminem. Accedit etiam (quod familiam ducit) in iure ciuili singularis memoria, summa scientia. Quod familiam ducit, id est, quod caput est, quod in eo summum est. Quum enim Trebatium à multis rebus laudasset, memoriam & scientiam in iure ciuili, cæterarum laudum quibus Trebatius abundaret, quasi fa-

miliam dixit ducere: tralatione sumpta à rectoribus familiarũ, quos domestici omnes velut duces sequuntur. vt Philip. 5, Lucius quidem frater eius, vtpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit. Idem lib. 4. de Finibus, dicit sententiam ducere familiam, quæ maiorem vim habet, & maioris est ponderis, & quasi caput aliarum. Sed primùm, inquit, illud vide, grauissimam illam vestram sententiam, quæ familiam ducit, Honestum quod sit, id esse solum bonum: honestéq; viuere, bonorum finem: communem fore vobis cum omnibus, &c.
Amplæ & honestæ familiæ plebeiæ. Cic. pro Murena.
Imperiosissima & superbissima familia. Vide IMPERO.
Luculenta familia, Vide Luculentus, in LVX.
Patricia familia, Vide PATRICIVS.
¶Familiam collocare, Vide COLLOCO.
Coniicere se in familiam alienam, Vide CONIICIO.
Natus ex familia, Vide NASCOR.
Familia amplissima natus, Vide AMPLVS.
Nubere in familiam claram, Vide NVBO.
Summouere aliquos familia. Quintil. lib. 1. cap. 5, Tanquam subditicios summouere familia permiserint sibi.
¶Familia complectitur etiam eos qui ex eadem sunt cognatione. Plin. lib. 12. cap. 14, Ferunt MMM. non amplius esse familiarum.
Familiæ ercisciundæ iudicium apud Iurisconsultos est, quod inter cohæredes ideò redditur, vt & hæreditas diuidatur, & quod eo nomine alterum alteri dare facere oportebit, præstetur. Qua igitur ex parte diuiso postulatur, ea ex parte in rem actio est. Alia verò ex parte personalis actio est, aduersus eum, qui nobis ad dãdum faciendum perinde obligatus est, ac si conuentum pactúmque inter nos fuisset, vt nobis obligatus esset. Hotomanus.

Familiaris, & hoc familiare, pen. prod. Adiectiuum {οἰκεῖος, οἰκειακὸς, συγγενικός, οἰκιώτης, κοινὸς} Quod ad familiam pertinet. Author ad Herẽnium, lib. 1. Etsi negotiis familiaribus impediti. Sic Res familiaris, Cic. 2. de Finib.
Familiarior aditus. Liu. 4. bel. Pun. Tres ex iis quibus solis aditus in domum familiarior erat.
Familiaris Italiæ arbor, quæ passim in Italia crescit. Plinius lib. 13. cap. 5, Vtranque iam familiarem Italiæ.
Familiaris focus. Colum. lib. 11. cap. 1, Consuescat rusticos circa larem domini focúmque familiarem semper epulari.
Funus familiare. Cic. pro C. Rabirio.
Familiari pecunia tenui esse. Gell. lib. 3. cap. 17, Memoriæ mandatum est Platonem Philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse.
Rationes familiares. Tacit. lib. 5, Rationes familiares quisque componerent.
Res familiaris & domestica. Cic. 1. Tuscul.
Sermones familiares conferre. Cic. 2. Offic.
Familiarissimum hoc platanis. Plin. lib. 16. cap. 31.
¶Familiaris, Qui ex eadem familia est. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2, Æsopi nostri tragœdi familiaris Licinius seruus tibi notus aufugit.
Familiaris filius. Plaut. Capt. 6,
-quanquam non multum fuit molesta seruitus.
Nec mihi secus erat, quàm si essem familiaris filius.
Familiaris vita. Plaut. Pers. 4,
Marsupium habeat, inibi paululum præsidij,
Qui familiarem suam vitam oblectet modó.
Familiaris sella, Sella pertusa ad excrementa reddenda, quæ Latinis lasana dicitur. Varro 1. de Re rust. cap. 13, Itaque periti (qui possunt) vt eò aqua influat, eo nomine faciunt: sic enim maximè retinetur succus in eo. Quidam & sellas familiares ponunt. De sterquilinio faciendo loquitur. Vetus tamen exemplar habet familiaricas.
¶Familiaris, amicum significat nobiscum versantem, & diuturna consuetudine nobis astrictum: quasi in eadem familia nobis coniunctum. Cicero de Amicitia, Sed nescio quo modo verum est quod in Andria familiaris meus dixit, Obsequium amicos, veritas odium parit.
Familiaris & necessarius: cui opponitur Alienus. Cic. 2. Philipp. An ego non venirem contra alienum pro familiari & necessario meo? Vide NECESSE.
Familiar nobis propter scriptorum multitudinem. Cicero 3. de Oratore.
Familiarissimus homo, & mihi omnibus rebus coniunctus. Cic. Capitoni in Epist. ad Atticum, lib. 16. 346.
M. Æmilius vnus est ex meis familiarissimis. Cic. Famil. 13.
Intimi familiares. Cic. Appio, lib. 3. 1, Is est ex meis domesticis atque intimis familiaribus.
Fieri familiarem alicui. Cic. 2. Philipp.
In familiaribus alicuius esse, Vide IN.
¶Familiaria sepulcra dicuntur, quæ quis sibi, familiæque suæ constituit. Hæreditaria autem, quæ quis sibi heredibúsque suis constituit. Verba sunt Caij. D. de religiosis. familiaria.
Familiaria vestimenta, Quæ ad familiam vestiendam parata sunt. Vlp. in l. vestis par. familiaria. D. de aur. & arg. leg.

Familiaritas, pen. corr. {οἰκειότης, συνήθεια} Ea consuetudo quæ est inter familiares & amicos. Terent. Heaut. 1. 2,
Mihi magna cum eo iam inde vsque à pueritia
Semper fuit familiaritas. Cic. de Amicitia, Sic quum accepissemus à patribus maximè memorabilem C. Lælij & P. Scipionis familiaritatem.
Affert familiaritatem consuetudo. Cic. pro Deiot.
Applicare se ad alicuius familiaritatem. Cic. pro Cluentio. Vide APPLICO.
Familiaritatem augere. Cic. Famil. 13, Cæsar fuit felicior, ipse enim Pompeium à mea familiaritate disiunxit.
Arcta familiaritate complecti, Vide COMPLECTOR.
Confiare familiaritatem, Vide CONFLO.
Summa familiaritate coniunctus. Cic. 1. de Orat.

Consequi familiaritatem. Sallustius, Quorum hic familiaritatem eximiam consequutus fuerat.

Consuetudines & familiaritates, multæque cum multis res rationesque contractæ. Cic.1.Offic.

Dédere se bene penitus in familiaritatem alicuius. Cic.4.Verr.

Familiaritate deuincire. Cic.13.Famil.

Familiaritates habere fidas amantium nos amicorum. Cic.2.Offic.

Implicari familiaritatibus alicuius, Vide IMPLICO.

Inductus consuetudine & familiaritate Quintius fecit. Cic. pro Quintio.

Insinuare se in familiaritatem alicuius. Cic. pro Cœcinna. Vide INSINVO.

Intercedit familiaritas, Vide INTERCEDO.

Intrare in familiaritatem alicuius. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1, In prouincia verò ipsa siquem es nactus qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis antè fuerit ignotus: huic quantum credendum sit, vide.

Recipere aliquem in familiaritatem. Cic. Q. fratri, lib.1.2.

Venire in familiaritatem alicuius. Cic. Trebatio, 7.15. Et 4.Verr.

Versari in familiaritate alicuius. Cic. pro Corn. Balbo.

Familiariter, pen. corr. {εἰκείως, γνησίως} Aduerbium, id est ad similitudinem familiarium, & (vt ita dicam) domestice. Plaut. Rud. 11,

Ah nimium familiariter me attrectas. Vide post NIMIS. Terentius And. 1. 1,

Reiecit se in eum flens, quàm familiariter!

Affigere aliquid animo suo familiarius. Quintil. lib. 2. cap. 7, Quæ ipsi composuerunt, iam familiarius animo suo affigent.

Amicus familiariter. Quintil. lib. 1. cap. 2, Et in primis ea habenda cura est, vt is omnino fiat nobis familiariter amicus.

Familiariter ignotum compellare. Plaut. Menæch. 9,

Certò hæc mulier aut insana, aut ebria est Messenio,

Quæ hominem ignotum compellet me tam familiariter.

Familiariter aliquem diligere. Plin. Iunior lib. 9. epist. 19. ad Rusonem, Ipse sum testis, familiariter ab eo dilectus probatúsque semel omnino me audiente prouectum.

Familiariter ferre mortem alicuius: Id est grauiter, interprete Donato. nam quæ nobis sunt familiaria, grauia sunt animo nostro. Terent. And. 1. 1,

-hic paruæ consuetudinis

Causa mortem huius tam fert familiariter.

Familiariter inspicere. Plin. in Paneg. Vos quoque, quos parès noster familiariter inspicere dignatur, foueræ iudicium eius quod de vobis habet: hic vester labor.

Familiariter cum aliquo loqui. Plaut. Aulul. 6. 15,

Vt tuam rem ego tecum hic loquerer familiariter. Sic Cic. 1. Verr.

Familiariter tecum loquar.

Familiariter monere. Terent. Heaut. 1. 1,

-tamen vel virtus tua me, vel vicinitas

(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)

Facit, vt te audacter moneam, & familiariter.

Familiariter nosse causam alicuius. Quintil. lib. 5. cap. 7, Is verissimè præcipit, primum esse in hac parte officium Oratoris, vt totam causam familiariter norit: quod sine dubio ad omnia pertinet.

Familiariter prædicatus. Plaut. Trinum. 6,

Ædepol hominem prædicatum fermè familiariter, qui

Quidem nunquam per virtutem rem confregit, atque eget.

Scribere familiariter. Cic. Attico, lib. 9. 12, Quæ soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur.

Familiarissimè atque amicissimè viuere. Cic.

Familiariter cum aliquo viuere. Cic. de Amicitia, Nihil enim turpius, quàm cum eo bellum gerere, quicum familiariter vixeris.

Familiariter aliquo vti. Cic. 6. Verr. Præsertim quum is L. Sisenna defensore tuo tam familiariter vteretur. Sic apud Plinium Iuniorem, Familiariter complecti, pro eodem.

Faminare, pro dicere antiquis in vsu, authore Festo.

Famosus, Vide FAMA.

Famul, siue famulus, pen. corr. {δοῦλος, οἰκέτης, μισθοφόρος} significat seruum. Festus, Famuli origo ab Oscis dependet: apud quos seruus, Famel dicebatur. Vnde & familia vocata est. Idem, familiares, ex eadem familia. Postea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata i cum u litera. Hactenus Festus. Cic. 2. de Legibus, Feriis iurgia amouento, eáque in famulis, operibus patratis, habento. Martial. lib. 9,

Argolico famulum non te seruire tyranno

Vidissent gentes, sæuáque regna pati.

Famulus à Seruo hoc distat, quòd hic in dominio nostro, ille verò non est. Ex Alciato.

Famul, pro Famulus apud Lucretium lib. 3,

Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror

Ossa dedit terræ, proinde ac famul infimus esset. Alij legunt famul improbus. Famul, inquit Nonius, famulus. Ennius lib. 8,

Mortalem summa fortuna repentè

Reddidit summo regno, famul vt optimus esset.

Herifugæ famuli. Catul. de Berecynthia & Aty, epigr. 58.

Sæuitiam in famulos adhibere. Cic. 2. Offic.

Vinclis arcere famulos. Cic. 2. Tusc.

Famula, famulæ, pen. corr. {θεραπαινίδες} Ancilla. Cic. 5. Tusc. Sin autem virtus subiecta sub varios incertósq; casus, famula fortunæ est. Virgilius 8. Æneid.

Fideles famulæ. Lucan. lib. 8.

Immunes operum famulæ. Ouid. 4. Metam.

Vrgent famulas laboribus. Ouid. 4. Metam.

Famulus, Adiectiuum {οἰκεῖος.} Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2,

Cæsareum famulo vertice ferre pedem. Idem 1. Fastorum,

Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.

Dextras famulas ad prælia excitat. Lucan. lib. 3.

Ministra & famula corporis est res familiaris. Cic. 1. Tusc.

Famulor, pen. corr. famularis {δουλεύω} famulari, Inseruire. Plinius lib. 2. cap. 63, Vt alimentis famuletur nostris. Ibidem, cap. 7, Externis famulantur sacris.

Labore iucundo famulari. Catul. in Argon. 59.

Fortuna famulante aliquid agere, Id est adiuuante fortuna. Claud. de bel. Getico.

Famulantis fistula Phœbi. Stat. 3. Sylu. 3.

Famulanter, Aduerbium {οἰκετικῶς} Idem est quod suppliciter, & in modum famuli. Nonius, Famulanter, suppliciter. Accius Tereo, Semela natum affare, & famulanter pete.

Famularis, & hoc famulare, pen. prod. {οἰκετικὸς} Quod pertinet ad famulum siue famulam. Cic. 1. Tusc. Qui se in medios immisit hostes famulari veste.

Iura famularia dare, pro Imperare populo regia potestate, Ouid. 15. Metamorphoseos,

Si Romam intrarit, famularia iura daturum.

Manus famularis. Seneca Herc. OEth. 4. Ibidem. 7.

Turba famularis mensas instruit. Stat. 2. Achil.

Famulare {οἰκετικὸν} neutrum, pro aduerbio. vt Timens famulare, Id est more famuli. Stat. 3. Sylu. 1.

Famulatus, huius famulatus, penult. prod. masc. gen. {θεραπεία.} Cic. de Amicit. Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint. Idem 3. Offic. Quàm miser virtutis famulatus seruientis voluptati!

Grauis famulatus. Seneca Hippol. 10.

Famulitium antiquitus dicebatur, quod nunc seruitium. Festus.

Famulitas, famulitatis, Idem quod seruitus. Accius, Nam postquam paruos vos oppressit famulitas. Pacuu. Quos vexat famulitas, vis, egestas, fames, formido, pauór.

Famulitium, huius famulitij, Idem {δουλεία.} Varro, Apud ignauum dominum, duro famulitio astrictus.

Famulitium, Seruorum copia. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 7. in ipso statim princip. Vnus è famulitio, cui prouincia erat admittere volentes dominum conuenire.

Famulitium aulicum Spartianus appellat, famulos omnes Imperatoris, quos iustin. ministeriales domus, & hospitij, & palatij vocat. Pyrrhus de Roman. magistr.

Famulatio {δούλωσις} Famulorum, famularúmque multitudo. Apuleius lib. 2, non procul ab initio, Et ecce mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione.

Fanaticus, Vide FANVM.

Fandus, Vide FARIS.

FANESII, populi in Oceano Septentrionali, qui (vt ait Plinius lib. 4. cap. 13.) tam grandes habent aures, vt eorum nuda corpora auribus contegantur.

FANESTRIS {φανὸν φορτίων} Colonia Pomponio est, quam Plinius Fanum fortunæ appellat, cap. 14. lib. 3. & item Ptolemæus lib. 3. Porrò ea Colonia sita est non procul à flumine Metauro, vt ibidem Plinius author est.

FANNII, inter Oratores Ciceroni numerantur in Bruto, Horum (inquit) ætatibus adiuncti duo C. Fanni, C. Marci filij fuerunt: quorum C. Fannius, qui cos. cum Domitio fuit, vnam orationem de sociis & nomine Latino, contra Gracchum reliquit, sanè & bonam & nobilem. ¶Alter autem C. Fannius M. F. C. Lælij genet, & moribus, & ipso dicendi genere durior. De his plura apud Ciceronem in Bruto.

Fannia lex {φανία νόμος} quæ (vt ait Gellius lib. 2. cap. 24.) ludis Romanis, item ludis plebeis & Saturnalibus & aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit: decémque aliis diebus in singulis mensibus tricenos: cæteris autem omnibus diebus denos. Vide Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 17.

FANVM Fortunæ {φανὸν φορτίων} vrbs Senonum in Italia, authore Ptolemæo. *Fano* vulgò.

Fanum, huius fani, neut. gen. Templum {τέμενος, νεώς} Dictum, vt inquit Festus, à fando, quòd fando consecratur. Vel à Fanno, qui primus, authore Probo grammatico, fani conditor fuit. Varro lib. 5. de Ling. Latina, Fana nominata, quòd Pontifices in sacrando fati sint finem. Liu. 1. Decad. lib. 10, Inque ea pugna Iouis Statoris ædem votam, vt Romulus antè vouerat: sed fanum tantum, id est locus templo effatus iam sacratus fuerat. Cic. 3. de Finib. Fana deposcunt.

Fanum nonnulli scribunt per ph, διὰ τῦ φανεροῦ, quod significat manifestum, quòd è fano responsa dabantur. Vide PHANVM.

Religio fani. Cic. 1. de Inuent.

Putre fanum. Horat. 1. epist. 10.

Sancta fana. Lucret. lib. 5.

Expilare fanum. Cic. 3. de Nat. deor. Dionysius de quo antè dixi, quum fanum Proserpinæ Locris expilauisset, &c.

Expoliare fana. Cic. 1. de Nat. deor.

Pro fanis atque delubris propugnare. Cic. pro C. Rabirio.

Fanaticus, pen. corr. Adiectiuum {ὀνειροπόλος, ἐνθουσιαστικός, μαντικός.} Fanatici olim dicti sunt homines numine afflati, qui verbo Græco énthei dicuntur, & theophorúmeni, quòd non sua sponte, sed diuino numine ferantur. Cuiusmodi Cumea Sybylla à Virgilio describitur in sexto,

-cui talia fanti

Ante fores subitò non vultus, non color vnus, &c. Iuuenal. satyr. 2,

-& crine senex fanaticus albo

Sacrorum antistes. Liu. lib. 9. bel. Maced. de Bacchanalibus loquès, Viros velut mente captos cum iactatione fanatica corporis vaticinari. Quintil. in 11, Frequens etiam capitis nutus non caret vitio, adeò caput iactare, & comas excutiens, rotare, fanaticum est. Budæus.

Fanatici Philosophi. Cic. 2. de Diuinat.

Fanaticus homo. Cic. pro Domo sua, Quid tibi necesse fuit anili superstitione homo fanatice, sacrificium; quod, &c.

Fanatice

Fanatico carmine vaticinari. Liu. 8. bel. Maced.

¶Fanatica, dicitur arbor fulmine icta. Author Festus.

F A R

Far, huius farris, neut. gen. {ζέα, ζειτός} Apud Dionysium Halicar. Apud veteres de omnibus frugibus dicebatur, quia id ferret terra. vel à frangendo se. vel à faciendo, vt inquit Varro de Lingua Latina libro 4. quod in pistrino fiat. Columel. lib. 8. cap. 5, Posthæc cauea cum matre claudendi sunt & farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre, vino aspersо modice alendi. Vide Plin. lib. 18. cap. 8.

Duo farris genera Gallia alit: vnum rutilo colore, quod agricolæ Rubrum frumentum appellant: alterum candidius, quod Clusinum putatur: *blance* rura nostra adhuc cognominât, quod & Plinius Gallis ita testatur appellari. Vtrunque communi vocabulo Barbatú frumentum, seu potius bladum, consuerunt nominare. sed rubens partim *Locar* quasi loculare, quòd pluribus tunicis perinde quasi loculis inuolutum condatur, partim appellant (à pulligine vt arbitror) pullare, quia ex rubro in pullum degeneret colorem: Candidú rubro longè minoribus aristis est munitú. Hęc & plura Ruell. lib. 2. cap. 17.

Acerrius ingens farris. Virg. 1. Georg.

Farris bilibra. Liu. 4. ab Vrbe.

Farris seges. Liuius 2. ab Vrbe, Fortè ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi.

Asperum far. Stat. 4. Sylu. 9.

Sordes farris mordere canini. Iuuenal. sat. 5.

Flaua farra. Virg. 1. Georg.

Lætissima farra hyberno puluere. Virg. 1. Georg.

Modicum far. Persius sat. 3.

Pio farre veneratur larem. Virg. 5. Æneid.

Robusta farra. Virg. 1. Georgic.

Salsa farra. Ouid. 3. Fast. Id est mola salsa.

Torrida farra. Ouid. 2. Fast.

Triticeum far. Colum. lib. 6. cap. 10.

Vegrandia farra. Ouid. 3. Fast. Vegrandia, Non grandia.

Far vernaculum. Colum. lib. 11. cap. 2, Eodémq; mése ante Calend. Feb. farriédæ fegetes autumnales, siue iliæ seminis adorei sunt (quod quidam far vernaculum vocant) seu tritici. Ruell. lib. 2. cap. 17, Ante Calédas, inquit, Februarias farrienda seges seminis adorei, quod quidem far vernaculum vocant: eiúsque tempestiua farritio, quum quatuor fibrarum esse coperit. Frumenti itaque genus est, quod veteres Ador & Edor, & semen adoreum, & far vernaculú video nominasse, ab edéndo, vel quoniam adurebatur vt tostum fieret. ex quo mola salsain sacrificiis, & Adorea pro laude. Hæc & plura Rue lius.

Mébra gruis sparsi sale multo, non sine farre. Horat. 2. Serm. sat. 8.

¶Far, pro Farina. Colum. lib. 8. cap. 4, de cibariis gallinarum: Poterit etiam lolium [illegible] coctum obici, nec minus furfures modicè à farina excreti, qui [illegible] habent farris, non sunt idonei, nec tantum appetuntur.

Farraceus, Adiectiuum {ζειτικός.} vt Farraceus pollen. Plin. lib. 24. cap. 7. Hinc legitima sacráque matrimonia veteres farracea vocarunt à farris nimirum communione, quòd farreo libo adhibito genus id matrimonij contrahi sit solitum, vt Festus & Boetius scribunt: Vndesit dicta farreatio, sicuti quum dissoluerentur nuptiæ, diffarreatio. Vide infrà in FARREATIO.

Farrarius, Adiectiuum. Scæuola in l. Defuncta. D. de vsufructu, Sempronio do lego ex reditu fructum holeris & porrinæ, quę habeo in agro farrario, partem sextam.

Farreus, Adiectiuum {ζειτικός.} vt Farreus panis. Colum. lib. 7. cap. 12.

Farreum, farrei {ζειτικὸν} Genus libi ex farre factum, inquit Festus. Plin. lib. 18. cap. 3, Quin & in sacris nihil religiosius confarrationis vinculo erat: nouæque nuptæ farreum præferebant.

Farreum, veteres horreum à farre: sicut granarium à grano, & hordeum ab hordeo.

Farreatio, farreationis. fœm. gen. {ζειτοφορία} Genus sacrificij, quod fiebat è farreo libo quoties nuptæ ducebantur in templum. Hæc etiam confarreatio dicebatur. Vide CONFARREATIO.

Farraginaria, pluraliter. Colum. lib. 11. cap. 2, Farraginaria quoque pecori futura per hyemem præsidio.

Farrago, penult. prod. farraginis, fœm. gen. à farre. Est id quod ex multis satis, vt hordeo, vitia, & leguminibus fit, pabuli causa: vt ait Festus. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 31, Inde quòd far ferro cæsum, farrago dictum, aut quòd primum in farracia legete seri cœperum. ea equi & iumenta cętera verno tempore purgantur, ac faginantur. Pers. sat. 5, Vappa & lippus, & in tenui farragine mendax. Id est etiam in minimis rebus mentiri solitus.

¶Farrago, pro eo quod Secale quoque vocatur. *Du seigle.* Plin. lib. 18. cap. 16, Id autem quod secale atque farrago appellatur, occari tantùm desyderat. Vide SECALE.

Crassa farragine corpus crescit. Virg. 3. Georg.

¶Farrago etiam accipitur pro quacunque cómistione. Iuuen. sat. 1, Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,

Gaudia discursus, nostri est farrago libelli. Id est materia & argumentum,

Farina, farinæ, pen. prod. {ἄλφιτον, ἄλφιτα, ἀλεύρου} à far, farris dicitur, appellatúrque id quod à farre exprimitur, vel mola vel pedum conculcatione. Plin. lib. 18. cap. 9, Nam quæ ficca moluntur, plus farinæ reddunt. Martial. lib. 13. 62,

Pascitur & dulci facilis gallina farina. Ouid. de Medicamine faciei,

Nam quæ puluereæ fuerint confusa farinæ.

Farina auenaria, Vide AVENA.

Ordeacea farina, Vide ORDEACEVS.

Cribro decussa farina. Persius sat. 3.

Nigra farina. Martial. lib. 9. epigr. 3,

Conuiuam pascit nigra farina tuum.

Facere farinam. Martial. lib. 8. epigr. 16,

Et panem facis, & facis farinam.

Farinaceus, a, um {ἀλφιτώδης} Quod factum est ex farina. Sipontinus.

Farinarius, Adiectiuum {ἀλφιτοπώλης} Quod ad farinam pertinet. Plin. lib. 18. cap. 11, Farinario cribro subcernunt. Cato cap. 76.

Farinarium, Locus vbi asseruatur farina. Sipontinus.

FARAN {φάραν} Oppidum trans Arabiam, iunctum Sarracenis, qui in solitudine vagi errant. Faran, inquit Stephanus, oppidú est inter Ægyptum & Arabiam, à quo sit gentile Pharanites, φαρανίτης, & possessiuum Pharaniticus.

Farcio, farcis, farsi, fartum {γεμίζειν, συφρόνειν} vel vt alij volunt, fartum, farcire. Propriè est saturare, quasi farre implere.

Farcire, Saginare, pingue & obesum facere. Colum. lib. 8. cap. 7, Nã illi qui volunt nõ solùm opimas, sed etiam teneras aues efficere, mulsa recente aqua prædicti generis farinã conspergunt, & ita farciunt. Sic Var. 2. de Re rust. c. 5, Farcire pecudes ad victimas. Et Cato c. 89.

Farcire pannum in os, pro Inserere. Seneca 3. de Ira. cap. 19.

Farcire lignum in gulam. Seneca epist. 71, Lignum totum in gulam farsit, & in præclusis faucibus spiritum elisit.

¶Farcire, per Metaphorã, Implere significat. Plin. epist. 2. 56, Parietes medij cæmento farti. Vitruuius, Sed nostri, celeritati studentes, erecta collo cautes frontibus seruiunt, & in medio farciũt, farctis separatim cum materia cæmentis. Itaque tres suscitantur in ea structura crustæ, duæ frontium, & vna media farctuæ.

Farcire alicui centones. Plaut. Epid. 10, -hic non est locus:

Quin tu alium quæras, cui centones farcias. Id est, quem tu gloriosis mendaciis & confarcinatis fabulamentis expleas. Vide CENTO.

Fartus, siue farctus, Participium {γεμισθείς.} Cicero 7. Verr. Lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus Melitensi rosa farctus. Martial. lib. 8. 38,

Fartus papyro dum tibi torus crescit.

Fartus venticulus coriandro. Plin. lib. 29. cap. 4.

Farta Ceres. Martial lib. 5,

Hic farta premitur angulo Ceres omni.

Farta opimo iecore, & satiata affatim. Cic. 2. Tusc. Ex quodã poeta.

Farcimen, pen. prod. farciminis, n. g. {ἔμβολος} Intestinum varia ac minutim concisa carne refertum. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Ab eadem fartura farcimina exris appellata: à quo in eo quod tenuissimum intesti num fartũ, hila ab hilo dicta, id est mi mo, vt ait Ennius: Neque dispendij facit hilum, quod in hoc farcimine summum quiddã emin t.

Fartor, fartoris {ἀλλαντοπώλης} Qui farcimina facit ex ficta carne & adipe & huiusmodi: siue qui aues farcit & faginat. Colum. lib. 8. cap. 7. Pinguem quoque facere gallinam, quanuis fartoris, non rustici sit officium. Terent. Eunucho, 2. 2,

Fartores, piscatores, aucupes, &c.

Fartores (ait Festus) nomenclamentores, qui clàm velut infarcient nomina salutatorum in aurem candidati.

Fartilis, & hoc fartile, pen. corr. Idem quod fartus. Plin. lib. 10. cap. 22, Nostri sapientiores, qui eos iecoris bonitatem nouere. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit, exemptum quoque lacte mulso augetur. Fartiles vocat anseres, fartos & fagnatos, quibus dicit iecur augescere fartura.

Fartum, ti. Esca qua quid farcitur vel fartum est. Colum. de Arboribus, c. 21. Ea res efficit vberiorẽ fructum, & fartũ sit speciosius & plenius. De ficu ferenda loquitur. Sic lib. 5. cap. 10, eadem verba legũtur, sed genere masculino: Ea res (inquit) efficit vberiorẽ fructum, & fartum fici pleniorem, ac meliorem. Fartum fici Palladius vocat pulpam. Sic enim ait in Martio: Subinde ficus, sicut est diuisa, verratur, vt ficorum coria siccentur, & pulpæ tunc duplicatæ in cistellis seruentur, aut loculis. *C'est la chair de la figue.*

Fartum vestis, Pro ipso corpore dixit Plaut. in Mostel. 4,

Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum.

Fartura, huius farturæ, vel Farctura, farcturæ, pen. prod. Vide Farcire, per metaphoram. Colum. lib. 8. cap. 7. Sed si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturæ præcesserint.

Fartim, Aduerbium {σωρηδὸν} Simul, siue vnà in vno cumulo. Apul. Parabat è farreo libo quoties nuptæ ducebantur in templum. Hæc etiam confarreatio dicebatur. Vide CONFARREATIO.

FARFARVS, penult. corr. siue Farfar, Syrię fluuius, qui è radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens, in Syriaco misceatur mari. Hic tantus fertur, vt transiri vado non possit.

¶Farfarus, pen. cor. fluuius qui per Sabinos trãsit: de quo Ouidius,

-& amœnę farfarus vndę. Dicitur & Fabaris. Virg. 7. Æneidos,

Qui Tybrim Fabarimque bibit.

Farfarum, vocat Plaut. in Pœn. ai borem Populum, inquiens,

Prosternebam eos vt folia farfari, quæ leui pulsu ventri alicuius,

Autumno vniuersa aliquando cadunt. Sic Marcellus lib. 3. Dioscor.

Farfenum, Virguli genus est, inquit Festus.

Farfugium, arbor quæ & Chamæleuce dicitur. Plin. lib. 24. c. 15, Chamæleucen apud nos farranum siue farfugium vocant: nascitur secus fluuios folio Populi, sed ampliore. Hactenus Plinius. Quidam putãt eã esse quæ Populus alba vulgò dicitur, *Du tremble.* nõnulli verò eam esse herbam putant, quæ bechion & tussilago appellatur, habet enim folia subtus alba, & circa fluuios nascitur, vulgò *Pas d'asne.*

Faris, vel fare, fatur {φάσκειν} à Fero deductum est. nihil enim aliud est fari quàm ferre, id est loqui. Quanquam Varro inter fari & loqui hoc interesse scribit, quòd fatur is, qui primus significabilem vocem ore emittit, nullo verborum ordine seruato. vnde pueri, ante quàm id faciant, infantes dicuntur. Loquitur autem is, qui suo loco vnumquodque verbum sciens ponit.

Fari. Virgil. 6. Æneidos,

Sic fatur lachrymans, classíque immittit habenas. Cic. 2. Tusc. Non potest hæc fari tantum dictis, quantum factis suppetit laboris. Ex vetusto codice legendum est fari.

Fari ad. Cic. de Vniuers. Tum ad eos is Deus qui omnia genuit, fatur, Hæc vos, &c.

Græcè fari. Cic. 5. Tusc. Epicurei nostri Græcè fari nesciunt, nec Græci Latinè.

Age fare vicissim. Virg. 6. Æneid.

Fare age. Virgil. 3. Æneid.

Puer nescius fari. Horat. 4. Carm. ode 6.

Fans, Participium {φάς. } Propert. lib. 3. eleg. 7,
Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus.

Fatus, Aliud participium {ἐφάτην. } vt Sic fatus, deinde. Virg. 2. Æneidos,
-sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur.
Breuiter fata est. Virg. 6. Æneid.
Doctissima fandi. Virg. 10. Æneid.
Tempora fandi mollissima. Virg. 4. Æneid.

Fando. Plaut. Amph. 7. Plin. in Paneg. Cic. pro Quintio, Non denique vlla vnquam intercessit postulatio, mitto æqua: verùm ante hoc tempus ne fando quidem audita.
Enumerare plurima fando. Virg. 4. Æneid.
Ne fando quidem auditum est, ibim, &c. Cic. 1. de Nat. deor.

Fandus, A dictium {φατὸς } Quod fari dignum est & iustum. A fando deductum. Liuius, Ita resperſæ fando, nefandóque sanguine aræ. Virg. 1. Æneidos,
At sperate deos memores fandi atque nefandi. Id est iusti & iniusti, ait Seruius.
Fanda fata. Cicero 1. de Diuinat. Neque me Apollo fatis fandis inuitam ciet.

Farnus, farni, Arbor de genere quercuum. Vitruuius libro 7. capite 1, Nanque de cerro, aut fago, seu farno, nullus ad vetustatem potest peruenire. Palladius libro 1. capite 9. Nomen hodiéque seruat in Italia.

Farraceus, Farrago, Farraginaria, Farreatio, Farreum, Farriculum, Farina, Farinarius, Vide FAR.

Fartilis, Fartim, Fartor, Fartum, Fartura, Fartus, Vide FARCIO.

F A S

Fas {θέμις, θεμιτὸν, θέφατον } neut. gener. indeclinabile, in nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo tantùm inuenitur: Quod pium est, & religiosum, & fari dignum. & ad deos refertur, sicut iustum ad homines. Virg. 1. Georg. Fas & iura sinunt. Id est, diuina & humana iura permittunt. Idem lib. 1. Georgicorum,
Quippe vbi fas versum atque nefas. &c. Vbi Seruius, Spernunt licita, appetentes illicita. Liu. 1. ab Vrbe, Audiat fas.
Fas mihi sit audita loqui. Virg. 6. Æneid.
Abrumpere omne fas. Virg. 3. Æneid Vide ABRVMPO.
Magnum fas nefásque. Horat. Epod 5.
Ius & fas omne delere. Cic. Attico, lib. 1. 11.
Si fas dixisse. Stat. 2. Achil.
Exuere fas. Tacit. lib. 19, Ac maiore ex diuerso mercede, ius fásq; exuerent.
Contra fas, contra auspicia, contra omnes diuinas atque humanas religiones aliquid facere. Cic. 7. Verr.
Contra fas factus filius. Cic. pro Domo sua, Iure Quiritum legitimo tutelarum & hæreditarum relicto, factus es filius contra fas, cuius per ætatem pater esse volusti. De adoptato filio.
Contra ius fásque interfecti oratores. Cic. de Aruſp. resp.
Fas est, Id est licitum. Plaut. Asin. 1, 9,
Neque pol te accuso, neque id me facere fas existimo.
Per naturam fas. Cic. pro Milone, Clodium nihil delectat, quòd aut per naturam fas sit, aut per leges liceat.
Quod fas esset. Cic. contra Rullum, Vt id quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret.
Fas habere. Plaut. Trinummo, 6,
-quod manu non queunt
Tangere, tantum fas habent quo manus abstineant.
Habetur fas. Quintil. lib. 3. cap. 8, In iudiciis enim vulgò fas habetur indulgere aliquid studio suo.

FASCELIS, idis, dicta est Diana, à fasce lignorum, in quo absconditum eius simulacrum Orestes & Iphigenia ex Taurica regione Ariciam attulerunt. Historiam vide apud Sipontinum.

Fascia, huius fasciæ {σπάργανον, σπάργανον, σφῆνα. } Linteolum est ad ligandum aptum: dicta à Græco φάσκω. Plinius lib. 20. cap. 15, Vel penicillis feruens adprimitur fasciis. Cicero de Claris Orat. Deuinctus erat fasciis.
Fascia lecti. Cic. 2. de Diuinat. Defert ad coniectorem quidam somniasse se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.
Candida fascia, pro Diademate, Vide DIADEMA.
Circunlita fascia. Iuuenal. sat. 9.
Creatæ fasciæ, Vide DIADEMA.
Lata fascia. Ouid. 3. de Arte.
Mollis fascia. Propert. lib. 4. eleg. 10.
Fascia pectoralis: qua mulieres mammas tegunt. Martial. lib. 14.
¶Fasciæ, proprie pro tegumento crurum, pedúmque poni consueuerunt. Vlpianus l. Argumento sunt. D. De aur. argent. mund. leg. Fasciæ crurales, pedulésq; vestis loco sunt, quia partē corporis vestiunt. Plin. scribit lib. 8. cap. 57, mures portēdisse exitium Carboni imperatori, arrosis fasciis quibus in calceatu vtebatur. Cic. ad Attic. lib. 2. cap. 18, Etenim mihi caligæ eius vt fasciæ cretatæ non placebant.
¶Fasciæ iunci. Plin. lib. 15. cap. 17.
¶Fasciæ orbis, pro iis quas Astrologi zonas vocant. Martianus Capella libro 6, Orbis terræ in quinque zonas, siue melius fascias, discernitur.
¶Fascia aliquando ponitur pro Nube, in modum fasciæ cælum præcurrente. Iuuenal. sat. 14,
Nil color hic cæli, nil fascia nigra minatur.
¶Fascia vsurpatur Celso lib. 7. cap. 20, De intestini curatione, pro eo quod Gallicè dicitur *braye*.

Fasciola, fasciolæ, penult. corr. Diminutiuum {σπαργάνιον. } Cicero de Aruſp. resp. P. Clodius à crocota, à mitra, à mulieribus soleis, purpureísque fasciolis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro est factus repente popularis. Hìc videtur significare subligaculum tibialium. Horat. 2. Serm. sat. 3,

-ponas insignia morbi

Fasciolas, cubitale, focalia. Turnebus locum hunc Horatij explanat de hominibus qui morbo laborarunt, quo liberati recuperatis refocillatisq; viribus, ponunt fasciolas in quibus crura obuoluebant, &c. Absque enim morbo fasciis crura pedésque inuoluere, virisi indecorum erat, molléque censebatur.

Fascio, fasciας {σπαργανίζω } fasciáre, Fascia ligare. Spartianus de Antonio Pio, Sed quum esset longus & senex, incuruatúsq;, etiaciis tabulis in pectore positis fasciabatur, vt rectius incederet. Martial. lib. 12, Nec fasciato naufragus loquax trunco.

Fasciculus, Vide FASCIS.

Fascinum, fascini, penult. corr. {βασκανία } à Fando, Quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, vt liberi non sint, nec mentis compotes: sæpéque ad extremam maciem deueniant.
¶Fascinum, pro membro virili. vt in Carmine obscœno,
Pædicabere fascino pedali. Rursus,
Priape, quòd sis fascino grauis tento,
Quod exprobrauit hic tibi suo versu
Poeta noster: erubescere hoc noli.
Non est poeta fascinosior nostro. hoc est (vt puto) mentulator. Iterum in eo epigrammate, cuius initium, Quid hoc noui est?
Placet Priape, qui sub arboris coma
Soles sacrum reuinctus pampino caput
Ruber sedere cum rubente fascino. Dicitur & fascinus, vt in illo carminis obscœni,
Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad seriatos fascinos. Vide MVTINVS.

Fascino, fascinas, penult. corr. {βασκαίνω } fascinâre. Virg. ecloga 3, Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
Lingua mala fascinare aliquid. Claud. ad Lesbiam. epigr. 7.

Fascinans, tis {βασκαίνων } Qui fascinat. Plin. lib. 13. cap. 4, Quibusdam ostium lunatúmque, dente contra fascinantes religione politum.

Fascinatio, Verbale {βάσκανος. } Plin. lib. 28. cap. 2, Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? Idem lib. 19. cap. 4.

FASCINVS, fascini, penult. corr. Dei nomen apud veteres. Plin. lib. 28. cap. 4, Religione mutatur & Fascinus, Imperatorum quoque non sólùm infantium custos, qui deus inter sacra Romana à Vestalibus colitur, & currus triumphantium sub his pendens defendit medicus inuidiæ, iubétque eosdem recipere.

Fascis, huius fascis, masc. gen. {φάκελος, δεσμός } Lignorum aut alterius cuiuscunque rei ligata congeries, quam ligando facimus. vnde fascem ocularium vocare possumus, id quod Galli Parisienses vocant *Vne bourree*. Nam cocula, vt Festus ait, sunt ligna minuta quibus facilè coquitur obsonia. Cæsar 8. bel. Gall. Fasces stramentorum ac virgultorum. Sic Fasces calamorum, Martial. lib. 14.
¶Fascis, Onus: ob id dictum, quòd fasces lignorum seu aliarum rerum, graues sint portantibus. Virg. 9. eclogа,
-ego hoc te fasce leuabo. Idem in Georgicis,
-iniusto sub fasce viam dum Carpit.
Fasces ingenij. Plinius in totius operis præfatione, Perfricui faciem, nec tamen profeci: quando alia via occurris ingens, & longius etiam submoues ingenij fascibus. A lictoribus est ductum, qui ante magistratū incedētes, turbam submouent. Sensus est: Si fasces magistratuum & honorū tuorum me non terrent, nec submouent à te, at submouet ingenium & eloquentia.
¶Fasces virgarum, Fasciculi quidam intra quos securis ita obligata erat, vt ferrum in summo fasce extaret, quos lictores ante Consules Romanos euntes deferebant honoris gratia. Plaut. Epid. 2, Lictores duo, duo viminei fasces. Liuius in secundo ab Vrbe, Omnia iura, omnia insignia primi Consules retinuere, id modò cautum est, ne si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior, concedente Collega, fasces habuit.
Biuges fasces. Claud. 5. Paneg.
Atque vno biuges tolli de limine fasces.
Laureati fasces, Vide LAVRVS. Cic. pro Ligario.
Pulchri fasces. Lucret. lib. 5.
Superbi fasces. Horat. 1. Carm. ode 12.
¶Prætoribus anteibāt lictores cum fascibus duobus. Cicero contra Rullum,
Primos attollere fasces. Virg. 7. Æneid.
Fracti fasces. Ouidius ad Liuiam.
Lictorij fasces. Plin. de viris illuſt.
Petere à populo fasces, sæuáſque secures. Lucret. lib. 3.
Noui præcunt fasces. Ouid. 1. Fast.
Prætoribus præferre fasces. Cic. 7. Verr.
Rapi fasces pretio. Lucan. lib. 1.
Submittere fasces populo. Quintil. lib. 3. cap. 13.
Fasces submittere, Insignia vimque imperij, maiestatis vel reuerentiæ alicuius submittere. vt Publicola, qui primus hoc instituit. Quum enim posset imperij summi, id est Consulatus iure vti agendo cum populo, fasces tamen maiestati Populi Romani submisit: hoc est lictores à se tantisper abire iussit quoad concionatus esset, vt author est Liuius lib. 2. ab Vrbe. Hæc Budæus. Plin. lib. 7. cap. 30, Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Possidonij sapientiæ professione clari domum, fores percuti de more à lictore voluit, & fasces lictorios ianuæ submisit, is cui se Oriens, Occidénque submiserat. Cicero de Claris Orator. Quum enim in maximis causis versatus esses, & quum tibi ætas nostra iam cederet, fasc éique submitteret, subitò in ciuitate cum alia ecciderunt, tum etiam ipsa de qua disputare ordimur, eloquentia obmutuit. Hoc est, manus daret, herbam porrigeret, & se quasi inferiorem fateretur.

Fasces in plurali {ἀξιώματα } pro Magistratibus & honoribus qui à populo præstantur alicui: quia aut duodecim, aut sex lictores fascibus vtebantur, & magistratus præibant. Virg. lib. 2. Georgicorum,
Non illum populi fasces, non purpura regum Flexit.
Extraordinarij fasces. Cicero pro Domo sua, Nullus locus orbe terrarum

terrarum vacuus extraordinariis fascibus atque imperio Clodiano fuisset.

Fasceatim {σκολιῶς. } Quintil. lib. 1. cap. 4, Adiiciebant & asseuerationem, vt heu: & attractionem, vt fasceatim.

Fasciculus, penult. corr. Diminutiuum {φακελίσκος } Paruus fascis: vt Fasciculus epistolarum, Cicero ad Quintum fratrem, lib. 1. 14. Sic Qu. Cicero ad Tironem, lib. 16. 26, Quòd fasciculus alter ad me iam sine tuis literis perlatus est.
Manualis fasciculus, Vide MANVS.
Librorum fasciculus. Horat. 1. epist. 13.
Colligere in fasciculos manuales, Vide COLLIGO.
¶Fasciculus, Olfactoriolum. Cic. 3. Tusc. Fasciculum ad nares admouebis, incendes odores, & sertis redimiri iubebis & rosa.

Fasellus, fasélli, siue Faselus, fesseli, penult. prod. masc. gen. vel fœm. Genus nauigij Campani. Virg. lib. 4. Georgicorum,
Et circum pictis vehitur sua rura fasellis. Sallust. lib. 3. Hist. Et fortè in nauigando cohors vna, grandi fasello vecta, à cæteris deerrauit. Vide PHASELLVS.
Vilis fasellus. Virg. 1. Georg.
Fracta fasellus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11.

Faseolus, penult. corr. genus leguminis exilis & teretis, qui & phaseolus dicitur. Colum. lib. 11. cap. 2, Milium & panicum hoc tempore demetitur, quo faseolus ad efcam feritur. Plinius libro 12. cap. 7, Semine à iunipero distant paruulis siliquis, quales in faseolis videmus. Vulgus Italorum adhuc hodie nomen retinet. Vide PHASEOLVS.

Fassus, Vide FATEOR.

Fasti, fastorum, pluralis tantùm numeri, vel Hi fastus, fastuum, Liber in quo cōtinetur dierum professorum obseruatio. Lucan. lib. 10, Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus. Varr. in Ephemeride, Cæsar fastus correxit. Et vt author est Prisc ianus, eadem forma dicitur fastus vel fasti, qua Senatus vel senati.
Codicilli fastorum. Cic. Attico, lib. 4. 7.
Enumeratio fastorum. Cic. Luccio, lib. 5. 12.
Euellere consules ex fastis. Cic. pro Sextio, Consules non modò ex memoria, sed etiam ex fastis euellendi.
Eximere dies de fastis. Cic. 4. Verr.
Hanc legem vlli fasti ferre possunt? Cic. in Pisonem.
Fastos vulgò habere. Cicero pro Murena, Posset agi, nécne, pauci quondam sciebane: fastos enim vulgò non habebant.
Picti fasti. Ouid. 1. Fast.
Signantes tempora fasti. Ouid. 1. Fast.
Signata tempora fastis. Ouid. 2. Fast.
Tollere de fastis diem festum. Cic. 6. Verr. Quum diem festum ludorum de fastis suis sustuliſſent.
Fasti dies dicti sunt, quibus sine piaculo Prætoribus licebat tria verba fari, scilicet, Do, dico, addico. Et Nefasti, quibus non licebat fari. Ouid. lib. 1. Fastorum,
Ille nefastus erit per quem tria verba silentur:
Fastus erit per quem lege licebit agi. Cic. 1. Tuscul.
Fastorum libri, in quibus totius anni res Pop. Rom. scriptæ continebantur, & causæ festiuitatum explicabantur: vt in fastis Ouidij: de quibus idem lib. 1. Fastorum,
Sacra recognosces annalibus eruta priscis, &c.
Fastos circa forum in albo proposuisse Flauium scribam, Liuius scribit: vt quando lege agi posset, sciretur. Meminit & Cic. lib. 6. ad Atticum, 11.
Fastis diebus iucunda fari licebat, nefastis quædam non fari licebat. Hæc Festus.

Fastidio. Fastidium, Vide FASTVS pro superbia.

Fastigium, huius fastigij {μετωπεῖον, ὄγκος } Altitudo ac summitas alicuius operis, vel Ædificij summum, inquit Festus. Cæsar 7. bel. Gal. Mediocri interiecto spatio, pari altitudinis fastigio. Virg. 1. Æneidos,
-& fastigia suspicit vrbis.
Culminis summi fastigia. Virg. 2. Æneid.
Fastigiorum multorum fastigium. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17.
Operum fastigia. Quintil. in Procem. lib. 1.
Summi fastigia tecti. Virg. 2. Æneid.
Aurea fastigia templi. Ouid. 15. Metam.
Decliue fastigium, Vide DECLIVIS.
Leue fastigium. Curtius lib. 6, Præruptа rupes erat, leuiore submissa fastigio. Id est, sensim sese attollente, siue non arduo. Budæus.
Sublime fastigium. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Summa fastigia. Virg. 2. Æneidos,
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur. Fastigia, inquit Seruius, modò de summitate propriè dixit: alibi per contrarium de imo. Inde est, Cælúmq; profundū: quasi cuius fit porrò fundum: quum de imo profundum, de summo fastigium dicatur. Hæc ille.
¶Fastigium, Pars ima alicuius rei etiam dicitur. Virgilius libro 2. Georgicorum,
Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras. Fastigium, inquit Seruius, & summæ & imę partis possumus dicere, sicut altum & mare & cælum dicimus. Hinc est, Cælúmq; profundum: quum & puteus sit profundus. Hactenus ille. Varro de Re rust. lib. 1, Fossa ita idonea, si omnem aquam quæ è cælo venit, recipere potest, aut fastigium habet, vt exeat è fundo.
¶Fastigium, Primordium. Virg. 1. Æneidos,
-sed summa sequar fastigia rerum. Seruius.
¶Fastigium imponere operi: cui opponitur Iacere fundamenta. Cic. 3. Offic. Sed quoniam operi inchoato, propè tamen absoluto, tandem fastigium imponimus. Vide IMPONO.
Submittere fastigium. Curt. lib. 6. De mari Caspio.
Fastigiū tenere inter homines. Plin. in Paneg. 85, Hìc fastigium est dignitas & maiestas hominis, à fastigio, id est altitudine paulatim gracilescente, deducta significatio. Idem Plin. ad Vocon. Romanū, lib. 2. epist. 1, Summū fastigiū priuati hominis implere. Liu. lib. 2, Nō tam ad honorem eius cui curatio altior fastigio suo data est, factum, quàm ad ignominiam Consulum. Cic. 2. Philip. Quem is maiorem honorem consecutus erat, quàm vt haberet puluinar, simulacrum, fastigium, flaminem? Budæus.
Vulgus *statum* vocat, id quod fastigium Romani vocauerunt: vt Liuius. quodam loco, Eiusdem fastigij ciuis vocat. Ex Budæo.
¶Fastigium, Idem quod genus. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 6, Igitur quum tria genera sint à specie simplicia agrorum, &c. E quibus tribus fastigiis simplicibus, &c. Paulo pòst, Propter hæc tria fastigia formæ, discrimina quædam fiunt sationum.
¶Fastigium, pro Altitudine. Bucl. in specularia Theorem. 8, Fastigia, & crassitudines à conuexis speculis conuersa videntur.

Fastigio, fastigias {μετωπεύω } fastigiáre, Acuminare, & quasi in fastigiū engere. Plin. lib. 18. cap. 7, Frumenta hyeme in herba sunt, verno tempore fastigiantur in stipulam. Liu. 7. bel. Macedon. Ipse collis est in modum metæ in acutum cacumen à fundo satis lato fastigiatus. Sic Fastigiatus in mucronem, Plin. lib. 18. cap. 18.

Fastigo, fastigas, fastigáre, vnde Fastigans, Particip. apud Silium lib. 5,
-mediámque per aluum
Sensim fastigans, compressa cacumina nectit. Id est acuens. Et Fastigatus leuiter collis, apud Cæsarem.

Fastigatio, Verbale. Plin. lib. 17. cap. 14, Calami exactio medullam ne nudet: tenui tamen fistula detegat, vt fastigatio leui defcēdat cuneo, tribus non amplior digitis.

Fastosus, Vide FASTVS pro arrogantia.

Fastus, pluralis numeri, pro Fastis, Vide FASTI.

Fastus, huius fastus, m. g. {κόμπος, περηφανία } Superbia, & elatio quædā cum iactantia verborum: & propriè indigna sui ipsius per superbiam existimatio. Plin. lib. 11. cap. 37, Hæc maximè indicant fastum.
Alto fastu turgidus. Claud. 2. Paneg.
Fastus superbus ac procax. Plin. lib. 9. cap. 35, Superbo simul ac procaci fastu vt regina meretrix.
Tumidi fastus, Ouid. 1. de Arte amandi.
Vani fastus. Claud. de bel. Get.
Contemnere aliquid suo fastu. Propert. lib. 1. eleg. 7.
Exuere fastus. Ouid. 2. de Arte amandi.
Ponere fastus. Ouid. 2. de Remed. amoris.

Fastosus, penult. prod. {περηφάνως, φρυγματώδης } Qui magno fastu contemnit. Martial. lib. 10,
Ad nocturna iaces fastosæ limina mœchæ.
Domus fastosa. Ouid. ad Pisonem.

Fastidio, fastidis, penult. prod. fastidiui, fastiditum {βδελύσσομαι, κατηφέομαι, παροξύνω } fastidire, Cum fastu quodam & superbia contemnere. Plaut. Stich. 1, 4,
Quid hic fastidis? quid faciundum vides esse tibi, quin bibis?
Irasci, & fastidire. Cicero pro Milone, Qui non modò improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam recte factis sæpe fastidiunt.
Fastidire & odisse aliquid. Horat. 2, epist. 1.
¶Fastidire, cum infinitiuo, pro Recusare. Quintil. lib. 5. cap. 11, Repetere tamen authoritatem à plurimis literis non fastidierunt.
Fastidit aliquem. Virg. in Bucolicis,
Iuuenes aliū, si te hic fastidit Alexis. Sic Fastidire preces alicuius, Liuius 4. bel. Macedon.
Æstus fastidit amictum. Claud. in Epithal. 46.
Minores non fastidire. Claud. 7. Paneg.
Omnia fastidis præter pauonem. Horat. 1. Serm. sat. 2.
Fastidit mei: Hoc est, sum illi tædio. Plaut. Aulul. 7.
Abiit, neque me certiorem fecit, fastidit mei. Lucilius,
Difficiles sumus, fastidimus bonorum. Vide Nonium.

Fastidiens, fastidientis {βδελυσσόμενος } Participium.
Fastidientis stomachi esse. Seneca, Fastidientis stomachi est multa degustare.

Fastiditus, penult. producta {βδελυχθείς } Participium à Fastidior passiuo. Lucanus,
-pars magna Senatus
Fastiditа iacet. Plin. in Præfat. 6, Fastiditis gratiam dare.
Dominationibus fastiditus. Tacit. lib. 13.
Domus fastidita. Ouid. 2. de Remed. amor.
Verba fastidita repellere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1.
Viri non fastiditi, Id est aliquo in pretio habiti. Ouid. 2. Trist.

Fastidiendus, Aliud participium. Columel. lib. 2. cap. 9. in fine, Milium cum lacte pultem non fastidiendam præbet.

Fastidium {βδελυγμία } Contemptus ille dicitur atque etiam tædium. Cic. pro Lege agraria, Superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur. Idem 12. Philip. Si essent arrogantes, nō possem ferre fastidium.
Fastidium in re aliqua. Cic. de Optimo genere interp.
Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati. Plin. lib. 7. cap. 6.
Citra fastidium, Vide CITRA.
Cibi satieras & fastidium. Cic. 1. de Inuent.
Domesticarum rerum fastidium. Cic. 1. de Finibus.
Fastidium stomachi, Idem. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15, Nosti enim non modò stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in omnium insolentium indignitate fastidium.
Superbia, & fastidium, & arrogantia. Cic. 1. Offic. Atque etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, fastidium, arrogantiá que magnopere fugiamus.
Fastidium delicatissimum. Cicero 1. de Finibus, Rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidij delicatissimi.
Insolens fastidium, Vide INSOLENS.
Audiendi fastidium. Cic. de Optimo genere Orat. Qui intelligentiam ponunt in audiendi fastidio.
¶Abigere fastidium, Vide ABIGO.
Abstergere fastidium, Vide ABSTERGO.

Adducere in fastidium rem aliquam.Plin.in Præfat.6,Alia verò ita multis prodita,vt in fastidium sint adducta.
Adhæresunt fastidiis, quæ praua sunt: quæ recta sunt, probantur.Cic.1.de Orat.
Afferre fastidium,Vide AFFERO.
Alitur stomachus pluribus cibis minore fastidio. Quintilian. lib. 2.cap.12.
Auferre fastidium,Vide AVFERO.
Creare fastidium,Vide CREO.
Fastidio aliquid damnare,Vide DAMNO.
Fastidium deducere,Vide DEDVCO.
Detrahere fastidium.Plinius lib.22.cap.vlt.
Excutere fastidium.Seneca epist.120.ad finem.
Labor extundit fastidia.Horat.2.Serm.sat.2.
Ferre fastidium.Cic.10.Philipp.Quorum,si essent arrogantes,non possem ferre fastidium.
Fert eloquentia ex amplitudine fastidium. Quintilianus libro 5. cap.14.
Fastidium leuare. Quintil.lib 9.cap.3. Quotidiani,& semper eodem modo formati sermonis fastidium leuat.
Mouere fastidium.Quintil.lib.2.cap.4.
Mouere fastidia stomacho.Horat.2.Serm.sat.4.
Superba pati fastidia.Virg.eclog.2.
Fastidium purgare. Plin.lib.8.cap.27,Palumbes,graeculi,merulæ, perdices,lauri folio annuum fastidium purgant.
Subeunt mihi fastidia.Ouid.epist.15.
Fastidio esse. Plinius libro 7.capite 1, Potiúsque ad authores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus: modò ne sit fastidio Græcos sequi.
In fastidio esse. Plin.lib.12. cap.19, Ipsum verò lignum in fastidio est propter origani acrimoniam.
Vincere fastidia varia cœna.Horat.2.Serm.sat.6.
Fastidium meum,quo ego alios fastidio: Fastidium mei, quo ego ab aliis fastidior. Quint.Declamat.14,Vanitatem fastidio mei,despectúque captauit.

Fastidiosus,penult.prod.Adiectiuum {δυσκόλως} Qui fastidit. Cic.de Claris Orat.Propterea quòd Antonius,qui maximè expetebatur,facilis in causis recipiendis erat: fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat.Plaut.Milite,18,
-istius metus
Me macerat,quòd ille fastidiosus est iam. Horat.3.Carm.ode 1,
-dominúsque terræ Fastidiosus.
Fastidiosus literarum Latinarum. Cicero de Claris Orat.C.Memmius L.filius perfectus literis, sed Græcis, fastidiosus sanè Latinarum,argutus orator,&c.
Aurium sensus fastidiosissimus.Author ad Herenn.lib.4.
In æquos & pares fastidiosus.Author ad Herenn.lib.4.

Fastidiosè,penult.prod.Aduerbium {παραπεφθέως} Cic.pro Planc.Huic ego iam stomachans fastidiosè,imò ex Sicilia inquam.
Fastidiosè iudicare. Cic.1.de Orat.Quàm diligenter,quàm propè fastidiosè iudicamus? Sic fastidiosè spectare aliquid in aliquo,Idem 1.de Oratore.
Lentè & fastidiosè probare aliquid.Cic.Attico,lib.2.16,
Fastidiosius facere aliquid.Cic.2.de Orat.

Fastidiliter, Aduerbium, Idem quod fastidiosè:Antiquum. Varro,Cras credo hodie nihil, Quibus instabilis animus ardens habere & non habere fastidiliter inconstanti poctore. Nonius.

F Á T

Fatalis,Vide FATVM.
Fatantur,multa fantur. Festus.

Fateor,fateris, penult.prod.fassus sum {ὁμολογέω, ἐμολογῆσαι, ὁμόσαι, σύμφημι} fatéri, Est (inquit Seruius) coactorum & culpabilium. Virgilius 4. Æneidos,
Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi,&c. Donatus item, Fateri non testis est,sed rei. Terent.Eunucho,4.4,
-non potest sine
Malo fateri,video. Cic.7. Verr. Quum tute fassus esses te id crimen tanto antè metuisse si eum diceres mortuum,quis te audiret?
Fateri,est etiam sponte affirmare, vt vult Sipontinus. Cic.6.Verr. Hæc sum rogaturus, nauem debeántne. fatebuntur. præbuerúntne Prætore C.Verre.negabunt. Terent.Andr.5.3,
Ego me amare hanc fateor:si id peccare est,fateor id quoque.
Fateri de re aliqua. Cicero Antequam iret,&c. Qui quum de scelere fatereretur, non tamen sententiis prius iudicum conuinceretur, quàm supplicio addiceretur.
Fateri de se.Liu.4.bel.Pun. De se ipse haud cunctanter fassus,conscios celabat.
Non solum fateri,sed etiam profiteri aliquid.Cic.pro Cecin. Et pro Rabirio, Quamobrem fateor atque etiam profiteor, & præmero,perduellionis iudicium à me fuisse sublatum.
Animum pallore fateri.Ouid.6.Fast.
Fateri fidem & animum alicuius.Plancus ad Cic.lib.10.23,Laterensis nostri & fidem & animum in Rempub. singulare semper fatebor.
Delicta fateri.Ouid.4.Metam.
Errores suos fateri.Claud.2.in Eutrop.
Falsum fateri.Cic.in Partit.Mori maluit falsum fatendo,quàm verè inficiando dolere.
Peccatum fateor.Horat.2.Serm.sat.4.
Subigere aliquem fateri,Id est cogere vt fateatur.Virg.6.Æneid.
Nullúne faterier audes?Horat.2.epist.2.

Fassus,Particip. {ὁμολογηκώς.} vt Ignoscere fasso.Ouid.13.Metam.
Da veniam fasso.Ouid.1.de Ponto,eleg.8.

Fassurus, penult. prod. Participium {ὁμολογησόμενος.} Ouidius 14.Metamorphoseos,
Quid cuperet fassura fuit.

Culpa fatenda est.Ouid.2.Trist.
Fatendum est summum esse bonum iucundè viuere. Cicero 1.de Finibus.

Fathisco,Vide FATISCO.
Fatidicus,Fatifer,Vide FATVM.

Fatigo,fatigas, penult.prod. {ὀχλίω, κατατρύω} fatigàre, Ad lassitudinem deducere.Virg.lib.5,
Veloces iaculo ceruos, cursúque fatigat. Liu.8.ab Vrbe, Qui aliquandiu pugna atroci quum & semetipsi fatigassent, & hastas aut præfregissent,aut hebetassent.
Fatigari æstu.Cæsar 3.bel.Ciuil.
¶Fatigare,Cogere.Virg.9.Æneidos,
-collecta fatigat edendi
Ex longo rabies,& siccæ sanguine fauces.
¶Fatigare socios,Excitare,hortari. Virgilius,
-socióque fatigat,
Præcipites vigilate viri.
¶Fatigare hasta aliquem,Percutere.Virg.9.Æneidos,
-versáque iuuencum
Terga fatigamus hasta.
¶Fatigare,Perturbare,commouere.Virg.1.Æneidos,
Quæ mare nunc,terrásque metu,cœlúmque fatigat.
Animum fatigare.Horat.2.Carm.ode 11.
Bella fatigare,Silius lib.7.
Spe laudum corda fatigat.Silius lib.1.
Curas fatigare.Stat.5.Sylu.1.
Cura fatigat me.Claud.5.Paneg.
Dentem in dente fatigare.Ouid.8.Metam.
Dextram osculis fatigare.Tacit.lib.15.
Per ambages discentem fatigare.Quintil.lib.3.cap.11.
Quæ te fortuna fatigat.Virg.6.Æneid.
Fatigare Iouem votis.Martial.lib.7,
Quum votis sibi quisque te fatiget. Hoc est vehementer orer.
Fatigare Martem,pro Prælium cum clamore deposcere. Virgilius 7.Æneidos,
Vndique collecti coeunt,Martémque fatigant.
Iactando membra fatigat.Lucret.lib.3.
Mora longa fatigat.Ouid.2.Amor.eleg.1.
Questu superos fatigat.Valer.7.Argonaut.
¶Fatigare vinclis & carcere,Id est Cohibere. Cicero libro 3.Officiorum, Qui non verbis sunt & disputatione philosophorum, sed vinculis & carcere fatigandi.
¶Fatigare,pro Fatigari.Virg.lib.8,
Olli remigio,noctémque diémque fatigant.

Fatigatus, penult. prod. Participium {κατατρυθείς.} vt Ludo & somno fatigatus.Horatius 3.Carm.ode 4.
Fatigatum corpore dicimus,animo verò fessum. Seruius.
Lacerti fatigati.Ouid.epist.17.

Fatigatio, Verbale {κατατρύπησις.} Colum. lib.4.cap.18, Quinetiam ipsa hortorum descriptio quanto est minoribus modulis consita, fatigationem veluti minuit,&c. Quintil.lib.1. cap.12, Minus afficit sensus fatigatio,quàm cogitatio.

Fatiloquus,Vide FATVM.

Fatim, Aduerbium est antiquum, idem significans quod abundè,copiosè {ἀφθόνως} A quo Affatim compositum eiusdem significationis,& verba Fatisco,& Fatigo,quæ vide suo loco.

Fatiscо,fatiscis {κατακρήνω} fatiscere.Virgilius 1.Æneidos,Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.Vbi Seruius, Fatiscunt,abundanter aperiuntur. Fatim enim abundanter dicimus, vnde & affatim. Hiscere autem,aperire,Proinde non desunt qui Fathisco putent scribendum.
Area fatiscit.Virg.1.Georgic.
Fatiscor à Fateor deduci notauit A. Gellius lib. 17. cap. 2. ex Qu. Claudij annalium lib.1.
¶Fatiscuntur,pro Fatiscunt.Varro Antiquit.humana. libro 14,Altera ira, altera vulneribus fatiscuntur. Pacuuius Doloreste,Vereor si vnquam fatiscar facere quidquam,quod quibo,boni. Nonius.
¶Fatiscere {κοπιόμενον,πάσχοντες} Deficere. Colum.lib.2.cap.14, Sed omni solo quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit,vna præsens medicina est.Virg.1.Georgicorum,
-neu puluere victa fatiscat. Plin.de rege apum,lib.11,Hunc esse solum marem existimant,præcipua magnitudine, ne fatiscat. Id est lassescat & deficiat in coitu. Idem lib.17.cap.2.
Animæ natura fatiscit fessa æuo.Lucret.lib.3.
Fatiscit laxatúrque chelis.Stat.4.Sylu.7.
Cameli & equi sine calciatu in longiore itinere fatiscunt. Plin.lib. 11.cap.45.ad finem.
Clamore fatiscere.Stat.6.Sylu.5.
Corda longo sudore fatiscunt.Stat.11.Theb.
Mens expugnata fatiscit.Stat.4.Thebaid.

FATVA, siue Fauna, quæ & Bona dea vocabatur {ἀγαθὴ θεός} & vt alij volunt, Senta, dea dicta est terra: quòd infantes partu editi, non prius vocem edunt, quàm terram attigerint. Hanc Varro scripsit tantæ pudicitiæ fuisse,vt nemo illam, dum vixit,præter virum suum, mas viderit: nec nomen eius audierit. Propter quod illi in operto mulieres sacrificabant,& Bonam deam nominabant. Vide Macrob. lib.1. Saturn.cap.12.

Fatuarij appellantur,qui inspirati futura ariolantur, vt Iustinus scribit, à Fatua Fauni vxore, quæ furore correpta futura præcinebat,nomen habentes.

FATVELVS, siue Faunus {φαῦνος} Pici filius fuit,& pater Latini,qui regnauit in Latio,cuius vxor Fatua & Fauna dicta est, vt ait Seruius in illud Virgilij 7.Æneid. Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica Accipimus:Fauno Picus pater,&c. Dicti sunt autem Faunus & Fauna in vaticinando. Vnde dicitur
Fatidicus Faunus.Virg.7.Æneid.Vide FAVNI,

Fatum

Fatum,fati,n.g. {πεπρωμένον, εἱμαρμένον, μόρσιμον} à fatus, secundum Priscianum in passiua significatione,id est dictum. Vnde fatum,iussum, & dictum Dei. Cic.1.de Diuinat. Fieri igitur omnia à fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello quod Græci εἱμαρμένον,id est ordinem,seriémque causarum,quum causæ causa nexa,rem ex se gignat. ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. quod quum ita sit,nihil est factum quod non futurum fuerit: eodémque modo nihil est futurum, cuius non causas idipsum efficientes natura contineat. ex quo intelligitur vt fatum sit,non id quod superstitiosè,sed id quod physicè dicitur causa æterna rerum,cur & ea quæ præterierunt facta sint:& quæ instant,fiant:& quæ sequuntur,futura sint. Gellius lib. 5. cap.2,ex Chrysippo,Sempiterna quædam est,& indeclinabilis rerum series. Plaut.Bacchid.20,
Ilio tria audiui fuisse fata, quæ illi exitio forent,&c. Priscianus, Idem esse dicit Plato fatum,voluntatem,& iussionem.
¶Fatum,Oraculum.Virgil.5.Æneidos,
Oblitus fatorum,Italásne capesseret oras. Seruius.
¶Fatum,pro Casu & calamitate.Cic.ad Quint.frat.lib.1.4.Amabo te mi frater, nisi si vno meo fato & tu & omnes mei corruistis. Ex vetusto codice legitur facto.
¶Non tanta cælo societas nobiscum est, vt nostro fato mortalis stirlle quoque syderum fulgor.Plin.lib.2.cap.8.
Alæ fati.Horat.2.Carm.ode 17.
Arcana fatorum.Virgil.1.Æneid.
Fati dies vltimus. Valer.Maxim.lib.7.cap.2,vbi de Solone, Ad vltimum vsque vitæ diem ancipiti fortunæ subiecti fumus.
Stabile fatorum numen.Virgil.eclog.4.
Inuisus fatis.Virgil.4.Georg.
Præter fatum. Cic.1.Philip.Siquid mihi humanitus accidisset:multa enim impendère videbantur præter naturam,prætérque fatum.
¶Arcana fata.Virgil.6.Æneid.
Benignum fatum.Iuuen.sat.16.
Cæca fata.Horat.2.Carm.ode 13. Id est,quæ videri non possunt.
Crudelia fata.Virgil.4.Georg.
Celerrima fata.Virgil.12.Æneid.
Horrida belli fata.Virgil.11.Æneid.
Dira fata.Seneca Octau.5.
Inuida fata piis.Stat.10.Thebaid.
Miserabile fatum.Ouid.6.Metam.
Non mutabile fatum.Stat.9.Thebaid.
Rapacia fata.Valer.5.Argon.
Fata Sibyllina. Cicero 3. in Catilin. Lentulus autem confirmauit ex fatis Sibyllinis Aruspicúmq; responsis,se esse tertium illum Cornelium,&c.
Sinistro fato genitus.Iuuenal.sat.10.
Viuacia fata fenectæ.Lucan.lib.2.
Volucre fatum.Horat.2.Carm.ode 17.
¶Fata abdita,Vide ABDITVM.
Acerba fata Romanos agunt.Horat.Epod.7.
Fata appetebant,Vide APPETO.
Canere fatum. Cic.de Diuinat. Lucius Tarusius vrbis nostræ fata canere non dubitabat.
Fatum aliquem circunstare.Cic.Philipp.11.
Ignaua fortes fata consument viros.Seneca Agamem.6.
Continentur omnia fato quæ fiunt, & futura sunt. Cicero 2.de Diuinat.
Vno meo fato & tu & omnes mei corruistis. Cic.Qu.frat.lib.2.4, Vide fatum pro Casu.
Ereptus fatis. Ouid.1.Metam.
Leges fatorum euertere.Stat.2.Achill.
Fatum excipere. Tacit.in vita Agricolæ,Constans,& libens fatum excepisti.
Fatum exequi,pro Subire.Cic.ad Attic.9.
Exterrita fatis Dido. Virgil.4.Æneid.
Fato facere. Vlp.in l.2.D.de cond. & demonst. in fin. Nam si fato fecerit,non videtur obtemperasse voluntati.
Festinantia fata.Stat.3.Sylu.4.
Fato Consulem fieri: Hoc est veluti diuino quodam nutu & fauore.Cic.2.Verr.Nam hoc Verrem dicere aiebant,te non fato,vt cæteros ex vestra familia,fed opera tua Consulem factum.
Fari fatum. Cicero, Neque me Apollo fatis fandis dementem in vitam ciet.
Quonam meo fato fieri dicam,vt,&c.Cic.2.Philipp.
Flectere fatum.Cic.in Catil.
Iactatus fatis.Virgil.4.Æneid.
Impendet fatum. Cic.2.in Catil. Quibus ego confido impendère fatum aliquod & pœnam iandiu improbitati debitam.
Impendent fato odia amicitiis.Cic.de Amic.
Inclinant iam fata ducum.Lucan.lib.3.
Ingruente fato,Vide INGRVO.
Triste fatum mihi instat.Horat.1.Serm.sat.9.
Liuentia fata,Id est inuida.Stat.5.Sylu.1.
Fata immota manent.Valer.5.Argon.
Minitantia fata.Sil.lib.13.
Mutari fata non possunt.Cic.2.de Diuinat.
Prædicere quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus sit. Cic.2.de Diuinat.
Hoc fato natus Milo, vt ne se quidem seruare potuerit, quin vnà Remp.seruaret.Cic.pro Milone.
Pendentia fata,Vide PENDEO.
Potens fatum.Claud.7.Paneg.
Extrema fata sequutus.Virgil.9.Æneid.
Succumbere fatis.Lucan.lib.8.
In fatis esse. Ouid.1.Metamorphoseos,
Esse quoque in fatis reminiscitur,affore tempus
Quo mare,quo tellus,correptáque regia cæli Ardeat.
Si fatum tibi est,ex hoc morbo conualescere.Cic.de Fato.
Daphnitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. Cicero de Fato.
Singulari fato esse in re aliqua. Cecinna Ciceroni,libro 6.7, Qua quidem in re singulari sum fato.
Tardare alas volucris fati.Horat.2.Carm.ode 17.
Trahebant me mea fata.Ouid.epist.6.
Quo fata trahunt,retrahúntque,sequamur.Virgil.5.Æneid.
Extremum fatum Reip.venit.Cic.4.Philipp.
Nos alia ex aliis in fata vocamur.Virg.3.Æneid.
Melioribus vtere fatis.Virgil.6.Æneid.
¶Fatum, Mors: quòd nihil tam necessarium impendeat homini quàm mors.
Exitium & fati dies.Cic.3.in Catil.
Lethum præcocis fati.Seneca Thebaid.1.
Acerbissima fata. Quintil.in Procem.lib.6, Quanuis acerbissimis rapta fatis,fœlix decessit.
Nouissima fata.Seneca Herc.OEth.9.
Tarda fata.Valer.6.Argon.
Vltimum fatum. Quintil.lib.6.cap.2.
¶Abrumpere sua fata.Seneca Herc.OEth.7. Vide ABRVMPO.
Accersere sibi fatum ferro.Lucan.lib.7.
Fato cedere,Vide CEDO.
Componere fatum alicui, Id est exitium parare. Propertius lib.3. eleg.13.
Fato concedere,Mori.Plin.in Paneg. Vide CONCEDO.
Fungi fato. Quintil.lib.3.cap.7, In his autem,qui fato sunt functi, etiam quod est insequutum. Hoc est qui sunt mortui.
Implere finem vitæ fato. Tacit. lib.2, Finem vitæ sponte, an fato impleuit.
Graui fato interiturus.Ouid.2.Metam.
Intercipiunt aliquem fata.Quintil.in Procem.lib.6.
Præcipere fata veneno. L.Florus de Ptolemæo Cyprio rege, lib.4. Epiromes,cap.vlt. Hoc est mortem anteuertere.
Publica fata præcipitare.Lucan.lib.7.
Ruere in fata alicuius.Seneca Octau.6.
Venire ad fatum suum.Seneca OEdip.13.
Venire fatum.Cic.3.Philipp.

Fatalis,& hoc fatale,pen.prod. {μόρσιμος} Quicquid nobis debetur ex fato,siue bonum,siue malum.Cic.2.de Diuinat. Valerius lib.1,Fatale remedium,
Certa & fatalia. Cic.2.de Diuin. Hæc possunt prouideri,quia certa sunt & fatalia.
Fatalis ad. Cic.4.in Catil. Meus Consulatus ad salutem Reip.propè fatalis fuit.
Fatale alicui. Cicero 2. Philippica, Quod fuit illorum vtrique fatale.
Fatalis annus ad rei alicuius interitum. Cic.in Catil. Eundémque dixisse fatalem hunc esse annum ad interitum huius vrbis atque imperij.
Annos fatales expleuimus. Tibul.lib.1.eleg.3.
Bellum fatale. Cic.pro Mario, Respub.perfuncta est hoc misero, fatalíque bello.
Casus fatalis & Voluntarius,contraria. Cic.6.Philipp.Fuit aliquis fatalis casus,vt ita dicam,&c. nunc siquis erit,erit voluntarius.
Fatalis & immutabilis continuatio ordinis sempiterni. Cicero 1. Academ.
Fatale damnum. Vlp.in l.3.§.1.D.Naut.caupon.&c.appellat,quod hominis prudentia præcaueri ac prouideri non poterat, quale est, naufragij,latrocinij,aut piraterum.
Deæ fatales,Id est Parcæ.Ouid.1.de Ponto,eleg.9.
Euentus fatalis. Cic.de Arusp.resp.Scipio quasi fatali euentu solus Carthaginem euertit.
Exitus fatales habere.Cic.2.de Diuinat.
Lege fatali tenemur.Ouid.10.Metam.
Malum fatale terrarum.Lucan.lib.10.
Monstrum fatale.Horat.1.Carm.ode 37.
Fatalia responsa,apud Virgil.lib.9.Æneid.
Stamina fatalia.Ouid.5.Trist.eleg.4.
Fatales omnium rerum stellæ. Gell.lib.14. cap.1, Stellas istas quas erraticas dicerent, quæ esse omnium rerum fatales dicerentur. Hoc est omnium rerum fata præscriberent.
Studium fatale.Ouid.5.Trist.eleg.13.
Fatalis vmbra & necessitas.Cic.1.de Nat.deor.Ait enim vim diuinam in ratione esse positam,&c. tum fatalem vmbram, & necessitatem rerum futurarum.

Fatalitas,pen.prod.Idem quod Fatale.Sallust.in Catil.Tertium se dicebat,cui fatalum foret vrbe potiri.

Fataliter,pen.corr.Aduerbium {πεφρασμένως.}Cicero 2.de Diuinat.Et omnia quæ fiunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fataliter.

Faticanus,faticani,penult.corr. {χρησμῳδὸς} Qui fata canit. Ouidius 9. Metamorphoseos,
Hæc vbi faticano venturi præscia dixit
Ore Themis,&c.

Faticinus, penult.correp. {χρησμῳδὸς} pro Fatidico. Ouidius 15. Metamorphoseos,
-sic dicere vates,
Faticináque ferunt sortes. In aliis exemplaribus legitur Fatidicas.

Fatidicus,pen.corr. Adiectiuum {χρησμολόγος} Qui nobis fata, id est decreta Dei exponit. Plin.epist.161, Præsens numen atque etiam fatidicum indicant sortes. Virgil.8.Æneidos,
Quam memorant nymphæ priscum Carmentis honorem
Vatis fatidicæ. Plinius lib.15.cap.29, Fatidico quidem & memorabili augurio.

Fatidicorum & vatum effata incognita interpretari. Cicero 2. de Legib.
Anus fatidica Stoicorum Procne. Cic.1. de Nat.deor.
Carmen fatidicum. Claud.de bel.Get.
Deus fatidicus. Ouid.2.Fast.
Lauri fatidicæ. Claud.3.Paneg.

Latif.1,pen.corr. Adiectiuum {θανατηφόρος} Quod mortem affert. Virg. 8.Æneidos,
-intérque manus & brachia versat
Terribilem cristis galeam, flammásque vomentem,
Fatiferúmque ensem.

Fatiloquus, pen.corr. Adiectiuum {χρηματολόγος} Idem quod Fatidicus. Liu. 1. ab Vrbe, Venerabilior diuinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentum miratæ hæ gentes fuerant.

FATVA, Vide FATVELVS.

Fatuus, Adiectiuum {ἄβουλος, δύσβουλος, μωρός} Simplex, insulsus, insipiens. Tractum à sapore ciborum, qui quum non sapiunt, fatui dicuntur: vt vult Valla lib.4. Vnde Martialis lib.13, fatuæ betæ, Id est insipidæ & inconditæ. Cic.2.de Finib. Ipse negat, vt antè dixi, luxuriosorum vitam reprehendendam: nisi planè fatui sint, Id est nisi aut planè cupiant, aut metuant.
Fatuus & insulsus. Terent. Eunuch. 5.9,
Fatuus est, insulsus, tardus. Vbi Donatus, Fatuus, Inepta loquens: à fando fatuus dicitur. Inde Fauni fatui, & nymphæ fatuæ dictæ sunt. Et iterum, Fatui sunt qui verbis & dictis fatui sunt: Insulsi verò corde & animo.
Fatuus, à fando, inquit Varro, qui fatur quod puer primò fatur, hoc est qui inepta loquitur.
Fatuus & amens. Cic. pro Deiotaro.
Ne cum periculo fatuus fis. Cic. Furnio, to. 26.
Non fatuus. Cic.2.de Orat. Hoc præceptum est, magísque monitoris non fatui, quàm eruditi magistri.
Fatui mores. Plaut. Trinum. 6.
Quæ ego tibi præcipio, hæc facito: nihil ego istos moror fatuos
Mores & turbidos, quibus boni dedecorant se.
Fatuus puer, & non grauis. Cic. Att. lib. 6. 117.

Fatuitas, pen. corr. huius fatuitatis {ἀβουλία, σκαμμονή} Ineptia, stoliditas. Cic. ad Atticum, lib. 11. 231, Ego huius miserrima fatuitate conflictor. Cic. 2. de Inuent. Et definitionibus ostendere non hanc imprudentiam, aut casum, aut necessitudinem, sed inertiam negligentiam, fatuitatem nominari oportere.
Stolido fatuitatis stupore confectus. Firmic. lib. 8. cap. 19.
¶Fatuitas, pro simplicitate ac animi puritate vsurpatur à Canonum conditoribus, cap. pen. ext. quod met. caus. A Iurisconsultis verò, pro imprudentia.

Fatuè, Aduerbium. Quintil. lib. 6. cap. 5. De Altercatione, Alioqui & tacendum est sæpe, & aliis subiicientibus, plerunque studio loquendi, fatuè modò accedendum.

Fatuor, fatuaris {ἀβουλεύομαι} fatuari, Deponens, pro Ineptire. Seneca de morte Claud. Audi me & desine fatuari. Quod de ipso Claudio dicit Suet. Morari, prima longa. Iustinus lib. 43, Fauno fuit vxor nomine Fatua, quæ assidue diuino spiritu fuit impleta, velut per furorem futura prænonebat, vnde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur.

F A V

Fauces, faucium, faucibus, plur. numeri {λάρυγξ, καρδέα, φάρυξ} superior pars gulæ, mento proxima: sed interior, vbi os angustatur: quam partem Græci λάρυγα vocât: vnde nos quoque laringem vel pharingem dicimus. Plin. lib. 11. cap. 37, Summum gulæ, fauces vocantur: extremum, stomachus. Cic. 1. Tuscul. Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine fauci. Si laterúmve & pulmonum vi & figura potest. Reperitur interdum & numerus singularis. Ouid. in Ibin,
V'tve Syracusio præstricta fauce poetæ,
Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.
Raucæ fauces. Lucret. lib. 6.
Siccæ sanguine fauces. Virgil. 9. Æneid.
Arent fauces, vísque est via vocis in illis. Ouid. 6. Metam.
Immani fauces diducit hiatu. Sil. lib. 3.
Elidere fauces. Ouid. 12. Metam.
E faucibus bolum eripere. Terent. Heaut. 4.2,
Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus.
Ægris faucibus exuberat grauis halitus. Pers. sat. 3.
Frangere fauces laqueo. Lucan. lib. 2.
Infundere faucibus, Vide INFVNDO.
Innectere fauces laqueo. Ouid. 10. Metam.
Intortæ fauces, Vide INTORQVEO.
Oblisæ fauces. Tacit. lib. 5, Exin oblisis faucibus, id ætatis corpora in Gemonias abiecta.
Obsessæ fauces, Id est clausæ. Virgil. 3. Georg. Seruius.
Præstricta fauce laqueo. Ouid. in Ibin.
Faucibus premi. Cic. pro Cluentio.
Fauces in verba resoluere. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Vix equidem fauces hæc ipsa in verba resoluo.
Strangulare fauces. Cels. lib. 2. cap. 10.
Faucibus teneri. Plaut. Casin. 2.4,
Quàm palàm sint probra, omnibus modis óccidi miser:
Ita manifestò faucibus teneor. Hoc est, Sum raucus.
Tussientes fauces. Cels. lib. 4. cap. 26.
Sitis vrit fauces. Horat. 1. Serm. sat. 2.
¶Fauces, per translationem dicuntur strícti ingressus vallium, seu alterius loci: vt Fauces Orci. Virgil. lib. 6. Æneid.
¶Fauces, Ora siue ostia fluuiorum, quibus in mare se exonerant. Plin. de Nilo verba faciens, lib. 5. cap. 9.
Belli os & fauces. Cic. pro Archia, Vrbem ex omni impetu hostíu, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque seruatam.

Fati fauces. Cic. 3. in Catil. Laboribus, consiliis, periculis meis ex flamma atque ferro, ac penè ex faucibus fati ereptam, & vobis conseruatam ac restitutam videtis.
In angustiis atque in faucibus Græciæ. Cic. contra Rullum.
In faucibus macelli sedens. Cic. in Verrem.
Fauces portus. Liu. 4. bel. Pun.
Fauces scopuli. Plin. lib. 10. cap. 72.
Patefactis terræ faucibus. Cic. 2. de Nat. deor.
Halitus se effundens atris faucibus. Virgil. 6. Æneid. de Inferno.
Arebant flumina siccis faucibus. Virgilius 4. Georgic. Id est sicco alueo.
Ingens vorago faucibus vastis patet. Seneca Hercule furente, 9. de Auerno.

FAVCIA, Tribus vna Romanorum, quam pluribus cladibus insignem, si quando prima in comitiis rogabatur, velut tristi omine infamem & detestabilem, omnes abominandam putasse, authores memorant. Constat enim hanc Fauciam, tempore captæ vrbis, quo ad Alliam fœdè pugnatum est, & Caudinæ pacis, & ad Cremeram infelicis pugnæ, primam rogatam fuisse. Ideo siquando rogabatur prima, tristitiam & calamitates, exitialéque omen adferre credita est. Author Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 7.

FAVENTIA {φαβεντία} Hispaniæ oppidú, vt author est Plin. lib. 3. cap. 1. Ptolem. lib. 2. cap. 4, Vesetis dicitur.
¶Faventia, Italiæ ciuitas, vnde Faventini populi. Ptol. lib. 3. cap. 1. Vulgò *Faenza*. 4. Sil. lib. 8,
Tum Verona Athesi circunflua, & vndique solers
Arua coronantem nutrire Faventia pinum.

FAVENTINI, pen. prod. Italiæ populi in octaua regione, Fidentinis vicini, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 15.

Fauco, fauces, faui, fautum {σπουδάζω, σπεύδω, σπουδάζω} fauêre, Bona fari, seu fauorem facere. Terent. Eunuch. 5.3.
Bene ædepol narras: nam illi fauco virgini.
Liuius 5. bel. Pun. Nec spes alia maior apud fauêtes rebus Carthaginiensium esset. Sic Cæsar 1. bel. Ciuil.
Fauere sententiæ alicuius. Cic. 1. Tuscul.
¶Fauere, Tacere, silere, Fauorem facere, inquit Donatus. Terent. in Prol. And.
Fauere, adeste æquo animo: & rem cognoscite.
Fama vix vero fauet. Seneca Hippol. 2. Id est falsa citius diuulgat & credi facit, quàm vera.
Fauere faucibus, Antiquum, pro Silere. Cic. 2. de Diuinat. Qui quidem silentio noctis, vt ait Ennius, fauent faucibus, russis cantu, plausúque premunt alas.
Fauere linguis, Tacere. Cic. 1. de Diuinat. Idcirco omnibus rebus agendis, & c. rebúsque diuinis, quæ publicè fierêt, vt fauerent linguis, imperabatur. Ouid. 15. Metamorphoseos,
-animis linguísq; fauete. Seneca de Vita beata, cap. 26, Quoties mêtio sacrarum literarum interuenerit, fauete linguis. Hoc verbum non vt plerique exístimant, à fauore trahitur: sed imperatur silentium, vt rité peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente.
Fauere linguis, non tantùm est tacere, verumetiam fausta loqui. Quare fauere faucibus cantu, pro canere, Ennius de gallis gallinaceis dixit,
Qui silentio, inquit, noctis fauent faucibus russis cantu, plausúque premunt alas. Ex Turnebo.
Fauere ore, Idem. Virgil. 5. Æneid. Vbi Seruius, Fauet ore quis per taciturnitatem.
Fauere & Odisse, contraria. Cic. de Claris Orat.
Dolori suo fauere. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.
Honori alicuius fauere. Cic. Att. lib. 7. 1.
Industriæ gloriæque alicuius fauere. Cic. pro Ligario.
Fauere laudi alicuius & gloriæ. Cicero ad Lentul. lib. 17, Qui mihi quum semper tuæ laudi fauere visus est, tum verò, & c.
Malè fauere alicui. Ouid. epist. 2.
Fauent pœnæ. Plin. lib. 19. in Proœmio, Præterea vt sciamus fauisse pœnas, nihil gignitur facilius.
Sententiæ isti fauco. Cic. 1. Tuscul.

Fauetur, pen. prod. {συμφωνέομαι} Impersonale: cui contrarium est Inuidetur. Cic. 2. de Orat. Inuidetur enim commodis hominum ipsorum: studiis autem eorum cæteris commodandi fauetur. Idem 2. Offic. Non modò non inuidetur illi ætati, verumetiam fauetur.
¶Faueri, Infinitiuus impersonalis. Plin. lib. 28. cap. 2, Alium verò præponi, qui faueri linguis iubeat.

Fauens {εὐμενής} Participium: vt
Venti cælo pelagóque fauentes. Ouid. epist. 2.
Hospitium fauens. Ouid. lib. 3. de Ponto, eleg. 1.
Manu fauente plaudere alicui. Ouid. 1. de Arte amandi.
Ventis fauentibus nauigare. Ouid. 15. Metam.
¶Fauentia, inquit Festus, bonam ominationem significant. Nam præcones clamantes populú sacrificiis fauere iubebant. Fauere enim est bona fari. At veteres poetæ pro silere vsi sunt fauere.

Fauturus, pen. prod. {συμφορήσων, εὐτυχήσων} Cic. pro Cn. Plancio, Quum autem audirem meos partim inimicos, partim inuidos, huic accusationi esse futuros, & c.

Faur, huius fauris {στόμα} Vox est bene precans alicui, siue alicuius commodum, & laudem tuens. Ouid. in Ibin,
Sit quoque (quod rarum est) solito defecta fauore
Fortunæ facies inuidiosa tuæ. Quintil. lib. 8. cap. 3, Fauorẽ & Vrbanum Cicero noua credit. Ibidem vide plura.
Studium & fauor. Cicero pro Roscio Comœdo, Quam expectationem, quod studium, quem fauorem secum in scenam attulit Panurgius?
Tutus fauore alicuius. Ouid. 9. Metam.
¶Diuersus fauor. Claud 3. Paneg.
Fragilis fauor. Seneca Hippol. 4.
Manifesti signa fauoris. Ouid. 3. Trist. eleg. 5.

Mirus

Mirus apud populum fauor. Tacit. lib. 1.
Naturalis fauor. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Propensus fauor. Ouid. 14. Metam.
Publicus fauor. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14.
Secundus numinum fauor. Seneca Hippol. 2.
Spectatus fauor non respondet meritis. Horat. 2. epist. 1.
Nunquam stabilis fauor. Seneca Thyeste, 4.
¶Captare fauorem ex aliqua re. Quintil. lib. 6. cap. 1, Ergo & ille captauit ex illa præstantia animi fauorem.
In ducis eximium conspirauere fauorem. Claud. in Ruff.
Elicere fauorem alicuius. Tacit. lib. 15, Comitante Antonia Claudij Cæsaris filia ad eliciendum vulgi fauorem.
Emereri fauorem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Faciunt fauorem & illa penè communia. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Habet aliquem fauor. Tacit. lib. 2, Arminium pro libertate pugnãtem fauor habebat.
Imbutus fauore alicuius. Tacitus lib. 18, Octaua erat, ac septima Claudiana imburæ fauore Othonis.
Pascere ac nutrire fauorem. Sil. lib. 7.
Fauorem permutare odiis. Claud. epist. ad Hadrianum.
¶Fauor deus etiã ab Apelle pulchrè effictus legitur: quam picturam, quia à nescio quo non infeliciter carmine descriptam reperio, hîc illam tibi ascribam,
Pictor Apellea quid pingis ab arte Fauorem?
Vnde illi generis semina nota paruns
Hic genitum Forma, Fortunæ hic iactat alumnum:
Casu ille, ille animi dotibus esse satum?
Qui comes assiduus lateri? Assentatio: & ecquæ
Pone subit lentis passibus? Inuidia.
Ecqui circunstant? Opulentia, Fastus, Honores,
Leges, & scelerum sæpe Libido parens.
Cur facis aligerum? Fortunæ elatus ab aura
Adulat alta, imo nescius esse gradu.
Quare oculis captum pingis? non nouit amicos,
Improbus ex humili cum petit alta loco.
Quid rotulæ insistit? Fortunam imitatur, & infert
Se focium, instabiles quã tulit illa pedes.
Cur timet, atque extra sese ambitiosus effert?
Occæcare animos fata secunda solent.

Fauorabilis, & hoc fauorabile, pen. corr. {σπουδαζόμενος} Plenus fauoris apud omnes. Sueton. in Caligula, cap. 4, Sic vulgo fauorabilis, vt plurimi tradant. Plinius lib. 20 cap. 8, Adiiciunt magi, succo totius cum oleo peruncto fauorabiliores fieri, & quæ velint facilius imperrare.
Inuidiosus & Fauorabilis, contraria. Quintil. lib. 11. cap. 1.
Modus frequens, & fauorabilis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Oratio fauorabilis. Tacit. lib. 12.
Personæ fauorabiles. Quintil. lib. 7. cap. 2.
¶Fauorabilis, Qui facit. Liu. 2. bel. Pun. Hãud parum callidè auram fauorabilis populi ex Dictatoria inuidia petiit.

Fauorabiliter, pen. corr. Aduerbium {σπουδαζομένως} Quintil. lib. 4. cap. de Egressione, Quàm maximè possint fauorabiliter excurrere.

Fautor, fautoris, Verbale m. g. {σπουδαστής} Qui fauet alicui, vel alicuius sententiæ. Plaut. Curcul. 7.
Et datores & fautores omnes subdam sub solum. Liu. 1. ab Vrbe, Clamor ab vtriusque fautoribus oritur. Varro 3. de Re rustica, capite 5.
Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum. Horat. 1. epist. 19.
Fautor & aduitor alicuius ab adolescentia. Cic. Lent. lib. 1. 9.
Fautor honori alicuius. Cic. pro Plancio.
Fautor immortalitatis virtute parcæ. Liu. 1. ab Vrbe.
Fautores laudis alicuius. Cic. pro Plancio. Idem in Orat. Non inuidos solùm, sed fautores etiam laudum meatum.
Studiosi ac fautores victoriæ. Cic. 1. ad Atticum, lib. 1. 11. Et pro Plancio.

Fautor, Idem quod fautor. Lucil. lib. 29,
Fautorem me tibi, amicum, amatorẽ putes. Antiquum. Nonius.

Fautrix, huius fautricis, pen. prod. {σπουδάστρια} Verbale fœm. Terentius Eunuch. 5.9,
-nihil est Thaide tua dignius
Quod ametur, ita nostræ est omni fautrix familiæ.
Fautrix fuorum regio. Cic. pro Plancio.
Fautrices amicitiæ. Cicero 1. de Finib. Amicitiæ non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis, quàm sibi.
Naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus. Æmilius Probus in Agesilao.

FAVIANI, Iuuenes quidam dicti, qui ex Romuli Remúque instituto, nudi, pellibus tantùm incincti, per ludú & lasciuiam currebãt, quum Fauno sacra facerent. Vide Alex. lib. 4. Genial. dier. cap. 12.
¶Fauiani, & Quintiliani appellabantur Lupercj, à Fauio & Quintilio præpositis suis. Festus.

FAVII. Qui prius Fobij dicebantur, fuerunt populi sic dicti, quòd princeps eius gentis ex ea natus sit cum qua Hercules in fouea concubuit. Quanuis alij putent ita vocitatum, quòd primus ostenderit quemadmodum vrsi & lupi foueis caperentur. Omnino legendum Fouij ex Festo.

Fauilla, fauillæ {ἀσβολος, σποδιά} dicitur cinis extinctus, quòd ignem tectum foueat, quasi fouilla. est enim deserta igne scintilla. Terent. Adelph. 5.3. Plin. lib. 36. cap. 25, Dein spissé calcatis carbonibus inducitur fabulo calce ac fauilla mistis. Idem libro 18. cap. 35, Quum contectus ignis à se fauillam discutit.
Bibula fauilla. Virgil. 6. Æneid. Vide BIBO.
Calens. Horat. 2. Carm. ode 6.
Cana. Ouid. 8. Metam.
Candens. Virgil. 3. Æneid.
Mollis. Ouid. 3. Fast.
Nigra. Ouid. 6. Metam.
Venturi prima fauilla mali. Properr. lib. 1. eleg. 9.
Rapidis ambusta fauillis. Claud. de bel. Get.
Tepida fauilla. Ouid. 14. Metam.
Viuens fauilla. Stat. 2. Sylu. 1.
Ardentes restinguere fauillas. Stat. 5. Sylu. 5.
Fauilla iectata. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Et neque iam cineres, iectatámve fauillam
Ferre potest.
Prunam velans fauilla. Ouid. 8. Metam.
Atra fauilla volat. Ouid. 13. Metam.
Fauillæ volicant super ora. Ouid. 2. Metam.
Nigra fauilla, pro fuligine. Colum. lib. 10,
Profuit interdum medicantem semina pingui
Palladia sine fruge salis conspergere amurca,
Innatáve laris nigra satiare fauilla. Quam hîc fauillam vocat, hûc ipsum locum repetens oratione soluta lib. 11. cap. vlt. non ita procul à fine, fuliginem appellat.

Fauillaceus, Adiectiuum. Solinus cap. 48, Nam fuliginem intrinseus fauillaceam ambitio tantùm extimæ cutis cohibet; quæ vel leui tactu pressa, fumum exhalat.

Fauissæ, inquit Gellius ex Varronis verbis lib. 2. cap. 10, fuisse cellas quasdam & cisternas quæ in area sub terra essent, vbi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo tempore collapsa essent, & alia quædam religiosè donariis consecrata.

FAVLA, Herculis scortum fuit, quæ postea pro dea coli cœpit. Lactantius, quum de Laurentia Faustuli loquutus fuisset, subdit, Nec hanc solam Romani meretricem coluerunt, sed Faulam quoque, quam Herculis scortum fuisse Verrius scribit. Hæc ille.

FAVNA dea, Vide FATVA.

FAVNVS {φαῦνος} Vide FATVELVS.
Fauni, Agrorum & syluarú putati sunt dij: qui post prolixum tempus moriuntur, quòd è terra geniti sint. Fauni apud Latinos, ij sunt qui apud Græcos σάτυροι, filij Saturni. Plin. lib. 12. cap. 1, Quin & Syluanos, Faunósque, & deorum genera syluis, ac sua numina tanquam è cælo attributa credimus.
Fauni, inquit Varro lib. 6. de Lingua Latina, dei Latinorum, ita vt Faunus & Fauna sint in his versibus, quos vocant Saturnios. In syluestribus locis traditum est solitos fari: quo fando Faunos dictos. Seruius in illud 7. Æneidos,
-rex arua Latinus, & vrbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus: Fauno Picus pater, isque parentem
Te Saturne refert. Quidam, inquit, deus est Fatuellus: huius vxor est Fatua. iidem sunt Faunus & Fauna. Dicti autem sunt à vaticinando, Id est fando. vnde & fatuos dicimus, inconsyderatè loquentes: Ergo Faunæ & Fatuæ nomẽ quasi asperum fugit Poeta, & Maricam dixit vxorem fuisse Fauni, quæ est dea litoris Minturnensium, iuxta Lirim fluuium. Idem in illud lib. 6,
Pometios, Castrúmque Inui. Inui, Id est Panos, qui illic colitur. Inuus autem Latinè appellatur, Græcè σάτυρ. item ἰφίαλτης Græcè, Latinè Incubus. idem Faunus, item Fatuus, Fauellus. Dicitur autem ab incundo passim cum omnibus animalibus: vnde & Incubus dicitur. Rursus idem in illud lib. 7,
At Rex sollicitus monstrorum, oracula Fauni
Fatidici genitoris adit. Faunus, ait, διὰ τὸ φαῦσις dictus est, quòd vox, non signis futura ostendit. Lactantius libro 1. cap. 22, Vt Numa Pompilius apud Romanos institutor ineptarum religionum fuit, sic ante Pompilium Faunus in Latio: qui & Saturno nefaria sacra constituit, & Picum patrem inter deos honorauit: & sororem suam Fatuam Faunam, eámque coniugem consecrauit. quam C. Bassus Fatuam nominatam tradit, quòd mulieribus fata canere consueuisset, vt Faunus viris. Eandem Varro scribit tantæ pudicitiæ fuisse, vt nemo eam, quoad vixerit, præter virum suum mas viderit, nec nomen eius audierit. Idcirco illi mulieres in aperto sacrificant, & Bonam deam nominant. Sex. Clodius in eo libro quem Græcè scripsit, refert Fauni hanc vxorem fuisse: quæ quia contra morem decúsque regium clàm vini ollam ebiberat, & ebria facta erat, virgis myrtheis à viro vsque ad mortem cæsa. Postea verò quum eum facti sui pœniteret, & desyderium ejus ferre non posset, diuinum illi honorem detulisse: Idcirco in sacris eius obuolutam vini amphoram poni. Hæc Lactant. Arnobius aduersus gentes libro 1, Si vobis iucundum est amici, edissertate quinam sint hi dij, qui à nobis Christum coli, suam credant ad iniuriam pertinere. Ianus Ianiculi conditor? & ciuitatis Saturniæ Saturnus author? Fauna Fatua Fauni vxor? bona Dea quæ dicitur, sed vino meliori, & laudabiliori potu. Vide EPHIALTES.
Faunorum meminit Cic. lib. 3. de Nat. deor.
Agrestum numina Fauni. Virgil. 1. Georg.
Amator Nympharum Faunus. Horat. 3. Carm. ode 18.
Bicornis Faunus. Ouid. 2. Trist.
Custos virorum doctorum Faunus. Horat. lib. 2. Carm. ode 17.
Lasciui Fauni. Claud. in Epithal. Palladij, 46.
Rustica numina Fauni. Ouid. 1. Metam.
Ruricolæ syluarum numina Fauni. Ouid. 6. Metam.
Fauni syluicolæ. Stat. 5. Thebaid.
Velox Faunus. Horat. 1. Carm. ode 17.

FAVNALIA, Festa erant, in quibus Nonis Decembr. Fauni sacrum peruigili anniuersario Romæ celebrabant. Horat. in Odis, & eius interpretes. Meminit Alex. Genial. lib. 3. cap. 18.

Faunana charta latitudine denum digitorum fuit, amphitheatricæ, quæ à loco sic dicta est superior, vtpote quam Faunius miro artificio emendarit, & de suo nomine postea Faunianam dixerit. Author Plin. lib. 13. cap. 12.

Fauniana pyra, Vide FAVONIANA.

FAVONIVS ξέφυρος } Venti nomen aduersus Eurum flantis. Dictus à fouendo, qui genitalem esse dicunt spiritum mũdi: à Græcis Zephyrum nuncupatum. Plinius lib.15.cap.3, Nisi ante Fauonium collectæ nouas vires resumunt. Vide ZEPHIRVS.

Genitabilis aura Fauonij. Lucret.lib.1.

Candidi Fauonij. Horatius 3.Carm.ode 7. Id est sereni, prosperi. Acron.

Liquidi clementior aura Fauoni. Claud.5.Paneg.

Fauonio nascente, purpureum videtur mare. Cic.4.Acad.

Tenuis Fauonius. Stat.3.Sylu.1.

Tepidi Fauonij fœcunda aura. Catul.Argon.59.

A Fauonio initium Veris notare. Cic.7. Verr. Veris initium à Fauonio notabat: sed quum rosam videret, tum incipere ver arbitrabatur.

Spirans lene Fauonius. Ouid.9.Metam.

Fauoniana, Pyra rubra, à Fauonio insitore dicta, quorum meminit Plin.lib.15.cap.15.

FAVONIENSES, Populi in sexta regione Italiæ, Nucerinorum cognomen, vt refert Plin.lib.3.cap.14.

Fauor, Fauorabilis, Vide FAVEO.

FAVORINVS, pen.prod. Philosophus Arelate oriundus, Dionis auditor fuit, præterea eunuchus, & Adriano principi infensus. Ideo tria de se mira narrare solebat, se Gallum græcissare, eunuchum mœchum putari, & inimicum imperatori viuere. Ob quam causam statua eius dissecta Athenis, vbi viuebat. Hunc Herodes Atticus patrem solebat appellare, hærésque librorum ab eo factus est. Hæc ex Philostrato. Gellius huius sæpe meminit. Ælianus de Varia historia, dicit hunc quandoque in disputatione quadam Adriano cessisse: admirantibusque proximis, Nónne cedam, inquit, ei qui x x habeat legiones?

Fausti anum, Vinum dicebatur quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in summis iugis nascebatur, Gauranum vocabant: quod in mediis collibus, Faustianum: quódque in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. Author Plin.lib.14.cap.6.

FAVSTVLVS, pen.corr. pastor, Accæ Laurentiæ maritus, quæ Romulum & Remum inuentos à Fausculo, aluit, vt scribit Seruius in 1.Æneid. Vide Liuium 1.ab Vrbe.

FAVSTVS, Prænomen fuit Sillij Cornelij Sullæ Felicis. Hic munus gladiatorium in patris defuncti honorem exhibuit, populo epulum, balnea & oleum dedit. Dio. lib. 37. Hic quum post bellum Africum in Hispaniam fugeret, à P. Sitio captus occisus est. Dio libro 43. Meminit Cæsar de bel.Ciuil.1.

Faustus, Adiectiuum ἐυτυχὴς } A faueo dicitur, nempe is cui omnes fauent, prosper ac propitius.

Annus faustus. Ouid.1.Fast.

Faustus & felix dies. Terentius Andr.5.4. Cicero 1.Tusculan. Eo tamen simus animo, vt horribilem illum diem aliis, nobis faustum putemus.

Horribilis & faustus dies, contraria. Cic.2.Tusc.

O nox illa fausta huic vrbi. Cic.pro Flacco.

Faustum omen. Liu.7.ab Vrbe.

Faustum & Festum differunt: nam Faustum quasi à fauendo dictũ, ac per hoc prosperum & propitium. vnde contrà Infaustum, minax & improsperum: Festum verò solenniter lætum, & feriatum. Virgil. lib.6.Æneidos,

–festósque dies de nomine Phœbi. Terent.And.5.4,

O faustum & felicem hunc diem.

Fauste, Aduerbium ἐυτυχῶς } Feliciter, & fortunatè. Cic.pro Murena, Eas res fauste, feliciter, prosperéque eueniret.

Faustitas, pen.corr. faustitatis ἐυτυχία } nouè pro felicitate capitur apud Horatium, 4.Carm. ode 5, Nutrit rura Ceres, almáque faustitas. Id est felicitas producendi.

Fauus, huius faui ξυρὸν } Apum domus & cellulæ: à fouendo, quòd in his sobolem foueant. Plin.lib.11.cap.5. Virgil.4.Georgicorum,

Prima fauis ponunt, &c. Plinius Iunior, Buccellam panis dedit, & fauum mellis: Hoc est fructum operis apiarij melle plenum. Cic.1. Offic. Apum examina non fingendorum fauorum causa cõgregantur: sed quum congregabilia natura sint, fingunt fauos.

Candidus fauus. Ouid.8.Metam.

Melle complet fauos apis. Tibul.lib.2.eleg.1.

Construere fauos, Vide CONSTRVO.

¶Fauus, Medicis cutis est affectio, ad similitudinem illius quæ achor appellatur, accedens, maioribus tantùm foraminibus, in quibus humor hymettio melli similis continetur. Author Galen.lib.De composit.pharmac.secund.locos.

F A X

Fax, facis, fœ.g. φαμπὰς, ἀδος } Fustis incisus, & cera vel oleo inunctus, ac compositus ad lumen faciendum. Fitque præcipuè ex arundinibus aridis, & piceis arboribus, & reda. Faces prius dicebantur, postea fax. Varro, Consuit mulierum tota Roma, quæ noctu fieri initia solita, etiam nunc picea fax indicat. Idem de Vita Pop.Rom.lib.2, Quum à noua nupta ignis in face afferretur, foco eius sumptus, fax ex pinu ablata esset, vt eam puer ingenuus afferret. Ex Nonio.

Facem in nuptiis in honorem Cereris antiqui præferebant, aquáque spargebatur noua nupta, siue vt casta puráque ad virum veniret, siue vt ignem atque aquam cum viro communicaret. Hæc Festus.

Faces quibus incensa L.Bellieni domus deflagrauit. Cic.2.Philipp.

Faces nuptiarum. Plin.lib.16.cap.18, Spina, nuptiarum facibus auspicatissima.

¶Per translationem autem in varias significationes traducitur, vt Fax accusationis, Id est author & incitamentum: & vt Nonius loquitur, susci tabulum. Plin. epist. 74, Fax accusationis & origo.

Cruentæ faces Bellonæ. Stat.10. Thebaid.

Fax corporis. Cic.1.Tusc. Quúmque corporis facibus inflammari soleamus ad omnes ferè cupiditates, &c.

Dicendi faces. Cic. 2. de Orat. Neque paruis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces.

Incendiorum Antonij fax Clodius. Cic.2.Philipp.

Inuidiæ faces. Cic.pro Milone, Omnes à suis inimicis faces inuidiæ meæ subiiciantur.

Mentis fax honestæ, gloria. Silius lib.6. Hoc est, stimulus & incitamentum animi generosi.

Mortis fax. Ouid.epist.10.

Faces seditionis. Cic.pro Domo sua, Nónne Senatui prouidendũ fuit, ne in hãc tantã materiã seditionis ista funesta fax adhæresceret?

¶Acriores faces. Quintil.lib.1.cap.2, Vide ACER.

Atra fax. Virgil.10.Æneid.

Auidæ faces. Ouid.14 Metam.

Exigua fax. Stat.10.Thebaid.

Flammifera fax. Ouid.epist.15.

Flebilis fax. Seneca Octau.4.

Fulgens fax. Tibul.lib.1.eleg.2.

Iugales faces. Valer.2.Argon.

Legitimæ faces. Seneca Medea, 2.

Luciferas faces crinita nox. Valer.5.Argon.

Lucifera fax. Seneca Medea.11.

Maritæ faces, Id est nuptiales. Ouid.epist.11.

Noctiuagæ faces cæli. Lucret.lib.5.

Nuptiales faces. Cic.pro Cluent. Vide post NVBO.

Phœbea fax. Seneca Hippol.4.

Profanæ faces Eumenidum. Claud.2.de raptu Proserp.

Rosea fax solis. Lucret.lib.5.

Sepulcralis fax. Ouid.epist.2.

Tranquillæ faces oculis. Stat 1.Achil.

¶Addere faces alicui. Tacit.lib.17, Flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Meuius pudens è proximis Tigillini.

Dolorum faces admouere. Cic.2.de Offic. Dolorum quum admeuentur faces præter modum, plerique exterrentur. Vide ADMOVEO.

Afflatum repidæ pectora vestra faces. Ouid.2.de Remed.amor.

Ambulare cum facibus. Horat.1.Serm.sat.4.

Trisulca face ardescit mundus, Id est fulmine. Seneca Hippol.5, Sagittis, ac face armatus. Quintil.lib.2.cap.4.

Armata facibus. Virgil.4 Æneid.

Sæuæ collucent faces. Virgil.4.Æneid.

Cremare faces Ouid.8.Metam.

Igneis exarsit facibus litis. Seneca Thyeste, 2.

Excitat incendiũ fax. Cic.7.Philipp. Sed quæ prouincia est, ex qua illa fax excitare non posset incendium?

Extinguere faces. Seneca Herc.OEth.4.

Faces ferre in Capitolium, pro Incendere Capitolium. Cicero de Amic. Causam afferebat, quòd tanti Tiberium Gracchum fecisset, vt quicquid ille vellet, sibi faciendum putaret. Tum ego, Etiámne (inquam) si in Capitolium faces ferre vellet?

Ferre faces in tecta. Id est accendere tecta. Ouid.14.Metam.

Mutua flagrare face. Seneca Octau.2.

Incensas faces iaculari. Seneca Herc.OEth.7.

Fulmineam iaculata facem. Valer.4 Argon.

Serui eum facibus in tecta nostra immissi. Cic. Art. lib.14.306.

Nouas incide faces. Virg.eclog.8. Vide Seruium.

Inferre faces tectis, Vide INFERO.

Inspicare faces acuto ferro. Virgil.1.Georg.

Lucere facem nouæ nuptæ, Vide in LVX.

Infestam facem pandit cometa. Seneca Octau.5.

Perferre facem adolescentulo ad libidinem. Cic.1.in Catilin. Hoc est ducem esse.

Rapidæ sonuere faces. Valer.5.Argon.

Subdere faces ad studia dicẽdi. Quintil.lib.1.cap.2. Id nobis acriores ad studia dicendi faces subdidisse, quàm exhortationes docentium, &c. contenderim.

Prima succensus face, tedáque iugali. Sil.lib.17.

Pudoris facibus succensa mens. Claud.2.Paneg.

Accensas ventilare faces. Ouid.1.Amor.eleg.1.

¶Visæ sunt nocturno tempore faces. Cic.3.in Catil.

Cælestes faces visæ. Cic.2.de Nat.deor.

Facula, Diminutiuum, penult.corr. φαμπάδιον. } Propert.lib.2.eleg.20, Quorum alij faculas, alij retinere sagittas, &c.

FAXO, Vide FACIO.

F B B

FEBR. vel FEB. Februarius.

FEBRIS, Dea culta est à veteribus, ne noceret. Val.Maxim. Febrẽ verò, ait, ad minus nocendum templis colebant, quorum vnum adhuc in Palatio, alterũ in arce Marianorũ, tertium in summa parte vici Longini eáque, remedia, quæ corporibus ægrotorum innexa fuerãt, deferebantur. Meminit huius & Cic.3.de Nat.deor. & 2.de Legib.

Febris, huius febris, fœm.gen. φυρετὸς, πυρέξις } à feritate dicta: vel, vt Seruius docet, à feruore est, vt medici docent, calor natiuus versus in igneum.

Efficacissimum in febribus. Plin.lib.28.cap.7.

Accessio febris. Cels.lib.3.cap.3. & alibi frequenter.

Accessus febris, Vide ACCEDO. Plin.lib.28.cap.4.

Ardor febrium. Plin.lib.23.cap.1.

Circuitus febrium. Cels.lib.3.cap.12. & alibi frequenter.

Cohors noua febrium. Horat.1.Carm.ode 3.

Curatio febrium. Cels.lib.3.cap.3.

Decessio febris, vide Instat febris. Cels.lib.3.cap.12.

Decessus febris. Cels.lib.3.cap.12.

Discessiones febrium. Cels.lib.2.cap.4.

Febris fanum in palatio dicatum est. Plin.lib.2.cap.7.

Horrores febrium. Plinius lib.24.cap.10, Decoquuntur & concrescunt horrores febrium.

Impetus febris. Cels.lib.2.cap.10.

Incredibilis febrium ardor. Plin.Iunior lib.1.epist.22.ad Catilium Seuerum.

Innumerabilia febrium genera. Seneca epist.96.

Intentio febris. Cels.lib.3 cap.18.

Motus febrium constans. Cic.de Nat.deor.lib.3.

Reliquiæ febrium. Cels.lib.3.cap.4.

Remissio febris. Cels.lib.2.cap.10.

Reuersio febrium. Cic.de Natur.deor.lib.3.33.

Valetudo febrium. Plin. lib. 23. cap. 1, Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in febre, nisi veteribus ægris, vinum: nec nisi declinante morbo.

¶Acuta febris. Cels.lib.2.cap.6. Idem lib.3.cap.22.

Inter febres non acutas. Cels.lib.2.cap.5.

Amphimerina febris, Id est quotidiana. Plin.lib.28.cap.16.

Arida febris, Vide ARIDVS.

Febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit. Cels.lib.2.cap.8.

Constrictæ febres. Plin.lib.23.cap.7.

Contagiosa febris, Vide CONTAGIVM.

Febre continenti si caput dolet. Cels.lib.2.cap.8.

Febris continua vehemẽnsque. Cels.lib.2.cap.7.

Domestica febris, Vide Torret febris.

Flagrantium febrium languores. Firmic.lib.6.cap.vlt.

Fortuita febris. Sueton.in Tiber.cap.73, Alij in remissione forteitæ febris cibum desyderanti negatum.

Frigidæ febres. Plin.lib.23.cap.8. Idem lib.26.cap.11, Febres frigidas leuiores facit agaricum potum in calida aqua.

Grauior febris. Cels.lib.3.cap.4 & 12.

Inordinata febris. Cels.lib.3.cap.3.

Febris interuallata biduo medio. Gell. lib.17.cap.12. Quartanam intelligit.

Lentæ febres. Cels.lib.2.cap.17.

Leuior sic febris. Cels.lib.3.cap.5.

Febris quæ interdiu leuior est. Cels.lib.2.cap.7.

Leuissima febris. Cels.lib.3.cap.20.

Longa febris Plin.lib.28.cap.7. Cels.lib.2.cap.7.

Longinquæ febres. Plin.lib.29.cap.4, Prodest & cõtra longinquas febres.

Magnæ febres. Cels.lib.2.cap.7.

Nocturnæ febres. Plin.lib.29.cap.4.

Periodicæ febres Plin.lib.20.cap.3. Vide PERIODICVS.

Perniciosa febris. Cels.lib.5.cap.26. Illa febris perniciosa est, quæ vel leui vulneri superuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet.

Quibusdam perpetua febris est, vt C. Mæcœnati. Plin.lib.7.cap.51. Vide PERPETVVS.

Prima febris. Cels.lib.2.cap.4.

Quartana febris. Cels.lib.3.cap.3.

Quotidiana febris. Cels.lib.3.cap.3.

Rabida febris, siue Rapida. Gell.lib.vlt.cap.1.

Recens febris. Cels.lib.2.cap.15.

Recidua febris. Cels.lib 3 cap.4.

Stataæ febres. Plin.lib.28.cap.8.

Stegnæ febres, quæ & constrictæ vocantur. Plin.lib.23.cap.7.

Tertiana febris. Cels.lib.3.cap.3.

Tertianarum febrium & quartanarum reuersione & motu quid possit esse constantius? Cic.3.de Nat.deor.

Tutissimæ febres. Cels.lib.3.cap.12.

Vagæ febres. Cels.lib.3.cap.5.

Vehemens febris. Cels.lib.2.cap.7. & cap.10.

¶Abigere febres. Plin.lib.25.cap.9.

Accedit febris. Cels.lib. 2. cap.17, Quisquis febre liberatus est, si mul atque ea vno die non accessit, eo qui proximus est post tempus accessionis, tutò lauari potest, &c. Vide ACCEDO.

Accessit febris, & Desit, contraria. Cels.lib.3.cap.16.

Accendere febres. Cels.lib.3.cap.9. Vide ACCENDO.

Adducere febres, Vide ADDVCO.

Adiucere febres, Vide ADIICIO.

Adiecta febris. Cels.lib.2. cap.6, Quæ quibus temporibus danda sint, ex ratione vel adiectæ vel leuatæ febris apparebit.

Febres admittunt curationes. Cels.lib.3.cap.12.

Aduri nimio febris ardore. Firmic.lib.3.cap.5.

Afferre febrem. Cels.lib.7.cap.18.

Febres antecedit horror. Cels.lib.3.cap.12.

Antecedunt febrem signa aliqua. Cels.lib.2.cap.2.

Arcere febres. Plin.lib.28. cap.8. Sic cap.16, Febres arcet ceruorum caro.

Stataæ febres arcere. Plin.lib.28.cap.8.

Ardens febris. Cels.lib.2.cap.15. Vide ARDEO.

Augetur febris, Vide Instat febris.

Contra febres frigida bibitur, &c. Plin.lib.27.cap.12.

Calere febre. Iuuenal.satyr.10,

Præterea minimus gelido iam corpore sanguis
Febre calet sola.

Febri carere. Cic. ad Tironem, lib. 16. 13, Is etsi mihi nuntiauit te planè febri carere, & bellè habere, &c.

Carere febri negatur capra. Plinius libro 28.capite 10. Cels.libro 2.cap.15.

Cæpit febris. Cels.lib.3.cap.4.

Comitatur & febris tales iniurias. Plin.lib.22.cap.7.

Concipit sese febris. Cels.lib.3.cap.6.

Concitata febris. Cels.lib.2. cap.4, Pessimum est, siue leuatur quidem febris, sed æquè concitata continuet.

Febris protinus conquieuit. Cels.lib.2.cap.8.

Consistit febris, Vide Instat febris.

Continentes febres sine remissione sunt. Cels.lib.3.cap.5.

Continuant febres. Cels.lib.2.cap.4.

Conteinuatur febris. Cels.lib.3.cap.5.

Continuata febris. Cels.lib.3.cap.18.

Coorta febris superante bili. Lucret.lib.4.

Corripi febre. Plin.lib.7.cap.51, Antipater Sidonius poeta, omnibus annis vno die tantum natali, corripiebatur febre, & eo consumptus est, satis longa senecta.

Cresere desit febris. Cels.lib.2.cap.10.

Damnantur in febri recentes vuæ. Plin.lib.23.cap.1.

Decedit febris, Vide Instat febris.

Decessit subitò febris, quum biduum cibo se abstinuisset. Cic. Attico, lib.5.95.

Decedens febris. Cels.lib.3.cap.4.

Decoqui paulatim tardo febrium ardore. Firmicus lib.1.cap.3. sub finem.

Decrescit febris. Cels.lib.2.cap.10.

Febris fuit atque decreuit. Cels.lib.3.cap.6.

Deducere corpore febres. Horat.1.epist.2.

Arida febris depascitur artus. Virgil.3.Georg.

Depellere febrem. Plin.lib.25.cap.4. Etiam antiqui in vino febrem depelli arbitrabantur.

Desinit febris. Cels.lib.3.cap.4.

Detineri diu lentis febriculis. Cels.lib.2.cap.17.

Febris non dimittit. Cels.lib.2.cap.7.

Quartana à te discessit. Cic. Attico, lib.8.150.

Discutere febrem. Cels.lib.2.cap.15.

Discutere febrem genere victus. Cels.lib.2.cap.24.

Dare febres alicui. Iuuenal.satyr.10,

Prouida Pompeio dederat Campania febres
Optandas.

Datur in febri, &c. Plin.lib.22.cap.vlt.

Dolere febre. Cels.lib.2.cap.8.

Durat febris. Cels.lib.5.cap.26.

Post febrem vomitus est eliciendus. Cels.lib.3.cap.7.

Febris euanuit. Cels.lib.2.cap.3.

Excitare febriculas. Celsus lib. 3. cap. 18, Leues deinde febriculas excitat.

Expectatur febris illo die. Cels.lib.3.cap.14.

Experiri febres. Cels.lib.2.cap.7.

Extorret aliquem febris ardens. Cels.lib.3.cap.7.

Magnas febres experiri. Cels.lib.2.cap.7.

Extorret ardens febris. Cels.lib.3.cap.7.

Facere febrem. Martial.lib.2.16,

Zoilus ægrotat: faciunt hanc fragula febrem.

Febres leuiores facere. Plin.lib.33.cap.4.

Febrem finiunt sudores. Cels.lib.2.cap.14.

Finita febris. Cels.lib.3.cap.3.

Febris eodem die finita est. Cels.lib.2.cap.3.

Habere febrem. Cels.lib.3.cap.4. Cic.de Fato, Si cui venæ sic mouentur, is habet febrim: sed potius illo modo, non ei venæ sic mouentur, & is febrem non habet?

Certum habent circuitum aliquæ febres. Cels.lib.3.cap.12.

Circuitum habere solita febris, Vide Accedit febris.

Hærens febris. Cels.lib.3.cap.4. & lib.2.cap.7.

Iactati febri. Cic.in Catil.non procul à fine.

Incidens febris tussim ingessit. Plin.epist.19.lib.7.ad Priscum.

Intentio febris somnum impedit. Cels.lib.3.cap.18.

Ardentibus febribus imponitur cum polenta. Plin.lib.20.cap.26.

Contra ardorem febrium imponitur, &c. Plin.lib.20.cap.9.

In febris ardoribus imponuntur pectori, &c. Plin.lib.23.cap.6.

Incidere in febres. Cels.lib.3.cap.6.

Incipit febris, Vide Instat febris, & in verbo INCIPIO.

Quadrini circuitus febrem, nunquam bruma, nunquam hyberni mensibus incipere. Plin.lib.7.cap.50.

Incipiens febris. Cels.lib.3.cap.4.

Incitare febrem. Cels.lib.3.cap.8, Tum dari cibus, qui deque incitet febrem, & tamen longum eius spatium sustineat.

Inclinat se febris. Cels.lib.3.cap.4.

Inclinata febris. Ibidem.

Increscunt febres. Cels.lib.2.cap.4. & cap.7.

Tempus febris incurrit in aliquam rem. Cels.lib.3.cap.15, Quo die febrem expectabit, antè surgere & exerceri: daréque operam non oportet vt in ipsam exercitationem tempus febris incurrat: sic enim sæpe illa discutitur.

Insit vnquam te febris? Vide INEO.

Inhæret assiduè febris. Cels.lib.3.cap.4.

Insidens febris. Plin.Iunior lib.7.epist.19.ad Priscum. Hoc est continua, vel latens, quasi intus sedens.

Instat febris. Cels. lib. 3. cap. 5, Quum verò febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat: deinde in decessione consistat, aut finiatur: scire licet, optimum cibo tempus esse febre finita: deinde quum decessio eius consistit, &c.

Intenditur sæpe ex eo febris. Cels.lib.3.cap.9. & cap.11, Minui febris videtur, & rursus intenditur.

Intermittit ex toto febris. Cels.lib.3.cap.14.

Iunguntur febres. Cels.lib.3.cap.5.

Sine febri laborare. Cic. Attico. lib.5.95.

Accessio febris lenita est. Cels.lib.2.cap.17.

Leuatur febris. Cels.lib.3.cap.6, Et dum febres quidem increscũt, hîc solus idoneus cibus est. Vbi verò aut desinunt, aut leuantur, sæpe quidem incipiendum est, &c.

Febres quæ tertio quoque die non leuantur. Cels.lib.2.cap.4.

Leuata est febris. Cels. lib.3.cap.4.

Liberare aliquem febre. Cels.lib.3.cap.9.

Liberari à febre. Plin.lib.26.cap.11.

Liberatus febre. Cels.lib.2.cap.15. & cap.17.

Minuere febrem. Celſ. lib. 3. cap. 5.
Minui febris videtur, & rurſus intenditur. Celſ. lib. 3. cap. 11.
Aliquantum minuitur ex febre. Celſ. lib. 3. cap. 3.
Minuitur aliquid ex febre. Celſ. lib. 3. cap. 3.
Frigora febrium minuit cor ranæ adalligatum. Plin. lib. 32. cap. 10.
Mitigare febrem quiete, & abſtinentia. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Febres quæ per diſceſſiones tantùm molliuntur, nec vnquam integrum corpus dimittunt. Celſ. lib. 2. cap. 4.
Mouere febres. Celſ. lib. 5. cap. 28, Quæ vel præcipuè fatigare medicos ſolent: quoniam & febres mouent, nec vnquam facilè maturéſcunt.
Nanciſci febrim. Sueton. in Tito, cap. 10, Deinde ad primam ſtatim manſionem febrim nactus, quum in lectica transferretur, &c.
Vbi verò febris aliquem occupat, ſcire licet, &c. Celſus libro 2. capite 3.
Oritur febris. Celſ. lib. 2. cap. 4.
Pati febrim, Vide PATIOR.
Perfunctus à febri. Varro 2. de Re ruſt. cap. 4.
Permanet febris, Vide Terret febris.
Aduerſus febrium horrores venientes pollere tradunt lapillos ventre exemptos. Plin. lib. 28. cap. 8.
Peruſtus ardentiſſima febri. Plin. lib. 7. epiſt. 1.
Tertiana febris vnum diem præſtat integrum, tertio redit. Celſ. lib. 3. cap. 3.
Prodeſt & febri ranarum ſellis cinis. Plin. lib. 32. cap. 10.
Profunt in febribus fluuiatiles cancri. Plin. lib. 32. cap. 19.
Febris quieuit. Celſ. lib. 2. cap. 8. Idem lib. 3. cap. 16.
Febris ex toto quieuit. Celſ. lib. 2. cap. 3.
Febris non quieſcens. Celſ. lib. 2. cap. 5. & cap. 6.
Remedium quærere febri. Plin. lib. 28. cap. 7.
Acceſſio febris ex toto receſſit. Celſ. lib. 2. cap. 17.
Febris quartis diebus recurrens. Celſ. lib. 17. cap. 12.
Febres recidunt. Plin. lib. 28. cap. 16.
Redeunt quædam febres longiore circuitu. Celſ. lib. 3. cap. 3.
Inordinatè redeunt febres. Celſ. lib. 3. cap. 3, Neque de re, ſed de verbo controuerſiam mouent, qui quum aliter, alitérque in eodem morbo febres accedant, non eaſdem inordinatè redire.
Reducere febrim alicui. Horat. 2. Serm. ſatyr. 3.
Febrium ardores refrigerat ſuccus cucurbitæ. Plinius libro 20. capite 3.
Relinqui à febri. Cic. ad Attic. lib. 8.
Remanent febres. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Remittit febris. Celſ. lib. 2. cap. 14. Idem libro 3. cap. 18, Et continuata quoque febris habet tempora, quibus & ſi non remittit, non tamen creſcit.
Remittit ſe febris. Celſ. lib. 3. cap. 10, Quum ſe febris remiſerit, factione vrendum eſt.
Remittitur febris ex toto. Celſ. lib. 3. cap. 9. & cap. 12, Febres ex toto remittuntur.
Febrium medicina placitis eorum renuntiat. Plin. lib. 30. cap. 11.
Febris repetit. Celſ. lib. 2. cap. 8.
Nocturnis febribus reſiſtere prodiderunt. Plin. lib. 29. cap. 4.
Reuertitur febris, Vide Accedit febris. Celſ. lib. 3. cap. 3.
Febres quæ quotidie tempore eodem reuertuntur. Celſus libro 2. capite 4.
Febrium morbos non ſentit ceruus. Plin. lib. 8. cap. 32. ad finem.
Tertio die ſequuta febris eſt. Celſ. lib. 3. cap. 5.
Ante febres ſolet eſſe frigus. Celſ. lib. 3. cap. 11.
Soluere febres. Plin. lib. 24. cap. 9, Semen potum, vini quendam ſaporem habet, & dicitur febres ſoluere.
Submouere febrem. Celſ. lib. 3. cap. 21, Sed ſi febris quoque eſt, hæc in primis ſubmouenda eſt.
Si febris ſit. Plin. lib. 22. cap. 20. Et lib. 32. cap. 10.
Superuenit febris leui vulneri. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Spatium febris ſuſtinere, Vide Incitare febrem.
Tenent febres corpus. Celſ. lib. 3. cap. 9, Nonnunquam etiam lentæ febres ſine vlla remiſſione corpus tenent.
Tenuata febris. Celſ. lib. 3. cap. 7, Vbi febris aut tenuata, aut leuata eſt, vomitu pectus purgare.
Terret febris. Celſ. lib. 5. cap. 26, Ac ne febris quidem terrere debet, ſi in magno vulnere dum inflammatio eſt, permanet.
Si febrem non ſuſtulit prima inedia. Celſ. lib. 2. cap. 12.
Febrium circuitus tollit iecur delphini guſtatum ante acceſſiones. Plin. lib. 32. cap. 10.
Tollere febrem. Celſ. lib. 2. cap. 12.
Torret febris. Iuuenal. ſatyr. 9,
Quid macies ægri veteris, quem tempore longo
Torret quarta dies, olímque domeſtica febris?
Vacare febre. Celſ. lib. 2. cap. 14. & cap. 15.
Venit febris ſubitó. Celſ. lib. 3. cap. 21.
Febres cum horrore venientes peruncti ſs leuiores facit. Plin. lib. 23. capite 4.
Ventura febris. Celſ. lib. 3. cap. 12.
Vererſcunt febres. Celſ. lib. 3. cap. 12.
Vehemens febris vrget. Celſ. lib. 2. cap. 10.
Vrgent magnæ febres. Celſ. lib. 7. cap. 26.
Anhelis vror febribus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11.

Febricula, pen. corr. Diminutiuum {πυρετίδιον.} Plancus Ciceroni, lib. 10. 21, Qui ex labore in febriculam incidi aſſiduam, & ſatis moleſtam. Cic. ad Attic. lib. 7. 182.
Lentæ febriculæ. Celſ. lib. 2. cap. 17.
Febricula leuis. Celſ. lib. 3. cap. 22.
Longæ, difficiléſque febriculæ. Celſ. lib. 3. cap. 22.
¶ Conſumit hominem febricula. Celſ. lib. 3. cap. 25.
Febricula eo die finitur. Celſ. lib. 2. cap. 3.
Habere febriculam. Cic. Attico, lib. 6. 120, Id videbatur approba-re, quòd erat in exercitu meo, febriculam tum te habentem ſcripſiſſe.
Incidit febricula. Celſ. lib. 3. cap. 21, Ne febricula incidat.
Frater meus ex labore in febriculam incidit aſſiduam & ſatis moleſtam. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. epiſt. 21. ſub finem.
Febricula incurſat. Celſ. lib. 3. cap. 22.
Si ſemper febricula manet. Celſ. lib. 3. cap. 5.
Medendum febriculæ, Vide Febricula incurſat.
Febricula oritur. Celſ. lib. 3. cap. 25. Idem lib. 4. cap. 15.
Præceſſit febricula. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Febricula quieuit, Vide Febricula leuis.
Febricula repetit, Vide Febricula leuis.
Febricula aut ſoluta erit, aut leuior. Celſ. lib. 8. cap. 4.

Febriculoſus, penult. prod. Adiectiuum {πυρετιώδης} Qui habet multam febrem. Gell. lib. 20. cap. 1, Nam morbus in lege iſta non febriculoſus, neque nimium grauis, ſed vitiũ aliquod imbecillitatis atque inualentiæ demonſtratur.

Febrilis, & hoc febrile, pen. prod. {πυρετικὸς} Quaſi ad febrem pertinẽs, Apuleius, Ardore æſtuans febrili.

Febrio, febris {πυρέττω} febrire, Laborare febre. Celſ. lib. 6. cap. 11, Potiones ſi febriat puer, aquæ ſi ſine febre eſt, vini diluti.

Febriens, Participium {πυρέττων.} Colum. lib. 6. cap. vlt. Febrienti mulæ cruda braſſica datur.

Febricito, febricitas, penult. corr. {πυρέττω} febricitare, Febrem pati, vel febre corripi & tentari. Colum. lib. 6. cap. 9, Febricitanti boui conuenit abſtinere cibo, vno die.
Febricitat æger. Celſ. lib. 3. cap. 6.
Febricitauit aliquis, aut inhorruit. Celſ. lib. 2. cap. 7.

Febricitans, pen. corr. Participium. Celſ. lib. 2. cap. 6.

FEBRUO, februas {καυσόομαι} februare, Luſtrare, purgare. A feruco: hoc enim adolendo & flammis feruentibus fieri ſolebat. Vel à Sabinorum lingua, qui februum, purgamentum dicunt. Hinc (vt author eſt Feſtus) Februarius menſis dictus eſt, quòd tum, id eſt extremo anni menſe, populus februaretur, id eſt luſtraretur ac purgaretur. Per XII enim dies continuos Februarij, celebrabantur februa. Hiſque diebus pro impetranda mortuorum animabus quiete, omnis populus piaculis ſacrificiſque circa ſepulcra, accenſis facibus, cereíſque intentus erat. Feſtus. Varro de Vita Populi Romani lib. 1, In eorum enim ſacris liba quum ſint facta, incerni ſolent farris ſemine, ac dicere ſe ea februare. Id eſt, pura facere.

Februa {καθάρματα} appellantur, quæcunque purgamenti cauſa in quibuſcunque ſacrificiis adhibeantur, inquit Feſtus. Ouid. 2. Faſt. latius huius vocis ſignificationem proſequitur,
Februa Romani dixere piamina patres, &c.
Toſta februa. Ouid. 4. Faſtorum,
Sæpe tuli plena februa toſta manu.

Februarius menſis {καθάρσιος} extremus anni mẽſis fuit veteribus. Cic. 2. de Legib.

FEBRVATA Iuno, quæ & Februalis, & Februa, ſeu Februla nuncupabatur, dicta eſt, quòd illi menſe Februario ſacra fiant, cuius fenſ Lupercalia ſunt: in quibus licet antea adoleſcentes paſſim currerent, poſtea Auguſtus Octauius dum pudori conſultum voluit, ne imbecilles curſitarent decreto ſanciuit. Vide Alexandrum ab Alex. lib. 4. capite 12.

FEBRVVS dictus eſt Pluto, vel Dis pater, inferorum deus, quòd ei menſe Februario ſacrificaretur. Vide Macrobium lib. 1. Saturnal. capite 13.

F E C

Fecialis, huius fecialis, pen. prod. {φητιάλης, ἑρκυνδικὸς} Pluraliter, Feciales fecialium, appellati ſunt, vt vult Feſtus, ſacri ſacerdotes, pacis vel belli authores: à faciendo, quòd belli, pacíſque faciẽdæ apud eos ius erat. Nonius, Feciales apud veteres Romanos erant, qui ſanctis legatorum officio, ab his qui aduerſum populum Romanum aut rapinis, aut iniurijs hoſtili mente commouerant, pigiora facto fœdere iure repetebant: nec bella indicebantur, quæ tamen pia vocabant, prius quàm fuiſſet quid fecialibus denuntiatum. Varro de Vita Populi Romani lib. 2, Itaque bella & tardè & nulla licentia ſuſcipiebãt, quòd bellum nullum, niſi pium, putabant geri oportere. Prius quàm indicerent bellum iis a quibus iniurias factas ſciebant, feciales legatos repetitum mittebant quatuor, quos oratores vocabant. Idem libro 3, Si cuius legati violati eſſent, qui id feciſſent, quanuis nobiles eſſent, vt dederentur ciuitati, ſtatuerunt: fecialéſque viginti qui de his rebus cognoſcerent, iudicarent, & ſtatuerent, & conſtituerent.
In manibus fecialium educatus homo. Cic. 7. Verr. Habemus hominem in fecialium manibus educatum: vnum præter cæteros, in publicis religionibus fœderum ſanctum ac diligentem. Hi apud Liuium de iure belli indicendi conſuluntur. Budæus.

Fecialis, & hoc feciale, Adiectiuum {φητιάλιος.} Cic. 1. Offic. Belli quidem æquitas ſanctiſſimè feciali Populi Romani iure perſcripta eſt.

F E L

Fel, fellis, neut. gen. {χολὴ} Humor in corpore, qui quòd flauus eſt, à medicis bilis flaua appellatur. Continetur autẽ ſub ima parte hepatis in veſicula quadam, quæ ob id ciſta fellis appellatur. Plaut. Trucul. 4.
-in melle ſunt linguæ ſicæ veſtræ, atque orationes.
Corda in felle ſunt ſita, atque acerbo aceto.
Gallinaceum fel. Cic. 2. de Diuinat.
Vipereo felle tela lurida. Ouid. 5. Triſt. eleg. 8.
Iecur ardet ſiccato felle. Seneca Herc. OEth. 9.
Veneni felle ſagitta armata. Virgil. 12. Æneid.
Sales ſuffuſi felle, Id eſt ioci mordaces. Ouid. 2. Triſt.
Mordaci felle tincta ſpicula. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.
¶ Fel terræ, Genus herbæ. Plin. lib. 25. cap. 6, Centaurion noſtri fel terræ vocant, propter amaritudinem ſummam.

Felleus, Adiectiuum {χολώδης.} Plin. lib. 26. cap. 12, Sudores enim felleos mouent.

F E M

FELIGINATES, Populi numerantur à Plinio in ſexta regione Italiæ, lib. 3. cap. 14.

FELINVS, Iuriſconſultus, Ferrariæ natus, ius ciuile tum in patria, tum etiam Piſis complures annos magna auditorum celebritate docuit, monimentiſque ingenij ſui compluribus relictis, circiter annum D. deceſſit. Ex Hotoman.

Felis, huius felis, maſc. vel fœm. gen. {αἴλουρος} Id animal eſt quod nobiſcum in domibus retinemus ad murium venationem. Cic. de Nat. deor. lib. 1, Poſſum de ichneumonum vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere: ſed nolo eſſe longius. Sic 5. Tuſcul. Plin. lib. 10. cap. 73, Feles quidem, quo ſilentio, quàm leuibus veſtigiis obrepunt auibus? Colum. lib. 8. cap. 3. Varro 3. de Re ruſt. cap. 11. Alij declinant, Feles, huius felis.
Felles pullaria, Extat Auſonij epigramma in Marcum pullariam, ſed integrior eſſet titulus, Turnebo teſte, in Marcum pullariam felem, vel ipſo author Auſonio, qui ita ſcribit,
Quis Marcus? felles nuper pullaria dictus. Nam vt felles virginalis à Plauto dicitur virginum raptor, à fellis rapacitate: ſic felles pullaria raptor eſt puerorum & corruptor. Nam veteres pueros etiam pullos vocabant: hinc pullipremo, compreſſor puerorum & pædico, quo vſus eſt Lucilius.

Felix, huius felicis, pen. prod. omnis gen. {δαιδάιμων} Fortunatus, beatus. Vide FOELIX.

FELIX IVLIA, Colonia eſt in ora Libano monti ſubiecta, Berytus etiamnum dicta. Vide Plin. lib. 5. cap. 20.

Fellator, Fellebris, Fellico, Vide FELLO.

Fello, fellas {λείχω} fellare, Sugere & lambere. Martialis,
Irrumatur Oros, ſolus Matho, Lælia fellat.

Fello, fellas, fellare, Verbum vetus, quod ſignificat lac ſugere. Vnde Fellito, pen. corr. Solinus cap. 57, Mater pullo vbera præbet fellitanda. Id eſt ſugenda. Arnobius aduerſus gentes, lib. 2, Ineptiſſimos ederent continuaréntque vagitus: exſugerent fellitantes mammas. Hinc metaphoricẽs verbum quod alioqui honeſtum erat, tranſlatum eſt ad rem obſcœnam. Nanque fellare dicũtur illi, illáve, qui quáve genitalia virilia intra os recipiunt, & illa perinde ac mamillas exugunt. vnde & fellatores & fellatrices in turpi opprobrio ſunt apud priſcos. Qui verò genitalia huic infandæ libidini per voluptatem accommodabant, irrumare dicebantur, ipſi verò irrumatores. Hinc eſt illud Martialis ad Thaidem, lib. 1. epig. 130,
Nemo eſt Thai ſenex ad irrumandum. Idem lib. 2. epig. 50,
Quòd fellas, & aquam poras: nil Leſbia peccas.
Qua tibi parte opus eſt, Leſbia, fumis aquam. Senſus eſt, Quia tu fellas, & os polluis, rectè facis ſi poras aquam. opus enim eſt vt os abluas, quo fellas. Lib. 11. epig. 31. in Zoilum,
Os malè cauſidicis, & dicis olere poetis.
Sed fellatori Zoile, peius olet. Lib. 14. 74.
Corue ſalutator, quare fellator haberis?
In caput intrauit mentula nulla tuum. Hanc auem putat vulgus concipere inferto maris roſtro. quod quum fellationi ſimillimum ſit, coruus dictus eſt fellator. Fellationem tectè ſignificat Suetonius in Tyberio, capite 44. his verbis, Infantes firmiores, necdum tamen lacte depulſos, inguini ceu papillæ admouebat. Et rurſus ibidem, Meleagro Atalanta ore morigerabatur. Ore enim morigerari in libidine nil aliud eſt, quàm ore exugere inguina irrumatoris.

Fellator, fellatoris {λιχνευτὴς.} Martialis,
Corue ſalutator quare fellator haberis?

Fellebris, & hoc fellebre, pen. corr. Solinus capite 8, Calabria Boam gignit, quem anguem in immenſam molem ferunt coaleſcere. Capræ primo greges bubulos: & ſiquæ plurimo lacte rigua bos eſt, eius fe vberibus inneſtit: ſuctúque continuo ſaginata, longo ſeculo ita fellebri fœtierate vltimò extuberatur, vt obſiſtere eius magnitudini nulla vis queat. Fellebrem fœtietatem vocat, copioſum lactis ſuctum.

Fellico, fellicas, pen. corr. fellicare. Solinus cap. 57. ad finem, Quod ſi præreptum ſtatim fuerit, nequaquam mater pullo vbera præbet felliganda. De equis.

Felonia, Barbara vox Feudiſtarum, dicitur delictum, noxia, perfidia vaſſalli erga dominum ſuum. Hæc nec expreſſo pacto remitti poteſt, quòd vaſſallus eo ad delinquendum inuitaretur contra l. conuenire. D. de pact. dotalib.

FELSINA, pen. corr. {βονονία} vrbs Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 15, in deſcriptione octauæ regionis Italiæ: Intus colonia Bononia, Felſina vocitata, quum princeps Hetruriæ eſſet.

F E M

Femen, feminis, pen. corr. neut. gen. {μηρός} à ferendo. Femora (inquit Valla lib. 4.) partem illam exteriorem ſignificãt: Femina, partem interiorem, molliorémque, quæ ſe contingunt. Plin. lib. 11. cap. 10. de apibus, Prioribus pedibus femina onerant, propter id natura ſcabra. Colum. lib. 6. cap. 2, Ventri quoque & ſub femina manum ſubiicere, ne ad huiuſmodi tactum poſtmodum pauẽſcant. Cæſar 7. bel. Gal. Stipites feminis craſſitudine. Cic. 6. Verr.
Femina eriã inferiores partes ſignificãt. Nam à flexu dicta videtur, vbi etiam iunctura cũ flexu pedis eſt, femina dicuntur. Plaut. in Aſin. Sed tamen tu nempe eos aſinos prædicas, veſulos, claudos, quibus obritæ ad femina erant vngulæ. Lucret. lib. 4.
Redundare pedibus, feminibus, cruribus. Cic. 1. de Nat. deor.

Feminalia {αἰδοιόκρυπτα} Tegumenta feminum, & ſubligacula. His & mulieres vruntur, vt etiam viri, vt videre eſt Exod. cap. 28. Leuit. 6. & 16. & Ezech. cap. 44.

Femur, femoris, pen. corr. neut. gen. {μηρός} à ferendo. Vide FEMEN. Plaut. Milit. 5,
Dextera digitis rationem computat feriens femur
Dexterum. Cic. de Claris Orat. Frons non percuſſa, non femur, pedis (quod minimum eſt) nulla ſupplioſio.
Femur bubulum, Herba, neruis vtilis. Plin. lib. 27. cap. 9.
Femur leporis. Martial. 75,

Quum mittis turdúmque mihi, quadrámve placentæ,
Siue femur leporis, ſiue quid his ſimile.
Cædere femur. Quintil. lib. 2. cap. 12, Femur, pectus, frontem cædere, mirè ad pullatum circulum facit.
Roſtro femur hauſit adunco. Ouid. 8. Metam.
Plangere femur. Ouid. 11. Metamorphoſeos,
Et conata femur mœrenti plangere dextra.

Femoralia, femoralium, neutr. gen. plur. num. {περιζώματα} Quibus pudendæ partes corporis teguntur. Sueton. in Auguſto, cap. 82, Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis ſubuculæ thorace laneo & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & feminalibus.

F E N

L. FENESTELLA, Hiſtoricus, ſæpe à Plinio citatur teſtis. Mortuus eſt Cumis Auguſti tempore, vt tradit Euſebius.
¶ Feneſtella alius fuit, cuius de magiſtratibus Roman. liber non illepidus extat.

Feneſtra, feneſtræ {παρὰ τὸ φαίνειν,} quod eſt lucere. ſit enim ad lucem reddendam feneſtra. Cic. lib. 1. Tuſcul. Nõ eas partes, quæ quaſi feneſtræ ſunt animi. Martial. lib. 1. 82.
Anguſtiæ feneſtrarum. Cic. Attico, lib. 2. 18.
Altæ, caligantéſque feneſtræ. Iuuenal. ſatyr. 6.
Cauæ feneſtræ. Virgil. 9. Æneid.
Ingens feneſtra lato ore. Virgil. 2. Æneid.
Patulis tectum ſublime feneſtris. Ouid. 14. Metam.
Armataéque vomunt ſtridentia tela feneſtræ. Stat. 10. Thebaid.
Plena per inſertas fundit ſe luna feneſtras. Virgil. 3. Æneid.
Indere feneſtras tecto dicitur ventus, Vide INDO.
Nocte patent vigiles te prætereuntе feneſtræ. Iuuenal. ſatyr. 3.
¶ Feneſtram ad nequitiam aperire alicui, pro Dare occaſionem. Terent. Heaut. 2. 1,
Hui, quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris.

Feneſtella, Diminutiuum {παραθύρον.} Colum. lib. 1. cap. 1, Granaria modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur.

Feneſtro, feneſtras {παραθύω} feneſtrare, Aperire. Plin. lib. 11. cap. 37, Media oculorum cornea feneſtrauit pupilla.

Feneſtratus, pen. prod. {παραθυωτὸς} Id eſt, Apertus, Perforatus. Plautus,
Nulla eſt feneſtratior domus.

Feneſtralis, pen. prod. Adiectiuum {παράθυρος.} vt Porta feneſtralis. Ouid. 6. Faſtorum,
Nocte domum parua ſolita eſt intrare feneſtra,
Vnde feneſtralis nomina porta tenet. De Fortuna.

FENESTRAE {παράθυρα} Oppidum eſt ad ortum ſpectans, Cinædio ac Tænaro Laconicis vrbibus confine. Author Strabo lib. 8.

F E R

Fera, feræ {θὴρ, παρὰ τὸ φέρειν, καθάπερ καὶ ἄγριον} dicta eſt quòd ſine ratione feratur: aut quòd naturali vtatur libertate, & pro deſiderio feratur. Cicero 4. Acad. Quod vt feram & immanem belluam, ſic, &c.
Agmen ferarum. Ouid. 11. Metam.
Concilium ferarum. Ouid. 10. Metam.
Domitor ferarum Hercules. Seneca Herc. OEth. 17.
Genus omne ferarum. Virgil. 3. Georg.
Horriferum genus ferarum. Lucret. lib. 5.
Montiuagum genus ferarum. Lucret. lib. 2.
Latebræ ferarum. Ouid. 1. Metam.
Rapidarum præda ferarum. Ouid. epiſt. 11.
Rabies horrenda ferarum. Sil. lib. 16.
Secla ferarum. Lucret. lib. 2. Vide SECVLVM.
Fera ſecla ferarum. Lucret. lib. 3.
Serpentia ſecla ferarum. Lucret. lib. 6.
Spelæa ferarum. Virgil. eclog. 10.
Stabula alta ferarum. Virgil. 6. Æneid.
Tecta denſa ferarum. Virgil. 6. Æneid.
Fera & immanis bellua. Cic. 4. Acad.
¶ Acres feræ, Vide ACER.
Expertes rationis & orationis feræ. Cic. 1. Offic.
Horribilis fera. Virgil. 4. Georg.
Immanis fera. Ouid. 8. Metam.
Matutinæ feræ. Martial. lib. 13.
Montanæ feræ. Ouid. 2. Faſt.
Montiuagæ feræ. Lucret. lib. 1.
Pernix fera. Seneca Herc. fur. 4.
Rabidarum more ferarum. Stat. 8. Thebaid.
Vaſtæ feræ. Ouid. 2. Metamorphoſeos,

Vaſtarúmque videt trepidus ſimulacra ferarum.

¶ Excitare & agitare feras. Cic. 3. Offic.
Errantes agitare feras. Claud. in Gigant.
Agitare feras ſyluas. Virgil. 11. Æneid. Vide AGITO.
Conſequi curſu excitatas feras. Seneca Hippol. 2.
Vitam degere more feræ. Virgil. 4. Æneid.
Ducere feras. Quintil. lib. 1. cap. 10, Non feras modò, ſed ſaxa etiam, ſyluáſque duxiſſe, memoriæ proditum eſt.
Interficere feras. Lucret. lib. 5.
Mulcere feras. Ouid. 14. Metam.
Feris & beſtiis corpus obiicere. Cic. pro Roſc. Amer.
Acres curſu ſequi feras. Seneca Octau. 7.
Veſtigare feras. Seneca Thyeſte, 6.

Ferinus, pen. prod. Adiectiuum {θήριος} Quod ferarum ritu vel ſit, vel ſe habet. Apuleius, Ferino, ac beluino ritu.
Ferina caro. Salluſtius, Getulis cibus erat caro ferina.
Domus ferinæ. Ouid. 15. Metam. Id eſt, corpora ferarum.
Lacte ferino nutritus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11.
Ferinus ſapor. Plin. lib. 13. cap. 4.
Ferinus victus. Cic. 1. de Inuent. Nam fuit quoddam tẽpus, quum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur: & ſibi victu ferino vitam propagabant.
Vox ferina. Ouid. 5. Triſt. eleg. 13.

Vultus ferinus.Ouid.7.Metam.
¶Ferina absolutè aliquando vsurpatum : & subintelligitur caro. Virgil.1.Æneidos,
Implentur veteris bacchi,pinguisque ferinæ.
Ferus,Adiectiuum {σκληρός} Atrox, Seuerus,qui ferinumanimum habet. Virgilius, -ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit. Sic Fera gens,Cic.1.Tusc.ul.
Ferus & Ferox hanc habent distantiam. Ferus est sæuus: Ferox est fortis. Salluſt. Iugurth. Ille animo ferociregat se toties fusum Numidam pertimescere. Virgil.2.Æneidos,
-ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit. Ex Nonio.
Ferus & immanis,Mitis & mansuetus,contraria.Cic.1.de Inuent. Deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes,ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos.
Indomita ceruice ferus.Horat.1.epist.3.
Vultu toruo ferus.Horat.1.epist.20.
Acies feræ,Vide ACIES.
Ferus ager.Incultus. Festus.
Animi feri.Ouid.4 epist.
Ardor ferus animi.Ouid.8.Metam.
Arma fera.Ouid.5.Metam.
Bellua fera.Ouid.13.Metam.
Immanis & fera bellua.Cic.2.de Nat.deor.
Bestiæ feræ.Cic.de Amicit.
Cædes fera.Seneca Octau.8.
Capræ feræ.Id est capreæ.Virgil.4.Æneid.
Contugium ferum.Tibul.lib.3.eleg.4.
Corda fera.Virgil.6.Æneid.
Ensis ferus.Ouid.6.Metam.
Equus ferus.Horat.1.Serm.satyr.5.
Fructus feri.Virgil.2.Georg.
Gaudia fera.Ouid.5.Trist.eleg.9.
Gens immansueta atque fera.Cic.1.de Legib.
Ferus & agrestis homo.Cic.pro Rosc.Amer.
Hostis ferus.Ouid.1.Metam.
Hyems fera.Ouid.1.Trist.eleg.1. Stat.5.Thebaid.
Ferus incola luci.Stat.5.Thebaid.
Iuuenis ferus.Catul.in Epithal.Iuliæ,56.
Montes feri.Virgil.eclog.5.
Feri mores.Seneca Octau.7.
Mores feros immanémque naturam alicuius ostendere. Cic. pro Rosc.Amer.
Scabies fera. Celsus, Quo asperior est, quóque prurit magis, eò difficilius tollitur. Itaque eam,quæ talis est,ἄγριαν,id est feram,Græci vocant.
Tela fera.Lucret.lib.2.
Tempestas fera.Ouid.1.Fast.
O fera tempora, quum dubitet Curtius Cõsulatum petere.Cic.ad ad Attic.lib.12.epist.9.
Tyrannus ferus.Ouid.6.Metam.
Vastator ferus.Ouid.11.Metam.
Venus fera.Seneca Hippol.8.
Feritas, pen. corr. huius feritatis {σκληρότης} Naturæ quædam asperitas. Martial.lib.1.18,
Postquam inter nos est,plus feritatis inest. De Tigride.
Feritas atque agrestis immanitas.Cic.1.de Diuinat.
Immanitas & feritas.Cic.4.Tusc.ul.
Fructus regni feritas.Sil.lib.1.
Inamabilis feritas.Ouid.1.de Ponto,eleg.7.
Inamœna feritas.Stat.2.Sylu.2.
Insita feritas,Vide INSERO.
¶Deponere feritatem.Ouid.4.Fast.
Cultu & feritate non multum à Germanis differebat.Cæsar 8.bel. Gallici.
Feritatem expellere.Cic.2.Tusc.ul.
Mollita feritas.Ouid.4 Fast.
Ex feritate ad mansuetudinem traducere.Cic.pro Sextio.
Ferabites,pen.prod. Dicitur agrestis.Sisenna apud Nonium,Partim ferabite,partim lauro ac pinu.
Feraculum,feraculi,pen.corr. Vlpian.in l. quemadmodum. §. finauis. D. ad legem Aquil. Parui refert, nauem immittendo,an feraculum ad nauem ducendo , an tua manu damnum dederis. Sunt qui non feraculum,sed ferraculum,verriculum,scruaculúmve legant.
Feralia,feraliorum,n.g {τὰ νεκύσια, ἐναγίσματα} veteres dixerunt diis manibus sacratam diem:à ferédis epulis in tumulum ad cœnam usquam & ipsam feralem nuncupabant.authore Festo. Ouid.2.Fastorum,
Hanc quia iusta ferunt,dixere Feralia lucem,&c. Cic. Attico,lib.8, 166.Eodem enim die video Cæsarem à Corfinio post meridiem profectum esse,Feralibus,quo Canusio mane Pompeium.
Feralis dies,In quo feralia fiebant.Ouid.2.Fastorum,
Tunc quum ferales præteriere dies.
Feralis,& hoc ferale,penul.prod. {τυμβικός,νεκρικός} Quod mortuorum funeribus adhibetur:vt Feralis cœna. Apuleius,Rogum demolirentur,cœnam feralem à tumulo ad mensam referrent.
¶Feralis,Dirus,exitialis.Virgil.4.Æneidos,
Soláque culminibus ferali carmine bubo Visa queri.
Feralis arbor. Plin.lib.16. cap.10, Picea montes amat,atque frigora:feralis arbor,& funebri iudicio ad fores posita.
Arma feralia,Id est mortifera.Lucan.lib.2.
Ferales cædes.Claud.de bello Gildonico.
Carmen ferale.Virgil.4.Æneid.
Dona feralia.Ouid.9.Metam.
Epulæ ferales,Plin.lib.20.cap.11.
Murmur ferale,Claud.1.in Ruff.
Ferales præcones, quos anteambulones atratos Latinè appellare

possumus,ex quorum genere sunt funerum indictores.Budæus.
Tedæ ferales.Lucan.lib.1.
Vrna feralis.Tacit.lib.3.
Ferax.Ferculum,Vide FERO.
Ferctum,Vide FERTVM.
Fere {μικροῦ,ὀλίγου,ὀλίγου δεῖν,σχεδόν} Aduerbium , significat penè , vt inquit Valla lib.2,cuius significatio est,paulum abfuit quin:vt Ferè hominẽ occidit,hoc est parũ abfuit quin occideret. Terent.Heaut.1.1,
-domum reuertor mœstus atque animo ferè
Perturbato. Cic.4.Acad.Scripsit igitur his ferè verbis.
Quàm feré.Cicero pro Cluentio, In quibus quantus splendor sit, quàm propè æquabilis , quàm ferè omnium constant & moderata ratio vitæ,&c.
Satis ferè disputauimus.Cic.1.Offic.Quemadmodum ducatur honestum,ex quo aptum est officium,satis ferè diximus.
Semper ferè cum aliquo rusticari.Cic.2.de Orat.
Ferè ruri se continere , Id est non semper , sed plerunque. Terent. Phorm.2.3, -quippe homo iam grandior
Pauper,cui opera vita erat,ruri ferè
Se continebat.
Nec adhuc ferè inueni.Cic.Attico.lib.7.12.6,Nec adhuc ferè inuenì,qui non concedendum putaret Cæsari quod postularet.
Ætates vestræ vt illorum nihil aut non ferè multum differunt.Cic. de Claris Orat.
Non ferè quisquam,Vide NON.
Ex victoria bellica non ferè quenquam est inuidia ciuium consecuta.Cic.pro Sextio.
Ferè in diebus paucis,pro Paulo póst. Terent.And.1.1,
Ferè in diebus paucis quibus hæc acta sunt,&c.
Ferè amplius. Terent.Heaut.1.1,
Nec rei ferè sanè amplius quidquam fuit,&c.
¶Ferè,Subaudita aliqua vniuersalitate Quintilianus,His ferè veteres facultatem dicendi exercuerunt. Id est,ferè omnes. Cicero 1. Acad.Hæc ferè de moribus,&c.
Ferè multi. Cic. de Amicit. In eum sermonem illum incidere,qui tum ferè multis erat in ore. Valla libro 2, corruptum hunc locum esse censet , & legendum putat , Qui tum ferè erat in ore. Id est, ferè omnibus.
Ferè omnes.Colum.lib.2.cap.1,Vererem opinionẽ ferè omnium. Et lib.3.cap.5,Tametsi ferè omnes authores.
Ferè plerique. Cic.3. Tusc.ul. Non sunt vitiosiores quàm ferè plerique qui,&c.
Ferè plerunque,pro Ferè semper. Terent.Phorm.1.2,
-hic solebamus ferè
Plerunque eam opperiri,dum inde iret domum.
Ferè non difficile est inuenire quid sit causæ adiumento. Author ad Heren.lib.2.
Vt ferè fit.Cic.2.de Inuent.
Quod ferè fieri solet,probabile est.Cic.1.de Inuent.
¶Ferè (inquit Valla lib.2.) de loco,de tempore,similibúsque dicitur.vt Vtor ferè hac veste in faciendis sacris. Id est in omni ferè tempore. Ferè Romani orbem subegerunt. Id est ferè totum orbem. Ferè sit vt iuuenes ament. Id est ferè vbique.
Eadem ferè hora. Cic. Attico, lib. 14. 318, A Lucullo postridie eadem ferè hora qua veni,VII.Idus Ianuuio datas.
Hora ferè nona. Cic.Attico,lib.7.135,Calibus tuas literas hora ferè nona accepissem.
¶Ornatu ferè militari videmus statuas. Cic. 1. Offic. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ,quòd statuas quoque videmus ornatu ferè militari.
FERENTANVM {πρόπολον} Oppidum est Theano Apulo propinquum, à quo Ferentani dicti sunt populi, qui Sagro amne à Pelignis separantur. Vide Strab.lib.5.
Ferentarii,Vide FERO.
FERENTINA,dea fuit, sic dicta ab oppido Latij Ferento, cuius T. Liuius meminit nec semel in prima Decade.
FERENTINVM,pen.prod.Oppidum quod Plinius collocat in prima Italiæ regione in qua Roma est : à qua Ferentinates dicti sunt. ¶Est & Ferentinum in Thuscia,vnde Ferentini.
Ferentini.Sil.lib.8,
Sylla Ferentinos,Priuernatúmque maniplos Ducebat.
FERENTVM,Oppidum Sabinorũ seu Samnitum : à quo Ferentani.
FERETRIVS, dictus est Iupiter, quòd pacem ferre putaretur. Vide Liu.1.Decad.lib.1. Propert.lib.4.eleg.11,
Nunc Iouis incipiam causas aperire Feretri. Sunt itaque qui sic dictum putent, quia fulmine feriat. Alij, quòd feretro, id est ferculo ad id aptè fabricato suspensa opima spolia ferrentur , vt scribit Liuius. Alij , quòd dux ducem in certamine ferit. Alij , quòd victor suis humeris spolia ferebat in templum ipsius dei. Liuius Decad. 1. libro 1, Iupiter Feretri, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero,&c.
Feretrum,Vide FERO.
Fereola vitis. Colum.lib.3.cap.2,Irtiolam,fereolámque non facilè asseuerem quo gradu habendæ sint. Est autem huiusce modi vitis nomen , quemadmodum & multa alia secundum regionis morem inditum,fortassis à ferendo dictum.
Feriæ , feriarum {ἑορτή,πανήγυρις} A feriendis victimis, sũtque dies cessationum ab opere , vel ab epulis ferendis : in his enim epulæ fiebant, ex pecorum,frugúmque prouentibus. Festus,Ferias antiqui festa vocabant,& aliæ erant sine die festo,vt Nundinæ: aliæ cum festo,vt Saturnalia : quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fœtus pecorum,frugúmque.
Feriarum festorúmque dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum,in seruis operum & laborum.Cic.2.de Legib.
Feriarum autem apud antiquos multa erant genera , quæ pollui dicebantur,si in his aliquod opus fieret.

Feriæ belli,

Feriæ belli, A bello cessatio & vacatio. Gellius lib.1.cap.25, Induciæ,inquit,sunt belli feriæ.Ex M.Varrone,in libro Humanarum,qui est de bello & pace.
Conceptiuæ feriæ , quæ quotannis à magistratibus vel sacerdotibus concipiebantur in certos vel in incertos dies,vt sunt Latinæ, Sementinæ,Paganalia, Compitalia. Author Macrob.lib.1.Saturn.cap. 16. Cic.1.de Nat.deor. Cæsar 3.bel.Ciuil.His rebus & feriis Latinis, comitissque omnibus perficiundis,XL dies tribuit.
Feriæ esuriales,Id est dies ieiunij. Plaut.Capt.8.
Imperatiuæ feriæ, Quas Consules vel Prætores pro arbitrio indicebant.Macrob.lib.1.Saturn.cap.16.
Latinæ feriæ,Vide LATIVM.
Nundinæ,Paganorum,ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant.Macrob.lib.1.Saturn.cap.16.
Piscatorum feriæ.Cic.3.Offic.
Statiuæ feriæ, Vniuersi populi communes , quæ certis & constitutis diebus ac mensibus fiebant , in quibus præcipuè seruabantur Agonalia,Carmentalia,Lupercalia.Macrob.lib.1.Saturn.cap.16.
¶Dies feriarum addere alicui.Cic.Attico,lib.13.293.
Feriis iurgia amouento.Cic.2.de Legib.
Ferias ac iocos celebrare.Liu.1.ab Vrbe.
Habere ferias triduum.Cic.2.de Legib.
Imperare ferias.Cic.1.de Diuinat.
Indicere ferias,Vide INDICO.
¶Feriæ,pro Vita otiosa. Plaut.Capt.13.
Ferias alicuius possidere.Plaut.Epid.10,
Tuas possidebit mulier faxo ferias. Id est,tua erit,tecum ferias celebrabit,tecum ociabitur,sedebit,feriabitur. Sic dicimus Viuo vitam, seruio seruitutem. Possidebit,Id est sedebit, sedere autem est feriari. vult igitur dicere Plautus,tecum erit.
¶Feriæ , aliæ sunt repentinæ , aliæ solennes,l.3.C.de dilation. Repentinæ sunt , quas re feliciter gesta Principes indicunt , L 1. C. de feriis. Solennes verò,quæ sunt anniuersariæ ac legitimæ.
¶Feriæ statæ,inquit Festus,appellantur,quòd certo statutóque die obseruarentur.
Ferio,ferias {σχολάζω,σχολὴ ἄγω} feriãre,vel Ferior, feriaris, feriari , Deponens,Vacare ab aliquo opere vel studio.
Feriari à studiis. Trebonius ad Ciceronem,lib.12.16, Illud quoque erit nobis curæ , vt Cratippus vnà cum eo sit , ne putes in Asia feriatum illum ab iis studiis , in quæ tua cohortatione incitatur, futurum.
Feriatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀργὸς} Qui otiosus est , & nihil agit. Plaut.Milit.5. Martial.lib.5,
Nec feriatus ibat ante carrucam.
Feriatus voluntate sua à negotiis publicis.Cic.3.de Orat.
Demum feriatum volunt cessatione torpere Epicurei. Cicero 1.de Nat.deor.
Feriati dies, In quibus feriæ aguntur. Plin.lib.18.cap.6. Plin.Iun. epist.58,Quid præterea noui? Quid? nihil, alioqui subiungerem. nã & charta adhuc supereſt , & dies feriatus patitur plura contexi. Id est festus.
Feriatus dies ad quicquam agendum. Liuius 6.bell. Pun. Eum diem Carthaginiensibus religiosum , ad quicquam agendum feriatum esse.
Feriata familia. Varro 1.de Re rust.cap.16,Ne de fundo familia ab opere discedat,ac profectis diebus ambulet feriata potius, quàm ope re faciundo agrum fructuosiorem reddat.
Feriata machæra, Qua quis non vtitur.Plaut.Milite,3.
Musæ feriatæ.Stat.1.Sylu.6.
Feriata toga.Plin.epist.123.
Malè feriatus , Id est ignauo , inutilísque otio vacans , ait Budæus. Gellius lib.10.cap.22
Malè feriati Troes.Horat.4.Carm.ode 6.
Feriatici dies,pro Feriati.vel festi. Vlpian.l.2.D.de feriis,Diuus Marcus effecit de aliis speciebus Prætorem adiri,etiam diebusferiaticis. Appellantur autem sub eodem titulo Feriæ , dies omnes , quibus magistratus propter vacationem publicam ius non dicit , veluti propter messem aut vindemias , aut depositum magistratum, vt quum in l.5. Vlpianus scribit , Pridie calendas Ianuarias magistratus neque ius dicere,nec sui potestatem facere consueuerunt.
Ferinus,Vide FERA.
Ferio, feris {πατάσσω,κατατίτυσκω,κατατιτύσκω} præteritum mutuatur à Percutio,percussi, & idem significat. Acron tamen ferij præteritum vsurpauit exponens illud Horatij Carmin.7.3 , Nec tam Larissæ percussit, &c. Plaur.Amphit.8,
Ex insana insaniorem facies,feriet sæpius?
Ferire,teste Festo,dictum,quòd ferientes feruntur.
Ferire & repellere aduersarium.Cic.2.de Orat.
Ferit æthera clamor.Virg.5.Æneid.
Ferire aures, pro Excitare. Cic.2.de Orat.Feriunt enim aures hominum cum illa quæ iucunda & grata , tum etiam illa quæ mirabilia sunt in virtute laudari.
Crebris feriunt vlulatibus aures.Lucan.lib.2.
Calce feritur aselli. Ouid.3.Fast.
Ferire cornu.Virg.9.ecloga,
-& inter agendum
Occurſare capro,cornu ferit ille,caueto.
Taurus ferit vncis cornibus hostem.Propert.lib.2 elegia 5.
Ferire fœdus , quod & percutere dicitur , & inire : hoc est Pacem componere.Virg.10.Æneidos,
-haud mora Tarchon
Iungit opes,fœdúsque ferit. Cic.pro Domo sua , Sed vno tempore cautiones fiebant pecuniarum,fœdera feriebantur prouinciarum.Ob id autem dictum quidam putant,quòd dum antiqui fœdus & pacem solenni pompa cum hostibus inirent,porcam diis immolarent. Idẽ pro Rabirio Posth.

Ferire fores.Plaut.Menæh.4,
Expedite fabulatus,iam fores ferio.M.feri.
Frigore aliquem ferire,pro Occidere.Horat.2.Serm.sat.1,
-ô puer,vt sis
Vitalis metuo,& maiorum nequis amicus Frigore te feriat.
Frigus ferit nos. Lucret.lib.4.
Ferire alicuius frontem.Cic.ad Atticum,lib.1.1, Puto te in hoc aut risisse,aut ingemuisse:vt frontem ferias.
Hostem ferire.Cic. pro Corn.Balbo.
Latus ensc ferit.Virg.12.Æneid.
Fulmina summos montes feriunt.Horat.2.Carm.ode 10.
Ferietur alio munere. Terent.Phorm.1.1,
-porro autem Geta
Ferietur alio munere , vbi hera pepererit. Ferietur, Id est emungetur. Significanter dictum : nam damnum plaga censetur. Cogetur Geta vnum & alterum munus dare.
Spectris feriuntur oculi. Cic. Cassio,lib 15.16.
Oculos ferire , visúmque lacessere dicuntur quæcunque conspici possunt.Lucret.lib.4.
Venus igne pectus ferit.Seneca Hippol.3.
Pectora ferire manu. Ouid.3. Trist.eleg.3.
Plangore ferire pectora.Ouid.4.Metam.
Ferire pecunias. Plin.lib.33.cap.3,Constitutúmque vt asses sextantario pondere ferirentur.
Ferire porcum.Liu.1.ab Vrbe.
Pugno vel calce ferire.Quintil.lib.2.cap.8.
Ferire rostro.Liu.10.bel.Pun. Et Ferire securi, Cæsar 8.belli Gall. Et 3.Verr.
¶Fama ferit terras remotas.Lucan.lib.5.
Feriens {πατάσσων} Participium: vt Numen humanam feriens animam.Lucan.lib.5.
Tinnulæ plectro feriente chordæ.Seneca Troad.9.
Sagittæ cuncta ferientes.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.
Feriendus,Participium {πατασσόμενος.} vt Ille mihi feriendus aper.Ouid. 3.Metam.
Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci.Ouid.1.Fast.
Ferio,ferias,Vide FERIAE.
Feritas.Vide FERA.
FERITOR, Fluuius in Liguria,non procul à Genua, de quo Plinius lib. 3.cap.5.
Ferme {εἰκότως, μικροῦ δεῖν} Aduerbium eiusdem propè significationis cũ feré. Terent.Heaut.1.2. Idem And.1.5,
-iam ferme moriens me vocat:
Accessi. Vbi Donatus, Ferme est aduerbium festinantis. Salluſt.in Iugurth. Nã ferme Numidas in omnibus præliis magis pedes,quàm arma tutati sunt. Cic.ad Brutum , De me possum idem quod Plautinus pater in Trinummo, Mihi quidem ætas acta fermè est : tua istuc refert maximé.
Haud ferme. Terent.And.3.1,
Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum. Vbi Donatus, Ferme pro Facile posuit.& ferme, facilitatem significat : quia sunt aduerbia extenuationis.
Ætas ferme acta.Cic.Bruto,2.
Sapientis cogitatio non ferme ad inuestigandum adhibet aduocatos.Cic.5.Tusc.ul.
Fermentum,huius fermenti {ζύμωμα,ζύμωσις} Portio farinæ subactæ acidæ , Dictum quòd feruendo crescat. Plin.lib.18.cap.7 , Spuma ita concreta pro fermento vtuntur. Virg.7.Georgicorum,
-& pocula læti
Fermento,atque acidis imitantur vitea sorbis.
¶Iacère in fermento , vel esse , per transſlationem dixit Plautus in Mercat.23,
Nam mea vxor propter illam tota in fermento iacet. Id est inflata est & irata.
In fermentum congerere terram atque componere. Colum.lib.3. cap.11. Hoc est,vt fermentescat & putrescat.
Fermento,fermentas {ζυμόω,ζυμάω} fermentãre, Miscere, facere vt panis acescat. Plin.lib.18.cap.11, Quum fieret autem panis hordeaceus, eruilíæ,aut cicerculæ admistione fermentabatur.
Fermentare terram , putauit Calepinus , & post eum multi , idem esse quod pinguefacere: citátq; illud Columellæ,lib.2.cap.15, de ſtercore columbino loquẽtis , Maximè tamen columbinum probamus, quod modicè sparsum terram fermentare comperimus. Porrò (ne sim longior) quemadmodum fermentare farinã subactam aut massam , est eam admisto fermento resoluere & inflare : sic fermentare terram,est eam non sinere addensari spissaríque & durescere , sed in puluerem redigere ac resoluere. Quod quum sit, tum veluti inflatior & tumidior efficitur terra. Gleba enim terræ densæ & compactæ, si resolueris,loci multo plus capiet.Sed hoc ex ipsius Columellæ verbis luculentius intellexeris. Sic autem ait libro 2.cap.2 , Sed ex his nihil non melius resoluta humo, quàm densa prouenit. quod noster quoque Virgilius quum & alias fœcundi arui laudes retulisset , adiecit,Et cui putre solum: nanque hoc imitamur arando. Neque enim aliud est colere,quàm resoluere & fermentare terram. Rursus eodẽ cap.non procul à fine , Atque eiusmodi terram pinguibus arenis putrem veluti cinerem solutam , quanuis leuissimo dente moueri satis est. Idem lib.4.cap.1, non procul à fine , Quid quòd repastinata humus, dum est recens soluta , laxáque, velut fermento quodam intumescit : deinde non longissimam cepit vetustatem , condensata subsidit? Ex omnibus his Columellæ verbis palàm est, eandem terram vocari solutam,resolutam,putrem,& leuem : eámque opponi spissæ, & densæ. Præterea terram fermentari nihil aliud esse quàm in puluerem resolui,& leuiorem, solutioremque effici. Id quod præstat diligens cultura , calores æstiui , gelicidia hyberna , & stercus columbinum , ídque ob insitum & natiuum calorem. Varro de Re rustica, libro 1.cap.38 , De hisce præstare columbinum , quod sit cali-

dissimum,ac fermentare possit terram.
Fermenteſco, fermenteſcis ἐ ζυμόομαι ϳ fermenteſcere, Idem quod fermentari. Plin.lib.28.cap.8,Optimáque est, quæ candidissima & friabilis, miniméque ponderosa: quum teratur inter digitos, fermenteſcens.
Fermenteſcere etiam tellus dicitur. Plin.lib.17.cap.2, Tellus quoque illo modo fermenteſcit: & succi plena, ac lacteſcentibus satis nó effœta,quum tempus aperit:tepidis arridet horis.
Fero,fers,tuli,latum ἐ φέρω,ἐνέγκω,ἐνήνοχα,ἐνήνεγμαι ϳ ferre, Portare: Antiquè tetuli fecit in præterito.
Ferre ad aliquem argentum.Plaut.Asin.12,
-pater nos ferre hoc iussit
Argentum ad te.
Ferre ab altero argentum. Plaut.Asin.12,
-tún' hoc feras argentum aliter à me? Id est putas à me esse aliàs argentum accipere?
Ferre quod poſcimus.Plaut.Merc.7.
Intro ferre,Vide INTRO.
In aliquem locum lectica ferri.Cic. Qu.frat.lib.2.8.
Lectica per oppidum ferri.Cic.2.Philipp.
¶Ferre,Afferre,vel dare.Plaut.Mostel.11,
Hercle nunc ferat
Sex talenta magna argenti pro istis præsentaria,
Nunquam acciperem.
¶Ferre,Offerre,Vide infrà,Iudicem ferre.
¶Ferre,Producere. Plin.lib.12.cap.8,Saccarum & Arabia fert, sed laudatius India. Cato cap.6,Sin in loco crasso aut caldo seueris,hostus nequam erit,& ferundo arbor peribit.
¶Non feret quin vapulet, pro Non abibit quin vapulet. Plautus Amphit.4.
¶Ferre, pro Dicere. Tacit.lib.13, Quippe erant, qui Cn.quoque Pompeium incusatum à senioribus, ferrent. Idem libro 15, Ex C. Cæsare se genitum ferebat.
¶Ferre,Pati. Cic.pro Roſc.Amer. Quod tametsi graue est, tamen aliquo modo posse ferri videtur. Terent.Heaut.1.2,
Forteſſe aliquanto iniquior erat præter eius libidinem:
Patereturne quem ferret,si parentem non ferret suum?
Ludificatio ista iam ferri non potest. Liu.lib.8.Decad.4.
¶Ferre acceptum,Vide in ACCIPIO,Acceptum ferre.
Ferre acerbè,Dolere,& iniquo animo ferre. Cic.pro Plancio, Dolebam Iudices,& acerbè ferebam,si huius salus,&c.
Aciem ferre,Vide ACIES.
Aditum ferre,Vide ADITVS.
Ferre adoleſcentia.Terent.Adelph.1.1,
-quæ fert adoleſcentia,
Ea ne me celet conſuefeci filiũ. Id est quæ solita est iuuentus facere.
Aduersa. Cic.de Amicit.Aduersas verò res ferre difficile esset sine eo qui illas grauius etiam quàm tu ferret.
Ægrè. Terent.Heaut.4.8,
Quid nunc renuntiem abs te responsum Chreme,
Ne sentiat me sensisse,atque ægrè ferat?
Fert æras:Hoc est per ætatem licet.Terent.And.2.6,
-dum licitum est ei,dúmque ætas tulit,
Amauit. Vbi Donatus, Tulit,duo significat:attulit & abstulit, passus est & pertulit. Cic.pro Cluent. Quum ad illud prædium crudior veniſſet,& vt æras illa fert,sibi tum non pepercisset,&c.
Fert animus,Id est cupit. Ouid.1.Metamorphoseos,
In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Lucan.lib.1,
Fert animus causas tantarum exponere rerum.
Fert animus ista modeſté. Terent.Phorm.1.3,
Beatus:ni vnum hoc desit,animus qui modeſtè isthæc ferat.
Animum in consilium ferre.Quintil.lib.6.cap.1.
Ferre animo æquo. Terent.Phorm.1.2,
Quod fors ferat,feremus æquo animo. Sic Ferre animo forti mortem alicuius,Cælius ad Cic.lib.15.10.
Quieto & æquo animo. Cæsar 1.bel.Ciuil.
Iniquo animo. Cic. Attico,lib.15.329.
Ferre annos & vetuſtatem,siue perferre, dicuntur vina propriè:tamen ad alia transferuntur:Est vetuſtate non exoleſcere. Quintil.lib.2.cap.4,Quare mihi ne maturitas quidem festinet, nec musta in lacu statim austera sint:sic & annos ferent,& vetuſtate proficiét. Idem lib.10.cap.1. Sumpta à vinis metaphora quæ non fugiunt.
Apertè ferre aliquid. Cic.pro Plancio.
Ferre aptè & quietè quencunque casum fortuna inuexerit. Cic.4.Tuscul.
Arma contra patriam. Cic.de Amicit.Num si Coriolanus habuit amicos,ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuere? Vatinius ad Cic.1.lib.5.10, Simius non semissis homo contra me arma tulit,& eum bello cepi.
In astra,pro Vehementer laudare. Cic.ad Att.lib.2.40, At hercule alter tuus familiaris Hortensius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit? Sic Martialis lib.1.
Ad astra aliquem.Virg.eclog.5.
Atrociter ferre,pro Ægrè ferre. Cic.pro Milone, Multa etiam alia vidit, sed illud maximè quanuis atrociter ipse tulisset, vos tamen fortiter iudicaturos. Budæus.
Auras,Est assuescere aeris mutationi.Virg.3.Georgicorum,
Quum semel hæserunt aruis,aurásque tulerunt.
Auriga ferrur equis.Virg.2.Georg.
Auxilium alicui,Iuuare,subuenire.Plautus Amphit.9. Terentius Adelph.2.1,
Obsecro populares ferte misero,atque innocenti auxilium,
Subuenite inopi.
¶Bella ferre.Horat.1.epist.19, -denique sæuam
Militiam puer,& Cantabrica bella tulisti

Sub duce,qui templis Parthorum signa refixit.
Bellè ferre aliquid, Id est æquo animo. Cicero ad Atticũ libro 4. epist.3.à fine.
¶Ferre ad vel in cælum,Est ita aliquid laudare,vt laudibus quasi ad cælum feratur. Cic. 7. Verr.Iuuat me, hæc præclara nomina artificum,quæ isti ad cælum ferunt. Sic 1. Tuscul. Et ad Att.lib.4.85.
Ferre calumniam. Cælius ad Cic.lib.8,Scito C. Sempronium Rufum,mel ac delicias tuas,calumniam maximo plausu tulisse.
Camum & furcam. Plaut. Casina,8. Id est suspendi. Cicero 1.de Diuinatione.
Casum. Cæsar 6.b.l.Gallici,Atque eundem omnes ferant casum.
Centuriam ferre,Habere Centuriam sibi suffragantem in alicuius magistratus petitione.Cic.pro Plancio.
Clàm iram aduersus aliquem. Liu.1.bel. Maced. Haud clàm tulit iram aduersus Prætorem,quòd absente se rem gessisset.
Classis ferrur cita gurgite.Virg.5.Æneid.
Clementer.Cic.Attico,lib.6.3.
Commentarij ferunt. Tacit.lib.5, Tormentis seruorum Macronem præcdisse, commentarij ad Senatum missi ferebant.
Si ita commodum vestrum fert.Cic.pro Lege agrar.
Conditionem,Quod & Offerre dicitur, & Ponere, apud Terentiũ:& est victoris & superioris. Plaut.Rudente,23. Terent.Phorm. 4.1. Cic.pro Roſc.Amer.Hanc conditionem misero ferunt, vt opter verum malit,ceruices Roſcio dare,an insutus in culeum, supplicium parricidarum, per summum dedecus vitá amittere. Sic Tironi,lib. 16.11. Et pro Quintio, Quo in loco conditionem tuli, si vellet, &c. Idem ad Atticum, libro 7.134. Et lib.10 201. Liu.8.ab Vrbe.
Constanter & sedatè ferre, Vide CONSTO.
Fere consuetudo. Cæsar 6. bel. Gal. Maiore strepitu & tumultu quàm Pop.Rom.fert consuetudo,castra moueri iubet.
Grauioribus verbis per literas accusasti me,quàm tua consuetudo ferebat.Cic.Bruto,9. Idem pro Cecinna.
Contumelias,pro Pati.Plaut.Merc.15,
Hem cui decem talenta dotis detuli,
Hæc vt viderem,vt ferrem has contumelias.
Conuiuam Dionysium mihique & tibi, Id est vinum tibi & mihi in conuiuium.Plaut.Stich.12.
Crimina in aliquem ferre. Tacit.lib.12. Hoc Liuius dicit, Ferre aliquem sermonibus.
¶Damna tulêre suo peccato.Ouid.2.Fast.
Ferre desyderium alicuius. Cic.de Amic. Quarum rerum recordatio & memoria,si vnà cum illo occidisset, desyderium coniunctissimi viri atque amantissimi ferre nullo modo possem.
Desyderium diutius ciuitas ferre non potest.Cic.10. Philipp.
Aliquid de. Brutus ad Antonium, lib.11.2, Quod de cõmodis eorum mense Iunio laturus esses.
Deorsum ferri suo pondere. Cic.1.de Finib.
Difficiduum aliquod acerbissimè tulisse.Cic.Att.lib.4.7.
Dolenter ferre aliquid. Vide Dolenter,in DOLOR.
Dolorem ferre alicui.Virg.6.Æneid.
In eundem dolorem mœsta,& miseranda diu ferret. Tacit.lib.5.
¶Exequias ferre. Ouid.2.Amor.eleg.6.
Exitum eundem.Cæsar 3.bel.Gal.Inter se coniurant, nihil nisi cõmuni consilio acturos, eundémque omnis fortunæ exitum esse laturos.
Ferre expensum. Vide in EXPENDO. Cic.6.Philipp.
Extra causam ferre. Quintil.lib.6.cap.4.
¶Vt ferunt fabulæ. Cic.3.Offic.
Prout facultates ferebant,satis.Cic.4.Verr.
Fallaciam.Plaut.Pœnul.3,
Abeamus intrò,vt Colabysco villicum
Hanc perdocecamus vt ferat fallaciam.
Famam,pro Spargere.Plaut.Persa,10,
Nam inimici famam,non ita vt nata est,ferunt.
Ita fama ferebant.Liu.3.bel.Pun.
Ferundum feras. Terent.Phorm.2.4,
-quin quod est
Ferundum feras,tuis factis dignum feceris.
Fidem ferre alicui rei.Virg.10.Æneidos,
Siqua fidem tanto est operi latura vetuſtas.
Fiduciam igitur orator præ se ferat. Quintil.lib.5.cap.13.
Finem ferre laborum.Virg.7.Æneidos,
-ea vox audita laborum
Prima tulit finem.
Flagitia ad aliquem, pro Iudicare & narrare. Terent.Adelph.4.7,
-te iandudum quæro Mitio,
M.Quidnam? D.fero ad te alia flagitia ingentia
Boni illius adoleſcentis.
Flumina ferunt classem.Virg.5.Æneid.
Fortiter,pro Constãti animo molestiam, vel malum perferre. Cic. de Senect. Quem ego meum casum fortiter ferre visus fum:nó quòd æquo animo ferrem,sed,&c.
Ita fortuna tulit.Cic.Pulchro,lib.4.13.
Fraudem.Liu.4.bel.Punici,Vt ita nobis volentes propitij adsitis,si vtrandæ, non ferendæ fraudis causa hoc consilij capimus. Cic.ad Att. lib.7.144, Non quin rectum esset, sed quia quod rectius fuit,id mihi fraudem tulit.
Frigoráque & famem tulistis.Catul.ad Veranium,epigr.25.
Fructum ferre dicuntur arbores.Plin.lib.13.cap.4, Palmæ ferunt in maritimis Hispaniæ fructum.
Fructum ferre,pro Recipere. Plin.iun.lib.8. epist.6.ad Montanum.
Fructum alicui. Cic.ad Lentulum,lib.1.9, Quúmque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. Hoc est,attulisset.
Fructum ex aliquo.Pollio ad Ciceronem, lib.10.32, Si me satis nouisset,& maior pars Senatus maiores ex me fructus tulisset. Id est reportasset.

Fructus necessitudinis. Cic.7.Verr. Quos tandem fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tulit?
¶Ferre gloriam belli perpetrati. Liu.8. bel.Maced.Punici tamen belli perpetrari,quo nullum neque maius neque periculosius Romani gesserē,vnus præcipuam gloriam tulit.
Ferri ad gloriam.Cic.3.Tuscul.Nihil præstantius honoribus, imperiis,populari gloria iudicauerũt, ad quam fertur eximus quisque.
Gradum ferre, & conferre pedem poeticè, pro Ire & aliquò progredi. Plaut.Merc.22,
Relligionem ille obiecit:recipiam me illuc.8.ſapis
O Charine,contrà pariter fer gradum,& confer pedem.
Ferre gratiam,pro Referre. Liu.lib.5.Decad.1, Vobis fortuna oblata est, Ardeates, pro tantis Pop.Rom.beneficiis, quanta meministis,ferendæ gratiæ. Veteres tamen codices habent referendæ.
Gratiam & gloriam haud immeritam annonæ leuatæ tulit. Liu. 4.ab Vrbe.
Grauiter,Iratum esse,& molestè ferre. Terent.And.1.2,
Omnes qui amãt,grauiter sibi dari vxorem ferunt. Cic.3.Verr. Hoc ab isto prædone ereptum esse, grauiter & acerbè homines ferebant.
Grauiter molestéque ferre aliquid.Sulpitius Ciceroni,lib.4.5.
Gressus ferre aliquò. Ouid.3.Fast.
¶Humaniter ferre aliquid.Cicero Attico, libro 1.2.& lib.4.84.
¶Ferre ignominiam animo. Cæsar 1.bel.Ciuil.
Ignominiam & infamiam sine dolore ferre.Cic.4. Tusc.
Imaginem alicuius: Hoc est,aliquè repræsentare & referre. Plaut. Capt.2,
Huius illic,hic illius hodie fert imaginem:
Immoderatè res aduersas & secundas ferre,leuitatis est. Cicero 1. Offic.Vide IMMODERATVS.
Immodicè ferre aliquem casum,Vide IMMODICVS.
Impetum. Cæsar 3. bell. Gall.Vt ne vnum quidem impetum nostrorum ferrent.
Impuné. Cæsar 5.bell. Gall. Quódque se tam diu impunè tulisse iniurias admirarentur.
In aliquo quidpiam ferre. Quintil.lib.1.cap.6.
Incommoda. Cic.ad Qu. frat.lib.1.2, Atque ita mihi dicebat Flauius scriptum in ea epistola, quam tuam esse dicebat, te aut quasi amicis tuis gratias acturum, aut quasi inimicis incommoda laturum.
Indifferenter ferre, Vide INDIFFERENS.
Indignè.Plin.lib.18.cap.3,Vt non inuita ea,& indignè ferente,credatur id fieri.
Infortunium. Terent.Adelph.2.1,
Tetigín' tui quicquam? AE.si attig.sses,ferres infortunium.
Ingratè aliquid ferre. Tacit.lib.17, Oppressa Capitonis consilia ingratè tulisse.
Iniuriam. Terent.Hecyra,1.2. Cic.Memmio, lib.13.1, Sapientia tua qua fers iniuriam,lætitia.
Inultum,Non puniri.Terent.Heaut.5.1,
At næ illud haud inultum,si viuo,ferent.
Inultam fugam ferre.Cic.Antequam iret in exilium,Isti modò videant qua ratione hanc inultam meam fugam ferre possint.
Iracundé. Plin.lib.11.cap.37, Diuus Augustus suos oculos diligentius spectari,iracundè ferebat.
Iudicem. Liu.1.Decad.libro 3. Iudicem ferre, inquit Budæus, est cuiuscunque iudicio acquiescere.Cic.pro Roſc.Comœdo, Quem ergo si ferre iudicem, refugere non deberet: quum testem producam, reprehendere audebit? Liu.8.ab Vrbe,Prouoco ad populum:eúmq; tibi fugienti Senatus iudicium, iudicem fero. Hoc solent homines facere in magna causæ fiducia aduersarium prouocantes, quum aut iudicem ei ferunt, id est offerunt, aut ab eo petunt. Sæpe enim Romani sic Iudices sumebant,quos Prætor non dabat.
Ferre iudicem, ni,&c. *Prendre à prouuer.* Budæus. Liu 1.Decad.lib. 3.Ni ita esset,multò priuatim ferebant Volscio iudicem.
Iugum ferre. Horat.1.Carm.ode 35, -diffugiunt cadis
Cum fece siccatis amici,
Ferre iugum pariter doloſi.
¶Ferre laborem.Cæsar 6.bel.Gall.Ætate iam confectus,quum laborem aut belli,aut fugæ ferre non posset,&c.
Laborem pro cunctis ferre. Cic.Antequam iret in exilium.
Laborem ferre aut fugere.Virg.6.Æneid.
Lætè atque insolenter ferre. Cic.10.Philipp.
Lætitiam. Cic.Att.lib.14. 308, Quencunque hæc pars perditorum lætatum Cæsaris morte putabit (lætitiam autem apertissimè tulimus omnes) hunc in hostium numero habebit.
Laudem, Reportare honorem. Cæsar 6. bel.Gal.Qui diutissimè impuberes permanserint, maximam inter suos ferunt laudem.
Laudem mihi mea facta ferent. Virg.11.Æneid.
Laudibus,Laudare. Plin.epist.171, Alij contrà,hoc ipsum laudibus ferunt,quòd sit fructratus improbas spes hominum.
Legem, Idem quod Ferre ad populum legem. Cic.ad Lentulum, lib.1.9.Postea dixit etiam in Senatu palàm,sese,si licitum esset,legem Curiatam ferret.
Legem aliquam pernicioſe ferre.Cic.2.Offic.
Leniſſimè ferre aliquid Cic.Fabio,lib.5.18.
Lentè ferre. Vide LENTVS.
Leuiter ferre. Vide LEVIS.
Leuiter ferre & negligenter defendere aliquid. Cicero pro Roſc. Comœd.
Ferre libertatem. Quintil.lib.4.cap.1.
Ferr libido: Hoc est,sit aliquid per libidinem. Terent.Heaut.3.3, Multa fert libido:ea prohibet facere tua præsentia. Id est,multa optè facere quæ te præsente non ausim.
Quantum libido tulit,tantum relictum est. Cic.5.Verr.
Libros sub nomine alicuius ferri. Quintil. in Procem.lib.1,Atque eo magis, quòd duo iam sub nomine meo libri ferebantur.
Lucem.Plin.epist.141.
¶Mandata alicuius ferre. Virg.10. Æneid.
Ferre manum.Plaut. Trucul.4.23,
Adi nos,si iturus,fer contrà manum,& pariter
Gradere. Id est da manum.
Manum ferre,pro Contendere. Virg 5.Æneidos,
Ferre manum,duróque intendere brachia ferro. Seruius.
Fer me,Patere meos mores. Terent.Heaut.4.3,
Quid faciam Syre mi? gaudeo:fer me.
Ferres me,si ego idem dicerem? Cic.4.Acad.
Mediocriter ferre quippiam. Cic.5.Verr.Vide MEDIOCRIS.
Miserias. Terent.Adelph.4.2,
Nisi me credo huic esse natum rei,ferundis miseriis.
Mitius ista feres.Ouid.5.Metam.
Moderatè ferre,Vide MODERO.
Moderatè & modicè ferre aliquid.Cic.4.Tusc.
Moderatè ferre dolorem. Cic.de Amicit.Sed ego id respondeo, quod animaduerti te dolorem, quem acceperis tum summi viri, tum amicissimi morte,ferre moderatè.
Modicé. Cic.11.Philipp. Est enim sapientis quicquid accidere homini possit,id præmeditari:ferendum modicè,si aduenerit,esse.
Modicè ferre dolorem,Vide MODVS.
Modicè ferre iniurias fortunæ. Cic.1.de Fin.
Molesté. Cic.de Senect. Quorum ego multorum cognoui senectutem sine querela,qui se à libidinum vinculis laxaros esse,non molestè ferrent,nec à suis despicerentur. Vide MOLESTVS.
Molestias. Terent.Eunuch.1.1,
Neque præterquam quas ipse amor molestias
Habet,addas:& illas quas habet,rectè feras.
Molliter: Hoc est patienter & facilé. Cic.de Senect.Sed tamen necesse fuit aliquod esse extremum, &c. quod ferendum est molliter sapienti. Vide MOLLIS.
Monstrum ferre.Tacit.lib.14.
Munus ferre,Id est auferre. Horat.4.Carm.ode 8.
¶Ferr natura: Id est per ætatem & naturam licet. Cæsar 3. bel.Ciuil.Sed hic cogitis omnibus rebus, seu quid in munitionibus perfectũ non erat,seu quid à peritioribus,prout cuiusque eorum qui negotiis præerant,aut natura, aut studium ferebat, hæc ad Pompeium omnia detulerunt.
Natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent. Id est natura comparatum. Cic.in Somnio Scipion.
Quis hoc timeret,quod neque acciderat antea, nec videbatur natura ferre vt accidere posset? Cic.Att.lib.13.268.
Vereor ne grauioribus vtar verbis,quàm natura mea fert. Cicero pro Quintio.
Nomen alicuius. Cicero 3. Offic.Sed quum Basilius Marcum Satrium sororis filium nomen suum ferre voluisset, eúmque feciſſet hæredem,&c.
Nomen ferre insani, Id est vocari insanum. Horat.1.epist.6.
In notitiam alicuius. Traianus in epist.Plin.iun.lib.10.epist.38. Id est declarare.
¶Ferre obscurè aliquid, pro Celare,dissimulare;& occultare. Cic. in Paradox. Istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti.
Occultè. Terent.Adelph.3.2,
Neque id occultè ferri à lenone ipsus eripuit palám.
Sic oculos,sic ille manus,sic ora ferebat. Virg.3.Æneid.
Aliquem in oculis,pro Vehementer & præcipuè amare.Cicero ad Qu.fratrem,libro.3 17. Idem de Aruſp.resp.de Clodio loquens homine sibi inuiso, Ferebant in oculis hominem quidam boni viri & de me optimè meriti. Terentius verbum FERO omisit in Eunucho, Rex te ergo in oculis? Ex Budæo.
Odium pro labore:Hoc est,odium pro labore reportare. Terent. Adelph.5.4,
Nunc exacta ætate,hoc fructi pro labore ab his fero, Odium.
Onus impositum ferre.Ouid.15.Metam.
Opem,dicitur,inquit Donatus,in malis rebus, & iis qui de salute dubij sunt. Terent.Adelph.3.4, Iuno Lucina fer opem. Cic.4.Tusc. Reliquas quoque partes ægritudinis vtiles esse dicit: Misericordiam ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorum subleuandas.
Opem ferre alicui.Horat.de Arte.
Opem atque auxilium afflictæ Reip.Cic.ad Att.lib.8.158.
Opem & salutem indigentibus. Cic.2.de Finib.
Vt fert mea opinio: Hoc est, puto & existimo. Cic.ad Seruilium, lib.13 67, Quòd si Romæ fuisset, etiam salutem A. Cecinnæ essemus (vt opinio mea fert) per te consecuti.
Plura dixi quàm opinio mea tulerit aut voluntas mea. Cicero pro Domo sua.
Sicut opiniones hominum & religiones ferunt. Cic.7.Verr.
Opus cum labore. Plaut.Amphit.4,
Habendum & ferendum hoc opus est cum labore.
Ferre per ora hominum,pro Celebrare,apud Plin.in epist.
Ora ad ora ferre,Oscularі. Ouid.ad Liuiam,
Oscula,Oscularі. Plaut.Epid.12,
Quis istæc quam oscula mihi ferre iubes?
Sæuæ tulit oscula diuæ. Valer.7.Argon.
¶Pacatè & moderatè ferre aliquid. Cic. Torquato,lib.6.1,
Ferre palám. Plaut.Milit.20,
Metuóque & timeo,ne hoc tandem palàm fiat nimis.
PY. Quid illud est? PA.nos palàm ferre nunc per vrbem hæc omnia,
Nequis tibi hoc vitio vertat.
Palmam. Cicero ad Atticum,libro 4.84, Ne diutius pendeas, palmam tulit.
Partem alicui.Terent.Adelph.1.2,
-ego illi maximã partẽ feram. Id est,sustinebo, tolerabo,inquit, Donatus.

Partum ferre dicitur fœmina quando prægnans est. Plin.libro 8. cap.32, Octonis mensibus ferunt partus, & interdũ geminos. Idem lib.7.cap.5, Gerere partum dixit.
Passibus rapidis ferri. Virg.7. Æneid.
Patienter ferre, Vide Patiens in PATIOR.
Patienter & æquo animo difficultates. Cæsar 3.bel.Ciuil.
Patienter ferre ciportentiam alicuius. Cic.Lentulo,lib.1.8.
Pecuniam ferre alicui. Tacit.lib.13,Sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat.
¶Pedem,poeticè, pro Aliquò progredi & ire. Plautus Menæch.12. Virg.2.Æneidos,
Inde domum,si fortè pedem,si fortè tulisset,
Me refero.
Permolestè ferre, Vide PERMOLESTVS.
Personam alienam. Liu.3.ab Vrbe,Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit,suo iam inde viuere ingenio cœpit.
Pignus fidei.Liu,5.bel Pun.Cæterùm ab ipso Graccho eadem hæc audire malle eos, præsentísque contingere dextram : id pignus fidei secum ferre.
Plagas silentio. Cic.2. Tusculan. Túne cum pueros Lacedæmone, adolescentes Olympiæ,barbaros in arena videris excipientes grauissimas plagas,& ferentes silentio,&c.
Ad plebem ferre. Cic.2.de Finib.Anno proximo P. Scæuola Tribunus plebis ferret ad plebem,vellent nécne de ea re quært.
Pœnam ambitus ferre.Cic.pro Sylla.
Pœnam stultitiæ. Cic.ad Att.lib.3.48, Existimato me stultitiæ meæ pœnam ferre grauius,quàm cuenti.
Pompam. Plaut.Stich.14,
Agite ite foras,ferte pompam,cado te perficio Stiche.
Ferre ad populum,sub.legem, legislator tum dicitur, quum legem in medium profert,vnde legislator dicitur. Liu.lib.2.Decad.5. Cic. pro Corn.Balbo.
Ferre prædam.Ouid.2.Metamorphoseos,
-medíque per æquora ponti Fert prædam.
Præmium. Terent.Eunuch.5.9,
-hoc si effeceris,
Quoduis donum & præmium à me optato,id optatum feres.
Præmia digna ferre. Virg.1.Æneid.
Ferre præsidium labenti & inclinatæ Reip. Cic.ad Brut.18.
Preces deo. Virg.8.Æneidos,
Iunoni fer rite preces:irásque,minásque
Supplicibus supera votis.
Pretium ob stultitiam. Terent. And.3.5,
Ergo pretium ob stultitiam feroised inultum id nunquàm auferet.
Pretia medentibus ferre. Tacit.lib.11,Vt quomodo vis morborum pretia medentibus,sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat.
Primas , Primum locum habere. Cic.de Claris Orat.Ex his Cotta & Sulpitius cum meo iudicio , tum omnium facile primus tulerunt.
Priuilegium de aliquo. Cic.in Paradox.Sed quid ego communes leges profero , quibus omnibus es exul? Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit,vt si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares.
¶Ferre quæstionem,Et legem ferre qua populus iubeat de crimine aliquo quæri.Cic.pro Milone,Non fuit ea causa Iudices,non fuit, cur sibi censeret Pompeius quæstionem ferendam. Idem , De hoc igitur latum est vt quæreretur. Id est , vt iudicium exerceretur. Hæc Budæus.
Quæstionem de morte alicuius ferre. Cic.pro Milone.
In quæstionem seruum. Cic.pro Cluentio , Mulieri crudelissimæ seruum fidelissimum,non in quæstionem tulit , sed planè ad supplicium dedit.
¶Ita ferunt rationes meæ. Cic.7.Verr.Dicit ei se statuisse animaduertere in omnes nauarchos : ita sui periculi rationes ferre ac postulare.
Rationes meæ ita tulerunt. Cic.Metell.lib.5.2.
Repulsam ferre,Repelli , & repulsam pati. Liu.5.bel.Maced.Qui priore anno repulsam tulerat. Cic. ad Attic.lib.5.107 , Quòd scribis libenter repulsam tulisse eum qui cũ fororis tuæ filij patruo certaret, magni amoris signum.
Acerbas res ferre. Cic.2.de Orat.
Fert res,Tempus, vel opportunitas , aut etiam facultas expostulat & patitur. Terent.And.5.1,
Incœpi dum res te tulit:nunc non fert,feras.
Si res ita tulisset. Cic.4.Philipp.
Ferre rem vulgo,Diuulgare. Liu.8.bel.Pun.Et quum cæteri lætitia gloriáque ingenti eam rem vulgo ferrent,&c.
Responsum. Liu.3.ab Vrbe. Cic.in Catil.Quum à me quoque id responsum tulisses me nullo modo posse,&c.
Rogationẽ,Idem quod Ferre ad populũ,& populũ rogare.Cic.ad Att.lib.1.8, In hac causa Piso amicitia P.Clodij ductus, opera dat vt ea rogatio quam ipse fert, & fert ex s.c. & de religione,antiquetur.
¶Ferre salutem alicui.Plaut.Pœn.9. Virg.1.Æneid.
Sapienter casus aduersos ferre,non frangi fortuna, retinere in rebus aduersis dignitatem. Cic.2.de Orat.
Ferri ad saxa nauis propriè dicitur , quando est in periculo. Plaut. Rud.10.
Ferre se aliquò,pro Ire. Virg.2.Æneid.
Sese obuiam alicui. Cic.pro Plancio.
Se tractandum: Id est,pati. Plin.lib.9.cap.8. De delphinis. Ex vetusto codice legitur præbénsque.
Sententiam ferre,Est censere in consilio & consessu. Cic.pro Cluentio. Hæc Budæus. Idem Cic.de Amicit.Constituendi autem sunt qui sint in amicitia fines, & quasi termini diligendi.de quibus tres video sententias ferri,quarum nullam probo.
Sententiam de hominum fortunis ferre. Cic.pro Cluentio.
Seruitutem.Plaut.Capt.7.
Ferre seruitium, Quid.1.Amor.eleg.2.

Signa. Cæsar 1. bell.Gall. Nonnulli etiam Cæsari renuntiabant, quum castra moueri,& signa ferri iussisset, non fore dicto audientes milites.
Similitudinem. Plin.lib.12.cap.7.
Sinu. Martial.lib.2.6,
Hæc sunt singula quæ sinu ferebas.
Sitim.Plin.in Paneg.
Continenter ferre trium dierum sitim.Vide CONTINEO.
Solicitudinem. Plin.epist.5.
Quencunque fors tulerit casum subire.Cic.Att.lib.8.145.
Spem ferre alicuius,Id est sperare de aliquo. Virg.9.Æneidos,
Hanc sine me spem ferre tui:audentior ibo
In casus omnes.
Ferri sua sponte in aliquid.Senec.de Benefic.lib.3.cap.14.
Sublimem aliquem.Plautus Menæch.22,
Herum meum indignissimè nescio quid sublimem ferunt. Sic Ferri sublime, Plin.lib.20.cap.22, Pythagoras principatum habere ex his, quorum sublime vis feratur,iudicauit. De sinapi.
Subsidium,pro Auxiliari. Cæsar 5.bel.Gal.
Suffragium ferre , pro Suffragari. Cic.pro Domo sua, Quid indignius,quàm qui neque adesse sic iussus , neque citatus, neque accusatus,de eius capite,liberis , fortunis omnibus conductos & sicarios egenteis & perditos suffragium ferre,& eam legem putare?
Suffragium de re alicuius. Cic.ad Atticum,lib.1.13.
Suffragia gratuita ferre.Cic.pro Plancio.
Supplicium, pro Puniri. Cæsar 1.bell.Ciuil.Sed satis iam feciste officio,satísque supplicij tulisse,perpessos omnium rerum inopiam.
Suppetias, Auxiliari. Plaut.Epid.13,
-sed memento,siquid seruiunt senes,
Suppetias mihi cum forore ferre.
Süsque déque fero. Gellius,lib.16.cap.9. Vide SVSQVE,&c.
¶Ferre tabellas alicui,pro Literas deferre. Plaut.Bacch.17,
Nunc hasce tabellas ferre me iussit tibi.
Tulit tempus:hoc est, Licuit per temporis opportunitatem. Terentius And.1.2,
Dum tempus ad eam rem tulit,sui animum vt expleret suum.
Vt tempora nostra , non vt amor tuus fert , verè perscribe. Cic.ad Qu.frat.lib.1.4.
Fert terra illos viros. Virg.11. Æneid. Cicero 1.Tuscul.Tales innumerabiles nostra ciuitas tulit.
Tormenta ferre.Quintil.lib.2.cap.20.
Tribum ferre,Habere tribum sibi suffragantem in alicuius magistratus petitione. Cic.2.Philipp.
Ferre tributum, pro Pendere. Curt.lib.3, Datísque obsidibus,tributum,quod vt Persis ferrent,ne pendere cogerentur,impetrarunt.
¶Ferre vana ad aliquem.Liu.3.ab Vrbe, Ab his proximi auditaincerta,eóque vaniora ferre ad alios : cursus,&c.
Ventrem ferre dicitur fœmina. Varro 2. de Re rust. cap.1, Equa enim ventrem fert x11. menses,vacca x.
Verbera. Martial.lib.1.10,
Et qui non tulerat verbera,tela tulit.
Verbera ferre alicuius. Ouid.2.de Arte.
Verbera ferre in aliquem. Ouid.1.Amorum,eleg.7.
Vestigia sua ferre ad aliquem. Ouid.2. Metam.
Ferunt eò vestigia. Hoc est illuc eunt. Liu.1.ab Vrbe.
Vetustatem ferre dicitur vinum , quum diu asseruari potest integrum & purum. Cic.de Amicit.Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum,satietates:veterrima quæque (vt ea vina quæ vetustatem ferunt) esse debent suauissima.
Viam ferre per æquora. Claud.6.Paneg.
Fert illuc via. Virg.lib.7.Æneid. Cæsar 1.bel.Ciuil.Aditus antè, atque itinera duo , quæ extra murum ad portam ferebant. Cic.de Finibus.
Victoriam ex re aliqua. Liu.9.bel.Maced.Nec magnam , nec memorabilem ex inermi , proditóque Flaminino victoriam feret.
Vim alicuius. Terent. And.1.5,
-haud vereor.si in te solo sit situm:
Sed vim vt queas ferre.
Virtus ad maiora te tulit. Ouid.5.Metam.
Si vestra voluntas feret.Cic.pro Lege Manilia,
Voluntas ita fert.Virg.6.Æneid.
Quandiu voluntas tulit. Cic.5.Verr.
Voluptatem. Terent. Hecyra.4.2,
-nihil iam mihi isthæc res voluptatis ferunt.
Vox ferrur ad aures.Virg.3.Æneid.
Voces alicuius ad aliquem ferre. Ouid.5.Fast.
Ferre vsus.Cic.de Orat.Vt eorum fert vsus.
Vultu ferre. Tacit. libro 20, Quos spiritus gestisset,vultu ferebat. Hoc est,ostendebat.
¶Fertur ad terram vitis. Hoc est, In terram demittitur.Cic.de Senect.Vitis quæ natura caduca est,& nisi fulta sit,ad terram fertur: eadem vt se erigat,&c.
¶Ferre Iuno coluisse Carthaginem. Virg.lib.1.Æneid. Hoc est dicitur.
Fertur,Impersonale, Dicitur, Fama est. Cic.de Amicit.Quod Tarquinium dixisse fertur , tum quum exul esset,se, &c. Vetera exemplaria habent,dixisse ferunt.
Ferũt fuisse.Cic.4.Acad. Cæsar 6.bel.Gal.Hunc omnium artium inuentorem ferunt. Liu.1.ab Vrbe,Faustulo fuisse nomen ferunt.
Inter Ferri,Portari,& Agi. Ferri , inquit Caius , propriè dicimus, quæ quis suo corpore baiulat : Portari, ea quæ quis iumento secum ducit: Agi ea,quæ animalia sunt,l.235.D.de verb.signific.
¶Ferri,distrahi. Plaut.Cistel.5,
Exanimor,feror,differor,distrahor,deripior.
Dubius feror. Ouid.ad Pisonem.1,
Vnde prius cœpti surgat mihi carminis ordo,

Quóſve

Quóſve canam titulos,dubius feror.
Infinitè fertur vt flumen oratio. Cic.in Orat.
Laxissimè ferri. Vide LAXVS.
Obliquè ferri. Vide OBLIQVVS.
Per mala præceps fertur. Horat.1.Serm.sat.4.
Rapidè ferri. Cic.in Orat.
In arma feror. Virg.2.Æneid.
In hostes moriturus fertur. Virg.2.Æneid.
In præceps feror.Ouid.2.Metam.
In pugnas feror.Ouid.4.Trist.eleg.8.
Æstu fertur iudex. Quintil.lib.6.cap.2, Neuius non faceret? qui vsque eò feruet fertúrq; auaritia , vt de suis commodis nolit aliquam partem omittere.
Feruere & ferri auaritia.Cic.pro Quintio.
Cursu magno sonitúque ferri.Cic.in Orat.
Mente ferri aliquò. Ouid.epist.17,
Et quo non possum corpore,mente feror.
Ferri rabie. Plin.lib.10.cap.33.
Saltu supra venabula fertur. Virg.9.Æneid.
Volatu ferri.Catul.in Camerium,epigr.51.
Fruges tellus inarata ferebat. Ouid.1.Metam.
Superanda omnis fortuna ferendo. Virg.5.Æneid.
Mala ferendo minuit.Silius lib.15.
Ferendo honori esse. Liu.4.ab Vrbe , Experiendam rem denique in vno aut in altero esse,sitne aliquis plebeius ferẽdo magno honori. Hoc est idoneus ad honorem ferendum.
Esse oneri ferendo. Liu.2.ab Vrbe,Portoriis quoque & tributo plebe liberata,vt diuites conferrent , qui oneri ferendo essent : pauperes satis stipendij péndere si liberos educent. Ouid.15.Metam.
Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est.Ouid.epist.5.
Nimium sibi sumit,nec est ferendus.Cic.3.in Catil.
Fortuna viriliter ferenda. Ouid.1.Fast.
Verba dedit ferenda tabellis. Ouid.14.Metam.
Ferens,Participium {φέρων.} vt Oculos passim per cuncta ferens. Virg. 2.Æneid.
Animus dura ferens.Horat.2.epist.1.
Ianua laxa ferenti. Ouid.1.Amor.eleg.8,
Surda sit oranti tua ianua,laxa ferenti.
Capita alta ferentes. Virg.1.Æneid.
Lethum ferentes.Virg.11.Æneid.
Laborum ferentia corpora. Tacit.lib.21,Corpora hominum salubria,& ferentia laborum.
Latus,Participium {τετυμμένος.} vt Lex per vim lata. Cicero pro Sextio.
Pœna lata. Cic.pro Corn.Balbo.
Laturus,pen.prod.Aliud participium {εἰσόμενος.} vt Grandia laturus meritorum præmia.Horat.2.epist.2.
Latio,Iationis, Verbale {διάτασις.} Cic.ad Att.lib.3.68 , Mihi in animo est legum Iationem expectare.
Lator,Iatoris,Aliud verbale {διάτης.} vt Lator legis,qui legem tulit, hoc est promulgauit vel instituit : qui & legislator vno verbo dicitur. Cic. 3.de Nat.deor. Ferrétne ciuitas vlla latorem istiusmodi legis vt condemnaretur filius aut nepos,si pater aut auus deliquisset?
Legum lator. Quintil.lib.2.cap.4.
Lator,pro tabellario. Suet.in Caligula,cap.44,Quasi vniuersa tradita insula,magnificas Romam literas misit:monitis sæpe latoribus, vt vehiculo ad forum vsque & curiam pertenderent. Budæus.
Latorius,Adiectiuum. vt Latoria lex. Cic.3.Offic.Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt tutela x11. tabul. & circunscriptio adolescentium lege latoria. Quo in loco antiquissimi codices scriptum habent lege Pletoria , à Pletorio lata : atque ita legendum putant doctissimi quique.
Ferax,huius feracis,pen.prod.om.gen. {ἐρεσσώλος} Quod abundantem ex se producit fructum. Plaut.Epid.6,
Nullum esse ego agrum opinor in agro Attico
Æquè feracem,&c. Sic Ferax locus,Cato cap.44. Feraces agri, Cic. 5.Verr.
Ferax bonarum artium seculum,apud Plinium.
Lætum & ferax. Liu.6.ab Vrbe.
Ferax miraculorum Asia.Plin.epist.173, Quæ si tulisset Achaia, Ægyptus,Asia,aliáque quælibet miraculorum ferax, commendatrixq; terra,&c.
Ferax ad laudem. Plin. in Paneg. Tenes Cæsar hunc cursum,& probatur experimento,sitne feracius & vberius non ad laudem modò,sed ad pecuniam principẽ , si hærede illo mori homines velint, quàm si cogantur.
Agri feraces.Cic.5.Verr.
Animus ferax.Ouid.ad Pisonem.
Ferax ingenium.Cic.in Orat.
Ingeniis nihil feracius.Cic.in Orat.
Feracior & vberior locus in philosophia nullus est quàm de officiis.Cic.3.Offic.
Rus ferax.Ouid.1.Metam.
Saltus ingentium belluarum feraces. Tacit.lib.4.
Segetes feraces.Horat.1.Carm.ode 31.
Solum ferax.Ouid.7.Metam.
Terra ferax Cerere , multóque feracior vuis. Ouidius 2. Amor. eleg.16.
Venenorum ferax Iberia Horat.Epod.5.
Feracitas.pen.corr.feracitatis {φιλοφορία.} Colum.lib.3.cap.2,Feracitatem potius sequemur, &c.
Feralia,Sacra, à ferendisepulis dicta , quas in defunctorum sepulchris super nudam silicem apponebant. Author Alexand.lib.Genial.dier. 3.cap.12.
Fertilis,& hoc fertile,pen.corr. {φιλόκαρπος,φιλόφορος, πάμφορος, γονίμος, γόνιμος.} Idem quod ferax. Colum.lib.4. Vt ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt,& maximè fertiles.

Ager fertilis. Ouid.5.Trist.eleg.13.
Vberrimos maximéque fertiles agros incolere. Cic.1.de Diuin.
Agros fertiles, qui multo plus efferunt quàm acceperunt , imitari debemus.Cic.1.Offic.
Annus fertilis. Propert.lib.4.eleg.8.
Arbos fertilis.Virg.4.Georg.
Arum fertile.Ouid.4.de Ponto,eleg.15.
Bacchus fertilis. Horat.2.Carm.ode 6.
Frequens herbis,& fertilis vbere campus. Virg.2. Georg.
Fertilis cura. Plin.in Procem.lib.14 , Tanto priscorum cura fertilior,aut industria felicior fuit.
Gramen fertile. Ouid.1.de Remed.amor.
Herba fertilis. Ouid.2.Amor.eleg.16.
Horæ fertiles. Tibul.lib.4.ad Messalam,eleg.21.
Hortus fertilis. Tibul.lib.2.eleg.1.
Loca fertiliora. Ouid.1.de Arte.
Pectus fertile. Ouid.4.de Ponto,eleg.2,
Fertile pectus habes,intérque Helicona colentes
Vberius nulli prouenit ista seges.
Fertilis quæstus. Plin.in Procem.lib.14.
Fertilior seges est alienis semper in agris. Ouid.1.de Arte.
Opima & fertilis Syria. Cic.pro Domo sua.
Vua fertilis.Virg.2.Georg.
Fertilis , cum genitiuo. Cic.2.de Nat.deor.Multáq; alia in aliis locis commemorabilia proferre possum, multos fertiles agros alios aliorum fructuum.
Vinea fertilis generosæ vuæ. Ouid.2.de Remed.amor.
Fertilis hominum frugúmque Gallia. Liu.5.ab Vrbe. Et Plin.lib. 6.cap.10,Fertilissimi sunt auri Dardæ,Setæ verò argenti.
Fertilissima baccarum. Plin.lib.15.cap.30, Hanc quæ vuis fertilissima est baccarúmque fertilissima.
Fertiliter,pen.corr.Aduerbium {φιλοφόρως.} Plin.lib.10.cap.7, Rutam fertiuam tantum prouenire fertilius putant. Hoc est vberius.
Fertilitas,pen.corr.fertilitatis {φιλοφορία,πολυφορία.} Colum. Id enim non accidit palmitis fertilitate. Cæsar 2.bel. Gal.Fertilitas loci. Cic.1.de Diuinat.
Fertilitas,Vox est ita trita, vt vsu propè detrita sit, quæ tamen nescio quid aliud quàm in quotidiano & domesticovsu nobis apud Ciceronem ostendit 2. Tusculana. Locum proferam;Illi autem voluerunt nihil horum simile apud Lacænas virgines, quibus magis palæstra, Eurotas, sol,puluis , labor,militia in studio est , quàm fertilitas barbara. Ego hic fertilitatem puto delicias ornatus luxúmq; significare , quibus Troianorum & Medorum nurus & virgines ornatæ magnificè comptæque erant , vt quemadmodum fertilitas in solo feraci & fœcundo dicitur frugum copias generare: ita fertilitas dicatur in illis quæ cultum vestitúmque eximium gestant,geminísq; & margaritis,torquibus & catenis aureis ornatæ sint. Ex Turnebo.
Ferentarius,ferentarij,m.g.Ferentarij,Milites leuis armaturæ,vt ait Festus:auxiliatores , à ferendo auxilio , vt quicquid opus esset , auxilio ferrent,excursu leues,armis grauibus non impediti , sed ense & telis tantùm instructi. Vel dicti sunt ferentarij, teste Varrone , quòd fundis lapidibúsque pugnabant:quæ tela feruntur,non tenentur. Sallust. in Catil.Postquam eò ventum est vnde à ferentariis prælium committi posset. Cato eos ferentarios dixit , qui tela ac potiones militibus pugnantibus ministrabant. Hi & velati vocabantur , vt inquit Festus:quòd vestiti inermes sequerentur exercitum. Hæc ferè ex Festo & Nonio.
Ferentarius amicus,Qui fert auxilium.Plaut.Trin.8,
-nam illum tibi ferentarium esse amicum
Inuentum intelligo. Id est,auxiliarium,subsidiarium,qui tibi egenti subinde opituletur,velut diues pauperi.
Fercu-ũ,ferculi,pen.corr. {ἐφέστιον,εἴδωμα.} Dapes dicuntur: quia in mensam ferantur. Iuuenal.sat.2,
-quis fercula septem
Secreto cœnauit auus? Nonius, Ferculum dicitur missus carnium. Petronius Arbiter,Postquam ferculum allatum est.
Pagana fercula.Propert.lib.4.eleg.4.
Fercula nullis ornata macellis. Iuuenal.satyr.11.
Multáque de magna supereſſent fercula cœna. Horat.2.Sermon. satyra 6.
¶Ferculum,Gestamen, quo pompa ferri solet. Sueton in Cæsare, Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum,Veni,vidi,vici. Hoc nomine cõtinentur simulacra deorum, spolia hostium,coronæ,machinæ,& id genus alia,quæ ferri solent in pompa trium phali:sicut fercula ludorum , quæ in ludis:& fercula sacrorum,quæ in sacris ferebantur. Liu.1.ab Vrbe,Spolia ducis hostiũ cæsi suspensa fabricato ad id aprè ferculo gerens , in Capitolium ascendit.
Nobile ferculum.Senec.Herc.OEth.2.
¶Fercula,Aeron etiam docet esse pulpita super quibus deorum simulacra reposita erant : quia in pompa Circensi , hoc est celebritate ludorum Circensium,huiusmodi simulacra deorum ferebantur.Cic. 1.Offic.Cauendum est ne tarditatibus vtamur in ingressu molliioribus,vt pomparum ferculis similes esse videamur.
¶Ferculum interdum vas est ad ferendum obsonium, vel pulmentarium. Annotauit Bayf.de culinariis exactè disserens.
Feretrum,feretri.pen.corr. {φέρετρον} Lectus , vel quid aliud simile quo mortuus ferri solet , qui & alio nomine capulus dicitur à capiendo: seu in quo aliquid cũ pompa fertur. Plin.lib.7.cap.52,Varro quoque author est xx. viris agros diuidẽtibus Capuæ, quendam qui efferretur feretro,domum remeasse pedibus. Vide PHERETRVM.
Puerile feretrum.Stat.2.Sylu.1.
FERONIA {φερωνία} nemoris dea. à ferendis arboribus. Tradunt enim quum nemus eius aliquando fortuito arsisset incendio, & ob id transferre inde simulacrum incolæ vellent , subitò nemus euiruisse. Virgilius 7. Æneidos, -& viridi gaudens Feronia luco. Est hæc

etiam libertorum dea,in cuius templo raſo capite pileum accipiebãt. Plaut.in Amphit. Quod vtinam ille faxit Iuppiter,vt raſo capite portem pileum.

Dies Feronia.Silius lib.13.

¶Feronia etiam ciuitas ſub monte Soracte : in qua eiuſdem nominis dea erat:quam finitimi magna religione venerabantur.

¶Feronia, Fons fuit in Cãpania iuxta Tarracinam,qui aliquando Anxur eſt dictus. Sipontinus.

Ferox,ferocis,pen.prod.om.gen. {ἄγριος, αἰσθάδης} A fero, fers deriuatur:& ſignificat fortem, præanimoſum ad decertandum cum altero, & ad vim alteri faciendam , atque ad nocendum : vt ait Valla lib.4. Horat.in Odis,

Vrbes , gentéſque & Latium ferox. Salluſt.Ille animo feroci negat ſe fuſam toties Numidiam pertimeſcere.

Ferox, Sæuus , indomitus, à feritate , vt vult Nonius. Virgilius 4. Æneidos,

Stat ſonipes , ac fræna ferox ſpumantia mandit. Terentius Eunuch.3.1,

Eóne es ferox,quia habes imperium in beluas?

Ferocem fortaſſe ac arrogantem & infeſtum facit indulgentia, non mendacem, aut auarum, aut non amantem ſuorum. Cic.Attic. lib.10.303.

Reddit hominem ferociorem impotentiorémque victoria. Cic. Marcello,lib.4.9.

Nimium vehemens feróxque natura homo.Cic.in Vatinium.

Animi ferox. Tacit.lib.1.

Mentis ferox.Ouid.8.Metam.

Scelerum ferox. Tacit.lib.4.

Vnda ferocior.Ouid.epiſt.21.

¶Ætas ferox.Horat.2.Carm.ode 5.

Animus ferox.Seneca Medea,12.

Corda ferocia ponunt.Virg.1.Æneid.

Diſcordia ferox. Sil.lib.16.

Ferociſſimæ gentes.Plin.lib.33.cap.11.

Impetus feroces animo geris.Seneca Agamemn.3.

Lacertus ferox.Ouid.epiſt.4.

Manus ferox.Seneca Herc.OEth.4.

Populi feroces. Virg.1.Æneid.

Turmæ feroces.Virg.3 Georg.

Vagitus ferox.Claud.7.Paneg.

¶Ferox ſum illa re,dicitur,vt Illa re ſum fretus,vel arrogans.

Ferocior animo. Plaut.Milite,20,

Et quia tecum eram,propterea animo eram ferocior.

Bello erat ille ferox. Ouid.epiſt.3.

Corde ferox.Seneca Medea,7.

Ferox forma,Qui ob formam gloriatur.Plaut.Milit.21,

-nanque in ſtatione ſtat ſenex,

Vt adoriatur mœchum,qui forma eſt ferox.

Ferox fortunis. Accius, Neque vi tanta quiſquam eſt , neque tam abundans fortunis ferox.

Robore corporis ſtolidè ferox. Tacit.lib.1.de Agripp. Poſth.

Ferox victoria & viribus. Liu.1.ab Vrbe.

Virtute feroci exuperans, Id eſt fortitudine. Virg.12.Æneid.

Feroculus , pen.corr. Diminutiuum {ὑπαγρίου} Hirtius de bell.Aſiatic. lib.5,Quid tu inquit,miles tyro,tam feroculus es?

Ferocia, ferociæ {ἀγριότης} pro ferocitate. Cicero lib.6.de Repub.Qui comperit eius vim & effrænatam illam ferociam. Idem pro Lege agraria,Itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione & conſilio maiores noſtri ad inertiſſimum & deſidioſiſſimum otium perduxerunt.

Impetum gladiatoris ferociámque comprimere.Cicero de Aruſp. reſponſis.

Exuere ferociam. Tacit.lib.2,Per communes liberos orauit,exueret ferociam.

Ferocitas,pen.corr.ferocitatis {ἀγριότης.} Cic.1.Offic.Vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere ſoleant.

Ferocitas & audacia. Cic. in Vatinium , Ferocitatem tuam iſtam comprimerem,& audaciam frangerem.

Infirmitas puerorum,ferocitas iuuenum,& grauitas iam conſtantis ætatis.Cic.de Senect.

Victoriæ ferocitatem eximeſcere. Cic.pro Marcello.

Tantæ ferocitatis victorem eximeſcere. Cic.pro Deiotaro.

Reprimere ferocitatem alicuius.Cic.2.Offic.

Ferociter,pen.corr.Aduerbium {ἀγρίως.} Plaut.Amph.4.Nimis ferociter. Vide NIMIS. Liu.2.ab Vrbe. Idem 3.bel.Pun.Cum quo ferociſſimè pro Romana ſocietate aduerſus Punicum fœdus ſteterat.

Aſperè,ferociter , & liberè maledicta in aliquem dicere. Cic. pro Plancio.

Multo ferocius inquit.Cic.Qu.frat.lib.2.15.

Ferocio,ferocis,pen.prod.{ἀγριαίνω} ferocire,Ferocem fieri,& ſæuitiam exercere. Gellius lib.1.cap.11, Non immodicè ferocirent. Ouidius, Mox intractati more ferocit equi.

¶Ferocit,apud Catonem,Ferociter agit.Feſtus.

FERRARIA {σιδηρεία} Vrbs Italiæ ad Padum fluuium ſita. Nomen retinet. ¶Eſt & Ferraria, Hiſpaniæ promontorium, Carthaginem verſus,ſic ab accolis cognominatum , quòd ferrarias effoſſiones admodum feraces habeat. Vide Pomponium Melam in deſcriptione Hiſpaniæ lib.2. Oliuarius dicit nunc vocari *El Cabo de Martin.*

Ferrum,huius ferri {σίδηρος, αὐτὸς} à ferendo dicitur , vt nonnulli volunt : quòd in agros colendi gratia feratur. Vel à feriendo:quòd cætera eo feriantur , id eſt domentur. Plin.lib.12.cap.25, Ferro lædi vitalia odit.

Ferrum,per metonymiam materiæ , aliquando pro gladio accipitur. Cic.1.Tuſcul.In ſeruorum ferrum & manus incidiſſet. Sic pro Roſc.Amer.Vulneratus ferro Phrygio.

In ferrum atque in vincula conieci.Cic.7.Verr.

Æs atque ferrum , duelli inſtrumenta ſunt,non ſani. Cicero 2.de Legibus.

Pectus ferro durius. Ouid.epiſt.20.

Velox ferro. Stat.3. Thebaid.

Acies ferri. Virg.2.Æneid. Vide ACIES.

Gens ferri patiens.Sil.lib.3.

Rigor ferri. Virg.1.Georg.

Stridor ferri.Virg.6.Æneid.

¶Acutum ferrum.Virg.6.Æneid. Vide ACVO.

Aduncum.Ouid.9.Metam.

Candens. Lucret.lib.6.

Debile.Stat.10. Thebaid.

Duri robora ferri.Lucret.lib.2.

Graue.Seneca Octau.7.

Infandum.Lucan.lib.2.

Infeſtum.Ouid.epiſt.11.

Iniuſtum.Ouid.13.Metam.

Lethale.Iuuenal.ſat.15.

Nefandum.Ouid.8.Metam.

Hebes.Iuuenal.ſat.11.

Rigidum.Claud.de rap.Proſerp.

Ex ſolido tabularia ferro.Ouid.15.Metam.

¶Abſumere ferro aliquem. Virg.4.Æneid. Vide ABSVMO.

Accipere ferrum pectoribus. Sil.lib.10.

Acuere ferrum. Horat.1.Carm.ode 2.

Adegit ferrum in viſcera. Sil.lib.7.

Adactum ferrum per pectus. Ouid.6.Metam.

Aperire pectus ferro.Seneca Agamemn.4.

Applicatum ferrum, Vide APPLICO.

Ardens ferrum , Id eſt ſplendidum. Valer.1.Argonaut.

-ardenti Æſonides retinacula ferro

Abſcidit.

Gracili armata ferro. Seneca Hipp.4.

Armare ferrum veneno. Vide ARMO.

Ancipiti ferro cædere aliquid. Lucret.lib.6.

Cæſus ferro. Seneca Octau.17.

Imbelle ferrum capeſſere.Valer.1.Argon.

Cernere ferro.Vide CERNO.

Collapſus ferro. Virg.4.Æneid.

Inſtructi,& certis locis cum ferro homines collocati. Cicero pro Cecinna.

Compeſcere culpam ferro. Virg.3.Georg.

Condit ferrum ſub aduerſo pectore.Virg.12.Æneid.

Coniectum in guttura ferrum preſſit. Ouid.3.Metam.

Confumere ferrum pectore. Hoc eſt,accipere. Stat.12. Thebaid.

Conuellere aliquid ferro. Virg.6.Æneid.

Conuertere ferrum ab vno in alium.Ouid.8.Metam.

Lato criſpans haſtilia ferro.Virg.1.Æneid.

Decernere ferro. Virg.12.Æneid. Vide DECERNO.

Defringere ferrum.Virg.11.Æneid.

Demetere aliquid ferro. Horat.1.Serm.ſat.2.

Demittere ferrum in artus.Ouid.4.de Ponto,eleg.16.

Detegere ferrum,Euaginare.Lucan.lib.3.

Diſtringere in mortem alicuius ferrum. Tacit.lib.14.

Ducere ferrum vagina.Ouid.4.Faſt.

Funera dare ferro.Virg.8.Æneid.

Dedit obuia ferro pectora.Virg.12.Æneid.

Elicere ferrum è terræ cauernis , rem ad colendos agros neceſſariam. Cicero 2.Nat.deor.

Eripere ferrum vagina. Virg.6.Æneid.

Excindere portam ferro.Virg.6.Æneid.

Excipere ferrum aduerſo pectore. Seneca Agamemn.4.

Excutere ferrum alicui. Lucan.lib.1.

Exigere ſpiritum ferro, Vitam ſibi eripere , Se occidere. Seneca OEdip.14.

Exegit ferrum per viſcera domini. Lucan.lib.2. Ouid.epiſt.9.

Exoluere brachia ferro. Tacit.libro 15, Eodem ictu brachia ferro exoluunt.

Fœdare aliquem ferro.Virg.3.Æneid.

Fodere vterum ferro. Tacit.lib.14. Hic eſt,hic eſt fodiendus ferro.

Verba Agrippinæ vterum oſtendentis. Seneca Octau.6.

Gliſcere ferro. Stat.12. Thebaid.

Hauſit pectora ferro. Ouid.8.Metam.

Iacet ferro meus coniux. Seneca OEdip.14.

Mordaci icta ferro pinus. Horat.4.Carm.ode 6.

Immori ferro. Seneca Herc.OEth.7.

Impulit ferrum in meos penates. Ouid.12.Metam.

Incumbere ferro. Ouid.14.Metam.

Oppoſito ferro ſemet induere , Id eſt irruere in ferrum. Seneca OEdipo,4.

Acuto ferro faces inſpicat. Virg.1.Georg.

Inſtructi ferro.Virg.12.Æneid.

Interimi ferro. Quintil.lib.3.cap.8 , Qui in legatione ferro ſunt interempti.

Cum ferro aliquem aduenientem inuadere.Cic.pro Cecin.

Irruimus ferro. Virg.3.Æneid.

Lacerare ferro aliquem. Horat.3.Carm.ode 27.

Laceſſere aliquem ferro. Virg.12.Æneid.

Scabie & rubigine ferrum lædere. Virg.2.Georg.

Nigro liuentia ferro crura.Claud.2.in Eutrop.

Mactare hoſtiam ferro.Virg.3.Georg.

Maculatum ſanguine ferrum.Ouid.15.Metam.

Mergere ferrum iugulo.Seneca Agamemn.13.

Igni ferróque patriæ minitari.Cic.14.Philipp.

Agrum ferro & flammis mitigat.Horat.2.epiſt.2.

Moliri

Moliri ferrum in aliquem. Ouid.3.Faſt.

Ignis ferrum mollit. Horat.1.Serm.ſat.4.

Mori ferro.Senec.Octau.6.

Nocens ferrum. Ouid.1.Metam.

Obſiſtere ferro ne quis accedat. Cic.pro Cecinna.

Occiſus ferro. Quintil.lib.6.cap.1.

Occumbere ferro. Ouid.12.Metam.

Temerando ferro non parcere. Lucan.lib.1.

Patefacere viam ferro. Tacit.lib.13,Et animi ferox , inter obſtantes & armatos,ferro viam patefecit.

Perfuſum ferrum gemina cæde. Senec. Thyeſte,8.

Petere aliquem ferro. Ouid.13.Metam.

Petita ferro bellua.Horat.Epod.5.

Recludere pectus ferro. Senec. Troad.10.

Reformidare ferrum. Quintil.lib.2.cap.4.Quod etiam ruſticis notum eſt,qui frondibus teneris non putant adhibendam eſſe falcem, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati poſſe.

Reponere ferrum. Stat.9.Thebaid.

Reſcindere aliquid ferro. Virg.3.Georg.

Reſerare pectus ferro. Senec.Octau.6.

Reſoluit iugulum ferro. Ouid.6.Metam.

Retundere ferrum iugulis,Hebetare. Lucan.lib.6.

Retuſum ferrum. Virg.2.Georg.

Rubens igne ferrum. Ouid.12.Metam,

Satiare ferrum ſanguine. Ouid.5.Faſt.

Secare collum ferro.Virg.9.Æneid.

Nudo ferro ſequi aliquem. Ouid.6.Metam.

Sequi extrema ferro. Virg.6.Æneid.

Splendenti lancea ferro.Ouid.3.Metam.

Sternere ferro aliquem.Seneca Troad.6. Horat.2.Serm.ſatyra 3.

Stringere ferrum.Stat.8.Thebaid.

Superare ferrum duritia. Ouid.epiſt.2.

Inerti ferro tentare aliquem. Claud.de bel.Get.

Traiecta ferro pectora. Virg.1.Æneid.

Nullo violabere ferro.Ouid.5.Metam.

Ardenti vritur ferro.Iuuenal.ſat.14.

Ferreus , Adiectiuum {σιδηρῆς} Quod eſt ex ferro. Plin.lib.10.cap.42, Piſcacus verberatur radio ferreo.

Fabricam ferream inuenere Cyclopes. Plin.lib.7.cap.56.

Ferrei coloris atque duritiæ marmor.Plin.lib.36.cap.7.

Ager ferreus horret haſtis. Virg.11.Æneid.

Annulus ferreus.Ouid.1.de Arte.

Bella ferrea. Ouid.epiſt.13.

Clauſtris ferreis cohibere portas.Senec.Thyeſt.7,

Enſis ferreus. Lucret.lib.5.

Imber ferreus. Virg.11.Æneidos,

-it toto turbida cælo

Tempeſtas telorum,ac ferreus ingruit imber.

Mucro ferreus.Virg.11.Æneid.

Seges ferrea telorum.Virg.3.Æneid. Idem 12.

Turris ferrea. Virg.6.Æneid.

¶Ferreus,per tranſlationem,pro Duro & inexorabili.Cic.ad Trebonium,lib.15,Ferreus eſſem ſi te non amarem.

Ferreus qui fratris chariſſimi atque amãtiſſimi præſentis mœrore non mouetur. Cic.4.in Catil.

Ferus ac ferreus.Cic.ad Qu.frat.lib.1.3.

Durus,ac ferreus,inhumanus.Cic.7.Verr.

Patiens & ferreus.Iuuenal.ſat.1.

Decreta ferrea veterum ſororum. Ouid.15.Metam.

Iura ferrea. Virg.2.Georg.

Ferreum negotium. Plaut. Perſ.2.

Os ferreum. Cic.in Piſonem.

Præcordia ferrea. Ouid.epiſt.12.

Ferreus ſcriptor. Cic.1.de Finib.De quo Licinius,ferreum ſcriptorem,verùm opinor ſcriptorem tamen,vt legendus ſit.

Secula ferrea. Tibul.lib.2.eleg.3.

Somnus ferreus,Mors.Virg.12.Æneid.

Sors ferrea vitæ.Ouid.5.Triſt.eleg.4.

Vox ferrea.Virg.2.Georg.

Ferrarius,Adiect. {σιδηρεικὸς} Quod ad ferrum attinet.

Ferrarius faber. Plin.lib.14.cap.4.

Ferraria officina. Plin.lib.13.cap.23. Idem lib. 8.cap.57.

Ferrarium metallum. Plin.lib.34.cap.14.

Ferraria aqua , Qua vtuntur fabri ferrarij ad extinguendum candens ferrum. Plin.lib.28.cap.16,Quidam vrinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miſcent.

¶Ferraria,abſolutè {σιδηρεία} fodina ex qua ferrum extrahitur. Cæſar 7.bel.Gal.Apud eos magnæ ſunt ferrariæ. Liu.4.bel.Maced. Pacata prouincia , vectigalia magna inſtituit ex ferrariis , argentariſque.

Ferrarius, Subſtantiuum. Firmicus lib.4.cap.7,Coquos,ferrarios,atque ex igne vel ferro artes ſuas officiáque complentes.

Ferratilis, & ferratile. Hinc Genus ferratile, in Plauti Moſtellaria legimus de ſeruis dici,qui compedibi habentur, hoc eſt qui annulatis cruribus atterunt aſſiduè ferrum. Verſiculi Plauti ſunt hi,

Cis hercles paucas tempeſtates Tranio

Augebis ruri numerum,genus ferratile.

Ferratus,pen.prod. Adiectiuum {σιδηρωτὸς} Cui ferrum inditum & applicatum eſt. vt Ferrata haſta. Liu.1.ab Vrbe. Et apud Plinium lib. 36.cap.23,Ferratis vectibus. Et apud Columellam lib.10,Ferrato robore palæ. Virg.3.Georgicorum,

Vndique eam tergo ferratos ſuſtinet orbes.

Agmina ferrata.Horat.4.Carm.ode 14.

Ferrata calce cruentat cornipedem.Sil.lib.17.

Portæ ferratæ. Stat.10. Thebaid.

Ferramentum {σιδήρεον} Inſtrumentum ferreum. Cic.1.de Nat.deor.

Quæ molitio,quæ ferramenta,qui vectes,quæ machinæ,qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Budæus.

Ferramenta agreſtia. Liu.1.ab Vrbe.

Ferramenta vetera. Colum.lib.2.cap.4.

Ferramenta fabrorum. Horat.1.epiſt.1.

Ferramentarius.Firmicus lib.3.cap.13.ſub finem. In Solis verò aut Lunæ domo,facient æratios,ferramentarios,ſtatuarios,&c.

Ferrugo,pen.prod.ferruginis {ἰὸς σιδήρου} Rubigo ferri. Plin.lib.23.cap. 8.Sudor virgæ, corni arboris, lamina ferrea candente exceptus, non contingente ligno,illiráque inde ferrugo incipientes lichenas ſanat.

¶Ferrugo,per tranſlationem,compreſſæ purpuræ color rufus, nigrioris ruboris,quaſi violacei,vulgò *morellum* dicunt, ſimilitudine coloris ferri,dum eſt rubiginoſum. Virg.lib.8,

Pictus acu chlamydem,& ferrugine clarus Ibera. Vbi Seruius,Ferrugo.inquit,coloris genus eſt,qui vicinus eſt purpuræ ſubnigræ. Donatus verò: Alio loco, Tyrióque ardebat murice lena. ſed illic purpura ſignificata eſt confecta ex murice , hîc autem ferruginem dixit ærij coloris. Hæc Donatus. Plinius lib.15.cap.10, Veſtitos alia ferruginis tunica.

Atra ferrugo. Ouid.15.Metam.

Dulci violas ferrugine pingit.Claud.2.de raptu Proſ.

Animus purus mala ferrugine. Ouid.ad Piſonem.

Obſcura ferrugo.Virg.1.Georg.

Peregrina ferrugine clarus & oſtro.Virg.11.Æneid.

Ferrugineus, Adiectiuum {σιδηρωδικὸς} Quod eſt coloris ferruginis,qui etiam color caſtaneus dicitur.Plaut.Milit.16,

Palliolum habeas ferrugineum. Plin.lib.29.cap.6, Et ferrugineas maculas habentes. De lacertis.

Ferrugineum colorem , inquit Nonius, ferri ſimilem eſſe volunt. Verè autem ferrugineus color ceruleus eſt.Virg.Georg.lib.4,

Et ferrugineos hyacynthos. Plaut.Milite,

Palliolum habeas ferrugineum , nam is colos thalaſſicus eſt. Hæc Nonius.

Amictus ferrugineus.Claud.2.de raptu Proſerp.

Cymba ferruginea Charontis. Virg.6.Æneid. Id eſt nigra,triſtis, Seruius.

Nemus ferrugineum. Stat. 2. Thebaid. Id eſt , horridum. Lactantius.

Sapor ferrugineus. Plin.lib.31.cap.10 , Tungri ciuitas Galliæ fontem habet inſignem , plurimis bullis ſtellantem , ferruginei ſaporis: quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur.

Ferrumen,pen.prod.ferruminis,n.g.quaſi gluten , iunctura ſeu ligatura,quæ ex ferri excrementis vel ramentis,vel quauis alia materia fieri ſolet. Plin.lib.36.cap.22, Ruinarum vrbis ea maxima cauſa , quòd furto calcis ſine ferrumine ſuo cæmenta componuntur. Ferrumen in auro , chryſocolla vocatur agglutinando auro , inquit Plin.lib.33.

Ferrumino.ferruminas,pen.corr.{συνάπτω} ferruminãre,Conglutinare, quando conglutinatio fit ex ipſa materia quæ conglutinatur. Pompon.in l.Quicquid. D.de Acquirendo rerum dominio , Si tuum ſcyphum alieno plumbo plumbauerit , alienóve argento ferruminauerit:nõ dubitatur,ſcyphum tuum eſſe, & à te rectè vendicari. Plinius lib.27.cap.43,Fabuloſa arbitror quæ adiiciuntur : recente ea ſi vratur, ferrũ aut æs ferruminari. Idem lib.31,de aquis marinis,cap.6,Quæ caleſiunt ad neruorum dolores , ferruminant & fracturas , oſſáque contuſa. Idem lib.36,cap.28 , Vitrum ſulphuri concoctum ferruminatur in lapidem. Idem lib 35.cap.15, Calcis quoque vſum bitumen præbuit,ita ferruminacis Babylonis muris.

Ferruminatio,Verbale {συναφή.} Paulus in l.In rem actio.6. Item quæcunque.D de rei vendicatione,Ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem,plumbatura verò non idem efficit.

Fertilis,Fertilitas,Fertiliter,Vide FERO.

FERTINI, Populi Rætorum in Iſtria, quorũ meminit Plin.lib.3.cap.19.

Fertum,Genus libi , à ferendo dictum : quòd ſæpe ad ſacra ferebatur. Author Feſtus. Perſ.ſat.2,

Attamen hic extis & opimo vincere ferto

Intendit. Id eſt pingui libo:vel fertili,copioſo, & abundanti ſacrificio. Alij ſic dictum putant, quòd pluribus variiſq; rebus fartum ſiue farctum eſſet. Vide fartum in FARCIO. Alij ſcribunt Ferctum.

Fertum Ioui moueto & mactato ſic. Cato cap.134. Verus codex habet ferctum.

Fertus, ferta, fertum, Idem quod fertilis:vt Ferta arua & frugifera. Cic. in Orat.Ex antiquo poeta.

Ferueo,ferues,ferui & ferbui {ζέω,ζεμάω} feruère,Ex incendio calere, bullire.

Æquor feruet.Virg.1.Georg.

Cor mero feruet.Ouid.2.Faſt.

Lingua mero feruet. Ouid.2.Faſt.

Feruet vinũ quum ex muſto in vinũ trãſit. Plin.lib.14.cap.9. Bud.

Mare feruet aquis.Ouid.epiſt.17.

Æſtu feruet pelagus.Cic.3 de Orat.

Pontus vertigine feruet. Ouid.11.Metam.

¶Feruere item,moleſtiis quibuſcunque perturbari,ferri & agitari. Martial.lib.2.63,

Fora litibus omnia feruent.

Feruet opus.Virg.1.Æneid.

Opere omnis ſemita feruet. Virg.4.Æneid.

Feruere & ferri auaritia.Cic.pro Quintio, Vſque eò feruet fertúrque auaritia,vt de ſuis commodis velit aliquam partem amittere.

Lethi feruebat amore.Silius lib.17.

Pectus auaritia,miſeráque cupidine feruet. Horat.1.epiſt.1.

Feruere ab ira.Ouid.2,Metamorphoſeos,

-vtque animus tumida feruebat ab ira, Arma aſſueta capit.

Irâ totus feruet.Senec.Herc.fur.11.

Feruo,feruis,ferui {ζέω} féruere,pen.corr. Idem. Terent.Adelph 4.1, Quum feruit maximè,tam placidum quàm ouem reddo. Virg.lib. 3.Georgicorum,

Omnia tunc pariter vento nimbíſque videbis
Feruere. Idem,Feruere cæde noua. Propertius,
Incipit & ficco feruere terra Cane. Valer.lib.7. Argon.
Atque iterum manifeſtæ ſe feruere cæde Lacenæ Credit.
Feruere Leucaten,auróque effulgere fluctus. Virg.8.Æneid.
¶Feruat,pro Ferueat. Pompon.Fullonibus,Facite vt ignis feruat,ligna inſtipite,ſar concidite. Nonius.
Feruens,feruentis {ζέων} Quod bullit,aut calidum eſt. Plautus Curcul. 10,Quaſi aquam feruentem frigidam eſſe, ita vos putatis leges. Et Colum.lib.12.cap.50,Feruentiſſima aqua.
Lucri cupidine feruens. Claud.1.in Ruffin.
Feruentem flagris facere. Plaut.Amph.14,
Quem pol ego hodie ob iſthæc dicta faciam feruentem flagris.
Feruens guſtu radix. Plin.lib.12.cap.12, Radix coſti guſtu feruens, odore eximio.
¶Feruentiſſimus æſtus.Plin.lib.31.cap.3.
Feruens animus. Cic. 1. Offic.Nam fortis animus & magnus in homine non perfecto nec ſapiente feruentior plerunque eſt.
Aqua feruens. Cic.3. Verr.
Aquis feruentibus mollit artus. Ouid.1.Metam.
Feruentes foculi. Plaut.Capt.13,
Laridum atque epulas foueri foculis feruentibus?
Feruentes horæ diei,pro Meridianis.Plin.lib.17. cap.22.
Iecur feruens. Horat.1.Carm.ode 13.
Rapido feruentius amni ingenium.Horat.1.Serm.ſaty.10.
Feruentiſsima natura.Colum.lib.12.cap.15.
Feruens pauimentum,Quod feruore balinearum incalueràt.Plin. epiſt.58, Laudabatur in villa Formiana: repentè eum ſerui circunſiſtunt:alius fauces inuadit,alius pectus & ventrem, alius os verberat: & quum exanimem putarent, abiiciunt in feruens pauimentum, vt experirentur an viueret.
Rota feruens.Ouid.1.de Ponto,eleg.9.
Sanguis feruens.Sil.lib.17.
Vndæ feruentes æſtibus.Ouid.14.Metam.
Vulnus feruens.Ouid.4.Metam.
Feruenter, Aduerbiũ {ζέοντως.} Cælius Ciceroni,lib.8.8, Et de damnatione feruenter loqui eſt cœptum.
Ferueſco,ferueſcis {ζέεσθαι} ferueſcere.vt Terræ ferueſcunt ſole. Lucret. libro 6.
Ventus mobilitate ſuâ ferueſcit.Lucret.lib.6.
Feruefacio,feruefacis,pen.cor.{ζεστοποιῶ}feruefeci,pen.prod.feruefactũ, feruefácere, Facere feruere, ſeu bullire. Cato de Re ruſt. Et portionẽ polentæ eodẽ addito,& oleum poſtea feruefacito. Et apud Plin.lib. 20.cap.3,Feruefactum vinum.
¶Feruefacere,Calidum facere.Plaut.Pſeud.13,
Bæ ipſæ ſe patinæ feruefaciunt illico. Sic feruefacta iacula, Cæſar 5. bel.Gal.
Feruidus,pen.corr.Adiectiuum {ζεστὸς} Idem quod feruens & maximè calidus. Cic.2. de Nat.deor.Iam verò reliqua quarta pars mundi, & ea ipſa tota natura feruida eſt. Hoc eſt ardens maximé.
Æſtus feruidus. Horat.1.Serm.ſat.1.
Cinis feruidus.Senec.Troad.2.
Flamma feruida. Horat.Epod.17.
Spuma feruida. Ouid.8.Metam
Vina feruida.Horac.2.Serm.ſat.8.
¶Feruidus, Diligens, ac vehemens. Liuius 7. bel. Pun. Cum toto eo bello damnoſa præpropera ac feruida ingenia imperatorum fuiſſe.
Feruidus furto. Virg.9.Æneidos,
-hic furto feruidus inſtat.
Ingenio feruidus.Ouid.14.Metam.
Adoleſcentia feruida. Senec.Octau.8.
Feruidi animi vir.Liu.2.ab Vrbe.
Bella feruida.Sil.lib.3.
Cura feruida.Tibull.lib.4.eleg.11.
Dicta feruida. Virg.12.Æneid.
Feruidum quoddam & petulans & furioſum genus dicendi. Cic. de Clar.Orat.
Feruida oratio. Cic.de Claris Orat.Appij Claudij volubilis, ſed paulo feruidior erat oratio.
Virtus feruida. Catull.Argon.59.
¶Feruidus,cum genitiuo. Sil.lib.17,
Feruidus ingenij Maſaniſſa, & feruidus æui.
Feruidè,pen.corr.Aduerb.{ζεστῶς.}Plaut. Trucul.8,
-feruidè vt tota floret,vt oleum Nitidè nitet.
Feruor,feruoris {ζέσις} Calor vehemens. Plin.lib.11.cap.23, Indi furantur æſtiuo feruore aurum erutum à formicis tempore hyberno.
Ætatis feruor.Cic.de Senect.
Maris feruor.Cic.de Prouinc.Conſul.
Mentis feruor.Cic.1.de Orat.
Pectoris feruor Horat.1.Carm.ode 16.
Igneus feruor.Vide IGNIS.
Nimium pronus feruor.Claudian.de bello Get.
Siccis aer feruoribus vſtus.Ouid.1.Metam.
Acceſſit feruor capiti. Horat.2.Serm.ſat.1.
Nimiis torret feruoribus ætherius ſol.Lucret.lib.5.
Inſidet in venis & medullis feruor. Vide INSIDEO.
¶Feruores, aſtra dixit Vitruuius. Faciat, inquit, in his feruoribus retentiones. Aliàs huic & Ciceroni feruor eſt æther & calor. Turnebus.
Ferula, huius ferulæ, pen.corr. {ῥαφανὶς} Herba quæ Græcis narthex dicitur, ſoli Aphricæ cognita: fœniculo ſimilis foliis & caule, niſi quòd caulem habet multo altiorem & craſſiorem, vnde Clearchus ferulam eſſe dixit lignum & non lignum: tum propter craſſitudinem caulis, tum quia caulis intus eſſet medulloſus quemadmodum fœniculus, atque idcirco minus ſolidus & compactus. quapropter to

caule vtebantur magiſtri ludi literarij apud antiquos ad feriendos pueros. Plinius libro 13.capite 22, Ferula caliclis naſcitur locis, atque trans maria,genicularis nodata ſcapis. Duo eius genera,Narthece Græci vocant,aſſurgẽtem in altitudinem: Nartheciam verò ſemper humilem, à genibus exeuntia folia maxima, vt quæque terræ proxima. Cætero natura eadem quæ anetho, & fructui ſimilis. Nulli fruticum leuitas maior, ob id geſtata facilius baculorum vſum ſonectuti præbet. Colum.lib.3.de arboribus,cap.22.ad finem.
Cædere ferula. Horat.1.Serm.ſat.3.
Florentes ferulæ.Virg.10.ecloga,
Florentes ferulas & grandia lilia quaſſans.
Frangere ferulas dicitur, in quo ferulæ franguntur. Iuuenalis ſatyra 6,
-hic frangit ferulas,rubet ille flagellis.
Ferulæ manum ſubduximus,Id eſt nos quoque literas didicimus, & præceptorum opera vſi ſumus. Nam antiquitus literatores diſcipulorum manus ferula cædebant. Hinc Martialis lib.14.85,de ferula. Idem lib.10 62.
Ferulæque triſtes,ſceptra pædagogorum
Ceſſent. Notauit id eleganter Colum.in carmine, Nec manibus mites ferulas. Item, -ferulæque minaces
Plantantur. Iuuenal.ſat.1,
Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus.
Ferulæ etiam aptæ continendis oſſium fracturis. Celſus libro 8. cap.10.Budæus.
¶Ferula eſt quod Paul.Ægineta lib.6.παράδειγμα dicit, id eſt leuis illa lignea tabula,quæ fractis oſſibus ſolet circumponi. Nunc ſolẽt chirurgi ex denſiori papyro ferulas illas facere.
Accõmodare ferulas, vulgus chirurgorum dicit *mettre des tringles, eſclifſes ou atteles.* Vide ACCOMMODO.
Ferulaceus,Adiectiuum {ῥαφανοειδὴς} In modum ferulæ, vel ferulæ ſimilis. Plin.lib.15.cap.7, Et in Hiſpania prouenit repentè altitudine oleæ,caule ferulaceo. Idem libro 18.cap.7.
Ferus oculus,Herba eſt,Aſyla aliter dicta, quam in remedio pecora quærunt, ſiquando anagallida fœminam guſtauerint. Vide Plin.lib. 25.cap.13.
FESCENNINVM, Oppidum Campaniæ, inquit Seruius, vbi nuptialia inuenta ſunt carmina. Plinio Feſcennia Herruriæ ciuitas dicitur: cuius populi ducunt originem ab Athenienſibus. Virgilius 7.Æneidos,
Hi Feſcenninas acies,æquóſque Faliſcos.
Feſcennini verſus, dicebantur qui in nuptiis canebantur. Dicti quòd ex vrbe Feſcennina allati eſſent:ſiue quòd faſcinũ putanturarcere. Hæc Feſtus. Liu.7.ab Vrbe,Qui nõ ſicut antè Feſcennino verſu ſimilem incompoſitum temere,ac rudem alternis iactebant.
Erant hi verſus omni obſcœnitate & opprobriis pleni. Macrob. lib.2.Satur. Temporibus triumuiralibus Pollio quum Feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet,ait, At ego taceo: nõ eſt enim facile in eum ſcribere qui poteſt proſcribere. Budæus.
Licentia Feſcennina. Horat.2.epiſt.1.
Feſcennina locutio. Catull.in Epithal.Iuliæ,56.
Feſnoæ,vocabantur,qui depellere faſcinum credebantur. Alij legunt Feſceninæ,vel Faſcennonca. Ex Feſto.
FESSONIA dea apud veteres colebatur, vt feſſos iuuaret: ſicut Pellona placabatur,vt hoſtes depelleret. Vtriuſque meminit Auguſt. lib.4.de Ciuit.Dei.
Feſſus,Adiect. {ἀπειρηκώς,καμμικὼς} à Fero,fers deriuatum,hoc eſt fatigatus:quoniam qui continuè ferunt onera, facilè fatigantur. Dicitur autẽ tam de animo quàm de corpore,authore Valla lib.4. Virg. 2.ecloga, Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu. Sic Plin.lib.7. cap.52,Puerum æſtu & itinere feſſum.
Feſſus de via.Cic.1.Acad.
Ætate feſſus. Virg.2.Æneid.
Feſſus bello.Cic.1.de Diuinat. Virg.2.Æneid.
Curſu feſſus.Liuius 1.ab Vrbe.
Viarum errore feſſus. Silius lib.15.
Inedia fluctibúſque feſſum recreare. Cic.pro Plancio.
Luctu feſſa. Ouid.14.Metam.
Plorando feſſus. Hirtius Ciceroni in Epiſtol. ad Atticum,lib.15.
Studiorum pondere feſſus. Ouid.ad Piſonem.
Videndi ſatietate feſſus.Lucret.lib.2.
Valetudinibus feſſus. Tacit.lib.19, Circo quoque ac theatris,& amœnitate vrbis emollitos,aut valetudinibus feſſos.
Via feſſus. Ouid.14.Metam.
Feſſus vita. Plin.lib.5.cap.17.
Feſſus vulnere.Feſſus curſu. Liu.1.ab Vrbe.
Feſſus rerum. Virg.12.Æneidos,
Tum Cererem corruptam vndis,Cerealiáque arma
Expediunt feſſi rerum. Vbi Seruius, Feſſi rerum,hoc eſt penuria fatigati. Et feſſus generale eſt. dicimus enim Feſſus animo: vt Virgil.8. Æneidos,
-ter feſſus valle reſedit. nimirum, egens conſilij. Et feſſus corpore:quod magis eſt proprium. Et feſſus rerũ,à fortuna venientiũ. Hactenus Seruius. Feſſi rerũ, inquit Turnebus,ſunt fatigati naufragij calamitate & rẽpeſtatis iactatione: ſic dixit,ſunt lacrymæ rerum, Id eſt calamitatum & rerum aduerſarum.
¶Artus feſſi. Virg.2.Æneid.
Caput feſſum viridi ſummiſit in herba.Ouid.3.Metam.
Corpora feſſa. Virg.4.Æneid.
Dies feſſa.Stat.2.Sylu.2.
Genis feſſis obrepſit ſomnus.Senec.Troad.6.
Latus feſſum depone ſub lauru mea. Horat.1.Carm.ode 7.
Membra feſſa.Ouid.epiſt.4.
Feſſæ naues.Virg.5.Æneidos,
Quóque magis feſſas optem dimittere naues. Vbi Seruius, Feſſas naues,pro nos feſſos.

Oculos

Oculos feſſos furari labori.Virgil.5.Æneid.
Pectus feſſum curis.Seneca Hippol.2.
Senectus feſſa.Lucan.lib.2.
Viator feſſus.Horat.1.Serm.ſatyr.5.
Virtus feſſa.Seneca Hippol.7.
Vox mihi feſſa loquendo.Ouid.3. Triſt.eleg.3.
FESTI {ὄρος τι} Locus erat in ipſis vrbis Romæ primordiis appellatus, intra quintum ab vrbe & ſextum lapidem, vbi Romani tunc terminus monſtrabatur agri. Vide Strab.lib.5.
Feſtino, feſtinas, pen. prod. {σπεύδω,σπείρω,σπαράζω,θέω,σπήχω} feſtinãre,Properare,& accelerare greſſum. Plaut.Epid.2. Idem Aſin.5, Remigio velóque quantum poteris feſtina & fuge. Cic. ad Attic. lib.14.3.9, Eros autem feſtinauit, vt ad me literas Dolabellæ perferentur. Terent.Heaut.1.1,
Video alios feſtinare,&c. Virgil.2.Æneidos,Feſtinate viri.
Properare & feſtinare.Cic.9.Philipp.
Feſtinat ad vrbem.Plin.de Viris illuſtr. Plin.lib.7.cap.20,Feſtinat ad fratrem.
Ad cuentum feſtinare.Horat.de Arte.
In aliquem locum feſtinare. Quintil.lib.6. cap.3, At M.Cælius de illa C.Lælij, Collegæque eius in prouinciam feſtinantium contentione.
Nihil feſtinare, Vide NIHIL.
Animus feſtinat ad aliqua.Cic.2.Philipp.
Ad ſingulare alicuius factum feſtinat oratio.Cic.1.Philipp.
Eſſeda feſtinant,pilenta,petorita,naues.Horat.2.epiſt.1.
¶Feſtinare,Feſtinanter conficere.Ouid.11.Metamorphoſeos,
-& iam,quas induat illa Feſtinat veſtes
Fugam feſtinare.Virgil.4.Æneid.
Mortem in ſe feſtinauit. Tacit.lib.4.
¶Feſtinare,Properare,turbari,trepidare. Salluſtius,Feſtinantibus in ſumma inopia patribus. Terent.Adelph.2.3,
-quid feſtinas mi Geta? Animum recipe. Donatus.
¶Feſtino effugere.Plinius lib.9.cap.8. Quintil.lib.9.cap.4,Finem imponere egreſſo dicſtinatum modum volumini feſtino.
¶Feſtinare & Properare vetereς voluerunt inter ſe differre. Cato in oratione quam de ſuis virtutibus ſcripſit, Aliud eſt properare, aliud feſtinare. Qui vnũ quid maturè tranſigit,is properat: qui multa ſimul incipit, neque perficit, is feſtinat. Verùm vtrorunque verborum ratio ſub hac ſignificantia proxima eſt veritati, vt ſit ſæpe animi (properare) ſtudioſe ad res aliquas contendentis: Feſtinare corpore neceſſitatibus obſequendi. Virgil.4.Æneidos,
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum. Idem 2.Æneidos, Feſtinate viri:nam quæ tam ſera moratur
Segnities? Nonius.
Feſtinor, pen. prod. {σπεύδομαι} Paſſiuum. Tacit.de Moribus German. Nec virgines feſtinantur. Id eſt,citò ad coniugium abripiuntur.
Feſtinans, Participium {σπεύδων.} Plin.in Paneg.Ad hoc ætatis indefeſa maturitas, nec fine quodam munere deũm feſtinantis ſenectutis inſignibus ad augendam maieſtatem ornata cæſaries.
Feſtinatus,pen.prod.Participium {σπουσθείς.}Plin.in Paneg.Quinimò feſtinatis honoribus amplificat atque auget,&c.
Calor feſtinatus.Claud.4.Paneg.
Honores feſtinati.Lucan.lib.8.
Iter feſtinatum facere.Ouid.4.de Ponto,eleg.5.
Labores feſtinati.Stat.1.Achil.
Maturitas feſtinata.Quintil.in Procem.lib.6.
Mors feſtinata. Tacit in vita Agricolæ,Ita feſtinatæ mortis grãde ſolatium tulit.
Feſtinatio, Verbale {σπουδή.} Cic. pro Milone, Quæ cauſa cur Romam properaret? cur in noctem ſe conijceret? quid afferebat feſtinationem? Id eſt,quæ cauſa feſtinationis?
Feſtinatio & Otium,contraria.Cic.3.de Orat.Quales ipſi quoque oratores, qua ſint ætate, honore, authoritate debeat videri: tempus pacis an belli,feſtinationis an otij.
Celeritas & feſtinatio.Cic.pro Roſc.Amer.
Feſtinationis plena epiſtola & pulueris.Cic.Attico,lib.5.101.
Ambitioſa feſtinatio.Quintil.lib.1.cap.4.
Feſtinationem adhibere. Colum.lib.11.cap.2, Quo cautior villicus vel abſtinere poſſit operibus, vel feſtinationem adhibere.
Ignoſcere feſtinationi alicuius.Cic.Luceio,lib.5.12.
Perdit diuiſionem feſtinatio.Quintil.lib.7.cap.2.
Præripere feſtinatione deorum immortalium beneficium. Cicero Attico,lib.14.388.
Ventis remiſque in patriam omni feſtinatione properare. Cicero Cornificio,lib.12.25.
In feſtinationibus non ſuſcipiendæ nimiæ celeritates.Cic.1.Offic.
Tollere vnius feſtinationem alteri.Cic.Attico,lib.13.26.
Feſtinis, feſtinis, Adiectiuum antiquum, pro Feſtinante. Titinnius libro 5,
Nunc hoc vror,nunc hæc res me facit feſtinem. Nonius.
Feſtinator,pen.prod.Verbale {σπουσάω.} Quintil.2.Declamat. Eccè cubiculi veſtri fores,trepidè feſtinatoris effringuntur impulſu. Vbi rectius legitur trepidæ feſtinationis.
Feſtinanter,Aduerbium {σπουδαίως} Celeriter,& citò.Cic.5.de Finibus, Illud mihi à te nimium feſtinanter dictum videtur, ſapientes omnes eſſe beatos. Idem ad Attic. lib. 3. 47. Plin.lib.17.cap.11,Quia feſtinantius germinant.
Feſtinatè,pen.prod Aliud aduerbium. Tacit.lib.15, in principio,Occulto præcepto,compoſitius cuncta,quàm feſtinatius agerent.
Feſtinatim,pro Feſtinanter. Pompon.Aſin. Exſilui de nocte ad molam fullone feſtinatim. Siſenn.hiſtor.lib.4,Prætor feſtinatim de caſtellis ad caſtra maxima pedites conduxit. Nonius.
Feſtinatò, pen. prod. {σπουμένως} Similiter aduerbium.Plin.lib.18.cap. 10. Quintil.lib.4.cap.2, Quàm nihil præparatò, nihil feſtinatò feciſſe videtur Milo!

Feſtinus,pen.prod. {σπουργὸς} Adiectiuum,Celer.
Canities feſtina venit. Claud.de Nupt.Honorij.
Curſu feſtinus anhelo.Ouid.11.Metam.
Senectus feſtina.Valer.4.Argon.
Cruda feſtináque virtus.Stat.9. Thebaid.
Feſtinè,pen.prod.Aliud aduerb. Cic.Att.lib.4.83,Siquid fortè de comitiis,de Republica(ſoles enim tu hæc feſtinè odorari)ſcribas ad me.
Feſtiuitas,Feſtiuus,Vide FESTVS.
Feſtram antiqui dicebant,quam nos feneſtram. Author Feſtus.
Feſtra,Oſtium minuſculum in ſacrario,ab feneſtra, per detractionem mediæ ſyllabæ. Feſtus.
Feſtuca,feſtucæ,pen. prod. {ῥάφανος} dicitur arboris nouellæ, & cuiuſque ſati pullulus. A fœnore deducit Feſtus, atque ideo per cæ à nonnullis ſcribitur. Colum.lib.8. cap.15, Per quos feſtucæ, ſurculíque in auiariis paſſim ſpargendi ſunt,vt colligere poſſint aues,quibus nidos conſtruant. Plin.lib.9.cap.10,Fœminam coitum fugere, donec mas feſtucam aliquam imponat auerſæ.
Feſtucam ſolebant Romani iniicere in corpus eius, quem manumittebant,ſerui:vt docet Plutarchus in libello de iis qui ſero puniuntur à deo. Plaut.Milit.13,
Quid ea? ingenua:an feſtuca facta,ſerua an libera eſt? Perſ.ſatyr.5, Non in feſtuca lictor quam iactet ineptus.
Feſtucarius, Adiectiuum. Gell.lib.20.cap.9, Idcireo Ennius ſignificare volens bellum, non, vt ad Prætorem ſolitum eſt, legitimis actionibus,neque ex iure manu cõſertum, ſed bello,ferróq; & vera vi atque ſolida,quod videtur dixiſſe cõſertens vim illã ciuilem & feſtucariam, quæ verbo diceretur,nõ quæ manu fieret, cum vi bellica & cruenta.
FESTVS, Domitiani amicus, qui dum mentagra vſque ad deſperationem laboraret,gladio ſe traiecit,prius tamen amicos conſolatus. Eius mortem Martialis lib.1.ſic deſcribit,
Indignas premeret peſtis quum rabida fauces,&c.
Feſtus, Adiectiuum {ἱερώτατος, ἱερόπρεπτος} Solenniter lætum & feriatum ſignificat, inquit Nonius,& atque ad diem pertinet. Feſti itaque dies erant,in quibus vel ſacrificia diis offerebantur,vel dies diurnis epulationibus celebrabatur, vel ludi in honorem deorum fiebant, vel feriæ obſeruabantur. Plaut.Aulul.13,
-feſto die ſiquid prodegeris,
Profecto egere liceat, niſi peperceris. Liu. 2. ab Vrbe, His COSS. ædes Saturno dicata. Saturnalia inſtitutus feſtus dies. Virgilius 1. Georgicorum,
Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus
Fas & iura ſinunt.
Feſtus dies hominis.Terent.Eunucho,3.5,
-ô feſtus dies hominis:amice
Salue. Donatus, O feſtus dies, Vtrum quia cauſa eſt feſti ac læti dies? an quia ipſe tantus ſit quantus eſt feſtus dies? vel, Homo feſti diei. Turnebus verò ſic,Feſtus dies hominis mira quadam & noua dicendi ratione, pro fauſto homine, & auſpicato, & optato dicitur, tranſlatione ducta à dicibus feſtis:contrà profeſtum facere,referente Feſto, dicebatur, qui ferias vitiabat, & profanabat, inauſpicatáſque reddebat & prophanas. Hæc ille.
¶Aduentus alicuius dies feſtos agere.Cic.pro Sextio.
Acti & inſtituti dies feſti.Cic.pro Milone.
Agitantur dies feſti.Cic.4.Verr. Virgil.2.Georg.
Anniuerſarios dies feſtos agere.Cic.6.Verr.
Celebrare dies feſtos ludorum.Cic.pro Archia.
Feſti atque ſolennes dies ſunt aduentu reditúq; alicuius celebrati. Cic.in Piſonem.
Sub dies feſtos aliquid eſſe. Cic.Q.fratri,lib.2.5.
¶Arces feſtæ Palladis. Ouid. 2. Metam. In quibus celebrabantur feſta Palladis.
Aures feſtæ vocantur Claudiano, quæ iocis, & lætis ſermonibus audiendis commodantur. Sic ille de bello Getico,
Mandemúſque Noti ſtabris quoſcunque timores
Percutimus,feſtæ doleant ne triſtibus aures?
Feſta ceruix,pro Læta & iucunda. Plinius lib.3.cap.5, de Italia loquens, Vrbs Roma, vel ſola in ea, & digna tam feſta ceruice facies, quo tandem narrari debet opere?
Choreæ feſtæ.Ouid 8.Metam.
Feſtus clamor.Plin.epiſt.17.lib.2.
Conuitia feſta.Lucan.lib.2,de Catonis & Martiæ nuptiis,
Non ſoliti luſere ſales,nec more Sabino
Excepit triſtis conuitia feſta maritus. Hoc eſt ridicula dicteria, & verſus feſcenninos atque procaces in nuptiis cantari ſolitos.
Corona feſta tegi.Ouid.10.Metam.
Cultus feſtus.Seneca Troad.10.
Dapes feſtæ.Horat.Epod.9. Vide DAPS.
Fronde feſta velare delubra deorum.Virgil.2.Æneid.
Licentia feſta.Quintil.lib.6.cap.3,Quin illæ ipſæ,quæ dicta ſunt, ac vocantur, quas certis diebus feſtæ licentiæ dicere ſolebamus,&c.
Lux feſta. Tibul.lib.2.eleg.1. Horat.4.Carm.ode 6.
Pagus feſtus,Feſta celebrans.Horat.3.Carm.ode 18.
Feſta pax.Plin.lib.2.cap.46,Nũc verò pace tam feſta, tam gaudẽte prouentu rerum artiúmque principe,omnino nihil addiſci noua inquiſitione,imò ne veterum quidem inuenta perdiſci. Ouid.2. Met.
Tempus feſtum.Horat.2.epiſt.1.
¶Feſtior,Comparatiuum. Claud.6.Paneg.Feſtior annus erat.
Feſtum, feſti, Subſtantiuum {ἱερτή,πανήγυρις,πανὰς.} vt Solenne feſtum. Ouid.1.Faſt.
Annua feſta celebrare.Ouid.10.Metam.
Caſta feſta.Ouid.2.Amor.eleg.12.
Coniugialia feſta.Ouid.5.Metam.
Florale feſtum.Ouid.4.Faſt. Vide FLORALIA.
Matralia feſta.Ouid. 6.Faſt. Vide Matralia,in MATER.
Parilia feſta.Ouid.4.Metam. Vide PARILIA.
Quinquatria feſta.Horat.2.Epiſt.40. Vide QVINQVATRIA.

Terminalia festa. Horat. Epod. 2. Vide TERMINALIA.
Agere festum genialiter. Ouid. 11. Metam.
Celebrare festum. Ouid. 4. Metam.
Parare festa alicui. Ouid. 3. Fast.

Festiuus, pen. prod. Adiectiuum {ἑορταστικός, ἑορτικός} Iucundus & lepidum significat. Plaut. Milit. 8. Terent. Adelph. 5. 9, O mi pater festiuissime. Cic. 5. Verr. Quid isto festiuius fore arbitramur, qui, &c.
Dies festiuus, Vide paulo pòst in Festiuitas.
Filius festiuus. Cic. pro Flacco.
Homo festiuus. Cic. 2. de Orat.
Puer festiuus. Cic. Attico, lib. 1. 7.
A croama festiuum. Cic. 7. Verr.
Festiua area. Plin. epist. 17. lib. 2, Quibus paruula, sed festiua area includitur.
Festiuum caput, per ironiam, pro Lepido & iucundo homine. Terentius Adelph. 2. 3,
-quid fit? illius opera Syre nunc viuo, festiuum caput.
Festiuus locus. Plaut. Milit. 4. Idem Pseud. 2. 2,
-ita magnis munditiis
Digni habiti, atque loco festiuo festiuè accepti sumus.
Festiui ludi. Plaut. Casin. 17.
Festiuus sermo. Cic. 1. Offic. De Græcis autem dulcem & facetum, festiuúsque sermonis.

Festiuitas, pen. corr. huius festiuitatis {ἑορταστικότης} Iucunditas & lætitia quædam in dictis. Plaut. Capt. 13. Idem Casin. 13, Quid agis mea festiuitas? Terent. Eunuch. 5. 9,
An fortunam collaudem, &c.
An mei patris festiuitatem & facilitatem? Festiuitas (ait Donatus) in dictis, facilitas verò in animo & factis. Festiuitatem, lætitiam: vt
Festiuus dies est. Cic. de Clar. Orat. Festiuitate igitur & facetis, &c.
Festiuitas, splendor, concinnitudo in oratore. Cic. 1. de Inuent.
Perpetua festiuitas. Cic. 2. de Orat.
Abuti insolentius festiuitatibus. Cic. in Orat.
Imaginem antiquæ & vernaculæ festiuitatis in aliquo agnoscere. Cic. Pæto, lib. 9. 15.
Festiuitate, & venustate coniuncta vis dicendi. Cic. 1. de Orat.
Sermonis festiuitatem debet habere narratio. Author ad Herennium, lib. 1.

Festiuè, pen. prod. {ἑορταστικῶς} Aduerbium. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 16, Quanquam à te actam fabellam video esse festiuè, nullo modo probaui.
Contexitur festiuè crimen. Cic. pro Deiot.
Bellè & festiuè dicere. Cic. 2. de Orat.
Dissoluere festiuè aliquid. Cic. 2. de Diuinat.
Tradit festiuè elementa loquendi Dialectica. Cic. 4. Acad.

Festiuiter, Aduerbium antiquum pro Festiuè. Næuius Geminis, O domus parata pulchrè familiæ festiuiter. Ex Nonio.

FESVLAE, pen. corr. Fesulanum, vrbs olim Hetruriæ, non procul à Florentia. Nunc vicus modicus, licet episcopalem sedem retineat. Sallust. in Catil. Pecuniam, sua aut amicorũ fide sumptam mutuam, Fesulas ad Manlium quendam portare.

F E V

Feudum, à fide deductum putatur verbum, quam hi qui vassalli appellantur, hoc est, quasi coloni, ei à quo prædium accipiunt, dant, se pro illius salute vitã, si res postulet, & sanguinem profusuros. Quam consuetudinem Franciscus Connanus ab antiquis Gallis deductam existimat, de quibus Cæsar lib. 3. scribens, dicit eos, qui opibus valerent, multos habuisse deuotos, quos secum in bellum ducerent, *soldurios* sua lingua nuncupatos: quorum hæc erat conditio, vt omnibus in vita commodis vnà cum his fruerentur, quorum se amicitiæ dedidissent. Quòd si quid his per vim accidisset, aut eundem casum ferrent ipsi, aut mortem sibi consciscerent.

Fex, Vide FAEX.

F I B

Fiber, fibri, masc. gen. {κάστωρ} Animal in Ponto: sic dictum ab extremis oris amnium quas colit, & vbi maximè solet videri. Plin. libro 8. cap. 30, Eadem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri, periculo vrgente, ob hoc se peti gnari: castorum id vocant medici, aliàs animal horrendi morsus, arbores iuxta flumina vt ferro cædit, hominis parte comprehensa, non antè quàm fracta concrepuerint ossa, morsus resoluit. Cauda piscium iis, cætera species lutræ. Vtrunque aquaticum, vtrique mollior pluma pilus. Vide CASTOR. Copiosè Gesnerus pag. 344.
Auius fiber. Sil. lib. 15.
¶ Fiber, Genus vespæ quadrupedis, vt inquit Festus. Plautus,
Sic me subes quotidie, quasi fiber falicem.

Fibrinus, penult. prod. Adiectiuum {κασσίφορος.} Plin. lib. 17. cap. 28, Fibrina pelle detergunt. Sic lib. 32. cap. 9.

FIBRENVS, Fluuij nomen apud Ciceronem 2. de Legibus, qui in Liris præcipitat. Idem ibidem, In Fibreno flumine insula.

Fibra, fibræ {ἶνες, λοβὸς} extremæ fluminum oræ, teste Festo. Item iecoris & cordis & cuiuscunque visceris extremæ partes, fibræ dicuntur. Virgil. 6. Æneidos,
-nec fibris requies datur vlla renatis. Celsus lib. 4. cap. 1, Pulmo spongiosus, ideóque spiritus capax, & à tergo spinæ ipsi iunctus, in duas fibras vngulæ bubulæ modò diuiditur. Pers. satyr. 1,
-neque enim mihi cornea fibra est. Id est, non sunt mihi ita dura præcordia, vt laudis amore non capiar. Budæus.
Fibræ in sanguine sunt partes crassiores concretioréque, quales sunt quas lanij è sanguine porcino eximũt hodie, vt farcimina fiant. Budæus.
In extis fibra quid valeat. Cic. 1. de Diuinat.
Venæ calentes fibrarum. Lucan. lib. 1.
Pecudum fibræ. Virgil. 10. Æneid.
Quòd latet arcana non enarrabile fibra. Pers. satyr. 5.
Conscia fibra deorum. Tibul. lib. 1. eleg. 8.
Minaces fibræ. Virgil. 1. Georg.
Pellucentes numerare in pectore fibras. Ouid. 6. Metam.
¶ Fibræ, Venarum prætenues meatus, per quos sudor transpirat. Plin. lib. 11. cap. 37, Murium iecusculis fibræ ad numerum lunæ in mêse congruere dicuntur, totidémque inueniri, quotum lumen eius sit.
¶ Fibræ, Minutæ radices arborum, herbarúmque extrema velut fila. Plin. lib. 17. cap. 10, de arborum sationibus ait solum eligi oportere quam minimè rimosum, ne penetrans sol exurat fibras. Virgilius 1. Georg. -& amaris intuba fibris. Colum. lib. 6. cap. 10, Porri etiam succus cùm oleo vel ipsa fibra. Cic. de Senect. Idem 3. Tusc. Radicum fibras euellere.

Fibratus, pen. prod. Adiectiuum {ἰνωτός.} vt Fibrata radix ceparum modo. Plin. lib. 25. cap. 5. Idem lib. 27. cap. 12, Radix digitali crassitudine, multis capillamentis fibrata.

Fibula, fibulæ, pen. corr. {πέρονη, περόνη} Circulus, & propriè ornamentum cinguli ad vestem subligandam. Virgil. 1. Æneidos,
Aurea purpureum subnectit fibula vestem. Plin. lib. 33. cap. 1, Fabricam etiam dcûm fibulas, & alia muliebris cultus. Fibula est quæ vulgò *agrapha* dicitur. Budæus. Accipitur etiam pro cingulo: tũncq; à parte totum intelligimus.
Ferrea fibula. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Rasilis huic summam mordebat fibula vestem. Ouid. 8. Metam.
Tereti gemma fibula. Virgil. 5. Æneid.
Fibulis aureis donabantur antiquitus milites. Liu. 7. belli Punici. Idem 9. bel. Maced. Quintius alter Prætor suos equites catellis ac fibulis donauit.
¶ Fibula, Circulus æneus. Colum. de Bobus, lib. 6. cap. 5, Ænea fibula pars auriculæ latissima circunscribitur, ita vt manente sanguine, tanquam o literæ, ductus appareat orbiculus. Quo in loco ex veruſto codice legitur Ænea subula.
¶ Fibulæ, quibus vulnera contrahuntur. Cels. lib. 5. cap. 26, de glutinatione vulnerum, Si verò in carne vulnus est, hiátque, neque in vnum oræ facilè attrahuntur: futura quidem alnea est: imponendæ verò fibulæ sunt (ἑλκυστῖδες Græci nominant) quæ oras cõtrahunt, quo minus lata postea cicatrix sit. Idem lib. 7. cap. 4. & 25, de infibulandi ratione. Vide INFIBVLO.
¶ Fibulæ in ædificiorum structura sunt, quas vocant *claues*, traiecta veluti transtilla per trabium capita. Nostri ferreis subscudibus armillata trabium capita traiiciunt, atque ita retinent. Parisini artifices *anchoras* vocant. Vitruuius lib. 1. cap. 5. Tum in crassitudine eius, perpetuæ talææ oleagineæ vstulatæ quàm creberrimè instruãtur, vti vtraque muri frontes inter se (quemadmodum fibulis) his taleis colligatæ, æternam habeant firmitatem.
¶ Est & fibula, quam Græci περόνην vocãt, veluti axiculus, siue subscudicula, aut clauiculus, quo traiiciuntur tignorum capita, vt duci possint, quò imæ partes diuaricentur. Vitruuius lib. 10. cap. 2, Tigna tria ad onerum magnitudinem ratione expediuntur, & à capite fibula coniuncta, & in imo diuaricata eriguntur funibus in capitibus collocatis, & iis item circa dispositis erecta retinentur.
Fibulis tigna coniuncta. Cæsar 4. bel. Gall.
¶ Fibula item vsui fuit ad reprimendũ coitum. Vnde scribit Corn. Celsus lib. 7. cap. 25, adolescẽtulos infibulari solitos, interdum vocis, interdum valetudinis causa. Eius autem infibulationis ratio eodem authore hæc fuit. Cutis quæ super glandem est extenditur, notatúrq; vtrinque à lateribus atramento quà perforatur, deinde remittitur. Si super glandem notæ reuertuntur, nimis apprehensum est, & vltrà notari debet: si glans ab his libera est, is locus idoneus fibulæ est. Tum quà notæ sunt, cutis acu filum ducente transuitur, eiúsque fili capita inter se deligantur, quotidiéque id mouetur, donec circa foramina cicatriculæ fiant. Vbi hæ confirmatæ, exempto filo fibula additur, quæ quo melior, eo leuior est. Hæc Celsus. Erat autem hæc fibula, annulus tenuissimus vel aureus, vel argẽteus, vel æneus, qui præputio vtrinque super glandem perforato inserebatur. Iuuenalis satyr. 6, de mulierum histriones amantium impudicitia,
Soluitur his magno comœdi fibula. Rursus ibidem,
Si gaudet cantu, nullius fibula durat
Vocem vendentis Prætoribus. Nec soluũ annulus erat hæc fibula, sed subligaculum quoque, quo histriones vtebãtur tum ad inguina tegenda, tum vt à coitu cohiberentur, ne vox eorum ob coitum rauesceret. Martial. lib. 7. epig. 81,
Menophili penem tam grandis fibula vestit,
Vt sic comœdis omnibus vna sacis.
Hunc ego credideram (nam sæpe lauamur in vno)
Sollicitum voci parcere Flacce tuæ.
Dum ludit media populo spectante palæstra,
Delapsa est misero fibula: verpus erat. Verpus, id est Iudæus rectitus, proinde nolebat inspici.

Fibulo, fibulas, pen. corr. {περονῶ} fibulãre, Coniungere. Colum. lib. 1. cap. 6, Omnésque parietum & soli iuncturæ testaceis puluinis fibulantur. Fibulantur, hoc est, alligantur, & quibusdam quasi fibulis coagmenta connectuntur. Testacei autem puluini in pauimentis dicuntur coagmenta spicata, & loricationes, quibus ad regulam perfricantur, vt nullæ lacunæ insint. Et sunt quasi extantes cumuli.

Fibulatio, fibulationis, Verbale. Vitruuius lib. 10. cap. 3.

FIBVLARENSES, Hispaniæ citerioris populi, in conuentu Cæsaraugustano, inter stipendiarios à Plinio collocati, lib. 3. cap. 3.

F I C

FICANA {φίκεια} Oppidum in Latio, Romæ propinquum, de quo Plin. lib. 3. cap. 5.

FICARIA, Insula in Sardinia. Plin. lib. 3. cap. 7, Habet & à Caralitano promontorio duas insulas, quæ vocantur Herculis, à Sulcensi, Enosim, à Caralitano Ficariam.

Ficarius, Vide FICVS.

Ficatum iecur, suillum maximè, quod Græci συκωτὸν appellant, à sue fico pasta. Calepinus.

Ficedula,

Ficedula, ficedulæ, pen. corr. {ἀκανθὶς} Auis à ficu sic dicta: quòd ea, vt inquit Varro, ficu pinguis fiat. Gell. lib. 19. cap. 8, Hi negant vllam auem præter ficedulam totam comesse oportere. Budæus. Martial. lib. 13 49,
Quum me ficus alat, quum pascar dulcibus vuis:
Cur potius nomen non dedit vua mihi? Plin. lib. 10. cap. 29, Alia ratio ficedulis. Nam formam simul colorémque mutant. Hoc nomen nonnisi Autumno habent, postea melancoryphi vocantur.
Cærea ficedula, Hoc est cærei coloris præ pinguedine. Martial. lib. 13. epigram. 5,
Cærea quæ patulo lucet ficedula lumbo. Quo loco secunda syllaba producitur, quam tamen Iuuenal. Satyr. 14 corripit, hoc carmine, Mergere ficedulas didicit nebulone parente.

Ficolea, palus siculneus. Festus.

FICOLENSES, Quartæ regionis Italiæ populi. Plin. lib. 3. cap. 4.

Fictè, Fictilis, Fictor, Vide FINGO.

Fictus, barbaro vocabulo pro emphyteutica pensione, mercedéque meliorationis accipitur, videturque Alciato Latinè dici posse Colonarium.

Ficus, secundæ vel quartæ declinationis, fœm. gen. {συκὴ, σῦκον} Arbor sicus ferens. Plin. lib. 16. cap. 26, Fructum perdunt facillimè ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus. Idem lib. 16. cap. 31, Quidam breuitate radicum celerius senescere arbores putant: quod coarguunt sici, quarum radices longissimæ, & senectus ocyssima. Sic Cato cap. 42. Iuuenal. satyr. 10, -ad quæ
Discutienda valent sterilis mala robora sici. Quartæ declinationis, Cicero 2. de Oratore, Cui quum quidam familiaris quereretur, quòd diæretur vxorem suam suspendisse se de ficu.
Densissima pomis ficus. Ouid. 2. Fast.
Inarescens ficus à rore, Vide INARESCO.
¶ Ficus, fructus, secundæ etiam declinationis & quartæ, fœminini similiter generis. Plin. lib. 15. cap. 18, E reliquo genere pomorum ficus amplissima est. Martialis,
-ficus non habet vnus ager. Horat. Epod. 16,
Suámque pulla ficus ornat arborem. Varro libro 1. de Re rust. cap. 41, Fici, inquit, semen naturale intus in ea fico quam edimus. Et paulo pòst, Tú enim resticulas per ficos, quas edimus, maturas perseuerter, & eas quum inaruerint complicant.
¶ Ficum pro fructu, masculino genere probant nonnulli ex corrupto loco Plinij, lib. 16. cap. 25, qui nunc sic legitur, In sicis mirabiles sunt & abortus, qui nunquam matures sunt.
¶ Arbor sici. Cic. pro Flacco, Homini enim Phrygi qui arborem sici nunquam vidisset, sisciuam sicorum obiecisti.
Ex sici tantulo grano terra tãtos truncos ramósque procreat. Cic. de Senect.
Aridæ sicus, Vide ARIDVS.
Sicus anus, Vide ANVS.
Pingues sici. Horat. 1. Serm. satyr. 8.
¶ Sicos biferas, nouè dixit Sueton. in Augusto, cap. 76, pro fructu arboris biferæ.
¶ Sicus Cypria, vt Theophrastus author est libro 4. capite 11. de plant. hist. sycomoro similis est, fructum edens caudice ramósque crassissimis. Differt tamen ab illa, quòd germen quoddam emittit sine vllis foliis, radiculæ simile, cui fructus præpilatur. Caudex arboris magnus, & Populo albæ proximus, eiúsque folia vlmum repræsentant. Quater anno fructum fundit, sed nullum ad maturitatem perducit, nisi pomo ipso immaturo inciso, emissóque lacte. Dulcedo sicubus non absimilis, & interna grossis planè conueniunt: magnitudo autem pruni est. Hæc Theophrasti verba.
¶ Sicus, Morbus, secundæ declinationis, masc. gen. Martial. lib. 1,
Dicemus sicos Ceciliane tuos. Sunt qui hoc loco sicus legant. Corn. Cels. lib. 6. cap. 3, Est etiam vlcus quod à sici similitudine, Græcis σύκωσις nominatur. Caro excrescit, & id quidem generale est. Sub eo verò duæ species sunt, Alterum vlcus durum & rotundum est, alterum humidum & inæquale. Ex duro, exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido, pus mali odoris. Fit verò vtrunque in his partibus quæ pilis conteguntur. Sed id quidem quod callosum & rotundum maximè est in barba: Id verò quod humidum, præcipuè est in capillo.
Sicus, siculi, pen. corr. Diminutiuum {συκίδιον} pro parua sicu. Plaut. Stich. 14, -hoc conuiuium est
Pro opibus nostris, satis commodulè nucibus, fabulis siculis, &c.
Sicetum, siceti, pen. prod. {συκεὼν} Locus sicis consitus. Varro, Ficúsque densa materia non est, ideo sequitur calidiorem: quod fit vt in locis frigidis siceta fieri non possint. Martialis,
Nil nisi sicetum nunc Labienus habet.
Sicarius, Adiectiuum {συκοφάντης} Qui libenter comedit sicos. Plin. lib. 11. cap. 35, Sicarios culices caprificus generat.
Sicariæ crates. Cato cap. 48, Eo sarmenta aut sicarias crates imponito, quæ frigus arceant & solem.
Sicaria, sicariæ {συκῆα} pro sicu arbore, vel potius vbi sici conseruntur. Pallad. lib. 4, Aliqui inter sicarias caprificri arborem serunt.
Sicitas, sicitatis, dictum vt oliuitas, id est fructus sici. Nouius, Sicitores omnes capiunt sicitatem, merx est sine molestia. Ex Nonio.
Sicitor, sicitoris {συκοφάντης} Sicorum amator, seu sicorum collector. Næuius, Sicitores omnes cupiunt sicitatem.
Sicosus, sicosa, sicosum, Vlceribus, quæ sici vocantur, plenus: à quo Sicositas, ipsa huiusmodi vlcerum copia. Sipontinus.
Siculnus, Adiectiuum {συκινὸς} Quod est arboris sici, aut ex sico arbore. Horat. lib. 1. Serm. satyr. 8,
Olim truncus eram siculnus inutile lignum.
Siculneus, Adiectiuum {σύκινος} Idem quod siculnus. Plin. lib. 15. cap. 28, Sunt & siculnei caules. Legitur & siculni. Cato, Fibulæ vnde fiant ardeæ ilignææ, vlmeæ, nuceæ, siculneæ. Sic Varro 3. de Re rustica, capite 16, Siculnea ligna.
Siculnea arbor. Colum. lib. 5. cap. 11.

FICVLNEVS {σύκινος} Portus est Straboni, Euxino mari propinquus, & à quodam promontorio, quod fretum quinque stadiorum angustat, stadiis quinque & triginta dissitus. Hæc ille lib. 7.

F I D

FID. Fides. FIL. PA. vel F. F. Filiusfamiliãs.

Fideicommissum, Fideiubeo, Fideiussor, Vide FIDES, fidei.

Fidelia, fideliæ, Genus vasis Samij. Persius Satyra 3,
Discе, nec inuideas, quòd multa fidelia putet
In locuplete penu. Plaut. Aulul. 18,
Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Colum. lib. 12. cap. 38, In fictili fidelia sicco loco reponuntur.
Non cocta fidelia. Pers. satyr. 3.
Tumet alba fidelia vino. Pers. satyr. 5.
Vitrea fidelia. Colum. lib. 12. cap. 56, Medullam eius concisam in fideliam vitream, vel nouam fictilem conijcito.
¶ Fidelia, genus chordæ creta illitæ, qua vuntur fabri lignarij, vel alij ad lineas sui operis designandas. Fideliam lingua Gallica *Fitietam* corrupto vocabulo dicit Budæus in lib. de Asse.
¶ De eadem fidelia duos parietes dealbare, Prouerbium pro eo quod est Eadem re duplicem inire gratiam: eadémque opera duos pariter demereri. Curius ad Ciceronem, lib. 7. 30, Sed amice magne noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum errare, & putare me virum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Tractum videtur ab his, qui parietibus opus albarium superinducunt. Erasmus.

Fidelis, Vide FIDES, fidei.

FIDENA, Fidenæ, pen. prod. & Fidenæ, Fidenarum, plur. vrbs Latinorum mediterranea. Virgil. lib. 6,
Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbémque Fidenam. Iuuen. satyr. 6, Viuat Fidenis, & agello cedo paterno.
Viæ Fidenæ. Propert. lib. 4. eleg. 1.
Vici Fideni. Horat. 1. epist. 11.

FIDENATES, pen. prod. populi Sabinorum in Italia, authore Plinio lib. 3. cap. 12.

FIDENTIA, Fidentiæ {φιδέντια} Vulgò *Fiorenzola*, Oppidum est in octaua regione Italiæ, cuius incolæ dicuntur Fidentini, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 15. ¶ Est & Fidentia Hispaniæ Bæticæ vrbs, inter Bætim amnem & Oceanum sita, alio nomine Iulia appellata, authore eodem Plinio lib. 3. cap. 1.

Fidentia, Vide FIDES, fidei.

Fides, huius fidei, pen. corr. f. g. {πίστις} Est authore Cicerone libro 1. Officiorum, dictorum conuentorúmque constantia & veritas. Ex quo (quanquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen vt audeamus imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt vnde verba sint ducta) credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Terent. Andr. 5. 2,
Tristis seueritas inest in vultu, atque in verbis fides.
Fidei, pen. prod. apud Lucretium, lib. 5,
-via qua munita fidei, &c.
Fide pro fidei, apud Horatium 3. Carm. ode 7,
Thyna merce beatum,
Constantis iuuenem fide Gygen. Idem 1. Serm. satyr. 19.
Ad fidem, Vide AD.
Absonum fidei, Vide ABSONVS.
Constans fidei. Tacit. lib. 19, Neque fidei constans, neque strenuus in perfidia.
Lapsus fidei, Vide LABOR verbum.
Motus fidei. Stat. 1. Sylu. 2.
Obstinatio fidei, in bonam partem, pro obfirmatione. Tacit. lib. 19, Blæso super claritatem natalium, & eleganciam morum, fidei obstinatio fuit.
Fidei plenus, Fide dignus. Cic. de Senect. Licet enim verbibus isdẽ mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille vir haud magna cum re, sed fidei plenus.
Fidei præclarus. Tacit. lib. 4.
Sinister fidei, Perfidus. Sil. lib. 11.
¶ Causarum fides. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Fides & religio iudicis. Cic. pro Rosc. Comœdo.
Probationum fides. Quintil. in Procem. lib. 4.
Fides solutionis. Plin. epist. 155.
Tabularum fides, Id est authoritas, quo modo accipitur in titulo De fide instrumentorum. Cic. pro Archia, Quum Appij tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur, Gabinij, quanduo incolumis fuit, leuitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem refignasset.
Testimoniorum fides & religio. Cic. pro Flacco.
¶ Fides est quod vulgò *conscientiam* dicimus. Cic. pro Cælio, Ideo vobis quoque vos causam putare esse iustam, alieno dolori potius, quàm vestræ fidei consulendi. Licet hoc Cicero dicere videri possit propter iusiurãdum iudicum. Inde fideicommissum dictum videtur. Idem pro Archia, Adest vir summa authoritate, & religione, & fide, L. Lucullus, qui, &c. Budæus.
Fides est iustitia in rebus creditis. Cic. in Partit.
Constantia promissi & fides. Cic. Attico, lib. 4.
¶ Fides, est cõmendatorum fida executio, vel obseruantia. Terent. And. 1. 1,
Nihil isthac opus est arte ad hanc rem quam paro:
Sed his quas semper in te intellexi sitas,
Fide & taciturnitate. Donatus.
Fides & fiducia. Plaut. Trinum. 7.
¶ Alma fides. Ennius apud Ciceronem 3. Officiorum,
O fides alma, apta pinnis, & iusiurandum Iouis.
Ambigua fides, Vide AMBIGVVS.
Angusta fides. Cæsar in principio 3. bel. Ciuil. Quũ fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ soluerentur, &c.
Dolus malus, & Fides bona, contraria. Cic. in Topic.

Bonæ fidei emptor, Vide BONVS.
Fidei bonæ possessor, Qui ignorauit rem quam emit, alienam esse: aut putauit eum qui vendidit, ius vendendi habere. Budæus.
Bona fide, Generalem habet significatum, pro Serio. Seneca epist. 22, Si deponere seruitutem in animo est, & libertas bona fide placuit, &c.
Fide bona dicere. Plaut. Aulul. 2.6,
Dic bona fide, tu id aurum non furripuisti?
Fide bona emere. Plaut. Mostel. 8.
Fidei bonæ esse. Sueton. in Augusto, cap. 42, Augustus populo promissum congiarium reposcenti, bonæ fidei se esse respondit.
Cana fides. Virg. 1. Æneid. Vide CANVS.
Certa fides, Vide CERTVS.
Clauda fides. Sil. lib. 13.
Contumax etiam aduersus torméta, seruorum fides. Tacit. lib. 17. non ita procul ab initio.
Difficillima est grauissimi cuiusque sceleris fides. Quintil. libro 4. capite 3.
Dubia fides. Ouid. epist. 18.
Fluxæ fides. Tacit. lib. 20, Et fluxa seruitiorú fides, ac fortuita belli sperabantur.
Illibata fides. Firmicus in præfat. lib. 7.
Incolumis fides. Liu. lib. 6. ab Vrbe.
Impolluta fides. Sil. lib. 13.
Incorrupta fides, nudáque veritas. Horat. lib. 1. Carm. ode 24.
Integra fides. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Liquida fides, Vide Liquidus, in LIQVOR.
Longa tenáxque fides. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Manifesta fides. Virgil. 3. Æneid.
Magna fides auium. Ouid. 4. Fast.
Cum fide magna vir, Vide CVM.
Maxima rerum, verborúmque fides. Virgil. 3. Æneid.
Fide mea. Plaut. Pseud. 5,
-fac hoc quod te rogamus Ballio
Mea fide, si isti formidas credere. Cicero in Pisonem, Quum accepta pecunia à Dyrrhachinis ob necem hospitis tui Platonis, eius ipsius domum euertisti, cuius sanguinem addixeras, eúmque seruis symphoniacis & aliis muneribus acceptis, timentem & multum dubitantem cõfirmasti, & Thessalonicam fide tua venire iussisti. Idem Sulpitio, lib. 13. 29, Cures vt satisdetur fide mea. Budæus.
Muliebris fides, Vide MVLIER.
Nota fide celeberrimus. Stat. 2. Achil.
Nuda fides, Id est non fucata. Valer. 5. Argon.
Obstinata fides, Id est obfirmata. Tacit. lib. 21, Et quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, &c.
Optima & spectatissima alicuius fides. Cic. pro Flacco.
Parua fides, Vide PARVVS.
Perennis fides, Vide PERENNIS.
Perpetua fides, Vide PERPETVVS.
Arcanúsque fides prodiga, perlucidior vitro. Horat. 1. Carm. ode 18.
Prodigiosa fides. Iuuenal. satyr. 13.
Fide publica. Liu. Decad. 4. lib. 8, Quos nominatim Philopœmen depoposcerat, ipsi se ituros professi sunt, fide accepta ab legatis, vim absturum, donec causam dixissent. Sallust. in Catil. Is quú se diceret indicaturum de coniuratione, si fides publica data esset, iussus à Consule, quæ sciret, edicere: eadem ferè quæ Vulturius de itinere hostium, &c. Idem, Primò fingere, alia dissimulare de coniuratione. Pòst, vbi fide publica dicere iussus est, omnia vti gesta erant, aperit. Idem, Comes eius qui Romam fide publica venerat. Nostri *saluum conductum* vocant. Securitas autem in hoc significatu vernacula est locutio, non Latina: hoc est, plebiscito potestatem facere impunitate promissa. Budæus.
Pura fides. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. Id est, simplex & incorrupta.
Rara fides albo velata panno. Horat. 1. Carm. ode 35.
Sancta fides. Seneca Octau. 7.
Syncera fides. Claud. in Epithal. 46.
Tenax fides. Ouid. lib. 2. Amor. eleg. 6,
Plena fuit vobis omni concordia vita:
Et stetit ad finem longa tenáxque fides. Stat fides, quum integra & incorrupta manet: contrà, violata iacére dicitur.
Timida fides. Ouid. 9. Metam.
Nusquam tuta fides. Virgil. 4. Æneid.
Vana fides. Virgil. 4. Æneid.
¶A fide aliquem abducere: Id est Pellicere ad se aliquem, & ab aduersa parte diuellere. Cic. pro Flacco, Ita scitote Iudices, esse cætera, vel quod ait Luceius, L. Flaccum sibi dare cupisse, vt à fide se abduceret, sestertium vicies. Vide ABDVCO.
Abiit fides, Vide ABEO.
Abhorrere à fide, Vide ABHORREO.
Abrogare fidem, Vide ABROGO.
Abrumpere fidem. Tacit. lib. 20, Querente sanè Ciuile, & increpante Germanos, tanquam fidem per se abrumperent. Vide ABRVMPO.
Absoluere fidem. Tacit. lib. 18, Et Vitellius credidit de perfidia, & fidem absoluit. Vide ABSOLVO.
In fidem accipere. Liu. 8. bel. Maced. Oraténtque eum vt veniret in Peloponnesum, ad vrbem Lacedæmonem in fidem ditionémque Populi Romani accipiendam.
Fide accepta, Vide Fide publica.
In fidem suam aliquem accipere. Cic. pro Archia.
Accipe dáque fidem. Virgil. 8. Æneid.
Fidem acquirere. Cic. 2. in Catil. Vide ACQVIRO.
Addictam pretio habere fidem, Vide ADDICO.
Addere fidem. Tacit. in lib. de Germanis, Ex ingenio suo quisque demat vel addat fidem. Vide ADDO.
Addere fidem dictis. Ouid. epist. 20.

Adhibenda fides somniantium visis non est. Cic. 2. de Diuinat. Vide ADHIBEO.
Adimere fidem, Vide ADIMO.
Adiungere fidem & authoritatem rebus commẽtitiis nullam debemus. Cic. 2. de Diuinat. Vide ADIVNGO.
Admittere fidem. Claud. 2. in Eutrop. Vide ADMITTO.
Fidem afferre alicui rei, pro Fidem facere, & facere vt aliquis credat & existimet. Plin. lib. 9. cap. 18, Omnibus his fidem, Nili inundatio affert omnia excedentem miracula.
Afferre fidem dubiis. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Afferre fidem & authoritatem oratori. Cic. in Orat.
Affecta fides. Tacitus libro 19. Hic dicit affectam fidem pro læsa, quemadmodum Liuius dixit Res affectas, lib. 6. Decad. 1. Vide AFFECTVS.
Afflicta fides. Tacit. lib. 17. Afflictam fidem hîc dicit, quam lib. 19, affectam, hoc est collabefactam, deminutámque vocat.
Bonam fidem agnoscere. Vlpian. in l. quoties tutor. §. sicut autem. D. de administratione & periculo tutorum, &c. Nec enim prohibentur tutores bonam fidem agnoscere.
Alligare fidem iuramento. Seneca Troad. 6.
Alternant spémque timórque fidem, Hoc est variant credulitatem & incertam faciunt. Ouid. epist. 6.
Fides tantùm authores appellet. Hoc est, Fides sit penes authores. Plin. lib. 28. cap. 1.
Fidem debet. Quintil. lib. 5. Hoc est si fidelis esse debet in curanda re aliena.
Fidem suam astringere, Promittere fidem, inquit Donatus. Terentius Eunucho, 1. 2,
Verùm heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem:
Fidem auferre testi, Id est facere ne credatur. Quintil. lib. 6. cap. 6, Matri, cuius filium premebat authoritas, fidem abstulit.
Capere in fidem deuictas bello nationes. Cic. 1. Offic.
Maiora monstra veris vix capiunt fidem, Id est vix creduntur. Seneca Troad. 3.
Fide carere, Vide CAREO.
Verba carent fide. Ouid. epist. 2.
Fidem cogere. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 15.
Culta fides. Valer. 1. Argon. Vide COLO.
Commendare aliquem fidei alterius, Vide COMMENDO.
Optimæ & spectatissimæ fidei alicuius salutem vrbis & ciuium commendare. Cic. pro Flacco.
Committere fidem alicuius, & eius potestati permittere. Cic. pro Fonteio.
Iura fidei magistratuum commissa sunt. Cic. 1. Offic.
Committere se in fidem vel fidei alicuius, Vide COMMITTO.
Commutare fidem pecunia, Vide COMMVTO.
Concedere fide optima alıquid. Cic. pro Rosc. Amer.
Concidit fides. Cic. pro Lege Manilia, Tum quum in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. De eo dicitur qui iam versuram facere non potest. Bud. *On ne veut plus rien prester.*
Conferre se in fidem alicuius, Vide CONFERO.
Conferre se in fidem ac clientelam alicuius, Hoc est in patrocinium. Cic. pro Rosc. Amerino, Nam quum multos veteres à maioribus Roscij patronos hospitésque haberent, omnes eos colere atque obseruare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem ac clientelam contulerunt. Budæus.
Confirmat omnem sibi fidem sensibus oratio nostra, Id est incorruptis atque integris testibus. Cic. 1. de Finib.
Confirmare & Refellere fidem, opponuntur. Quintil. lib. 5. cap. 7, Aliter enim oraculorum, aliter aruspicum, augurum, coniectorum, mathematicorum fides confirmari aut refelli potest.
Confugere ad alicuius fidem, Vide CONFVGIO.
Conseruare fidem, Vide CONSERVO.
Fides constitit, Certum est & probatum. Colum. lib. 3. cap. 6, Sed vbi plurium velut emeritis annorum stipendiis fides surculo constitit, nihil dubitandum est de fœcunditate.
Constringi fidem religione potius quàm veritate Græci noluerunt. Cic. pro Corn. Balbo.
Consumere fidem, Vide CONSVMO.
Fide alterius credere, est fideiussorem accipere. Cic. pro Flacco, Pecuniam sumpsit mutuam à Sextio Schola, qui tamen credidit P. Fulnij Veratij lectissimi hominis fide. Vulgò tamen mendosè scriptum est, fidei.
Cum fide. Colum. lib. 1. cap. 7, Sed nec conditum frumentum cum fide rationibus inferunt. Id est fideliter. Vide CVM præpositio.
Fidem suam curare, Vide CVRO.
Fidem debet. Quintil. lib. 5. cap. 10. Id est, fidelis esse debet.
D. cedere fide. Liu. lib. 5. Decad. 4, Potuisse se extra id periculum esse, si decedere fide, si coniurare cum cæteris voluissent. Vide DECEDO.
Fide alicuius ac potius perfidia decipi. Cic. pro Rosc. Amer.
Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. Cic. 2. in Catil.
Demere fidem. Tacit. in lib. de Germanis.
Deme fidem in falso crimine. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Derogare fidem. Cic. pro Fonteio.
Fidem alicuius deferre. Cic. 13. Philipp. Omitto alia: fidem Dolabellæ sanctissimi viri deferre homo pius non potest.
Detrahere fidem. Quintil. lib. 5. cap. 7, Per quæ non à se tantum dictis detrahat fidem, sed cæteris quoque, qui profuerant, auferat authoritatem.
A veri fide dissidet illa fama. Ouid. 3. Fast.
Fidem dare, Sanctè promittere. Terent. Eunuch. 5. 9, Do fidem ita futurum. Id est, iuro, confirmo, spondeo, inquit Donatus. Vide DO.
Dare fidem alicui. Cic. 2. de Finib.

Nulla

Nulla fides quæ infideli data sit. Cic. 3. Offic.
Ambigua dásque negásque fide. Ouid. 2. Amor. eleg. 9.
Dare fidem & violare, & in ea non stare. Cicero pro Rabirio perduel. reo.
Fidem dare alicui de altero. Cicero Lentulo, lib. 1. 9, Pompeij fides quam de me Cæsari dederat.
Dare fidem publicam. Cic. 3. in Catil. Introduxi Vulturium sine Gallis: fidem ei publicam iussu Senatus dedi: hortatus sum, vt ea quæ scirets, sine timore iudicaret. Imperiti *saluum conductum* dicunt.
Ducere fidem ex aliquo, Trahere fidem, siue Nos ad credẽdum allicere. Lucret. lib. 2.
Eligere fidem, est Deponere apud hominẽ quem fidelem censeas. Callistratus in l. non intelligitur. 6. §. siquis palàm. D. de iure fisci, Tacita autem fideicommissa frequenter sic deteguntur, si proferatur chirographum, quo se causisset is, cuius fides eligitur, quod ad eum bonis defuncti peruenerit, restituturum. Budæus.
Empta fides. Claud. 7. Paneg.
Eripere fidem alicui. Ouid. 15. Metam.
Ex fide scribere: Id est, Rem vt est scribere. Plin. epist. 191.
Excessitque fidem meritorum summa tuorum. Ouid. 7. Metam.
Humanam fidem excedere. Patercul. lib. 2, Cæsar omnium victor, regressus in vrbem (quod humanam excedat fidem) omnibus qui cõtra se arma tulerant, ignouit.
Fidem exoluere. Plin. Iunior, lib. 2. epist. 12.
Experiri fidem & beneuolẽciam alicuius erga se. Cic. Lent. lib. 1. 5.
Nota & explorata fides per tot vsus. Stat. 3. Sylu. 5.
Exuere fidem. Tacit. lib. 1, At ille morituram potius, quàm fidem exueret, clamitans.
Facere fidem causis ex sua bonitate. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Aspectus facit fidem iudicij sui. Cic. 4. Acad.
Nutus tuus non facit fidem. Cic. Att. lib. 7. 138.
Fac fidem te nihil nisi populi vtilitatem quærere. Cicero 2. de Lege agrar.
Fidem fallere. Idem quod Deserere fidem. Antonius apud Ciceronem, 13. Philipp. Mihi quidem constat, nec meam quidem contumeliam, nec meorum ferre: nec deserere partes quas Pompeius odiuit, nec veteranos sedibus suis moueri pati, nec singulos ad cruciatum trahi, nec fallere fidem quam dedi Dolabellæ.
Fallere fidem hosti datam. Cic. 1. Offic.
Firmare fidem. Tacit. in lib. de Germanis, Fides antiquitatis religione firmatur.
Frangere fidem, perfidiosum & nefarium est. Cic. pro Rosc. Com.
Fidem habere. Terent. Eunuch. 1. 2,
Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi
Apud me. Vbi Donatus, Si fidem habeat, si credere cogatur. Id est si credat. Vnde fideiussor dicitur, hoc est author credendi.
Habere pensi fidem. Tacit. lib. 13.
Fidem habere alicui. Terent. And. 3. 4,
Propemodum habeo iam tibi fidem. Cic. 7. Verr.
His fidem habemus, quos plus intelligere quàm nos arbitramur. Cic. 2. Offic.
Habenda etiam paruis fides. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Fidem alicui habere pecuniæ. Plaut. Persa, 2, 3,
-ita miserum Toxilus me hic construit,
Qui ei fidem non habui argenti, eo mihi eas machinas
Molitus est.
Authoritatem & fidem habere res dicitur. Cic. pro Flacco.
Res habuit fidem, Id est credita est. Ouid. 9. Metam.
Fidem non habere dicuntur quæ non sunt verisimilia, nec credenda. Cic. 4. Acad. Quasi verò non specie visa iudicétur, quæ fidem nullam habebunt, sublata veri & falsi nota.
Fidem habere, pro Credi. Quintil. lib. 4. cap. 2, Ab aduersario quoque, quia non sit in negando habiturus fidem.
Hæsuráque mihi tempus in omne fide. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.
Imminere authoritatem & fidem alicuius. Cic. 2. de Orat.
Impulit me fides eius in eam mentem. Cic. Lent. lib. 1. 9.
Fidem imperrare. Plin. lib. 10. cap. 49, Nec Syrenes impetrauerint fidem, licet affirmet Dino, Chtarchi celebratt authoris pater, in India esse, mulcerísque, &c. Id est, non credetur, aut non est verum Syrenes, &c.
Fidem peractæ mortis implere. Plin. epist. 58.
Implesse fidem ominis videbantur. Tacit. lib. 18.
Fidem alicuius implorare, Id est auxilium. Terent. Adelph. 3. 4, Illæc fidem nunc vestram implorat, Demea. Cæs. 5. bel. Gall. Liu. Si Saguntinis obsessis, fidémque nostram implorantibus impigrè tulissemus opem. Ex Budæo.
Implorare fidem alicuius in aliquo negotio, Vide IMPLORO.
Infirmare fidem alicui. Cic. Att. lib. 15. 329, Ille tamen dolet, dubitans vtrum morem gerat Leptæ, an fidem infirmet filio inaudibili.
Infirmare fidem testis apud iudicem, Vide INFIRMVS.
Inspicicéda fides duro tempore. Vide Aurum spectatur in ignibus, in verbo SPECIO.
Tarda solet magnis rebus inesse fides. Ouid. epist. 16.
Interponere fidem. Cic. de Claris Orat. Quæ quidem vis tum maximè cognita est, cum Lusitanis à Ser. Galba Præt. contra interpositam, vt existimabatur, fidem, interfectis. Id est *Contra assecurementum*, vt vulgus nostrum vocat, Vide INTERPONO.
In aliquem suam fidem interponere, Vide INTERPONO.
Fide publica interpósita. Sallust. in Iugurth. Hæc atque alia huiusce modi sæpe dicendo, C. Memmius Pop. Rom. persuadet vti L. Cassius, qui tum Prætor erat, ad Iugurtham mitteretur, cúmque interposita fide publica Romam duceret.
Fide sua esse iubere: Id est Sponsorem se constituere, & periculum in se recipere. Vlpianus in l. vbi autem. De verborum obligation. Paulus, Si filiusfamiliás ita stipulatus fuerit, Quantá pecuniam Titio credidero, fide tua esse iubes? Vlpian. in l. Græce. §. siquis Stichum.

D. de fideiussoribus, Siquis Stichum stipulatus, fideiussorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua iubes? Id est sponsione. Bud.
Fidem labefactare. Bud. Vide LABES. Suet. in Vespasiano, cap. 4.
Multa fidem promissa leuant. Id est eleuant & imminuunt. Multa promittentibus non habetur fides. Horat. 2. epist. 2.
Fidem liberare, pro eo dicebant antiqui, quod nunc negotiatores & coactores tenere promissum dicunt, & non deesse promisso. Cic. pro Flacco, Ipse tamen Fusius satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. Vlpian. in l. si vero. D. mandati. Budæus.
Locare in fide alicuius ciuitatem. Cic. Att. lib. 6. 111.
Fidei alicuius mandare quippiam, Vide in MANDO.
In fide Pop. Rom. manere. Cic. 7. Verr. Si ciuis Romanus dignus isto negotio nemo fuit, quid ciuitates quæ in amicitia fidéque Pop. Rom. perpetuò manserant? Vide MANEO.
Frangere fœdus, & In fide manere, contraria. Cicero pro Domo sua.
Mercari Græca fide, Vide MERCOR.
Fidem mereri. Quintil. lib. 9. cap. 2, Nec meretur fidem qui sententiolæ gratia iurat.
Meruit fidem vetustas. Lucan. lib. 3.
Minuere fidem alicuius. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Miranda fides. Stat. 1. Sylu. 3.
Acceptam parce mouere fidem. Ouid. 4. Fast.
Fidem mutare, Pactum rescindere, & violare promissum. Sallust. in Iugurtha, Vide MVTO.
Fidem mutare cum altero. Terent. Phorm. 3. 2.
Negata magnis sceleribus semper fides. Seneca Hippol. 2.
Nouauit fidem mutata fortuna. Virgil. 5. Æneid.
Obligare fidem. Liu. Decad. 3. lib. 2, Vult sibi quisque credi, & habita fides ipsam plerunque obligat fidem, Vide OBLIGO.
Fidem suam obstringere. Plin. lib. 7. cap. 13.
Obtestari hominum fidem. Liu. Hæc simul iurgans, querénsque, deûm, hominúmque fidem obtestans.
Pacta fides. Ouid. epist. 6.
Fidem perdere. Quintil. lib. 9. cap. 4, Perdidisset gratiam simplicis atque inaffectati coloris, perdidisset fidem quoque. Vide PERDO.
Perit fides, Vide PEREO.
Perspicere fidem, Vide PERSPICIO.
Petere & dare fidem pacis. Ouid. 3. Metam.
Pignus fidei dextras vtrasque poposcit. Ouid. 6. Metam.
Porrigere fidem, & spem salutis supplici ostendere. Cic. 7. Verr.
Fidem præstare. Cic. 2. de Diuinat.
Bonam fidem præstare. Vlpian. in l. ita autem. §. Iulianus. D. de administratione & periculo tutorum, Et ait Iulianus, tutores nisi bonam fidem in administratione præstiterint, damnari debere.
Præstare fidem alicui. Ouid. 3. de Arte.
Præstruere sibi fidem, Vide PRAESTRVO.
Priuare fide aliquem. Stat. 2. Thebaid.
Prodere fidem. Propert. lib. 4. eleg. 4.
Commissa fidei prodere. Horat. 1. Serm. sat. 3.
Pugnat hinc fides, illinc fraudatio, contraria. Cic. 2. in Catil.
Recipere fidem de aliquo, & eam seruare. Cic. Att. lib. 2. 37.
In fidem suam aliquem recipere, & commendatum habere. Cic. Attico, lib. 15. 328.
Redde nunc pactam fidem, Id est sta promissis. Seneca Hippol. 8.
Renouata fides. Lucan. lib. 4.
Resignare fidem quarundam tabularum. Cic. pro Archia.
Rupissent elementa fidem. Claudian. 1. de raptu Proserp.
Sacrata fides coniugij. Seneca Agamem. 2.
Sequi bona fide aliquid. Cic. Attico, lib. 6. 111.
Verba fides sequitur. Ouid. 1. Fast.
Fidem alicuius sequi. Vsus est Vlpian. in l. 1. De reb. cred. Omnes enim contractus quos alienam fidem sequuti instituimus, complectitur. Est etiam exemplum in l. 2. C. de bonis authoritate iudi. possid. Budæus.
Fidem seruare. Plaut. Trinum. 143,
Malè fidem seruando, illis quoque abrogant etiam fidem, qui nihil Meriti. Virgil. 2. Æneid.
Seruare veritatis fidem. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Seruare in aliqua re fidem. Cic. in Vatinium.
Iusurandi fides sæpe cum hoste seruanda. Cic. 3. Offic.
Pudicam fidem sollicitare donis. Ouid. 7. Metam.
Soluta fides morte. Ouid. epist. 10.
Fide mea spondeo futurum, vt omnia longè ampliora quàm à me prædicantur, inuenias. Plin. Iun. lib. 1. epist. 14. ad Mauricum.
Spondere fidem. Ouid. 10. Metam.
Stare in fide. Cic. pro Rabir.
Stat fides, Vide paulo antè, Tenax fides.
Fides illi est. Terent. Phorm. 5. 8,
Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi esset fides.
Fides illi nuntianti fuit. Liu. 1. ab Vrbe.
Fide nulla es: Hoc est, fidem sæpe mutas, neque præstas quod polliceris. Plaut. Milit. 2. 0. Vide NVLLVS.
In fide alicuius aliquid esse, Id est in patrocinio. Cicero Silio, libro 13. 66.
In fide & clientela alicuius esse. Cic. pro Rosc. Amer.
In nullius fide esse, Est nullum soli dominum agnoscere, nec patrónum. Cic. pro Plancio, Eorúmque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrhachium quod erat in fide mea, petere contendi. Hæc Budæus. Cicero ad Quintum fratrem, libro 2 15, Est ex municipio Attellano, quod scis esse in fide nostra. Id est, cuius sumus patroni.
Fides apud te nulla mihi: Id est, Tu nõ fidis mihi. Plaut. Amph. 7. Terent. Heaut. 3. 3,
At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum pater. Idem Phorm. 5. 3.

Fide alicuius sumere: sub. argentum. Id est non sua, sed aliena cautione. Cic. pro Flacco. Budæus.

Superesse fide. Tacit. lib. 3, Sed fide, ac virtute legatos, se consiliis superfuisse. Hoc est vicisse.

Sustentare fide amicos, Id est Sponsione. Cic. pro Rab. Posth. Nec interea locupletare amicos vnquam suos destitit, mittere in negotium, dare partes, augere, fide sustentare.

Tenere fidem. Cic. 13. Philipp.

Tentare fidem polliciti. Ouid. 11. Metam.

Tollere fidem, Vide TOLLO.

Tribuere fidem testimonio alicuius. Cic. pro Sylla.

Tribuere fidem rebus, Id est authoritatem. Cic. 1. de Diuinat.

Fidem suam tueri, Est seruare illæsam famam locupletis debitoris. Cic. Att. lib. 11. epist. 2. Eidem, lib. 11. epist. 1, Ego in cistophoro in Asia habeo ad sesterciũm bis & vicies, huius pecuniæ permutatione fidem nostram facilè tuebere. Budæus. Fidem nostram tuebere, nimirum præstando quod promisi. Fides enim verbum est proprium debitorum, & sæpe cum verbis translatis aptè coniungitur, vt apud Cæsarem initio lib. 3. de bel. Ciuil. Quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ soluerentur.

Turbata fides. Claud. 7. Paneg.

Vacillat fides testium, Vide VACILLO.

Vendere fidem gemmis. Tibul lib. 1. eleg. 9.

Prona venit cupidis in sua vota fides. Ouid. 3. de Arte.

In fidem alicuius venire, pro In ditionem & dominium, vel amicitiam. Liu. lib. 10.

Violare fidem. Lucret. lib. 2. Cic. 3. Offic.

Vti fide alicuius, Vide VTOR.

FIDES, dea à Romanis culta, testibus Cicerone, Lactantio, & August. Dion. Alicarn. in 2. hist. lib de Numa scribens, Primus, inquit, ipse omnium templum Fidei publicæ erexit, sacrificiáque ei statuit sumptu publico, sicut de aliis. Idem ferè Plutarchus. Seruius in 1. & 8. Æneid. scribit, quòd Fidei albo panno inuolura vel velata manu sacrificabatur: per quod ostendebatur, Fidem debere esse tectam, & secretam: vnde Horat. Et albo, Rara fides colitur velata panno. Acron verò, Albo panno, aut, caput velasse eos, qui Fidei sacrificarent. Plura vide apud Porphyrionem.

Fideicommissus, Adiectiuum {πιστοδιάθετος} vt Libertas fideicommissa, Id est fideicommisso relicta. Vlpian. in l. Titius. D. de actionibus empti, Titius quum decederet, Seiæ Srichum, Pamphilum, Arescusam per fideicommissum reliquit: cuiúsque fidei commisit, vt omnes ad libertatem post annum perduceret, &c. Hæres eadem mancipia Sempronio vendidit, nulla commemoratione fideicommissæ libertatis facta, &c.

Fideicommissum, fideicommissi {πιστοδιάθετον} Species est dispositionis vltimæ alicuius voluntatis: qua precatur hæredem aut alium dare aut facere aliquid, quod nunc per omnia legato exæquatum est. Vlpianus in l. 1. D. de Legat. 1.

Petere fideicommissum. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Fideicommissorũ, alia singularia sunt, alia vniuersalia: Singularia sunt, quæ singularum rerum fiunt, veluti, Rogo te hæres vt fundum illum Sempronio reddas, restituas. Vniuersalia verò, totius hæreditatis, veluti, Peto à te vt hæreditatem illi meam restituas. Horom.

Fideicommissarius, fideicommissarij, Cui fideicommissum relictum est. Vlpian. de Legat. 3. l. fideicommissa, Paulatim igitur admittemus & si ex parte pecuniæ rem comparauit, quam non hoc anno exegit, vt fideicommissarium priuaret fideicommisso, posse adhuc fideicommissi petitionem superesse.

Fideiubeo, fideiubes, pen. corr. {ἐγγυάω} fideiubêre. Vlpianus in l. si dubitet. §. filiusfamiliàs. D. de fideiussoribus. Filiusfamiliàs pro patre poterit fideiubere, nec erit sine effectu hæc fideiussio. Idem in l. 1. D. de solutionibus.

In rem suam fideiubere. Paulus in l. de die. in princ. D. qui satisdare cogantur. Sed nec miles, nec minor viginti quinque annis probandi sunt: nisi hæ personæ in rem suam fideiubeant, vt pro suo procuratore.

Fideiussio, Verbale {ἔγγυα} Iabolenus in l. sed etsi. D. de fideiussoribus, Quum seruus fideiussionis nomine obligari non possit.

Fideiussor, fideiussoris {ἔγγυητὴς, κεφάδοχος} Author credendi, inquit Donatus: aliam aliquid daturum, factúrúmve sua fide, suóque periculo promittens. Vlpianus in tractatu De fideiuss. l. Græce, Siquis Stichũ stipulatus, fideiussorem ita acceperit, Stichum aut decem fide tua iubes? Budæus. Eius compositum Confideiussor, vide suo loco.

Fideiussores assidui, Vide ASSIDVVS.

Fideiussor, Iurisconsultis dicitur, qui fide ac periculo suo suadet, vt id de quo agitur, fiat, quoniam eius euentum præstat, vt l. Lucius. D. de fideiuss. Peto des ei numos, fide ac periculo meo. Itaque quum has passim formulas legimus, Stichum aut decem fide tua iubes? Quantam pecuniam crediderò, fide tua esse iubes, & similes, subauditur perpetuò, Isti credita. Nam Iubere, pro velle, suadere, cupere, hic vsurpatur, vt veteres in his locutionibus annotarunt, Iubeo te saluere: Iubeo te bono animo esse, &c. Ex Hotomano.

Fideiussorius, Adiectiuum. Papinianus in l. tribus. D. de vsufruct. earum, quæ vsu consu. Si cohæredes ex causa fideiussoria conueniantur.

Fido, fidis, fisus sum {πείθω, πείθομαι} fidere, Fidem habere, credere, spem ponere.

Cum datiuo. Plin. epist. 174, Ita solemus, qui ingenio parum fidimus, satietatis periculum fugere. Virg. lib. 9. Æneidos,

-& fidere nocti.

Cum ablatiuo. Virgil. in 7. Æneidos,

Moliti iam tecta videt, iam fidere terra.

Cursu fidere. Ouid. 7. Metam.

Fidebo, Futurum antiquum, teste Nonio, Næuij testimonium citante, vbi ait,

Tibi quum fidebo, fidelis ero.

Fidens, Participium {θαῤῥῶν, θαῤῥαλέος} Cicero 1. de Natura deorum, Istíne fidentes somniis, non modò Epicurus & Metrodorus, & Hermacus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclémque dixerunt, &c.

Dubitans & Fidens, contraria. Cic. Att. lib. 10. 197, Istum enim victorem magis relinquendum puto, quàm victum: & dubitantem magis quàm fidentem suis rebus.

Fortis & fidens. Cic. 3. Tuscul. Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur: ductum verbum à confidendo, quod laudis est. qui autem est fidens, is profectò non extimescit.

Animus prudentia consilióque fidens. Cic. 1. Offic.

Animo fidenti gradi ad mortem. Cic. 1. Tuscul.

Inuentus fidens brachiis. Horat. 3. Carm. ode 4.

Fuga fidens Parthus. Virgil. 3. Georg.

Bene sibi fidens puer. Cic. Att. lib. 6. 117.

Præsidio fidens. Horat. 1. epist. 19.

Voce fidenti loqui. Cic. 2. de Diuinat. Ex quodam poeta.

Animi fidens. Virgil. 2. Æneid.

Fidenter, Aduerbium {θαῤῥαλέως} Hoc est tuto & cum fiducia. Cic. 2. de Orat. Tum ille fidenter homo peritissimus confirmare, &c.

Timidè & Fidenter, contraria. Cic. 2. de Diuinat. Timidè fortasse signifer euellebat, quod fidenter infixerat.

Fidenter agere. Cic. 4 Acad. Et 2. de Finib. At ille non pertimuit sanéque fidenter, ipsius quidem ipsis verbis, inquit.

Fidentius scribere alicui. Cic. ad Attic. lib. 6. 111.

Fidentia, fidentiæ {θαῤῥος, πεποίθησις} Cic. 4. Tuscul. an. Et si fidentia, Id est firma animi confisio, scientia quædam est & optimo grauis, non temere affentiens: metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 2. de Inuent. Fidentia est per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ certa cum spe collocauit.

Fidelis, & fidele, pen. prod. {πιστὸς, δόλιος} Cui fides turò adhiberi potest: vel qui fidem seruat. Plautus Capt. 6. Cic. ad Seruium, lib. 4. 1, Aut siquem tuorum fidelium voles, ad me mittas.

Ad vetustatem fidelis. Vide AD præpositionem.

Fidelis in amicitiis. Cic. 2. de Finib.

Imperio fidelis Cic. de Aruspic. resp.

Fidelis officiis. Cic. 5. Verr.

Fideliorpice explendis rimis. Plin. lib. 16. cap. 36.

Amicitia fidelis. Cic. de Amicit.

Fideli animo & clementi in aliquem esse. Terent. Hecy. 3. 5.

Animo fideli in dominum seruus. Cic. pro Milone.

Fidelissima auxilia. Cic. ad Brutum, 10.

Fidelis & vera comprehensio. Cic. 1. Acad.

Coniux fidelis. Ouid. in Ibin.

Coniux fidelissima. Cic. Qu. frat. lib. 1. 3.

Fidele consilium dare. Cic. pro Cluent.

Cura fidelior. Ouid. 1. de Arte.

Desyderiis icta fidelibus. Horat. 4. Carm. ode 5.

Doctrina, domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest. Cic. Tironi, lib. 16. 17.

Familiaritates Græcorum parum fideles. Cicero Quinto fratri, libro 1. 1.

Gratia fidelissima mihi coniunctus homo. Cic. pro Milone.

Fidelis intentio, pro Seria. Seneca epist. 72, Si quicquam ex studio, & fideli intentione laxauerint, retro eundum est.

Lacrymæ fideles. Ouid. epist. 14.

Medicus fidelis. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Mente fideli casta fis. Tibull. lib. 1. eleg. 6.

Monitus fidelis. Ouid. 13. Metam.

Oculis subiecta fidelibus. Horat. in Arte.

Fidelis opera. Plaut. Perſa, 2, 3

-obsecro te, rescróque,

Operam da hanc mihi fidelem.

Pax fidelis. Ouid. 4. de Ponto. eleg. 9.

Seruus egregiè fidelis. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.

Silentium fidele. Horat. 3. Carm. ode 2.

Socius fidelissimus. Cic. pro Fonteio.

Fidelem se hero suo facere. Plaut. Milit. 7,

-næ te ædepol stultitia tua penè perdidit:

Dum te fidelem facere hero voluisti, penè absumptus es.

Nemo credit ei nisi quem fidelem putat. Cicero pro Roscio Amerino.

Fidelitas, pen. corr. {τὸ πιστὸν} fidelitatis, Fiducia, & crudelitas, vel etiam fidei persolutio. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2, Quibus in rebus etiam si fidelitas summa est, quod prorsus credo, &c. Sic 5. Verr. Tanta authoritas est in eorum hominum fidelitate.

Erga patriam fidelitas. Planc. Cic. lib. 10. 17.

Operam & fidelitatem alicuius desyderare. Cicero Tironi, libro, 16. 11.

Fidelitate & beneuolentia alicui satisfacere. Cicero Sulpitio, libro 13. 21.

Amicorum fidelitate seruata alicuius vita. Cic. pro Plancio.

Fideliter, pen. corr. {πιστῶς} Aduerbium, Æquè & iustè. Cic. 1. Offic. Hæc præscripta seruantem licet grauiter, magnificè, animoséque viuere, atque etiam simpliciter, fideliter & vitæ hominum amice.

Curare fideliter merces alicui. Cic. Attico, lib. 15. 329.

Discere fideliter artes. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9.

Inaurato ibi fidelissimè simulacro. Plin. lib. 33. cap. 3.

Fideliter monere aliquem. Ouid. epist. 21.

Constanter & fideliter permanere in amicitia Populi Romani. Liu. 3. bel. Maced.

Fideliter retinere commissa. Horat. 1. epist. 19,

Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Fidelius seruire alicui. Ouid. 7. Metam,

Fidelè,

Fidelè, Aduerbium {πιστῶς} pro Fideliter. Plaut. Capt. 7,

Fac fidelè sis fideli: caue fidem fluxam geras. Antiquum.

Fidus, Adiectiuum {πιστὸς} Cui fidendum est. Plinius in Panegyr. 79. Virgilius,

-Rex ô fidissime Teucrũm. Cic. de Amic. Quos fidos amicos habuisset, quósque infidos.

Amicus fidus. Catul. ad Cornelium, epigr. 97.

Fidus animus. Liu. 5. bel. Pun. Quo vbi ventum est, coorti cum clamore equites, properè inconditam Thurinorum turbam, nec satis fido animo vnde pugnabat stantem, extemplo in fugam auerterunt.

Aures fidæ. Ouid. 10. Metam.

Coniux fidissima. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5.

Fidissimus cultor imperij Romani. Liu. 6. bel. Pun.

Custos fidissima. Ouid. 5. Fast.

Fida custodia. Cic. 2. de Finib. Ineſt ad humanam societatem iustitiæ fida custodia. Sic 2. de Nat. deor.

Domus fida. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.

Ensis fidus. Virgil. 6. Æneid.

Fida familiaritas. Cic. 2. Offic.

Interpres fidus. Horat. de Arte.

Medicus fidus. Horat. 1. epist. 8.

Minister fidus. Ouid. 2. Metam.

Fida pax Romanis fuit cum Porsena. Liu. 2. ab Vrbe.

Pectora fida. Ouid. 9. Metam.

Fidissimus domino seruus. Liu. 3. bel. Maced.

Silentia fida. Virgil. 3. Æneid.

Sodalis fidus. Ouid. 1. de Arte.

Subsidium fidissimum. Tacit. lib. 5, Quasi fidissimum ad subsidium perfugisset.

Terra fida. Ouid. 5. Metam.

Fidissima vxor. Cic. Terentiæ, lib. 14. 4.

Fidè, Aduerbium {πιστῶς} Cicero Cælio, libro 2. 15, Nec me ista terrent quæ mihi à te ad timorem fidissimè atque amantissimè proponuntur.

Fiducia, fiduciæ {πιστότης, πεποίθησις} Audacia, securitas. In bonum ferè semper accipitur, quanuis aliquando in malum. Plin. epist. 342, Meritò habuisti Secundæ charissime, fiduciam animi mei.

Propter tuam fiduciam. Plaut. Bacchid. 8,

Nunc propter te, tuámque pravos factu'st fiduciam.

Iudicia fiduciæ, tutelæ, societatis. Cic. pro Rosc. Comœd. Et 3. de Nat. deor.

Formæ fiducia decipit. Ouid. 8. Metam.

Iuris fiducia. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Minimæ fiduciæ exercitus, Cui parum fiditur. Liu. lib. 8.

Fiducia mea, Hoc est meo periculo. Plaut. Pœn. 18,

Mea fiducia hercle harúspex patruelis promisit scio

Libertatem: quia me scit hanc amare.

Fiducia mei, Idem. Plin. epist. pen. lib. 4. Virgil. 8. Æneidos,

-fiducia ceſſit

Quò tibi diua mei?

Fiducia fui. Liu. 5. bel. Pun. Mirabundíque vnde tot hostes tã subitò exorti propè deleto exercitu forent, vnde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis, &c.

Qua fiducia id facere audeam, nec quid me nunc faciam scio. Terent. And. 3. 5. Virgil. 1. Æneidos;

Tanáne vos generis tenuit fiducia vestri? Idem,

Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.

¶ Audax fiducia. Stat. 6. Thebaid.

Falsa formæ fiducia. Propert. lib. 3. eleg. 28.

Mendax fiducia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4.

Mutua inter se fiducia, Vide MVTVVM.

In volucri tenuis fiducia cursu. Stat. 5. Thebaid.

Vana pedum fiducia. Ouid. 10. Metam.

¶ Addere fiduciam alicui, Vide ADDO.

Afferre fiduciam, Vide AFFERO.

Per rationem fiduciæ fraudare quempiam. Cic. pro Cecin.

Habere orationis fiduciam. Quintil. lib 2. cap. 15.

Iactare fiduciam. Quintil. lib. 4. cap. 1, Aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat.

Audax metus, & pallens fiducia. Stat. 6. Thebaid.

Præ se ferre fiduciam. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Stabilis beneuolentiæ fiducia in vita tyrannorum esse non potest. Cic. de Amicitia.

Fallax animum fiducia tangit. Ouid. 11. Metam.

Fiducia in virtute alterius, Existimatio quam de fide & virtute alterius habemus. Liuius 4. bel. Pun. Conscriorum nemo, quum diu socius consilij torqueretur, aut latuit, aut fugit. tantum illis in virtute ac fide Theodori fiduciæ fuit, tantúmque ipsi Theodoro virium ad arcana occultanda.

Facere fiducia alicuius quod facimus. Cic. 7. Verr.

Alicuius fiducia spoliare prouinciam. Cic. 2. Verr.

Fiduciam eam diligentiæ tibi habeo, vt credam te omni ratione id acturum, ne sint obnoxij iniuriis. Plin. epist. 299. Barbari dicunt, *Credo quod tu eris tam diligens quod.*

¶ Fiducia, est quum res aliqua sumendæ mutuæ pecuniæ gratia vel nuncupatur, vel in iure ceditur.

Fiduciam accipere. Cic. in Topic. Si tutor fidem præstare debet, si socius, sicui mandatis, siqui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Boetius in quarto commentario Topicorum, Fiduciam (inquit) accepisse dicitur cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet. Veluti siquis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, reddituro quum tempus illud dubium præterierit. Cic. pro Flacco, Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupasti. Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie ac possides. Eum tu testem spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicendum coegisti. Pecuniam (inquit) fœneratitiam à te sumpsit adolescens, ob eámque fundum fiduciarium dedit. Id est fiduciaria mancipatione. Budæus. Vide ACCIPIO.

Fiduciam committere, quid sit, ex præcedenti Ciceronis exemplo intelligitur.

Fiducia sua opus conducere, Vide Aduersio, in ADVERSVS.

¶ Fiducia, est contractus, quo fidem alterius sequuti, rem ei aliquam simulandi tantum causſa mancipamus: inde ducta appellatione, quòd nulla alia re, quàm fide ac probitate emptoris freti, eam venditionem interponimus. Vnde Fiduciarius emptor ille rectè appellabitur, quemadmodũ hæres Fiduciarius dicitur, cuius fidei suam hæreditatem testator ad tempus tantùm credit. Vide plura apud Hotomanum, in Comment. verb. iuris.

Fiduciarius, Adiectiuum {πιστικὸς} Budæus, Omnino fiduciariã mancipationem vel venditionem, venditionem hodie vocamus sub redimendi, redhibendíque lege factam. Idem alio loco, Fiduciarium possessionem appello, quam sub *manu regia possidere* vocant, quasi fide data acceptam, à fiducia tamen dictam. Liuius libro 2. de bello Macedon. Optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyrannum velut fiduciariam dare, vt victori sibi restitueret: siquid aduersi accidisset, vt ipse haberet. De Corintho loquens quam Philippus Nabidi ea lege dederat, vt si victor ex bello redisset, Nabis ei restitueret. Sic Cæsar lib. 2. de bello Ciuili, Neque se ignorare quid sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum pro vicario, Id est locum tenente intelligendum, quem propterea fiduciariam operam obtinere dixit, quia redeunte Imperatore aut Consule, cedere eum oportet. Curtius etiam eodem modo vsus est. Inde Fiduciarius hæres ab Iaboleno vocatus est fideicommissarius, in l. Seius, ad Trebel.

¶ Fiduciarius seruus, pro Oppignerato. Paulus lib. Sent. 2. cap. 12, Quicquid creditor per fiduciarium seruum quæsiuit, fortem debiti minuit.

Fiduciarius tutor, Vide Tutor, tutoris, in TVTOR.

FIDES, fidis, fig. {χορδὴ, κιθάρα, λύρα} Genus citharæ, quæ & Lyra dicitur; Chordæ Cicero in Hortensio, Ponendæ sunt fides & tibiæ. Sic 3. de Orat. Festus, Fides, genus cytharæ, dicta quòd tantum inter se chordæ eius, quantum inter homines fides, concordent. cuius diminutiuum est fidicula. Pers. sat. 6, Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ.

Conspicuus fide. Ouid. epist. 5. De Apolline.

Canoræ fides. Virgil. 6. Æneid. Vide CANORVS.

Adhibere fides epulis. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Assumpta fide pulsus luctus. Id est cithara. Valerius Flaccus 4. Argonaut.

Canere fidibus. Quintil. lib. 1. cap. 10. Vide CANO.

Ceciniſſe fidibus præclarè dicitur Epaminundas. Cic. 1. Tusc.

Contentæ & incontentæ fides. Cic. 4. de Finib. Vt, inquit, in fidibus pluribus, si nulla earum ita contenta numeris sit, vt concentum seruare possit, omnes æquè incontentæ sint: sic peccata quia discrepant, æquè discrepant. paria sunt igitur.

Discebant fidibus antiqui. Cic. de Senect.

Docere aliquem fidibus. Vide paulo pòst, Fidicen.

Iungere vocem fidibus. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Mouere fides. Ouid. ad Pisonem.

Fidicula, fiduculæ, pen. corr. {ψαλτήριον, λυρίον} Parua Lyra. Gellius lib. 13, Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum, tibiarúmque concentu conspiratam. Cicero 2. de Nat. deor. Quid si platani fidiculas ferrent numerosè sonantes?

¶ Fidicula, Syderis nomen: quod Fides à Colum. lib. 11. cap. 2. dicitur. Plinius lib. 18. cap. 26, Pridie nonas Ianuarij Cæsari Delphinus matutino exoritur, & postero die Fidicula, quo Ægypto Sagitta vesperi occidit. Ibidem, cap. 25, Fiduculæ occasus Autumnum inchoat. Hoc sydus Arato dicitur & Chelys & Lyra.

¶ Fidiculæ, numero tantùm plurali, sumitur pro instrumento torquendi, ex duobus, vt putatur, obliquatis lignis compacto, ab extorquenda veritate ac fide. Vel à neruis funibus, vinculisque, quibus ad illum modum homines torquendi alligantur. Hæc Valla libro 1. Sed verius putatur esse tormentum quo fontes à tortore funibus alligati, vulgò torquentur. Seneca lib. 3. de Ira, Equuleus, & fidiculæ, & ergastula, & cruces. Suet. in Tiberio, cap. 62, Excogitaueratque inter genera cruciatus, vt repentè veretris deligatis, fidiculorum simul, vrinæque tormento distenderet.

¶ Fidiculæ, quæ in tormentis numerantur, videntur Turnebo lasciuia quadam ioci nomen inuenisse, quòd vt in fidibus nerui, item quoque vt nerui hinc & inde multis funibus homines distendebantur. Sed & illa machina funes multos vt neruos habebat.

Fidicen, pen. corr. fidicinis, pen. etiam corr. {κιθαρῳδὸς, κιθαριστὴς} Qui canit fidibus. Cic. Pæto, lib. 9. 22, Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Idem, 2. de Nat. deor.

Fidicen & tibicen mundus. Cic. 3. de Nat. deor.

Romanæ fidicen lyræ. Horat. 4. Carm. ode 3.

Fidicina, fidicinæ, penult. corr. Mulier fidibus canens. Terentius Eunucho, 3. 2,

-ecquid nos amas De fidicina istac? Ibidem,

-quandam fidicinam amat hic Chærea.

Fidicinius, Adiectiuum {κιθαριστικὸς} Quod pertinet ad fidicinem. Plaut. Rud. 2,

Eam vidit ire è ludo fidicinio domum.

FIDICVLANVS Falcula, Senator, Populi Romani splendor, ordinis decus iudiciorum, exemplar antiquæ religionis. Author Cicero pro Cecinna.

FIDIVS deus {ὅρκιος Ζεὺς} Iouis filius, à fide dictus, vt nonnullis placet. Plautus, Per deum Fidium credis iurato mihi. Fuit apud veteres Romanos in honore maximo, adeò vt templa cum sacrificiis meruerit. Culeus est à veteribus in Quirinali lugo Nonis Iunij. Ouid. 6. Fastorum,

Quærebam, Nonas Sanco, Fidióne referrem, &c. Vide MEDIVSFIDIVS.

Fido, fidis, Fiducia, Fiduciarius, Fidus, Vide FIDES, fidēi.

FIDVLVS, Viri proprium, de quo Cic. in Vatin. C. Fidulus aratus.

Fiducia, vt vult Festus, à fide denominata, ea quæ maximè fidei erant.

FIDVSTIVS, M. Senator, temporibus Syllæ vixit, ab eóque nulla alia de causa proscriptus est, quàm quia proscriptus fuisset. Meminit Plinius lib. 7. cap. 43.

F I G

Figmentum, Vide FINGO.

Figo, figis, fixi, fixum {πηγνύω, σκίαπτω, πασσάω} figere. Diomedes fictum probat ex Scauro. his verbis, Sagitta confictus. Est autem figere, Immittere Columella, Palum humi fixit. Virgil. 4. Georgicorum,

-ipse feraces

Figat humo plantas.

Figere in poste. Cic. ad Attic. lib. 3. 55. Ast ture scripsisti ad me quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, ne referri, néve dici liceret.

Amicitiis parcere, & aduersarios figere. Cic. in Orat.

Cuspide fixit apros. Ouid. 2. de Arte.

Figere carnes verubus. Virgil. 1. Æneid.

Figere ceruos, Vide CERVVS.

Gradus figere. Valer. 7. Agonaut.

Fixisset grauidam quum leuis hasta suem. Martial. lib. 1.

Figere imbrices clauulis Cato cap. 21. Plin. lib. 10. cap. 40.

Mucrones figere in aliquo. Cic. 14 Philipp.

Læuo mucronem tempore fixit. Ouid. 5. Metam.

In collo figere dente notas. Tibul. lib. 1. eleg. 8.

Figere palum in parietem. Plaut. Mulit. 16.

Figere pedem. Virgil. 6. Æneidos,

It comes, & paribus curis vestigia figit. Vbi Seruius, Aut simili solicitudine detentus incedit. Aut figit vestigia, Id est stat subitò: quod cogitantes facere consueuerunt.

Tela figere. Propert. lib. 2. eleg. 10.

Figebantur nostri diuersis telis. Hirtius de bel. Alexand. lib. 4.

¶ Figere, Affigere: hoc est Applicare, & quasi ad aliquid firmare. Vnde omissa militia siue gladiatura milites, seu gladiatores arma figere dicebantur, quia ea in templis suspendebant, vel templorum parietibus affigebant. Liuius 4. ab Vrbe, Spolia in ædibus Iouis Feretrij prope Romuli spolia, quæ opima prima appellata sola ea tempestate erant, cum solenni dedicatione fixit. Vnde tractum est vt

Figere arma sit securum esse. Virgil. 1. Æneidos,

-armáque fixit

Troia: nunc placida compostus pace quiescit.

Figere ad statuam. Plin. epist. 159.

Figere legem. Cic. ad Attic. lib. 14. 308, Veruntamen ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia fixit legem à Dictatore comitiis latam, qua, &c. Virgil. 6. Æneidos,

-fixit leges pretio, atque refixit. Vbi Seruius, Fixit ideo, quia incisæ in æreis tabulis affigebantur parietibus.

Senatusconsultum ære publico figere. Tacit. lib. 12, Et fixum est ære publico Senatusconsultum, quo libertinus Sestertij ter millies posset sortiri, antiquæ parsimoniæ laudibus cumulabatur.

Figere tabulas, Idem quod figere leges. Cic. ad Cassium, lib. 12. 1, Tabulæ figuntur, immunitates dantur. Idem 1. Philipp.

¶ Trabali clauo figere beneficium. Cic. 7. Verr. Prouerbialis loquutio. nam beneficium quod Mamertinis fecerat, volebat Verres clauo trabali, id est indissolubili, figere. Eiusdem sensus est Herculanus nodus. Quadrat in eos qui sunt arctissima necessitudine coniuncti, & copulati. Vide Erasmum in Chiliad. bus.

Dicta hæc mea figite. Virgil. 10. Æneid.

Figere mentem in re aliqua. Cic. ad Curionem, lib. 2. 5, Mentem denique omnem in Milonis Consulatu fixi.

Figere modum, pro Imponere. Horat. 3. Carm. ode 15,

Tandem nequitiæ fige modum tuæ.

Oculos figis in virgine. Ouid. 4. Metam.

Oscula figere. Virgil. 2. Æneid. Ouid. ad Liuiam.

Tacitus nostras intra te fige querelas. Iuuen. sat. 9.

Tela deorum in impiorum membus figuntur. Cicero de Arusp. respons.

Vultus fixit in imagine diuæ. Ouid. 4. Fast.

Fixus, Participium {πεπηγώς, πεπαγώς} Plaut. Trinum. 14,

Ad parietem sunt fixæ clauis ferreis.

Fixus & fundatus. Cic. ad Attic. lib. 1. 11. de statu Reipub. Bonorum omnium coniunctione, & authoritate Consulatus mei fixus & fundatus videbatur.

Arma parietibus fixa. Cic. 1. de Diuinat.

Dolor fixus medullis. Seneca Herc. Œth. 4.

Fixa mala. Cic. ad Terentiam, libro 4. 4. Si hæc mala fixa sunt, ego verò re quamprimum mea vota cupio videre.

Saxis asperis fixus aliquis. Cic. in Pisonem.

Sententia fixa menti. Valer. 1. Argon.

Studium salutis alicuius, & testimonium dignitatis in monimentis publicis fixum. Cic. pro Sextio.

¶ Fixum, per translationem, pro Firmato. vnde Fixum consilium. Cic. ad Attic. lib. 8. 166, Et simul scito labare meum consilium illud, quod iam satis fixum videbatur.

Ratum, firmum, fixum. Cic. 4. Acad.

Fixum & statutum est. Cic. pro Murena.

Sicut quid ille promisit, id erit fixum. Cic. 1. Philipp.

Maneat, ac fixum sit, quod neque moueri, neque mutari potest.

F I L

Cicero pro Rabirio Posthumo.

Fixa animo. Lepidus ad Ciceronẽ, lib. 10. 34, Quæ perpetuò animo meo fixa manebunt.

Stabile & fixum bonum. Cic. 5. Tuscul.

Stabile, fixum, & ratum decretum. Cic. 4. Acad.

Fixum immorúmque animo sedet. Virgil. 4. Æneid.

Animis fixum tenere aliquid. Cic. pro Corn. Balbo.

Conuellere aliquid fixum. Cic. pro Cluentio.

Figlina, Figularis, Figulus, Figura, Vide FINGO.

F I L

Filatim, Vide FILVM.

Filiaster, Vide FILIVS.

Filictum Filicula, Vide FILIX.

Filipendula. Herba est, quæ vrinæ remoratui, eiúsque stillicidio auxiliatur: item renum tum calculis, tum doloribus. Eadem stomachi inflationes discutit. Mederur suspiriosis & anhelantibus, omnibúsq; in vniuersum morbis quos causa frigida excitauerit. Ex Mathiol. Senensi apud Dioscorid. lib. 3.

Filippi, Nummi genus in l. 27. §. cui legatum. D. de aur. arg. leg. Ab Horatio regale numisma appellatur lib. 2. epist. Fit & apud Trebellium Poll. in Claudio, & Vopiscum in Bonoso, & in Aurelian. & in Probo Filippeorum aureorũ, æreorúmque mentio, qui licet imagine vultus recentiorum Principum sint signati, priscum tamen nomen retinuere.

Filius, filij {υἱός, παῖς, τέκνον, πάϊς, γόνος} Notum vocabulum. Filium ἀπὸ τοῦ φίλειν dictum volunt, hoc est ab amore: quòd omnium constantissimus amor sit parentum in filios. Sipontinus.

Effigies probitatis paternæ, filius. Cic. 2. de Finib.

Imago animi & corporis, filius. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6.

Familiarum filij. Tacit. lib. 1. Trâquillus filiosfamiliâs appellat in Vespasiano Augusto, Néve filiorum familiâs fœneratoribus exigẽdi crediti ius vnquam esset. Rursum Tacit. lib. 11.

Filius familiâs. Cic. pro Cælio, Illũ filium familiâs patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes.

Fratris filius. Terent. Phorm. 2. 1, Phædriam mei fratris video filium mihi ire obuiam.

Filius blandus, Vide BLANDVS.

Infans filius. Iuuen. sat. 14.

Iustus filiús, pro Vero, Vide IVSTVS.

Minor filius, Vide MINOR.

¶ Adoptare filium, siue pro filio, Vide ADOPTO.

Filios vel liberos amittere vel perdere. Cic. Titio, lib. 5. 16.

Cohibere filium, Vide COHIBEO.

Lex vt condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset. Cic. 3. de Legib.

Educare filium. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Eniti filios. Quintil. in Procem. lib. 6.

Pietate filius, consiliis parẽs, amore frater in me inuentus est. Cic. Post reditum in Senatu.

Acerbum est parentum scelera, filiorum pœnis lui. Cic. Bruto, 12.

Probum filium ex patre improbo nasci. Cic. pro Rosc. Com.

Orbatus filio, Vide ORBATVS.

Percurere filium fecuri, Vide PERCVTIO.

Loco filij per ætatem esse. Cic. pro Domo sua.

Filij etiam in bestiis & rebus inanimatis dicuntur. Columel. lib. 6. cap. 37, Eiusmodi admissarius nepotibus, quàm filiis vtilior. De equis.

Fortunæ filius dicitur is, cui omnia prospero fortunæ cuentu succedunt. Horat. 2. Serm. sat. 6.

Terræ filij, Vide TERRA. Cic. ad Att. lib. 1. 8, Sed hæc scribam ad te aliàs subtiliùs: nam neque adhuc mihi satis nota sunt: & huic terræ filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo.

Filij appellatione, omnes liberos intelligi apud Iurisconsultos, ait Paulus in l. 84. D. de verb. signif.

Filiafamilias & filiæ dicuntur, qui sunt in aliena potestate. Nam qui ex me & vxore mea nascitur, in mea potestate est, l. 4. D. de his qui sunt sui.

Filiolus, filioli, pen. corr. Diminutiuum {τέκνιον.} Plaut. Trucul. 17. Cic. ad Atticum, libro 1. 1, Filiolo me auctùm scito, salua Terentia. Vide AVGEO.

Filiolus tibi nascitur. Iuuen. sat. 9.

Filia, filiæ {θυγάτηρ, παῖς} notissimum verbum.

Adultera filia. Iuuen. sat. 14.

Integra filia, Vide INTEGER.

Filia iam matura viro. Virgil. 7. Æneidos,

Sola domum, & tantas seruabat filia sedes,

Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

Nubilis filia. Ouid. 2. de Remed. amor.

¶ Auctus est ibi filia in subsidium & solatium simul. Tacitus in vita Agricolæ.

Collocare alicui filiam, Vide COLLOCO.

Filiam nuptui vel in matrimonium collocare, Vide COLLOCO.

Despondere filiam suam alicui. Cic. pro Cluentio.

Incestare filiam. Tacit. lib. 5, Post quos Sex. Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, & saxo Tarpeio deiicitur.

Locare filiam, Vide LOCVS.

Filiabus, in testamentis ob diferimen sexus, ait Plinius dici consueusse: quum his tãtum nominibus adiici soleat, quæ numero plurali es, literis terminantur, vt cupidiates, dignitates, vel quæ vs, vt manus, fenatus, fluctus. Hæc Charisius lib. 1.

Filiola, filiolæ, pen. corr. Diminutiuum {θυγάτριον.} Plaut. Rud. 4. Cic. 1. de Diuinat. Filiolam suam Tertiam, quæ tum erat admodum parua, exosculans, animaduertit tristiculam. Idem ad Attic. lib. 6. 12.

Filiaster, quo quidam vtuntur pro priuigno, non paruus filius est, sed imitans filium. Author Valla lib. 1.

Filix, filicis, pen. corr. f gen. {πτέρις} Herba passim in syluis, atque adeò agris ipsis crescens. Colum. lib. 2. cap. 2, Iunci & graminis pernicies, repastinatio

repastinatio est: filicis, frequens extirpatio. Plin. lib. 27. cap. 9, Filicis duo genera nec florem habent, nec semen, &c. Multa apud vtrosque. Virg. 2. Georgicorum,

Et filicem curuis inuisam pascit aratris.

Manipulis filicum dura humus. Virg. 3. Georg.

Neglectis vrenda filix innascitur agris. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Filicula, filiculæ, penult. corr. {πτερίδιον} Herba similis filici, quæ super muros antiquos, aut etiam iuxta quercus crescere soles. Plinius libro 26. cap. 8, Detrahit bilem polypodion, quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix in vsu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, &c.

Filicatus, penult. prod. Adiect. Cic. in Parad. Quid autem Numa Pompilius? minúsne grataes diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur? Alij legunt deliacas. Filicata patera dicta, quòd ad filicis herbæ speciem fit cælata. Author Festus.

Filiconeus, mali & nullius vsus, à filice dicti. Festus.

Filictum, filicti {πτερίδιον} Locus filicibus consitus. Colum. lib. 2. cap. 2, Iuncóne fit, an gramine vestitus, an filictis, aliisve frutetis impeditus.

Filum, fili {νῆμα, ῥάμμα, κλωστήρ, μίτος, σπάρτη} Propriè quod ex lino lanáve trahendo ducitur: hoc est linamentum. Lucilius, Surge mulier, duce filum non malum. Liu. 1. ab Vrbe, Legatus vbi ad fines eorum venit, vnde res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen est) Audi Iuppiter, inquit, &c.

Atra fila trium sororum. Horatius 2. Carminum ode 3. Id est Parcarum.

Damnosa fila senectæ exuit. Stat. 1. Sylu. 4.

Improba fila, Vide IMPROBVS.

Pendula fila. Claud. de torpedine, 16.

Tenuia fila aranei. Lucret. lib. 3.

¶ Deducere fila, Vide DEDVCO.

Deducit aranea filum pede. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.

Deducere filum pollice. Ouid. 4. Metam.

Purpureásque notas filis intexuit albis. Ouid. 6. Metam.

Canis frondes intexere filis. Ouid. 15. Metam. de bombycibus.

Legere fila. Virg. 10. Æneid.

Sonantia fila mouere, Citharæ chordas ferire. Ouid. 10. Metam.

Incepta fila relinquit. Ouid. 6. Metam.

Fila supremæ horæ. Martial. lib. 10.

Resoluent fila tua triplices deæ. Ouid. 2. Metam.

Traiicere filum in acu. Celsus lib. 7. cap. 16.

¶ Filum, Linea. Varro, Sumptóque aeramento sutorio filum duxit.

¶ Filum, Lineamenta faciei, & venustas. Gellius libro 14. capite 4, forma ac filo virginali dixit imaginem iustitiæ fieri solitam. Idem libro 1. cap. 9, tradit Pythagoram explorare solitum discipulos ex totius corporis filo atque habitu. Quidam physionomiam, vel tractum faciei vocant.

Pari filo esse, & simili figura. Lucret. lib. 2.

Subtili prædita filo. Lucret. lib. 4.

¶ Filum orationis, pro Stylo, & dicendi forma generéque, ac compositione ipsius orationis. Gellius lib. 20. cap. 4, Amaui in vtriusque epistola breuitatis elegantissimæ filum tenuissimum. Tractum est à textoribus, qui telam tenuissimo filo texentes, probatissimam conficiunt. Cic. de Amicit. Sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ. Hoc est, aliud dicendi genus. Idem libro 3. de Oratore, Primùm sylua rerum ac sententiarum comparanda est. Hæc formanda filo ipso & genere orationis. Syluaid est materia & copia. Hæc sylua formanda, id est in aliquam formam speciémque dicendi redigenda filo & genere orationis. Filum tenor est & perpetuus ductus orationis, quo materia subiecta continuatur, atque redigitur in vnum corpus. Vide Erasm. in Adag. Tenui filo.

Crassum filum. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 12.

Tenue argumentandi filum. Cic. in Orat.

Tenui deducta poemata filo. Horat. 2. epist. 1. Id est, stylo subtiliori, minúsque grandiloqua oratione.

Vberius filum. Cic. 2. de Orat. Omnes etiam tum retinebant illum Periclis fuecum, sed erant paulò vberiore filo. Id est abundantiore genere dicendi.

Filatim, penult. prod. Aduerbium {κατὰ νήματα.} Lucret. lib. 2,

Filatim quum distrahitur, disperditur omnis.

Filo, filas {νήθω, μιτόω} filare, Filum ducere. cuius passiuum est Filor. A quo fit compositum Effilo. Sipontinus.

F I M

FIMBRIA, Nomen fuit Romani ciuis, crudelitate insignis, qui quum Scæuolæ, quem grauiter vulnerauerat, diem insuper dixisset, quærentibus quid in Scæuola esset accusaturus, Quòd (inquit) non totum corpore ferrum recepserit. Author Cic. pro Roscio Amerino.

Fimbria, fimbriæ {πῖλος, δίσσωτος, κράσπεδον, κρασπεδή} Vestimentorum extremitas. Plin. lib. 7. cap. 51, Iam signa letalia: in furoris morbo, risum: sapientiæ verò ægritudine, fimbriarum curam & stragulæ vestis plicaturas.

Fimbriæ cincinnorum. Cicero in Pisonem, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes, ceruſſatæque buccæ.

Fimbriatus, penult. prod. Adiectiuum {δασσωτός.} Plinius lib. 17. cap. 10, Partémque aliquam è matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. Idé de vrtica, lib. 21. cap. 15, Caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.

Videtur significare replicatum, quod dicimus Gallicè *froncé*. Suet. in Cæsare, cap. 45, Vsum ferunt lato clauo ad manus fimbriato.

Fimus, fimi, masc. gen. {κόπρος, ὄνδος} Lætamen dicitur, non tantum de stercore animalium, quantum de hominum. Apuleius, Fimo fistula excusso. Plin. lib. 17. cap. 9, M. Varro principatum dat turdorum fimo ex auiariis.

Fimus columbinus, Vide COLVMBVS.

Quillus fimus. Vide Quillus in OVIS.

Reddere fimum, Excrementa ventris egerere. Plin. lib. 8. cap. 15. Vide REDDO.

Pingui fimo faturare sola. Virg. 1. Georg.

¶ Fimus, fœminino gen. dixit Apuleius, quum ait, Liquida fimo strictim egesta.

Fimum, fimi, neut. gen. Plin. lib. 28. cap. 12, Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) leuat vrina capræ auribus infusa, aut fimum cum bulbis illitum. Idem lib. 29. cap. 5, Prodest & fimum gallinaceum. Ibidem 5, Remedium est fimum caballinum.

Fimum bubulum. Columel. lib. 9. cap. 14.

Fimetum, fimeti, penult. prod. {κοπρεών} pro Stercorario, vel sterquilinio. Plin. lib. 24. cap. 19. Et lib. 17. cap. 9, Fimeta sub dio concauo loco, & qui humorem colligat, stramento intecta, ne in sole arescant, palo è robore depacto fieri iubet Virgilius.

F I N

Findo, findis, fidi, fissum {βιθύω, σχίζω, βόθυνμι} findere, Scindere & diuidere veluti in duas partes. Columella libro 3, Curabis vt præacutissima falce, ab ea parte qua bifurca est, findas eam. Plinius libro 10. cap. 23.

Findere & diuidere. Cic. 2. de Legibus.

Aera findit. Ouid. 4. Metam. De volante Perseo.

Sirius findit agros. Tibullus lib. 1. eleg. 7.

Aratro cælum findere. Ouid. 1. Trist. eleg. 7. De re impossibili.

Finditur cor meum. Plaut. Bacchid. 5,

Heu cor meum & cerebrum Nicobole finditur,

Iftius hominis vbi fit quaque mentio.

Finditur illic Euphrates: Hoc est diuiditur, & ramum producit. Plin. lib. 6. cap. 26.

Freta findere classe. Propert. lib. 3. eleg. 4.

Humum solidam findere carmine. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Mare findo carina. Propertius lib. 3. eleg. 9.

Rura finduntur vomere. Claud. 1. in Eutrop.

Terras findunt radices arborum. Cic. in Arato.

Finditur in solidum cuneis via. Virg. 2. Georg.

Via se findit in ambas partes. Virg. 6. Æneid.

¶ Findi, Præ indignatione rumpi, & diffilire. Persius sat. 3,

-turgescit vitrea bilis.

Finditur: Arcadiæ pecuaria rudere credas. Hoc est, vsqueadeò succenset atque stomachatur, quòd non tam citò adsit minister, vt propemodum crepet.

Fissus {χασὼς} Participium: vt Lignum fissum. Virg. 9. Æneid.

Lingua fissa in duas partes. Ouid. 4. Metam.

Paries fissus tenui rima. Ouid. 4. Metam.

Fissus, huius fissus {χάσμα} pro Fissura, & diuisura. Cic. 3. de Nat. deor. Vnde porrò ista diuinatio? quis inuenit fissum iecoris?

Fissum ani, Id est rima in ano. Celsus lib. 5. cap. 21, Propriè autem ad ani fissa, vel ora venarum fundentia sanguinem, vel cancrum, &c.

Fissum, neut. gen. Substantiuum. Cicero, Fissum familiare, inquit, & vitale tractant. Ex quo loco apparet fissum duplex fuisse, vnum familiare, vt opinor in iecore, alterum vitale, in aliis exris credo, vt pulmone, de quo Lucanus,

-parusque secat vitalia limes. Ex Turnebo.

Fissio, Verbale {χάσις.} Cic. 2. de Nat. deor. Quibus quum terræ subigerentur fissione glebarum, &c.

Fissura, fissuræ {χάλασις, χασμή.} Colum. lib. 4. cap. 29, Quod tum & totius obtruncatione vitis & cum eiusdem refectionis fissura præcipit fieri. Plin. lib. 10. cap. 63.

Fissilis, & hoc fissile, penult. corr. {χασὼς} Quod fissum est, aut findi potest. Plaut. Aulul. 12, Ad focum si adesses, nõ fissile haberes caput. Plin. lib. 16. cap. 38. Colum. lib. 9. cap. 1, Erit fissilis stipes.

Robur fissile cuneis scinditur. Virg. 6. Æneid.

Fingo, fingis, finxi, fictum {πλάττω, σκιαπτόμαι, ὑποτυπόω, ὑπισκιάπτω, χαμαιτυπέω} fingere, Componere, formare, proprie de figulo dicitur, qui vasa format ex luto. Inde generale fit vocabulum ad cætera quæ ingenio, manúque hominis artificiosè formantur. Quintil. lib. 5. cap. 12, Statuarum artifices, pictorésq; clarissimi, quum corpora quæ speciosissima fingendo, pingendóque effingere cuperent. Idem libro 3. cap. 11, Nec pingere quisquam aut fingere cœpit à pedibus.

Fingere dicuntur etiam statuarij. Pictores pingunt, non fingunt. Cicero lib. 5. Famil. epist. 12. ad Luceium, Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimùm pingi, & à Lysippo fingi volebat. Paulo pòst, Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse.

Facere & fingere. Cic. pro Domo sua, Quid te aut fieri aut fingi dementius potest?

Fingi & pingi. Cic. Luceio, lib. 5. 12, Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat.

Fingere & formare. Cic. 1. Academ.

Fingi gignique multa in agris propter fœcunditatem. Cicero 1. de Diuinatione.

Quæ natura prona atque ventri obedientia finxit. Sallustius in Catilinam.

E cera fingere. Cic. 6. Verr. Cybiratæ sunt fratres quidam Tlepolemus & Hero, quorum alterum fingere opinor è cera solitum esse, alterum esse pictorem.

In ceris fingere. Cic. 1. de Nat. deor.

¶ Dici, aut fingi. Cicero pro Milone, Quid enim nobis duobus Iudices, laboriosius, quid magis solicitum, magis exercitum dici aut fingi potest, &c.

¶ Fingere animo, Concipere, & mente excogitare. Cicero de Senectute, Quod quo magis intelligi posset, fingere animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima.

Animo & cogitatione aliquid fingere. Cic. 5. Tuscul.

Fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meæ.Cic. pro Milone.

¶Fingere ex sua natura cæteros: Hoc est cæteros ex suo ingenio iudicare.Cic.pro Rosc.Amer.

Suscipe paulisper meas partes,& eum te esse finge qui sum ego.Cicero Pulchro,lib.3.12.

Finge aliquem nunc fieri sapientem,nondum esse.Cic.4.Academ. Vlpianus l.cum quidam.D.de acquirenda hæredit. Finge obstetrites dicere.

Fingere aliquem voto.Plin.epist.112.lib.6.

¶Fingere amicitias,pro Simulare. Cic.de Amicitia, Atque etiam mihi quidem videntur, qui vtilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiæ tollere.

Fingere,dissimulare,obtegere. Cic.Attico, lib.1.13, Quicum ego conloquar nihil fingam,nihil dissimulem,nihil obtegam.

Animos audientium fingere.Quintil.lib.3.cap.4.

Di me finxerunt inopis,& pusilli animi. Horat.1. Serm.sat.4.Hoc est fecerunt.

Carmina fingere.Horat.4.Carm.ode 2.Id est componere.

Fingit causas ne det:Hoc est cauillatur. Terent.Eunucho,1.2,

-postquam sentit me tecum quoque

Rem habere,fingit causas ne det,seduló.

Fingere causas ad discordiam. Terent.Hecyra,4.4,

-facis iniuriam,

Quum fingis falsas causas ad discordiam.

Comas auro finxerat.Stat.5. Thebaid.

Fingere corpora lingua:Hoc est lingendo efformare quemadmodum leones & vrsi solent suos catulos. Virg.lib.8.Æneid.

Credibilius fingere.Quintil.lib.4 cap.2.

Crimen fingere.Cic.5.Verr.

Fingere fabricam ad senem.Terent.Heauton.3.2,

Nónne ad senem aliquam fabricam fingit?

Faciem,vultum,sonum nobis non possumus fingere. Cicero 1.de Oratore.

Fingere fallaciam.Plaut.Asin.6. Terent.Heauton.3.2,

Aliquid reperiret:fingeret fallacias,

Vnde esset adolescenti,amicæ quod daret.

Falsum quidpiam fingere,pro Comminisci.Terent.Eunucho,1.2,

Ego pol quæ mihi sum conscia,hoc certò scio,

Neque me finxisse falsi quicquam,&c.

Fauos fingere dicuntur apes, pro Artificioſè facere. Cicero 1.Officiorum, Apium examina non fingendorum fauorum causa congregantur:sed quum congregabilia natura sint,fingunt fauos.

Formas aptè fingetur in omnes.Ouid.14.Metam.

Suis cuique Fortuna fingitur moribus.Cic.in Paradox.

Fugam fingere,pro Simulare.Plaut.Capt.5,

At fugam fingitis:sentio quam rem agitis.

Futura ex euentis fingere.Cic.Cecinnæ,lib.6.6.

Fingere & fabricare hominem. Cic.4.Academ. Etiámne hoc affirmare potes Luculle, esse aliquam vim cum prudentia & consilio, scilicet quæ finxerit, vel (vt tuo verbo vtar) quæ fabricata sit hominem?

Fingit & creat natura homines imitatores & narratores facetos. Cic.2.de Orat.

Ad honestatem finxitte natura.Cic.pro Murena.

Iocum fingere tristi mente. Tibullus lib.3.eleg.7.

Liberè & impunè aliquid fingere.Quintil.lib.6.cap.1.

Maleficium fingere.Cic.pro Rosc.amer.

Moderatur & fingit non modò mentem & voluntates, sed penè vultus eorum apud quos agit actor.Cic.3.de Legibus.

Fortuna miserum finxit me.Virg.2.Æneid.

Mores fingere. Cic.4. Academ. Tantum tibi arroges vt exponas disciplinam sapientiæ,naturam rerum omnium euoluas, mores fingas,fines bonorum malorúmque constituas.

Nidos fingere.Plin.lib.11.cap.21.

Fingere & construere nidos volucres videmus.Cic.2.de Orat.

Quælibet in quenuis opprobria fingere.Horat.1.epist.16

Opus luteum fingit sub trabe celsa.Ouid.1.Fast.

Institutis aliquorum commodè fingere orationem. Cic. de Claris Orat.

Summum oratorem fingere.Cic.in Orat.

Pocula fingere de humo.Ouid.2.Trist.

Ad rectum fingi.Horat.in Arte poetica,

-quanuis & voce paterna

Fingeris ad rectum,& per te sapis.

Fingere sibi nouas religiones ex loco.Cæsar 6.bel.Gall.

Fingere se rhetora.Martial.lib.2.

Fingere ridicula extempore.Cic.in Orat.

Se totum ad arbitrium & nutum eorum qui audiunt fingere & accommodare.Cic.in Orat.

Fingere sermonem ad voluptatem alterius.Hoc est componere & accommodare. Cic. de Amicitia, Hos delectat assentatio,his fictus ad ipsorum voluptatem sermo quum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant.

Somnia sibi fingere.Virg.ecloga 8.

Scultitiam fingere.Plin.de Viris illust.

Timores fingere.Ouid.2.Amor.eleg.8.

Venustissimè aliquid fingere.Quintil.lib.6.cap.3.

Verba,sicut mollissimam ceram, ad arbitrium nostrum fingere & formare.Cic.3.de Orat.

Verba inania fingis.Propert.lib.3.eleg.20.

Versus fingere.Horat.in Arte poetica.

Virtutes fingere. Tacit. lib.4, Occultum ac subdolum fingendis virtutibus.

Vultum fingere.Cæsar 1.bel.Gall. Hi neque vultum fingere,neque interdum lachrymas tenere poterant.

Vultum & incessum sibi fingere. Cic.2.de Finib. Quòd si vultum tibi,si incessum fingeres, quo grauior viderêre, non esses tui similis: verba tu fingas,& ea dicas quæ non sentias.

Vultum alterius fingere. Terent.Heauton.5.1,

Vultus quoque hominum fingit scelus.

Fictus,Participium {πεπλασμένος,πλαστὸς} siue Nomen ex participio,pro Simulato. Terent.Eunucho,1.2. Cic.de Amicitia, In amicitia autẽ nihil est fictum,nihil simulatum.

Fictus & astutus.Horat.1.Serm.sat.3.

Ab aliquo deo fictus quidam. Cic.1.de Orat. Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati,vt non nati,sed ab aliquo deo ficti esse videantur.

Amore ficto suspirare.Lucret.lib.4.

Causa abs te per summam fraudem & malitiam ficta est. Cic.pro Quintio.

Ficti cinni.Plaut.Trucul.6,

Abire hinc ni propere grandigras,iam ego istos fictos,

Compositos,crispos,cinnos tuos,vnguentatos,vsque ex cerebro Expellam.

Crimina ficta.Tacit.lib.3.

Cunctatio ficta.Tacit.lib.1.

Deus fictus & commentitius.Cic.2.de Nat.deor.

Ebrietas ficta.Ouid.1.de Arte amandi.

Fabula ficta & commentitia.Cic.3.Offic.

Fabula ficta in vanum iocum. Tibull.lib.3.eleg.4.

Dat gemitus fictos.Ouid.6.Metam.

Gratia ficta linguæ.Ouid.epist.12.

Ex argilla & luto fictus homulus.Cic.in Pisonem.

Picta & ficta imago.Cic.Lucceio,lib.5.12.

Non ineruditè ad declamandum ficta materia. Quintilianus lib, 1.capite 10.

Ficta mulier.Plaut.Sticho,15,

-nam ita est ingenium mulierbre,

Bene quum lauta est,cersa,ornata,ficta est,infecta est tamen.

Ficto officio, simulatáque sedulitate coniunctus. Cicero pro Cecinna.

Orationes fictæ.Quintil.lib.6.cap.1.

Pectore ficto fatur.Virg.2.Æneid.

Ficta religio.Cic.Lentulo,lib.1.4.

Fictæ & adumbratæ res.Cic.de Amicitia.

Fictæ & commentitiæ res.Cic.pro Murena.

Fictus testis subornari solet & imponi falsæ tabulæ. Cicero pro Cecinna.

Voce ficta gloriam sibi quærere.Ouid.9.Metam.

Tenax ficti prauique.Virg.4.Æneid. de Fama loquitur.

Fictor,Verbale {πλάστης,πλαστικὸς} Qui ex creta atque argilla opera facit. Cic.2.de Nat.deor. Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores,fictoréque voluerunt.

Fictor legum.Plaut.Epid.10.

Fictrix,huius fictricis, penult. prod. {πλαστὶς} Verbale fœm. Cicero 3. de Nat. deor. Eius autem vniuersæ fictricem & moderatricem,diuinam esse prouidentiam.

Fictio,fictionis. Lactantius De opific. dei cap.12, In auium fœtibus primùm oculos fingi, dubium non est: quod in ouis sæpe deprehendimus. Vnde sieri non posse arbitror, quin fictio à capite sumat exordium.

Fictè,Aduerbium {πλαστῶς.} Cic.Appio Pulchro, lib.3. 12, Nam vt vetus nostra simultas antea stimulabat me vt cauerem, necui suspitionem fictè reconciliatæ gratiæ darem.

Fictè & fallaciter, Verè & sapienter,contraria. Cicero pro Domo sua, Ius à maioribus nostris qui non fictè & fallaciter populares,sed verè & sapienter fuerunt,ita comparatum est,&c.

Fictè & simulatè loqui.Cic.Q.fratri,lib.1.1.

Figmentum {πλάσμα} Quod fictum est. Cicero 2.de Orat.Tantum est flumen grauissimorum, optimorúmque verborum,tam integræ sententiæ,tam veræ, tam nouæ, tam sine figmentis, fucóque puerili, vt mihi,&c.

Figulus,figuli, penult.corr. {κεραμεὺς,κεραμεύς} Idem quod fictor. Plin. lib.35. cap.12, Fingere ex argilla similitudines, Diburades Sicyonius figulus primus inuenit Corinthi filiæ opera. Colum.lib.11.cap.1.

Figulina,figulinæ, penult. prod. {κεραμεῖον} seu quod magis à doctis vsurpatur per syncopen figlina, Officina est in qua figulus opera facit. Plin.lib.7.cap.56,Figlinas Corinthus Athenienſis inuenit. Varro 1.de Re rust.cap.2.

Figlina,Dicitur ars figulorũ.Plin.lib.35.c.12,Figlinarum opera imbricibus tubulis,tegulísque ad balineas hamatis, vel ad tecta coctilibus lacterculis frontatísque,aut quæ rota fiunt.

Figlinus, penult.prod. Adiectiuum. {κεράμινος,} vt Figlina creta,qua figuli vtuntur.Plin.lib.10.cap.21.

Figlinum opus, Quale figuli ipsi facere solent. Plin.lib.31. cap.3, Ollísque è figlino crudis.

Figlinum,figlini {κεράμινον} Opus ipsum figuli. Plin.lib.34. cap.18,Alij elimacam scobem,in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.

Figularis,& hoc figulare,penult.prod. {κεραμικὸς} Quod pertinet ad figulum.Plaut.Epid.8,

Versutior es quàm rota figularis.

Figularis creta,qua figuli vtuntur. Columella libro 6.cap.16.Vide ARGILLA.

¶Figularibus tritis, & picis liquidæ & fricti salis singulos sextarios infundunt.Colum.lib.7.cap.5, Figularia vocat,fragmenta testacea,vel laterития.

Fictilis, & hoc fictile,penult.corr. {πλαστὸς} Adiectiuum. Quod est factum à figulo. Plinius libro 35. cap. 12, Quæ rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis, & ad aquas. Ibidem 7, Fictiles in fastigio templi eius quadrigas,de quibus,&c.

Di fictiles.

Di fictiles.Propert.lib.4.eleg.1.

Figuræ fictiles.Cic.1.de Nat.deor.

Imago fictilis.Propert.lib.3.eleg.3.

Pocula fictilia. Tibullus lib.1.eleg.1.

Fictilia vasa.Cic.Attico,lib.6.111.

Vrna fictilis.Cic.in Paradox.

Fictile,fictilis,penult.corr.Substantiuum {κεραμεῖον} Quicquid ex terra fingitur. Plin.lib.35.cap.12, Quoniam eò peruenit luxuria, vt etiam fictilia pluris constent,quàm murrhina.

Gulosum fictile.Iuuenal.sat.11.

Pura fictilia.Tibullus lib.1.eleg.1.

Fictilibus cœnare puder.Iuuenal.sat.3.

Figura,figuræ,penult.prod. {ἰδέα,σχῆμα,τύπος,χαρακτὴρ} Est, vt ait Asconius,circa gestum,sirúmque membrorum.Terent.Eunucho,2.3,

-quid tua isthæc? CH. noua figura oris. Cic.lib.2.Offic.Principio corporis nostri magna natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram,reliquámque figuram in qua esset species honesta,eam posuit in promptu.

In figura hominis feritas belluæ.Cic.3.Offic.

Figura & species humana.Cic.1.de Nat.deor.

Species & figura humana.Cic.pro Rosc.Amer.

Figura, forma,& statura corporis nostri ad naturam apta. Cic.5. de Finibus.

Formæ figura.Cic.1.de Nat.deor.

Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. Cicero 1. de Orat.

Vocis figura.Author ad Herenn.lib.3.

Negotij figura. Cicero 1.de Iuuent. Maius & minus,& æquè magnum,ex vi & numero, & ex figura negotij, sicut ex statura corporis consyderatur.

¶Concors figura,Vide CONCORS.

Flebiles figuræ,Id est literæ flebiles.Claud.2,de Raptu Proserp.

Mœsta figura.Ouid,epist.10.

Mulebris figura.Cic.de Vniuers.

In mulierem figuram habitúmque formata statua.Cic.Verr.4.

Simillimæ figuræ.Cic.de Vniuersit.

¶Figuram adimere alicui.Ouid,2.Metamorphoseos,

-adimam tibi nanque figuram,

Qua tibi quáque places nostra importuna marito.

Impressis figuris animare aurum.Stat.5.Sylu.1.

Fallaci figuræ confidere.Ouid.2.de Arte amandi.

Habilem & aptam ingenio humano figuram corporis natura dedit.Cic.1.de Legibus.

Veri figuram ducere,Ad naturam ipsam propius accedere.Claud. 2.de Raptu Proserp.

Effingere varias figuras.Lucret.lib.5.

Exprimere quandam formam figurámque dicendi. Cicero 2. de Orator.

Immutata figura alicuius.Ouid.7.Metam.

Signatur cera figuris.Ouid.15.Metam.

Sumere figuras varias.Ouid,12.Metam.

Trahere figuram aliquam.Ouid.3.Metamorphoseos, ossa ferunt lapidis traxisse figuram.

Multigenis variata figuris.Lucret.lib.2.

Versa figura.Ouid.10.Metam.

Hominis figura vincit omnium animantium formam. Cicero 1. de Nat.deor.

¶Figura,apud Grammaticos, est cõformatio quædam orationis, remota à communi & primùm se offerente ratione, vt ait Quintil. lib.9.cap.1.

Sequi græcam figuram malet.Quintil.lib.1.cap.5.

Variare,ac versare aliquid mille figuris.Quintil.lib.5.cap.14.

¶Figura,pro scommatibus.Suetonius in Vespasiano.cap.13,Amicorum libertatem,Causidicorum figuras,philosophorum contumaciam leniſſimè tulit.

¶Figura est,quæ sub aliquo,vel aliquibus terminis comprehenditur.Eucl.primo Element.

Figurate,Aduerbium,significat per figuram.

Figuro,figuras, penult.prod. {σχηματίζω} figurâre, Fingere & formare. Cic. de Vniuersit. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes,hunc ea forma figurauit,qua vna omnis forma reliqua concluditur. Sic Plin.lib.9. cap.51. Idem cap.63, Postea lambendo calefaciunt fœtus & figurant.

Formare,figurare,colorare,animare non possunt atomi. Cic.1.de Nat.deor.

Figurare æs in habitum statuæ.Seneca epist.66.

¶Figurare os pueri,per translationem. Horatius 2.epist.1.Hoc est optimo sermoni assuefacere.

¶Figurare,Imaginari. Quintil.in Gladiatore,Figurare tamen potestis qui tunc animus mihi,quæ cogitatio fuerit. Curtius lib.7,Vtinam prudentius esset solicita pro filio, & non inanes quoque species anxio animo figuraret.

¶Figurare orationem, Figuris distinguere & aspergere. Quintil. lib.9.cap.1.

Figuratus, penult.prod. Participium {κεκαμπυλωμένος.} Cic.2. de Natura deorum, Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata.

Corpus figuratum ita est, vt excellat aliis. Cic. 5. de Finibus, De corpore hominis.

Figurata stercora.Celsus lib.2.cap.3.

Figurata verba,apud Quintil.lib.1.cap.8.

Figuratio,Verbale {κατασκευή.} Plin.lib. 11. cap. 37, Vt in vnoquoque poscit figuratio.

Figuratio, pro Imaginatione,apud Quintilianum Declamat.6,Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem ponat,&c.Id est imaginetur.

Finis,huius finis, masculini vel fœminini generis {τέλος, πέρας, πεῖρας, τελευτὴ,ὅρος,ὅρασις,περάτωσις} Id in quo vnaquæque res terminatur. Virgilius 1.Æneidos,

-quem das finem rex magne,laborum? Idem 2.Æneidos,

Hæc finis Priami fatorum. Cic.2.de Legib.Neque necesse est edisseri à nobis,quæ finis funestæ familiæ,&c.

Imperium sine fine.Virg.1.Æneid.

Anni finis.Tacitus lib.3, Fine anni concessere vita insignes viri.

Finis fugæ.Plaut.Merc.12,

Quis modus tibi exilio tandem eueniet?quis finis fugæ?

Operum longorum finis.Horat.de Arte poet.

¶Anguſti fines æui.Lucret.lib.2.

Certa finis.Lucret.lib.2.

Honestissimus finis.Quintil.lib.2.cap.12.

Idoneus finis.Quintil.lib.2.cap.15.

Legitimus finis.Ouid.1.de Arte amandi.

Vnus iudicati finis, Vna sententia.Paulus in l.Singulis. D. De except. rei iudicatæ, Singulis controuersiis singulas actiones, & vnum iudicati finem sufficere,probabili ratione placuit.

¶Accipere finem.Quintil.lib.2.cap.18.

Addere finem alicui rei, Vide ADDO.

Afferre finem alicui rei. Quintilianus libro 5.capite 10, Si finem Prætoris edicto afferunt Calendæ Ianuarij, cur,&c.Vide AFFERO.

Tributorum finem vnius imperatoris præda attulit. Cicero 2.Officiorum.

Certa quidem finis vitæ.Id est,fixa est & decreta.Lucret.lib.3.

Discordia vestra non capit finem.Virg.10.Æneid.

Controuersiæ iudiciariæ finem aliquando constituere. Cicero 3. Verrin.

Dempto fine carendus.Ouid.epist.1.

Dare finem laborum.Virg.1.Æneid.

Finem dedit ore loquendi.Virg.6.Æneid.

Expeditus finis.Celsus lib.6.cap.6.De xerophthalmia.

Expletus finis pudoris.Stat.1.Achill.

Finem facere maledictis.Terent.in Prologo Heauton.

De illius peccatis plura dicet,quum dabit

Alias nouas: nisi finem maledictis facit. Sic Facere finem libidini & impudentiæ,Cic.5.Verr. Et 6.

Finem facere sermoni, Tacere.Plaut.Asin.12,

Sermoni iam finem face tuo:huius sermonem accipiam.

Solicitudinis finem quamprimum facere.Cic.Planco,lib.16.342.

Facere finem vitæ atque laboris.Lucret.lib.3.

Fecit finem vitæ & victoribus & victis idem dies.Cic.7.Verr.

Facto fine quieuit.Virg.3.Æneid.

Finem orandi facere. Terent.And.5.1.

Satis iam satis Simo spectata erga te amicitia est mea,

Satis pericli cœpi adire:orandi iam finem face.

Ferre finem rebus fessis.Virg.3.Æneid.

Spe finis dura ferens.Horat.1.epist.2.

Viuendi finem habeat necesse est,qui finem habet motus. Cic. in Somnio Scip.

Lusus habet finem.Ouid.3.de Arte amandi.

Implere finem vitæ.Tacit.lib.2.

Imponere finem bello,Vide IMPONO.

Imponere finem curis.Virg.4.Æneid.

Inuenire finem dicitur res,Vide INVENIO.

Ad eum finem lecta oratio quem memoria possem comprehendere.Cic.2.de Orat.

Orare finem malorum.Ouid.1.Metam.

Certum voto pete finem.Horat.1.epist.2.

Ponere sibi finem vitæ,Se occidere.Tacit.lib. 5.

Ponere finem vitæ.Seneca Agamemn.7.

Reperire finem solicitudinis.Plancus Ciceroni,lib.10.15.

Finem & exitum alicuius rei reperire.Cic.pro Cluent.

Statuere finem cladi.Seneca Herc.fur.4.

Statuere finem timoris.Lucret.lib.6.

Nec finis in illa est,Id est non definit.Ouid.10.Metam.

Discordiarum finis sit aliquando.Cic.de Aruſp.resp.

¶Finis,pro morte,vt Adsimulare finem.Tacit.lib.5.

Sumere sponte finem.Tacit.lib.5.de Agrippina,Nisi si negatis alimentis,adsimulatus est finis,qui videretur sponte sumptus.

¶Finis, quò referri omnem rationem oportet. Cicero libro 2.de Inuentione.

Illud cuius causa facere debemus,finem appellabimus. Cicero de Inuentione.

Officium & finis oratoris.Cic.1.de Inuent.

Quem ad finem? ad quid? quod vulgus dicit, *ad quam occasionem.* Cic.5.Verr. Idem 7.Verr.Piratam viuum tenuisti, quem ad finem? dum cum imperio fuisti?quamobrem?quàm ob causam?

Finis ædificatæ domus,vsus. Cicero 1.Officiorum, Dicendum est etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat esse? cuius finis est vsus.

Æquitas.finis est in iudiciali genere.Cic.2.de Inuent.

Stipendiorum finem patris victoriam ac triumphum fuisse. Cicero pro Murena.

De finibus controuersiam esse.Cic.in Topicis.

Ad illum finem referenda est vulgaris liberalitas, vt facultas sit qua in nostros simus liberales.Cic.2.Offic.

¶Finem, sæpe Iurisconsulti pro modo accipiunt, vt est à Franc. Duar.libro 1.anniuers. dispur.notat.Itaque Fini, & ad finem, admodum & quantitatem significat,in l.19. D. de compensl.1. §.pacto.D. de vsur.l.5.D.de Coll.dot.cum similibus.

¶Finis in singulari numero, pro termino, seu finibus. Liuius libro 3.Decad.4, Redeuntes inde Ligurum extremo fine, cum agresti præda in agmen incidunt Romanum. In numero multitudinis idem vsurpauit libro 5. Decad. 4, Consul alter L. Cornelius Merus

la per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxerunt.
Finis imperij.Plin.lib.12.cap.4.
Nullo fine crescunt vites,Vide NVLLVS.
Dirigere finem.Liuius Decad.4.lib.9,De iure etiam finium pauca adiecerunt.Q.Fabium Labeonẽ,quum in ea regione fuisset,direxisse finem Philippo veterem viam regiam,&c.
Excidere fine alicuius rei. Quintil.lib.2.cap.17, Dum ipse omnia secundum rationem fecerit,medicinæ fine non excedit.
Ingredi intra finem alicuius loci.Cic.pro Cecinna.
Tenere finem. Tacit.in vita Agricolæ,Finem Britanniæ non fama,nec rumore,sed castris & armis tenemus.
Finem & modum transeunt appetitus.Cic.1.Offic.

Fines,finium {καταλήγοντα} pluraliter sæpius,pro terminis & limitibus. Terent.Heauton.3.1,
-Symus & Crito
Vicini nostri hic ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum. Plin.epist.258.
Prorogatio finium imperij.Cic.de Prouinc.Consul.
Tutor finium Syluanus.Horat.Epod.2.
¶Regendis finibus adigere arbitrum.Cic.in Topicis.
Arcere aliquem suis finibus.Virg.1.Æneid.
Arceri otij finibus videbam non posse.Cic.de Arusp.resp.
Constituere fines in amicitia,Vide CONSTITVO.
Constituere sibi certos fines terminósque , extra quos egredi non possit.Cic.pro Quintio.
Continere se finibus rerum suarum,Vide CONTINEO.
Continetur suis finibus exiguis Latina lingua.Cic.pro Archia.
Contingere fines,Vide CONTINGO.
Regiones suas finésque defendere.Cic.in Orat.
Ingenij sui finibus immensis describere aliquid.Cic.1.de Orat.
Fines & termini diligendi. Cic.de Amicitia,Constituendi autem sunt qui sint in amicitia fines & quasi termini diligendi.
Exire fines sencctæ.Stat.lib.4.Sylu.2.
Expulsus patriis finibus.Virg.1.Æneid.
Prouinciæ fines tantos habere quantos optauerimus. Cicero in Pisonem.
Ciuitatum aliquarum fines incolere.Cic.Q.frat.lib.1.3.
Pangere fines. Cic.in Pisonem, Obtinuisti prouinciam Consularem finibus iis , quos lex cupiditatis tuæ , non quos lex generi tui pepigerat.
Præscribere fines.Cic.Q.frat.lib.1.1.
Proferre fines officiorum. Cicero pro Murena , Etenim isti ipsi mihi videntur vestri præceptores , & virtutis magistri, fines officiorum paulo longius,quàm natura vellet,protulisse.
Propagare & regere fines.Cic.pro Murena.
Terminare fines agri.Cic.1.Offic. Idem 3.in Catil.
Iuris fines transcendere.Lucret.lib.3.
Præscriptos transcendere fines.Claud.7.Paneg.
Tueri fines suos ab excursionibus.Cic.pro Deiotaro.
Intra fines naturæ viuens.Horat.1.Serm.sat.1.
¶Finis,pro Definitione, apud Fabium,lib.2.cap.16,Hic igitur frequentissimus finis , Rhetoricen esse vim persuadendi. Sic in eo capite plus decies.
Fines maximè illustres.Quintil.ibid.ad finem capitis.
¶Fine & fini in ablatiuo facit: sæpius tamen per e. Gellius libro 7.cap.3, Ea fini facere nolle aliquid. Idem libro 10, Hac fini hominem dimisit.

Finio,finis,finiui, finitum, penultima producta {τελέω, περάτω, τελευτάω, ὁρίζουμι} finire , Perficere , absoluere. Apuleius , Sine opus finiam quod incœpi.
Initium sumere, & Finire , contraria. Quintilianus libro 8.capite 6, Quo ex genere cœperis translationis, hoc desinas. Multi enim quum initium à tempestate sumpserint,incendio aut ruina finiunt.
Animam finiuit,Hoc est vitam.Quid.7.Metam.
Cursus annuos, facerdotes finiunto.Cic.2.de Legibus.
Dolores finire.Virg.12.Æneid.
Gladio finire dolorem.Ouid.1.de Ponto,eleg.7.
Finire dolores mórte.Cic.1.de Finibus.
Finire errorem. Liuius 1 ab Vrbe,Ea res vtique Troianis spem affirmat tandem stabili certáque sede finiendi erroris.
Famem finire cædeboum.Ouid.11.Metam.
Iurgia finieram.Ouid.1.Amor.eleg.13.
Finiri morbo , Interire , mori. Plinius Iunior libro 1. epist. 12. ad Calestrium.
Prandia finire moris.Horat.2.Serm.sat.4.
Finire rem,paucorum certamine.Plin.de Viris illust.Quum inter Romanos & Albanos bellum fuissent exortum, ducibus Hostilio & Suffecio,placuit rem paucorum certamine finire.
Sententiæ verbis finiantur.Cic.3.de Orat.
Sitim finit copia lymphæ.Horat.2.epist.2.
Spiritum finiebat.Tacit.lib.14.
Ratione componantur verba & finiantur.Cic.in Orat.
Vitam finire ense.Ouid.3.Trist.eleg.7.
Vitam finire inedia.Plinius lib.8.cap.42.
Laqueo finire vitam.Seneca Hippol.2.
Finire vitam suspendio , pro suspendere. Suetonius in Augusto capite 63.
¶Finire prouinciam alicui certo tempore, Id est Certum tempus præstituere intra quod prouincia decedat.Cicero Attico,libro 8.147, Marcóq; Marcello CONS. finienti prouincias Gallias Calend. Martij,restitit.
Finire animo aliquid.Liuius 1.ab Vrbe, Signum contra quod longissimè conspectum oculi ferebant,animo finiunt.
Finire diem. Liuius 5.belli Macedon. Cuius coercendi quum ratio quæreretur , diem finiri placuit, Feralia quæ proximè fuissent: vt qui post eam diem,&c.
Modum sepulcris nouis finiuit Demetrius. Cic.2. de Legibus,Id est statuit,præfixit.
Finire lege.Cic.M.Marcello,lib.15.7,Nequid accedat temporis ad id quod tu mihi & Senatusconsulto & lege finisti.
¶Finire,pro Definire. Quintil.lib.2. cap.26, Ante omnia quid sit rhetorice,quæ finitur quidem varié.
Vtilitate finiri. Quintil.lib.3.cap.8, Deliberatiuas quoque miror à quibusdam sola vtilitate finitas.
Cupiditates satietate sua, non diuisione Epicuri finiebat L. Thorius Balbus.Cic.2.de Finibus.
¶Finire,absolutè,pro Vita decedere.Tacit. lib.5,Sic Tiberius finiit,octauo & septuagesimo ætatis anno.
¶Finitur.Plin.lib.18.cap.2,Honósque is.non nisi vita finitur.

Finitus,penult.prod. {πεπερασμένος} Participium:pro eo quod Cessauit, & finem fecit,vt Finitum frigus.Plin.lib.18.cap.27.
Ætas qua petantur honores , est finita certis legibus. Ouidius 5. Fastorum.
Lingua dentibus finita.Cic.2.de Nat.deor.
Potestas finita cuique,Limitata & præscripta.Lucret.lib.1.
Via finita est,& opus requieuit eundi.Ouid.3.Trist.eleg.2.

Finitè,penult.prod.Aduerbium {ὡρισμένως.} Cic.2.de Finibus, Ergo & auarus erit,sed finitè.

Finalis, & hoc finale , penultima producta. vt Finalis quæstio, quæ de finibus est & terminis. Papinianus l. II. D. finium regundorum,In finalibus quæstionibus vetera monumenta , census , authoritas sequenda est.

Finitio,Verbale {ὁρισμὸς,ὅρος,λόγος} Idem quod Definitio. Quintil.lib. 2.cap.16,Huic substantiæ maximè conuenit finitio , Rhetoricen esse bene dicendi scientiam. Gell.lib.13.cap.19,Non finitiones illas prærancidas,atque fœcutinas grammaticas spectaueris,&c. Vbi de vocabulorum terminationibus agitur.
Finitionem Gell.lib.15.cap.9, accipit pro ea quam regulam vulgò dicunt Grammatici.
Finitio quid sit,latissimè explicat Quintil.lib.7.cap.4.
Parum plena finitio.Quintil.lib.7.cap.4.
Mouet finitionem.Quintil.lib.3.cap.6.
Confirmare & Soluere finitionem,opponuntur.Quintilianus lib. 5.cap.10.
Propriis confirmatur finitio,differentibus soluitur.

Finitor,penult.prod.finitoris {ὁριστὴς} Agrorum mensor dicitur.Plaut. Pœnulo,2,
-eius nunc regiones,limites,confinia
Determinabo:ei rei finitor factus sum ego. Cicero pro Lege agraria contra Rullum , Interea dissoluant iudicia publica , de consiliis abducant quos velint, singuli de maximis rebus iudicent: Quæstori permittant: finitorem mittant: ratum sit quod finitor vni vlli à quo missus erit,renuntiauerit.
Finitor rerum maximus.Stat.8.Thebaid.
¶Finitorem item vocant Latini, quem Græci ὁρίζοντα, hoc est circulum, partem cæli conspicuam nobis à non conspicua dirimẽtem.

Finitimus, penultima correpta, Adiectiuum {ὅμορος} Vicinus & propinquus. Liuius libro 1, Iam res Romana adeò erat valida , vt cuilibet finitimarum ciuitatum bello par esset. Sic finitima oppida,Cicero 7.Verr.
Vicini & finitimi.Cic.pro Sylla.
Mari finitimus est aer.Cic.2.de Nat.deor.
Falsa veris finitima sunt.Cic.4.Academ.
Ægritudini finitimus est metus.Cic.4. Tusc.
Oratori finitimus poeta est.Cic.1.de Orat.
Inferre bellum finitimis.Cic.pro Lege Manilia.
Finitimi & propinqui perturbationibus animi motus.Cicero 2.de Oratore.
Armis finitimis circunsonor.Ouid.4.Trist.eleg.9.
Bellum finitimum,Quod cum finitimis geritur.Suetonius in Augusto,cap.1.
Loci finitimi.Ouid.2.de Remed.amor.
Vectigalibus nostris finitimum regnum.Cic.pro Lege Manil.
Pertinacia perseuerantiæ finitima est.Cic.2.de Inuen.

F I O

Fio {γίνομαι,γέγονα,γεγένημαι,ποιέομαι,φύομαι} Id est efficior.Passiuam enim verbi facio significationem habet.Irregulariter autem fierem pro firem facit:& fieri pro firi.Præteritum est factus sum vel fui. Præsens imperatiui capit à futuro optatiui, Fias,fiat:fiamus,fiatis,fiant: quia Fi non dicitur,& Fite rarissimè legitur.vt apud Catonẽ:& Fitote in Amphit. Plauti.Fiens & fiendus barbara sunt. Veteres fiur dixere, & facitur, paruifaciatur, facesseretur, vt probat Priscianus: quæ exoleuerunt. In reliquis fio per quartam coniugatur.
Fio.Terent.Eunucho,1 2,
-liquidem biduum:
Verum ne fiant isti viginti dies.
Constare & fieri. Cic.in Orat.Quòd alter ex longis constaret,alter è breuibus fieret.
Fieri & fingi.Cicero pro Domo sua, Quid te aut fieri aut fingi dementius potest?
Fieri,accidere,euenire.Cic.2.de Diuinat.Si enim nihil fieri potest, nihil accidere,nihil euenire, nisi quod ab omni æternitate certũ fuerit esse futurum rato tempore:quæ potest esse fortuna?
Fit absynthium in Arabia:Id est gignitur , & producitur. Plautus Trinum.13.
-quin discupio
Dicere. omnium primum in Pontum aduecti Arabiam
Terram sumus. c. eho,an etiam Arabia'st in Ponto? s. est,non
Illa,thus vbi gignitur,sed vbi absynthium fit.
Fiet tibi acceptum,pro Referetur. Plin.epist.120, Sed licet cessauerint illæ

rint illæ tempestate detentæ , tu tamen meruisti vt acceptum tibi fieret:quòd quo minus non exhiberes,non per te stetit.
Nunc agilis fio.Horat.1.epist.1.
Fis anus. Horat.4.Carm.ode 13.
Aurum fieri.Horat.1. Serm. satyr.1.
Fit causa.Plaut.Merc.20,
Vxor viro si clàm est egressa domo foras,
Viro fit causa,exigitur matrimonio.
Fiet cibi aliquid. Plaut. Trucul.8.
Fio commodioris valetudinis.Quintil.lib.6.cap.4.
Fit contumelia. Terent.Hecyr.3,5,
Ego scio me cauisse,ne vlla meritò contumelia fieri à vobis posset.
Fit conuitium.Cic.ad Plancum,lib.10.16,Quum ei magnum conuitium fieret cuncto à Senatu.
Fit detrimentum. Plancus ad Ciceronem,lib.10.11, Nequid detrimenti fiat,dabitur à me opera.
Fit diues,Euadit in diuitem,vel ditatur.Plaut. Trinum.8,
Quas dependit,inquit,qua sponsione pronuper tu exactus es
Pro illo adolescente,quem tu aiebas esse diuitem factum.
Fit ex otio. Terent.Heaut.1.1,
Nulla adeò ex re isthuc fit,nisi ex nimio otio.
Fit ex vera vita. Terent.Adelph.5.9,
-dicam tibi:
Vt id ostenderem:quòd te isti facilem & festiuum putant,
Id non fieri ex vera vita,neque adeò ex æquo & bono,
Sed ex assentando,indulgendo,& largiendo Mitio.
Fit ex ea re. Terent.And. 2, 3,
Ex ea re quid fiat,vide.
Excusatè fieri videtur. Quintil.lib.2.cap.1.
Fient in illum exempla. Terent.Eunuch.5.5,
-quid isthuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient?
Fit gemitus.Virgil.6.Æneid.
Honorificentius fieri non potuit de aliquo quàm fecerim.Cic.Attico,lib.12.24t.
Fiunt insidiæ. Terent.Eunuch.3.3,
Dico ego mihi insidias fieri. Sic Horat.1.Serm.satyr.2.
Si ita factum esset,magno vsui causæ nostræ fuisset. Cicero Attico, lib.7.13t.
Fit liber.Plaut.Aulul.9,
Censẽ' talentum magnum exorari posse
Ab isthoc sene,vt det qui fiamus liberi?
Moderatè fieri,Vide MODERO.
Fieri modum non video , Quod vulgus dicit,*nullam rationem.* Terentius Heaut.4.5,
-magno desiderio fuit ei filius.
Verum vbi videbit tantos sibi sumptus domi
Quotidianos fieri,nec fieri modum,
Optabit rursum vt abeat ab se filius.
Mora fit.Paulus in l.sed si ex stipulatu.D.de verb.oblig.Non videbitur per eum mora fieri.
Mora fit per ianitorem.Horat.3.Carm.ode 14.
Fiunt morigeri pessuli mihi : Hoc est non crepitant. Plaut.Curc.3,
-sentio sonitum:
Tandem ædepol mihi morigeri pessuli fiunt.
Fieri obuiam. Cic.ad Atticum, lib.16. 337,Obuiam mihi fit tabellarius.
Fieri propriè pecunia dicebatur, authore Donato. Quintilianus, Quæ pecunia ad Hispaniense bellum facta est.
Fieri non potest quin. Terent.Hecyr.3,3,
-fed si fieri id non potest quin sentiant,
Dicam abortum esse.
Neque fieri potest. Cic.de Amic. Neque quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest.
Neque fieri potest vt non statim,&c. Cic.de Amicit. Nisi quædam admodum iniuria exarserit , vt neque rectum , neque honestum sit, neque fieri possit,vt non statim alienatio disiunctióque facienda sit.
Fit potestas. Cic. ad Caninium,lib.2.16, De rationibus referendis non erat incommodum te nullam referre, quam tibi scribis à Bibulo fieri potestatem.
Fit idem quasi.Cic.de Amicit.Sensu enim amisso fit idem quasi natus non esset omnino.
Fiet quod optaueris.Plaut.Asin.12,
Exoptata id,quod vis maximè euenire,fiet.
Factus reus.Plin.de Viris illustr.
Fit satias. Terent.Eunuch.5.3,
Vbi satias cœpit fieri,commuto locum.
Fit in hac re scrupulus. Terent.Phorm.5.9,
Ea mortem obiit:è medio abiit,quî sit in hac re scrupulus?
Fit sonitus in æthere.Virgil.4.Georg.
Fit strepitus tectis.Virgil.1.Æneid.
Fit sumptus. Terent.Heaut.4.5,
Verùm vbi videbit tantos sibi sumptus domi
Quotidianos fieri,&c.
Non fit verisimile. Terent.And.1.3,
Mihi quidem hercle non fit verisimile: atque ipsis cõmentum placet.
Fit verum.Cic.de Amicit.Ita fit verum illud quod initio dixi,Amicitiam nisi inter bonos esse non posse.
Fit via vi. Virgil.2.Æneid.
Ex muliere vir factus. Liu.4.bel.Pun.Alia vulgata miracula erant, ex muliere Spoletem virum factum.
Fit vis in eum. Terent.Eunuch.5.5,
-nequam in illum
Thais vim fieri sinat.
Vt fit. Cic.in Orat. Præsertim quum , vt fit , fortuito sæpe aliquid concluse,aptéque dicerent.

Fit , vt de eadem re sæpe alius aliud decreuerit , aut iudicauerit. Author ad Herennium,libro 2.
Hoc nisi fit,puerum vt tu videas : nihil mouentur nuptiæ. Terent. And.3.3.
Factum tua iniuria.Plaut.Trucul.4,
Vostra hercle factum iniuria,quæ properaueritis olim rapere.
Factum est tibi nomen Menæchmo.Plaut.Menæch.2.4.
¶Fite, Imperatiuo modo. Cato De præda militum diuidenda,Tu diues fite. Crassus lib.16.Iliad.O socij nunc fite viri. Nonius.
¶Fieri,pro Sacrificari. Cic.ad Atticum, lib.1.epist.10, Credo enim te audisse, quum apud Cæsarem pro populo fieret, veniisse eò muliebri vestitu virum:idque sacrificium quum virgines instaurassent, &c.
De sacris Bonæ deæ loquitur, Clodij scelere contaminatis.
¶Fieri,pen.corr. pro Æstimari. Cic.de Amicit. Vt quanti quisque seipsum faciat,tanti fiat ab amicis.
¶Fieri istud solet. Plaut. Trinum.13. Id est euenire & contingere, inquit Donatus.
¶Fit illud sæpe. Plaut.Mostel.3.
¶Fiat. Est particula permittẽtis ac concedentis, aut annuentis aliquid.Plaut.Mostel.14,
-i mecum hercle obsecro te,vnà simul. s.Fiat.

F I R

FIRMANI,Populi. Cic.7.Philipp. Firmani ad oppugnandum Antonium pecuniam polliciti.

FIRMIDIVS, Homo factionis Clodianæ , vt scribit Cicero pro Sextio.

Firmus,Adiectiuum {σύσσιμος,ἀβρὸς,χαμαιδρε,ἑστὼς δὲ} Stabilis, cõstans: à ferendo dictus,quòd constanter omnia ferat.Plaut. Trinum.15,
Hic meo hero amico solus firmus restitit : neque demutauit animũ.
De firma fide.
Firmus accusator,Qui sibi non pugnat,& constanter arguit. Cic. 1.Verr.Deinde accusatorem firmum,verúmque esse oportet.
Firma oculorum acies,Vide ACIES.
Acta alicuius firma.Cic.1.Philip.
Firma amicitia,Constans & stabilis.Terent.Hecyr.4.1,
Adeón' perucaci esse animo,vt puerum præoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires,&c.
Amore firmo vinctus.Ouid.epist.19.
Amores firmos rumpere.Ouid.2.de Arte.
Argumenta firma ad probandum.Cic.de Claris Orat.
Firma & constans assensio.Cic.1.Acad.
Carina firma.Ouid.epist.2.
Cibus firmus,Multi nutrimenti,cui opponitur Imbecillis. Celsus lib.2.cap.18. Varro alibilem vocat lib.2.de Re rust.cap.11.
Stabilis & firma ciuitas. Cic. de Amicit. Quæ autem domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit euerti?
Valens & firma ciuitas.Cic.de Arusp.resp.
Satis firmo corpore nondum esse.Cic.Matio,lib.11.27.
Omnino firmos duces exercitus habere.Cic.Bruto,lib.1.10.
Firma fides.Plaut.Capt.16,
-quúmque hæc reperta est fides
Firma nobis.
Fundus nec vendibilis,nec pascere firmus.Horat.1.epist.18.
Gener firmus. Terent.And.3.3,
Tibi generum firmum,& filiæ inuenies virum.
Ianua firma.Ouid.2.Amor.eleg.12.
Iuuenis firmus.Horat.Epod.12.
Mens firma permanet in suo voto.Ouid.epist.15.
Nuptiæ firmæ. Terent.Hecyr.1.2.
Firma & stabilis opinio de aliqua re.Cic.de Claris Orat.
Firmum pectus.Plaut.Asin.17,
Nec quisquam est tam ingenio duro,nec tam firmo pectore,
Quin vbi quicquam occasionis sit,sibi faciat bene.
Pectus firmius.Ouid.1.Trist.eleg.4.
Pectore firmo nunc opus est.Virgil.6.Æneid.
Poplite nondum firmo constitit.Ouid.15.Metam.
Potestas firma rerum.Valer.4.Argon.
Potio firma , Hoc est multi nutrimenti. Celsus lib.2.cap.18, Firmior ex frumẽto potio est,quo firmius fuit ipsum frumentum. Firmior ex eo vino quod bono solo,quàm quod tenui natum est.
Firmissima præsidia vitæ sine metu degendæ.Cic.1.de Finib.
Robora firma.Virgil.2.Æneid.
Rumor firmus. Cic. ad Atticum, lib. 12. 231, Illum discessisse Alexandrea rumor est non firmus,ortus ex Sulpitij literis.
In firmiore spe esse.Cic.ad Attic.lib.8.157.
Firmior valetudo. Plin.libro 11.cap.37, Hominum paucis non est, quorum valetudo firmior & vita longior.
Vina firmissima.Virgil.2.Georg.
Vincula firma.Ouid.1.Fast.
Vires firmæ.Ouid.3.Fast.
¶Firmum ad defensionem. Cic. 7. Verr. Idem 4.de Finib. Discedet tamen nihilo firmior,ad dolorem ferendum,quàm venerat.
Firmum stabiléque.Cic.1.Offic. Idem de Amicit. Sunt igitur firmi,& stabiles,& constantes eligendi,&c.
Fideliter firmum. Quintil.libro 6.capite 4,Nam quod fideliter firmum est,&c.
Ratum,firmum,fixum aliquid esse.Cic.4.Acad.
Firmi nihil satis video. Terent.Heaut.2.3, -fabulæ,
Nihil satis firmi video , quamobrem accipere hunc mihi expediat merum.
Tenere aliquid firmum.Cic.in Orat. Id est certum.
¶Firmus,Integer,validus,robustus. Cic. Tironi,lib. 16. 12, Te penitus rogo , ne tam longæ nauigationi & viæ per hyemen nisi bene firmum commettas.
Firmus ab, Vide A, vel AB præpositiones.

Firmus ab equitatu. Plancus ad Ciceronem,lib.10.15, Me,vt venirem, copiásque coniungerem rogauit, eóque magis quòd & Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur, & Lepidus non mediocrem quidem equitatum habebat.

Ad aliquid faciendum non satis firmus aliquis. Cn.Magnus Marcello in Epist.ad Attic.lib.8.161.

Ad viuendum firmus, Vide AD præpositionem.

Firmiores in sententia.Cic.pro Corn.Balbo.

Firmissimus pro veritate.Plin.epist.35.

Ira firmissimus.Ouid.7.Metam.

Parum firmus & imbellis.Horat.Epod.1.

¶Firmum,κατὰ τὸ ἄρμενε dictum videtur. Festus.

Firmè,Aduerbium {ἰσχυρῶς} Srabiliter,inconcussé.Plaut.Milit.14,

Infido celas,ego sum firmè tibi fidelis.

Firmè accurare rem suam, Id est non segniter,sed acri & diligenti animo.Plaut.Persa,13,

Atque ædepol firmè vt quisque rem accurat suam,

Sic ei procedit.

Asseuerare aliquid firmissimé.Cic.Attico,lib.11.205.

Firmè grauitérque vocem naturæ comprehendere.Cic.1.de Finib.

Satis firmè animo concipere & comprehendere aliquid. Cic.2. de Finibus.

Non firmè tantum continere,verùm etiam citò percipere oportet multa actúros.Quintil.lib.11.cap.1.

Firmè respondere,Hoc est,absque vllo timore aut pauore. Plinius epist.99.lib.6.

Sustinere firmè aliquid.Cic.3.de Finib.

Firmiter, pen.corr. {παγίως} Aliud aduerbium,Idem.Plaut.Casin.3,

Concludère in feneſtram firmiter. Varro 3. de Re rust. cap. 9, Circum omnia posita sint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut affícta firmiter.

Firmitas,pen.corr. {πῆξις,στάσις,τὸ στάμεν} Stabilitas, Constantia. Cic.de Amicit. Itaque vt quisque minimum firmitatis habeat, minimúmq; virium,ita amicitias appetere maximé.

Firmitas & constantia.Cic.2.de Finib. Idem Dolabellæ, lib.9.11,

Firmitatem tamen & constantiam, si modò fuit aliquando in nobis,eandem cognoscès quam reliquisti.

Animi firmitas.Quintil.in Proœm.lib.6.

Sapientis firmitas.Cic.4.Acad.

Firmitas vinorum, pro eo quod vulgus *potentiam & durabilitatem* vocat. Plin.lib.14. cap.2. Principatus datur Amineis propter firmitatem,senióque proficientem vini eius vbique vitam.

Gladiatoria totius corporis firmitas.Cic.2.Philip.

Obnixa firmitas,Vide OBNITOR.

Non satis firmitatis habent.Cic.de Amicit.

Ad firmitatem intendere se,Vide INTENDO.

Aliquid firmitatis nancisci.Cic.Bruto,lib.11.12.

Constantia & firmitas nec animi nec orationis requiretur.Cicero Attico,lib.12.255.

Firmitas materiæ sustinet ictum,Cæsar 2.bel.Ciuil.

Firmitudo,pen.prod. {στέρεμνα} Idem.Plaut.Asin.7,

Si istam animi firmitúdinem obtines,salui sumus.

Firmitudo animi.Cic.Attic.lib.10.192. Idem ad Lucceium,lib.5.13,

Tum nihil plus quàm quòd firmitudinem grauitatémque animi tui perspexi.

Vocis firmitudo.Author ad Heren.lib.3.

Minus firmitudinis habere.Cic.2.de Inuent.

Obtinere animi firmitudinem, Vide OBTINEO.

Firmo,firmas {ἰσχναίνω,στερεῴ,ἀσφαλίζω,βεβαιόω,στηρίζω,πήγνυμι} firmâre, Stabilire, & quod vulgus dicit *fortificare*. Liuius, Firmátque eum Aphricis maximè præsidiis.

Firmare & docere.Cic.de Aruſp.resp. Tabulis hoc Censorum,memoria multorum firmabo ac docebo.

Ad spem aliquem firmare.Tacit.lib.14,Atque eum authore Burro prima Centurionum Tribunorúmque ad spem firmauit.

Aciem firmare,Vide ACIES.

Aditus firmare,Vide ADITVS.

Æstuaria proxima aggeribus & pontibus traducendo grauiori agmini firmat.Tacit.lib.4.

Firmare agrum sepibus,Claudere.Plin.lib.18.cap.6.

Firmare aluum,pro Astringere. Plin.lib.14.cap.18.

Animum firmare alicui.Ouid.3.Metam.

Animum aduersum suprema firmat.Tacit.lib.15.

Firmarunt robore castra.Sil.lib.8.

Cohortes firmare. Tacitus lib.11,Iret in castra,firmaret Prætorias cohortes.

Corpus firmare.Plin.de Viris illustr.

Corpora cibo firmare.Liu.7.bel.Pun.

Firmare labore corpora iuuenum.Cic.2.Tusc.

Dotem firmare. Terent.Heaut.5.4,

Ehem Menedeme,cur non accersi iubes

Filiam, & quod dixi dotis,firmas?

Fidem firmare. Terent.Hecyr.5.1,

Aliud si scirem,qui firmare meam apud vos possem fidem

Sanctius, quàm iusiurandum, id pollicerer tibi Laches. Sueton. de Claris Rhetor.Sæpe fabulis fidem firmare aut demere, quod genus θεσεις,&c.

Firmare fidē alicui rei,Facere vt magis credatur. Terēt.Hecyr.4.2, Téque antè quàm me amare rebar, ei rei firmasti fidem. Vbi Donatus,Ordo & sensus hic est,Et quod antè rebar,ei rei firmasti fidem meam: neque me fefellit, quod antè rebar,te me amare: nam ei rei firmasti fidem, id est probationem attulisti.

Fides antiquitatis religione firmatur. Tacit.in lib.de German.

Fœdera firmare dictis.Virgil.12.Æneid.

Imperium firmare.Cic.pro Sylla.

Cæteris belli meditamentis militem firmabant. Tacit.lib.20.

Mœnia vrbis firmauit.Tibul.lib.2.eleg.5.

Firmat & auget etiam latronum opes iustitia.Cic.2.Offic.

Grauitate quadam & contentione firmare orationem. Cic. 2.de Oratore.

Pacem firmare.Cæsar 4.bel.Gall.His rebus pace firmata.

Præsidia alicuius firmare.Cic.Bruto,10.

Promissa numine firmat.Ouid.10.Metam.

Prouinciam pace præsidiisque firmare.Cic.Lentulo,lib.1.7.

Soporem firmare alicui.Ouid.1.Metam.

Valetudinem firmare. Tacit. lib. 3, Eius anni principio Tiberius quasi firmandæ valetudini in Campaniam concessit.

Pinus vestigia firmat.Virgil.3.Æneid.

Vires industria firmat. Virgil.3.Georg.

Ratione vim & naturam fati & diuinationis firmare.Cic.de Fato.

Idem 1.de Inuent.

Vocem firmare.Cic.3.de Orat.

¶Firmare,pro Confirmare; Tacit.lib.3, Vt basilicam Pauli Æmylia monimenta propria pecunia firmaret,ornarétque.

Firmare omen & augurium,Id est confirmare. Omen enim & augurium non videbatur Romanis hominibus satis habere ad persuadendum fidei. proinde ad confirmationem prioris augurij, secundum poscere solebant:hinc à Virgilio scriptum est lib.2,

-Et si pietate meremur,

Adsis,ô firméſque tuæ Pater alitis omen. In Silio tamen videtur esse non alio omine confirmare: nullum enim præterea succedit: sed euentu factisque id quod augurium portendit promissúsque, præstare. Ex Turnebo.

¶Firmare,pro Asseuerare. Tacit.lib.1,Vix quicquā firmare ausim. Et lib.5,Nihilque vsurpauisse ex his,quæ vetus memoria firmauit.

Firmare aliquid iureiurando.Cic.2.de Legib.

Firmatus,pen.prod.Participium {ἐστηριγμένος.}Cic.pro Domo sua,Collegia mediustidius Tribunorum plebis tota reperientur hoc iure firmato,&c.

Acies firmata,Vide ACIES.

Ætas firmata.Cic.pro Cælio.

Consilio & ratione nondum firmatus adolescentis animus. Cic. pro Cluentio.

Lèges pacis firmatas dissoluere.Claud.1.de raptu Proserp.

Mens firmata.Ouid.1.Fast.

Vetus opinio & omnium gentium firmata consensu. Cicero 1.de Diuinat.

Stirps virtutis firmata.Cic.pro Cluentio.

Firmatæ cibo vires:hoc est roboratæ.Liu.9.ab Vrbe.

Firmata vox. Cic. ad Attic. lib. 2. 34,Sed est iam vna vox omnium magis odio firmata quàm præsidio.

Firmator, pen.prod. Verbale {στηρικτής.} vt Pacis firmator. Tacit. lib.2, Missus tamen Drusus,vt retulimus,pacis firmator.

Firmamen,pen.prod. {στήριγξ.} Ouid.10.Metamorphoseos,

-ruptósque obliqua per vngues

Porrigitur radix,longi firmamina trunci.

Firmamentum {στήριγμα} Soliditas & stabilimentum. Cic. pro Cluentio, Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti & parum virium falsitas habet,sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet.

Firmamentum ac robur.Cic.pro Lege Manilia.

Firmamentum disciplinæ.Cic.4. Tusc.

Imperij firmamentum.Cic.3.Verr.

¶Firmamentum,pro Præsidio. Cic. ad Attic. 1, Sic ille annus duo firmamenta Reip.per me vnum constituta euertit.

Stabilitatis constantiæque eius quam in amicitia quærimus,firmamentum,est fides.Cic.de Amicit.

Flos equitum Romanorum, ornamētum ciuitatis, firmamentum Reipublicæ,Publicanorum ordine continetur.Cic.pro Plancio.

Ordo cæterorum ordinum firmamentum.Cic.pro Lege Manilia.

Ponere firmamentum in aliquo.Cic.pro Flacco.

¶Firmamenta, pro Neruis. Gell. lib. 13. cap. 21,Vincula & firmamenta membrorum.

Firmamentum & continens causæ dicitur Latinè, quod *punctum litis decisorium* vocant. Quintil. in tertio, cap. 13, Συμπερασμα autem quod continens alij,firmamentum alij putant. Budæus.

FIRMVM castellum, Pomponio & Strabone: Firmium Ptolemæo: Plinio, Firmanorum castellum, Vrbs est Italiæ in Piceneo. Vulgò vocatur *Fermo*.

Firmanus saltus. Catul.de Saltu Firmano,109.

FIRMVS, inter minusculos Romanorum tyrannos connumeratus, tanta præditus fuisse fertur firmitate, vt superpositam pectori incudem,aliis tundentibus perferret. Author Cæl.Rhod.lib.11.cap.13

F I S

Fiscus, fisci, masc. gen. {δημόσιον,βασιλικὸν.} Asconius, Fisci,fiscinæ, fiscellæ, spartea sunt vtensilia ad maioris summæ pecunias capiendas. Vnde quia maior summa est pecuniæ publicæ quàm priuatæ,factum est vt fiscus pro pecunia publica, & inde Confiscare dicatur. Hæc Asconius. Fiscus tamen,vt nonnullis placet,est pecunia Imperatoris. Plin. in Paneg. ad Traianum, At fortasse non eadem seueritate fiscum,qua ærarium cohibes: imò tanto maiore,quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Hæc ex Budæo. Cic. 2. Verr. Et quoque negotio fisci Siculienses minabantur.

Tollere fiscum.Cic.5.Verr.

Ex fisco in ciſtam pecuniam transferre.Cic.5.Verr.

Fiscus Principis,ærarium populi.Spartian.in Adriano,Damnatorum bona in fiscum priuatum redigi vetuit, omni summa in ærario publico recepta.

¶Fiscus item pro qualo oleario,qui ceruici torcularis supponitur, ne fraces in lacum cum oleo defluant. Vel etiam pro qualo in quo oliuæ ponuntur quum prælo supponuntur: vt amurca, id est oleum crassius aliquantisper exanietur,id est exudet, & per vimina perfluat. Colum.lib.12.cap.50. Idem eodem lib.cap.49,Deinde intrita oliua, nouo

nouo fisco includitur, & prælo subiicitur, vt tota nocte exprimatur. Et rursus cap.47. Budæus.

Lineus fiscus.Colum.lib.12.cap.38.

¶Fisci, in quibus reponebatur pecunia. Cic. 2. Verr. Reperiebam fiscos complures cum pecunia Siciliensi à quodam Senatore ad Equitem Romanum esse translatos,&c.

Fiscalis,& hoc fiscale, pen.prod. {δημοσιακὸς} Quod ad fiscum pertinet: vt Loca fiscalia.Callistratus in l.non intelligitur.§.vlt.D.de iure fisci.

Debitores fiscales.Paulus in l.in fraudē.D. de iure fisci.

Fundus fiscalis.Paulus ibidem.

Fiscarius. Firmicus lib.3.cap 13, Mercurius faciet imperatorum exactores, & qui annuas fiscariorum præstationes repetant. Fiscarios appellat eos qui fisco principis aliquid debent. Vide Cæl. Rhod.lib. 20.cap.29.

Fiscina,pen.corr. {πλάγη.} Idem quod fiscus.Virgil.1.Georgicorum,

-& facilis rubra texatur fiscina virga. Plin. lib. 18. cap.31,Frondarias fiscinas quatuor implere frondatorem, iustum esse aurumat. Varro de Re rust.lib.1.cap.22,Ista ferè sunt quæ ex vimimbus & materia rustica fiunt, vt corbes, fiscinæ, tribula, mallei,& rastelli. Columella lib.11.cap.2.

Fiscina ficorum. Cic. pro Flacco, Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset,fiscinam ficorum obiecisti.

Fiscella,fiscellæ {πλαγὶς} Diminutiuum à Fiscina.Virgil.10.ecloga,

-& gracili fiscellam texit hibisco. Colum.lib.12.cap.18, Si apersus,aut vinera,aut arbusta grandia sunt,perennæ fabricandæ decimodiæ,& trimodiæ,& fiscellæ texendæ & picandæ.

Fiscella etiam viminibus funiculisve contexta, dicitur qua boum ora faucésq; capistrantur. Cato de Re rust.cap.54,Et fiscellas habere oportet, ne herbas sectentur quum arabunt. Plin. lib.18. cap.19, Fiscellis capistrari boues oportet,ne germinum tenera præcerpant.

Mihi fiscella.Ouid.4.Fast.

Fiscellum,fiscelli {πλαγίσκιον} pro eodem. Colum.lib.12. cap.38, Mox fiscello ligneo inclusas exprimito.

Fiscellus, casei mollis appetitor, vt catillones, catillorum liguritores. Hæc Festus.

Fissilis,Fissio,Fissum,Fissura,Fissus,Vide FIND O.

Fistuca, fistucæ, pen. prod. fœm. gen. Vulgò *pilotium* dicitur,à fistuca machina vulgo nota, qua etiam pauitores vtuntur, vtrinque aptata: hac etiam pali magna vi in terram adiguntur. Vitruuius in septimo, cap. 1, Si plano pede erit ruderandum,quæratur solùm si sit perpetuò solidum, & ita exæquetur,& inducatur cum statumine rudus. Sinautem omnis, aut ex parte congestitius locus fuerit, fistucationibus cum magna cura solidetur. Ex Budæo.

Pauimenta fistucis pauita.Plin.lib.36.cap.25.

Fistuca alia est magnæ molis,qua trabalis materies in terram pangitur, aut in alueum fluminis, quæ funibus tolliturr, & pondere suo remissa alliditur. Cuius generis intelligēdum est fuisse illud Cæsaris in 3.de bel.Gallico, Hæc quum machinationibus immissa in flumen deiserat, fistucisque adegerat, non sublicæ modò direxerat, &c. Quidam festucam,& festucare legunt per e. Budæus.

Fistuco, fistucas, pen. prod. fistucare, Fistucis exæquare, vel pauire, vel palos in terrā adigere. Plin.lib.36.cap.25,Deinde rudus, in quo duæ quintæ calcis misceantur,pedali crassitudine fistucari.

Fistucatus,pen.prod. Adiectiuum, Fistuca exæquatum.Vnde & fistucatio apud Vitruuium loco paulo antè citato, pro ea exæquatione. Plin. lib. 17. cap. 11, Sicuti terram circa radices fistucatio spissandam. Vide eundem Plinium diligenter lib.36.cap.25.

Solum fistucatum.Plin.lib 36.cap.25. Vitruuius lib.7.cap.4.

Fistucatio,fistucationis, Verbale, Actus ipse fistucandi.Vitruuius libro 7. cap. 1.

Fistula,fistulæ,pen.cor. {ὀχετὸς,σωλὴν,σύριγξ,αὐλὸς,καλὰμη} Propriè dicitur, vt Pomponius inquit, per quam aquæducitur fusa: à fundendo siue ferendo,sicut tubi à tubore,canales à canna. Cic.pro Rab.perduel. reo, Et si C. Marius, quòd fistulas quibus aqua suppeditabatur Iouis Opt. Max. templis ac sedibus, præcidi imperat,&c. Varro 3. de Re rust.cap.5.

Scindituir fistula vitiato plumbo.Ouid.4.Metam.

Angustæ fistulæ.Quintil.lib.5.cap.14.

¶Fistula,Instrumentum musicum.Virgil.eclog.2,

Est mihi disparibus septem compacta cicutis

Fistula. Plin.lib.7.cap.56,Fistulam Pan inuenit. Cic.3.de Orat.

Arguta.Virgil.eclog.7.

Caua.Valer.4.Argon.

Dispar septenis fistula cannis.Ouid.2.Metam.

Eburneola.Cic.3.de Orat.

Pastoria,Vide PASTOR.

Garrula.Tibul.lib.2.eleg.5.

Pastoritia.Cic.Attico,lib.1.11.

Iuncta cerâ.Virgil.eclog.3.

Rustica.Ouid.8.Metam.

Cum fistula sonum inflare.Cic.3.de Orat.

Dulci fistula personuere saxa.Horat.1.Carm.ode 17.

Fistula,non idem quod Tibia,Vide TIBIA.

¶Fistula ferraria,apud Catonem cap.10.

¶Fistula, Vorticis genus. Plinius, Ex eodem genere & in longam veluti fistulam nubes aquam trahit. Dicitur autem vortex fistula, quia rotatus & vibratus suo turbine imperúque in mare interdum impingitur & illiditur, & reuerberatus repercussúsque retrò reiicitur cum aquæ rapina,vnde à nauticis sipho appellatur,quem Plinius fistulam interpretatus est. Quòd autem fistula sit vortex, docet Olympiodorus in Aristotelis Meteora. Vide & Turnebum.

¶Fistula, per quam spiratur. Plin.lib.9. cap.7, Branchiæ non sunt balneis, nec delphinis: hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent.

¶Fistula, Arbor aromatica, quæ & casia fistula à medicis appellatur,cuius succo vtuntur ad emolliendum ventrem.

¶Fistula, Vlcus altum, angustum, & callosum in corpore: siue ex vulnere sit,siue ex vitio intus orto, quod ad suppurationem peruenerit. Plin. lib. 20. cap. 6, Extrahit fistulis vitia cum sulphure & resina, etiam harundines cum pice. Ibidem cap.9. Sic etiam fistulas eluxatas & tumores euocari,quæque discuti opus sit. Vide Celsum lib.5, Et lib.7.cap.4.

Fistulator,fistulatoris,pen.prod. Qui fistula canit. Cic.3.de Orat.Sed fistulatorem domi relinquetis.

Fistulatorius, Adiectiuum.vt Fistulatoriæ artes.Arnobius aduersus gentes,lib.2.

Fistulo,fistulas, pen. corr. fistulāre, Fistulam agere,& in modum spongiæ fistulosum esse,&c. Plin.lib.18. cap.11, Gratia terræ eius puluerea summa,inferior bibula,& pumicis vice fistulans: montium quoque culpa in bonum cedit.

Fistulosus,pen.prod.Adiectiuum {τραυματώδης} Quod est spongiæ modo factum: hoc est foraminibus plenum. Colum.lib.7. cap 8, de caseo, Sic neque fistulosus,neque salsus,neque aridus prouenit.

Fistulosa terra.Plin.lib.17.cap.5.

Fistulosus cancer,morbus.Cato cap.15.

Fistulosæ densitatis spongia. Plin.lib.27. cap.8, Spongia aquarum dulcium verius quàm muscus,aut herba, villosæ densitatis atque fistulosæ.

Fitilla, Pultis species quædam est, qua olim in sacrificiis veteres esse vsos author est Arnobius lib.7. ridens illorum superstitiones. Meminit Plin.lib.18.cap.8.

Fiuere,pro Fugere,Antiquum. Festus.

Fixula, pro Fabula antiqui vsurparunt, à fingendo nomine deducto. Author Sipontinus.

Fixulam,à fingendo,pro Fibula veteres vsurparunt. Festus.

Fixus, Vide FIGO.

F L A

FL.Flauius. F L.vel F L A M.Flaminius.

Flabellifer,Flabellum,Flabilis,Flabrum, Vide FLO.

Flacceo,flaceres,siue Flacceſco,flacceſcis, flaccui {χαυνόω} flacceſcere, Languescere & marcescere. Colum.lib. 12. cap.7, Ieeniculum quum legeris,sub tecto exponito dum flacceſcat. Varro de Re rust.cap.13, Quod enim infertur recens minus bonumid quum flaccuit,melius. Desterquilinio.

Flacceſcit oratio, per translationem, quæ nullas habet dicendi vires. Cic.de Claris Orat.de Seruio Galbo, Dein quum otiosus stylum prehenderat,motúsque omnis animi,tanquam ventus hominem defecerat, flacceſcebat oratio. Hoc est, languescebat, & quasi decidebat,ac vires amittebat.

Flaccidus, pen. corr. Adiectiuum {χαυνώδης} Languidus. Plin.lib.15.cap. 30,Hanc esse folio maximo,flaccidóque & albicante.

Flaccidæ aures.Plin.lib.8.cap.51. Varro 2.de Re rust.cap.9,Capitibus & auriculis magnis & flaccidis. De canibus.

¶Flaccidior,Comparatiuum,Languidior,tardior.Lucret.lib.5,

Flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur

Inferior,quàm sol,tanto magis omnia signa,&c.

Flaccus,Adiectiuum.Cic.1.de Nat.deor.Redeo ad deos:ecquos insigni nota Irabones,aut petulos vel arbitrabamur, ecquos næuum habere,ecquos silos,flaccos,frontones,capitones,quæ sunt in nobis?

Flacco habere,inquit Siponimus,pro Ad terendum habere. Plautus,Perij:flacco habebit iam illic homo lumbos meos.

FLACCVS,cognomen fuit Valeriorum & Fuluiorum. Hinc

Flaccianus,penult.prod. Adiectiuum, Ad Flaccum pertinens. Valerius Max.lib.6.cap.3, in Spurium Melium: Flacciana area, quum diu penatibus vacua mansisset,à Q. Catulo Cimbricis spoliis adornata est. Flacciana, id est M.Flacci.

Flaces, flacium {σίμωνα} Fæces ex oleis expressæ. Plin.lib. 15. cap. 6, Item in amurca & flacibus. Eæ sunt cames, & inde fæces. Vbi rectius legitur fracibus.

Flagellum, flagelli {πλέγμα,μάστιγιον} Diminutiuum à flagris. Flagella, summæ arborum partes, inquit Seruius: & virgæ siue capita minorum sarmentorum,vbi nascitur vua:quòd caro his percussa flagret. Quanuis idem author à flando potius dici velit, quòd ventorum crebros sustineant flatus. Colum.lib.5. Varro lib.1.de Re rust. cap. 31, Iuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile,neque ex se potest eiicere virem,quam vocant minorem flagellum,maiorem etiam vnde vuæ nascuntur, palmam. prior,litera vna murata declinata à venti flatu. Similiter flabellū ac flagellum. Posterior,&c. Virgil.2.Georgicorum,

Nēve inter vites corylum fere:nēve flagella

Summa pete,aut summas defringe ex arbore plantas.

¶Flagellum,Virga quæ sonat in morem flagelli.Virg.5.Æneidos,

Lustrauere in equis,signum clamore paratis

Epitides lōgè dedit,insonuitq; flagello. Seruius. Martial.lib.14.60.

Horribile flagellum.Horat.1.Serm.satyr.3.

Inusta flagella.Catull.ad Thallum,epig.22.

Sanguineum flagellum Bellonæ.Virgil.8.Æneid.

Accinctus flagello,Vide ACCINGO.

Admonere flagello,Vide ADMONEO.

Cæsus flagellis ad mortem.Horat.1.Serm.satyr.2.

Cædi flagellis plus est quàm fustibus.Marcellus in l.in seruorum. D. de pœnis, Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his seruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur. Cic. pro Rabirio perduel. reo, Porcia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit,hic misericors flagella retulit. Budæus.

Torto furiarum erecta flagello.Valer.8.Argon.

Ipsum horrisoni quatit ira flagelli.Valer.7.Argon.

Sublimi flagello tangere aliquem. Horat.3.Carm.ode 26.

Torrere flagellis aliquem.Lucret.lib.3. de conscientia dixit.

Flagello,as {μαστιγόω} flagellâre,Flagello cædere. Martial.lib.1.148,

Lumina syderibus certent,morteſque flagellent

Colla comæ. Sic Plin.lib.25.cap.8.

Flagellare perticis frumentum. Plin. lib. 18. cap. 30, Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur.

Flagellare annonam, inquit Hermolaus, dicûtur præmercatores, qui Græcè timiopolæ appellantur. Plin. lib. 33. cap. 13.

Flagellare opes dicitur arca à Martiale, lib. 2. 30,

Quippe rogabatur fidúsque vetúsque sodalis:
Et cuius laxas arca flagellat opes. Id est arctat, continet.

Flagellatus aer multiformi radiorum iactu. Plin. lib. 2. cap. 45.

Flagitium {κάκωμα, μοχθηρία, ὕβρις} est (inquit Valla lib. 4.) propriè in libidine, quasi flagris dignum crimen: sed pro cæteris quoque peccatis accipitur, non tantùm turpibus, verùm his etiam quæ per negligentiam, imprudentiam, obliuionémque committuntur. Donatus autem, Flagitiũ, inquit, more militari dicitur res flagitatione, hoc est increpatione digna. Cic. de Senectute, Stupra verò & adulteria & omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari nisi voluptatis. Plaut. Asin. 16,

Meóq; science filio id facere flagitium patrem? Terent. Heaut. 5. 4.
-ea causa magis

Patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri.

Vitia atque flagitia domestica. Cic. 1. Tusc.

Stupra & flagitia. Cic. 7. Verr. Ita diei breuitas conuiuiis, noctis longitudo stupris & flagitiis conterebatur.

¶ Flagitium, pro Dedecore, vel probro. Liu. lib. 2. Decad. 5, Consul moneri flagitio timoris fatendi: victus tamen ratione, silentio noctis transductis copiis, castra in vlteriore ripa communiuit.

¶ Flagitium, pro Errore. Cic. 1. de Nat. deor. Ista enim flagitia Democriti, siue etiam antè Leucippi, esse corpuscula quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, &c.

Promptus flagitio, Id est ad faciendum flagitium. Tacit. lib. 15.

Compertus flagitij. Tacit. lib. 1, Nam senem Augustũ deuinxerat adeò, vti nepotem vnicum Agrippam Posthumũ in insulam Planasiam proiiceret, rudem sanè bonarum artium, & robore corporis stolidè ferocem, nullius tamen flagitij compertum.

Ratus flagitij. Tacit. lib. 3, Et illam obsidionem flagitij ratus.

¶ Grauissima flagitia. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Ingens flagitium. Horat. 2. Serm. satyr. 4.

Insignitius flagitium. Tacit. lib. 4.

Manifesta flagitia. Quintil. lib. 2. cap. 2.

¶ Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus vnquam tuis, quod flagitium à toto corpore abfuit? Cic. 1. in Catil.

Ad flagitium accommodatus, Vide ACCOMMODO.

Damnum addere flagitio. Horat. 3. Carm. ode 5.

Flagitium admittere. Cic. Attico, lib. 9. 18, Spes quædam me obtentabat, fore vt aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tãtum flagitij admitteret. Id est Italiam relinqueret.

Admittere rei militaris flagitium. Cic. pro Cluentio.

Flagitio ardere. Plaut. Casin. 24. Vide ARDEO.

Committere flagitium. Cic. de Claris Orat. Vt ne legens quidem vnquam senserit quantum flagitium commisisset.

Cõcipere flagitium. Cic. pro Sylla, Quod flagitium Lentulus non cum Antronio concepit?

Conficere flagitium, Vide CONFICIO.

Deprehendere flagitia. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Flagitium facere, pro Peccare, & crimen ac facinus committere. Terent. Eunuch. 2. 3,

At enim isthæc in me cudetur faba: ah,
Flagitium facimus.

Flagitium fecerunt fores. Plaut. Pœnul. 8,
-hæ fores fecerunt magnum flagitium Modò.

Scelera & flagitia facere. Cic. pro Rosc. Amer.

Gliscere flagitio, & infamia. Tacit. lib. 14.

Flagitiorum vestigiis totam Italiam imprimere. Cic. Philip. 2, Horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia, præfecturas, colonias, totam denique Italiam impressit.

Ingurgitare se in flagitia, Vide INGVRGITO.

Inquinare flagitiis. Cic. pro Rosc. Amer.

Nauare flagitium. Tacit. lib. 20, Cæteros, vt quisque flagitium nauauerat, præmiis attollit.

Flagitiis aliquem nobilitare. Terent. Eunuch. 5. 7,

Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas
Flagitiis, & eundem indicas.

Occultare flagitia sua. Author ad Heren. lib. 2.

Incesto flagitio polluere, Vide INCESTVS.

Flagitium est: Hoc est malè est actum. Plaut. Casina, 23. Terent. Adelph. 3. 3,

Nam id nobis tam flagitium est, quàm illa Demea non
Facere vobis quæ modò dixti.

Dedecus & flagitium magnum est. Cic. 3. Offic.

Flagitium tuum est. Plaut. Pœnul. 16.

Suscipere flagitium. Cic. pro Murena.

Teneri flagitiis. Tacit. lib. 3.

Volutari in flagitio. Cicero, Ne quum omnes in omni genere & scelerum, & flagitiorum volutentur, &c.

¶ Flagitium, aliquando periculum significat, vt vult Nonius. Lucilius lib. 29,

Quiete poscente minus, & præbent rectius multo, & sine flagitio.

Plaut. Epid. 10,

Abiero: flagitio cum maiore pòst reddes tamen. Hic apud Plautum, damnum siue dispendium videtur significare.

Flagitiosus, pen. prod. Adiectiuum {μοχθηρός, κακοπαθής, ὑβριστής} Sceleratus, Vitiis omnibus abundans. Cic. de Amicit. Itaque videas rebus iniustis iustos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. Sallustius, Omnium flagitiosorum atque facinorosorum circum se tanquam stipatorum caterua habebat. Cic. 2. de Finib.

Flagitiosæ libidines. Cic. 4. Verr.

Possessio flagitiosa. Cic. pro Rosc. Amer.

Flagitiosa vita. Cic. 2. de Finib.

Verbis flagitiosa dicere, quæ turpia non sunt, reprehendunt & irrident Stoici. Cic. 1. Tusc.

Flagitiosè, penult. prod. Aduerbium {μοχθηρῶς} Perperam & iniquè. Cic. 2. Verr. Patres Conscriptos iudicia malè & flagitiosè tueri.

Flagitiosè desciuit à Stoicis propter oculorum dolorem. Cic. 5. de Finibus.

Flagitiosè & turpiter dicta. Cic. 1. de Orat.

Factum flagitiosè. Author ad Heren. lib. 1.

Flagitiosè obire legationes. Cic. pro Fonteio.

Flagitiosissimè seruire aliorum amori. Cic. in Catil.

Flagitiosè & turpiter fuit gladiatoribus. Cic. ad Attic. lib. 6. ep. 14.

Impurè ac flagitiosè viuere. Cic. 3. de Finib.

Flagito, flagitas, pen. corr. {ἐξαιτέω, αἰτοῦμαι} flagitãre, A flamma deductum videtur, vt sit, quasi flammas agito. Flagitare enim, propriè est vehementer, & veluti quadam inflammatione animi petere. Plaut. Pseud. 7,

Clamore magno & multum flagitabere.

Flagitare, plus est quàm postulare. Cic. pro Quintio, Tametsi causa postulat, tamen quia postulat, non flagitat, præteribo.

Rogare & flagitare. Cic. Varroni, lib. 9. 8, Ex ea igitur media excitatos misi, qui metuo ne te fortè flagitent, ego autem mandaui vt rogarent.

Flagitari stipendium. Cæsar 1. bel. Ciuil. Petreius atque Afranius quum stipendium ab legionibus penè seditione facta flagitarentur, cuius illi diem nondum venisse dicerent: Cæsar vt cognosceret postulatum est.

Desiderare, poscere & flagitare. Cic. 7. Verr. In tanto conuentu nemo erat qui rationem numerũmque haberet, & reliquos non desyderaret solùm, sed etiam posceret & flagitaret.

Quid acta vita, quid studia tua à te flagitant, videbis. Cic. Figulo, lib. 4. 13.

Quæ tempus & necessitas flagitat apparere. Cic. 5. Philip.

Flagitare aliquid ab. Cæsar 1. bel. Gall. Cic. 7. Verr. Flagitat abs te filium.

Flagitare aliquem, Precibus ab aliquo quidpiam petere. Cicero ad Plancum, lib. 9. 16.

Implorare & flagitare auxilium Consulis. Cicero pro Rabirio perduel. reo.

Flagitare clamore aliquem. Plaut. Menæch. 2.

Etiam atque etiam instare, vrgere, insectari, poscere atque adeò flagitare crimen. Cic. pro Plancio.

Flagitas me vt eloquar. Plaut. Merc. 4.

Non admodum quid flagitare. Cic. 1. de Finib.

Pretium flagitare caua manu. Tibul. lib. 2. eleg. 3.

Flagitare promissum ab aliquo per literas. Cic. ad Appium, lib. 3. 11.

Instare & flagitare testes. Cic. pro Fonteio.

Ad victum quæ flagitat vsus. Lucret. lib. 2.

Flagitare vt. Cic. 5. Philipp. Vt primùm liberè Senatus haberi potuit, semper flagitauit vt conuocaremus.

¶ Flagitare, pro Accusare. Tacit. lib. 17, Mox cõpertum, pecuniam publicam auertisse: vt peculatorem flagitari iussit.

Admonitum te, non flagitatum venimus. Cic. 3. de Orat.

¶ Flagitare, cum duobus accusatiuis. Cic. pro Domo sua, Num à te ipso instituta, me frumentum flagitabant?

Largiora aliquem flagitare. Horat. 2. Carm. ode 18.

Flagitat me id: Hoc est, Id à me obnixè contendit. Cicero pro Cn. Plancio, Sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda est oratio, & dicendum est, id quod me ille flagitat.

Flagitans, pen. corr. Participium {ἐξαιτῶν.} Cic. de Arusp. resp. Qui cupientem Italiam, flagitantes vos, Populum Romanum desyderantem, non authoritate sua solùm, sed etiam precibus ad meam salutem excitauit.

Flagitator, penult. prod. flagitatoris {ἐξαιτητής} Qui assiduè petit. Plaut. Mostel. 2,

Ducite ex animo curam, atque alienum æs,
Ne quis formidet flagitatorem suum. Pro creditore accepit repossente identidem debitum. Cic. de Claris Orat. Nam hunc qui negat, video flagitatorem non illum quidem tibi molestum, sed assiduum tamen & acrem fore.

Acer flagitator, Vide ACER.

Flagrantia, Flagratores, Flagriones, Vide FLAGRO.

Flagro, flagras {φλέγω, φλόγμος} flagrãre, Ardere, A flamma, vel à flatu, quo alitur incendium, quando flatu excitatur, vt ait Seruius. Virgilius, Flagrantísque dei vultum. Plin. lib. 14. cap. 20, Fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat.

Ignes flagrabant ignibus. Ouid. 6. Fast.

¶ Flagrare libidinibus, per transtationem, pro Libidinosum esse & libidinibus plenum. Sueton. de Claris grammat.

Flagrabat diligentiæ æmulatione malier pulcherrima. Colum. in Prœmio.

Flagrare amentia, Amentissimum esse. Cic. pro Cluentio.

Flagrare amore. Cic. 4. Tusc. Et pro Marcello, Immortalitatis amore flagrauit. Horat. Epod. 5.

Flagrare amore pilæ. Martial. lib. 10.

Flagrare ardore alicuius rei. Colum. lib. 6. cap. 27.

Flagrat bello tota Italia. Cic. ad Attic. lib. 7. 13 5.

Cupidine rei alicuius flagrare. Ouid. 2. Metam.

Cupiditate flagrare. Cic. 1. de Orat. Idem 6. Verr.

Flagrat desyderio tui, aut vrbis. Cic. ad Attic. lib. 7. 12 4.

Flagrare gratia. Tacit. lib. 11.

Flagrare infamia. Cic. ad Attic. lib. 4. 8 7, COSS. flagrant infamia, quòd Memmius candidatus pactionẽ in Senatu recitauit, quam, &c. Idem 2. Verr.

Flagrare inopia & cupiditatibus. Sallust. in Oratione Philippi.

Flagrare inuidia. Cic. pro Cluent. Quum inuidia flagraret ordo Senatorius, potuit nihil decerni?

Flagrare odio alicuius rei. Plin. lib. 15. cap. 18, Cato perniciali odio Carthaginis flagrans. Cic. 2. de Orat.

Odio flagrant tua pectora nostro. Ouid 4. Trist eleg. 8.

Flagrant mutuo odio mugil & lupus. Plin. lib. 9. cap. 62.

Rumore malo flagrare. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Flagrare studiis. Cic. de Senect. Atqui eos omnes quos commemorauí, his studiis flagrantes senes vidimus.

Flagrat studium. Sallust. in Catil. Nam vt cuiusque studium ex ætate flagrabat, aliis scorta præbere, aliis canes atque equos mercari.

Flagrare incredibili dicẽdi studio. Cic. 1. de Orat. Et ad Att. lib. 13.

Flagrant coniuia stupris, & flagitiis. Cic. 6. Verr.

Vita libidinis flagrant apud eum. Cic. pro Cælio, Flagrabant vitia libidinis apud illum, vigebant etiam studia rei militaris.

¶ Flagrare, & Fragrare ita discernuntur, quòd Flagrare est incendi, & ardere: Fragrare verò olere. & in plurimis inuenitur ista discretio. Nonius.

Flagrans {φλεγόμενος, φλογιζόμενος} Participium, siue Nomen ex participio: vt Flagrans pinus. Virg. lib. 9. Æneid.

Eximio literarum amore flagrans. Quintil. in Prœm. lib. 1.

Sydereo flagrans clypeo. Virg. 12. Æneid.

Amor flagrans. Propert. lib. 1. eleg. 12.

Arma flagrantia, Id est fulgentia. Sil. lib. 3.

Canicula flagrans. Horat. 3. Carm. ode 13.

Flagrans cupiditas. Cic. 4. Tusc.

Genæ flagrantes, Rubentes præ pudore & fletu. Valer. 7. Argon.

Oscula flagrantia. Horat. 2. Carm. ode 12.

Serta flagrantia. Claud. 2. Paneg.

Flagrantissimus homo. Cic. de Fato, Nec enim quod rectè existimas, oratoria illa studia deserui, quibus etiam te incendi, quanquam flagrantissima acceperã. Sic Flagrantissimus sol. Plin. lib. 34. cap. 12.

Flagranter, Aduerb. {φλογερῶς.} Tacit. lib. 1. Destinare Consules specie recusantis flagrantissimè cupiuerat.

Flagrantia, flagrantiæ {φλογμός.} Gell. lib. 17. cap. 10, Quod de natura atque flagrantia montis eius compositum est.

Flagrantia oculorum, pro Ardore. Cic. pro Cælio, Si denique ita fegeret non incessu solùm, sed ornatu atque comitatu: non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam, &c.

Flagratores dicebantur illi, qui mercede flagris cædi se permittebant. Festus.

Flagrum, flagri {μάστιξ} Idem quod flagellum eius diminutium: Virga qua cædi consueuerunt serui. Iuuenal. sat. 5, -nec dura timebis
Flagra pati. Idem sat. 10, -& illum
Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites. Suet. in Othone, Vt sæpe flagris obiurgaretur à patre. Liu. 8. bel. Pun. Ob quam causam cæsa flagro est Vestalis.

Flagriones {μισητῶνες} authore Nonio, dicti sunt serui, quòd flagris subiecti sint, vt Verberones à verberibus. Afranius Vopisco, Tu flagrionibus priuigno iucunditatis plus inest in te mihi, quàm commercatis conquisitè edulibus.

Flamen, neut. gen. à flo, flas, Vide FLO.

Flamen, huius flaminis, pen. corr. masculini generis {ἱερεύς, φλαμὴν} Sacerdos dicebatur. Plin. lib. 18. cap. 12, Varro flaminem faba non vesci tradit. Varro de Lingua Latina, lib. 4, Flamines, quòd in sacro, capite velato erant semper, ac caput cinctum filo habebant, flamines dicti. Horum singuli cognomina habent ab eo deo cui sacra faciunt. Sed partim sunt aperta, partim obscura. Aperta, vt Martialis, Vulcanalis, obscura, vt Dialis, Furinalis. Seruius, Flamines in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga desuper habens lanæ aliquid. Quod quum per æstus ferre non possent, filo tantùm capita religare cœperunt. nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat: vnde à filo quo vtebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verùm festis diebus filo deposito, pilea necesse erat accipere: quæ secundum alios ad ostendendam sacerdotij eminentiam sunt reperta: sicut columnæ mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum columen. Alij dicunt, non propter eminentiam dignitatis hoc factum, sed quia quum sacrificarent apud Laurolauinium, & eis exta frequenter aues de vicinis venientes lucis abriperent, eminentia virgarum eas terrère voluerunt. Exinde etiam consuetudo permansit, vt apud Laurolauinium ingentes haberent virgas, non breues, vt in Vrbe. Sunt etiam qui Flamines à gestamine pilei dictos aiunt, quasi Pilamines. Hæc Seruius in illud 8. Æneidos,

Lanigerósque apices & lapsa Ancilia cælo.

Flamen est vnius dei sacerdos. Cic. lib. 2. de Legibus, Diuíque aliis alij sacerdotes, omnibus põtifices, singulis flamines sunto. Hinc flamen Dialis, de quo tam multa Gell. lib. 10. cap. 15. Flamen Martialis, de quo meminit Cic. in oratione De Arusp. responsis. Quirinalis: de quo ibidem Cicero. Carmentalis: de quo Cicero in Bruto. Vnde Philipp. 2. sic ait Cic. Est ergo flamen, vt Ioui, vt Marti, vt Quirino, sic diuo Iulio M. Antonius. Quid igitur cessas? cur non inaugurare? Quibus quidem verbis apparet, morem fuisse, vt flamines etiam inaugurarentur. Varro præterea de Lingua Latina lib. 6, Vulcanalem, Furinalem, Volturnalem, Palatualem, Floralem, Palacrem, Pomonalem flamines nominat: & flamines à Numa Pompilio institutos affirmat. eum quo sentit etiam Liuius Decad. 1. lib. 1, Numa, inquit, flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit: infignique eum veste, & curuli regia sella adornauit. hinc duos flamines adiecit: Martí vnum, alterum Quirino.

Cæsaris flamen Antonius. Cic. 2. Philipp.

Carmentalis flamen. Cic. de Claris Orat.

Flamines curiales, Vide CVRIA.

Maiores flamines appellabantur patritij generis, minores plebeij.

Hæc Sext. Pompeius libro vndecimo.

Flamines Martiales. Cic. 1. de Diuin.

Quirinalis flamen. Cic. de Arusp. resp.

Flaminia, flaminiæ {φλαμίνεον} Flaminis domus. Gell. lib. 10. cap. 15, Ignẽ è flaminia, id est flaminis Dialis domo, nisi sacrum, efferri ius nõ est.

Flaminica, pen. corr. {ἱερεάτιδα} Sacerdotula quæ flaminicæ Diali præministrabat: cáque patrimes & matrimes erat: Id est patrem matrémque adhuc viuos habebat. Festus.

Flaminica sacerdotissa. Gell. lib. 10. cap. 15, Eædẽ fermè ceremoniæ sunt quas flaminicas sacerdotissas dialeis scorsum aiunt obseruitare.

Dialis flaminica. Tacit. libro 4, Sed lata lex, qua flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri, cætera promiscuo fœminarum iure agerer.

Flaminium, flaminij {ἱερωσύνη} pro ipso sacerdotio. Gell. lib. 10. cap. 15, Vxorem si amisit, flaminio decedit, Hic nota abire & decedere flaminio, eo modo dictum quo abire magistratu, officio, &c. Cic. 13. Philipp. Homo ingratissime flaminia cur reliquisti? Vetus exemplar habet flaminium.

Claudiale flaminium. Tacit. lib. 13.

Flaminius, a, um, quod pertinet ad flaminem siue ad flaminium. vt Flaminius lictor, qui flamini Diali sacrorum causa præito erat, vt author est Festus.

Flaminius Camillus, puer patrimus & matrimus, qui flamini Dialí in sacrificiis præministrabat. Antiqui enim ministros Camillos dicebant. Festus.

FLAMINIVS cognomen fuit Quinctiorum, & Claudiorum, ortũ fortasse ab insigni aliqua re gesta in flaminio. Nonnulli scribunt Flaminius, quasi deducatur à flamma, vt verum videatur quod nonnulli scriptum reliquerunt, Flaminiis proprium fuisse, ne flammam, id est ignem è domo sua, nisi sacrorum causa efferri paterentur. Sed hanc scripturam veteres libri & lapides, item Græcorum authorum (qui semper φλαμίνιος scribunt) authoritas repudiat.

Flaminius Consul cum Annibale pugnans ad Thrasimenũ lacum interfectus est: eius cadauer ab Annibale inter mortuos quæsitum, nec inuentum. Liuius lib. 22. Florus lib. 2. cap. 7. Hic viam strauit quæ ab eo dicta est Flaminia. ¶ T. Flaminius annos natus XXX. COS. cum Sext. Æliο factus, Philippum Macedoniæ regem prælio fudit, & castris exuit. Deinde Thessaliam, quæ est vicina Macedoniæ, iuuãtibus Ætolis & Acarnanibus, vexauit: ciuitates quoque Græciæ, quæ sub rege Philippo erant, per præconem liberas esse pronuntiauit. Plutarchus in eius vita. & Liu. lib. 34. Huius frater fuit L. Flaminius, qui à Catone censore, quòd quũ proconsul in Gallia esset exoratus in conuiuio à scorto, secuti aliquem eorum qui in vinculis essent, damnati rei capitalis, ferire iussisset, Senatu motus est. Liu. lib. 39. Plutarch. in Flaminio. Cicer. in Catone. Plin. lib. 7. cap. 27. Valer. lib. 2. cap. 4. & lib. 4. cap. 5.

Flaminius, a, um, quod est Flaminiorum. vt Flaminia via à Flaminio dicta, qui eam strauit lapidibus è Roma Ariminium vsque. Cic. 12. Philipp. Ouid. 1. de ponto. eleg. 9,

Flaminia Claudiæ iuncta viæ. A Flaminio quoque arcus Flaminius & forum Flaminium nomen habet.

Flamma, huius flammæ {φλὸξ, πυρὸς, φρυκτὸς} A Græco dicitur φλόγμος, quod est ardeo. Plaut. Curcul. 2, Semper, tu scito, flamma fumo est proxima.

Alimenta flammæ, pix & cera. Ouid. 14. Metam.

Apices flammarum. Stat. lib. 1. Achil.

¶ Acris flamma, Vide ACER.

Fabrilis flamma. Claud. 2. Paneg.

Hostiles flammæ. Claud. 2. in Eutrop.

Mitis flamma. Silius lib. 16.

Rapida flamma. Ouid. 2. Metam.

Tremulæ flammæ. Virg. 8. ecloga,

Aspice, corripuit tremulis altaria flammis Sponte sua.
Trifida flamma. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Naiades Hesperiæ trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo. Flammam intelligit fulminis trisulci quo Phaethon ab Ioue interfectus est.

¶ Accensa est flamma, apicémque per aera duxit. Ouid. 10. Metam.

Vide ACCENDO.

Adolere penates flammis. Virg. 1. Æneid.

Affixit flammam lateri turris. Virg. 9. Æneid.

Ora afflata flammis. Sil. lib. 17.

Aggestis vigilant altaria flammis. Stat. 10. Thebaid.

Alere flammam re aliqua. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Applicare ad flammam, Vide APPLICO.

Cingere mœnia flammis. Virg. 9. Æneid.

Circundare flammis vrbem. Virg. 10. Æneid.

Collucent flammis mœnia. Virg. 5. Æneid.

Compescere flammam mero. Ouid. epist. 15.

Concidit flamma. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Concipere flammam, Vide CONCIPIO.

Conflagrare flammis, Vide CONFLAGRO.

Conualescit flamma magna congerie. Quintil. lib. 5. cap. 13. Vide CONVALEO.

Corripitur flammis tellus, Ouid. 2. Metam.

Crepitante flamma cremari. Virg. 7. Æneid.

Celeri flamma degustant tigna ignes. Lucret. lib. 2.

Sonitum dare flammæ. Virg. 4. Georg.

Excoquitur flammis scopulus. Sil. lib. 3.

Languida succiduis expirant lumina flammis. Stat. 10. Thebaid.

Extinguere flammas. Ouid. 15. Metam.

Exuperant flammæ, furit æstus ad auras. Virg. 2. Æneid.

Fundit terra egestas flammas. Sil. lib. 7.

Heberare flammas. Ouid. 7. Metam.

Iactant flammas ad culmina. Virg. 2. Æneid.

Iaculatur flammas Polus. Senec. Herc. fur. 13.

Induitur tota Africa flammis. Sil. lib. 17.

Iniicere aliquid flammis. Quintil. in Prœm. lib. 6.

Inuoluit flammis nemus. Virg. 2. Georg.

Flammis opera omnia lustras. Virg. 4 Æneid. de Sole.
Mollire cibum vapore flammæ. Lucret. lib. 5.
Opprimere flammam. Cic. 2. de Orat. Dicere enim aiunt Ennium, flammam à sapienti facilius ore inardente opprimi, quàm bona dicta teneat.
Vnda flammas opprimit. Seneca Med. 12.
Agilis flamma altas percurrit trabes. Seneca Hippol. 5.
Populantur flamma capillos. Ouid. 2. Metam.
Flammæ vires posuere. Virg. 5. Æneid.
Quieuit flamma. Virg. 6. Æneid.
Rapuit in fomite flammam. Virg. 1. Æneid.
Ocyor cursum rapiente flamma. Seneca Hippol. 6.
Restinguere flammam. Lucret. lib. 4.
Rotant cauis flammam fornacibus. Lucret. lib. 6.
Signare viam flammis. Virg. 5. Æneid.
Rutilas per nubila flammas spargit. Ouid. 3. Fast.
Stupea flamma spargitur. Virg. 8. Æneid.
Rubrâ suffusus lumina flammâ. Ouid. 11. Metam.
Torrere flammis aliquem. Seneca Hippol. 2.
Trepidant flammæ fordidum rorantes vertice fumum. Horat. 4. Carm. ode 11.
Voluere globos flammarum. Virg. 1. Georg. de Ætna.
Furentes flammæ per culmina voluuntur. Virg. 4. Æneid.
¶ Flamma, Periculum aliquando significat. Cic. lib. 2. Tuscul. Idem in Bruto, dixit Galbam eripuisse sese de flamma iudicij, quum significare vellet eum liberatum esse à periculo iudicialis damnationis. Terent. Eunuch. 3. 2,
E flamma te petere cibum posse arbitror. Cicero ad Tironem, libro 16. 10.
¶ Flamma amoris turpissimi flagrare. Cic. 7. Verr. Vna atque eadē nox erat qua Prætor amoris turpissimi flamma, ac classis Pop. Rom. prædonum incendio conflagrabat.
Feruida flamma. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.
Insanæ flammæ. Seneca Hippol. 4.
Pronuba flammâ. Claud. 1. de raptu Proserp. 27.
¶ Abire in flammas. Ouid. 1. Metamorphoseos,
Vt facibus sepes ardent, quas fortè viator
Vel nimis admouit, vel iam sub luce reliquit:
Sic deus in flammas abiit, sic pectore toto
Vritur, & sterilem sperando nutrit amorem.
Abrumpere flammam. Vide ABRVMPO.
Assumere nouas flammas. Ouid. 2. de Remed. amor.
Toto concepit pectore flammam. Catul. Argon. 59.
Feroces iuuenum flammas concitat Venus. Seneca Hippol. 3.
Corripi flamma, Vide CORRIPIO.
Tenues sub artus flamma demanat. Catull. ad Lesbiam, epigr. 48.
Obscœnæ flammæ. Ouid. 9. Metam.
Excute conceptas pectore flammas. Ouid. 7. Metam.
Sæuas extinguere flammas. Ouid. 1. de Remed. amor.
Subdita flamma medullis. Virg. 3. Georg.
Serpens flamma vrit medullas. Seneca Medea, 10.
¶ Inuidiæ flamma. Cic. 3. de Orar. Sulpitius autem, qui in eadem inuidiæ flamma fuisset, quibuscum priuatus coniunctissimè vixerat, hos in Tribunatu spoliare instituit omni dignitate.
¶ Vis & flamma Oratoris. Cicero de Claris Orat. Ardor animi nó semper adest, isque quum consedit, omnis illa vis & quasi flamma Oratoris extinguitur.

Flammea, flammeæ, viola Plinio dicitur, vt testatur Ruellius lib. 3. cap. 57, quæ lychnis coronaria dicitur. Galli *candelariam* vocant.

Flammula, pen. corr. Diminut. {φλόγιον.} Colum. lib. 12. cap. 53, Postero die mactantur, & vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur. De porcis loquitur. Cic. 4. Acad.

Flammeus, Adiect. {φλόγεος, φλόγιος} Quod flammæ colorē refert. Plin. lib. 35. cap. 10. Cic. 1. de Diuinatione,
Dextrorsum orbem flammeum
Radiatum solis liquier cursu nouo. Ex Accio poeta. Colum. lib. 6.
Velut halitu flammeo fructus vratur.
Stellæ natura sunt flammeæ. Cic. 2. de Nat. deor.

Flammeum, huius flammei {φλογίων} genus vestimenti lutei coloris, quo amiciebatur noua nupta boni omīnis causa: sic dictum, inquit Festus, quòd eo assiduè vrebatur Flaminica, id est Flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. Et eodem modo regebatur nupta flammeo, vt perpetuò cum viro maneret. Lucanus de Martia iterum nubente Catoni, lib. 2. Lutea demissos velarunt flammea vultus. Plin. libro 21. cap. 8, Lutei vidco honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. Martialis libro 12. 38.

Flammeolum, pen. corr. Diminut. {φλογείδιον.} Iuuenal. sat. 10,
-sedet illa parato Flammeolo.

Flammearius, huius flammearij {φλογεῦς} Infector flammeorum: hoc est qui flammea colore luteo tingit atque inficit: aut qui flammea facit vel vendit. Plaut. Aulul. 15. Cinistiones, patagiarij, indusiarij, flammearij, violarij, &c.

Flammeolus, pen. corr. Adiect. {ὑπομφλόγιος} Quod flammæ colorem aliquantulum habet. Columel. lib. 10, Pressáque flammeola rumpatur fiscina caltha.

Flammo, flammas {φλογίζω} flammâre, Flammam producere. Virgil. 3. Georg. Exilit in siccum: & flammantia lumina torquens.
Flammare, pro Inflammare seu ira accendere. Tacit. lib. 18. Idem libro 20, His inter se vocibus insistenteis flammauere insuper allatæ à Vespasiano literæ.
Facem flammantem nubila direxit. Valer. 1. Argon.
Flammatus Iupiter, Hoc est flammam dextra manu tenens pro sceptro. Cic. 1. de Diuinatione,
Principio ætherio flammatus Iuppiter igni
Vertitur, &c. Ex poeta.

Iuuentus flammata pudore. Id est inflammata, incensa. Valer. 2. Argonaut.
Flammata toga. Martial. lib. 5. 20. Togam flammatam Domitius interpretatur rubram, à colore flammæ.
Flammescere {φλογοῦσθαι} Est accēdi & flāma corripi. Sipontinus.

Flammifer, pen. corr. {φλογοφόρος} flammifera, flammiferum, Ferens flammam, & commouens, siue excitans. Cic. 4. Acad.
Fer mihi auxilium, pestem abige à me,
Flammiferam hanc vim quæ me excruciat. Ex poeta.

Flammigena, æ {φλογογενὴς} E flamma genitus. Sipontinus.

Flammiger, pen. corr. Aliud adiectiuum: vt Sol flammiger. Valerius 5. Argonaut.

Flammigerare {ἀστροβολεῖν} Flammas producere & emittere. Gell. lib. 17. cap. 10, Interd u fumare Ætnam, noctu flammigerare. Vbi alia exemplaria habent flammigare.

Flammiuomus {πυρπνεύστης} Quod flammas vomit. Sipont.

FLAMMONIENSES, Istriæ populi, teste Plinio lib. 3. cap. 19.

Flammula, Herba est foliis, floribus, ac semine nihil à clematide differens, quemadmodum nec acerrimo gustu. Attamen neque sepibus circúuoluitur, neque arbores scandit, quum rectis caulis assurgat. Plures autem hæc ex se mittit caules bicubitales, subrubentes, & in his folia fmilacis, quibus intolerabilis inest acrimonia, vnde Flammulæ sibi nomen asciuit. Vide Mathiol. apud Dioscorid. lib. 4.

FLANATES, Populi Illyrici. Plin. lib. 3. cap. 21, de conuentu Scardonitano agens, subdit, Ius Italicum habent eo conuentu Aluatæ, Flanates, à quibus sinus nominatur.

FLANATICVS, sinus iuxta Istriam est, in quē à tergo Istriæ Iapidia regio promoueri dicitur. Author Plin. lib. 3. cap. 19.

FLANDRIA, æ, Regio est in finibus Belgarum, ad littora Oceani Septentrionalis posita, in qua sunt vrbes insignes Gandauum & Bruga.

Flator, Flatus, Vide FLO, flas.

Flaueo, Vide FLAVVS.

FLAVIA Colonia, Palæstinæ vrbs primùm ab Herode cōdita, & in gratiam Tiberij Cæsaris Cæsarea appellata. Postea deducta eò à Flauio Vespasiano Colonia, Flauia appellata est. Author Plin. lib. 5. cap. 13.

FLAVIANVS, Africæ Proconsul, Delphinum in Hipponis Diarrhyti litore ex hominis manu vescentem, vnguento perunctum, odoris nouitate consopiuit, ita vt fluctuans similis exanimi, pòst ad se reuersus, per aliquot menses hominum conuersatione caruerit, vt iniuria fugatus. Refert Plin. lib. 9. cap. 8.

FLAVINIVM {φλαβίνιον} locus est in Italia, vt ait Seruius enarrans illum Virgilij locum, 7. Æneidos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniáque arua, &c.

FLAVIOBRIGA {φλαβίοβριγα} Oppidum Vardulorum in Hispania citeriori, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 20.

FLAVIOPOLIS {φλαβιόπολις} Thraciæ oppidum, eo in loco conditum vbi antea Zela fuerat. Author Plin. lib. 4. cap. 11.

Flauissæ, ab antiquis Latinis dicebantur, quos thesauros Græco nomine appellamus, quòd in eos non rude æs, argentúmque, sed flata signataque pecunia conderetur. Gell. lib. 2. cap. 10. Vide & Nonium.

FLAVVM {φλάβιον} Norici oppidum est, apud Plin. lib. 3. cap. 24.

FLAVVS {φλάβιος} erat nomen familiæ Romanæ, ex qua erant Vespasianus & filius eius Titus, & Domitianus, qui à Ioue dicitur Flauius. Flauiorum gentis historiam require apud Tranquillum in Vespasiano, cap. 1.

FLAVONA, pen. prod. {φλαούνα Ptolemæo} Oppidum est Illyrici, apud Plin. lib. 3. cap. 21.

Flauus, Adiect. {ξανθός, πυρρός, μελίχρους} Color est, viridi, rubro & albo concretus, hoc est fuluo clarior, qualis est color auri.
Flauus Achilles, Vide ACHILLES.
Arena multa flauus Tyberinus. Virg. 7. Ænēid.
Arua flaua. Virg. 1. Georgicorum,
Sæpe ego quum flauis messorem induceret aruis
Agricola. Id est maturis. Seruius.
Cæsaries flaua. Valer. 6. Argon.
Flaui capilli. Ouid. lib. 2. Fastorum,
Forma placet, niueúsque color, flauúsque capilli.
Flaua Ceres, à Virgilio dicitur, propter aristarum maturitatem, vt inquit Seruius lib. 1. Georgicorum, -neque illum
Flaua Ceres alto nequicquam spectat olympo.
Crinis flauus. Virg. 4. Æneidos,
Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat. De Didone moriente.
Flauum mare. Cic. 4. Acad.
Flaua mella. Martial. lib. 1.
Oliua flaua. Virg. 5. Æneid.
Flauus puluis. Martial. lib. 14.
Rura flaua. Claud. 1. in Eutrop.

Flauidus, Adiectiuum à flauo deriuatum, sicut & à flacco flaccidus, & à rauo rauidus dicitur. Plin. Et flauidorum quoque, & in horreis entecatorum. Hodie ferè semper flaccidorū editur, sed flauidorum Turnebus tuetur.

Flaueo, flaues {ξανθίζομαι} flauēre, Fulgere, & auri colorem referre. Colum. lib. 2. cap. 21. Virg. lib. 3. Georgicorum,
Turbidus & torquens flauentes Hister arenas.
Flauens malas. Virg. 10. Æneid.

Flauesco, flauescis {ξανθίζομαι} flauēscere, Idem quod flauere. Caro cap. 151, Maturum est vbi ordeum flauescit. Sub. semen cupressi. Virgil. eclog. 4,
Molli paulatim flauescet campus arista. Plin. lib. 9. cap. 35.

Flebilis, Vide FLEO, fles.

Flecto, flectis, flexi, flexum {κάμπτω, κυκλέμπτω, ὀπισθοκαμπίω, κάμω, ἰθύνω, ὀρθοποδέω} flectere, Torquere & curuare.
Flecte in gyrum. Ouid. 2. Metam.
Flectere in diuersum & in auersum. Plinius libro 11. capite 45. de Elephanto.

Oculorum

Oculorum aciem flectere, Vide ACIES.
Flectere currum de foro in Capitolium. Cic. 7. Verr.
Flectere cursum ad aliquem. Liu. 1. ab Vrbe.
Gyro breuiore flecti. Seneca Hippol. 3.
Flectere iter. Liu. 8. ab Vrbe, Ad Priuernum, coactos flexit iter.
Flectere iuuencum. Virg. 2. Georgicorum, -& ipsa
Flectere luctantes inter vineta iuuencos. Vbi Seruius, Flectere, cum quadam moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta cōcutiantur.
Flectere Leucaren, pro Dirigere cursum ad Leucaren. Cic. ad Att. lib. 5. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissimè nauigassemus: & Leucaten flectere molestum videbatur.
Membra contorquet & flectit quò vult omne animal. Cicero 1. de Diuinat.
Promontoria flectere. Cic. 2. de Diuinat. Qui nauigāt, maximè animaduertant: quum in flectendis promontoriis, ventorum mutationes maximas sæpe sentiant.
Ratem flectere. Ouid. epist. 10.
Viam flectere. Cic. Attic. lib. 11. ep. 6.
Flecte vias hac qua madidi sunt tecta Lyæi. Martial. lib. 1. 66.
Viam flectere velis. Virg. 5. Æneid.
¶ Flectere, per translationem. vt Flectere animum: Hoc est attendere & aduertere. Terent. Hecyra, 4. 3,
Isthuc est sapere, qui vbicunque opus est possis animum flectere.
Flectere animum à vero. Liu. 1. ab Vrbe.
Flectere ad consilium casu oblata. Liu. 8. bel. Punic. Et id est viri & ducis non deesse fortunæ præbenti se, & oblata casu flectere ad consilium.
Flectere ad aliquid. Tacit. lib. 1, Tunc à veneratione Augusti orsus flexit ad victorias, triumphósque Tiberij.
In ambitionem flexisse arguebatur. Tacit. lib. 4.
Commutare & omni ratione flectere animos. Cic. 2. de Orat.
Teneros & rudes animos flectere & inficere. Cic. 1. de Legib.
Flecti animo atque frangi. Cic. pro Sylla.
Fata flectere. Cic. 3. in Catil.
Imbecillitatem animorum varietas opinionum torquet & flectit quocunque cœpit. Cic. 1. de Legib.
Flectere & dirigere aduersus alios iudicium suum. Brutus ad Ciceronem, 16, Idem Cicero si flexerit aduersus alios iudicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbādo Antonio: non modò reliqui temporis gloriam eripuerit sibi, sed etiam præterita euanescere coget.
Mēes ab omni studio sensúque Pœnorum, ad nostrum imperium noménque nostrum flexerunt. Cic. pro Corn. Balbo.
Minas alicuius flectere. Valer. 1. Argon.
Naturam suam versare & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere. Cicero pro Cælio.
Flectere aliquem oratione, Persuadere, & alicuius animum nostra oratione ad voluntatem nostram inclinare. Cic. 4. Acad. Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quæ est habita memoriter, &c. Idem 1. de Legib. Qui teneros & rudes quum acceperunt, inficiunt, & flectunt vt volunt. Et 1. Philipp.
Puella flectitur assiduis minis. Propert. lib. 1. eleg. 18.
Sensus alicuius flectere. Valer. 7. Argon.
Flectere vocabulum de Græco. Gellius lib. 4. cap. 3. Hoc vocabulum de Græco flexum est.
¶ Flectere, absolutè. Tacit. lib. 1, Flexit paulatim.

Flexus {καμπή, διάκαμπτος} Particip. siue Nomen exparticipio.
Flexus in obliquum, Vide OBLIQVVS.
Aditus flexus, Vide ADEO.
Animus flexus. Catul. Argon. 59.
Arcus flexos incuruant. Virg. 5. Æneid.
Flexa nitidus coma vagaris. Martial. lib. 10. 65.
Dies in vesperam flexus. Tacit. lib. 1.
Genu flexum summisit. Ouid. 4. Metam.
Flexi fractíque motus. Cic. 5 de Finib.
Os in mœstitiam flexum. Tacit. lib. 3, Cæsar flexo in mœstitiam ore, suam inuidiam tali morte quæsitam, &c.
Flexus sonus. Cic. 3. de Orat. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera, lene, asperum, contractum, diffusum continenti spiritu, intermisso, fractum, scissum, flexo sono, attenuatum, inflatum.
Flexa iuxta nasum supercilia. Plin. lib. 11. cap. 52.

Flexus, huius flexus {κάμπη} Curuatio, conuersio. Plaut. Menæh. 17,
-facitote in flexu sit pernicitas
Pedum. Quintil. lib. 9. cap. 2, Qui cursu parum valent, flexu eludūt.
Flexus & artes in actione. Quintil. lib. 5. cap. 13. Idem lib. 7. cap. 10, Fit ambiguitas per flexum, Quinquaginta vbi erant, centum inde occidit Achilles, &c. Vbi flexus pro vocis commutatione accipitur. nam vbi distinguendum est, vox in pronuntiando flecti solet.
Flexus ætatis, Quum ætas vergere incipit, & inclinari. Cicero in Prœmio de Oratore. Idem pro Cælio, In hoc flexu quasi ætatis (nihil enim occultabo fretus humanitate ac sapientia vestra) fama adolescentis paulum hæsit ad metas. Id est, quum iam curriculum iuuenilium studiorum permensus esset, ibi in voluptatis licentiā delapsus est: aliquantisperque immoratus est, vt illi qui in meta insistunt, non flectentes cursum, nec finem, præmiúmque assequuntur laboris. Budæus.
Autumni flexus. Tacit. lib. 21, Flexus autumni est, quum autumnus vergere incipit, & inclinari.
Flexus capillorum. Quintil. lib. 8. cap. 2, Propter flexum capillorum, pars est summa capitis, scilicet vertex.
Membrorum flexus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Flexus suffraginum. Plin. lib. 8. cap. 15.
Vocis flexus. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Lunati flexus. Sil. lib. 4.
Mollis flexus. Perf. sat. 3.
Sinuoso flexu anguis. Virg. 1. Georg.

Flexus ille, & vt sic dixerim, motus, dat actum quendam, & factū. Quintil. lib. 2. cap. 13. de statuis & picturis.
Cum multis flexibus introitus habent aures duros & quasi cornеolos. Cic. 2. de Nat. deor.
Mutare flexum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Ad iter flexus est. Cic. Att. lib. 16. 337, In quo flexus est ad iter Arpinas, obuiam mihi fit tabellarius.

Flexio, Verbale {κάμψις} Actus ipse flectendi.
Flexiones, & diuerticula. Cic. in Pisonem, Quos tu mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula, flexionésque quæsisti?
Virilis laterum flexio. Cic. in Orat. Gestus est oratoris.
Flexiones modorum. Cic. 2. de Legib. Illa quidem quæ solebant quondam compleri seueritate iucunda Liuianis & Næuianis modis, nunc vt eadem exultent, ceruices, oculósque pariter cum modorum flexionibus torqueant.
Vocis flexiones. Cic. in Orat.

Flexibilis, & hoc flexibile, pen. corr. {καμπτός} Quod torqueri, & facilè in quanuis partem curuari potest.
Molle, tenerum, fragile, flexibile. Cic. pro Milone, Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas erga nos, sensúsque ciuium.
Flexibile & deuium. Cic. de Amic. Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius qui ad alterius non modò sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur?
Flexibile & Durum, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. Vocis genera permulta, canorum fuscum, lene asperum, graue acutum, flexibile durum.
Nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem. Cicero Attico, libro 10. 203.
Flexibilis ætas. Cic. ad Brutum, lib. 18, Videtur enim esse bona indoles, sed flexibilis ætas, multíque ad depraudandum parati.
Arcus flexibiles. Ouid. 3. Amor. eleg. 3.
Flexibile vocis genus. Cic. 2. de Nat. deor.
Ingenium flexibile. Plinius iunior libro 1. epistol. 16, Laudabam eius ingenium, etiam antequam scirem quàm varium, quàm flexibile, quàm multiplex esset.
Flexibilis & commutabilis omnium rerū materia. Cic. 3. de Nat. deorum.
Nihil est tam tenerum, tam flexibile, neque quod tā facilè sequatur, quocunque ducas, quàm oratio. Cic. 3. de Orat.
Mollis, tenera, & ita flexibilis oratio, vt sequatur quocunque torqueas. Cic. in Orat.
Rictus equi flexibiles. Ouid. ad Pisonem,
-modò torquet in auras
Flexibiles rictus.

Flexilis, pen. corr. A diectiuum {καμπτός} Quod facilè flecti potest. Plin. libro 11. cap. 37, Item omnium auriculæ ac nares quæ modicum eminent flexili mollitia.
Cornu flexile. Ouid. 5. Metam. de arcu.

Flexuosus, pen. prod. {κάμπτιος} Quod varios vel multos habet flexus: vt
Flexuosa vitis. Cato cap. 33.
Flexuosus corporum impulsus. Plin. lib. 9. cap. 20.
Iter flexuosum habet auditus ne quid intrare possit, si simplex & directum pateret. Cic. 2. de Nat. deor.
Flexuosus mons. Plin. lib. 5. cap. 27.
Flexuosus volatus hirundini. Plin. lib. 10. cap. 24.

Flexuosissimus, pen. corr. {καμπεδώτατος.} Plin. lib. 11. cap. 37, Hominísque flexuosissimis orbibus.

Flexuosè, pen. prod. Aduerb. {κάμπτως.} Plin. lib. 18. cap. 35, Si flexuosè volitet flamma.

Flexamino, flexaminas, flexaminare, Antiquum, Idem quod flectere. Pacuuius, Flexaminat aquam lymphatam. Meminit Varro lib. 6. de Ling. Latina.

Flexanima oratio {ψυχαγωγὸς λόγος} quæ animum flectere possit. Cic. 2. de Orat.

Flexumines, penult. corr. Equites Romani appellati sunt, qui prius Celeres dicebantur. Plinius lib. 33. cap. 2. Quidam legunt Flexamines.

Flexura, huius flexuræ, penult. prod. {κάμπη, κάμπτωσις} Flexus, curuatio. Colum. lib. 5. ca. 5, Vt flexura materias profundat. Lucret. lib. 4,
Quinetiam quæcunque latuscula sunt speculorum
A simili lateris flexura prædita nostri: &c.

Flexiloquus, pen. corr. Adiect. {καμπτολόγος} Qui ambigua & obscura loquitur. Cic. 2. de Diuin. Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen impleuit partim falsis, vt ego opinor: partim casu veris, vt fit in omni orationе sæpissime: partim flexiloquis & obscuris, vt interpres egeat interprete.

Flexipes, flexipedis, Quod pedibus flexis & curuis errat. Virgilius,
Vos quoque flexipede hederæ, &c. Quum enim hedera flexuosis & errabundis flagellis per humum serpat, velútque pedibus curuis & flexis erret, flexipes accommodatissimè dicta est, vt & {καμψὸς} à Græcis appellatur. Alij flexibiles legunt. Turnebus.

Flegma, Vide PHLEGMA.

Flegmen, flegminis, pen. corr. n. gen. {φλῆγμα.} Plautus Epid. 14,
-dum te sequor,
Præ lassitudine inuaserunt miserum in genua flegmina. Scribitur à nonnullis flemina: ab aliis flegmona.
Flegmina dicuntur, inquit Festus, quum ex labore viæ sanguis defluit circa talos.

Flegmon, onis {φλεγμών} Dicitur inflammatio, quoties sanguis vitiis & mediocriter crassus fertur subitus in aliquam corporis partem, & pro sua copia figitur. Ex Sipontino.

Fleo, fles, fleui, fletum {κλαίω, κλάω, ῥλυίω} flere, Lacrymas emittere. Ouid. 2. de Remed. amor. Vt flerent oculos erudière suos.
Flere de morte alicuius. Cic. 3. Verr.
Fleuit drachmis argenteis. Plaut. Pseud. 3.

Funera alicuius flere. Ouid. in Ibin.
Flere ac lamentari omnes lapides coegisset. Cic. 1. de Orat.
Noctem flere. Virg. 4. Georg.
Delicuit flendo. Ouid. 7. Metam.
Diffundere dolorem flendo. Ouid. 9. Metam.
Flendo diffundimus iram. Ouid. epist. 8.
Ocelli rubent flendo. Catull. de passere, epigr. 3.

Fletur, Impersonale {κλαίσεται.} Terent. And. 1. 1, 9
In ignem posita est. fletur.
Longo æuo flebitur. Sil. lib. 5.

Acrius flens {ὀρθότατον κλαίοντα.} Ouid. 1. Trist. eleg. 3, 33
Vxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat.

Fortuna flenda {τύχη κλαυτέα.} Ouid. 3. Trist. eleg. 11.

Fletus, Participium {κεκλαυμένος.} Virg. 6. Æneidos,
Hîc multum fleti ad superos, bellóque caduci.

Fleturus, pen. prod. {κλαύσων} Aliud participium. Ouid. 4. Trist. eleg. 9, 9
Non aliter fleui, quàm me fleturus ademptum Ipse fuit.
Multa fleturum caput. Horat. Epod. 5.

Fletus, huius fletus {κλαυθμὸς μᾶζον ὀνόματος ὄρνιθος.} Nomen. Cic. ad Terent. lib. 14. 2, Id quod ego maximo cum fletu legi.
Fessa fletu lumina. Seneca Octau. 4.
Humida fletu litera. Ouid. 4. Trist. eleg. 1.
Lacrymæ & fletus cum singultu. Cic. pro Plancio.
Mulierum fletus & lamentationes. Cic. 6. Verr.
Assiduus fletus, quotidianæ querimoniæ. Cic. pro Cluent.
Dulcior risu fletus. Ouid. in Ibin.
Inanes fletus. Virg. 4. Georg.
Modestus fletus. Stat. 5. Thebaid.
Supplex fletus. Claud. 1. de raptu Pros.
¶ Abstergere fletum, Vide ABSTERGO.
Acuere fletus, Vide ACVO.
Adducere ad, vel in fletum, Vide ADDVCO.
Adhibere fletum, Vide ADHIBEO.
Longos ciebat fletus. Virg. 3. Æneid.
Comprimere fletus. Ouid. ad Liuiam.
Ducere fletum inuitis luminibus. Propert. lib. 1. eleg. 14.
Effusi fletus. Valer. 4. Argon.
Erumpit fletus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Excitat fletum orator. Catull. in Egnatium, epigr. 37.
Fletum, gemitúmque fieri tota vrbe. Cic. pro Rosc. Amer. Quod Amerinis vsque eo visum est indignum, vt vrbe tota fletus gemitúsque fieret.
Fundere fletus. Ouid. 11. Metam.
Impediri fletu, Vide IMPEDIO.
Lugubris lamentatio fletúsque mœrens. Cic. 1. Tusc.
Mouere fletum, Vide MOVEO.
Nullis mouetur fletibus. Virg. 4. Æneid.
Ortus ab omni turba fletus, Vide ORTVS.
Petitur fletus perorationibus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Prosequi natos fletibus. Quintil. lib. 5. cap. 11, An verò me de incómodis vitæ differentem non adiuuabit earum persuasionum quæ fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur?
Genas rigare fletu. Seneca OEdip. 12.
Largo fletu rigabat ora. Virg. 6. Æneid.
Mœstis fletibus ora rigat. Seneca Octau. 6.
Rumpe iam fletus. Seneca Troade, 8.
Verba fletu scinduntur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.
Siste tuos fletus. Ouid. 14. Metam.
Suspendere fletum. Ouid. 4. Fast.

Flebilis, & hoc flebile, pen. corr. {θρηνώδης.} Plenum lacrymis, vel Dignum quod fleatur. Horat. in Carm.
Multis ille quidem flebilis óccidit.
Nulli flebilior quàm tibi Virgili.
Flebilis cantus. Plin. lib. 10. cap. 23.
Carmen flebile. Ouid. epist. 21.
Clamor flebilis. Seneca Troade, 6.
Elegia flebilis. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
Flebilis gemitus. Cic. 2. Tusc.
Modi flebiles. Horat. 2. Carm. ode 9.
Truncum ac flebile murmur. Stat. 8. Thebaid.
Questus flebilis. Claud. 1. in Ruff.
Flebilis species. Cic. 11. Philipp. Ponite ante oculos P. C. miseram quidem illam & flebilem speciem, sed ad incitandos animos vestros necessariam.
Vigiliæ flebiles. Cic. pro Plancio.
Vlulatus flebilis. Stat. 5. Thebaid.
Voces flebiles referre. Cic. 2. Tusculanarum,
Resonando multum flebiles voces refert. Ex quodam poeta.
Cantare flebile. Ouid. 1. de Remed. amor.
Vlularunt flebile ripæ. Sil. lib. 6.

Flebiliter, pen. corr. Aduerb. {θρηνωδῶς.} Cic. 2. Tusc. Vide quàm non flebiliter respondeat.
Flebiliter aliquid canere. Cic. 1. Tusc.
Gemens flebiliter. Horat. 4. Carm. ode 12.

FLEVO, Rheni fluminis ostium, vt scribit Pompon. Mela lib. 3. Plin. cap. 15. libri quarti, alterum ostiorum Rheni, Fleuum, alterum Helium appellatum scribit. Cornelius Tacit. lib. 3, Fleuum castellum est ait prope Rheni in Oceanum exitum, à quo aut sumptum nomen quod alueo daretur, aut certè mox ab alueo natum retentum est.

Flexabula, Satyræ nomen est apud Varronem, teste Plinio in Præfatione Nat. historiæ, 10. in qua de prouinciis administrandis, & tanquam flectendis regendísque prouincialibus differebat (nam flexabulum instrumentum ad flectendum est) multáque in magistratuũ, vt reor, auaritiam & sordes disputabat. Ex Turnebo.

Flexanimus, Flexibilis, Vide FLECTO.

Flexile, Flexio, Flexumines, Flexura, Flexus, Vide FLECTO.

Fligo, fligis, flixi, flictum {ἀράσσω} fligere: verbum antiquũ, à quo compositum affligo. Liu. Ægysto, Ipse se in terram saucius fligit cadens.
Nonius. Lucret. lib. -nam cita superne
Obuia cùm fixere, &c.

Flictus, huius flictus {ἀσυμμέτρ.} Virg. 9. Æneid. Dant sonitum galeæ flictu: pugna aspera surgit. Vbi Seruius, Flictu, pro afflictu, id est ictu, nam detraxit more suo præpositionem.

FLO

Flo, flas {πνέω, πνεύω, πνεῖμι, δηνέω} flare, Spirare: quia spiritus omnes calore humorem diffundente prouenient. Plin. lib. 17. cap. 24, Hic enim si flauerit circa brumam, frigore exurit arefaciens. Cic. Papirio, 9. 24, Tum quum Fauonius flaret.
Bellè nobis flauit ab Epiro leniſſimus Auster mitis. Cic. Att. lib. 7.
Flare simul & sorbere. Plaut. Mostel. 10. Adagiũ est, de iis qui duo negotia eodem tempore conficere nequeunt.
Tibia flatur. Ouid. 4. Fast.

Flor, flaris Passiuum. Plin. lib. 36. cap. 19. ad finem, Vritur antè vino perfusus, flatúrque follibus, donec rufescat.

Flatus, huius flatus {πνεῦμα, πνοή.} Cic. 2. Offic. Nam & quum prospero flatu eius vtimur, ad exitus prouehimur optatos.
Hebetatus flatus. Plin. lib. 11. cap. 10, Iuxta verò terram volant in aduerso flatu vepribus hebetato. De apibus.
Aprici flatus, Vide APRICVS.
Fulminei flatus. Valer. 7. Argon.
Leniſſimus flatus. Plin. lib. 19. in Procem. 3.
Mollissimus flatus. Plin. lib. 19. in Procem. 4.
Multiuagi flatus. Claud. 1. de raptu Proserp.
Segnis flatus. Valer. 8. Argon.
Tibia complet sedilia flatu. Horat. de Arte poet.
Validis flatibus erumpere. Cic. in Arato,
Æstiferos validis erumpit flatibus ignes. De Cane sydere.
Vnde aliquis flatus ostenditur, vela do. Cic. 1. de Orat.
Hybernis parcebant flatibus Euri. Virg. 2. Georg.
Permulcere flatu aliquem locum. Cic. in Arato,
Aram quam flatu permulcet spiritus Austri.
Resedit flatus repentè. Virg. 7. Æneid.
Contorto flatu rotare aliquid. Sil. lib. 3.
¶ Flo, etiam aliquando pro eo quod est signo vsurpatur, quòd æs, siue aurum, siue argentum flando, hoc est flatu calfaciendo signetur.
Hinc Flatum æs, & Flata pecunia dicitur. Ex Sipontino.

Flamen, flaminis, pen. corr. neut. gen. {πνεῦμα} Flatus dicitur. Horat. lib. 3. Carm. ode 19,
Insanire iuuat: cur Berecynthiæ
Cessant flamina tibiæ Virg. 10. Æneid.
Abactum flamen, Vide ABACTVS.
Contraria classi flamina. Ouid. 13. Metam.
Rauca flamina. Lucan. lib. 5.
Ingenti flamine ducitur puppis. Ouid. 3. Fast.
Fugant inductas flamina nubes. Ouid. 1. Metam.
Rapido terram cum flamine portant. Virg. 4. Æneid.
Pulsant aliquem ab regione Aquilonis flamina. Cicero 2. de Nat. deorum.
Sonoro flamine rapturus syluas. Claud. 1. de raptu Proserp.
Spirant flamina. Ouid. 4. Fast.
Vibrabant flamina vestes. Ouid. 1. Metam.

Flabilis, & hoc flabile, pen. corr. {πνευματώδης.} Cic. 1. Tusc. Nihilne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum? Flabile dixit pro aereo.
Flabiles puluiculi. Arnob. lib. 2. aduersus gentes.

Flabrum, flabri {πνεῦμα} vel vt vult Seruius, flabra tantum pluraliter. Virg. 2. Georgicorum,
Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres
Conuellunt. Propert. lib. 2. eleg. 28, Boreæ flabra. Lucret. lib. 1,
-montésque supremos
Syluifragis vexat flabris. Id est flatibus. De vi ventorum.
Lenibus flabris horrescunt venti. Virg. 3. Georg.

Flabellum, flabelli {πνευματιστήριον.} Diminut. à flabro, accipitur pro instrumento quo fit ventilatio per æstatem ad refrigerandum corpus: vt ait Sipontinus. Terent. Eunuch. 3. 5,
-heus tu inquit, Dore Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito dum lauamur. Martial. lib. 3,
Et æstuanti tenue ventilat frigus
Supina prasino concubina flabello.
Tenui ventos mouisse flabello. Ouid. 1. de Arte.
Mota flabella manu. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.
¶ Flabellum seditionis, per translationem. Cic. pro Flacco, Cuius lingua, quasi flabello seditionis, illa tũ est egentium concio ventilata.

Flabelliser, pen. corr. Adiect. {πνευματοφόρος.} Plaut. Trin. 5,
Auctor auri custos, flabelliferæ, scandali gerulæ, &c.

Flator, flatoris {αὐλητής.} Ab antiquis dicebatur quem nos tibicinem vocamus, ab inflatu tibiarum deducta appellatione. Author Festus.

Flato, flatas, Frequentatiuum à flo. Arnob. lib. 2. aduersus gentes, Cantores tuba, tibia, calamóque flatantes.

Floces, flocum, flocibus, Vuarum purgamenta, & fæx vini è vinaceis expressa, inquit Nonius. Cæcil. Ædepol ego neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo. Gellius lib. 11. cap. 7, Apludam edit, & floces bibit.

Floccus, flocci {χρυσὸς} Particula lanarum diuisa à velleribus inutiliter euolans. Varro de Re rustica, lib. 2. cap. 11, Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solent, nequi flocci intereant. Plinius libro 10. cap. 33, Hirundines nidum mollibus plumis flocciſque consternunt.
Flocci, quasi nihili. Plaut. Flocci est, quid rerum geras. Nonius.
¶ Flocci nomine, intelligitur etiam habitus habens manicas longas & amplas: Cuculæ verò nomine, habitus longus & amplus sine manicis, vt in Clem. ne in agro. 5. verum. de stat. monach.

Flocculus, flocculi, pen. corr. Diminut. {χρυσίον.} Plin. lib. 16. cap. 7, Nascuntur

Nascuntur in robore pillulæ nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles, &c.

Floccifacio, floccifacis, penult. corr. floccifeci, penult. prod. {περὶ οὐδὲν ἀξίωμα} floccifacere, Idem significat quod nihili facere. Idem autem significant floccifacere aliquem, & Nõ flocci facere, diuisa compositione. Terent. Eunucho, 2. 3,
Vt illum di, deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est:
Méque adeò, qui restiterim: tum autem, qui illum non floccifecerim.
Vbi Donatus, Floccifacere (inquit) & contemnere & non contemnere significat. Quæ verba sic sunt intelligenda: Floccus pro re accipitur si non prorsus nullius, at minimi profectò momenti. Itaque qui floccifacit, contemnit ille quodam modo, & parui æstimat, sed non pro nihilo tamen omnino putat: quum floccus vtcunque parui ponderis res, haud vtique nihil esse videatur.
Floccifacere fidem. Plaut. Rud. 2.
Floccifacere rempublicam. Cic. Attico, lib. 4. 84, Totam denique Rempub. flocci non facere. Hoc est ne flocci quidem.
Floccifacere suum tergum. Plaut. Epid. 8.
Floccum facere, Idem. Plaut. Trinum. 13.

Floccifacteon. Cic. ad Attic. Quare, vt opinor, {φιλοσοφητέον} id quod tu facis, & istos Consulatus non floccifacteon.

Floccipendo, floccipendi {ὡς οὐδενὶ λόγῳ τίθεμαι} floccipéndere, Idẽ quod floccifacere. Terentius Eunucho. 3. 1, Inuidere omnes mihi, mordere clanculum: ego non floccipéndere.

FLORA {αὐξησικαρπία} Dea quædam à Romanis in honore habita. Hæc enim quum magnas opes ex arte meretricia quæsiuisset, Pop. Rom. scripsit hæredem: certámque pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur, editione ludorum quos appellãt Floralia, siue ludos florales. Quod quia Senatui flagitiosum visum est, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, vt pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deam finxerunt esse quæ floribus præsit: eámque oportere placari vt fruges cũ arboribus aut vitibus bene prosperéq; floresceret. Varro 1. de Re rust. cap. 23. Plin. lib. 18. cap. 29.
Flora populo Romano mater. Cic. 7. Verr.
Flora iocosa. Martial. lib. 1. ad Catonem,
Nosses iocosæ dulce quum sacrum Floræ,
Festósque lusus, & licentia vulgi:
Cur in theatrum Caro seuerè venisti?
An idèo tantùm veneras, vt exires? Vide interpretes.

Floralia, orum {αἰσχυνόμεναι} Dies festi, ludíque in honorem Floræ institutique: quæ florum dea habita fuit. Quintil. lib. 1. cap. 9, Quædam tamẽ & faciem fœcesissimi habent, & dici vitiosa non possunt, vt Tragœdia Thyestes, & Ludi Floralia, ac Megalesia. Ouid. 4. Fastorum,
Exit & in Maias festum Florale calendas. ¶ Floralia etiam dicuntur loca, in quibus sunt flores. Varro libro 1. de Re rustica, capite 23, Nec minus ea discriminanda in conserendo, quæ sunt fructuosa, ab his quæ sunt propter voluptatem, vt quæ pomaria, aut Floralia appellantur.

Floralitius, Adiect. Martial. lib. 8. 67, Et floralitias lasset arena feras.

Flora, Cataplasmatis genus est apud medicos, quod appositum, celeriter corium adducit. Huius conficiendi modum vide apud Galen. libro de Dynamidiis altero.

FLORENTIA {φλορεντία} in Hetruria hodie clarissima, aliquãdo Fluentia, quòd ad Arni fluenta extructa sit, dicta: & Fluentini illic populi Catoni & Plinio, qui nunc Florentini nomine magis auspicato vocantur, vt in quadam ad Scalam suum epistola Politianus scribit, Vulgò *Fiorenza*, Italis *Florence*.

Florentia, Vitis genus, Thuscis peculiare, vt refert Plinius libro 14. capite 2.

FLORIANVS {φλορεανὸς} Imperator qui Tacito successit, dolens Probum militiæ peritum à magna exercitus parte esse electum, sibiipsi venas incidit, effusóque sanguine consumptus est. Author Aurelius.

Florifertum, Dies erat festus apud Romanos, ita dictus quòd eo die spicæ ad sacrificium ferebantur. Festus.

FLORIVS {φλόριος} Fluuius Hispaniæ citerioris, in conuentu Lucensi, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 20.

Flos, huius floris, masc. gen. {ἄνθος} A dictione Græca ὀλὲξ dicitur: quia emicat, scintillárque vt flamma. Plin. lib. 12. cap. 10, Flos arboribus fuauitate inenarrabili.
Varietas florum. Cic. de Senectute.
Blandi flores. Virg. ecloga 4.
Improbus flos. Stat. 2. Sylu. 1.
Lectíssimi flores. Cic. 6. Verr.
Obnoxius flos, Vide OBNOXIVS.
Odorus flos. Ouid. 9. Metam.
Purpureus flos. Plin. lib. 26. cap. 10. Vide ORCHIS.
Purpureus flos rosæ. Horat. 3. Carm. ode 15.
¶ Flores adhibere, Vide ADHIBEO.
Afferre florem, Vide AFFERO.
E floribus afflantur suauitates odorum. Cic. de Senect.
Aperit florem suum arbor, Vide APERIO.
Canescit flos, Vide CANESCO.
Recentes flores carpere. Horat. 3. Carm. ode 7.
Comprimere florem, Vide COMPRIMO.
Nouos decerpere flores. Lucret. lib. 4.
Defloret flos. Catull. in Carmine nuptiali.
Exustus flos siti veteris vbertatis exaruit. Cicero de Claris Oratoribus.
Fundere flores. Virg. 9. ecloga,
-varios hîc flumina circum
Fundit humus flores.
Induit se in florem nux, Vide INDVO.
Legere flores. Virg. 3. ecloga.
Metunt purpureos flores, Vide METO.
Morituri flores. Stat. 6. Thebaid.
Apricos nectè flores. Horat. 1. Carm. ode 26.
Ornatus crines floribus. Virg. ecloga 14.
Reddit flores arbor. Plin. lib. 16. cap. 26.
Odoratis spirabunt floribus aræ. Stat. 3. Sylu. 3.
Non semper idem floribus est honos. Horat. 2. Carm. ode 11.
¶ Ipse flos, Vide IPSE.
Ætatis & fortunæ flos. Curt. lib. 10.
Adolescentia flos ætatis, Vide ADOLEO.
Perpetuus æui flos. Ouid. 9. Metam.
Flos & robur ciuium. Cic. in Orat.
Flos dignitatis. Plin. lib. 7. cap. 44.
Eloquentiæ flos. Cic. in Bruto.
In ipso Græciæ flore, Id est quum floreret Græcia. Cic. 3. de Nat. deor. Quàm multas ante hûc in ipso Græcię flore Pisistratus ac Pharis. ac Apollodorus, pœnas sustulit, &c.
Hominum flos. Plin. lib. 7 cap. 37.
Flos Italiæ, firmamentum imperij, ornamentum dignitatis. Cic. 3. Philipp.
Nobilitatis & iuuentutis flos. Cic. 2. Philipp.
Orationis flos. Cic. in Parad.
Delibatus flos populi. Cic. de Claris Orat.
Flos poetarum. Plaut. Casin. 2,
Hæc quom prima facta'st, vicit omnes fabulas,
Ea tempestate flos poetarum fuit. Id est excellentior fuit.
Iuuenilis flos. Claud. 5. Paneg.
Primæuo flore iuuentus. Virg. 7. Æneid. —
Viridissimo flore puella. Catull. ad Coloniam, epigr. 17.
¶ Florem amittere dicitur puella quando corrumpitur. Catull. in Carmine nuptiali.
Ætatis flore, non virtutis specie collecta gratia. Cic. 2. Philipp.
Frui flore ætatis. Lucret. lib. 4.
Populi florem aliquem dicere. Cic. de Claris Orat.
Bacchi flos euanescit. Lucret. lib. 3,
Quod genus est, Bacchi quum flos euanuit, aut quum
Spiritus vnguenti suaues diffugit in auras. Florem Bacchi appellat auram & odorem vini.
Flos olei. Plin. lib. 15. cap. 6.
Flos & color pigmentorum. Cic. de Claris Orat.
Breues flores rosæ. Horat. 2. Carm. ode 3.
Flos in siligine. Plin. lib. 18. cap. 10, Pollinem appellant in tritico, quod florem in siligine.
Flos vini, Id est odor. Plaut. Curcul. 3.
Flos vini, Aliter. Plin. lib. 14. cap. 21, Flos vini candidus probatur, rubens triste signum est, si non is vini color sit. Item vasa incalescentia, operculáve sudantia. Quod celeriter florere cœperit, odorémque trahere, non fore diutinum. Vide Colum. lib. 12. cap. 30.

Flosculus, huius flosculi, penult. corr. {ἄνθιον} Diminut. Cic. 2. Offic. Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt.
Lasciuiæ flosculi. Quintil. lib. 2. cap. 6, Ne recentis huius lasciuiæ flosculis capti, voluptate quadam praua deliniantur.
Velox flosculus vitæ. Iuuenal. sat. 9.
Flosculos carpere atque delibare. Cicero pro P. Sextio, Non sum tam ignarus Iudices, causarum, non sum tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpam atque delibem.
Ostendere flosculos. Quintil. in Procem. lib. 6.

Floreus, Adiectiuum {ἀνθινὸς} Quod totum ex floribus est: vt Florea corona. Plaut. Menæch. 14,
Non ego te modò hîc ante ædes cum corona florea
Vidi astare? Martial. lib. 8. 71,
-& cingant florea serta caput.
Rura florea. Virg. 1. Æneid. Id est florida. Seruius.

Floridus, penult. corr. {ἀνθηρὸς} Similiter adiectiuum, Quod floret, vel floribus abundat. Tibullus lib. 1. eleg. 2,
-quum posti florida serta darem.
Ætas florida. Catull. ad Mallium, epigr. 63.
Floridus color. Plin. lib. 35. cap. 6, Sunt autem colores austeri, aut floridi. Vtrunque natura, aut mistura euenit. Floridi sunt quos dominus pingenti præstat, minium, armenium, cinnabaris, chrysocolla, Indicum, purpurissum. Cæteri austeri.
Genus floridius. Quintil. lib. 2. cap. 5. De oratione.
Hybla florida. Ouid. 5. Trist. eleg. 7.
Floridus orator. Cic. de Claris Orat. At est floridior, vt ita dicam, quàm Hyperides, quàm Lysias. Id est, ornatior.
Puella florida. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56.
Ramuli floridi. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56.
Serta florida. Tibull. lib. 1. eleg. 2.
Prato floridior. Ouid. 13. Metam.
Floridum & varium. Cic. 3. Tusc. Siquem tuorum afflictum mœrore videris, huic acipenserem potius, quàm aliquem Socraticum libellum dabis? ὑβριστὴν hortabere vt audiat voces potius, quàm Platonis? Expones quæ spectet, florida & varia, &c.

Floridulus, penult. corr. Adiect. diminut. vt Ore floridulo nitens. Catullus in Epithal. Iuliæ, 56.

Florifer, penult. corr. {ἀνθοφόρος} Item adiectiuum, vt Saltus floriferi. Lucret. lib. 3.
Laboris floriferi studium repetunt apes. Lucan. lib. 9.

Florilegus, pen. corr. {ἀνθολόγος} Aliud adiectiuum, vt Florilegæ nascuntur apes. Ouid. 15. Metam. Florilegas vocat à legendis floribus.

Floruleatus, Floribus plenus. Sipontinus.

Floreo, flores, florui {ἀνθέω} florêre, Floridum esse, & flores habere. Cic. 1. Tusc. Segetes largiri fruges, florere omnia, Fontes scatere.
Particulatim florere, Vide PARS.
Arbor floret. Cic. 1. de Diuinat.
Segetes florent. Ouid. 5. Fast.
Vinea floruit. Ouid. 5. Fast.
¶ Florere, pro Splendere, prosperè se habere, siue excellere. Cic. de

Amicitia, Catonem induxi disputantem: quia nulla videbatur aptior persona quæ de illa ætate loqueretur, quàm eius qui & diutissimè senex fuisset, & in ipsa senectute præ cæteris floruisset. Ouidius, Nos quoque floruimus: sed flos fuit ille caducus.

Florere & vigere. Cic.11. Philipp. Nihil enim semper floret: ætas succedit ætati. Diu Cæsaris legiones viguerunt: nunc vigent Pansæ, vigent Hirtij, &c.

Admodum florere. Cic.4. Academ.

Florere in re aliqua. Cicero ad Lentulum, lib.1.9, In sententiis Senatoriis, & in omni actione atque administratione Reipublicæ floruissemus.

Florere in foro. Cic.4. Academ.

Floruerunt in Græcia musici. Cic.1. Tusc.

In generis sui gloria florere. Cic. pro Flacco.

Peræquè florere, Vide PERAEQVE.

Florere inter aliquos. Cic. pro Quintio.

Accessus meus ad vrbem incredibili hominum gratulatione florebat. Cic. pro Sextio.

Cum acumine ingenij, tum admirabili quodam lepôre dicendi florere. Cic.4. Academ.

Florere ætate & forma. Liu.6. bel. Pun. Et lib.9.

Integerrima ætate, optimo habitu in Republica florere. Cicero pro Cælio.

Florere authoritate & gloria in vrbe. Cicero ad Nigidium, libro 4.13.

Florere existimatione. Cic. pro Fonteio.

Familiaritatibus doctissimorum hominum florere. Cicero 1. de Nat. deor.

Omni genere virtutis floruit Pericles. Cic. de Claris Orat.

Gratia, authoritate, gloria florere. Cic. Figulo, lib.4.13.

Gratia atque hospitiis nobilissimorum hominum florere. Cic. pro Rosc. Amer.

Honoribus & rerum gestarum gloria florere. Cic.1. de Orat.

Florere laudibus. Cic. ad Attic. lib.14.315, Mihi verò gloriosum, te iuuenem cos. florere laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ.

Florere laude bellica. Cic. pro Flacco.

Laude ingenij & priuatis beneficiis florere. Cic.3. de Orat.

Leges sub Cæsare florent. Ouid.2. Fast.

Florere memoria. Cic.2. de Legibus.

Obsoletis floret Epicurus. Cic.3. Offic.

Quæstura floret. Cic. pro Plancio.

Studiis & artibus à pueritia florere. Cic. Figulo, lib.4.13.

Florent verba modò nata, vigéntque. Horat. de Arte.

Multis virtutibus ac beneficiis florere. Cic.7. Verr.

Florens, Participium {ἀνθῶν.} vt Florens & potens. Cic. pro Domo sua, Itaque quum tu florens ac potens per medium forum populatis volitares, &c.

Beatum & florens. Cic. in Parad. Quicquid est laudabile, idem & beatum, & florens, & expetendum videri decet.

Florens & integer. Cic. pro Plancio, Quos ego florentes atque integros sine ferro viceram?

Ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis florens homo. Cic. Cælio, lib.2.12.

Ætatibus florentes ambo. Virg. ecloga 7.

Studiis otij florens. Virg.4. Georg.

Florens {ἀνθηκώδης} Nomen ex participio: vt Florens iuuenis. Cicero 6. Verrina.

Florentissima fortuna. Cic. ad Attic. lib.10.195.

Afflictus & Florens contraria. Cic. pro Quintio, Ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare.

Æuo florente puellæ. Lucret. lib.3.

Anni florentes. Stat.3. Sylu.5.

Arua florentia. Ouid.2. Metam.

Florentissima armis ciuitas. Cic.1. de Orat.

Nihil florentius. Cic.1. de Legibus, Qua nihil à diis immortalibus vberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum vitæ datum est.

Corona florente cinctus. Ouid.2. Metam.

Præstanti florentíque fortunæ inuidetur. Cic.2. de Orat.

Herbæ florentes. Virg. ecloga 9.

Iuuenta florente feruidus. Horat. de Arte poetica.

Poma florentia. Ouid.14. Metam.

Respublica florens. Cic. pro Cluentio.

Vrbs florentissima. Cic.2. in Catilinam. ad finem.

Florente Antonio. Cic. ad Brutum, lib.11, Etenim quum te incluso spem maximam omnes habuissent in tua virtute florente Antonio, quis erat, &c.

Floresco, floresçis {ἀνθέω} florêscere, Horidum fieri. Colum. lib.5, Ventíque nebulam & rorem pestiferum celeriter adficiant, multúmque ad florescendum & ad bonitatem vini conferunt. Cic.2. de Diuinat. Nam & musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri, & pulcium aridum florescere brumali ipso die. Idem de Claris Orat. Hoc florescente Crassus est mortuus.

¶Florescere, per metaphoram, pro Augeri siue crescere. Cic. pro Marcello, At verò hæc tua iustitia & lenitas animi florescet quotidie magis.

Ad summam gloriam eloquentiæ florescere. Cic.3. de Orat.

Senescere & Florescere, contraria. Lucret. lib.2,

Illa senescere, at hæc contrà florescere cogunt.

Florescens, Participium {ἀνθῶν.} Cicero pro Cælio, Nolite Iudices, &c. hunc nunc primum florescêtem firmata iam stirpe virtutis tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate peruertere.

F L V

Fluctifragus, Fluctiuagus, Fluctuo, Fluctuosus, Fluctus, Fluentum, Fluentisonus, Fluidus, Fluito, Flumen, Vide FLVO.

FLVENTINI {φλυεντῖνοι} Italiæ populi, præterfluenti Arno appositi, vt scribit Plin. lib.3. cap.5.

FLVMENTANA, Porta est Romæ, quam Tyberis vrbem intrans in sinistra ripę parte reliquit: ita dicta, quòd pars Tyberis per eâ partem, vbi nunc hæc porta sita est, fluxisse creditur. Author Festus.

Fluo, fluis, fluxi, fluxum {ῥέω, ῥύσιμος, ῥύσκομαι, συλλείβω} fluere, Decurrere. Virgil. 1. Georgicorum,

Hæc eadem argenti riuos, æríque metalla

Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.

Lutulentum fluere. Horat.1. Serm. sat.4. de Lucilio.

Fluunt in contrarias partes flumina. Cic.1. de Diuinat.

Fluit amnis per. Cic.6. Verr. Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit.

Fluit fluuius Eurotas propter Lacedæmonem. Cic.2. de Inuent.

Sanguine fluxit fluuius atratus. Cic.1. de Diuinat.

Legitimum fluere. Ouid.3. Amor. eleg.5.

Lachrymæ fluunt. Ouid.2. Metam.

Sudor fluit vndique riuis. Virg.5. Æneid.

Pleno alueo fluere. Quintil. lib.2. cap.1. De Grammatica.

¶Fluunt arma de manibus. Cic.12. Philipp. Ipsa illa Martia cælestis & diuina legio, hoc nuntio languescet & mollietur, atque illud pulcherrimum nomẽ Martium amittet, excident gladij, fluent arma de manibus.

Crines intonsi longa ceruice fluebant. Tibull. lib.3. eleg.4.

Molliriis fluere, Vide Mollitiæ, mollitiarum, in MOLLIS.

Fluunt sudore & lassitudine membra, labant arma, mollia corpora, &c. Liuius 8. belli Maced.

Ex fonte consiliorum fluere. Cicero Bruto, De me tantum dico, Cæsarem hunc adolescentem, per quem adhuc fumus, si verum fateri volumus, fluxisse ex fonte consiliorum meorum.

Totis vallibus fluere. Quintil. lib.5. cap.14. De eloquentia.

Carmen vena pauperiore fluit. Ouid.4. de Ponto, eleg.2.

Ex lingua alicuius melle dulcior fluit oratio. Cic. de Senect.

Ab aliquo fluxit oratio. Cic. de Claris Orat.

Fluere rami dicuntur, Latius, atque vberius crescere. Virgilius 2. Georgicorum, -tum denique dura

Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.

Fluit ratio à capite. Cic.2. de Finibus, Atque ab ipso capite fluere necesse est omnem rationem bonorum & malorum.

¶Res fluit ad interregnum. hoc est, tendit. Interrex autem creabatur, quum vrbs sine Consulibus esset, vt is haberet comitia Consularia. Cicero ad Quintum fratrem, libro 3. epistola 8, Res prolatæ, ad interregnum comitia adducta.

Sermo fluit. Cic.1. de Nat. deor. Multum autem fluxisse video delibris nostris, quos complures breui tempore edidimus, variúmque sermonem, partim admirátium vnde hoc philosophandi nobis subitò studium extitisset, partim quid quaque de re certi haberemus, scire cupientium. Id est manasse. Budæus.

Occidere, fluere, labi, nec diutius in eodem statu esse. Cicero in Oratore.

Voluptas corporis fluit. Cic.2. de Finibus. Id est labitur.

Tarda mihi fluunt, ingratáque tempora. Horat.1. epist.1.

¶Fluere & auolare. Cic.2. de Finibus, Fluit igitur voluptas corporis, & prona quæque auolat, vt aiebat.

¶Fluxit & permanauit doctrina. Cic.4. Tusc. Pythagoræ autem doctrina quum longè latéque flueret, permanauisse mihi videtur in hanc ciuitatem.

¶Fluunt ad voluntatem nostram res prosperæ. Cic.1. Offic. Atque etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, fastidium, arrogantiámq; magnopere fugiamus. Seneca 3. de Ira, Fluunt ex destinato proposita nostra.

¶Quorsum fluant rationes Cn. & quid agat, videamus. Cicero ad Atticum, lib.9.181.

Spes retro fluit. Virg.2. Æneidos,

Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri

Spes Danaûm. Fluere, inquit Seruius, τὸ μάτην est. Ideo addidit retro.

¶Fluere facetiis. Plaut. Milit.20.

Fluere mollitia & luxu: Hoc est mollem & libidinosum esse. Cic.2. Tuscul. Opinio est enim quædam effœminata ac leuis, nec in dolore magis, quàm eadem in voluptate: qua quum liquescimus, fluimúsque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Liu.7. ab Vrbe.

Fluens, Participum {ῥέων.} vt Fluens aqua.

Fluentes buccæ. Cic.2. de Orat. Demonstraui digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico sub nodis distortum, ciecta lingua, buccis fluentibus.

Sudore fluentia brachia. Ouid.9. Metam.

Nauseam fluentem coercere. Horat. Epod.9.

Liberè fluens oratio. Cic. de Claris Orat.

Soluti ac fluentes pueri. Quintil. lib.1, cap.2.

Res prosperæ & ad voluntatem nostram fluentes. Cic.1. Offic.

Riuus fluens. Virg. ecloga 8.

Fluens sylua. Martial. lib.11.37,

Cedentes oneri ramos, syluámque fluentem

Vicit concussas ipse secutus opes.

Tunicis fluentibus auras excepit. Ouid.3. de Arte.

Vestis fluens. Propert. lib.3. eleg.17,

Et series nudos veste fluente pedes.

Fluentum, fluenti, n.g. {πάμμεγεθρον, ῥόος μέγας} paruum flumen, siue aquæ decursus, vt Xanthi fluenta. Virg.4. Æneid.

Lubrica fluenta. Lucret. lib.5.

Rauca fluenta. Virg.6. Æneid.

Fluenter, Aduerbium. Lucret. lib.4,

Vsque adeò omnibus ab rebus res quæque fluenter

Fertur: & in cunctas dimittitur vndique partes.

Fluentisonus

Fluentisonus, penult. corr. Adiectiuum {πελαγοβόητος} vt Littus fluentisonum. Catull. Argonaut. 59.

Fluctus, huius fluctus {σάλος, βόθιον, κύμα, κλυδών} Aquæ discurrentis moles atque impetus, quæ & vnda dicitur. Cicero 6. Verr. Qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari diiunctus esset.

Aduersa fluctuum. Tacit. in vita Agricolæ, Montium profunda, tempestatum, ac fluctuum aduersa.

Motus & agitatio fluctuum. Cic. pro Murena.

Atri fluctus Aquilone. Virg.5. Æneid.

Cærulei fluctus. Sil. lib.17.

Decumani fluctus, Vide DECVMANVS.

Discordes fluctus. Seneca Medea, 12.

Fluminis ingentes fluctus. Lucret. lib.4.

Salsi fluctus. Virg.5. Æneid.

Sonori fluctus. Stat.2. Sylu 2.

Variis fluctibus agi. Seneca Agamemn.3.

¶Immodicis fluctibus canent æquora. Ouid. epist.17.

Consident tumidi fluctus. Silius lib.17.

Ad fluctum declamabat Demosthenes, vt fremitum assueſceret vo ce vincere. Cic.5. de Finibus.

Ratem dédere fluctibus. Seneca Agamemn.3.

Egerit hic fluctus, æquórque refundit in æquor. Ouidius 11. Metamorph.

Per longos ire fluctus. Horat.3. Carm. ode 27.

Insani fluctus feriunt littora. Virg. ecloga 9.

Ferre fluctum. Cic. Attico, lib.5.

Euolutos frangit fluctus opposita Leucas. Seneca Herc. OEth.

Fortunam tanquam fluctum à saxo frangi oportere. Cicero Peto, libro 9.16.

Fracti fluctus. Horat.2. Carm. ode 14.

Iactari fluctibus. Cic. in Orat. Vide IACIO.

Illiditur fluctus, Vide ILLIDO.

Impacti fluctus, Vide IMPINGO.

Languentes fluctus. Sil. lib.7.

Percussa fluctu littora. Virg. ecloga 5.

Secare fluctus naue. Ouid.1. Fast.

Sedatis fluctibus & tempestate commutata. Cic.2. de Inuent.

Cano fluctu spumabant cærula. Virg.8. Æneid.

Submersus medio in fluctu. Virg.1. Æneid.

Tumidis fluctibus tunditur saxum. Virg.5. Æneid.

¶Fluctus, pro impetu vel multitudine. Cic. ad Attic. lib.7, Fluctum enim totius Barbariæ ferre vrbs vna non poterat.

¶Concionum fluctus. Cic. pro Milone, Et quidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum, semper putaui Miloni esse subeundas.

Insanos curarum comprime fluctus. Sil. lib.8.

Voluere curarum tristes in pectore fluctus. Lucret. lib.6. Hoc est, agitationes & turbationes curarum multiplicium.

Fluctus fortunæ. Plin. lib.5. cap.17, Largè frequentantibus, quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.

Irarum fluctus. Lucret. lib.3.

¶Fluctus, huius fluctí, secundæ declinat. Antiquum. Acc. Clytæmnestra, Fluctí immisericordes iacere, & atra ad saxa illidere. Vide Nonium.

Fluctifragus, penul. corr. Adiectiuum {σαλαγής.} vt Littus fluctifragum, Id est fluctus ipsos frangens. Lucret. lib.1. Epitheton est poeticum.

Fluctuagus, penult. cor. {κυματόπλαγκτος} Aliud adiectiuũ: vt Nautæ fluctuagi. Stat.3. Sylu.1.

Vnda fluctuaga. Stat.1. Thebaid.

Fluctuo, fluctuas {κυμάίνω, σαλεύω, κλυδωνίζομαι} fluctuâre, Fluctus agitare, id est vndas facere. Plautus Rud.8, Atque vt nunc valide fluctuat mare, nulla nobis spes est.

¶Fluctuare, Fluctibus agitari & iactari. Cic. pro Ros. Amer. Quid tam est commune quàm spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? Idem 7. Verr. Quadriremémque in salo fluctuantem reliquerat.

¶Fluctuare, Iactari, commoueri, in dubio esse, & instar nauis fluctibus agitari. Virg. lib.2. Georg.

-at late fluctuat omnis

Æræ renidenti tellus.

Fluctuans acies, Vide ACIES.

Fluctuare causa admodum dubia. Vide CAVSA.

Magno curarum fluctuat æstu. Virg.8. Æneid.

Fluctuat animus. Plaut. Merc.22.

Fluctuantur incerti animi. Liu.3. bel. Macedon.

Fluctuare animo. Liu.3. bel. Maced. Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo, incertúmque de Romano bello.

Fluctuat incertis erroribus ardor amantum. Lucret. lib.4.

Tota res etiam nunc fluctuat. Cic. Attico, 2.27.

Magnis curarum fluctuat vndis. Catull. in Argonaut.59.

Fluctuare in re aliqua. Cic.4. Academ. Non debere eos in suo decreto, sicut in cæteris rebus fluctuare. Hoc est, Marinorum fluctuum ritu huc atque illuc ventorum impetu commoueri.

Fluctuo, & fluctuor dicimus. Quintil. lib.9. cap.3, Pleraque verba vtroque modo efferunt, luxuriatur, luxuriat: fluctuatur, fluctuat: assentior, assentio. Curtius, Fluctuari animo rex, & modò suum, modò Parmenionis consilium expéndere. Liuius, Fluctuánsque animo, vt rereret tempus, explicat ordines.

¶Fluctuare, pro Fluitare. Plin. lib.36. cap.17, Lapidem è Scyro insula integrum fluctuare tradunt: eundem comminutum mergi. Quædam exemplaria habent Fluctuari. Idem libro 16. cap.38, Lignum in longitudinem fluctuatur.

Fluctuans, Participium {σαλεύων.} Cic. ad Attic. lib.1.15, Quum hominis amplissima fortuna, authoritate, gratia, fluctuantem sententiam confirmassem. Hoc est dubiam.

Genus orationis fluctuans & dissolutum, eo quòd sine neruis & articulis fluctuat huc & illuc. Author ad Herenn. lib.4.

Fluctuatus, penult. prod. Adiectiuum {σαλευθείς} Iactatus & agitatus. Plin. lib.4. cap.12. Delos diu fluctuata, vt proditur, sola morum terræ non sensit. Idem lib 9. cap.8.

Fluctuatio, Verbale {ζάλη, κύμασι κλυδωνισμός.}

Fluctuatio stomachi dicitur, quando stomachus siue ventriculus cibum non amplexatur: & quidam veluti fluctus audiuntur huc atque illuc ferri dum incedimus. Plin. lib.20. cap.8.

Fluctuatio animorum. Liu.9. ab Vrbe, In ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse.

Fluctuosus, penult. prod. Adiectiuum {κλυδωνώδης.} Plin. lib.37. cap.5, Ij sunt fluctuosi, & rerum imagines complexi, vt verbi gratia, papauerum aut auium, &c. De smaragdis.

Fluctuatim, penult. prod. Aduerbium {κλυδωνηδὸν} Iactanter & soluté, vt ait Nonius. Afranius Pompa, Tene tu, in medio nemo est, magnificè volo fluctuatim ire ad eum, accipe hoc, tene tu, & sustine.

Fluor, fluoris. Scribon. Largus, Faciunt ad stomachi, & deiectiunculas, & ad omnem fluorem. Sic Celsus lib.4. cap.16.

Fluxus, Adiectiuum {ῥεώδης, ῥυτός} dicitur quod fluit. Plin. lib.9. cap.38, Quoniam quum fœtificauere, fluxos habent succos.

Fluxum pertusúmque vas. Lucret. lib.6. Hoc est transmittens, nec continens humorem.

Fluxa vestimenta, Amplissima, & minimè astricta, quasique liberè fluentia. Lucan. lib.8,

Illic & laxas vestes, & fluxa virorum

Velamenta vides. Eadem ratione Virg. dixit, Vestium sinus fluentes, Æneid.1. Sueton. in Cæsare, cap.45, Fluxiore cinctura cingeretur.

Fluxa dicimus, momentanea, instabilia, & citò peritura. Vnde Fluxam fidem gerere. Plaut. Capt.7. Sallust. in Catil. Nam diuitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis est. Virg.10. Æneid.

Authoritas fluxa. Tacit. lib.17.

Fides seruitiorum fluxa. Tacit. lib.20.

Fortuna belli fluxa. Cic. Bruto, Huius belli fortuna, vt in secundis, fluxa: vt in aduersis, bona.

Mens senio fluxa. Tacit. lib.5.

Studia fluxa. Tacit. lib.3.

¶Fluxi, Libidinosi, molles, effœminati. Sueton. in Tiberio, cap.52, Drusus animi fluxioris, remissioríque vitæ erat.

Fluxus, huius fluxus. Celsus lib.4. cap.19, De ventris fluxu & curatione.

Fluxè, Aduerbium {ῥευστῶς.} Varro 2. de Re rust. cap.11, Et eo magis fluxè ex herba quæ eadem ipsa sumpta perpurgare corpora nostra solet. Id est abundanter, largè.

Fluxio, Verbale {ῥοὴ, ῥύσις.} vt Fluxio aquarum. Cic.1. de Diuinat.

Fluxiones alui, quos rheumatismos vocant. Plin. lib.22. cap.23. Fluxiones sanguinis. Plin. lib.20. cap.14.

Vuluæ ac ventris fluxionem sistit decoctum eius. Plin. lib.23. cap.5.

Fluxura, fluxuræ, penult. prod. Substantiuum. Columella libro 3. cap.2, de Apianis vitibus loquens, Nam duæ, inquit, lanatæ quamuis frondibus & palmitum pari facie, fluxuræ qualitate sunt dispariles, quum tardius altera recipiat carem vetustatis. Ibidem in fine, Propositum est enim docere qua ratione vineæ pariter feraces & pretiosæ fluxuræ possint constitui.

Fluito, fluitas, penult. corr. {ῥιπτολαζῶ} fluitâre, Frequentatiuum, Sæpe & continuè fluere. Liu.1. ab Vrbe, Tenet fama, quum fluitantem alueum in quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset. Cic.2. de Nat. deor. Quot genera quámq; disparia, partim submersarum, partim fluitantium, & innatãtium belluarum, partim ad saxa natiuis testis inhærentium? Liu.1. ab Vrbe, Fluitantia arma in Tyberi. Plin. lib.7. cap.17.

Fluitant locustæ reptantium modo. Plin. lib.9 cap.30.

Fluitant tauri & cameli. Plin. lib.5. cap.16, Vnde primùm creditur Cecinnæ fides fluitasse.

¶Fides fluitat. Id est labascit. Tacit. lib.18.

Spe fluitare. Horat.1. epist.19,

¶Fluitare, pro Nauigare. Plin. Iun. li.8. epist.8, de Clitumno, Adeò validus, vt illà quà properat, ipse tanquam per solum planum remis non adiuuetur: idem ægerrimè remis contisque superetur aduersus. Iucundum vtrunque per iocum ludúmque fluitantibus, vt flexerint cursum, laborem ocio, ocium labore variare. Vbi etiam obseruabis, iocum vsurpari de facto.

Fluitans, pen. cor. Particip. {ῥιπτολαζῶν.} Cic. pro Sextio, Quum verò in hanc, Reipub. nauem, ereptis Senatui gubernaculis, fluitarem in alto tempestatibus & seditionum ac discordiarum, armatæ rot classes, &c.

Tranquillus & quietus, Immoderatè agitatus & fluitans, contraria. Cic. de Vniuersit. Quicquid erat quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit non tranquillũ & quietum, sed immoderate agitatum & fluitans.

Amictus fluitans. Catul. Argonaut. 59.

Carmina fluitantia ludenti versu nectere. Ouid. ad Pisonem.

Cæca fluitantia sorte. Horat.2. Serm. sat.3.

Fluto, flutas, flutare, Idem quod Fluito. Antiquum. Lucret. lib.3,

Nunque mouetur aqua, & tantillo nomine flutat.

Fluidus, penult. correp. Adiectiuum {ὑγρὸς} Modò fluentem significat, modò humectum, modò molle. Plinius libro 9. cap.30, de locustis, Vnum hoc animal, nisi vium feruenti aqua incoquatur, fluida carne non habet callum.

Liquor fluidus. Virg.3. Georg.

¶Fluidus, pro Languido, seu marcido. vt Calore fluido tabescunt corpora. Ouid.15. Metam. Calorem fluidum vocat ab effectu, quòd mollia & fluida reddat corpora.

Lacerti fluidi pendent. Ouidius 15. Metamorph. Sic Liuius lib. 4. belli Maced. vocat corpora Gallorum mollia & fluida.

Fluuidus, penult. corr. Idem quod Fluidus Lucret. lib.2,

Sed quòd amara vides, eadem quæ fluuida constant,

Sudor vti maris: est minimè mirabile cuiquam. Id est, liquida. Ha-

bet autem primam longam, aut certè proceleumaticus pes est quatuor breuibus constans. Quidam tribrachum malunt.

Flumen,fluminis,penultima correp.neutri generis {ποταμὸς} significat amnem.

Flumen riui,Id est fluxus seu cursus riui. Plinius,Ne flumini eius riui esset impedimento.

Prima flumina Nili bibere.Martial.lib.1,

Et qui prima bibit deprensi flumina Nili. Hoc est aquam è prima Nili scaturigine.

Accessus fluminum,Vide ACCEDO.

Alueus fluminis.Virg.7.Æneid.

¶Aduerso flumine lembrum remigiis subigit.Virg.1.Georg.

Altum flumen.Virg.4.Georg.

Caua flumina.Virg.4.Georg.

Decliuia flumina.Ouid.1.Metam.

Dulce flumen ouibus.Horat.2.Carm.ode 6.

Frigida flumina.Virg.ecloga 5.

Herbosum flumen.Virg.2.Georg.

Lata flumina.Virg.3.Georg.

Latebrosa flumina,Vide LATEO.

Limosa flumina.Ouid.1.Metam.

Magnum flumen.Horat.1.Serm.sat.1.

Molle flumen.Catull.ad Ianuam,

Flauus quam molli percurrit flumine Mella

Brixia. Id est,fluxu non rapido,sed lento.

Nobile flumen.Ouid.3.Amor.eleg.5.

Pingui flumine Nilus.Virg.9.Æneid.Id est fluore. Seruius.

Publicum flumen.Cic.de Aruſp.resp.

Rapidum flumen.Quintilianus libro 6. cap.2. Horatius 2.Serm. satyra 3.

Sacrum flumen.Virg.2.Georg.

Sanctum flumen,Virg.8.Æneid.

Secundum flumen. Tacit.lib.21.

Septemflua flumina Nili.Ouid.15.Metam.

Sonora flumina.Virg.12.Æneid.

Vaga flumina.Horat.1.Carm.ode 34.

Validum flumen.Lucret.lib.1.

Viuum flumen.Virg.2.Æneid.Id est,ſemper fluens & naturale.

¶Auertere flumen,Vide AVERTO.

Concita flumina.Ouid.7.Metam.

Gelu flumina conſtiterunt.Horat.1.Carm.ode 9.

Decreſcentia flumina prætereunt ripas. Horatius 4.Carminum, ode 7.

Diducere in riuos maxima flumina.Quintil.lib.5.cap.13.

Deuehitur flumine. Tacit.lib.18.

Effuſo flumine ſtagnans Nilus.Virg.4.Georg.

Languido flumine errans Cocytus.Horat.2.Carm.ode 14.

Fugientia flumina.Stat.5.Sylu.5.

Largo humectat flumine vultum. Virgilius 1.Æneidos,Id est lachrymis.

Increuerunt flumina.Ouid.11.Metam.

Innatare flumini,Vide INNATO.

Interueniente flumine,Vide INTERVENIO.

Inuehi flumine,Vide INVEHO.

Labentia flumina.Ouid.1.Metam.

Mergere ſe in flumen,Vide MERGO.

Expatiata ruunt per apertos flumina campos.Ouid.1.Metam.

Subſidunt flumina.Ouid.1.Metam.

Superare flumina.Ouid.9.Metam.Tranare intelligit.

Torrentia flumina.Virg.ecloga 7.

Glaciem flumina trudunt.Virg.1.Georg.

Vomens calidum de pectore flumen. Virg.9.Æneid.Id est,ingentem vim cruoris.

¶Ingenij flumen. Cic. pro Marcello, Nullius tantum est flumen ingenij, nulla dicendi aut ſcribendi tanta vis, tantáque copia, quæ non dicam exornare, ſed enarrare C. Cæſar res tuas geſtas poſſit. Pulchra eſt tranſlatio. Flumen perpetuo redundat curſu, nunquam areſcit, aut exſiccatur: ſic ingenij fœcunditas ſemper redundat.

Orationis flumen & varietas. Cicero 2. de Orator. Id eſt copia dicendi.

Verborum flumen. Cic.in Orat.Flumen aliis verborum,volubilitáſque cordi eſt, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Idem 2. de Orat. Magna dicendi copia, per tranſlationem flumen vocatur.Vnde Iuuenalis etiam ſat.10.dixit,

Et torrens dicendi copia. Homerus quoque Vlyſſis eloquentiam niuibus hybernis comparat, oſtendens eam fuiſſe crebram, aſſiduam,& largam.

¶Flumen,pro Fluxu.Virg.2.Æneidos,

-rapidus montano flumine torrens. Id eſt fluxu. Seruius.

¶Flumen, Fluxus aquæ ex vicini domo aut alio loco fluens, cui quis per domum ſuam curſum dare tenetur, vt in vicum aut cloacam defluat. Pomponius in l. Cum in lege. D. de contrahenda emptione.

¶Flumen,inquit Varro, quòd fluat, de quo lege vrbanorum prædiorum ſcribitur, Stillicidia, fluminaque ve ita fluant, cadántque. Inter hæc, hoc intereſt, quòd ſtillicidium, eo quòd ſtillatim cadat: flumen,quòd fluat continué. Hæc ille lib.4.de Ling.Latina.

Fluminum, ait Vlpianus,quædam ſunt perennia,quædam torrentia. Perenne eſt, quod ſemper fluit, ἀένναον: torrens, ὁ χειμάῤῥους, Id eſt hyeme fluens. Si tamen aliqua ætate exaruerit, quod alioqui perenne fluebat, non ideò minus perenne eſt. Fluminum rurſus quædam publica ſunt,quædam non.Publicum autē eſſe Caſſius definit,quod perenne ſit. Hæc ex l.1.§.1.D.de fluminibus.

Flumineus,adiectium {ποτάμιος.} vt Aqua fluminea.Ouid.2.Faſt.

Auis fluminea.Ouid.1.Amor.eleg.3.

Portus fluminei.Claud.4.Paneg.

Vnda fluminea.Ouid.4.de Ponto,eleg.7.

Volucres fluminææ.Ouid.2.Metam.

Fluminoſus, 2, um {ποταμώδης} Quod fluminibus abundat, vt Regio fluminoſa,Id eſt fluminibus multis irrigua. Sipontinus.

Fluuius,huius fluuij {ποταμὸς} dicitur amnis perpetuò fluens. Plautus Curcul.2,

Quiſnam hic fluuius eſt,quem non recipiat mare?

Amœnus fluuius.Virg.8.Æneid.

Truces fluuij.Stat.5.Sylu.4.

¶Ducurrens fluuius,Vide DECVRRO.

Deficiente fluuio ſedet alueus in limo.Ouid.2.Faſt.

In fluuios gelidos ardentia membra dare.Lucret.lib.6.

Atratus fluuius ſanguine fluxit.Cic.2.de Diuinat.

Impactus inſulis fluuius,Vide IMPINGO.

Influit fluuius in Pontum,Vide INFLVO.

In fluuium innatare,Vide INNATO.

Innatat terræ fluuius,Vide INNATO.

Innare fluuios rapaces.Virg.3.Georg.

Irrumpens fluuius,Vide IRRVMPO.

Liquens fluuius.Virg.4.Georg.

Salubri fluuio merſare gregem.Virg.1.Georg.

Fluuiis grauem ſolari æſtum.Horat.2.Carm.ode 5.

Strepunt fluuij turgidi niue. Horat.4.Carm.ode 12.

Minaces fluuios tentare.Virg.3.Georg.

Viuens fluuius.Stat.9. Thebaid.

¶Fluuia,fœminini generis antiquis.Siſenn.hiſtor.lib.4,Quod oppidum tumulo in exceſſo loco,propter mare, paruis mœnibus,inter duas fluuias,intra Veſuuium collocatum. Vide Nonium.

Fluuialis,& hoc fluuiale,penult.prod. {ποτάμιος} Quod ex fluuio eſt:vt Aqua fluuialis.Colum.lib.6.cap.22. Et lib.8.cap.16, Fluuialis lupus piſcis,pro fluuiatili.

Anas fluuialis.Ouid.11.Metam.

Arundo fluuialis.Virg.2 Georg.

Lympha fluuialis.Virg.4 Æneid.

Ripa fluuialis.Ouid.epiſt.5.

Fluuiatilis, & hoc fluuiatile, penult. corr. {ποταμιτὸς} Quod in fluuio viuit:vt Piſcis fluuiatilis. Plin.lib.19.cap.4. Et Liu.10.ab Vrbe, Fluuiatiles naues.

Fluuiatilis arena, Quæ in fluuiis eſt. Plin.lib.36.cap.23,Arenæ tria ſunt genera:foſſitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatili, aut marinæ,tertia.

Fluuiatiles naues.Vide NAVIS.

Teſtudines fluuiatiles.Cic.2.de Nat.deor.

Fluuiaticus,penultima correpta {ποταμικὸς.} Idem quod fluuiatilis.Columella libro 8.capite 15, Vbi delitеſcentibus fluuiaticis animalibus inſidientur.

Fluuiatus,pen.prod.Adiectiuum {ποταμωτὸς.} Plin.lib.16. cap.39, Hæc qua diximus ratione fluuiata decorticatur. Id eſt macerata in aqua fluuiatili.Sic dicere poſſumus Canabem fluuiatam.

FLVONIA, Iuno dicta eſt, quam mulieres colebant, quòd ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur,vt ſcribit Sipontinus. Vide Bocat.in genealog.deor.

Fluſtra, dicuntur quum in mari fluctus non mouentur: quam Græci μαλακίαν vocant. Feſtus.

Fluta,flutæ:flutæ,flutarum {ἰγγενὲς} Anguillæ ſiue murænæ dicebantur in freto Siculo, quæ Græcè ploræ, quaſi nauigabiles dicuntur: quòd in ſumma aqua fluitantes mergi non poſſunt. Macrobius lib. 3.Saturn. cap.15,Accerſebantur murænæ ad piſcinas noſtræ vrbis ab vſque freto Siculo. Illic enim optimæ eſſe à prodigis creduntur, tam Hercule quàm anguillæ.Et veræque ex illo loco Græcè πλῶτες vocantur,Latinè flutæ:quòd in ſummo ſupernantes,ſole torrefactæ curare ſe poſſe,& in aqua mergere deſinunt. Columel.lib.8.cap.17. Item flutas, quæ maximè probantur, murænas, & ſiquæ ſunt aliæ ſaxatilis notæ,quarum pretia vigent.

Fluuialis, Fluuiaticus, Fluuiatilis, Fluuiatus, Fluuius, Fluxio, Fluxus, Vide FLVO.

FOBII,qui nunc dicuntur Fabij,Vide FABII,& FOVII,ſuis locis.

Focale,huius focalis,penult.prod. {ἀσφαραγιστὸν} Genus ligaminis ad fauces velut faſcia quædam collum ambiens,quòd fauces ac collum perfrigère non ſineret,& pronuntiationi conduceret. Quintil.lib.11, Palliolum ſicut faſcias;quibus crura veſtiuntur, & focalia,& ligamina aurium ſola excuſare poteſt valetudo. Focale à faucibus, au diphtongo in o longum mutata. Martial.lib.4.147,

Hoc focale tuas aſſerat auriculas. Videtur tamen Seneca vſurpare pro genere veſtis,quo ad focum vtebantur. Sic enim lib.4.Natural. Quæſtionum, Videbis quoſdam graciles, & palliolo, focalíque circundatos,pallentes & ægros.

¶Focale,Ferrum ignitum quo criſpantur crines.Horatius 2.Serm. ſatyra 3,

-ponas inſignia morbi,

Faſciolas,cubitale, focalia. Sed tunc à Focus deſcendit, vt indicat prima ſyllabæ correptio.

Focaneus {ἑστιακὸς.}Colum.lib.4.cap.24,Vocatur etiam focaneus palmes,qui ſoler in bifurco medius prorepere,& idcirco eum prædicto vocabulo ruſtici appellant, quòd inter duo brachia, quà ſe diuidit vitis,enatus,velut fauces obſidet, atque vtriuſque duramenti alimenta præripit. Idem lib.5.cap.6.

Focarij,qui & mediaſtini dicti ſunt à Iuriſconſultis, inter ſpecies ſeruorum numerantur.Vide Alex.Neapolit.lib.3.cap.25.

Focillo, focillas {ἀναπαύειν} focillare, Calefacere, recreare,reſtaurare. Plinius epiſtola 16. libr. 3, Focillata, Dixeram, inquit, vobis inuenturam me quanlibet duram ad mortem viam, ſi vos facilem negaſſetis. Suetonius in Auguſto, cap. 16, M. Antonij ſocietatem ſemper dubiam & incertam, variſque reconciliationibus male focillatam abrupit.

¶Focillatur

¶Focillatur pro fouet. Varro de vita Pop. Rom. lib.2. Propter ſecundas ſublato metu, non in communi ſpectant, ſed ſuum quiſque, diuerſi,communodum focillatur. Nonius.

Focilo,pen.breui.Ouid.ad Piſonem,

Sed miſerum parua ſtipe focilat, &c. Alius codex habet, ſtipe munerat.

Foculà.Foculus,Vide FOCVS.

FOCVNATES.Plinio populi ſunt in Alpibus,lib.3.cap.20.

Focus,foci,maſc.gen. {ἑστία, ἰσχάρα} à fouendo, in quo ignis ſeruatur. Seruius in 12.Æneid. Quicquid ignem fouet, focus vocatur, ſiue ara ſit,ſiue quid aliud, in quo ignis foueatur. Ouid.lib.6.Faſtorum,

At focus à flammis,& quòd fouet omnia,dictus. Cato de Re ruſt.

Folia ſubdito,in foco calido ſub teſta coquito leuiter.

Aræ & foci.Cicero 2.de Nat.deor.Vis autem eius ad aras & focos pertinet.

Foci accenſi,Vide ACCENDO.

Breues foci.Iuuenal.ſat.11.

Caſti foci.Ouid.3.Faſt.

Focus familiaris.Colum.lib.8.cap.1. Vide OPVLENTVS.

Furioſi foci.Ouid.epiſt.20.

Graminei luxere foci.Lucan.lib.4.

Humilem grato calfacit igne focum.Ouid.4.Faſt.

Lucens focus.Stat.1.Sylu.2.

Focus publicus.Cic.2.de Legib.Virginéſq; Veſtales in vrbe cuſtodiundo ignem foci publici ſempiternum.

Pudici foci.Stat.3.Sylu.1.

Sancti foci.Ouid.4.Faſt.

Exeruere lignis focum.Horat.Epod.2.

Splendet focus.Horat.1.epiſt.5.

¶Focus,Priuata cuiuſque domus, quemadmodum ara aliquando templum ſignificat.Plaut.Amphit.4,

Verbem,agrum,aras,focos,ſéque vti dederent.

Foci patrij.Cic.pro Roſc.Amer.

Pro aris & focis pugnare.Cic.3.de Nat.deor.

Repetere deos penates patrios, aras, focos, larem familiarem. Cic.2.Philipp.

Focus, Fomenta, Focillationes, Foculi, à fouendo, id eſt calefaciendo dicta ſunt. Author Feſtus.

Foculus,huius foculi,pen.corr. {ἑστιάτιον}Diminutiuū,In quo ignis accéditur vt cibus coquatur:eos enim habebant ferreos,vt ignitabula: ἰχάῤια Græci appellant.Plaut.Capt.13,

Laridum atque epulas foueri foculis feruentibus? Plin.lib.35.cap. 10,Arrepto carbone extincto è foculo. Cic.pro Domo ſua.

Accenſo ad ſacrificium foculo.Liu.Decad.1.lib.2.

Foculum excitare bucca.Iuuenal.ſat.3.

¶Focula ventris,pro nutrimentis,authore Nonio dixit Plautus in Perſa.4.

Foculare,dictum vt fouere.Author Nonius.

Focarius,Adiectiuum {ἰχαρικὸς.}vt Focarius panis,In foco coctus.

Focarius,Subſtantiuum,Vide Atriarius,in ATRIVM.

Focaria,focariæ,Concubina etiam libera.In l.3.C.de donationibus inter virum & vxorem,Si ancillam numis tuis comparatam eſſe Præſidi prouinciæ probaueris: donationiſque cauſa focariæ tuæ nomine inſtrumentum emptionis eſſe conſcriptum:eam tibi reſtitui iubebit. Nam licet ceſſante iure matrimonij donatio perfici potuerit: milites tamen meos à focariis ſuis hac ratione fictíſque adulationibus ſpoliari nolo. Et in l.ſi ea.C.de conditionibus inſertis.

Fodare,pro Fodere dixerunt veteres,Feſto teſte.

Fodio,fodis,fodi,foſſum {ὀρύττω, σκάλλω,σκάπτω,σκαλίζω,τορεύω} fodere,Cauare, & quaſi foras dare. Virgil.lib.6. Æneidos,

Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. Cic. 2. de Diuinat. Reſpondit coniector theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto.fodit: inuenit auri aliquantum.

Fodere argentum. Liu.8.bel.Pun.Sita in Meſſeſſum finibus eſt, Hiſpanæ gentis,ager frugifer:argentum etiam incolæ fodiunt. Sic Fodere metallum.Plin.lib.2.cap.63.

Arua fodiebant coloni.Ouid.11.Metam.

Guttura cultro fodit.Ouid.7.Metam.

Humum fodere.Virgil.2.Georg.

Fodere enſe iugulum.Martial.lib.1.7.

Latus alicuius fodere.Horat.1.epiſt.6.

Fodere ora haſtis. Liu.8.ab Vrbe, Haſtíſque ora fodientes,primo robore virorum cæſo, per alios manipulos velut inermes propè intacti euaſere.

Fodere puteos.Cæſ.3.bel.Ciuil.

Sibi ipſi fodere aliquid.Cic.2.de Orat.

Fodere ſtimulis. Cicero 2.Philipp. Num expectas dum te ſtimulis fodiam?

¶Fodere terram,Arare.Plautus Pœnulo,16. Terent.Heauton.1.1. Cicero 1. de Finib. Nam vt Terentianus Chremes non inhumanus qui nouum vicinum non vult Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique. Cato cap.2.

Foditur cor ſtimulo.Plaut.Bacchid.23,

Tactus ſum vehementer viſco,cor ſtimulo foditur.

Fodit dolor. Cic.2. Tuſculan. Pungit dolor, vel fodiat ſané, ſi nudus es, da iugulum: ſin tectus Vulcaniis armis, id eſt fortitudine, reſiſte.

¶Fodiri, pen.prod. à quarta coniugatione. Columel.libro 11.cap. 2, Runcari, & adhuc fodiri poſſunt. Idem de Arboribus, cap. 30, Sed omnibus annis fodiri ante Calend.Martias, & interputari oporter.

Fodico,fodicas,pen.corr. {τύπτω} fodicare,pro Peruellere,pungere,ſiue fodere, hoc eſt dolore afficere. Cic.3. Tuſcul.Non enim eſt in noſtra poteſtate fodicantibus his rebus,quas malas eſſe opinamur,diſſimu-

latio vel obliuio. Horat.Emamus qui fodicet latus.

Fodicare alicui animum.Plaut.Bacchid.1,

-quia iſthæc lepida ſunt memoratu:

Eadem in vſu atque vbi periculum facias,aculeata ſunt,

Animum fodicant,bona diſtimulant facta,& famam ſauciant.

Fodina,huius fodinæ,pen.prod.Locus vbi quid foditur.Plin.lib.33.cap. 6,Odor ex argenti fodinis,inimicus omnibus animalibus,ſed maximè canibus.Legitur & coniunctim,Argentifodinæ.

Cretæ fodina.l.ſed & 13,de Publ.Caius Iuriſconſ.

Foſſa, huius foſſæ {τάφρος, ὀρύγμα, σκαπάνη, κρήνη, κάκκος} Norum. Columel.lib. de Arboribus, cap. 18, Prius quàm pomarium conſtituas, quàm magnum habere voles, circummunito maceria,aut foſſa,&c. Vlpianus in l.vnica.D. Vt in flumine publico nauigare liceat: ſcribit foſſam eſſe receptaculum aquæ manufactum: vt ad caſtra,ſeu vrbes, oppidáve,aut alia huiuſmodi munienda. Cic.ad Attic.lib.9.184,Foſſa & vallo ſeptum aliquem tenere.

De foſſis & cloacis interdicit Prætor.Cic.pro Cecinna.

Perpetua foſſa,Vide PERPETVVS.

Redundans gurgitibus foſſa Rheni.Cic.in Piſonem.

Circundare latam foſſam alicui rei.Cic.5. Tuſcul.

Complere foſſas,Vide COMPLEO.

Tranſitum foſſæ ponticulo ligneo coniungere.Cic.5.Tuſc.

Obcæcare foſſas in agro,Vide OBCAECO.

Percutere foſſam,Vide PERCVTIO.

Perducere foſſas in altitudinem,Vide PERDVCO.

Vallo & foſſa munire caſtra.Cæſ.2.bel.Gall.Caſtra in altitudinem pedum duodecim,vallo foſſáque duodeuigінti pedum munire iubet. Cic.ad Catonem,lib.15.4,Vallo & foſſa circundedi.

Cæca foſſa,cui Patens & Aperta opponitur. Colum.lib.2.cap.2,Si humidus ſit, abundantia vliginis ante ſiccetur foſſis. Earum duo genera cognouimus, cæcarum & patentium. Spiſſis atque cretoſis regionibus apertæ relinquuntur.at vbi ſolutior humus eſt,aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur, ita vt in patentes ora hiantia cæcarum comperant. Sed & patentes latius, & apertas ſumma parte decliuéſque,& ad ſolum coarctatas,imbricibus ſupinis ſimiles facere cõueniet: nam quarum recta ſunt latera,celeriter aquis vitiantur, & ſuperioribus ſoli lapſibus ruinam.

Foſſula,huius foſſulæ,pen.corr.Diminutiuum {τορύδιον.}Cato cap.161, Deinde foſſulas facito,qua radices aſparagi demittas. Colum.lib.11. cap.3,Singulis foſſulis diſponas.

Foſſula circundari. Columel.libro 11.cap.vlt. vbi de Cappare verba facit.

Foſſatum,pen.prod.{ὄρυγμα}pro Foſſa.Plin.lib.17.cap.21,Foſſatum purgari,& extendi,ne crudum relinquatur.

¶Foſſatum, recentiores ſcriptores vocauerunt caſtra, quia foſſa cingi ſolebant. Capitolinus in Gordianis, Caſtra omnia foſſato circumdat.Quin & apud Suidam hoc vocabuli reperitur, & apud Leonem imperatorem,teſte Turnebo.

Foſſor,huius foſſoris {σκαπάνη, σκαλὶς,σκαπανεύς} Qui fodit. Virg.lib.2. Georg.Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor. Columel.lib.3. cap.13,&c. Martial.lib.7,Rigidus foſſor.

Foſſio,foſſionis {ὄρυγμα.} Colum.lib.5, Deinde malleolo inter ordines poſito,crebris foſſionibus paſtinatum reſoluere.

Foſſionibus terra,ſit fœcundior.Cic.de Senect.

Agri foſſiones & repaſtinationes.Cic.de Senect.

Recenti foſſione terram fumare calentem videmus. Cicero 2. de Nat.deor.

Foſſura,huius foſſuræ,pen.prod. {σκάλμμα} Idem quod foſſio. Colum. lib.5,Hanc planam foſſuram maximè nos probauimus.

Foſſitius,Adiectiuum {ὀρυκτὸς} Quod foditur:vt Arena foſſitia.Plin.lib. 36.cap.13.

Sal foſſitius.Scribonius Largus,59.& 60.

Foſſilis,& hoc foſſile,pen.corr. {ὀρυκτὸς} Quod foditur:vt Ebur foſſile. Plin.lib.36.cap.18. Idem lib.33.cap.6, Tunc ſalem foſſilem adiiciunt. Varro 2.de Re ruſt.cap.11.

Foſſile atramentum variis medicinæ vſibus adhiberi ſolitum eſt, præſertímque in aſtringendo: in quo tanta eius vis eſt,vt ſi vrſorum & leonum ora eo aſpergantur,mordere non poſſint. Ex Sipontino.

Fœcundus, Adiectiuum {βύτιος, πολυτόκος, πάντοφορος} Quod fructum facit & ferax eſt,à faciendo ſeu ferendo.Columel.lib.8.cap.14,Id neque æquè fœcundum eſt,nec tam pretioſum.Ouid.4.Faſtorum,

Forda ferens bos eſt,fœcundáque dicta ferendo.

Fœcundus,Abundans,& plenus.Horat.1.epiſt.5,

Fœcundi calices,quem non fecere diſertum?

Fœcundus & huber. Cic. de Aruſp. reſponſ. Quæſtum illum maximè fœcundum, huberémque campeſtrem, totum ad ſe ita redegit,&c.

Fœcundiſſimus melle & felle amor.Plaut.Ciſtel.2,

Nanque ecaſtor amor & melle & felle eſt fœcundiſſimus,

Guſtu dat dulce,amarum ad ſatietatem vſque aggerit.

Pecorum fœcundus. Tacit.lib.de German.

Frugum fœcundus. Tacit.in vita Agricolæ.

Annonæ fœcunda prouincia. Tacit.lib.17.

Pectus fœcundum. Cic. 1.de Diuinat. Pectus fœcundum.Id eſt plenum malitiæ.Seruius in Virgilium,7.Æneid.

Ab Anaxagora huber & fœcundus Pericles.Cic.in Orat.

Sue nihil genuit natura fœcundius.Cic.2.de Nat.deor.

Fœcunda metallorum terra. Plin.lib.33. cap.4, Italiæ parcitum eſt vetere interdicto Patrum,vt diximus: alioquin nulla fœcundior metallorum quoque erat tellus.

Fœcundam eſſe, de muliere dicitur, quæ fert vterum. Ouidius 2. Metamorphoſeos,

Vt fœcunda fores,fierétque iniuria partu Nora.

Fœcunditas,pen.corr. fœcunditatis {βύτισις, πολυτοκία} Hubertas ac co-

pia. Plinius lib. 20. cap. 6, Fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri, &c.
Importare fœcunditatem fœminis. Plin. lib. 14. cap. 18.
Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Cicero 2. de Nat. deor.
Experta fœcunditatis fœmina. Tacit. lib. 12.
Mulieris miseræ fœcunditas calamitosa. Cic. 2. Philipp.
Terrarum fœcunditas, Cæli temperatio. Cic. 2. de Nat. deor.
Propter fœcunditatem multa in agris fingi, gigníque possunt. Cic. 1. de Diuinat.
Efferat se in adolescente fœcunditas. Quintil. lib. 2. cap. 4. ex Cicerone 2. de Orat.
Fœcunditas animi. Plin. in Præfat. 3.

Fœcundo, fœcundas {πολυτόκον ποιῶ} fœcundare, Abundantem seu fructiferum facere. Virgil. 4. Georgicorum,
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Fœcundè, Aduerbium {πολυτόκως.} Plin. lib. 16. cap. 36, Atque etiam recisa fœcundius resurgit.

Fœcialis, Vide FECIALIS.

Fœdum, Antiqui dicebant pro hœdo, solus, pro olere, fostem, pro hoste. Fostiam. pro hostia. Author Festus.

Fœdus, fœderis, pen. corr. n. g. {ὅρκιον, σπονδὴ σὰ ἢ σπονδή} Pax est (inquit Seruius) quæ fit inter dimicantes. Dictum est autem vel à fœcialibus, per quos fiebant fœdera: vel à porca fœdè, id est lapidibus cæsa, vt Virgil. 8. Æneidos,
-& cæsa iungebant fœdera porca.
Fœderis autem faciendi morem, vide apud Liuium 1. Decad. lib. 1.
Tria genera fœderum. Liu. 4. bel. Maced. Esse autem tria genera fœderum, quibus inter se paciscerẽtur amicitias, ciuitates, regésque. Vnum, quum bello victis dicerentur leges. Vbi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent, quæ ex iis habere victos, quibus multari eos velit, ipsius ius atque arbitrium esse. Alterum, quum pares bello, æquo fœdere, in pacem atque amicitiam venirent. tunc enim repeti, reddíque per conuentionem res: & si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex æquo simul, aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis vtriusque commodo componi. Tertium esse genus, quum qui hostes núquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam coeant. eos neque dicere, neque accipere leges, id enim victoris & victi esse.
Fœdus pro vinculo necessitudinis quod priore patrocinio quis contraxit. Plinius Iunior epist. 4. lib. 3, Legati rursus inducti, iterum me iam præsentem aduocatum postulauerunt, implorantes fidem meam quam essent contra Massam Bœbium experti, allegantes patrocinij fœdus.
Sanctio fœderis. Cic. pro Corn. Balbo.
Publicæ religiones fœderum. Cic. 7. Verr.
Amicitiæ fœdus. Ouid. 2. Trist. eleg 6.
Religionum fœdera. Cic. 2. de Legib.
Certum fœdus. Horat. 3. Carm. ode 24.
Clandestinum fœdus. Sil. lib. 7. Vide CLAM.
Fœdus coniugiale. Ouid. 11. Metam.
Feralia fœdera, Id est exitialia. Lucan. lib. 1.
Genialia fœdera. Id est connubialia. Stat. 2. Achill.
Illibata fœdera tori. Hoc est, coniugium castum & pudicum. Lucanus lib. 2.
Immunes ac liberæ fœdere ciuitates. Cic. 5. Verr.
Infidum fœdus, Vide INFIDVS.
Ratum & religiosum fœdus. Cic. 13. Philipp.
Sacrosanctum fœdus est. Cic. pro Corn. Balbo.
Socialia fœdera. Ouid. epist. 4.
Temeratum fœdus. Sil. lib. 11.
¶ Accipere fœdera, Vide ACCIPIO.
Agere fœdus. Liu. de bel. Pun.
Fœderi adscribi. Liuius 9. bel. Pun. In eas conditiones, quum pax conuenisset, ab rege fœderi adscripti Prusia Bithyniæ rex, Achæi, Bœotij, &c.
Æquo fœdere amantes. Virgil. 4. Æneid.
Ascribere fœderibus pœnam. Cic. pro Corn. Balbo, O præclarum interpretem iuris, authorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostræ ciuitatis, qui hanc penam fœderibus adscribat, vt omnium præmiorum, beneficiorúmque nostrorum expertes faciat fœderatos.
Calcare fœdus. Sil. lib. 3.
Cauere fœdere de aliqua re. Cic. 1. de Lege agraria.
Coire in fœdus, Vide COEO.
Placitum læti componite fœdus. Virgil. 10. Æneid.
Oblato gaudens componi fœdere bellum. Virg. 12. Æneid.
Concipere fœdus, V. de CONCIPIO.
Conceptum fœdus excutere. Virgil. 12. Æneid.
Confirmare fœdere societatem. Cic. 3. Philipp.
Confundere fœdus. Virgil. 12. Æneid.
Dare fœdus. Liu. de bel. Pun.
Deuincitur fœderibus etiam cum hoste fides. Cic. 3. Offic.
Facere fœdus cum aliquo. Cic. de Senect. Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho.
Fecere inter se fœdus. Cic. 2. de Finib.
Contra fœdus, id est contra Populi Romani religionem & fidem facere. Cic. pro Corn. Balbo.
Ferire fœdera, Facere, vel inire. Cic. pro Cælio, Ideóne ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amicum turpissimorum quotidie fœdera feries? Virgil. 10. Æneid.
Firmabant fœdera dictis. Virgil. 12. Æneid.
Frangere fœdus. Silius lib. 1.
Frangere fœdus, & In fide manere, contraria. Cic. pro Domo sua.
Frangere fœdus sanguine alicuius ictum. Cic. in Pisonem.
Iaciunt fœdus. Tacit. lib. 11.

Icere fœdus cum aliquo. Cic. pro Corn. Balbo. Vide ICO. Claud. de bel. Get.
Fœdus Veneris inire. Ouid. 3. Metamorphoseos,
-Veneris cum fœdus initis,

Da mihi te talem.
Infirmare fœdus. Cic. pro Corn. Balbo.
Iungere fœdera. Virgil. 8. Æneid. Vide IVNGO.
Iungi fœdere alicui, Vide IVNGO.
Iurátum fœdus Iouis. Sil. lib. 1.
Læsum fœdus. Virgil. 12. Æneid.
Negligere, violare, rumpere fœdera. Cic. pro Corn. Balbo.
Pepigit fœdera mihi tecum. Virgil. 10. Æneid.
Pactum fœdus. Cic. pro Sextio.
Percutere fœdus, Vide PERCVTIO.
Petere fœdus. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Polluere fœdus naturæ. Ouid. 10. Metam.
Polluta dolis fœdera. Silius lib. 11.
Renouare fœdus. Cic. pro Corn. Balbo.
Reposcere fœdus. Virgil. 12. Æneid.
Rescindere fœdus. Patercul. lib. 2.
Rumpere fœdera. Virgil. 8. Æneid.
Fraternum rumpere fœdus. Horat. 1. epist. 3.
Sacrare fœdus, Vide Sacro, sacras, in SACER.
Sancire fœdera. Virgil. 12. Æneid.
Sancire fœdus sanguine alicuius ictum. Cic. pro Sextio.
Pactiones, fœdera, recóciliationes sanguine alicuius sancire. Cic. post Red. ad Quirites.
Promissa fœdera seruare. Ouid. 2. Fast.
Perpetuo lecti fœdere sociata coniux. Ouid. in Ibin.
Soluere fœdera. Virgil. 10. Æneid.
Stare fœdere. Liu. de bel. Pun.
Stare aduersus fœdus. Liu. de bel. Pun.
Transire in fœdus. Liu. de bel. Pun.
Veniunt ad fœdus amantes. Ouid. 2. de Arte amandi.
Violare fœdus. Cic. 13. Philipp.
Communia fœdera pacis violare. Lucret. lib. 5.
¶ Fœdus, pro Lege. Virgil. 1. Æneidos,
-regémque dedit, qui fœdere certo
Et premere & laxas sciret dare iussus habenas.
Æquissimo iure & fœdere ciuitas. Cic. pro Archia.
Æterna fœdera certis impositit natura locis. Virgil. 1. Georg.
Fœdus appellatum ab eo, quòd in pacifcendo fœdere hostia necaretur. Virgilius,
-& cæsa vngebant fœdera porca. Vel quia in fœdere interponatur fides. Hæc Festus.

Fœdifragus, pen. corr. {ἐπισπονδὸς} Ruptor fœderis. Cic. 1. Offic. Pœni fœdifragi, crudelis Annibal.

Fœderati {ἐμσπονδοι} dicuntur populi, qui fœdere icto cum aliis populis societatem coierunt. Nanque inter ciuitates prouinciarum aliæ ciuium Romanorum, aliæ Latinorum veterum, aliæ fœderatorum, aliæ stipendiariæ dicebantur. Suetonius in Caligula, Domi, forísque ciuilis, libera ac fœderata oppida fine lictoribus adibat. Cic. 7. Verr. In oppido fœderatorum.
Fœderatæ ciuitates, Aliis fœdere quodam coniunctæ. Cicero pro Archia, Siqui fœderatis ciuitatibus ascripti essent. Idem 4. Verr.
Populus fœderatus. Cic. 1. de Orat.
Socij & fœderati populi. Cic. pro Corn. Balbo.
Fœderatum ac pacatum solum. Cic. 6. Verr. In Mamertinorum solo fœderato atque pacato, monimentum istius crudelitatis constitutum est.

Fœdus, Adiectiuum {δυσειδὲς, μεμορφὸς} Deformis. Terentius Eunucho, 4. 4, Nunc eò tibi videtur fœdus, quia illam non habet. Liuius 2. ab Vrbe.
Adulationes fœdæ. Tacit. lib. 15.
Adulterium fœdum. Ouid 8. Metam.
Amor fœdus. Ouid. 10. Metam.
Fœda capitis animalia. Plin. lib. 22. cap. 24.
Auaritia, & libidine fœdus, ac maculosus. Tacit. lib. 17.
Aura fœda. Stat. 2. Thebaid.
Caput fœdum impexa porrigine. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Carmine fœdo splendida facta linunt. Horat. 2. epist. 1.
Cicatrix fœda. Horat. 1. Serm. sat. 5.
Fœdum consilium. Liu. 6. bel. Pun. Id fœdum consilium cum incœpto, tum etiam exitu fuit.
Conuiuia fœda. Ouid. 1. Metam.
Corpora fœda podagra. Tibull. lib. 1. eleg. 9.
Culpa fœdior. Sil. lib. 7.
¶ Fœdum exemplum. Liu. 7. bel. Pun. Qui neque magistratum cõtinuari satis ciuile esse aiebant: & multo fœdioris exẽpli, eum ipsum creari qui comitia haberet.
Genus mortis fœdum. Cic. Att. lib. 15. 329.
Rigat ora fœdus imber. Seneca OEdip. 12.
Fœdissima senectuti luxuria. Cic. 1. Offic.
Fœdum in modum laceratus verberibus. Liu. 9. ab Vrbe.
Latrones fœdissimi. Cic. ad Plancum, lib. 10. epist. 6.
Immanissimum & fœdissimum monstrum. Cic. in Pisonem.
Fœdus odor. Plin. lib. 11. cap. 18. Apes odẽre fœdos odores, procúlque fugiunt, sed & infectos.
Pædor fœdus. Senec. Herc. fur. 9.
Fœda persona senectutis. Cic. ad Atticum, lib. 15, Parúmne fœda persona est ipsius senectutis?
Sapor fœdus. Lucret. lib. 2.
Fœdissima tempestate lacerata nauis. Liu. 9. bel. Pun.
Victus fœdus. Horat. de Arte poet.
Fœdum, Execrandum. Virg. 7. Æneid.
¶ Fœdus, pro fœditas. Paulus l. 47. D. de rit. nuptiar. Senatoris filia, quæ corpore

quæ corpore quæstum vel artem ludicram fecerit, aut iudicio publico damnata fuerit, impunè libertino nubit. Neque enim honos ei seruatur, quæ se in tantum fœdus deduxit.
¶ Fœdum, Crudele. Terent. Eunuch. 5. 5,
Proh fidem deûm facinus fœdum. Virgil. 4. Æneidos,
Hæc passim dea fœda virûm diffundit in ora. De Fama. Sallustius,
Fœdi oculi.
Bellum fœdissimum. Cic. Att. lib. 7. 144.
Exitum iudicij fœdum & perniciosum leuissimè tuli. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 24.
Nihil miserius, nihil perditius, nihil fœdius fieri potest. Cic. Attico, lib. 8. 155.
Fœdior & inquinatior. Cic. de Arusp. respon. Fœdior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando, quàm in vniuerso Senatu vituperando fuit.
Fœdum relatu. Ouid. 9. Metam.
Fœdum ac ferum facinus. Liu. Decad. 3. lib. 8.

Fœdo, fœdas {μιαίνω, μυσερὸν ποιῶ, φορτίζω} fœdare, Polluere, inquinare. Plaut. Amphit. 4.
Fœdant & proterunt hostium copias. Virgil. 2. Æneidos,
-quæ causa indigna serenos
Fœdauit vultus. Id est cruentauit, inquit Seruius. Ibidem, Sánguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes.
Romam verò ipsam fœdauit aduentus tuus. Cic. in Pisonem.
Fœdata turpitudine facella. Cic. de Arusp. resp.
Ora vnguibus fœdans. Virgil. 4. Æneid.
Vultus fœdatus. Ouid. 5. Metam.
Fœdare aliquem appellatione. Cato apud Plin. lib. 29. cap. 1, Nos quoque dictitant barbaros, & spurcius nos quàm alios opicos appellatione fœdant.
Nefario scelere fœdare aliquem. Cic. de Arusp. resp.
¶ Fœdare, Dilacerare. Virgil. 2. Æneidos,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.

Fœdè, Aduerbium {μιαρῶς} Turpiter, vel crudeliter. Liuius 3. ab Vrbe, Non minore motu animorum Siccij cædis memoria renouata, quàm quòd noua fama de Virginia adeò fœdè ad libidinem petita accenderat.
Tempestas perquàm fœdè turbida. Lucret. lib. 4.
Admissum fœdè, dictúmque súperbé. Lucret. lib. 5.
Fœdissimè causam agere. Cic. ad Atticum, lib. 9. 175, Causa igitur non bona est: imò optima: sed agetur (memento) fœdissimé.
Fœde diuexari. Cic. 1. Tusc.
Fœde interemptus. Liu. 5. bel. Pun.

Fœditas, pen. corr. huius fœditatis {αἰσχρότης, μιαρία} Turpitudo. Liu. 1. bel. Macedon. Diuisa à corpore capita, patentiáque viscera, & fœditatem aliam vulnerum viderunt.
Fœditas & turpitudo. Cic. 3. de Finib. Nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat.
Deprauatio & fœditas turpificati animi. Cic. 3. Offic.
Fœditas odoris. Cicero 2. de Nat. deor. Sic Fœditas pediculorum, Plin. lib. 11. cap. 33.
Fœditas spectaculi. Liu. 1. ab Vrbe, Auertêre omnes à tanta fœditate spectaculi oculos.
Vestitus fœditas. Cic. 12. Philip. Quando eius obliuiscetur vlla posteritas, cuius scelere in hac vestitus fœditate fuerimus?
Notabilis fœditas vultus, Vide NOTA.

Fœlix, huius fœlicis, pen. prod. om. gen. {δυτυχὴς, δύσκαμος, δύσμορος, δύστηνος, δύσκλεὴς, δύστροπος, δλέθριος} A fœnus quidam deducunt, conuersione n in l, quasi beatus: hoc est, diues & fœnore plenus: Dicitur qui prosperitatem habet. Virgil. 3. Æneidos,
Viuite fœlices, quibus est fortuna peracta
Iam sua.
Fœlices ter & amplius. Horat. 1. Carm. ode 13.
O fœlix vna ante alias. Virgil. 3. Æneid.
Ab omni laude fœlix. Cicero de Claris Orat. Est nonnulla in iis etiam inter ipsos similitudo: acuti fuat, elegantes faceti, breues. Sed ille Græcus ab omni laude fœlicior. habet enim, &c. De Lysia & Timæo.
Ad casum fortunámque fœlix vir. Cic. pro Fonteio.
Fœlix & nato, fœlix & coniuge. Ouid. 11. Metam.
Curarum fœlix. Stat. 4. Sylu. 4.
Fuit fœlix, si potest vlla esse in scelere fœlicitas. Cic. 2. Philipp.
Fœlix, Commodum, vtile. Martialis,
Illa manus quondam studiorum fida meorum,
Et fœlix domino, notáque Cæsaribus.
Quod bonum, faustum, fœlix, fortunatúmque esset, præfabantur rebus omnibus agendis antiqui. Cic. 1. de Diuinat.
Ætas fœlicior. Ouid. 14. Metam.
Audacia fœlix. Ouid. epist. 17.
Auspiciis fœlicibus ibat. Virgil. 11. Æneid.
Exitus fœlix. Lucret. lib. 1.
Fœlix illa dies. Ouid. ad Pisonem.
Oliua fœlix, Vide OLIVA.
Omen fœlix. Ouid. 10. Metam.
Populus fœlix. Ouid. 4. Trist. eleg. 2.
Via fœlici ire. Ouid. 1. Fast.
¶ Fœlix, Pingue, fœcundum, fructuosum, ferax. Virgilius libro 2. Georgicorum,
Exiit ad cælum ramis fœlicibus arbos. Varro de Vita Populi Romani, lib. 2.
Fœlix Arabia quare dicta sit, vide Plinium lib. 12. cap. 13.
Fœlix industria. Plin. in Procem. lib. 14, Tanto priscorum cura fertilior, aut industria fœlicior fuit.
Fœlices horti. Martial. lib. 13,
Hos Amiternus ager fœlicibus educat hortis.
Fœlix hostia, Fœcunda & pinguis. Virgil. 1. Georgicorum,

Térque nouas circum fœlix eat hostia fruges.
Syluæ fœlices, Id est fertiles. Virg. 4. Georg. Seruius.
¶ Fœlix, Propitius. Virgil. 1. Æneidos,
Sis fœlix: nostrúmque leues quæcunque laborem. Vbi Seruius, Fœlix, propitia. Fœlix enim dicitur & qui habet fœlicitatem, & qui facit esse fœlicem. Idem 5. ecloga, Sis bonus ô fœlíxque tuis: en quatuor aras. Deos enim fœlices vel infœlices ex rebus quas præstant, vocamus.
¶ Fœlices arbores Cato dixit, quæ fructum ferunt: infœlices, quæ non ferunt. Festus.

Fœlicitas, pen. corr. {εὐτυχία, εὐδαιμονία, εὐκληρία, εὐπραξία, ὄλβος, εὐπαιδία} huius fœlicitatis. Cic. pro Fonteio, Videor hoc leuiter pro mea authoritate vobis præcipere posse, vt ex eo genere homines, quorum cognita virtus, industria, fœlicitas in re militari sit, diligenter vobis retinendos existimetis.
Fœlicitates bonæ, Vide BONVS.
Fœlicitas aduersa, Vide ADVERTO.
Summa alicuius fœlicitas. Cic. de Claris Orat. Dedit illi fortuna fœlicitatem, huic industria virtutem. Author ad Heren. lib. 4.
Fœlicitas terræ, Fœcunditas. Plin. epist. 19. lib. 3.
Præstare fœlicitatem de seipso nemo potest, meminisse & commemorare de altero possumus. Cic. pro Lege Manil.
¶ Fœlicitas, ponitur pro dea quam Romani venerabantur. Augustinus lib. 4. de Ciuitate Dei, Quid Fœlicitas? dea est, eadem accepit, aram meruit, sacra ei congrua persoluta sunt.

Fœliciter, penult. corr. Aduerbium {εὐτυχῶς, εὐδαιμόνως.} Cic. 3. de Finib. Necessariò sequitur, omnes sapientes semper fœliciter, absolutè, fortunatè viuere, nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egêre.
Audere fœliciter aliquid. Horat. 2. epist. 1.
Faustè fœliciter, prosperè euenit res. Cic. pro Murena.
Bene & fœliciter gesta Respublica. Cic. 5. Philipp.
Implere suos annos fœliciter. Ouid. epist. 7.
Satis fœliciter anni iam aduerso tempore nauigare. Cic. 4. Verr.
Fœliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. Plaut. Merc. 19.

Fœlicius, Aduerbium {εὐτυχέστερον.} Virgil. 1. Georg. Hîc fœgetes, illic veniunt fœlicius vuæ.
Decertare cum aliquibus fœlicissimé. Cic. de Prouinc. Consul.
Fœlicissimè res gerere. Liu. 10. bel. Pun.

Fœlicito, fœlicitas, pen. corr. {εὐτὸω} fœlicitare, Fœlicem reddere, cuius contrarium est Infœlicito, quod est destruo. Plaut. Pœnulo, Dij illum infœlicitent omnes.

Fœmen, Vide FEMEN.

Fœmina, huius fœminæ, penult. corr. {θῆλυς, θηλὺς, ἄρσην} à feminis mollitie, vt quidam putant: siue à fœtu, vt nos potius remur. Plautus Persa, 155,
Qui Atticam hodie ciuitatem
Maiorem feci, atque auxi ciui fœmina.
Eximia pulchritudine fœmina. Cic. 1. de Diuinat.
Præstantissima omnium fœminarum vxor tua. Cicero Licinio, libro 5. 8.
Varium & mutabile semper fœmina. Virg. 4. Æneid.
Bona fœmina. Cic. 3. Philipp.
Cultissima fœmina. Ouid. 1. de Arte amandi.
Fœmina decennis, Vide DECEM.
Dux malorum fœmina, & scelerum artifex. Seneca Hippol. 4.
Dux viris & fœminis in cælum mores. Cic. 1. Tusc.
Lectissima fœmina, Vide LEGO.
Luculenta & festiua fœmina, Vide LVCVLENTVS.
Nitida fœmina, Vide NITEO.
Primaria fœmina. Cic. Vatinio, lib. 5. 11.
Fœmina princeps. Plin. epist. 144.
Probatissima fœmina. Cic. pro Cecinna.
Prudentissima & diligentissima fœmina. Cic. Bruto, 18.
Sanctissima & optima fœmina. Cic. 3. Philipp.
In mare & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. Cic. 2. de Nat. deor.
In natura fœminarum sentiant mulieres omnem castitatem pati. Cic. 2. de Legib.
Coniungere fœminam matrimonio, Vide CONIVNGO.
Calere fœmina aliqua. Hoc est, ardere amore alicuius fœminæ. Horat. 4. Carm. ode 11,
Non enim posthac alia calebo
Fœmina: condisce modos.
Fœminas implere, Vide IMPLEO.
Insolitæ fœminæ prodire in conuentum, Vide INSOLITVS.
Bestiæ aliæ mares, aliæ fœminæ. Cic. 2. de Nat. deor.
¶ Anguis fœmina. Cic. 2. de Diuinat.
Fœmina piscis coitus tempore marem sequitur. Plin. lib. 9. cap. 50.
Porcus fœmina. Cic. 2. de Legib. C. Cotta censet habendas triduú ferias, & porco fœmina piaculum dare.

Fœminamas. Tertullianus aduersus Valentinianos, In imagine sua fœminamare. Id quod Irenæus lib. 1. cap. 1, his verbis exprimit, In imagine sua siue coniuge masculofœmina.

Fœmineus, Adiectiuum {θῆλυς} Quod pertinet ad fœminam.
Fœmineus amor. Virgil. 11. Æneidos,
Fœmineo prædæ & spoliorum ardebat amore. Vbi Seruius, Fœmineo, impatienti, irrationabili. Ibidem,
Fœmineum clamorem cæli ad sydera tollunt. Vbi idem Seruius, impatientem interpretatur.
Ars fœminea Ouid. epist. 18.
Molle ac fœmineum corpus. Plin. lib. 25. cap. 5.
Dolor fœmineus. Ouid. 9. Metam.
Doli fœminei. Stat. 1. Achill. Plin. lib. 2. cap. 101, Fœmineum lunæ ac molle sydus. Et lib. 25. cap. 5, Fœmineum corpus.
Labor fœmineus. Tibull. lib. 2. eleg. 1.
Mens fœminea. Quid. lib. 16. Metam.

Nomina fœminea. Quintil. lib. 1. cap. 5. Alij legunt fœminina.
Pectus fœmineum. Ouid. 13. Metam.
Plangor fœmineus. Author ad Herenn. lib. 3.
Sors fœminea. Ouid. 6. Metamorphoseos,
Quatruor ille quidem iuuenes, totidémque crearat
Fœminæ sortis. Id est quatuor fœminas.
Stirps fœminea. Ouid. 13. Metam.
Fœmineum ac molle Lunæ sydus. Plin. lib. 2. cap. 101.
Vlulatus fœmineus. Virgil. 2. Æneid.
Voce fœminea modulatur carmina. Ouid. 14. Metam.
Vulgus fœmineum. Lucan. lib. 7.
Fœminæ, Calendæ Martiæ appellantur, quia fœminis solennes erant. In iis enim munera illis missitari solebant. Iuuen. sat. 9.
En cui tu viridem vmbellam, cui succina mittas
Grandia, natalis quoties redit, aut madidum ver
Incipit, & strata positus longáque cathedra
Munera fœmineis tractas secreta Calendis.

Fœminino, pen. prod. Adiectiuum {θηλυκόν.} Quintil. lib. 1. cap. 4. Nec statim diligentem putabo, qui promiscua (quæ & epicœna dicuntur) ostenderit, in quibus sexus vterque per alterum apparet: aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant: qualia sunt Muræna & Glycerium.
Fœminino sexus. Plin. lib. 27. cap. 2.

Fœminine, penult. prod. Aduerbium. Charisius lib. 1, Mendum neutro Varro in Admirandis dixit, Magnum mendum. Sed Ouidius fœminine, Nocte latent mendæ. Sic alibi frequenter.

Fœnarius, Fœneratitius, Fœnero, Vide FOENVM.

Fœnebris, Vide FOENVS.

Fœniculum, huius fœniculi, pen. corr. {μαράθρον} quidam à fœnore deductum volunt, quasi paruum fœnus: quòd semen eius terræ mandatum, magno fœnore reddat fructum. Herba est quam Græci marathron vocant. Plinius lib. 20. cap. 23, Fœniculum nobilitauere serpentes gustatu senectam exuendo, oculorúmque aciem succo eius reficiendo. Vnde intellectum est hominum quoque caliginem præcipuè eo leuari.

Fœnicularium, fœnicularij. Cic. ad Atticum, lib. 12. 236, Scribe quæso, quid referat. Celer egisse Cæsarem cum candidatis: vtrum ipse in fœnicularium, an in campum Martium cogeret. In fœnicularium, Id est in aciem ad exercitum, quando fœnum succiditur à militibus falciculariam facientibus. Vel In fœnicularium, Id est non in campum liberis olim suffragiis dicatum, sed tanquam in fœnicularium & ad fœni sectionem: vel In fœnicularium, Id est ad fœnus exercendum. Hoc postremum Turnebo placuit.

Fœnum, huius fœni {χόρτος κάρφος} Dictum quòd sine cura fœnus præbeat: vel quòd herbæ eædem manentes, quotannis nouas pariant, vt ait Sipontinus ex Festo.
Meta fœni, Vide META.
Fœnum cordum, Vide CORDVS.
Fœnum iacet in cornu. Horat. 1. Serm. sat. 4.
Coarctare fœnum in striam. Colum. 2. de Re rust.
Colligere fœnum. Colum. 2. de Re rust.
Congerere fœnum sub tectum. Colum. 2. de Re rust.
Componere fœnum in tabulata. Colum. Feriis ritus maiorum etiã permittit prata scilire, & fœnum in tabulata componere.
Construere fœnum. Plin. lib. 18. cap. 28.
Demetere fœnum. Colum. 2. de Re rust.
Extruere fœnum in metas. Colum. 2. de Re rust.
Facere fœni metas. Colum. 2. de Re rust. cap. 19.
Secare fœnum. Plin. lib. 18.
Versare fœnum furcillis. Varro de Re rust.

Fœnile, pen. prod. neut. gen. {χορτοδοκεῖον} Locus in quo seruatur fœnum. Colum. lib. 1. cap. 6, Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torcularian, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, palearíáqj. Virgil. 3. Georgicorum,
-nec tota claudes fœnilia bruma. Ouid. 6. Metam.

Fœnicium, videtur Scribonius pro miscella posuisse in malagmate ad podagram, ex eo translatione ducta, quòd in fœno varia sunt & promiscua herbarum genera. Eius verba sunt, Vltimum nitrum & asius lapis fœnicio inducitur. Id est illi variæ & multiplici impensæ additur: quo tamen de vocabulo amplius pronuntiandum ait Turnebus. Sunt qui melius fœnicium corium rubrum accipiant, vt in Pseudolo Plauti, ad operiendum.

Fœnifex, pen. corr. huius fœnifícis, pen. etiam cor. com. gen. {χορτοκόπος} Qui secat fœnum. Plin. lib. 18. cap. 28, Igitur cornu propter oleum ad eras ligato fœnifex incedebat.

Fœnifeca, fœnifecæ, pen. corr. com. gen. {χορτοτόμος} Idem. Colum. lib. 2. cap. 19, Vt necubi ferramentum fœnifecæ possit offendere. Ibidem, Tum fœnifícam messorem oportet inducere, & desectam herbam religare & exportare. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 47. Ibidem, cap. 49. ad finem, Sicilienda prata, Id est falcibus consectanda, quæ fœnifecæ præterierunt.

Fœnificium, fœnificij {χορτοτομία} vel vt alij scribunt, fœnificium, Ipsa fœni fectio, & veluti messis fœni. Varro de Re rust. Nec primo anno rigari, nec pasci ante secunda fœnificia, ne herbæ vellantur, tritúque heberentur. Idem lib. 2. cap. 11. Colum. lib. 2. cap. 18.

Fœnificia, huius fœnificiæ, fœm. gen. Varro de Re rustica, libro 1. cap. 49, Tum de pratis stipulam rastellis eradi, atque addere fœnificiæ cumulum.

Fœnarius, Adiectiuum: vt Falces fœnariæ. Vlp. in l. instrumento. D. de instructo vel instrum. leg.

Fœnumgræcum {τῆλις} Herbæ genus, quod telin vocant, alij carphos: aliqui buceras, alij ægoceras, quoniam corniculis semen est simile, nos siliciam. Hæc Plin. lib. 24. cap. 19. Colum. siliquam appellare videtur lib. 11. cap. 2, Itémque siliquam quod rustici fœnumgrecum vocant. Vulgò autem dicitur *du senegré*.

FOENEA, Simulacra {χορτινὰ εἴδωλα} fiebant ad irritandos in spe-

culis tauros. Asconius in orationem pro Cornelio de maiestate. Budæus.

Fœnus, fœneris, penult. corr. neut. gen. {δάνειον, τόκος} appellatur, inquit Festus, naturalis terræ fœtus, ob quam causam & nummorũ fœtus, fœnus est vocatum: & de ea re leges fœnebres.
Fœnus, vt ait Gellius lib. 16. cap. 12, à fœtu dicitur, & quasi à fœtura quadam pecuniæ parientis, atque increscentis. Quidam à fundo dicquadam pecuniæ parientis, atque increscentis. Quidam à fundo dictum putant: quia cum o, non u, apud antiquos scribebatur, quòd (vt ait Valla lib. 4) sit naturalis terræ fructus: postea verò ad vsurã translatum, quasi pecunia per se fructum producat sicut terra.
Graue fœnus. Cic. pro Flacco.
Hæreditarium fœnus. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Iniquissimo fœnore versuram facere Aurelius coactus est. Cicero Attico, lib. 16. 339.
Perpetuum fœnus, Vide Centesima, in CENTVM.
Tolerabile fœnus. Cic. Attico, lib. 6. III.
Trientarium fœnus, Vide TRIENS.
Vnciarium fœnus. Tacit. lib. 5, Nequis vnciario fœnore amplius exerceret.
Fœnus quinquagesimum. Plin. lib. 18. cap. 17.
¶ Fœnore accipere, Vide ACCIPIO.
Accipere fœnus ab aliquo. Cic. 5. Verr.
Credere fœnus argenti. Plaut. Mostel. 8, Ab eo etiam argenti fœnus creditum audio.
Dare fœnori pecuniam. Cic. 4. Verr.
Ducere quaternis centesimis fœnus, Vide Centesima, in CENTVM.
Fœnus ex triente Idibus Quintilibus factum erat bessibus. Cicero Attico, lib. 4. epist. 14. Sensus est: Idibus Quintilibus fœneratores pecuniam dederunt bessibus: Id est, vt pro centenis octoni amplius vsuriæ nomine redderẽtur: quum antea supra trientem, quod est dimidium bessis, vsura non fuisset. Eam pecuniam ambitiosa candidatorum manus sumebat, vt tribubus pro magistratu alius alio plus promitteret. Idibus autem vt vsuræ soluerentur, in consuetudine fuisse, & Horatius testatur, & Cicero ipse in Catilinam & Antonium. Hæc Paulus Manutius.
Magno & iniquissimo fœnore versuram facere. Cicero Attico, lib. 16. 139.
Laborare fœnore, Vide LABOR.
Leuari fœnore, Vide LEVIS.
Obligatus fœnore, Vide OBLIGO.
Grandi fœnore pecuniam alicui occupare. Cic. pro Flacco.
Nummi positi in fœnore. Horat. de Arte poet.
Quærere argentum in fœnus. Plaut. Asin. 9,
Tanquam si claudus sim cum fuste est ambulandum,
Quia triduum hoc vnum modo, foro operam assiduam dederim,
Dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus.
Reddere fœnus. Plaut. Mostel. 8,
Reddetúrne igitur fœnus? TER. reddetur.
Ingenti fœnore reddit ager hordea. Ouid. 1. Fast.
Reddere cum fœnore quinquagesimo. Plin. lib. 18. cap. 17, Sic quoque cum quinquagesimo fœnore messes reddit fœlicitas soli.
Renouare in singulos annos fœnus. Cic. Att. lib. 6. 114.
Trucidari fœnore. Cic. pro Cælio.
Sæpe venit magno fœnore tardus amor. Propertius libro 1. elegia 7.
Fœnus nauticum, vt Pollux ait lib. 8, duorum generum est: Heteroplum & Amphoteroplum. Heteroplum est, quũ commeatus tantum periculum fœnerator suscepit. Amphoteroplum, quum remeatus quoque. Budæus.

Fœnusculum, fœnusculi, penult. corr. Diminutiuum {δανείδιον.} Plautus Pseud. 5,
Ad danistam deuenires, adderes fœnusculum.

Fœnero, fœneras, pen. corr. {δανείζω} fœnerâre, actiuum verbum. A quo fœneror passiuum: datiuo, & aliquando accusatiuo iungitur: Dare fœneror passiuum: datiuo, & aliquando accusatiuo iungitur: Dare fœneror passiuum: datiuo, & aliquando accusatiuo iungitur: Dare ad vsuram. Cic. de Amic. Vt enim beneficij, liberaléfqj sumus, non vt exigamus gratiam (nec enim beneficium fœneramus, &c. Legitur & fœneramur. Liuius 7. ab Vrbe, Præter hæc inuenio apud quosdam L. Genutium Tribunusplebis tulisse ad populum, ne fœnerare liceret.
Communem pecuniã fœnerare. Paul. in l. si vnus. §. 1. D. pro socio, Si vnus ex sociis qui nõ tororum bonorum socij erunt, communem pecuniam fœnerauerit, vsuráſque perceperit, ita demum vsuras partiri debet, si societatis nomine fœnerauerit.
Pecuniam publicam sub vsuris solitis fœnerare. Paulus in l. Caius. D. de Vsuris, Caius Seius qui Rempublicam gerebat, fœnerauit pecuniam publicam sub vsuris solitis, &c.
Fœnerari & diripere prouincias. Cic. Parad.
Fœnerari de beneficium. Terentius Phorm. 3 2, Fœneratum istuc beneficium tibi pulchrè dices: Paulo pòst exponit quid velit, dicens, Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Idem Adelphis, 2. 2,
Metuisti, si nunc de tuo iure concessisses paululum, atque
Adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime, &c.
Ne non tibi isthùc fœneraret. Vbi Donatus, Fœneratum, est cum lucro redditum, & multiplicatum. Fœneraret ergo, non Æschinus, sed res ipsa in qua fœneratio est.
Hæc sapit, hæc omnes fœnerat vna deos. Martialis libro 1. ad Flaccum.
Fœnerat sol lumen suum cæteris syderibus. Plin. lib. 2. cap. 6. Id est mutuat.

Fœneror, pen. corr. {δανείζομαι} Deponens ablatiuo cum præpositione iunctum, Ad vsuram accipio, vt in XXXII. libro Digestorum, Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem suam, vel fœnerari super eam, potestatem habeat vendere cohæredi suo, & fœnerari ab eo. Vide Vallam lib. 5. cap. 25.

Fœnerari etiam, pro Dare ad vsuram ablatiuo iunctum. Cicero 4. Verr. Idem præterea pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine fœnerabatur. Idem 5. Verr. Primùm eam, quum posita esset apud eas societates, vnde erat attributa, binis centesimis fœneratus est.

Fœnerator, pen. prod. {δανειστὴς, τοκογλύφος} Qui dat ad vsuram, Græcè danista dicitur. Cic. 1. Offic. Primum improbantur ij quæstus qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt fœneratorum.
Acerbissimi fœneratores. Cic. Att. lib. 6. III.
Fœnerator Alphius. Horat. Epod. 2.
Nec putant ei nummos deesse posse, qui fœneratores ex obsidione exemerit. Cic. Sextio, lib. 5. 6.

Fœneratrix, penult. prod. fœneratricis, pen. prod. f. g. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 2, de C. Visellio, Ex amica obsequenti subitò districtam fœneratricem agere cœpit. Glareanus exponit, apertã ac manifestam. quomodo scilicet dicimus ensem districtum. Nummos enim publico iudicio repetebat Octacilia à Visellio.

Fœneratius, Idem quod fœnerator. Firmicus lib. 3. cap. 8. sub finem, Faciet delatores, absconsos, subdolos, malitiosos, maleficos, fœneratarios.

Fœneratus, fœneratus, quartæ declin. Idem quod fœneratio, Id est mutuatio ad vsuram. Festis Sipont.

Fœneratio, fœnerationis, Verbale {δανεισμός.} Cic. pro Flacco, Hæc pecunia ab honoribus translata in quæstum & fœnerationem, recuperata est multis pòst annis. Idem 2. de Finib.

Fœneratò, Aduerbium {δανειστικῶς.} Plautus Asin. 16. Idem Menæchmis, Neillam mecastor fœneratò abstulisti. Hoc est, hoc furtum magno tibi constabit.

Fœneratitius, Adiectiuum {δανειστικός.} vt Res fœneratitia, quæ data est fœnori, siue accepta, aut ad fœnus pertinet.

Fœneratorius, Adiectiuum {δανειστικός.} Valer. lib. 2. Argon. cap. 1, Auara & fœneratoria Gallorum philosophia.

Fœnealia, fœneraliorum {τοκιστικὰ} Tempus quo fœnus cessabat, & finiebatur, reddebatúrque pecunia. Liu. 5. bel. Maced. Instabat enim cura alia, quòd ciuitas fœnore laborabat: & quum multis fœnebribus legibus constricta auaritia esset, via fraudis inita erat, vt in locios qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent. Ita libero fœnore obruebant debitores: cuius coercendi quum ratio quæreretur, diem finiri placuit, Fœneralia quæ proximè fuissent: vt qui post eam diem socij ciuibus Romanis credidissent pecunias, profiterentur: & ex ea die pecuniæ creditæ quibus debitor vellet legibus ius creditori diceretur. Quo in loco Feralia legitur.

Fœnebris, & hoc fœnebre, pen. corr. {τοκιστικὸς} Ad fœnus pertinens, vt Fœnebres leges. Vide FOENERALIA.
Fœnebris res. Liuius 7. ab Vrbe, Inclinatis semel in concordiam animis, noui COSS. fœnebrem quoque rem, quæ distinere vnanimes videbatur, leuare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam verterunt.
Malum fœnebre. Tacit. lib. 5, Sanè vetus vrbi fœnebre malum.
Pecunia fœnebris. Paul. in l. præsidis. D. si cert. petat. Præsidis prouinciæ officiales, qui perpetui sunt, mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere possunt. Præses prouinciæ mutuam pecuniam fœnebrem sumere non prohibetur.

Fœstuca, Vide FESTVCA.

Fœteo, fœtes {πυκνόχρως, βραγχάσμιος} fœtêre, Malè olere. Plaut. Asin. 6, Dic amabo, an fœtet anima vxori tuæ? Martial. lib. 5. 4,
Fœtere multo Myrtale solet vino.

Fœtidus, pen. corr. Adiectiuum {δυσώδης, βδελυγμίας} Malè olens. Plaut. Mercat. 11,
Quum sis iam ætatis plenus, anima fœtida,
Senex hircosus. Idem Captiuis, 13, Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos. Apud Ciceronem in Pisonem, Fœtidum os.

Fœtiditas, pen. corr. {πυκνόχρως, βδελυγμία} pro fœtore. Seneca epist. 111, At mehercule ista solicitè scrutata, variéque condita, quum ventrem subierint, vna atque eadem fœtiditas occupauit.

Fœtor, huius fœtoris, Verbale {δυσωδία, βδελυγμός.} Colum. lib. 12. cap. 18, Cella quoque vinaria omni stercore liberanda, & bonis odoribus suffienda, ne quem redoleat fœtorem, acorémve.

Fœtus, huius fœtus {γονὴ, σύστημα, κύημα, ὄκγονον, ἴσπερμον, βλάστη, ὠάς} Partus, vt animalium. Plinius de homine, Legimus mulierem Ægyptiam binos fœtus quater enixam. Idem de feris, Totus tigridis fœtus qui semper numerosus est, ab insidiatore rapitur equo. Idem libro 10. capite 31, Oscines præter exceptas, non temerè fœtus faciunt.
Arborei fœtus. Virgil. 1. Georg.
Fœtus nemorum. Virgil. 2. Georgicorum,
Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit. Vbi Seruius, Fœtu, Id est vtilitate. nam omnis vtilitas fœtus est.
Fœtus terræ. Virgil. 1. Georgicorum,
Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset.
Adulti fœtus. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Adultos educunt fœtus. Virgil. 4. Georg. de apibus.
Dubij fœtus. Plin. lib. 10. cap. 31.
Dulces fœtus & pabula læta. Lucret. lib. 2.
Frugiferi fœtus. Lucret. lib. 6.
Grauidi fœtus. Ouid. 8. Metam.
Lætifici fœtus telluris. Lucret. lib. 1.
Maturos edere fœtus. Ouid. de Nuce.
Teneri, infirmíque fœtus. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Vitales fœtus. Plin. lib. 10. cap. 31.
¶ Abigere fœtum, Vide ABIGO.
Auferre fœtum vberibus, Vide AVFERO.
Fœtus arborum decerpere. Plin. lib. 4. cap. 12. Vide DECERPO.
Teneros depellere fœtus. Virgil. eclog. 1. Id est, à lacte remouere. Seruius.

Dare fœtum. Virgil. 2. Georg.
Edunt fœtus nixibus. Virgil. 4. Georg.
Edit fœtus meliores & grandiores ager non semel arãtus, sed nõuatus & iteratus. Cic. 2. de Orat.
Facere fœtus. Plin. lib. 10. cap. 31.
Procreare multiplices fœtus. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ multiplices fœtus procreant, vt sues, vt canes, his mammarum data est multitudo.
Terræ fœtus profunduntur nobis. Cic. 1. de Legib.
Largo pubescit vinea fœtu. Virgil. 2. Georg.
¶ Animi fœtus triplex. Cic. 5. Tusc. Ex quo triplex ille animi fœtus existet: vnus in cognitione rerum positus, &c.
Fœtus oratorum. Cic. de Claris Orat. Sic omnis fœtus repressus, exustúsque flos isti veteris vberratis exãruit.
¶ Fœtus, pro Fœtura. Cic. 3. de Finib. Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest, quarum in fœtu & in educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. Bud.

Fœtus, Adiectiuum {τίκτων, γόνιμον, τοκάδι.} Seruius, Fœta dicitur & grauida, & partu liberata.
Ager fœtus. Ouid. 1. Fast. Id est grauidus.
Fœta canis. Plaut. Mostel. 10.
Colla serpentis fœta veneno. Sil. lib. 17.
Loca fœta furentibus Austris, Id est plena. Virgil. 1. Æneid.
Luridæ fœtæ, Vide LVRIDVS.
Fœta, dicitur ouis grauida. Virgil. 1. eclog. Non insueta graues tentabunt pabula fœtas. Vbi Seruius, Fœtas accusatiuus pluralis est, quasi graues: id est grauidas, scilicet non enixas. Colum. lib. 7. cap. 6, vbi de capris loquitur. In quem locum sic ait Beroaldus: Fœtas ferè semper idonei scriptores appellant puerperas, hoc est eas quæ pepererunt. Inclytus tamen poeta dixit, Loca fœta furentibus austris. pro Plena. Idem ait,
Non insueta graues tentabunt pabula fœtas. pro Prægnantes. Verùm alio in loco posuit fœtam pro ea quæ iã peperisset. sic enim ait, Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam. Plinius noster fœtam semper vsurpat pro ea quæ à partu cubat. Hæc Beroaldus. Huc facit illud Virgilij libro 2. Æneidos,
-scandit fatalis machina muros
Fœta armis. Hoc est, armatis viris prægnans & grauida. De equo ligneo loquitur, in quo Græci erant inclusi. Silius Ital. lib. 11, Multá fœta gerens ira præcordia Pœnus. Fœta, Id est plena. de Annibale verba facit, qui vehementer irascebatur Decio.
Pecus fœtum. Virgil. eclog. 3.
Præcordia fœta belli, Id est amore belli. Sil. lib. 17.
¶ Fœta, Partu liberata, hoc est quæ peperit. Virg. lib. 8. Æneidos,
Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam geminos huic vbera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauidos. De Romulo & Remo infantibus. Colum. lib. 6. cap. penult. sub finem, Equa quum ex asino cõceptum ediderit, partum sequenti anno vacua nutrit. id enim vtilius est, quàm quod quidam faciunt, vt & fœtam nihilominus admisso equo impleant. Idem lib. 7. cap. 3. ad finem, Opilio neque tardiores, & grauidas, dum cunctãtur: neque agiles, & fœtas, dum procurrunt, separari à cæteris sinat. hîc manifestè fœtas grauidis opponit.
Vaccæ fœtæ. Virgil. 3. Georg.
¶ Fœtus, pro ouis. Colum. lib. 8. cap. 4. de cibariis gallinarum, Vinacea quanuis tolerabiliter pastant, dari non debent, nisi quibus teneris poribus anni auis fœtus non edit: nam & partus raros, & oua faciunt exigua. Sed quum planè post Autumnum cessant à fœtu, possunt hoc cibo sustineri. Quod hic ait fœtus edere, cap. 3. & rursus cap. 5, frequenter dicit oua edere, & partum edere. nos vulgò *oua ponere*.

Fœtuosus, a, um {τίκτων} Quod est plenum fœtu. Hieronym. contra Iouinian. Lippiẽtem iam deformem, atque fœtuosum synagogæ typum prætulisse. Retinet hoc nomen u, quoniam fœtus est quartæ declinationis. Sic sumptuosus, fructuosus, luctuosus, actuosus, quæstuosus. Quæ autem veniunt ab aliis declinationibus, non habent u ante o, vt fabulosus, dolosus, vitiosus, portentosus, & huiusmodi.

Fœtura, huius fœturæ, pen. prod. {γένεσις} Genitura & pariendi tempus. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 5, Nunc appello fœturam à conceptu ad partum. hi enim prægnationis primi & extremi fines.
Ætas fœturæ habilis. Virgil. 3. Georg.
Fœtura domino suo decoxit, Vide DECOQVO.
¶ Fœtura, Animalium prouentus, siue fœtus ipse. Virg. eclog. 7, Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto. Vbi Seruius, Si tot agnos habuero, quot oues: hoc enim est gregem suppleri per fœturam. Fœtura enim est prouentus, id est ipse fœtus. Plin. Optima fœtura est pòst vernum æquinoctium. Colum. lib. 7. cap. 6.
Fœtura, pratorum etiam dicitur.
Fœturam ad opus suum transtulit Plinius, quum dicit in ipso statim initio præfationis, Opus natum apud me proxima fœtura, licentiore epistola narrare constituit.
Fœtura humanã. Varro lib. 2. cap. 10, Quod ad fœturam humanã pertinet pastorum, qui in fundo perpetuò manent, facile est, quod habet, aut conseruam in villa.

Fœtifico, fœtificas, pen. corr. fœtificâre {κύω, κυέω} Fœtum facere, pârere. Plinius lib. 16. cap. 8, Accipitres totius Maffiliæ humi fœtificant. Idem lib. 9. cap. 38.

Fœto, fœtas {κυοφορέω, βοηγμάομαι} fœtâre, Idem, de auibus. Colum. lib. 8. cap. 15, sub finem, Circa paludes in quibus plerunque fœtant. Id est oua ponunt. Ibidem, cap. 8.

Fœtificus, Adiectiuum {κυητικός.} vt Fœtificus humor. Plinius libro 9. capite 51.

Fœtifer, pen. corr. fœtifera, fœtiferum, pen. corr. Idem. Plin. lib. 7. cap. 31, Vbi fœtifer potu Nilus.

Folium, folij {φύλλον, πέταλον} Est tam arborum, quàm herbarum & florum. à Græco venit, inquit Festus, quòd illi φύλλον dicunt. Simplici autem l ideo scribitur, quòd antiqui consonantes non geminabant.
In arboribus truncus, rami, folia. Cic. 3. de Orat.
Lanata caulicles foliorum, Vide LANA.
Folia Acanthi, Vide ACANTHVS.
Aculeata folia Aquifolio, & Ilicum generi. Plin. lib. 16. cap. 24.
Aculeata per extremitates folia. Plin. lib. 24. cap. 12.
Acuta folia. Plin. lib. 20. cap. 21.
Folia in se aduersa, Vide ADVERTO.
Amara folia. Plin. lib. 27. cap. vlt.
Amplum folium. Plin. lib. 24. cap. 15. vbi de Chamæleuce.
Amygdalaceum folium. Plin. lib. 26. cap. 11.
Anguloſa folia. Plin. lib. 19. cap. 5.
Anguſta folia. Plin. lib. 25. cap. 8. Et lib. 20. cap. 22.
Arida folia. Cic. in Piſonem.
Folium argenteum, Vide ARGENTVM.
Aſperum folium. Plinius lib. 19. cap. 5. vbi de Epimenidio. Et lib. 22. cap. 18.
Æterna folia, Id eſt non decidentia. Plin. lib. 21. cap. 17.
Breuia folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Folia breui ſeta & craſſiore duráque, ceu Cupreſſis. Plinius libro 16. cap. 10.
Canaliculata folia, Vide Canaliculatus, in CANALIS.
Capillaceum folium. Plin. lib. 13. cap. 25.
Capillata folia Pino. Plin. lib. 16. cap. 24.
Folia capillata, Vide CAPILLVS.
Carnoſa folia. Plin. lib. 16. cap. 6. Et lib. 27. cap. 13.
Folium carnoſum, Vide CARO.
Circinata folia Pyro. Plin. lib. 16. cap. 24.
Folia concaua, Vide CONCAVVS.
Concaua cepæ folia. Plin. lib. 19. cap. 6.
Concauum folium vt coxendices. Plin. lib. 25. cap. 13. vbi de Cotyledone.
Conſtrictius anguſtiúſq; foliũ. Plin. lib. 21. cap. 10. vbi de Conyza.
Conuexa in terram folia. Plin. lib. 25. cap. 10.
Craſſa folia Alno. Plin. lib. 16. cap. 24.
Craſſa folia. Plin. lib. 25. cap. 10. Et lib. 27. cap. vlt.
Criſpa folia. Plin. lib. 19. cap. 5. Et cap. 8.
Folium criſpum, Vide CRISPVS.
Decidua folia. Plin. lib. 16. cap. 24. Et lib. 18. cap. 25. non ita procul à fine.
Denſa folia. Plin. lib. 27. cap. vlt.
Denſiſſima folia. Plin. lib. 20. cap. 9.
Diſpoſita folia Myrto. Plin. lib. 16. cap. 24.
Echinata folia, pinguia, tactúque gummoſa. Plin. lib. 22. cap. 9.
Exilia folia. Plin. lib. 20. cap. 17.
Extenta folia, quibus opponuntur criſpa. Plin. lib. 19. cap. 8.
Famuloſa folia. Plin. lib. 16. cap. 24.
Fimbriata folia. Plin. lib. 21. cap. 15. vbi de Vrtica.
Flaueſcentia dum cadunt folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Fruticoſa folia. Plin. lib. 19. cap. 5.
Fuſca folia. Plin. lib. 22. cap. 21. vbi de Adianto.
Gracile folium. Plin. lib. 19. cap. 8. vbi de Sinapi.
Grandia folia. Plin. lib. 20. cap. 9. Et lib. eod. cap. 21.
Grauia folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Gummoſa tactu folia. Plin. lib. 22. cap. 9.
Harundinaceum folium. Plin. lib. 18. cap. 7.
Hirſuta folia. Plin. lib. 20. cap. 9. Et lib. 22. cap. 22.
Horrida folia. Plin. lib. 19. cap. 5.
Anguliis horrida. Ibidem.
Imbricatum folium. Plin. lib. 21. cap. 10. vbi de Conyza.
Implicatum folium, Vide IMPLICO.
Inciſuræ foliorum plures. Plinius libro 25. cap. vlt. non ita procul à fine.
Inordinata ſunt folia pomis, Vide INORDINATVS.
Labentia ventis folia. Virgil. 2. Georg.
Laciniоſa folia, Vide LACINIA.
Læuia folia. Plin. lib. 19. cap. 5. Et lib. 20. cap. 9.
Languidiora folia. Plin. lib. 22. cap. 20.
Languida folia. Seneca Thyeſte, 2.
Lata folia è caule exeuntia. Plin. lib. 20. cap. 9.
Laurina folia, Vide LAVRVS.
Longa folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Luxuria foliorum exhuberat vmbra. Virg. 1. Georg.
Minuta folia. Plin. lib. 12. cap. 14. in fine.
Mobilia folia. Horat. 1. Carm. ode 23.
Mollia folia. Virgilius eclog. 5. Plinius libro 19. cap. 8. vbi de Lepidio.
Mordacia vrticæ folia. Plin. lib. 16. cap. 24.
Mordacia folia vrticis, Vide MORDEO.
Mucronata folia, Vide MVCRO.
Nigra folia. Plin. lib. 25 cap. 8. Et lib. 20. cap. 9. in fine.
Oblonga folia. Plin. lib. 27. cap. 5. Et cap. 12. 2.
Odorata folia. Plin. lib. 22. cap. 22.
Oleacea folia, Vide OLEACEVS.
Pampinoſa folia, Vide Pampineus in PAMPINVS.
Perforata crebrò folia. Plin. lib. 27. cap. 12.
Piloſa folia. Plin. lib. 25. cap. 10. Et lib. 27. cap. 9.
Pinguia folia & ſimplicia, atque non rigentia. Plinius libro 16. cap. 10.
Pinguia folia. Plinius lib. 27. cap. vlt. Smyrnion caulem habet Apij, folia latiora, & maximè circa ſtolones multos, quorum à ſinu exiliunt pinguia, ad terram infracta. Idem libro 25. cap. vltimo, Folia carnoſa, pinguia, largo ſucco, latitudine pollicari, alia in ter-

ram conuexa, alia ſtantia.
Pinnata folia. Plin. lib. 27. cap. 9. vbi de filice.
Pinnato folio denſa Abies. Plin. lib. 16. cap. 10.
Plumoſa folia. Plin. lib. 25. cap. 6. vbi de Eupatoria.
Porracea folia. Plin. lib. 20. cap. 9. ad finem.
Prægnantia folia. Id eſt ſucci plena. Plin. lib. 25. cap. vlt.
Prætenue capillamenti modo folium, longúmq;, & mucrone aculeatum habent Pinus atque Pinaſter. Plin. lib. 16. cap. 10.
Procera folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Puſilla folia. Plin. lib. 25. cap. vlt.
Pungentia folia Pino. Plin. lib. 16. cap. 24.
Ramoſius folium. Plin. lib. 21. cap. 10. vbi de Conyza.
Ramuloſa folia. Plin. lib. 16. cap. 24.
Rariora ſicciorſque Piceæ folia, & tenuiora, ac magis algentia. Plin. lib. 16. cap. 10.
Rotunda folia, in terra iacentia. Plin. lib. 25. cap. vlt.
Rubra folia. Plin. lib. 20. cap. 21.
Sanguinea Irioni folia. Plin. lib. 18. cap. 7.
Scabra ſunt hordeo folia, cæteris læuia. Plin. lib. 18. cap. 7.
Scabra folia. Plin. lib. 19. cap. 5.
Simplicia folia. Plin. lib. 20. cap. 9.
Sinuoſa lateribus folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Sinuoſa toto ambitu folia Robori. Plin. lib. 16. cap. 24.
Sordida folia. Plin. lib. 25. cap. 13. vbi de Cotyledone.
Spinoſa cardui folia. Plinius libro 20. cap. 23. ſub finem. Et libro 22. cap. 7.
Spinoſa cute folia Rubo. Plin. lib. 16. cap. 24.
Spinoſa folia. Plinius lib. 27. cap. 8. vbi de Cirſio. Et cap. 11. vbi de Hypogloſſa.
Suauia folia. Plin. lib. 19. cap. 6.
Subalbida folia. Plinius libro 21. cap. 25, Vide Subalbidus, in SVBALBICO.
Succoſa folia. Plin. lib. 25. cap. vlt.
Tenuia folia. Plin. lib. 19. cap. 5. Et lib. 22. cap. 20.
Triangula folia. Plin. lib. 26. cap. 8.
Trientalia folia. Plin. lib. 27. cap. 5. vbi de Aſpleno.
Triſtiora folia. Plin. lib. 19. cap. 5.
Varia folia. Plin. lib. 12. cap. 24. in fine.
Venoſa folia. Plin. lib. 25. cap. 10. Vide Venoſus, in VENA.
¶ Amiſiſſe dicitur arbor folia, Vide AMITTO.
Folia arborum cadunt, Vide CADO.
Decerpere folia, Vide DECERPO.
Décidunt arbori folia. Plin. lib. 16. cap. 21.
Demittere folia. Plin. lib. 16. cap. 21.
Deperdere folia. Plin. lib. 16. cap. 22.
Dimittere folia. Plin. lib. 16. cap. 13.
Exire in folia, Emittere folia. Plin. lib. 23. cap. 7.
Mittere folia, Vide MITTO.
Oſcitant folia ad ſolem. Plin. lib. 16. cap. 24.
Pluma aut folio facilius moueri. Cic. Att. lib. 8. 167.
Tegmine foliorum ornata arbuſta. Cic. in Arato.
Tegmine foliorum ſepti pulli. Cic. 2. de Diuinat.
Amaris veſci foliis. Horat. 2. Serm. ſat. 3.
Orni viduantur foliis. Horat. 2. Carm. ode 9.

Foliaceus, Adiectiuum {φυλλοειδὴς} Quod ex foliis factum eſt, vel foliis ſimile. Plinius lib. 19. cap. 7, Paucis foliacea & lata, vt atriplici ſunt ſemina.

Folioſus, penult. prod. Adiectiuum {φυλλώδης} Foliis plenus. Plin. lib. 24. cap. 15, Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo, ramulis quinis ferè, foliоſa. Idem libro 21. cap. 15. Et libro 12. cap. 11, Foliоſior tamen roſeſque floris.

Foliatum, pen. prod. Vnguentum quo matronæ Romanæ vtebantur ad gratiam & delicias, dictum à foliis malobatri quæ plurima recipit. itaque etiam malobatrinum dicebatur. Martial. lib. 11. 28,
At mea me libram foliati poſcat amica.

Follis, huius follis, m. g. {φοῦσα, φύλλις} Quicquid ex corio factum eſt, vt implestur: cuiuſmodi ſaccus, crumena, & alia.
¶ Follis, Inſtrumentum quo attrahitur ventus atque emittitur ad ignem excitandum. Virgil. lib. 8. Æneidos,
-alij ventoſis follibus auras
Accipiunt, reddúntque. Cic. 1. de Nat. deor.
Follis fabrilis. Liu. 8. bel. Maced.
Hircini folles. Horat. 1. Serm. ſat. 4.
Caui ſpirant medacia folles. Iuuen. ſat. 7. Folles per metaphoram appellat ora cauſidicorum, qui lucri cupiditate falſas agunt cauſas, in quibus effundunt magnas oſtas mendaciorum.
¶ Follis, Pilæ genus ex pelle vento inflata compoſitum, qua pugiles antiqui vtebantur, à flatu nomen habẽs: ſiue quòd veteres follem, pellem dicebant, & per diminutionem folliculum. Martial. lib. 14. 51, Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit ætas:
Folle decet pueros ludere, folle ſenes. Plaut. Rud. 18.
¶ Follis ventris, pro ſtomacho, Vide VENTER.
In folle offerre. Vide Prouerb. Braſm. pag. 1018.

Folliculus, penult. corr. {φυλλίων} Diminutiuum, Sacculus. Author ad Herenn. lib. 1, Malleolus iudicatus eſt matrem necaſſe: eo damnato, ſtatim folliculo lupino os obuolutum eſt. Cic. 2. de Inuent. Liu. 9. ab Vrbe, Cæterùm adeò exiguè commeatus ſuppeditabantur, vt eques folliculis in caſtra ab Arpis frumentum veheret.
Folliculus, in arboribus. Plin. lib. 13. cap. 6, Fert & folliculos emittentes quædam animalia. De terebintho.
¶ Folliculus, Pila vento intumeſcens, vt dictum eſt. Suet. in Auguſto, Poſt bella ciuilia, ad pilam primo, folliculúmque tranſiit.
¶ Folliculus, Theca frumenti, vel lini, vel cuiuſlibet alterius rei quæ granum continet inuolutum. Colum. lib. 2. cap. 8, Quoniam folliculum quo cõtinetur, firmum & durabilem aduerſus longioris temporis humorem habet. Ex Seneca epiſt. 125, apparet eſſe pelliculam, vt ita

vt ita loquar, è qua ſpica enaſcitur: Eſt aliquod bonum tritici, inquit, hoc nondum eſt in herba latente, nec quam folliculo ſe exerit ſpica mollis, ſed quum frumentum æſtas & debita maturitas coxit.
¶ Folliculus, Theca ſeu pellicula acinorum vuæ. Columel. lib. 12. cap. 43, Tum vinaccorum pes bene prælo expreſſus proruitur, & ſino dicẽ ſeparatis ſcipionibus, reſolutáque intrita folliculorum in dolio ſubſternitur.
¶ Folliculum pro corpore accepit Lucilius lib. 26,
Et quo folliculo nunc ſum indutus non queo.

Folliculare, Pars remi, quæ folliculo tecta eſt, à quo vita folliculáris dicta eſt. Author Feſtus.

Follitus, penult. prod. Adiectiuum {φυλακωτὸς} Obuolutus corio. Plautus Epid. 8,
Para tu ductare, atque ego follitum ductitabo.

Follico, as, pen. corr. Follium more reciproco ſpiritu nares agito. Apul. lib. 9. Metamorph. Nares follicantes languidas. ¶ Eſt item follium laxitatem & cauitatem imitari: Vnde Hieronymus caligas monachorum follicantes dixit, quales hypocritas geſtare ait, vt humani cultus contemptores videantur.

Fomentatio, Fomentum, Fomes, Vide FOVEO.

FON

Fons, huius fontis, m. g. {πηγὴ, κρήνη, πίδαξ} A fundendo dicitur, inquit Feſtus. Plin. lib. 12. cap. 1, Nunc eſt arbor clara in Lycia gelidi fontis ſocia amœnitate.
Aquæ dulcis fons Syracuſis eſt, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium. Cic. 6. Verr.
Origines fontium. Horat. 4. Carm. ode 14.
Fons aquæ iucundè olentis. Plin. lib. 31. cap. 3.
Fons Acidalius, Vide ACIDALIA.
Amœnus fons. Lucret. lib. 4.
Fons Auguſtus, Vide AVGVSTVS.
Fons nitidis argenteus vndis. Ouid. 3. Metam.
Fons Caballinus, Vide CABALLVS.
Fons in planitie conſpicuus, Vide CONSPICVVS.
Contracti fontes. Ouid. 2. Metamorphoſeos,
-contractóſque vndique fontes,
Egregius fons. Iuuen. ſat. 12.
Frigidi fontes. Celſ. lib. 4. cap. 4.
Gelidi fontes. Virgil. eclog. 10.
Illimis fons. Ouid. 3. Metam.
Inſtabilis fons. Vide INSTABILIS.
Integri fontes. Id eſt illibati. Lucret. lib. 4.
Irriguus fons. Virgil. 4. Georg.
Largi fontes. Lucan. lib. 4.
Medicati fontes. Celſ. lib. 4. cap. 4.
Montani fontes. Lucan. lib. 2.
Muſcoſi fontes. Virgil. eclog. 7.
Nobiles fontes. Horat. 3. Carm. ode 13.
Pellucidus fons. Ouid 3. Metam.
Perennis fons, Vide PERENNIS.
Perſpicuus fons. Claud. 3. de rapru Proſerp.
Fons putealis. Colum. lib. 11. cap. 3.
Fons rapidus. Seneca Herc. OEth. 5.
Sacros fontes polluere. Ouid. 2. Metamorphoſeos,
Iprocul hinc, dixit, nec ſacros pollue fontes.
Spumiger fons. Ouid. 11. Metam.
Viui fontes. Ouid. 3. Metam.
¶ Aſpergere ex fonte, Vide ASPERGO.
Corrumpere fontes, Vide CORRVMPO.
Exiliunt fontes. Plin. lib. 2. cap. 103. ad finem.
Fontibus manare, Vide MANO.
Naſcuntur fontes deciſis plerunque ſyluis, quos arborum alimẽta conſumebant. Plin. lib. 31. cap. 4.
Fontes obſtrepunt manantibus lymphis. Horat. Epod. 2.
Oritur fons in monte, Vide ORIOR.
Fons prorumpere dicitur. Cæſ. 8. bel. Gall. Sub ipſius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat.
Suppreſſis fontibus aret fluuius. Ouid. 15. Metam.
Surgentes fontes. Id eſt, ſcaturientes. Quintil. lib. 8. cap. 3, An ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis oſtenderit lilia & violas, & amœnos fontes ſurgentes, quàm vbi plena meſſis, aut graues fructu vites erunt?
¶ Fons, per tranſlationem: vt Fons mœroris, Id eſt origo & cauſa. Cic. 3. Tuſc. Non rem ipſam cauſam atque fontem eſſe mœroris.
Fons & caput philoſophorum Socrates. Cic. 1. de Orat.
Caput & fons rerum. Horat. 1. epiſt. 18.
Principium & fons. Horat. de Arte poet.
Incertus fons, Vide INCERTVS.
Argumentorum fontes. Cic. 2. de Orat.
Fons conſiliorum. Cic. ad Brutum, 10, Nec in Senatu, ſceleratiſſimorum conſiliorum fontes aperire dubitaui.
Curarum fons. Lucret. lib. 3.
Aperire fontes eloquentiæ. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Fons ingeniorum Homerus. Plin. lib. 17. cap. 5.
Exundans ingenij fons. Iuuen. ſat. 10.
Infœcundus fons ingenij. Ouid. 3. Triſt. eleg. 14.
Largus fons luminis ſol. Lucret. lib. 5.
Philoſophiæ fontes aperire. Cic. 1. Tuſcul. Vide APERIO.
Rerum fontes non videre, & riuulos conſectari, tardi ingenij eſt. Cic. 2. de Orat.
Omnes omnium rerũ fontes animo & memoria continere. Cic. 1. Tuſcul. Vide CONTINEO.
Fons vitij & periurij. Plaut. Trucul. 11.
A fonte deductio riuorum. Cic. in Topic.
Ex eodem fonte hæc omnia fluxerunt. Cic. 3. de Nat. deor.

Hauriãt potius à fontibus, quàm riuulos cõſectentur. Cic. 1. Acad.
Patent vel inimicis fontes alicuius. Cic. pro Murena.
¶ Sitiunt fontes, Prouerbialis loquutio. Cic. Q. frat. lib. 3. 17, Tibi quod rogas, quoniam ipſi fontes iam ſitiunt, ſi quid habebo ſpatij, ſcribam.
¶ Fontem pro aqua poſuit Virgil. lib. 12. à parte totum,
-alij fontémque ignémque ferebant.

Fonticulus, huius fonticuli, pen. corr. {κρηνίδιον} Diminutiuum. Plin. lib. 31. cap. 10, Lacus eſt nitroſus exiliẽte è medio dulci fonticulo. Horat. 1. Serm. ſat. 1,
-magno de flumine mallem
Quàm ex hoc fonticulo tantundem ſumere.

FONTINALIS, Deus antiquis dicebatur, qui fontibus præerat. Plautus, Quid iſtud eſt prouinciæ. ST. vtrum fontinali
An libero imperium te inhibere mauis? Fontali hactenus lectum eſt, ſed & trochaici verſus dimenſio, & fontinalium ſacrorum nomen, de quibus pòſt, ſic emendandum monent. Turnebus.

Fontanus, pen. prod. Adiectiuum {πηγαῖος} Quod ex fonte eſt. Plinius, Fontanæ aquæ cyathos duos. Sic Colum. lib. 12. cap. 8.

Fontalis, & hoc fontale, pen. prod. {κρηναῖος} Idem. Plaut. Sticho, 14,
-vtrum fontali,
An libero, imperium te inhibere mauis?

Fontanalia, Varroni: Fontinalia, Feſto, Feriæ eránt fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes coniici, & putei coronari ſolebant.

FONS SOLIS {κρήνη τοῦ ἡλίου} in Cyrenaica ſic dictus, quòd Solis per cardines motu, calore & algore variatur. Meminere Diodorus, Arrianus, & Herodotus. Ouid. lib. 15. Metamorphoſeos,
-medio tua cornige Ammon
Vna die gelida eſt, ortúque, obitúque caleſcit. Hermolaus duos fontes huiuſce ingenij illic eſſe credidit, Plinij authoritate motus. Iouis (inquit) Ammonis fons interdiu frigidus, noctibus feruet. In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, & circa meridiem maximè frigidus: mox paulatim repeſcens, ad noctis media feruore & amœnitudine infeſtatur. Hæc Plin. lib. 2. cap. 103. Silius lib. 3.

FONTEIA {φοντεία} virgo Veſtalis, Fonteij ſoror, cuius meminit Cicero in Oratione pro Fonteio, Proſpicite (inquit) ne ignis ille æternus nocturnis Fonteiæ laboribus, vigiliíſque ſeruatus, ſacerdotis Veſtæ lacrymis extinctus eſſe dicatur.

Fonteianus, a, um, Adiectiuum. Cic. de Aruſp. reſp. Fonteianum nomen Clodio adoptato inditum.

C. FONTEIVS Craſſus in Hiſpania, cum tribus hominum millibus prædarum profectus, locóque iniquo circunuentus ab Hasdrubale, ad primos tantum ordines relato conſilio, incipiente nocte (quo tempore minimè expectabatur) per ſtationes hoſtium erupit. Hæc Iulius Frontinus.

FONTINALIS porta, dicta eſt Romæ, quæ alio nomine Capena dicitur. ob propinquitatem ſcaturientium fontium. Iuuen. ſat. 3,
Subſtrit ad veteres arcus, madidámque Capenam. Liuius, Ædiles alteram portam ad portam Fontinalem, ad Martis aram, quà in campos iter eſſet, perduxere.

FOR

FOR. RED. Fortunæ reduci.

Forago, pen. prod. Filum eſt, authore Feſto, quo textrices opus diſtinum diſtinguuntúrq; forando dictum.

Foramen, pen. prod. foraminis, n. g. {πῶμα, πόυμμα, ἐκκοπή} quaſi paruæ fores. Colum. de Arb. cap. 8, Cauarum foramen. Cic. 1. Tuſc. Foramina illa quæ patent ad animum à corpore, callidiſſimo artificio natura fabricata eſt.
Foramina naturæ lẽporum. Varro 3. de Re ruſt. cap. 12.
Foramen auditus. Plin. lib. 10. cap. 70, Piſces quidem, auditus nec membra habent nec foramina.
Foramen ad excrementa corporis. Plin. lib. 11. cap. 26.
Parua foramina. Lucret. lib. 4.
Præcluſa foramina. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Tenue foramen. Ouid. 4. Metam.

Foraminoſus {πομματώδης} Quod foraminibus abundat. Calep.

Foras {ἔξω, ἐκτὸς, θύρας} Aduerbium ad locum, à Foris pro ſpectaculis, vt ait Seruius, quaſi ad forum, inquit Sipontinus poſt Feſtum.
Foras ambulare. Plaut. Epid. 3.
Adoleſcenti die noſtro herili filio, ne hinc foras ambulet.
Dari foras ſcripta mea nolo. Id eſt promulgari. Cic. Att. lib. 13. 280.
Aer per os foras editus. Lucret. lib. 2.
Eiecta foras anima Lucret. lib. 4.
Eminere foras. Cic. in Somn. Scipionis.
Ire foras. Horat. 1. epiſt.
Foras exire. Plaut. Caſin. 23,
Foras tacitus exeo cum ornatu quo vides.
Exire foras ex ædibus. Lucret. lib. 3.
Foras locutare agellum. Terent. Adelph. 5. 8,
-agelli hic ſub vrbe eſt paululum quod locitas foras. Vbi Donatus, Foras dixit, locum pro perſona ponens: quaſi diceret, neſcio cui alieno.
Foras præuerti. Plaut. Amphit. 15,

Fores enim clauſit, ne præuorteretur foras.
Proferre foras aliquid. Cic. pro Cælio.
Proiicere foras peſtem. Cic. 2. in Catil.
Foras vendere. Plaut. Sticho, 4.
Foras vocari. Plaut. Capt. 4.

Foris {θύραζε, ἐκτὸς} Aduerbium in loco, vel de loco.
Foris & Domi, cõtraria. Cic. 1. Offic. Parua enim ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi.
Extrinſecus & foris. Cic. 2. de Orat.
Intus & Foris, contraria. Cic. pro Sylla, Ille relictus intus, exſpectatus foris.
Inesſe, & Foris petere, contraria. Cic. 3. de Finib.
Foris occludere fores. Plaut. Moſtel. 6.

Foris est.Plaut.Merc.4. Terent.Eunuch.5.4,
Quæ dum foris sunt,nihil videtur mundius.
Foris quærere.Plaut.Bacchid.15.
¶Abstrudere foris,Vide ABSTRVDO.
Adiungere foris argumentum.Cic.2.de Inuent.Assumptiua igitur tunc dicitur quum ipsum ex se factum probari nō potest, aliquo autem foris adiuncto argumento defenditur.
Assumi foris argumenta,& Ex sua vi atque natura,contraria.Cic. 2.de Orat.
Deferre foris, pro eo quod Deforis dicunt. Cic. in Partitionibus, Illa verò indigēt,& nec eo dicuntur sine arte,quòd ita sunt,sed quòd ea non parit oratoris ars,sed foris ad se delata,tamen arte tractat,& maximè in testibus.
Foris cœnare.Plaut.Sticho,4.
Foris effusus.Plin. lib.9.cap.33.
Foris aliquid effutire. Terent.Phorm.5.1,
-verum isthoc de nomine
Eo perperam olim dixi,ne vos fortè imprudentes foris
Effutiretis.
Foris est animus.Plaut. Merc.12.
Foris quærere.Plaut.Bacchid.15. Cic.5.Verr.
Foris sapere. Terent.Heaut.5.1.
A foris. Plin. lib. 17. cap.24, Quoniam in vicus penetrat omnis à foris iniuria,Vide AFORIS.
¶Foris quandoque pro passim vsurpatur. Cic.ad Q.frat. Foris valde plauditur : Id est.non solùm in senatu,sed apud cæteros etiam. & in epistola longa ad Lentulum : Quum ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset.In vulgus,idem alibi dixit,eadem sententia. Ex P.Manut.commentario ad Q.Fratrem.

Forinsecus,pen.corr.Aduerbium {ἔξωθεν.}Plin.lib.13.cap.22, Quoniam quarundam naturæ lignum omne corticis loco habent, hoc est forinsecus. Columel.lib.8.cap.3, Sed ab cohorte forinsecus prædictis fenestellis scandulæ similiter iniungantur.

FORATH {φόραθ} Arabiæ oppidum. Plin. lib. 6. cap.28. in descriptione Arabiæ. Deinde,inquit,est oppidū,quod Characenorum regi paret, in Paltigris ripa, Forath nomine,in quod à Petra conueniunt, Characémque inde 12. M. pass.secundo æstu nauigant. Hæc ille.

Forbea, Genus cibi à veteribus dicebatur, quo calido vesci solebant Græci φόρβιον vocant. Festus.

Forceps,forcipis{πυρόχρατον,χειρώνακτρον}tam masculini quàm fœminini,secundum Priscianum,Instrumentum fabrile quo foruum, id est calidum tenetur.Festus. Virgil.lib.4.Georgicorum,
-verſántque tenaci forcipe ferrum. Columel.lib.6.cap.26, Deinde prius quàm ferrum admoueas,duabus angustis ligneis regulis veluti forcipibus , apprehendere testium neruos. Plin.lib.7. cap.56. authorem & inuentorem forcipis commemorat.
Curua forceps.Ouid.12.Metam.
Forcipes denticulatæ cancrorum.Plin.lib.9.cap.31.

Forda,fordæ {ὑποφόριον} Bos prægnans,à ferendo dicta.Ouid.4.Fast.
Forda ferens bos est,fœcundáque,dicta ferendo. Colum.lib.6.cap. 24.Post vnum coitum forda non admittit taurum.

Fordicidia, Sacra , inquit Varro, à fordis bobus dicta sunt. Bos forda, quæ fert in ventre , quòd ea die publicè immolabantur boues prægnantes in curiis. Complures à fordis cædēdis,Fordicidia dicta autumant. Hæc & Fordicalia dicta fuere. & 17.Cal.Maias celebrabantur. Fest.& Ouid.

Forem {ἐνοίμην} Optatiuo modo, tempore præsenti,& præterito imperfecto, & Coniunctiuo modo, tépore præterito imperfecto,vtinā, vel quum forem,fores,foret. Et pluraliter, forent. Id est essem, esses, esset.Infinitiuo,fore.Id est futurum esse.Cæteris caret.Plaut.Merc.12, Quin percunctatus hominis quæ facies foret. Terent.Heaut.2.4. Sallustius in Iugurtha, Nam ego quidem vellem,& hæc quæ scribo, & ea quæ antea in Senatu questus sum,vana forent.
Iam iámque fore. Cic.Attico,lib.7.139,Mihi dubium nō erat quin ille iam iámque foret in Apulia.
Damno dedecorísque foret sibi.Horat.1.Serm.sat.2.
Fore noxæ. Liu.10.ab Vrbe, Siqua clades incidisset, defertori magis quàm deserto fore noxæ.
¶Fore {ἔσεσθαι} Significationem habet participij quod est futurū, vnà cum infinitiuo esse. idem est enim fore,quod futurum esse : ideo iungitur cum nomine,non cum participio.Hæc Valla lib.1. Plautus Capt.17. Cicero Trebat. lib.7. 8, Scripsit ad me Cæsar perhumaniter , nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certè fore.
Fore & esse.Cicero 3.de Orat.Fore dicis,inquit:ego verò esse iam iudico.
Non fore dicto audientem. Cæsar , Nonnulli etiam Cæsari nuntiabant, quum castra moueri, aut signa ferri iussisset, non fore dicto audientes milites.
Affirmans fore vt aliquid accidat.Sueton.in Domit.cap.15.
Existimo fore.Cic.Att.lib.13.4,Dionysio dum existimabam vagos nos fore,nolui molestus esse.
Expetendum fore. Cic.Appio Pulchro, lib.3.13, Quasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum.
Puto fore. Cic.Att.lib.16.343,Nunquam putaui fore vt supplex ad te venirem.
Scio fore.Plaut.Asin.16. Cicero,Spero fore vt contingat id nobis. Idem Lent.lib.1.5.
Spem habeo nihil fore aliter quàm deceat. Cicero Attico , libro 6.114.
Ne spes quidem vlla ostendatur fore melius. Cicero Attico , libro 11.219.
Video fore. Cic.Att.lib.8.144, Sin erit bellum, vt video fore, meæ partes non desyderabuntur.
Visuros fore. Cicero pro T.Annio Milone,Spero multa vos,liberósque vestros in Repub. bona esse visuros. In his singulis ita semper existimabitis , viuo P.Clodio , nihil horum vos visuros fore. Vbi ex veteri codice legitur visuros fuisse. Idem Attico, lib. 5. 110, Tead me fore venturum.
Fore cum possum. Gellius libro 15. cap. 1, Siquid autem posset remedij fore.

Forensis,Vide FORVM.

Fores,Vide FORIS.

FORETANI,Plinio Istriæ populi,de quibus idem meminit lib.3.cap.19.

FORETII {φορτίοι} Latij populi,de quibus Plin.lib.3.cap.5.

Forfex,forficis,pen.corr.f.g. {τμῆτες,χαλκίς.} Seruius, Forfices sunt quibus incidimus:forcipes quibus aliquid foruum tenemus,quasi foruicapiens. Nam foruum est calidum. Vnde & formosos dicimus,quibus calor sanguinis ex robore pulchritudinem creat. Colum.lib.12. cap.43, Alij quum legerunt vuam,siqua sunt in ea vitiosa grana,forficibus amputant.
¶Forfex.Instrumentum chirurgicum,quo euelluntur dentes. Celsus libro 7. cap. 12, Dens hærens cum summo periculo euellitur, ac nonnunquam maxilla loco mouetur. Paulo pòst , Tum si fieri potest, manu : sin minus , dens forfice excipiendus est. Ac si exesus est, antè id foramen vel linamento,vel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forfice confringatur. Recta verò forfex ducenda est,&c. Galli vocant,*Vn Dauier*.
Facta forfex ad id.Cels.lib.7.cap.12.

Forficula,pen.corr.Diminutiuum{χαλκίδιον.}Plin.lib.32.cap.11,Elephási locustarum generis nigri, pedibus quaternis, bisulcis. Præterea brachia duo,binis articulis,singulísq; forficulis denticulatis. Vide FORCEPS. Idem lib.25.cap.19.

Forī,fororum,m.g plur.numeri {πυλῶν,κερκιδωμάτων} Sunt tabulata nauium , vel locus in naui aptior , qui iter nauem perambulantibus præbet : ab eo quòd incessus ferant , inquit Festus cum Seruio. Cic. de Senect. Vt siqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alij malos scandant, alij per foros cursitent, alij sentinam exhauriant. Virgil.6.Æneidos,
-laxátque foros,simul accipit alueo
Ingentem Æneam.
¶Forus in singulari dixit Ennius , Multa foro ponens , ageáque longa repletur. Gellius libro 17.cap.19,de Arione , Stánque in summæ puppis foro , carmen quod orthium dicitur , voce sublatissima cantauit.
¶Fori,Loca spectaculorum,& vt Festus dicit, Circēsia spectacula: hoc est,loca erecta, & tabulis composita in amphitheatro, è quibus populus ludos spectabat.Liu.1.ab Vrbe.

Foruli,forulorum,Diminutiuum {σκευάρια} Armariola,siue capsulæ in quibus reponuntur libri. Suet.in August. cap.31, Quicquid fatidicorum librorum Græci Latiníque generis , nullis vel parum idoneis authoribus, vulgò ferebatur, supra duo millia cōtracta vndique cremauit,ac solos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito, condidítque duobus foruli auratis sub Palatini Apollinis basi. Iuuenal. satyra 3,
Hic libros dabit & forulos,mediámque Mineruam.
¶Fori,Parui fulci & oblongi in agris.Colum.lib.10,
Angustósque foros aduerso limite ducens
Rursus in obliquum distinguat tramite paruo.

Foria, foriorum {φόρτωμα ὑπόζυγος} Stercora liquidiora , vt ait Nonius. Vnde conforire verbū,quod est stercore liquido fœdare. Pomponius Macco, Confosti me Diomedes.

Foriolus,huius forioli, pen.corr. Qui foria facilè emittit,soluti scilicet ventris : authore eodem Nonio. Laberius in Panilicis, Foriolus esse videris,in coleos cacas.

Forica,huius foricæ,pen.corr. {φορολυτήριον} Locus in quem alui stercora deiecimus.Iuuen.sat.3, inde reuersi Conducunt foricas. Propriè de publicis dicitur,Latrina de priuatis.

Foricarius,huius foricarij. Scæuol.l.quú quidam.D.de vsuris,Fiscus ex suis contractibus vsuras non dat,sed ipse accipit:vt solet à foricariis, qui tardius pecuniam inferunt:item ex vectigalibus. Budæus tamen legit à fornicariis.

Foricula,Vide FORIS,huius foris.

FORICVLVS , deus putabatur qui foribus præerat : sicut Cardinea dea quæ cardinibus:Limentinus deus,qui limini.

Forinsecus,Vide FORIS aduerbium.

Foris,Aduerbium,Vide FORAS aduerbium.

Foris,huius foris,f.g.{θύρα} Id est ianua. Terent.Adelph.2.3,
Sed quidnam foris crepuit? Ouidius,
Constitit ad geminæ limina prima foris. Horat.1.Serm.sat.2,
Exclusus fore.
Fores liménque carceris.Cic.5 Tuscul.
Fores in liminibus prophanarum ædium, ianuæ nominātur. Cic. 2.de Nat.deor.
Cæcæ fores, Occultæ, Paucis notæ. Virgilius 2.Æneid. *Vn huis de derriere*.
Duræ fores.Ouid.2.Amor.eleg.1.
Foris rasilis.Catul.in Epithalamio Iuliæ.
Forem,in accusatiuo dixit Plautus Casin.22,
Forem obdo,ne senex me opprimeret. Cic.pro Cornelio,Aperuit forem scalarum.Liu.6.ab Vrbe.
Accedere ad fores,Vide ACCEDO.
Adire ad fores,Vide ADEO.
Aperire fores.Cic.3 Offic.
Fores aperire, prouerbio dicebatur, qui rei cuiuspiam ingressum, initiúmque patefaceret. Plinius lib.2.cap.8,de signifero seu Zodiaco loquens,Obliquitatem eius intellexisse,hoc est rerum fores aperuisse,Anaximander Milesius traditur. Erasmus.
Fores amicitiæ aperire,Id est amicitiam auspicari. Cicero ad Brutum, lib. 13. 11, In omnibus nouis coniunctionibus interest qualis primus aditus sit , & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur.

Assistere

Assistere ad fores,Vide ASSISTO.
Auscultare ad fores,Vide AVSCVLTO.
Clandere fores cubiculi.Cic.5.Tuscul.
Claustra amica fores.Ouid.2.Amor.eleg.1.
Concussæ fores.Ouid.1.Amor.eleg.6.
Consertæ fores.Ouid.1.Amor.eleg.6.
Offringere fores.Cic.pro Cælio.
Excedere foribus.Ouid.4.Metam.
Expassæ repentè delubri fores. Tacit.lib.21.
Moliri fores. Tacit.lib.1,Concursúque ad ianuam facto, molitur fores.
Obditæ fores ferratis trabibus,Vide OBDO.
Operiri fores iussit. Tacit.lib.3.
Pulsare fores.Ouid.5.Metam.
Percutere fores,Vide PERCVTIO.
Referare fores.Ouid.10.Metam.

Foricula , huius foriculæ ,penult. corr. {θυρίον} Diminutiuum à foribus. Varro 1.de Re rust. cap.59, Et ideo oporothecas qui faciunt,ad Aquilonem vt fenestras habeant , atque vt aere perflentur curant, neque tamen fine foriculis : ne quum humorem amiserint,pertinaci vento victa fiant.

Forma, formæ { εἶδος , ἰδέα , μορφὴ τύπος } Facies cuiusque rei, quæ immobilis est & naturalis,inquit Donatus. Plaut.Pœn.16,
P.Formam quidē hercle verbis depinxisti mihi. Terent.Hecyr.4.1, Forma in tenebris nosci non quita est. Cic.de Nat.deor.lib.1,Suam quodque animal formam & speciem diligit.
Cognitio formarum ex pictura.Cic.6.Verr.
Figura formæ.Cic.1.de Nat.deor.
Imagines formæ notæ,simulacra.Author ad Herenn.lib.3.
Species formæ.Cic.5. Tuscul.
Animalis forma.Lucret.lib.5.
Animantium forma,& Hominis figura.Cic.1.de Nat.deor.
Hominis forma.Cic.pro Flacco.
Literarum formæ. Quintil.lib.1.cap.1,Neque enim mihi illud saltem placet,quod fieri in plurimis video,vt literarum nomina & contextum prius quàm formas pueri discant.
Forma & quasi naturalis notæ cuiusque.Cic.3.de Orat.
Apposita ad dignitatem forma,species & statura. Author ad Herennium.
Haud dissimilis forma. Tacit.lib.2,Nam ætate & forma haud dissimili in dominum erat.
Eburneæ formæ literarum.Quintil.lib.1.cap.1.
Forma humana. Quintilian.lib.7.cap.4,Epicurus humanām deo formam,locúmque inter mundos dedit. Cic.de Nat.deor.lib.1.
Impares formæ.Horat.1.Carm.ode 33.
Mala forma,Vide MALVS.
Mendax forma.Ouid.3.Metam.
Nuda forma.Ouid.4.Metam.
Rotunda forma vllam negat esse pulchriorem Plato. Cicero 1.de Nat.deor.
Terribiles formæ nocturno tempore visæ.Cic.1.de Diuinat.
Virilis forma.Ouid.4.epist.16.
¶Capere alicuius formam,Vide CAPIO.
Detrahere aliquid formæ. Quintil.lib.1.cap.10, Quicquid formæ quadrati detraxeris,amplitudini quoque peribit.
Formam alicuius facere. Cicero in Oratore, Nec verò ille artifex quum faceret Iouis formam , aut Mineruæ , contemplabatur aliquem , è quo similitudinem duceret : sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eáque defixus, ad illius similitudinem , artem & manum dirigebat. Phidiam intelligit , qui egregiam illam Iouis & Mineruæ formam ex ebore finxit. Propriè autem loquutus est.Nō enim materiām,sed formam artifices faciunt : vt faber non ligna,sed lectum & mensam facit : & statuarius non marmor,sed hominem & equum è marmore.
In omnes fingetur formas.Ouid.14.Metam.
Exprimere formam quam mente acceperis. Quintilianus libro 2, capite 7.
Fit minor annis forma.Ouid.2.de Arte.
Fucata formam.Lucan.lib.10.
Immutata forma,Vide IMMVTO.
Indutæ forma hominum belluæ,Vide INDVO.
In formis aliis dignitas inest,aliis venustas.Cic.1.Offic.
A forma remouentur omnis viro non dignus ornatus. Cicero 1. Officiorum.
Noui formam,Vide NOSCO.
¶Forma.Pulchritudo. Terent.Eun.2.3. Virg.11.Æneidos,
Cui neque fulgor adhuc,necdum sua forma recessit.
Clarissima formâ.Ouid.14.Metam.
Conspicuus formâ,Vide CONSPICVVS.
Decora formâ.Ouid.1.Metam.
Diuitior formâ.Ouid.6.Metam.
Egregius formâ iuuenis.Virg.6.Æneid.
Insignis formâ.Virg.5.Æneid.
Laudatissima formâ.Ouid.epist.18.
Præstantissima formâ.Ouid.15.Metam.
Perfectissima formâ.Quintil.lib.1.cap.10.
Forma pulcherrimâ.Virg.1.Æneidos,
Quarum,quæ formâ pulcherrima,Deiopeiam
Connubio iungam stabili,propriámque dicabo.
Quotidianæ formæ.Terent.Eunucho,2.3,
Tædet harum quotidianarum formarum.
¶Candor formæ.Ouid.1.Metam.
Eximium decus formæ.Stat.1.Achil.
Dignitas formæ coloris bonitate tuenda est.Cic.1.Offic.
Dotes formæ.Ouid.epist.15.
Gratia formæ.Ouid.7.Metam.
Pulchritudo formæ.Quintil.lib.2.cap.15.
Forma & species liberalis.Cic.pro Cælio.
¶Forma bona. Terent.And.1.1,
Interea inter mulieres quæ ibi aderant , fortè vnam aspicio adolescentulam,
Forma. so. bona fortasse. Vide BONVS.
Forma egregia.Terent.Andr.1.1,
Interea mulier quædam abhinc triennium
Ex Andro commigrauit huc vicinæ,
Inopia & cognatorum negligentia
Coacta,egregia forma,atque ætate integra.
Eximia forma puer.Cic.5.Tuscul.
Eximiæ correptus imagine formæ.Ouid.4.Metam.
Fugax forma.Seneca Hippol.6.
Honesta & liberalis forma.Terent.And.1.1,
-& quia erat forma præter cæteras
Honesta & liberali.
Indigna est pigro forma perire situ.Ouid.2.Amor.eleg.3.
Luculenta forma,Vide LVCVLENTVS.
Neglecta forma.Ouid.1.de Arte amandi.
Nitida forma picturæ,Vide NITEO.
Forma dei munus,forma quota quæq; superbit.Ouid.10.Metam.
Forma ſtata & vxoria. Gellius libro 5. capite 11, Inter enim pulcherrimam fœminam & deformissimam media quædam forma est, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo , & à summo deformitatis odio vacat : qualis à Quinto Ennio in Menalippa , petquàm eleganti vocabulo ſtata dicitur , quæ neque κοινὴ (id est communis) futura sit,neque ποινὴ (id est pœna) quam formam modicam & modestam Fauorinus non me hercule inscitè appellat vxoriam. Ennius autem in ista,quam dixi, tragœdia,eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia esse,quæ ſtata forma forent.
Superba forma.Ouid.epist.20.
Puer virginea forma.Ouid.3.Metam.
¶Adiuuare formam cura,Vide ADIVVO.
Auferre formam,Vide AVFERO.
Laudare formam alicuius.Cic.Lent.lib.1.9.Ex Terentio.
Laudata forma.Ouid.epist.15.
Perdere formam,Vide PERDO.
Polluere formam. Tibull.lib.1.eleg.9.
Ætas formam populabitur.Ouid.de Medicam.faciei.
Veteres, inquit Donatus, ignem & calorem quendam , quasi feruorem,dixerunt formam:& ideo fornaces, forcipes, formam,& formosos:ex quibus ignis amoris exoritur.
Tangi forma.Ouid.10.Metamorphoseos,
Nec forma tangor,poteram tamen hac quoque tangi.
¶Forma,est definitio futuri ædificij.Cic.pro Cælio,lib.2.7,Vt ex tuis literis quum formam Reipublicæ viderim , quale ædificium futurum sit,scire possim. Budæus.
¶Forma.Metaphoricè pro effigie vel idea. Cicero lib.1.Offic.Formam quidem ipsam Marce fili , & tanquam faciem honesti vides. Idem 2.de Finibus.
In breuem formam contrahi.Ouid.5.Metam.
Ad formam.Plin.lib.9.cap.23.
Innumerabiles pēnè sunt formæ figuræque dicendi speciē disparēs,genere laudabiles.Cic.3.de Orat.
Exprimere quandam formam,figurámq; dicendi. Cic.2.de Orat.
Formæ sentētiarum &orationis.Cic.in Bruto,34,Ornari orationē Græci putant,si verborum immutationibus vtantur, quos appellant σχήματα:& sententiarum orationisq; formis,quæ vocant σχέσεις. Ipse Cicero alibi sentētiarum ornamenta,& lumina,& in Bruto 73,conformationes vocauit.
Forma honestatis & similitudo. Cic.5.de Finibus.
Ingenij forma admodum impolita & planè rudis. Cic. de Claris Oratoribus.
Lucebat ingenij forma,& exercitatione perfecta erat.Cic.de Claris Orat.
In formam latrocinij. Liu.2.ab Vrbe. Vetera exemplaria scripta non habent præpositionem IN.
Laudationum,scriptionum,historiarum,& suasionum formæ,Cicero in Orat.
Officij forma.Cic.1.Offic.
Rerum publicarum forma.Cic.Attico,lib.6.114.
Forma Senatusconsulti vltimæ necessitatis. Liu.3.ab Vrbe,Tātum terrorem incussere Patribus, vt (quæ forma Senatusconsulti vltimæ semper necessitatis habita est) Posthumio alteri Consulum negotium daretur,videret nequid detrimenti Resp.caperet.
Temporum & Reipub. forma.Cic.Appio,lib.3.11.
Habere formam & speciem ipsam tyrannorum.Cic.pro L.Manil.
¶Forma,Species apud Oratores. Quintil.lib.7.cap.5,Abdicationum formæ sunt duæ:altera criminis perfecti, altera imperfecti,&c.
Scelerum omnes comprehendere formas.Virg.6.Æneid.
¶Forma,Regula. Virg.6.Æneidos,
-ne quære doceri,
Quam pœnā,aut quæ forma viros,fortunáve manet. Vbi Seruius, Forma,regula.singulis enim sceleribus statuta sunt supplicia ex more Romano, quem sequitur.
Censualis forma , qua cauebatur vt agri in censum referrentur. Vlpianus in l.Forma.D.de Censibus.
Iurisdictionis forma. Callistratus in l. Diuus Pius. D. ad legem Corneliam de falsis , Si plus eos meruisse videatur quàm ex forma iurisdictionis pati possint,&c.
¶Prouinciæ forma,significat fines & contributa loca. Vlpian.in l. Relegatorum.D.de interdictis & relegatis,In insulam relegare Præsides prouinciarum possunt : sic tamē,vt siquidem insulam sub se habeant,id est ad eius prouinciæ formam pertinentem, quam administrant,etiam specialiter insulā adsignare possunt , inq; eam relegare:

¶Forma,apud Columellam in qua exprimitur caseus:libro 7.cap. 8,de conficiendo caseo, Liquor in fiscellas, aut in calathos vel formas transferendus est. Ibidem,Vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur.

¶Forma. *Vis moule.* Plinius libro 36. cap. 22, Ex iis formæ fiunt in quibus æra funduntur.

Forma buxea,Vide BVXVM.

Formæ futorum.Horat.2.Serm.sat.3,

Siquis emat citharas,emptas comportet in vnum,
Nec studio citharæ,nec Musæ deditus vlli:

Si scalpra,& formas non sutor,&c.

Capacissima forma.Quintil.lib.1.cap.10.

¶Accipere formam aratri dicitur vlmus.Virg.1.Georgicorum,

Continuò in syluis magna vi flexa domatur
In burim, & curui formam accipit vlmus aratri. Id est, formatur in aratrum,ab ipso scilicet artifice.

Accipere formam rectè loquendi.Quintil.lib.2.cap.4.

Dare formam loquendi.Quintil.lib.1.cap.6.

Habere formam suadendi.Quintil.lib.3.cap.4.

In formam cadere,Vide CADO.

Per literas vel formas distinguere. Columella libro 7.capite 9,Siue per literas, siue per formas vnunquenque fœtum cum matre distinguat.

Forma calcei ceruicé percussit.D.ad l. Aquiliam.l.5.§.Sed etsi,&c.

¶Forma significat modò faciem cuiusque rei: modò calidam, vt quum extra quæ dátur,deforma appellantur: & Cato ait de quodam ædificio æstate frigido, hieme formido. Item forma appellatur pulmiliacia ex melle. Hæc Festus.

¶Formæ,pro ordinibus & decuriis quibusdá intelliguntur, l.Scriniis,C.de palatin.lib 12. Ex Pyrrho.

Formula huius formulæ,penul.corr.Dimiautiuum,Parua forma.Plautus Persa,6,

Tempori hanc vigilare oportet formulam atque ætatulam,&c.

¶Formula dicendi,pro Stylo & ratione loquendi.Cicero de Opt. gen. Orat. Idem libro 3. Officior. Formula quædam constituenda est: quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus.

Nota cuiusque generis & formula.Cic.in Orat.

Cantor formularum,Vide Cantor,in CANO.

Formulam disciplinæ componere.Cic.1.Acad.

Constituere formulam quam sequamur.Cic.3.Offic.

Scribere formulam aliquá de re aliqua. Varro lib. de Re rust.cap. 18,De familia: Cato dirigit ad duas metas,ad certú modum agri,& genus sationis,scribés de oliuetis,& vineis,vt duas formulas.Vnam, in qua præcipit quomodo oliuetum agri iugerum CCXI. instruere oporteat,&c.

Formulam alicui scribere. Quod vulgò dicitur *Libellum mittere.* Quintil.lib.6. cap. 4, Colaphum tibi ducam, & formulam scribam, quòd caput durum habeas.

Formulæ, Sunt legum & institutorum certæ conceptiones, siue comprehensiones,quibus sic actiones,hominum vt opera artificum, formulis quibusdam diriguntur.

Præscriptum aliquod aut formulam exprimere. Cic.in Orat.Id est regulam generalem,qua possimus omnia quæ sunt eiusdem generis intelligere.

¶Redigere in formulam prouinciæ. Patereul.lib.2,Haud absurdũ videtur,paucis percurrere, quæ cuiusque ductu gẽs ac natio redacta in formulam prouinciæ,stipendia pacta sit.

Formula cognitionis. Liu.10.bel.Macedon. Vis hanc formulam cognitionis esse,vt vter timuerit, ne alter videretur dignior regno,is consilium opprimendi fratris iudicetur cepisse?

Formula deditionis. Liu.1.ab Vrbe, Deditos Collatinos ita accipio,eámq; deditionis formulam esse,Rex interrogauit,Estísne,&c.

Fiducię formula.Cic. Trebatio,lib.7.12,Vbi porrò illa erit formula fiduciæ, vt Inter bonos bene agier oportet.Hoc est, lex fiduciaria, inquit interpres:formula enim pro lege & institutione ponitur.

Norma iuris,aut iudicij formula. Cic.2.de Orat.Plura enim multo homines iudicant odio,aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore,aut lætitia,aut spe,aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis: quàm veritate,aut præscripto,aut iuris norma aliqua,aut iudicij formula,aut legibus.

Formula pacti & conuenti. Cic.pro Cecinna, Quæ lex,quod Senatusconsultum,quod magistratus edictum,quod fœdus aut pactio, quod testamentũ,quæ iudicia,aut stipulationes,aut pacti & conuenti formula,nõ infirmari aut cõuelli potest, si ad verba rem dirigere velimus:consiliú autem eorú qui scripserunt,&rationẽ relinquamus?

Postulationum formulæ vsitatæ.Cic.4.Verr.

Formula sponsionis.Cic.pro Roscio Comœdo.

Testamentorum formulæ.Cic.1.de Orat.

¶Cadere formula.Quintil.lib.3.cap.6.Vide CADO.

Stipulationũ & iudiciorum formulas componere.Cic.1.de Legib.

Iura & formulæ de omnibus rebus constituræ. Cic.pro Quintio.

Edita formula damni dari.Plin.lib.9.cap.59.

Formula excidere, apud Sueton.in Claudio, cap.14. Idem quod Cadere causa.Vide CADERE CAVSA.

Formulam intendere,Significat quod alio loco expositum est, dicam impingere,vel dictare actionem.Sueton.in Vitellio,cap.7.

Protulit de dolo malo formulas Aquilius.Cic.2.de Orat.

Formula hæc multos tenet.Horat.2.Serm.sat.3,

-hæc magnos formula reges
Excepto sapiente tenet.

Formularius,huius formularij.Quint.in 12.cap.3,Quorum alij se ad album ac rubricas transtulerunt:& formularij, vel (vt ait Cicero) legulei quidam esse maluerunt.

Formosus,penult.prod.Adiect. {ὡραῖος, εὐειδὴς, ἀγλαός} Pulcher. Cic. 1.de Nat. deor. Quotus enim quisque formosus est? Virg.ecloga 2,

Formosum pastor Corydon ardebat Alexim. Cic. 3. Verr. Mulierum nobilium & formosarum gratia.

Formosus & Deformis,contraria.Cic.1.de Inuent.

Formosus & pulcher.Cic.1.de Nat.deor.

Formosa acies,Vide ACIES.

Adonis formosus,Vide ADONIS.

Annus formosissimus.Virg.ecloga 3.

Boues formosæ.Ouid.1.de Arte amandi.

Comæ formosæ.Ouid.1.Amor.eleg.14.

Dies formosus.Ouid.epist.21.

Mulier formosa.Horat.de Arte poetica.

Os formosum.Ouid.3.Metam.Ab os,oris.

Puella formosa.Tibul.lib.1.eleg.1.

O formose puer.Virg.eclog.11.

Virgines formosæ.Cic.2.de Inuent.

Vultus formosus.Ouid.2.Amor.eleg.1.

Hedera formosior alba.Virg.ecloga 7.

Formosulus penult.corr.Adiectiuum diminutiuum. Vatro apud Nonium in dictione Strabones,Formosula vxor.

Formositas,penult.corr.huius formositatis {εὐμορφία.} Cic.1. Officior. Idque positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto. De decoro loquitur.

Formalis,& hoc formale,pen.prod. {εἰδικὸς.} Sueton.in Domit.cap.13, Pari arrogantia,quum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit, Dominus & deus noster sic fieri iubet. Formalem,Id est ex formula.

Formalis tẽperatura æris. Plin.lib.34.cap.9,Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi,quoniam nigri plumbi decima portio additur,&c.

Formale pretium. Vlp. in l.In lege falcidia. D. Ad legẽ falcidiam. Corpora, siqua sunt in bonis defuncti, secundum rei veritatem æstimanda erunt,hoc est secundum præsens pretium: nec quicquam eorum formali pretio æstimandum esse,sciendum est.

Formaster,Qui formosum aut calentem hominem imitatur.Nam formus est calidus lingua Latina:vnde & formosus. Versiculus est antiquus apud Festũ,Aut hic formaster aut læraster paruulus. Ex Tum.

Formo, formas {μορφώσσομαι.} formãre. Cicero 4. Academic.Parmenides ignem qui mouetat terram quæ ab eo formetur. Plin.lib. 10.cap.63.

Formata in offam. Colum. lib.6. cap. 25, Potest etiam cum arida fico & eruo conteri herba santonica, & formata in offam, sicut saliatum demitti.

Formare classem.Virg.9.Æneidos,

Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida
Æneas classem.

Imaginem formare.Cic.pro Sextio.

Quæ inter se discrepant,iisdem præceptis atque in vna institutione formari non possunt.Cic.3.de Orat.

Ad studium formare aliquem.Virg.3.Georg.

In muliebrem figuram,habitúmque formari.Cic.4.Verr.

Animos iudicum in eum,quem volumus habitum formare,& velut transfigurare.Quintil.lib.6.cap.2.

Capillos laxos formare.Propert.lib.1.eleg.3.

Formare carmen,epistolam, orationem alieno ingenio:quod nostrates pueri dicunt *chiffrare,facere fabricari.* Sueton.in Domit.cap.20.

Formare consuetudinẽ exercitationis assiduitate.Cic.1.Acad.Morum autem purabant studia esse,& quasi consuetudinem, quam partim exercitationis assiduitate,partim ratione formabant.

Corpora ad quosdam membrorum flexus formari nisi tenera non possunt.Quintil.lib.1.cap.1.

Formare disciplinam. Quintilan.lib.4.in Prologo, Vt tui,meique filij disciplinam formare,satis putaremus.

Gaudia formare tacita mente.Hoc est,imaginari,cogitare,sibi fingere.Ouid.3.Amor.eleg.6.

Formare hominem in suos mores.Liu 3.ab Vrbe.

Formare ignarum dictis, Ouid.3.Metamorphoseos,

Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis Formarat. Id est, informarat,instruxerat.

Formare iuuentutem.Plin.in Paneg.

Mentes formandæ studiis.Horat.3.Carm.ode 24.

Formare se in alicuius mores. Liu.1.ab Vrbe, Et quum ipsi se homines in regis velut vnici exempli,mores formarent.

Orationem formare, eámque variare & distinguere, oratoris est. Cic.2.de Orat.

Exercitatione & stylo formanda nobis oratio est. Cic.3.de Orat.

Animantur atque formantur pueri. Cicero 2.de Diuinat. Perinde vtcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari,ex eóque ingenia, mores,animum, corpus, actionem vitæ, casus cuiusque euentúsque fingi.

Studia alicuius formare.Quintil. in Procem.lib.1.

Verba rectè formare.Id est,proferre & eloqui.Quintilianus lib.1. capite 12.

Fingere & formare verba vt mollissimam ceram.Cic.3.de Orat.

Variè formare verba,prima persona o litera terminata, ipsa analogia confitetur.Quintil.lib.1.cap.6.

Verba formari nulla similitudine possunt. Cic.2.de Orat.De Memoriæ arte.

¶Formare,Ministrare thema & argumentum. Sueton.in August. cap.89,Ne Græcarum quidem disciplinarum leuiore studio tenebatur:in quibus & ipsis præstabat largiter. Paulo pòst,Nõ tamẽ vt aut loqueretur expeditè,aut componere aliquid auderet. Nam & siquid res exigeret,Latinè formabat,verrendúmque alij dabat.

Formatus,penult.prod.Participium {μεμορφωμένος.} vt Ad morem Dialecticorum formata conclusio.Quintil.lib.6.cap.4.

In admirationem formatus. Hoc est, admirationem simulans, admirari se fingens.Sueton.in Claud.cap.37.

In animis

In animis nostris deorum notiones formatæ.Cic.3.de Nat.deor.

Signum formatum è marmore.Ouid.3.Metam.

Sermo hac de re formatus, inuentus est in Neronis scrinio. Suetonius in Nerone.cap.47.

In animo ea formata habemus,quæ nunquam vidimus. Cic.2.de Diuinatione.

Formator,penul.prod.formatoris,Verbale {κατασκευάστης} Qui instruit & formatvt Formator animi, Formator morũ. Colum.in Præfat.lib.1. Plin.epist.176.

Formatura,penult.prod. {μόρφωσις.} Lucret.lib.4. Seruat enim formaturam,seruátque figuram.

Formamentum,formamenti,n.g.Lucret.lib.2,

-omnia principiorum

Formamenta queunt in quouis esse nitore. Id est, simulachra & formationes,in quas formantur & transmutantur prima principia.

FORMIAE {φόρμιαι} Campaniæ vibs, sedes olim Læstrigonum, quorum memoria à nonnullis horridæ dictæ sunt. Nam hi ab humanis visceribus non abstinuerunt, vt eleganter scribit Ouidius libro 14. Metamorph. Formiæ (inquit Seruius) quæ ante Hormiæ, ἀπὸ τῦ ὁρμῆς, id est ab impetu dictæ. Formiæ, Ptolemæo Formæ: hodie Nola.

Formiæ(inquit Festus)oppidum appellatur ex Græco,velut Hormiæ, quòd circa id crebræ stationes, tutæque erant, vnde proficiscebantur nauigaturi.

Mœnia Formiarum.Horat.3.Carm.ode 17.

Colles Formiani.Horat.1.Carm.ode 20.

Formica, formicæ,penult.prod. {μύρμηξ} A ferendis micis dicta.Mica verò propriè puluiscul⁹ ille qui in arena quasi argentum fulget,à quo & panis,& omniũ rerum minimæ partes,micæ dicuntur. Plaut. Trinum,8, -consit citrò

Quàm si tu obiicias formicis papauerem. Vide Plin.lib.11.cap.30. Et Horat.sat.1.

Frugilegæ formicæ.Ouid.7.Metam.

Formica anteponenda pulcherrimæ vrbi, quòd in vrbe sensus sit nullus,in formica non modò sensus,sed etiam mens, ratio, memoria.Cic.3.de Nat.deor.

Inopi metuens formica senectæ.Virg.1.Georg.

Inda cauis aurum mittit formica metallis.Propert.lib.3.eleg.13.

Formicinus,penult.prod.Adiectiuum {μυρμήκειος} Quod ad formicam pertinet.Plaut.Menæch.18.

Atque eccum incedit,mouet formicinum gradum.

Formicosus,penult.prod.Adiectiuum {μυρμηκώδης} Plenum formicis. Plin.lib.10.cap.74.Formicosam arborem formices cauent.

Formicatio, formicationis {μυρμηκία} Vitium corporis, quum parua tubercula rotunda & pinguia corpus infestant. Plinius libro 28. capite 7, Capilli mulierum si crementur,&c. cinere eo panos, &c. sanguinémque sistit illico, & formicationes corporum. Dicta formicatio: quòd velut exesse carnẽ formicæ videantur. Idem lib. 30. capite 8.

Formicans, penult. prod. formicantis {μυρμηκίζων} Quod formicarum currentium modo sentitur: vt Pulsus formicans, qui omnium maximè lethalis est. Plin.lib.7. cap.51, Venarum inæquabili aut formicante percussu. Id est, arteriarum esse attollentium & demittentium, ita vt veluti formicæ currẽtes sentiantur in pulsu. Formicantem pulsum Galenus cap.3.libri De tactu pulsus,intelligit minutum, densum, ac summè debilem: qui velocitatis opinionem exhibeat, quum sit minimè velox.Rasis decimo Almansoris.pulsui nuper editi instãtus esse similẽ tradit. Philaretus quærit,quo differt à formicante vermiculans percussus:& hunc quidem putat quandoque conuerti demutaríque in melius, eius item amplius patére inæqualitatem: formicantem verò virtute prorsum intermortua fieri, & interitum prænuntiare.

Formido, pen.prod.formidinis,f.g. {ὑποπτεύειν, φοβεῖσθαι.} Cic.4. Tusc. Formidinem,metum permanentem diffiniunt. Horat.1.epist.17,Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.

¶Formido,Dea pingebatur cum capite leonino, vt in scuto Agamemnonis.Pausanias,Legimus,inquit,apud Lacedæmonios,Ephoros formidinis sacellum cõstruxisse prope triclinium, quo ipsi tribunal habebant,vt essent cæteris maiori formidini.

Pauidus formidine pœnæ,Virg.3.Georg.

Plenus formidinis homo.Cic.Attico,lib.9.18.

Fuge & formidines.Cic.Attico,lib.8.16, Omnino intelligo,nullum fuisse tempus post has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum esse literis.

Acerrima formido. Author ad Herenn.lib.2.

Atra formido.Lucret.lib.4.

Cauta formido.Silius lib.16.

Subita & improuisa formido.Cic.de Prouinc.Consul.

Turpis formido,Virg.2.Æneid.

Animus formidine diuũm cõtrahitur.Id est comprimitur.Lucret. libro 5.

Nigra formidine caligans lucus.Virg.4.Georg.

Subita formidine sanguis diriguit.Virg.3.Æneid.

Horribiles formidines ex ignoratione rerũ existunt.Cic.1.de Fin.

Impendent formidines ab nostris,Vide IMPENDEO.

Iniicere formidinem alicui,Vide INIICIO.

Intendebat formidinem.Tacit.lib.18.

Minas iactare, formidines opponere. Cicero pro Quintio.Vide OPPONO.

Animus formidine perterritus.Quintil.lib.7.cap.4.

Posita formido in vita improbis.Cic.3.in Catil. Itaque vt aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos eiusmodi quædam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt,&c.

Ancipiti mentem formidine pressus.Virg.3.Æneid.

Incommodorum formidines proponere. Cic.7.Verr. Reperietis idcirco hęc in vno homine pecuniosõ tot constituta, vt cæteris formidines similium incõmodorum atque exempla periculorum proponerentur.

Immissa rumpit formidine somnos.Silius lib.3.

Perpetua soluent formidine terras.Virg.eclog.4.

Terrere aliquem formidine.Ouid.4.Metam.

Cassa formidine torpens.Lucret.lib.3.

¶Formido, Venationis proprium etiam vocabulum, idem quod linea significans,de qua vide suo loco,vbi & huius interpretationem reperies.De hac Virgilius his verbis,

-puniceæve agitant timidos formidine pennæ.

Formido,formidas,penult.prod. {ὑποπτεύειν, πτύσσειν, καταπλήττειν} formidãre,Pauere,timere. Plaut.Cistel.18, Nam & intus pauco,& formido foris.Cic.2.Philipp.

Formido mihi,ne scilicet aliqd mali mihi accidat.Plaut.Amph.17.

Formidat auro,ne furripiatur.Plaut.Aulul.23

Auro formidat Euẽlio,abstrudit foris.

Formidat animus,tandiu,&c.Plaut.Bacchid.5.

Iracundiam alicuius formidare.Cic.Attico,lib.9.16§.

Formido malum.Plaut.Amphit.3,

Non minus quàm vestrum quiuis formidat malum.

Formido malè ne.Plaut.Amph.4,

-formido malè

Ne ego nomen commutem meum,& Quintus fiam è Sosia.

Formido illum nimis malé.Plaut.Capt.15.

Verbera formidauere.Stat.5.Sylu.3.

Formidans,penult.prod.Participium {ὑποπτεύων.} vt Cerui formidantes.Ouid.15.Metam.

Formidatus,penult.prod. {ὑποπτευκτὸς} Aliud participium:vt Classe formidatus.Horat.3.Carm.ode 6.

Manus formidatæ.Ouid.1.Amor.eleg.7.

Formidolosus, pen.prod.Adiect. {καταπλῆκτος,φοβερὸς} Actiuè & passiuè sumitur.Actiuè,Qui formidat. Terent.Eun.4.6, -apagefis,

Ego formidolosus nemo est hominum,qui viuat,minus. Colum. lib.6.cap.2,Nec ad ingrediendа flumina,aut pontes formidolosi.

Formidolosior hostium miles,apud Tacitum lib.1.

Passiuè,Qui formidatur. Sallust.Regibus boni quàm mali suspectiores sunt:sempérq; iis aliena virtus formidolosa est. Cic.4.Tusc. Conseruatio stabilis iudicij in iis rebus quæ formidolosæ videntur.

Bellum formidolosissimum.Cic.in Pisonem.

Formidolosum facinus, & formidolosissimum bellum, Maximè timendum.Plaut.Amph.17. Cic.pro Lege Manil.Ad bellum maximum,formidolosissimúmque pro Consule mitteretur?

Horribilis & formidolosus locus & confessus alicuius.Cicero pro Cluentio.

Dubia & formidolosa tempora.Cic.7.Verr.Ita enim causa constituitur,prouinciam Siciliam virtute eius & vigilantia singulari dubiis formidolosisq; temporibus à fugitiuis atque à belli periculis tutam esse seruatam.

Formidolosè,pen.prod. Aduerbium {καταπλήκτως.} Cic.pro Sextio, Eos qui plurimum possent, opponi omnibus concionibus falsò, sed formidolosè tamen,authores ad perniciem meam.

Formidabilis,& hoc formidabile,pen.corr. {φοβερὸς.} Ouid.2.Metam. Nullæ in fronte minæ,nec formidabile lumen.

Orcus formidabilis.Ouid.14.Metam.

Serpens formidabilis.Ouid.2.Metam.

Ridens formidabile.Stat.8. Thebaid.

Formidatio,huius formidationis, Verbale {φόβος.} Cic.in Partit.In suasione autem,aut spem, aut formidationem deliberantis. Quædam exemplaria legunt reformidationem:quædam reformationem.

FORMIO {φορμίων} Ptolemæo Istrię fluui:hodie Cisanus, Vulgo *Cesano.*

Formo,formas,Formosus,Formula,Vide FORMA.

Formucales, forcipes dictæ, quòd forma capiant, id est seruentia. Festus.

Fornax,huius fornacis,pen.prod.f.g. {κάμινος,χωνευτήριον,χάλιξ} Latinè dicitur quod Græcè caminus. Plin.lib.9. cap.38. Longinquæ fornacis cuniculo. Idem lib.11 cap.36,In Cypri ærariis fornacibus,&c.

Ardentes fornaces. Cic.1. de Nat.deor. Sunt quædam etiam quæ ignę nasci putentur,apparéntque in ardentibus fornacibus sæpe volitantes.

Calidæ fornaces.Lucret.lib.6.

Cauæ fornaces.Lucret.lib.6.

Longinqua fornax,Vide in LONGVS.

Profunda fornax.Ouid.2.Metam.

Sulfureis ardet fornacibus Ætna.Ouid.15.Metam.

Vaporiferæ fornaces.Stat.1.Sylu.3.

¶Fornax,dea etiam existimata,quoniam ante triticũ & eius vsum, farra fornacibus torrebantur:vnde est dea Fornax constituta, vt Festus & Lactantius volunt. Plura in Fastis Ouidius,

Facta dea est Fornax,læti Fornace coloni
Orant,vt vires temperet illa suas.
Curio legitimis tum fornacalia verbis
Maximus igdicit: nec stata sacra facit.

Fornacula, penult.corr. Diminutiuum {κάμινος.} vt Magna est fornacula.Iuuenalis sat.10.

Fornaceus,Adiect. {κεραμευτικὸς} Factum in modum fornacis. Plin.lib. 35.cap.14,Quidnon & in Africa Hispaniáque ex terra parietes,quos appellant fornaceos,quoniam fornacum modo circundati vtrinque duabus tabulis, infarciuntur verius,quàm instruuntur,æuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omníque cæmento firmiores? Gelenius legit formaceos.

Fornacarius,huius fornacarij {μαγειρὸς} Qui fornaci præest,Idem seruus, qui & pistrinarius dicitur & pistor,teste Budæo. Vlp. D. Ad leg. Aquil.l. Si seruus seruum, Si fornacarius seruus coloni ad fornacem obdormisset,& villa fuisset exusta:Neratius scribit,&c.

Fornacator,penult.prod.fornacatoris, Seruus qui in balneo curam habet succendendi ignis.Paulus in l.Tabernæ. D. de fund.instruct.&c.

Instrumento balneario legato, etiam balneatorem contineri, Neratius respondit. Continetur autem & fornacator.

Fornum & Fornaces, inquit Nonius, dicuntur à forno, quod est calido. inde forcipes, quòd candentes teneant ferrum. Varr. de vita Pop Rom. lib. 1. Cocula, quæ coquebat panem, primùm sub cinere, postea in forno: vtriusque vocabulum à forno ductum, id est à calore. Hæc ille.

Fornacalia, fornacaliorum, neut. gen. {κεραμεῖα} Feriæ sunt (inquit Festus) instituræ farris torrendi gratia, quod ad fornacem quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Idem alibi, Fornacalia sacra erât quum far in fornaculis torrebant. Plin. lib. 18. cap. 2, Is & fornacalia instituit. Ex Budæo. Ouid. 2. Fast. Idem 6. Fast.

Fornix, huius fornicis, penult. corr. masc. gen. {καμάρα, τοῦ} Arcus in ædificiis, & quodcunque opus concameratum. Cic. 2. Verr. Idem in Topicis, Non debebit præstare quod fornix vitij fecerit. Plin. libro 33. capite 4, Relinquuntur itaque fornices crebri montibus sustinendis. Virgilius 6. Æneid. Mœnia conspicio, atque aduersa fornice portas.

Fornices {θριγκοὶ} erant arcus in memoriâ rerum à triumphalibus viris gestarum extructi, quasi monumenta victoriarum. Cic. lib. 2. de Orat. Ita sibi ipsum magnum videri Memmium, vt in forum descendens caput ad fornicem Fabij demitteret. Hæc Budæus.

¶ Fornix, aliquando pro lupanari ponitur, quòd sub fornicibus habitare consueuissent meretrices. Iuuenal. sat. 3.

Lenonum pueri quocunque in fornice nati.

Idem sat. 12.

Olenti in fornice stantem. Horat. 1. Serm. sat. 2.

Fornico, fornicas, penult. corr. {καμαρόω} fornicâre, Fornices facere. Plinius lib. 11. cap. 10, Ruentes ceras fulciunt pilarum intergerinis à solo fornicatis, ne desit aditus ad farciendum. Idem libro 16. cap. 42, Populus contra omnia inferiora pandatur, palma è contrario fornicatur. Hoc est sursum versus curuatur in modum fornicis.

Fornicatus, penult. prod. Participium {καμαρωτός} vt Paries fornicatus, cui opponitur Solidus. Cic. in Topic.

Fornicarius, huius fornicarij, Dicitur opifex & propola sue institor, qui tabernas à fisco conducit sub fornicibus, vt ibi merces suas vænales habeat: cuiusmodi esse solent in porticibus fori vænalium, id est macelli, quas fallas appellant. Scæuola in Pandectis, l. Quum quidam. §. Fiscus. D. De vsuris, Fiscus in suis contractibus vsuras non dat, sed ipse accipit, vt solet à fornicariis qui tardius pecuniam inferunt. Budæus.

Fornicatio, Verbale {πορνεία} Fornicis structura. Seneca, Societas nostra Lapidum fornicationi similis est, quę cæsura, nisi inuicem obstarent, hoc ipso sustinetur.

Foro, foras {πρόσω, πρόσω} forâre, Penetrare, & quasi in forum exire. A foris enim deriuatur. Plaut. Mostel. 2,

Ita te forabunt patibulatú per vias. Colum. lib. 5. cap. 10, Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito, & ita librum arboris inolescere finito. Idem lib. 8. cap. 3.

Forabilis, & hoc forabile, penult. corr. Adiectiuum {περατός} vt Nullo ictu forabilis. Ouid. 12. Metam.

Foratus, foratus, foratui {πῶμα} Idem ferè quod foramen, vel potius ipsa perforatio. Lactantius libro de Opific. Oculorum orbes concauis foraminibus conclusit: à quo foratu frontem nominatam Varro existimauit.

FORAPPI {φορβάντιοι} Italiæ populi, ex Falerno agro cognominati, vt notat Plin. lib. 3. cap. 5.

FORAVGVSTANA, Hispaniæ citerioris ciuitas, ex colonia Accitana, alio nomine Libisosona dicta, cui ius Italiæ datum est. Author Plin. lib. 3. cap. item 3.

FOROBREMITIANI, Populi, quos in sexta regione Italiæ collocat Plin. lib. 3. cap. 14.

FOROFLAMINIENSES, Italiæ populi, in sexta eiusdem regione à Plinio collocati lib. 3 cap. 14.

FOROFVLVI, Oppidum Italiæ nobilissimum, ab altero Apennini latere ad Padum amnem situm, quod alio quoque nomine Valentinum dictum est, teste Plin. lib. 3. cap. 5.

FOROIVLIENSES, cognomine Concubienses, Populi sunt, in sexta regione Italiæ à Plinio collocati, lib. 3. cap. 14.

FORONERONIENSES, Galliæ populi in prouincia Narbonensi, aliter Luteuani dicti. Author Plin. lib. 3. cap. 4.

FOROPOPVLIENSES, Italiæ populi, in monte Albano siti, authore Plin. lib. 3. cap. 5.

FOROSEMPRONIENSES, Populi in sexta regione Italiæ numerantur à Plin. lib. 3. cap. 14.

FOROVIBIENSES, Populi ex quorum agro Padum iterum exoriri tradit Plin. lib. 3. cap. 10.

Fors, ô fors, à forte, fœm. gen. {τύχη} Est, vt inquit Nonius, casus temporalis. Fortuna, ipsa dea. Accius Andromeda, Multi in quo mulier animo sibi mala efferre in malis, quibus natura praua magis, quàm fors aut fortuna obfuit. Lucil. sat. lib. 13,

Cui patrem fortuna locum, facúmque tulit fors. Virg. 1. Æneidos,

Forte sua Libycis tempestas appulit oris.

Domina campi fors. Cic. in Pisonem.

Fors in aliquibus rebus plus quàm ratio potest. Cicero Attico, libro 14.

Fors fuat pol. Terentius Hecyra. 4. 3. Vbi Donatus, Fors fuat, fortuna faueat, quasi τῷ ἐρωμένῳ aduersus triste dictum vsa est. nam fors, fortuna bona est. Et fuat, sit significat. dixerat enim, Quod faciendum sit fortasse. Et iterum, Fors fuat pol. Id est, bona eueniat: quasi τῷ ἐρωμένῳ dicat. Bona dicito potius. An bona fortuna sit per Pollucem? Idem Adelph. 4. 7,

Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. Vbi Donatus, Forte, pro fortuna intelligendum. Idem Phorm. 5. 1.

¶ Fors, pro Fortuna. Cic. ad Att. lib. 14. 308, Sed hæc fors viderit ea, quæ talibus in rebus plus quàm ratio potest. Eidem lib. 7. 133, Sed hæc vt fors tulerit. Liu. 1. ab Vrbe, Vni se ex Sabinis fors dare visa

est, priuato consilio imperij recuperandi.

Mala fors. Cæsar 8. bel. Gall. Cuius mala fors incidit Rhemis, quibus illa dies fungendi muneris obuenerat. Sic Liu. 1. ab Vrbe.

Fors-fortuna, pro Fœlici casu & prospero. Terent. Phorm. 5. 6,

O fortuna, ô fors-fortuna quantis commoditatibus,

Quàm subitò hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis die.

Vbi donatus, Fortuna, dicta est incerta res: fors-fortuna, cuétus fortunæ bonus. Idem, Aliud fortuna est, aliud fors-fortuna. nã fors-fortuna, est cuius diem festum colunt, qui sine arte aliqua viuunt: huius ædes trans Tyberim est. Cic. 2. de Diuinat. Quid est tandem quod casu fieri, aut forte-fortuna putamus? Terent. Heeyra. 3. 3,

Quæque fors-fortuna est, inquit, nobis quæ te hodie obtulit. Vbi Donatus, Fors-fortuna, ὑφ' ἑν, id est subita fortuna. Et fortuna, incerto: fors-fortuna, in bono ponitur.

Forte-fortuna. Terent. Eunucho, 3. 5. Ibidem 1. 2,

-forte-fortuna adfuit

Hic meus amicus. Vbi Donat. Forte-fortuna. Id est bona fortuna.

Fortè, Aduerbium {ἴσως, ἀφ' ὁτουοῦν πτώσεως} Hoc est casu & veluti per sortem. Plaut. Amph. 7. Terent. And. 1. 1,

Qui tum illam amabant, fortè (ita vt fit) filium

Perduxêre illuc secum, vt vnà esset, meum. Ibidem, 1. 1,

-interea inter mulieres

Quæ ibi aderant, fortè vnam aspicio adolescentulam. Sic Liuius 1. ab Vrbe, Forte euenit, &c. Cicero pro Cluentio. Virgilius 7. Æneidos.

Ne fortè hoc magnum ac mirabile videatur. Cic. 2. de Orat.

Ne fortè me in Græcos tam ambitiosum factum esse mirêre. Cic. Q. frat. lib. 1. 2.

¶ Fortè vsurpatur in his rebus quæ acciderunt illæ quidem, sed incerta de causa: præterquam cum his dictionibus, si, nisi, & relatiuo quis vel quæ.

Nisi fortè. Cic. pro Flacco.

Siquis vestrum Iudic. aut eorum qui adsunt fortè miratur. Cicero 1. Verrin.

¶ Fortè, pro fortasse. Cicero 3. de Orat. Vereor ne nihil sim tui nisi suppositionem pedis imitatus, & pauca quædam verba, & aliquem si fortè merum.

Forsan, forsitan, fortassis, & fortasse, dubitationem habent.

Forsan, Aduerbium {τάχα} Terent. And. 5. 5. Virg. 1. Æneidos,

-forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Forsitan, penult. corr. {τάχα} Aliud aduerbium. Terent. Eun. 1. 2,

Me miseram, forsitan hic mihi paruam habeat fidem. Cic. Forsitan quispiam dixerit, númne igitur, &c. Quintil. lib. 3. cap. 9, Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret.

Fortassis, Aliud aduerbium {ἴσως πως} Cic. Cælio, lib. 2. 15, Sed ego fortassis vaticinior, vt hæc omnia meliores habeant exitus.

Fortasse, Idem {ἴσως πως} Plaut. Asin. 9. Terent. Eun. 5. 9,

-tu fortasse quæ facta hîc sint nescis? Idē Heaut. 4. 3. Cic. Rãras tuas quidem, fortasse non perferuntur, sed suaues accipio literas. Idem Mario, lib. 7. 3, Habes epistolam verbosiorē fortasse quàm veles. Idem 1. Verr. Fortasse dices, Quid ergo hæc in te sunt omnia. Græculus otiosus & loquax, fortasse doctus. Cic. 1. de Orat.

Puerum inquies, fortasse fatuum, & non grauem, & non continentem. Cic. Attico, lib. 6. 117.

Paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis. Horat. 2. epist. 2.

Forsit, Aduerbium idem valens quod forsan & forsitan. Lucretius libro 6,

Forsit & Æthiopum penitus de montibus altis

Crescat, &c. De nilo. Vsus item est hoc aduerbio Horat. lib. 1. sat. 6. Et Virg. lib. 11. Æneid.

Fortax, Vide post FORTITVDO.

Fortis, & hoc forte {ἀίδρεῖος, κραταιός, μένος, βίοτος, ἰσχυρός, κρατερός} Proprie is dicitur qui est validis viribus præditus.

Fortis, frugi & bonus siue validus. Festus.

Fortis ad opera. Colum. lib. 6. cap. 2.

Fortissimus contra audaciam, Vide A vel AB præpositiones.

Fortissimus contra pruinas. Plinius libro 14. cap. 2.

Fortis in armis. Tibul. lib. 1. eleg. 10.

Manu fortis. Ouid. 13. Metam.

Fortis & Ignauus, cõtraria. Cic. 2. de Nat. deor. Iratum, propitium: lætantem, dolentem: fortem, ignauum: audacem, timidum cognoscunt, Vide IGNAVVS.

Fortis Achilles, Vide ACHILLES.

¶ Fortissimus adiutor. Cic. pro Domo sua.

Ætas fortior. Ouid. epist. 1.

Arma fortia. Virg. 10. Æneid.

Aura fortior. Ouid. 2. Amor. eleg. 11.

Ausa fortia. Virg. 9. Æneid.

Coloni fortes. Virg. 3 Georg.

Corpora fortia. Virg. 1. Æneid.

Ductor fortissimus. Virg. 8. Æneid.

Fortis equus, Id est celer. Virg. 11. Æneidos,

-quid tam egregium, si fœmina forti.

Fidis equo? Lucret. lib. 3. Nonius.

Fortia facta. Liuius 6. bel. Punic. Virgilius 1. Æneid. Fortia facta patrum.

Fortis familia, Diues. Plaut. Trinum. 17,

-sed ego hoc nequeo mirari satis,

Eum fororem despondisse suam in tam fortem familiam.

Forte & vehemens dicendi genus. Cic. 3. de Orat.

Impetus animi fortissimus. Cic. 3. de Orat.

Fortis industria. Plin. lib. 11. cap. 37, Hirto corde gigni quosdam homines produnt, neque alios fortioris esse industriæ.

Fortis & virilis inflexio laterum. Cic. 3. de Orat.

Ingenium fortius. Ouid. epist. 18.

Latus forte. Horat. 1. epist. 7.

Nomina

Nomina fortissima. Silius lib. 17.

Fortibus oculis spirans Martem. Cic. ad Att. lib. 15. 326.

Fortis & virilis oratio. Cicero 1. de Orat.

Fortis orationi opponitur Placida, summissa, lenis. Cic. 2. de Oratore, Non enim semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, summissa, lenis, quæ maximè commendat reos.

Tauri fortes. Virg. 1. Georg.

Turmæ fortes. Propert. lib. 2. eleg. 11.

Vir fortis ad arma. Ouid. 2. Fast.

Contra audaciam fortissimus vir. Cic. pro Rosc. Amer.

Fortis vir ad pericula. Cic. pro Fonteio.

Vrbs fortissima. Cic. 12. Philipp.

Fortes fortuna adiuuat. Cic. 2. Tuscul.

¶ Fortis, pro Constante, & magnanimo: à ferendo dictus est: quòd æquo animo ferat aduersa. Virg. 1. Æneidos,

-fortémque Gyan, fortémque Cloanthum.

Heroum fortissime. Virg. 5. Æneid.

Animosus & fortis. Cic. de Senect. Ex quo fit vt animosior etiam senectus sit quàm adolescentia, & fortior.

Adolescens bonus & fortis. Cic. 5. Verr.

Animus fortis. Horat. 2. Serm. sat. 5.

Fortis, & acris animi magníque vir. Cic. pro Sext.

Fortis & constantis animi est non perturbari in rebus asperis. Cic. 1. Offic.

Fortis & magnus animus. Cic. 1. Offic.

Corda fortia. Tibul. lib. 2. eleg. 2.

Corda fortissima. Virg. 5. Æneid.

Acerrima & fortissima Populi Romani recuperandæ libertatis cupiditas. Cic. 12. Philipp.

Pectus forte. Virg. 4. Æneid.

Acerrimæ & fortissimæ sententiæ. Cic. 3. in Catil.

Verba fortia. Propert. lib. 1. eleg. 5.

Fortis & clarus vir. Cic. 1. de Finib. Qui studiosè antiqua persequeris, claris & fortibus viris commemorandis. Terent. And. 2. 6.

Constans & fortis vir. Cic. de Clar. Orat.

Magnanimi & fortes viri. Cic. 1. Offic.

Magnitudinem fortissimi viri desyderare. Cic. pro Milone.

Viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus. Cic. pro Rosc. Amer.

¶ Fortis, Formosa. Plaut. Milite, Ecquid fortis visa est?

Fortiter, pen. corr. Aduerbium {ἀνδρείως, ἰσχυρῶς, ὀρθῶς} Id est animosè, & infracto animo. Plaut. Menæch. 4. . Cic. de Senect. Quem ego meum casu fortiter ferre visus sum.

Animosè & fortiter non solùm, sed consyderatè etiam, sapienterq; facere aliquid. Cic. 4. Philipp.

Accipere fortiter aliquid. Cic. Att. lib. 15. 329.

Defendere fortiter aliquid. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.

Liberè & fortiter salutem alicuius defendere. Cic. ad Cornificium, libro 12. 18.

Constanter & fortiter disputare. Cic. de Prouinc. Consul.

Animo magno, fortiter excellentérque facere aliquid. Cicero 1. Officiorum.

Perseuerare fortissimè facere aliquid. Cic. pro Quintio.

Fortiter aliquid facere in re militari. Cic. 7. Verr.

Fortiter ferre aliquid. Cic. 11. Philipp.

Fortiter & sapienter, quicquid acciderit, ferre. Cicero Attico, libro 14. 309.

Gerere fortiter bellum cum hostibus. Cic. pro Flacco.

Iudicare fortiter. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Perire fortiter. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Resistere fortiter. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Vti ense fortiter. Ouid. epist. 11.

Fortius. Plaut. Merc. 23,

Non abstulit modò, sed in amorem coniecit fortius.

Tormento fortius mittere aliquid. Ouid. 9. Metam.

Fortissimè vlmus seruat rigorem. Plinius lib. 16. cap. 40.

Forticulus, penult. corr. Adiectiuum diminutiuum. Cicero 2. Tuscul. Quanuis idem forticulum se in torminibus & in stranguria sua præbeat.

Fortesco, fortescis {κραταιόομαι} fortêscere, Fortem fieri. Næuius, Crescit annis, & fortescunt vires. Gell. lib. 19. cap. 7, de Næuio, Item quòd fortescere posuit pro fortem fieri. Antiquum.

Fortifico, fortificas, pen. corr. {κραταίνω, διαχυρίζω} fortificâre. Plaut. Fortifica animum.

Fortitudo, pen. prod. fortitudinis {ἀνδρεία, ἰσχύς, ἀλκή} Est, vt inquit Cic. 2. de Inuent. cõsyderata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Idem 13. Philipp. Et 1. ac 3. Officiorum. Gellius libro 12. cap. 5, Ea vera & proba fortitudo est, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum: per quod apparet esse quædam intolerabilia, quibus fortes viri aut obeundis abhorreant, aut sustinendis.

In periculis fortitudo, in negotiis labor. Cic. pro Lege Manil.

Comites fortitudinis sunt, Magnitudo animi, grauitas, patientia, rerum humanarum despicientia. Cic. 2. Tuscul.

Viri propria maximè est fortitudo, cuius munera duo maxima sunt, mortis doloríque contemptio. Cic. 2. Tuscul.

Domesticæ fortitudines non inferiores militaribus. Cicero 1. Offic.

Magnitudinis animi & fortitudinis proprium est, nihil eximescere, omnia humana despicere, nihil quod homini accidere possit, intolerandum putare. Cic. 3. Offic.

Erumpit fortitudo in neruum, Vide NERVVS.

Imitatur audacia fortitudinem. Cic. in Partition.

Vementibus malis obstat fortitudo. Cic. in Partit.

Fortitudinem omnem aut in dolore, aut in labore, aut in periculo spectari. Cic. 3. de Nat. deor.

Non militum præsenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilem ciuium mentem vindicauit. Cicero Antequam iret in exil.

Fortax, Vt à fornice fornax, ita à fortitudine fortax dici videtur: quo verbo censetur totus imus camini gyrus, & soli regumentum pauimentatú & saxeum. Ἡσύχιος, ἰσχύς, κάλλος ἢ κράτος παθήματος ἐν τοῖς ἐπινοῦσι ἐν τοῖς μετακινήσεσι. Annotauit Turnebus.

Fortulto, Fortuitus, Vide FORTVNA.

Fortuna, fortunæ, pen. prod. {τύχη, αὐτοματία, πότμος, εἱμαρμένη, χρεών} Accidentium rerum subitus ac inopinatus euentus. Vide FORS. Plin. de Viris illust. Vt fortunam belli experiretur, ac sequeretur, à Tullio in auxilium accersitus, aciem in collem subduxit. Cæsar 7. bel. Gall. Miseratur communem Galliæ fortunam.

Fortunam definit Cicero 2. de Diuinat. Quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid euentus, nisi quum sic aliquid cecidit, sic euênit, vt vel non cadere atque euenire, vel aliter cadere atque euenire potuerit?

Fortunæ vocabulum medium est: sed quum fortunam solam dicimus, intelligimus felicitatem.

Crimen fortunæ. Quintil. in Proœm. lib. 6, Nã frustra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus.

Fluctus fortunæ. Catull. ad Mallium, epigr. 63.

Inops fortunæ. Tacit. lib. 4.

Liquidus fortunæ riuus. Horat. 1. epist. 12.

Procella impotens fortunæ. Seneca Agamemn. 7.

Fortuna & casus. Cic. 1. de Nat. deor.

Propria fortunæ varietas. Cic. 2. de Diuinat.

Belli fortuna. Cic. Bruto, 10.

¶ Aduersa fortuna. Cicero 3. de Natura deorum. Et de Aruspic. respons.

Æqua fortuna. Horat. 2. epist. 1.

Æquabilis perpetuáque fortuna. Cic. post reditum in Senat.

Anceps pugnæ fortuna. Virg. 4. Æneid.

Ardua fortuna. Claud. 6. Paneg.

Cæca fortuna. Cic. de Amic. Idem 13. Philipp.

Communis propinquis plerunque fortuna. Cic. 1. Offic.

Constans fortuna. Valer. Max. lib. 7. cap. 1, Volubilis fortunæ complura exempla retulimus, constantis & propitiæ admodum pauca narrari possunt.

Crudelis fortuna. Silius lib. 13.

Dubia fortuna. Cic. Verr. 3.

Dulci fortuna ebrius. Horat. 1. Carm. ode 37.

Facillima fortuna. Virg. 11. Æneid.

Fatalis fortuna. Cic. pro Sexcio.

Fortunatior fortuna. Cic. 2. de Diuinat. Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum, nusquam se fortunatiorem quàm Præneste vidisse fortunam.

Grauis fortuna. Ouid 4. de Ponto, eleg. 4.

Indignissima fortuna. Cic. Post red. ad Quir.

Infesta fortuna, Vide INFESTVS.

Infima conditio & fortuna seruorum. Cic. 1. Offic.

Iniqua fortuna lædi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6.

Fortuna manca. Horat. 2. Serm. sat. 7.

Minax fortuna. Iuuenal. sat. 10.

Miserrima fortuna. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.

Omnipotens fortuna, Vide OMNIPOTENS.

Pronior fortuna. Patercul. lib. 2.

Propitia fortuna. Vide paulo antè Constans.

Prospera fortuna. Horat. 4. Carm. ode 14.

Rapax fortuna. Horat. 1. Carm. ode 34.

Secunda fortuna. Cic. de Arusp. resp.

Tristis fortuna. Ouid. epist. 3.

Quàm vaga volubilísque fortuna, quàm varia vitæ commutabilísque ratio! Cic. pro Milone.

¶ Abuti fortuna, Vide ABVTOR.

Adire fortunam, Vide ADEO.

Adiungere fortunam, Vide ADIVNGO.

Afflat fortuna. Firmicus lib. 5. cap. 7, Tunc exactis malis omnibus, secunda quandoque incipiet aliquantulum afflare fortuna.

Aspirat fortuna labori. Virg. 2. Æneid.

Committere se fortunæ, Vide COMMITTO.

Committere se timidius fortunæ. Cic. Attico lib. 10. 173.

Concussit illum fortuna. Patercul. lib. 2, Sed virum humana ope inuictum, grauiter eo tempore fortuna concussit.

Coniuncta virtuti fortuna, Vide CONIVNGO.

Constituit aliquèm mearum ineptiarum testem fortuna. Cicero 1. de Orat.

Casu & fortuna aliquid contingere. Cic. 2. Offic.

Crescens fortuna. Stat. 1. Sylu. 1.

Dare fortunam. Quint. Cic. de Pet. consulat.

Deuenire in fortunam. Seruius Cic. Famil. 4.

Deiici ad humilem tristémque fortunam. Firmicus lib. 5. cap. 6, Homines erunt variæ fortunæ: quandoque enim ex vilibus altis, quandoque ex dominis atque principibus ad humilem fortunam tristémque deiecti.

Distrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparémque tanto merito rebatur. Tacit. lib. 4.

Dilabi fortunam. Cic. 4. ad Heren.

Esse fortuna, idem est quod fortunam subire. Cic. Fortuna optima esse debent.

Excipere fortunam. Cic. Excipere fortunam, subire vim atque iniuriam malui, &c.

Virtutibus fortunam domare. Claud 5. Paneg.

Elargitur res fortuna. Cic. Lentulo, lib. 1. 5.

Facere periculum fortunæ. Cic. de Prouinciis consularibus.

Magnam fortunam bene ferre. Horat. 3. Carm. ode 27.

Omni fortuna prosperè functus. Cic. in Bruto.

Gubernans fortuna. Lucret. lib. 5.

Habere fortunam. Ouid. 3. Metam.
Habere fortunam reuerentem. Ausonius sectione prima, in exhortatione ad modestiam.
Maximam vim habet fortuna. Cic. in. Parad.
M. ferorum fortunam non infectari. Cic. Bruto, 4.
Eadem fortuna viros insequitur. Virg. 1. Æneid.
Insidians fortuna. Quintil. in Procem. lib. 6, Illud verò insidiantis, quò me validius cruciaret, fortunæ fuit.
Labentem fortunam continere, Vide LABOR.
Legare fortunæ, Vide LEGO.
Leuare fortunam. Cic. Nullo loco deero, neque ad consolandum, neque ad leuandum fortunam tuam.
Moderandum fortunæ. Tacit. lib. 15.
Mutatur fortuna, Vide MVTO.
Nutat fortuna, Vide NVO.
Obsequi fortunæ. Cic. Si non fortunæ obsequutus fueris, malè tecum agetur.
Pendère ex fortuna, Vide PENDEO.
Pendebat belli fortuna. Ouid. 8. Metam.
Positum in fortuna omne consilium. Cic. Attico, lib. 14. 3 14.
Præsumere fortunam. Tacit. lib. 17, Torpebat Vitellius, & fortunam principatus inerti luxu, ac prodigis epulis præsumebat.
Prouocare fortunam. Id est periculis se exponere. Lucanus libro 9.
Potestas fortunæ in aliquos prorogata. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1.
Recessit fortuna. Virg. 3. Æneid.
Regit fortuna vitam non sapientia. Cic. 5. Tuscul.
Renascens fortuna. Horat. 3. Carm. ode 3.
Superbæ fortunæ respuare. Horat. 1. epist. 1.
Amica varietate fortuna respuit constantiam. Cic. 2. de Natura deorum.
Seiúgi non potest fortuna ab inconstantia & temeritate. Cic. 3. de Nat. deorum.
Sequens fortunam suam Cæsar, peruectus in Africam, ibi primò variam fortunam expugnauit, inclinatæque hostium copiæ.
Fortuna extrema sterit. Cic. in Sallust. Bis ad iudicij subsellia attractus, extrema fortuna stetit, & ita discessit, vt non hic innocens esse, sed iudices peiorem exæstimarentur.
Esse infelicem, fortunæ est: esse deteriorē, improbitatis. Cicero de Prouinc. Consul.
Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna. Cic. 2. de Diuinat.
In casu sunt atque fortuna bona corporis & quæ extra corpus sunt. Cic. 5. Tusc.
Inferiorem fortuna alio esse. Cic. Valerio, lib. 13. 5.
Magnam esse vim in fortuna in vtranque partem, vel ad secundas res, vel aduersas, quis ignorat? Cic. 2. Offic.
Subire fortunam. Cic Famil. 13.
Tentare fortunam. Lucan. lib. 3.
Fortunam trahere, pro In fortuna esse. Cic. Vt tutam, tranquillámque fortunam trahere tis, mea perfeci vigilantia.
Vexilla fortunæ modestè summittere. Stat. 4. Sylu. 2.
Sed hoc fortuna viderit, quoniam consilio non multum vti licet. Cic. Attico, lib. 6. 11 5.
Vti fortuna. Virg. 9. Æneid.
Nemo dexterius fortuna est vsus. Horat. 1. Serm. sat. 9.
¶ Fortuna, dea credita est antiquis. Iuuenal. sat. 10, ad finem,
Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te
Nos facimus Fortuna deam, cælóque locamus. Plaut. Aulul. 5,
Si bona fortuna veniat, ne intromiseris. Cic. 13. Philipp. Deinde obsecro vos Patres Cõscripti, quis hoc vestrum non videt, quod fortuna ipsa quæ dicitur fortuna cæca, vidit?
Facies inuidiosa fortunæ. Ouid. in Ibin.
Fortunæ filius. Horat. 2. Serm. sat. 6. Vide FILIVS.
Iniuria fortunæ. Ouid. ad Liuiam.
Ludus fortunæ. Horat. 2. Carm. ode 1.
Domina rerum fortuna. Cic. pro Marcello.
A fortuna multari, Vide MVLTA.
Vultum seruat fortuna benignum. Horat. 1. epist. 11.
Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi, Saxóque instare globoso prædicant volubili. Author ad Herennium, lib. 2. Ex Pacuuio.
Muneribus fortunæ amplissimis ornari. Cic. de Prouinc. Consul.
Fortunæ multa templa Romæ fuerunt, vt scribit Plutarchus in libello De fortuna Romanorum: In Capitolio, fortunæ primigeniæ: ad fontem muscosum, viscatricis: in Palatio, priuatæ: item virginis, masculæ, cum aliis cognomentis non paucis, quorum Ser. Tullius rex bonam partem sacrauit, animaduertens in administrandis rebus humanis maximum vel potius vnicum fortunam momentum esse: quo ipse vel maximè expertus esset, ex hostili captiuóque genere ad regium fastigium euectus.
¶ Fortuna, Diuitiæ. Cicero de Amicitia, Sæpe enim in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificádæ fortunæ fractior. Horat. 1. epist. 5,
Quò mihi fortuna, si non conceditur vti?
Abundare fortuna. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Fortuna, fortunæ {τύχη} siue fortunæ, fortunarum, pluraliter, Felicitates vel rationes & conditio hominis. Terent. And. 1. 1. Idem Phorm. 1. 4,
Quòd si eò meæ fortunæ redeunt: &c. Cic. 1. Tuscul. Plenus fortunarum. Id est bonorum & pignorum. Liu. Pleni fortunarũ gloriæq; triumphantes domum redibatis.
Possessiones & fortunæ {κλήματα.} Cic. pro Rosc. Comœd. Tum enim propter Reipub. calamitates, omnium possessiones erant incertæ: nunc deũm immortalium benignitate, omnium fortunæ sunt certæ.
Conditio & fortuna hominum infimi generis. Cic. pro Mil.
Omnis fortunæ mulieres ac loci. Cic. in Pisonem.
Defensor fortunarum alicuius. Cic. 1. Verr.
Habitus fortunarum. Horat. de Arte,
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum.
Periculum fortunarum. Quintil. lib. 2.
Adesæ fortunæ. Tacit. lib. 13, Nec si Iturius & Caluisius adesis omnibus fortunis, &c. Vide ADEO.
Amplissimæ fortunæ. Cic. 7. Verr.
Florentissima fortuna. Cic. Attico, lib. 10. 195.
Immundæ fortunæ, Vide IMMVNDVS.
Infima fortuna homines. Cic. 5. de Finib. Vide INFERVS.
Integra fortuna. Cic. pro Sylla, Hic vos orat. Iudices paruus, vt se aliquando si non integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari finatis.
Secunda aut aduersa cadat fortuna. Virg. 9. Æneid.
Sordida fortuna. Seneca Herc. furen. 3.
¶ Accessiones fortunæ & dignitatis, Vide ACCEDO.
Afflicta alicuius fortuna. Cic. pro Sylla. Vide AFFLIGO.
Mala & afflicta fortuna. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.
Secundas fortunas amittere, & in aduersis sine vllo remedio permanere. Cic. pro Syila. Vide AMITTO & AMPLVS.
Amplificare fortunam. Cic. de Amic. Vide AMPLIFICO.
Auctus fortunis, Vide AVGEO.
Concredere alicui fortunas, Vide CONCREDO.
Conqueri fortunas suas. Vide CONQVEROR.
Consulere fortunis, Vide CONSVLO.
Conturbare fortunas, Vide CONTVRBO.
Spoliatam fortunam alicuius conferre cum florente alterius. Cic. in Pisonem.
Pro fama & fortunis decernere. Cic. 2. de Orat.
Defendere fortunas nostras per aliquem, cuius fides est nobis cognita. Cic. 1. Verr.
Dimissi morte fortunas suas Crassius. Cic. 1. Tuscul.
Egens fortunã, vitã turpis Æsclepiades. Cic. pro Flacco.
Fortunis omnibus aliquem euertere. Cic. 1. Verr. Cur de quibus in prouincia non optimè es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conaris euertere?
Ferre pulcherrimè secundam fortunam & æquè aduersam. Cicero Sulpit. lib. 4. 5.
In fortunas alicuius impetum prædonum fieri. Cicero Marcello, libro 4. 7.
Frui dignitate tua & fortunis licebit. Cic. Torquato, lib. 6.
Misera, multúmque iactata alicuius fortuna. Cic. pro Cluent.
Impertire fortunas alijs, Vide IMPERTIO.
Inclinat se fortuna vt, Vide INCLINO.
Inuadere in fortunas alicuius, Vide INVADO.
Locupletare fortunis, Vide in LOCVS.
Lugere fortunas meas bonos viros malui, quàm suis desperare. Cic. Post reditum in Sen.
Obtinere fortunas. Cic. Marcello, lib. 4. 7.
Honoribus amplissimis fortunisque maximis ornatus Imperator. Cic. Bruto, 18.
Parare magnas fortunas, Vide PARO.
Prodere fortunas. Author ad Heren. lib. 4.
Domum & fortunas relinquere. Cic. ad Cassium, lib. 12. 6.
Succurrere saluti fortunisque omnibus. Cic. pro Rab. perd. reo.
Fortuno, fortunas, pen. prod. {φέρω} fortunare, Prosperare, & bonis augere. Cic. Curioni, lib. 2. 2, Tuum patrimonium dij fortunent. Idem M. Marcello, lib. 15. 8, Maxima sum lætitia affectus, quũ audiui Consulem te factum esse, cúmque honorem tibi deos fortunare volo. Horat. 1. epist. 11,
Tu quancunque deus tibi fortunauerit horam
Grata sume manu.
Fortunatus, pen. prod. {εὐδαίμων, εὐτυχὴς, τυχερὸς, ὀλβιόδαίμων, μάκαιρος} Adiectiuum, Felix. Terent. Adelph. 5. 3,
Derides? fortunatus qui isthoc animo sies. Idem Eunuch. 2. 2. Ibidem, 5. 9,
-ecquis me viuit hodie fortunatior? Virgilius,
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Integrorum & fortunatorum promissa. Cic. pro Murena.
Fortunatus in gratia. Gellius lib, 16. cap. 19, In gratia, pecuniáque magnã fortunatum esse.
Fortunatus & potens. Cic. 2. Offic.
Fortuna fortunatior. Cic. 2. de Diuinat.
Comitatu nobilium iuuenum fortunati quidam. Cic. de Senect.
Fortunatæ Athenæ. Plaut. Persa, 16,
Satin' Athenæ tibi visæ fortunatæ atque opiparæ?
Coniugium fortunatum. Ouid. 2. Metam.
Domus fortunata. Propert. lib. 3. eleg. 20.
Exitus alicuius fortunatus. Cic. de Claris Orat.
Gens fortunata. Virg. 4. Georg.
Homo fortunatus. Cic. pro Quintio.
Fortunatus & nobilis homo. Cic. 2. de Orat.
Ingenium fortunatius. Horat. de Arte.
FORTVNATÆ insulæ {μακάρων νῆσοι} à fructuum hubertate dictæ sunt. de quibus Strabo lib. 1, sic inquit, Fortunatæ insulæ contra Mauritaniæ finem ad Occidentem sunt. Quam quidem ad partem & Hispaniæ terminus concurrit. Ex ipso autem nomine manifestum est, quoniam & has ipsas felices existimabant, quia huiusmodi locis propinquæ forent. Plin. lib. 4. cap. 22, Ex aduerso Celtiberiæ complures sunt insulæ, Cassiterides dictæ à Græcis, à fertilitate plumbi, & è regione Arrotrebarum promontorij, deorum sex, quas aliqui fortunatas appellauere. Vulgus autem nostrum hodie vocat *insulas Canarias*, à fertilitate canarum, in quibus crescit saccarum.

Nemora

Nemora fortunata. Vig. 6. Æneid. De campis Elysiis.
Respublica fortunata. Cic. 2. in Catil.
Vita fortunata. Horat. 1. epist. 11.
Fortunatè, pen. prod. Aduerbium {εὐδαιμόνως, τυχερῶς} Feliciter. Cic. 3. de Finib. Necessariò sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunatè viuere. Liuius 10. ab Vrbe, Quod ductu Cõsulis quicquam ibi satis scitè aut fortunatè gestum.
Fortunatim, Aduerbium {εὐτυχῶς} Prosperé. Ennius in Annalibus, Ea mihi reliquæ fidei regno, vobísque Quirites, se fortunatim, feliciter ac bene vortat. Antiquum.
Fortuitus, pen. indiff. Adiect. {τυχηρὸς} Quod casu accidit. vt Fortuitus concursus. Cic. 1. Tuscul. Quintil. lib. 6. cap. 6, Insidiarum inuidiam in Clodium vertit, quanquam reuera fuerat pugna fortuita.
Fortuitus (inquit Seruius in illud 6. Æneid. Itur in antiquam syluam, &c.) ab eundo est, & à fortuna compositum. Producit autem i, & corripit. Iuuenal. sat. 13. non ita procul à fine,
Non quasi fortuitu. nec ventorum rabie, sed
Iratus cadat in terras, & vindicet ignis. Contrà Horat. 2. Carm. ode 15,
Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant. Hîc enim nisi i litera longa sit, non stat versus. Hactenus ille. Versus Horatij est alcaicus dactylicus. rui, secundus pes, est iambus.
Diuinum & Fortuitum, contraria. Cic. Mario, lib. 7. 5, Vt illud nescio quod non fortuitum, sed diuinum videretur.
Boni fortuiti quippiam nacti sumus. Cic. 3. de Nat. deor.
Calamitas fortuita, Vlpianus in l. 2. non procul à fine. D. Si quis caution.
Concursus quidam fortuitus. Cic. 1. de Nat. deor.
Fortuitus euentus. Plin. lib. 14. cap. 6, Genera autem vini alia aliis gratiora esse quis dubitet? aut non ex eodem lacu aliud præstantius altero germanitatem præcedere, siue testa, siue fortuito euentu?
Mors fortuita. Tacit. lib. 2.
Fortuita oratio, pro Extemporali. Cic. 1. de Oratore, Nam si subitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facilè vincit, hanc ipsam profectò assidua ac diligens scriptura superabit. Budæus.
Pugna fortuita. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Rerum fortuitarum concursio. Cic. in Topic.
Fortuitus sermo. Quintil. lib. 10. cap. 7, Nec tumultuarij, nec fortuiti sermonis contextum mirabor.
Bella fortuita sperabantur. Tacit. lib. 20.
Fortuitò, Aduerbium {τυχὸν} Id est casu. Cic. 5. de Finib. Siue hoc ita sit fortuitó. Sic 2. de Diuinat.
Temere & fortuitó. Cic. in Orat. Itaque Herodotus & eadem superiórque ætas numero caruit, nisi quando temere & fortuitó.
Fortuito accidit. Cic. 1. Tuscul.
Dicere fortuitò aliquid concluse aptéque. Cic. in. Orat. Quæ sic aperta est, vt mirer veteres non esse commotos, præsertim quum, vt sit, fortuitò sæpe aliquid concluse aptéque dicerent.
Incidere fortuitó in aliquem sermonem. Cic. 1. de Orat.
Non repétina aliqua voluntate, neque fortuitò incidere ad aliquid agendum. Cic. Licinio, lib. 5. 8.
Casu aut fortuito futurum quid sit scire. Cic. 2. de Diuinat.
Fortuitu {τυχικῶς} Aliud aduerbium, idem significans. Cic. 10. Philipp. Quod verbum tibi non excidit, vt sæpe sit, fortuitu: scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.
Fortuitu & sine consilio. Cæsar 7. bell. Gall.
Casu & fortuitu nauis in portum delata est. Author ad Herennium, lib. 1.
Casu & fortuitu factum. Cic. 1. de Diuinat.
Temere, fortuitu, inconsideratè, negligentérque facere aliquid. Cic. 1. Offic.
Foruli, Vide FORI.
FORVLI, Vrbs Italiæ. Virgilius. 7. Æneid. Casperiámque colunt, Forulósque & flumen Hymellæ. Foruli & Casperia, ciuitates sunt. Seruius.
Forum, huius fori {ἀγορὰ} Negotiationis locus, quò vænalia feruntur, vt ait Festus. Sallust. in Iugurth. Erat haud longè ab eo itinere, quò Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum vænalium totius regni maximè celebratum: vbi & incolere, & mercari cõsueuerant Italici generis multi mortales. Cic. in Catil. Oratione prima, Quanquam quid ego te inuitem, à quo iam sciam esse præmissos, qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati? Idẽ pro Cluent. Cui fora multa restarẽt, simul atque introductus est rem conficit. Charisius lib. 1, Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis destinatum, aut quũ commercium significamus. Masculinè autem tabulata nauium, & semper pluraliter, quamuis Gellius fora nauium neutraliter dixerit: & Lucilius negotiorum forum masculinè exulerit lib. 3, Forus olim ornatus lucernis. Meminit & Nonius Marcellus.
Forum & triuium amplitudine sola differunt: est siquidem triuium velut pusillum forum. Author Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 11.
Forum boarium, In quo boues venduntur. Liu. 9. bell. Pun.
Duilium forum. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Olitorium forum, Vide OLITOR.
Solicitum forum. Ouid. 1. de Arte.
Forum suarium, inquit Varro lib. 4. de Ling. Lat. in quo sues venduntur, & boarium in quo boues: & piscarium olitoriúmque in quo pisces oleráque. Sicut forum cupedinis, in quo cupedinarij negotiantur. Quæ omnia (inquit) in vnum locum contracta, postquam ædificatus est locus, appellatur macellum.
Forum vinarium, de quo Varro lib. 1. de Re rust. cap. 54, Itaque lectæ ius defertur in forum vinarium, vnde in dolium inane veniat, electa in secretam corbulam, vnde in ollulas addatur, & in dolia plena vinaceorum contradatur.
Per medium forum, Vide MEDIVS.
Circum omnia fora aliquem sectari. Cic. 4. Verr.
Foro vti, Præsentem rerum statum boni consulere, & vtcunque sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terent. Phorm. 1. 2, Copi his omnia facere: obsequi quæ vellent. D. scisti vti foro. Donatus vulgare prouerbium admonet esse: ductámque metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercij præcribunt quanti vendant quæ auehunt, sed secundum annonam fori quam deprehenderint, consilium de non vendendis aut vendendis mercibus sumunt. Seneca, Vtamur foro: & quod fors ferat, æquo feramus animo. Ex Erasmo.
¶ Fora, vasa quibus antiqui vtebantur in torcularijs. Colum. lib. 12. cap. 18, Tum lacus vinarij, & torcularij, & fora, omniáque vasa, si vicinum est mare, aqua marina: si minus, dulci eluenda sunt, & commundanda, & diligenter asiccanda, ne humorum habeant. Opinor esse quod vocamus, *la mes du pressoir*.
¶ Forum {ἐργαστήριον, δικαστήριον, δικαστήριον} in quo iudicia publica exercebantur. Cic. pro P. Sext. Idem Att. libro 12. 24, 2, Quòd me in forum vocas, eò vocas vnde etiam bonis meis rebus fugiebam. Vide Curia, in CVRA. Fuerunt autem fora tria: Romanum, Iulium, Augustum. Suet. in Augusto, cap. 29. Fori extruendi causa fuit hominum & iudiciorum multitudo, quæ videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio egere. Itaque festinãtius, necdum perfecta Martis æde, publicatum est, cautúmque vt separatim in eo publica iudicia, & fortitiones iudicum fierent.
Tabes fori. Tacit. lib. 11, Fori tabes pecuniam aduocatis ferat.
Veritas fori. Quintil. lib. 6. cap. 1, Non admittit hoc idem veritas fori.
Argutum forum. Ouid. 1. de Arte.
Litigiosa fora. Ouid. 4. Fast.
Orbum litibus forum. Horat. 4. Carm. ode 2.
Verbosi garrula verba fori. Ouid. 3. Trist. eleg. 12.
Adducere à foro, Vide ADDVCO.
Agere forum. Cicero Attico, lib. 5. 104, Appius, vt audiuit nos venire, in vltimam prouinciam se coniecit Tarsum vsque, ibi forum agit. Vide AGO.
Forum attigit. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16, Puto te suppudere: Quicum loquor? cum vno fortissimo viro, qui posteaquam attigisti forum, nihil fecisti nisi plenissimũ amplissimæ dignitatis. Id est ex quo in foro versari cœpisti.
Foro cedere, Vide CEDERE foro.
Destinari foro. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Mersus foro, Vide MERGO.
De foro sublata fides. Cic. 2. de Lege Agar.
Vertitur res in meo foro. Plaut. Mostellaria. 15, Vbi ego video rem vorti in meo foro, quantum potest Facio idem quod plurimi, &c.
Forum à subselliis & iudiciis distinguit Cic. 1. de Orat. Agè verò ne semper forum, subsellia, vestra, curiámque mediteris, &c. Id est causas Ciuiles, publica iudicia, conciones & opiniones in Senatu dicendas. Et paulo pòst, Quòd remoto foro, concione, iudiciis, Senatu, statuisti oratorem in omni genere sermonis & humanitatis esse perfectum. Quare forum, hastam Centurialem intellexisse videtur. Budæus.
Forum sex modis intelligitur. Primo negotiationis locus: vt forũ Flaminium, forum Iulium, ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt, quod etiam locis priuatis, & in agris, & in viis fieri solet. Alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent. Tertio, quó is, qui Prouinciæ præest, forum agere dicitur, quó ciuitates vocat, & de cõtrouersiis eorum cognoscit. Quarto, quó id forum antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulchri dici solet. Quinto locus in naui, sed tum masculini generis est, & plurale. Sexto, fori significãt circensia spectacula, ex quibus etiam minores forulos dicimus. Inde & forare, & foras dare, & fores, & foras, & forecula, Id est, ostiola dicuntur. Hæc Festus.
Forensis, & hoc forense {ἀγορᾶιος} Quod ad forum pertinet.
Forensis & domesticus, contraria. Cic. Licinio, lib. 5. 8, Sic vtantur in omnibus publicis, priuatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clientum tuorum negotiis.
Forenses actiones, quæ alibi ciuiles, siue rei familiaris, priuatæ aut pecuniariæ dicuntur. Vlpian. l. 1. D. de incend. naufr. Et quanquam sint de his faciendis etiam criminum exequutiones, attamen rectè Prætor fecit, qui forenses quoque actiones criminibus istis præposuit.
Asperitas forensis. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Forenses causæ. Cic. 3. de Nat. deor.
Genus dicendi forense. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Forense, concertatorium, & iudiciale genus non tractauit Thucydides. Cic. de Claris Orat.
Forensis homo, Causidicus, vel qui se in foro exercet. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Forense latrocinium. Cic. in Pisonem.
Forenses literæ. Cic. 2. Offic.
Marte forensi valere, Id est eloquentia. Ouid. 4. de Pont. eleg. 6.
Opella forensis. Horat. 1. epist. 7.
Iudicialis & forensis oratio. Cic. in Orat.
Forensis populus apud Liuium lib. 9. ab Vrbe, in fine, differt ab integro populo bonorúmque fautore.
Forensis quæstus. Cic. pro Cluent.
Ratio forensis. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Forensis rhetorica. Cic. 2. de Finib.
Turba forensis. Ouid. 3. Fastorum.
Forensia vestimenta, Vestes quibus in foro vtuntur, vel foris, id est extra domum. Colum. lib. 12. cap. 45, Arculæ faginææ, vel etiam iliaceæ, quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur. Suet. in Augusto.
Forensis & publicus vsus. Cic. in Parad. Animaduerti Brute, sæpe Catonem auunculum tuum, quum in Senatu sententiam diceret,

locos graues ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc vsu forensi & publico.

FORVM Bibalorum {φόρος βιβαλῶν.} Ptolemæo Hispaniæ vrbs, vulgò *Fomillan.*

Forum Claudij, Centronum ciuitas in Alpibus Ptolemæo, hodie *Tarentesia* ducis Sabaudiæ.

Forum item Claudij, est Tuscorum vrbs Ptolemæo, vulgò *Tolfa.*

Forum Cornelij, Galliæ Togatæ vrbs, authore Ptolemæo lib.3. cap.1.vulgò *Imola.*

Forocornelienſis agri meminit Plinius lib.3.cap.16.

Forum Egurrorum,Ptolemæo,vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis.vulgò *Medina de Ruiseco.*

Forum Iulij,Galliæ Narbonenſis vrbs, non longè diſtans à Maſſilia, & Octauianorum colonia, vt ſcribit Pompon.Mela lib.2.Nunc vulgò *Freio*,vel *Freius.* Sunt & Foroiulienſes, & Foroflamineinſes, populi Italiæ, quorum meminit Plinius lib.3.cap.14,in deſcriptione ſextæ regionis.

Forum item Claudij in Hetruria,apud Plin.lib.3.cap.15.

Forum Iulium,Carnorum colonia,authore Ptolemæo, hodie *Frigoli.*Vulgò *Le pass de Friol.*

Forum Iulium, Narbonenſis Galliæ vrbs apud Ptolemæum, vulgò *Freius.*

Forum Liuij,Gall.Togatæ vrbs Ptolem.hodie *Forlinio*,*Forli.*

Forum Seguſianorũ, oppidum Gall.Ptolem.vulgò *Bourg en Bresse.*

Forum Sempronij,Vmbrorum ciuitas, Ptolemæo authore. vulgò *Fossembrone.*

Forum Tyberij, Helueticorum ciuitas in Gallia iuxta Rhenum,apud Ptolemæum,vulgò *Scaluuitze.*

Forum Laccini,Italiæ ciuitas, in octaua regione à Plinio collocata,lib.3.cap.15.

Forum Truentinorum,Plinio Italiæ vrbs,in octaua regione. Vide lib.3.cap.15.

F O S

Foſſa,foſsilis,foſsio,foſsitius,foſſor,foſſura. Vide FODIO.

FOSSAE Marianae {φόσσαι μαριάναι} Ptolemæo, Galliæ Narbonenſis vrbs. vulgò *Aigues mortes.* Dicitur Pomponio Melæ Foſſa Mariana.

FOSSAE Papytianæ {φόσσαι παπυζιάναι} Tuſcorum ciuitas, authore Ptolemæo.hodie *Fossonuom.*

FOSSAE, Inſulæ paruæ ſunt in extremis Corſicæ, à quibus fretum ipſum Taphros nominatur.Author Plin.lib.3.cap.6.

Fotus. Vide FOVEO.

F O V

Fouea,foueæ {βόθρος,βόθυνος} Notum. Plaut.Pœnul.3, Ita decipiemus fouea lenonem Lycum. Plinius lib.10. cap.38, Itaque anates in foueas,quibus feras venamur,delapſæ ſolæ euadunt.

Foueola,Eſt cauum vlcus, ac purum in nigro oculi, vt author eſt Gal. lib.Finit.medic.

Foueo,foues,foui,fotum {θάλπω,χαλεδαίνω,πυρὶ ἢ πυρὶ θερμαίνω,θάλπω} fouêre, Propriè eſt calidum tenere,ſiue calefacere. Plaut. Capt.13, Iubén' an non iubes aſtitui aulas,patinas eiui?

Laridum atque epulas foueri foculis feruentibus?

Humum fouet coluber. Virg.3.Georg.

Nidos fouent. Virg.4.Georg. de apibus.

Fouere oua. Plin.lib.8.cap.36,Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent,non alio incubitu,quàm oua volucres. Idem lib.9.cap.10.

Oua fouere plumis.Ouid.1.Faſt. Ibidem,lib.4.

Pennis pullos ſuos fouent aues, ne frigore lædantur. Cicero 2.de Nat.deor.

Gremio fouere aliquem.Virg.1.Æneid.

¶Fouere,Nutrire,prouehere. Plaut.Merc.Alios enecat,extinguit, alios ſuo lacte fouet & erigit.

Fouere amorem,Quod alere aliàs dicitur.Cicero ad Quint.fratr. lib.3.17.Scribis de Cæſaris in nos amore: hunc & tu foueb is, & nos quibuſcunque poterimus rebus augebimus.

Arma fouere. Ouid.1.Triſt.eleg.4.

Bella fouere. Virg.10.Æneid.

Fouere bona naturæ. Id eſt alere & vegetare. Budæus.

Fouere caſtra. Virg.9.Æneidos,

-non obuia ferre

Arma viros,ſed caſtra fouere. Id eſt tueri,vt ait Nonius.

Fouere dolores. Cic.ad Atticum,lib.12.24,Nam dum illud tractabam,de quo antea ſcripſi ad te,quaſi fouebam dolores meos.

Famam fouemus inanem. Virg.4.Æneid.

Fouere iudicium,quod de aliquo habemus. Plin.in Paneg.

Fouere partes. Tacit.lib.17.

Fouere periculum alterius, Vide PERICVLVM.

Fouere rem Romanam. Liuius 6.bel.Pun.

Fouere ſenectutem. Plautus Stich.9,

Poſtea ibo lauatum in Pilumnibi foueb o ſenectutem meam.

Senſus hominum fouere,delinire animos. Cic.pro Murena.

Fouere ſpes improbas. Seneca de Benef.lib.1.cap.4.Virgilius,

-ſpémque fouemus inanem.

Spes vitam fouet. Tibullus libro 2.eleg.7.

Foueri ſpe. Liu.8.bell.Maced.Et propè certa fouebantur ſpe. Alia exemplaria habent,fouebant ſpe.

Fouere in pectore. Plautus Bacchid.21,

Quàm magis in pectore meo foueo quas meus filius turbas. Id eſt, quanto magis cogito.

Gaudia fouere mente. Ouid.ad Liuiam.

Vota mea animo fouebam. Ouid.7.Metam.

¶Fouere aliquem,pro Illiſafauere. Virg.1.Æneidos,

-mecúmque fouebit Romanos rerum dominos.

Aliquem non modò fouere, ſed & illi pecuniam dare. Cicero Attico,lib.11.217.

Peculiariter fouere aliquem in ſuam gloriam. Quintil. lib.1.cap.1.

¶Fouere vulnus aqua aut oleo, Madefacere,aſpergere, Virgil. 12. Æneidos,

Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapix. Nonius.

Artus fouendos accipit. Ouid.8.Metam.

Exulceratas nares vapore aquæ calidæ fouere. Celſus lib.6.cap.8, Nares verò intus exulceratas fouere oportet vapore aquæ calidæ, id eſt ſpongia expreſſa,&c.

Fouere os. Celſus lib.1.cap.2.

¶Fouere, Conſtituere. Virgilius 4. Georg. Sub terra fouere larem Nonius.

¶Fouere aliquem,pro Amplecti. Virg.3.ecloga,

Infœlix ô ſemper ouis pecus,ipſe Neæram

Dum fouet,ac ne me ſibi præferat illa,veretur. Seruius.

Fouere & oſculari aliquem. Cic.Leot.lib.1.9.

Fotus,Participium {φάϊστος,θαλφθείς} Cic.2.de Nat.deor.Quinetiam anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus, ex quibus pulli orti primũ alantur ab iis,vt à matribus à quibus excluſi fotíque ſunt.

Fotus,huius fotus,m.g. {θάλμα} Idem quod fomentum ſignificat. Plin. lib.23.cap.1,Decoctum eorum veteres dyſentericos & cæliacos iuuat & potione & fotu.

Fomes,huius fomitis,pen.corr.m.g. {φόμευρον, τιναγμα} à fouendo,hoc eſt nutriendo ignem dicitur. eſt enim aſſula ex arbore excuſſa dum cæditur, vt ait Feſtus. Ponitur & pro omni materia ſicca quæ facilè igni inflammatur. Virgilius 1.Æneidos,

-rapúíque in fomite flammam. Plinius lib.16.cap.40,Excipiente materia aridi fomitis.

¶Fomes,per tranſlationem,dicitur quicquid excitat nos & accendit ad aliquid agendum. Gellius libro 15.cap.2 , Fomitem eſſe quendam dicens & incitabulum ingenij virtutíſque, ſi mens & corpus hominis vino flagraret.

Fomentario, Idem quod fomentum. Vlpianus in l. Si cui.§.Lanæ appel. D.De leg.3.Nec ea quidem,quæ fomẽtationis gratia parata ſunt, vel medicinæ,lanarum appellatione continentur.

Fomentum {θερμαστήριον} Verbale aliud. Dicuntur autem fomenta applicationes rerum calidarum ſiue humidarum ad partes corporis læſas,& medendi gratia:quæ & fotus appellantur. Columel.lib.6.cap. 30,Frigori fomenta adhibentur,capũtque & ſpina , tepenti adipe vel vino illinuntur.

Fomenta calida. Celſus lib.2.cap.17,Fomenta quoque calida ſunt, milium,ſal,harena: quodlibet eorum calefactum , & in linteum cõiectum.

Fomenta calida, ſicca,lenta,valida. Celſus lib.4.cap.14, Vbi is dolor cœpit,admouere ſicca & calida fomenta oportet: ſed primò lenta,deinde validiora.

Frigidis & humidis fomentis fouere. Celſus lib.4.cap.11, Si verò tormina ſunt,oportet frigidis & humidis fomentis ſtomachum fouere:vel ſi venter dolet,iiſdem egelidis.

Fomentum humidum.fomentum ſiccum. Celſus lib.4.cap.4.

¶Fomentum, Per tranſlationem. Cic.2. Tuſcul.Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum. Idem 2.de Finib.

¶Nutricis fomentum , pro Ipſa nutricatione accipit Seneca lib.3. de Benef.

Frigida curarum fomenta. Horat.1 epiſt.3.

Ingrata fomenta,vulnus nil malum alleuantia. Horat.Epod.11.

Parare fomenta. Horat.1.Serm.ſat.1.

Præmollire aſperum fomentis. Quintil.lib.4.cap.3.

Focillationes {θαλπίσεις} inquit Feſtus,à fouendo dicuntur, id eſt à calefaciendo.

FOVII, qui nunc Fabij dicuntur, dicti, quòd princeps gentis eius ex ea natus ſit,cum qua Hercules in fouea concubuit. Alij putant eum primum oſtendiſſe, quemadmodum vrſi & lupi foueis caperentur. Author Feſtus.

F R

FR.Fronte. FR.F.Fratris filius. FR.I.Forum Iulium. FR.L.Forum Liuium. FR.S.Forum Sempronianum.

Fraceo,fraces,ſiue Fraceſco,fraceſcis,fracui {ἐκμυκᾶσθαι,ἐξίσασθαι} fracêſcere, Caldore & vetuſtate putrefieri, vt ait Nonius. Colum.lib.1. cap.6, Oleum quod minus prouenit,ſi congelatur, fraceſcet. Varro lib.1.de Re ruſt.cap.55, Hæc de qua ſit oleum, cõgeri ſolet aceruatim per dies ſingulos in tabulara,vt ibi mediocriter fraceſcat. Cato cap. 128, Sinito quatriduum fraceſcat: vbi bene fracuerit, rurro concidito.

Fracebunt,diſplicebunt, Antiquum. Feſtus.

Fracidus, penult.corr.Adiectiuum {ὑπόμορος} Plus quàm maturum & iam putreſcens. Cato cap.64 & cap.55,Fractores volũt vt oliua in tabulato diu ſit,vt fracida ſit,quo facilius efficiant.

Fraces,fraciũm,f.g. {ἐκμυκα.} Plinius lib.15.cap.6, Oleum in tabulato minui,deteriúſque fieri. item in amurca,& fracibus: eæ ſunt carnes, & inde fæces. quare ſæpius die decapulandum. Columel.lib.6.cap. 13. Gellius lib.11.cap.7, Item floces audierat priſca voce ſignificare vini fæcem è vinaceis expreſſum,ſicuti fraces ex oleis.

Fractus,Vide FRANGO.

Frænum,huius fræni,neut.gen. {χάμυς, χαλινὸς} à frangendo, Inſtrumentum quo equus terinetur & domatur. Dictum quòd equorum ora frangat. & ideo per æ ſcribendum. In plurali, hi fræni, vel hæc fræna declinatur. Ouidius 1.de Arte,

Tempore lenta pati fræna docentur equi. Cic.pro Milone.

Sonantes fræni. Virg.3.Georg.

Sonantia fræna.Ouid.2.Metam.

¶Accipere frænum , Metaphoricè , pro dédere ſe alicui. Virgil.12. Æneidos,

Ni frænum accipere,& victi parêre cogantur.

Addere fræna equis, Vide ADDO.

Frænos alicui adhibere,Retrahere, Cic.de Clar.Orat.Alteri ſe cal caria adhibere,alteri frænos.

Coercuit

Coercuit ora frænis.Ouid.5.Metam.

Compeſcere animum frænis. Horat.1.epiſt.2.

Concordi currere fræno.Sil.lib.16. Sic Virgil.3. Æneidos,

-& fræna iugo concordia ferre.

Frænum non depulit ore.Horat.1.epiſt.10.

Dare fræna,Id eſt laxare habenas.Seneca Agamem.3.

Caſta fræna dare iuuentæ.Claud.3.Paneg.

Domare fræna.Plin.lib.8.cap.42,At illum indignatione accenſum domitis frænis, ne regi poſſet,præcipitem in abrupta iſſe.

Ducere fræna, Id eſt reducere,retrahere.Ouid.15.Metamorph.

Præcipitant currum ſcopulis,ego ducere vana

Fræna manu,ſpumis albentibus oblita,luctor:

Et retro lentas tendo reſupinus habenas.

Eget frænis alter,alter calcaribus.Cic.Attico,lib.6.111.

Mobilibus frænis ora flectere.Ouid.ad Piſonem.

Frænis impediuntur equi.Ouid.2.Faſt.

Sæpe obſtinatis induit frænos amor.Seneca Hippol.4.

Inhibere frænos. Vide INHIBEO.

Frænos iniicere alicui , pro Cohibere alicuius conatum. Valerius Max.lib.2,Fræni ſunt iniecti nobis.

Iniicere alicui frænos furoris.Cic.13.Philip. Vide INIICIO.

Iniecit fræna vaganti licentiæ.Horat.4.Carm.ode 15.

Laxat frænos populis ſurentibus. Lucan.lib.7.

Spumantia fræna mandit ſonipes.Virgil.4.Æneid.

Imperij moderati fræna.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.

Moderandis frænis docta manus. Seneca Hippol.12.

Frænum mordere. D. Brutus ad Ciceronem, lib.11.23, poſſuiſſe videtur pro eo quod eſt vel Leuiter repugnare ſeruituti, dicens, Si frænum momorderis,peream,ſi te omnes quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. Hoc eſt, ſi vtcunque ſignificaueris te ſeruitutem iniquo animo ferre. Ad hanc ſententiam faciunt quæ reſpondet Cicero ſequente epiſtola , Si timidus , inquiens , eſſem,tamen iſta epiſtola omnem mihi metum abſterſiſſes. Sed vt omnes , frænum momordi. Etenim qui te incluſo omnem ſpem habuerim in te,quid nũc putas?

Frænum mordere. Papinius in Epithalamio Stellæ & Violantillæ in diuerſum ſenſum vſurpauit,nempe pro eo quod eſt Seruitutem accipere,frænúmque recipere, Fama tace, ſubiit leges,& fræna momordit. Id eſt,admiſit vincula matrimonij.

Frænos ore momordit equus. Tibul.lib.1.eleg.3.

Oblita fræna ſpumis albentibus.Ouid.15.Metam.

Equus fræna patitur.Ouid.epiſt.4.

Recipit fræna equus.Cic.in Topic.

Regere frænis aliquem.Seneca Troad.4.

Lupatis temperat ora frænis.Horat.1.Carm.ode 8.

Vti fræno in vno,in alio calcaribus.Cic.3.de Orat.

¶Frænum apud Celſum lib.7.cap.25,eſt morbi genus, quod Græci φύμωσιν appellant. Eſt autem , quum glans penis ita contecta eſt, vt nudari non poſſit.

Fræno, frænas, frænare {χαλινόω} Frænis equos cohibere. Cæſar 8.belli Gall. Equites frænatis equis in ſtationibus diſponit. Liu.1.bel.Pun. Inſtructus,frænatúſque equus.

¶Frænare, per tranſlationem , vſurpatur pro Cohibere, & continere. Cicero 5. Verrina , Quum eius animum ad perſequendum non negligentia tardaret , ſed conſcientia ſceleris , auaritiæque ſuæ frænaret.

Frænare curſus aquarum.Virgil.4.Georgicorum,

-& glacie curſus frænaret aquarum. Liu. 7. belli Maced. Vbi demerſis nauibus frænaſſent clauſtra maris.

Iuſtitia gentes frænare ſuperbas.Virgil.1.Æneid.

Iras frænare.Seneca Medea,11.

Frænare populos.Virgil.1.Æneidos,

O regina nouam cui condere Iuppiter vrbem,

Iuſtitiáque dedit gentes frænare ſuperbas.

Spes auidas frænare.Sil.lib.10.

Frænare vinclis & carcere Virgil.1.Æneidos,

Luctantes ventos,tempeſtatéſque ſonoras,

Imperio premit,ac vinclis & carcere frænat.

Frænare voluptates. Liu. 10. bel.Pun. Qui eas voluptates ſua temperãtia frænauit ac domuit, multo maius decus maiorémque victoriam ſibi peperit,quàm nos Scyphace victo habemus.

Frænatus,pen.prod. Participium {χαλινωτός} vt Acies frænata. Vide ACIES.

Equi frænati.Virgil.5.Æneid.

Os frænatum equi.Horat.1.epiſt.15.

Frænigerus, pen. corr. Adiectiuum {χαλινοφόρος} vt Ala frænigera.Stat. 5.Sylu.2.0. Hoc eſt equites.

Fraga.fragorum,Mora quæ in herbis naſcuntur,inquit Seruius, odoris & ſaporis optimi.Virgil.3.eclog.19,

Qui legitis flores,& humi naſcentia fraga. Plinius libro 21. cap. 15. Idem lib.15.cap.24,Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni,quod ſolum pomum ſimile fructui terræ gignitur. Sunt itaque fraga terreſtria , ſiue campeſtria , quæ ſimilia ſunt vnedoni,alia montana,de quibus mentio fit apud Ouidium lib.1.Metamorphoſeos.

Molha fraga leges.Ouid.13.Metam.

Fragaria,Planta eſt,nemini feré non cognita,refrigerans ordine primo,ſiccánſque ſecundo.Folia & radix vlcera ſanant,& vulnera: mulierum fluxus & dyſenterias cohibẽt,vrinam cient,& lieni cõferunt. Plura Matthiol.Senenſ.apud Dioſcor.lib.4.quem vide.

Fragefco , Fragilis , Fragiliter , Fragmen , Fragor , Vide FRANGO.

Fragro,fragras {ὄζω} fragrâre,Odorem reddere:quia(inquit Seruius) ſpecie fracta odor redditur maior.Virgil.1.Æneidos,

-redolẽntque thymo fragrantia mella. Martial.lib.1.83,

Ne grauis heſterno fragres Feſcennia vino.

Odor fragrat acerbus.Valer.4.Argon.

Fragrans,Participium {ὄζων.} vt Domus fragrans odore Aſſyrio.Catul. ad Mallium,epig.63.

Mella fragrantia.Virgil.1.Æneid.

Framea,frameæ,penult.corr.{ῥομφαία} factum videtur,tranſpoſicione literarum, vt 9 præcedat, quod in verſum eſt, Lancea, ſiue telum oblongum. Tacit.in lib.de morib. German. Haſtas, vel ipſorum vocabulo frameas gerunt anguſto & breui ferro, ſed ita acri , & ad vſum habili, vt eodem telo,provt ratio poſcit, vel cominus vel eminus pugnent: & eques quidem ſcuto frameáque contentus eſt. Iuuenalis ſatyr.8.

Et Martis frameam,& Cyrrhæi ſpicula vatis.

FRANCISCVS ACCVRSIVS, iuriſconſultus Florentiæ natus, ius ciuile Bononiæ anno à Chriſto nato M.CC.XXV. cumingenij atque induſtriæ laude profeſſus eſt. Gloſſas in omnes iuris ciuilis libros ſcripſit , magnopere adiutus his , quas ſuperiores iuriſperiti Irnerius,Bulgarus,Martinus, Placentinus, Ioannes, Azo multifariam aſcripſerant. Præceptoribus vſus eſt Ioanne, qui gloſſator vulgo nominatur, & Azone. Filio autem erudito Franciſco Accurſio , qui eodem in loco ius ciuile interpretatus eſt , patriſque gloſſas locupletauit,relicto,ibidem vita eſt functus. Ex Hotomano.

FRANCONES,Germaniæ populi , qui à Meridie Sueuos & Bauaros habẽt: ab Occaſu Rhenum,ab Ortu Boemos. Alluitur regio flumine Megano, Ptolemæo Menio vocato. Franconum meminit Cicero in Epiſtolis ad Attic.lib.14.

Frango, frangis, fregi, fractum {ἄγνυμι,θρύπτω,κλάω,θραύω,φλάω} frangere. Quidam putant factitium eſſe verbum à ſono quem res fracta reddere conſueuit. Eſt autem frangere, illidere, & rumpere. Plaut. Aſin. Quis noſtras ſic fregit fores?

Frangere aulas in caput alterius.Plaut.Capt.3.

Fregit brachium. Cic.2.de Orat.Excuſauit Veſpa Terentius quòd eum brachium fregiſſe diceret.

Frangere ceruices alicui. Cic.7.Verr. Ceruices in carcere frangebantur indigniſſimè ciuium Romanorum.

Comam in gradus frangere.Quintil.lib.1.cap.6.

Fregit coxam.Plin.epiſt.25.

Oleba frangenda verbis libellus.Virgil.2.Georg.

Frangere in micas. Plin. lib. 12. cap.14,Item ne thus dentem recipiat potius quàm in micas frangatur.

Frangere molis.Plin.lib.18.cap.7,Deinde molis frangunt.

Fregit nauem,pro Naufragium paſſus eſt. Terent.And.1.3,

Nauem is fregit apud Andrum inſulam.

Oua frangit alter alterius miluus & coruus. Cicero 2. de Natura deorum.

Patinam frangere.Horat.2.Serm.ſatyr.8.

Ad ſaxum aliquid frangere.Virgil.3.Æneid.

Euri frangunt ſylua.Virgil.2.Georg.

¶Frangere ad incorporea tranſfertur: vt Frangere animum alicuius. Cic. pro Corn. Balbo, Sed id factum eſt , non vt vobis rem tam perſpicuam dicendo probaremus:verùm vt omnium maleuolorum, iniquorum,inuidorum animos frangeremus.

Frangere & abiicere aliquem.Cic.Plancio,lib.10.12.

Frangere & comminuere aliquem.Cic.2.Offic.

Frangere , atque concidere quicquid eſt in oratione generoſius. Quintil.in Procem.lib.1.

Frangas enim potius,quàm corrigas, quæ in prauum indurueriit. Quintil.lib.1.cap.3.

Animum pietas,maternáque nomina frangunt.Ouid.8.Metam.

Frangere audaciam hoſtis.Liu.5.bel.Pun.

Contundere & frangere latronis audaciam.Cic.13.Philip.

Frangere authoritatem veteris diſciplinæ.Cic.1.Acad.

Bella frangere.Ouid.ad Liuiam.

Bellum aliquorum præliis frangere & domare. Cic. de Prouinciis Conſul.

Commoda alicuius frangere. Cic.ad Lentulum,lib.1.9,Nec mihi aliter potuiſſe videor hominum perditorum de me cõſilia frangere.

Contentiones frangere.Cic.3.de Orat.

Dolor frangit corda fortia. Tibul.lib.3.eleg.2.

Cupiditates frangere.Cic.1.de Orat.

Diem morantem mero frangere.Horat.2.Carm.ode 7.

Frangere dignitatem ſuam. Cic. ad Papyrium, lib.9. 16, Vt neque offendam animum cuiuſquam,nec frangam dignitatem meam.

Doli demum frangentur inanes. Virgil.4.Georg.

Frangere fidem. Cic.pro Roſc.Comœdo.

Fluctus frangere.Plin.in Paneg.

Fluctum ſaxo frangere.Cic.Pæto,lib.9.16.

Frangere fœdus.Cic.in Piſonem. Et pro Domo ſua.

Furorem & petulantiam alicuius frangere.Cic.in Piſonem.

Gemitu ſupplice frangere aliquem.Stat.11. Thebaid.

Hominem frangere,pro Vincere.Cic.ad Brutum,lib.11.12,Itaque homines alij fracti ſunt:nonnulli etiam queruntur.

Imperium frangere. Horat.1.Carm.ode 35.

Impetus aduenientes frangere.Cic.3. Tuſcul.Quare accipio equidem à Cyrenaicis hæc arma contra caſus & euentus , quibus eorum aduenientes impetus diuturna præmeditatione frangantur.

Mala ingenium fregere meum.Ouid.3.Triſt.eleg.14.

Frangere aliquem ingenio & induſtria. Cic.ad Plancum, lib.10.3, Eáque adeptus es adoleſcens,multis inuidentibus, quos ingenio,induſtriáque fregiſti.

Iudicio aliquem frangere , non vi ſuperare. Cic. Poſt reditum in Senatu.

Leges alicuius frangere.Lentulus Ciceroni,lib.12.14.

Libidines alicuius frangere.Cic.3.de Legib.

Mandata frangere.Horat.1.epiſt.13.

Morbum frangere & vincere.Plin.epiſt.12.

Nationes frangere & domare.Cic.de Prouinc.Conſul.

Opes frangere inimicorum. Liu.2.ab Vrbe, Mortuus est Cumis, quo se post fractas opes Latinorum ad Aristodemum tyrānum contulerat.
Opes frangere & infirmare. Cic. pro Rab. Posth.
Patientia frangere aliquem. Cic. de Claris Orat.
Vinum sublimia pectora fregit. Ouid.1.Fast.
Pœnas leuiter frangere. Lucret.lib.4.
Se laboribus frangere. Cic. pro Archia.
Se calor frangit. Cic.1.de Orat.
Sententiam alicuius frangere. Cicero ad Lentulum, lib.1.4, Quod iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus.
Fractum studium scribēdi. Cecinna ad Ciceronem, lib.6.7, Sic tot malis tum victum, tum fractum studium scribendi.
Ventum frangere. Plin. epist.4.1. ad Gallum.
Debilitare & frangere vim aliquam. Cic. pro Marcello.
Superare & frangere furiosam vim alicuius. Cic. pro Domo sua.
Frangere vires. Cic.3. Tusc. Quæ vt peruellere te forsitan potuerit, & pungere, non potuit certè vires frangere.
Vires & robur frangit minutatim. Lucret.lib.2.
¶Frangi, Debilitari, succumbere. Cic.2.de Finib. Potius ergo illa dicantur, Turpe esse viro debilitari, dolere, frangi, succumbere.
Mare æstu frangitur. Lucret.lib.6.
Frangi dolore. Cic.2. Tusc.
Frangi metu. Cic.1. Offic.
Minis nullis frangitur. Stat.9. Thebaid.
Molestia animos frangi & debilitari non oportet. Cic. Q. fratri, lib.1.1.
Frangi pudore. Cic.2. Tusc.
¶Frangere, pro Interimere eleganti sensu vsurpat Solinus, de canibus Albanis, Apud hos, inquit, populos nati canes omnibus feris anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt, &c.

Fractus {κεκλασμένος} Participium, siue Nomen ex Participio. Plautus Milit.3, Quæ misera gestitet fractum facere ex hostibus.
Fractus animo. Cic. ad Attic.lib.12. 36, Deformatus corpore, fractus animo, quòd se conferat nescit.
Calamitate fractus & afflictus. Cic. pro Sylla.
Fractus aliquo detrimento. Hirtius 4. bel. Alexand.
Membra multo labore iam fractus. Horat.1.Serm.satyr.1.
Malis fracta ciuitas, muta, debilitata, abiecta metu. Cic. pro Domo sua.
Fractus prælio. Cæsar 1.bel.Gal. Virgil.2.Æneidos,
-fracti bello, fatisque repulsi
Ductores Danaûm.
Fractus & humilis animus, pro eodem. Cic. pro Plancio. Idem in Pisonem, Ita nescio quid istuc fractum, humile, demissum, sordidum, inferius etiam est, quàm vt Mediolanensi præcone auo tuo dignum esse videatur. Budæus.
Afflictus & fractus animus. Cic. Attico, lib.12.242.
Fracto atque afflicto animo loqui. Cic. pro Domo sua.
Fracto animo & demisso esse. Cic. ad Lentulum, lib.1.9.
Debilitata virtute & fracto animo esse. Cicero Post reditum in Senatu.
Aureus annulus fractus & comminutus. Cic.6.Verr.
Crus fractum. Horat.1.epist.18.
Dolor fractus. Seneca Herc.OEth.7.
Contectu lapidum fracta domus. Cic. Attico, lib.4.72.
Ductores fracti bello. Virgil.2.Æneid.
Fluctus fracti. Horat.2.Carm.ode 14.
Fœdera fracta. Sil.lib.17.
Fluminis fracti vndæ. Lucan.lib.1.
Fractus furor. Sil.lib.7.
Fractus & propè dissipatus homo. Cic. Post red. in Senat.
Fractum & debilitatum Græciæ nomen. Cic. pro Flacco.
Fracta pronuntiatio, Id est eneruata, mollis, scenica. Plin. epist.14. libro 2.
Fractæ res. Plaut. Persa, 16,
Nam etsi res sunt fractæ, amici sunt tamen.
Sapientia fracta cadet. Ouid.5. Trist.eleg.13.
Sonitus fractos imitata vox tubarum. Virg.4. Georg.
Fracta spes. Cic. de Amicitia, Sæpe enim in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior.
Vires fractæ. Virgil.2.Æneid.
Virtus fracta. Horat.2.Carm.ode 7.
Voces ad littora fractæ. Virgil.3 Æneid.
Fractum, minutum, & puerile. Cic. de Claris Orat. At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa (quam tamen consequitur) concinnitate puerile?

Fractura, huius fracturæ, pen. prod. {κλάσις, θραῦσις.} Plin.lib.29. cap.6, Item minutæ & latæ fracturis aurium illinuntur cum melle. Idem lib.22.cap 8.

Fragmen, huius fragminis, pen.corr. {κλάσμα, κλᾶγμα, θρῦμμα, σκίδασμος} Est fragmentum, seu pars fractæ rei. Virgil.11.Æneidos,
-fulua resplendent fragmina arena. Colum.lib.9. cap.15, Mox deinde fragmina fauorum quæ in sacco remanserunt, retractata exprimuntur.
Fragmina syluarum. Lucret.lib.1,
Fragmina coniiciens syluarum, arbustáque tota.

Fragmentum, Idem significat: sed fragmen magis poeticum est.
Collecta laceræ fragmenta carinæ. Lucan.lib.8.
Galeæ fragmenta. Lucan.lib 6.
Fragmentum lapidis. Cic.2.de Nat.deor. Martial.lib.8.51.
Fragmentum panis. Plin.lib.9.cap.8.
Fragmentum septorum. Cic. pro Sextio.
Ramea fragmenta. Virgil.4.Georg.

Fragor, huius fragoris, pen. prod. m.g. {κτύπος} Sonitus qui ex arbore aut re alia fracta redditur: estque ficticium verbum à sono. Virgil.1. Georgicorum, -& horridus altis
Montibus audiri fragor. Vbi Seruius, Horridus fragor, sonitus qualis fieri solet ex aridis, quum franguntur, arboribus. Liu.lib.1. ab Vrbe.
Graui fragore strepitus. Ouid.11.Metam.
Vocis horrendæ fragor. Seneca Herc.fur.9.
Aridus fragor. Virgil.1.Georg. Vide ARIDVS.
Fulmineus fragor. Valer.2.Argon.
Præceps fragor Oceani. Valer.3.Argon.
Raucus fragor. Claud.2.in Eutrop.
Subitus fragor. Virgil.lib.2.Æneid.
Vastus illic fragor, canúmq; circa mare. Plin.Iunior lib.8. epist.31. sub finem.
Pelagi cecidit fragor. Virgil.1.Æneid.
Dat fragorem propulsa sylua. Ouid.8.Metam.
Miserrimus exoritur fragor. Stat.3. Thebaid.
Fit fragor. Ouid.1.Metam.
Ingens fragor intonat. Virgil.8 Æneid.
Belli sentire fragorem. Lucan.lib.5.
Horrisono fragore succidere. Lucret.lib.5.
Cælum tonat omne fragore. Virgil.9.Æneid.
¶Fragor, pro Plausu. Quintil.lib.8.cap.3, Nec fortibus modò, sed etiam fulgentibus armis præliatus in causa est Cicero Cornelij: qui non assequutus esset docendo iudicem tantùm, & vtiliter demum ac Latinè perspicuéque dicendo, vt Populus Romanus admirationem suam non acclamatione tantùm, sed etiam plausu confiteretur. Sublimitas profectò, & magnificētia, & nitor, & authoritas expressit illi fragorem.

Fragosus, pen.prod. Adiectiuum {τραχύδης} Asper, ac præruptus. vt Fragosus locus.
Fragosa oratio, cui contraria est Lenis. Quintil.lib.9.cap.4.
Vada fragosa. Valer.2.Argon.
Mollia, lenta, fragosa, putricaua, &c. Lucret.lib.2.

Fragosè, pen. prod. Aduerbium {τραχέως.} Plin.lib.16.cap.10, Quippe respuuntur, & fragosius sidunt, ægrius reuelluntur.

Fragesco, fragescis {χαλάω} Ab antiquo verbo Frageo, es, Frangor, langueſco. Accius Ægistho, vt citat Nonius, Neque fera hominum pectora fragescunt, donec vim perſenſerint imperij. Idem Eurysace, Nunquam erit tam immanis, quum mea opera extinctum sciet, qui fragescat.

Fragilis, & hoc fragile. pen.cor. {θραυστός, λαυστός, λαυγής, ἀπόκοπος, εὐθραυστος} Caducum, debile, quod facile frangi potest. Cic. de Amicit. Sed quoniam res humanæ fragiles caducæque sunt. Plinius in Paneg. Omne æuum & breue & fragile est.
Anni fragiles, & interior ætas. Ouid.4. Trist.eleg.7.
Cicuta fragilis. Virgil.eclog.5.
Fragile & caducum corpus. Cic.1.de Legib.
In fragili corpore odiosa omnis offensio est. Cic. de Senect.
Glacies fragilis. Ouid.1.de Arte.
Fragilis & laboriosa mortalitas. Plin.lib.2.cap.4.
Muri fragiles. Claud.de bello Getico.
Res humanæ, fragiles caducæque sunt. Cic. de Amicit.
Sonitus fragiles chartarum. Lucret.lib.6.
Fragile & caducum. Cic. 2. de Finibus, Quis enim confidit semper sibi illud stabile & firmum permansurum, quod fragile & caducum sit?
Fragile dentibus. Plin.lib.12.cap.8. Gell.lib.6.cap.13, Ictibus, offensionibusque paruis fragile.
Fragilius. Plin.lib.12.cap.7, Est etiam in India piperis grani simile, quod vocatur gariophyllon, grandius fragiliúsque.
¶Fragilis, pro Molli, qui muliebria patitur, qui pathicus est. Frangere enim turpe verbum veteribus fuit, vt & diuidere. Horatius, Iulius, & fragilis Pedacia, fúrque Voranus. Sic Turnebus.

Fragilitas, pen. corr. huius fragilitatis {τὸ εὐθραυστον} Debilitas & imbecillitas. Plin.Iunior libro 3. epist.7, Illud etiam notabile, vltimus ex Neronianis Consularibus obiit, quo Consule Nero perit: quod me recordantem, fragilitatis humanæ miseratio subit.
Imbecillitas & fragilitas generis humani. Cic.5. Tusc.
Fragilitatis humanæ memor. Plin.lib.7.cap.7.ad finem.
Naturæ communis fragilitas. Cic. pro Marcello.
Duratur ferrum in fragilitatem. Plin.lib.34. cap.14, Tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitatem durentur.

Fragiliter {ἀσθενῶς} Aduerbium, Inconstanter, debiliter.

Frater, huius fratris {ἀδελφὸς, κόσμος, κοσμοπάτωρ, αὐτοκασίγνητος} Notæ significationis, dicitúrque quasi ferè alter. Gell.lib.13. cap. 10, Fratris autem vocabulum, P. Nigidius homo impensè doctus, non minus arguto, subtilíque ἐτύμῳ (id est veriloquio) interpretatur. Frater, inquit, dictus est quasi ferè alter.
Fratris mei gnarus. Plaut. Pœnul.18,
-quid est, fratris mei gnate? quid vis? expedi.
Fratris filia. Plin.epist.164.
Fratres nostri Hedui. Cic. ad Trebat.lib.7.10, Vna mehercule nostra vel seuera vel iocosa congressio pluris erit, quàm non modò hostes, sed etiam fratres nostri Hedui.
Fratres patrueles, Filij patrui. Cic. pro Cn. Plācio, Hic est enim qui adolescentibus cum Aulo Torquato profectus in Aphricam, sic ab illo grauissimo & sanctissimo, atque omni laude & honore dignissimo viro dilectus est, vt & contubernij necessitudo, & adolescentuli modestissimi pudor postulabat. quod si adesset, non minus ille declararet, quàm hic illius frater patruelis. Fratres patrueles, sororésque patrueles dicūtur, qui, quæve duobus ex fratribus progenerantur, vt apud Iurisconsultos traditum est. Sueton. in Cæsare, Qui fratri patrueli suo Marco in Consulatu successerat.
Fratres gemini, non gemini fratres, vt docet Quintilianus libro 9. cap.4. Cic. pro Cluentio, Itaque his rebus inuentus, qua ratione Habitum

bitum veneno tollere conatus sit, cognoscite. C. & L. Fabricij fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter se cum forma tum moribus similes, municipum autem suorum dissimillimi. Horat.1.epist.19.
Gemelli fratres. Ouid.epist.8.
Frater germanus. Cic.3.Verr. Sunt alij qui dicant: notæ res, ac manifestè prolatæ sunt, & proferuntur. Dicit C. Fannius Eques Romanus, frater Germanus Q. Titinij iudicis tui, sibi se pecuniam dedisse. Idem pro Domo sua. Et pro Cælio.
Hoc fratri mecum, & cum fratre conuenit, Vide CONVENIO.
Lugere fratrem ademptum, Vide ADIMO.

Fraterculus, fraterculi {ἀδελφίδιον} Id est, paruus frater. Iuuenal.satyr.4.
Vnde fit vt malim fraterculus esse gigantum. Vbi fraterculus gigantum, dicitur homo obscurus, cuius maiores sunt incogniti, tanquam è terra subitò fuerit enatus, quemadmodum de gigantibus Poetæ fabulantur. Cic.5. Verr. Volo mihi fraterculo tuo credas.

Fratria, fratriæ {φρήτρη} Vxor fratris, inquit Festus. Fratriæ, inquit Nonius, vocantur fratrum inter se vxores.

Fraternus, Possessiuum {ἀδελφικός.} vt Fraternus amor. Cic. ad Q. frat. lib.1.1. Sic fraterna inuitatio, Idem ad Attic.lib.9.184.
Fraternæ acies, apud Statium lib.1.
Animi fraterni. Horat.1.epist.10.
Fœdus fraternum rumpere. Horat.1.epist.3.
Hæreditas fraterna. Cic. pro Cluentio.
Fraterna mors. Virgil.lib.9.Æneid.
Fraternum parricidium. Cic. pro Cluentio.
Pacis fraternæ fides. Ouid.3.Metam.
Sodalitium fraternum. Catul. de Cælio, epig.95.

Fratricida, huius fratricidæ, pen. prod. {ἀδελφοκτόνος} Qui fratrem occidit. Cic. pro Domo sua ad Pontif. Extra ordinem ferri nihil placet Clodio. quid de me, quod tuliſſe te dicis parricida, fratricida, sororicida, nónne extra ordinem tulisti?

Fraternè, Aduerbium {ἀδελφικῶς} Ad similitudinem fratris. Cic. ad Q. frat.lib.2. 16, Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris. Ibidem, lib. 1. 2, Huic tu epistolæ non fraternè scripsæ, fraternè debes ignoscere.

Fraternitas, penult. corr. {ἀδελφότης.} Quintil. Declamat.16, A primis statim ætatibus in eandem coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum.

Fratro, fratras, De puerorum mammis dicitur, quòd velut fratres pares oriantur, quod etiam in frumento spica facere videtur. Pro eodem vetereres dixerunt fraterculare. Festus, Sororiare mammæ dicuntur puellarum, quum primùm tumescunt, vt fraterculare puerorum. Plautus, Tunc mammulæ primùm sororiabant, illud volui dicere, fraterculabant.

Fratilli, Villi sordidi in tapetis, quòd per terram ferantur. Author Festus.

FRATVERTIVM, Italiæ oppidum, ab Hydrunte nō longè distans, teste Plin.lib.3.cap.11.

Fraus, fraudis, fœm. gen. {ἀπάτη, σοφισμός, σόφισμα, ἀπεργασία, κλοπή} Deceptio, qua aliquem circunuenimus. Terent. Heaut.5.4.
-mores caue in te esse istos sentiam.
c.1. Quos? c.i. scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo, Ganeo, damnosus.
Fraus, vt & Furtum dici putatur κατὰ τὸ φέρεσθαι, quòd de alieno auferat aliquid & detrahat. vnde apud Terētium suum defraudare genium dicitur auarus, qui meritis eum & debitis bonis priuat. Est igitur fraus propriè damnum: & vtriusque vocabuli, vt similis est significatio, ita est origo eadem. Illud enim ab auferendo, damnum autem est à demendo. Vlpian. D. si quid in fraud. patron. l.1, Fraus in damno accipitur pecuniario. Et verba illa fecialium Roman. in paciscendis fœderibus, Quod sine fraude mea populíque Quiritium fiat, id est sine damno: quod dicimus, *saluo iure nostro & alieno.*
Fraus & Integritas, contraria. Cic.2. de Orat. Fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur.
Fraus est concessa repellere fraudem. Ouid.3.de Arte.
Cæcus fraude, Vide CAECVS.
Inapertus fraudi, Qui falli non potest. Sil.lib.7.
Crimina fraudis. Ouid.3.de Arte.
Impia fraus, Vide IMPIVS.
Inexpiabiles fraudes, Vide INEXPIABILIS.
Nefanda fraus. Iuuenal.satyr.13.
Muliebris fraus. Tacit.lib.4.
¶Mala fraude aliquid agere. Horat.1.Carm.ode 3.
Pia fraus. Ouid.9 Metam. in Iphidis fabula.
Agere aliquem in fraudem. Virgil.10.Æneidos,
Quis deus in fraudem, quæ dura potentia nostra Egit? Vbi Seruius, In fraudem, id est in periculum. Ita enim in iure lectum est Fraudi est illa res, id est periculo. Alij negant vsquam in iure fraudem accipi pro periculo, sed semper pro damno: & ita hunc Virgilij locum exponunt.
Astruere fraudem. Seneca Herc.OEth.6.
Captus fraude, Vide CAPTVS.
Cogitare fraudem alicui. Horat.2.epist.1.
Componere fraudes. Propert.lib.2.eleg.10.
Concipere fraudes, Vide CONCIPIO.
Conniscere in fraudem. Cic. ad Attic.2.
Fraudem creare suis crutibus, Vide CREO.
Deducere aliquem in fraudem. Plancus Ciceroni, lib.10.23. Vide DEDVCO.
Deferri in fraudem. Cic. de Orat. Doleo illos viros, in eam fraudem esse delatos.
In fraudem quandam in Republica delabi. Cic.3.de Orat.
Fraudes & fallacias alicuius exagitare. Cic. pro Cluentio.
Facere fraudem legi. Plaut. Milit.5.
Facere fraudem Senatusconsulto. Cic. Attico, lib.4.81.
Pudica fraude fallere proces. Ouid.3. de Ponto, eleg.1.
Ferre fraudem alicui. Cic. Attico, lib.7. epist. vlt. Ego me ducem in ciuili bello quoad de pace ageretur, negaui esse: non quin rectum esset, sed quia quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Id est, damnum attulit.
Fert illi fraudem hæc res. Virgil.lib.11. Æneid. Hoc est, damnum affert.
Per summam fraudem & malitiam fingere aliquid. Cicero pro Quintio.
Vi aut fraude fit iniuria: fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: vtrúque ab homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore. Cic. 1.Offic.
Quod sine fraude mea aliorúmque fiat, Id est saluo suo, alienóque iure, inquit Budæus. Liu.lib.1, Fecialis regem interrogauit, Rex faciſne me tu regium nūtium, Populique Romani Quiritium vasa comitésque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea, populíque Quiritium fiat, facio. Id est, sine damno, &c.
Impelli in fraudem. Cic. de Amic. Maxima autē culpa in eo est qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. Sic in Partit.
Incidere in fraudem. Terent. Heaut.3.1,
In eandem fraudem ex hac re atque ex illa incides.
Incidere in fraudem spe aliqua. Cic. Attico, lib.11.224.
Inferre fraudem, Vide INFERO.
Iniicere in fraudem, Vide INIICIO.
Innexa fraus clienti. Virgil.6.Æneid.
Instruendæ fraudi intentus, Vide INSTRVO.
Nectere fraudem. Sil.lib.6.
Nudare fraudem alicuius. Claud.de bell.Gild.
Nubem obiicere fraudibus. Horat.1.epist.17.
Fraude loci oppressus. Virgil.9.Æneid.
Petere aliquem fraude. Virgil.4.Æneid.
Struere fraudes alicui. Seneca Hippol.4.
Suscipere fraudem. Cic. in Pisonem.
Ne ea res mihi sit fraudi: Id est, ne ea res mihi adscribatur, néve vitio detur, vnde pœna aliqua proueniat. Antiqui enim fraudem pœnam vocabant. Idem tradit Seruius in 11. Æneidos. Vlp. de Ædil. edict.l.quum autem. Cic. pro L. Murena, Id erit eius vitrico fraudi ac crimini. Idem 5. Philip. Duos Cn. Pompeij summi ac singularis viri filios, incolumes haberemus, quibus certè pietas fraudi esse non debet. Sic Liu.1.ab Vrbe.
Fraudi vertere. Macrob.lib.6. Saturn. cap.1.
¶Fraus, pro Piaculo, & quasi pro crimine, vel potius pœna. Cic. 1. de Diuinat. Est enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude: aut susceptis, anili superstitione obligemur.
Fraus capitalis. Liu.2.bel.Pun.
Fraus aliud est, aliud Pœna, inquit Vlpianus: Fraus enim sine pœna esse potest: Pœna sine fraude esse non potest. Pœna, est noxæ vindicta: fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio, l. 131. D. de verb. signif. In quem locum variæ sunt interpretum explicationes. Aiunt enim quidam fraudem sine pœna esse, quum crimen eiusmodi est, vt pœnam non mereatur, aut quum probari non potest. Alij diuersam fuisse mentem Vlpiani contendunt, qui fraudem sine pœna esse posse dixerit, quia fraus omnis damnum affert & quicquid damno afficit, fraus appellatur: at non omne damnum pœna dicitur, quum hæc ad vindictam criminis solùm imponatur. Damnum autem est, quicquid detrimentum aut molestiam exhibet alicui, etiam si non vlciscendi sceleris causa. Pœna verò sine fraude nequit esse, quoniam nulla pœna nō damnum dat. Altera differentia est, quòd pœna tantummodo est commissi criminis vindicta: at fraus & crimen ipsum, & criminis pœnam significat. Vnde fraudem capitalem admittere, id est crimen capitale: quòd qui hoc genere criminis peccat, alium in quem peccauit, videtur capitaliter fraudasse: vt si eum occidit, aut eius vxori stuprum obtulit, aut quid eiusmodi scelerum commisit, quæ homines solent vita sua æstimare. Sic Plinius lib. 29. cap. 1, insciitiam medicorum vocat capitalem, quia nos vitæ damno afficit. Crimen igitur quodcunque, etiam si nulla ipsum pœna consequatur, fraus appellatur tamen, quia non potest non detrimentosum fuisse illi cōtra quem est perpetratum. Et quum vindicandi criminis causa pœna soleat imponi, nec sit pœnæ locus, si non antecedant delicta, rectè Vlpianus fraudem, quum pro crimine ponitur, præparationem pœnæ appellat. Itaque ex genuina fraudis significatione nihil requiritur, dolum inesse: imò sine dolo fraus dicitur damnum quomodocunque illatum.
Capitalem fraudem admittere, Est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit qui deliquit. Veteres enim fraudem pro pœna ponere solebant. Hæc Vlpianus de Ædil. edict. Cic. pro Rabir. perduel. reo.
Peculatus fraude carere. Cic.12. Philipp. Id est crimine.
Nociturnam fraudem committere. Horat.1.Carm.ode 28.
Inexpiabiles fraudes in Republica violanda concipere. Cicero 1. Tusc.
Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. Cicero 1. de Oratore.
Obligari impia fraude, Vide IMPIVS.
Pœnas fraudis præsentis in diem seruant nonnunquam dij. Cic. pro Cælio.

Fraudulentus, Adiectiuum {κερδαλέος} Plenus fraudis. Cicero 2. Offic. Nam quos improbos, maledictos, fraudulētos putant, &c. Colum. lib.9. cap.5.
Fraudulenti & mendaces Carthaginenses. Cic. pro Lege Agrar.
Homo fraudulentus. Author ad Heren. lib.2.
Populus & dux fraudulentus. Horat.3.Carm.ode 3.
Venditiones fraudulentæ. Cic.3.Offic.

Fraudulenter, Aduerbium {κερδαλέως} Cum fraude. Colum. lib.1. cap.8, Sæpe enim quærendi potestatem faciat de iis qui aut crudeliter eos,

aut fraudulenter infestent. Plin.lib.30. cap.17, Quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. De stellione.

Fraudo, fraudas {ὑποστρωμνιπλοκεῖν, παραμελεῖσθαι, νοσφίζω} fraudãre : cuius passiuum est Fraudor, significat decipere, & vtplurimum priuare. Plin.lib.11.cap.16, Æquitas quidem etiam in eis obstringitur: ferúntque societate fraudata alueos mori. De apibus.

Fraudare & fallere. Cic. pro Rosc. Comœdo, Æquè enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruênit: & socium fallere, qui se in negotio coniunxit.

Vadimoniũ alicui deserere, & eum fraudare. Cic. pro Quintio, In huiusmodi sponsionem testes dare oportebat ex eo numero qui hæc dicerent, vadimonium mihi deseruit: me fraudauit à me nominis eius quod inficiatus esset, diem petiuit : ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit.

Fraudare & offendere animum. Cic. in Orat. Perfecta ac moderata semper expectat: mutila sentit quædam, & quasi decurtata: quibus tanquam debito fraudetur, offenditur.

Creditores fraudare, domo profugere, propter æs alienum venire ad arma. Cic. 6. Philip.

Decumanum fraudare, ne grano quidem vno sine maxima pœna potest arator. Cic. 5. Verr.

Fraudare genium, Naturæ appetitui & voluptati non satisfacere. Plaut. Aulul. 25.

Maritum fraudare liberis. Martianus in l. 4. D. de extraord. crimin. De ea loquitur, quæ data opera partum abegerat.

Fraudare mutuationibus. Cic. pro Flacco, Itaque quũ Roma clàm esset profectus, multósque minutis mutuationibus fraudauisset, in Asiam venit.

Fraudare nomine vereri. Cic. 5. de Finib. Audebo igitur cætera quę secundum naturam sint, bona appellare, nec fraudare suo veteri nomine: quàm aliquid potius nouum exquirere.

Fraudare aliquem pecunia. Cic. ad Attic. lib. 11, Cæcilius auunculus tuus à P. Vario quum magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cum eius fratre.

Improbissimè populum fraudare. Cic. de Arusp. resp.

Fraudare aliquem regno. Virgil. 4. Æneidos,

Quam regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus aruis.

Fraudare aliquem in hæreditaria societate. Cic. pro Quintio.

Somno fraudare aliquem. Ouid. 1. Amor. eleg. 13.

Fraudare stipendium militum, & prædam omnem domum auertere. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Fraudare aliquem per turelam, aut societatem, aut, &c. Cicero pro Cecinna.

Fraudare aliquem testimonio suo. Colum. lib. 3. cap. 7.

Palàm bonos viros fraudare. Cic. pro Quintio.

Fraudare aliquem voluptate. Plin. epist. 96. lib. 5.

Fraudare se victu suo. Liu. 2. ab Vrbe, In magna inopia pro domesticis copiis vnusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit.

Spe fraudandi sublata, soluendi necessitas consequitur. Cicero 2. Officior.

Data corripere fraudando. Catul. ad Ausilenam, 105.

Fraudans, Participium {νοσφίζων.} vt Censu fraudante ferus. Ouidius 3. Fastorum.

Fraudatus, Participium {νοσφισθείς.} Cic. 3. Offic. Vti ne propter te, fúdémve tuam captus fraudatúsve sim.

Coniugio fraudata. Ouid. epist. 6.

Fraudator, pen. prod. Verbale {πλανητικός.} Cic. pro Flacco, Nolite existimare, Iudices, non vnam & eandem omnibus in locis esse fraudatorum & inficiatorum impudentiam.

Creditorum fraudator. Cic. 13 Philip.

Fraudator & interceptor prædæ. Liu. 4. ab Vrbe.

Fraudatio, Verbale fœm. gen. {νοσφισμός.} Cic. 3. Offic. Quàm illa aurea, vt Inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione.

Fides & Fraudatio, contraria. Cic. in Catil.

Frausum, veteres fraudatum dicebant: hoc est eum qui ad fraudis fructum venisset. Et frausus erit, qui fraudem commiserit, authore Festo. Plaut. Asin. 7,

Metuo in commune, nequam fraudem frausus siet.

Fraxinus, fraxini, pen. corr. fœm. gen. {μελία.} Arbor. Plin. lib. 16. cap. 13, Materiæ enim causa reliquas arbores natura genuit: copiosissimámque fraxinum procêra hæc ac teres, pennata & ipsa folio, multúmque Homeri præconio & Achillis hasta nobilitata.

Amicior vndis fraxinus. Stat. 9. Thebaid.

Fraxinus campestris, Vide CAMPVS.

Fraxinus in syluis pulcherrima. Virgil. eclog. 7.

Stridula fraxinus. Claud. 1. in Ruffin.

Vmbrosa fraxinus. Stat. 4. Thebaid.

Proceras manibus vertere fraxinos. Horat. 3. Carm. ode 25.

Fraxineus, pen. corr. Adiectiuum {μελίνεος} Ex fraxino : vt Frons fraxinea. Colum. lib. 6. cap. 3. Et lib. 11. cap. 2.

Hasta fraxinea. Ouid. 4. Metam.

Sudes fraxineæ. Virgil. 2. Georg.

Trabes fraxineæ. Virgil. 6. Æneid.

Fraxinus, penult. corr. Adiectiuum {μελίνεος.} vt Virga fraxina. Ouidius epist. 11.

Fraxo, fraxas, Vigilias circumeo, quòd eo labore homo frangatur, authore Festo.

F R E

FREGELLAE, authore Festo, locus in vrbe, in quo ciuitatis Felij hospites habitauere.

FREGELLAE, Vetus Italiæ vrbs, olim florentissima, quum à Romanis defeciſſet diruta, & ad vicum iam vsque à Strabonis tempore redacta. Sil. lib. 8, Obsessæ campo squalente Fregellæ. Inde Fregellani, populi dicti, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Fragellanus, pen. prod. Adiectiuum. vt Fregellana vitis. Columel. lib. 3. capite 2.

FREGELLANVS, Nomen proditoris, cuius meminit Cicero 5. de Finibus, Quis Fregellanum proditorem, quanquam Reipubl. nostræ profuit, non odit?

FREGENAE, Hetruriæ oppidũ, in tractu Vmbriæ, vt author est Plin. lib. 3. cap 5.

FREGINATES, Italiæ populi, Plinio lib. 3. cap. 5.

Fremo, fremis, fremui, fremitum, pen. corr. {ῥοιβδέω, φρυάσσω, φρυμάσσω, θρασύνω, ἰμαδίνομαι} frémere, Factitium verbum, significat immaniter sonare. Plaut. Most 18, Fremunt, perstrepúntque. Virg. 1. Æneidos,

-Cuncti simùl ore fremebant.

Fremebant æternas opes esse Romanas. Liu. 2. ab Vrbe.

Fremit ereptum sibi Consulatum. Cic. ad Attic. lib. 2. 22.

Non fremit in infantes leo, nisi magna fame. Plin. lib. 8. cap. 16.

Fremunt gaudio erecti de pace Reip. Liu. 6. ab Vrbe.

Fremit leo ore cruento. Virgil. 9. Æneid. Sueton. in Galba.

Magno circùm clamore fremebant. Virgil. 6. Æneid.

Hæc fremit plebs. Liu. 3 ab Vrbe.

Fremebat tota prouincia. Cic. 5. Verr.

Vario superi sermone fremebant. Ouid. 9. Metam.

Torrentes immane fremunt. Claud. 8. Paneg.

Turba misto murmure fremit. Lucan. lib. 7.

Venti fremunt immani murmure. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.

Tunc montes vndæque fremunt. Stat. 12. Thebaid.

Fremant omnes licet, dicam quod sentio. Cic. 1. de Orat.

Fremens, Participium {ῥοιβδούμενος.} vt Sæuit acerba fremens. Valer. 3. Argonaut.

Bello fremens Italia. Virgil. 4. Æneid.

Equus fremens. Virgil. 1. Georg.

Fremendus, Participium {ῥοιβδητέος.} vt Clamor fremendus. Statius 12. Thebaid.

Fremitus, huius fremitus, penult. corr. masc. gen. {ῥοιβδηθμός, ῥόμβημα} Ingens sonitus, vt æstuantis maris, aut murmurantis populi, aut hominis excandescentis in iram. Cic. ad Attic. lib. 2. 28, Qui fremitus hominum? quàm irati animi? Idem 5. de Finibus, Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assuescere voce vincere.

Auditus cum fremitu strepitus. Cic. de Arusp. resp.

Æquoris nigri fremitus. Horat. 3. Carm. ode 27.

Egentium fremitus. Cic. pro Flacco.

Maris murmurantis fremitus. Cic. 5. Tusc.

Marino fremitu assurgens Benacus. Virgil. 2. Georg.

Fremitus equorum. Cæsar 3. bel. Ciuil. Ex fremitu equorum illata suspicione, ad suos se recipere cœperunt. Virgil. 11. Æneidos,

Equorum ardescit fremitus.

Plausu fremitúque secundo. Virgil. 5. Æneid.

Acri cum fremitu perfurit ventus. Lucret. lib. 1. Vide ACER.

Denso circunstant fremitu. Virgil. 4. Georg.

Flebilis fremitus. Seneca Hippol. 7.

Horribilis fremitus armorum. Cic. de Arusp. resp.

Horrisono fremitu sequuntur. Virgil. 9. Æneid.

Inconditus fremitus. Vide INCONDITVS.

Mugienti fremitu loca cuncta retonant. Catul. de Berecynthia, 58.

Rapidi fremitus. Lucret. lib. 5.

Raucus fremitus. Sil. lib. 16.

Truces fremitus tubæ. Seneca Octau. 6.

Semiferi fremitus virorum. Valer. 6. Argon.

Fremitum dici vult Festus, quasi ferimentum.

Fremebundus {φρυαμώδης} Qui fremit. Cic. 2. de Nat. deorum,

-tanta moles labitur

Fremebunda ex alto ingenti sonitu & strepitu. Ex Accio poeta. Ouid. 12. Metamorphoseos,

Tum verò præceps curru fremebundus ab alto Desilit.

Frendeo, frendes, frendui, fressum {θραύω} frendère, Frángere, authore Festo, vnde & Faba fressa. Colum. lib. 2. cap. 11, Cicer bubus cui loco, fressa datur in Hispania Bethica. Varro 2. de Re rust. cap. 16, Amisso nomine lacẽntis, dicuntur nefrendes, ab eo quòd nondum fabam frendere possint, id est frangere.

Inter Frẽdere, & Fremere hoc interest: quòd Fremere est magnum sonare : Frendere verò, alicubi cum gemitu, vel iracundia, miserum aut minax sonare. Vide Nonium.

¶ Frendere {βρύχω} aliquando accipimus pro eo quod est simul concussis & strictis dentibus veluti cum iracundia vocem emittere. Plautus Capt. 15,

Nimísque hercle ego illũ malè formidabam, ita frendebat dentibus.

Dicitur & stridere.

Frendo, frendis {βρυχάομαι} per tertiam coniugationem etiam legitur. Plaut. Trucul. 11, -hoc vide dentibus

Frendit, icit femur.

Frendens, Participium {βρύχων.} vt Frendens leo, hoc est sæuiens. Cic. 2. Tusc. Ex antiquo poeta.

Aper frendens. Ouid. 1. de Arte.

Leo frendens. Sil. lib. 10.

Dolor frendens. Seneca Herc. fur. 9.

Grauiter frendens. Virgil. 4. Georg.

Fressa faba. Cels. lib. 5. cap. 18.

FRENTANI, Italici populi, Daunis & Picentibus vicini. Alij à Ferentinis qui in Tuscia sunt, & Ferentinatibus qui Latium habitarũt. de quibus disputat Hermolaus cap. 5. lib. 3, Plinij. Illorũ regio, Frentana Plinio dicitur. Núc *Franca villa*, vt scribit Oliuarius in Melam.

FRENTO, Flumen portuosum in Apulia, vt cotidem verbis indicat Plin. lib. 3. cap. 11.

Frenum, Vide FRAENVM.

Frequens, huius frequentis, om. gen. {πυκνός, πυκάς, πύξινος, σφιγκτός, σφιγκτικός, σαφής.} Valla, Frequentem locum dicimus, quem frequentare multi solent: vt Vrbs frequens, oppidũ frequens, platea frequens, vbi multi homines aut habitant, aut diuersantur.

Frequentes & Pauci, contraria. Cic. 3. de Orat. Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an iudices: frequẽtes, an pauci, an singuli.

Frequentissima ædes. Plin. epist. 2. 16.

Auditor Platonis frequens Demosthenes. Cic. in Orat.

Frequens auditorium, Quò multi conueniunt. Plin. epist. 42.

Collegium frequens. Cic. de Arusp. resp.

Compta frequentia. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Conuiua frequens, Id est multi conuiuæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 5,

Iámque frequens ierat mensa conuiua relicta.

Imitatio frequens. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Latrocinia frequentia. Asinius Pollio Ciceroni, lib. 10. 31.

Modus frequens & fauorabilis. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Municipium frequens. Cic. 2. Philipp. Quum inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obuiam ei processit (vt est frequens municipium) magna sanè multitudo.

Frequens numerus. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10, Est numerus veteranorum & armatorum satis frequens cum Ventidio.

Frequens opera. Plaut. Cist. 2,

Omnibus relictis mihi frequentem operã dedistis. Id est, frequentissimè iuuistis me.

Frequentia pocula. Cic. de Senect. Caret epulis, extructísque mensis, & frequentibus poculis.

Frequens Senatus. Cic. ad Lentulũ, lib. 1. 4, Causam enim frequenti Senatu, & cc. obtinebamus.

Sylua frequens trabibus. Ouid. 8. Metam.

Theatro frequentissimo incredibili plausu comprobatum est. Cic. 1. de Diuinat.

Via frequens & tuta. Ouid. 1. de Arte.

Vrbs populis frequens. Lucan. lib. 1.

¶ Frequens aliquis Romæ, & qui in ore omnium quotidie versatur. Cic. pro Rosc. Amer.

Secretis frequens. Taci[illegible], Sumitur in conscientiam Eudemus amicus, ac medicus Liu[illegible] artis frequens secretis.

¶ Frequens est, Id [illegible], receptum. Paulus in l. Singulis. D. De exception. rei [illegible] arere ergo exceptionem rei iudicatæ, frequens est.

¶ Frequens adest. [illegible]rend. And. 1. 1,

Cum illis qui amabant Chrysidem, vnà aderat frequens. Cicero 4. Verr. Et in consilium frequentes conuenissent.

Frequens comparebo tibi benefactis. Plaut. Milit. 10,

Tu me vt fateare faciam esse adolescentem moribus:

Ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens.

Frequentes obuiam prodeunt, gratíásque agunt. Cic. 4. Verr.

Frequens est cum eo. Cic. 2. Offic. Quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum se fore simules, quos sibi delegerunt ad imitandum.

Frequentes fuimus ad ducentos. Cicero ad Quintum fratrem, libro 2. 5.

Frequens venit. Cic. de Senect. Adsum amicis, venio in Senatum frequens, vtróque affero res multum & diu cogitatas, eásque tueor, animi non corporis viribus.

Frequentissimi venerunt ad hoc iudicium mercatores. Cic. 7. Verr. de multitudine loquitur. Sic Cæsar 4. bel. Gall.

Frequentia, frequentiæ {πλῆθος, σύλλογος} Qualiscunque hominum multitudo. Cic. de Amicit. Atque hoc maximè iudicaretur, siquid tale posset contingere, vt aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in solitudine vspiam collocaret.

Forum celeberrimum, tanta frequentia. Cic. 5. Verr.

Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia. Cicero de Petit. Consul.

Epistolarum frequentia. Cic. Attico, lib. 4. 85.

Scholarum frequentia. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Summa hominum frequentia in foro aliquid agere. Cic. 4 Verr.

Circunfusus frequentia hominum, Vide CIRCVNFVNDO.

Magna frequentia consessúque effertur. Cic. pro Flacco.

Ornare ac celebrare frequẽtia egressum alicuius. Cic. in Pisonem.

Solidam, & robustam, & assiduam frequentiam præbere. Cic. pro Plancio.

Stipari frequentia. Cic. pro Milone.

Frequenter, Aduerb. {πυκνά, σφιγκτῶς, ἐκθέσεται.} Author ad Herenn. lib. 2, Vt frequenter & assiduè consequamur artis rationem studio, & exercitatione. Cic. in Orat. Tráslatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo omnis vitur non m[illegible] vrbanorũ, sed etiam rusticorum.

Vince frequenter. Ouid. 4. Trist. eleg. 6.

Frequento, frequentas {πυκνόω, στοιβάω} frequentãre, Sæpe & frequenter adire, aut inuisere. Sallust. in fugurtha, Denique plebs sic est accensa, vti opifices, agrestésque [illegible]nes, &c. frequentarent Marium.

Suetonius in Octauio, cap. 53. Sallust. Iuuentutem quæ domum Catilinæ frequentabat.

Aliquem frequentare, pro Inuisere, & ei adhærere. Tacitus lib. 18, Digressis, qui Pacarium frequẽtabant, nudus & auxilij inops in balneis interficitur.

Domum alicuius frequentare. Cic. Mescino, lib. 5. 21.

Domum conuentu frequentare. Catull. Argonaut. 59.

Ludos frequentare. Cic. 1. de Inuent.

Sacra frequentare. Ouid. 3. Metam.

Solitudinem alicuius loci frequentare. Cic. Attico, lib. 1. 14.

Templa frequentari decet. Ouid. 4. Fast.

Vrbes sine cœtu hominum nec ædificari, nec frequentari potuissent. Cic. 2. Offic.

¶ Frequentare etiam est Crebrum facere. Cicero de Claris Orat. Idem pro Domo sua, Quem tu tamen populum nisi tabernis clausis frequentare non poteras. Id est, qui non multus faisset in comitio, nisi tabernas occludi iussisses. Budæus.

Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminibus verborum. Cic. 3. de Orat.

In animo primas quasque partes rhetoricæ frequentare. Author ad Herennium, lib. 3.

Vitem frequentare, *Peupler la vigne*. Columel. lib. 4. cap. 15, Sublato fructu protinus frequentanda est, & præsidarij malleoli propagandi sunt.

¶ Frequentare, pro Frequentem reddere. Sueton. in Augusto, Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum à se, frequentauit. Tacit. lib. 3, Nec ideo coniugia, & educationes liberorum frequentabantur.

¶ Frequentare, pro Geminare. Gellius lib. 13. cap. 23, Quæ à Poetis vel Oratoribus celebrandæ & ornandæ rei gratia duobus eadem pluribúsve nominibus frequentantur.

¶ Frequentare, pro Celebrare. Senec. epist. 80, Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo: tamen etiam non sentientes colet ac frequentabit.

Triumphum frequentare. Liu. lib. 6. Decad. 4, Núc ad triumphum frequentandum deductos esse milites, qui egregiam nauare operam Reipub. potuissent.

Frequentare commercium epistolarum Seneca dixit, epist. 38.

Frequentor, aris. Plin. Iun. lib. 2. epist. 9, ad Apollinarem, Diligeris, coleris, frequentaris.

Frequentari domus dicitur quæ à multis aditur, vel cum multis. Cic. 1. Offic.

Frequentans, Participium {σπουδάζων.} Cic. in Orat. Non faciet Rempublicam loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aceruatim multa frequentans, vna complexione deuinciet.

Frequentatio, Verbale {σωμάτων ἄσκησις.} Cic. in Partit. Atque hæc quidem vtrique maximè in peroratione facienda: alteri, frequentatione argumentorum, & coaceruatione vniuersa, &c.

Frequentatio, est figura oratori propria, vt definit Author ad Herennium, lib. 4, quùm res in tota causa dispersæ, coguntur vnum in locum, quò grauior, aut acrior, aut crimínosior oratio sit.

Densa & continens frequentatio verborum. Cic. 1. de Orat.

Frequentarius, Adiectiuum {θύμενος} Veteres dixerunt pro frequente. Festus. Pomp.

Frequentamentum {πύκνωμα.} Gellius lib. 1. cap. 11, Numeros & modos & frequentamenta quędam varia tibicen incineret. Idem lib. 5. cap. 1. Existimo esse quod Galli musici vocant *Fredon*.

Fressa faba, Alij Fresa, Vide FRENDEO. Plin. lib. 22. cap. 25. Colum. lib. 6. c. 3. Martial. lib. 1. 152. Vide Cornarium in Galenum, pag. 412.

Fretum, freti {πορθμός} Locus angustus in mari: ac etiam ipsum mare à similitudine (vt Varro existimat) feruentis aquæ, quòd in fretum sæpe concurrat æstus, atque efferuescat. Inde omnia freta nauigantibus sunt inusa. Angustias illas maris, quas nos fretum, Græci πορθμὸν appellant, id est traiectũ, à verbo πορθμεύω, quod est traicio. Húc feruorem vulgus vocat *Corrente*: alij *Far*. Significat enim farctitium seu angustiã maris. Itali dicũt *Stretto*: Galli *Destroit*, *ou Estroit*. vt Thracius Bosphorus, nunc dicitur *Ei fare*, & *el Stretto de Constantinopoli*. Gallus diceret, *L'estroit, ou le Destroit de Constantinople*. Cic. 7. Verr. Hi ne in freto ante fua tecta & domos nauigarent. Ibidem 133.

Fretum adolescentię. Florus lib. 1. cap. 26, Quo verbo adolescentes concito mari comparat.

Oceani freta. Cic. 1. Tusc. Ex quodam poeta.

Freta & maritimi æstus. Cic. 2. de Diuinat.

Æstuosa. Horat 2. Carm. ode 7.

Alta. Seneca Hippol. 10.

Cærula. Virg. 10. Æneid. Vide CAERVLVS.

Curua. Valer. 1. Argonaut.

Imbelle fretum torpentibus vndis. Stat. 3. Sylu. 5.

Insana. Ouid. epist. 17.

Lene fretum. Ouid. epist. 16.

Mollia. Ouid. 14. Metam.

Nauifraga. Ouid. 14. Metam.

Triste fretum. Ouid. epist. 17.

Tumida. Seneca Herc. fur. 11.

Vastum fretum. Seneca Hippol. 2.

Crebris freta concita terris. Virg. 3. Æneid.

Concutiunt freta venti. Ouid. 6. Metam.

Currentia freta. Horat. 1. epist. 3.

Distungi freto ab Italia. Cic. 3. Verr.

Verti distraxere fretum. Silius lib. 7.

Feruet fretis spirantibus æquor. Virg. 1. Georg.

Findere fretum carina. Ouid. epist. 15.

Inclinatum fretum æstu, Vide INCLINO.

Indignantia freta miscent venti. Ouid. 11. Metam.

Inire fretum. Ouid. 14. Metam.

Secare freta. Virg. 10. Æneid.

Cæca freta solicitant remis. Virg. 2. Georg.

Sorbet fretum Charybdis. Ouid. 7. Metam.

Adductis spumant freta versa lacertis. Virg. 5. Æneid.

Sæuior freto surgente. Ouid. 14. Metam.

Segne torpescit fretum. Seneca Herc. fur. 9.

Transire freto ad aliquem locum. Cic. 7. Verr.

Agitata freta tumescere incipiunt. Virg. 1. Georg.

¶ Fretus masculino genere dixerunt veteres. Lucret. lib. 6,

Nam fretus ipse ãnni permiscet frigus ad æstum. Nonius, Dubiis fauentem per fretum introcurrimus. Cic. 7. Verr. Vt ille in dolore, cruciatúque moriens, perangusto fretu diuisa, seruitutis, ac libertatis iura cognosceret. Ita legit Gellius.

Ætatis freta. Lucret. lib. 4.

Fretensis, & hoc fretense. Adiectiuum. Cicero libro 10. ad Atticum. Adriatico mari Dolabella, fretensi Curio. Sic reponit Turnebus, quũ emendatorum opera duæ voces in vnius sedem irrepserint, & in editis sit, freto Siculensi. Sed is ait, quemadmodum mare Adriaticum

dicitur,sic & mare Fretense dicit, quod Siculum fretum est. Nam & milites qui ex illa ora eligebantur,Fretenses appellabantur,& in veteribus monumentis Fretensem legionem legimus. Hæc ille.

Frętus,Participium, Vide FRVOR.

F R I

Friabilis, Vide FRIO, frias.

Fribusculum, Discessiuncula coniugum non diuturna. Vlpian.l.32. §.8.ff.De donat.inter vir.& vxor.Quod si diuortium non intercesserit,sed fribusculum,profectò valebit donatio,si fribusculum quieuit. Haloander legit frigusculum,quam puto veram lectionem, quasi sit paruum frigus.

Frico, fricas, fricui & aliquando fricaui, frictum & fricatum {τρίβω, ἐκτρίβω,θίγω,αἰκίζω} fricare,Notæ significationis.Plaut.Asin.12,Nunquam hercle facerem,genua ni tam nequiter fricares. Plin.epist.171, Quinctiam (fœdum, miserandúmque dictu) dentes lauandos, fricandósque præbebat.

Fricare corpus oleo.Martial.lib.4.45.
Costas fricare arbore.Virg 3.Georg.de suibus.
Frictus, pro Fricatus.Iuuenal.sat.6,
-si prurit frictus ocelli
Angustus,inspecta genesi collyria poscit.
Fricari vento. Plin.lib.36.cap.22, Exercetur halitu maris, fricatur vento,& verberatur imbri.

Frictio,frictionis {τρίψις.} Celsus lib.1,In ipso quoque itinere,frequens frictio. Plin.lib.23,Frictiones inhibeat oculorum.

Fricatio {ψώρα.} Idem. Colum.lib.6. cap.12, Sed si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur. Sic Plin. lib.28.cap.4,Fricatio vehemens.

Fricatus,huius fricatus,penult.prod. {ψώρα.} Idem. Plinius libro 23. capite 7,Luscinosos ex oleo illitus emendat,dentiúmque vitia crebro fricatu.

Frigeo,friges,Frigidus, Vide FRIGVS.

Frigo,frigis,frixi,frixum, vel frigui,frictum {πηγνίω} frigere, Torrere.Plaut.Bacchid.16,

Tam frictum ego illum reddam, quàm frictus est cicer. Cornel. Celsl.lib.2.c.18, Tum res eadem magis alit, iuculeata quàm assa,magis assa quàm frixa. Plin.lib.18.c.7,Postero die frigunt,deinde mollis frangunt. Sic Colum.lib.7.cap.5,Frictum sal. Et Varro 2.de Re rust.cap.4,Frictum triticum.

Frictus ex oleo. Plin.lib.29.cap.3.de luteis ouorum. Item ex oleo fricta terna,rotis ouis pridie maceratis in aceto.

Frigus.frigoris,penult.corr.neut.gen. {ψῦχος,ῥῖγος,κρύος, κρυμός,ἀῤῥος} contrarium est Calori. Virg.1.Georgicorum,
-frigúsque calorémque Inter. Idem,
-aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Frigus impendebat.Cic.ad Q.frat.lib.2.14.
Infames frigoribus Alpes, Vide INFAMIS.
Rugosus frigore pagus. Horat.1.epist.19.
Acerbum.Horat.1.epist.18.
Acre, Vide ACER.
Amabile.Horat.3.Carm.ode 13.
Brumale.Virg.6.Æneid.
Conclamati frigoris herbas pipere temperare.Macrobius libro 7. Saturn.cap.5.
Durum.Lucret.lib.5.
Ignauum.Ouid.2.Metam.
Immodicum.Ouid.5.Trist.eleg.14.
Iners.Ouid 8.Metam.
Matutinum.Horat.2.Serm.sat.6.
Mediis frigoribus,Id est media hyeme.Virg.ecloga 10.
Intolerabile.Cic.pro Roscio Amerino.
Opacum frigus, Vide OPACVS.
Pallidum.Stat.5.Sylu.1.
Penetrabile,Vide PENETRO.
Penetrale.Lucret.lib.1.
Sceleratum.Virg.2. Georg.
¶Admittere frigus, Vide ADMITTO.
Penetrabile frigus adurit.Virg.1.Georg.
Frigore affligi, Vide AFFLIGO.
Gelidum valido de corpore frigus anhelare.Cic.in Arato.
Arcere mala frigora hirsutis pellibus.Ouid.3.Trist.eleg.10.
Astringi frigore, Vide ASTRINGO.
Opacum captare frigus.Virg.ecloga 1.
Vmbras & frigora captare.Virg.ecloga 2.
Cauere frigora.Ouid.2.de Arte.
Colligere frigus.Horat.1.epist.11.
Concreuit frigore sanguis.Virg.12.Æneid.
Contracto frigore pigræ.Virg.lib.4.Georg.
Plutio contristat frigore cælum.Virg.3.Georg.
Defendo teneras à frigore myrtos.Virg.ecloga 7.
Depellere frigus.Horat.1.Serm.sat.2.
Dissoluere frigus.Horat.1.Carm.ode 9.
Frigus per vngues elabitur.Ouid.2.Metam.
Frigus excruciabat.Lucret.lib.5.
Excipi frigore.Celsus lib.2.cap.1.
Acre ferit frigus.Lucret.lib.4.
Gelant frigora.Plin.lib.15.cap.6.
Ingruit frigus, Vide INGRVO.
Impendet maximum frigus.Cic.Q.frat.lib.2.14.
Laborare à frigore, Vide LABOR.
Lædit me frigus, Vide LAEDO.
Zephyri minuunt frigora.Ouid.3.Trist.eleg.12.
Mollire frigora.Seneca Hippol.1.
Munire à frigore, Vide MVNIO.
Glaciali frigore obsessum corpus.Ouid.9.Metam.

Perferre frigus, Vide PERFERO.
Vis frigorum tectis pellitur,& calorum molestiæ sedantur.Cic.2. Offic.Vide PELLO.
Tremulo quatietur frigore corpus.Cic.in Arato.
Ad magnitudinem frigoris remedium aliquod sibi comparare.Cicero 7.Verr.
Vim frigorum hyemémque vix vrbis tectis sustinere. Cicero pro Rab.Posth.
Vitare frigus.Cic.Tironi,lib.16.8.
¶Frigus,pro timore.Virg.1.Æneidos,
Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra. Vbi Seruius, Frigore,id est timore.
Gelido frigore astrictum pectus.Ouid.epist.21.
Concurrit frigus per ossa.Ouid.ad Liuiam.
¶Frigus pro morte,vt Seruius interpretatur.Virg.12.Æneidos,
-ast illi soluuntur frigore membra.
Ferire aliquem frigore, id est Interficere aliquem. Horat.2.Serm. satyra 1.
Extremum frigus,id est mors.Stat.8.Thebaid.
Supremum frigus animæ.Stat.3.Sylu.3.
¶Curarum frigus lentum.Ouid.3.de Ponto,eleg.9.
¶Frigus etiam id appellatur, quum pro risu & gratia vel fauore sperato,res in diuersum exit. Cicero ad Quintum fratrem,libro 2. 14. Pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coegisset,tantum fuit frigus,vt populi conuitio nos coactus sit dimittere. Quintilianus lib 6.cap.1,Nam & imperitia,& rusticitas,& rigor & deformitas afferunt interim frigus: diligentérque actori hæc sunt prouidenda.Id est,eo patronum adducunt,vt confusus obmutescat,& expectatione plausus aut fauoris desperati destituatur. Frigus his in locis absurdam rei speciem significat, quam incommodus cuétus consequitur. Budæus.
Quæstionum & argumentorum frigus. Quintilianus lib.2. cap. 12, Itaque illud quæstionum & argumentorum apud corrupta iudicia frigus cu tant.
Non leue frigus. Quintilianus libro 5.cap.7,Quod interroganti non leue frigus est.

Frigeo, friges, frigui, & frixi, secundum Donatum {καμάω, καταψύχομαι} Frigere, hoc est Frigore confici & horrere. Priscianus,Syllaba verò naturaliter longa ante geo mutat geo in xi, vt lugeo, luxi, frigeo, frixi. A Græco venit σφυγεῖν, authore Festo. Cicero de Claris Orator. Quare dubitem Antigenidas dixerat discipulo sanè frigenti ad populum,Mihi cane,& Musis.Id est parum feliciter populo seprobanti,vt ait Valerius Maximus lib.3.cap.7.De Antigenida.
Planè nunc frigeo.Cic.Bruto,lib.11.14.
Frigent hic homines.Terent.Eunucho,2.2. Ibidem,3.3,
Vbi friget, huc euasit, quàm pridem pater mihi & mater mortui essent. Id est,Vbi nihil erat quod amplius diceret.
Frigent iudicia omnia. Cic.4. Verr. Quum omnia iudicia frigerent admonitu istius,&c.
Sine Cerere & Baccho friget Venus. Terentius Eunucho,4.5. Cicero lib.2. de Natura deorum, Ex quo illud Terentij, Sine Cerere & Libero friget Venus.
Vires effœtæ frigent.Virg 5.Æneid.
In re frigidissima cales,in feruentissima friges. Author ad Herennium,lib.4.

Frigens, Participium {μογῶν.} vt Frigens animis turba. Id est Timida. Sil.lib.16.
Lumina frigentia torpent.Stat.2.Sylu.30.

Frigero, frigeras {καταψύχω} Frigefacio. Composita eius magis sunt in vsu, vt Refrigero, quod est rem aliquam calidam, frigidam facio: Perfrigero, vehementer frigefacio. Plin. Omnium earum vis eadem perfrigerare est,& astringere.

Frigesco, frigescis {καταψύχομαι} frigescere, Frigidum fieri. Cato cap. 156,Infundito in catinum vti frigescat. Idem cap.95.
Frigescere frigore. Cælius ad Ciceronem,lib.8.6,Si Parthi vos nihil calfaciunt,nos hîc frigore frigescimus.
Opus frigescit.Quintil.lib.6.cap.1.

Frigefacto, frigefactas {καταψύχω} frigefactare, Frequentatiuum à frigefacio.Plaut Pœnulo,11,
Calidum prandidisti prandium hodie?dic mihi.
A. Quid iam? L. quia hoc nunc frigefactas quum rogas.

Frigutio frigutis,frigutire,Est cum sono subsilire.Plaut.Casina, Nam quid frigutis?Ná quid istuc tã cupidè petis? Nonius.Antiquú.

Frigidus,pen.corr. {ψυχρὸς,ῥῖγος, κρυερὸς,κρύος,ἄπυρος} Adiectiuum notæ significationis.Ouid.1.epist.5,
Frigidius glacie pectus amantis erat.
Aer frigidus.Ouid.1.Amor.eleg.13.
Amnis frigidus. Tibull.lib.4.ad Messalam,8.
Aura frigida.Propert.lib.1.eleg.15.
Corpus frigidum.Exangue.Quintil.in Procem.lib.6.
Fons frigidior.Horat.1.epist.17.
Grauedo frigida.Catull.ad Fundum,epigr.41.
Horror frigidus.Virg.3.Æneid.
Imber frigidus.Virg.1.Georg.
Lingua frigida.Virg.4.Georg.
Lumina labuntur frigida letho.Virg.1.Æneid.
Mors frigida.Virg.4.Æneid.
Oscula frigida.Ouid.epist.11.
Rura frigida.Virg.3.Georg.
Sanguis frigidus.Virg.2.Georg.
Sudor frigidus.Virg.3.Georg.
Vesper frigidus.Virg.3.Georg.
Vmbra frigida noctis.Virg.ecloga 8.
In Venerem frigidus.Virg.3.Georg.
Cura frigida.Lucret.lib.4.
Fomenta frigida curarum,Horat.1.epist.3.

Affectatio frigida & puerilis.Quintil.lib.4.cap.2
Quartana frigida.Horat.2.Serm.sat.3.
¶Frigidus, per translationem: vt Homo frigidus,pro Lento,tardo & remisso. Cic.3.Verr.Alij etiam frigidiores erant: sed quia stomachabantur,ridiculi videbantur esse,&c.
Frigidissimi accusatores.Cic.ad Q.frat.lib.3.19.
Argumentum frigidum.Quintil.lib.5.cap.18.
Frigida & ieiuna calumnia.Cic.pro Cecinna.
Frigidæ literæ. Cic.ad Plancũ,lib.10.16,Quum is frigidas sanè,& inconstantes recitasset literas Lepidi.
Mens frigida.Lucret.lib.3.
Frigida negotia. Plin. Iunior lib.9.epist.2.ad Sabinum.Id est,nullius momenti.
Pausa frigida vitæ,Id est mors.Lucret.lib.3.
Pellis frigida.Lucret.lib.6.
Solatia frigida.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.
Verba frigidiora vitanda sunt.Cic.2.de Orat.
¶Frigidus,Segnis.Virg.11.Æneidos,
-sed frigida bello Dextera. Nonius.
Lentus in dicendo,& penè frigidus.Cic.de Claris Orat.
Virgo non frigida.Ouid.2.Amor.eleg.1.
¶Frigidus,Perniciosus & nocens:eo quòd frigida,nostræ temperaturæ sunt perniciosa. Virgilius,Frigidus, ô pueri fugite hinc,latet anguis in herba. Seruius.
¶Frigida.Substantiuè positum,cui subauditur aqua.Plaut.Most.4, Iampridem mecastor frigida non laui magis libenter. Plin.epist.49.
Frigidam suffundere,Blanditiis incitare.Plaut.Cistel.2,Træslatum apparet ab iis, qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant,quo refocillati currerent acrius,atque hoc pacto ad cursum instigabant. Ex Erasmo.
¶Frigidum, cui Facetum & plausibile opponitur. Cic. in Bruto, de P. Lentulo, Habuit à natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limauerat, quod erat in reprehendendis verbis versutum & solers: fed sæpe stomachosum,nonnunquam frigidum, interdum & facetum. Budæus.

Frigidè, penult.corr. Aduerbium {ψυχρῶς.} Quintil.lib.6.cap.1,Tum ille alioqui vir facundus, inopinatæ rei casu obmutuit, & infantem fuum frigidissimè reportauit. Id est ita vt minimè placeret, aut moueret iudices.

Frigidulus,penultima correp. {ὑπόψυχρος} Adiectiuum diminut.Catul. Argonaut.59,
Frigidulos vdo singultus ore cientem.

Frigedo, penult. prod. frigedinis {ψυχρότης} Idem quod frigus. Varro. Atque vt igni feruido medullitus aquiloniam intus seruat frigedinem. Nonius.

Frigidarius,Adiectiuum,Vide Frigidaria cella in CELLA.
Ahenum frigidarium. Vitruuius lib.5.cap.10,Ahena supra hypocaustum tria sunt componenda,vnum caldarij,alterum tepidarium, tertium frigidarium:& ita collocanda,vti ex tepidario in caldarium, quantum aquæ caldæ exierit,influat. De frigidario in tepidarium ad eundem modum.

Frigorificus, penult. corr. Adiectiuum {ψυχροποιός.} Gell.lib.17. cap.8, Acetum omnium maximè frigorificum est,atque id tamè nunquam concrescit,Vide ACETVM.

Frigutio,frigutis,penult.prod.frigutiui,frigutitum {ῥιγῶ,ῥιγόω} frigutire,à frigeo,Cum sono erigi,atque exilire.Plaut.Casin.5,Nam quid frigutis?quid isthuc tã cupidè cupis? Nonius,Frigere & frigutire & ferstinare,subsilire est cum sono,vel erigi & excitari: quòd quæcunque frigiuntur,vel frigent, nimio calore vel frigore cum sono sursum subsiliunt.

Frigilla,frigillæ {σπίζα} quis est,dicta, vt inquit Festus, quòd frigore canteat & vigeat.Martial.lib.9.55,
Nunc sturnos inopes,frigillarúmque querelas
Audit,& arguto passere vernat ager.

Fringultio,tis,tire,Est præpeditè ac obscurius verba enuntiare.Apuleius in Magia,Qui eloquentiæ patrocinium vulgò profitetur,etiam honesta dicta fordidè blaterat, sæpe in rebus nequaquam difficilibus fringuitit,vel omnino obmutescit.Et iterum:Audisti prinignum meum vix singulas syllabas fringultientem. A fringilla verbum deflecti putat Festus. Vide Cæl.Rhodig.lib.3.cap.1.

Fringutio,fringutis,Actius in Casina, Quid fringutis? quid isthuc tã cupidè cupis? sues auoluerat. Varro à fringuilla deduci putat lib.6. de Lingua Latina.

Frio,frias {τρίζω} friare,Conterere,comminuere. Plin.lib.13.cap.4,In ipsa quidem Æthiopia friatur hæc(tanta est siccitas)& farinæ modo spsiatur in panem. Varro 1.de Re rust.c.9,Si sit terra alba,si nigra, si leuis,quæ quum fodiatur,facilè frietur.

Friabilis,& hoc friabile,penult.corr. {χαῖνος,βῶδραυστος, κατάγης, λαυσῶς} Quod facilè friatur,& quasi manibus minutim conteritur. Plin.lib. 20.cap.8, Optimáque est,quæ candidissima, & friabilis, minimèque ponderosa: quum teratur inter digitos, fermentescens. Idem lib. 34.cap.18.

FRISIABONES, Galliæ Belgicæ populi.Plin.lib.4.cap.17.

FRISTORVM insulæ,in Gallico Oceano,de quibus Plin.lib.4.cap.15.

FRISSI {φρίσσει} populi sunt protinus vltra Rhenum, Oceano adpositi,vt Ptolemæus ait.

Frit,quid significet,declarat Varro 1.de Re rustica,capite 48, Illud autem summa in spica iam matura quod est minus quàm granum, vocatur frit.

Fritillus,fritilli,masc.gen. putatur à multis esse tabula lusoria,siue aleouus aleatorius. Est enim fritillus,qui & Pyrgus,& Orca dicitur, & Turricula, vasculum quo coniecti tali agitatique mittuntur in aleouum. Vide Pyrgus,& Turricula,in TVRRIS,& Talus pro ludo,in TALVS. Fritillum autem idem esse quod Pyrgum, ostendit apertè Porphyrio in illud Horatij libro 2. Sermon. ode 7. Mitteret in pyrgum.Pyrgum (inquit) quod nos fritillum dicimus, quo coniectæ tesseræ, agitatæque mittuntur. Quibus verbis docet tesseras coniici fritillo tanquam vasculo,quo agitatę deinde mittuntur in alueolum. Hoc idem indicat Iuuenal.sat.14,
-paruóque eadem mouet arma fritillo. Illud enim epithetum paruo, demonstrat de turricula dictum esse, non de tabula lusoria, quæ lata & spatiosa esse cõsueuit. Dictus fritillus,vt quidam putent, à crepitu ipso tesserarum, vel quòd super eo tesseræ ferantur.Martialis libro 4.14,
Dum blanda vagus alea December
Incertis sonat hinc & hinc fritillis.

Fritinnio, fritinnis, fritinnire,Subsilire. Varro,Et pullos peperit fritinnientes. Turnebus monuit. Vide plura apud Nonium.

Friuola,penult.corr.friuolorum, neut.gen.plur.num. {γυναῖκεια.} Festus,friuola, vasa sunt propriè fictilia, quassa. Vnde verba friuola dicta, quæ minus sunt fide subnixa. Vlpianus in l.Solutum. §. Solutam. D. de Pignor. action. Non enim credibile est hoc contenisse, vt ad vniuersam pensionem insulæ friuola mea teneantur.Hîc friuola pro supellectili tenui & vili accipiũtur:qualis eorum esse solet qui in cœnaculis habitant.quo modo & Satyricus vsus est sat.quinta,
Et ne te teneam,Romanorũ omnia regum Friuola. Quibus verbis paupertatem regum Romanorũ significauit, quos etiam Samiolis vasis vsos esse constat. Idem tertia,
-iam friuola transfert
Vcalegon,tabula tibi iam tertia fumant. A Græcis γυναῖκεια dicuntur, id est τὰ κρατὰ τὰς οἰκίας σκεύη ἐκ πηλοῦ. Vnde & grytopolæ ab eis dicuntur, qui huiusmodi supellectilia venditant: quos Latinè friuolarios appellare possumus. Nonnulli fribolarios dicunt, vt Albeolos pro alueolis. Nostrate vulgus *quincaillieros* eos appellat. Hæc Budæus.

Friuolus,penult.prod.Adiectiuum {ἀνόητος.} Plinius libro 7. cap.7,de generatione hominis loquens, Miseret, atque etiam pudet; æstimantem quàm sit friuola animalium superbissimi origo, quum plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. Friuolum pro fragili & infirma dixit, & veluti friabili. Nam & friuolum à verbo frio dictum non immeritò existimatur, id est contero, comminuo. Plinius libro 7. capite 53, Friuolum dictu, &c. Gellius libro 15.capite 30, Oppido quàm sunt in literarum ostentatione inepti & friuoli. Idem libro 16.capite 12,Quædam futilia & friuola. Quintilianus libro 1. capite 10, Friuolæ in paruis iactantiæ. Idem libro septimo, capite tertio, Eóque satius est, omni se anteactæ vitæ abstinere conuitio, quàm leuibus aut friuolis, aut manifestò falsis reum incessere.
Friuolus & illiberalis sermo. Author ad Herenn.lib.4.

F R O

Frondarius, Frondator, Frondeo, Frondesco, Frondosus. Vide FRONS, frondis.

FRONDITVS, Miles quidam Romanus,sic dictus,quòd præclara facinora,Vulturnum transnatans, fronde capiti imposita, aduersus Annibalem ediderit. Author Plin.lib.17.cap.1.

Frons,frontis, fœm.gen. {μέτωπον, ὀφρύς} à ferendo dicitur, vt nonnulli volunt, quòd indicia animi præ se ferat. est enim tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, fœueritatis index, vt ait Plinius libro 11. capite 37. Varro tamen à foraminibus potius oculorum dictam existimat. Martial.lib.13.epigram.2,
Nec matutina si mihi fronte venis. Matutinam frontem appellat, parum hilarem. Nam matutina frons tristior est: contrà post cœnam exhilarata.
¶Frons masculino genere proferebatur antiquis,vt docet Gellius lib.15.cap.9.
Ianua animi,frons est.Cic.de Petit.Consul.
In fronte ostentatio sit,intus veritas occulteturCic.2.Finibus.
Ex vultu, & oculis, & fronte, vnius erga alium amorem perspicere.Prouerbialis locutio, cuius sensus satis liquet ex verbis Ciceronis ad Antonium in Epistol.ad Atticum,libro 14. 311, Quod mecum per literas agis, inquit: vnam ob causam mallem coràm egisses, non enim solùm ex oratione, sed etiam ex vultu, & oculis, & fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses.
Adducta frons,Id est rugata & seuera.Ouid.ad Pisonem.
Aspera cornu frons.Ouid.10.Metam.
Attrita frons.Iuuenal.sat.13.
Breuis frons, Vide BREVIS.
Castigatæ collecta modestia frontis.Stat.2.Sylu.1.
Ferox frons.Seneca Herc.fur.6.
Generosa frons.Lucan.lib.8.
Hirta frons.Seneca Hippol.6. Sil.lib.6.
Humana frons.Seneca 2.De benefic.cap.12,Iucunda sunt,quę humana fronte,leni,placidáque tribuuntur.
Inuerecunda frons, Vide INVERECVNDVS.
Læta frons.Virg.6.Æneid.
Læuis frons.Virg.ecloga 6.
Matutina frons, Vide suprà Frons.
Minax frons.Seneca OEdip.12.
Mœsta fronte queri.Claud.4.Paneg.
Mollis supra modum frons.Quintil.lib.6.cap.4.
Niuea pendebant fronte capilli.Ouid.10.Metam.
Placida frons, Vide paulo antè,Humana frons.
Proterua frons.Horat.2.Carm.ode 5.
Rigida frons.Lucan.lib.2.
Rugosa frons, Vide Rugosus,in RVGA.
Serena frons.Sil.lib.3.
Setigera frons apri.Stat.8,Thebaid.
Setosa frons læui oris.Horat.1.Serm.sat.5.
Solicitam explicuere frontem.Horat.3.Carm.ode 29.
Speciosa frons.Ouid.3.Metam.
Tenera frons.Virg.2.Georg.

Tenuis frons. Horat. 1. Carm. ode 33.
Torua frons. Virg. 3. Æneid.
Tristis frons. Tibull. lib. 2. eleg. 3.
Trunca frons tauri. Ouid. 9. Metam.
Turbida frons. Seneca Hippol. 4.
Turgida frons cornibus. Horat. 3. Carm. ode 13.
Vrbana frons, est fiducia, & petendi audacia. Horatius 1. epist. 9. Budæus.

¶ A fronte præcipitium, à tergo lupi. Prouerb. Vide in A, vel AB præpositionibus.

A fronte. Ouid. 1. Metamorphoseos,
Plebs habitat diuersa locis, à fronte potentes Cælicolæ.

A fronte, à tergo, à lateribus teneri. Cic. 3. Philipp.

¶ In fronte disertus. Ouid. 1. de Arte,
Sed lateant vires, nec sis in fronte disertus.

¶ Fronte an mente, Hoc est vultu an animo. Cicero ad Atticum, libro 4. 84, Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed vtrum fronte an mente, dubitatur.

¶ Æquata fronte, & concordi currere fræno. Sil. lib. 16.

Astricta frons, Vide ASTRINGO.
Attollere frontem. Stat. 4. Thebaid.
Cædere frontem. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Fronte & supercilio, non pudore & temperantia contegere. Cic. de Prouinc. Consul.

Concurrunt nubes frontibus aduersis. Lucret. lib. 6.
Contractæ seria frontis. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Contrahere frontem, Id est rugare. Cic. pro Cluent.
Conuersis frontibus incurrunt tauri. Virg. 12. Æneid.
Detecta fronte pugnare. Quintil. lib. 5. cap. 13. Toto corpore eniten dum: & vt sic dixerim, detecta fronte pugnandum est. Id est aperte.

Dirigere frontem. Quintil. lib 2. cap. 13. de acie, Quid enim si præcipias imperatori, quoties aciem instruet, vt dirigat frontem, cornua vtrinque promoueat, equites pro cornibus locet?

Senectus rugis frontem exarat. Horat. Epod. 8.

Frontem explicare vel exporrigere dicimur quum hilarescimus: Contrahere quum ringimur, hoc est vbi quid molestum est. Terent. Adelph. 5. 3. Horat. 3. Carm. ode 29,
Solicitam explicuere frontem.

Fronte ferire. Cic ad Attic. lib. 1. 1. Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse, vt frontem ferias. Videlicet præ dolore, & rei indignitate. Gemitus enim dolorem indicat, percussio frontis etiam indignationem. Oratores, qui frontem ferirent Cicero laudat in Bruto, Quintilianus improbat lib. 11, quòd scenicum id magis sit, quàm oratorium. Risisse (inquit Cic.) stultitiam Cornificij de Consulatu cogitantis. Ingemuisse eorum conditionem: quum ea quæ summis viris patere solis debeant, etiam infimi sperare audeant.

Fronte & vultu bellis, aliquid ferre, sed inimis sensibus angi. Cic. Attico, lib. 5. 97.

Inscribere in fronte, Vide INSCRIBO.
Inuerecunda frons. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Frontem obducere, pro Contrahere. Quintilianus libro 10. cap. 3. Vide OBDVCO.

Obducta fronte tristis. Iuuenal. sat. 9.
Obducta fronte senectus. Horat. Epod. 13.

Ostentans frontem albam. Virg. 5 Æneid. de equo.

Peccat frons pluribus generibus. Quintil. lib. 11. cap. 11. de gestu.

Frontem perfricare, pro Deponere pudorem. Plinius, Perfricui frontem, & nihil profeci. Caluus apud Quintil. lib. 9. cap. 2.

Periit illi frons. Persius sat. 5. Id est pudor.

Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. Apud Plautũ in Casina, 6. Ité Obducta fronte, Corrugata fronte, Contracta fronte, Caperata fronte aliquid facere. Plautus, Caperata frons seueritudine, Quod quidam à caprinis cornibus transtatum volunt.

Nubila frons: cui contraria sunt, Serena frons, explicata frons.

Præcinctus arundine frontem. Ouid. 1. de Arte.

Premere frontem corona. Lucan. lib. 2.

Promittere aliquid fronte. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Remittere frontem. Plinius iunior libro 2. epist. 5, ad Lupercum, Ego tamen qui à te hanc seueritatem exigo, cogor id quod diuersum est, postulare, vt in plerisque frontem remittas. Id est rugas seueritatis indices.

Vallatus frontem radiis. Ouid. epist. 4. de Sole.

Verissima fronte verum dicere. Cic. pro Rab. Posth.

¶ Frons, pro Seueritate & grauitate. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 10, Tu adeò mihi excussam seueritatẽ veterem putas, vt ne in foro quidem reliquiæ pristinæ frontis appareant?

¶ Frons, Principium & ingressus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 9, Insinuatio surrepat animis, maximè vbi frons causæ non satis honesta est.

A fronte & à tergo, Vide A vel AB præpositiones.

Prima fronte, Id est prima facie. Quintil. lib. 7. cap. 2, Dura prima fronte quæstio.

In frontem statuerat ferratos. Tacit. lib. 3.

Aduersis frontibus, Vide ADVERTO.

Pugnare in frontem. Tacitus in vita Agricolæ, Veritus, ne simul in frontem, simul & latera suorum pugnaretur.

¶ Frons, de rebus etiam inanimatis dicitur, pro parte anteriore, vel initio alicuius rei. Virgilius, Frõte sub aduersa scopulis pendentibus antrum, &c. Plin. lib. 12. cap. 7, In fronte Caucasi solubus opposita, gigni, &c. Idem lib. 4. cap. 21.

¶ Frontes librorum. Ouid. 1. Trist. eleg. 2,
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes.

Frontale, frontalis, penult. prod. neut. gen. {καναλίθημα, σφυματιδίον} Ornamentum quod fronti equorum, siue elephantorum imponi solebat. Plinius libro 37. cap. 12, Quondámque tantæ magnitudinis fecere, vt equis regum in oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent. Liuius 7. bel. Maced.

Frontanus, frontana, frontanum, Adiectiuũ. Hinc Frontani lapides in parietibus dicuntur (quos Græci διατόνους appellant, velut extentos dicas) qui perpetua crassitudine vtraque parte religando, parietum soliditatem confirmant. Author Cælius Antiq. lect. lib. 26. cap. 32.

Frontatus, penult. prod. Adiect. {μετωπωτός.} vt Frontati lapides, apud Vitruuium. Lapides vtraque parte frontati, sunt qui vtraque parte parietis, faciem certam ostendunt, ex quibus sunt quæ vulgò *cæmentæ* & *erutæ* dicuntur, quibus totius operis firmitas constat: quæ eam rationem in ædificio habent, quam ossa in homine. Græcè diatorti dicuntur: quasi perpetua soliditate vtrinque extantes. Vel, vt in quibusdam exemplaribus legitur, diatoni: Id est ab vna parietis parte ad aliam pertinentes, pertendentésque. Artifices ob hoc perennas appellant quasi perpetuo lapide constantes, id est solido. Hæc Budæus. Plinius libro 35. capite 12, Vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque.

Fronto, frontonis {μετωπίας} Qui magnam habet frontem. Cicero 1. de Nat. deor. Equos nouum habere, equos silos, flaccos, frontones, capitones quæ sunt in nobis?

Frontosus, a, um, Adiectiuum à fronte deriuatum, quod nonnulli pro impudente vsurpant. Author Sipontinus.

Frons, huius frondis, fœm. gen. {φύλλον} A ferendo, quòd frondes arborum huc atque illuc à vento ferãtur. Frondes, inquit Valla, arborum sunt tantùm: folia autem & arborum, & herbarum, & foliorum quoque. Virg. lib. 2. Georgicorum,

-frons tenera, imprudénsque laborum. Cicero pro Cælio, Ergo hæc deserta via & inculta, atque intercluſa iam frondibus & virgultis relinquatur.

Fœcundæ frondibus vlmi. Virg. 2. Georg.
Arboreæ frondes. Ouid. 4. Metam.
Aridæ frondes. Horat. 1. Carm. ode 25.
Cupressinæ frondes, Vide CVPRESSVS.
Frondes densæ. Virg. 9. ecloga,
-hîc vbi denses
Agricolæ stringunt frondes, hîc Mœri canamus.
Glauca frons. Virg. 2. Georg.
Ilignea frons, Vide ILEX.
Teneræ frondes. Virg. 3. Æneid. Quintil. lib. 2. cap. 4.

¶ Abditus fronde leui. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Abdita fronde leui, densa speculabar ab vlmo.
Agere frondem, Vide AGO.
Auellere frondes. Ouid. 10. Metamorphoseos,
Tertia quum crinem manibus laniare pararet,
Auellit frondes.
Glauca canentia fronde salicta. Virg. 2. Georg.
Carpendæ manibus frondes. Virg. 2. Georg.
Frondes consternunt terram. Virg. 4. Æneid.
Detonsæ frigore frondes. Ouid. 3. Fast.
Strictis frondibus explere bouem. Horat. 1. epist. 14.
Opaca fronde horrent comæ. Seneca Herc. fur. 9.
Hirsutis frondibus pastus. Virg. 3 Georg.
Iucundissimam frondem vlmus ministrat ouibus, ac bubus. Varro de Re rust. cap. 15.
Leuandum fronde nemus. Virg. 2. Georg.
Viridi super fronde requiescere. Virg. ecloga 1.
Spargit agrestes tibi sylua frondes. Horat. 3. Carm. ode 18.
Festa fronde velamus delubra. Virg. 2. Æneid.
Fronde comas vincti. Horat. 2. epist. 1.
Noua fronde virere. Virg 6. Æneid.
Caducæ frondes volitant. Virg. 1. Georg.

Frondeus, Adiect. {φύλλινος} Quod totum ex frondibus est. vt Frondea corona. Plin. lib. 16. cap. 4.

Nemora frondea, Virg. 1. Æneid. pro Frondosa.
Tecta frondea. Virg. 4. Georg.

Frondosus, pen. prod. Adiectiuum {φυλλώδης} Quod frondibus abundat. vt Frondosus ramus. Liuius 10. ab Vrbe. Et Frondosi montes. Varro 2. de Re rust. cap. 5.

Æstas frondosa. Virg. 3 Georg.
Lucus frondosus. Virg. 4. Georg.

Frondarius, Adiectiuum {φυλλίνιος} Quod ad frondes pertinet. Plin. lib. 18. cap. 31, Vnus frondator quatuor frondarias silcinas complere in die iustum habet.

Frondeo, frondes, frondui {φυλλάω} frondẽre, dicuntur arbores. Virgilius 3. ecloga, Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus. Idem 2. Georgicorum,

-nemorúmque Ioui quæ maxima frondet Æsculus.

Lætius frondere, Vide LAETVS.

Frondens, Particip. {φυλλῶν.} vt Arbuta frondentia. Virg. 3. Georg.
Campus frondens. Lucanus lib. 6.
Ramo frondenti tempora implicat. Virg. 7. Æneid.
Frondens vitis. Colum. lib. 3. cap. 1.

Frondesco, frondescis {φυλλήσω} frondéscere, dicuntur arbores quum frondes emittunt. Colum. lib. 5, Nihilominus enim paucis frõdescet pampinis. Cic. 1. Tuscul.

Ramos arboribus frondescere. Lucret. lib. 1.
Virga frondescit. Virg. 6. Æneid.

Frondo, frondas {φυλλοτομῶ} frondãre, Frondes amputare.

Frondator, penultima producta, frondatoris {φυλλοτόμος.} Tria genera sunt frondatorum. Frondator, qui arbores amputat, & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos: & qui manibus vitium folia auellit, quo ardor solis vuam maturiorem reddat. aut auis quæ in frondibus habitat & his vescitur, vel etiam palumbes, quæ in frondibus nidificant. Hactenus Seruius. Vide Frondarius. Virg. 1. ecloga,

Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.

Falx frondatorum. Catull. Argonaut. 59.

Frondatio, frondationis. Columella lib. 5. cap. 6, Atque in frondatione cauendum

cauendum, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur.

Frondifer, penult. corr. Adiectiuum {φυλλοφόρος} Frondes ferens. Lucretius lib. 1,

Frondiferásque domos auium.
Nemus frondiferum. Lucret. lib. 2.

Frondiflus, Adiectiuum. Boethius Metro. 3. lib. 1,

Tu frondiflua frigore brumæ
Stringis lucem breuiore mora. tunc enim frondes ab arboribus fluunt cadúneque.

Fronto, frontonis, Vide FRONS, frontis.

FRONTO {φρόντων} Philosophiæ simul, & dicendi præceptor M. Antonini principis, adeò ab illo dilectus, vt ille statuam ei à Senatu statui peteret. Author Capitolinus. ¶ Frõtonis alterius sub Nerone meminere Tacitus, & Iuuenalis. Martialis item,

Clarum militiæ Fronto togæque decus.

FRV

Fructus, Vide post FRVOR.

Frugalis, Frugalitas, Vide post FRVGIPERDA.

Frugamenta, à frugibus appellata. Festus.

Fruges, frugis, f. g. vel hæc frux, frugis, Prisciano {φρύγανον} Generale nomen est: non modò ad frumenta, leguminâque, sed etiam ad omnes fructus terræ quos in alimoniam vertimus. vnde frugiferæ arbores dictæ sunt, quæcunque fructum ferunt. Varro de Lingua Lat. Fruges à fruendo. Festus, Seruius, & Donatus, Frugis vocabulum à frumine eminente sub mento gutturis seu gurgulionis parte, qua cibus in aluum demittitur, à ferendo cibum appellari dicunt, Vide FRVMENTVM.

Fruges à frumẽto nihil differre, satis docet Cic. Actione quinta in Verrem his verbis, Lucio Octauio & C. Cotta Consulibus Senatus permisit vt vini & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te Quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent. De leguminibus dicit: vt ostenderet etiam frumenta fruges vocari. Hæc Seruius in 1. Æneid. Liu. 1. Decad. lib. 5. de Gallis, Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximéque vini noua tum voluptate captam, Alpes transisse. Cic. de Senect. E quibus quum emerserit, fundit frugem, spicæ ordine structam. Virgil. 10. ecloga,

-nocent & frugibus vmbræ.

Locuples frugibus annus. Horat. 2. epist. 1.
Fœta frugibus terra. Cic. 2. de Nat. deor.
Infœlix frugibus tellus. Virgil. 2. Georg.
Copia frugum & Inopia, contraria. Cic. pro Domo sua.
Diua potens frugum, Id est Ceres. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.
Patens frugum tellus. Virg. l. 2. Georg.
Perceptio & conseruatio frugum fructuúmque reliquorum. Cic. 2. Offic.
Hubertas frugum & fructuum. Cic. 3. de Nat. deor.
Grauidæ fruges. Virgil. 2. Georg.
Huberes fruges. Horat. 4. Carm. ode 15.
Lætæ fruges. Virgil. 1. Georg.
Maturæ fruges. Virgil. eclog. 3.
Medicatæ fruges, Vide MEDICO.
Medicatis frugibus offa. Virgil. 6. Æneid.
Minutæ fruges, Vide MINVO.
Copia diffundit fruges pleno cornu. Horat. 1. epist. 12.

Efferre fruges vberiores, Vide Efferre dicitur ager, &c. in EFFERO, effers.

Tellus ferebat fruges. Ouid. 1. Metam.
Fundere fruges. Cic. 1. de Diuinat.
Tonsis gemit area frugibus. Virgil. 3 Georg.
Percipere fruges. Cic. 1. Offic.
Horna fruge placare lares. Horat. 3. Carm. ode 23.
Seresæ fruges. Cic. 2. de Nat. deor.
Nitidæ surgunt fruges. Lucret. lib. 1.

Cererem fruges appellamus, vinum autem Liberum. Cicero 2. de Nat. deor.

¶ Ad frugem perducere. Quintil. lib. 6. cap. 3, Generare atque ad frugem perducere.

¶ Recipere se ad frugem bonam, dicebant antiqui, pro eo quod vulgaris sermo dicit, *ex nihili homine fieri hominem de bono*, id est frugi. Cic. pro Cælio, Sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedisse nt, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam (vt dicitur) recepisse, grauésque homines atque illustres fuisse. Bud.

Corrigere aliquem ad frugem: Hoc est, ita emendare vt frugi homo euadat. Plaut. Trinum. 4.

Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis?

Euadere ad frugem bonam, De eo dicitur qui ãntè nequam non fuerat. Lactant. lib. 6. cap. 3, de Pythagorea litera loquens. Budæus.

Redire ad frugem bonam. Lamprid. in Heliog. Bud.

Frugem, inquit Paulus, pro reditu appellari non solùm qui frumẽtis, aut leguminibus, verùm & qui ex vino & syluis cæduis, creticodinis, lapidicinis, capitur. Iulianus scribit fruges omnes esse, quibus homo vescatur, falsum esse. Non enim carnem, aut aues ferásve, aut poma fruges dici: lupinum autem & fabam fruges potius dici, quia non arista, sed siliqua continentur, l. 77. D. de verb. signif.

¶ Frugi {χρηστός} à fruge dicitur, quod indeclinabile est: compositum tamen cum bonæ, antiqui quandoque ponebant, vt Seruus bonæ frugi, Homo bonæ frugi. Frugi bonæ (inquit Budæus) quum dicebant, probum, officiosúmque consummatè significabant. quanquam apud Gell. lib. 7. cap. 11, frugis bonæ legitur, cui contrarium est Homo nequam. Plaut. Capt. 17,

Fui ego lepidus vel bonus vir nunquam, neque frugi bonæ. Idem Trinum. 6. Vlpianus ad legem Aquiliam, l. Neratius, Sed si bonæ frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit.

Permodestus ac bonæ frugi homo. Cic. Att. lib. 4. 17.

Frugi es: Id est, vtilis & necessarius, inquit Donatus. Idem alio loco, Frugi est ergo, in quo est aliquid quo fruamur, id est vtamur. Plautus Pœn. 10. Terent. Eunuch. 3. 5.

Factus frugi aliquis. Cic. 2. Philipp.

Frugi homo. Cic. 3. Tusc. l. Sed quia nec qui propter inetum præsidium reliquit, quod est ignauiæ: nec qui propter auaritiam clàm depositum non reddidit, quod est iniustitiæ: nec qui propter temeritatem malè rem gessit, quod est stultitiæ, frugi appellari solet, &c. Terentius Adelph. 5. 9. Idem Heaut. 3. 3,

-Clitipho, hæc ego præcipio tibi,
Hominis frugi & temperantis functus officium. Cic. 3. Tusculan. Qui sit frugi igitur, vel si mauis, moderatus & temperans, cum necesse est esse constantem. Idem ad Sextium, libro 5. 6. Idem pro Fonteio.

Homo frugi omnia rectè facit. Cic. 4. Tusc.l.

Homines frugi. Alfenus in l. si vendita. D. de peric. & commod. rei vendit. Si diligentiam venditor eam adhibuisset in insula custodienda, quàm debent homines frugi & diligentes præstare.

Frugi ædificium, Hoc est vtile, & quod vulgò dicitur, *bene appropriatum, & ad vtilitatem*. Plin. epist. 41. lib. 2, ad Gallum.

Frugi mancipes. Plin. epist. 63. lib. 4. ad Caluisium.

Frugi seruus, Cui curæ est commodum domini. Plaut. Amphit. 11. Plin. epist. 21, Omissis iocis credo decentes esse seruos, qui sunt empti mihi ex consilio: supereſt vt frugi sint.

Frugi atque integer seruus. Cic. pro Cluent.

Frugi, seuéraque alicuius vita, tum etiam iucundissima conuictio, Cicero filius Tironi, lib. 16. 21.

Frugi cui Nequam opponitur. Cic. pro M. Fonteio, Qui tanta virtute atque integritate fuit, vt etiam illis optimis temporibus, quum hominem inuenire nequam neminem posses, solus tamen frugi nominaretur: quem quum in concionem Gracchus vocari iuberet, & viator quæreret quem Pisonem? (quòd erant plures) Cogis me, inquit, dicere inimicum meum frugi. Idem 2. de Finibus, Vt frugi ille Piso.

Frugi & Nequam seruus, contrária. Cicero 2. de Orator. In iisdem verbis & laudare frugi seruum possumus: & si est nequam, focari.

Homo frugi & modestus. Cic. Seruilio, lib. 13. 71.

Sum bonus & frugi. Horat. 1. epist. 17.

Populus frugi, castúsque. Horat. de Arte,

¶ Frugi, Is etiam dicitur, qui in victu, vestitu, similibúsque temperans est, vt ait Valla in Raudensem. Vide Frugi homo, paulo antè. Plaut. Asin. 16,

Ego, præter alios, meum virum frũi ratâ
Siccum, frugi, continentem, amantem vxoris maximé.

Frugi ac sobrij homines. Cic. 5. Verr.

Cœnula frugi. Iuuenal. sat. 3.

Frugi victus, cui Luxuriosus opponitur. Quintil. lib. 5. cap. 10, Victus luxuriosus, an frugi, an sordidus.

Frugis in genitiuo dixit Plaut. in Milite, 20. Fac sis frugis.

Frugifer, pen. corr. Adiectiuum {δενδρήεις, πυροφόρος, σιτοφόρος} Fructum ferens: vt Arbores frugiferæ. Vnde apud Plin. libro 15, hic est titulus, Naturæ frugiferarum arborum. Eodem, cap. 2, Vicina bonitas prouincijs excepto Africæ frugifero solo.

Ager frugifer. Lucanus lib. 1. Cicero 2. Tusculan. Et 2. de Natura deorum, Cineres iam spatia frugifera atque immensa camporum.

Arua frugifera. Lucan. lib. 3.
Frugifera & ferta arua. Cic. in Orat. Ex antiquo poeta.
Frugifera alimentis insula. Liu. 6. bel. Pun.
Messes frugiferæ. Ouid. 5. Metam.

Frugifera & fructuosa philosophia. Cicero 3. Offic. Sed quum tota philosophia, mi Cicero, frugifera & fructuosa, nec vlla pars inculta ac deserta sit, &c.

Frugiferum & salubre. Liu. in Præfatione, ab Vrbe cond. Hoc illud est præcipuè in cognitione rerum salubre ac frugiferum, exempli documenta in illustri posita monumento intueri.

Frugiferens, penul. corr. frugiferentis {φυτοφορεσής} poeticum epitethon, pro frugifero. Lucret. lib. 1,

Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes
Concelebras. Sed antiquum est.

Frugilegus, penultima corr. Adiectiuum {ψιλαφόλογος.} Ouidius 7. Metamorphoseos,

Hîc nos frugilegas aspeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes.

Frugiperda {φωσφόρος} salix. Plin. lib. 16. cap. 26, Ocyssimè autem salix amittit semen antè quàm omnino maturitatem sentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda.

Frugalis, & hoc frugale, penul. prod. {βίστος, ἀφελὴς, μέτριος, βίος ἀναγκαῖος, ἀναγκαῖος.} Qui est temperans. Cic. 3. Verr. Frugalissimus homo. Terent. Heaut. Dedo me patri nunc iam, vt frugalior sim' quàm vult. Cic. ad Attic. lib. 1. 11. Plin. in Paneg.

Frugalis & integer. Cic. 4. Verr. Nihil aliud in eo quod reprehendi possit, inuenio, nisi quòd homo frugalissimus atque integerrimus, te hominem plenum stupri, flagitij, sceleris, domum suam inuitauit.

Nequissimus & Frugalissimus, contraria. Cicero Attico, lib. 1. 11, Quum accusator tanquam Censor bonus homines nequissimos reiiceret, reus tanquam clemens laniſta frugalissimum quenque secerneret, &c.

Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus. Cicero 2. de Oratore.

Aratores laboriosissimi frugalissimúsque homines. Cic. 5. Verr.

Frugalissimus sui ordinis homo. Cic. 3. Verr. Id est probus & honestus, ait Budæus.

Frugalissimi & sanctissimi homines. Cic. pro Flacco.

Frugalis magister pecorum. Colum. lib. 1. cap. 9. Magistros pecoribus oportet præponere sedulos ac frugalissimos.
Frugalis villa. Varro 3. de Re rust. cap. 2. Sed non hæc, inquit, villa, quanquam ædificauerunt maiores nostri, frugalior ac melior est, quàm tua illa perpolita in Reatino.

Frugalitas, penult. corr. frugalitatis {σωφροσύνη, εὐτέλεια} Temperantia, siue moderatio in rebus agendis. Cic. 3. Tusculan. Verisimile etiam illud est, qui sit temperans, quem Græci σώφρονα appellant: eámque virtutem σωφροσύνην vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare: nonnunquam etiam modestiam, sed haud scio an rectè ea virtus frugalitas appellari possit. Et paulo post, Frugalitas, vt opinor, à fruge, qua nihil melius è terra: nequitia ab eo, etsi hoc erit fortasse durius, sed tentemus, & luisse putemur, si nil sit: ab eo quod nequicquam est in tali homine, ex quo idem nihili dicitur.
Singularis & admiranda frugalitas in rege. Cic. pro Deiot.
Ingenerata alicui frugalitas, Vide INGENERO.
Ex frugalitate sua peculium seruus acquirit. Caius in l. fiquid. §. 1. D. de ædil. edict.

Frugaliter, pen. corr. {εὐτελῶς} Sobriè & modestè. Plaut. Epid. 11,
Ille eam rem adeò sobriè & frugaliter accurauit vt alias
Res: est impensè improbus. Plin. epist. 248, Frugaliter, modestéque viuentes. Cic. pro Domo sua. Sic 2. de Finib. Cur igitur non bene? Quia quod bene, id rectè frugaliter, honestè.
Parcè & frugaliter viuere. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Fruiscor, Vide FRVOR.

Frumen, fruminis, pen. cor. n. g. {χαμαὶ ἀποκλίνων, θερίζω} Est, vt inquit Donatus, summa pars gulæ, vel summa gula, tractúsve gulæ quâ cibum lingua demittit in ventrem. Seru. in 1. Æneid. Frumen eminens sub mento, gutturis pars.

Frumentum, frumenti, n. g. {σῖτος, σιτάνη, σιτόκος} Seruius frumenta dici putat quæcunque emittunt aristas. à fruendo dictum, vel à frumine. Plin. lib. 18. cap. 7. Et quoniam præparatus est ager, natura nunc indicatur frugum. Sunt autem duo prima earum genera, frumenta, vt triticum, hordeum: & legumina, vt faba & cicer. Frumenti ipsius totidem genera per tempora seru diuisa. Hyberna, quæ circa Vergiliarum occasum sata terra per hyemem nutriuntur, vt triticum, far, hordeum. Æstiua, quæ æstate ante Vergiliarum exortum seruntur, vt milium, panicum, sesama, horminum. In eod. cap. 9, separat frumentum ab hordeo, dicens, Frumentum & hordeum vtrunque.
Aceruus frumenti ingens: Horat. 2. Serm. sat. 3.
Copia frumenti. Horat. 1. epist. 15.
Luxuriosa frumenta. Cic. in Orat. Vide LVXVS.
Frumentum triticeum. Martial. lib. 13. 12.
¶ Abriperе frumentum, Vide ABRIPIO.
Abundare copia frumenti, Vide ABVNDO.
Æstimare frumentum. Cic. in Pisonem.
Æstimatum frumentum ternis denariis. Cicero 5. Verr. Vide AESTIMO.
Sata frumenta manu carpes. Virgil. 3. Georg.
¶ Comprimere frumentum, pro Supprimere. Cicero ad Atticum, libro 5. epistol. vltim. Perfeci, vt & Græci & ciues Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicerentur.
Emetere multum frumenti agris. Horat. 1. epist. 6.
Exarare frumentum. Cic. 5. Verr. Nónne plus lucri nomine eripitur, quàm quantum frumenti omnino exararent?
Imperare sibi in cellam frumentum, Vide IMPERO.
Inserere frumentum arboribus, Vide INSERO.
Metiri frumentum, Vide METIOR.
Grandia traduntur frumenta. Virg. 4. Æneid.
Lactentia turgent frumenta. Virg. 1. Georg.
¶ Frumenta, In ficis, id est grana. Plinius lib. 15. cap. 19. Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus. Idem lib. 17. cap. 27.

Frumentaceus, Adiectiuum {σιτικός} Quod ex frumento est.

Frumentarius, Aliud adiectiuum {σιτικός} Quod ad frumentum pertinet. Cic. 5. Verr. Neminem vestrum præterit Iudices, omnem vtilitatem, opportunitatémque Pop. Rom. adiuncta sit, consistere in re frumentaria maximè: in cæteris rebus adiuuamur ex illa prouincia, hæc verò alimur ac sustinemur.
Frumentaria causa, Frumentaria res. Cic. 5. Verr.
Frumentaria magna largitio. Cic. 2. Offic.
Frumentaria lex. Cic. 3. Tuscul. Piso ille frugi semper contra legem frumentariam dixerat.
Lex frumentaria de semissibus. Author ad Heren. lib. 1.
Locus frumentarius, Hoc est ferax frumenti. Cæs. lib. 1. bel. Gall. Vt bellicosos Pop. Rom. inimicos, locis patentibus maximéque frumentariis, finitimos haberet.
Lucrum frumentarium. Cic. 5. Verr.
Frumentariæ naues, Vide NAVIS.
Pecunia frumentaria, Vide PECVNIA.
Frumentarius prædo. Cic. 5. Verr.
Prouinciæ frumentariæ. Cic. Att. lib. 9. 180, Omnis hæc classis Alexandria, &c. ad intercludendos commeatus Italiæ, & ad occupandas frumentarias prouincias comparatur.
Re frumentaria laborare, Vide LABOR, laboris.
Frumentarium solum, In quo seritur frumétum. Plin. lib. 18. cap. 6. Et Colum. lib. 1. cap. 2.
Frumentarius, Mercator comparans sibi frumenta, vt inde lucrum faciat. Plaut. Pseud. 4,
-quæ amica est frumentariis,
Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti sunt domi.
Frumentarij negotiatores. Plinius lib. 8. cap. 44. Cic. 3. Offic. Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium venditor celare emptores debuisse.

Frumentor, frumentaris {σιτολογέω, σιτανίζομαι} frumentári, Frumentum colligere. Cic. ad Attic. lib. 8. 163, Neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris, vt frumentatum eas. Cæsar 4. bel. Gall. Prædandi, frumentandique causa. Liu. 1. bel. Maced. Quum in propinquo agro frumentarentur Romani.

Frumentatio, Verbale {σιτολογία, σῖτησις} Frumentorum demessio, vel collectio. Cæsar 7. belli Gallici, Omnes nostras pabulationes, frumentationésque obseruabat. Ibidem, libro 6, Interim confecta frumentatione, milites nostri clamorem exaudiunt. Liuius 1. belli Macedon.
¶ Frumentatio etiam vocabatur distributio seu largitio frumenti, quæ Romæ per tesseras singulis mensibus populo dabatur, ac fiebat postquam principes receperant curam publicæ annonæ. Suet. in Augusto, cap. 42, Impetum se cepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi.

Frumentator, pen. prod. {σιτώνης} Aliud verbale. Liu. 1. bel. Maced. Improuiso impetu Gallorum cum frumentatoribus est circunuentus. Sic 2. ab Vrbe.

Fruniscor, Vide FRVOR.

Fruor, frueris, penult. correp. fretus sum vel fui {κτάομαι, κεφαλαίομαι, ἐπαύρομαι.} Frui, est (vt ait Donatus in Eunuchum Terentij) vesci, à frumine.
Frui, Ali, authore eodem Donato. Terent. Adelph. 5. 8,
-agelli hic sub vrbe est paululum quod locitas foras,
Huic demus qui fruatur. Id est, vnde fructum capiat & alatur, non proprietate potiatur, inquit Donatus.
Frui, Propriè, inquit Donatus, est voluptatem capere ex vsu, & delectari.
Frui liceat quod amo: vt Frui quiete. Terent. Phorm. 1. 3,
Ita me Di bene ament, vt mihi tanditu liceat quod amo frui.
Dum licet frui, opto vt semper liceat. Cic. Papirio, lib. 9. 17.
Palàm & liberè frui, Vide PALAM.
Æternitate fruuntur animi. Cic. 2. de Nat. deor.
Æuo sempiterno beati fruuntur. Cic. in Somn. Scip.
Aliquo nō frui & carere. Cic. Att. lib. 2. 16, Neque nos te fruimur, & tu nobis cares.
Beneficiis atque honoribus frui. Brut. Cic. 16.
Bonis cum filio frui. Cic pro Cecinna.
Frui colloquio deorum. Virgil. 7. Æneidos,
Et varias audit voces, fruitúrque deorum
Colloquio. Vbi Seruius, Fruitur, pascitur: quod de rebus tantùm bonis dicimus.
Frui contemplatione. Quintil. lib. 2. cap. 18.
Certis fundis patre viuo fruitur filius. Cicero pro Roscio Amerino.
Frui gaudio. Plin. in Paneg.
Gratia & opibus alicuius frui. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.
Frui ingenio suo. Terent. Heaut. 2. 4,
Hoccine me miserum non licere meo modò ingenio frui? Id est, secundum naturam suam viuere arbitrio suo.
Licentia liberiore quadam frui. Cic. in Orat.
Lucem qua fruimur, commoda quibus vtimur, spiritum quē ducimus, à Deo nobis dari videmus. Cic. pro Rosc. Amer.
Marito meliore fruitur. Ouid. 2. epist. 10.
Frui otio. Plin. epist. 127.
Paratis frui. Horat. 1. Carm. ode 31.
Parto frui. Virgil. 1. Georg.
Pace frui. Cic. 7. Philipp.
Præsentibus fruitur sapiens. Cic. 1. de Finib.
Frui recordatione aliquius. Cic. de Amicit. Sed tamen recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, vt beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim.
Frui sermone alicuius. Cic. de Senect. Cuius sermone ita tum cupidè fruebar, quasi iam diuinarem id quod euenit, illo extincto, fore vnde discerem neminem.
Somno frui. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.
Vtatur suis oportet & fruatur, qui beatus est. Cicero 1. de Natura deorum.
Vectigalibus frui. Cic. de Aruſp. resp.
Virginitate perpetua frui. Ouid. 1. Metam.
Frui viro aliquo. Plin. epist. 10.
Frui vita. Cic. 2. de Finib. Dum vita fruebatur.
Vita & communi spiritu frui. Cic. 4. in Catil.
Frui voluptatibus. Terent. Heaut. 1. 1. Cic. de Senect. Quòd si istis ipsis voluptatibus bona ætas fruitur, libētius primùm paruulis fruitur rebus, vt diximus: deinde iis quibus senectus, etiam si non abundè potitur, non omnino caret.
Præsentibus voluptatibus frui. Cic. 3. Tusc.
Frui vsu amici & moribus. Cic. de Amicit. Vt vsu eius quem diligere cœperunt, fruantur & moribus, sintque pares in amore & æquales.
Fruitur hanc alternas noctes. Plaut. Asin. 16.
Ars fruendi diuitiis. Horat. 1. epist. 4.

Fruendus, Participium {κτητικός.} Cicero de Senectute, Agro bene culto nihil potest esse nec vsu huberius, nec specie ornatius: ad quem fruendum non modò non retardat, verumetiam inuitat atque allectat senectus.
Iustitiæ fruendæ causa videntur olim bene morati reges constituti. Cic. 2. Offic.
Fruenda sapientia est. Cic. 1. de Finib. Idem ad Qu. frat. lib. 2. 16, Suauitatis equidem nostræ fruendæ causa cuperem te ad id tempus venire quod dixeras.

Fruiturus, penultima prod. {κτησόμενος.} Cicero libro 3. Tusculan. Zeno Stoicorum acutissimus contendere magna voce solebat, eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, considerésque se fruiturum.

Fructus, Aliud participium {κτηθεὶς, κεκτημένος.} Cic. in Hortensio, Amœnitate summa fructus est.
¶ Fretum etiam opinione quorundam, maximè Vallæ, in supino facit.

Fruitus, pen. corr. Aliud participium {κτηθεὶς, κεκτημένος.} Vlp. in l. Pompon. D. de vsufructu earūm rerum quæ vsu cōsumuntur, Licet proprietarius mihi possionem soluerit, tamen vsumfructum amitti: quia non meo nomine, sed suo fruitus est emptor.

Fretus, Adiectiuum {πεποιθώς} Id est confisus. Participium esse volunt nonnulli, aliis nomen esse contendentibus. Plaut. Menæch. 17,
-quæ viros
Subseruire sibi postulant, fretæ dote, feroces.
Fretus & munitus. Cicero de Petit. Consul. Et quanquam partis & fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oporteret, tamen in ipsa petitione amicitiæ, &c.
Fretus conscientia officij mei, beneuolentiaéque, hæc ad te scripsi liberius. Cic. Appio, lib. 3. 7.
Fretus consilijs, & intimus. Plin. in Paneg.
Fretus diis, & deos sperare. Plaut. Casin. 7. Sallust. in Iugurth. Igitur consul, omnibus exploratis, credo diis fretus, &c.
Fretus fiducia tua. Plaut. Aulul. 16,
-ibo ad te, fretus tua
Fides fiducia.
Fretus fuga, auxiliove. Cic. 3. Tusc. Ex quodam poeta.
Fretus gratia. Cic. pro Quintio, Si fretus gratia postulabat aliquid iniquius Alphenus.
Freti tua humanitate tibi consilium dabimus. Cicero ad Atticum, lib. 9. 179.
Fretus ingenio. Plaut. Capt. 6. Terent. in Prologo Heaut. Cic. 1. de Inuent. Tum ingenio freta malitia peruertere vrbes, & vitas hominum labefactare assueuit.
Innocentia freti, nobilitate nixi, potentia fulti. Cic. Antequam iret in exilium.
Fretus intelligentia vestra, differo breuius quàm causa desyderat. Cic. 1. de Nat. deor.
Fretus iuuenta. Virgil. 5. Æneid.
Fretus malitia sua. Terent. Phorm. 2. 1,
Sed siquis fortè malitia fretus sua.
Fretus virtute. Plaut. Amphit. 4. Sic Fretus viribus, Columel. lib. 6. cap. 23.
Fretus vobis. Terent. Eunuch. 5. 9,
-cur ergo in his te conspicor regionibus?
7. Vobis fretus. PH. suis quàm fretus? miles edico tibi, &c.
Fretus voce. Cic. 1. Offic.

Fruiscor, fruisceris, pen. corr. {κτάομαι} fruisci, Idem quod fruor. Gell. libro 17. cap. 2, Dubitatum est ab imperitis antiquitatis, an Latinum foret fruisci. non modò autem Latinum, sed iucundius amœniúsque etiam verbum fruiscor factum est quàm fruor: & vt faciscor à fateor, ita fruiscor à fruor. Q. Metellus Numidicus, qui castè puréq; lingua vsus Latina videtur, in epistola quam exul ad Domitios misit, ita scripsit, Illi verò omni iure atque honestate interdicti, Ego neque aqua neque igni careo, & summa gloria fruiscor. Næuius in Attellana, quæ Partus inscripta est, hoc verbo ita vtitur,
Quod magnopere quæserunt, id fruisci non queunt:
Qui non parcit apud se, fruitus est.
Fruisci, accusatiuo iunctum. Plaut. Rud. 23,
Hinc, tu, nisi malum, fruisci nihil potes.

Frunisci {κτᾶσθαι} pro Frui, antiqui dixerunt. Lucilius lib. 18, Æquè frunisci eso, ac tu. Cælius libro 2. Domus suas quoque ire iubet, & sua omnia frunisci. Festus Pompeius, Frunisci & fruitum dixit Cato. nósque quum adhuc diximus infruitum, certum est antiquos dixisse fruitum.

Frunitus {φρήτριος} inquit Sipontinus, dicitur prudens, hoc est is quo perfrui licet: sicut è contrario, Infrunitus, insipiens, ac stolidus, qui nulli vsui est. Sed nos fruuitum & infruuitum à Græco potius deducta existimamus. nam Græci φρήτριον prudentem, ἄφρονα dementem dicunt.

Fructus, huius fructus, vel fructuis & fructi, dativo fructui, m. gen. {καρπός} à fruendo dicitur: vt inquit Varro, & Donatus, quòd his fruimur. Alij à ferendo, fructus deduci volunt: & dicuntur illæ res quas fundus fert, & quæ in fundo feruntur.
Fructi. Terent. Adelph. 5. 4,
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero,
Odium. Cato cap. 4. Fructi plus capies. Varro 1. de Re rust. cap. 2, Eius enim saliuam esse fructuis venenum.
Acidus fructus, Vide ACIDVS.
Apyrinus fructus, Vide APYRINVS.
Breuis fructus. Lucret. lib. 3.
Certi, atque deformati fructus. Quintil. in Procem. lib. 6.
Crastinus fructus, Vide CRAS.
Incertus fructus. Varro 1. de Re rust. cap. 4, Vide ORCVS.
Noui fructus. Cic. de Claris Orat.
Obnoxius fructus feris, Vide OBNOXIVS.
Perpetuus fructus, nec fortunæ subiectus. Quintil. lib. 1. cap. 12.
¶ Fructus, pro Cibo, interprete Donato. Terent. Phorm. 2. 2,
Non rete accipitri tenditur, neque miluio,
Qui malè faciunt nobis: illis qui nihil faciunt, tenditur.
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.
¶ Fructus, pro Fruitione & voluptate. Laurent. Valla lib. 5. cap. 5. Cic. pro Sextio, Præsentes fructus negligamus: posteritati & gloriæ seruiamus. Idem pro Cecinna.
¶ Authoritatis fructus. Cic. de Senect.
Diuitiarum fructus in copia est. Cic. in Parad. Idem 2. Offic.
Iocunditatis fructus. Cic. pro Murena.
Laboris fructus. Quintil. in Procem. lib. 6. Ouid. epist. 12.
Libertatis fructus iucundissimus. Cic. Antequam iret in exil.
Pecuniæ fructus maximus. Cic. 2. Offic.
Pietatis cuiusdam fructus. Cic. pro Sextio.
Prædiorum fructus. Cic. Att. lib. 11. 210.
Virtutis fructus gloria. Cic. in Pisonem.
Fructus & commoda. Cic. 1. de Nat. deor.
¶ Ad vitæ fructum aliquid acquirere. Cic. 3. in Catil.
Afferre ad communem fructum, Vide AFFERO.
Alere suis fructibus exercitum. Cic. in Paradox.
Voluptatum fructum aufere solitudo. Cicero de Amicitia. Vide AVFERO.
Fructum capere ex aliquo: Hoc est, vtilitatem & commodum. Cic. de Amicitia, Et amicos tanquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos, Vide CAPIO.
Diligentiæ fructum capere. Cic. de Claris Orat.
Capere fructum dulcedinis. Lucret. lib. 2.
Laborum & vigiliarum suarum fructum capere maximum. Cic. Bruto 3.
Immortalem fructum vestri in me amoris cepi. Cicero in Pisonem.
Tempestiuos fructus capere. Cic. 3. Offic.
Huberes & diuturnos fructus capere. Cic. pro Cælio.
Fructus claudicat, Vide CLAVDICO.
Condere fructum, Vide CONDO.
Conferre fructum, Vide CONFERO.
Consequi amplissimum fructum, Vide CONSEQVOR.
Coquere fructus, Vide COQVO.
Fructus solibus coctus, Vide COQVO.
Creare fructus. Quintil. lib. 5. cap. 11, Terra neglecta, sentes atque dumos: exculta, fructus creat.
Decerpere fructum ex re aliqua. Horat. 1. Serm. sat. 2.
Demetere & percipere fructus. Cic. de Senect.
Spe posteritatis & fructu duci. Cic. pro Rab. perduel. reo.
Edunt nullum fructum ex se suæ hominum cultu omes. Cic. 2. de Nat. deor.
Vitæ fructibus non vnquàm explemur. Lucret. lib. 3.
Ferre fructum ex aliquo. Pollio Ciceroni, lib. 10. 32.
Lætos & huberes fructus ex Repub. sed magna acerbitate permistos ferre. Cic. pro Plancio.
Inducere fructum, Vide INDVCO.
Indui fructu, Vide INDVO.
Causa fructus aut delectationis inuisere res rusticas. Cicero 1. de Orat.
Feri fructus mansuescunt terra. Lucret. lib. 5.
Metere fructum. Cic. Antequam iret in exilium.
Minuere fructus, Vide MINVO.
Mittere fructum, Vide MITTO.
Feros fructus mollire colendo. Virgil. 2. Georg.
Gloriæ magnum fructum ex rebus gestis percipere. Cicero pro Archia.
Modestiæ fructum aliquem percipere. Cic. pro Sylla.
Percipitur ex literis fructus. Cic. Cassio, lib. 15. 14.
Vitæ superioris fructum perdere. Cic. 2. de Diuinat.
Perferre fructum, Vide PERFERO.
Petere fructum non ex stipe aduocationum, sed ex ānimo suo, & contemplatione, ac scientia. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Præmium & fructum officij repetere. Cicero Antequam iret in exilium.
Fructum repetere, dictum de rebus ad ānimum pertinentibus. Cic. pro Archia, Earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me reperere propè suo iure debet. Est autem metaphora à villico, à quo villæ dominus rationem fructuum solet exigere.
Non respondens labori fructus. Ouid. 4. Fast.
Serere, percipere, & condere fructus. Cic. de Senect.
Ad fructum partim, partim ad vsum hominum, partim ad vescendum procreatæ sunt pecudes. Cic. 1. de Legib.
Ad animi fructum & lætitiam permagnum hoc est. Cic. de Lege agraria.
Esse in fructu, Vide Hastula, in HASTA.
Sustulit magnos fructus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
¶ Fructus, apud Iurisconsultos in quocunque possessore intelliguntur, qui deductis necessariis impensis circa eos factis, superfunt, l. 36. §. vlt. D. de hæred. petit. l. 7: D. solut. matrim.
¶ Fructus, pro Vsufructu. Vlpianus l. 14. §. 1. D. de vsu & habit.
Fructus & vsus hoc differūt, quòd fructui & vsus inest, vsui fructus deest. & fructus quidem sine vsu esse non potest, vsus sine fructu potest, vt si tibi fructus deducto vsu legatus sit, inutile sit legatum. Et si vsufructu legato fructus adimatur, totum ademptum sit: sed si fructus sine vsu, videatur constitutus, qui & ab initio constitui potest: sed si fructu legato, vsus adimatur, nulla sit ademptio.
Fructuum alij pendentes, alij percepti dicuntur. Pendentes sunt, qui terra adhuc continentur, qui terræ & fundo cohærent, l. 44. Di de rei vendic. l. 12. §. Iulianus. D. de vsuf. Appellantur & stāres fructus in l. 7. §. interdum. D. solut. matrim. His opponuntur percepti, qui sicet iam à solo separati sunt. §. is vero. inst. de rer. diuis.

Fructifer, ra, rum, pen. corr. Adiectiuum {καρποφόρος} Ferens fructum. Plin. lib. 12. cap. 3, Quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas.

Fructificus, a, um {γόνιμος} Idem quod fructuosus, qui facit fructum, hoc est, qui vtilitatem præstat. Vnde verbum Fructifico, quod est fructum facio, & Fructifica, fructuum dea. Author Sipontinus.

Fructuarius, Aliud adiectiuum {καρπήσιμος, ὀπωρήσιμος} Cuius est fructus, vel ad fructum pertinens, aut ferens fructum. Columel. lib. 1. cap. 6, Et diuidatur in tres partes, vrbanam, rusticā, & fructuariam. Idem lib. 5. cap. 5. Varro 2. de Re rust. cap. 4, Scrofam párere tot oportet porcos, quot mammas habeat: si minus pariat, fructuariam idoneam non esse.

Agri fructuarij. Cæl. Cic. lib. 8. 9.

¶Fructuarius serui, Qui vsum fructum habet in seruo. Paul. l. 63. D. de solut. Si debitor sit serui fructuarius, potest is seruus per acceptilationem liberare eum.

Fructuarius fundus, Passiuè: nimirum cuius quispiam est fructuarius. Vlpian. in l. vt frui. D. si vsusfruct. petat. Nam etsi fundo fructuarius non seruitutem, sed vsumfructum vindicare debet aduersus alterius vicini fundi dominum.

Fructuosus, pen. prod. Adiectiuum {πλήρης, πολύκαρπος} Qui fructum, hoc est vtilitatem præstat. Cic. 2. Tusc. Ager quanuis fertilis sine cultura, fructuosus esse non potest.

Aratio fructuosa, mercatura quæstuosa dicitur. Cic. 5. Tuscul.

Grandiferæ & fructuosæ arationes. Cic. 2. Philipp.

Fructuosa ars. Cic. 1. de Finib. Eas ergo artes perfequereturne, vtendi artem tantam, támque operosam & perinde fructuosam relinqueret.

Fructuosissima ars medicinæ. Plin. lib. 29. cap. 1.

Beneficia fructuosa. Cic. Antequam iret in exil.

Fructuosissimus locus. Cæsar 1. bel. Gall. Locúmque domicilio ex magna copia delegerat, quem ex omni Gallia opportunissimum ac fructuosissimum iudicassent. Sic apud Cic. 5. Verr. Sicilia fructuosissima & opportunissima.

Fructuosa prædia. Cic. 2. de Finib.

Rustica res bene culta & fructuosa. Cic. pro Quintio.

Fructuosæ segetes. Varro 1. de Re rust. cap. 9.

Virtutes fructuosæ. Cic. 2. de Orat.

¶Fructuosus, de homine. Cicero pro Lege Manilia, Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos qui vobis fructuosi sunt, conseruaueritis?

Multis esse fructuosum. Quintil. lib. 1. cap. 6. Vt quum M. Cælius se esse hominem frugi vult probare, non quia abstinens sit (nam id ne mentiri quidem poterat) sed quia vtilis multis, Id est fructuosus: vnde sit dicta frugalitas.

Non modò liberale, sed interdum etiam fructuosum est, paulum nonnunquam de iure suo decedere. Cic. 2. Offic.

ERVSINO, pen. corr. {Φορέσιννος} Ciuitas Campaniæ, à qua Frusinates populi ad Falernum, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Iuuen. sat. 3,

-optima Soræ

Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur. Sil. lib. 12, Bellator Frusino. Sed hîc populum significat.

ERVSINVM {Φορέσινον} Latinorum oppidum Prolemæo. hodie *Frusinona*.

Frustra, Aduerbium {ἄλλως, αὔτως, εἰκῆ, ῥᾳδίως} Incassum, nequicquam. Quod à frusto Sipontinus deductum existimat. Cic. de Senect. Nec me vixisse pœniteat, quoniam ita vixi vt non frustra me natum existimem. Terent. Adelph. 2. 1,

Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes deputo. Idem Heaut. 4,

Frustra operam hanc opinor sumo. Cic. ad Attic. lib. 5. 92, Vt aut quoad dem posthac literas sciam, aut ne dem frustra.

Fortissimus frustra. Virg. 5. Æneid.

¶Frustra, pro eo quod est re infecta, id est, sine vllo rei effectu. Sallust. in Iugurth. Multa tamen oratione consumpta, frustra legati discessere. Nisi forte malis legere, consumpta frustra.

Conterere tempus frustra. Cic. pro Rosc. Com.

Describere aliquid frustra. Cic. Att. lib. 13. 27.

Nec frustra ac sine causa quid facere, dignum deo est, quod abhorret ab hominis constantia. Cic. 2. de Diuinat.

Implorare frustra auxilium alicuius. Cic. 2. de Orat.

Suscipere frustra laborem. Cic. de Vniuersit.

¶Frustra habere aliquem, pro Decipere & circunuenire. Plautus Amphit. 3. 2, Is aduenientis seruum & dominum frustra habet.

Habitus frustra. Tacit. lib. 13, Igitur Corbulo, quæsito diu prælio frustra habitus. Et paulo pòst, Quæ breui seruata, dein frustra habita sunt.

Frustra esse, pro Decipi, falli. Plaut. Bacchid. 18. Sallust. in Iugurth. Quo mihi acrius adnitendum est, vt neque vos capiamini, & illi frustra sint.

Frustra esse, Non prodesse. Celsus libro 3, Quia curatio minus iis prodest, in quibus assiduè frustra fuit.

Frustra esse dicitur, quod exitum speratum non habet, quódque non ex sententia euenit. Sallust. in Iugurth. Cuius neque consilium, neque inceptum vllum frustra erat. Budæus.

Frustro, frustas {ψεύδω} frustrâre, Decipere. Cæsar, Non frustrabo vos milites. Plaut. Milit. 12,

-quin ego frustro,

Postquam adhibere meas aures ad tuam moror orationem.

Frustror, frustraris {ψεύδομαι, ἐκπατῶμαι, μεταπίομαι, ἐκπαιδεύω} Verbum commune secundum Priscianum, Idem quod Frustro. Alij tamen deponens esse volunt. Plautus Amphitr. 8. Terentius in Prologo Eunuch. 14,

Dehinc ne frustretur ipse se, &c. Cic. ad Attic. lib. 22. 241.

Frustrari ab aliquo, Passiué. Plin. de Viris illust.

Imagine verbi frustratur. Lucret. lib. 4.

¶Frustror, Actiué. Paul. in l. Sed ad eos. D. ex quibus causis maiores, Sed ad eos pertinet, qui conuenti frustrantur: & qualibet tergiuersatione & sollertia efficiunt ne cum ipsis agi possit.

Frustrari expectationem alicuius: Hoc est, non præstare quod quis expectat. Plin. epist. 34. Idem epist. 17.

Frustrari impensas. Columel. lib. 1. cap. 1, In agricultura, in qua voluntas, facultásque citra scientiam sæpe magnam dominis adferunt iacturam, quum imprudenter facta opera frustrantur expensas.

Frustrantur falsis gaudia lacrymulis. Catul. de Coma Bere. 61.

Frustrari laborem. Colum. in Præfat.

Frustrari se. Horat. 2. Serm. sat. 3,

-ô bone ne te

Frustrêre, insanis & tu.

Seipsum frustrari de re aliqua. Cic. 4. Acad. De omni statu, consilióque eius totius vitæ aut certare cum aliis pertinaciter, aut frustrari cum alios, tum etiam meipsum velim.

Tempus frustrari. Vlpianus in l. sed etsi. D. ex quib. causis maior. Proinde si dum vult apud sequentem Prætorem agere, tempus frustratus est: non ei subuenietur.

Frustrator, oris {ψευδόμενος} Verbale à Frustro, Morator, cunctator. Papin. in l. liberto vel amico. D. negot. gestor. Litem, inquit, in iudicium deductam, & à reo desertam frustratoris amicus vltrò egit, causas absentiæ eius allegans.

Frustratus, pen. prod. Participium {ἀπατηθείς, ἀφῖγμένος} vt Nunquam frustrata sagitta. Stat. 1. Sylu. 2.

Frustrata nos est fides tua. Terent. Adelph. 4. 4,

Abi abi iam Æschine, satis diu verba dedisti nobis:
Satis adhuc tua frustrata est fides.

Frustrata est hæc me spes. Terent. And. 2. 2,

-bene mones:
Ibo, etsi hercle sæpe iam me spes hæc frustrata est. Lentulus Cic. lib. 12. 14.

Frustratio, frustrationis {ἐμπαιγμονή} Verbale, Deceptio. Planc. ad Cicer. lib. 10. 23, Tanto maiorem his frustratio dolorem attulit.

Frustratio cupiditatis. Colum. lib. 11. cap. 1, Nec supplicium grandius, quàm frustrationem cupiditatis existimat.

Frustrationem inicere in aliquem. Plaut. Amphit. 9,

-atque in horum familiam
Frustrationem hodie iniiciam maximam.

Frustrationes dare. Plaut. Mostel. 16,

Dicito his quo pacto tuus te seruus ludificauerit:
Optimas frustrationes dederis in comœdiis.

Per frustrationem. Liu. 5. bel. Pun. Quum longo sermone habito dilatus per frustrationem esset.

Frustratio est. Varro 1. de Re rust. cap. 1, Quoniam sine aqua, omnis arida ac misera agricultura: sine successu, ac bono euentu, frustratio est, non cultura.

¶Frustratio, pro mora, dilatione, cũctatione. Afric. in l. hominem. D. mandat. Nisi forte aut per promissorem steterit, quò minus sua die solueret: aut per creditorem, quò minus acciperet. Etenim neutri eorum frustratio sua prodesse debet.

Frustrabilis, pen. corr. Adiectiuum. Arnobius lib. 6. aduersus gentes.

Frustum, frusti {βρῶμα, κάνδυξ, πρῶσις, ἄρμα, βῶλαξ, κόμμι} Rei cuiuscunque particula, siue fragmentum, dictum à frango. Sipontinus. Cic. 2. Philipp. In cœtu verò populi, negotium publicum gerens, Magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal impleuit. Virgil. Æneid. Pars in frustra secant. Cato, Frusto panis conduci potest vel vti taceat, vel vti loquatur. Cic. 1. de Diuinat. Necesse enim est offa obiecta cadere frustum ex pulli ore quum pascitur.

Frusta ampla casei ouilli proximi anni facito. Columella libro 12. cap. 42.

Semesa lardi frusta. Horat. 2. Serm. sat. 6.

Frusta meri bibunt, Id est vinum congelatum. Ouid. libro 3. Trist. eleg. 10. de Getis.

Mucida frusta cærulei panis. Iuuen. sat. 14.

Mucida frusta solidæ farinæ. Iuuen. sat. 5.

Frustum pueri, per iocum dixit Plaut. Persa, 23, -loquere

Tu etiam frustum pueri.

Librarium frustum, Vide LIBRA.

Rogare frusta. Iuuen. sat. 3.

Frustulum, frustuli, penult. corr. Diminutiuum {κερμάτιον} apud Plaut. à quo frustillum.

Frustatim, penul. prod. Aduerbium {εἰς κόμματα} Id est minutatim & per frusta. Plin. lib. 20. cap. 9, Coquitur plurimis modis in olla, quæ conficiatur in clybanum aut furnum, vel adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis.

Frustillatim, pen. prod. Diminutiuum aduerbium {κερμηδόν.} Plautus Curcul. 12,

-iam ego
Te faciam vt hic formicæ frustillatim differant.

Frustulentus, Adiectiuum {κερματώδης} Plenum frustis. Plautus Curculione, 7,

Vsn' aquam? c. si frustulenta est, da obsecro, hercle absorbeam.

Frutex, fruticis. pen. corr. m. g. {θάμνος, φρυγανὶς} Dicitur (inquit Valla lib. 4) Qui ad iustam magnitudinem arboris non assurgit, & staturæ similis est multis herbis, sed non demoritur, neque arescit vt herba, verùm perennis est. Plin. lib. 14. cap. 16, Et fruticũ verò è genere, cedri vtriusque, cupressi, laurus, iuniperi, terebinthi, calami, lentisci. Varro 2. de Re rust. cap. 1, Equos vt capras in montosis potius locis & fruticibus, quàm in herbidis campis.

Frutex crassa radice, Vide CRASSVS.

Genus omne fruticum. Virgil. 2. Georg.

Aquaticus frutex. Plin. lib. 6. cap. 36.

Buxeus frutex, Vide BVXVM.

Luteus frutex, Vide LVTVM.

Nefasti frutices, Vide NEFAS.

Oleraceus frutex, Vide OLVS.

¶Frutex, Arboris nomen in Phrygia. Plin. lib. 13. cap. 53, Cedro similis in Arcadia est arbor: in Phrygia frutex vocatur.

¶Frutex, de lupino. Colum. lib. 2. cap. 12, Vt latius se frutex humi diffundat. De frumentis & leguminibus. Idem lib. 2. cap. 15, Frutex lupini succisus, optimi stercoris vim præbet. Idem lib. 11. cap. 3.

Frutetum, fruteti, pen. prod. {θαμνών} Locus fruticibus consitus. Plinius lib. 18. cap. 6, Fruteta igni optimè tolluntur. Colum. lib. 6. cap. 22, Nã melius nemoribus herbidis & fruteris & carectis, quàm lapidosis locis durantur vngulæ.

Fruticetum, pen. prod. Idem {φρυγανὸν.} vt Arctum fruticetum. Horat. 3. Carm. ode 12.

Frutetosus,

Frutetosus, pen. prod. siue Frutectosus, Adiectiuum {θαμνώδης} Fruticibus abundans. Plinius lib. 19. cap. 1, Siccis hæc ferè & fabulosis locis, frutetosisque nascuntur. Colum. lib. 2. cap. 2, Nemorosi, frutetosique tractus duplex cura est.

Frutico, fruticas, pen. corr. {βλαστάνω} fruticâre, Pullulare, & quasi frutices emittere. Plin. lib. 17, Quod supra terram est, è matre radi iubetur, ne fruticet. Colum. lib. 5.

Lætius fruticare, Vide LAETVS.

Fruticare pluribus culmis. Colum. lib. 2. cap. 9, Vbi ex vno semine pluribus culmis fruticauit. Hoc est, plurimos culmos ex eodem semine emisit.

Fruticatio, Verbale {βλάστησις} In arboribus dicitur, quum multos ramos fruticantes producunt. Plin. lib. 17. cap. 1, Ita enim appellatur in ipsis arboribus, fruticatio inutilis.

Fruticor, fruticaris {βλύω} fruticári, Deponens, Frutices emittere. Cic. Attico, lib. 15. 323, Animis enim vti sumus virilibus, consiliis (mihi crede) puerilibus. Excisa enim est arbor, nõ euulsa: itaque quàm fruticetur vides.

Fruticesco, fruticescis {βλύσκομαι} fruticescere, Idem. Plin. lib. 17. cap. 27, Vitis tantùm tonsuram annuam quærit, alternam myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticescunt.

Fruticosus, penul. prod. Adiectiuum {θαμνώδης} dicitur quod longè, latéque fruticat, & multos habet fruticantes ramos. Plin. lib. 12. cap. 4, Duo genera eius. Rarum id quod melius, arboreum: alterum fruticosum. Id est latè admodum fruticans.

Fruticosum arboribus mare. Plinius lib. 6. cap. 22, Mare id colore peruiridi, præterea fruticosum arboribus, iubas earum gubernaculis deterentibus.

Spinosis fruticosa ramis similax. Plin. lib. 16. cap. 35.

Fruticosiores rami. Plinius lib. 20. cap. 13, Latiora fatiuæ folia, rami fruticosiores. Hoc est foliis & surculis abundantiores.

Fruticosissimus, qui vocatur Donax. Plin. lib. 16. cap. 36.

Vimina fruticosa. Ouid. 6. Metam.

FRVTINAL, Dictum est templum Veneris frutæ. Festus.

Frux, huius frugis {καρπός} dixerunt antiqui, authore Festo Pompeio. Varro, Frux, legumen, triticum.

Frux, in nominatiuo singulari reperitur apud Ausonium in monosyllabis, Ante equidem campis quàm spicea supperet frux.

FS. Fratres. FVNC. Functus.

F V

Fuat {ἔστω} pro Sit, dixerunt veteres, authore Donato. Virgilius libro 10. Æneidos,

Tros, Rutulúsve fuat, nullo discrimine habebo. Vbi Seruius, Fuat, id est fuerit, futuri temporis verbum defectiuum. Terent. Hecyr. 4. 3, Fors fuat pol. Plaut. Amphit. 12,

Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obuiam obsistat mihi.

Fuca, Piscis saxatilis, in petrosis promontoriis, vbi saxa sunt, delitescẽs ac pariens, molli carne prædituus, propterèáque facilis confectionis, teste Galeno lib. 3. de aliment. facult. cap. 28. & 30.

FVCENTES, Populi in quarta regione Italiæ, quos Marsorum esse dicit Plin. lib. 3. cap. 12.

Fucilis, inquit Festus, falsa: dicta autem quasi fucata.

FVCINVS, pen. corr. {φουκῖνος} Lacus in quarta regione Italiæ, prope Albenses Marsorum populos. Quo etiam nomine dictus est lacus Volscorum. Martial. lib. 1. 28.

Fucus, fuci, m. g. {κηφὶς} Genus apis sine aculeo. Virgil. 4. Georgicorũ, Iguauum fucos pecus à præsepibus arcent. Plin. lib. 11. cap. 11, Sunt autem fuci sine aculeo velut imperfectæ apes, nouissimæque à festis, & iam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, & quasi seruitia verarum apum. Quamobrem imperant iis, primósque in opera expellunt: tardantes sine clementia puniunt. Neque in opere tantùm, sed in fœtu quoque adiuuant eas, multum ad calorem conferente turba. Columella lib. 9. cap. 5, Fucus genus amplioris incrementi, simillimum apis, & immune, sine doctrina, fau s assidens. Varro 3. de Re rustica, cap. 16, Itaque insectantes à se eiciunt fucos, quòd hi neque adiuuãt, & mel consumunt.

Immunisque sedens aliena ad pabula fucus. Virgil. 4. Georg.

¶Fucum pro cera posuit Virgilius 4. Georgicorum,

-fucóque & floribus oras Explent. Fucus genus est herbæ, vnde tinguntur vestes. Fucum autem & flores pro cera posuit, quam ex his colligunt rebus. Seruius.

¶Fucus marinus {φυκὶς θαλάττιος} Herba quæ & alga marina dicitur. Plin. lib. 26. cap. 10, Præcipuè verò liberat eo malo phycos chalassion: id est fucus marinus, lactucæ similis, qui conchyliis substernitur: non podagræ modò, sed omnibus articulorum morbis impositus, prius quàm exarefiat. Tria autem genera eius, latum, & alterum longius quadamtenus rubens. Tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur. omnia eiusdem vsus. Idem tamen lib. 13. cap. 25, Non habet, inquit, lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos: quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem est frutex, &c.

¶Fucus {φυκίον} Vnguentum aut pigmentum quo mulieres tinguntur & colorantur, vt vitia corporis emendent. Plaut. Mostel. 4, Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant, &c.

¶Fucus {φῦκος} fraudem aliquando significat & insidias, interprete Donato: sub quibus occultatur veritas. Plaut. Capt. 10. Terentius Eunucho. 3. 5,

Deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas
Venisse clanculum, per impluuium fucum factum mulieri.

Facere fucum. Cic. de Petit. Consul. Si eum qui tibi promiserit, fucum, vt dicitur, facere velle senseris.

Sine fuco, Id est simpliciter & aperté. Cic. ad Attic. lib. 1. 13, Prensat vnus P. Galba sine fuco ac fallaciis, more maiorum. Idem de Claris Orat. In his omnibus inest quidam, sine vllo fuco veritatis color.

Sententiæ veræ, sine pigmentis fucóque puerili. Cic. 1. de Orat.

Fucus & cinnini poetæ. Cic. 3. de Orat.

Fucus roseus. Catul. in Argonauticis,

Tincta tegit roseo conchilis purpura fuco.

Mercem sine fucis gestat. Horat. 1. Serm. satyr. 2.

Illitus fuco color. Cic. 3. de Orat.

Lana medicata fuco. Horat. 3. Carm. ode 3.

Mentiri colorem fuco. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Splendente fuco ornare comas. Tibul. lib. 1. eleg. 8.

Perfusa gloria fuco. Ouid. 1. Fast.

¶Fucus, pro medicamine siue sanie purpuræ. Plinius lib. 9. cap. 38, Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit.

Fuco, fucas {φυκίον, αἰθυσσω} fucâre, Colorare. Virg. 2. Georgicorum, Alba neque Assyrio fucatur lana veneno. Cic. 1. de Nat. deor. Formare, fucare, colorare, animare non possent. Alia exemplaria legũt figurare.

Stercore fucatus crocodili. Horat. Epod. 12.

Immodicè formam fucata. Lucan. lib. 10.

Fucatus, penult. prod. Adiectiuum {φυκωτὸς} Fucatæ mulieres dicuntur quæ vel vngũtis quibusdam colorantur, vel vitia corporis inductis coloribus tegunt.

Candoris & ruboris fucati medicamenta omnia repellentur, elegantia modò & munditia remanebit. Cic. in Orat.

Fucatus nitor, cui opponitur Naturalis. Cic. de Claris Orat. Hæc enim ætas effudit hanc copiam: & vt opinio mea fert, succus ille & sanguis incorruptus, vsque ad hãc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor.

Signa probitatis non fucata specie forensi. Cic. pro Plancio.

Hyali saturo fucata colore vellera. Virgil. 4. Georg.

Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis. Cic. pro Plancio.

Fucata & simulata, Syncera & vera, contraria. Cic. de Amicitia, Secerni autem blandus amicus à vero & internosci tam potest adhibita diligẽtia, quàm omnia fucata & simulata à synceris atque veris.

Fucata ineptis omnia. Cic. pro Murena.

Fucosus, pen. prod. Adiectiuum {φυκώδης} Vitiatus, quasi fuco tectus, non syncerus. vt Fucosæ merces. Cic. pro Rab. Posth. Auditæ, visæque merces fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis & vitio delatæ.

Fucosæ amicitiæ, pro ambitiosis, & specie splendidis. Cic. ad Attic. lib. 1. 13, Nam illæ ambitiosæ nostræ, fucosæque amicitiæ sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.

F V F

FVFIDIVS, Oratonis nomen, cuius meminit Cicero in Bruto, Fusidius (inquit) in aliquo patronorum numero fuit.

¶Fusidius, Iurisconsultus celeberrimus fuit, cuius authoritate Paulus vsus est in l. Fusidius. D. de bon. auth. iudic. poss. Forsitan hic ille est L. Fusidius, quem M. Tullius in Bruto, in aliquo patronorum numero fuisse scribit: ad quem etiam M. Scaurus tres libros de vita sua scripsit, vt & Plin. testatur lib. 33. cap. 1.

F V G

Fuga. Fugax, Vide FVGIO.

Fugalia, Festa fuerunt Romæ in memoriam exactorum Regum, liberatæque Reipubl. instituta. Censorin. de die geniali, festum hoc Regifugium vocat, quòd eo die Tarquinius ab exercitu ad Porsenam Hetruscorum regem fugisset. Celebrabantur autem fugalia mense Februario, post exacta terminalia. Augustl. lib. 2. de ciuit. Dei, Sed demonstrentur talibus aliquando conuenticulis cõsecrata, non vbi ludi agerentur obscœni, vocibus & moribus histrionum, nec vbi fugalia celebrarentur, effusa omnium licentia turpitudinum, & verè fugalia, sed pudoris & honestatis.

FVGIA, dea lætitiæ, à fugatis hostibus. Sipontinus.

Fugio, fugis, fugi, fugitum, pen. corr. {φεύγω, φυγάνω, ἀλύσκω, ἀλέομαι, ὑπαλύσκω, ἀφίσταμαι} fugere, Cum cursu & celeritate abire & recedere. Virgil. 1. ecloga, Nos patriam fugimus. Idem 8. ecloga,

Nunc & oues vltro fugiat lupus. A Græco φεύγω.

Sapientis fugere negant Stoici. Cic. Bruto, 15.

Fugere de cauea. Martial. lib. 9. 93,

De cauea fugiar ne maiè passus aper.

De ciuitate fugere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Fugere è conspectu. Terent. Hecyr. 1. 2,

-siquando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere è conspectu ilico,
Videre nolle.

Fugere è manibus. Cicero pro Cælio, Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus.

Tenues fugit, ceu fumus, in auras. Virgil. 5. Æneid.

In bellum fugitur. Lucan. lib. 1.

Longè fugere, Vide LONGVS.

Fugiebam maximè. Plaut. Amphit. 4,

Nam quum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximè.

Pauidè fugere, Vide PAVIDVS.

Fugere oppido. Cæsar 3. bel. Ciuil. Octacilius sibi timens, oppido fugit, & ad Pompeium peruenit.

¶Fugere, Vitare, & respuere. Plaut. Asin. 5,

Quod nolebam ac vetueram de industria,
Fugiebatis: neque conari id facere audebatis prius.

Aciem fugere, Vide ACIES.

Fugit aciem tenuitas animi. Cic. 1. Tuscul. Cassurúsne in conspectum videatur animus, an tanta sit huius tenuitas vt fugiat aciem. Hoc est, vt videri non possit, de acie enim oculi loquitur.

Odisse & fugere aliquem. Horat. 1. Serm. satyr. 3.

Aliquid omni contentione fugere, Vide OMNES.

Fugere congressus hominum. Cic. de Amicit. Quinetiam siquis asperitate ea est, & immanitate naturæ, congressus vt hominum fugiat, atque oderit.

Fugere conspectum alicuius. Cic. pro Lege agraria, Nec quorum

oculos offerebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est.
Ouid.2.Metamorphoseos. Conspectum lucémque fugit.
Fugere curam. Cic. de Amicit. Quòd si curam fugimas, virtus fugienda est.
Disciplinas omnes fugit. Quintil.lib.2.cap.17.
Fugere hominem oculis. Cic.in Pisonem, Nemo bonus, nemo denique ciuis est, qui modò se ciuem esse meminerit, qui vos nó oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur.
Fugere facta aliqua. Plaut. Milit.10.
Fugere infamiam. Cic.ad Lentulum, lib.1.1.
Fugere iter, Hoc est fugiendo conficere. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13, Biduo me Antonius antecessit, itinera multo maiora fugiens, quàm ego sequens.
Fugere laborem. Terent. Heaut.1.1,
Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim,
Nunc meipsum fugere. Virgil.3.Æneid. Cic.5.de Finib. Nec voluptatem relinquentes, nec fugientes laborem. Et ad Attic. lib.11. 212, Fugere omne munus.
Fugere nomen inuidiosum voluptatis. Cic.4.Acad.
Fugere nuptias aliquas. Terent. And.4.4,
Rectè ego semper fugi has nuptias.
Recordationes, quæ morsu quodam dolorem efficiunt, fugere. Cic. Attico, lib.12.24.
Fugere suspicionem. Cic.ad Attic.lib.15.324.
Fugere tædium. Plin.lib.36.cap.15.
¶Fugit accedere. Ouid.2.Metam.
¶Fugere, De iis qui nauigant etiam dicitur. Virgil.3.Æneidos,
Tendunt vela Noti, fugimus spumantibus vndis.
Item de auibus. Virgil.3.Æneidos,
-celerique fuga sub sydera lapsæ,
Semesam prædam, & vestigia fœda relinquunt. De Harpyis loquuntur.
Fugere & præteruolare aliquos. Cic. in Orat. Eáque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos & præteruolat numerus: qui si abesset, illa ipsa delectarent.
Ventis ocyor fugit. S.l.lb.13.
¶Fugere, pro Latère, & præterire & obliuisci. Cic. pro Cecinna, Alia siqua fortè est actio, quæ nos fugiat, dic quæ sit: discere cupio. Budæus.
Nulla res est in vsu militari posita, quæ huius viri scientiam fugiat. Cic.pro Lege Manilia.
Fugiunt hæc me, Id est non recordor, non memini, aut ignoro. Cic.1. Tuscul. Idem pro Cecinna, Non enim sum id dicturus, quod ego inuenerim, sed quod illos non fugerit.
Me fugit, Id est nescio. Ouid.3.Fastorum,
Dicta sit vnde dies, quæ nominis expectet origo,
Me fugit: ex aliquo est inuenienda deo.
De Cæsare fugerat me ad te rescribere, Hoc est, non memineram ad te rescribere de Cæsare. Cic.ad Q.frat.lib.2.14.
Neminé fugit illud. Iulian. in l.1.D.de diuerf.& tēporal.præscript. Id est, nemo ignorat.
Siquid te fugerit. Terent. Heaut.2.3,
Vbi si paululum modò quid te fugerit, ego perierim. Id est, Si vel tantillum peccaueris obliuione, aut aliquo alio modo.
Fugit te ratio. Plaut. Amphit.4.
Non te fugit. Brutus ad Ciceronem, lib.11.10, Quantámque cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas, nó te fugit. Id est nó ignoras.
¶Fugere, Cedere est. Vnde vina quæ ætatem ferre non possunt, id est fugientia, annis cedere dicuntur: vt Cedere oneri dicimus, onus non perferre. Atque eadem quoque ratione factitiæ gemmæ scarificationi cedentes, fugere dicuntur. Plin.lib.37.cap.13, Factitiæ gemmæ scarificationis candicantiam fugiunt. Vbi fortè candicantia septimo casu legi debet. Budæus ex Hermolao.
Fugiendo. Propert.lib.1.eleg.1,
Mimallon nullos fugiendo Tulle labores,
Sæuitiam duræ contudit Iasidos.
Satietas audientium oratori fugienda. Cic.5.Verr.
Longa animi prouisione fugiendum vitiosum genus dicendi. Cic. in Orat.
Iniuria fugienda. Cic.1.Offic.
Turpitudo fugienda, adipiscenda honestas. Cic.2.Tuscul.

Fugiens, fugientis, Participium {φεύγων} Qui timet & fugit aliquid. Terent. And.5.4,
Is hinc bellum fugiens, méque in Asiam persequens proficiscitur.
Consilire fugientibus. Tacit.lib.3, Tanto magis imbelles Æduos cuincite, & fugientibus consilite.
Obsistere fugienti. Ouid.2.Fast.
Fugientem est voce secutus. Virgil.1.Æneid.
Fugiens opprobria culpæ. Horat.1.epist.9.
¶Fugiens, Nomen: vt Vinum fugiens: Id est, dubium, & in vitium inclinans. Et Fugere in vino Latinè dicitur, quòd vulgò *non seruari* dicimus. Cic. 3. Offic. Qui vinum fugiens vendat sciens, debeátne dicere? Fugiens Cicero pro ætati cedente dixit. Budæus.
Fugientes etiam literæ dicuntur exolescentes, quæ vetustati cedunt. Id est ἐξιτήλοντα γράμματα, quasi diffluentes, dilabentésque. Quod fit etiam quum membranæ præpingues, literas non retinent. Budæus.
Spicula fugientia. Virgil.11.Æneid.
Fugientia vina, Vide Fugiens, Nomen.
Fugiens laboris {φυγόπονος.} Cæsar 1. bel. Ciuilis, Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin, &c.
¶Fugiens, pro reus, figura dicendi Græca vsurpatur à Iustiniano in l.2.C.de iuram. propter calum. Non aliter neque actorem, neque fugientem in primo exordio litis exercere certamina, id est φεύγοντα.

Fugiturus, pen.prod. Participium {φεύξων.} Ouid.epist.2,
Remigiúmve dedi quo me fugiturus abires.

Fugito, fugitas, pen.corr. {φεύγομαι} fugitare. Apuleius, Huc atque illuc fugitando, ad stabulum tandem peruenit.
Fugitare patrem. Terent. Phorm.5.5,
Vicissim partes tuas acturus est. A. quas? P. vt fugiteet patrem. Id est, è conspectu patris.
Fugitare conspectum patris, Idem. Terent. Heaut.3.1,
Non vult te scire se rediisse: etiam & tuum
Conspectum fugitat propter peccatum.
Fugitare oculos alterius. Plaut. Capt.11,
-quid istuc est,
Quòd meos te dicam sic fugitare oculos Tyndare?
Fugitant omnes hanc prouinciam. Plaut. Capt.4.
Fugitare quæstionem, Formidare & fugere tormentum. Cic. pro Roscio Amerino, Dubitare etiam nunc Iudices, si potestis, à quo sit Sext. Roscius occisus, ab eóne qui propter illius mortem in egestate & insidiis versatur, cui ne quærendi quidem de morte patris permittitur: an ab iis qui quæstionem fugitant, bona possident, in cæde atque ex cæde viuunt.

Fugitans, pen.corr. fugitantis, Participium, Qui sæpius, aut huc, atque illuc solet fugere.
Fugitans litium, Nomen. Terent. Phorm.4.3,
Herus liberalis est, & fugiens litium.

Fugitor, penult.corr. fugitoris {φευκτὴς} Timidus, & qui protinus fugit. Plaut. Trinum.10, -in saginam
Herus se coniecit meus, credo ad summos bellatores
Acrem fugitorem fore, & capturum spolia.
Fugitor acer, Vide ACER.

Fuga, fugæ {φύγη, φύξις, φύξη, φρασμὸς} Profectio, abscessus cum celeritate. Virgil.3.Æneidos, -longúmque fugæ ne linque laborem. Idem lib.4, Fugæ studium. Seruius.
¶Fuga, pro Exilio. Cic. 3. de Orat. Tenemus enim memoria Q. Catulum virum omni laude prædtantem, quum sibi non incolumem fortunam, sed exilium & fugam deprecaretur, esse coactum vt vita se ipse priuaret. Idem Anteq.iret in exil. Budæus.
Lata fuga, Libera vagandi potestas, quasi exilium vagum: quo qui damnati sunt, locum subinde mutare possunt, modò ne eò reuertantur vnde exulare iussi sunt. Martianus l. exilium. D. de interdict. & releg. Exilium triplex est: aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga, vt omnium locorum, præter certum locum: aut insulæ vinculum, id est relegatio in insulam.
¶Fuga, Cursus. Virgil.1.Æneidos,
-vel qualis equos Treissa fatigat
Harpalice, volucrémque fuga prævertitur Hebrum. Seruius.
¶Fuga, Celeritas. Virgil.1.Æneidos,
-dimitte fugam: & te cominus æquo
Mecum crede solo. Seruius.
¶Fuga, Impetus. Virgilius,
Ille volat simul arua fuga, simul æquora vertit. Nonius.
¶Fugá acer, Vide ACER.
Fuga honoris. Liu. lib. 3, Hanc ignominiam, si non alia honoris fuga fuisset, vel exilio, vel morte vitassem. Id est, effugiendi honoris ratio. Sic Fuga vulnerum & mortis, lib. 8. Decad.4, Iam nox appetebat, quum prælio excedunt Thraces: non fuga vulnerum aut mortis, sed quia satis onerati præda erant.
Laboris fuga desidiam coarguit. Cic. pro Murena.
Laborum ad dolorum fuga. Cic.2.de Finib.
Lucisfuga. Quintil.lib.1.cap.3.
Operarum fuga. Cic. Q.fratri, lib.2.7.
¶Calamitosa fuga, Vide CALAMITAS.
Celeri fuga sub sydera lapsæ. Virgil.3.Æneid.
Ignominiosa fuga, Vide IGNOMINIA.
Immitis fuga. Seneca in Medea, 6.
Nuda fuga. Patercul. lib. 2, Antonius turpi ac nuda fuga coactus deserere Italiam.
Fuga nulla malefactis meis. Plaut. Capt.10. Id est, Non possum vitare pœnam.
Occulta fuga. Sil.lib.7.
Præceps fuga. Liu. Decad.3.lib.10.
Trepidæ dúxque coméque fugæ. Ouid.1. Trist.eleg.9.
Turpis fuga. Tacit.lib.19.
Turpissima ab vrbe fuga. Cic. Attico, lib.7.138.
Volucris fuga. Sil.lib.17.
¶Ardet abire fuga. Virgil.4.Æneid. Vide ABEO.
Fugam furto abscondere, Vide ABSCONDO.
Accelerare fugam. Stat.5. Thebaid.
Agere in fugam, Vide AGO.
Agitare fugam. Virgil.2 Æneid.
Amittere fugam, Vide AMITTO.
Aperuit lux fugam hostium. Liu. Decad.3.lib.7.
Inclusis aperire fugam. Claud. de bello Getico.
Apparare fugam, Vide APPARO.
Auertere in fugam, Vide AVERTO.
Fugam capere. Cæs.7.bel.Gall. Vide CAPERE fugam. Ouid.3. Fastorum.
Capessere fugam, Vide CAPESSO.
Celerare fugam. Virgil.1.Æneid. Vide CELERO.
Claudere alicui fugam, Vide CLAVDO.
Fugam custodia claudit. Ouid 7.Metam.
Cohibere fugam. Sil.lib.15.
Commendare se fugæ, Vide COMMENDO.
Fugæ fortunæque se commisit. Patercul. lib.2.
Compescere fugam alicuius. Claud. de bello Getico.
Conferre se in fugam. Cic.pro Cecinna.
Conicere se in fugam. Cic.pro Cælio. Vide CONIICIO.
Conscíscere fugam. Tacit.lib.19. Liu.lib.5.Decad.1, Exiliúmque, ac fugam nobis ex eo loco conscísceremus.

Consternari

Consternari in fugam. Liu.10.ab Vrbe, Incerti quam in partem intenderent iter, in fugam consternantur.
Conuertere se in fugam, Vide CONVERTO.
Fugam clamore conuertere, Vide CONVERTO.
Conuertunt clamore fugam. Virgil.12.Æneid.
Desperata fuga latronis. Cic.5.Philip.
Dictare fugam. Quintil.lib.1.cap.3.
Difficere aliquos in fugam. Tacit. in vita Agricolæ, Quantóque ferocius accurrerant, tanto acrius pulsos in fugam disiecisset.
Incertæ & periculosæ fugæ se dare. Cic. Attico, lib.7.141.
Dare sese in fugam. Cic.6.Verr.
Dare fugam. Virgil.7.Æneid.
Facere fugam. Cic.pro Domo sua.
Inclinare in fugam, Vide INCLINO.
Iniicere fugam inimicis, Vide INIICIO.
Intendere fugam, Vide INTENDO.
Intendere fugam ad mœnia. Lucan.lib.4.
Intercludere fugam, Vide INTERCLVDO.
Mandare se fugæ, Vide MANDO.
Maturate fugam. Virgil.1.Æneid.
Meditari fugam, Vide MEDITOR.
Moliri fugam. Virgil.2.Æneid. Vide MOLIOR.
Terga fugæ nudant. Virgil.5.Æneid.
Occultare fugam, Vide OCCVLTO.
Ornare fugam, Vide ORNO.
Parare fugam, Vide PARO.
Penetrare se in fugam, Vide PENETRO.
Implicitam visco fugam perdere, Vide IMPLICO.
Petere fugam, Fugere. Claud.2.in Ruffin.
Terga præbere fugæ. Ouid.1.Metam.
Quærere fugam. Cic. Philip.5.
Repressa est fuga quæ parabatur. Cic. Attico, lib.7.144.
Simulata fuga. Quintil.lib.2.cap.13.
Sistere fugam alicuius. Stat.9. Thebaid.
In fuga esse. Cic. Attico, lib.7.141.
Texúntque fugas & prælia ludo. Virgil.5.Æneid.
Vertere in fugam. Liu.lib.7. Decad.4, Postea quàm videre ex alto classem, in fugam verterunt.

Fugax, fugacis, pen. prod. omn. gen. {φυγατικὸς} Qui propter timiditatem facilè fugit.
Fugax, Fugiens, Nomen pro Participio. Virgil.11. Æneidos,
Haud mora, conuersíque fugax aufertur habenis. Seruius.
Fugacia poma, Persica appellat Plinius, quòd citò defloresçant, & diutius seruari non possunt: lib.15.cap.12. Budæus.
Fugax, Velox. Virgil.10.Æneidos,
-prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi: cum quo Laragum Palmúmque fugacem. Seruius.
Fugax contra insequentes crocodilus. Plin.lib.8.cap.25.
¶Anni fugaces. Horat.2. Carm.ode 14.
Fugaces aues. Plin.lib.10. cap.52, Tribuit hoc auium generi natura, vt fœcundiores essent fugaces earum quàm fortes.
Capreæ fugaces. Ouid.1.Metam.
Cerui fugaces. Virgil.3.Georg.
Aura fugacior. Ouid.13.Metam.
Sequi fugacem. Horat.2. Serm.satyr.7.
Breuia, fugacia, & caduca existima. Id est, caduca & temporaria. Cic.ad Plancum, lib.10.12.

Fugitiuus, pen. prod. Adiectiuum {φυγικὸς} Qui aufugit: vt Fugitiuus seruus, qui à domino ea méte recedit, ne ad eum redeat, etiamsi mutato consilio ad eum reuertatur. Plaut. Menæch.3. Terent. Heaut.4.5, Quamobrem. c. quamobrem, me rogas? homini fugitiuo dabo. Cic.in Parad.
Princeps fugitiuorum. Cic.5 Verr.
Seruus fugitiuus. Vatinius Ciceroni, lib.5.9.
Amor fugitiuus. Ouid.2.de Remed.
Fugitiuum argentum. Terent. Heauc.4.2,
Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitiuú argentú tamen.
Erro fugitiuus. Horat.2.Serm.satyr.7.
Fugitiua gaudia, Quæ citò euanescunt & abeunt, ac parum durant. Martial.lib.7.40. Idem lib.1.99,
Gaudia non remeant, sed fugitiua volant.
Fugitiuus lapis. Plin.lib.36.cap.15, Eodem in oppido est lapis fugitiuus appellatus: Argonautæ eo pro anchora vsi, ibi reliquerant.
A iure & legibus fugitiuus. Cic.6.Verr.
Fugitiuus rei familiaris. Plin.epist.205.
Fugitiuus loci alicuius. Plin.lib.18.cap.16, Totantum columbis grata, vt pastas ea negent illius loci fugitiuas fieri.
¶Fugitiuus, pro perfuga. Saturn. in l.aut facta. D. de pœn. Tempus discernit emanforem à fugitiuo, & effractorem vel furem diurnum à nocturno.

Fugitiuarius {φυγιτιάριος.} Fugitiuarij, apud antiquos, fugitiuorum seruorum reprehensores erant: qui eam operam profitebantur, vt fugitiuos inuestigatos reducerent. Vlpian. in l. si apud te. D. de præscript. verbis, Non enim ambo pecuniam ego & fugitiuarius deposuimus, vt quasi apud sequestrem esset depositum. Varro hoc verbo metaphoricè quodammodo vsus est lib.3.de Re rust.cap.14. Budæus.

Fugo, fugas {φυγαδεύω} fugare, significat Expellere, & in fugam conuertere. Plaut. Amphit.3,
-ibi nunc meus pater
Memorat, legiones hostium vt fugauerit. Plin.lib.4.cap.11, Fugati à gruibus Catrizi.
Fugare è. Plaut. Pœnul.4,
Ita sunt turpes, credo ea ctor venerem ipsam è fano fugent.
Cædere & fugare aliquem. Brutus Ciceroni, 6.
Repellere, fugare, auertere. Cic. pro Cecinna, Homines inermes qui ad constitutum experiundi iuris gratia venissent, armis, viris, ter-

rore, periculóque mortis repulerit, fugarit, auerterit.
Fugat astra Phœbus. Horat.3.Carm.ode 21.
Lapidibus aliquem fugare & ferro. Cic.de Arusp.resp.
Somnos classica pulsa fugant. Tibull.lib.1.eleg.1.
Fugari. Plin.lib.11. cap.53, Vultures vnguento qui fugantur, alios appetunt odores.
Armis pelli & fugari. Cic.pro Cecinna.
Concio fugata. Cic.6.Philip.
Hostis fugatus. Cic. Octauio, 12.
Virtus fugata. Lucan.lib.2.
Longè fugati ex conspectu hominum. Lucret.lib.3.

Fugaturus, pen.prod. Participium {φυγαδεύσων.} Ouid.epist.17,
Iámque fugatura Tithoni coniuge noctem, &c.

F V L

Fulcio, fulcis, fulsi, fulcum {ὑποξέω, ὑποδέω} fulcire, Munire, Sustentare, Fortificare. Iuuenal.satyr.3,
Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. Martial.lib.3.43,
Fulcitur testa fagina mensa mihi.
Fulcire cibis ac omnia sustentare. Lucret.lib.1.
Vndique fulcire aliquid. Cic.de Arusp.resp.
Beneuolentia fulcire imperium. Cic.3.Offic.
Labentem, re, fortuna, fide fulcire & sustinere. Cic. pro Rabirio Posthumo.
¶Fulcire aliquem literis, pro Onerare. Cic.ad Attic.lib.5.ad finem, Hermum vt rogas, creberrimis literis fulcio.
Fulcit Chrysippus porticum Stoicorum. Cic.4.Acad. Sed quid eos colligam, quum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum?
Rempublicam fulcire. Cic. 2. Philipp. Nam quum L. Lentulo, C. Marcello Consulibus, Calendis Ianu. labentem & propè cadentem Rempublicam fulcire cuperetis. Idem Post red. in Senatu.
Subsidiis magnis Rempublicam fulcire. Cic. Cassio, lib.12.5.
Salutem fulcire. Lucret. lib.3.
Fulciri cibis. Colum. lib.6.cap.24.
Fultus amicitiis. Plin.epist.190.
Ope fultus. Quintil.lib.6.cap.3.
Molli fulta pede. Horat.1.Serm.satyr.2.
Potentia amicorum fulti, nobilitate nixi. Cic. Antequam iret in exilium.
Prauis fultum malè talis. Horat.1.Serm.satyr.3.
Caput fultum. Virgil.11.Æneid.
Domus fulta columnis. Propert.lib.3.eleg.2.
Fultum gloria imperium. Cic.3.Offic.
Fultæ calore omnes partes mundi sustinentur. Cic. 2. de Natura deorum.
Fulta vitis. Cic.de Senect. Vitis, quæ natura caduca est, & nisi fulta fit, ad terram fertur.
Pluribus & grauissimis rebus aliquorum causa fulta est. Cic. pro Corn. Balbo.

Fulcimentum, huius fulcimenti {ὑπόστρωμα} Quod aliquid sustinet: alio modo sustentaculum. Plaut. Trinum.10,
-quid ego nunc agam, nisi vti sarcinam
Cóstringam, & clypeum ad dorsum accommodem fulcimenta, &c.

Fulmentum, fulmenti, Fulcimentum. Nonius, Fulmenta lectum scandunt, Prouerbium celebre & vetus fuisse è Varrone tradit, nec explicat tamen. Ego eo adagio significari existimo, quod subesse debet præsse velle: quod subijci, imperare conari. Nam quod lectum sustinet ac fulcit, subijci lecto non imponi debet. Sed Nonij verba subiiciamus, Fulmentum neutro, vt est in prouerbio veteri, quo Varro vtitur sæpius, fulmenta lectum scandunt.

Fulmenta, fulmentæ, fœm. gen. Lucil.lib.28, Fulmentas eis atque æneis subducere. Nonius.

Fultura, huius fulturæ, pen. prod. {ὑπόστρωσις} Idem. Plin.lib.36.cap.15, Vt eximantur trabes sine fulturis. Plin. Iunior lib.10. epist.39, de theatro Niceensium, Nam fulturæ ac substructiones, quibus subinde suscipitur, non tam firmæ mihi, quàm sumptuosæ videntur. Colum. libro 1. cap. 5, Sed & pro fultura & substructione fungentur aduersus ea, &c.
Ingens accedat stomacho fultura ruenti. Horat.1.Serm.satyr.3.

Fulcrum, fulcri {ὑπόστρωμα, ὑπόστρωτρα.} Virgil.6.Æneidos,
-lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris. Gell. lib. 20. cap. 15, Neque apud eius lecti fulcrum capsam esse cum strue aut ferro oportet.
Nobile fulcrum. Iuuenal.satyr.11.
Fulcro sternatur lectus eburno. Propert.lib.2.eleg.14.

Fulcrarius, rij {ὑπόστρωτος} Qui spondas & fulcra lectorum fabricatur, & turbines pueriles, & rhombos muliebres, quibus fila agglomerantur: qui & crepitacula lignea puerilia & huiusmodi opera tornatilia facit. Vide Budæum in annorat. in Pandect.

FVLCO, fulconis, Andegauensium princeps fuit, quintus rex Hierosolymorum, qui equo in caput verso occubuit, quú regnasset annis vndecim. Vol. Aterranus.

FVLFINATES, Populi Illyrici, qui in conuentu Scardonitano ius Italicum habent, vt refert Plin. lib.3.cap.21.

FVLGENTIVS, Proprium nomen viri in omni disciplinarú genere eruditi, qui rerum sacrarum volumen eleganti carmine scripsit. Author Sipontinus.

Fulgeo, fulges, fulsi {στίλβω, στιλπνίζω, στιλβόω} fulgêre: & aliquando Fulgo, fulgis, fulgere, Lucere & splendorem emittere significat, à φλέγω, quod flammam significat. Lucan.lib.10,
Fulget gemma toris, & iaspide fulua fupellex.
Purior æther fulsit. Ouid.3.de Arte.
Dies fulget. Ouid.1.Amor.eleg.8.
Fulgent gladij. Liu. 1. ab Vrbe, Vt primo statim concursu increpuere arma, micantésque fulsere gladij, horror ingens spectátes perstringit.

Quum crastina fulserit hora. Ouid.epist.3.
Fulsere ignes,& conscius æther Connubij. Virgil.4.Æneid.
Rosæ fulgent inter sua lilia. Ouid.2.Amor.eleg.5.
Virtus intaminatis fulget honoribus. Horat.3.Carm.ode 2.
Paribus quas fulgere cernis in armis. Virgil.6.Æneid. Hic coniugationis est tertiæ.
Fulgere auro & purpura. Cic. in Catil. Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura,&c. Liu.4.bel.Maced.
¶Fulgere,pro Ferire prisci dicebant,authore Festo Pompeio: Vnde fulgur dictum est.
¶Fulgere,pro Fulgurare. Cic.2.de Nat.deor.Hunc etiam augures nostri quú dicunt, Ioue fulgente,tonãte: dicunt enim cælo fulgente, tonante. Idem in Vatinium. Idem 2.de Diuinat. Lucret.lib.6,
-& tremulo lux impete fulgit.

Fulgo,fulgis,fulgere,pen.corr.tertiæ coniugationis.Lucret.lib.5,
Multa videmus enim cælestibus incita flammis
Fulgere,quum cæli donauit plaga vapores. Lucil.satyr.lib.7,
Primùm fulgit vti caldum,& fornaceum ferrum. Nonius.

Fulgens, Participium {στραπτων,τηλαυγων.} vt Arma fulgentia. Virgilius 2.Æneid.
Candore nimio fulgens circus lacteus.Cic.in Arato.
Cæli fulgentis imago.Ouid.2.Metam.
Fax fulgens. Tibul.lib.1.eleg.2.
Fulgentes gladios hostium videbant Decij,quum in aciem eorum irruebant.Cic.2. Tusc.
Iupiter fulgens.Cic.in Vatinium.
Nomina Romanas inter fulgentia gentes.Ouid.ad Pisonem.
Oculi lucidum fulgentes.Horat.2.Carm.ode 12.
Fulgentia ebore & auro tecta.Cic.in Parad.
Vestis fulgens. Tibul.lib.4.ad Messalam,1.
Imperio fulgens.Horat.3.Carm.ode 16.

Fulgetrum,fulgetri, pen. prod. {ἀστραπὴ} Dicitur lux illa,& quasi vibratio luminis, quæ antè cernitur quàm tonitruum audiatur, quum simul fieri certũ sit, Plin.lib.2. cap.43, Hinc nasci procellas. Et si in nube luctetur flatus, aut vapor,tonitrua edi: si erumpat ardens, fulminas:si lõgiore tractu nitatur,fulgetra. His findi nubem,illis perrumpi. Ibidem,cap.54. Idem Plinius lib.35.cap.10,Pinxit,& quæ pingi non possunt.tonitrua, fulgetra,fulguráque,& c.

Fulgetra, fulgetræ, pen. prod. {ἀστραπὴ} fœminino genere etiam dicitur. Plin.lib.28,cap.2.Fulgetras popysmis adorare,cõsensus gentium est.

Fulgor,fulgoris,pen.prod. {σέλας,στιλπνότης} Splendor dicitur. Plin. lib. 7. cap. 15. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur. Virgil. lib. 5. Æneidos, -maculosus & auro
Squammam incendebat fulgor.
Armorum fulgor.Horat.2.Carm.ode 1.
Iouis fulgor.Cic.in Somnio Scip.
Dextri fulgores.Cic.2.de Diuinatione.
Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. Ex quodam poeta.
Eximio fulgor corona.Cic.2.de Nat.deor. Ex quodam poeta.
Mortalis fulgor siderum,Vide MORIOR.
Nubilans fulgor carbunculi,Vide post NVBES.
Tremulo fulgore micantes oculi.Ouid.2.de Arte.
Fulgor tepidus. Plin.lib.9.cap.35, Quia nocte sidus tepido fulgore mitificat.
Fulgores & tonitrua. Cic. 2. de Diuin. Quum autem se in nubem induerint, eiúsque tenuissimam quãque partem cœperint diuidere ac distrumpere, ídque crebrius facere & vehementius, tum & fulgores & tonitrua existere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit,id esse fulmen.
Fulgore collucere atque illustrari. Cic. 6.Verr.Cuius fulgore collucere atque illustrari Iouis Opt.Max.templum oportebat.
Elucent aliæ & fulgore coruscant. Virgil.4.Georg.
Fulgore gloriæ subnixus.Val.Max.lib.8.cap.1. De L.Cotta.
Stupet insanis acies fulgoribus.Horat.2.Serm.satyr.2.
Fulgor Alexandri Magni, pro Splendore & gloria. Plin.lib.7.cap. 26, Æquato non modò Alexandri Magni rerum fulgore, sed etiam Herculis propè,ac Liberi patris.

Fulgur,fulguris,pen.corr.neut.gen. {στραπὴ,κεραυνὸς,ἀστραπὴ} Idem quod fulgetrum. Sueton. in Augusto, cap.29, Quum lecticam eius fulgur perstrinxisset.
Cæli fulgura.Cic.2.de Legib.
Vis fulgurum.Cic.1.de Diuinat.
Nictantia fulgura flammæ. Id est, sese aperientia & subinde claudentia,more oculi nictantis.Lucret.lib.6.
Rapidum fulgur.Ouid.1.Fast.
Triste fulgur galeæ,Hoc est splendor.Claud.6.Paneg.
Oculos ingesto fulgore clausit.Lucan.lib.7.
Interpretari fulgura.Cic.1.de Diuinat.
Solis pernolgant fulgura cælum. Id est,Solis lumen. Lucret.lib.2.

Fulguralis,& hoc fulgurale, penult.prod. {στραπτικὸς.}Cic.1.de Diuinat. Quòd Hetruscorum declarant,& Aruspicini, & fulgurales & rituales libri, nostri etiam augurales. Hoc est, libri qui de fulgurum inspectionibus tractant.

Fulguritas,fulguritatis {στιλπνότης} Splendor.Lucilius,
Luporum aciem claram & fulguritatem arborum.

Fulguro,fulguras,pen.corr. {ἀστραπτῶ} fulgurâre,Fulgur emittere.Plin. lib.18.cap.35,Quum ex omnibus quatuor partibus cæli fulgurabit.
Oculis fulgurat ignis.Sil.lib.12.
Fulgurare,ac tonare. Quintil.lib.2. cap.6,Vt non loqui,& orare, sed(quod Pericli contigit)fulgurare,ac tonare videaris.
Auro fulgurat domus.Stat.4. Thebaid.
Ioue tonante & fulgurante comitia populi habere nefas. Cic.2.de Diuinat.

Fulguritassunt, pro Fulgure percutiuntur, dixit Plautus Trinummo.8, -nam fulguritassunt
Alternæ arbores,fues moriuntur angina acerrimé.

Fulgurat,Impersonale. Plin.lib.9.cap.35, Si fulgurat,comprimi cõchas.

Fulguratio {ἀστραπὴ} & fulminatio, apud Senecam 2.Nat.quæst.Fulguratio ostendit ignem,fulminatio emittit.

Fulgurator, pen. prod. fulguratoris {ἀστράπτης} Fulgurum inspector, vt docet Nonius. Cato de moribus Claudij Neronis, Aruspicem fulguratorem siquis adducat. Cic.2.de Diuin.Nónne intelligis eadem vti posse & aruspices,& fulguratores,& interpretes ostentorum,&c.

Fulgurio,fulguris,pen.cor. {ἀστράπτω} fulgurire,Fulgur iácere.Næuius, Sanè à suo sonitu claro'fulguriuit Iupiter. Nonius.

Fulguritus,Adiectiuum.Plaut. Trinummo,
Nam fulguritæ sunt hic alternæ arbores.

Fulguritum{ἀστραπὴ}Id quod est fulmine ictum.Qui locus statim fieri putabatur religiosus,quòd eum deus sibi dicasse videretur. Nonius.

Fulmen,fulminis,penult. corr. neut. gen. {κεραυνὸς,πρηστὴρ,κεραυνὸς,σπινθὴρ} Ignis excitatus è nubibus. Plin.lib.2.cap.49,Quod si simul rupit nubem,exarsitque,& ignem habuit,non postea concepit,fulmen est.
Fulmen est,si nubium conflictu ardor expressus se emiscuit.Cic.2. de Diuinat.
Iactus fulminum & tonitrua extimescere.Cic.2.de Diuinat.
Ictu fulminis deflagrare.Cic.3.Offic.
Percussa fulminis ictu.Ouid.ad Liuiam.
Ira fulminis.Ouid.15.Metam.
Sæuior ira fulmine.Ouid.13.Metam.
Vis coruscæ fulminis.Cic.2. Tuscul.
¶Bruta fulmina,Vide BRVTVS.
Caduco fulmine sustulit immanẽ turmam.Horat.3.Carm.ode 4.
Ignis cælestis fulminis.Lucret.lib.2.
Fulmen crispisulcans,Vide CRISPVS.
Horrificum fulmen.Valer.2.Argon.
Ineuitabile fulmen.Ouid.2.Metamorphoseos,
Addidit & tonitrus & ineuitabile fulmen.
Inimica fulmina.Horat.1.Carm.ode 12.
Iracunda fulmina.Horat.1.Carm.ode 3.
Obliqui via fulminis.Seneca Thyeste,4. Fulmina quippe in obliquum feruntur.
Penetrabile fulmen.Ouid.13.Metam.
Præsaga fulmina.Valer.3.Argon.
Ruuli fulminis æstus.Valer.7.Argon.
Sinistrum fulmen,optimum auspicium est.Cic.2.de Diuinat.
Terribili fulmine perculsus aliquis.Cic.1.de Diuinat.
Trifulca fulmina.Seneca Here.OEtch.17.
Vaga fulmina. Hoc est,nõ in rectum,sed in obliquú euntia.Ouid. 2.Metam.
¶Afflare fulmine,Vide AFFLO.
Ictu fulminis cõcidit.Lucret.lib.3.
Discecit fulmine montes.Virgil.1.Georg.
Expressum ventis per nubila fulmen.Lucan.lib.1.
Fabricati sunt Ioui fulmen Cyclopes.Cic.2.de Diuinat.
Feriunt fulmina montes.Horat.2.Carm.ode 10.
Fregerunt fulmina nubes.Lucan.lib.7.
Fulmine ictus.Liu.1.ab Vrbe,Auctino fulmine ipse ictus,regnum per manus tradidit.
Fulmen vibratum iactare.Ouid.2.Metamorphoseos,
Vnde mouet tonitrus,vibrataque fulmina iactat.
Molitur fulmina Iuppiter.Virgil.1.Georg.
Percuti fulmine,Vide PERCVTIO.
Percutit fulmine Iuppiter.Cic.7.de Nat.deor.
Spargere fulmina in terras.Ouid.1.Metam.
Terret fulmine Iuppiter.Virgil.1.Æneid.
Torquet fulmina Iuppiter.Virgil.4.Æneid.
Vibrata fulmina iactat Iuppiter.Ouid.2.Metam.
Volant fulmina.Lucret.lib.2.
Gemini duo fulmina belli, Scipiadæ.Virg.Æneid.6. Quicquid vehemẽtem impetum habet, ab oratoribus & poetis fulmini comparari solet. Periclis orationem fulminibus comparabat Aristophanes poeta. vt enim fulmen omnia facillimè penetrat, ita sublimis oratio facilè mentem subit & permouet.
Imperij nostri duo fulmina Cn.& P.Scipiones. Cic.pro Cornelio Balbo.
Fulmina verborum,Hoc est vehemens impetus. Cic.ad Papirium, lib. 9. 21, Insanire tibi videris, quòd irritere verborum meorum,vt scribis,fulmina. Colum. in Præfat.lib.1.Nec Brutum aut Cælium, Pollionémve cum Messala & Catullo deterruere fulmina illa Ciceronis ab eloquentiæ studio.
Fulmina fortunæ. Cic.2. Tusc.Nam si omnia fingendæ turpitudinis,adipiscendæque honestatis causa faciamus, non modò stimulos doloris,sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit.
¶Fulmina apud veteres vt multiplicia erant,ita diuersa sortiebantur nomina. Nam quædam erant Postulatoria, quibus sacrificia interrumpebantur. Alia Monitoria, quibus docetur quid cauendum sit. Nonnulla Pestifera,quæ mortem exilúmque portendunt. Fallacia,quæ per speciem alicuius boni nocẽt,vtputa dando Consulatum pernicioſum futurum gerentibus. Ventanea, quæ speciem periculi sine periculo afferunt. Peremptalia,quibus tolluntur piorum fulminum minæ. Attestata, quæ prioribus consentiunt. Atteranea,quæ in incluſo fiunt. Obrutanea,quibus prius percussa,neque procurata feriuntur.Regalia,quorum vi rangitur vel comitium,vel principalia vrbis liberæ loca, quorum significatio vel comitiali minatur. Infernalia, quum è terra exiliunt ignes. Hospitalia,quæ sacrificiis Iouem accersunt. Auxiliaria, quæ inuocata, sed inuocantium bono veniunt. Sunt etiam qui fulmina ita distinguunt, vt aut perpetua sint,aut finita,aut prorogatiua. Perpetua,quorum significatio in totam pertinet vitam. Finita,quæ vtique ad diem respondent. Prorogatiua,quorum minæ differri possunt,auerti,tolliſque non possunt. Hæc ex Sipontino.
Fulmen,dictum à fluore flammæ. Festus.

Fulmino

Fulmino, fulminas, pen. corr. {κεραυνόω, σπινθηροβολέω} fulminâre,
Fulmen emittere:vel fulmine percutere, aut afflare. Plin.lib.2.cap.7,
Fulminantem peierant Iouem.
Fulminat per totum orbem.Ouid.ad Liuiam.
Oculis fulminare.Propert.lib.4.eleg.9.
Fregimus quicquid fuit fulminandum.Seneca Here.fur.1.
Fulminantis magna manus Iouis.Horat.3.Carm.ode 3.
¶Fulminans Mars,per transiationem. Plin.lib.30.cap.1, Troianis itaque temporibus & Chironis medicinis cõtenta & solo Marte fulminante,miror equidem Achillis populis famam eius in tantum adhæsisse,&c.

Fulminatus, penult.prod.Participium {κεραυνίας.} Plinius lib.2.cap.54, Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt.

Fulmineus, Adiectiuum {κεραυνιαῖος.}vt
Ignis fulmineus. Ouid.2.de Ponto,eleg.2.
Fulmineo celeres dissipat ore canes.Ouid.1.Fast. de apro.
Ductor fulmineus. Silius lib.17.
Potentius ictu fulmineo.Horat.3.Carm.ode 10.
Fulmineus Mnestheus. Virg.lib.9.Æneid.ad finem. Id est,in morem fulminis impetum faciens in hostes.
Sues fulminei.Stat.6. Thebaid.

FVLGORA, Nomen deæ apud Senecam in libro de Superstitione.Meminit Augustin.lib.6. Hæc autem colebatur ne fulgura fierent,vt verisimile est.

FVLGINIA {φουλγίνια} Vrbs est Vmbriæ patentibus sita campis, inter Spoletum,Meuaniam,Ifpellum, atque Nuceriam : à qua Fulginiates dicti,propter continuum Solis fulgorem. Ex Sipontino.

Fulica,fulicæ, pen.corr. {φοινικόπους} Auis quæ & fulix dicitur, marina vel stagnensis,paulò supra magnitudinem columbæ. Dicta à furuo,id est nigro. Virg.2.Georg.In sicco ludunt fulicæ. Plin.lib.18.cap. 35,Et fulicæ matutino clangore tempestatem nunciant. Vulgus Lingonum vocat *vne foulque*. Parisini autem *daubolum* vocant, quòd furuus sit. Bellonius dicit esse *vne poule d'eau*. Cic.1.de Diuinatione,
Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti,
Nuntiat horribiles clamans instare procellas. Ex quodam poeta.
Palustres fulicæ.Ouid.8.Metam.

FVLGINATES {φουλγινάται} Populi sunt Illyrici, vt scribit Plinius cap.21. lib.4.in descriptione Illyrici.

Fuligo,pen.prod.fuliginis,f.g. {ἀπόκενωμα,ἀθέρα,καπνία} à furuo dicitur. Est autem nigrum illud excrementum quod ex fumo caminis aut furnis adhæret.Plin.lib.35.cap 6,Adulteratur fornacium balnearúmque fuligine. Plaut.Pœn.18,
-an verò pulera videre obsecro,
Si tibi illic non os oblitum est fuligine? Colum.lib.1.cap.6,Quoniã fumo & fuligine sapor olei corrumpitur.
Ardentis massæ fuligo.Iuuenal.sat.10.
Madida fuligo. Iuuen. sat.2.
Assidua postes fuligine nigri. Virg.eclog.7.
Absfergere fuliginem.Cic.2.Philip. Idem tamen quasi fuligine absterſa,reliquis diebus,in Capitolio præclara Senatusconsulta fecisti.
Fuligo lucubrationum bibenda. Quintil.lib.11 cap.3.
Verborum & argutiarum fuligine m ob oculos audientium iacere. Gell.lib.1.cap.2.

Fulix,Vide FVLICA.

Fullo,fullonis,m.g. {γναφεὺς, καναβεύς} à fouendis aqua calida vestibus, Qui(vt ait Vlpianus) curanda,poliendáve vesti.menta accipit. Plautus Aulul.15, Stat fullo,phrygio,aurifex,Ianarius. Plin.lib.28 cap.6, Vrina virilis podagris medetur,argumento fullonum, quos id eo tentari eo morbo negant. Martial.lib.14 56. ¶Est item Fullo scarabei species,albis guttis distincta,vt refert Cæl.lib.8.cap.5.

Fullonius, Adiectiuum {γναφεῖος.} vt Fullonia ars. Plin.lib.7.cap.56. Plaut.Pseud.12,Cras m.hi potandus fructus est fullonius Plin.lib.16. cap.44,Quod verò in spina fullonia,hyphæston vocant &c.
Fulloniæ ænea.Plin.lib.27.cap.10.

Fullonicus,pen.corr. Adiectiuum {γναφικὸς} Idem. Plaut.Asin.16,
-si non didicisti fullonicam, Subaudi artem. Cato cap.14.
Fullonica pila,apud eundem Catonem,cap.10, est qua runduntur vestes & panni vt poliantur,quod hodiéque opera rotarum aquariarum fublatis filis fieri videmus. Turnebus.

Fullonica,fullonicæ,pen.corr. {γναφεῖον} Taberna fullorum. Vlpianus in l. Apud Trebatium. D. de Aqua pluuia arcenda, Apud Trebatiũ relatum est:eum,in cuius fundo aqua oritur,fullonicas circa fontem instituisse, & ex his aquam in fundum vicini immittere cœpisse, &c.

Fullonicum, fullonici : vel Fullonica, fullonicorum, in neut gen. {κναφεῖον} reperitur apud Vlpianum in l. Si cuius. §. Item si domus.D.de Vsufructu, & quemadmodum quis vtatur & fruatur. Quod autem dicitur meritoria non facturum,accipe quæ vulgò diuersoria vel fullonica appellantur.

Fulmen,Fulminare,Vide FVLGEO.

FVLSINATES {φουλσινάται} Populi sunt Illyrici, vt scribit Plinius cap.21. lib.4.in descriptione Illyrici.

Fultura,Vide FVLCIO.

FVLVIVS,Viri Romani proprium nomen.
Fuluius Flaccus Cæsor,cecum marmoreum Iunonis Laciniæ spoliauit, vt ædem quam dedicauerat equestri fortunæ, tegeret. Liuius libro 42.
Fuluius Lippinus,Proprium viri nomen, qui primus animalibus, quæ glires vocantur, viuaria in doliis instituit, quemadmodum & apris,vt scribit Sipontinus.

Fuluiaster, Imitans Fuluium. Cic. ad Att.lib.12.257, Solet omnino esse Fuluiaster.

Fuluiana, pen. prod.herba. Plin.lib.26.cap.8, Et herba fuluiana trita ex vino : & hæc nomen inuentoris habet, nota tractantibus, vrinas ciet.

Fuluus, Adiectiuum {ἀκροκιρὸς, πυῤῥὸς} Color est rufo ac viridi mistus. Vnde fului leones dicuntur. Fronto apud Gellium lib.2.cap.26,Ful-

tuus videtur de rufo atque viridi mistus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habere. Sic poeta verborum diligentissimus fuluam aquilam dicit,& iaspidem, fuluos galeros, & fuluum aurum, & arenam fuluam,& fuluum leonem. Sicque Ennius in Annalibus, fuluo ære dixit. Hactenus Fronto. Plin.lib.13.cap.9, Cuci fuluus color. Idem lib.8.cap.21, Sed atrocissimos habet tauros sylvestres maiores agrestibus,velocitate ante omnes,colore fuluos,oculis ceruleis.
Aquila fulua.Virg.11.Æneid.
Aper fuluus.Ouid.2.de Arte amandi.
Arena fulua.Virg.5.Æneid.
Aurum fuluum. Virg.7.Æneid.
Lumen fuluum.Virg.7.Æneid.
Lupus fuluus.Ouid.11.Metam.
Nuntia fulua Iouis miranda visa figura. Cicero 1.de Legibus. Id est aquila.
Pellis fulua leonis.Virg.8.Æneid.
Setæ pecudum fuluæ. Virg.lib.3.Georg.
Sydera fulua. Tibul.lib.2.eleg.1.
¶Fuluus,Viridis.Virg.4.Æneidos,
-atque illi stellatus iaspide fulua
Ensis erat. Vbi Seruius,Iaspide fulua, pro viridi : vt, Fuluáque caput nectentur oliua. Idem 12.Æneidos,
Fulua pugnas de nube tuentem.

F Y M

Fumaria {καπνὸς} Fruticosa herbula est,præterea nera, coriandro similis: foliis candidioribus,vndique numerosis,cineracei coloris,flore purpureo. Fumariæ verò nomen sibi asciuit,quòd eius succo oculis immisso,quibus mirificè claritatem concitat, lacrymas. quemadmodú & fumus,cieat. Officinis passim vocatur *Fumus terræ*. Ex Dioscorid. lib.4.cap.105. Meminit Plinius lib.25.cap.13. & Galen.lib.7.Simplic. medicam.

Fumus,huius fumi,m.g. {καπνὸς,ψῦλος} A furuo deducitur:notæ significationis. Plin.lib.12.cap.17, Tradunt fumum brutæ arboris contra ligna alia esse remedio.
Nidor atque fumus ganearum. Cic.in Pisonem, Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo.
Amarus fumus.Virg.12.Æneid.
Fumus calidus.Ouid.2.Metamorphoseos,
-calidóque inuoluitur vndique fumo.
Vndans fumus mistο pulucre.Virg.2.Æneid.
Volucres fumi.Virg.2.Georg.
Cælum subtexere fumo. Virg.3.Æneid.
Fumos vendere, est principum beneuolentiam,simulato commendationis officio,per occasionem familiaritatis,pretio vendere. Nam fumus initio quidem magnũ quiddam esse videtur, verùm euanescit ilico. Martialis,
Vendere nec vanos circum palatia fumos,
Plaudere nec Cano,plaudere nec Glaphyro.
Fumo comburi. Cic.Qu.frat.lib.1.2, Sed quid opus fuit eiusmodi literis,quas ad ipsum missis:illum crucem sibiipsi constituere,ex qua tu eum antè detraxisses, te curaturum fumo vt combureretur, plaudente tota prouincia.

Fumarium, huius fumarij {καπνοδόκη} Locus vbi vina fumo medicabantur. Martial.lib.10,
Improba Massilliæ quicquid fumaria cogunt,
Accipit ætatem quicquid ab igne cadus. Nam vina fumo præcocem trahunt maturitatem, & celerius vetustescunt, vt docet Colum. lib.1.cap.6.

Fumosus,pen.prod. {καπνώδης,ψολόεις} Adiect. Fumo velut tinctum. Cato de Re rust.cap.130, Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito,& in sole ponito:perbibant bene. Ita neque fumosa erunt, & bene ardebunt.
Fumosus December. Martial.lib.5.31.
Fumosa flamma.Cato cap.38,Item infimi lapides cocti cadent, & minus flamma fumosa.
Foci fumosi.Ouid.epist.20.
Perna fumosa.Horat.2.Serm.sat.2.
Tecta fumosa.Virg.2.Georg.
Cado fumoso condita vina. Ouid.5.Fast.
Fumosæ imagines.Cic.in Pisonem,Sed ne notum quidem factum aut militiæ aut domi.obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum: quarum simile habes nihil,præter colorem.Fumosas imagines appellauit,antiqu ssimi generis stem ma:vt legi omnino debeat apud Iuuenalem, Fumosos equitum cum Dictatore magistros. Budæus.

Fumeus, Adiectiuum {καπνώδης.} vt Fumeus Acheron. Valer.4.Argon. Vide ACHERON.

Fumifer, pen.corr. {καπνοφόρος} Aliud adiectiuum : vt Fumiferi ignes. Virgil.lib.9,
Pinum & fumiferos infert Mezentius ignes. Idem lib.8,Fumiferam noctem.

Fumidus,pen.corr.Aliud adiectiuum {καπνίας.} Plin.lib.37.cap 7. Sunt qui præferant Arabicas Indicis: fumidæque chrysolitho illas similes dicunt. Idem lib.14.cap.20,Vitia præter supradicta, acor, aut fumidum virus.
Caures fumidæ.Plin.lib.5.cap.9.
Fumida altaria.Ouid.12.Metam.
Teda fumida.Virg.9.Æneid.
Vortex fumidus. Plin.lib.2.cap.43 De tonitru.

Fumo,fumas {τύφομαι} fumâre,Fumum emittere.Virg.1.ecloga,
Et iam summa procul villarum culmina fumant. Cic.7.Verr.Quú fumantes etiam nostras naues reliquissent. Ouid.11.Metamorph.
-& medijs Tanais fumauit in vndis.
Ignibus atria fumant. Ouid.12.Metam.
Fumare aper dicitur.Martial.lib.14.127.
Aræ fumantes. Catull.Argon.59.

Fumans bitumen. Ouid.14.Metam.

Fumigo,fumigas, pen.corr. {κατὰ ἀναλογίαν} fumigâre, Suffire. Varro 3.de Re ruſt.cap.16, Verno tempore & æſtiuo ferè ter in menſe mellarius inſpicere debet,fumigans leniter.

Fumifico,fumificas, pen.corr. {κατὰ ἀναλογίαν} fumificâre, Idem. Plautus Milite,8,

Inde ignem in aram,vt Epheſiæ Dianæ latas laudes,
Grateſque agam,eſque vt Arabico fumificem odore.

Fumificus,pen.corr.Adiectiuũ {ἐπιστατικὸν.} Ouid.7.Metamorphoſeos,

Fumicíſque locũ mugitibus impleuere. De tauris Colchicis. Plaut.
Epeum fumificum cocum. Ab Epeo illo, inquit Varro, qui dicitur ad Troiam feciſſe equum Troianum Argiuis,& aptè cibum curaſſe. Ideò ait Epeum fumificum, qui legioni noſtræ habet coctum cibũ. Vide lib.6.de Ling.Lat.

F V N

Funalia,Funambulus, Vide FVNIS.

Functio,Functus, Vide FVNGOR.

Fundã, huius fundæ {σφενδόνη, σφενδόνης} Inſtrumentum è funiculo factum, quo funduntur, hoc eſt iactantur lapides. Virgil.lib.1.Georgicorum,

Stupea torquentem balearis verbera fundæ. Terent.Eunuch.4.7,
-fundam tibi nunc nimis vellem dari, &c. Liuius 1. ab Vrbe.
Ouid.2.Metamorphoſeos,
Non ſecus exarſit,quàm quum Balearica plumbum
Funda iacit. Adiicit autem Balearica, eo quòd Baleares inſulæ peritiſſimos mitterent funditores.
Balearis verbera fundæ. Virg.1.Georg.
Cita funda. Tibull.lib 4.ad Meſſalam,1.
Lata funda. Ouid.14.Metam.
Teretes fundæ. Stat.4. Thebaid.
Torta funda.Propert.lib.4.eleg.3.
More fundæ rotare aliquem. Ouid.14.Metam.
¶Funda,Retis genus quod in orbem ſpargitur, & reticulum dici ſolet. Virg.1.Georgicorum,
Funda iam verberat amnem. Seruius.
¶Funda,Sacculus.ſeu marſupium in modum retis factũm, in quo pecuniæ & alia gerũtur. Macrob.lib.2.Saturn.cap.4.in fine, Quúmq; acceſſiſſet ad fiſcum,demiſſa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit,quos principi daret.
¶Funda,Circulus ex auro ſiue alio metallo,quo gẽmæ ita nectuntur,vt aurum non niſi margines amplectatur. Plin.lib.37.cap.8.ad finem, Quamobrem præſtantiores funda clauduntur,id eſt,patentes, nec præter margines auro amplectente.

Funditor,funditaris,funditari,Funda petere.Plaut.Pœnulo,
Eos volantes iuſſi funditarier. Turneb.

Funditor,pen. corr. {σφενδονίτης} funditoris, Qui funda dimicat. Salluſt. in Iugurth. Ipſe cum expeditis cohortibus adhuc funditorum & ſagittariorum delecta manu. Cæſar 2.bell.Gall. Liu.1.bell.Pun.

Fundibularius, Idem {σφενδονήτης.}

Fundamentum. Vide FVNDVM.

FVNDI {ῥοιζοῦσι} Oppidum Italiæ prope Caietam, quod intercidit, iuxta quod lacus eſt Fundanus, cuius meminit Plinius cap.5.lib.3,Inde generoſa vina Fundana ſcriptoribus commendata. Oliuarius in Meſam dicit nunc vocari Fondi.

Funditus,& Fundo,fundas. Vide FVNDVM.

Fundo,fundis,fudi,fuſum {χέω, χύω, χύμι, κεῖσθαι} fũndere. Propriè eſt liquefacere. Quintil.lib.7.cap.1,Neque enim,quanquam fuſis omnibus membris,ſtatua ſit.niſi collocetur.
Fũdere ex ære imaginem. Plin.lib.34.cap.8, Theodorus qui Labyrinthum fecit Sami, ipſe ſe ex ære fudit, præter ſimilitudinem mirabilem,fama magnæ ſubtilitatis celebratus.
Fundi & dilatari. Cic.3.de Finib.Sed quanquam negent, nec virtutes, nec vitia creſcere, & tamen vtrunque eorum fundi quodammodo,& quaſi dilatari putant.
Fundet ſe latius Orator. Cic.in Orat.Quum verò ea cauſa inciderit,in qua vis eloquẽtiæ poſſit expromi, tum ſe latius fundet Orator, tum reget & flectet animos,&c.
Fuſus in corpore humor & calor.Cic.2.de Nat.deor.
Funditur fulgor lucis in digitos. Plin.lib.37.cap.6.
Fundet ſe iuſtitia in cæteras virtutes. Cic.5.de Finib.
Fuſa per gentes ſuperſtitio. Cic.2.de Diuinat.
¶Fundere flores. Virg.4.ecloga,
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. Id eſt,abundanter præbebunt. Sic Cic.5.Tuſcul.
Fundit frugem. Cic.de Senect.E quibus quũ emerſerit,fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam. Id eſt emittit.
Fundere lacrymas.Plin.lib.8.cap.42. Sic Fundere ſanguinem.Cic.1.de Diuinat.
Fundit aſinorum ſilueſtrium multitudinem Africa. Plinius lib.8. cap.30.
Fundit ex ſeſe paſtus varios terra. Cic.2.de Finib.
Sagittam fundere.Silius lib.7.
Fundere vrinam,pro Meiere. Plin.lib.24.cap.19.
¶Fundere corpora humi,Proſternere. Virg.1.Æneidos,
Nec prius abſiſtit,quàm ſeptem ingenita victor
Corpora fundat humi.
Fuſus humi toto corpore. Martial.lib.8.69.
Fundere exercitum, Delere & vincere. Liuius 1.ab Vrbe. Plinius de Viris illuſtribus, Regem Philippum prælio fudit. Sic fundere copias,Cæſar 1.bell.Gall. Cicero pro Rabirio. Et 1.de Finib.
Fuſa in fugam primo concurſu acies. Liu.5.ab Vrbe.
Sanguinem fundere non de regno, ſed de rege. Vide ſanguinem fundere,in SANGVIS.
Fundere verſus ex tempore.Cic.3.de Orat.
Funduntur turpi fuga. Liu.4.ab Vrbe.
Fuſi fugatíque inimici. Liu.2.ab Vrbe.

F V N

¶Fundere,Abundanter loqui. Virg.3.Æneidos, Talia fundebat lacrymans. Idem 8.Æneid.
Fundere verba. Terent.Adelph.5.1, -ohe ſcelus.
s. Eho,iam tu verba fundis hîc ſapientia? Vbi Donatus, Fundis, vtrum ſine vlla ceſſatione profers? an perdis? ſecundum illud,
Nam quid tu hic agas, vbi ſiquid boni præcipias,nemo obtemperat
Fundere verba poetarum more. Cic.4.de Finib.
Fundere mendacia. Plaut.Pſeud.14.
Fundere cantus ex gutture dicitur rana. Cic.1.de Diuinat.
Fundere carmen.Cic.1.Tuſc.
Fundere clangorem vaſtum. Cic.2.Tuſcul.
Fundere incondité. Cic.3.de Orat.Neque ex multis res vna quæ magis oratorem ab imperito dicẽdi, ab ignaróque diſtinguat, quàm quòd ille rudis incondité fundit,quantum poteſt,&c.
Fundere iocularia inconditis verſibus. Liu.7.ab Vrbe.
Iras inanes fundere. Valer.3.Argon.
Loquelas has fudit ore. Virg.5.Æneid.
Fundere oracula.Cic.1.de Diuinat. Et lib.1.de Nat.deor.
Orationem numeroſè & volubiliter fundere.Cic.in Orat.
Preces fundere.Virg.5.Æneid.
Septenarios ad tibiam fundere. Cic.3.Tuſcul. Non intelligo quid metuat,quum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.
Fundere vocem. Cic.2.Tuſcul.Quid? qui volunt exclamare maius,num ſatis habent latera,fauces,linguam intendere: è quibus elici vocem & fundi videmus? Virg.4.Æneidos,
-extremam fundo cum ſanguine vocem.
Fuſa latius oratione. Cic.1.de Legib.
¶Fundere in Tyberim.Immergere.Liu.2.ab Vrbe,Defectam cum ſtramento ſegetem magna vis hominum ſimul immiſſa corbibus fundere in Tyberim.
Funditur in Rhenum fluuius. Plin.lib.4.cap.10.
Funditur latiſſimé. Cic.5.de Finib. Semper enim ex eo, quod maximas partes continet,latiſſiméque funditur,tota res appellatur.
Fundi in latitudinem. Plin.lib.18.cap.13.
Funditur in omnes partes vitis. Cic.de Senect.
Fuſa ad latitudinem ac longitudinem lagenæ modo. Plinius lib. 11.cap.37.
Diſpoſitio pars Rhetorices,& per omnes materias, totúmque earum corpus æqualiter fuſa.Quintil.lib.3.cap.9.
Per herbam fuſi. Virg.1.Æneid.
Aer fuſus & extenuatus. Cic.2. de Nat.deor.Exin mari finitimus aer die ac nocte diſtinguitur. Iſque tum fuſus & extenuatus ſublimè fertur, tum autem concretus in nubes cogitur, humoréque colligens, terram auget imbribus, tum effluens huc & illuc, ventos efficit.
Crines fuſi.Virg.10.Æneid. Id eſt ſparſi.
Fuſa cupreſſus.Plin.lib.12.cap.17.
Membra fuſa toro.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.
Latè fuſum decorum. Cic.1.Offic.
Opus latè fuſum. Quintil.lib.2.cap.13.
Fuſũ corpus,pro læui & polito. Liu.lib.8.Decad.4,Detegebat vulnera eorum, & quod nudi pugnant: & ſunt fuſa & candida corpora: vt quæ nunquam niſi in pugna nudentur. contrarium Rugoſo vel calloſo.
Vulnere multo fuſus. Silius lib.4.
Humi fuſus. Virg.6.Æneid.
¶Fundere (inquit Seruius) eſt ſupina manu libare, quod ſit in ſacris ſupernis. Virg.4.Æneidos,
-media inter cornua fundit. Et apud Martialem lib.9.98,Fundere ſex cyathos.
Vina liquentia fundam. Virg.5.Æneid.

Fuſores {χωνευτὰς} Qui ex metallo quopiam ſtatuas, alia vel opera fundunt. Et ars fuſoria, ars fundendi, miſcendi,tranſmutandíque metalla,in qua multi ludibrio ſunt habiti, qui dum cupiunt ditiores fieri,ad inopiam redacti ſunt, tribus tantùm rebus,ſpe ſcilicet,& ſtultitia,& fuligine diuites. Et fuſorium vas, in quo metalla funduntur, hoc eſt liquefiunt. Ex Sipontino.

Fuſè,Aduerbium {χύδην} Hoc eſt abundãter & copioſè. Cic.3.de Finib. Poteſt id quidem fuſè & copioſè, & omnibus electiſſimis verbis grauiſſimíſque ſententiis rhetoricè & augeri & ornari.
Populus fuſè in tribus conuocatus. Cic.De leg.lib.3.
Fuſè latéque.Cic.4.Tuſcul.De cuius excellentia multa quidem dici quanuis fuſè latéque poſſint,ſed breuiſſimè illo modo.
Fuſè latéque dicere.Cic.in Orat.

Fuſim,Aduerbium,Idem eſt quod ſparſim: Fuſè autem, vt ſuprà diximus,ſignificat latè & copioſè.Sipontinus.

Fuſio,Verbale {χύσις} Cic.1.de Nat.deor.Ipſúmque mundum deum dicit eſſe,& eius animi fuſionem vniuerſam.
¶Fuſio, apud Vlpian.l.23.§.3.D.de vſufr.ſignificare videtur profuſam quandam largitionem, qua vti ſolent erga fiſcum hi, qui in iis locis poſſeſſiones habent,per quos exercitus tranſit: quomodo idem teſtatur moris fuiſſe, vt ob eam cauſam municipio frugum ſuarum copiam viliſſimo pretio largiantur. Ergo,inquit, & quod ob tranſitum exercitus confertur ex fructibus,ſed & ſi quid municipio. Nam ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere: Solent & fiſco fuſiones præſtare. Hæc onera ad fructuarium pertinebunt. Vulgati codices Functiones habent, quod intellectu multò eſt facilius.

Fuſilis,& hoc fuſile, pen.corr. {χυτὸς} Verbale,Quod fuſum eſt, vt Sal fuſile.Colum.lib.6.cap.33.
Fuſile per rictus aurum fluitare videres.Ouid 11.Metam.

Fuſura,huius fuſuræ,penult.prod.{χύσις} Aliud verbale. Plin.lib.33.cap. 6,Molybditis plumbi ipſius fuſura quæ fit Puteolis, & inde habet nomen.

Fundito,funditas,pen. corr. {χύσις,σπερμολογέω} funditãre.
Funditare,Multum & fruſtra verba proferre.Plaut.Aſin.16,

Næ ille

Næ ille ecaſtor fœnerato funditat.
Funditare verba. Plaut.Pœnulo,5,
En monſtrum mulieris,tantula tanta verba funditat. Idẽ Amph.1.4.
Funditare rem,pro Conſumere,& prodigere ac profundere.Plaut. Merc.3.

Fundum,fundi {πυθμήν, βόθυνος, βάθος} Propriè eſt ima pars vniuſcuiuſque rei quæ aliquid in ſe liquoris contineat, vel ad continendum factæ ſit,vt dolij nauis,aluei,fluminis,lacus maris. Seneca epiſt.1, Sera in fundo parſimonia.
Imo Nereus ciet æquora fundo. Virg.2.Æneid.
Arenoſum fundum fluuij Sil.lib.3.
Armarij fundum excutit, & ſeſtertiorum & auri quinque pondo abſtulit. Cicero pro Cluentio.
Reſidere in fundo. Cicero pro Cornelio Balbo.
Largitio fundum non habet.Cic.2.Offic.

Funditus, penult.corr.Aduerbium {πάγχυ.} Cic.6.Verr. Qui non obtruſit aliqua ex parte monimenta P.Scipionis,ſed funditus ſuſtulit ac deleuit. Id eſt prorſus,omnino,penitus,& velut ab ipſo fundo.
Funditus interire. Cic. Torquato,lib.6.2, Neceſſe eſt enim aut armis vrgeri Rempub. ſempiternis, aut his poſitis recreari aliquando, aut funditus interire.
Funditus perdere aliquem.Plaut.Merc.23. Terẽt.And.1.5,Quod ſi fit,pereo funditus. Cic.ad Lentulum,lib.1.9, Quem ego funditus perdidi.
Funditus amicitiam è vita tollere.Cic.de Amicitia, Quæ cauſa eſt cur amicitiam funditus tollamus è vita, ne aliquas propter eam ſuſcipiamus moleſtias?
Funditus euertere amicitiam.Cic.2.de Finib.
Funditus euerſa ciuitas. Cic.de Amicitia, Quæ autem domus tam ſtabilis,quæ tam firma ciuitas eſt, quæ non odiis atque diſſidiis funditus poſſit euerti? Sic 5.Verr. Et pro Quintio.
Funditus omnia miſcentur. Salluſt. ad Cæſarem, de Repub.ordinanda, Sed non inſcius, neque imprudens ſum, & quæ mea res agetur, quæ ſæuitia quæve tempeſtates hominum nobilium futuræ ſint,quum indignabuntur omnia funditus miſceri, antiquis ciuibus hanc ſeruitutem imponi.
Perdere funditus ciuitatem.Cic. Att.lib.6.111.
Vrbes pereunt funditus Horat.1.Carm.ode 16.
Trahere Remp. funditus. Tacit.lib.3, Hanc P. C. curam ſuſtinet princeps. hæc omiſſa,funditus Rempub.trahet.
Veſtæ leges funditus. Tacit.lib.3.
¶Funditus,pro Prorſus.Cic.3 de Orat.Neque earum rerum quenquam funditus natura voluit eſſe expertem.
Funditus tollere fidem.Cic.in Orat.
Ne ſpondæus quidem funditus eſt repudiandus.Cic. in Orat.

Fundo,fundas {θεμελιόω, καταβάλλω} fundãre, Firmare,& quaſi fundamentum facere,ſtabilireque. Virg.8.Æneidos,
Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto,
Vrbis Agyllinæ ſedes.
Arces fundantem, ac tecta nouantem. Virg.4.Æneid.
Fundata legibus ciuitas, cui opponitur Euerſa. Plin.in Paneg. Excidiſti inteſtinum malum, & prouida ſeueritate cauiſti, ne fundata legibus ciuitas,euerſa legibus videretur.
Accuratè fundata & extructa diſciplina.Cic.4.de Finib.
Fundatam paternis, auitíſque opibus domum exhaurit. Quintilianus in Gladiatore.
Leuiter fundata fides,Vides LEVIS.
Magnis laboribus fundatum imperium.Cic.4.Catil.
Illud maximè veſtrũ fundauit imperiũ. Cic. pro Cornelio Balbo.
Ius ciuile fundare. Pomponius in l.2.§. Poſt hos fuerunt.D.de Origineluris, Poſt hos fuerunt Publius Mutius, & Brutus, Manilius, qui fundauerunt ius ciuile.
Fundare nauem, Facere & conſtituere. Plaut.Milite,12.
Significat & firmare in mari.Virg.6.Æneidos,
-tum dente tenaci Anchora fundabat naues.
Opes bene fundatæ.Ouid 4.Metam.
Præclarè fundata Reſpublica. Cic.in Paradox.Qui hãc Rempub. tam præclarè fundatam nolis reliquerunt.
Sceptra fundare. Silius lib.1.
Vrbem fundabit legibus. Virg.6.Æneid.
Fixus & fundatus Reip.ſtatus.Cic.ad Atticum,lib.1.11.
Fundatum veritate. Cic.pro Flacco, N hil religione teſtatum, nihil veritate fundatum,nihil dolore expreſſum,&c.
Fundatiſſima familia, Antiquiſſima & ditiſſima. Cic.pro Domo ſua ad Pontif.Quod quum iudicaſſem,deſtitui coniugis miſeræ diſſidium,liberorum chariſſimorum ſolitudinem,fratris abſentis amantiſſimi atque optimi caſum,ſubitas fundatiſſimæ familiæ ruinas.

Fundamen, penult.prod fundaminis, neut.gen. {θεμέλιον} Idem quod fundamentum. Ouid.5.Metamorphoſeos,
Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.
Iacere fundamina.Ouid.lib.4.Faſtorum,
Augurio læti iaciunt fundamina ciues.
Fauis ponunt apes fundamina. Virg.4.Georg.

Fundamentum,huius fundamenti {θεμέλιος,βάθρος,ἐδαφίμμα, ἀσπόδιον, ὑπόστασις} Notæ ſignificationis.
Initia & fundamenta.Cic.pro Sextio,Non aggrediar ad illa maxima & ampliſſima prius,quàm docuero, quibus initiis ac fundamentis hæ tantæ ſummis in rebus laudes excitatæ ſunt.
Fundamentum dialecticæ. Cic.4.Acad.
Adoleſcentiæ fundamentis conſtituta ſenectus. Cic.de Senect.
Virtutum omnium fundamentum,pietas.Cic.pro Plancio.
Iuſtitiæ fundamentum,fides.Cic.1.Offic.
Orationis fundamentum præclarè iactum. Cicero 1. de Natura deorum.
Sedes & fundamentum conſtituendæ fidei, narratio. Cicero in Partition.

Solum quoddam atque fundamentum eſt, verborum vſus & copia bonorum. Cicero 3 de Orat.
Cæmentitia fundamenta, Vide CAEMENTVM.
Firmiſſima fundamenta defenſionis meæ ſunt ſi nitanturiudicio ſuorum.Cic.pro Cælio.
Firmiſſima fundamenta libertatis. Cic.pro Corn.Balbo.
Stabili fundamento manet fortuna.Lucret.lib.5.
¶A fundamento, Vide A præpoſitionem.
Agere fundamenta. Cic.pro Milone.Vide AGO.
Conuellere fundamenta, Vide CONVELLO.
Mali fundamenta & radices altiores habere. Brutus Attico, in Epiſt.ad Brutum,17.
Iacere fundamenta. Quintil.lib.1.cap.4.
Cauſæ fundamenta iacere.Cic.pro Flacco,Nihil eſt præterea quòd fugere poſſimus,niſi fortè quæ res hoc iudicio tentetur, quid agatur, cui cauſæ fundamenta iaciantur,iudices videtis.
Iacere fundamenta Reipub. Cic.Cornſ.lib.12.25,Ego cui Cornifici, quo die primùm in ſpem libertatis ingreſſus ſum, & cunctantibus cæteris ad XIII. Calend.Ian.fundamenta Reipub.ieci,eo ipſo die prouidi multum,atque habui rationem dignitatis tuæ.
Iacere fundamenta ſalutis alicuius. Cic.Appio,lib.10.29.Illi mihi neceſſe eſt concedant vt tibi plus quàm ipſi hoc tempore prodeſſe poſſim.quod quidem nec deſtiti facere, nec deſiſtam, & iam in maxima refeci,& fundamenta ieci ſalutis tuæ.
Defenſionis fundamenta iacta. Cic.pro Murena.
Iacere fundamenta pacis. Cic.1.Philipp.Quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis.
Perficere opera,& fundamenta iacere, contraria. Cic.pro Marcello,Tantum abes à perfectione maximorum operum,vt fundamenta quæ cogitas,nondum ieceris.
Latent fundamenta.Quintil.in Proœm.lib.1.
Fundamenta locant alij, pars ducere muros. Virg.1.Æneid.
Locare fundamenta in ſtabili loco.Plin.lib.36.cap.14.
Ordiri fundamenta ex depreſſiore loco, Vide ORDIOR.
Philoſophiæ fundamentum in ſinibus bonorum & malorum poſitum eſt.Cic.2.de Diuinat.
Ponere fundamenta Conſulatus.Cic.in Piſonem.
Ponere virtutum omnium fundamenta in voluptate tanquam in aqua.Cic.2.de Finib.
Fundamentum ſubſtruere. Plaut.Moſtel.3.

Fundus,fundi,maſc.gen. {ἔμπολος, ἀγρὸς} Eſt quiddam minus quàm ager:ſingula enim propriè prata (vt inquit Valla) ſingulæ vineæ,ſinguli horti,ſingula oliueta,pomaria,ſalicta,arbuſta, paſcua, nemora, loca aucupatoria,venatoria, piſcatoria, ſue villam atque ædificium, ſiue piſcinam atque alueatia,ſiue viuaria habeant, ſiue non habeant, ſinguli fundi ſunt: & hoc quidem in agro. Itaque fundus eſt poſſeſſio ruſtica. Plaut. Capt. 4, Quaſi fundum vendam, meis me addicam legibus.
Fundum & prædium idem eſſe declarat Scæuola in l.vlt.D.Quib. mod.pig.vel.hypoth.ſolu.Primi creditoris, qui pignori prædia acceperat: & poſterioris,cui quidam ex eiſdem fundis dati erant:ad eandem perſonã hæreditas deuenerat. Palàm eſt,quæ prius prædia vocarat,poſteà fundos appellari.
Cultus fundus.Horat.2.Serm.ſat.5.
Lati fundi.Virg.2.Georg.
Mendax fundus.Horat.3.Carm.ode 1.
Optimus maximúſque fundus, Vide Optimus in BONVS.
Ornatiſſimus fundus, Vide Ornatus in ORNO.
Conducere fundum, Vide CONDVCO.
Ingredi in fundum, Vide INGREDIOR.
Obire fundos noſtros cui non licet, aut res ruſticas vel fructus cauſa vel delectationis inuiſere? Cic.1.de Orat.
Occiderunt fundi, Vide OCCIDO,pen.prod.
Fundi appellatione (inquit Florentinus Iureconſ.) omne ædificiũ, & omnis ager continetur. Sed in vſu, vrbana ædificia, ædes: ruſtica, villæ dicuntur. Locus verò ſine ædificio in vrbe,area: rure autem, ager appellatur.idémque ager cum ædificio, fundus dicitur.l.211.D.de verb.ſignific.
Fundus,inquit Feſtus,dicitur ager, quòd planus ſit, ad ſimilitudinem fundi vaſorum.
Fundus, Varroni,vel à fundamento,vel à fundendo, ager dictus. Seruius, Fundus dicitur ab eo, quòd ſit rerum omnium fundamentum.
¶Fundus, metaphoricãs, pro fundamento in quoque negotio, à Plauto vſurpatur,in Trinummo,16,
-vt quæ cum eius
Filio egi,ei rei fundus pater ſit potior eo.
Fundus quoque fieri vel eſſe dicitur (authore Feſto) populus eius rei quã alienat,hoc eſt author. Cic.pro Cornelio Balb.15, Quid enim potuit dici imperitius, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis proprium eſt fœderatorum, quàm omnium liberorum.ſed totum hoc Iudices, in ea fuit poſitum ſemper ratione atque ſententia,vt quum iuſſiſſet Prætor aliquid, ſi id adſciuiſſent ſocij populi ac Latini:etſi ea lex quam nos haberemus,eadem in populo aliquo ratquam in fundo refediſſet:vt tum lege eadem is populus teneretur,non vt de noſtro iure aliquid minueretur, ſed vt illi populi aut iure eo, quod à nobis eſſet conſtitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio vterẽtur. Ibidem,33,Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri,ſi rum ſit fundus, quum ſcita ac iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat,quam cum hoſtium fecit?

Funebris,Funeſtus,Funero, Vide FVNVS.

Funetum, Vide FVNVS.

Fungor, fungeris.pen.corr.functus ſum {πάσχω, ἀποτελῶ} fungi,Officium,munúſque agere, inquit Valla lib.5. Accuſatiuo,& frequentius ablatiuo iungitur.Plaut.Moſtell.2,
Tu tibi iſtos habeas turtures,piſces,aueis:

Sine me alliato fungi fortunas meas.
Fungi iniuncta aduocatione. Plin. epist. 35. lib. 2.
Diem fungi, Id est mori. Tertullianus in I. Proponebatur. D. de Castrensi peculio, Proponebatur filius familias miles testamento facto extraneum hæredem scripsisse, deinde superstite decessisse: pater deliberante hærede instituto ipse diem functus esse, deinde hæres, &c.
Epulis functi. Ouid. 2. Fast.
Functus fato, pro Mortuus. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Fortuna prosperè fungi. Cic. de Claris Orat.
Gaudio fungi. Tacit. lib. 18, Additæ erga Germanicos exercitus laudes, gratésque, & missa legatio, quæ gaudio fungeretur.
Functus honore. Liu. 4. ab Vrbe, Quatuor creati sunt, omnes iam functi eo honore.
Laboribus functus. Horat. 2. Carm. ode 18.
Legationibus fungi. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Primo loco fungi. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Mandatis fungi. Tacit. lib. 13, Burrus iis mandatis Seneca coram fungebatur.
Fungi militia. Suet. de Claris grammat.
Fungi ministerio. Plin. lib. 8. cap. 5, Non potuisse effici, vt crudelitatis alienæ ministerio fungerentur.
Morte functus, Mortuus. Ouid. 11. Metam.
Fungi munus alicuius. Plaut. Menæch. 6. 5, Nam parasitus, hominum octo munus facilè fungitur.
Fungi & sustinere aliquid muneris in Rempub. Cic. 5. Verr. Hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in Rempub. fungi, ac sustinere velitis.
Fungi aliquo munere. Cæs. 7. bel. Gall. Hunc ex proximis vnus iacentem transgressus, eodem illo munere fungebatur.
Fungi munere interpretis. Cic. 1. de Finib.
Munere fungi amici. Horat. 1. epist. 9.
Fungi muneribus corporis. Cic. de Amicitia, Denique cæteræ res quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus ferè singulis: diuitiæ, vt vtare, &c. valetudo, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis.
Munere fungi, pro Donare. Cic. 2. Offic. Neque verò verbis auget suum munus, siquo fortè fungitur, sed etiam extenuat. Id est, si beneficium inops collocauit. Budæus.
Munera fungi. Tacit. lib. 3, Suprema ergo memoriam filij sui munera fungerentur.
Fungi officio suo, quod vulgus dicit *facere suum debitum*. Terent. Adelph. 4. 3. Cic. 5. de Finib. Idem Bruto. 9. Et pro Cælio.
Iustitiæ fungantur officio, qui adipisci veram iustitiæ gloriam volent. Cic. 2. Offic.
Fungi ministerio officióque seruorum. Plin. epist. 24.
Ætatis suæ maiorum partem ciuilibus officiis fungi. Liuius lib. 1. Decad. 1.
Officiis vernaliter fungi. Horat. 2. Serm. sat. 6.
Officium alicuius fungi. Terent. Heaut. 2. 2. Idem Adelph. 3. 4, -neque boni,
Neque liberalis functus officium est viri. Idem Phorm. 2. 1. Et Heaut. 3. 3.
Opera mediastini fungi. Vlpian. l. 1. D. Naut. caupon. &c.
Fungi iudicis partibus. Plin. iunior lib. 3. epist. 5. ad Macrum.
Fungi pignoribus in vicem satisdationis, Id est loco fideiussorum pignora præstare, l. 7. D. de Præror. stipulat.
Fungi stipendio. Cæsar 8. bel. Gall. Quæ octauo iam stipendio functa, tamen collatione reliquorum, nõdum eandem vetustatis & virtutis ceperat opinionem.
Fungar vice cotis. Horat. de Arte poet.
Fungi vicem alienam. Liu. lib. 1 ab Vrbe.
Virtute functos duces canere. Horat. 4. Carm. ode 15.
Vita fungi. Papinianus in l. Filiusfamilias. D. de Castrensi peculio. Hoc est mori.
¶Fungi, pro statui. Paul. l. 63. D. ad l. Falcid. Pretia rerum non ex affectu, nec vtilitate singulorum, sed communiter funguntur, Id est statuuntur, æstimantur, definiuntur.
¶Fungi pro re aliqua. Columel. lib. 1. cap. 5, Quisquis ædificia volet in decliuibus areis extruere, semper ab inferiore parte auspicetur: quia quum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, non solùm superficiem suam facilè sustinebunt, sed & pro fultura & substructione fungẽtur aduersus ea quæ mox, si fortè villam prolatare libuerit, ad superiorem partem applicabuntur.

Fungibilis, & hoc fungibile, pen. corr. Adiectiuum Iurisconsultis familiare. Fungibiles enim res vocant, quæ consistunt in numero, pondere, & mensura: vt pecunia, frumentum, vinum, oleum. Cætera corpora in vniuersum omnia, omnésque aliæ species, dicuntur res non fungibiles.

Functio, Verbale {functionis}. Cic. 2. Tusc. Labor est functio quædam vel animi, vel corporis grauioris operis & muneris.
Muneris functio, pro Pensitatione. Cic. 5. Verr. Ita decumas lege Hieronica semper vendendas censuerunt, vt iis iucundior esset muneris illius functio, si eius regis, qui Siculis charissimus fuit, non solùm instituta commutato imperio, verumetiam nomen maneret.
Recipere functionem in suo genere dicuntur res quædam. Paulus in l. 2. §. Mutui datio. D. Si certum petatur, Mutui datio consistit in iis rebus quæ pondere, numero, mensura constant: quoniam earum rerum datione possumus in creditum ire: quia in genere suo functionem recipiũt per solutionem, quàm specie. Id est vicem mutuam, per solutionem magis quàm per speciem. Nam in cæteris rebus (vt subdit Paulus) ideò in creditum ire non possumus, quia aliud pro alio inuito creditori solui non potest. Budæus.

Fungus, huius fungi, m. g. {μύκης} à funere dicitur, vt nonnulli volũt, quod periculosus sit vescentibus. Plin. lib. 22. cap. 23, Fungorum lentior natura, & numerosa genera. sed origo non nisi ex pituita arbo-

rum. Tutissimi, qui rubent callo, minus diluto rubore quàm boleti. Mox candidi, velut apice flaminis insignibus pediculis. Tertium genus suilli, venenis accommodatissimum.
Fungus etiam in lucernis dicitur. Virg. lib. 1. Georgicorum,
Testa quum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. Seruius. Nam vt dicit Plinius, quum aer humidus esse coeperit, faulilla quæ cum fumo soler egredi, prohibita aeris crassitate, in lucernis residet, & quasdam velut fungorum imitatur imagines.
Albos fungos colligit. Ouid. 4. Fast.
Ancipites fungi. Iuuenal. sat. 5.
Pluuiales fungi. Ouid. 7. Metam.
Fungi pratenses. Horat. 2. Serm. sat. 4.
¶Fungus, Arborum morbus. Plin. lib. 17. cap. 24, Olea præter vermiculationem, quam æquè ac ficus sentit, clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, vel pacellam. hæc est solis exustio.
¶Fungus, item in auribus pugilum tuber prominens ex ictibus cestuum, sic à similitudine dictus. Septimius Florens, Tales enim cicatrices cestuũ, ad callos pugnorum & aurium fungos à deo cum suo plasmate accepit.
¶Fungi, præterea, apud Hippocratem & Galen. lib. & comm. 3. de morbis vulgar. sunt excrescentiæ, quæ quandoque in palpebris, quandoque in pudendis enascuntur. Quin & Fungi dicuntur à Gal. lib. 1. de loc. affect. adnascentia capitis, vbi hoc fracto, meninx, quæ est membrana cerebrum custodiens, fuerit affecta. Nec alia sanè de causa hos affectus fungos vocari crediderim, quàm quòd fungorũ imaginem referant, quemadmodum & ij qui in lucernis concrescunt. Ex Math. Senens. in lib. 4. Dioscor.
¶Fungum hominem, pro Stupido, & insulso posuit Plautus Bacchid. 5.

Fungosus, penult. prod. Adiectiuum {μυκητώδης} Quod est rarum & leue, ad similitudinem fungi. Plin. lib. 6. cap. 36, Hunc totum fungosa replet medulla. Colum. lib. 4. cap. 29. Sic Fungosa terra, Idem libro 11. cap. 13.
¶Fungosior. Plin. l. b. 16. cap. 36.

Fungositas, pen. corr huius fungositatis {μυκητίνη} A fungoso dicitur.
Plinius, Tota fungositas derasa.

Funginus, pen. prod. Adiectiuum {μυκωτὸς} Pertinens ad fungos. Plaut. Trinum. 13, -pol hic quidem
Fungino genere est, capite se totum tegit, hillurica facies videtur
Hominis, eo ornatu aduenit, &c.

Funis, huius funis {σχοῖνος, πλόκος, χαλκεῖος, σπαρτὸς} tam masculini quàm fœminini generis est, teste Gellio libro 13. cap. 20, citante versus Lucretij, ex lib. 2,
Haud, vt opinor, enim mortalia secla supernè
Aurea de cælo demisit funis in arua. Plin. lib. 16. cap. 1, Vlua & palustri iunco funes nectunt.
Canabinus funis, Vide CANABIS.
Laxi funes. Virg. 8. Æneid.
Tortos incidere funes. Virg. 4. Æneid.
Conuellere funem à terra, Vide CONVELLO.
Reducere funem. Perf. sat. 5, Quæ dederam suprà repeto, funémq; reduco. Hoc est, muto sententiã, reperẽs ea quæ tibi dederam supra, sapientiam & libertatem, vinculísque seruituris iterum te astringens.
Tractum à iumentis, quæ laxato fune aut habenis, liberius vagãtur.
Religare funem. Lucan. lib. 7.
Traiectus funis, Id est excentus. Virg. 5. Æneid. Seruius.

Funalis, & hoc funale, pen. prod. Adiect. {χοιροφόρος} vt Funales equi in triumphis. Suet. in Tib. Cæsare, cap. 6.
Funalis cereus. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 6.
Funales equi dicuntur, qui funibus alligati equum triumphantis traherẽt, quibus præcuntibus summi Imperatores vectabantur triũphi die, in ipsúque ingenui pueri sedere veteri more solebãt. Quidã dicto putant, quòd in his insiderent qui funalia præferebant & faces: nam peruulgarum ferè est, faces & lumina tam in apparatu triumphi, quàm iuxta triumphantem deferri solere. Diuus enim Cæsar ad lumina quadringenta in Capitolium triumphans ascendit, elephantis lychnos dextra sinistráque gestantibus. Quod eò constituum ferunt, tum vt spectatior triumphi apparatus & conspectior fieret, tum vt lumina, si fortè tenebris obortis, pompæ triumphali non sufficerent dies, ad arcendas tenebras præstò forent: ipséque triumphans, luminibus circà adhibitis conspectior fieret. Vnde funales equos, à funalibus, quæ in equis triumphalibus præferebant, probè dici probat Alex. lib. Genial. dier. 5. cap. 20.

Funale, huius funalis, pen. prod. n. g. {κηρός, πῶλος} Cic. de Senect. Delectabatur crebro funali, & tibicine. Plin. de Viris illust. Duillio concesssum est, vt prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret.
Densum funale coruscis lampadibus. Ouid. 12. Metam.
¶Funale, pro ipso fune, apud Liuium lib. 2. Decad. 5, nõ ita procul à fine, Funda media duo funalia imparia habebat.

Funetum, funeti, pen. prod. n. g. Plin. lib. 17. cap. 22, Quum breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc, arcus funeta dicuntur.

Funambulus, funambuli, pen. corr. {χοιροβάτης} Terent. in Prol. Hec. 4.
Ita populus studio stupidus, in funambulo
Animum occuparat. Messala Coruinus primus funambuli nomen intulit, & post eum Terentius. Author Acron in Horat. Serm. lib. 2. satyr. 10.

Funirepus, pi, Idem significat quod funambulus. Apul. Comœdus seruo cinatur, Tragœdus vociferatur, Funirepus periclitatur.

Funiculus, penult. corr. Diminutiuum {σχοινίον} Plinius libro 12. cap. 17, Atque attractis funiculis herbam eam conuolui, atque ita ossa sieri. Cic. 2. de Inuent.
¶Ponitur quoque funiculus, pro mẽsura quadam Persica sexaginta continente stadia, vt placet Herodoto. Quanquam Plinius ex Eratosthenis

Eratosthenis sententia, quadraginta tantùm stadiorum esse tradit. In hac tamen significatione frequentius vtimur Græco nomine Schœnus.

Funus, funeris, pen. corr. neut. gen. {κηδεία, νεκύσια, κτέρεα} Donatus, Funus à funalibus dictum est: & est pompa exequiarũ. Terent. And. 1. 5
-funus interim
Procedit. sequimur. ad sepulchrum venimus.
In ignem posita est, fletur. Cic. de Amicit. Quàm autẽ ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est.
¶Funus, Mortem aliquando significat. Virg. 4. Æneid. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Plaut. Amphit. 4,
Quòd multa Thebano populo acerba obiecit funera. Id est, multos occiderat.
Reipublicæ funus, casum suum & discessum vocat Cic. de Prouin. Consul.
Funus imaginarium, Græci {κενοτάφιον} vocant, quum mortuo iusta, absente cadauere, persoluuntur: legitimum verò dicitur, quum defuncti corpus adest. Ex Spieg.
Solenne funeris. Tacit. lib. 15, Exin balneo illatus, & vapore eius exanimatus, sine vllo funeris solenni crematur. De Seneca.
Solennia funerum. Tacit. lib. 3.
¶Amplum funus, Vide AMPLVS.
Ardentia funera. Stat. 2. Sylu. 1.
Atrum funus. Lucret. lib. 2.
Crudeli funere extinctus. Virgil. eclog. 5.
Familiare funus & domesticus luctus. Cic. in Vatinium.
Funestum funus. Cic. Dro domo sua.
Immaturum funus. Quintil. in Procem. lib. 6.
Inhumatum funus. Lucan. lib. 7.
Lacrymosa funera. Horat. 1. Carm. ode 8.
Lamentabilia funera, Vide LAMENTOR.
Maturo propior funeri. Horat. 3. Carm. ode 15.
Miserandum funus. Lucan. lib. 1.
Modicum eius funus. Tacit. lib. 5. Id est tenue.
Perluctuosum funus. Cic. Qu. frat. lib. 3. 24.
Plebeij funeris arca. Lucan. lib. 8,
Da vilem Magno plebeij funeris arcam. Hoc est, da Pompeio saltem plebeium funus.
Præclarum funus. Pers. sat. 2.
Profanatum funus acerbo vulnere. Stat. 9. Thebaid.
Suprema funera. Ouid. 3. Metamorphoseos,
-dicíque beatus
Ante obitum nemo, supremáque funera debet.
Tristia funera. Horat. 2. epist. 2.
¶Funus celebrare alicui. Plinius lib. 10. cap. 43.
Concelebrare funus, Vide CONCELEBRO.
Conficere funera, Vide CONFICIO.
Congerere funera, Vide CONGERO.
Ad funus conueniunt amici ad exequias cohonestandas. Cicero pro Quintio.
Deducere funus, Vide DEDVCO.
Mista senum ac iuuenum densantur funera. Horat. 1. Carm. ode 2.
Sæua dare funera. Virg. 8. Æneid.
Dare operam funeri. Cic. Attico, lib. 15. 32.
Acerbissimum vinc, videntique funus ducere. Cic. pro Quintio.
Dotari funeribus. Ouid. 13. Metam.
Funere elata Resp. Cic. pro Domo sua ad Pontif. Video quosdam clarissimos viros, principes ciuitatis, aliquot locis iudicasse, te cum plebe iure agere potuisse, qui etiam de meipso quum tua rogatione, funere elatam Rempub. esse diceremus: tamen id funus, etsi miserum, atque acerbum fuisset, iure indictum esse dicebant.
Expers funeris anima. Id est, Immortalis. Lucret. lib. 3.
Fecit de integro funus iam sepulto filio mater. Cic. pro Cluent.
Amplum funus facere. Seruius Ciceroni, lib. 4. 12.
Funus facere prandio alicuius, pro Consumere epulas prandij. Plaut. Menæch. 11,
-fecisti funus absenti me prandio:

Curfus facere, cum ego ea, qua tu eras, eram?
Egregiè factum funus. Horat. 2. Carm. ode 5.
Indicere funus Reipublicæ, Vide INDICO.
Inducere funus. Cic. 2. de Legibus.
Instare funeri, Vide INSTO.
Instaurare funus alicui. Virg. 3. Æneid. Vide INSTAVRO.
Locare funus, Vide LOCVS. Cic. 7. Verr.
Maturare funus, Vide MATVRVS.
Acerbo mersit funere. Virg. 6. Æneid.
Funera pati. Virgil. 1. Æneid.
Plangere funera alicuius. Stat. 12. Thebaid.
Procedit funus. Terent. in prin. And.
Reuiuiscere in funeribus. Celsus lib. 2. cap. 6.
Author funeris tibi sum. Ouid. 10. Metam.
Causa funeris tibi fui. Virgil. 6. Æneid.
Soluere iusta paterno funeri. Cic. pro Rosc. Amer.
Arbitraria funeris soluere. Cic. Post red. in Senatu.
Animam tradere funeri. Senec. Troad. 5.
In funus venire. Cic. Att. lib. 15. 32.
¶Funus, pro Sepulcro. Virgil. 3. Æneidos,
Ergo instauramus Polydoro funus. Seruius.

Funeræ, funerarum, apud maiores dicebantur, illæ ad quas funus pertinet, vt sororem, matrem. Nam præficæ sunt planctus principes, nõ doloris. Funeras autem dicebant, quasi funereas ad quas pertinet funus. Seruius in hunc locum Virgilij lib. 9. Æneidos,
-nec te tua funera mater
Produxi, presséve oculos, aut vulnera laui.

Funereus, Adiectiuum {νεκρώδης} vt Funereæ mulieres ad quas pertinet funus & exequias facere, vt puta soror & mater.

Bubo funereus. Ouid. 10. Metam.
Funerea fax. Martialis libro 8. 37,
Funereámque toris quassat vterque facem.
Frons funerea. Virg. 4. Æneid. Id est cupressus. Seruius.

Funebris, & hoc funebre, pen. corr. {νεκρώσιμος, νεκρώδης} vt Funebris pompa. Quintil. in Ægro redempto. Sic Funebris concio, Cic. 2. de Oratore.
Funebria iusta. Liu. 3. ab Vrbe, Nec cælestes modò cæremonias, sed iusta quoque funebria, placandósq; manes, vt idem Pontifex edoceret. Iusta, sunt exequiæ, id est sacrificia quæ mortuis impenduntur, & funerandi solennitas.
Bellum funebre. Horat. 1. epist. 20. Id est cruentum, plenũ cædibus.
Cupressi funebres. Horat. Epod. 5.
Epulum funebre. Cicero in Vatinium, Cedo quis vnquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.
Laudationes funebres. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Paratus funebris. Tacit. lib. 13.
Sacra funebria. Ouid. 4. Trist. eleg. 4.
Funebre vestimentum. Cicero 2. de Legib.
Funebres tibiæ, authore Festo, dicuntur, cum quibus in funere canitur, quas flamini audire putabant illicitum.

Funerarius, a, um, Adiectiuum. vt Funeraria actio, quæ de impensis funeris causa factis datur, l. 14. §. hæc actio. D. de relig. & sumpt. fun. Appellatur funeraritia actio in l. 30. D. de relig. Inde funerariũ priuilegium, in l. vlt. D. eod. tit.

Funerarius, Substantiuum. Iulius Firmicus lib. 3. cap. 6, Si per noctem fuerint inuenti Sol, Mercurius, & Saturnus: lapidarios facient, pollinctores, aut funerarios, vel quibus sepulcrorum cura mandetur.

Funero, funeras, pen. corr. {κηδεύω} funerare, Sepelire. Plin. lib. 33. cap. 10, Qui funerari se iussit sesterciis vndecim milibus. Sueton. in Domitiano, cap. 17.
Propè funeratus arboris ictu. Horat. 3. Carm. ode 8.

Funestus, Adiectiuum {θανατηφόρος} Quod est funere inquinatum. Plinius in Paneg. 88, Quare ego te Cæsar, muneribus omnibus tuis, omnibus comparo, multis antepono: quòd licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari, & futuros sub exemplo præmonere, nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum principum manes à posterorum execrationibus conquiescant.
Funestum, Mortiferum, cruentum. Seneca, Vox illa funesta Reip.
Funesta familia, Quæ luctum & exequias celebrat. Liu. 2. ab Vrbe.
Caius in l. Si ex re. §. Illud quæsitum. D. De stipulatione seruorum. Quæ ratio illo argumento commendatur: quòd hæredis familia ex tempore mortis funesta facta intelligitur, &c.
Pernicíosum & funestum. Cic. 1. in Catil. Aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido, & funestam futuram.
Acies funesta, Vide ACIES.
Arma funesta induere. Ouid. 1. Fast.
Funesta auctio. Cic. pro Lege Agraria.
Funestum bellum. Liu. 5. bel. Maced.
Campus funestior æquore. Silius lib. 8.
Consilia funesta. Valer. 6. Argon.
Curæ funestæ, Metus mortis. Claud. 2. de raptu Pros.
Funesta dies Allienſis pugnæ. Cic. ad Att. lib. 9. 13.
Dies aliquibus funestus. Cic. 7. Verr.
Domus funesta. Ouid. 7. Metam.
Facem funestam à templis reppetere. Cic. Anteq. iret in exil.
Hora funesta. Lucan. lib. 6.
Ignes funestos templis deorum inferre. Cic. 3. in Catil.
Malum funestum. Ouid. 3. Trist. eleg. 6.
Munus funestum. Ouid. 2. Metam.
Nox alicui funesta. Cic. pro Flacco.
Funestæ nuptiæ. Liu. 4. ab Vrbe, Nec vlla species, cladésque belli abest, velut contacta ciuitate rabie, duorum iuuenum, funestas nuptias ex occasu patriæ petentium.
Omen funestum. Propert. lib. 2. eleg. 29.
Ominibus funestis aliquid agere. Cic. pro Cluent. Nubit genero socrus nullis auspiciis, nullis authoribus, funestis ominibus omnium.
Pestis Reipublicæ funesta. Cic. pro Domo sua.
Funestum est à forti atque honesto viro iugulari: funestius ab eo cuius vox in præconio quæstum præstitit. Cic. pro Quintio.
Tuba funesta tristior. Propert. lib. 7. eleg. 7.
Vestis funesta. Catul. Argon. 59.
Victoria funesta. Plancus Ciceroni, lib. 10. 8.
Pestifer & funestus tribunatus. Cic. pro Domo sua.

Funesto, funestas {μιαίνω} funestare, Funere inquinare. Cicero pro Fonteio. Idem pro Milone, Sedem ab vniuerso populo concessam vni ordini instammari, excindi, funestari. Idem pro Rabirio perduellionis reo.
Funestare aliquem. Catull. Argon. 59,
Tali mente deæ funestet sẽque suósque.

FVO, fuis, Vide FVAT.

FVR

Fur, huius furis, comm. gen. {κλέπτης, φώρ, παιζόμενος, κλαπεύς, φιλάπτης} Nonius, Fures significantiam habent à furuo, quod Romani veteres atrum appellauerunt. & quòd per obscuras atque atras noctes opportuna sit eius mali effectio, eos dictos fures testatur Varro rerum Diuinarum, lib. 14. Quibusdam tamen magis placet furem à fero deriuari, quòd ferat, id est auferat res alienas. Alij à Græco φώρ, deductum volunt. Paulus, l. 1. D. De furtis, Furtum à furno, id est nigro dictum Labeo ait, quòd clàm & in obscuro fiat, & plerunque nocte. Vel à fraude, vt Sabinus ait. Vel à ferendo, & auferendo. Vel à Græco sermone, qui φῶρας appellant fures. Imò & Græci χοὶς τῶ φι-

pere φῶρας dixerunt. Inde sola cogitatio furti faciendi non facit furem. De furum generibus,& varia punitione, vide Gellium,libro 11. cap.vlt.

Fur mihi es.Plaut.Aulul.26. Id est,furaris mea. Idem Rud.20.

Fur à Varrone dicitur, qui fucus in apibus nominatur,lib.3.de Re Rust.cap.16.

Fur balnearius, Vide BALNEVM.

Manifestarius fur, Vide MANIFESTVS.

Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impune duodecim tabulæ voluerunt. Cic.pro Milone. Quintil.lib.5.cap.10.

Commutant fures signa earum rerum quas ceperunt. Cicero 5.de Finibus.

Fur priscorum verborum.Suet.de Claris grammat.

Fures pro militibus, Vide MANIPVLVS.

Fures etiam serui dicti sunt. Virg.3.ecloga,

Quid domini facient,audent quum talia fures? Seruius.

Furculus,huius furculi,pen.corr. *κλοπίδιον* ✠ secundum Priscianum diminutiuum à fur,

Furunculus,pen.corr.Item diminutiuum *κλοπάριον*. ✠ Cic.in Pisonem, Nam quòd vobis iste tantummodo improbus, crudelis olim furunculus, nunc verò etiam rapax. Accipitur etiam quandoque pro mustela syluestri,qua in cauernis cuniculi capiuntur. Alio nomine dicitur viuerra,*Græcè ἰκτὶς*.Sipontinus.

¶Furunculus *ἀδένων* ✠ Tuberculum (inquit Hermolaus) acutum cum inflatione ac dolore in carnosis maximè partibus Galeno. Prouenit ex humoribus crassis. Plin.lib.20.cap.13,Furunculos cocoquit cum fermento. Idem lib.26.cap.12.

Furunculus etiam in vitibus dicitur extuberantia quædam in modum verrucæ, quæ sit dum germen ex cicatrice procedit. Columel. lib.4.cap.22, Plerunque autem germen de cicatrice procedit, quòd siue longius profiluerit,in flagellum submittitur,siue breuius in pollicem,siue admodum exiguum in furunculum.is ex quolibet vel minimo capillamento fieri potest. Idem cap.14.

Furinus, penult.prod.Adiectiuum *κλοπῖνος*. ✠ Quod ad furem pertinet. Plautus Pseud.13, Nam non coquinum est, verùm furinum est forum.

Furtum,huius furti *κλοπούνιον, φῶρον, κλῖμμα, κλοπὴ, κλοπή*. ✠ Est (inquit Paulus Iureconf.D.de furt,l.1.) contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere. Cæsar 6. bel. Gall.Qui in furto aut latrocinio,&c.

Apertum furtum.Cic.pro Roscio Comœdo.

Balnearium furtum, Vide BALNEVM.

Impudentissimum furtum.Cic. Verr.3.

Iocosum furtum.Horat.1.Carm.ode 10.

Manifestum furtum, Vide MANIFESTVS.

Abactus furto, Vide ABACTVS.

Abest mihi res aliqua furto,pro Deest, subrepta est. Vlpian.D.De furtis.l.In actione furti, Signati argenti numerum debebit complecti: veluti aureos tot, pluresve, furto ei abesse. Paulus,D. De verborum signif.l. Labeo & Sabinus, Item si dominus rē quæ sibi furto aberat, ignorās emerit: rectè dicitur res abesse,etiam si postea id ita esse scierit:quia videtur res ei abesse,cui pretium abest.

Admittere furtum.Sabinus,D. De furtis.l.Si is cui commodata res erat, furtum admisit: agi cum eo & furti & commodati potest, & si furti actum est,commodati actio extinguitur. si commodati, actioni furti exceptio obicitur. Vlpian.D.Si familia furtum fecisse dicetur.l. 1,Vtilissimum id edictum Prætor proposuit, quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorum : videlicet, ne quum plures furtum admittant;ieuentānt domini patrimonium,si &c.

Agere furti. Sabinus, D. De furtis.l.Si is cui commodata res erat, Furti agere potest is, cuius interest rem non subripi. Idem lege proximè sequenti, Furtiuam ancillam bona fide duobus aureis emptam quum possiderem, subripuit mihi Attius, cum quo & ego & dominus furti agimus. Pomponius lege proximè sequenti, Furti cum eo agere non possum.

Alligare se furti, Vide ALLIGO.

Astringere se furti, Vide ASTRINGO.

Concipere furtum. Iustinianus lib.4.Institut.tit.1,Conceptum furtum dicitur, quum apud aliquem testibus præsentibus furtiua res quæsita & inuenta sit. nam in eum propria actio constituta est, quanuis fur non sit, quæ appellatur Concepti. Oblatum furtum dicitur, quum res furtiua ab aliquo tibi oblata sit,eáque apud te concepta sit: vtique si ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius quàm apud eum qui dedit, conciperetur. Nam tibi apud quem concepta sit, propria aduersus eum qui obtulit,quanuis fur non sit, cōstituta est actio,quæ appellatur oblati. Est etiam prohibiti furti actio aduersus eum qui furtum quærere testibus præsentibus volēem prohibuerit. Præterea pœna constituitur edicto Prætoris per actionem furti non exhibiti, aduersus eum qui furtiuam rem apud se quæsitam & inuentam non exhibuit. Sed hæ actiones,scilicet concepti,& oblati, & furti prohibiti,necnon furti non exhibiti, in desuetudinem abierunt. Gellius lib.11.cap.vlt. Ea quoque furta quæ per lancem liciúmque concepta essent, perinde ac si manifesta forent, vindicauerunt. Paulo pòst, Furti concepti, item oblati, triplici pœna est. Lex duodecim tabularum sic habet ad verbum: Furta quæ per lancem liciúmque concepta erūnt, sicut manifesta vindicato. Quam legem sic interpretatur Oldendorpius: Ingeniosa est hominum malitia ad peccandum. Quare & fures,vt propositam alienarum rerum contrectationem interdiu commodius expedirent, non aperta facie domum intrabāt:sed licio seu filo cinctis, lancem duobus foraminibus aptatam ante oculos habebant:vt matres;familiarum, aut virgines,aliāve ancillæ in domo forte-fortuna obuiæ terrerentur, fugerénque potius quàm quòd de cognoscēdo vel obseruādo fure essent solicitæ, acinterim illi res subriperēt. Tatius Alpin' per lancē & liciū furtum intelligit, quòd fures quasi sacrorū ministri licio cincti per domos alienas irrint:& quòd propter mulieres, ne illæ extimescerent, ipsos, vel ad viros, vel ad liberos suos publicè excipiēdos veniße (quod ob solum licium, cum lictoribus commune, suspicari potuissent) & vt munificentiores etiam ad promouendam rem diuinam forent, ideo sacras quoque lances in conspectum protulerint, atque ante oculos ipsarum tenuerint : iisdémque lancibus res à fœminis datas ad sacrificia exceperint, atque inde tandem furtum illud ita quæsitum fecerint:ac denique propter dolum in re sacra structum tantas pœnas dederint. Licium itaque ad ostentationem religiosi ministerij referendum est:lances verò ad oculos & visum fœminarum, tum eximendi timoris gratia de suis, tum inuitandæ ad pietatem ipsarum prodigentiæ. Hæc & plura in hanc rem Tatius.

Committere furtum. Modestinus,D. De furtis.l. Sempronia, Modestinus respōdit,si clàm subtraxit, furtum commissum. Iustinianus lib.4 Institut.tit.1,Si is qui rem vtendam accepit, in alium vsum eam trāsferat,quàm cuius gratia ei data est:furtum cōmittit. Paulo pòst, Placuit eos qui rebus commodatis aliter vterentur, quàm vtendas acceperint,ita furtum committere, si se intelligant id inuito domino facere. Sic ibidem frequenter.

Condemnare furti. Gellius lib.11.cap.vlt.in fine, Quocirca neid quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus furti fit condemnandus,qui seruo suo vti furtum faceret, imperauit.

Furti damnatus. Cic.pro L. Flacco, Pari felicitate vnà legatus venit Nicomedes,qui neque in Senatum vlla conditione peruenire potuit,& furti & pro socio damnatus est.

Deprendere furta alicuius. Ouid.3 Metam.

Furtum ætati facere. Plautus Bacch.2.Metaphoricās dixit. Cic. pro Cluentio.

Sui furtū facere. Aphricanus in l.Ancilla. D.De furtis. Ancilla furtiua quemadmodum sui furtum facere intelligitur, ita partū quoque contrectando furtum facit.

Furtum alicuius rei facere. Vlpian.D.De furtis.l. Siquis vxori, Si Titius alienam rem vendidit, & ab emptore nummos accepit, non videtur nummorum furtum fecisse. Celsus eodem tit.l. Inficiando, Insans apud furem adoleuit.tam adolescentis furtum fecit ille,quàm infantis. Papinianus eodem titulo, l. Si vendidero, Falsus procurator ita demum furtum pecuniæ fecit, si nomine quoque veri procuratoris quem creditor habuit assumpto, debitorem alienum circumuenerit.

Furtum facere alicui. Vlpian.D.De furtis.l.Si quis in seruitute furtum fecerit:Cæterùm si quum tibi furtum facerem, de domo tua abscondisti te, ne te occidam, etiam si vidisti, &c. Idem eodem tit.l.Si quis vxori : Sed si filius meus, qui habet castrense peculum, furtum mihi fecerit;an possim actione vsili aduersus eum agere videndum est. Paulo pòst,Non tantùm igitur faciet furtum filio,sed etiam furti tenebitur.

Furtum facere. Cic.pro Cluentio, Hoc ipso ferè tempore Strato ille medicus domi furtum fecit. Idem de Natura deorum,lib.3,Ope consilióque tuo furtum aio factum esse. Vlpianus D. De furtis.l.Siquis vxori,Seruus qui se liberum affirmauit, vt sibi pecunia crederetur,furtum non facit. nanque hic nihil amplius, quàm idoneum se debitorem affirmat. Lege eadem, sub finem, Si quis iurauerit se furtum non fecisse, deinde rem furtiuam contrectet, &c. Caius eodem tit.l. Si pignore, Ex quo satis apparet, furtum fieri, & si quis vsum alienæ rei in suum lucrum conuertat. Paulus quoque frequenter eod. tit.l.Si is qui rem pignori dedit.

Ligurire furta.Horat.2.Serm.sat.4.

Pauido furto subducere aliquid. Lucan.lib.2.

Obligari furti. Caius,D.De furtis.l.Si pignore,Eum qui quòd vtendum accepit, ipse alij commodauerit, furti obligari responsum est. Sabinus eodem tit.l.Si is qui pignori rem accepit, de vendendo pignore nihil conuenisset,vendidit:furti se obligat. Sic Vlpian.D.De verb.signific.l.174. & Paulus,l.3,D.Rerum amotarum.

Obstringi furti. Masurius Sabinus apud Gellium lib.11.cap.vlt. Qui alienum quid iacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur,siue scit cuius sit,siue nescit.

Participare furtum,pro Participem esse furti. Vlpian.Si familia furtum fecisse dicetur.l.1.

Vitium furti soluitur. Iulianus,D. De furtis.l.Interdum,Si res peculiaris subrepta in potestatem serui redierit : soluitur furti vitium, & incipit hoc casu in peculio esse,& ita à domino possideri.

Solutum esse furtis noxáque. Vlpian. D.Si familia furtum fecisse dicetur.l. Quoties. Idem,D.De verb.significat.l.174, Aliud est promittere furem non esse, aliud furto noxáque solutum. Qui enim dicit furem non esse,de hominis proposito loquitur:qui furto noxáque solutum,nemini esse furti obligatum promittit.

Subtrahere aliquid furto. Caius,D.De verborum signific.l.Mulieris,Desinere autem abesse res tunc videtur, quum sic redit in potestatem, ne amittere eius possessionem possimus ob hoc, quòd furto pridem subtracta est.

Teneri furti. Vlpianus, D.De furtis.l.Si quis vxori res mariti subtraherit opem consilúmve accommodauerit, furti tenebitur. sed & si furtum cum ea fecit, tenebitur furti, quum ipsa non teneatur. Ipsa quoque si opem furi tulit, furti non tenebitur, sed rerum amotarum.

Teneri furti alicui. Vlpian.D.De furtis.l. Si quis vxori, Idem dicendum est & in filiofamilias milite. nam ipse patri non tenebitur furti. Rursus lege eadem.§.Si maiora quis tibi pondera commodauit, quum emeres ad pondus : furti eum teneri venditori, Mela scripsit. Paulus,eodem titulo, l. Creditoris, Dominus qui rem subripuit, in qua vsusfructus alienus est,furti vsufructuario tenetur.

¶Furtum veteres dicebant quicquid clàm factum esset. Virgil.4. Georgicorum.

Vulcani,Martisque dolos,& dulcia furta. Seruius pro adulterio interpretatur.

Cessationis

Cessationis furtum. Cicero Tironi, lib.16.26, Tu etiam si quod scribas non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsiuisse videaris.

Latitantia furta. Claud.1.de raptu Proserp.

Modestum furtum,Ouid.2.de Arte amandi.

¶Furtum,pro Adulterio. Tibullus, -celari vult sua furta Venus.

Virg.6.Æneidos,

-suppostiáq; furto Pasiphae. Seruius. Ouid.2.Metamorphoseos,

Hoc certè furtum coniux mea nesciet,inquit.

Puer furto conceptus. Ouid.2.Fast.

Iucundum furtum.Ouid.2.Amor.eleg.8.

¶Furtum,Insidiæ. Virgil.11.Æneidos,

Furta paro belli conuexo in tramite syluæ. Idem lib.10,

-haud furto melior,sed fortibus armis. Sallust lib.1.Hist.Metu gentis ad furta peridoneæ. Seruius.

¶Furtū vnius diei. Liu.6.bell.Pun.Deinde vt clarior res erat quàm vt tegi ac dissimulari posset, eleuabant verbis : nec opinato aduentu, ac propè furto vnius diei vrbem vnam Hispaniæ intereceptam.

Furtim,Aduerbium *κλεπτῆ* ✠ id est clàm : cuius contrarium est palám. Cic.2.de Natura deorum, Itaque bestiæ furtim,vt dixi,fruuntur : domini palàm & liberé. Idem pro Lege agraria,Quid Alexandria,cuiquáque Ægyptus?vt occultè latet?vt recondita est? vt furtim tota Decemuiris traditur?

Facere aliquid furtim. Cicero pro Domo sua.

Latent furtim.Ouid.14.Metam.

Furax,furacis,pen.prod.om.gen. *κλεπτικὸς, κλεπτικὸς* ✠ Qui facilè furatur,& furtis faciendis animum applicuit. Cic.3.Offic.

Homo auarus & furax. Cic.2.de Orat.

Furax lepus. Martial.lib.1.45.

Furaces manus. Martial.lib.8.35. Et Cic.in Pisonem, Nam quum tu tumidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam crudelis sacibus lauream,&c.

Furax seruus. Cic.2.de Orat.

Furacitas,pen.corr.furacitatis *τὸ κλεπτικὸν*. ✠ Plin.lib.10.cap.29, Cui soli aui furacitas auri argentique præcipuè mira est.

Furaciter, penult.corr. Aduerbium *κλεπτικῶς*. ✠ Cicero in Vatinium, Quúmque omnium domos, apothecas, naues furacissimè scrutarēre,&c.

Furtificus, pen.corr.Adiectiuum *φωρητικὸς* ✠ Qui furtum facere solet. Plaut.Persa,Vbi illa altera est furtifica leænaē Idem Pseud.13,Vt prædationis vestras furtificas manus. Antiquum.

Furtiuus,pen.prod.Aliud adiectiuū *κλοπῶδες, κλοπτικὸς, κλοπιμαῖος* ✠ Quod furto est raptum. Plaut.Persa, 15. Idem Pœnul.14,

Et qui eas vendebat,dixit se furtiuas vendere.

Res furtiua. Quintil.lib.5.cap.3.

Furtiuum, Clandestinum. Gellius lib.17.cap.9, Res quasdam oculas nuntiare regi furtiuo scripto volebat. Sic Furtiuæ excursiones,Liu.4.bel.Punic.

Amor furtiuus.Virgil.4.Æneid.

Artes furtiuæ Cupidinis. Ouid.1.de Ponto,eleg.5.

Ioci furtiui. Ouid.3.de Arte.

Iter furtiuum in Italiam. Cic.in Pisonem.

Mentis furtiuæ confusa. Ouid.epist.16.

Munus furtiuum. Catul.ad Ortalum,epigr.60.

Venus furtiua.Ouid.1.de Arte.

Viæ furtiuæ.Ouid.2.de Arte.

Voluptas furtiua.Ouid.4.Metam.

Furtiuè,penult.prod.*κλοπικῶς*✠ Aduerbium,pro Furtim.Plaut.Pœn.16, -certiorem esse te volui,

Nequid furtiuè clàm accepisse censeas.

Furor,furaris *κλοπὴ, κλοπεύω, κλοπεύω, κλέπτω* ✠ furári, Clàm alienum auferre. Plin.lib.12.cap.14, Nemo furatur alteri. Cic.6.Verr. Tum primùm intellexi ad eam rem istos fratres Cybiratas fuisse, vt iste in furando manibus suis,oculis illorum vteretur.

Furari & clàm alicui eripere.Cic.2.Offic.

Rapere & furari. Cic.4.Verr.

Furari.Quintil.lib.3.cap.6,Qui pecuniam publicam ex templo furatus est.

Oculos furare labori.Virg.5.Æneid.

¶Furari,pro Furtim assequi,& furtim obrepere ad aliquid. Cicero pro Corn.Balbo,Non enim furatus esse ciuitatem, non genus suum mentitus.Budæus.

Furca,furcæ *ἀξίνιον*✠ à ferendo,dictum instrumentum quo stramenta feruntur.Horat.1.epist.10,

Naturam expellas furca licet,vsque recurret.

Bicornes furcæ. Virg.1.Georg.

¶Furca *ξύλον, ξύλον* ✠ dicitur omne id quo quid sustentatur in modum furcæ factum. Plinius lib.14.cap.2, Furcas subdere his necessarium. Idem libro 9.capite 8, Tunc piscatores circundant retia, furcisque subleuant.

¶Furca, Lignum erat, vt Plutarchus refert, plaustri quod temoni subiiciebant, quasi Græcè diceres *ὑποφόντιον* & *ἐνόχυγιον*, quam furcam malefici gerebant serui. In furca etiam,sed alia, suspendebantur, & alia ad supplicium trudebantur ignis. Prudentius,

Et iam retortis brachiis furca eminus,

Romanus actus ingerebatur rogo. Turnebus.

Sub furca. Liu.lib.1, Hunccine aiebat, quem modò decoratum, ouantémque victoria incedentem vidistis Quirites cum sub furca vinctum,inter verbera,& cruciatus videre potestis?

Figebantur furca grassatores. Callistratus in l. Capitalium.§.Famosos.D.De pœnis,Famosos latrones in his locis, vbi grassati sunt, furca figendos quàm pluribus placuit : vt & conspectu deterreantur alij ab isdem facinoribus, & solatio sit cognatis & adfinibus interemptorum eodem loco pœna reddita in quo latrones homicidia fecissent.

In furcas fixus. Plin.lib.29.cap.4.

Furcæ ferreæ,apud Catonem cap.10.

Furcula,Diminutiuum *ζυγάστρον*. ✠ Liu.8.bel.Maced.Momento enim ad inane suspenso furculis ab hostibus muro peruenerunt. In emendatioribus codicibus legitur futuris.

Furcilla *ζυγαστῆρον* ✠ Diminutiuum à furcula, Instrumentum quo frumenta cillentur,id est mouentur. Varro lib.1.de Re rust.cap.49,Herba quum crescere desiit, & æstu arescit, subsecari falcibus debet : & quoad pererescat, furcillis versari. Colum.lib.2.cap.10,Baculis,furcillisve contundant.

Furcilles,siue furcilla,quibus homines suspendebantur.Festus.

Furcifer,pen.cor.*ὑποφώτης* ✠ furciferi,dicebatur (inquit Donatus) seruus qui ob leue delictum cogebatur à domino,ignominiæ magis, quàm supplicij causā,circa vicinos,furcam in collo ferre,subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, simúlque monere cæteros nequid simile admitterent. Hactenus Donat. Vide (inquit Calepinus) Plutarch.in vita Coriolani,Furcifer huic nomen est, quòd maxima pœna apud antiquos seruo peccanti erat, vt is plaustri lignum, cui temo affigitur,spectante vicinia,ferens circumageret. Quod vbi factum erat, insidus à domesticis & vicinis existimatus, furcifer appellabatur. nam Latini, lignum illud, furcam appellant. Cic.in Vatinium testem. Idem pro Deiotaro,Quid inde furcifer? quo progrediturⁿ? Terent.And.3.5,

Oh,tibi ego vt credam furcifer?

Furens,Furenter, Vide FVROR,furoris.

Furfur, furfuris, pen.corr.m.gen. *πίτυρος* ✠ Purgamentum & fex farinæ. Plautus Capt.13, Tum pistores scrophipasci, qui alunt furfure sues.

Furfures in capite & tota facie dicuntur fuliginosa illa excrementa sicca & alba ac tenuia quæ super poris colliguntur. Plinius libro 20. capite 9, Furfures capitis & vlcera manantia illita ex oleo cocta.

Furfurosus, pen.prod.Adiectiuum *πιτυρώδης*. ✠ Plin.lib.12.cap.2 5, Colos in quacunque natione præferturrufus, & pinguiter lentus, deterior furfurosus. Hoc est, Qui veluti furfuribus permistus apparet.

Furiæ,Furialis,Furiosus,Furibundus,Furio, Furo, Vide FVROR,furoris.

FVRNALIA,sacra Furinæ quam deam dicebant.Festus.

Furnianus, pen.prod.Adiectiuum, vt Furniana vasa, à Furnio inuentore fortassis dicta. Plin.lib.33.cap.11.

Furnus, huius furni, m.gen. *κλίβανος, ἰπνὸς* ✠ Locus in quo panis decoquitur. A furuo,id est nigro colore,propter fuliginem, vel propter obscuritatem quam intus habet. Plin.Cortices quoque decussi ligni, clibanis & furnis præbent vsum. Plautus Casin.72

Vna ædepol opera in furnum calidum condito.

Mersus furno, Vide MERGO.

Furnaceus,Adiectiuum *ἰπνικὸς*. ✠ vt Furnaceus panis, qui in furno coquitur. Plinius libro 18. cap.9, Nam furnaceis panibus,binas adiiciunt libras.

Furnaria absolutè dicitur,sicut cœnacularia & fagaria.

Furnariam exercere, Dicitur qui ex furno, panisque coctura quæstum facit, vel qui furnos locat conductoribus. Suetonius de Vitellio, capite 2.

Furnarius, furnarij, Substantiuum, Qui furnariam exercet. Paulus in l.Fluminum.§.Præterea.D.De damn.infect.Præterea si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarij culpa damnum datum fuerit.&c.

Furo,furis, Vide FVROR,furoris.

Furor,furaris, Vide FVR.

Furor, furoris,m.g. *μανία, θυμὸς, ἀδουσιασμὸς* ✠ Insania, à feror verbo: quòd qui furore agitantur, huc atque illuc temerè ferantur. Cic.3. Tusculan.quæst.Itaque non est scriptum si insanus, sed si furiosus esse incipit. Insaniam enim censuerunt (id est inconstantiam sanitate vacantem) posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum, atque vsitatum. furorem autem esse rati sunt, mentis ad omnia cæcitatem. Idem de Aruspic. respon. A diis quidem immortalibus, quæ potest homini maior esse pœna, furore atque dementia?

Accensus furor, Vide ACCENDO.

Cæcus furore.Virg.2.Æneid.

Captus furore, Vide CAPIO.

Vultus furore toruus.Seneca OEdip.12.

Violenti signa furoris.Lucret.lib.2.

Furor bellorum.Lucan.lib.5.

Cæli furor æquinoctialis. Catul.ad seipsum,epigr.43.

¶Breuis furor.Horat.1.epist.2.

Cæcus furor.Horat.Epod.7.

Effrænatus,& præceps furor alicuius. Cic.1.de Arusp.resp.

Impius furor. Virg.1.Æneid.

Imporens furor. Seneca Agamem.8.

Incauti furore.Silius lib.3.

Incitatus furor, Vide INCITO.

Indomitus furor.Lucan.lib.3.

Inflammatus atque ignitus furor. Cic.pro Domo sua.

Insignis furor. Virg.3.Georg.

Mœstus furor. Virg.12.Æneid.

Periurus furor. Claud.4.Paneg.

Vecors furor. Catul.ad Aurelium,epigr.15.

¶Abisterefurore, Vide ABSISTO.

Animis furor additus. Virg.2.Æneid.

Augere furores. Lucan.lib.10.

Currenti cede furori. Ouid.1.de Remed.amor.

Consedit eius furor. Cic.4.Acad.

Bellandi furore corda extimulat.Silius lib.1.

Exundans furor. Stat.10. Thebaid.

Fractus furor.Silius lib.7.

Indomitos furores in corde gerens. Catul. Argon. 59.
Inflammari furoribus, Vide INFLAMMO.
Furore aliquem inuadere. Cic. famil. 16.
Gliscit furor. Lucret. lib. 4.
Minuere furorem. Horat. 1. Carm. ode 37.
Ponere furorem. Lucan. lib. 1.
Furor iràque mentem Præcipitant. Virg. 2. Æneid.
Redire ad furorem. Planc. Cic. famil. 10.
Præumido quatiebat corda furore. Claud. 1. in Ruff.
Sistere furorem. Stat. 5. Thebaid.
Armorum furor vbique sopitus. Patercul. lib. 2.
Versatur mihi ante oculos aspectus & furor Cethegi in vestra cæde bacchantis. Cic. 4 in Catil.
¶ Furor, Mens vi quadam diuina concitata, qualis est furor poetarum. Cic. 1. de Diuinat. Ibidem paulo antè, Inest igitur animis præsagitio extrinsecus iniecta, atque inclusa diuinitus. Ea si exarsit acrius, furor appellatur, quû à corpore animus abstractus, diuino instinctu concitatur.
Vaticinos concepit mente furores. Ouid. 2. Metam.

FVRIA, Furiæ {ἐριννύες, σκυτάλαι} vel Furiæ, Furiarû. Furiæ (inquit Seruius) Diræ in cælo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos: vnde & tres esse dicuntur, Acherontis & Noctis filiæ. Canes etiam vocantur, vt est apud Virg. 6. Æneidos,
-viséque Canes vlulare per vmbram
Aduentante dea. Lucan. -Stygiáque Canes in luce superna
Destituunt. Cic. 3. de Nat. deor. Sin hæc dea est, cur nõ Eumenides? quæ si deæ sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos, vt ego interpretor, lucus Furinæ, Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & vindices facinorum & sceleris.
Furiæ, Veteribus sceleſtæ mentis tormenta erant. Cic. pro Rosc. Amer. Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè sceleratéque commiserint, agitari & perterreri Furiarum tedis ardentibus. sua quenque fraus & suus terror maximè vexat: suum quenque scelus agitat, amentiáque afficit: suæ malæ cogitationes conscientiáque animi terrent. hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ: quæ dies noctésque parentum pœnas à consceleratissimis filiis repetant.
Furia ac pestis patriæ. Cic. pro Sextio.
Clodium furiam appellat Cicero ad Qu. frat. lib. 3 17, Primum est, de Clodij ad Cæsarem literis: in quo Cæsaris consilium probo, quòd tibi amantissimè petenti veniam nõ dedit, vti vllum ad illam furiam verbum rescriberet.
Tristes furiæ. Claud. 2. de raptu Proserp.
Malis furiis actus. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Amor furiis agitatus. Virg. 12. Æneid.
Furiis agitata doloris. Ouid. 6 Metam.
Accensus furiis, Vide ACCENDO.
Agitant & insectantur impios furiæ non ardentibus tedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, & fraudis cruciatu. Cicero 1. de Legibus.
Scelerum furiis agitatus. Virg. 3. Æneid.
Concepit furias. Virgil. 4. Æneid.
Consistere vsquam impios non patiuntur furiæ. Cicero pro Rosc. Amerino.
Verberibus furiarum exagitari. Sueton. in Nerone, cap. 34.
Incensa furiis. Virg. 4. Æneid.
In furias, ignémque ruunt. Virg. 3. Georg. Videtur figura esse ὑπὸ δύο, quasi dicat furiosum ignem. Intelligit enim amorem.
Tedis ardentibus furiarum terreri. Cic. in Pison.
Horrendas tollitur in furias. Stat. 5. Thebaid.

Furialis, & hoc furiale, pen. prod. {ἐριννυώδης} Quod furentibus & insanis proprium esse solet. Liuius 7. ab Vrbe, Inde terror maximus fuit, quòd sacerdotes eorum fascibus ardentibus, anguibúsque prælatis incessu furiali militem Romanum insueta turbauerunt specie.
Arma furiala. Ouid. 6. Metam.
Ausa furialia. Ouid. 11. Metam.
Cædes furialis. Ouid. 6. Metam.
Caput furiale. Horat. 3 Carm. ode 11.
Furiale carmen. Liuius 10. ab Vrbe, Et dira execratio ac furiale carmen detestandæ familiæ stirpíque compositum.
Ignes furiales. Id est, amores nefarij. Ouid. 2. Fast.
Furialis vestis. Cic. 2. Tusc. Ex Sophocle. Vestem intelligit, qua indutus Hercules versus est in furorem.
Virus furiale. Claud. 2. in Eutrop.
Vox furialis. Cic. pro Plancio.
Furiale minatur. Stat. 6. Thebaid.

Furialiter, pen. corr. Aduerbium {ἐριννώδως} Ouid. 3. Fastorum, Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

Furiosus, pen. prod. Adiectiuum {μανιώδης, μανικὸς, ξάνθης} A quo furor nunquam recedit, inquit Seruius, Cic. lib. 3. Tusc. Itaque non est scriptum, Si insanus, sed Si furiosus esse incipit. Idem pro Cluent. Mulier iam non morbo, sed scelere furiosa.
Vecors, furiosus, mente captus. Cic. in Pisonem.
Vesanus & furiosus homo. Cic. pro Domo sua.
Furiosa ædilitas. Cicero ad Qu. frat. libro 2. 6, Spero eum in officio fore: sed omnia sunt tardiora, propter furiosæ ædilitatis expectationem.
Amor furiosior. Ouid. 9. Metam.
Opum furiosa cupido. Ouid. 1. Fast.
Effrænata & furiosa cupiditas alicuius. Cic. 1. in Catil.
Impetus furiosus. Senec. Hippol. 2.
Libido furiosa. Ouid. 1. de Arte.
Peccatum furiosum. Horat. 1. Serm. sat. 3.
Vis furiosa Tribuni facilè superari frangíque potest. Cicero pro Domo sua.
Vultus furiosus & acer. Lucret. lib. 6.

Furiosissimæ conciones Publij. Cic. ad Att. lib. 4. 72.
¶ Furiosum Iurisconsulti appellant, qui mentis ad omnia lumine, id est sensu communi caret: quales non modò Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Orestem fabulæ memorant, verùm etiam Margitem, Melitidem, Choræbum, Morychum. Dementem verò, qui non vsquequaque, sed ex parte tantùm mentis errore ducitur, veluti is, de quo D. Pius loquitur in l. Is qui. D. de tut. & curat. dat.

Furiosè, pen. prod. Aduerbium {μανικῶς.} Cic. 13. Philipp. Partes furiosè dicuntur in foro, in curia.

Furo, furis {μαίνομαι, ἐνθουσιάζω, παραφρονῶ, παραπαίω, ἐξίσταμαι} fúrere, Ira agitari, Apul. Furit, ensem corripit, ferrur in eum præceps, nihil tale timentem aggreditur. Cic. 3. Tusc. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Orestem furere dicimus.
Furere, Insanire. Cic. lib. 1. Offic. Versutum & callidum factum Solonis, qui quo tutior vita eius esset, & plus aliquanto Reipub. prodesset, furere se simulauit. Idem in Pisonem, Quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines, non cognoscere leges, non Senatum, non ciuitatem?
Insanire & furere. Cic. 6. Verr.
Bacchari & furere. Cic. de Aruſp. resp.
Furit ad. Cicero ad Atticum, lib. 4. 85, Res furit ad interregnum, & est nonnullus odor Dictaturæ. Ex vetusto codice legendum, fluit.
De aliquo furere. Cic. Att. lib. 14. 317.
A Rasilio se contumaciter, vrbanéque vexatum furebat Clodius. Cic. Qu. frat. lib. 2. 5.
Apud sanos furere, & quasi apud sobrios bacchari videtur vinolentus. Cic. in Orat.
Furit æstus arenis. Virg. 1. Æneid.
Dolore furit. Ouid. 12. Metam.
Lymphata mente furebat. Catul. Argon. 59.
Furere aliquid, pro ob aliquid. Liu. 1. Decad. lib. 8, Et nunc id furere, id ægrè pati; quòd sine L. Papirio non inermes, non manci milites fuerint.
Audacia furens Catilina. Cic. 2. in Catil.
Ense furens. Valer. lib. 11. Argon.
Furens contumelia. Plin. lib. 7. cap. 12.
Inflammatus & furens libidinibus. Cic. 5. Tuscul.
Animi furens. Virg. 5. Æneid.
¶ Cedere furenti. Cic. Anteq. iret in exil.
Furentem & exultantem continere. Cic. de Aruſp. resp.
Ira furentem mollire. Ouid. 13. Metam.
¶ Bella furentia. Silius lib. 7.
Flammæ furentes. Virg. 4. Æneid.
Furentes & violenti impetus. Cic. de Aruſp. resp.
Populus furens. Lucan. lib. 2.
Rabie furenti stimulatus animus. Catull. de Berecynthia, 58.
Venti furentes. Virg. 10. Æneid.
Vndæ furentes. Lucan. lib. 3.

Furenter, Aduerbium {μανιωδῶς.} Cicero ad Atticum, lib. 6. 111, Dionysius mihi quidem in moribus est: pueri autem aiunt eum furenter irasci.

Furio, furias {ἐκμαίνω} furiáre, Cum furore concitare. Horat. lib. 1. Carm. ode 25,
-flagrans amor, & libido
Quæ solet matres furiare equorum. Hoc est, in libidinis furorem vrgere. Acron.

Furiatus, pen. prod. Adiectiuum {μανιόφρων} Furore concitatus. Virgil. 2. Æneidos,
Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus. Vbi Seruius, Furiatus, Qui ex causa furit.
Iuuentus furiata. Silius lib. 11.
Furiata mente ferebar. Virg. 2. Æneid.

Furibundus, Aliud adiectiuum {ἐξεστικὸς, παραφρονητικὸς} Qui vehementer furit. Cicer. pro Sext. At quum ille furibundus incitata illa sua vecordi mente venisset, &c. Idem 13. Philipp. Cæsaris enim incredibilis ac diuina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit.
Canis furibundus. Horat. 1. epist. 10. intelligit fidus.
Magistratui furibundo cedere. Cic. Anteq. iret in exil.
Mens alicuius furibunda. Cic. Anteq. iret in exil.
Vatum furibundæ prædictiones. Cic. 1. de Diuinat.
Taurus furibundus. Ouid. 13. Metam.
Furibunda ruit. Ouid. ad Liuiam.
Furina, Flamen est apud Varronem furinalis, diuæ, vt ait ille, Furinæ: sed quæ sit ista diua Furina, sollicitè anxiéque quærunt antiquarij, qua ignorata, nec eius quidem flamen cognoscetur. Turnebus diuam Furinam arbitratur Erinnym esse & Furiam, quod duorum locorum comparatione confirmare posse videtur. Sic enim in libro de Viris illustribus scribitur, de Graccho, Et Pomponio amico apud portam trigeminam, P. Lectorio in ponte publicio persequentibus non resistente, in lucum Furinæ peruenit. Idem istud sic Plutarchus scribit, ὁ δὲ φόβος μικρὸν ὑπὸ τὴν ἕλκυσε ἱερὸν τῶν φυγῶν. Ita Plutarchus Furinam interpretatur furias, cui assentiendum est. Hæc ex Turnebo.

Furtim, Furtiuus, Furtum, Furunculus. Vide FVR.

Furuus, furua, furuum {μέλας} Nigrum vel atrum dicitur, authore Festo.
Antra furua. Ouid. 5. Metam.

FVS

Fuscina, fuscinæ, penult. corr. {δίκαινον, τρίαινα} Telum tridens siue trifulcum piscatorium, quòd fundo natantia capiat. Cicero 1. de Natura deorum, Dant etiam deo arcum, sagittas, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. Sic Martialis lib. 1. 26,
Fuscina vrebantur retiarij in gladiatoriis ludis. Iuuenal. sat. 2,
Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.

Fuscinula, æ, Diminutiuum, Parua fuscina. Sipontin.

Fuscus, Adiectiuum {φοινὸς} Quod est subnigrum: cuiusmodi est color Indorum meridionalium & Æthiopum. Colum. lib. 6. cap. 1, Colore rubro vel fusco.
Amictus fuscus. Tibul. lib. 3. eleg. 4.
Fusca caligo. Martial. lib. 8. 45.
Fusca cella. Martial. lib. 5. 87.
Color fuscus. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.
Cornix fusca. Cic. 1. de Diuinat. Ex quodam poeta.
Equus fuscus. Ouid. 2. Fast.
Fuscum falernum. Martial. lib. 2. 40.
Fusca laterna. Martial. lib. 14. 67,
Cornea si non fum, nunquid sum fuscior?
Nubila fusca. Ouid. 5. Metam.
Pars inferior delphini fusca videtur. Cic. in Arato.
Fuscus pilus. Plin. lib. 8. cap. 21.
Violæ fuscæ. Claud. 2. de raptu Proserp.
Fusca vox. Cic. 2. de Nat. deor. Et vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: graue, acutum: flexibile, durum.

Fusco, fuscas {ἀμαυρόω} fuscáre, Fuscum facere.
Fuscantur corpora campo. Ouid. 1. de Arte.
Diem fuscare. Ouid. 1. Trist. eleg. 10.
Fuscat nube diem. Valer. lib. 1. Argon.
Lanugine fuscante malas. Lucan. lib. 10.
Fuscandi cura coloris. Ouid. 2. Trist.

Fuscator, pen. prod. Verbale {ἀμαυρωτής.} vt Cæli fuscator Eoi Corus. Lucan. lib. 4.

Fuse, Vide FVNDO.

FVSCIVS, Viri nomen, de quo Cicero 4. in Verr. C. Fusicius à C. Verre duci iussus.

FVSIDIVS, fœneratoris nomen apud Horat. 1. Serm. satyr. 2,
Fusidius, vappæ famam timet, ac nebulonis, &c.

Fusilis, Fusim, Fusio, Fusor, Fusorius, Vide FVNDO.

FVSIVS, pro Furius antiqui dixerunt, vt Valesius, pro Valerius. Author Festus.

FVSIVS Saluius, Viri proprium, qui ita viribus præstitit, vt duo centenaria pôdera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duo humeris contra scalas ferret. Refert Plin. lib. 7. cap. 20.

FVSIVS, Oratoris nomen, cuius meminit Cicero lib. 2. de Oratore, Fusius (inquit) neruos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit illenon ast. quitur: oris prauitatem, & verborum latitudinem imitatur, &c.

Fusterna, fusternæ, Pars abietis superior, durior, & nodosior. Nam inferior, minúsque nodosa, sapinus dicitur. Plin. lib. 16. cap. 39, Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est, háque quam diximus ratione fluuiata decorticatur, atque ita sapinus vocatur: Superior pars nodosa durióraque, fusterna. Non desunt qui malint legere Susterna. Vide Abies. & Rhodig. lib. 5. cap. 6.

Fustibalus, fustibali, pen. corr. Instrumentum est bellicum, longum pedes quatuor, cui per medium ligatur funda de corio, & vtraque manu impulsum, propè ad instar onagri dirigit saxa. Hinc Fustibalatores milites, qui fustibalis lapides iaciunt. Author Modestus, de Vocab. rei milit.

Fustis, huius fustis, masc. gen. {ῥόπαλον} Lignum teres. Plin. lib. 7. cap. 56, Præsium Afri cõtra Ægyptios primi fecere fustibus, quos vocant phalangas. Cic. pro Cecinna, Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris?
Longus fustis. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Non opus est verbis, sed fustibus. Cic. in Pisonem.
Formidine fustis agere aliquid. Horat. 2. epist. 1.
Agitare fustibus equos prohibet imperator, in l. prima. C. de cursu publico, lib. 12, Equos qui publico cursui deputati sunt, non lignis vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus.
Caput aperire fuste. Iuuenal. satyr. 9. Hoc est findere.
Coercere aliquem fuste. Horat. 1. Serm. satyr. 3.
Impingere fustem. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8, Quid si filius meus fustem mihi impingere volet?
Pugnare fustibus. Horat. 1. Serm. satyr. 3.
Malè mulctatos clauis & fustibus repellere. Cic. 7. Verr.
Fustibus cædi, pro fascibus bacillorum, cuiusmodi olim ciuitate libera Magistratibus præferebantur, Iurisconsulti dixerunt. Itaque liberorum hæc hominum pœna, posteriorum Imperatorum tempore fuit, quum serui flagellis cæderentur. Macer l. 10. D. de pœn. Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex iis seruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur. Quo ex loco apparet minus turpe fuisse fustibus, quàm flagellis cædi.

Fustuarium, Substantiuum, neut. gen. {ξυστρωμα.} Valla lib. 1. cap. 6, interpretatur fustigationem. Cic. 3 Philip. Nam si ille Consul, fustuarium meruerunt legiones quæ Consulem reliquerunt, &c. Liu. lib. 5. de mod. stia Veientum.

Fustura, Fustus, Vide FVNDO.

Fusus, masc. gen. {ἄτρακτος} Quo nent mulieres: à fundo, fundis dictum: quod dum trahitur voluendo, quasi liquefieri videtur. Plin. lib.

11. cap. 23, Lanificia mox in fila tenuantur iunceo fuso.
Fusis mollia pensa deuoluunt. Virgil. 4. Georg.
Versato ducentem stamina fuso. Ouid. 4. Metam.
Torquere fusos. Plin. lib. 28. cap. 2, Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino derectos ferant.
Teretem versabat pollice fusum. Ouid. 6. Metam.

FVT, Nomen fluuij in Mauritania, non longè ab Atlante monte, de quo Plin. lib. 5. cap. 1. in descriptione Mauritaniæ.

Futile {χωνάριον} Vas erat (vt inquit Donatus) quod non deponebant ministri sacrorũ, quod erat acuto fundo, & pátulo ore, eóque instabile erat. Vtebantur eo in sacrificiis deæ Vestæ, quia aqua ad sacra hausta in terra non ponebatur: quod si fiebat, piaculum erat. Vnde excogitatum vas fuit quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. Ex Donato & Seruio. Ab hoc

Futilis, & hoc futile {χωνάριος, εὐκαμπὴς} Id est vanus vel inutilis: vt ait Valla lib. 1, Vel à futio, futis, vnde effutio, effutis, vel à fuo, fútum. Festus, Futiles dicuntur qui sílere tacenda nequeunt, sed ea effundunt. Sic & Vasa futilia à fundendo vocata.
Ætas futilis, imbellésque anni. Sil. lib. 16.
Futilis alacritas. Cic. 4. Tusc. Nec sitienter quid expetens, ardeat desyderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat.
Vani & futiles aruspices. Cic. 1. de Diuinat. Irrideamus aruspices: vanos, futiles esse dicamus.
Futilis author. Virgil. 11. Æneidos,
Consiliis habitus non futilis author. Vbi Seruius, Non futilis, bonus in consiliis, non inanis.
Futilis causa, Vana & leuis. Plin. lib. 33. cap. 2.
Futilis homo, Qui est eiusmodi, vt tacenda continere non possit, sed continuò effutiat: qui commissa (inquit Seruius) non retinet. Terent. Adelph. 3. 3. Ille futilis, somnium. Cic. 3. de Finib. Quis non odit fordidos, varios, leues, futiles? Apuleius, Leuis homo & futilis, & rimarum plenus.
Lætitiæ futiles. Cic. 5. Tuscul.
Mürmur futile. Valer. 8. Argon.
Futiles commentitiáque sententiæ. Cic. 1. de Nat. deor.
Tempus futile, Vide TEMPVS.
Votum futile. Sil. lib. 10.

Futilitas, pen. corr. huius futilitatis {εὐκαμψοσύνη.} Cic. 2. de Nat. deor. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis, summáque leuitatis.

Futilè, Aduerbium {ἀγχόθεν} pro Futiliter. Ennius in Phœnice, vt citat Nonius,
Vt quod factum est futilè, amici nos feramus forsiter.

Futio, futis {ἐκχέω} Effundo, à quo componitur effutio, de quo paulo antè in dictione Futilis.

Futis, Vas aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur. Sipont.

Futo, futas {ἐκλέω} furáre, Redarguere interpretatur Festus. Antiquum est. vnde confutare, & refutare.

Futatim. pen. prod. Aduerbiũ {χαίδην} Id est profusim. Plaut. Trucul. 18,
Futatim nomen commemorauiter. Antiquum.

Futuo, futuis, futui, futúere, futúrum. Verbum obscœnum. Martial. lib. 6. epig 91. in Zoilum,
Sancta ducis summi prohibet censura, veráque
Mœchari. gaude Zoile, non futuis. Idem lib. 9. epig. 41,
Nempe semel futuit, generaret Horatius vt res. Et lib. 10. epig. 95. ad Gallam,
Infantem tibi vir, tibi Galla remisit adulter.
Hi puto non dubiè se futuisse negant. Libro quoque eodem, epig. 81, de Phyllide,
Quum duo venissent ad Phyllida manè fututum.

Futuor, Passiuum. Martial. lib. 9. epig. 5. in Æschilum,
Aureolis futui quum possit Galla duobus,
Et plus quàm futuis, si totidem addideris.

Fututus, pen. prod. Participium. Martial. lib. 3. epig. 45,
Narrat te rumor Chione nunquam esse fututam;
Atque nihil cunno purius esse tuo. Sic lib. 11. epig. 63. de Lesbia.

Fututor, pen. prod. Verbale. Martial. lib. 1. epig. 58. in Bassam tribadem,
At tu, prô facinus, Bassa fututor eras. Sic libro 11. epig. 88. in Cariodemum.

Fututio, fututionis, Aliud verbale. Catull. epig. 30. ad Ipsithillam,
Sed domi maneas, paréque nobis
Nouem continuas fututiones.

Fututrix. pen. prod. fœm. gen. Martial. lib. 1. epig. 62, de Maneio,
Arrigere linguam non potest fututricem. Lib. eodem, epigr. 23. in Pædiconem masturbantem, -inguina saltem
Parce fututrici sollicitare manu.

Futurus, Vide SVM, es, est.

Fuui, pro Fui apud Comicos antiquos sæpe reperias duplicato u productionis gratia. Plaut. Pœnulo,
Quo genere gnata, qui parentes fuuerint. Turnebus.

G

LITERAE inuentionem Carbilio adscribit Plutarchus Problematum Rom. 54. Probl. his verbis: Quid est quòd locum vbi carnes vendunt, macellum vocãt? An κατὰ τὸ μαγλεῦον corrupto vocabulo, vt alia permulta, sic & hoc vsus obtinuit? Apud Latinos κ cum γ quadam cognatione coniungitur. Nouissimè enim g Romani adhibuerunt, authore & inuentore Carbilio Spurio: & qui propter hæsitantiam linguæ, r proferre non possunt, ad l delapsi, balbutiendo proferunt. Quibus verbis innuit Plutarchus, Carbilium γ pro κ balbutientis linguæ vitio protulisse.

GABA {γάβα} Galilææ oppidum est, vt ait Iosephus lib. 5. Antiquitat. Iudaicarum.

GABAA, Syriæ vrbs. Vide interpretationem nominum Hebraicorum.

Gabalus, gabali, masc. gen. {σταυρὸς} Apud veteres crux siue patibulum dicebatur. Varro, Nos barbari, quòd innocentes in gabalum suffigimus homines: vos non barbari, quòd noxios absolutis. Nonius.

Gabata, gabatæ, pen. corr. Pluraliter gabatæ, gabatarum, Vasa concaua, ediuliis, pulmentarijsque aptissima. Martialis,

Transcurrunt gabatæ, volántque lances. Idem lib. II. 32. Gallicè, *Vne Iatte.*

GABII, Gabiorum {γάβιοι} Vrbs Volscorum fuit, septuaginta millibus passuum ab vrbe distans, à Galatio, & Bio Siculis fratribus condita. Gabiorum meminit & Virgilius lib. 6. Æneid.

Gabinensis, Adiectiuum {γαβίνος.} Plin. lib. 2. cap. 94, Quædam verò terræ ad ingressus tremunt, sicut in Gabinensi agro, non procul vrbe Roma, &c. Alij legunt Gabiensi.

Gabinus, pen. prod. Adiectiuum {γαβῖνος.} vt Gabina Iuno. Virgil. lib. 7. Æneid.

Gabinus cinctus, Vide Cinctus in CINGO.
Vrbs Gabina. Ouid. 2. Fast.
Robore freta Gabino. Claud. 3. Paneg.

GABINIVS {γαβίνιος} Romanus qui Ptolemæum in regnum reduxit, vt est apud Ciceronem lib. 1. Epistolarum.

G A D

GADARES {γάδαρες} Ciuitas Syriæ nõ lõgè ab Ascalone: à qua Theodorus rhetoricæ præceptor, qui Strabonis ætate floruit, Gadareus dictus est.

GADES, Gadium, fœm gen. {γάδειρα} Insula est Oceani, nunc vulgò dicta *Calixo*, vltra Beticam Hispaniam, circa columnas Herculis, longa XII. millia passuum, lata tria millia, vt ex Polybio Plinius in fine quarti tradit. Ibidem, duarum videtur meminisse exiguo interuallo distantium, quarum maior Erythræa vel Erythia dicta sit ob Tyrios, quorum origo ad Erythræum mare relata est: tum & Cotinussa, ab oleastri copia, qui à Græcis κότινος dicitur. A Gadibus, Gaditanus dictus. Hæc etiam Gadir est appellata, quòd Gadira lingua Punica sepem, vel septum significat. Hermolaus non Gadira, sed Gadiruta legit apud Plinium.

Iocosæ Gades. Martial. lib. 1. 57.
Occiduæ Gades. Claud. de bello Gildon.
Remotæ Gades. Horat. 2. Carm. ode 2.
Hominum finis Gades. Sil. lib. 1. Et lib. 17, Terrarum finis Gades.
Gaditanorum mœnia, delubra, agros, Hercules ipse inuerum, & laborum suorum terminos esse voluit. Cic. pro Corn. Balbo.
Tyriæ Gades. Lucan. lib. 7.

Gaditanus, pen. prod. Adiectiuum {γαδιτάνιος, γαδιτανικὸς, γαδιτανός.} vt Fœdus Gaditanum. Cic. pro Corn. Balbo.
Ciuitas Gaditana. Cic. pro Corn. Balbo, Ita Gaditana ciuitas, quod beneficiis suis erga Rempubl. nostram consequi potuit, quod imperatorum testimoniis, &c. id abest.
Fretum Gaditanum. *L'estroit, ou le Destroit de Gibraltar: El Stretto, ò el far de Gibaltar.* Sunt qui proferant *Gibraltar*. Antea Gibel lingua Arabica dicebatur, quæ dictio mõtem significat. Ex Oliuario in Melam.

GAEON {γαίων} à Iosepho dicitur esse Nilus. Rectius scripseris Gehon.

GAGATES, pen. prod. masc. gen. seu Gages {γαγάτης} Fluuius in Lycia, & nomen lapidis pretiosi in eo primùm reperti, quanuis etiam in Britannia abundet. Plin. lib. 36. cap. 19, Gagates lapis nomen habet loci & amnis Gagis Lyciæ. Gallicè, *Du Iayet.*

G A L

Galactites, pen. prod. masc. gen. Lapis pretiosus, de quo Plin. lib. 37. cap. 10.

Galactopota, huius galactopotæ, pen. corr. {γαλακτοπότης} Qui lac potat. Colum. lib. 7. cap. 2, Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat: ex quo Nomadum Getarúmque plurimi γαλακτοπότας dicuntur.

GALANTHIS {γαλανθὶς} vt est in fabulis, Alcmenæ ancilla fuit, in Galen, id est in mustelam à Iunone mutata. Vide Ouidium libro 9. Metamorph.

GALATA, Insulæ nomen non procul à Melita, vt scribit Pomponius Mela lib. 2. Geograph.

GALATEA, pen. prod. {γαλάτεια} fuit nympha, filia Nerei & Doridis, vt est apud Ouidium lib. 13. Metamorphoseos,

At mihi cui patrem Nereus, & Dædala Doris
Enixa est, &c.

GALATIA {γαλατία} Regio minoris Asiæ. Hæc ab Oriẽte Cappadociam & Halym fluuium, ab Occidente Bithyniam & Asiam, à Meridie Pamphyliam, à Septentrione Pontum Euxinum habet: quam olim Galli ex Europa venientes habitarunt, & Gallogræcia dicta est. Vide Plin. lib. 5. cap. 32.

GALBA, cognomen Sulpitiorum ab exilitate ei, qui primus tulit, impositum. Suetonius in Galba ambigit an crassum an macrum significet. Hoc cognomen tulit Seruius Sulpitius Galba imperator, qui occisus est ab Othone quum regnasset menses VII. vt author est Cassiodorus Tacit. lib. 17. Suetonius in eius vita: vbi etiam multorum aliorum qui hoc cognomen tulerunt mentionem facit.

Galbæ {γάλβαι} Animalia in esculis nascentia: miræ exilitatis. Vnde qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, ab exilitate ita vocitatus est. Vide Sueton. in Galba, cap. 3.

Galbanus, galbani, pen. corr. fœm. gen. {γαλβάνη} vel galbanum, galbani, neutri: succus est siue lacryma cuiusdam herbæ, similis ferulæ, quæ in ipso frutice æstate prorumpit. Plin. lib. 12. cap. 25, Dat & galbanum Syria, in eodem Amano mõte è ferula, quam eiusdem nominis resinæ modo stagnantim appellant, quod maximè laudant, cartilaginosum, purum, ad similitudinem ammoniaci, miniméque lignosum.
Galbanum cartilaginosum, Vide CARTILAGO.
¶ Galbanum, Genus vestimenti delicatorum, à colore albo ac subluc ido, quod nullos habet pilos. Iuuenal. satyr. 2,
Cærulea indutus scutulata, aut galbana raso.

Galbanatus, pen. prod. {γαλβανάτος} Nomen simile participio formauit Martialis, id est galbano indutus. accipitúrque pro homine molli & effœminato: lib. 3. 40,
Iacet occupato galbanatus in lecto.

Galbaneus, Adiectiuum {γαλβάνεος.} Virg. 3. Georgicorum,
Galbaneóque agitare graues nidore chelydros. Idem 4. Georgic.
Hic iam galbaneos suadebo incendere odores.

Galbinus, pen. prod. Color. Vegetius in Veterinaria florem eryngij ait esse galbinei coloris, quem herbarius eruditissimus mihi dixit, inquit Turnebus, esse coloris cærulei dilutioris & pallescentis. Color galbinus dedecere viros censebatur, vt mollior & effœminationi: hinc galbini mores. Martial. lib. 1. epig. 64. Galbinos habet mores.

Galbeum, Festo ornamenti genus est: sed & eidem galbeæ, armillæ sunt, quibus etiam triumphantes vtebãtur, atque adeò milites donabantur virtutis ergò. Cato, Coronas aureas rusca facie, galbeas lineas, pelles, redimicula. Galbeum Tranquillus remedia lana inuoluta interpretatur: vt autem suspicor, à colore nomen habuere galbeæ: nam galbus in Latinogræco lexico explicatur χλωρὸς, id est viridis, pallidus, flauus: hinc galbula auis, quæ huius coloris eratinde & galbanus color, & galbinus. Verba sunt Turnebi.

Galbulus, galbuli, penult. corr. masc. gen. {στεφάνη τῆς κεφαλῆς} Pila cupressi. Varro 1. de Re rust. cap. 40, Quædam enim ad genendum propterea vsqueadeo parua, vt sint obscura, vt cupressi. non enim galbuli, qui nascuntur, id est tanquam pilæ paruæ corticiæ id semen, sed in his intus primigenia femina dedit natura. Globulos vocat Turnebus, Theophrasti authoritate motus, qui στρεμίσκια appellat, & sic emendandum Varronem putat.

Galbula, galbulæ, pen. corr. {ἰκτερὸς} Auis. Martial. lib. 13. 68,
Galbula decipitur calamis & retibus ales:
Turget adhuc viridi quum rudis vua mero.

Gale {γαλῆ} Latinè mustela dicitur, teste Donato.

Galea, galeæ {κάρυς, κράνος, κυνῆ} Munimẽtum capitis est, è corio quondam fieri solitum, nũc è ferro fit. Plin. lib. 7. cap. 56, Galeam, gladium, hastam Lacedæmonij inuenere.
Nitor galeæ claro radiantis ab auro. Ouid. 13. Metam.
Ærea galea. Virgil. 5. Æneid.
Aurea galea. Virgil. 9. Æneid.
Galea comans, Vide COMA.
Galea cristata, Vide CRISTA.
Insignis galea. Virgil. 5. Æneid.
Teretes galeæ. Stat. 3. Thebaid.
Terribilem cristis galeam. Virgil. 8. Æneid.
¶ Exuere galeam. Ouid. epist. 13.
Imponere galeam alicui. Ouid. epist. 13.
Ir duere galeam. Cæsar 2. bel. Gall.
Comantem induitur galeam. Virgil. 2. Æneid.

Galeo, galeas {κρανέω} galeãre, Galeam induere. Hirtius 5. belli Asiani, Milites in campo iubet galeari, & ad pugnam parari.

Galeatus, pen. prod. {ἱππόκορυς} Galea indutus. vt Galeata Minerua. Cic. 1. de Nat. deor. Iuuenal. satyr. 1.
Galeatum exordium, per transtationem. Quid sit autem explicatur à Sulpitio Victore, cuius verba subscribam, Vulgare (de exordiis loquitur) si tale sit, quale esse possit in omnibus caussis, nihil proprium personarum aut rerum, de quibus agitur. Quod idem & galeatum à quibusdam vocatur, quoniam ita commune esse possit, vt in omnibus causis, quemadmodum galea seu galeatum, omnibus indigis possit esse commune. Sed & D. Hieronymus id satis explicat, quum ita scribit, Hic prologus scripturarum quasi galeatũ principium, omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest. Intelligit enim hoc principium tanquam omnium librorum communem esse galeam communéque procemium, vt galeatum præsidium omnium commune est, & galeati omnes tuentur. Ex Turnebo.

Galena, galenæ {μολύβδαινα.} Plin. lib. 34. cap. 16, Plumbi nigri origo duplex est. Aut enim sua prouenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mistísque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum: quod remansit in fornacibus, galena, quæ portio est tertia addita venæ. Hæc rursus conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus.

GALENVS,

GALENVS, penul. prod. {γαληνὸς} Pergamenus medicus è Pergamo ciuitate Asiæ, emicuit Traiani cæsoribus vsque ad Antonium Pium, scripsit volumina XV. Author Suidas. Scripsit præterea in opera Hippocratis dictionarium ex ordine literarum.

Galeola, galeolæ, penul. corr. Vas sinuosum à galeæ similitudine dictum, authore Nonio. Varro de Vita Populi Romani, lib. 1, Vbi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut sinu?

Galeotæ, pen. prod. {γαλεῶται} in Sicilia dicebantur portentorum interpretes, teste Cic. lib. 1. de Diuinat.

Galeria tribus, Vide TRIBVS.

Galerita, galeritæ, pen. prod. {λόφοκόρυς} Auis quæ nunc alauda dicitur, à crista quadam quæ galeri similitudine capite prominere videtur. Varro galericum appellat, quia plumam elatam in capite habet. Plin. lib. 10. cap. 49, Quæque de vna aue galerita priuatim commemorat.

Galerus, galeri, pen. prod. masc. gen. vel galerum, neut. gen. {πῖλος, κυνῆ} Pileus rotundus, quòd in modum galeæ esset factus, vt inquit Varro. Stat. 1. Thebaidos,
-& temperat æstra galero.
¶ Galerus, siue Galericulus, ex alienis capillis consutus, coma scilicet adulterina, quam nos *fausse perruque* vulgò dicimus. Hoc etiamnum mulieres nostræ sæpe vtuntur, vel vt mentiantur veros crines, canósque aut aliàs deformes capillos occultent, vel vt calui tium velent. Iuuenal. satyr. 6,
flauo crinem abscondente galero. Et Stat. lib. 4. Thebaidos,
-Arcadij morem tenet ille galeri.
Deducere sibi galerum, Vide DEDVCO.
Galerum à Pileo distinguit Suetonius in Nerone, capite 26, Post crepusculum (ait) statim arrepto pileo vel galero popinas inibat.
Galerus non tantùm Mercurij erat, sed etiam Pontificum. Apuleius, Quòd Imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerus, quod lituus auguribus, &c.

Galericulum, pen. prod. Diminutiuum {πιλίδιον} de quo Martial. epig. lib. 14. 55. Sueton. in Othone, cap. 12, Galericulo capiti, propter raritatem capillorum adaptato & annexo, vt nemo dignosceret.

GALESVS, pen. prod. {γαλησὸς} Fluuius est Calabriæ, qui iuxta ciuitatem labitur Tarẽtinam. Hæc Seruius enarrans illud Virgil. 4. Georgicorum,
Nanque sub OEbaliæ memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galesus,
Corycium vidisse senem, &c.
Dulce pellitis ouibus Galesi flumen. Horat. 2. Carm. ode 6.
Et lotam tepido togam Galeso. Martial. lib. 1.

Galeos, huius galeotis {γαλεὸς} Piscis qui à Latinis mustela dicitur. Plin. lib. 32. cap. 2, Quòd ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est vsquam venenatius quàm in mari pastinaca, vtpote quum radio eius arbores necari diximus. Hanc tamen persequitur galeos. Vide diligenter Massarium in librum 9. Plinij.

Galgulus, huius galguli, pen. corr. {ἰκτερὸς} Auis genus. Plinius lib. 33. cap. 11, Auis icterus vocatur à calore: quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & auem mori. hanc puto Latinè vocari galgulum.

Galla, huius gallæ {κηκὶς} Fructus quercuum. Plin. lib 20. cap. 20, Cerucis dolores cum galla & lini semine pari mensura sedat. Sic Columella lib 6. cap. 7.
Gallæ sapor. Virgil. 4 Georgicorum,
Proderit & tonsum gallæ admiscere saporem.
Gallam bibere, ac rugas conducere vẽtri quum ait Lucilius, præmonet parsimonia esse vtendum, neque gulæ indulgendum, ventrémque coarctandum. Festus.

GALLAICI, siue Gallæci {γαλλαϊκοί} Populi Hispaniæ sunt, Gallis finitimi. Martial. l. b. 1. 147,
Nec quæ Gallaico linuntur auro. Alij legunt Callaico.

GALLECIA, Citerioris Hispaniæ regio est, vt scribit Plin. lib. 4. cap. 20, in descriptione citerioris Hispaniæ.
Dues Gallecia. Sil. l. b. 3.

GALLIA {γαλατικὴ, καλτογαλατία, γαλλία} Europæ pars, à candore populi dicta. Cæsar 1. bel. Gal. Gallia est omnis diuisa in partes tres: quarum incolunt Belgæ: aliam Aquitani: tertiam qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona & Sequana diuidit. Et paulo pòst, Eorum vna pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit à flumine Rhodano, cõtinetúrque Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum. attingit etiam à Sequanis, & Heluetiis flumen Rhenum: vergit ad Septentriones. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: spectant ad Septentriones & Orientem solem. Aquitania à Garumna flumine, ad Pyrenæos montes: & eam partem Oceani, quæ ad Hispaniam pertinet, spectat inter Occasum solis & Septentriones.
Comata Gallia. Cic. 8. Philipp.
Facunda Gallia. Iuuenal. satyr. 15.
Nobilis Gallia. Lucan. lib. 3.
Togata Gallia, Vide TOGA.
Gallia togata non est, vt quidam credunt, ipsa plane cisalpina, sed cisalpinæ pars. togata enim incipit à Rubicone flumine, & Placentia terminatur: cisalpina verò initium quidem ipsa quoque capit ab eodem flumine, sed terminum habet alpes. erant autem in togata multa municipia, multæ coloniæ Romanæ, propterea dixit Cicero in epist. 1. ad Attic. Videtur in suffragiis multũ posse Gallia, ius enim ferendi Romæ suffragij habebant omnia municipia, eáque omnes coloniæ, quæ ideo Romanæ dicebantur, quia iura possiderent ciuium Romanorum. nam Latinæ suffragium non habebant, sed tantum ius Latij, vnde appellatæ. Ex P. Manutij commentario in epist. ad Attic.
Gallicana lingua. Vlp. in princip. l. fideicommissa. D. de leg. 3.

Transalpina Gallia. Cic. pro Murena.
Vlterior Gallia & citerior. Cic. de Prouinc. Consul.

Gallicus, pen. corr. Adiectiuum {γαλλικὸς, γαλατικὸς} Qui ex Gallia est.
Gallica terebra. Colum. de Arboribus, cap. 8.
Ager Gallicus. Cic. pro Sextio.
Copiæ Gallicæ. Cic. 1. de Diuinat.
Arua Gallica. Ouid. de Ponto, eleg. 1.

Gallicanus, pen. prod. aliud Adiectiuum {γαλατικός.} vt Gallicanæ res. Cic. pro Quintio. Varro 1. de Re rust. cap. 32, Cæteráque quæ alij leguminà, alij (vt Gallicani quidam) legaria appellant.
Carullus Gallicanus. Catull. de Acme, epig. 39.

Gallus, Adiectiuum {γαλάτης} Qui ex Gallia est.
Rebellis Gallus. Virgil. 6. Æneid.
Robore valent Galli, numero Hispani, Pœni calliditate, Græci artibus. Cic. de Arusp. resp.
¶ Gallũm, pro Gallorum. antiquum. Varro Eumenidib. Puditatem, an pudorem Gallũm cœpit mihi videri. Nonius.

Gallicæ, gallicarum, Genus calceamenti quo vtuntur Galli pluuioso tempore, inquit Bayfius. Cic. 2. Philip. Nam quòd quærebas quomodo redissem: primùm luce, non tenebris. deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna.

GALLOGRAECI {γαλατογραῖκοι} iidem sunt qui Galatæ, ad quos Pauli epistola extat. eorum regio Galatia, quam Gallorum aliquot populos insedisse, Plin. lib. 5. cap. 32. testatur: & Ptolemæus lib. 5. tabula Asiæ prima. Strabo quoque lib. 4. Liuius pluribus, 4. Decad. lib. 8.

GALLONIVS {γαλλώνιος} Vir sumptuosus, de quo Cicero pro Quintio. Idem 2. de Finib. Sed qui ad voluptatem omnia referens, viuit vt Gallonius, loquitur vt frugi ille Piso.

GALLVS {γάλλος} Fluuius Phrygiæ, cuius aqua potantes facit furere. Ouid. 4. Fastorum,
Amnis it insana nomine Gallus aqua. Hinc dicebantur Galli sacerdotes Cybeles deæ Phrygiæ qui se castrabant, & inter sacrificandum furiosè se gerebant. Lucan. lib. 1, -crinémque rotantes
Sanguineum populis vlularunt tristia Galli.
Cybele Galla. Carul. de Berecynthia, epig. 58.

Gallus, huius galli {ἀλεκτρυών, ἀλέκτωρ} Nota auis.
Gallus gallinaceus, Idem. Cic. 1. de Diuinat. Gallos gallinaceos in eo loco sic assiduè canere cœpisse.
Canorum animal gallus gallinaceus. Cic. 2. de Diuinat.
Gallus gallinaceus lacertosus, Vide LACERTVS.
Tantant ante lucem galli. Cic. 2. de Diuinat.
Victi galli silere solent, canere victores. Cic. 2. de Diuinat.
Sub galli cantum. Horat. 1. Serm. satyr. 1.
Fauent faucibus silentio noctis galli, rursus cantu plausúque premunt alas. Cic. 2. de Diuinat.

Gallina, huius gallinæ, pen. prod. {ἀλεκτρίς, ὄρνις.} Terent. Phorm. 4. 4,
Anguis per impluuium decidit de tegulis,
Gallina concrepuit. Cic. 4. Acad. Gallinas alere. Et Martial. lib. 15. 62,
Gallina altilis.
Abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle villa lotuples. Cic. de Senect.
Gallinæ filius albæ. Iuuenal. satyr. 13. Vide ALBVS.
Dura gallina, Id est non tenera. Horat. 2. Serm. satyr. 4.
Numidica gallina, Vide NVMIDIA.
Peperit ouum gallina. Cic. 4. Acad.
Supponere oua gallinis. Cic. 2. de Nat. deor.
Ad gallinas, Vide AD.

Gallinula, pen. corr. Diminutiuum. Arnob. lib. 7. aduersus gentes.

Gallinaceus, Adiectiuum {ἀλεκτρυονικὸς} Quod ex gallinis est: vt Pullus gallinaceus, & oua gallinacea. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 9. Cic. 2. de Diuinat. Gallinaceum fel.
Gallinaceus, sine adiuncto, Idem quod gallus. Plin. lib. 37. cap. 105, Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas crystallina specie. Sic lib. 8. cap. 16, Gallinaceorum cristæ.

Gallinarius, Adiectiuum. vt Scala gallinaria. Celsus lib. 8. cap. 15, Sic brachium deligatum super scalæ gallinariæ gradum trahitur, ita altè vt homo ipse consistere non possit.

Gallinarius, Substantiuum, Qui curat gallinas. Plin. lib. 10. cap. 55, Traditur quædam ars gallinarij cuiusdam dicentis quod ex quaque esset. Cic. 4 Acad.

Gallinarium, gallinarij {ὄρνιθων} Locus in quo gallinæ nutriuntur. Columella lib. 9, Gallinaria constitui debent parte villæ quæ hyberna, um spectat Orientem.

Gallicinium, gallicinij {ἀλεκτροφωνία} Pars noctis appellata est, in qua galli cãtant. Apuleius lib. 2. de Asino, Noctis gallicinio venit quidam iuuenis proxima ciuitate.

Gallo, gallas {γαλάω} gallãre, Insanire. Varro Eudemonibus, Deam gallantes vario retinebant studio. eodem náque vetustas hîc est gallantibus. Nonius.

Gallulo, gallulas, gallulare, Pubescere. obsoletum. Næuius Exod. Puerum mulieri præstare nemo scit quãto melior sit, cuius vox gallulascit, cuius iam ramus roborascit. Ex Nonio.

G A M

Gammarus, gammari, pen. corr. masc. gen. {γράμμαρος} Aquaticum animal simile cancro: vel (vt quidam putant) ipse cancer: cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur, coctus fit rubens. Martial. lib. 2. 43,
Concolor in nostra gammare lance rubes. Veneri adhuc hodie nomen retinent. Plinius autem lib. 9. cap. 31, leonem appellat. Quod nomen Massilienses etiam habent. Vide CAMMARVS.
Dimidio constrictus gammarus ouo. Iuuenal. Satyr. 5.

Gammoides, Ferrum quo vtuntur chirurgi ad extrahendum pus.

Gamos, Latinè Nuptiæ. Inde Agamus, Monogamus, Bigamus.

GAMPHASANTES {γαμφάσαντες} Æthiopiæ populi. Plin. lib. 5. cap. 8, Gamphasantes (inquit) nudi, præliorúmque expertes, nulli externo congregantur.

GANDARI, Populi sunt inferioris Asiæ Pomponio, quos Plinius trãs Margianam in ortum ponit. ¶Sunt & Gandaræ populi, quos Ptolemæus lib 7. in India ad ipsum Indum fitos esse ait.

Ganea, ganeæ, vel hoc ganeum, ganei. Donatus, Veteres ganeum, meretricum tabernam dixerunt: ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἴσως τῆς γῆς, quòd ipsa sit in terra, non vt cœnacula, superius. Terent. Adelph. 3. 3, Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum. Columel. in Prologo. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus. Plin. in Paneg. Rursus te ad clandestinam ganeam occultúmque luxum refers. Festus, Ganeum antiqui locum abditum, ac velut sub terra dixerunt. Nonius, Ganea sunt loca vinolentiæ ac libidini apta. Liu. 6. bel. Pun. Et eum in ganea, lustrísque, vbi iuuentam egerit, senectutem acturum.

Ganearum nidor. Cic. in Pisonem, Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo.

Ganeo, ganeonis {γαστὴρ}. Nonius, Ganeones à ganeis dicti, vt popinones. Cic. in Catil. Quis ganeo, quis nepos, quis adulter, &c. Terent. Heaut. 5. 4,

Si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnosus.

Cincinnatus ganeo. Cic. Post red. in Senatu.

Occultus ganeo. Iuuenal. satyr. 11.

Egentissimus ganeo. Cic. pro Sextio.

Gangabæ. Curtius lib. 3. non procul à fine, Gangabas Persæ vocant, humeris onera portantes.

GANGARIDAE, pen. corr. {γαγγαρίδαι} (inquit Curtius) populi sunt inter Assyrios & Indos iuxta Gangem. Virgil. 3. Georgicorum, In foribus pugnam ex auro, solidóque elephanto

Gangaridum faciam, victorísque arma Quirini. Cæterùm illi populi Indiæ à Ptolemæo Gangaridæ, ab aliis Gandaridæ vocantur. Eorum etiam regio à Strabone Gandaritis appellatur. Valerius autem Flaccus Gangaridas populos Scythiæ commemorat hoc versu, Misit in arma Darabs, acies quem Martia curru

Gangaridum, &c.

GANGES {γάγγης} Indiæ fluuius maximus, qui vniuersam circuit Indiam, secum arenas aureas trahens, è paradiso exiens. Alij incertis fontibus vt Nilum, rigantémque vicina eodem modo ferunt. Alij in Scythicis nasci, ipsámque Indiam secare dixerunt. Dictus est Ganges, à Gange Æthiopum rege, vt ait Suidas. Ouid. lib. 4. Metam.

Lato spatiantem flumine Gangem. Ouid. 5. Trist.

Pulcher Ganges. Virgil. 2. Georg.

Tepidus Ganges. Ouid. in Ibin.

Gangeticus, pen. corr. Adiectiuum {γαγγητικός}. Colum. lib. 8. cap. 8, Iam nunc Gangeticas & Ægyptias aues eructant.

Nemus Gangeticum. Seneca Medea, 11.

Gangilion, siue Ganglion {γαγγλίον} Ganis morbi in capite, quum humor quidam includitur: de quo Colum. libro 7. Est & ganglion Paulo, nerui alicuius vel ex ictu, vel ex lassitudine contorto. multis quidem omnino corporis partibus, sed præcipuè mobilibus, vt in extremitate manuum ac pedibus. Ex Hermolao in Castigat. Vide Celsum lib. 7. cap. 6.

Gangræna, gangrænæ {γάγγραινα} Caro emortua ex vlcere vel inflammatione ac rubore. subalbescit autem primò: demum atra fit, sensu amisso in prominentibus membris, id est inter vngues & alas, & inguina, & in genibus ferè, atque his quorum corpus mali habitus est. Hæc Hermolaus. Lucil. lib. 1,

Serpere vti gangræna malo, ad quem herpestica posset. Vide Celsum lib. 5. de vlceribus quæ extrinsecus per vulnera mciduntur.

Gannio, gannis, ganniui & gannij, gannitum {κυνίζομαι} gannîre, Propriè vulpes dicuntur, authore Donato.

Gannire, vsurpatur pro eo quod est obstrepere, & veluti vapulantis vocem emittere. Terent. Adelph. 4. 2,

Quid ille gannit? quid vult? Perssatyr. 5,

Stat contra ratio, & secretam gannit in aurem.

Gannitus, huius gannitus, penult. prod. {κυνίζημα} Vox vulpis propriè dicitur.

Gannitus tristis Nereidum. Plin. lib. 9. cap. 5. Gannitus, est propriè veluti ploratus vapulantium. Donatus.

Gannitus lacessere. Martial. lib. 5. 61.

GANYCTOR, Nomen est viri proprium Tortelio.

GANYMEDES, pen. prod. {γανυμήδης} Trois filius formosissimus, quem quum Iupiter deperiret, iussit in cælum ab aquila portari, & sibi à calículis siue poculis esse, Hebe nympha deiecta. in cælum translatus, Aquarius dicitur.

Rapti Ganymedis honores. Virgil. 1. Æneid.

Flauus Ganymedes. Horat. 4. Carm. ode 4.

Phrygius Ganymedes. Ouid. 10. Metam.

Ganza, ganzæ, Anser. Plin. lib. 10. cap. 23.

G A R

GARAMANTES {γαραμάντες} Populi Libyæ Psilis finitimi, à Garamante Apollinis filio cognominati, qui ibi Garamantam oppidum ex suo nomine condidit.

Inops Garamas. Seneca Hippol. 2.

Extremi Garamantes. Virgil. 8. Æneid.

Nudi Garamantes. Lucan. lib. 4.

Garamantis, Garamantidos {γαραμαντίς} Patronymicum fœmininum. Virgil. 4. Æneidos, -rapta Garamantide nympha.

Garamanticus, Adiectiuum {γαραμαντικός} vt Garamantica signa. Sil. libro 1.

GARGANVS, penult. prod. {γάργανον} Celebris mons Apuliæ, subtus quem habitantes, propriè Apuli dicuntur. De quo Silius,

In nemore aut agitet Gargano terga ferarum. Hodie *mons* dicitur *S. Angeli*. Vulgò *Santangelo*.

Gargaridiare, Verbum antiquum est, teste Nonio. Varro Epist. ad Fufium, Quintiporis clodicant fóriæ ac poemata eius, gargaridians dices, ô fortuna, ô fors fortuna.

GARGARVS, pen. cor. masc. gen. {γάργαρος} In plurali Gargara, Gargarorum, neut. gen. Cacumen montis Idæ, dictum (inquit Seruius) quasi κέφαλος κρατὸς: id est caput capitis, altitudinis altitudo. κέφαλος enim est à κεφαλή.

Ipsa suas mirantur Gargara messes. Virgil. 1. Georg.

¶Gargarus, Oppidum positum in imis radicibus montis Idæ: tãta frumenti copia abundans, vt qui magnum cuiusque rei numerum vellet exprimere, pro multitudine immensa nominaret. Vnde & Ouidius 1. de Arte amandi,

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos. Vide diligenter Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 20.

¶Gargarus, lacus est Phrygiæ, iuxta Idam montem, ex quo lacu Scamander & Simois fluuij decurrunt.

Gargarizo, gargarizas {γαργαρίζω} gargarizâre, Sæpe ad gurgulionem, id est guttur, reuocare. Plin. lib. 20. cap. 17, Voci succus sub certamine vtilis: & qui gargarizatur vua tumente, adiecta menta. Cels. lib. 4. cap. 2, In veteris capitis dolore communia sunt, sternutamenta excitare, inferiora vehementer perfricare, gargarizare his quæ saliuam mouent. Plin. lib. 20. cap. 6.

Gargarizatio, Verbale {γαργαρισμός}. Plin. lib. 30. cap. 4, Tonsillas & fauces lactis ouilli gargarizatio aduuat. Sic lib. 22. cap. 25.

Gargarizatus, huius gargarizatus, penult. prod. {γαργάρισμα} Idem quod gargarizatio. Plin. lib. 21. cap. 19.

GARGITTIVS, canis cuiusdã generosi nomen qui Geryonis boues custodiebat, & leonibus insultabat: quem tunc Hercules interfecit quum illius armẽta abduxit: fuítque Cerberi Epirotici frater, vt scribit Iulius Pollux lib. 5. de Vocabulis rerum.

Garrio, garris, garriui, garritum, pen. prod. {λωποδύω, φλυαρέω, σαφηνίζω} garrire, Est, inquit Donatus, tanquam auis inaniter loqui. Terent. Heaut. 3. 2. Cic. 2. de Orat. Nam & seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt.

Garrire nugas. Plaut. Curcul. 14.

Garrire alicui in aurem. Martial. lib. 1. 85,

Garris in aurem semper omnibus Cinna.

Garriunt ranæ. Martial. lib. 3. 51,

Meliúsque ranæ garriant Rauennates.

Impunitas garrienti. Cic. 1. de Nat. deor.

Garrulitas, pen. corr. {ἀδολεσχία.} Martial. lib. 5. 53,

Crede mihi quanuis ingentia Posthume dones,

Authoris pereant garrulitate tui.

Extemporalis garrulitas. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Rauca garrulitas picarum. Ouid. 5. Metam.

Garrulus, pen. corr. Adiectiuum {ἀδόλεσχος, κώπλος} Qui abundat vanis & inanibus verbis. Terent. Adelph. 4. 4,

-sed me reprehendi tamen,

Nequid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palám.

Garrulæ aues, dicuntur (interprete Nonio) canoræ & hilares. Virgil. lib. 4. Georgicorum,

Garrula quam tignis nidum suspendit hirundo.

Garrulus cantus. Plin. lib. 10. cap. 29, Luscinijs diebus ac noctibus continuis quindecim, garrulus sine intermissu cantus.

Garrulam infantiæ disciplinam contemnere. Author ad Herenn. libro 2.

Fama garrula. Seneca Herc. fur. 4.

Fistula garrula. Tibul. lib. 2. eleg. 5.

Hirundo garrula. Virgil. 4. Georg.

Lingua garrula. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.

Lyra garrula. Tibul. lib. 3. eleg. 4.

Garrula noctua. Plin. lib. 18. cap. 35.

Riuus garrulus. Ouid. 2. Fast.

Garrula fistra. Martial. lib. 14. 59,

Hæc quatiat tenera garrula fistra manu.

¶Garrulus, inquit Nonius, dicitur cordatus. Varro Periplus lib. 1, In hac ciuitate tum regnabat Dionysius homo garrulus & acer.

Garritido, garritidas {ἀδολεσχία} garritidare, Idem quod garrire. Varro, Quidnam garritidatis, dicentes, O fortuna! Sunt qui scribant garridito.

Garum, huius gari {γάρον} Liquamen piscium saxatilium & minutiorum, quam *salamuriam* vulgò vocamus. Martial. lib. 13. 82,

Nobile nunc fictio luxuriosa garum. Ibidem, 102,

Accipe fæcosum munera cara garum. Columella lib. 6. cap. 9. Et Plin. lib. 9. cap. 17, M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus, in sociorum garo (nam ea quoque res cognomen inuenit) necari eos præcellens putauit, atque è iecore eorum alecem excogitare prouocauit. Seneca epist. 96, Quid illud sociorum garum, pretiosam malorum piscium saniem, non credis vrere falsa tabe præcordia? Horat. 2. Serm. satyr. 8. Garum sociorum ob id putat Cornarius appellatum, quòd ganeones & gulæ dediti lurcones, sociatim eo vterentur, ipsúmque in maximis deliciis haberent.

Garum apud Dioscoridem lib. 2. est generatim omnis piscium & carniũ muria, qua hæc diutius asseruari solent. Sic enim ait, Garum omne, quod ex piscibus carnibúsque sale maceratis liquamen est, si ex eo fotus fiat, depascentia vlcera sistit.

GARVMNA, Garumnæ, masc. gen. {γαρωνία} Galliæ fluuius ex Pyrenæo monte delapsus, qui Celtas ab Aquitania separat. Vide Melam lib. 3. cap. 2. Nunc dicitur *La Garonne*. Nomen amittit ante Burdegalam, eo loco vbi confluunt ipse & Gerunda, & dicitur Gerunda prope promontorium Santonum, nunc *Blayam*. In illum decidit *La Dordonne*. Oliuarius in Melam.

G A V

Gaudium, gaudij {χάρις, χάρμα, χαρμονὴ, χαρὰ σωτήριος} Est affectio animi alicuius præsentis boni opinione concepta. Cic. lib. 4. Tusc. Nam quum ratione animus mouetur placidè atque constanter: tum illud gaudium dicitur.

Communia gaudia. Lucret. lib. 4.

Crudelia

Crudelia gaudia. Ouid. 6. Metam.

Grande gaudium. Tacit. lib. 17.

Inane gaudium. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Inæstimabile gaudium, Vide INAESTIMABILIS.

Ingens gaudium, Vide INGENS.

Lacrymosa gaudia. Claud. de bello Get.

Mala mentis gaudia. Virgil. 6. Æneid.

Mutua gaudia. Lucret. lib. 4.

Sordida nunquam gaudia. Stat. 3. Sylu. 5.

Vana gaudia. Horat. 2. epist. 1.

¶Accipere gaudium, Vide ACCIPIO.

Adire gaudium, Vide ADEO.

Admisit gaudia duro vultu. Lucan. lib. 2.

Aduocari gaudiis. Hoc est ad gaudia. Horat. 4. Carm. ode 11.

Inopina gaudia afferre alicui. Stat. 1. Sylu. 2.

Afficere aliquem gaudio. Cic. 5. de Finib.

Agitare gaudia, Vide AGITO.

Afferere gaudia, Vide ASSERO.

Capere gaudia. Ouid. 7. Metam.

Gaudia cœpi, Id est gaudiũs sum, Vide CAPIO.

Colligere gaudia, Vide COLLIGO.

Compleri gaudio. Cic. 5. de Finib.

Gaudia in diuersum conuertere, Vide CONVERTO.

Cumulare gaudium, Vide CVMVLO.

Cumulari gaudio, Vide CVMVLO.

Declarant gaudia vultu. Catul. Argon.

Pacta gaudia dare. Ouid. 3. de Arte amandi.

Empta gaudia. Stat. 9. Thebaid.

Gaudium contaminare. Terent. in Eunuch.

Gaudio desipere. Cic. Famil. 2.

Gaudium duplicare. Cic. Famil. 16.

Gaudio efferri. Cic. Famil. 10.

Gaudio exilire. Cic. Famil. 16.

Exultare gaudiis. Cic. 1. in Catil. Hic tu qua lætitia perfruêre, quibus gaudiis exultabis, quanta in voluptate bacchabere, cum, &c.

Quod putaui fore gaudium, id extitit exitium. Cic. Antequam iret in exilium.

Fungi gaudio. Tacit. lib. 18. Vide FVNGOR.

Indulgere gaudio, Vide INDVLGEO.

Inter gaudium mori, Vide INTER.

Mutare gaudium mœrore, Vide MVTO.

Oblectare gaudio, Vide OBLECTO.

Gaudium percipere. Plin. lib. 2. epist. 10.

Pertentant gaudia pectus. Virgil. 1. Æneid.

Blanda gaudia pertentant mentem. Virg. 5. Æneid.

Gaudeo, gaudes, gauisus sum {χάιρω, γάνυμαι, ἀγάλλω} gaudêre, Est secum & apud se lætari. Terent. Heaut. 5. 1. Cic. 4. Tusc. Atque vt confidere decet, timere non decet: sic quidem gaudere decet, lætari non decet.

Gaudere, & bene rem gerere, salutationis loco posuit Horatius 1. epist. 8, more Græcorum, χαῖρε καὶ πράττε, καὶ διατέλει πράττων.

Triumphare & gaudere. Cic. Att. lib. 9. 189, Meum factum probari abs te, triumpho & gaudeo.

Tuo isto tam excellenti bono gaude, & fruere, cum fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus tuis. Cic. pro Marcel.

Id tu nos obtinuisse non modò facilè patiare, sed etiam gaudeas. Cic. Plancio in epist. ad Attic. lib. 16. 342.

Gaudeo id. Terent. And. 2. 2,

Quum illò aduenio, solitudo ante ostium: iam id gaudeo.

Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis. Horat. 2. epist. 2.

Gaudeo ventum, pro Veniſſe. Plaut. Cistel. 2.

Gaudeo esse natum. Cic. de Amicitia, Quem tamen esse natum & nos gaudemus, & hæc ciuitas, dum erit, lætabitur.

Acri gaudet equo. Virgil. 4. Æneid.

Gaudet myrrha rastris. Plin. lib. 12. cap. 15.

Gaudere gaudia. Terent. And. 5. 5. Cæl. Cic. lib. 8. 2, In theatrum Curionis Hortensius introiit, puto vt suum gaudium gauderemus. Id est, vt sibi gratularemur.

Gaudere gaudio. Plaut. Persa, 22,

Bene ei qui inuidet mihi, & ei qui hoc gaudio gaudet.

Gaudere animo. Plaut. Stich. 4. Martial. lib. 4. 45,

-animo gaudens, ac fœnore liber.

Gaudebis facto. Terent. Phorm. 3. 2,

Crede mihi, gaudebis facto: verũ hercle hoc est. Sic Gaudere ruinis inimicorum. Liu. 9. bel. Maced.

Laudibus gaudere. Virgil. 3. Georg.

Numero Deus impare gaudet. Virgil. 8. eclog.

Gaudere in molestia. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.

Gaudere in se. Catul. ad Varum, epigr. 19.

In aliquo genere scientiæ gaudere. Cic. 3. Offic.

Gaudere in sinu, modus loquendi apud veteres, significat Tacitam apud se voluptatem sentire, neque vulgò proferre gaudij notas. Cic. 3. Tusc. Vt in sinu gaudeant, glorioſe loqui desinant. Propert. lib. 2. eleg. 26,

In tacito cohibe gaudia clausa sinu.

Mecum tacitus gaudeo, Vide MECVM.

Rebus nouis gaudere. Lucret. lib. 5.

Sanguine gaudere. Ouid. 1. Metam.

Sibi gaudere. Lucret. lib. 3.

Dubiè gaudet, falliſque veretur. Ouid. 12. Metam.

Gauisus frustra. Terent. Heaut. 4. 8,

Vah, frustra igitur gauisus miſer.

Immortaliter gaudere. Cic. Q. frat. lib. 3. 17, Quòd scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Quæ fecimus, valde probari gaudeo, si est nunc vllus gaudendi locus. Cic. Att. lib. 9. 175.

Gaudere, vehementérque lætari. Cic. pro Rosc. Amer.

¶Gaudeo, pro Obsecto. Cic. de Senect. Quam gaudebat bello suo Punico Nœuius! quàm Truculento Plautus, quàm Pseudolo!

Gaudens, Participium {χαίρων}. vt

Nimium gaudens popularibus auris. Virg. 6. Æneid.

De pectore gaudens. Stat. 4. Sylu. 6.

Animus æquus, imò verò etiam gaudens & libens. Cicero Attico, lib. 2. 19.

Animo gaudente vident. Tibul. lib. 1. eleg. 6.

Gauisus, pen. prod. Participium {γηθοσύνως}. Cæl. Cic. lib. 8. 14, Nunc furite tam gauisos homines suum dolorem.

Gauia, gauiæ, f.g. Auis, Græcè Laros. *Vne Mouette. A Dieppe* vocatur *Vne Maune. Il en est de blanches & de cendrées.* Certè Aristot. libro 8. de historiar. animal. capite 3, gauiæ albæ meminit, & cinereæ, Vide LARVS.

Gaulus, Genus nauigij penè rotundum. Festus. Gauli meminit Gellius libro 10. cap. 25. Apud Herodotum videtur poni pro naue oneraria, quum sic ait in Thalia, Confestim quidem duas triremes, símúlque cum ipsis ingentem gaulum impleuerunt varia multiplícique præda.

Gaunace, gaunaces. Varro, Vt sagum, Rhæno, Gallica: gaunace, amphimallum, Græca. Quod additum est, maius sagum, interpretatio est hominis ineruditi. Hesychius, καυνάκης τρίμματα ἢ ῥάκη ἐπενήνεμα: Id est gaunacæ sunt stragula aut operimenta altera parte villosa. Est & gaunace genus pallij ad induendum. Turnebus.

GAVRVS {γαῦρος} Mons est Campaniæ in Italia, in quo præstantissimum vinum nascitur.

Bacchei vineta madentia Gauri. Stat. 3. Sylu. 5.

Inanis Gaurus. Iuuen. sat. 9.

Icario nemorosus palmite Gaurus. Stat. Sylu. 1.

Mons Gauranus. Stat. 8. Thebaid.

Sinus Gaurani. Stat. 4. Sylu. 5.

Gausape, pen. corr. indeclinabile, n. g. {ἀμφίμαλλος} Militare vestimentum vtrinque villos habens, vel vna tantum parte, quod pro lecto in castris sternebatur. Plinius lib. 8. cap. 48, Anticuis torus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape. Martial. lib. 14. 157, Gausape quadratum.

Hæc gausapes, gausapis: hæc gausapa, gausapæ: & hoc gausapum antiquitus declinabatur. vnde in plurali gausapi. Persius sat. 6, Iam chlamydas regnũ, iã lutea gausapa captis, &c. Mart. lib. 14. 142, Gausapa villosa. Ouid. 2. de Arte amandi,

Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba.

Purpureo gausape mensam pertersit. Horat. 1. Serm. sat. 8.

¶Gausape, pro barba hirsuta & prolixa dixit Persius, quòd dependeat tanquam stramentum contextum aliquod, Satyra 4, Tu quum maxillis balanatum gausape pectas, &c.

Gausapina, gausapinæ, pen. corr. {ἀμφιμάλλιον}. Idem. Martial. Augusto sumere gausapinas. Idem lib. 6. 59,

Propter sexcentas Baccara gausapinas.

Gausapina penula. Martialis libro 14. 150. Et 152, Gausapina cubicularia.

Gausapatus, penultima prod. {ἀμφιμαλλωτὸς} Gausapina indutus. Seneca epist. 54, Mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet, gausapatus.

G A Z

GAZA {γάζα} Vrbs Palæstinæ. Mela lib. 1. cap. 11, In Palæstina est ingens & munita ad modum Gaza: sic Persæ ærarium vocant, & inde nomen est, quòd quum Cambyses armis Ægyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam contulerat. Hactenus Mela, Sacer tamen Hebraïsmus non à gaza, seu thesauro dicit hanc vrbem nuncupatam, sed à fortitudine, vnde vocat eam Azza, quod significat fortem. Et Zachariæ nono Propheta dicit, Azzam per antithesim debilitandam.

Gaza, gazæ {γάζα} Dictio Persica, significat opes, supellectilem, & generaliter quicquid possidemus, vt ait Seruius in 1. Æneid. Pomp. Mela, Gazam, inquit, Persæ ærarium vocant. Curtius lib. 3, non ita procul à fine, pecuniam regiam (gazam Persæ vocant) cum pretiosissimis rerum efferri iubet, simulans fugam. Virgilius libro 1. Æneidos,

-tabulæque & Troia gaza per vndas. Cic. pro Lege Manilia, Qui ab auro gazáq; regia, manus, oculos, animum cohibere possit. Idem 2. Offic. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paulus. Liu. 5. bell. Pun.

Agrestis gaza. Virgil. 5. Æneid.

Beatæ Arabum gazæ. Horat. 1. Carm. ode 29.

Nobiles gazæ. Claud. de nuptiis Honorij.

Gazophylacium, gazophylacij {γαζοφυλάκιον} Arca, siue quiuis alius locus in quo pretiosior supellex conseruatur.

G E B

GEBALENA, Regio in finibus Eleutheropoleos.

GEBBANITAE, pen. prod. Populi sunt Maris rubri accolæ, in Arabia deserta, quorum caput Thomna est. Vnde genus myrrhæ gebbaniticum.

GEBENNA {γεῦννα} Vide GENEVA.

GEDANVM, Germaniæ oppidum in Visulæ fluminis ostio. Vulgò *Dantzg*.

GEDROSIA {γεδρωσία} Asiæ regio Ptolemæo, hodie Tarsæ regnum Haithono & Sabellico: & sunt populi Christiani.

G E L

GELA {γέλα} Vrbs Siciliæ, cuius meminit Plutarchus in vita Timoleonis. Vulgò *Cherza*.

Immanis Gela. Virgil. 3. Æneid. Seruius, Ciuitas à fluuio nominata: sicut etiam campi Geloi.

Gelabile, Gelascere, Gelatio, Vide GELV.

Gelasinus, penult. prod. γελασῖνοι dentes anteriores quos ridendo ostendimus. Item lineæ quæ ridẽdo efficiuntur: siue corrugatio quæ

ridendo circa os exprimitur. Martial.lib.7.24,
Nec grata est facies cui gelasinus abest. Petrus Mosellanus in Quintil. legit Gelatinus. Porrò authore Suida, gelatinus eam apud Græcos sonat lineam, quæ sub ipso mento velut canalis apparet in hominibus gratiosis dum rident. nimirú vocabulo facto ἀπὸ τῦ γελάω, Id est rideo. Hæc Mosellanus in illud Quintil.lib.6.cap.4, vbi de risu, Sed inest proprius quibusdam decor in habitu atque vultu, vt eadem illa minus dicente alio videantur vrbana esse.

Gelicidium, Gelidus, Vide GELV.

GELLIVS, Viri proprium, cuius extant Atticæ noctes.

Gelo, gelas, Vide GELV.

GELOI, pen.prod. {Γέλοι} Campi in Sicilia apud Gelam fluuium. Virg. 3.Æneid. Campíque Geloi. Vide GELA.

GELON {Γέλων} Pyrrhum veneno necare est aggressus. Plutarchus in vita Pyrrhi. ¶Fuit & Gelon, Siciliæ rex, quem Dionysius γέλωτα, Id est risum esse dicebat. Plutarch. in Dione.

GELONI, vel Gelones, pen.prod. {Γέλωνοι} Populi Siciliæ, interius habitantes, & Agathyrsis proximi, à Gelono Herculis filio. Nunc autem Getæ dicuntur, siue Tartari corrupto vocabulo. Sanguinem equinum cum lacte mistum bibunt. Virg. 3. Georgicorum,
Bisaltæque quo more solent, acérque Gelonus, &c.
Pharetrati Geloni. Horat. 3. Carm. ode 4.
Picti Geloni. Id est stigmata habentes. Virg. 2. Georg. Seruius.

GELOS, Cariæ portus est, vt scribit Pōpon. lib. 1. in descriptione Cariæ.

Gelu {Κρυμὸς, κρύος, ψῦχος} Propriè est glacies, Id est aqua conferta, à serenitate cæli concreta. Neutri gen. indeclin. Virg. 3. Georgicorum,
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu. Plin. lib. 8. cap. 28, Obseruatum, eam aure ad glaciem apposita coniectare crassitudinem gelu. De vulpe.
Perstrictus gelu nō potuit eò peruenire humor. Plin. lib. 17. cap. 24. Alij legunt præstrictus.
Gelus, masc. genere dixisse veteres multis verbis probat Nonius. Geli, genitiuus antiquus. Lucret. lib. 5,
Assiduúsque geli casus. Idem lib. 6.
¶Gelo, pro gelu. Varro Sesquiulyss. Pueridum comitésque tenent strata gelo putri montium laxa. Nonius.
Acutum gelu. Horat. 1. Carm. ode 9.
Amaro gelu strata mæstis. Stat. 5. Thebaid.
Astricto gelu coit vnda. Ouid. 2. Trist.
Cano gelu horrida bruma. Virgil. 3. Georg.
Canenti gelu obusta gleba. Ouid. 5. Trist. eleg. 3.
Frigidum gelu. Seneca Troade, 6.
Marmoreum gelu. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.
Niuale gelu. Seneca Medea, 9.
Sæuum gelu. Valer. 1. Argon.
Hyems rura claudit gelu. Virgil. 2. Georg.
Tarda gelu, seclisque effœta senectus. Virg. 8. Æneid.

Gelicidium, huius gelicidij {Κρυσταλλὸς} Ipsum gelu & ipsa concretio aquæ. Columel. lib. 2. cap. 8, Vt prius conualescant radices frumentorum, quàm hybernis imbribus, aut gelicidiis, pruinísve infestentur. Varro 1. de Re rust. cap. 55.

Gelo, gelas {πήγνυμι} gelare, Actiuum, & aliquando neutrum. Iuuenal. satyra 6,
-pauidóque gelantur
Pectore. Sic Gelatum lac, Colum. lib. 10. cap. 38.
Gelatus caseus. Plin. lib. 14. cap. 3, Non antè demetuntur quàm gelauerit.
Gelant frigora. Plin. lib. 15. cap. 6, Si gelant frigora, quarto die premendam. De oliuis.
Manus Aquilone gelatæ. Martial. lib. 5. epigr. 9.

Gelasco, gelascis {πήγνυμαι} gelascere, Est gelu astringi. Plin. lib. 14. cap. 21, Vini natura non gelascit.

Gelatio, huius gelationis, Verbale {πῆξις.} Plin. lib. 17. cap. 24, Si protinus ediris fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat.

Gelabilis, & hoc gelabile, pen. corr. {πικτὸς} Quod gelu durari potest, à quo compositum Ingelabile. Gell. lib. 17. cap. 8. Mare omne ingelabile fit. Alia exemplaria habent incongelabile.

Gelidus, pen. corr. Adiectiuum, Frigidus {κρυώδης, κρυμώδης.} Ouidius, Sed gelidum Boream, egelidúmque Notum.
Gelidus æther, amnis, gelida rupes. Virgil. 8. Æneid.
Gelidæ naturæ fidus. Plin. lib. 2. cap. 8.
Gelidíssima natura. Plin. lib. 14. cap. 16. Sic Cic. 2. de Legib.
Gelida, subaudi aqua, sicut in Calida & Tepida. Horatius 2. Serm. satyra 7,
Pescit te mulier: vexat, foribúsque repulsum
Perfundit gelida: rursus vocat.
Aqua gelida. Ouid. epist. 20.
Aquam gelidam bibere. Cic. 1. in Catil.
Antrum gelidum. Ouid. 11. Metam.
Artus gelidi. Ouid. 4. Metam.
December gelidus. Ouid. 1. Trist. eleg. 10.
Formido gelida. Ouid. 2. Metam.
Frigore gelido astrictum pectus. Ouid. epist. 21.
Horror gelidus. Seneca Troade, 6.
Metus gelidus. Ouid. epist. 11.
Mors gelida. Horat. 2. Carm. ode 8.
Nox gelida. Virgil. 1. Georg.
Pallor gelidus. Stat. 1. Achill.
Pectus gelidum. Ouid. 1. Fast.
Riui gelidi. Horat. 3. Carm. ode 13.
Ros gelidus. Virgil. 2. Georg.
Sanguis gelidus. Virgil. 3. Æneid.
Saxum gelidum. Lucret. lib. 3.
Sudor gelidus. Virgil. 3. Æneid.
Terror gelidus. Ouid. 3. Metam.

Timor gelidus. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.
Tremor gelidus. Virgil. 2. Æneid.
Valles gelidæ. Virgil. 2. Georg.
Vmbræ gelidæ. Ouid. 8. Metam.

Gelidè, Aduerbium {ψυχρῶς.} vt
Ministrare res omnes timidè, gelidéque. Horat. de Arte.

Gelotiana, Domus quædam erat, vt ex inscriptione vetere liquidò constat, in qua scriptum est, Symphoro tesserario Seru. Cæsaris de domo Gelotiana. Proinde in Tranquillo legit Turnebus, Commisit & subito, quum è Gelotiana apparatum Circi prospicientem, &c.

GEM

Gemea, Nomen alæ militum Macedonum. Liu. 7. bel. Maced. Addita his ala mille fermè equitum, gemeam vocabant. Ex vetusto codice legitur, Agema eam vocabant.

Gemebundus, Vide GEMO.

Gemellar, neut. gen. Vasis genus, oleo excipiendo è torculari aptum, cui fortassis ex eo inditum nomen, quòd geminas mensuras contineat. Columel. lib. 12. cap. 50, Quod deinde primum defluxerit, in rotundum labrum (nam id melius est, quàm plumbeum quadratum, vel structile gemellar) protinus capulator depleat.
Gemellar, August. in Psal. 136. vocat gemellariam, Vt amurcam per plateas fluentem cernens, oleum in gemellaria non videas.

Gemiæ, guloſi veteribus dicebantur, teste Nonio. Lucil. lib. 30,
Illo quid fiat Lamia, & Pittho ἐξυδύτης
Quòd veniunt gemiæ illepidæ, improbæ, ineptæ.

Geminus, penul. corr. Adiectiuum {δίδυμος, διφυὴς, διττός.} Gemini, propriè duos significat. Virg. 6. Æneidos,
Sunt geminæ Somni portæ.
Acies geminæ, pro duobus oculis. Virg. 7. Æneidos,
Huc geminas nunc flecte acies: hanc aspice gentem.
Arbor gemina. Iulianus in l. si gemina arbor fit. D. arbor. furt. cæs.
Chiron geminus, Vide CHIRON.
Geminus ictus. Plin. lib. 10. cap. 38, Percussóque semel aliquæ & gemino ictu aere feruntur. De autum natura.
Gemino lumine declarati dissensionem. Cic. 2. de Diuinat.
Gemini nominis errore seruari. Cic. pro Sextio, Quum quærerent alij Numerium, alij Quintium: gemini nominis errore seruatus est.
Geminæ nuptiæ. Terent. And. 4. 1,
-nam satis credo, si aduigilaueris,
Ex vnis geminas mihi confícies nuptias.
Pennis geminis aera secare. Cic. in Arato.
Geminæ voragines, scopulíque Reip. Cic. in Pisonem.
¶Gemini quandoque dicuntur, qui vno partu & vno die nascuntur. Virg. lib. 8. Æneidos,
-gemino's huic vbera circum
Ludere pendenteis pueros. Gemellos etiam vocat Virgilius in Bucolicis, 1. eclog.
Geminus est ille. Plaut. Amphit. 16. Ibidem, 7,
Quid opus verbis? geminus Sosia hic factus est tibi.
Geminos duos filios pariet. Plaut. Amphit. 5.
Fœtus geminus. Ouid. 6. Metam.
Fratres gemini. Horat. 1. epist. 19.
Nati gemini sub vbere. Virgil. 5. Æneid.
Geminum partum edere. Luius 1. ab Vrbe, Vt compressa Vestalis quum geminum partum edidisset.
Prolem geminam partu dedit. Virgil. 1. Æneid.
Gemina eius soror. Plaut. Milit. 15,
Sororem hîc eius geminam esse, & matrem dicito.
Sorores geminæ. Horat. 4. Carm. ode 7.
¶Geminus, Par, similis, Qui enim gemini nascuntur, ferè similes sunt. Virgil. 1. Æneidos.
Hinc atque hinc vastæ rupes, geminíque minantur
In cælum scopuli. Seruius.
Cósortem esse in lucris atque furtis, geminum & simillimum nequitia, improbitate, audacia. Cic. 5. Verr.
Gemina audacia. Cic. pro Rosc. Amer. Par est auaritia, similis improbitas, eádem impudentia, gemina audacia.
Simillima & maximè gemina societas hæreditatis est. Cicero pro Rosc. Com.
¶Gemini, cæleste signum, quod Castor & Pollux constituunt, qui vno partu sunt editi. Plin. lib. 18. cap. 29, Ipse circulus fertur per sagittarium atque Geminos.

Gemellus, Adiectiuum diminutiuum {δίδυμος.} Virg. 1. eclog,
-modò nanque gemellos
Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit.
Fœtus gemellus. Ouid. epist. 6.
Fratres gemelli. Ouid. epist. 8.
Partus enixa gemellos. Ouid. 6. Metam.
Prolem est enixa gemellam. Ouid. 9. Metam.
Gemellæ vites, duas vuas ferentes. Colum. lib. 3. cap. 1. Plin. lib. 14. cap. 2, Gemellarum, quibus hoc nomen vuæ semper geminæ dedere.
Gemellos quoque vocat Paulus equos fortè biiunges, id est binos & geminos coniungi solitos: vt in l. proinde. D. ad legem Aquil.
Veluti siquis ex comœdis, aut symphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut pari mularum vnum vel vnam occiderit.

Gemellipara, pen. corr. {δίδυμοτόκος} dea, Id est Larona quæ vno partu gemellos peperit, Dianam & Apollinem. Ouid. 5. Fast.

Geminitudo, geminitudinis, Antiquum. Pacuuius Atalanta,
Habeo ego istam, qui distinguam inter vos, geminitudinem.

Gemino, geminas, pen. corr. {διπλόω, διπλασιάζω} geminare, Duplicare, iterare. Terent. Adelph. 2. 1,
O facinus indignum. AE. geminabit nisi caues. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16.
Labor geminauerat æstum. Ouid. 5. Metam.
Facinus geminare. Ouid. 10. Metam.

Honorem

Honorem geminare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.
Impensas geminare. Claud. 3. Paneg.
Orbem geminare. Cic. in Arato,
Persæpe in paruum tranans geminauerit orbem.
Pericula geminare. Tibul. lib. 2. eleg. 3.
¶Geminare, Copulare. Horat. in Arte, -non vt
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.

Geminatus, pen. prod. Participium {διπλασιασμένος.} vt
Onus geminatum. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Geminata ars. Plin. lib. 29. cap. 1.
Captatio geminata. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Ebrietas geminata libidine. Ouid. 12. Metam.
Geminatus honor. Liu. 9. bel. Maced.
Merces geminata. Ouid. 2. Metam.
Sol geminatus, Id est duo soles. Cic. 2. de Nat. deor.
Geminata victoria. Liu. 1. ab Vrbe.

Geminatio, Verbale {διπλασιασμός.} Cic. 3. de Orat. Nam & geminatio verborum habet interdum vim.
Vti geminatione. Quintil. lib. 1. cap. 48.

Gemisco, Vide GEMO.

Gemite, gemites, f. g. Gemma, de qua Plin. lib. 37. cap. 11, Nec gemite velut in petra, candidis manibus inter se complexis.

Gemitus, Vide GEMO.

Gemma, gemmæ {ὀφθαλμὸς} Oculus vitis quem primò emittit. Virg. eclog. 7,
-turgent in palmite gémmæ. Cic. de Senect. Itaque ineunte vere in his quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur, à qua oriens vua se ostendit.
Vuida gemma in palmite. Virgil. 3. Fast.
Pampinus trudit gemmas, Id est protrudit. Virg. 2. Georg.
¶Gemma {λίθος} Omnis lapillus pretiosus, siue perlucidus, siue non. Plaut. Curcul. 14,
Quid? ego sub gemma abstrusos habeo tuam matrem & patrem.
Plin. de Viris illust. Annuli gemma.
Corona insignis gemmis. Virgil. 7. Æneid.
Patera grauis gemmis. Virgil. 1. Æneid.
Ignea gemma. Sil. lib. 8.
Lucida gemma. Ouid. epist. 21.
Magnetica gemma. Claud. de magnete, 4.
Monstrificæ gemmæ, Vide MONSTRO.
Pura gemma. Ouid. 2. Metam.
Stellantes gemmæ. Ouid. 1. Metam.
Teres gemma. Virgil. 5. Æneid.
¶Ensis accinctus gemmis, Vide ACCINGO.
Gemma bibere, Id est gemmeo poculo. Virg. 2. Georg.
Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis. Cic. 6. Verr.
Dat digitis gemmas. Ouid. 10. Metam. Id est induit annulos.
Fulgentes gemmæ. Valer. 5. Argon.
Limare gemmas, Vide LIMA.

Gemmula, gemmulæ, pen. corr. Diminutiuum {λιθάριον.}
Gemmulæ, Flores etiam dicuntur, quibus tanquam gemmis verno tempore cuncta pinguntur, & prata vestiuntur. Apul. lib. 10, Planè tenui specula, solabar clades vlcimas, quòd vere in ipso ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret.

Gemmeus, Adiectiuum {λιθώδης} Quod ex gemma est, siue gemmis ornatum. Cic. 6. Verrina,
Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, &c.
Radix gemmeæ rotunditatis: Id est, rotunda in modum gemmæ. Plin. lib. 18. cap. 7.

Gemmo, gemmas {ἐφθαλμίζω} gemmare, Dicuntur vites & arbores, quum gemmas emittunt, quum turgescere incipiunt verno tempore, vt frondes emittant. Colum. Quum primum vites incipiunt gemmare. Cic. 3. de Orat. Nam gemmare vites, luxuriem esse in herbis, lætas segetes etiam rustici dicunt.

Gemmans, gemmantis, Participium {λιθίζων.} vt
Gemmantes alæ pauonis: Id est, lucentes in modum gemmarum. Martial. lib. 13. 70,
Miraris quoties gemmantes explicat alas.
Herbæ gemmantes rore. Lucret. lib. 2.

Gemmatus, pen. prod. Adiectiuum {ἐφθαλμωδὴς} Gemmis instructus & ornatus. Plin. lib. 37. cap. 2, Corripere potoria gemmata.
Gemmati magna specie annuli. Liu. 1. ab Vrbe.
Cultus gemmati. Claud. 6. Paneg.
Monilia gemmata. Ouid. 10. Metam.

Gemmasco, gemmascis {ἐφθαλμίζομαι} gemmascere. Plin. lib. 17. cap. 15, Atque vt gémascere incipiens, legatur calamus. Idem lib. 37. cap. 10, Draconites, siue draconcias è cerebro fit draconum, sed nisi viuentibus abscisso nunquam gemmascit. Vbi legitur etiam ex vetusto codice gemmescit. Colum. lib. 5. cap. 10.

Gemmifer, penult. corr. Adiectiuum {λιθοφόρος.} vt Gemmiferi amnes. Plin. lib. 37. cap. 13.
Corona gemmifera. Valer. 5. Argon.
Mare gemmiferum. Propert. lib. 3. eleg. 4.

Gemo, gemis, gemui, gemitum, pen. corr. {στένω, στάζω, πτύω} gémere, Propriè pectoris est, quum præ angustia in sonum prorumpit. Plaut. Amphit. 17,
-dum hæc aguntur, interea vxorem tuam
Neque gementem, neque plorárem, nostrum quisquam audiuimus.
Lugere & gemere pro aliquo. Cic. pro Plancio.
Desyderio alicuius gemere. Cic. in Pisonem, Quorum Capuæ te præextatum nemo aspexit, qui non gemeret desyderio mei.
Grauiter rem aliquam gemere. Cicero Att. lib. 2. 34. Eandem istam virtutem veniet tempus quum grauiter gemes.
Occultè suum malum gemere. Cic. Post red. in Senatu.
Gemere se seruum. Martial. lib. 9. 97,
Quæ mala sunt domini, quæ serui commoda nescis
Condile, qui seruum te gemis esse diu.
¶Gemunt gubernacula nauis, quum huc atque illuc à nautis circunaguntur. Plin. epist. 203, At quum stridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus & diis maris proximus. Ouid. 14. Metamorphoseos,
-gemunt antennæ & malus.
Gemit impositis incudibus Ætna. Virgil. 4. Georg.
Flebile terrificis gemuit mugitibus Ætna. Claud. 2. de raptu Pros.
Amnes repleti gemunt. Virg. 5. Æneid.
Area gemit tonsis frugibus. Virg. 3. Georg.
Gemit cymba nimis onusta. Virg. 6. Æneidos,
-gemuit sub pondere cymba.
Gemit turtur. Virgil. eclog. 1,
Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.
¶Gemitur, penult. corr. Passiuum. Cic. ad Atticum, lib. 2. 33, Atque hic status qui vna voce omnium gemitur, neque verbo cuiusquam subleuatur.
Vita gemenda. Ouid. 13. Metam.

Gemens, participium {στένων.} vt Flebiliter gemens. Horatius 4. Carm. ode 12.
Acerba gemens. Ouid. epist. 8.
Turpe gemens. Stat. lib. 3. Thebaid.
Rota tractu gemens. Virgil. 3. Georg.

Gemisco, gemiscis {στενάζω} gemiscere, Idem quod gemere: vt Ferale gemiscunt. Claud. 3. de raptu Proserp.

Gemitus, huius gemitus, pen. corr. {στεναγμὸς.} Cic. 6. Verrina, Quum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniásque audires.
Gemitus delphini similis est humano. Plin. lib. 9. cap. 83.
Gemitus toto foro. Cic. 2. Philipp.
Acerbus. Valer. 2. Argon.
Altus. Virgil. 11. Æneid.
Inanis. Valer. 2. Argon.
Lamentabilis, Vide LAMENTOR.
Abiectus gemitus. Cic. 2. Tusc. Sin eric ille gemitus lamentabilis, si imbecillus, si abiectus, si flebilis: ei qui se dederit, vix eum virum dixerim.
Absondere gemitus. Lucan. lib. 9.
Ciere gemitus, Vide CIEO.
Extremos ciere gemitus. Virgil. 3. Georg.
Querelæ commista gemitu. Lucret. lib. 6.
Compescere gemitus alicuius. Stat. 12. Thebaid.
Lamentatio & gemitus vrbis conticescit. Cic. Post red. in Senatu.
Dare gemitum. Ouid. 2. Metam.
Crebros dat gemitus. Ouid. 10. Metam.
Ingentem gemitum dat pectore ab imo. Virg. 1. Æneid.
Ducere gemitus imo de pectore. Virg. 2. Æneid.
Edere gemitus. Ouid. 2. Metam.
Erupit medullis gemitus. Claud. de nuptiis Honorij.
Exprimere gemitus læto pectore. Lucan. lib. 9.
Fit gemitus. Virgil. 6. Æneid.
Vt vrbe tota fletus gemitúsque fieret. Cic. pro Rosc. Amer.
Gemitu & vlulatu fremunt tecta. Virg. 4. Æneid.
Lamentabili lugere gemitu. Seneca Agam. 7.
Mulcere insanos gemitus feris. Stat. 2. Sylu. 1.
Ponamus nimios gemitus, Id est deponamus. Iuuen. sat. 13.
Resumere gemitus. Stat. 6. Thebaid.
Stridentes gemitus mirari. Stat. lib. 1. Thebaid.
Testari dolores gemitu. Ouid. 2. Metam.
¶Gemiti, genitiuus etiam legitur. Plaut. Aulul. 25, Tantum gemiti & malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit.

Gemebundus, Adiectiuum {στενάζων} Idem quod gemens, vel abundè gemens, vt
Gemebundus obambulat. Ouid. 14. Metam.

Gemoniæ, gemoniarum, scalæ dicebantur ad quas corpora damnatorum tracta præcipitabantur, siue locus quò noxij abiiciebantur. Cornelius Tacitus, Tunc confossum collaceratúmque & abscisso capite truncum corpus, Sabini in gemonias trahunt. Plinius lib. 4. cap. 40, scribit, canem à corpore serui non recessisse abiecto in gradibus gemoniis.

Gemoniij gradus dicti sunt, quòd essent locus gemitus & calamitatum. Nam quòd aliqui augurantur à Gemonio authore, parum compertum est. Gemonios gradus inuenies apud Plin. lib. 8, Gradus autem vel scalæ dicebantur, quoniam surrectus foret locus, ac gradibus quibusdam conscenderetur. Cæl. lib. 10. cap. 5.

Gemonides, Gemmæ, quas quidam pæanitidas vocant, prægnantes fieri & párere dicuntur, mederique parturientibus. nam tales in Macedonia iuxta monumentum Tiresiæ inueniuntur, speciésque est eis aquæ glaciatæ. Plin. lib. 37. cap. 10.

Gemursa, huius gemursæ. Festus, Gemursa, sub minimo digito pedis tuberculum, quòd gemere faciat eum qui id gerat. Plin. lib. 26. cap. 1, Et hic quidem morbus in Italia celeriter restinctus est, sicut & ille quem gemursam appellauere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

GEN

Gena, huius genæ {γένυς, γνάθος, παρειά.} Genas, Ennius palpebras putat, quum dicit hoc versu,
Pandite sultis genas, & corde relinquite somnum. Alij eas partes putãt genas dici, quæ sunt sub oculis. Pacuuius genas putat esse qua barbã primùm oritur, hoc versu,
Nunc primum opacat flore lanugo genas. Hæc Festus. Vide Plin. lib. 11. cap. 37. Virgil. 8. Æneidos,
Tum mihi prima genas vestibat flore iuuentus. Martial. lib. 1. 74,
Siccis ipse genis flentes horiatus amicos.
Mulieb res genarum laceratores. Cic. 3. Tusc.
Conspicuæ cum flore genæ. Claud. 4. Paneg.
Grauidæ lacrymis genæ. Ouid. epist. 21.

Ingenuæ genæ pictæ ruboré. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.
Madidæ genæ. Ouid. epist. 5.
Mœstæ genæ. Ouid. 6. Metam.
Pilosæ genæ, dentes putridi. Cic. in Pisonem.
Pubentes genæ. Virgil. 12. Æneid.
Pulchræ genæ. Horat. 4. Carm. ode 13.
Purpureæ genæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.
¶ Carpere genas. Cic. 2. de Legib. Mulier genas ne carpito.
Nec lacrymis caruere genæ. Virgil. 5. Æneid.
Declinare genas. Id est oculos claudere. Stat. 8. Thebaid.
Effusæ genis lacrymæ. Virgil. 6. Æneid.
Exhaurire genas. Stat. 5. Sylu. 1.
Vdas facere genas. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Rubentes flagrant genæ. Seneca Medea, 11.
Humectare genas, Fiere. Seneca Hippol. 6.
Humenti cultæ fonte perenne genæ. Ouid. epist. 8.
Immaduere lacrymis genæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 8.
Fletus insequitur genas. Seneca Herc. OEth. 4.
Irrigat fletus genas. Seneca Troade, 10.
Humor in genas labitur. Horat. 1. Carm. ode 13.
Roseas laniata genas. Virgil. 12. Æneid.
Liuentes genæ. Lucan. lib. 5.
Concauæ lucent genæ. Seneca Herc. fur. 9.
Manat lacryma per genas. Horat. 4. Carm. ode 1.
Nitentes genæ. Stat. 3. Sylu. 4.
Pendentes genæ. Iuuen. sat. 10.
Lacrymæ peredêre humore genas exangues. Cic. 3. Tusc.
Flagrantes genas perfusa lacrymis. Virg. 12. Æneid.
Rugis persulcata genas seueras. Claud. 1. in Ruff.
Rigat fletu genas. Seneca OEdip. 12.
Lacrymis roratis ora genásque. Lucret. lib. 3.
Ruptæ genæ. Iuuenal. sat. 15.
Siccare genas. Ouid. 10. Metam.
Igne suffusæ genæ. Seneca Herc. OEth. 10.
Tremente genæ. Virgil. 4. Æneid.
Genæ ab inferiore parte tutantur oculos subiectæ, lenitérque eminentes. Cic. 2. de Nat. deor.
Vmbratus genas, Id est barbam gerens circa genas. Stat. 3, Sylu. 4.

GENABVM, Vide GENEVA.

Genauius, Adiectiuum {γηναυιος} Idem quod guloſus. Varro, Hæ nouiſſimè in triclinium genauium introierunt è culina propter faſtidium.

Genealogia, genealogiæ, pen. corr. {γενεαλογια} Sermo de origine generationis. Cic. 3. de Nat. deor. Quod ſi ita eſt, Cæli quoque parẽtes, dij habendi ſunt, Æther, & Dies, eorúmque fratres & ſorores, qui à genealogiis antiquis ſic nominantur, Amor, Dolus, Metus, &c. Alij legunt per vnum i genealogis, vt ſit à maſculino genealogus, penult. correpta.

Gener, Generabilis, Generalis, Generatim, Genero. Generoſus, Vide GENVS.

Geneſis, pen. corr. huius geneſeos, f.g. {γενεσις} Generatio, natiuitas. Significat etiam ſidus natalitium, id quod conuerſione cæli oritur eo momento quo quis naſcitur. Iuuen. ſat. 6.

-ſi prurit frictus ocelli

Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit. Cic. 2. de Diuin. Sidus natalitium appellat. Tranquil. in Veſpaſ. Monentibus amicis cauendum eſſe Metium, quòd vulgò crederetur geneſin habere imperatoriam, inſuper Conſulem fecit. Id eſt, quòd opinio eſſet à mathematicis prædictum eſſe fore vt imperaret. Budæus. Iuuenal. ſat. 14, Nota mathematicis geneſis tua.

Genethle, genethles. f.g. {γενεθλια} Venus.

Genethlia, orum, n.g. plur. num. {γενεθλια} Celebritas quæ agitur in natali alicuius, natalia munera aut conuuia.

Genethliacus, a, um, pen. corr. Natalitius.

Genethliaci {γενεθλιακοι} dicti mathematici, qui à natiuitatis die & hora, quos illi horoſcopos vocant, futura prædicunt, quorum meminit Gell. lib. 14. cap. 1.

GENETVM, Promontorium à Genete fluuio vocatum, in quo templũ fuit Iouis hoſpitalis, quem Xenion appellant.

GENEVA, Allobrogum oppidum. Cæſ. bel. Gall. lib. 1, Extremum oppidum Allobrogum eſt, proximúmque Heluetiorum finibus Geneua. ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. In quem locum ſic ait Glareanus, Quatuor hæc nomina Genua, Geneua, Genabum, & Gebenna, multum obſcuritatis lectori ingerunt, ac non attentum ſæpe fefellerunt: quæ ipſa longè diuerſa ſunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare eſt noſtrum: Geneua verò Allobrogũ ad oſtia Lemanni lacus, vbi Rhodanus exit: Genabum Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie (vt quidam putant) Aurelia. Denique Gebenna mons qui Heluetios ab Aruernis ſeparat, vt libro ſeptimo poſtea dicet Cæſar. Hactenus Glareanus. Meminit eius etiam Plinius lib. 3. cap. 4. Plura Glareanus in Annotationibus in Cæſarem.

Genialis, Vide Genius, in GIGNO.

Geniculatim, Geniculum, Vide GENV.

Geniſta, geniſtæ {γενιστη} Arbuſcula quædam. Plin. lib. 21. cap. 9. Florem eſſe dixerim geniſtas: nanque & iis decerpitur luteus. Virgil. 2. Georgicorum.

-molle ſiler, lentéque geniſtæ.

Humiles geniſtæ. Virgil. 2. Georg.

Genitabilis, Genitalis, Genitor, Genitura, Genitiuus, Genitus, Geniuus, Vide GIGNO.

Geno, genis, genui, genitum, pen. corr. {γενω} génere, Idem quod gignere, generare. Priſcianus lib. 10, Gigno genui: pro quo Geno veuſtiſſimi protuliſſe inueniuntur. Varro in Andabata, Sed quòd hæc loca aliquid genunt. Idem 1. de Reruſt. cap. 40, Quædam enim ad genendum, &c. Ex vetuſto codice. Infinitiuum paſſiuum Lucretius protulit lib. 3,

-tanto magis inficiandum
Totum poſſe extra corpus durare, genísque.

Gens, gentis, Vide GENVS.

Gentiana, gentianæ, penul. prod. {γεντιανη} Herba amariſſima. Plinius libro 25. cap. 7, Gentianam inuenit Gentius rex Illyricorum vbique naſcentem, in Illyrico tamen præſtantiſſimam, folio fraxini, ſed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis craſſitudine, cauo & inani ex interuallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, ſubnigra, ſine odore, aquoſis montibus ſubalpinis plurima. Vſus in radice & ſucco. Radicis natura eſt excalfactoria, ſed prægnantibus non bibenda.

Genticus, Gentilis, Gentilitas, Gentilitius, Vide GENVS.

Genu, neut. gen. indeclinabile in ſingulari. In plurali, genua, genuum genibus {γονυ, γονυ.} Genua (vt quibuſdam placet) femorum ac crurum commiſſuræ: quòd hæc, dum infans eſt in vtero matris, genis oppoſita ſint: ſiue à generando, quòd in genibus ineſt vitalitas. Virgil. lib. 5. Æneidos,

Genua labant, vaſtos quatit æger anhelitus artus.

Genibus pronis ſupplex. Ouid. 3. Metamorphoſeos,
Et genibus pronis ſupplex, ſimiliſque roganti.
Dura genua. Ouid. 12. Metam.
¶ Aduoluor genibus veſtris ſupplex. Claud. de raptu Proſerp.
Aduolui genua. Tacit. lib. 1, Ambulantiſque Tiberis genua aduolueretur.
Aduolutus genibus, Vide ADVOLVO.
Amplecti genua. Virgil. 3. Æneid.
In genua aſtare, Vide IN.
Inflexo genu cadit. Propert. lib. 3. eleg. 15.
Intremuere genua timore. Ouid. 2. Metam.
Pigris membra genibus labant. Seneca Thyeſte, 5.
Impreſſo niti genu. Virgil. 12. Æneid.
Nixus genu. Ouid. 8. Metam.
Nixæ genibus matronæ, Vide NITOR.
Ponere genua alicui. Curtius lib. 8, Tu Macedonas voluiſti genua tibi ponere, veneraríque te vt Deum.
Prenſare circunſtantium genua. Tacit. lib. 1.
Procumbere in genua. Curtius lib. 8. non procul à fine.
Prouolutus genibus. Tacit. lib. 12.
Tu affinem tuam filiam meã ſuperbiſſimis verbis à genibus tuis repulisti. Cic. poſt red. in Senatu.
Iunctura genuum riget. Ouid. 2. Metam.
Genua ſubmittere, pro Flectere. Plin. lib. 8. cap. 1, Regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt.
Genu flexum ſummiſit. Ouid. 4. Metam.
Genu terram tangere. Cic. 2. Tuſc. Genu M. Antonium vidi, quum contentè ipſe pro ſe diceret, terram tangere.
Ægra genua trahens. Virgil. 5. Æneid.
Tremit corde & genibus. Horat. 1. Carm. ode 23.
¶ Genus, geni, maſculino genere dictum antiquis probat Nonius. Lucilius Sat. lib 4,
Hæret verticulis adfixum in poſteriore
Parte atque articulis, vt nouis talus genúſque eſt.
¶ Genus, n.g. pro genu. Priſcianus lib. 6, Cic. in Arato, hoc genus, pro genu protulit. Ciceronis teſtimonia ſunt in Arato,
Quod genus ad læuum nixi delapſa reſedit,
Atque inter flexum genus & caput ajtis hæſit. Ibidem,
Hic genus & ſuram cum Chelis erigit alté.

Genualia, Indumenta genuum. Ouid. 10. Metamorphoſeos,

-quæque
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo.

Geniculum, geniculi, pen. corr. Diminutiuum {γονυ.} Firmic. lib. 2. cap. 12, Capricornus ſignificat omnes geniculorum ægritudines.

Genicula dicũtur ſtipulæ, vel caulis herbacei internodia, & veluti articuli ac nodi quidam. Plin. lib. 16. cap. 30, Arundini in geniculo. Idem lib. 18. cap. 7.

Geniculatus, pen. prod. Adiectiuum {γονατωδης} Quod multis geniculis committitur: vt Geniculatus culmus. Cic. de Senect.

Geniculatim, pen. prod. Aduerbium {γονωδον} Per genicula. Plin. lib. 21. cap. 11, Foliis geniculatim circundata.

GENVA {γηνια, γηνα} Ligufticum emporium. Hinc incipit Apenninus mons: diſtátque à Sabatiis ſtadiis ducentis ſexaginta. De hoc Mela lib. 2, Vulgò *Genoua*, Vide GENEVA.

Genuarij, Nummi Genuæ cuſi. Cicero Attico, lib. 6. epiſt. 1. non valde procul à fine, Genuarios à Cæſare per Herodem, talenta Attica L. extorſiſſe?

Genuini, dentes, Vide GIGNO.

Genus, generis, penult. corr. n. g. {γενος} Quod ſpecies ſubiectas habet. Hinc pro familia ſæpe vſurpatur, aliquando etiam pro ſpecie.
Genere & factis clarus, Vide CLARVS.
Genere & nobilitate, ſuæ ciuitatis facilè primus. Cic. pro Roſcio Amerino.
Generis claritudo. Tacit. lib. 12. & 16.
Opprobrium generis. Ouid. 8. Metam.
Princeps generis, Id eſt author. Ouid. 1. Faſt.
Turpitudo generis, opprobrio multis fuit. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Generis atque ſeminis Romani propria eſt virtus. Cic. 4. Verr.
Antiquum genus. Virgil. 6. Æneid.
Clarum genus. Horat. 1. Serm. ſat. 5.
Egregium genus. Virgil. 7. Æneid.
Humilius genus. Quintil. lib. 3. cap. 7, Aut enim reſpondiſſe nobilitati, pulchrum erit, aut humilius genus illuſtraſſe factis.
Inclytum genus. Seneca Herc. fur. 6.
Ingens genus à proauis. Virgil. 12. Æneid.
Regium genus. Horat. 2. Carm. ode 4.
Sublime genus. Stat. 3. Sylu. 3. & 10. Thebaid.
¶ Demiſſum genus ab alto Ænea. Horat. 2. Serm. ſat. 5.

Gradus

Gradus generis dinumerare. Ouid. 2. Faſt.
Ducere genus ab aliquo. Virg. 6. Æneid.
Primordia generis ducere ex aliquo. Ouid. 15. Metam.
Effere genus ſuum. Cic. pro Murena.
Genere indignum facit. Terent. Adelph. 3. 3,
-cœpit clamare, Æſchine,
Hæccine flagitia facere te hæc te admittere
Indigna genere noſtro?
Generatum ex ipſius ſapientiæ ſtirpe genus alicuius. Cicero de Claris Orat.
Iactare genus & proauos. Ouid. epiſt. 16. Horat. 1. Carm. ode 14.
Genere & nomine familiæ ſerui continentur. Cic. pro Cecinna.
Genere bono natus, Vide BONVS.
Malo genere natus. Cic. 2. de Orat.
Nobili genere nati aliqui. Cic. 7. Verr.
Genere paterno ab Hercule oriundus. Plin. de Viris illuſt.
Genere ſummo prognatus. Plaut. Capt. 4,
Prognatum genere ſummo, & ſummis diuitiis. Vide NASCOR.
Propagare genus. Lucret. lib. 1.
Genere ſum ei proximus. Terent. Phorm. 1. 2,
Lex eſt vt orbe qui ſint genere proximi,
Eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet.
¶ Animale genus, Multitudo rerum animam habentium. Lucret. libro 1.
Genus humanum. Cicero de Amicitia, Quanta autem vis amicitiæ ſit, ex hoc intelligi maximè poteſt, quòd ex infinita ſocietate generis humani, quam conciliauit ipſa natura, ita contracta res eſt, &c. Virg. 1. Æneidos,
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma.
Genus hominum, Idem. Cic. pro Roſc. Amer. Nam dum hominum genus erit, qui accuſet eos non deerit.
Genus Thebanum, Id eſt natio. Plaut. Amph. 1. 5.
Hominum genus in ſexu conſyderatur, virile an muliebre. Cicero 1. de Inuent. Id eſt ſpecies.
Genera in ſpecies multas ſeſe ſpargentia: hoc eſt diuiſa. Plin. lib. 21. capite 8.
Ouium ſumma genera duo: rectum, & colonicum. Plin. lib. 8. cap. 47, ad finem. Id eſt ſpecies.
Genus hominum. Plinius libro 8. cap. 25.
Aere genus virũm. Virg. 2. Georg.
Audax genus. Horat. 1. Carm. ode 3.
Durum genus. Virg. 1. Georg.
Exitiale genus. Stat. 1. Thebaid.
Fœmineum genus. Virg. 9. Æneid.
Immite genus virorum. Ouid. 13 Metam.
Immortale genus. Virg. 4. Georg. de apibus.
Impauidum genus. Seneca Herc. OEth. 1.
Impium genus. Seneca Octau. 7.
Implacidum genus Genauni. Horat. 4. Carm. ode 14.
Infame genus. Horat. 2. Carm. ode 14.
Inſuperabile genus bello. Virg. 4. Æneid.
Intractabile genus bello. Virg. 1. Æneid.
Irritabile genus vatum. Horat. 2. epiſt. 2.
Mortale genus. Ouid. 1. Metam.
Parcum genus patiẽnſque laboris. Ouid. 7. Metam.
Commune genus teſtium. Cic. pro Flacco.
¶ Genus hominum eſt: Id eſt ſpecies vel eius conditionis & rationis. Terent. Eunucho, 2. 2,
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt: hos conſector. Virg. 1. Æneidos,
Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem
Induxit patria?
Genus hominum aduerſatiorũ, ſeditioſum & inertiſſimum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 19.
Generis grati eſt. Plaut. Mercat. 2. 7.
Conſtantes eligendi amici: cuius generis magna penuria eſt. Cic. de Amicitia.
¶ Varia genera beſtiarum vel cicurum vel ferarum. Cicero 2. de Natura deorum.
Animantum omne genus. Lucret. lib. 1.
Tot animantium genera atque naturæ. Cic. 1. de Legibus.
Alituum genus, atque ferarum. Lucret. lib. 6.
Montiuagum genus ferarum. Lucret. lib. 2.
Natantum genus. Virg. 3. Georg.
Aligerum genus, Id eſt aues. Seneca Hippol. 3.
Concharum genus. Lucret. lib. 2.
Pecudum omne genus. Virg. 5. Georg.
Durum tineæ genus. Virg. 4. Georg.
Genus arbuſtiuum, Vide ARBVSTVM.
Æquoreum genus. Virg. 3. Georg.
Varium florum ac ſuccorum genus. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Herbarum genera. Lucret. lib. 5.
Munifica ſyluarum genera, Vide MVNVS.
Lætum genus vitis. Virg. 2. Georg.
Canorum vocis genus, Vide CANORVS.
Præcox ingeniorum genus. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Nihil eſt quod de ſuo genere in aliud genus transferri poſſit. Cic. 4. Academ.
Suo proprio genere ſaporis, non comparatione cum aliis, dulce eſſe ſentitur mel. Cic. 3. de Finibus.
In ſuo genere perfectum eſſe voluit quicquid genuit natura. Cicero 5. Tuſcul.
Genus eſt, quod plures partes amplectitur: vt animal, pars eſt, quæ ſubeſt generi, vt equus. ſed ſæpe eadem res alij genus, alij pars eſt: vt homo, animalis pars eſt: Thebani aut Troiani, genus. Cicero 1. de Inuentione.

Genus id eſt, quod ſui ſimiles communione quadam, ſpecie autem differentes duas aut plures complectitur partes. Cic. 1. de Orat.
Genus eſt notio ad plures differentias pertinens. Cic. in Topicis. Idem 1. Offic. Omnis de officio duplex eſt quæſtio, vnum genus eſt quod pertinet ad finem bonorum: alterum quod poſitum eſt in præceptis.
Summum genus dicitur vltima ſpecies. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Vltimum genus, id eſt quod generaliſſimum vocant. Cic. in Top.
Aqua pluuia vltimo genere ea eſt, quæ de cœlo veniens, creſcit imbri: ſed propiore loco, in quo ius arcendi continetur, genus eſt, aqua pluuia nocens, &c.
Vniuerſi generis quæſtio. Cic. 2. de Orat.
In certa genera cogere quod diffuſum & diſſipatum eſt, & ad artem facilè redigere. Cic. 2. de Orat.
Definita genera non ſolùm numero, ſed etiam paucitate. Cicero 2. de Orat.
In omni genere aliquem in innumerabilibus rebus deſyderare. Cic. Q. frat. lib. 2. 6, Innumerabiles etim res ſunt, in quibus te quotidie in omni genere deſyderem.
Diducere genera à. Quintil. lib. 1. cap. 5.
In genera digerere omne ius ciuile, & eorum generum quædam membra diſpertire. Cic. 1. de Orat.
A genere ducere argumentum. Cic. in Topic.
De toto aliquo genere diſputare. Cic. 2. Offic.
Diſtinguere genere aliquid. Cic. 3 de Orat.
Illuſtrare aliquid generibus, & partibus diſtribuere. Cicero 1. de Oratore.
Mutare genus dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Subiectæ generibus partes. Cic. 2. de Orat.
Ex genere quæ ſumitur argumentatio, commodè tractatur. Cicero in Topic.
¶ Genus, pro Forma ſeu ſpecie. Quintil. lib. 7. cap. 5, Abdicationum formæ ſunt duæ: altera criminis perfecti, alia imperfecti. Et paulo pòſt pro eodem, Vt pro filiis in vtroque genere ſummiſſam.
In omni genere & varietate artium excellere. Cicero pro Cornelio Balbo.
Generibus ac modis diſceptationum omnium explicatis. Cicero 3. de Orat.
In omni genere aliquem delectare. Cic. Attico, lib. 16. 333.
Adhibere genus, Vide ADHIBEO.
Genus dicendi attenuatum, Vide ATTENVO.
Concertatorium genus, Vide CONCERTO.
Declamatorium genus. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Oratorium genus. Quintil. lib. 3 cap. 7.
Abruptum ſermonis genus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Accuratum genus, Vide ACCVRO.
Acutum genus, Vide ACVTVS.
Captioſiſſimum genus, Vide CAPTIOSVS.
Concionale genus, Vide CONCIONOR.
Floridius genus. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Genus conſentaneum, Vide CONSENTANEVS.
Forenſe genus dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Preſſum, limatúmque genus dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 8.
¶ Orationes, aut aliquid id genus ſcribere. Cic. Attico, lib. 13. 269.
Excutiendum omne ſcriptorum genus. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Cuius generis tibi videbitur. Plin. epiſt. 216.
Armorum genus. Silius lib. 8.
Generis eius eſt oratio, vt. Plin. epiſt. 18. 1. Id eſt, ſic compoſita, &c.
In genere aliquo peccare. Cic. 4. Verr. Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi vſitato more, ſi denique vllo aliquo in genere peccaſſet.
Genere nouo literarum vti. Cic. ad Cæſarem, lib. 13.
Genus furandi. Cic. 7. Verr. Verſatúſque ſit fine vlla non modò religione, verumetiam diſſimulatione in omni genere furandi atque prædandi.
Eiuſdem generis. Cic. 1. Offic. Vt paſtum, vt latibula, vt alia eiuſdem generis. Id eſt ſimilia.
Vno genere capere piſces. Plinius libro 9. cap. 59. Quintil. lib. 7. cap. 7, Contra ſcriptum tribus generibus occurritur.
Genus inſtitutorum & rationum. Cic. ad Cælium, lib. 2. 12, Genus inſtitutorum & rationum mearum diſſimilitudinem nonnullam habet cum illius adminiſtratione prouinciæ.
Infinitum genus inuenerat ad innumerabilẽ pecuniam corripiendam, Vide INFINITVS.
Ærãtis degendæ genus ſibi id conſtituere quod maximè adamauerimus. Cic. 1. Offic. Vide CONSTITVO.
Implicari certo genere curſúque viuendi, Vide IMPLICO.
Commutare genus vitæ, Vide COMMVTO.
Incorruptum genus diſciplinæ, Vide INCORRVPTVS.
¶ Genus, eo ſenſu quo dicunt Grammatici, Maſculinum, Fœminum, Neutrum genus, &c. Quintil. lib. 1. cap. 7, Non erit contentus tradere in nominibus tria genera, & ea quæ ſunt duobus omnibuſve communia. Nec ſtatim diligéter putabo, qui promiſcua (quæ & epicœna dicuntur) oſtenderit, in quibus ſexus vterque per alterum apparet. Et cap. 10, Comparatio in nominibus, aut genus deprehendit, aut declinationẽ: ſigenus, vt ſi quæratur, funis maſculinum ſit, an fœmininum, ſimile illi ſit panis.

Generoſus, pen. prod. Adiect. {γενναιος, ευγενης, ευπατριδης} Quod eſt nobile, & claro genere ortum: vel potius præſtans. Ouid. 2. Faſtorum,

Egreditur caſtris miles generoſus ab iſdem.

Nobilitas, generoſáque nomina. Ouid. epiſt. 6.
Virgo generoſa & nobilis. Cic. in Parad.
Nominibus auorum generoſus. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4.
Iuuenis generoſi ſanguinis. Lucan. lib. 3.
Titulis generoſus auitis. Stat. 5. Sylu. 2.
Domus generoſa. Ouid. 2. Faſt.

Fœmina generosissima. Sueton.in Tiberio Cæsare,cap.49, Condemnatam & generosissimam fœminam Lepidam, in gratiam Quirini Consularis prædiuitis & orbi.

Indoles generosa.Seneca Thebaid.2.

Generosus ortus.Cic.de Amicit.Humilem sanè relinquunt & minimè generosum (vt ita dicam) ortum amicitiæ, quam ab inopia atque indigentia nasci volunt.

Ortu materno generosus,Ouid.13.Metam.

Generosus ac potens rex,Magnanimus. Cic.lib.3.Offic.Quúmq; de imperio certamen esset cum rege generoso atque potente.

Nemo generosior est te,Horat.1.Serm.sat.6.

Iuuentus generosa.Ouid ad Liuiam.

¶Generosæ arbores.Colum.lib.4,Atque vbi multa inuitabunt regionis commoda, vt nobilem vitem conseramus,generosam requiremus.

Bacchus generosus.Tibul.lib.3.eleg.6.

Conatus generosus.Quintil.lib.2.cap.4.

Flos generosus.Ouid.5.Fast.

Honores generosi.Propert.lib.4.eleg.11.

Mens generosa.Ouid.3.ad Pisonem.

Miles generosus.Ouid.2.Fast.

Pectora generosa.Ouid.12.Metam.

Generosum pecus.Virg.lib.3.Georgicorum,

Continuò pecoris generosi pullus in aruis

Audet & ignoto sese committere ponto.

Pomum generosissimum.Quintil.lib.5.cap.11.

Prunа generosa.Ouid.13.Metam.

Pubes generosa.Stat.5.Sylu.3.

O generosam stirpem.Cic.de Claris Orat.

Vinum generosum.Horat.1.epist.15. Colum.lib.3,vocat generosum vini saporem.

Quod natura ipsa, & quædam generosa virtus statim respuit. Cicero 2.Tusc.

Vua generosa.Ouid.2.de Remed.amor.

Generosè,Aduerb.{γενναίως}vt Perire generosius.Horat.1.Carm.ode 38.

Generositas,penult.corr.generositatis {εὐγενεία} Nobilitas. Columel. lib.3,Nam quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non habet.De vinea.

Generositas celeberrima cæcubo.Plin.lib.14.cap.6.

Generositas tauris est in aspectu.Plinius libro 8.cap.45.

Generalis, & hoc generale, penult. prod, {γενικὸς} Quod ad cunctos pertinet. Quintil.lib.9. cap.1, Quædam ex iis species planè distant, manente tamen generali illa societate.

Decorum generale. Cic.1.Offic.Generale quoddam decorum intelligimus,quod in omni honestate versatur.

Tractatus generalis.Quintil.lib.2.cap.4.

Generalis constitutio. Cic.1.de Inuent.Quum de genere negotij controuersia est,constitutio generalis vocatur.

Generaliter, penult.corr. Aduerbium {γενικῶς} Omnia simul sub vno genere complectendo.Plinius lib.1.epist.8,Notare generaliter. Gic. 1.de Inuent. Nam ipsum quidem generaliter definire, difficile est. Quintil.lib.1.cap.5,Accipere generaliter.

Generaliter,cui opponitur Specialiter.Vlp.in l.Si quis mihi.§.1.de acquirenda hæreditate,Sed vtrum generaliter quæcunque tibi hæreditas fuerit delata,an specialiter? Pomponius in l.Quintus, D.de auro & argento legato, Multum enim interest, generaliter an specialiter hæc legentur. Vlpianus in l.1. §. penultimo. D. De dote relegata, Mela scribit, si fundus in dotem fuerit,& specialiter sit legatus, mox generaliter dos relegata: non bis, sed semel deberi fundum. Idem in l.1.in princ.D.De iniuriis,Iniuria ex eo dicta est,quòd non iure fit. Omne enim quod non iure fit,iniuria fieri dicitur. Hoc generaliter. Specialiter autem iniuria dicitur contumelia. Rursus idem in l. 1. §. Qui quæstionem.D. De quæstionibus,Qui quæstione habiturus est, non debet specialiter interrogare,an Lucius Titius homicidium fecerit:sed generaliter,quis id fecerit.

Generatim, penult.prod.Aduerbium {κατὰ γένη} Per singula genera, specialiter,vel per singulas species.Virg.lib.2.Georgicorum,

Quare agite ô proprios generatim discite cultus

Agricolæ. Varro lib.2.de Analogia,Non in volucribus generatim seruatur analogia,&c. Sueton.in Calig. cap. 22, Hostiæ generatim immolantur per singulos dies. Cic.4.Academ.Exponam igitur generatim argumenta eorum.

Generatim,& Confusè,videntur contraria.Cic.4.Acad.

Publicè,& Generatim,contraria. Cic.4.Verr.Nam vt publicè ciuitates istos honores habent: aut generatim homines,vt aratores,vt mercatores,vt nauicularij.

Generatim distributi in ciuitates.Cæsar 7.bel.Gall.

Quærere aliquid generatim.Cic.2.de Orat.

Expedire & exponere generatim. Cic.2.de Orat.Sed hæc Crassus aliquando nobis expediet,& exponet descripta generatim.

¶Generatim,pro Generaliter. Cic.lib.2. de Orat.Insinuat mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo, Expetendáne esset eloquentia, expetendíve honores. Idem Attico, lib.11.epi.24, Ve non nominatim,sed generatim proscriptio esset informata. Idem 1. de Orat.Aliquid generatim componere. Cæsar in Comment.Multa præterea generatim ad auaritiam excogitabantur. Idem 2.bel.Ciuil.Omnibus generatim gratias agere.

Sigillatim & Generatim vniuersèq;, contraria. Cic.7.Verr.Nam quid ego de cæteris ciuium Romanorum suppliciis sigillatim potius, quàm generatim atque vniuersè loquar?

Dicere generatim quæ maximè nota sunt.Cic.in Pisonem.

Generatim omnia amplecti.Cic.2.de Inuent.

Ab vniuersa prouincia generatímque à singulis eius partibus diligitur.Cic.4.Verr.

Genero, generas, penult.corr. {γεννάω} generare,Notæ significationis. Plin.lib.12.cap.17, Aut (vt alij) generante, & id thuris arbore. Cicero in Partit. Quemadmodum quisque generatus,quemadmodum educatus.

Generare,pro Inuenire.Quintilian.lib.10.cap.2.An illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc,vt tam multa generarent?

Generare etiam dicuntur fœminæ,asini,& equę.Plin.lib.8.cap.44, Et quæ non primo initu generare cœperit.

Generare,de herba. Gellius lib.5.cap.6,Obseruari solitum vt fieret è gramine,quod in oleo generatum esset.

Hominem generauit & ornauit deus.Cic.1.de Legibus.

Generandi gloria mellis.Virg.4.Georg.

Aliam ex alia generando suffice prolem.Virg.3.Georg.

Semina limus habet,virides generantia ranas.Ouid.15.Metam.

Populus Romanus à Marte generatus.Cic.4.Philipp.

Neque enim ita generati à natura fumus,vt ad ludum & iocum facti esse videamur.Cic.1.Offic.

E sanguine generata Beli.Silius lib.8.

Homines hominum causa generati.Cic.1.Offic.

Generasco,generascis {γεννάσκω} generáscere.Lucret.lib.3,

cur omnia membris

Ex ineunte æuo generascunt,ingenióque? Id est, generantur.

Generatio,Verbale {γέννησις} Plin.lib.10.cap.52,Generatio auium simplex videtur esse.

Generator,penult.prod. {γεννήτης} aliud Verbale.Cic.de Vniuers.Nosse autem generatores suos optimè poterant.

Equorum generator Agragas.Virg.3.Æneid.

Generabilis,& hoc generabile, penult. correp. {γεννητὸς} Quod facilè generatur. Plin.lib.2. cap.45, Hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus.

Gener,huius generis, penult.corr. masc.gen. {γαμβρὸς} Filiæ mœæ vir. Cic.1.Offic.Cum soceris generi non lauantur.

Generum assumere.Plin.epist.11.lib.3.

Adiungere generum,Vide ADIVNGO.

Capere generum, Vide CAPIO.

Sumere generum. Tacit.lib.1.Vide SVMO.

Oprare generum.Persius Sat.2.

¶Generibus, pro generis antiqui dixerunt, teste Nonio. Accius Alcmæone,

Qui ducat,quú te viderit socerũ,generibus tantam esse impietatem.

Gens,gentis,fœm.gen. {ἔθνος,φύλον} à genus deducitur,u litera detracta.Natio. Virg.1.Æneid.Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Plin.de Viris illust.

Gens, & familia inter gentem, & familiam illud interest, quòd gens ad nomen, familia ad cognomen refertur. itaque illa tanquam totum continere videtur,hęc quodam modo partem.exempli gratia. Valerij omnes vnius esse gentis dicuntur, quia vno nomine continentur omnes.at verò partes gentis hutus sunt plures,quę ex cognominum varietate distinctæ sunt, eæque familiæ nominantur, vt in gente Valeria Maximi,Messallæ,Flacci, Læuini,Falrones : in Cornelia Scipiones,Lentuli,Dolabellæ,Sullę,Cinnæ:in Æmilia Mamercini,Lepidi,Pauli,Scauri,Barbulæ:itémque in cæteris.at verò Valerij omnes vnius sunt gentis.itémq; Cornelij,atque Æmilij.itaque rectè Festus gentem definit eam,quæ ex multis familiis cõficeretur.Quod autem interest inter gentem,& familiam,idem interest inter genus, & stirpem. quæ quidem ita esse, ex his veterum historiarum Vrbis intelligitur. Suetonius in Galba: Imagines vniuersi generis exequi longum est,familiæ breuiter attingam. Qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit,cur,aut vnde traxerit, ambigitur. & Liuius lib. 38.Scipio Nasica orationem habuit plenã veris decoribus non communiter Corneliæ gentis , sed propriè familiæ suæ, & apud Suetonium Cæsar : Ab Anco Marcio sunt Marci Reges , quo nomine fuit mater; à Venere Iulij,cuius gentis familia est nostra. & in Augusto: Gens Octauia à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta , mox à Ser.Tullio inter patricias traducta. primus ex hac magistratum cepit C.Rufus. Is quæstorius Cneum,& Caium procreauit, à quibus duplex Octauiorum familia deduxit,conditione diuersa.& Cicero in Bruto : Funebres orationes ipsæ familiæ quasi ornamenta seruabant ad vsum,siquis eiusdem generis occidisset. & Liuius lib.9, Duodecim Potitiorum familias fuisse, quũ gens Potitia tota interiit. & lib.1, Iulia gens Iulum authorem sui nominis nuncupat. & lib.7 sic loquitur Valerius Coruus, Nõ,si mihi nouum hoc Corui cognomen diis authoribus homines dedistis, Poplicolarum vetustum nostræ familiæ cognomen memoria excessit.& lib.40,Inde cognomen familiæ inditum , vt Annales appellarentur. & Catullus, Non decet tam vetus sine liberis nomen esse, id est tam veterem gentem, qualis erat Manlia.Hæc de gente,familia, & genere. nunc de stirpe dicam. Cicero pro Rabirio: Qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc ferè,qui sunt eius stirpis, cupidissimè persequuntur. & primo de Legibus:Hic orti stirpe antiquissima sumus. & in Lælio: Quia aliquandiu propter ignorantiam stirpis , & generis in famulatu fuerunt. & lib.1.de Orat.Quid,qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumuiri iudicarunt? Cum Marcelli à liberti filio stirpe , Claudij patricij eiusdem hominis hæreditatem gente ad se rediisse dicerent: nónne in ea caussa fuit de toto stirpis, & gentilitatis iure dicendum? & Suetonius in Claudio:Claudius Cn.Pompeio antiquissimæ stirpis Magni cognomen ademit. Quæ autem ratio est inter gentem,& familiam , eadem est inter gentiles , & agnatos. vt enim familia , aut stirps nos propius attingit , quàm gens, aut genus, sic agnati , quàm gentiles. siquidem gentilis, authore Festo, dicitur,qui eodem ex genere natus. & is, qui simili nomine appellatur.rectè. quatenus enim ait,Ex eodem genere,eos intelligit,qui eiusdem gentis eundem principem habent:quatenus,simili nomine,eos qui quanquam vno gentis nomine omnes vtuntur , tamen alium atque alium authorem suj generis nuncupant.quo modo Cicero in prima Tusculana,se gentilem esse ait Ser.Tullij regis,quòd vterque simili gentilicio nomine vteretur, quum tamen è diuerso vterque fonte manaret, Quum autem ad Herennium scriptum sit:Si furiosus existat, agnatorum gentiliúmque

tiliúmque in eo,pecuniáque eius ius esto.item:Si pater familias intestato moritur, familia , pecuniáque eius agnatorum , gentiliúmque esto:agnati profecto videntur esse, qui ex eadem familia sint; quibus deficientibus,gentiles subeant, nam Cicero dixit primo de Oratore, Iura gentilitatum, & agnationum. item:Ius gentilitatis,& stirpis.& de Legibus primo:Homines deorum agnatione, & gente tenentur: quum veranque cõiunctionem complecti vellet. Qui autem librum scripsit ante nos de nominibus , idem esse censet gentem , & familiam , gentiles, & agnatos. ait enim : Agnomen familiæ est appellatio, & gentis : vnde agnati, & gentiles dicebantur , qui ex eadem erant familia , vt Cicero in Topicis ait , & idem in Bruto Ser. Tullium regem gentilem suum ea de caussa nominat. mea autem sententia, Ciceronis sententiam percepisse non videtur, qui in Topicis gentiles eos definit,qui inter se eodem nomine sunt , id est ex eadem gente ; familiæ verò , aut agnatorum non meminit. Est præterea intelligendum , Plinium gentiles nouo quodam modo appellare. siquidem seruos gentiles esse dominorum ait , quia eodem prænomine appellarentur , quo dominus , vt Marcipor , Quinctipor , id est Marci , & Quinctij puer. Ex libro Caroli Sigonij de nominibus Romanorum.

Gens pro populis aliquam regionem incolentibus.Plin.lib.12.cap. 7,Verunque syluestre gentibus suis est , & tamen pondere emitur vt aurum vel argentum.De vtroque pipere.

Gens Cilicum. Cic.ad Senatum,lib.15.1, Vt opprimerentur ij qui ex Cilicum gente in armis fuisse.

Gens hominum. Plin.lib.8.cap.25,Quin & gẽs hominum est huic belluæ aduersa in ipso Nilo Tentyritæ.

Cunabula gentis,Id est nutrimenta.Virg.3.Æneid. Seruius.

Primordia gentis.Ouid.5.Metam.

Societas propior est eiusdem gentis,nationis,linguę,qua maximè homines coniunguntur.Cic.1.Offic.

¶Gens Ariana Indis contermina,Vide COTERMINVS.

Aurea gens.Virg.ecloga 4.

Barbaræ gentes.Seneca Agamemn.8.

Belligere gentes.Seneca Medea 2.

Crudelis gens.Virg.6.Æneid.

Diræ gentes.Valer.lib.5.Argonaut.

Dolosa gens.Ouid.14.Metam.

Effræna gens virũm.Virg.3.Georg.

Egregia bello gens.Virg.1.Æneid.

Externa gens.Ouid.3.Amor.eleg.4.

Ferox gens.Ouid.14.Metam.

Fœcunda gens.Horat.2.Serm.sat.3.

Fortis gens.Horat.4.Carm.ode 4.

Furua gens.Id est Mauri vel Æthiopes.Iuuenal.sat.12.

Hircosa gens Centurionum.Persius sat.3.

Humana gens.Horat.1.Carm.ode 3.

Immanis & barbara gens,Vide IMMANIS.

Indomita gens.Seneca Medea, 7.

Insociabilis gens,Vide INSOCIABILIS.

Inuictæ gentes.Virg.12.Æneid.

Nefanda gens.Virg.3.Æneid.

Odorifera gens,Id est Arabes.Ouid.4.Metam.

Periura gens.Silius lib.16.

Pernicios gens. Quintil.lib.3 cap.7, Et est conditoribus vrbium infamiæ contraxisse aliquam perniciosam cæteris gentem.

Sanctæ gentes.Iuuenal.sat.15.

Togata gens.Virg.1.Æneid.

Gens triumphara.Ouid.1.Amor.eleg.14.

Turbida gens.Valer.8.Argonaut.

Vagæ,& sine vrbibus,ac sine legibus gentes.Quintil.lib.3.cap.2.

Valida gens.Claud.de bello Getico.

Vetusta gens.Virg.9.Æneid.

¶Assueta gens bello.Ouid.15.Metam.

Laceras gentes colligere,Vide LACER.

Componere gentem.Silius lib.17.

Contrahere gentem.Quintil.lib.3.cap.7.

Supernas gentes frænare.Virg.1.Æneid.

Illigare gentem aliquam bello,Vide ILLIGO.

Magnis gentibus imperitare.Lucret.lib.3.

Armis miscere gentes.Lucan.lib.9.

Nata gens instaurandis reparandísque bellis,Vide NASCOR.

Subactæ gentes.Lucan.lib.1.

¶Gens Ælia appellatur,quæ ex multis familiis conficitur. Fest.

Sine gente,Id est ignobilis.Horat.2.Serm.sat.5,

Qui quanuis periurus erit,sine gente,cruentus

Sanguine fraterno,&c.

Gente ad eum rediit hæreditas. Vide paulo pòst, Gentilitas in iure,&c.

Minorum gentium patritij,Vide MINOR.

Patritiæ gentis formosissimus.Iuuen.sat.10.

Pulcherrima gens.Silius lib.13.

¶Gens,de apibus item dicitur. Colum.lib.9.cap.9,Intestino bello torę gentes consumuntur.

¶Gens,de piscibus dictum.Virg.4.Georgicorum,

Quum Protheus consueta petens è fluctibus antra

Ibat:eum nasci circum gens humida ponti Exultans,&c.

¶Vbicunque terrarum & gentium.Cic.7.Verr.

O dij immortales,vbinam gentium sumus! Cic.1.in Catil.

Nusquam gentium,Vide NVSQVAM.

Genticus,penult.corr. {ἐθνικὸς} Gentilis.vt Mos genticus.Corn. Tacit. lib.3,Addunturè seruitiis gladiaturæ destinati,quibus more gentico continuum ferri tegimen (crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles. Vtitur & Ammianus lib.24.

Gentilis,& hoc gentile,penult.prod. {ἐθνικὸς,φυλετικὸς} Cic.in Topicis, Gentiles sunt qui inter se eodem sunt nomine. non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt.ne id quidem satis est.Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit.abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti. Festus , Gentilis dicitur & ex eadem gente ortus , & is qui simili nomine appellatur. Cicero 1. Tusculan. Pherecides Syrus primùm dixit animos hominum esse sempiternos. antiquus sané. fuit enim meo regnante gentili. Hoc est, Seruio Tullio , quia eiusdem nominis erat.

Ad agnatos & gentiles,Vide AD præpositionem.

Caterua gentilis.Silius lib.16.

¶Scriptores rerum sacrarum , Gentiles , siue gentilitatem vocant omnes idolorum cultores , hoc est quicúque deorum multitudinem posuerunt:diuersę enim gentes innumerabilia numina habuere:nec solùm superiora illa quæ fulgore suo mundum illustrant,Solem,Lunam, &c. sed inferiorum quoque animalium virtutes , pudicitiam, concordiam,&c. Ideo autem hos gẽtiles vocant,quia in gentilium, hoc est maiorum suorum fide perstitere , nec religionis cultum mutauerunt. Sipontinus.

Gentilis penè Verris Verrutius. Cic.4.Verr.Respondè mihi nunc tu Ver.es,quem esse hunc tuum penè gentilem Verrutium putes.

Gentiles dominorum serui. Id est , eodem nomine appellati quo domini.Plin.lib.33.cap.1,Singuli Marcipores, Luciporésve, dominorum gentiles,omnem victum in promiscuo habebant.

Gentiles etiam nationes vocantur,quæ vicinæ sunt natali solo cuiusp iam. Tacit.lib.11, Quando Viennæ gemitus, multíque & validis propinquitatibus subnixus, turbare gentiles nationes prompum haberet.

Gentile dicitur quod est gentis proprium & familiare: vnde Iuuenalis Gentilia tympana dixit. Sueton.de Tyberio,cap.68,Gentile in illo hoc videtur.

Gentilitius, Adiectiuum {φυλετικὸς} Quod ex gente siue familia est:vt Gentilitia nomina , quæ originem gentis vel familiæ declarant , vt Portius , Cornelius. Sic Gentilitia nota à Liuio dicitur , & Gentilitia funera à Plinio nuncupantur. Et Gentilitiæ hæreditates apud Suetonium.

Gentilitium hoc illi:Id est,hoc illi à gente sua proprium est. Plin. epist.101.lib.6.

Gentilitium,Quod à gente,id est natione vsurpatur.Inde gentilitia sacra dicuntur à Liuio,quæ statuta sunt eidem gẽti.Cic.de Aruspicib. resp.Multi sunt etiam in hoc ordine,qui sacrificia gentilitia,illo ipso in sacello,statuto loco anniuersaria factitarint.

Gentilitas, penult. corr. huius gentilitatis {φυλετικὸν} Multitudo ipsa familiæ alicuius.Plin.de Viris illust.Gentilitas eius Manlij cognomen eiurauit,nequis postea Capitolinus vocaretur.

Bruta gentilitas,Vide BRVTVS.

Gentilitas in iure tractabatur vt agnatio. Cic. 1. de Orat. Quum Marcelli ab liberti filio stirpe , Claudij patritij eiusdem hominis hæreditatem,gente ad se rediisse dicerent,nónne in ea caussa fuit oratoribus de toto stirpis ac gẽtilitatis iure dicendum? Et Boetius in Topicis. Ex hoc hodie nostrates vulgo vsurpare nomen gentilis hominis videntur. Budæus.

Gentilitas, Ipsa necessitudo inter gentiles & cognatos. Plinius in Panég. Ex quo intelligi potest quantæ benignitatis , quanti spiritus fuerit,(parsas, atque (vt ita dicam) laceras gentilitates colligere atque connectere.

Gentilitas in herbis,Id est natale solum.Plin.lib.12.cap.13.

GEO

Geodæsia {γεωδαισία} est scientia earum quæ in sensilibus sunt corporibus magnitudinum & figurarum,sub diuisionem & compositionem cadens.& geometriæ vsum ferè significat.

Geodætes, Qui geodæsiam nouit,terræ diuisor & agri mensor , inquit Budæus.

Geographia,huius geographiæ,penult.corr. {γεωγραφία} Terræ descriptio.Cic.Attico,lib.2.19,De Geographia dabo operam vt tibi satisfaciam , sed nihil certi polliceor. magnum opus est : sed tamen vt iubes,curabo vt huius peregrinationis aliquod tibi opus exeat.

Geometres {γεωμέτρης,γεωμέτρου} masc.gen.siue geometra,penult.cor. Terræ mensor siue diuisor. ad omnis tamen magnitudinis scientiam refertur. Cic.4.Acad. Quomodo aut geometres cernere potest quæ aut nulla sunt,aut internosci à falsis non possunt?

Geometræ solent non omnia docere,sed postulare,vt quædam sibi concedantur,quo facilius quæ volunt explicent.Cic.3.Offic.

Geometria,penult.correp. {γεωμετρία} Terræ mensuratio, vel ars ipsa terram,omniáque alia sub mensuram cadentia dimetiendi. Cic.3.de Finibus , Quanquam ea verba quibus ex instituto veterum vtimur pro Latinis,vt ipsa Philosophia,vt rhetorica,dialectica,grammatica, geometria, musica : quanquam ea Latinè dici poterant, tamen quoniam vsu percepta sunt,nostra ducamus.

Geometria apud Græcos in summo honore fuit.Cic.1.Tusc.

Discere geometriam ab aliquo.Cic.1.de Finibus.

Quæ in geometria describuntur , Mathematicorum sunt, non Ariolorum.Cic.2.de Diuinat.

Tractauerunt geometriam Euclides & Archimedes. Cicero 3.de Oratore.

Geometricus , penult.corr. Adiectiuum {γεωμετρικὸς} Cic.1. Tusc.Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati.

Geometrica scientia.Plin.lib.7.cap.37.

Geometrica ratio.Cic.4.Academ.

Geometricum quiddam.Cic.2.de Diuinat.

Geometrica,geometricorum,absolutè {γεωμετρικὰ} Cic.1. Tusculi.Ita faciles interrogationes sunt , vt gradatim respondens eò perueniat quasi geometrica didicisset.

Geometricè , Aduerbium {γεωμετρικῶς} vt Geometricè eruditus, Qui geometriam caller.Plin.lib.35.cap.10.

Refellere γεωμετρικῶς aliquem.Cic.Attico,lib.12.23.

GEORGI , Asiæ populi ab agricultura nomen sortiti , quibus vicinos

Corsitas, Phorissas,& Riphaces Mela facit. Cóstat etiam Tauricam Chersonesum Georgiam cognominatam propter memorabilem in ea frumenti copiam,vt notat Vadianus.

Georgia,georgias,fœminini generis,penult.prod. {γεωργία} agricultura Latinè dicitur.

Georgica, penult.correp. georgicorum {γεωργικὰ} Libri de Re rustica tractantes.

Georgicus,penul.corr. Adiectiuum{γεωργικὸς} Rusticus:vt Georgicum carmen.Colum.lib.7.cap.5.

G E R

GERAEA {γέραια} Lusitaniæ vrbs apud Ptolemæum,*Caceres* vulgó.

Geranus,Vide GRVS.

Gerdii,apud Firmicú lib.8.cap.25. Vigesimasexta pars Libræ ſi in horoscopo fuerit inuenta,textores faciet gerdióſq;. Lucilius apud Nonium:Curare domi ſine gerdius,aucillæ,pueri,zonarius,textor.Dicti gerdij παρὰ τὸ ἀγέρδανον,vel ἀπὸ τῶν Γερδυαίων,quòd humi artem exerceãt, vel quòd in terra ſolum habeant.

GERMANIA {γερμανία} Prouincia à Germanis vocitata eſt,quæ à Gallis,Rhetiſque,ac Pannoniis Rheno ac Danubio fluminibus, à Sarmatis Dacisque mutuo metu, ac montibus ſeparatur: cætera ambit Oceanus,latos ſinus,& inſularum immenſa ſpatia cõplectens. Rhenus,Rheticarum Alpium inacceſſo & præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem verſus,Septẽtrionali Oceano miſcetur. Danubius molli & clementer edito montis Arbonæ iugo effuſus, plureis populos adit, donec in Ponticum mare ſex meatibus erumpit: ſeptimum os paludibus hauritur. Germani ipſi indigenæ exiſtimantur, quoniam non eſt veriſimile aliquos Aſia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam petiiſſe, informem terris, aſperam cælo,triſtem cultu,aſpectúque,niſi patria ſit. Hi antea Teutones appellabantur,à Teutono deo eorum, quem terra orum exiſtimabant. poſtea Alemãni ſunt dicti ab huius dei filio Manno. Germaniæ vocabulum nuper à Romanis additum:quoniam quum primùm Rhenum deuictis Gallis tranſgreſſi fuiſſent, videntes eos, & feritate animorum, & proceritate corporum, & colore ſtauo, forma præterea & moribus, & viuendi ritu Gallis ſimillimos,Germanos eos,hoc eſt fratres Gallorum eſſe exiſtimauerunt. Hæc ex Strabone lib.7. Alij Germanos putant dictos à *Ger* & *man* vocabulis Teutonicis. *Ger* veteres Germani dicebant, quod recentiores *gar*, id eſt totum,prorſus, planè. *Man* virum ſignificat. Hinc Germanus, id eſt totus vir, prorſus virilis,planè mannus.

Ferox Germania.Claud. de bello Gerico.

Fera Germania.Horat.Epod.16.

Penetralis Germania,Hoc eſt penitior. Tacit.lib.2,Ille fas patriæ, libertatem autem,penetralis Germaniæ deos,&c.

Germanicus,a,um {γερμανικὸς} à Germania deducitur:vt ab Italia,Italicus.Itaque à debellatis Germanis quidam Imperatores Germanici cognomen ſumpſere.

GERMANICVS,C.Cæſaris Caligulæ pater, Druſi & iunioris Antoniæ filius, à Tiberio patruo adoptatus, miſſus ad exercitum in Germaniam,exceſſu Auguſti nuntiato,legiones vniuerſas imperatorem Tiberium pertinaciſſimè recuſantes,& ſibi ſummam Reipublicæ deferentes,incertum conſtãtia an pietate maiore,compeſcuit: atque hoſte mox deuicto triumphauit. Vide Suet.in Calig.cap.1.2.3.4.5.6.7.

Germanicianus, penult.prod. Adiectiuum. vt Milites Germaniciani, quibus præerat Germanicus.Sueton.in Tiberio,cap.25, Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem:ante omnia,vt æquarentur ſtipendio Prætoriani Germanicianis. Idem in Othone,cap.8.

Negotiatoris Germanici eſt ſub luſtrum cenſeri. Cicero Attico, libro 1.13.

Signa Germanica.Ouid.ad Liuiam.

GERMANICA legio ſeptima {γερμανικὴ λεγίων} Ptolemæo Tarraconenſis Hiſpaniæ vrbs.*Leon* Hiſpanicé.

Germanus,penult.prod.Vide GERMEN.

Germen,germinis,penult.corr.n.g. {βλαστὸς,βλάστημα, ἄνθεμον} Feſtus, Germen eſt quod ex arborum ſurculis naſcitur: vnde & germani, quaſi ex eadem ſtirpe nati.Quanuis (inquit Sipontinus) Varro germanos eſſe dicat ex eadem genitrice natos. Plin.lib.10.cap.29,Denſante ſe frondium germine.

Aliena ex arbore germen.Virg.2.Georg.

Germina ortorum exuruntur.Plin.lib.7.cap.15.

Germino,germinas, penult.corr. {βλαστάνω, θάλλω, ἀναθάλλω} germinâre, Pallulare,germen emittere. Plinius libro 13.cap.4,Fœmina citra florem germinat tantum ſpinæ modó.

Fœtus in vtero dicitur capillum germinare, quum ei capillus naſcitur.Plin.lib.7.cap.6.

Germinatio,Verbale {βλάστησις}. Plin.lib.16. cap.25, Alia protinus, vt animalia:tardius aliqua & diutius grauida partus gerunt: quod germinatio ideo vocatur. Colum.lib.4.cap.24.

Germinatus,huius germinatus,penult.prod. {βλάστησις.} Idem Plin.lib. 15.cap.8, Oleam ſi lambendo capra contigerit, depaueritque, primo germinatu ſterileſcere,author eſt M.Varro.

Germinaſco, germinaſcis {βλαστάνω} germináſcere, cuius compoſitum eſt Congerminaſcere. Quadrigarius,Facite exempla eorum,vt cum illis congerminaſcere ſciatur.

Germanus,penult.prod. Adiectiuum {γνήσιος, ὁμόθυιος, ὁμογνώτης} Quaſi ex eadem ſtirpe genitus,inquit Feſtus. Plin.lib.14. cap.2, Ex iis germana minor actino melius defloreſcit. Cic.in Partit. Coniuges,germani,parentes,&c.

¶Germanus,pro Vero & ſyncero, hoc eſt non fucato, non adulterato accipitur,vt ait Budæus.

Germani Attici. Cic.de Oratore, Hanc ego iudico formam ſubmiſſi oratoris, ſed magni tamen, & germani Attici. Sic Germani Campani.Cic.2.de Lege agrar.Id eſt veri & legitimi.

Germana Græcia.Plaut.Rud.18,

Atque heras tuas quidem hercle,atque ex germana Græcia,

Germanæ gerræ.Plaut.Pœnulo,3.

Luperci germani.Cic.pro Cælio.

Germanus amore.Cic.5.de Finibus,Et L.Cicero frater noſter cognatione patruelis,amore germanus.

Germana ironia.Cic.de Claris Orat.Hæc germana ironia eſt:cur ita ſentiam non dicam,ne me tibi aſſentiri putes.

Verum ius & germana iuſtitia. Cicero 3.Officiorum,Sed nos veri iuris germanæque iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus.

Magiſtri germani alicuius artis.Cic.2.de Orat.

Germanum nomen.Plaut.Capt.6,

Nam illi Theodoromedes fuit germano nomine.

Germana patria. Cic.2.de Legib. Quia ſi verum dicimus, hæc eſt mea & hujus fratris mei germana patria, hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus.

¶Germanus alicuius authoris. Cic. in Orat. Quum mutila quædam & hiantia locuti ſunt, vel quæ ſine magiſtro facere potuerunt, germanos ſe putant eſſe Thucydidis.

Germaniſſimus Stoicis,id eſt ſimillimus.Cic.4.Academ.Erat quidem ſi perpauca mutauiſſet,germaniſſimus Stoicis.

¶Germanus,pro Fratre germano {ἀμφότεροι γνήσιοι ἀδελφοί}. Terent. Adelph.2.4,

O mi Æſchine,ô mi germane. Ibidem,5.8,

-nunc tu mihi es germanus pariter

Corpore & animo.

Germanus frater. Terent.And.1 5,

Si te in germani fratris dilexi loco,&c. Cic.pro M. Fonteio, Præſertim quum virgo Veſtalis ex altera parte germanum fratrem complexa teneat, veſtrámque Iudices,ac Pop.Rom.fidem imploret.

Soror germana.Cic.pro Milone.

Memoria literaturæ germana.Cic.in Partit.

Germanitas,penult.corr. {ἀμφοτερότης} germanitatis.Cicero de Aruſp. reſp.An domeſticis eſt germanitatis ſtupris volutatus. Plin.lib.6.cap. 1, Vnde nomen ambobus, & tanquam in diſſociatione germanitas concors. Cic.pro Ligario.

Germanè,penult.prod.Aduerbium {ἀμφοτερόθεν}

Germanè & fraternè reſcribam.Cic.ad Q.frat.lib.2.16,De quo petis vt ad te nihil occultans, nihil diſſimulans, nihil tibi indulgens, germanè fraternéque reſcribam,&c.

Germanitus, Aduerbium, Fideliter, dictum à germanitate. Pomponius Præfect.morum, Vt ſiquis eſt amicus amici, gaudeat, ſiquid boni euenit cuius amicus eſt germanitus.

Germinalis,& hoc germinale,penult.prod. {βλαστητὸς} vt Germinales arbores.Vlpian.l.Fructus.§.Si fundum.D.Soluto matrimonio.Si arbores cæduæ fuerint, vel germinales. Alciatus aliter interpretatur. Vide STIRPS. Videtur arbores ſignificare quæ ex iacto ſemine, vel ſponte,è terræ germine naſcantur. Legitur germinales, in aliis codicibus.

Gero, geris, geſſi, geſtum {καμίζω, φέρω, φορέω, μεταχειρίζομαι} gérere, Portare.Virg.7.Æneid.Bella manu,letúmque gero.

Gerere rem aliquam, pro Facere & adminiſtrare. Virgilius libro 9.Æneidos,

-nec tecum talia geſſi,

Magnanimum Æneam.& fata extrema ſecutus.

Gerere,regere,gubernare aliquam rem.Cic.Attico,lib.16.332.

Geri & fieri.Cic.2.de Orat.Ita facta demonſtres, vt mores eius,de quo narres,vt ſermo, vt vultus omnes exprimantur:vt iis qui audiũt, tum geri illa,fieríque videantur.

Quemadmodum nos aduerſus homines geramus,natura nos docuit non negligere.Cic.1.Offic.

¶Amicitiam gerere.Cic.Pulchro,lib.3 8.

Animum laude dignum gerere.Cic.in Parad.

Animum muliebrem gerere.Cic.1.Offic.

Bellum gerere, Idem quod facere bellum. Cicero de Senectute, Niſi forte ego vobis qui & miles & tribunus & legatus & Conſul verſatus ſum in vario genere bellorum, ceſſare nunc videor, quum bella non gero.

Continenter bellum gerere,Vide CONTINEO.

Gerere bellum cum Stoicis. Cic.2.de Finibus, Stoicis quibuſcum bellum gerebat,opponeretur.

Bene & fœliciter gerere aliquid.Cic.5.Philipp.

Cenſuram.Plin.lib.17.cap.1.

Coniecturam perſpicuam ſolet præ ſe gerere affectionis ratio.Cic. 2.de Inuent.

Conſulem, Salluſtius in Iugurtha, Nam gerere, quàm ferri Conſulem tempore poſterius,re atque vſu prius eſt. Sic Gerere Conſulatum.Cic.de Lege agraria.

Pulcherrimum factum ex authoritate Senatus gerere. Cicero pro Domo ſua.

Fidem fluxam,Fide integra non eſſe.Plaut.Capt.7,

Fac fidele ſis fideli,caue fidem fluxam geras.

Formam gerit imago.Lucrét.lib.4.

Formam alterius.Plaut.in Prologo Amphit.

Mercurius formam Soſiæ ſerui gerit Abſentis.

Honores. Plin.epiſt.147. Liuius 9. belli Pun. Abſens creatus,abſens eum honorem geſſit.

Immanitatem beluæ gerit figura hominis.Cic.3.Offic.

In oculis gerere,Vide OCVLVS.

Ingenium callidum gerere.Plaut.Aſin.6.

Inimicitias. Liuius 10. bel.Maced,Inimicitias per annos multos vobiſipſis graues & atroces gerãtis.

Inimicitias graues cum aliquo gérere.Cic.1.Verr.

Muliebres inimicitias gerere cum aliquo. Cic.pro Cælio,Neque enim muliebres vnquam inimicitias mihi gerendas putaui, præſertim cum ea quam omnes ſemper amicam omnium potius quàm cuiuſquam inimicam putauerunt.

Vereres

Veteres inimicitias cum Cæſare gerebant. Cæſar 1.bel.Ciuil. Sic Cic.1.Verr.

Iras.Plaut Pœnul.12. Terent.Hecyr.3.1,

Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxis iras gerunt.

Magiſtratum. Cic.de Senectute,Quadriennio pòſt factus Prætor: quem magiſtratum geſſi,C O S S. Tuditano & Cethego.

Mammas.Plin.l.b.11.cap.40, Vrſæ mammas quaternas gerunt.

Morem,Obedire,obtemperare.Terent.Adelph.4.5,

Si frater aut ſodalis eſſet,qui magis morem gereret? Cic.1. Tuſcul. Geram tibi morem,& ea quæ vis vt potero explicabo.

Morem gerere amori.Ouid.2.Amor.eleg.2.

Morem gerere animo.Terent.Andr.4.1,

Moleſtus certè ei fuero,atque animo moré geſſero. Idé Heaut.5.1, Quid agis? cmitte:ac ſine me in hac re gerere mihi morem.

Gerere morem alicui de re aliqua.Plaut.Ciſtel.2,

Obſequuta eſt,de ea re geſſiſſe morem morigeræ mihi.

Negotium aliquod. Cic. de Amicit. Et hi qui rerum cognitione, doctrináque delectantur,& hi qui ſuum negotium gerunt otioſi, poſtremò,hi qui ſe totos tradiderunt voluptatibus, ſine amicitia vitam eſſe nullam ſentiunt.

Negotium alteri gerere.Iulian.in 1.quoties.D.de ſolutionib.Quoties vnus ex fideiuſſoribus ſuam partem ſoluiſſet, táquam negotium reo geſſiſſet:perinde habendum eſt,&c.

Negotium ſuum cum conſilio alterius gerere. Cicero Attico, lib. 13.262.

Malè gerere negotium.Cic.2.in Catil.

Negotium otioſé gerere,Vide OTIOSVS.

Pro tua fide & diligentia ex voluntate alicuius ſuſceptum negotium gerere.Cic.Valerio,lib.13 5.

Nomen & decus geſſit.Virgil.2 Æneidos,

-& nos aliquod noménque,decúſque Geſſimus.

Odium.Liu.libro 8.bel.Pun. Neque id tam dignum ira erat,quàm quòd extra neceſſitatem belli præcipuum in Romanos gerebant odium.

Onus morſu. Plinius libro 11. cápite 30, Formicæ gerunt onera morſu.

Partum,Idem quod Vterum gerere, & grauidam eſſe. Plin. lib.7. cap. 5, Cæteris animantibus ſtatum & partũ gerẽdi tempus eſt:homo toto anno & incerto gignitur ſpatio.

Perſonam aliquam. Cic.1.Offic. Ipſi autem quam perſonam gerere velimus,à noſtra voluntate proficiſcitur.

Perſonam ciuitatis.Cic.1.Offic.Eſt igitur proprium munus magiſtratus,intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis.

Poteſtatem gerere.Cic.4.Verr.

Præ ſe gerere.Cic.2.de Inuent.Præ ſe gerit quãdam vtilitatem,quò magis expetatur.

Prælia gerere.Ouid.epiſt.17.

Præturam.Plaut.Epid.2,

Iam tu autem nobis præturam geris.

Priuatim aliquid gerere.Cic.5.de Finib.

Pudorem. Plaut.Pœnul.4,

Mercẽricem pudorem gerere magis decet,quàm purpuram.

Pugnas gerere.Claud.3.Paneg.

Rem aliquam gerere: Hoc eſt, agere. Plaut.Bacch.5. Terentius Eunucho,5.4,

Reuiſo quidnam Chærea hic rerum gerat.

Gerere & adminiſtrare rem aut negotium aliquod. Cicero 1. de Inuent.

A rebus gerendis ſenectus abſtrahit? quibus? Cic.de Senect.

Bene rem ſuam gerere.Plaut.Capt.9,

Quid eſt ſuauius,quàm bene rem gerere bono publico?

Cum cura rem gerere.Plaut.Perſ.6,

-face hanc rem cum cura geras,curriculo vola.

Bene rem gerere,ſalutationis loco poſitum,Vide GAVDEO.

De compacto rem gerere.Plaut.Capt.8,

-ſciui extemplo rem de compacto geri.

Ex ſententia rem aliquam gerere.Cic.Lentulo,lib.1.6.

Fœliciter & ex ſententia rem gerere.Cic.Curioni,lib.2.6.

Leuiter rem gerere.Plin.lib.15.cap.29.

Malè rem gerere.Horat.2.Serm.ſatyr.3.

Rem alicuius gerere malitioſé. Cic. pro Roſcio Amerino, In priuatis rebus ſiqui rem mandatam non modò malitioſius geſſiſſet ſui quæſtus aut commodi cauſa, verùm etiam negligentius, cum maiores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant.

Palàm rem aliquam gerere.Cic.Attico,lib.16.335.

Res gerere. Plin.lib.12.cap.25, Alexandro Magno res ibi gerente. Id eſt belligerante, inquit Budæus. Cic.4.Acad.Sic innumerabiles paribus in locis eſſe eiſdem nominibus, honoribus, rebus geſtis, ingeniis,&c. Vide RES.

Res alias gerere, pro Non attendere ad ea quæ dicuntur.Plaut. Ciſtel.10, -mi homo obſecro

Alias res geris,ego tibi meas mando.

Libidine,non ratione res aliquas gerere.Cic.pro Quintio.

Sapientia omnes res humanæ geruntur.Cic.2.de Orat.

Rempub.gerere, pro Adminiſtrare & præeſſe Reipub. gubernandæ. Plaut. Amphit. 4. Cic.3.de Finib. Vt ſapiens velit gerere,& adminiſtrare Rempub.

Rempublicam ſolus gerit,orbémque terrarum gubernat.Cic.pro Roſc.Amerino.

Bene gerere Rempublicam.Cic.Poſt red.ad Quirites.

Se gerere in aliquo negotio. Cic.2.Verr. Nunc autem homines in ſpeculis ſunt:obſeruant quemadmodũ ſe vnuſquiſque veſtrum gerat in retinenda religione conſeruandiſque legibus.

Artificialiter ſe gerere.Quintil.lib.2.cap.17,Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat; in ea eſſe artem.

Geſſit ſe cõtera diſciplinam meam. Traianus ad Plinium,libro 10. epiſt.82.

Excellentius ſe in Republica gerere.Cic.pro Sextio.

Se gerere honeſtè.Cic.ad Attic.lib.6.111.

Inartificialiter ſe gerere.Quintil.lib.2.cap.17.

Perditè ſe gerere,Vide PERDITVS.

Non perditè ſe gerere.Cic.Attico,lib.9.171.

Se gerere pro ciue.Cic.pro Archia.

Se gerere ſummiſſius.Cicero 1.Offic.Vt rectè præcipere videantur qui monent vt quanto ſuperiores ſimus, tanto nos geramus ſummiſſiùs.

Se gerere turpiſſimé. Cic.2.Tuſcul. Si turpiſſimè ſe illa pars animi geret,quam dixi eſſe mollem,&c.

Geſſit ſe turpiter in legatione.Plin.Iunior lib.2.epiſt.12.

Se ita gerit vt ſibi iam decemuir eſſe videatur. Cicero pro Lege agraria.

Ita ſe geſſit: Hoc eſt,ita ſe habuit. Cic. de Amicitia, Qui ita ſe gerunt,ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, æqualitas,liberalitas.

Gerere ſenſus abditos,Vide ABDO.

Similitudinem quandam, ſpeciémque ſapientum gerere. Cic.3. Offic. Nec ij qui ſapientes habiti ſunt & nominati, M. Cato, & C. Lælius,ſapientes fuerũt.ne illi quidem ſeptem: ſed ex mediorum officiorum frequentia ſimilitudinem quandam gerebant ſpeciémque ſapientum.

Simultatem gerere cum aliquo.Antonius ad Ciceronem,in Epiſt. ad Attic.lib.14.310,Patere obſecro te pro Repub.videri geſſiſſe ſimultatem cum patre eius.

Societatem. Cic.pro Quintio,Quaſi ij qui magna fide ſocietatem gererent.

Speciem teli.Colum.lib.3.cap.17.

Speciem paternam gerere. Colum.lib.8. cap.2, Nam & paternam ſpeciem gerunt, & ſalacitatem fœcunditatémque vernaculam retinent. De gallis gallinaceis.

Tela gerere.Virgil.1.Æneid.

Tutelam ianuæ.Plaut.Trucul.5,

Ecquis huic tutelam ianuæ gerit?

Veſtem indutui gerere.Tacit.lib.16.

Vincla gerere.Ouid.4.Metam.

Vtilitatem quandam, quo magis expetatur, præ ſe gerit amicitia & bona exiſtimatio.Cic.2. de Inuent.

¶A ſpe gerendi abeſſe. Cic.5.de Finib.Maximéque eos videre poſſumus res geſtas audire & legere velle,qui à ſpe gerendi abſunt,confecti ſenectute.

Rebus minus aptis gerendis.Ouid.1.de Arte.

Or batus gerendis negotiis.Cic.5.de Finib. Itaque vt quiſque optimè natus inſtitutúſque eſt, eſſe omnino nolit in vita, ſi gerendis negotiis orbatus,poſſit paratiſſimis veſci voluptatibus.

Gerens, Participium {φέρων.} vt Bella gerens. Horatius libro 4. Carm. ode 4.

Animum gerens virilem. Virgil.9.Æneid.

Fauores in corde gerens.Catul.Argon.59.

Virginis os,habitúmque gerens.Virgil.1.Æneid.

Vultura gerens.Virgil.2 Æneid.

Sui negotij bene gerens.Cic.pro Quintio.

Geſtus, Particip. {πεπραγμένος} Factus & adminiſtratus. Plaut.Trinum. 17, -re bene geſta ſaluus redeo. Idem Rudent.24,

Hoc modo res geſta eſt,vt ego dico.

Comitia armis ſeruilibus geſta.Cic.3.de Legib.

Geſti honores. Plin.lib.14.cap.22,Ad Proconſulatum vſque è Prætura honoribus geſtis.

Geſtus eſt mos & voluntati & dignitati tuæ. Obediturn eſt. Cic. pro L.Murena,Geſtus eſt mos & voluntati & dignitati tuæ.

Bene geſtæ res.Virgil.9.Æneid.

Præſia geſturus Conſul.Lucan.lib.2,

Geſta, geſtorum {πραγμένα} Vide ACTA. Plautus Trucul.6, Qui accipias geſta tecum.

Exultare in ſuam famam geſtis. Tacit. in vita Agricolæ, Nec Agricola vnquam in ſuam famam geſtis exultauit.

Geſtus,huius geſtus,Verbale,Curatio & adminiſtratio. vt Geſtus tutelæ.Vlpian.in l.ita autem. D. de adminiſt.tut. vel curat. Quòd ſi poſteaquàm geſtis, tunc ſe geſtu abſtinuit, etiam ſuſpecti poſtulatio ſuccedit.

¶Geſtus {ὑπόκρισις} Eſt (vt ait Valla lib. 4.) actio quædam & quaſi pronuntiatio corporis. Cic. 2. de Nat.deor.In corporum etiam motione atque geſtu multa cernunt ſubtilius. Idem 4.Academ. Et hoc quidem Zeno geſtu conficiebat.

Moderatior omni geſtu, omni verſu aptior vita eſſe debet. Cic. in Paradoxis.

Summorum actorum geſtus.Cic.1.de Orat.

¶Diſtortus geſtus.Quintil.lib.6.cap.3.

Iactantior geſtus,Vide IACTO.

Incertus geſtus.Quintil.lib.1.cap.10.

Non inurbanus geſtus.Quintil.lib.6.cap.3.

Numeroſi geſtus.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.

Ridiculus geſtus.Quintil.lib.6.cap.3.

¶Accommodare geſtum ad vocem.Quintil.lib.1.cap.11.

Agere geſtum.Cic.pro Quintio.

Agere geſtum humeris.Cic.pro Rabirio Poſth.

Agere geſtum in ſcena,Vide AGO.

Capere geſtum,Vide CAPIO.

In geſtu,motúque vitium caueatur.Cic.1.Offic.

Coãponere geſtum ad ſimilitudinem ſaltationis. Quintilian.lib. 1.cap.11.

Conficere geſtu aliquid.Cic.4.Acad.

Alternis geſtibus contendere.Quintil.lib.6.cap.3.

Furens gestu. Quintil.lib.2.cap.12, Emugiunt,multo discursu,anhelitu,iactatione,gestu,motu capitis furentes.
Imitari gestum alicuius. Lucret.lib.4.
Intelligo de gestu. Vide INTELLIGO.
Iuuare gestus histrionum. Tacit.lib.16, Et plebs quidem vrbis,histrionum quoque gestus iuuare solita,personabat certis modis.
In gestu qui semel peccauit, non continuò existimatur nescire gestum. Cic.1.de Orat.
Illa placet gestu. Ouid.2.Amor.eleg.4.
Sedatus & constans gestus. Author ad Heren.lib.3.
Exiguo gestu signare aliquid. Ouid.3.de Arte amandi.
Histrionum nonnulli gestus ineptiis non vacant. Cic.1.Offic.
In gestu nec vetustatem conspicuam, nec turpitudinem esse, ne aut histriones, aut operarij esse videamur. Author ad Herennium, libro 3.

Gesticulus,pen.corr. Diminutiuum, hoc est,paruus gestus,vel gesticulatio. Tertullianus in Apologetico,Multis instrumentis cum digitorum supputatoriis gesticulis assidendum est.

Gestuosus, penult. prod. Adiectiuum {ὑποκριτικὸς} Qui multos gestus veluti mimus facit. Gellius lib.1.cap.5,Gestuosas Hortensij manus & argutas.

Gestio ,gestionis {μεταχείρισις} Curatio, & administratio. Cic. 1. de Inuentione,Negotiis autem quæ sunt attributa,partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in negotij gestione consyderantur: partim adiuncta negotio sunt, partim gestum negotium consequuntur.

Geritio ,Idem quod gestio. Pro hærede geritio est eorum qui sine cretione, vel etiam cretione imperfecta, ex constitutione D. Marci. Interpretis tit Vlpian.in tit.qui hæred.instituj poss.22.ad fin.

Gestio,gestis,gestiui & gestij,gestitum, penult. prod. {χαιρεάω} gestire, Propriè est lætitiam animi cum quodam corporis motu exprimere. Terent.Phorm.2.1,
-ipsum gestio dari mihi in conspectum. Cic.2.de Finib.Quorum alter lætitia gestiat,alter dolore crucietur. Pers.Satyr.1,
Non hic qui in crepidis Graiorum ludere gestit. Cic. ad Attic. lib. 4.80.Gellio scire. Eidem,lib.2.22,Gestit animus.
Nimia voluptate gestire.Cic.1.Offic.
Gestit paribus colludere.Horat.de Arte poet.
Animi forensibus negotiis defessi gestiũt,ac volitare cupiunt.Cic. 2.de Orat.
Animus gestit antiqua exequi supplicia.Seneca Thebaid.1.
Contrectatione vaccæ gestit taurus, & equæ equus. Cic.1. de Nat. deorum.
Gestiunt parietes Cæsari gratias agere, per translationem dixit Cicero pro Marcello. Id est quasi gestu videntur parietes gratias agere.

Gestiens,Participium {χαιρετῶν.} vt Lætitia gestiens.Cic.4.Tuscul.
Perterriti & Gestientes,contraria. Cic.2. de Nat.deor.Deinde hac cohortamur,hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore,hac gestientes comprimimus.
Elatus inani lætitia,exultans,& temere gestiens.Cic.5.Tuscul.

Gesticulor, pen. corr. gesticularis {χειρονομία} gesticulári, Plurimos gestus facere.
Carmina gesticulari, Id est saltare ad numeros carminis. Suetonin Nerone,cap.42, Super abundantissimam cœnam iocularia in defectionis duces carmina, lasciuéque modulata , quæ vulgo innotuerunt,etiam gesticulatus est.

Gesticulator, penult. prod. gesticulatoris {χειρονόμος} Qui gestus huiusmodi facit. Columella in Præfatione lib. 1, Nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissimè requirant saltationis ac musicæ artis studiosi.

Gesticularia,gesticulariæ {χειρονομικὸς.} Gell.lib.1.cap.5,Nõ iam histrionem eum esse diceret,sed gesticulariam : Dionysiámque eum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret.

Gerarius,Adiectiuum,Idem quod Gerulus.Plaut.Milite,
Iampridem quia nihil abstulerit succenset geraria. Quidam scribunt ceraria , sed gerariam legit Turnebus, vt sit puerorum gerula: atque vt onerariam nauim gerariam vocauit , ita quoque infantium gerulam appellauit gerariam. Scio non deesse acerrimi hominis , & eruditissimi iudicij , qui cellariam scribendum contendant, sed illi si ita eis placet legant,ego in Turnebi discedo sententiam.

Gerulus, pen. corr. {βαστάζων,κομιστὴρ} Qui fert aliquid. Sueton.in Caligula,cap.40, Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octaua exigebatur. Horat.2.epist.2,
Festinat calidus mulis,gerulíque redemptor.
Geruli flagitij.Plaut.Bacchid.6,
Tua infamia fecisti geruli figulos flagitij.

Gestor,gestoris, Verbale {κομιστὴς.} Qui gerit,siue portat.Plaut.Pseud.7,
Homines qui gestant,quíque auscultant crimina,
Si meo arbitratu liceat,omnes pendeant:
Gestores linguis,auditores auribus.

Gerundium , gerundij , Verbum participiale quod flectitur specie nominalis casus in di,do,dum. Veteribus fuit numeri vtriusque. Plaut. Capt.13,
Nominandi istorum tibi erit magis , quàm edundi copia. Quod cum vnico pronomine SVI, vt post patebit,retentum est, in cæteris repudiatum.
Dicundi. Terent.in Prolog.Phorm.
De illo iam finem faciam dicundi mihi.
Amando perit.Plaut.Curcul.4.
Pro vapulando.Plaut.Aulul.13,
Heus senex,pro vapulando hercle ego abs te meredem petam.
Sedendo dolent lumbi.Plaut.Menæch.18.
Osculando non est impudicior.Plaut.Curcul.2.
Exorando.Plaut.Stich.3,
Exorando,aduersando,sumendam operam censeo.
Flendo modum non facere.Plaut.Milit.2.
Alitur vitium, viuitque tegendo , Id est dum tegunt. Virgil. lib. 3. Georgic.
Feerandum ista mihi.Cic.ad Attic.lib.14.3.
Castrandum me loces.Plaut.Aulul.7.
Gerundiuum quod appellatur à Grammaticis , verum nomen est: & participium in dus futuri temporis commẽtum est Grammaticorum sine vsu probatorum authorum.

Gesto,gestas {φόρημα,φοράω} gestare,Frequentatiuum.Plaut.Curcul.14,
Pater istum meus gestaut. Sub.annulum.
Gestare in aluo.Plaut.Stich.4. Plin.lib.8.cap.10,Decem annis gestare in vtero vulgus existimat. De elephantis.
Caput fixum gestare in pilo.Cic.11.Philip.
Gestare in manibus.Terent.Adelph.4.2,
Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestaui meis.
Gestare collo.Plin.in Procem.lib.1.
Annulos gestabat.Tacit.lib.20.
Gestare arma humeris.Liu.7.bel.Pun. Legitur & gerere.
Gestare aliquem in sinu,Vehementer amare. Terent.Adelph.4.5,
Si frater aut sodalis esset,quí magis morem gereret?
Hic non amandus?hiccine non gestandus in sinu est?
Gestas animum meum.Plaut.Merc.11.
Ferrum & scopulos gestare in corde.Ouid.7.Metam.

Gestito,gestitas,pen.corr. {φορῶμαι} gestitare,Frequentatiuum à gesto, gestas. Plaut.Cistel.19,
Eloquere,vnde sunt tibi hæc cito crepundia?
1. Mea hæc herilis gestitauit,non tua.
Gestitare volucrem vocem.Plaut.Amphit.4,
-næ ego homo infelix fui,
Qui non alas interuelli,volucrem vocem gestito.

Gestatus,pen.prod. {φορεῖος} Participiũ à gesto,gestas.Martial.lib.1.42, Gestatus biiugis Regulus esset equis.

Gestatus, huius gestatus, pen. prod. {κομιδή.} Plin.lib.15. cap.25, Iulianis gratus sapor,sed penè tantum sub arbore sua,adeò teneris vegetatum non tolerent. Id est gestari non possint.

Gestatio,Verbale {φόρησις} Vectio, portatio. Celsus lib.2.cap.14, Gestatio etiam lõgis & iam inclinatis morbis aptissima est. Seneca epist. 56,A gestatione quũ maximè venio,non minus fatigatus sum,quàm si tantum ambulassem,quantum sedi.
¶Gestatio, pro loco. Plin. epist.101.lib.5, Ab his gestatio in modũ circi,quæ buxum multiformem,humilésque & retentas manu arbusculas circumit. Idem epist. 3, Quid illa mollis, & tamen solida gestatio? Gestatio locus erat ad quem gestabantur homines sanitatis vel voluptatis gratia : ea forma qua cœnatio ambulatióque dicitur. Plinius aũunculus lib.26.cap.3.

Gestator , gestatoris {φορεὺς} Verbale masculinum, & Gestatrix fœminum.
Diua gestatrix Gorgonei monstri,Id est Pallas. Valer.4.Argon.

Gestamen,pen.prod.gestaminis {φόρεμα,φόρεσμα} Quicquid geritur, vt vestes,arma sceptrum.Virgil.lib 3.Æneidos,
Ære cauo clypeum magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo. Id est quod geri solebat à magno Abante. Plin.lib.37. cap.8, Hoc vectigal, hócque gestamen diuites in cenuice gratissimum norunt. Idem lib.32.cap.2,Religiosum gestamen.
Lecticæ gestamen. Tacit.lib.2,Quoties per vrbes incederet lecticæ gestamine.

Gestatorius,Adiectiuum {φορεματικὸς.} vt Sella gestatoria,in qua aliquis geritur:vel quæ ab aliquibus defertur.Sueton.in Nerone,cap.26.

Gestatorium , Substantiuum {φορεῖον} Lectica aliàs Latinè dicitur. Suetonius in Claud.Solitus etiam in gestatorio ludere.

GERRA, Nomen trium vrbium : quarum vna est in Syria, alia prope Traconitas,alia in Fœlici Arabia. huius meminit Plin.lib.6.cap.28.

Gerræ , gerrarum {γέρρα} à Græcis primùm crates viminеæ appellabantur. Ea vox postea vulgò pro nugamentis rebúsque friuolis vsurpata est, authore Festo Pompeio, hac quidem occasione : Athenienses quum Syracusas obsiderẽt, & crebrò gerras poscerent,irridentes Siculi gerras clamitabant. Hinc in prouerbium cessit. Vnde & familiares, quíque inter se nugas omnes communicant, congerrones vocantur. Plaut.Pœnul.3,
Nam tuæ blanditiæ mihi sunt quod dici solet,
Gerræ germanæ,atque ædepol λῆρος λήρου. Idem Epid. 5,
Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt noua, &c. gerræ maxumæ.

Gerro,gerronis {γελώτων} Nugator, siue nugarum inuentor. Terentius Heaut.5.4,
At ego(si me metuis)mores caue in te esse istos sentiam.
CL. Quos? o.si scire vis,ego dicam,gerro,iners,fraus,helluo, Ganeo,damnosus.

Gerres,Genus piscis vilis.Plin.lib.32.cap.11. Martial.lib.12.28,
-fuisse gerres,aut inutiles mœnas
Odor impudicus vrcei fatebatur. Sic lib.3 35.

GERRVS {γέρρος} Fluuius Scythiæ,septimus ab Istro,memoria dignus, teste Herodoto,lib.4.

Gerulus,Gerundium,Vide GERO.

GERVNDA {γεροῦνδα} Hispaniæ vrbs Ptolemæo. Vulgò *Girona*. Vide GARVMNA.

GERVSA {γερουσία} Sarmatiæ in Asia ciuitas Ptolemæo. hodie *Sanctum Georgius*.

Gerusia, gerusiæ. Budæus , Quod Senatus Romæ, hoc fermè fuit γερουσία Spartæ , id est Lacedæmone : ipsa quoque è senibus dicta , qui Græcè γέροντες dicuntur.

GERYON, vel Geryones, pen. corr. {γηρυὼν} Rex fuit Hispaniæ : qui ideo trimembris fingitur , quia tribus insulis præfuit , quæ adiacent Hispaniæ,Baleariceæ minori & maiori,& Ebusæ.Fingitur etiam bicipitem canem habuisse, quia & nauali & terrestri certamine plurimũ potuit.Hunc Hercules vicit:qui ideo fingitur ad eum olla ærea transuectus,

uectus,quòd habuit nauem fortem & ære munitam. Hæc Seruius ad Virgilium lib.Æneid. 7,
-postquam Laurentia victor,
Geryone exsincto,&c. Hoc nomen & Geryones,Geryonæ, & Gerones , Geryonis , & Geryoneus , secundum Priscianum declinari potest.
Tricorpor Geryon.Sil.lib.3.
Triplex Geryon.Claud.1.in Ruffin.

GES

GESCLITHRVM,Specus, inquit Turnebus , vnde spirare Aquilonem Plinius dicit, & gesclithrum vocat , duobus dirempturn distinctúmque vocabulis,γὴς κλεῖθρον, id est terræ clausturn censeo vocandum. Nam etsi barbara in regione erat, tamen Græci ei de sua lingua nomen indiderant, vt & plurimis , linguæ suæ ambitiosè fauentes. Hæc ille.

GESODVNVM {γησόδουνον} nomen vrbis in Norico,vt scribit Ptolemæus. Vulgò *Saltburg*.

GESORIACVM {γεσσοριάκον} Ptolemæo teste , Morinorum nauale. Vulgò *Calez*.

GESSVS, Ioniæ fluuius est,Plinio & Straboni, qui regionem omnem circa Gessum Panionium nominant.

Gesta, Gestamen, Gestatorium, Vide GERO.

Gesticulor, Gestio, Gesto, Gestuosus, Gestus, Vide GERO.

Gesum,gesi {γέσον} ai j Gessum duplici ss scribunt , Telum Gallicum. Liu. 8. ab Vrbe, Leues autem,qui hastam tantùm gesãque gererent, vocabantur. Idem 6. bel. Pun. Sub læuo humero summum pectus gesi ictum est. Sic libro 9. ab Vrbe , Falcibus gessíque bini armati. Sunt qui scribant per æ diphthongon,gæsa.
Rigida gesa.Seneca Hippol. 2.
Gesa manu vertere.Stat.4.Thebaid.

GETAE {γέται} Populi sunt Thraciæ , natura & moribus feroces : è montibus aliàs ac falcubus expulsi à Sarmatis ad Duriam amnem, à Romanis Daci vocantur. Ouid.lib.2.de Ponto,eleg.7,
Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. Strabo tamen lib. 7, Getas à Dacis ita distinguit : vt Getæ sint qui ad Pontum in Orientem vergunt: Daci, qui in oppositum versus Germaniam. & ad Istri fontes, quos olim Dauos vocatos nonnulli volunt. Ex quo apud Athenienses Dauorum & Getarum seruilia omnia in vsu maximè fuerunt. Getas à Lucullo victos Sallustius scribit.
Deserta Getarum. Virgil.3.Georg.
Flaui Getæ.Claud.lib.2.de raptu Proserp.
Pharetrati Getæ.Ouid.4. Trist.eleg.9.
Vagus campis Geta.Seneca Hippol.2.

Geticus, pen. corr. Adiectiuum {γετικὸς.} vt Humus Getica. Ouid. 3. de Ponto,eleg.2.
Arua Getica.Virgil.3.Æneidos,
Gradiuúmque patrem , Geticis qui præsidet aruis. Hic Getica arua,arua Thraciæ interpretor, cuius partem olim tenuerunt Getæ,vt scribit Thucydides:sed inde demigrauere. Igitur Æneas in Thracia quum esset perculsus illo monstro , precari gradiuum patrem cepit, qui Thraciæ imperat. Hæc Turnebus.
Littus Geticum.Ouid.3. Trist.eleg.12.
Plectrum Geticum, pro Orphei plectro ponit Statius, qua ratione videtur etiam Thraces inter Getas numerare lib.2.Sylu.2. Idem 3. Sylu.1, Tyrione hac mœnia plectro,
An Getica venere lyra?

GETVLI, pen. prod. {γαιτῶλοι} Africæ populi. Hi & Libyes , primi omnium ex Punicorum annalium fide Africam tenuerunt, asperi, inculíque : quibus cibus erat caro ferina, atque humi pabulum vti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege , aut imperio cuiusquam regebantur:vagi,palantes:quo nox coegerat,sedes habebant. Author in Iugurthino Sallustius.

Getulus,pen.prod.Adiectiuum.vt Leo Getulus.Virgil.5.Æneid.

Getulicus,pen.corr.Iuuenal.satyr.8,
Agnosco procerem. salue Getulice,seu tu,&c.

G I

GIARVS,Vide GYARVS.

Gibbus,gibbi,masc.gen. {κύρτωσις} Tumor quidam carneus in aliqua corporis parte.Iuuenal.satyr.6,
Attritus galea,medúsque in naribus ingens
Gibbus,& acre malum semper stillantis ocelli.

Gibbus,Adiectiuum {κυρτὸς,γιβῶδες,γίβδες} pro conuexo.Cels.lib.8.cap.1,Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua , extrinsecus gibba, vtrinque læuis.

Gibber, gibberis, masc. gen. {κύρτωσις} Idem quod Gibbus. Iuuenalis, Attritus gibbere nasus. Plin.lib.8.cap.45.

Gibberosus,pen.prod. Paul.in l.3. D. de Ædilit. edict. Vel proterui, vel gibberosi. Sic enim habent Pandectæ Florentinæ,quanuis Haloander legat gibbosi.

Gibbosus,pen.prod.Adiectiuum {ἀμφίκυρτος} Qui gibbum habet.

Gibber,gibbera,gibberum,pen.corr. & gibber,gibberis,& hoc gibbere, Idem {κυρτώδης.} Plinius libro 10. cap. 26, Africæ hoc est gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis. Varro 3. de Re rust. cap.9,Gallinæ Africæ sunt grandes,variæ,gibberæ.
¶Gibberum,extantem & eminẽtem Nonius interpretatur. Varrõ Eumenidibus,Item tragici prodeunt,capite gibbero,cum antiqua lege,ad frontem superficias accedebant.

Gigas {γίγας,γόης} è terra natum significat , composita dictio à Græco γαῖα seu γέα,quod est nascor, & γὰ seu γῆ, quod lingua Dorica γᾶ facit, & terram significat. Fingũt poetæ Gigantes homines fuisse, seu potiùs hominum monstrũ,corporibus maximis, quos irata Tellus procrearit vt contra superos arma capesserent,& Iouem è suo regno deturbarent. Horum nomina fuerunt varia,vt Enceladus,Porphyrion, Tiphoeus, Damastor,& alia quorum diuersis in locis meminerunt poetæ Græci & Latini , inter quos Claudianus de Gigantomachia opus reliquit , quod imperfectum ad nos peruenit. Vide Macrob.lib.1.Saturn.cap.20.
Gigantes, si ad Physica respicimus , aliud nihil sunt quàm spiritus illi terra clausi : qui dum exitum non inueniunt,vt sibi viam faciunt, montibus aleissimis adeò persæpe concussis , vt aut rumpantur , aut ingentia frusta emittant contra Iouem,id est cælum versus. Hinc illa pugna Gigantum,montes in Iouem mouentium vetusta.
Magni Gigantes.Lucret.lib.8.
Sæuus Gigas.Valer.4.Argon.
Sæui Gigantes.Lucan.lib.1.
Terrigenæ Gigantes.Lucan.lib.3.
More Gigantum bellare cum diis, quid aliud est nisi naturæ repugnare?Cic.de Senect.
Cum Titanis & Gigantibus bella gesserunt dij. Cic.1. de Nathrã deorum.

Giganteus,pen.prod.Adiectiuum {γιγάντειος.} vt Furiæ Giganteæ.Claud. 4.Paneg.
Prælia Gigantei belli. Ouid.2. Trist.eleg.15,
Quúmque Gigantei memorantur prælia belli.

Gigeria, gigeriorum, Nonius interpretatur intestina gallinarum,& quæ cum his coquebantur. Lucil.lib.8,
Gigeria sunt sine allio,his vescamur alacriter.

Gigno,gignis,genui vel ginui, secundum Diomedem, genitum,pen. corr. {γίγνομαι} gígnere,A genus deriuatur.notæ significationis.
Gigni & creari. Cic.1.Offic.Placet Stoicis,quæ in terris gignũtur, ad vsum hominum omnia creari.
Gignere & procreare.Cic.2.de Diuinat.Quòd non intelligunt fœminum vim , quæ ad generandum procreandúmque plurimum valeat,funditus tolli,mediocris erroris est.
Gigni & propagari institum sui generis ab se volebat Verres. Cic. 7.Verr.
Párere & gignere,& proferre. Author ad Heren.lib.4.
Quæ terra gignit,maturata pubescunt.Cic.1. de Nat.deor.
Gignimur,& vitæ lumen inimus.Lucret.lib.3.
Filius mihi gignitur.Cic.2.de Orat.
Gigni capite,V.de A Præpositione. Gignere in capita,Ibidem.
Gignitur capillus. Gell.lib.12. cap.1,In illo capillum gignit teneriorem.
Gignuntur oua. Plin.lib.10.cap.53,Et quadrupedes oua gignunt.
Oua gignunt pisces. Ouid.2.de Nat.deor.
Gigni pedibus.Plin.lib.7.cap.8.ad finem,Neronem quoque paulò ãnte principem, & toto principatu suo hostem generis humani , pedibus genitum parens eius scribit Agrippina.
Gignitur serpens.Plin.lib.10.cap.49,Auium confuso sanguine serpens gignitur.
Gignitur thus aut piper. Plaut. Trinum.3. Plin.lib.12.cap.7,Passim verò quæ piper gignunt,iuniperis nostris similes.
Huic vrbi vos genuisse deus videtur.Cic.14.Philipp.
Gigni ad.Cic.1.de Finib.Ad maiora enim quædam nos natura genuit & conformauit,vt mihi quidem videtur.
Ad aliquid gigni. Quintil.lib.1.cap.2.
Animum ex iua mente & diuinitate genuit Deus. Cic.de Vniuers.
Multa nobis blandimenta natura genuit.Cic.pro Cælio.
Ludus genuit certamen.Horat.1.epist.20.
Qui non illustrauit modò , sed etiam genuit in hac vrbe dicendi copiam.Cic.de Claris Orat.
Dolorem oculis gigni.Lucret.lib.4.
Gignere fastidium.Plin.lib.14.cap.16.
Morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquassatione,& perturbatione gignuntur.Cic.4. Tuscul.
Pax & concordia exteraneis gignitur , quum iam domesticis non insideat.Cic.Anteq.iret in exil.
Nouas præceptiones gignere.Author ad Heren.lib.4.

Genitus,pen.corr.Participium,Natus.Plin.lib.11.cap.37, Septimo mẽse genitis sæpenumero foramina aurium & narium defuere.
Sanguine nostro genitus.Ouid.2.Metam.
Genitus Celtis.Martial.lib.10.65,
Cur frater tibi dicor ex Iberis,
Et Celtis genitus, Tagique ciuis?
Genitus ad perdenda vina.Plin.lib.14.cap.22. Sic Genitus ad superbiam,Idem lib.7.in Procem.
Genitus,cum datiuo.Patercul.lib.2, Censorinum obiisse grauiter tulit ciuitas,virum demerendis hominibus genitum.
Genitus in. Patercul. lib. 2, Cossus victoriæ testimonium etiam in cognomen filij contulit,adolescentis in omnium virtutum exempla geniti.
E furto genitus.Sil.lib.7.
Genitus ex Iberis.Mart.lib.11.101,Nos Celtis genitis & ex Iberis.
Genitus in seruitio,pro Genitus seruus.Plin.lib.7.cap.39.
Liberaliter genitus, Vide LIBER.
Geniti dentes in palato.Plin.lib.11.cap.37.

Genitura; pen. prod. {γένεσις} Aliud participium.vt Semitã genitura populus.Ouid.epist.12.

Genitor,pen.cor.huius genitoris {γενήτωρ} Qui gignit.Cic.de Vniuers.
Quo nihil ab optimo & præstantissimo genitore melius procreatum; De anima.
Diuũm genitor,Iupiter.Sil.lib.4.
Deũm genitor rectórque.Ouid.2. Trist.
Primus mundi genitor.Colum.in Præfat.lib.1.statim ab initio.
Genitor Saturnius.Cic.2.de Diuinat.
Dubio genitore creatus.Ouid.5.Metam.
Genitores omnium vitiorum Græci.Plin.lib.15.cap.4.

Genitrix,pen.corr. huius genitricis, pen. prod. {γενέτειρα} Verbale fœminiminum. vt Frugum genitrix. Ouid.5.Metam.

Genitura,huius genituræ,pen.prod. {γένεσις} Generatio.Plinius lib.18. cap.24, Inter diligentissimos conuenit, vt in alitum, quadrupedúmque genitura,esse quosdam ad conceptum impetus terræ.

Origo & genitura. Plin.lib.9. cap.35, Origo atque genitura conchæ,eſt haud multum oſtrearum conchis differens.

¶Geniturам,horoſcopum vocauit Suetonius in Auguſto,Verùm genitura ſua vix & cunctanter edita, exiluit Diogenes, adoraufque eum. Firmicus lib. 3, Secundum hanc geniturам & ſecundum has conditiones ſtellarum, & ſecundum teſtimonia, quæ huic genituræ perhibentur,etiam hominum volunt fata diſponi. Budæus.

¶Genitura {γένεσις} Semen genitale. Plin.lib. 20. cap.8, Item quibus genitura, valetudinis morbo, effluat. Ibidem,cap.23,Genituræ abundantiam quoquo modo hauſtum facit. Ibidem, Extinguere geniturам virorum. Idem lib.22. cap.22,Profluuia genituræ.

Genitalis,& hoc genitale, pen.prod. {γενεθλιος,γενητικὸς} Idem quod natalis: vt Genitale ſolum,patria in qua nati ſumus.

Fœdera genitalia.Stat.3.Thebaid.

Genitalis hora. Plin.lib. 9. cap. 35, Has vbi genitalis anni ſtimulauerit hora , pendentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu tradunt.

Origo genitalis rerum.Lucret.lib.5.

Arua genitalia. Ouid.2.Amor.eleg.13. Id eſt , generandi vim habentia.

Aruum genitale,per metaphoram matrix fœminæ.Virg.3.Georg.

Corpora quatuor genitalia,Id eſt quatuor elementa. Ouid.lib.15. Metam.

Mundus genitalis.Sil.lib.13.

Partes genitales corporis. Lucret.lib.4.

Profluuium genitale,Vide Profluuium in PROFLVO.

Genitalia ſemina , Quibus aliquid procreatur & gignitur. Virgil. 2.Georgicorum,

Vere tument terræ,& genitalia ſemina poſcunt.

Tempus genitale,Id eſt dies natalis.Ouid.3. Triſt.eleg.13.

Genitales partes trunci, Fertiles,vim gignendi habentes. Colum. lib.3.cap.6.

Genitale, pen. prod. {γενεθλιον} Subſtantiuum,neut.gen. tam de membro virili,quàm animalium. Plinius lib. 10. cap. 63, Cuniculis auerſa genitalia.

Oſſea genitalia,Vide OSSIS.

Genitale mâris. Plin.lib.28.cap.9. Ibidem,cap.11,Vulpis maſculæ genitale circunligatum.

Genitaliter,pen.corr. Aduerbium {γενητικῶς.} Lucret.lib.4,

-vt ſemina poſſint

Seminibus commiſceri generaliter apta.

Genitabilis , genitabile , Idem quod genitalis , quemadmodum penetrale & penetrabile,vtrunque pro eadem re eſt in vſu. Lucret.lib.

Et referata viget genitabilis aura

Fauoni. Exiſtimant tamen quidam docti hoc loco legendum genitalis,non ob id ſolùm quòd ita habeant aliquot libri manuſcripti, verumetiam quòd vox genitabilis nõ videatur Latinis vſitata.Quod autem ad verſum attinet,aiunt choreum eſſe pro dactylo , ſeu ſpondæo : quam licentiam ſibi interdum permittunt poetæ. Ego hæc de re iudicium meum nõ interponam: viderint doctiores. Sed vox Genitabilis tamen reperitur apud Varronem lib. 4. de Lingua Latina. & apud Ciceronem in Arato.

Solleres natura , & rerum genitabilis ordo. Ex Lambino in Lucretium.

Genitiuus, penult. prod. Adiectiuum {γενετικὸς} Quod habet vim generandi.

Genitiuus, Quaſi genitalis,à natura ingenitus,& genuinus,& originalis , & cum naſcente congenitus. vt Genitiuæ notæ. Sueton. in Auguſto,cap.80.

Genitiuus,pro Gentilitio.Ouid.3.de Ponto,eleg.2,

Adiectíque probent genitiua agnomina Cottæ.

Genius,genij {δαίμων} Veterum ſententia dicitur vniuſcuiuſque anima rationalis : ideóque eſſe ſingulis ſingulos genios dicebant. Fuere etiam qui dicerent genios deos,aquam,terram,ignem,& aerem : quæ rerum ſemina ſunt , elementáque appellata. Duodecim quoque,ſigna , Lunámque & Solem inter hos deos putabant : & à gerendo, quòd multa gerere poſſent,gerulos,deinde genios vocitarunt. Cenſorinus ſcribit genios dictos,quia vt gignamur curent : ſiue quòd vnà gignantur nobiſcum , vel etiam quia nos genitos ſuſcipiant , ac tueantur.Certè à gignendo genius appellatur. Eundem eſſe genium & larem,multi veteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus duplicem omnibus omnino nobis genium dicit appoſitum , hoc eſt duos lares,qui etiam penates dici ſolent. Terent.And.1,5,

Quod ego per hanc te dexteram oro & genium tuum, &c. Plaut. Stich.10.

Dis iratis,genióque ſiniſtro.Perſ.ſatyr.4.

Loci genius.Virgil.5.Æneid.

Genius,natale comes qui temperat aſtrum.Horat.2.epiſt.2.

Belligerare cũ geniis ſuis, Idem quod Defraudare genium. Plaut. Trucul.4.

Concelebrare genium chorcis.Tibul.lib.1.eleg.7.

Cõtemnere genium ſacri fulcri: Hoc eſt religionem matrimonij. Iuuenal.ſatyr.6,

Antiquum & vetus eſt,alienum Poſthume lectum

Concutere,atque ſacri genium contemnere fulcri.

Curare genium mero.Horat.3.Carm.ode 17.

Defraudare genium , Negare naturæ quod appetit. Terentius Phorm.1.1,

Quod ille vnciatim vix de demenſo

Suo ſuum defrudens genium,compatſit miſer,

Id illa vniuerſum abripiet.

Indulgere genio, Eſt animo obſequi.Perſ.ſatyr.5,

Indulge genio,carpamus dulcia.

Male volente genio natus,Vide NASCOR.

Per genium dexterámque, deóſq; penates obſecro. Horat.1.epiſt.7.

Vino placare genium.Horat.de Arte.

¶Genius , ab aliquibus dicitur vis ac naturæ proprietas : aut vt ait Budæus,& Domitius,gratia & lepos natiuus. Martial.lib.6.epig.60,

Victurus genium debet habere liber. Iuuenal.ſatyr.6,

Nemo mathematicus genium indemnatus habebit.

Genialis,& hoc geniale, pen. prod. {γενεθλιος,γαμικὸς} Quod pertinet ad genium.

Bella genialia,Id eſt inter conuiuia exorta.Stat.1.Achil.

Genialis copia pecudum,Id eſt fœcunda.Plin.lib.17.cap.9.

Genialis dies,Lætus & voluptarius.Iuuenalis,

-genialis agatur Iſte dies.

Epulæ geniales.Claud.de raptu Proſerp.

Feſtum geniale.Ouid.3.Faſt.

Genialis hyems.Virgil.1.Georgicorum,Inuitat genialis hyems.

Iura genialia. Id eſt coniugalia.Stat.3.Sylu.3.

Lectus genialis.Horat.1.epiſt.1.

Genialis muſa.Ouid.3.Amor.eleg.14,

Nunc elegi molles,genialis muſa,valete.

Præda genialis,Mulier rapta voluptatis cauſa. Ouid.1.de Arte.

Puluinar geniale.Catul.Argon.59.

Rus geniale,Amœnum & voluptatis plenum. Ouid.epiſt.18.

Sors genialis atque fœcunda.Plin.lib.18.cap.24.

Thalami geniales.Claud.2.in Ruffin.

Genialis torus ſiue lectus , Qui in nuptiis ſternitur in honorem genij. Virgil.6.Æneidos,

-lucent genialibus altis

Aurea fulcra toris. Cicero pro Cluentio , Lectum illum genialem quem biennio filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat,in eadem domo,&c.

Genialiter,penul.corr.Aduerbium {γενεθλίως} Oppiparè & lautè.Ouid. 11.Metamorphoſeos,

Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit.

Genuinus,pen. prod. Adiectiuum {γνήσιος} Natiuus & peculiaris. Apuleius , Genuino ſermone nomen Auguſti Cæſaris inuocare tentaui.

Gell.lib.2.cap.2,Naturales & genuini honores exoriuntur.

Genuini {κραταῖοι} dicuntur dentes poſteriores , qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouiſſimi. Plin.lib.11. cap.37. Cic.2. de Nat.deor. Dentibus in ore conſtructis mandiτur,atque ab his extenuatur atque mollitur cibus, eorum aduerſi acuti morſu diuidunt eſcas:intimi autem conficiunt,qui genuini dicuntur. Feſtus,Genuini dentes,quòd à genis dependent.

Genuinum frangere in aliquo,Clanculum obtrectare,lacerarέque quempiam.Perſ.Satyr.1. Idem etiam dicitur & Genuino rodere.

Genuinum agitare.Iuuenal.ſatyr.5.

GIL O,Ciuitas:à qua Gilonitæ viri in ea habitantes.

GILVS,Vir fuit Tarentinus,de quo Herodotus nonnulla ſcribit.

Giluus {μιξὸς} Color medius inter album & rufum , nempe is qui & melinus dicitur : cuiuſmodi mellis color eſſe videtur. Virgil.3.Georgicorum,

Luxuriárque totis animoſum pectus:honeſti

Spadices,glauciique color deterrimus albis,

Et giluo. Seruius , Aliud eſt candidum eſſe , id eſt quadam nitenti luce perfuſum:aliud album,quod pallori cõſtat eſſe vicinum. Giluus autem melinus eſt color. Multi autem ita legunt Albis & giluo : vt nõ album & giluum, ſed albo giluum vituperet. Quòd ſi ſinguli colores vituperandi ſunt , quanto magis miſtus vterque , id eſt albo giluus?

Gingiber,Vide ZINZIBER.

Gingiua,gingiuæ,pen.prod.fœm.gen. {ὀδὼν,τυλὸν} Pars oris cui dentes inhærent. Plin.lib.23. cap.6, Ex his dulcia , quæ apyrina alio nomine appellauimus, ſtomacho inutilia habentur, inflationes pariũt, dentes gingiuáſque lædunt. Iuuenal.ſatyr.10,

Frangendus miſero gingiua panis inermi.

Ruſſam defricare gingiuam.Catul.in Egnatium,epig.37.

Gingiuula,gingiuulæ,penult. corr. Diminutiuum {ὀδόντιον.} Apuleius, Complanatorem tumidulæ gingiuulæ.

Gingrio,gingris, gingrij, gingritum, gingrire, Anſerum vocis proprium eſt, authore Feſto. Vnde genus quoddam tibiarum exiguarum,gingrinæ. Antiquum.

Girgillus , girgilli , Inſtrumentum quo fila reuoluuntur. Gallicum vulgus vocat,*Vn Deuidoer.*

Gith,vel git.n.g.indeclinabile {μελάνθιον}Genus ſeminis.Colum.lib.7. Plin.lib.20. cap.16, Gith, ex Græcis alij melanthion, alij melanſpermon vocant.Optimum quàm excitatiſſimi odoris, & quàm nigerrimum. Medetur ſerpentium plagis & ſcorpionum. Plautus Rud.30, Os calet tibi,num gith frigefactas? Officinæ (inquit Ruellius lib.3. cap. 51) *nigellam Romanam* appellant , rura noſtra *poeuretam* , quaſi piperacem dicũt , quòd odoratam piperis modo referat acrimoniam, aut quia piperis vice in multis vtantur. Ibidem plura:vbi contendit gith non eſſe,quam nigellam cognominant. Eſt & gittago,authore Hermolao,quæ in frumentis creſcit,herba inutilis ſeminis, gith ſpeciem referens.

G L A

Glaber,glabra,glabrum {ψιλὸς,ἄτριχ,λογότριχος} Quod eſt læue & ſine pilis. Varro 2.de Re ruſt.cap.2, Siquè glabrũ facere velis. Martial. lib.12.34,Glaber crure. Sic Glabræ ſues,Colum,lib.1.in Præfat.

Glabrior , glabrioris , Comparatiuum à Glaber {λειότερος.} Plaut.Aſin. Tu iſtũ gallum,ſi ſapis,glabriorem reddes mihi quàm Volſus ludius.

Glabellus,Adiectiuum,Diminutiuum {ὑπόψιλος.}Apuleius lib.1.Florid. Quòd Apollo eſſet & coma intonſus,& corpore glabellus.

Glabella vocatur etiam id interſtitium quod ſupercilia ſuper naſum diſterminat , quia ſine pilis eſſe conſueuit. Martianus Capella lib. 1, Quarum vna deoſculata philologiæ frontem illic vbi pubem ciliorum diſcriminat glabellæ medietas.

Glabretum,glabreti,pen.prod. {ψιλὸν.} Glabreta dicuntur loca in quibus propter aliquem humorem noxium ſegetes non proueniunt. Colum.lib.2, cap.9, Ea glabreta ſignis adhibitis notari conuenit : vt ſuo tempore vitiis eiuſmodi medeamur.

GLABRIO

GLABRIO, cognomen eſt Aciliorum ab habitu corporis vni alicui impoſitum,quod de pilis eſſet , & ab eo ad ſuos poſteros propagatum.

Glabri enim depiles ſunt.

Glabro, glabras {ψιλόω} glabrãre, pilos auferre. Colum.lib.12.cap.53, Quum ab aqua pridie ſues prohibiti ſunt, poſtero die mactantur : & vel aqua candente,vel ex renuibus lignis flammula facta glabrantur.

Glabreo,glabres {ψιλώσω} glabrére,pro eo quod eſt Glabrum fieri:vtitur Colum.lib.2.cap.9,Loca glabrentia.

Glabreſco , glabreſcis {ψιλόω} glabréſcere, Glabrum fieri, id eſt Sine pilis aut capillis aut plumis fieri , quod cuenit nonnunquam aliquo morbo.

Glabreſcit etiam area, quum herbis attritis complanatur.Colum. lib.2.cap.20.

Glacies,glaciei, penult. prod. fœmin. gener. {πηγὸς , κρυμὸς , πεζικὸς, κρύσταλλος} Aqua congellata. Plinius libro 8.cap.28, Aurea glaciem appoſita.

Glacies æris, Tranſlatio eſt. Lucretius;

Tum glacies æris flamma deuicta liqueſcit. Hîc glaciem æris dixit audacia in loquendo penè temeraria, pro ſoliditate, rigore, & duritie, quòd talis glacies ſit. Vel potius Græcos imitatus eſt, quibus πάγος,id eſt glacies,etiam ſaxum ſignificat ſolidum & durum, ſed & frigus. Turnebus.

Frigidus glacie pectus.Ouid.epiſt.1.

Lucidior glacie.Ouid.13.Metam.

Glacies aſpera. Virg.10.eclog.

Ah,tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.

Aſtricta ventis glacies.Ouid.1.Metam.

Cærulea glacie concretus.Virg.1.Georg.

Fragilis glacies.Ouid.1.de Arte.

Frigida glacies lædit molle pecus.Virg.3.Georg.

Futilis glacies ictu diſſiluit.Virg.lib.12.

Indurata glacies, Vide INDVRO.

Iners ſtat glacies. Horat.1.Carm.ode 9.

Niualis glacies. Claud.1.de Raptu Proſ.14.

Saucia ſole incerto glacies. Ouid.2.Metam.

Ignis exoluit glaciem. Lucret.lib.6.

Flumina trudunt glaciem.Virg.1.Georg.

Glacio, glacias {πηγνύω} glaciáre, In glaciem conuertere. Plin.lib.14. cap.21,Glaciatæ moles prodigij modo.

¶Glaciare,pro glaciari.Plin.lib.29.cap.3.ad finẽ,Fit autem hyeme, quoniam æſtate non glaciat niſi accepta cera.

Jupiter glaciat niues.Horat.3.Carm.ode 10.

Glaciari,In glaciem conuerti. Plin lib.24 cap.13,Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit.

Humor glaciatur in gemmas. Plin.lib.8 cap.38, Lyncum humor ita redditus vbi gignuntur , glaciatur arceſciue in gemmas carbunculis ſimiles.

Glacians , Participium {πήγνυν.} vt Glaciantes auræ Boreæ , Valer.4. Argonaut.

Glaciatus,pen.prod. Aliud particip. {πηγὸς.} Colum.lib.7.cap.82,Nec dubium quin ſici ramulis glaciatus caſeus iucundiſſimè ſapiat. Id eſt coagulatus.

Humor glaciatus in grandines. Plin.lib.2.cap.39.

Glacialis,& hoc glaciale,pen.prod. {κρυμώδης} Quod in glaciem aſtringi ſolet. Iuuenal.ſat.2,Vltra Sauromatas fugere hinc libet , & glaciem Oceanum. Colum.lib.3.cap.1, Declinatio mundi glacialis.

Fretum glaciale.Claud.1.Paneg.

Frigus glaciale. Ouid.9.Metam.

Poſus glacialis. Senec.Herc.fur.1.

Glacito, glacitas,pen.corr.glacitáre. Proprium eſt vocis anſerum. Author Philomelæ, Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer. Quidam legunt gloſſitat, alij gratitat.

Gladius, gladij, maſc.gen. {μαχαίρα, ξιφος.} Varro de Ling. Lat. Gladius, t in g.commutato, à clade, quod ſit ad hoſtium cladem. Plaut. Trinum.4,

-dediſti næ hoc pacto ei

Gladium qui ſe occideret. Id eſt,miniſtraſti materiam & adiumentum ad perniciem.

Sica & gladius. Cic.3.in Catil.

¶Gladij ius. Poteſtas animaduertendi in facinoroſos meri imperij eſt,vt iuriſconſulti ſcribunt,ſdque gladij ius eſt. Quod quidem ex ea tractum eſt conſuetudine , quòd principes Romani præfectis & præfectis prætorio, iiſque, quibus hoc imperium eſſe volebant , gladium dabant. Id facilè eſt conijcere ex verbis Papinij ſic ſcribentis,

Felix qui magno iam nunc ſub præſide iuras,

Cuíque facer primum tradit Germanicus enſem. Sed & Imperatoris gladius vnius erat curæ cõmiſſus , præfecti ſcilicet prætorio , quũ Imperator etiam multò magis merum imperium teneret, quàm quibus eam poteſtatem in prouinciam euntibus mandabat. Turneb.

Acutus gladius,Vide ACVO.

Cruentus gladius. Quintil.lib.4.cap.2.

Enormes gladij. Tacit.in vita Agricolæ.

Ingentes gladij. Tacit.in vita Agricolæ.

Minax gladius. Firmicus lib.6.cap.31 , Tunc enim grauia vulnera minax contendentium gladius inſligit.

Gladius vagina vacuus. Cicero pro M.Marcel. Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam , gladium vagina vacuum in vrbe non videmus.

¶Cingere ſe gladio,Vide CINGO.

Cruento cum gladio comprehendi. Cic.2.de Orat.

Conficere gladio aliquem. Cicero pro Cecinna.

Gladio noſtro cõficere ſententiã alicuius , Eſt quod alia forma dicitur,Iugulare & conficerè ſermonem alterius:hoc eſt verbis noſtris ita facere,vt eius ſententia minus probetur. Cic. pro Cecinna , Aut tuo (quemadmodum dicitur) gladio , aut noſtro , defenſio tua conficiatur neceſſe eſt.

Diſtringere gladium. Cicero 3.Offic.

Educere gladium è vagina.Cicero 2.de Inuent.

Eunt gladij per latus meum. Ouid.epiſt.10.

Extrahere gladium è vulnere. Quintil.lib.4.cap.2.

Fabricare gladium. Quintil. lib.3.cap.2.& lib.2.cap.16.

Finire dolorem gladio.Ouid.1.de Ponto,eleg.7.

Fulgens gladius.Cic.5.Tuſcul.

Imbuere ſcelere gladium, Vide IMBVO.

Incumbere gladio, Vide INCVMBO.

Infigere gladium hoſti in pectus,Vide INFIGO.

Stricto gladio inſequi aliquem. Cicero 2.Philipp.

Ire per ignes & gladios.Ouid.8.Metam.

Suo ſibi hunc iugulo gladio. Eraſmus , Suo gladio, ſuóve telo iugulari dicitur,qui ſuis ipſius dictis reuincitur : aut qui ſuopte inuẽto, dolóve capitur. denique in quẽ quocunque modo ſeu dictum ſeu factum retorquetur quod ab ipſo profectum ſit. Tranſlata metaphora ab his qui in pugna ſuis ipſorum telis aliquoties confodiuntur. Terent.Adelph.5.8.

Gladio plumbeo iugulare , eſt Futili leuíque argumento conuincere quempiam. Cicero ad Atticum, lib.1.11, Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Idem 4.de Finib.Frigidum argumentum,plumbeum appellat pugionem.Eraſmus.

Micant gladij,Vide MICO.

Triſte minantes gladij. Lucret.lib.5.

Nudare gladios,Vide poſt NVDVS.

Obrundere gladios.Claud.8.Paneg.

Gladiis diſtractis portas occupauerunt.Cæſar 7. bel.Gall.

Percutere gladio, Vide PERCVTIO.

Perfodi gladiis,Vide PERFODIO.

Pectora gladio petit.Ouid.5.Metam.

Recondere gladium in vaginam.Cic.2.de Inuent.

Recondere gladium lateri.Ouid.12.Metam.

Mucrones gladiorum à iugulis noſtris reiecimus.Cic.3.in Catil.

Retundere gladios diſtractos.Cic.3.in Catil.

Stringere gladios.Virg.12.Æneid.

Stricti gladij.Ouid.15.Metam.

Traiectus gladio.Ouid.epiſt.2.

Tranſegit ſeipſum gladio. Tacit.lib.14.

¶Gladium , neutro genere dictum eſſe apud antiquos author eſt Nonius. Lucil.Hærebat mucro gladium in pectore totum.

¶Gladius,piſcis apud Plin.lib.32.cap.11.

Gladiolus,gladioli,pen.corr. {μαχαίριον} Diminutiuum.

¶Gladiolus, Herba quædam,quòd ſit foliis gladij ſimilis.Vide Plinium lib.21.cap.11.

Gladiator,pe.prod gladiatoris {μονομάχος.} Gladiatores, ſerui homines dicuntur,quos laniſtæ artem armorum docebantiquíque in foro, ſeu quo alio in loco depugnabant,populi delectandi gratia. Dicuntur & generaliter omnes qui gladiis pugnant , etiam diſcendi gratia antè quàm in ludum producantur. Cic.3.Philipp. Idem 7.Philipp.Gracchorum potentiam maiorem fuiſſe arbitramini , quàm huius gladiatoris futura ſit? quem gladiatorem non ita appellaui,vt interdum etiã M.Antonius gladiator appellari ſoler,ſed vt appellant ij qui plànè & Latinè loquuntur.

De gladiatorum origine ac cauſa Iulius Capitolinus habet hoc pacto:Multi dicunt apud veteres hanc deuotionem contra hoſtes factam,vt ciuium ſanguine litato,ſpecie pugnarum fortunam ſatiarẽt. Alij hoc literis tradunt , quod verſimilius videtur , ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre , & vulnera , & ferrum , & nudos inter ſe coeuntes,ne in bello armatos hoſtes timerent,aut vulnerã & ſanguinem perhorreſcerent. Hinc mos tractus videtur,vt imperatores ad bellum proficiſcentes,munus darent gladiatorium. Vide MVRMILLO,& Retiarius in RETE,& Sequitor in SEQVOR.

Gladiatoris vocabulo etiam ipſa gladiatorum ſpectacula appellantur. Cic.9.Philipp.ad finem,Circumque eam ſtatuam locum gladiatoribus , ludiſque , liberos poſteróſque eius quáque verſus pedes quinque habere. Gladiatoribus, id eſt quum gladiatores pugnarent.

Gladiatorũ munus primum Romæ datũ eſt in foro boario,Appio Claudio , Qu.Fuluio Conſulibus. Dederunt M.& Decius filij Bruti, funebri memoria patris cineres honorando. Hæc Valer.Max.lib.2. cap.1. De Claud.Pulchro.

Gladiator. Plura genera gladiatorum erant , Samnites , Protocatores,Retiarij,Mirmillones. ex his oppoſiti in pugnis Samnites, & Prouocatores : quod illa Ciceronis verba in oratione pro Sextio videntur oſtendere:quum ne de venalibus quidem hominibus electos, ſed ex ergaſtulis emptos , nominibus gladiatoriis ornarit , & ſortito alios Samnites , alios prouocatores fecerit. Retiarij autem , & Mirmillones cõponebantur : id quod Valerius Maximus lib.1, & Quintilianus lib.6. declarat. Samnites ad pugnandum primo lenti : Prouocatores ex ſe nomen ſumpſerunt, quia certaminis initio prouocare aduerſarios ſolerent. vnde Horatius in epiſtola quadam, Lento Samnites ad limina prima duello. Mirmillones & Secutores dicebantur:quod,ſiquis Feſtum, & Quintilianum lib.6, & Suetonij in Caligula legerit , facilè poterit conijcere.de Secutoribus meminit & Cicero lib.7.ad Att. & Iuuenal.ſat.8. Ex commentario P.Manutij in orationem pro Sextio.

Cum munus gladiatorum ſignificare vellent,gladiatorium , dicebant,vt libro 1.epiſtol.ad Attic.item libro 11.bis,& Philippica 9, item in epiſtola Aſinij,quæ eſt libro 10.fam.Pedianus,Dare gladiatorium, dixit,qui ſubintelligeret,munus. Ex noſtro commentario in epiſt. ad Attic. Genera gladiatorum plura: quorum primum luſus equeſtrium,duo enim equites, præcedentibus prius ſignis militaribus , vnus à porta Orientis,alter ab Occidentis,præcedebant in equis albis, cum aureis galeis, minoribus & habilioribus armis. Retiarius,ab armaturæ genere , in gladiatorio ludo contrà alterum pugnantem occultè ferebat rete, quod iaculum appellatur, vt aduerſarij cuſpide

insequentem operiret, implicitúmque viribus superaret, quæ armatura pugnabat Neptuno, tridentis causſa. Secutor est ab insequendo retiarium dictus: gestabat enim cuspidē & massam plumbeam, quæ aduersarij iaculum impediret, vt, ante quàm ille ferire rete, iste superaret. hæc armatura sacrata erat Vulcano. ignis enim aquam semper insequitur, ideóque cum retiario componebatur, quia ignis & aqua semper inter se inimica sunt. Laqueatorum pugna erat, fugientes in ludo homines, iniecto laqueo impedito prosternere, amictos vmbone pellireo. Velitum pugna erat vt vtro citróque tela obiectarent. erat autem eorum varia pugna, & spectantibus gratior quàm reliquæ. velites autem vocati sunt, siue à volitatione, siue à ciuitate Etruscorum, quæ Veletes vocabatur. Isidorus de etymologiis.

Familiæ gladiatorum. Cic. pro Sylla.

Centum paria gladiatorum. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Athletæ & gladiatores. Cic. in Orat.

Sicarij & gladiatores homines. Cic. pro Rosc. Amer.

Importunissimus gladiator, Vide IMPORTVNVS.

Gladiator armorum inscius. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Vetus ac nobilis gladiator. Cic. pro Rosc. Amer.

¶ Bonus gladiator rudem tam citò accepit. Cic. 2. Philipp.

A gladiatore cessisse lanista videtur. Cic. pro Rosc. Amer.

Cum bustuario gladiatore decertare. Cic. in Pisonem.

Gladiatori & militi armorum ars ludicra prodest. Cicero 2. de Oratore.

Victus repetit gladiator arenam. Ouid. 2. Trist. 4.

Gladiatores nobiles. Cic. 3. Philipp.

¶ Gladiator, gladiorum artifex. Arcadius l. vlt. D. De iure immunitatis, Carpentarij, scādularij, gladiatores, tubarij, cornuarij, &c. Quē in locum sic ait Budæus, Gladiatores hic, si verbum mendosum non est, non μονομάχοι sunt, qui ab lanista instituebantur: sed μαχαιροποιοί, hoc est gladiarij, & telorum artifices.

Gladiatorius, Adiectiuum {μονομαχικός} vt gladiatorius ludus. Cicero in Catil. Nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur.

Gladiatorius animus. Erasmus, Prouerb. ij speciem habet quòd legimus in Phormione Terentiana,

Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Quo significatur ita tēdi ad nocendum alteri, vt id cum proprio etiam periculo tentetur, animo pertinaci, paratóque vel perdere, vel perire. Nam gladiatori composito ad certamen hæc pugnæ proposita sors est, aut occidere si occupauerit, aut occumbere si cessauerit. Quicquid insigniter improbum est, & ad omnem contentionem paratum, gladiatorium appellamus. Gladiatoria corporis firmitas, gladiatoria audacia, gladiatorius animus. Hæc Erasm. in Adagio, Bithus contra Bacchium.

Certamen gladiatorium. Cic. 2. de Orat.

Gladiatorius congressus. Plin. lib. 8. cap. 2.

Gladiatorius locus. Cic. pro Murena, Nec si virgo Vestalis huius propinqua & necessaria locum suum gladiatorium concessit huic, non & illa piè fecit, & hic à culpa est remotus.

Gladiatorium munus. Plin. lib. 15 cap. 18, Ara inde sublata gladiatorio munere Diui Iulij, quod nouissimè pugnauit in foro.

Pugna gladiatoria. Cic. pro Milone.

Qui munus gladiatorium seu gladiatores dabat populo, vocabatur Dominus. Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 19.

¶ Gladiatorium quoque ponunt sine adiecto scriptores, subaudito substantiuo. Liuius lib. 4 Decad. 5, Vix gladiatorio accepto, decem talentis, ab rege rex, vt in eam fortunam recideret. Subaudi, præmio.

Gladiatorium est stomachari: Hoc est gladiatorum publicorum proprium, non autem virorum fortium. Cicero 4. Tusculana, An verò vir fortis nisi stomachari cœperit, non potest fortis esse? Gladiatorium id quidem: quanquam in eis ipsis videmus sæpe constantiam.

Gladiatura, gladiaturæ, pen. prod. f. gen. {μονομαχία.} Tacit. lib. 3, Adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati.

GLANDOMIRON {γλανδόμυρον} Hispaniæ Tarraconensis vrbs Ptolem. Vulgò hodie *Mondauedo.*

Glans, glandis: vel glandis, huius glandis, f. g. {βάλανος, ἀφὸ βάλλειν} Fructus arboris quercus. Plin. lib. 7. cap. 56, Ceres frumenta inuēnit, quū antea glande vescerentur.

Glans fructus omnium arborum gland: ferarum. Plin. lib. 16. cap. 5, Dulcissima est omnium glans fagi. Virg. 4. Georgicorum,

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.

Glandem quæ propriè intelligitur, ferunt robur, quercus, esculus, cerrus, ilex, suber. Plin. lib. 16. cap. 6.

Glandis appellatione (inquit Caius in l. Qui venenum. D. De verb. & rer. signif.) omnis fructus vt Iabolenus ait, continetur exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur.

Glans caduca est quæ ex arbore cecidit, inquit Paulus in l. Sylua cædua. D. De verb. signific. Lucret. lib. 5.

Glans cerrea. Vide CERRVS.

Fagea glans. Plin. lib. 16. cap. 5, Nanque alia fageæ glandi figura, alia querneæ, & alia ilignæ.

Hyberna glans. Virg. 10. ecloga,

Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.

Iligna glande nutritus. aper. Horat. 2. Serm. sat. 4.

Glans querneа. Colum. lib. 9. cap. 1, Querneæ glandis, ilignæ, nec minus cerreæ.

Glans & pabulum. Cic. de Aruſp. resp. Quid enim hùc persequar, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptum?

¶ Glans, plumbum in modum glandis formatum, quod antiqui milites in bello iaculabantur. Sallust. in Iugurth. Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. Hirt. 5. belli Asiatici, Sagittásque & tela vti fierent complura, curare, glandes fundere, fudes comparare. Stat. 1. Achill.

Plumbea glans. Lucret. lib. 6.

Glandula, glandulæ, pen. corr. Diminutiuum {βαλάνιον}

Glandula {ἀδήν} caro glandulosa in sue, quæ ab antiquis boni saporis putabatur. Plaurus Menæch. 5, -obsonarier

Glandulam sullam, &c. Martialis, Partitur apri glandulas palæstritis.

Glandulosus, pen. prod. Adiectiuum {ἀδενώδης} Plenum glandulis. Colum. lib. 7. cap. 9, Qui porcum laudat qui est amplæ & glandulosæ ceruicis.

Glandium, glandij {ἄδην} Pars quædam intestinorum est, vt inquit Priscianus. Alij volunt esse partem apri iuxta ceruicem, vel ipsam ceruicem. In hac enim glandulæ positæ sunt. Plaut. Capt. 15,

Arripuit gladium, præruncauit tribus tergoribus glandia. Idem Curc. 7. Plin. lib. 8. cap. 51. Idem lib. 16. cap. 38, Quibusdam sunt tubera sicut in carne glandia. Idem lib. 17. cap. 6.

Glandifer, pen. corr. Adiectiuum {βαλανηφόρος} Quod glandes producit.

Cicero 1. de Legibus,

Quare glandifera illa quercus ex qua olim euoluit

Nuntia fulua Iouis, &c. Ex quodam poeta. Ouid. 12. Metam.

Glandiferæ & fructuosæ arationes. Cic. 2. Philipp. Quandoquidem hæ quondam arationes Campani & Leontini, in Pop. Rom. patrimonio glandiferæ & fructuosæ ferebantur.

Glandarius. Adiectiuum {βαλανικός} Denominatiuū à glande: vt Glandaria sylua, quæ seruatur glandis ferendæ causſa. Cato cap. 1.

GLANVM {γλανὸν} Saliorum ciuitas in Gallia Ptolemæo. Vulgò *Gap.*

Glanus, vel glanis {γλανὶς} Piscis genus. Plinius libro 9. cap. 43, Canius qui & glanis vocatur, auersos mordet hamos, nec deuorat, sed esca spoliat.

Glaphyrus, pen. corr. {γλαφυρός} festiuus, iucundus, ornatus, politus. Martial. lib. 4. 5,

Vendere nec vanos circa pallatia fumos:

Plaudere nec cano, plaudere nec glaphyro.

Glarea, glareæ, pen. corr. {λιθάριον} Minutissimi lapilli qui ih fluuiorum ripis, vel maris littoribus reperiuntur: vel terra potius fabulosa, huius modi minutis lapidibus plena. Colum. lib. 2. cap. 2, Qui cum parte dimidia lapides minutos vel nudam glaream receperint. Idem lib. 6. cap. 23, Srabula sunt optima saxo aut glarea strata.

Puluis & glarea. Cic. ad Quint. fratr. lib. 3. 17, Eo loco puluis non glarea iniecta est.

Glarea & arena. Colum. lib. 11. cap. 3, Nisi aut nudæ glareæ, aut sine vllo robore solutissimæ arenæ.

Dura glarea. Tibul. lib. 1. eleg. 7.

Ieiuna glarea, Id est sicca & sterilis terra. Virgilius 2. Georgic. Seruius.

Glareola, glareolæ, penult. corr. Diminutiuum. Plaut. Glareolam manu effundens.

Glareosus, penult. prod. Adiectiuum, Plenum glarea. Plinius lib. 16. cap. 8, Silaus nascitur glareosis & perennibus riuis, cubitalis, apij similitudine.

Glareosa & saxosa amat ficus. Colum. de Arboribus, cap. 21.

Glareosa & fabulosa arua. Colum. lib. 2. cap. 10.

Glareosa saxa. Liuius 1. bel Punic. Sigonius ex vetustis codicibus legit glomerosa.

Glastum, glasti {γλάστον} Herba qua fullones pannos inficiunt. Plin. lib. 22. cap. 1, Simile plantagini glastum in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges nurúsque toto corpore óblitæ, quibusdam in sacris nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes. Cæsar etiam author est, Britannos se hac inficere, quo horridiori sint aspectu in pugna. lib. 5. bell. Gall.

Glaucito, glaucitas, penult. corr. Verbum proprium catulis. Author Philomelæ,

Glaucitat & catulus: at lepores vagiunt.

Glaucium {γλαύκιον} Herbæ genus sylueſtris & erraticæ, Rhœa vocatur: alij paralion dicunt. Nascitur in afflatu maris, aut nitroso loco. Hæc Plin. lib. 20. ca. 19. Glaucion (inquit Hermolaus) foliis dēsis, minoribus quàm papaueris, sordidioribúsq; gustu amaro cum quadam astrictione. Granum habet crocei coloris.

Glaucoma, Glaucopis, Vide GLAVCVS.

Glaucus, Adiectiuum {γλαυκὸς} Quod admistum habet viridi colori alborem quendam. Vnde Virgilius glaucas salices, & oliuas, & viuam & equum dixit. Gell. lib. 2. cap. 26, Sed ne viridis quidem color pluribus quàm à nobis vocabulis dicitur. Neque non potuit Virgilius colorem equi significare viridem volens, cæruleum magis dicere equum, quàm glaucū: sed maluit verbo vti notiore Græco, quàm inusitato Latino. Nostris autem Latinis veteribus cæsia dicta est, quæ à Græcis γλαυκῶπις, vt Nigidius ait, de colore cæli, quasi cæsia. Plin. lib. 9. cap. 36, de conchyliis loquens, Vnde conchyliis pretia quis virus graue in fuco, color austerus in glauco, & irascenti similis mari?

Glaucus amictus. Virg. 12. Æneidos,

Tantum effata. caput glauco contexit amictu,

Multa gemens: & se fluuio dea condidit alto. Vbi Seruius, Glauco amictu, quasi propter vndarum similitudinem.

Arundo glauca. Virg. 10. Æneid.

Frondē glauca canentia salicta. Virg. 2. Georg.

Fructus glauci oliuæ. Claud 2. in Eutrop.

Glauci oculi, Idem qui & cæsij, quales sunt felis & leonis, & noctuæ oculi. Plin. lib. 8. cap. 21, Atque hinc ab Homero γλαυκῶπις dea est appellata, hoc est Pallas cæsios & glaucos oculos habens: quòd antiqui summam puellarum pulchritudinem in glaucis oculis constituebant.

Oliua glauca. Stat. 2. Sylu. 2.

Glauci spadices. Virg. 2. Georgicorum, -honesti

Spadices, glaucique. Vbi Seruius, Glauci, felineis oculis, id est splēdore perfusis.

¶ Glaucus, Piscis. Plinius lib. 9. cap. 16, Quidam rursus æstus impatientiæ, mediis feruoribus sexagenis diebus latent, vt glaucus, asselli, auratæ. Idem libro 39. cap. 11, tradit glaucum æstate non apparere.

GLAVCVS {γλαῦκος} Hippolochi filius, Bellerophontis nepos, auxilio Troianis venit: cum quo Diomedes memor veteris hospitij iunctis dextris amicitiam iniuit, armáque commutauit ænea pretio nouem boum, cum illius aureis armis, quæ centum erant boum. Author Homerus Iliados 6. ¶ Glaucus piscator, vt habetur in fabulis, pisces captos supra ripam explicuit, donec retia siccarentur. At illi contacta herba, colligētes sese in mare prosilierunt. Glaucus eam herbam degustans, immortalitatem adeptus est, vt est apud Ouid. lib. 13. Metamorph. ¶ Glaucus, Antenoris Troiani filius, ab Agamemnone interfectus, vt est author Dictys Cretensis. ¶ Glaucus, Sisyphi filius, qui apud Potniam regnauit, equas alebat humana corpora pascentes, à quibus & ipse postremò deuoratus. Author Probus grammatic. Seruius verò dicit Glaucum Potniaden, sacra Veneris spernentem, ab equabus suis, quibus ad currum vrebatur, dilaceratum. Virgil. 3. Georg. ¶ Alius fuit Minois filius. ¶ Alius inter ministros Vulcani commemoratur ab Herodoto. ¶ Alius item Lemnius statuarius apud Stephanum.

Biformis glaucus. Claud. 3. de Raptu Proserp.

Glaucinus, pen. corr. Adiectiuum {γλαυκεινὸς} Glauci colorem habēs. Martial. lib. 9. 18, Pallia donauit glaucina Cosme tibi.

Glaucoma, pen. prod. glaucomatis, n. g. & Glaucomatū, glaucomati. & Glaucoma, glaucomæ {γλαυκώμης} Vitium eius humoris in oculis qui crystallinus appellatur, nempe dum in colorem glaucum mutatur. Plautus Milite, 4,

Glaucomam ob oculos obiiciemus: eúmque ita

Faciemus, vt quid viderit, non viderit. Plinius lib. 29. cap 6, Glaucomata dicunt magi cerebro catuli septem dierum emendari, &c.

Glaucopis, pen. prod. {γλαυκῶπις} Vide Glauci oculi, in GLAVCVS.

Gleba 2, glebæ {βῶλος, βῶλαξ} Cæspes terræ dicta quòd sit quasi globus, aut terra conglobata. Cic. pro Cecin. Quid igitur, si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris? Idem 2. de Nat. deorum.

Cæspes & gleba. Cicero pro Cecinna, Vinces profectò non fuisse armatos eos qui saxa iacerent, quæ de terra tollerent: non esse arma cæspites, neque glebas.

Cunctantes glebæ. Virg. 2. Georg. Id est magnæ & graues.

Putris gleba. Virg. 1. Georg.

Vuiferæ glebæ Silius lib. 7.

¶ Adimere glebam de aliquorum agris. Cic. 3. de Lege agrar.

Inertes glebas rastris frangere. Virg. 1. Georg.

Humare glebis. Cic. 2. de Legib.

Iniecta in os alicuius gleba Cic. 2. de Legib.

Sapinatas Aquiloni ostendere glebas. Virg. 2. Georg.

Agri glebam possidere. Cic. 5. Verr.

Sitiens gleba. Claud. de bello Gildon.

Ligonibus verſare glebas. Horat. 3. Carm. ode 6.

Virens gleba, id est cæspes. Iuuenal. sat. 12.

Siccis vruntur semina glebis. Horat. Epod. 16.

Lycij Indici glebæ. Est autem lycium Indicum medicamenti genus. Plin. lib. 24. cap. 14, Indici differentia, glebis extrinsecus nigris, intus rufis. Hinc facilè colligas, rem omnem in globi modum constrictam, posse glebam appellari.

¶ Gleba non solùm de terra dicitur. Plin. lib. 36. cap. 6, Inter hos primùm, vt arbitror, marmoreos parietes habuit scena M. Scauri, nō facilè dixerim sectos an solidis glebis positos. Et cap. 19. ad finem, Phrygius lapis genesis nomen habet. Est autem gleba pumicosa.

Glebatus, Adiectiuum. Varro lib. 6. de Ling. Latin. E queis vt dicti valentes glebarij, qui facilè proscindunt glebas, &c.

Glebosior, Comparatiuum. Plinius libro 35. cap. 16, Altera glebosior candida.

Glebosus, pen. prod. Adiectiuum {βωλακώδης.} Plin. lib. 35. cap. 15, de sulphure, Genera quatuor: viuum quod Græci apyron vocant, nascitur solidum, hoc glebosum. Hoc est in formam glebæ.

Glebula, glebulæ, pen. corr. Diminutiuum {βωλάκιον.} Columel. lib. 6, Lapillíque carent, & glebulis, quas per trituram ferè terrena emittit area.

Glessum, glessi, Electri species. Plin. lib. 37. cap. 3, Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & à Germanis appellari glessum. Itaque & à nostris vnam insularum ob id glessariam appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente, Austrauiam à Barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundantia: densatur rigore vel tepore autumnali.

Gleucinum, pen. corr. {γλεύκινον} Oleum musto & odoramentis cōditum. γλεῦκος, mustum. Gleucini olei compositionem vide apud Columel. lib. 12. cap. 51. Plin. lib. 23. cap. 4, Gleucino mustum incoquitur vapore lento. Ab aliis sine igne, circundatis vinaceis, diebus 5 x 11. bis singulis permistum. Consumitúrque mustum oleo. Postea recensetur quæ admiscēdatur odoramenta. Gleucini quoque meminit abundē Dioscorides lib. 1.

Glis, gliris, m. g. {μύοξος} Animal muri simile, quod nutritur in arboribus, & bonam partem anni somno consumere dicitur. Vide Plin. lib. 8. cap. 57. Martialis,

Somniculosos ille porrigit glires. Idem lib. 13. 59.

Glirarium, glirarij {μυοτροφεῖον} Locus in quo nutriuntur glires. Varr. 3. de Re rust. cap. 15, Glirarium dissimili ratione habetur, quòd non aqua, sed maceria locus sepitur.

Glisco, cis {χανδάνω} gliscere, Crescere est, inquit Festus. Plaut. Asin. 16. Pulchrè hoc glisci it prælium. Idem Capt. 11. Cic. in Hortēsio, Ad iuuenilem libidinē copia voluptatū glisceret illa, vt ignis oleo. Gellius lib. 2. cap. 7, Eadem autem ipsa quæ crescente luna glisceunt, deficiente contrà luna deficiunt.

Numero glisscere. Tacit. lib. 4, Quum ex vsu temporis huc illuc

mearent, glisscerent numero, & aliquando minuerentur.

Flatu glisscit anhelo. Valer. 2. Argon.

Glisscit authoritas. Tacit. lib. 4, Punitis ingeniis, glisscit authoritas.

Certamen glisscit. Tacit. lib. 20.

Cutis glisscit. Tacit. 1. Thebaid.

Dignatio sacerdotum glisscit. lib. 4.

Discordia glisscit. Tacit. lib. 4.

Flagitia glisscunt. Tacit. lib. 14.

Infamia glisscit. Tacit. lib. 14.

Inuidia crudelitatis glisscit. Tacit. lib. 15.

Libido pugnandi glisscebat. Silius lib. 7.

Luxuria interim glisscebat. Tacit. lib. 16.

Multitudo periclitantium glisscebat. Tacit. lib. 3.

Periculum glisscit. Claud. 2. in Eutrop.

Potestas glisscebat. Tacit. lib. 3.

Præcordia glisscunt. Valer. 3. Argon.

Rabies glisscit. Plaut. Capt. 11.

Sæuitia glisscit. Tacit. lib. 5.

Menti tumor atque audacia glisscit. Stat. 9. Thebaid.

Accenso glisscit violentia Turno. Virg. 12. Æneid.

¶ Glisscere dicitur terra, Hoc est pinguescere. Colum. lib. 2. cap. 5. Idem lib. 7. cap. 1, Quod etiam in faba cæteris q; leguminibus quibus terra glisscere videtur, verisimile est accidere.

Glisscens, Participium {ὑπτιάζων.} vt Adulatio glisscens. Tacit. lib. 1, Donec adulatione glisscente deterrerentur.

Famam in dies glisscentem sors discussit. Tacit. lib. 18.

Malum glisscens. Silius lib. 7.

Negotia glisscentia. Tacit. lib. 11, Dein glisscentibus negotiis.

Pericula glisscentia. Tacit. lib. 15, Quo glisscentibus periculis etiam sub, &c.

Pernicies glisscens. Tacit. lib. 12, Mox glisscente pernicie, &c.

Seditio glisscens. Liuius 6. ab Vrbe.

Glisceræ mensæ. Turnebus, Glisceras mensas, inquit, opimas, opiparas, copiosas, & crescentibus epularum ferculis refertas, à glisscendo dici de grammaticis didicimus. Inde etiam glisceis partem quandā suis vocatam crediderim, quæ in edulis non contemnendis erat, Præcisum, inquit Næuius, omasum, pernam, callum, glisceis, gladias Hæc Turnebus.

Globuli, Cupressi fructus, Vide GALBVLI.

Globus, globi {σφαῖρα, σφαῖρος, σφαίρωμα.} Corpus solidum vndique rotundum. Virg. 6. Æneidos,

Lucentémque globum Lunæ. Cic. 2. de Nat. deor. Quúmque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis, &c.

¶ Globus, Quicquid est rotundum, non concauum. Plaut. Pœn. 6,

-in fundas infundebam grandiculos globos,

Ego illos volantes iussi fundarier.

In cælo animaduersi globi. Cic. 1. de Diuin.

Nodosus globus. Stat. 1. Sylu. 5.

¶ Globus {σύστημα} Multitudo hominum, siue aliorū animalium, aut alterius cuiuscunque rei similis, collecta & quasi conglobata. Liu. 8. ab Vrbe, Extrema concio, & circa Fabium globus, increpabant inclementem Dictatorem.

Globus armatorum. Liu 4. ab Vrbe. Et lib. 1, Globus iuuenum. Et lib. 3, Globus mulierum.

Hostiles globi, Id est hostium cateruæ. Claud. 1. Paneg.

Cordis globus. Lucret. lib. 4.

Flammarum globos attollit Ætna. Virg. 3. Æneid.

Lanæ globi. Horat. 1. epist. 13.

Picei globi. Valer. 3. Argon.

Sanguinis globos vomit. Ouid. 12. Metam.

Stellarum globi terræ magnitudinem facilè vincebant. Cicero in Somn. Scip.

Globus terræ eminens è mari. Cic. 1. Tusc.

¶ Terra, globus. Cic. in Somn. Scip. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medio vides, quæ terra dicitur.

Globulus, pen. corr. Diminutiuum {σφαιρίον.} Plin. lib. 33. cap. 5, Cum tinxere pictores, orobitin vocant: eiúsque duo genera faciunt, Luteam quæ seruatur in lomenta, & liquidam globulis sudore resolutis.

¶ Globulus, genus edulij: de quo Cato cap. 29, Globulos, inquit, sic facito, &c.

Globosus, pen. prod. Adiectiuum {σφαιροειδὴς} Id est rotundus. Cic. de Vniuers. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus à mediis radius attingitur.

Globosum corpus. Colum. lib. 10. Lucret. lib. 2.

Globosa forma. Cic. 2. de Nat. deor.

Mundus globosus. Cic. 2. de Nat. deor.

Globosa rotunditas. Firmic. lib. 1. cap. 3.

Globosa saxa. Liu. 8. bell. Maced.

Globosæ stellæ & rotundæ. Cic. in Somn. Scip.

Terra solida & globosa. Cic. 2. de Nat. deor.

Globosus turbo. Cic. 2. de Nat. deor. Ex quodam poeta.

Globositas, pen. corr. atis. Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. cap. 15, Globositas terræ habitationes omnium æquales sibi esse non patitur.

Globo, globas {σφαιρόω} globare, Aliquid solidum in rotunditatem cōponere. Plin. lib. 2. cap. 2, Formam eius in speciem orbis absoluti globatam esse, nomen in primis, & consensus in eo mortalium orbem appellantium.

Globari paruis orbibus. Plin. lib. 2. cap. 65, Nanque & depēdentes vbique guttæ paruis globantur orbibus.

Globari in rotunditatem. Plin. lib. 18. cap. 13.

Nubes globantur. Plin. lib. 18. cap. vlt.

Glocido, glocidas, pen. corr. glocidare, Proprium est gallinarum quū ouis incubituræ sunt: quod fit crebris singultibus, interiecta voce acuta. Festus.

Glocio,glocis,glociui,glocitum , pen.prod.glocire , Idem quod glocidare. Columel.lib.8.cap.5,Obseruare debet custos , dum edent oua, vt ea quæ nata sunt,recolligantur : notentúrque quo quæque die sint edita: & quàm recentissima supponantur glocientibus.

Glomus, glomi, masc.gen. & glomus, glomeris, pen.corr.neut.gen. {ἕιλημα,σφαῖρος} Est globus ex filo factus. Plin.lib.36. cap.13, Quò fiquis improperet fine glomere lini , exitum inuenire nequeat. De labyrinthis.

Glomus staminis albi. Scribon.Largus.

Glomero,glomeras, pen.corr. {σφαιρόω} glomerâre, Implicare , & in globi, hoc est sphæræ figuram,silum inducere,inquit Sipontinus.

Lanam glomerabat in orbes.Ouid.6.Metam.

Glomerare,per translationem , Congregare & accumulare. Varro 3.de Re rust.cap.5, Cibatui offas positas, eæ maximè glomerantur ex ficis & farre misto. Celsus lib.7, Maximè vbi inter se venæ implicatæ glomerantur.

Glomerans annus.Cic.1.de Diuinatione,

Omnia fixa tuus glomerans determinat annus. Ex poeta.

Glomerantur aues.Virg.6.Æneidos,

Quàm multæ glomerantur aues.

Glomerata clades. Cic.2. Tusculanarum,

Atque hæc vetusta seclis glomerata horridis,

Luctifica clades nostro infixa est corpori. Ex Æschylo.

Niues glomeratas agit Corus.Silius lib.3.

Glomerantur nubes.Virg.9.Æneid.

Hinc atque hinc glomerantur.Virg.1.Æneid.

Glomerari puluere.Plin.lib.12.cap.17, Ladanum glomerari puluere,coqui sole tradunt.

Glomerari in orbem. Virg.4.Georgicorum,

-magnum misto glomerantur in orbem.

Agmina cerui glomerant fuga.Virg.4.Æneid.

Gressus glomerare superbos.Virg.3.Georg.

Ventus incendia glomerat.Virg.2.Georg.

Manum glomerare bello. Virg.2.Æneid. Bello,ad bellú.Seruius.

Saxa sub auras glomerat.Virg.3.Æneid.

Nubes tempestatem glomerant.Virg 1.Georg.

Glomeratio , Verbale {σφαῖρωσις} Plin.lib.8.cap.42,de equis, Quibus non vulgaris in cursu gradus , sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.

Glomeramen,pen.prod.glomeraminis, neut.gen. {σφαίρωμα.} Lucret. libro 2,

Dissimiles igitur formæ glomeramen in vnum Conueniant.

Glomerarius.Seneca in Controuerf.

Glomeratim,pen.prod.Aduerb.Macrob.lib.6.Saturnal.cap.4. Vide Vomitaria,in VOMO.

Gloria,gloriæ {κλέος,εὐδοξία,δόξα, εὔκλεια.} Cicero 2.de Inuent.Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Quintil.Consentiens laus bonorum,gloria appellatur.

Gloria , est illustris ac peruagata multorum & magnorum vel in suos ciues,vel in patriam , vel in omne genus hominum fama meritorum.Cic.pro Marcello.

Gloria , est solida quædam res & expressa non adumbrata : ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute.Cic.2. Tusc.

Ex omnibus præmiis virtutis amplissimum est gloria.Cic.pro Mil.

Æstus gloriæ.Cic.in Bruto.

Æterna gloria. Macrobius in somnium Scipion.lib.2.cap.10,Non æternam,sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus.

Auidior gloriæ,Vide AVIDVS.

Clarus gloria,& authoritate grauis.Cic.2.de Orat.

Gloria cumulatior,Vide CVMVLVS.

Cupidus gloriæ & altissimus animus.Cic.1.Offic.

Splendoris & gloriæ cupidus.Cic.1.Offic.

Cupiditas gloriæ. Quintil.lib.7.cap.3,Quod ipsum feciste seductú inuenili cupiditate gloriæ fateor.

Vita breuis,cursus gloriæ sempiternus.Cic.pro Sextio.

Cursus ad gloriam.Cic.Famil.10.

Expers gloriæ.Cic.Expers esse debet gloriæ,&c.

Gradus gloriæ dispares,honorum pares sunt.Cic.pro Planc.

Gloria palmæ, Victoria.Virg.3.Georgicorum,

Et quis cuique dolor victo,quæ gloria palmæ.

Fructus veræ virtutis,gloria. Cic.in Pisonem.

Ostentatio & gloria.Cic.pro Rab.Posth.

Gloria & laus. Cic.1 Philipp.Ea autem est gloria & laus rectè factorum,& magnorum in Rempub.meritorum.

¶Dulcis gloria.Cic.Anteq.iret in exil.

Hortatrix animosi gloria Iethi.Stat.9.Thebaid.

Insignia gloriæ.Cic.Famil.10.

Iter gloriæ. Cic.Illud magis vereor ne ignorans verum iter gloriæ,&c.

Lata gloria , Hoc est , latè diffusa & sparsa. Plin.iunior lib.4.epist. 12.ad Arrianum , Nescio quo pacto vel magis homines iuuat gloria lata,quàm magna. Huc facit quod Macrobius in somn.Scipion.lib. 2.cap.10,sic ait,In appetenda gloria duo sunt maxima quæ præoptari possint, vt & quamlatissimè vagetur, & quandiutissimè perseueret.

Magna apud omnes erat gloria nomen Annibalis. Cic.2.de Orat.

Magna gloria nostri æui. Ouid.epist.21.

Matura gloria,Vide MATVRVS.

Militaris gloria.Tacit.in vita Agricolæ.

Naualis gloria,Vide NAVIS.

Operosa gloria, Magna & difficilis.Ouid.epist.2.

Opima gloria. Valer.Max.lib.4.cap.4. De Cn.Scipione.

Romana gloria.Quintil.lib.1.cap.10.

Seges gloriæ.Cic.pro Milone.

Solida veráque gloria.Cic.Bruto.3.

Stimulus gloriæ.Cic.pro Arch.poet.

Ventosa gloria.Virg.lib.11. Æneid.

Vera,grauis,& solida gloria.Cic.5.Philipp.

Vmbra gloriæ.Cic.in Pison.

Vstus gloria.Cic.Famil.13.

¶Abicere gloriam & deponere. Cic.2.de Orat.Gloria parta non delectari,sed totam abicere,atque deponere.

Honorem & gloriam acquirere.Cic.Appio,lib.3.7.

Acquirere ad gloriam, Vide ACQVIRO.

Immortalem gloriam non adimunt,si vitam eripiunt.Cicero Antequam iret in exilium.

Adipisci gloriam.Cic.pro Marc.

Afficere gloria, Vide AFFICIO.

Amplificare gloriam, Vide AMPLIFICO.

Gradibus gloriæ videntur homines ascendere.Cic.pro Milone.

Auferre gloriam, Vide AVFERO.

Augere gloriam. Cic.Famil.12.

Alere gloriam Cic.in Bruto.

Cadere gloriam.Cic.pro Milon.

Capere maximam gloriam ob amicitiã summa fide seruatam.Cic. de Amicit.Vide CAPIO.

Circunfluens gloria,Vide CIRCVNFLVO.

Commendare sempiternæ gloriæ aliquem. Cic.Luccio , lib.5.12. Vide COMMENDO.

Comparare gloriam.Cic.2.Offic.

Concedere alicui de gloria. Tacit.lib.19, Ne Antonio , Varóque de gloria concederet.

Consequi gloriam, Vide CONSEQVOR.

Æternam gloriam consequi.Cic.Planc.lib.10.14.

Propriam ingenij gloriam consequi.Cic.Luccio,lib.5.12.

Cumulare gloriam bellicam eloquentia, Vide CVMVLO.

Summa & perfecta gloria constat ex tribus his , si diligit multitudo,si fidem habet,si cum admiratione quadam honore dignos putat. Cic.2.Offic.

Destorata gloria. Liuius lib.8.Decad.4, Gloriámque eius victoriæ destoratam ad Thermopylas esse.

Laudis gloriæque mercedem virtus desyderat. Cic.5.Philipp.

Diuulgata gloria.Lucret.lib.6.

Immortalem gloriam dare,& sempiternam turpitudinem infligere.Cic.in Pisonem.

Ducitur maximè gloria optimus quisque.Cic.pro Archia.

Ducere in gloria.Plin.lib.31.cap.6.

Duplicare gloriam.Cic.pro Domo sua.

Gloria se & prædicatione efferre.Cic.in Parad.

Esse gloria,pro gloria circunfluere.Cic.Att.2.

Esse gloriæ.Cic.Famil.5.

Excellit maximè gloria is , qui virtute plurimum præstat. Cicero pro Plancio.

Falsa gloria Philosophiam exornare.Cic.2. Tusc.

Expetenda gloria magis est,si pecunia tantopere expetitur. Cic.2. de Orat.

Fama,gloria,doctrina, plurimis artibus , imperio & laude bellica floruit Græcia.Cic.pro Flacco.

Habere gloriam cum modo. Tacit.lib.15,Si aut gloriam cum modo,aut prædam cum cura habuisset.

Dicendi gloriam maiorem habere.Cic.de Claris Orat.

Haber formam honestatis & similitudinem gloria. Cic.5.de Finib.

Incenduntur omnes gloria ad studia,Vide INCENDO.

Infringere gloriam.Cic.pro Milone.

Insistere in gloria,Vide INSISTO.

Intendere gloriam , pro Augere. Tacit.lib.4, Et huic negatus honor gloriam intendit.

Iuncta inuidiæ gloria,Vide IVNGO.

Mactare perfidum vltioni,& gloriæ. Tacit.lib.2, Reddendámque gratiam in acie fatentur,simul perfidos & ruptores pacis vltioni & gloriæ mactandos.

Minuere,vel imminuere gloriam.Cic.Famil.10.

Multiplicare gloriam,Vide post MVLTVS.

Nasci gloriam.Cic.Famil.15.

Nasci gloriæ.Cic.pro Sextio.

Niti ad gloriam immortalem, Vide NITOR.

Pârere gloriam. Quintil.lib.3.cap.7, Quo minores opes fuerunt, eo maiorem benefactis gloriam parit.

Parta gloria.Ouid.epist.20.

Ponere in gloria, Vide PONO.

Præstare gloria,Cic.1.Offic.

Nulla est gloria asellos præterire.Martial.lib.12.32.

Quærere gloriam.Cic.ad Qu.frat.

In gloriam referre,Vide IN.

Refrænare,vel reuocare à gloria.Cic.pro Cælio.

Veram gloriam repudiare , leuis est animi splendorem lucémque fugientis. Cic.in Pisonem.

Retinere gloriam. Cic.Famil.7.

Ad gloriam & splendorem in imperio & dignitate omnia reuocare. Cic.pro Flacco.

Sepulta & discors gloria. Ouid.2.Amor.eleg.2.

Sequitur gloria virtutem tanquam vmbra.Cic.1.Tusc.

Seruire gloriæ.Cic.in Cati.

In gloria esse,Vide IN.

Sit in æterna gloria Marius. Cic.4.in Catil. Et 3.Offic.In maxima & gratia futurus sit & gloria.

Fulgore gloriæ subnixus. Valer.Maxim.lib.8.cap.1.De L.Cotta.

Tenere gloriam. Cic.Hodie hanc gloriam, atque hoc orbis terræ imperium teneremus.

Titillat gloria.Horat.2.Serm.sat.3.

Transmouere in se gloriam.Terent.in Eunuch.

Venire in gloriam.Cic.ad Attic.2.

Vertere

Vertere aliquid ad gloriã. Tacit.lib.13,Idque illi imperitante Claudio impune mox ad gloriam vertit.

Gloriola, penult.corr. Diminutiuum {δοξίδιον.} Cic.ad Lucci.lib.5.12, Et nosmetipsi viui gloriola nostra perfruamur. Idem ad Cæsarem, lib.7.5,Hisce eum ornes gloriolæ insignibus.

Gloriosus, penult.prod.Adiect. {κλεεινός,περιφανής,ἐνδοξος,εὐπρεπής} Præclarus, excellens,& qui in magna gratia est.Plaut.Epid.4,

-magnus miles Rhodius,raptor hostium Gloriosus.

Gloriosum consilium. Cic.ad Attic.lib.8. 160, Vt non solùm gloriosis consiliis vtamur,sed etiam paulo salubribus.

Illustria & gloriosa facta.Cic.1.de Finibus.

Fuga Ciceronis sibi gloriosa,patriæ calamitosa. Cic.1.de Diuinat.

Gloriosa mors. Cic.2.de Finibus, Quum esset proposita aut fuga turpis,aut gloriosa mors.

Magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis.Cic.pro Flacco.

Præpotens & gloriosa Philosophia.Cic.1.de Orat.

¶Gloriosus etiam in malam partẽ vsurpatur pro superbo : vt propriè sit inanis gloriæ cupidus & ostentator : & qui ad gloriam refert quicquid aut facit aut dicit.Plaut. Truc.4,

Vos nequam & gloriosæ,malæque,&c. Plin.epist.53,Miserat etiam epistolas Romam ad aniculam quandam iactantes & gloriosas.

Gloriosus miles,apud Terentium & Cicer.lib.1.Offic.

¶Magnificum illud etiam, Romanisq, hominibus gloriosum,vt, &c.Cic.2.de Diuinat.

Præclarum & gloriosum. Cic.2.Philipp.Longum est persequi cæteros : idque Reipub. præclarum,fuisse tam multos, tum multo ipsis gloriosius est.

Ad immortalitatem memoriæ gloriosum. Cic.3.de Legib. Quod nobis quidem egregium, & ad immortalitatẽ memoriæ gloriosum, neminem,&c.

In priuatis gloriosa,multo magis in regibus commemorabuntur. Cic.pro Deiotaro.

Gloriosum in vulgus. Cic.4.Academ. Nisi fortè quod gloriosum sit in vulgus,id honestum velimus dicere.

Gloriosum mihi. Cic.ad Dolabellam,lib.9.14,Mihi verò gloriosum,te iuuenem Consulem florere legibus.

Populari fama gloriosum, vt consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum.Cic.2.de Finibus.

Gloriosum & Inuidiosum,contraria.Cic.1.Philip.Charum esse ciuibus,bene de Rep.mereri,laudari,coli,diligi,gloriosum est : metui verò & in odio esse,inuidiosum,detestabile,imbecillum,caducum.

Gloriosè,penult.prod.Aduerbium {εὐκλεῶς} Cum gloria & laude. Plin. de Viris illust. Ipse quadragies quater accusatus , gloriosè absolutus, Carthaginem defendam censuit. Cicero ad Cælium, lib.2. 11,Satis gloriosè triumpharem.

¶Gloriosè,in malam partem. Cic.2.de Finibus. Idem 3.Tuscul. Quoniam hæc plausibilia non sunt,vt in sinu gaudeant, gloriosè loqui desinant.

Gloriosè amiciri.Plaut.Persa,9,

Subnixis alis me inferam,atque amicibor gloriosè.

Exorditi non gloriosè.Cic.2.de Orat.

Gloriosè mentiri.Cic.pro Milone.

Glorior, gloriaris {κυδάλιμαι,κυδιόωμαι,κομπάζω,μεγαλαυχέω,μεγαλοφρονέω} gloriâri, De se iactanter aliquid pronuntiare , & gloria se & prædicatione efferre. Cic. 5.Verr. Vt tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris. Sic Cæsar 1.bel.Ciuil.Inter suos gloriari.

Gloriari apud aliquem. Cic.1.Offic.Licet enim mihi.M. fili,apud te gloriari,ad quem & hæreditas huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet.

Gloriari contra aliquem.Cic.5. Tusc.

Gloriari de re aliqua.Cicero 3.de Finibus, Quis aut de misera vita possit gloriari,aut non de beata?

De suis rebus gestis gloriari.Cic.pro Domo sua.

Gloriari de se.Cicero de Senectute, Vt de me aliquid more senum glorier.

De misera vita nemo gloriari poterit.Cic.3.de Finibus.

Gloriari in re aliqua. Cicero 1.Tuscul. Non pudet philosophum in eo gloriari?

Quibus rebus quis in seipso gloriatur , eadem in aliis reprehendat non concedit.Cic.pro Ligario.

Gloriari insolenter. Cæsar 8.belli Gall.Propterea quòd insolenter aduersarij sui gloriarentur.

More senum gloriari.Cic.de Senect.

Nimis gloriari.Cic.de Arusp.resp.

Factis Equitum gloriantur ciues , lætantur socij , gemunt hostes. Cic.Antequam iret in exil.

Gloriari nominibus veterum.Cic.in Orat.

¶Gloriari,cum accusatiuo. Cic.de Senect.Equidem posse vellem idem gloriari quod Cyrus.

Se peragrasse omnes prouincias gloriari.Cic.2.de Orat.

¶Alicui gloriari. Cicero in Pisonem,Is mihi etiam gloriabitur,se omnes magistratus sine repulsa assecutum.

Gloriandus {κυδιστέος} Participium. Cic.5. Tuscul.Beata vita gloriandã & prædicanda,& præ se ferenda est.

Prædicabile aut gloriandum nec in misera vita quicquam est. Cicero 5. Tuscul.

Glorians {κυδιῶν} aliud Participium. Cic.1.de Nat.deor.Quod & non prædicanti tamen facilè quidem credierem , sicut mali ædificij domino glorianti se architectum non habuisse.

Gloriatio,Verbale {κυδιασμός.} Cicero 4.de Finibus, Illud verò minimè constet Clarium,sed in primis hebes,illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam. Sic lib.3, Ex qua efficitur, gloriatione,vt ita dicam,dignam esse beatam vitam.

Gloriabundus {μεγαλώνυμος} Qui gloriatur.Gell.lib.5.cap.5,Cõtemplatione tanti & tam ornati exercitus gloriabundus Annibalẽ aspicit.

Glos,gloris,fœm.g n. {γλάνις} Viri soror,inquit Festus. Nonius,Glos appellatur mariti soror,atque eadem fratris vxor. Modest.in l.4.D. de grad. & affin.

Glossa,glossæ {γλῶσσα} Latinè lingua dicitur.Plaut.Casin.15,

-timeo hoc negotium quidem,

Nisi hæc ἡπίαρ γλῶσσαν vîpiam percussit flore liberi.

Glossa à Quintiliano secretioris linguæ interpretatio dicitur. Quintilianus libro 1. capite 25,Protinus enim poterit interpretationem linguæ secretioris (quas Græci glossas vocant) dum aliud agitur,ediscere.

Glossema,penult.prod.glossematis {γλωσσημάτιον} Quintil.lib.1.cap. 14, Circa glossemata etiam , id est voces minus vsitatas , non vltima eius professionis diligentia est. Varro libro 6.de Lingua Latina, exponens versum Enn.j,Celitum Camilla expectata aduenis,salue hospita Camilla. CAMILLA, inquit,qui glossemata interpretari , dixerunt administram. Addi oportet , In his quæ occultiora. Mosellanus : Colligere licet , glossemata & glossas apud Fabium priscas & poeticas voces rectè intelligi , quas idem Fabius iam antè , linguam secretiorem interpretatus est, & hîc voces minus vsitatas appellat. Sic apud Diomedem intelligendum est glossematicum dicendi genus. Qui itaque apud veteres,has voces interpretabantur, in Græcorum commentariis Glossographi dicuntur. Hactenus Mosellanus. Vide Cælium lib.13.cap.4. Afranius Gallus apud Suetonium in libello de Claris grammat. 22, Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit,

Qui caput ad læuam didicit.glossemata vobis

Præcipit,os nullum,vel potius pugilis.

Glottis, glottidis,penult.corr.fœm.gen. {γλωττίς} Latinè lingua dicitur.Hinc Plinius libro 10. cap. 23,auem (quæ rex coturnicum appellatur) glottida vocauit. Glottis , inquit , prælongam exerit linguam,vnde ei nomen.

Glubo,glubis,glubi,glubitum, penult.corr. {γλάφω} glúbere, Corticem detrahere.Cato de Re rust.cap.33,Salictum,suo tempore cædito,glubito,arcteque alligato,librum conseruato.

Glubere.Catull.ad Cælium,54.de Lesbia,

Nunc in quadriuiis,& angiportis

Glubit magnanimos Remi nepotes. Hoc est,denudat,& ad singula vestimẽta redigit. Budæus in Annotat.poster. Erasmus tamen in adagio,Boni pastoris est,tondere pecus,nõ deglubere,sic ait, Est autem deglubere, pellem detrahere. Tractum à rusticis,qui deglubere vocant, siliquam,aut folliculum excutere, & granum suã nudare tunica : vnde & Catullus in obscœnum sensum detorsit,vt dicat virum à muliere deglubi. Hæc ille. Vide DEGLVBO.

Glubi pecus dicitur,vt Festus ait,cuius pellis trahitur.

Glubere ramos,Distringere,valde stringere,inquit Nonius. Varro de Re rustica,libro 1. capite 55, Durities enim eorum non solùm stringit baccam,sed etiam ramos glubit , ac relinquit ad gelicidium rerectos.

Gluma,æ {ἴλυπες} hordei tunicula est,inquit Festus.Varro lib.1.de Re rust.cap.48,de frumẽto loquens,Granum dictum quod est intimum solidum.Gluma,qui est folliculus eius.Arista,quæ vt acus tenuis longa eminet è gluma. Proinde vt grani theca sit gluma , & apex arista. Paulo pòst , Videtur vocabulum etymon habere à glubendo , quòd eo folliculo deglubitur granum.

Gluten , glutinis , siue glutinum, glutini , penultima correpta, neutri generis {κόλλα.} Plinius lib.11.cap.39, Boum coriis glutinum excoquitur, taurorúmque præcipuum. Idem libro 26.cap.8, Taurinum gluten. Idem lib.13. cap.12, Glutinum vulgare è pollinis flore temperatur feruente aqua,minimo aceti aspersu.

Fœd.lissimum glutinum.Plin.lib.28.cap.17,non procul à fine.

Glutinosus,penult.prod.Adiect. Tenax. Plin.lib.35.cap.16,Prioris laus vt recens sit,& leuis,linguæque glutinosa. Colum.lib.3.cap.11.

Glutino,glutinas,penult.corr. {κολλάομαι} glutinâre, Coniungere,ferruminare.Plin.lib.35.cap.15,Vis bituminis,quę sulphuris,sistit,discutis,cõtrahit,glutinat. Idem,Quo genere sistitur & sanguis & vulnus glutinatur.

Glutinamẽtum,glutinamentis{κόλλησις} Compactio,coniunctio.Plin. lib.13.cap.12, Deprehẽditur & lentigo oculis, sed inferta mediis glutinamentis tenia.De chartis loquitur.

Glutinator,penult.corr.glutinatoris {κολλητής.} Cicero Attico,lib.4.73, Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos , quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus, ad cætera adminis tris:isíque imperes vt sumant membranulam,ex qua indices fiant.

Glutio,gluis {καταπίνω} glutire,Deuorare.Iuuen.sat.4,

Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus

Induperatorem?

Glutire vocem. Plin.lib.10.cap.12,Pessima eorũ significatio, qùm glutiunt vocem velut strangulati. De coruis.

Gluto,glutonis, masc.gen.à glutiendo dicitur gulosus & vorax homo, seu auidus deuorator. Persius sat.5,

Nec gluto sorbere saliuam Mercurialem. Id est ostendere desiderium lucri, gluteindo saliuam præ auiditate & siti rerum acquirendarum. *Tant que l'eau luy en vient à la bouche.*

Glutus, Adiectiuum, ab antiquis vsurpatũ pro vnito & bene subacto. Cato cap.45, Locus bipalio subactus fiet,benéque glutus fiet. Plin. libro 17. cap.18. Festo Glitus locus dicitur tener & subactus:vt vel ita in Catone legendum sit, vel vtroque modo dicatur, vt maxumus & maximus.

GLYCERE,Glyceres,Amica Menandri fuit,de qua Martialis,

Nec Glycere, verè Thais amica fuit. Sensus est, Glycere erat Menandri poetæ amica,quod ex Glyceres Græcis ad eum epistolis,quæ hodiéque extant, cognoscimus : Thais tamen ab eo sic in comœdiis introducta frequenter & celebris reddita est, vt ipsa videatur nõ Glycere Menandri amica fuisse. Hæc Turnebus.

GLYCON {γλύκων} Vir apud Horatium 1.epist.1.robustissimus,& gladiatoria quadam totius corporis firmitate:

Nec quia desperes inuicti membra Glyconis,&c. ¶ Fuit & Gly-

con, medicus Pansæ apud Romanos. Cicero in Epistolis ad Brutum, Tibi Glycona medicum Pansæ qui fororem nostri Achilleos in matrimonium habet, diligentissimè commendo. Audimus enim venisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodirique vt parricidam. Vide Suetonium in Augusto.

Glycyrrhiza {γλυκύρριζα} Dulcis radix. *Regalice.*

G N A

Gnaphalium, gnaphalij {γναφάλιον} Herba inuentitia. Plin.lib.27.to, Gnaphalion, alij chamæzelon vocant, cuius foliis albis mollibúsque pro tomento vtuntur. Hinc etiam vulgò *cotonaria* appellatur.

Gnarus, gnari, vel narus {εἰδήμων, ἐπιστήμων} dicitur sciens & peritus alicuius rei. Plin.lib.9.cap.35, Concha ipsa quum manum videt, comprimit sese, operstque opes suas, gnara propter illas se peti. Cicero in Orat. Gnarúmque quibus orationis modis quoque animorum partes pellerentur. De Pericle.

Gnarus sum loci eius. Plaut. Rud.5,

-quæ mihi est spes qua viuere velim? nec loci sum gnara,

Nec diu hîc fui. Columel. in Præfat. Armorum ac militiæ gnaros. Plin.lib.9.cap.8. Gnara temporis multitudo.

Rerum gnarus. Silius lib.7.

Reipublicæ gnarus Sisenna. Cic. de Claris Orat.

Gnari tergi nostri tortores. Plaut. Asin.11,

Tortoréque acerrimos, gnaróque nostri tergi,

Qui sæpe antè in nostras scapulas cicatrices indiderunt.

¶ Gnarus, pro Cognito. Tacit.lib.1, Trudebantúrque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nescius. Item lib.15, Idq; nulli magis gnarum, quàm Neroni.

Huic dictioni gnarus præposita est litera G, quo dulcius sonaret: quemadmodum factum est dictionibus gnauus & gnotus. Cicero in Orat. Noti erant, & naui, & nari, quibus quum IN præponi oporteret, dulcius visum est, ignoti, ignaui, & ignari dicere, quàm vt veritas postulabat.

Gnarior, Comparatiuum. Arnobius lib.3. aduersus Gentes.

Gnaritas, penult. corr. gnaritatis {ἐπιστημοσύνη} Sallustius, Nanque alij fiducia gnaritatis locorum occulta fuga sparsi, alij globis eruptionem tentauêre.

Gnaruris, pro Gnarus, vox antiqua & obsoleta. Plautus,

Simul gnaruris volo esse hanc rem mecum. id est gnaros. est enim accusatiuus pluralis. Hæc etiam vsus est in prologo Pœnuli,

Ad argumentum nunc vicissatim volo remigrare, vt æquè mecum sitis gnarures. Id est gnari. In lexico etiam Latinogræco reperi gnarurem, γνάριμον, & gnarurat γνωρίζει. Hæc Turnebus.

Gnathos {γνάθος} Latinè gena, maxillâve dicitur, aut bucca. Inde apud Terentium Gnatho parasitus.

GNATHO, gnathonis, pen. prod. Vir Siculus, ob gulam voracitatémque famosissimus. Vide PHILOXENVS. Vsurpatur pro homine impuro & nihili. Cicero 2. Philipp. Hodie non descendit Antonius, cur? dat natalitia in hortis. cui? neminem nominabo. Putatote eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni. O fœditatem hominis flagitiosam!

Gnatus, gnati, masc.gen. {υἱός} Filius. Eadem ratione præponitur illi G, qua dictioni Gnarus.

Dulces gnati. Lucret.lib.4.

Mansit huic vnicus gnatus domi, Vide MANEO.

Ætas gnati non est ad præcepta. Cic. pro Plancio.

Gnauus, Adiectiuum {ἐμπαθὴς, φίλεργος} Celer, strenuus, à nauium celeritate. Plaut. Mostel.3,

Simul autem gnauos esse ad hanc rem mecum vos omnes volo.

Iuuenta gnaua. Ouid.1.de Ponto, eleg.11.

Gnauus mane forum, & vespertinus pete tectũ. Horat.1.in epist.6.

Gnauiter, pen. corr. Aduerbium {ἐμπαθῶς} Diligenter. Liu.10.ab Vrbe, Ibi aliquandiu nec cessatum ab armis, nec gnauiter pugnatum.

Gnauiter agere aliquid. Horat.1.epist.1.

Gnauiter illum amo. Plaut. Ciste.2,

Vt me quem ego amare gnauiter, sinqꝛet cum eo viuere.

Gneus, & corporis insigne, & prænomen, à generando dicta esse, & ea ipsa ex Græco γενεῶν apparet. Festus.

Gnide, Pisces genus: quá nos vrticam vocamus. Plin.lib.31.cap.11. Alij scribunt Cnide.

GNIDVS, Promontorium Cariæ, apud Melam lib.1. cap.16. Nunc *Cabo de Chio* vocatur, vt scribit Oliuarius in Melam.

GNIDVS {κνίδος} Ciuitas Lyciæ quæ duos portus habuit, & in fronte insulam quę stadia septem ambitus complectebatur: theatralis, & alta aggeribus iuncta continenti. Vide Volaterranum lib.9.

Regina Gnidi Venus. Horat.1.Carm.ode 30.

Gnidius, Adiectiuum {κνίδιος.} vt Gnidia Venus. Cicero de Diuinat. Et 6.Verr.

Gnoma, gnomæ, appellatur, inquit Festus, genus machinulæ cuiusdã quo regiones agri cuiusque cognosci possunt. quod genus Græci dicunt γνώμονα. Et est gnoma, quæ Latinè dicitur Sententia. Vide Quintilianum lib.8.cap.5.

Gnomon, gnomonis, mascul.gen. {γνώμων} Regula. Stylus horas indicans, cuius vmbra internoscuntur horæ. Plin.lib.2. cap.72, gnomonem solis vmbilicum vocari dicit.

Gnomon dicitur parallelogrammũ deficiés diagonali altero. Eucl. 2.Elemen. in diff.2, In omni parallelogrammo spatio vnum quodlibet eorum quæ circa diametrum illius sunt parallelogrammorum, cum duobus complementis, Gnomon vocetur.

Gnomonice, gnomonices, penult. corr. fœm.gen. Plinius libro 2. capite 76, Vmbrarum hanc rationem, & quam vocant Gnomonicen, inuenit Anaximenes Milesius, Anaximandri discipulus: primúsque horologium quod appellant sciotericon, Lacedæmone ostendit.

GNOSOS {κνωσσὸς} Vrbs Cretæ in plano sita, quæ alio nomine Cerathus, vt scribit Strabo, appellata fuit à fluuio. Ea fuit Minois regia. Hinc

Gnosius {κνώσιος} Ex ea vrbe ciuis. Gnosia regna, Virg.3.Æneid. Sic Gnosia stella, Virg.1.Georgicorum,

Gnosiáque ardentis decedat stella coronæ.

Humus Gnosia. Ouid.epist.4.

Littora Gnosia. Catul. Argonaut.59.

Pharetra Gnosia. Propert.lib.2.eleg.13.

Gnosiacus, penult. corr. aliud Adiectiuum {κνωσιακός.} vt

Corona Gnosiaca. Stat.1.Sylu.6.

Regnum Gnosiacum. Ouid.9.Metam.

Gnosus, aliud Adiectiuum. Lucan.lib.3,

-Gnosáque agitare pharetras.

Gnosis, Gnosidos, penult. corr. fœm.gen. {κνωσὶς.} Ouid.epist.21,

Et Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amauit. Intelligit Ariadnen.

G O B

GOBÆVM {γώβαιον} promontorium, Galliæ oppidum apud Ptolemæum. Vulgò *Le four*. Volaterranus dicit esse *Tombelaine, pres sainct Michel.*

GOBEVM, in Britannia minore, nunc dicitur *Sanctus Matthæus.*

Gobio, gobionis, masc.gen. vel gobius, gobij {κωβιὸς} Piscis qui si litoralis est, Venetis nomen retinet: si verò fluuiatilis, is sanè erit qui à nostris vulgò appellatur *gouion*. Plin.lib.9.cap.57, Eadem in Ponti regione apprehendi glacie piscium, maximè gobiones, non nisi patinarum calore vitalem motum fatentes. Martial.lib.13.88,

Principium cœnæ gobius esse solet. Colum.lib.8.cap.17, Et cammarus, exiguúsque gobio.

GOBRIAS {γωβρίας} Vir Persa nobilis, vnus ex his qui cum Dario conjurarunt. Nam erat Darij socer, antequam regnum Darius ipse adipisceretur, vt ostendit Herodotus circa initium libri 7.

Gonorrhœa, gonorrhœæ {γονορροία} Vitium est membri genitalis, videlicet quum præter voluntatem emittit semen. Firmic. libro 3. capite 7, Mors illi per gonorrhœam, id est seminis defluxum, fertur.

GORDIVS {γόρδιος} Rex Phrygiæ primò rusticus. Nam quum Phryges oraculum consuluissent super electione regis: responsum est vt illum crearent regem, qui primus templum intraret. Itaque primus venit Gordius rusticus, lora plaustri portans. Qui rex factus, lora illa in memoriam rei suspendit in templo Iouis: quæ ita erant perplexa, & connexa, vt difficillimè possent dissolui: & ferebatur oraculum vt qui lora illa dissolueret, regno potiretur. Hinc Gordianus nodus, pro re dubia, De quo vide Erasmum in Chiliadibus, & Strabo, libro 12.

GORGIAS {γοργίας} Leontinus, Siculus rhetor, Empedoclis discipulus, Isocratis autem & aliorum philosophorum & rhetorum præceptor. Quintil.lib.3.cap.2.

Concinnitatis princeps Gorgias. Cic.in Orat.

Magister Isocratis Gorgias. Cic.de Senect.

Isocrates adolescens senem Gorgiam in Thessalia audiuit. Cicero in Oratore.

Gorgiæ tantus honos est habitus à Græcia, soli vt ex omnibus, Delphis nõ inaurata statua, sed aurea statueretur. Cic.in Orat. Vide Victorij varias lectiones lib.5.cap.9.

Centum & septem complexit annos Gorgias. Cic.de Senect.

Numerosa oratione maximè delectabatur Gorgias. Cic.in Orat.

Leontinus Gorgias se ad omnia, de quibus quisque audire vellet, esse paratum denuntiabat. Cic.1.de Orat. Idem 2.de Finibus.

GORGONES, penult. corr. {γόργονες} dictæ sunt Phorci filiæ, scilicet Scilla, Medusa, Sthenio, quæ Dorcades insulas in Oceano Æthiopico sitas habitasse dicuntur contra Hesperidos hortos. quæ ab agilitate nomen habent. γοργὸν enim, agile vel terribile dicunt. Scribit Diodorus fœminas fuisse in Aphrica bellicosas, aduersus quas Perseus bellum gesserit, & earum reginam Medusam debellauerit ac interfecerit. Vide Ouidium lib.4.Metam.ad finem.

Gorgones tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montem: quæ omnes vnum oculum habebant, quo inuicem vtebantur: Sthenio, Euryale, Medusa. Serenus tamen dicit puellas fuisse vnius pulchritudinis: quas quum vidissent adolescentes, stupore torpebant: vnde fingitur quòd si quis eas vidisset, vertebatur in lapidem. Hactenus Seruius in 6.Æneid.

Gorgo, siue Gorgon, dicta est Medusa, apud poetas ex Gorgonibus tantùm celebris.

Os Gorgonis pulcherrimum, cinctum anguibus. Cic.6.Verr.

Rigida cum Gorgone Persæus. Claud.1.in Ruff.

Sæua Gorgone effulgens Pallas. Virg.2.Æneid.

Tristis Gorgo. Valer.3.Argonaut.

Gorgoneus, Possessiuum {γοργόνειος.} Ouid.4.Metam. Gorgoneas tetigisse domos.

Anguis Gorgoneus. Ouid.3.de Arte.

Hydræ Gorgoneæ. Claud.2.de raptu Proserp.

Gestatrix Gorgonei monstri. Valer.4.Argonaut.

Gorgophorus, penult. corr. Adiectiuum {γοργοφόρος.} vt Pallas Gorgophora: quasi Gorgonem ferens. In eius enim scuto pictum est Meduſæ Gorgonis caput. Cicero Anteq. iret in exil. Téque Tritonia, armipotens, Gorgophora Pallas, Minerua cæteráque dij, dæque immortales, &c.

Gorgonia {γοργονία} inquit Plin.lib.37. cap. 10, nihil aliud est quàm corallium: nominis causa, quòd in duritiem lapidis mutatur.

GORGONIVS, Viri proprium malè olentis. Horat.1.Serm.satyr.2,

Pastillos Ruffilus olet, Gorgonius hircum.

GOROGYTION, Vir Troianus, Priami & Castianiræ filius: formáque & viribus præstans, vt dicit Homerus lib.8, Iliad.

GORTYNA, penult. prod. {γόρτυνα} Vrbs Cretæ, pulchris cincta muris, teste Homero libro Iliados 2. quam teste Solino Lenæus præterfluit amnis, per quem Europam tauri dorso vsque ad eam portatam ferunt. Vulgò *Cortyn.*

Arundo Gortynis. Lucan.lib.6. Id est sagitta Gortynia, siue Cretensis.

tensis. Gortynis enim patronymicum est fœmininum pro possessiuo.

Gortynius, Adiectiuum {γορτύνιος} vt Spicula Gortynia Stat.3.Theb.

Tecta Gortynia. Catul. Argonaut.59.

Gossipion, neut.gen. {ξύλον} Frutex laniger, de quo Plin.lib.19. cap. 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon, & id ob lina inde facta xylina. Paruus est, similémque barbatæ nucis defert fructum. cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec vlla sunt eis in cádore mollitiáve præferenda. Vide XYLON.

GOTTHI {γότθοι} Immanes Scythiæ populi, qui Italiam, & deinde Hispaniam inuaserũt. Gotthorum historiam vide apud Volaterranum.

GOTTHIA {γοτθία} Regio Europæ contermina Daciæ & Noruegiæ.

G R A

Grabatus, grabati, penult.prod. Græcè κράββατος, duplici cc, Lectus exiguus in quo meridiari antiqui solebant. Cic.2. de Diuinat. Venit enim iam in cõtentionem, vtrũ sit probabilius, deósne immortales, rerum omnium præstantia excellentes, concurſare omnium mortalium, qui vbique sunt, non modò lectos, verumetiam grabatos. Martialis lib.12.epigr.32, in Vacerram,

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa. Idem lib.1.88,

Sed si nec focus est, audi nec sponda grabati. Vbi Sipontinus, Grabatum propriè vocamus exiguum lectum in quo meridiari solemus: dictum quasi carabatũ, quòd in eo, capite recumbamus. κράνα enim caput, βάτος peruium Græci appellant. Catul.de Varo, 10.

GRACCHVS, cognomẽ est Sempronioru̇m, de cuius origine diuersè scripserũt authores. A gracilitate corporis dictum scribit Charisius. Varro autem à grædo, quia mater eius qui primus Gracchus dictus est, duodecim menses vterum gesserit, ac propterea sine aspiratione scribẽdum. vt ait Scaurus. Quintilianus tamen lib.1.cap.9, aspirationem à veteribus in hac voce neglectam, à recentioribus fuisse adhibitam scribit. Parcissimè, inquit, aspiratione veteres vsi, etiam in vocalibus, quum œdos ircósque dicebant. Diu deinde obseruatum ne consonantes aspirarentur, vt in Graccis & Trũpis. Nonnulli à loquacitate Graccos dictos fuisse putant. Sed Varroni aut Charisio libentius assenserim.

T. Chracchus Prætor anno DLXXIII, Celtiberos vicit CCC eorum oppida deleuit, monumentúmque suorum operum Gracchurim oppidum in Hispania constituit, & de Celtiberis triumphauit. Liuius libro 41. Appianus in Iberica, COS. cum C. Claudio exercitum in Sardiniam duxit, & omnes Sardorum populos, qui defecerant, in deditionem redegit, déque iis bis triumphauit. Liuius libro 41. Meminit huius Liuius quoque lib. 43. Valerius libro 6. capite 5. Cicero libro de Oratore, & 2. de Natura deorum. Huic duo fuerunt filij T. & C. ambo eloquentes & plebis studiosissimi. Itaque Rempub. perniciosis legibus in plebis gratiam scriptis labefactarunt. Qua de causſa vterque est occisus. T. à P. Nasica, & decem annis pòst C. ab Opimio COS. & vtriusque corpus in Tiberim proiectum est. Epitome 58. Plutarchus in Gracchis. Appian.lib.1. Velleius lib.2. & Epitome Liu.60. & seq. Valer.lib.1.cap.7. & lib.6. cap.8. & lib.8 cap.10.

Gracchanus, penult. prod. Adiectiuum, Quod est Gracchi. Quintil.lib. 11.cap.3. Aut Gracchanum illud, Quò me miser conferam?

Gracchani iudices. Cicero de Claris Oratoribus, Hoc est Gracchi mortem vlti.

GRACCHVRIS {γρακχοῦρις} Vrbs Hiberæ regionis: dicta à Graccho Sempronio, quæ antea Ilurcis nominabatur. Festus.

Gracilis, & hoc gracile, penult.corr. {ἰσχνὸς, λεπτὸς, σφριγώδης, λεπτὸς} Tenue, ac corpore macilentem. Terent.Eunucho, 2.3,

Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student Demissis humeris esse, vincto pectore, vt graciles sient. Quo in loco Probus nobilis grammaticus legit, vt gracilæ sient, à nominatiuo singulari hæc gracila, quomodo dicimus Imbecillus & Imbecillis.

Artus graciles. Ouid.2.Amor.el.9.10.

Arundo gracilis. Seneca Hippol.6.

Capellæ graciles. Ouid.1.Metam.

Corpus gracile. Ouid.1.de Ponto, eleg.11.

Gracilis & puris lapis. Plin.epist.236.

Gracilis liber. Martialis lib.8.25,

Siquid fortè petam timido gracilíque libello.

Gracile marmor. Plin.epist.101.lib.5.

Gracili nucleo glans. Plin.lib.12.cap.21.

Graciles vindemiæ. Plin.epist.197.

Vmbra gracilis. Ouid.4.Trist.eleg.9.

¶ Gracila, Antiquum pro gracilis. Lucil.Sat.lib.8,

Quòd gracila est, pernix. quòd pectore puro,

Quòd puero similis. Nonius.

Gracilitas, penult.corr. {ἰσχνότης, λεπτότης} Corporis habitus tenuior. Cic. de Claris Orat. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue corpus, &c.

Exigere gracilitatem stylo. Quintilianus lib.1.cap.9, Igitur Æsopi fabellas, quę fabulis nutriculârum proximè succedunt, narrare sermone puro, & nihil se supra modum extollente, deinde eandem gracilitatem stylo exigere condiscant.

Gracilitudo, penult.prod. gracilitudinis {ἰσχνότης.} Accius Amphitryone, Tamen & statuæ gracilitudo, & propemodum luctus facit ne dubitem. Nonius.

Gracilentus, Adiectiuum {ἰσχνὸς.} Idem quòd gracilis. Ennius lib.7,

Deducunt habiles gladios filo gracilento. Nonius.

Gracilens, penult. corr. gracilentis, om.gen. {λεπτός.} Neuius Protesilao,

Demam gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens sit. Nonius.

Gracilesco, gracilescis {ἰσχαίνω} gracilescere, Gracile & tenue fieri. Plinius libro 17. capite 22, Quum aliàs sustinatione parienti gracilescat.

Gracus, graci, masculini generis {κολοιὸς} Auis est minimè canora, sed tamen odiosè garrula atque obstrepera. Dicta vel à voce: vel (vt

Varro ait libro 4. de Lingua Latina) quòd gregatim volitet: vel à gerendis baccis.

Graculus, graculi, penult. corr. Diminutiuum {κολοιάδιον.} Plin.lib.11.cap. 29, In Lemno insula certa mensura præfinita est, quam singuli enecatarum ad magistratus referant. Graculos quoque ob id colunt: aduerso volatu occurrentes earum exitio. Festus lib.7, Graculi, inquit, à sono oris vocati: siue à gerendo dicti, quòd iacta fege tum sęmina plurimum gerant: vel quòd ex oliuetis cubitum se recipientes, duas pedibus baccas, tertiam ore ferant. Quintil.lib.1.cap.10, vbi de Etymologia, Sed cui non post Varronem sit venia? qui agrum, quòd in eo agatur aliquid: & graculos, quia gregatim volent, dictos Ciceroni persuadere voluit? quum alterum ex Græco sit manifestum duci, alterum ex vocibus auium.

Gradarius, Gradatim, Gradatio, Gradior, Gradiuus, Vide GRADVS.

Gradus, huius gradus, masc.gen. {βαθμὸς, βῆμα, βάσις, βαθμὶς, βάσις.} Sipontinus, Gradus hi sunt ex quibus scalæ constant, & per quos ad ædificiorum altiora conscenditur: à gradiendo, hoc est eundo dicti, quòd per eos eatur. Cic.ad Attic.lib.4.70, Gradus templorum ab infima plebe completi erant.

Sublimes gradus. Ouid.1.Fast.

Ædificare gradus. Cic.pro Cluentio.

Ascendere gradibus in cælum. Cic.pro Domo sua.

Multis gradibus ascendere. Cic.5.de Finibus.

Conuellere gradus, Vide CONVELLO.

Altos gradus euaserat. Id est, ascenderat. Virg.4.Æneid.

Gradibus surgebant limina. Virg.1.Æneid.

Scalarum gradus si alios tollas, alios incidas, nonnullos hærentes relinquas, periculum struis, nõ ascensum paras. Cecinna Cic.lib.6.7.

¶ Gradus cognationis, apud Iurisconsultos describuntur.

¶ Distare gradus aliquot ab vno. Ouid.13 Metam.

¶ Gradus, Gradientium pedum vicissitudo. Virg.3. Georgicorum,

-gradibúsque sonare Compositis.

Citatus gradus. Seneca Medea, 12.

Gradu infausto. Ouid.3.Metam.

Gradu pleno. Liuius 1.Decad.lib.4, Peditum instructam aciem pleno gradu in aciem induxit.

Præceps gradus. Seneca. Herc.Oeth.4.

Vesanus gradus. Seneca Medea, 9.

¶ Abducere gradum. Vide ABDVCO.

Accelerare gradum. Vide ACCELERO.

Incitato accurrit gradu. Seneca Thebaid.10.

Acuere gradus. Stat.6. Thebaidos,

-tunc rite citatos

Explorant acuúntque gradus.

¶ Addere gradum, pro Accelerare. Liuius 3.Decad.lib.6, Alacrésq; milites alius alium vt adderet gradum, memor ad defendendam ire patriam, hortabantur.

Adiuuare gradum baculo. Seneca Herc.fur.9.

Æquare gradus alicuius. Silius lib.16.

Approperare gradum, Vide APPROPERO.

Celerare gradum. Virg.4.Æneid.

Colligere gradum. Silius lib.7.

Conferre gradum. Virg.3. Georg. Vide CONFERO.

Continere gradum. Virg.3.Æneid.

Corripere gradum, Celeriter arripere viam. Horatius 1.Carminum, ode 3.

Dirigere inuitum gradum. Seneca Thebaid.1.

Verso gradu discedere. Ouid.4.Metam.

Efferre gradum foribus. Silius lib.11.

Modico gradu ire, Vide MODVS.

Tardis gradibus errare. Ouid.11.Metam.

Facere gradum. Cic.2.de Orat. Sp. Carnilio grauiter claudicanti ex vulnere ob Remp. accepto & ob eam causam verecundanti in publicum prodire, mater dixit, Quin prodis mi Spuri, vt quotiescunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem?

Facere gradum, Aliter. Vide post Gradum iacere.

Fœmineo corpora ferre gradu. Ouid.3.de Arte.

Ingentes ferre gradus. Ouid.3.de Arte.

Virgineos ferre gradus. Ouid.8. Metam.

Firmare gradum, apprehensis inuicem manibus. Quintil.libro 9. cap.4. non ita procul à fine.

Flectere gradum retro. Seneca Herc.fur.9.

Ebrio gradu marcidum incedere. Seneca Medea, 2.

Inferre gradum. Liuius, Tandem gradum Romani aerius intulerunt, cessitque Lusitanus, Vide INFERO.

Minuere gradum suum. Quintil.lib.1.cap.3.

Seniles moliri gradus. Senec. Hippol.4.

Gradu mouere, Est retro agere, Propellere retrorsum. Liuius, Primùm gradu mouerunt hostem.

Niti gradu, Vide NITOR.

Ouans gradus. Valer.2. Argonaut.

Proferre gradum. Stat.12. Thebaid.

Promouere gradum. Stat.12. Thebaid.

Rapido profluit gradu. Seneca OEdip.14.

Retrahere gradum. Stat.11. Thebaid.

Reuocare gradum. Virg.6.Æneid.

Sistere gradum. Virg.6.Æneid.

Suspensus gradus digitis. Ouid.1.Fast.

Sustinere gradum. Ouid.6.Fast.

Tangere locum gradu, Id est peruenire ad locum. Ouidiús 3. Metamorph.

Tremulo gradu venit ægra senectus. Ouid.4.Metam.

Vertere gradum. Stat.8. Theb.

¶ Deiici de gradu, Id est de constantia & animi magnitudine. Cicero lib.1. Offic. Fortis verò animi & constantis est, non perturbari

in rebus asperit, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur, sed præsenti animo vti & consilio.

¶Gradum iacere ad aliquem rem, & aditum, Quod barbari *facere ingressum* dicunt. Cic. 2. de Lege agraria, Huc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligetis.

Ad Rempublicam gradus. Cic. de Aruſp. resp.

Gradus tuos & quasi processus dicendi studeo cognoscere. Cic. de Claris Orat.

Facere gradum ad aliquid. Quintil. lib. 3. cap. 6, Interim ad ea, quæ sunt potentiora, gradum ex iis fecisse contenti. Gradum facere (ait Valla lib. 3. cap. 26) non est transitum facere, sed aliquam rem gradum & quasi scalam ad alia facere.

Notitiam primósque gradus vicinia fecit. Ouid. 4. Metam. De Pyramo & Thisbe.

Imperij gradus ex Sicilia in Africam Romanis factus. Cic. 4. Verr.

Facilem gradum adipiscendi Consulatus reliquere. Cicero pro Murena.

Venire gradibus. Cic. 1. de Nat. deor. Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te venisse gradibus.

¶Ætatis gradus. Cic. Appio, lib. 3. 11.

Scandere gradus adultæ ætatis. Lucret. lib. 2.

Fortune gradus. Cic. pro Corn. Balbo, Sinautem multorum virtus, ingenium, humanitas ex infimo genere & fortunæ gradu, non modò amicitias & rei familiaris copias consecuta est, sed summam laudem, honores, gloriam, dignitatem.

Necessitudinum gradus non idem erunt qui & temporum. Cicero 1. Officiorum.

Gradus officiorum. Cic. 1. Offic. In ipsa autem communitate sunt gradus officiorum, ex quibus, quid cuique præstet, intelligi possit.

Officij primum gradum seruare. Cic. pro Quintio.

Oratorum & doctorum gradus. Cic. de Claris Orat.

Petitionis gradus inter æquales. Cic. 5. Philipp.

Gradus sapientiæ. C. Marius ad Ciceronem, lib. 11. 28, Fateor me ad istum gradum sapientiæ non venisse.

Societatis hominum plures sunt gradus. Cic. 1. Offic.

Sonorum gradibus descendere. Cic. 3. de Orat.

Intendere & remittere sonorum gradus. Cic. de Claris Orat.

¶In causis tres sunt gradus. Cic. in Partit.

Temporum gradus seruantur. Cic. in Partit.

¶Gradus, Existimatio, & honoris locus. Cic. 2. Philipp. An in illa querela mœsera quidem & luctuosa, sed mihi pro gradu iniquo s. p. q. r. collocauit, necessaria?

De gradu dignitatis dimoueri, Ab existimatione pristina deiici & deturbari. Cicero libro 2. Tusc. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: vel sentiunt, sed mori malunt, quàm tantummodo de dignitatis gradu dimoueri.

¶Omni gradu amplissimo dignissimus, & sui ordinis facilè princeps. Cic. Trebiano, lib. 6. 10.

Deiectio gradus. Modest. in l. 3. D. de Re militari, Pœnæ militum huiusce modi sunt: castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio.

Altissimus dignitatis gradus. Cic. Post. red. in Senatu.

Amplissimus gradus dignitatis. Cic. pro Murena.

Inferior gradus aut interitus aut seruitutis. Cic. de Aruſp. resp.

Senatorius gradus. Cic. pro Lege Manilia.

Stabilis & non expers dignitatis gradus. Cic. in Orat.

Summus honoris gradus. Cic. 10. Philipp.

¶Altiorem gradum ascendere. Cic. 2. Offic.

Ascendere ad altiorem gradum, Vide ASCENDO.

Ascendere vnum gradum dignitatis. Cic. pro Murena.

Magistratum gradibus ascendere. Cic. de Claris Orat.

Assequi dignitatis aliquem gradum. Cic. Antequam iret in exil. Et pro Cluentio.

Collocare in gradu, Vide COLLOCO.

Militiæ gradu deiici. Modestinus in l. 3. D. de Re militari, Qui stationis munus relinquit, plus quàm emansor est. itaque pro modo delicti, aut castigatur, aut gradu militiæ deiicitur.

Per honorum gradus ad summum imperium efferri. Cicero 1. in Catilinam.

Locare in gradu. Cic. pro Murena.

Obtinere gradum. Cic. Famil. 1.

Poni in altissimo gradu præter spem alienis opibus. Cicero pro Sextio.

Suum cuique honorem & gradum reddere. Cicero pro Roscio Amerino.

Honoris gradum spectare. Cic. pro Milone.

Tenere gradum Consularis dignitatis. Cic. 3. Offic.

Firmare gradum, prehensis inuicem manibus. Quintilianus lib. 3. cap. 4. ad finem.

¶Gradus, pro Occasione & facultate & præparatione. Cic. Attico, lib. 7. 141, Mihi venit in mentem, multum fore sermonem, me iudicium iam de causa publica fecisse, qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse, quòd multeres reuertissent. Budæus.

Gradior, graderis, penult. corr. gressus sum {βαδίζω, προβαίνω} gradi, Incedere, ire, ambulare, progredi. Virg. 1. Æneidos,

-ipse vno graditur comitatus Achate. Cic. 2. de Nat. deor. Iam verò alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt.

Gradi ad naues. Virg. 8. Æneidos,

Posthinc ad naues graditur, sociósque reuisit. Ad mortem. Cic. 1. Tuscul. Fidenti animo (si ita res ferat) gradietur ad mortem.

Pedatim gradi, Vide PES.

Gradi viam. Colum. lib. 6. cap. 37.

Gradiens degrauat littora ingenti passu. Ouidius 3. Metamorph. De Polyphemo.

Lentè gradiens asellus. Ouid. 11. Metam.

Gressus, Participium {πεπορευμένος.} Virg. 6. Æneidos,

-& pariter gressi per opaca viarum.

Gressus, huius gressus, masc. gen. {βάδισμα, πορεία, ὁδός} Incessus. Cic. 1. Offic. Cauendum est autem, ne aut tarditatibus viamur in gressu mollioribus, &c. Virg. 3. Georgicorum,

Insultare solo, & gressu glomerare superbos.

Presso gressu, cui opponitur Pleno gradu. Ouidius 3. Metamorphoseos,

Subsequitur, pressóque legit vestigia gressu.

Superbus gressus. Silius lib. 16.

Volucer gressus. Stat. 10. Thebaid.

¶Admouere gressus. Stat. 11. Thebaid. Vide ADMOVEO.

Ardentes gressus. Valer. 7. Argonaut.

Comprimere gressus. Virg. 6. Æneid.

Properos coniungere gressus. Valer. 4. Argonaut.

Deflectere gressum. Seneca Thyeste, 5.

Exultans gressus. Silius lib. 10.

Anxios gressus ferre. Seneca Troade, 6.

Attonito gressu ferri. Seneca Octau. 7.

Lapsantem firmare gressum. Silius lib. 3.

Inferre gressus. Virg. 4. Georg.

Iungere gressus. Claud. 2. de Raptu Proserp.

Properatus gressus. Silius lib. 3.

Rapere gressus, Celeriter gradi. Lucan. lib 3,

Recipit ad limina gressum. Virg. 11. Æneid.

Celeres domum referre gressus. Seneca Medea, 10.

Reprimere gressum. Stat. 10. Thebaid.

Tendit gressum ad mœnia. Virg. 1. Æneid.

Succidui titubant gressus. Claud. 3. de raptu Proserp.

Turbatus gressus. Stat. 11. Thebaid.

Auidos gressus ad littora vertit. Valer. 1. Argonaut.

Gressio, huius gressionis, Aliud verbale. Pacuuius in Paulo apud Macrobium lib. 6. Saturn. c. 5, Quàuis caprigeno pecori grădior gressio est.

Gradatus, pen. prod. Adiect. {κλιμακωτός} In modũ graduum factus, formatúsque. Plin. lib. 13. cap. 4, Densis, gradatísque corticum pollicibus. Plin. Iun. lib. 5. epist. 6. ad Apollinarem, Omnia maceria munitur: hanc gradata buxus operit, & subrahit.

Gradatio {κλῖμαξ} apud Rhetores. Author ad Herenn. lib. 4, Gradatio est, in qua non antè ad consequens verbum descenditur, quàm ad superius confirmatum est: hoc modo, Nam quæ reliqua spes libertatis manet, si illis & quod libet licet, & quod licet possunt, & quod possunt audent, & quod audent faciunt, & quod faciũt, vobis molestum non est? Cic. 3. de Orat. Est etiam gradatio quædam & conuersio, & verborum concinna transgressio.

Gradarius, Adiectiuum {ἱππορρωθίς.} vt Gradarij equi, qui sine succussatione molliter incedunt. Lucilius lib. 14, Ipse equus non formosus, gradarius optimus. Seneca epist. 40, per metaphoram Ciceronem gradarium vocauit, cuius oratio lentè incedebat.

Gradatim, penult. prod. Aduerbium. {κλιμακηδόν} Id est gradibus, siue per gradus. Plin. lib. 33. cap. 4, Fossæ in quas profluat, cauantur, agogas vocant: eæ sternuntur gradatim.

Gradatim descendere. Varro 2. de Re rustica, cap. 1, Necesse est humanæ vitæ à summa memoria gradatim descendisse ad hanc ætatem.

Redire gradatim sursum versus. Cic. in Orat.

¶Gradatim {ἀάνη} pro Sensim, paulatim, & vt ait Sipontinus Ordinatè & lentè.

Pedetentim & gradatim. Cicero Dolabellæ, libro 9. 14, Ita pedetentim & gradatim tum accessus à te ad causſam facti, tum recessus.

Minutatim & gradatim addere aut demere. Cic. 4. Acad.

Ascendere gradatim ab humilioribus verbis ad superiora. Cicero in Partition.

Gradatim assequi honores. Cicero ad Quirites post reditum, Vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assecuti.

Deducere gradatim ad pauciores, postremò ad singulos vniuersitatem generis humani. Cic. 2. de Nat. deor.

Minutatim & gradatim interrogare, Quod quidam dicunt, per puncta & partes. Cic. 4. Academ.

Peruenire gradatim aliquò. Cic. 1. de Nat. deor.

Gradatim respondere. Cicero 1. Tuscul. Tamen ita faciles interrogationes sunt, vt gradatim respondens eò perueniat, quasi geometrica didicisset.

Gradatim habere amicos. Plinius Iunior libro 2. epistola 6. ad Auitum.

Gradilis, & hoc gradile, vt Gradilis panis, qui quibusdam in gradibus plebi Romanæ diuidi viritim quotidie solebat. Ad huius rei confirmationem duo Prudentij testimonia addam luculenta: vnum hoc,

Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis. Alterum,

Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dira

Sustinet? aut quæ ianiculo mola mota quiescit? De pane enim hîc gradili loquitur, & molis pistrinorum, vbi pinsebatur.

Gradiuus, pen. prod. {ἄρης} Mars, appellatus est (inquit Festus) à gradiendo in bella vltro citróque, siue à vibratione hastę, quod Græci dicũt κραδάνειν, vel, vt alij dicunt, quia gramine sit ortus, quod interpretatur quia corona graminea in re militari maximę est honorationis. Hactenus Festus. Gradiuus Mars, inquit Seruius, dicitur quũ sæuit: quum tranquillus, Quirinus. Denique in Vrbe duo eius templa sunt: vnum Quirini intra vrbem, quasi custodis & tranquilli. Alterum in Appia via, extra vrbem prope portam, quasi bellatoris, vel Gradiui.

Belliger Gradiuus. Seneca Hippol. 2.

Magnus Gradiuus. Ouid. 6. Metam.

Gradiuicola, penult. corr. {ἀρειοπάτης.} Silius lib. 4,

Et Gradiuicolam celso de colle Tudertem.

GRAECIA, Græciæ {Ἑλλάς} Regio omnibus nota, dicta à Græco primo eius prouinciæ rege. Cic. pro Flacco, Hæc cuncta Græcia, quę fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, paruũ quendam locum Europæ tenet, sempérque

sempérque tenuit, Asiæ maritimam oram bello superatam cinxit vrbibus, &c. Idem plura de Græciæ laudibus.

In angustiis & faucibus Græciæ posita erat Corinthus. Cic. 1. de Lege agraria.

Magna Græcia olim in Italia fuit. Cic. 2. de Orat. Nam & referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum quum erat in hac gente magna illa Græcia, &c.

Mendax Græcia. Iuuen. sat. 10.

Princeps eloquentiæ Græcia. Cic. 1. de Orat.

Permiscere Græciam, Vide PERMISCEO.

Græcus {Ἕλλην, γραικός} Qui est ex Græcia. Cic. pro Flacco, Quis ignorat, &c. quin tria Græcorum genera sint verè? quorum vni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habebatur: Æolis alteri, Doris tertij nominabantur.

Doctissimus Græcorum Heliodorus. Horat. 1. Serm. sat. 5.

Doctrina perridicula Græcorum. Cic. 2. de Orat.

Familiaritates Græcorum neque tam fideles sunt, inuidẽt non nostris solùm, verum etiam suis. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.

Luxuria & leuitas Græcorum. Cic. pro Flacco.

Homo leuitate Græcus, crudelitate barbarus. Cic. pro Flacco.

Contentionis quàm veritatis cupidiores Græci. Cic. 1. de Orat.

Vetere Græcia digni perpauci sunt Græci. Cicero Quinto fratri, libro 1. 1.

Fallaces sunt permulti & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi Græci. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.

Omnes vias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ causa faciũt Græci. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.

Artibus Græci, Galli robore, Hispani numero, Pœni calliditate valent. Cic. de Aruſp. resp.

Græcus, Adiectiuum {Ἑλληνικός, γραϊκός.} vt Chartæ Græcæ. Horatius 2. epist. 1.

Exemplaria Græca. Horat. de Arte.

Græcis literis studere. Cic. de Claris Orat. Gallus qui maximè omnium nobilium Græcis literis studuit.

Literulis Græcis imbutus. Horat. 2. epist. 2.

Locutio Græca. Cic. de Claris Orat.

Græco more bibere. Cic. 3. Verr. Fit sermo inter eos, & inuitatio vt Græco more biberetur. Quę locum his verbis exponit Asconius: Grandibus inquiunt, poculis, & meracis potionibus, qui non intelligunt dicta Ciceronis: & hoc putant Græco more potare. Est autem Græcus mos, vt Græci dicunt, συμπεῖν κατὰ ξυβόλους, quum merum cyathis hibant, salutantes primò deos, deinde amicos suos nominatim. Nam toties merum bibunt, quoties & deos, & charos suos nominatim vocant. Hæc Asconius. Cic. Tusculan. 1, Propino hoc pulchro Critiæ. Græci enim in conuiuiis solent nominare, cui poculum tradituri sunt. Ausonius ad Symmachum, in præfatione Griphi: Super mensam meam facta est inuitatio, non illa de ludibrij conuiuio, vt Græco more biberetur: sed illa de Flacci eclogа, in qua propter mediam noctem, & nouam lunam, & Murenæ auguratum, ternos ter cyathos attonitus petit vates. Locum significat Horat. lib. 3. Carm. ode 19. Vide Horatij interpretes, sed & Erasmum in adagio Bonæ fortunæ, siue Boni genij. Rursus in adag. Aut quinque bibe, aut tres, aut ne quatuor.

Græca mercari fide, apud Plautum, Vide MERCOR.

Ad calendas Græcas, prouerbium pro Nunquam. Græci enim Calendis carent. Vide Erasmum.

Græca nux, quæ & Thasia dicitur, & Amygdala. Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 18.

Oratio Græca plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latinè dicendi affert. Cic. de Claris Orat.

Conuertere è Græco in Latinum, Vide CONVERTO.

Versiculi Græci. Horat. 1. Serm. sat. 10.

Via Græca ire. Cic. Mario, lib. 7. 1, Græcos ita non ames, vt ne ad villam quidem tuam via Græca ire soleas. Ironicé. Sensus enim est, Tantum inquit, abest vt Græcos ames, vt omnia quæ eius gentis nomine appellantur, ferre non possis, adeò vt ne ad villam quidem tuã Græca via ire velis. Viam autem Græcam eam esse refert Turnebus, quam Hercules octo stadiorum aggere in Lucrino munit. Quum enim Hercules Græcus fuerit, Græcæ viæ meritò nomen dedisse videri potest.

Voce Græca loqui. Ouid. 3. Trist. eleg. 12.

Græcè, Aduerbium {Ἑλληνιστί, γραικιστί.} vt Græcè loqui. Cicero 6. Verr. Quod quidem apud Græcos Græcè loquutus esset, id ferri nullo modo posse.

Legere Græcè. Cic. 1. de Orat.

Qui Græcè nesciunt. Cic. pro Flacco.

Græcè vel Latinè reddere. Cicero de Orat. Quum ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem.

Scribere Græcè historiam. Cic. 3. Offic.

Græcanicus, penult. corr. Adiectiuum {Ἑλληνικός.} vt Græcanicus color. Plin. lib. 34. cap. 9, Maximéque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

Græciensis, & hoc Græciense {Ἑλληνικός.} Gell. lib. 19. cap. 10, Offendimus eum cubantem in scimpodio Græciensi. Sic apud Plin. lib. 35. cap. 6, Græciense melinum.

Græciense mare. Plinius libro 4. cap. 11. ad finem. Quod Græciam alluit.

Græcostasis, pen. corr. {γραικόστασις} Quasi Græcorum statio. Varro de Ling. Lat. lib. 4, Ante curiam Hostiliam rostra: cuius id vocabulum ex hostibus capta, fixa sunt rostra. Dextra è comitio locus substructus, vbi nationum subsisterent legati, qui ad Senatum essent missi: is Græcostasis appellatur. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 5, Deinde eius operæ repentè à Græcostasi & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.

Græculus, pen. corr. Diminutiuum {γραικύλιος.} Cic. 6. Verr. Tum epigramma Græcum pernobile incisum habuit in basi: quòd iste eruditus homo & Græculus, qui hæc subtiliter indicat, &c.

Assentator Græculus. Cic. pro Milone.

Græcula cautio. Cic. Trebatio, lib. 7. epist. 18, Itaque quando vestræ cautiones infirmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. Paulus Manutius putat sensum esse, Commendaui te Cæsari literis Græcè scriptis. Turnebus contrà, epistolam eam esse Latinam credit suo chirographo scriptam, quam Græculam cautionem vocat propter Græcam fidem, de qua apud Plautum, Græca mercamur fide: & apud Ausonium, Mutuatur ad Græcam fidem. Iterum, Non pœna, sed Græca fide. Vt enim Græca fides certa est, sic Græca cautio certa firmáque intelligenda est. Nam in cautionibus nostrã obligamus fidem, vt & Cicero ea epistola obstringit suam.

Græculus esuriens. Iuuen. sat. 3.

Homines Græculos controuersia verbi tandiu torquet. Cicero 1. de Orat.

Ineptum & Græculum negotium. Cic. 1. Tuscul.

Græculus atque otiosus. Cic. pro Sextio. Idem 1. de Orat. Neque vult ita sapiens inter stultos videri, vti qui audiant, aut illum ineptũ, aut Græculum esse putent. Idem pro Flacco, Græculæ concionis motus temerarius.

Græcula rosa, Rosa omnium minima, in sentibus crescens, quæ folia ita proiecta habet, vt nisi cogantur manibus, apertam rosam nõ ostendant. Plin. lib. 21. cap. 4, Est & quæ Græca appellatur à nostris, à Græcis lychnis, non nisi in humidis locis prouenientes, &c. Est & alia græcula appellata, conuolutis foliorum paniculis.

Græculæ vites. Colum. lib. 3. cap. 2, Nam quæ Græculæ vites sunt, vt marcoticæ, thesiæ, &c.

Græcor, græcaris {γραικίζω} græcari. Horat. 2. Serm. sat. 2,

-vel si Romana fatiget

Militia assuetum græcari. Hoc est luxuriari, aut Græco more ludere. Porphyr.

GRAGVS, Vide CRAGVS.

GRAIVGENA, pen. corr. {Ἑλλογενής} Græcus dicitur: aut qui à Græcis genus & originem traxit. Cic. 2. de Nat. deor. Graiugena de isto aperit ipsa oratio. Ex Pacuuio. Virgil. 3. Æneidos,

Graiugenúmque domos, suspectáque linquimus arua.

Domus Graiugenæ. Catull. Argon.

Graiugenæ. Graiugenæ. Stat. 6. Thebaid.

GRAIVS, Adiectiuum {ἑλληνικός} Græcus. Virg. lib. 4. Æneidos,

-Graiúmque iuuet bis vindicat armis. Cic. 2. de Nat. deorum, Hoc quod memoro, nostri cælum, Graij perhibent æthera. Ex Pacuuio. Idem 3. de Natura deor. ἀθάνατος etiam apud Graios multis modis nominantur.

Homo Graius. Lucret. lib. 1.

Gentes Graiæ. Ouid. 4. Metam.

Vrbes Graiæ. Virgil. 3. Æneid.

Grallæ, grallarum, Fustes sunt furculas habentes, quibus nituntur qui super iis ambulant. Ex Nonio.

Grallator, penult. prod. grallatoris, Qui grallis graditur, & passus ingentes facit. Plaut. Pœn. 7, Atsi ad prandium in ædem vos dixissem ducere, Vinceretis ceruum cursu, & grallatorem gradu. Arnob. lib. 2. aduersus gentes.

Grallatores (inquit Festus) appellabantur pantomimi, qui vt in saltatione imitarentur Ægipanas, adiectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes, ob similitudinem crurum eius generis, gradiebantur, vtique propter difficultatem consistendi.

Grallatorius, Adiectiuum: vt Grallatorius gradus, Id est magnus, cuiusmodi solet esse grallatorum. Plaut. Amphit. 15.

Gramen, graminis, pen. corr. n. g. {χόρτος, πόαξ, χόρτος} Herba vulgatissima. Ita appellata, quòd geniculatis internodiis mirificè serpat, crebróque ab iis & ex acumine nouas spargat radices. Non est herba gratior iumẽtis, siue viridis sit, siue in fœno siccata, de graminum generibus vide Plin. lib. 24. cap. 19.

¶Gramen generali vocabulo quancunque herbam comprehendit. Cic. 2. de Finib. Tua sint Purcolis gramina. Id est, herbæ ex quibus fœnum cogitur. Fructum pratorum intelligit, qui est maximus. Seruius in 12. Æneid. Gramen, inquit, herbæ species est: licet omnis herba gramen vocetur, sicut robur, omne lignum: quum sit & species.

Graminis herba. Liu. 1. ab Vrbe, Fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit. Virgil. 5. ecloga,

-nulla neque amnem

Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Crispum gramen. Claud. 5. Paneg.

Gramen floreum. Martial. lib. 9. 95,

Sic in gramine floreo recliuis.

Ignobile gramen Cerynthæ. Virgilius 4. Georgic. Vide IGNOBILIS.

Inexpugnabile gramen. Ouid. 5. Metam.

Lætum gramen. Virgil. 2. Georg.

Mala gramina pastus. Virgil. 2. Æneid.

In molli gramine prostrati. Lucret. lib. 5.

Montanum gramen. Ouid. 2. Metam.

Roscida gramina. Claud. 2. de raptu Proserp.

Tenerum gramen. Horat. 4. Carm. ode 12.

Viridi se gramine vestit tellus. Virgil. 2. Georg.

¶Canent gramina. Virg. 3. Georg. Subaudiendum, pore.

Carpunt gramen equi. Virgil. 9. Æneid.

Gramina credunt se in nouos soles, Vide CREDO.

Desectum gramen. Ouid. 14. Metam.

Redeunt iam gramina campis. Horat. 4. Carm. ode 7.

Tondentes gramina campo Lanigeræ. Lucret. lib. 2.

Gramineus, Adiectiuum {χορτώδης} Quod ex gramine est factum: vt

Graminea corona. Gell. lib. 5. cap. 6.

Aræ gramineæ, Vide ARA.

Cæspes gramineus. Ouid. 2. Amor. eleg. 16.

Campus gramineus. Ouid. 3. Fast.
Graminea hasta. Cic. 6. Verr.

Graminosus, pen. prod. Adiectiuum {χορτώδης} Plenum herbis. Colum. lib. 1. in Præfat. Quid syluester ager, quid humidus & graminosus, quid ficeus & spurcus recusaret.

Gramia, gramiæ {λήμη.} Festus, Gramiæ vitia sunt oculorum, quas alij glamas vocant. *La chaſſie des yeux.* Nonius, Gramiæ sunt oculorum pituitæ: vnde Gramiosi oculi à quo qui tristes sunt, in hodiernũ quoque diem gramiosi vulgò nominantur. *Chaſſieux.*

Gramma, grammatis, pen. corr. neut. gen. {γράμμα.} Latinè litera dicitur, Vide SCRVPVS.

Grammatica, grammaticæ, vel Grammatice grammatices, penult. corr. {γραμματική} est rectæ loquelæ, rectæque scripturæ scientia. Cicero 3. de Finib.
Grammatice, Latinè literatura dicitur. Quintilian. lib. 2. cap. 1, Et Grammatice (quam in Latinum transferentes, literaturam vocauerunt) fines suos norit. Eodem lib. cap. 14, Grammatice literatura est, non literatrix.
Elementa grammatices. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Professio grammatices. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Grammatica, grammaticorum {γραμματικῶν} Studium literarum quod profitentur ij qui grammatici vocantur. Cic. 1. de Orat. In grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

Grammaticus, grammatici, penult. corr. {γραμματικὸς} Qui grammaticam docet. Suetonius de Claris Grammat. Appellatio grammaticorum Græca consuetudine inualuit: sed initio literati vocabantur. Cicero 1. de Diuinat. Sunt enim exploratores, vt Grammatici poetarum.
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Horat. de Arte.
Tribus grammaticæ. Horat. 1. epist. 20.

Grammaticus, pen. corr. Adiectiuum {γραμματικὸς} Quod ad Grammaticam pertinet: vt Grammaticus stylus, Grammatica oratio.
Ars grammatica. Author ad Heren. lib. 4.

Grammaticè, Aduerbium {γραμματικῶς.} Quintilian. lib. 1. cap. 6, Quare mihi non inuenuſtè dici videtur, aliud esse Latinè, aliud grammaticè loqui.

Grammatista, grammatistæ {γραμματιστὴς} Mediocriter eruditus. Suet. de Claris Grammat. Sunt qui literatum à literatore distinguunt, vt Græci grammaticum à grammatista: & illum quidem absolutè, hũc mediocriter doctum existimant.

Grammateus, pen. corr. {γραμματεύς} trium syllabarum cum diphthongo in vltima, huius grammátei, Qui rationes publicas in tabulis scribit. Apuleius lib. 11, Tum ex his vnus, quem cunctꝰ grammateꝰ dicebant. Suidas ait grammateꝰ esse notarium & κωμῳδῶν, id est arcanorum principem.

Grammatophylacium, grammatophylacij, neut. gen. {γραμματοφυλάκιον} Vbi tabulæ & instrumenta publica, monumentáque rerum gestarum, asseruantur: quod Tablinum Latinè appellatur. Vlpianus in l. moris est. D. de pœnis, ἀρχεῖον fortasse vel grammatophylacio.

Granarium, Vide GRANVM.

Grandis, & hoc grande {μέγας, παχὺς, ἁδρὸς} Notæ significationis.
Grandis ætas. Cic. 5. Philipp. Legibus enim annalibus quum grandiorem ætatem ad Consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur.
Aceruus grandis. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Planè grandis adolescens. Cic. de Senect.
Grande æs alienum. Plin. lib. 7. cap. 38, Grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conati.
Ætas grandior. Ouid. 6. Metam.
Æuum grande. Lucret. lib. 2.
Æuo grandior. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.
Alumnus grandis. Horat. Epod. 13.
Caput grande. Ouid. 6. Fast.
Amplus, grandis, subtilis, & elegans causidicus. Cic. in Orat.
Certamen grande. Horat. 3. Carm. ode 20.
Cubiculum grande & altum. Cic. Q. frat. lib. 3. 17.
Decus grande. Horat. 2. Carm. ode 17.
Dedecus grande. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Grandis dica. Terent. Phorm. 2. 3.
Si tu illam attigeris, secus quàm dignum est liberam,
Dicam impingam tibi grandem.
Diuitiæ grandes homini sunt. Lucret. lib. 5.
Dona grandia. Ouid. epist. 3.
Dos grandis. Horat. 1. Serm. sat. 4.
Epistola grandis. Cic. Att. lib. 13. 278.
Exemplis decuit grandioribus vti. Cic. 1. de Diuinat.
Exemplis in paruis grandibus vti. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.
Fœnore grandi alicui pecuniam occupare. Cic. pro Flacco.
Fœtus grandior siliquis. Virg. 1. Georg.
Meliores & grandiores fœtus edit ager. Cic. 2. de Orat.
Frumenta grandia. Virgil. 8. Æneid.
Grande gaudium. Plaut. Stich. 5,
Tantum à portu apporto bonum, tam gaudium affero grande;
Vix ipsa domina hoc nisi sciat, exoptare à dis auſit ipsis.
Genus dicendi grandius. Cic. 2. de Orat.
Guttis humectat grandibus ora. Virg. 11. Æneid.
Ictus grandior affligit animantem. Lucret. lib. 2.
Ingenium grande doloris. Ouid. 6. Metam.
Grandis littera. Plaut. Bacch. 2. 0. Sic Cic. 6. Verrina, Grandibus literis P. Africani nomen erat incisum.
Homo macie grandi torridus. Cic. 2. de Lege agraria.
Malum grande. Horat 2. Serm. sat. 1.
Membra grandia. Ouid. 10. Metam.
Grandis nauis. Plin. lib. 9. cap. 44.
Maxime omnium grandis tragicus orator Sulpitius. Cic. de Claris Orat.
Orator quo grandior sit, & quodammodo excelsior. Cicero in Oratore.
Ossa grandia. Virg. 1. Georg.
Grandi pecunia mercari. Plaut. Capt. 6,
An verò non iusta causa est, vt vos seruem sedulò,
Quos tam grandi sim mercatus præsenti pecunia? Sic Grandi pecunia facta redemptio est. Cic. 2. Verr.
Pecuniam grandem credere. Cic. pro Rab. Posth.
Pœna grandis. Ouid. 1. Trist. eleg. 4.
Pondere grandi & præclaro opere hydria. Cic. 6. Verr.
Grande pondus argenti. Cic. pro Cecinna.
Pretium grande. Ouid. epist. 7.
Vectigal grande imponere. Cic. pro Lege agrar.
Verba grandia. Cic. 3. de Finib.
Vitium grande & perspicuum. Cic. 1. de Inuent.
Grandiorem & pleniorem vocem subsellia desyderant. Cicero de Clar. Orat.
Verbis grandes erant, crebri sententiis. Cic. de Clar. Orat.
Natu grandis. Horat. 1. epist. 7. Terent. Adelph. 5. 8, Natu grádior. Cic. pro Rosc. Com. Quid expectas quàm mox ego Luscium & Manilium dicam ordine esse Senatores: ætate, grandes natu: natura sanctos, & religiosos.
Grandior homo, grandior virgo. Terent. Phorm. 2. 3. Idè Adelph. 4. 5. Cic. pro Cluent. Reliquit hunc annos x v natum: grandem autem & nubilem filiam.
Audere grandia. Ouid. 2. Amor. eleg. 18.
Grande sonant Tragici. Ouid. 2. de Remed. amor.

Grandiculus, pen. corr. Diminutiuum. Plaut. Pœn. 6,
In fundas infundebam grandiculos globos.

Grandiusculus, grandiusculi, penult. correp. Diminutiuum. Terentius Andr. 4. 6,
-nam ferè
Grandiuscula iam profecta est illinc.

Granditas, penult. correp. {μεγαλότης} granditatis. Plinius epist. 107. lib. 6, Nunc primùm se in vetere comœdia, sed non tanquam inciperet ostendit: non illi vis, non granditas, non subtilitas, non amœnitudo, non dulcedo, non lepos defuit. Granditas, Id est clara & sublimis oratio.
Granditas ætatis, Id est maior ætas. Sisenna lib. 4. Hist.
Granditas verborum. Cic. de Claris Orat. Idque apparet ex genere & granditate verborum.

Grandæus {πολυετὴς} Id est grandis æui, vel prouectioris ætatis. Virg. 1. Æneidos,
Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes.
Consilia grandæua. Valer. 7. Argon.
Patres grandæui. Ouid. 7. Metam.
Senes grandæui. Lucan. lib. 3.

Grandæuitas, pen. corr. {πολυετία} grandæuitatis. Accius Alcimacho,
Ne quia nec vos, nec ille impunè irrideret meam grandæuitatem.
Pacuuius Hermione, Quod tamen ipsa orbitas, grandæuitásque Pelei per penuriam stirpis subaxet. Antiquum.

Grandiloquus, penult. corr. Adiectiuum {μεγαλορρήμων.} Cicero in Orat.
Nam & grandiloqui, vt ita dicam, fuerunt cum ampla & sententiarum grauitate & maiestate verborum, vehementes, &c. Idem 5. Tusculan.

Grandio, grandis, grandiui, granditum, pen. prod. {μεγαίνω} grandire, Grandem facere. Plaut. Aulul. 4,
Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum,
Testudineum istum tibi ego grandibo gradum. Idem Amph. 15.

Grandesco, grandescis {μεγαίνομαι} grandescere, Grandem fieri, Crescere. Plin. lib. 18, Crescente luna frumenta grandescunt.
Ad auctum hilarem grandescere. Lucret. lib. 2.
Grandescere & ali. Lucret. lib. 1.
Lentiscus triplici solita grandescere fœtu. Cic. 1. de Diuinat. Grandescere triplici fœtu, pro ter quotannis fructu augeri dicit, ea dicendi ratione, qua aliquem augeri liberis dicere solemus. Ex Turnebo.
Pabula grandescunt. Lucret. lib. 2.
Seges sponte grandescit. Claud. 3. de raptu Proserp.

Grandigro, grandigras, penult. corr. grandigrâre, Obsolerum verbum. Plaut. Trucul. 6,
Abire hinc ni properè grandigras, iam ego istos fictos, &c.

Grando, grandinis, pen. corr. f. g. {χάλαζα} Gutta aquæ in aere congelata. Plin. lib. 2. cap. 60, Grandinem conglaciato imbre gigni: & niuem eodem humore mollius coacto, pruinam autem ex rore gelido. Plaut. Mostel. 3, Ea mihi aduentu suo, quamprimum grandinem imbrémque attulit. Cic. 2. de Nat. deor.
¶ Grando, m. g. Apud antiquos. Varro Triodite,
Nec coruscus imber alto nubilo cadens
Multus, grandine implicatus albo. Ex Nonio.
Ruina grandinis. Lucret. lib. 6.
Imbres grandinis. Lucret. lib. 6.
Brumalis grando. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7.
Gelida grando. Claud. 1. de raptu Proserp.
Hyberna grando. Ouid. 5. Metam.
Niuosa grando, Vide NIX.
Spissa grando. Ouid. 9. Metam.
¶ Mista imbri largifluo subita præcipitans cadit grando. Cicero 3. de Orat.
Contudit grando vites. Horat. 1. epist. 8.
Vredo aut grando si quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. Cic. 3. de Nat. deor.
Hyems pugnat grandine. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8.
Crepitans salit horrida grando. Virgil. 1. Georg.

Saliente

Saliente graues ecciderunt grandine nimbi. Ouid. 14. Metam.
¶ Grandines suum, *La sourſemure ou ladrerie de pourceaux.* Vide Grándinosi fues, in SVS.
Verberatæ grandine vineæ. Horat. 3. Carm. ode 1.

Grandinosus, pen. prod. Adiectiuum {χαλαζώδης} Quod obnoxium est grandini. Colum. lib. 3. cap. 1, Posthæc non ignorabit dominus loci, plus esse, posse qualitatem cæli frigidam vel calidã, ficcam vel roscidam, grandinosam, ventosámque vel placidam, serenam vel nebulosam. Id est, quæ sæpe grandinem infert.
Grandinosi fues, Vide SVS.

Grandino, grandinas, pen. corr. grandinâre dicitur Deus.

GRANICVS, pen. corr. {γρανίκος} Bithyniæ fluuius, pugna, quæ inter Persas & Alexandrum fuit, nobilis, de qua apud Diodorum lib. 17, In ea pugna sexcenta millia hominum cæsa, fugatáque sunt: victa triginta duobus millibus peditum, & equitum millibus quatuor & quingentis Darij dedecore. Plutarchus & Iustinus lib. 2.

Granum, huius grani {κόκκος, χόνδρος} Ferè frugum dicitur: vt Granum tritici, hordei, &c. Plaut. Sticho, 9, - dare denegauit se granum tritici. Plinius lib. 11. cap. 53, Sed sibi proceres medentur grano Assyrij mali. Varro 1. de Re rust. cap. 48, Granum dictum quod est intimum solidum. Et paulo pòst, Granum à gerendo. id enim seritur, vti spica gerat frumentum.
Tritici grana congesserunt in os Midæ dormienti formicæ. Cic. 1. de Diuinar.
Punica grana. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15.
Inferere grana in acum. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Granarium, huius granarij {θησαυρὸς, σιτοφυλακίον} Locus in quo grana frugum reponuntur. Varro 1. de Re rust. cap. 57, At triticum condi oportet in granaria sublimia, quæ perflentur ventis ab Exortu & Septentrionum regione, ad quæ nulla aura humida è propinquis locis aspiret. Horat. 1. Serm. sat. 1, Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?
Astringere & laxare granaria. Pers. sat. 5.

Granatus, pen. prod. Adiectiuum {κοκκώτης} Quod abundat granis: vt Malum granatum. Colum. lib. 12. cap. 41.

Granarum, penult. prod. Substantiuum {κοκκωτὸν, βοτὸν} pro Malo granato. Plinius libro 20. capite 14, Singulus & vomitus sistit cum succo granati.
Granea triticea quomodo facienda sit, docet Cato, cap. 86.
¶ Granatum item pulmentum è grano tritici cocto vocari potest, vel frumentacea prisana. Plinius lib. 18. cap. 11. sub finem, Ex zea pulchrius quàm ex tritico fit granatum. Sic enim legi debet, non granú, vt hodie. Est autem Plinio quiddam alicæ simile: imo alicæ vitium, vt ipse declarat. Turnebus.

Granatus, granatus, granatui. Cato de Re rust. Præterea granatui videto vei satis viciæ feras. Turnebus granatui seri interpretatur, quod non seritur, vt viride pabulo iumentorum subsecetur, sed vt ad granum perueniat & frugem.

Granosus, pen. prod. Adiectiuum {κοκκώδης} Quod plenum est granis. Plin. lib. 21. cap. 31, Quorum alterum cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, & alij callion. Ibidem, cap. 4.

Granifer, pen. corr. granifera, granifer um {κοκκοφόρος} Ferens grana: vt Agmen granifer um dicuntur formicæ. Ouid. 7. Metam.

Graphice, graphices, pen. cor. {γραφικὴ} appellatur illa facultas quem Cicero stylum vocat, authore Budæo. Plin. lib. 35. cap. 10, Et huius authoritate effectum est Sycione primum, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc est picturam in buxo docerentur. Ex vetusto codice legitur diagraphicen.

Graphis, huius graphidis, pen. corr. f. g. {γραφὶς} Descriptio operis futuri deliniata, vt Budæo placet. Hermolaus, Graphis, idem quod ars ipsa pingendi, à stylo dicta quem Græci graphion & graphida quoque nominant. Plin. lib. 35. cap. 10, Alia multa graphidis vestigia extant in tabulis ac membranis eius, &c.

Graphium, huius graphij, penul. corr. {γραφεῖον} Stylus quo in pugillaribus scribitur. Ouid. 1. Amor. eleg. 11,
Quid digitis opus est graphium lassare tenendo?

Graphicus, pen. corr. Adiectiuum {γραφικὸς} Ad vnguem factus, absolutúsque, & quasi pictoris manu expolitus. Plaut. Sticho, 9,
Graphicum mortalem Antiphonem vt apologum fecit, quàm fabre.
Idem Epid. 9,
Nætu graphicum habes seruum, & quantiuis pretij.
Nimium graphicus nugator, Vide post NIMIS.

Graphicè, pen. corr. {γραφικῶς} Eleganter, politè. Plaut. Persa, 9,
Nunc huic ego graphicè facetus fiam, &c. Idem Trinummo, 11,
Exornetur graphicè.

Graphiarium, huius graphiarij {γραφιδοθήκη} Theca, in qua styli reponuntur quibus & scribere simul & pingere solebant antè quàm penicili & colores inuenirentur. Martial. lib. 14. 21,
Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro, &c.

Grassor, grassaris, grassari {καταπατῶ, ἐφορμῶ, λυμαίνομαι} Supra modum sæuire, inquit Nonius. Festus, Grassari dicuntur latrones vias obsidentes. gradi siquidem ambulare est: vnde tractum grassari, videlicet ab impetu gradiendi. Liu. 2. ab Vrbe, Trecenti coniuratiuimus principes iuuentutis Romanæ, vt in te hac via grassaremur.
Grassari ad gloriam virtutis via, pro Ingredi & procedere. Sallustius initio Iugurthini, Sed dux atque imperator vitæ mortalium, animus est, qui vbi ad gloriam, virtutis via grassatur, abundè pollens poténtsque & clarus est, &c.
Grassari aduersus. Suetonius in Calig. cap. 34, Nec minore liuore ac malignitate, quàm superbia sæuitiáque penè aduersus omne genus hominum grassatus est. Id est, improbum ac maleficum se exhibuit, in diésque nocentiorem. Budæus.
Grassari contra. Iustinus lib. 1, de Cambyse, Non dubitauit post sacrilegia, etiã parricidium facere. Erat enim difficile vt parceret suis, qui contemptu religionis grassatus etiam contra deos fuerat.
Grassari in possessionem agri publici. Liu. 6. ab Vrbe.

Grassatur pestis, quum ingenti clade hominum inualescit. Bud.
Grassari obsequio: metaphoricè dixit Horatius, de captatore loquens, 2. Serm. sat. 5,
-Dauus sis comicus, atque
Stes capite obtipo, multum similis metuenti,
Obsequio grassare. Hoc est, obrue diuitem obsequiis.
¶ Grassari in bonam partem. Liu. 3. ab Vrbe, Iure grassari, non vi. Hoc est procedere. Idem 1. Decad. lib. 10, Consilio grassandum, si nihil vires iuuarent, ratus, &c.
¶ Grassari, Ambulare, authore Nonio. Titinnius Veliterna, Vnde thensam atque mulos, sine eam pedibus grassari, cum fingere eius superbiam. Næuius Pœdio, Certamus si me diploidi à recta grassatur via.

Grassator, penul. prod. grassatoris {λωποδύτης} Est viarum in vrbe, vicorúmq; obsessor, qui obuios initiræ opportunos spoliat, aut pulsans, aut intentata morte territans. Plin. in Paneg. Vidimus delatorum iudicium quasi grassatorum, quasi latronum. Iuuen. sat. 3, Interdum & ferro subitus grassator agit rem. Cic. de Fato, Hoc enim modo viator quoque bene vestitus, causa grassatori fuisse dicitur cur ab eo spoliaretur.
Grassatores, inquit Callistratus in l. Capitolium. §. grassatores. D. de pœnis, Qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur: & si cum ferro aggredi & spoliare instituerunt, capite puniuntur: vtique si sæpius atque in itineribus hoc admiserunt. cæteri in metallum dantur, & in insulas relegantur. Claudius Iurisconsultus, Furta, inquit, manifesta à non manifestis discerni solent, vt rixæ à grassaturis, expilationes à furtis, violentia à petulantia.

Grassatio, grassationis {λωποδυσία.} Plinius libro 13. cap. 22. de tapsia loquens, Nero Cæsar claritatem ei dedit, initio imperij nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens sibi cum thure cerá que, & sequente die contra famam, cutem syncerám circunferens. Budæus.

Grassatura, grassaturæ, pen. prod. {λωποδυσμὸς.} Sueton. in Tiber. In primis tuendæ pacis, à grassaturis, ac latrociniis, seditionúmque licentia curam habuit.

Grate, Grates, Vide GRATIA.

Gratia, gratiæ, pen. corr. {χάρις, χάρισμα, χαριστήριον} Beneficium quod gratis datur nobis. Gratia est in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur. Cic. 2. de Inuent.
Postulare gratiam apponi sibi. Terent. And. 2. 1,
Ego Charine neutiquam officium esse liberi puto,
Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi. Vbi Donatus, Id gratiæ apponi sibi, Addi in gratiam suam. Id est, sibi gratiam merere.
Ad gratiam, Vide AD.
Aduersus animus gratiæ. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Debilitas gratiæ. Cic. Famil. 6.
Obnoxius animus gratiæ. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Gratia dis. Ouid. 1. Fastorum,
Gratia dis, domuique tuæ, religata catenis
Iam pridem vestro sub pede bella iacent.
Ingenij gratia. Quintil. in Procem. lib. 1, Nullam ingenij sperantes gratiam. Id est laudem & commendationem.
Rectè factorum gratia. Tacit. lib. 3.
Sermonis gratia. Horat. de Arte.
¶ Bona gratia, Vide BONVS.
Illustris gratia. Cic. pro Domo sua.
Immerita gratia, Vide IMMERENS.
Immensa gratia. Tacit. lib. 14.
Improba gratia fallacis Prætoris. Iuuen. sat. 13.
Gratia ineptum. Cic. ad Attic. Est gratia ineptum id quidem, id est nimis plausibile.
Inclyta gratia. Ouid. ad Pisonem.
Infida gratia, Incerta, instabilis. Plin. Iun. lib. 1. epist. 5. ad Voconiũ, non procul à fine, Gratia malorum tam infida est, quàm ipsi.
Iuuenilis gratia. Stat. 2. Sylu. 2.
Pluma leuior est gratia. Plaut. Pœn. 12.
Gratia magna Ioui. Tibul. lib. 2. eleg. 4.
Debita sit facto gratia nulla meo. Ouid. epist. 10.
Fratrum rara gratia. Ouid. 1. Metam.
Vana gratia meriti tui. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11.
Vilis gratia alicuius. Ouid. 2. de Arte.
Viuax gratia, Perpetua. Horat. in Arte poet.
¶ Abolescet gratia facti. Virgil. 7. Æneid.
Abest gratia officio. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.
Adimere gratiam. Plin. Iun. lib. 2. epist. 5. ad Lupercum, Nec ea quę stomachus noster recusat, adimunt gratiam illis à quibus capitur.
Afferre gratiam. Quintil. lib. 2. cap. 13, Quam quidem gratiam & delectationem afferunt figuræ, quæque in sensibus, quæque in verbis sunt.
Aucupari gratiam alicuius. Cic. Lucceio, lib. 5. 12.
Auferre gratiam alicui. Quintilian. lib. 6. cap. 1, Nam & cautiores ad custodiam suæ religionis iudices facit, & gratiam responsuris aufert.
Augere gratiam, Vide AVGEO.
Cedere gratia, Vide CEDO.
Capere gratiam dicitur animus, Vide CAPIO. Cicero Curioni, libro 2. 5.
Circundare gratiam. Tacit. lib. 14. in oration. Senecæ ad Neronẽ, At tu immensam gratiam, innumeram pecuniam circúndedisti.
Coæquare gratiam, Vide COAEQVO.
Malè sarta gratia nequicquam coit. Horat. 1. epist. 3.
Colligere gratiam ex priuatorum negotiis. Cic. 3. de Orat. Id est inire. Idem ad Quint. frat. lib. 2. 16, Ex hoc labore magnã gratiam, magnámque dignitatem sim collecturus.

Commemorare gratiam. Cic. Post red. in Senatu.
Cum bona gratia aliquid componere. Terent. Phorm. 4.3,
-cur non inquam Phormio,
Vides, inter nos sic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala? Vide CVM.
Componere grátiam inter aliquos. Terent. Hecyra,
Neque alio pacto componi potest inter eas gratia.
Beneficij gratiæque causa concedere aliquid. Cic. 5. Verr.
Conciliare gratiam, Vide CONCILIO.
Cõciliare alicuius gratiam sibi. Cic. pro Lege Manilia.
Consequi gratiam. Cic. 1. de Orat. Vide CONSEQVOR.
Conuellere gratiam, Vide CONVELLO.
Cupio gratiam tuam. Plaut. Persa, 16. Idem Trinum. 3,
Nimióque hîc pluris pauciorum gratiam faciunt pars hominum,
Quàm id quod prosit pluribus.
Debere gratiam. Cic. 3. de Finib.
Derogare gratiam alicui, Vide DEROGO.
Cum bona gratia dimittere aliquem. Cic. de Fato.
Dissoluit gratia fratrum. Id est, rupta est & separata amicitia. Horatius 1. epist. 19.
Gratiam vel veniam dare. Cic. 2. de Diuinat.
Gratiã efficere aliquid. Cic. Planco, lib. 10. 12.
Effundere gratiam collectam. Cic. Cælio, lib. 2. 15.
Gratia ante omnia est Clazomenio vino. Plin. lib. 14. cap. 7.
Excipere gratia. Cic. Famil. 1.
Exigere gratiam. Cic. de Amicit.
Exornare aliquid gratia & venere. Quintil. lib. 4. cap. 2, Narrationem, vt si vllam partem orationis, omni, qua potest, gratia, & venere exornandam puto.
Extinguit gratiam nostram hominum suspicio. Cic. Lent. lib. 11. Id est, fauorem & beneuolentiam erga nos hominum tollit.
Exulcerare gratiam, Vide EXVLCERO.
Exuere gratiam nouitatis. Plin. Iunior lib. 1. epist. 2. ad Arrianum, Libelli quos emisimus, dicuntur iam in manibus esse, quanuis iam gratiam nouitatis exuerint. Id est, quamuis iamprídem sint publicati, neque legantur tanquam noui. Placent enim noua qualiacunque sint scripta.
Facere gratiam iurisiurandi. Plaut. Rud. 31. Vide FACIO.
Facere gratiam delicti, pro Ex iure diligentiore aliquid imminuere. Liu. 3. ad Vrbe. Vide FACIO.
Per gratiam legem alicui ferre. Cic. pro Domo sua.
Prædicare & habere gratiam. Cic. pro Corn. Balbo.
Habenda diis immortalibus gratia. Cic. 1. in Catil.
Habenda iis quoque gratia est, per quos labor nobis detractus est. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Habere gratiam senectuti. Plaut. Merc. 23,
-hæc quum fugiant senes,
Tu tamen senectuti gratiam non habeãs.
Habere gratiam, Memorem esse beneficij accepti. Terentius Eunucho. 4 6,
Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita vt merita ea gratia. Vbi Donatus. Qui habet apud se gratiam, nondum retulit. Retulit, qui destitit habere. Multum ergo hic dicit, & habetur gratia & refertur. Quem sensum transtulit Sallustius in bellum Iugurthinum, Arma, pecuniam sume, vtere: & quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris, semper apud me integra erit. Vide HABEO.
Incessere gratiam. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Inire gratiam ab aliquo. Terent. Eunuch. 3 5, Adibo, atque ab eo gratiam hanc quam video velle, inibo. Vbi Donatus, Gratiam inire, Est dare beneficium, ac per hoc inire gratiam, id est amicitiam. Sed hæc elocutio, gratiam ab eo inibo, pro eius gratiam merebor. Cic. Sulpitio, lib. 4. 2, Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitramur.
Inire gratiam apud aliquem, Vide INEO.
Inire gratiam cum aliquo, Vide INEO.
Inuenire gratiam, Vide INVENIO.
Languet mihi gratia. Silius libro 17. Hoc est, Non eadem est mihi gratia apud te, quæ quondam esse solebat. Languet, fit minor.
Negligere gratiam alicuius. Plaut. Trinum. 8.
Parare gratiam. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Reditum gratiæ alicui patere. Cic. de Aruſp. resp.
Perdere gratiam orationis. Quintil. lib. 6. cap. 1. Vide PERDO.
Perit gratia si reposcatur. Plin. Iunior lib. 1. epist. 13, ad Sosium Senecionem.
Meritam alicui gratiam mente persoluere. Cic. pro Plancio.
Beneficij gratiæque loco petere aliquid. Cic. 5. Verr.
Petere gratiam à patre, pro Petere veniam. Plaut. Sticho, 3.
Petere gratiam alicuius, Idem quod cupere gratiam. Plautus Aulularia, 7.
Ponere aliquem in gratiam. Cæl. ad Cic. lib. 8. Famil. epist. 6. ad finem, Amabo te, siquid quod opus fuerit, Appio facies: ponito me in gratiam, subaudi, ipsius Appij.
Ponere aliquem in gratiam apud alterum. Cic. ad Attic. lib. 5. 90.
Apud Patronẽm & reliquos Barones te in maxima gratia posui. Cic. ad Attic. lib. 5. 98.
Præcipere gratiam. Liu. lib. 6 Decad. 1. Id est antè capere.
Nulla Senatus mala gratia, suis inimiciciis aliquem ratione comitiorum priuare. Cic. in Pisonem.
Quærere gratiam, Id est animum gratum. Cic. pro Plancio, Nam
Hæc priuatim fortasse officiorum memoriam & gratiam quærunt. Id est, animum gratum postulant.
Recipere in gratiam. Cic. pro Rabir. Posth. Quem enim ex tantis inimiciciis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum violare non debeo.
Reconciliata gratia. Cic. Appio, lib. 3. 12.
Reddere gratias alicui voluntate ipsa. Cic. pro Plancio.

Redire in gratiam cum aliquo, pro Reconciliari. Cic. ad Att. lib. 1. 19, Cum Lucceio in gratiam redi.
Reditus in gratiam cum aliquo. Cic. Att. lib. 2. 18 4, Coniunctio mihi summa cum Pompeio, si placet etiam cum Cæsare reditus in gratiam, cum inimicis pax.
Redigere aliquos in gratiam. Terent. Phorm. 5. 8,
Ego redigam vos in gratiam.
Reducere, reconciliare, & restituere vnum cum alio in gratiam. Cic. de Prouinc. Consul.
Reducere aliquẽ in gratiam cum altero. Idẽ. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Reddere gratias alicui voluntate ipsa. Cic. pro Plancio.
Referre gratiam, Reddere par, reddere beneficium. Terent. Eunucho, 2. 3. Cic. 2. Offic.
Quanquam gratia referri tanta non potest, quanta debetur, habẽda tamen est, quantam maximam animi nostri capere possunt. Cic. 3. Philipp.
Debitio pecuniæ & gratiæ dissimilis. nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum. gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert. Cic. pro Plancio. Idem 2. Offic.
Inops si referre gratiam non potest, habere certè potest. Cicero 2. Offic.
Referre plenius gratiam. Quintil. lib 2 cap. 16.
Bonam gratiam alicui referre. Cic. Att. lib. 2. 24.
Iustam debitámque gratiam referre. Cic. pro Corn. Balbo.
Meritam gratiam, debitámque referre. Cic. 3. de Orat.
Mutuam gratiam referre. Cic. in Sallust.
Parem gratiam pro beneficio referre. Cic. pro Rosc. Com. Neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur.
Præclaram Pop. Rom. gratiam referre. Cic. in Catil.
¶Referre gratiam, in malam partem. Cicero ad Quint. fratrem, lib. 2. 7, Surrexit Clodius: ei tantus clamor à nostris (placuerat enim referre gratiam) vt neque mente, neque lingua, neque oratione consisteret.
Rependere gratiam facto. Ouid. 2. Meram.
Restituere in gratiam. Cic. ad Attic. lib. 1. 1, Sallustium præsentem restituere in eius veterem gratiam non potui.
Restituere gratiam alicui. Cic. de Petit. Consul.
Retinere alicuius gratiam. Id est fouere amicitiam. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 7, Quæ tibi eò scribo, quòd me de retinenda Sestij gratia literis sæpe monuisti.
Puto per Pomponium fouendum tibi esse Hortensium. Id est retinendam gratiam. Cic. ad Quint. frat.
Ira gratiam rupit. Seneca Thyeste, 7.
Scribere gratias. Gell. lib. 3. cap. 8.
Sequi gratiam: Id est alicuius amicitiam ambitiosius captare. Cæs.
In Cæsarem respiciant, atque eius gratiam sequantur.
Viuax stat gratia. Horat. de Arte.
Esse in gratia cum aliquo. Cic. ad Attic. lib. 2. 24, Erit nebulo iste cum his dynastis in gratia.
In laude & gratia esse. Cic. 3. Verr.
In gratia pecuniáque magna fortunatum esse, Vide IN.
Cum illo magna est mihi gratia. Cic. Lent. lib. 1. 9, Ego quum mihi cum illo magna iam gratia esset, quòd eius omnes grauissimas iniurias communis concordiæ causa voluntaria quadam obliuione contriueram, eius repentinam, &c.
Cum illo nulla est mihi gratia. Propert. lib. 2, Cum Tyberi & Nilo gratia nulla fuit. Id est, Nunquam Ægyptij & Romani se inuicem amauerunt.
Gratia ante omnia est Clazomenio vino. Plin. lib. 14. cap. 7.
Solida est mihi gratia tecum. Ouid. 12. Metam.
¶Est gratia, pro Ago gratias. Plaut Menæch. 9.
In memoria & remuneratione officiorum & honorum & amicitiarum obseruantiam tenet gratia. Cic. 2. de Inuent.
Tenere gratiam alicuius. Suet. in August. cap. 13.
Quòd Cæsaris, quòd Pompei gratiam tenemus, &c. Id est sumus in gratia. Cic. ad Quint. frat.
Tollere beneficium & gratiam. Cic. 2. de Finib.
Trahere gratiam. Tacit. lib. 3, Et quum rectè factorũ sibi quisque gratiam trahant, vnius inuidia ab omnibus peccatur.
Tribuere gratiam alicuius rei inuentori. Cic. 4. de Finib.
Valere gratia. Plin. Iun. lib. 1. epist. 17.
Magna gratia venit minimo labore. Ouid. 3. Amor. eleg. 4.
¶Gratia, pro Causa & ratione siue occasione. Terent. And. 2 6,
Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare, & ea me hic restitisse gratia. Vbi Donatus, Gratia veteres pro causa ponebant.
Hominum gratia generatas bestias videmus. Cic. 2. de Nat. deor.
Dolorum effugiendorum gratia. Cic. 1. de Finib.
Ea gratia. Cic. 2. de Nat. deor. Id ea gratia, vt dum nati dissipates artus caperet parens, ipsa interea effugeret.
Gratia mea, Hoc est, Mea causa, propter me. Plaut. Bacch. 1,
-nam id flagitium meum sit mea gratia
Te operam dare mihi, & ad eam operam facere sumptum de tuo.
¶Gratia villæ, pro Elegantia. Plin. Iunior lib. 2. epist. 17. ad Gallum, Miraris cur me Laurentinum meum tantopere delectet? Desines mirari, quum cognoueris gratiam villæ, opportunitatem loci, littoris spatium.
¶Gratia. pro Fauore. Sallust. in Iugurtha, Ita bonum publicum (vt in plerisque negotiis solet) priuata gratia deuictum. Id est, bonum publicum priuato fauore expugnatum est.
¶Gratiæ. gratiarum, Plurali numero.
Actio gratiarum & congratulatio. Cic. Bruto, 3.
Actionem gratiarum ab aliquo desyderare. Cic. Planco, lib. 10. 19.
Immemor gratiarum nemo gratus inuentus est. Cic. Post red. in Senatu.

Externæ

Externæ gratiæ. Tacit. lib. 12.
Acquirere gratias, Vide ACQVIRO.
Acquirere & retinere gratias. Cic. Att. lib. 1. 2.
Agere gratias & grates, Vide AGO.
Amplissimis verbis gratias agere. Cic. 1. Philipp.
Immortales gratias agere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 11.
Incredibiles gratias suo & alterius nomine per literas agere. Cic. Seruio, lib. 13. 28.
Ingentes gratias agere, Vide INGENS.
Iustissimas gratias agere. Cic. 2. de Legib.
Miras gratias agere. Cic. Att. lib. 16. 334.
Mirificas gratias apud aliquem agere. Cic. Culleolo, lib. 13. 43.
Singulares gratias agere. Cic. Culleolo, lib. 13. 42.
Venerari aliquem laudibus ac gratiis. Tacitus lib. 12, Agrippinam quoque haud procul alio suggestu conspicuam, iisdem, quibus principem, laudibus, gratissque venerati sunt.
¶De Gratiis, quæ & Charites dicebantur antiquis, Vide CHARITES.
Decentes Gratiæ. Horat. 1. Carm. ode 4.
Gratia iuncta nudis sororibus. Horat. 3. Carm. ode 19.
Solutis Gratiæ zonis. Horat. 1. Carm. ode 30.
¶Gratia, copia est plurimorum amicorum. Asconius author in 2. Verr. Hoc indicat Cic. pro Quintio, paulo post initium, his verbis, P. Quintius, cui exiguæ amicorum copiæ sunt, cum aduersario gratissimo contendat. Plurimum autem gratia poterat in iudiciis. moris enim erat in iudiciis tum priuatis tũ publicis, amicos omnes aduocare, quorum authoritate moueri posse iudices putabãtur. iisq, vt scribit Asconius, Aduocati dicebãtur, qui scilicet præsentiam suã amico commodabant. Orator enim, Patronus dicebatur.

GRATIDIA, Vide post GRATVLOR.

Gratus {χαριτωτὸς, χαρίεις, ἀστεῖος} Qui gratiam pro beneficiõ refert, vel saltem memor est accepti beneficij. Terent. Adelph. 2. 2, Memorem me dices esse & grátum. Vbi Donatus, Figuratè est inducta promissio præmiorum. Et bene verunque narrat: nam non cõtinuò qui memor est, etiam gratus est. Memor enim est, qui apud se meminit. Gratus, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. nam multi sunt memores, ingrati tamen. Plin. in Paneg. Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.
Memor & gratus. Cic 4. Verr. Sed quod sua interesse putabant, se memores gratósque existimari, gratias isti egerunt.
Gratus ac memor beneficij. Cic. pro Lege agraria.
Gratus in aliquem. Brutus Cic. lib. 11. 10, Gratiorem me esse in te posse, quàm isti peruersi sint in me, exploratum habes.
In vulgus gratus. Tacit. lib. 1, Accitur Centurio Clemens, & si alij bonis artibus grati in vulgus: in vigiliis, stationibus, custodiis portarum se inferunt, spem offerunt, metum intendunt.
Gratus erga aliquem. Plin. lib. 2. cap. 9, Non sumus profectò grati erga eos, qui labore curáque lucem nobis aperuere.
Gratum se præbere alicui. Cic. pro Plancio, Si bene de me meritis gratum me præbeo, nõ desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiúmque grati.
Virtutem alicuius grata memoria prosequi. Cic. 14. Philipp.
Grato animo prosequi nomẽ alicuius, Id est, Esse gratum erga aliquem. Cic. 4. Philipp.
¶Gratior, Comparatiuum. Seneca libro 1. de Beneficiis, cap. 4, Tu me aliquid eorum doce, per quæ beneficentior, gratiórque aduersus benemerentes fiam.
Re ipsa atque animo gratissimus. Cic. Planco, lib. 10. 19.
¶Gratus, Acceptus, & iucundus. Liu. 2. ab Vrbe, Gratæ in vulgus leges fuere.
Comitum gratissimus. Ouid. 14. Metam.
Gratum beneficium. Plaut. Rud. 26. Terent. Adelph. 1. 1, -& Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam.
Conuiua gratus. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Diua animo gratissima nostro. Ouid. 5 Metam.
Dona grata. Ouid. 1. epist. 6.
Error gratissimus. Horat. 2. epist. 2.
Gratæ gratiæ Plaut. Pœn. 3,
Quibus pro benefactis fateor debere tibi
Et libertatem & multas gratas gratias.
Hora grata. Horat. 1. epist. 4,
Grata superueniet quæ non sperabitur hora.
Grata manu sumere. Horat. lib. 1. epist. 11.
Quies grata. Horat. 1. epist. 18.
Tempore grato frui. Horat 2. epist. 2.
Virtus gratior veniens in pulchro corpore. Virg. 5 Æneid.
Gratus differt à Iucundo. Cic. ad Att. lib. 3. 66, Ista veritas etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est. Idem Sulpitio, lib. 4. 6, Cuius officia iucundiora scilicet sæpe mihi fuerunt, nunquam gratiora.
Gratum odore iucundo ladanum. Plin. lib. 12. cap. 17.
Gratum in cibo. Plinius lib. 11. cap. 29. Et lib. 10. cap. 48, Cibis gratissima.
Gratum & optatum. Cic. 1. Verr. Quid est quod aut Pop. Romano gratius esse debeat, aut sociis externísque nationibus optatius esse possit, aut saluti fortunísque omnium magis accommodatum sit?
Gratum & Graue, contraria. Cic. 2. de Legib. Velim hoc, quod loquor, tibi gratum videri potius quàm graue.
Minimè gratum, Vide post MINOR.
Accidit mihi illud gratum, Vide ACCIDO.
Gratum facere, Obsequi & inseruire. Cic. Si hunc iuueris, gratissimum mihi feceris.
Facere alicui gratum, Id est rem gratam. Cicero Attico, libro 15. 295.

Gratè, Aduerbium {δεξιωμένως} Cuius contrarium est Ingratè. Cicero pro Plancio, Gratè & piè facere. Idem 1. de Finibus, Præterita gratè memini.

Gratiosus, penultima prod. Adiectiuum {χαρίεις, ὑπόχαρις, ἔμχαρις} Qui apud omnes plurimum gratia potest, vel omnium gratiam & fauorem facilè demeretur: comis, facilis, benignúsque qui gratiam inire cupit cum multis. Gellius lib. 9. cap. 12, Gratiosus est qui adhiber gratias, & qui admittit. Cic. 5. Verr. Hic Venerius, quemadmodum aratores eluserit ex vna pactione hominis honesti, gratiosíque cognoscite.
Cum aduersario gratiosissimo contendere. Cic. pro Quintio.
Potens & gratiosus homo. Cic. pro Cluentio.
Potens, gratiosus, differtus homo. Cic. pro Cælio.
Splendidi homines & gratiosi. Cic. 5. Verr.
Gratiosus ad. Cicero pro L. Murena, Et ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus.
Vir ad ambitionem gratiosus. Cic. de Petit. Consul.
Apud omnes ordines gratiosus. Cicero 3 Offic. Tum Pythius qui esset, vt argentarius, apud omnes ordines gratiosus. Idem Lentulo, libro 1, Vehementer confidit his meis literis se apud te gratiosum fore.
In suis ciuitatibus & municipiis gratiosi homines. Cicero pro Murena.
Habere in re aliqua sui cupidos & gratiosos. Cicero pro Plancio.
Gratiosi eramus apud illum, quem, &c. Cicero ad Atticum, libro 15 323.
Gratiosus, cum datiuo. Cic. pro Planciõ, Iam vt ego doceo gratiosum esse tribulibus Plancium, &c.
Gratiosus, cum ablatiuo. Plin. lib. 16. cap. 33, Odore violenta, ac nemorosa quidem gratiosa. De cupresso.
Gratiosa missio, quæ per illicitum fauorem facta est. Liuius lib 3. Decad. 5, Missorum causas sese cognituros esse: & quarum ante emeritæ stipendia gratiosa missio sibi visa esset, eos milites fieri iussuros.
Sententia gratiosa, Id est fauorabilis, siue per gratiam & fauorem à iudice lata. Vlpianus in l. in hæredem. D. de calumniat. Ob falsum testimonium, vel iudici ob gratiosam sententiam datum, & hæredi extorquebitur.

Gratiosè, penultima prod. Aduerbium {χαριέντως.} Vlpianus in l. tutor qui repertorium. §. Competet. D. de administratione tutorum, Si prædia non idonea comparauerunt per sordes aut gratiam. quid ergo, si neque sordidè, neque gratiosè: sed non bonam conditionem elegerint?

Gratis, Aduerbium {αὐτηχεὶ, δωρεάν} Gratuitò, sine solutione pecuniæ. Cuius contrarium est Pretio. Terent. Phorm. 2 2,
Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis? Cicero 3. Verrina, Gratis Prætor factus est. Martialis lib. 5, -gratis conuiua recumbis.
Gratis alicui polliceri. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 17, Id me scis anteà gratis tibi esse pollicitum.
Seruire alicui gratis. Cic. pro Cluentio.
Habitare gratis in alieno Cic 2. Offic.
Gratis diligere virtutes. Cic. 2. de Finib. Vt æquitatem, modestiam, virtutes omnes per seipsas gratis diligant.
Gratis & Pretio, contraria. Cic. pro Rosc. Com. Hic primum quæstus est non leuiter Saturius, communem factum esse gratis cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannij.
Gratis & sine mercede. Suet. de Clar. Grammat.
¶Gratiis, pro Gratis Comicis familiare. Plautus in Prologo Asinariæ,
Age nunc reside, caue modò ne gratiis. Terent. Phormione,
Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratiis? In Eunuchõ quoque scribendum est Ingratiis, pro ingratis. Ex Turnebo.

Gratitudo, pen. corr. gratitudinis, pen. corr. f. g. Sabellicus lib. 7. Exemplorum cap. 1, De gratitudine, Laudatissima, inquit, virtutum omniũ gratitudo, res cælo & hominibus iucunda. Qua dictione plus decies ibidem vtitur. Erasmus in Declamatione quæ Lucianicæ illi respõdet, quæ inscribitur Tyrannicida, Sunt autem, inquit, vel primæ gratitudinis partes, intelligere videlicet cui beneficium acceptum ferre debeas.

Gratuitus, penult. corr. Adiectiuum {ἀμισθος} Quod datur gratis, & sine præmio: vt interpretatur his verbis Cicero, lib. 1. de Legib. Quid liberalitas? gratuitáne est, an mercenaria? sine præmio benigna est & gratuita: si cum mercede, conducta.
Gratuita amicitia. Cicero 1. de Nat. deor. Prata & arua & pecudum greges diliguntur isto modo, quòd fructus ex his capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita est.
Gratuita ei hospitia decreuere. Plin. lib 35. cap. 9,
Gratuita probitas. Cic. 2. de Finib. Innatam esse homini probitatem gratuitam, non mutuatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus euocatam.
Gratuita ferre suffragia. Cic pro Plancio.
Gratuitum. Stat. 1. Sylu. 6;
Et quas præcoquit Ebosita cannas,
Largis gratuitum cadit rapinis.
Mercenarius & Gratuitus, contraria. Cic. pro Fonteio, Potestis igitur ignotos notis, &c. mercenarios gratuitis anteferre?

Gratuito, pen. corr. Aduerbium {ἀμισθὶ} Idem quod gratis. Cic. 2. Offic. Diserti igitur hominis, & facilè laborantis, quódque in patriis est moribus, multorum causas & non grauatè, & gratuitò defendentis beneficia & patrocinia latè patent.
Gratuitò & Mercede, contraria. Plin. lib. 35. cap 9.

Grates {χάριτες} Numero tantum plurali, & in hac tantum terminatione; pro gratiis quæ referri debent pro accepto beneficio. Virgil. 1. Æneidos,
-grates persoluere dignas
Non opis est nostræ Dido. Cicero in Somn. Scipiõnis, Et grates, inquit, tibi ago summe Sol. Curtius, Grates habebant velut præsenti deo:

Agere grates alicui. Tacitus lib. 20, Sed præcipuo deorum Marti grates agimus.
Meritas grates agere alicui. Ouid. in Ibin.
Decernuntur grates deis. Tacit. lib. 15.
Exoluere æuas grates. Stat. 5. Sylu. 5.
Péndere dignas grates. Stat. 11. Thebaid.
Rependere grates. Stat. 3. Sylu. 3.

Gratificor, pen. corr. gratificaris {χαρίζομαι} gratificări, Rem gratam facere & Beneficium dare aliquando significat. Cicero Lentulo, lib. 1. 1, Quod Pompeio gratificari se putant.
Honestè gratificari alicui. Cic. 3. de Legib.
Gratificatur mihi gestu accusator. Cic. pro Corn. Balbo.
Cur tibi hoc non gratificer nescio. Cic. Valerio Iurisc. lib. 1. 10.
Deus gratificatur hominibus, nõ gratum facit. Cic. 1. de Nat. deor.
Nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem?
Gratificari alicui de re aliqua. Cic. 5. de Finib. Déque eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt.
Gratificandi facultas. Cic. 1. Offic. In quibus autem maior est animus, in his pecunię cupiditas spectat ad opes, & ad gratificãdi facultatem. Id est, vt gratos, obnoxios, & deuinctos sibi reddere possent.
Gratificari libertatem suam alicuius potẽtiæ. Sallust. in Iugurtha, Frustra autem niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quærere, extremæ demẽtiæ est, nisi fortè quem inhonesta & perniciosa libido tenet, potentiæ paucorum decus atque libertatem gratificari.
Gratificari gratiam. Sallust. de Repub. ordinanda ad Cæsarem, Neque aliter quisquam extollere sese, & diuina mortalis attingere potest, nisi omissis pecuniæ, & corporis gaudiis, animo indulgens, non assentando, neque concupita præbendo, peruersam gratiam gratificans: sed in labore, patientia, bonisque præceptis, & factis fortibus exercitando.
¶Gratificari, pro Fauere & ornare. Cic. 3. de Legib. Populo potestas honestè bonis gratificandi datur. Idẽ 1. Offic. Qui gratificantur cuipiam quod obsit illi cui velle videantur prodesse, nõ benefici, neque liberales, sed pernicioſi assentatores iudicandi sunt. Bud.
Liberalis gratificandi voluntas. Cic. 1. Offic.

Gratificatio, Verbale {χάρισμα.} Cicero 1. de Nat. deor. Vos autem quid mali datis, quum imbecillitatem, gratificationem & beneuolentiam ponitis?
Impudens gratificatio. Cic. 3. de Lege agraria.
Gratificationi locus est. Scæuola l. vlt. D. de religiosis, & sumptib. funer. Si plura prædia quis habuerit, & omnium vsumfructũ separatim legauerit: poterit in vnum inferri, & electio erit hæredis, & gratificationi locus.

Grator, grataris {δεήσεσθαι} gratări, Gratias agere alicui, & quasi supplicare. Ouid. lib. 3. Fastorum,
Quisquis ades, castæque colis penetralia Vestæ,
Gratare, Iliacis thuráque pone focis.
¶Gratari {χαίρειν} Gaudere de bono proprio, vel alterius. Virgil. 4. Æneidos,
Inueni germana viam, gratare sorori. Liu. 7. ab Vrbe, Tum vincere cupimus, tum duce te vincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes vrbem inire tuum sequentes currum, Iouis Opt. Max. templum gratantes, quantéque adire.
Gratari, Aliquid grataner dicere. Tacit. lib. 5, Tum complexus eũ Tiberius, præscium periculorum & incolumem fore gratatur.
Gratatur reduces. Virgil. 5. Æneid.
Gratari alicui. Ouid. 6. Metamorphoseos,
-gratata est scilicet illis Thracia.
Gratari sibi. Ouid. epist. 11, Quid tibi grataris?
Ad gratandum se expedire. Tacit. lib. 14.

Gratans, gratantis, Participium {χαίρων.} Tacit. lib. 2, Inter venerantes, gratantéque aspici solita. Idem lib. 12.

Gratabundus {συγχαίρων.} Tacit. lib. 17, Et proximi militum gratabundi respondent.

Gratulor, pen. corr. gratularis {συγχαίρω, σωκάδομαι} gratulări, Verbis testari se gaudere fortuna & felicitate alterius, apud eum ipsum qui affectus est felicitate, & aliquando etiam apud nõsipsos ob felicitatem aliquam quæ nobis forte contigit.
De reditu alicuius gratulari. Cic. Att. lib. 4. 70.
Aduentu alicuius gratulari. Cic. in Sallust.
Nomine alicuius gratulari. Cic. 1. Philipp.
Gratulor tibi & mihi. Ouid. 1. Trist. eleg. 8,
Et quoniam vera est, tota tibi mente, mihique
Gratulor, ingenium non latuisse tuum.
Gratulor tibi hanc rem. Plaut. Capt. 9. Cic. 2. Verr. Appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. Ouid. 3. de Arte,
Prisca iuuent alios, ego me nunc denique natum
Gratulor. Terent. Eunuch. 2. 2,
Salutant, ad cœnam vocant, aduentum gratulantur.
Gratulor tibi affinitate viri optimi. Cæl. Cic. lib. 8. 13.
Gratulor tibi de hac re. Cic. Lentulo, lib. 1. 7, Quòd mihi de filia & de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam.
Gratulor tibi in hoc. Cic. pro Plancio. Idem Trebiano, lib. 6. 11, Qua in re tibi gratulor ita vehementer.
Gratulor huic terræ, quòd abest regionibus illis. Ouid. 10. Metam. Quintil. in Pastu cadauerũ, siue Declamat. 13, Gratulemur quòd iam nulla ciuitas fame laborat. Subauditur nobis.
Gratulari dolori, pro Gaudium sumere. Quintil. in Præfat. lib. 6.
Gratulor pro opportunitate temporis. Cicero Cassio Proquæstori, lib. 15. 14, Sed tamen & feciantè, & facio nunc, tibíque cum pro rerum magnitudine quas gessisti, tum pro opportunitate tẽporis gratulor, quòd te de prouincia decedentem summa laus & summa gratia prouinciæ prosequuta est.
¶Gratulari, Gratias agere, inquit Nonius. Ennius Hecuba, Iuppiter tibi summe tandem malè re gesta gratulor. Nonius belli Punici libro 3, Isque sursum ad cælum suas res Ammulus gratulabatur diuis. Terentius Heauton. 5. 1,
Ohe, iam desine deos vxor gratulando obtundere
Tuam esse inuentam gnatam, &c.

Gratulatio, Verbale {ἐπιχάρημα.} Cic. ad Brutum, lib. 11. 18, Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. Idem Cæcilio, lib. 2. 9.
Lætitia & gratulatio. Cic. ad Att. li. 4. 70, Itaque hoc tibi verè affirmo, in maxima lætitia & exoptatissima gratulatione, vnũ ad cumulandi gaudium conspectũ, aut potius complexũ mihi tuum defuisse.
Sera gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Cic. Curioni, lib. 2. 6.
Hic parenti suo magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Cic. pro Murena.
Gratulationem decernere. Cic. in Catil. orat. 1.
Gratulationem efferuescere. Cic. Famil. 9.
Gratulatione florere. Cic. pro Sext.
Gratulationem habere. Cic. pro Milone.
Gratulationem significare. Cic. ad Attic. 4.
¶Gratulatio, pro Gratiarum actione, vel supplicatione. Cicero de Prouinc. Consul. Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quæ ex maximis bellis.

Gratulabundus {συγχαίρων.} Idem quod gratulans. Gellius lib. 3. cap. 15, Quúmque populus gratulabundus, flores vndique in eum iaceret.

GRATIDIA, Proprium nomen mulieris Neapolitanæ vnguentariæ ac maleficæ, quam Horatius in Epodis 3, & 1. Serm. sat. 8, Canidiam nominauit.

GRAVIONARIVM {χαυϊόνδεον} Germaniæ vrbs Ptolemæo. Vulgò *Bamberg*.

Grauis, & hoc graue {βαρὺς, βαρδὺς, ἀηδὴς, ἐπαχθὴς, δεινὸς, ἐνδεινὸς} Suapte natura, inquit Valla, ponderosum significat: vt Graue saxum, grauis farcina, grauia arma, graue seutum, quod scilicet grauat nos in ferendo, & quod ægrè, & cum molestia fertur. Inde per abusionem transferimus ad senectutem, ad morbum, ad laborem, ad dolorem: quia hi qui molestiam ex senectute, morbo, cæterísque sentiunt, quasi onere intolerabili premuntur, quod cupidè velut graue pondus à se vellent deponere. Neque solum ad molestias corporis trãslatio hæc fit, verumetiam ad molestias animi, vt grauis contumelia, grauis iniuria, grauis mœror, grauis iactura, quæ animum genere quodam ponderis premunt. Itaque vnus modus est, quæ corpori aut animo molesta sunt, ea grauia appellare. Eóque molestia à mole, id est à re magna, magníque ponderis vocitata est. Alter modus est, quòd quemadmodum grauia saxa & grandes trunci non facilè loco mouentur, sed ad omnem temporis mutabilitatem hærent: ita homines constantes, ac prædiri sapientia, meritò per figuram graues nominantur, quòd nec precibus, nec minis, nec vanitate, nec promissis ab æquo & iusto summouentur: vt hi faciunt quos leues vocamus, qui in similitudinem pulueris & palearum ad omnem auram ventilantur. Sciamus tamen grauis tunc regere datiuum, quum est in priore significatore vt Tu es grauis mihi. Hactenus Valla lib. 6.
Leuis & Grauis, contraria. Cic. pro Rosc. Com. Quod etiam apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur?
Grauis ætate. Liuius 10. ab Vrbe, Ingressi milites refractis foribus, paucos graues ætate, aut inualidos inueniunt.
Grauis pietate ac meritis, Plenus. Virg. 1. Æneidos,
Tum pietate grauem, ac meritis, si forte virum quem
Conspexêre, silent, arrectísque auribus astant.
Graues cibo, sopiti iacebant. Liu. 1. bel. Maced.
Grauis diuitiis. Plenus & abundans. Plaut. Bacch. 9,
Sed antè quàm illa vnquam meis opulentiis
Ramenta fuit grauior aut propensior,
Mori me malim misera excruciatum inopia.
Fide grauiora. Ouid. 4. Trist. eleg. 1.
Grauis Martę. Virgil. 1. Æneidos,
-donec regina sacerdos
Martę grauis. Id est, semine Martis impleta. Idem eclog. 1,
Non insueta graues tentabunt pabula fœtas.
Grauis morbo. Virgil. 3. Georgicorum,
Vbi aut morbo grauis, aut iam segnior annis
Deficit, abde domo. Id est languidus.
Natu grauior. Claud. de bello Get.
Grauior natu animus. Terent. Heaut. 4. 1,
Mi Chreme, peccaui, fateor, vincor: nunc te obsecro,
Quantò tuus est animus natu grauior, ignoscentior,
Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi. Id est, quanto plura nosti quàm ego.
Grauis vinculis, Oneratus & oppressus. Plin. epist. 147.
Grauis vino & somno. Liu. 9. bel. Pun.
Vino somnóque graues. Ouid. epist. 14.
Grauis vulneribus Alexander, Liu. 6. bel. Maced.
Grauis vulneribus Alexander, Liu. 9. cap. 6, Tunc quidẽ & vetero graues, pariendíve pœnis inualidæ, solum auxilium nouere in altum profugere, & se toto defendere Oceano.
¶Graue absynthium, Id est amarum, & quod grauem succum habet. Varro in Quinquatribus, Absynthiũ vt bibam graue & castoreũ.
Grauis aduersatius, Pernicios us, acerbus, & nocens. Cic. 3. Offic. Magnum illud bellum, perfuga vnus, & grauem aduersarium imperij sustinuisset.
Acestes grauis, Vide ACESTES.
Graue æs. Liu. 4. ab Vrbe, Decem milibus æris grauis damnatur.
Æs graue & Signatum, opponuntur. Liu. 4. ab Vrbe, Patres bene cœptam rem perseueranter tueri, conferre ipsi primi, & quia nondũ argẽrum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam collationem faciebant.

Æstas

Æstas grauis. Virgil. 2. Georg.
Ambitio misera grauisque. Horat. 1. Serm. sat. 6.
Amicitiæ principum graues. Horat. 2. Carm. ode 1.
Amentia grauis. Ouid. 5. Metam.
Amore perculsus grauí. Horat. Epod. 11.
Grauis annis miles. Horat. 1. Serm. sat. 1.
Grauis annona, Cara. Plaut. Sticho, 10.
Grauis armatura, cui opponitur Leuis. Liu. 6. bel. Pun. Igitur magna parte impedimentorum relicta in Brutiis, & omni grauiore armatura, cum delectis, &c.
Auræ graues. Ouid. 7. Metam.
Grauis author, Probatus & magnæ authoritatis. Plin. lib. 17. cap. 25, A quo tempore pudicitiam subuersam Piso grauis author prodidit. Et lib. 24. cap. 9, Grauis author in medicina.
Author grauior. Tacit. lib. 19, Eo grauior author, quòd Paulino pa triæ Forum Iulij.
Graue bellũ, pro molesto, authore Donato. Sallust. Grauiore bello qui prohibituri venerant socij frigere.
Graue & plenum carmen. Cic. 1. Tuscul.
Casu grauiore decidunt turres. Horat. 2. Carm. ode 10.
Grauis causa, Necessaria. Lucil. lib. 29, Habeáq; animo, mihi admodum causam grauem fore, quæ me ab vllo commodo abducat tuo. Nonius.
Certamina grauiora. Sil. lib. 16.
Grauissimæ contumeliæ. Tacit. lib. 14.
Cura grauí saucia. Virgil. 4. Æneid.
Damnum grauius. Ouid. 7. Metam.
Fatum graue. Ouid. 2. Metam.
Grauí fronte, Tristi. Plin. in Paneg. Nunquam principibus defuerunt, qui fronte grauí, & tristi supercilio vtilitatibus fisci contumaciter adessent, &c.
Virus graue. Horat. 2. epist. 1.
Grauis vmbra. Virgil. in Bucolicis,
Iuniperi grauis esse solet cantantibus vmbra.
Grauis volantas. Cic. pro Fonteio.
Vterus grauis. Papinianus in 1. qui grauí. D. de iure codi. Qui grauí vtero vxorem esse ignorabat, &c.
Graues greges, Multi. Varro, Vbi graues pascantur atque alantur pauonum greges. Nonius.
Grauis halitus, Insuauiter olens. Colum. lib. 1. cap 5, Nam præstat à mari longo potius interuallo quàm breui refugisse: quia media sunt sparia grauioris halitus.
Grauis homo, Grandæuus. Virgil. 5. Æneidos,
Hîc grauis Entellum dictis castigat Acestes. Nonius.
Honestas omni pondere grauior est habẽda, quàm cætera omnia. Cic. 3. Offic.
Ictus graues excipere. Horat. 1. Carm. ode 9.
Graue imperium, aut stabile. Terent. Adelph. 1. 1,
-errat longè mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse aut stabilius
Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.
Impetus grauis hastæ. Stat. 10. Thebaid.
Inceepta grauia. Horat. de Arte.
Ira grauis, & inexpugnabile pectus. Virgil. 5. Æneid.
Labore grauí fessos. Seneca Hippol. 4.
Lacerto grauí vibrata fraxinus. Ouid. 5. Metam.
Grauis manus, Vel pecuniis, vel re aliqua onusta. Plaut. Pseud. 12. Virgil. in Buc. eclog. 1,
Non vnquam grauis æra domum mihi dextra redibat.
Mœror grauis. Horat. de Arte.
Morbus grauis. Ouid. 8. Metam.
Mors grauis. Ouid. 3. Metam.
Nider grauis. Virgil. 3. Georg.
Graues imbre nubes. Liu. 8. bel. Pun. Nisi ex vehementi sole, qualis inter graues imbre nubes effulget, tanta vis aquæ deiecta esset, vt &c.
Grauis nuntius, Tristis. Virgil. lib. 8. Æneidos,
-grauior ne nuntius aures Vulneret.
Graues oculi. Cic. Post red. in Senatu, Composito capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce, &c.
Grauis odor. Plin. lib. 11. cap. 7, Omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruuntur, odore & ipsa etiamnum grauí.
Odor grauis oris. Ouid. 3. de Arte.
Grauis & pestilens ora. Plin. epist. 101. lib. 5, Est sanè grauis & pestilens ora Tuscorum.
Grauis paupertas, Dura & difficilis. Terent. Adelph. 3. 4,
-paupertatem vnà perrulimus grauem.
Pœna grauiore dignus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.
Pondus graue. Horat. Epod. 4.
Graue pondus & Leue, contraria. Plin. lib. 12. cap. 9.
Prælium graue. Horat. 4. Carm. ode 14.
Graue pretium: Id est multum. Sallust. Cœpit per omnem prouinciam graue pretium fructibus esse.
Grauí & crassa radice frutex. Plin. lib. 12. cap. 12.
Graues remi, Fortes & robusti. Virgil. lib. 5. Æneidos,
Prima pares ineunt grauibus certamina remis.
Robur graue. Virgil. 1. Georg.
Senatus consultum vehemens & graue in aliquem. Cic. 1. in Catil.
Grauis senectus, Molesta. Cic. de Senect. Quòd senectutem nunquam tibi grauem esse senserim.
Seruitium graue. Propert. lib. 1. eleg. 5.
Sol grauis. Horat. 2. Serm. sat. 4.
Sonus grauis & acutus. Horat. de Arte.
Grauissimus sonus. Cic. 1. de Orat.
Sopor grauissimus. Lucret. lib. 4.
Stomachus grauis. Horat. 1. Carm. ode 6.
Grauis supellex, Diues. Plin. epist. 170.
Grauissimam suem facit glans querna. Plin. lib. 16. cap. 6.
Tempus graue. Horat. 3. Carm. ode 23.
Grauis terra, Fœcunda & frugifera. Virgil. 3. Georgicorum,
Quid labor, aut benefacta iuuant, quid vomere terras
Inuertisse graues?
Grauis testis, Locuples & optimus. Cic. ad Curionem, lib. 2. 2, Grauí teste priuatus sum amoris summi erga te mei. Idem 5. Verr. Et hoc in re grauiores, certiorésque testes sunt.
Vereor ne tibi sim grauis, Id est molestus. Cic. in Topic.
Torpor grauis. Seneca Herc. fur. 12.
Venter grauis maturo pondere. Ouid. 9. Metam.
Grauis ventus, Molestus. Plin. lib. 2. cap. 25.
Grauius verbum. Plaut. Trinum. 6, -grauius erit
Tuum vnum verbum ad eam rem, quàm centum mea.
Grauiore verbo appellare aliquem. Cic. 5. Verr. Eum in tanto tuo dedecore profectò ne verbo quidem grauiore appellasses.
Vulnus graue. Ouid. 4. Metam.
¶Graue & Facile, contraria. Terent. Heaut. 5. 5,
-hæc dum incipias, grauia sunt.
Dúmque ignores: vbi cognoris, facilia.
Graue est quale sit existimare. Cic. ad Attic. lib. 11. 222.
¶Annus grauissimus, & pestilẽtissimus. Cic. Titio, lib. 5. 16, Non me hercule quenquã audiui, hoc grauissimo & pestilẽtissimo anno adolescentulũ, aut puerũ mortuũ, qui mihi nõ à diis immortalibus exceptus ex his miseriis, atque ex iniquissima conditione vitæ videretur.
Tempus anni grauissimum. Cic. Q. frat. lib. 2. 16, Atque id anni tempore grauissimo, & caloribus maximis.
¶Grauissimum. Terent. Adelph. 2. 4,
-mane: nondum audisti Demea Quod est grauissimum.
¶Graue est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet. Cic. Curioni, lib. 2. 5.
Graue in populum, Quod ægrè & grauiter admodũ populus ferre potest. Cic. pro Corn. Balbo, Etenim in Pop. Rom. graue est, non posse vti sociis excellenti virtute prædiris, qui velint, &c.

Grauiusculus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuum {ὑποπικρὸς.} Gell lib. 1. cap. 11, Qui fistula breui sensum grauiusculum sonum inspiraret ad deprimendum, sedandúmque impetum vocis eius.

Grauitas, pen. corr. grauitatis {βαρύτης, βάρος, βαρύτητος, ἀηδία, ὀλιγωρία, ἐνδεινότης} Pondus. Cic. 2. de Nat. deor. Tanta cõtentio grauitatis & ponderũ.
Quanta illi fuit grauitas, quãta in oratione maiestas? Cic. de Amic.
¶Grauitas, pro molestia, vel magnitudine accipitur, vt Grauitas odoris, grauitas doloris, grauitas somni.
Grauitas audiendi, vel auditus, pro duro, & deprauato auditu. Plin. lib. 28. cap. 11, Si grauitas sit audiendi, fel bubulum cum vrina capræ, vel hirci. Idem lib. 23. cap. 4.
Grauitas aurium. Plin. lib. 20. cap. 13.
Grauitas capitis. Plin. lib. 27. cap. 12.
Grauitas cæli. Hoc est aeris nobis iniucundi molestia. Cic. ad Att. lib. 11. 18, Iam enim corpore vix sustineo grauitatem cæli huius, quæ mihi laborem affert in dolore.
Grauitas membrorum, & cruciatus dolorum. Cic. 4. de Finib.
Grauitas oris, pro grauedolentia. Plin. lib. 28. cap. 12.
¶Grauitas ignaua. Ouid. 2. Metam.
Tarda grauitate iacentes. Ouid. 11. Metam.
Ignaua nequeunt grauitate mouere Ouid. 2. Metam.
Rerum grauitas, nitórque. Ouid 2. de Ponto, eleg. 5.
Serena grauitate plenus vultus. Ouid. ad Pisonem.
¶Grauitas, Firmitas ac constantia animi, & in vultu, moribus, verbis, rebus agendis quædam seueritas. Cic. de Senect. Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis, &c. Idem de Amicitia, Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum authoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis.
Grauitas sapientis. Cic. 4. Acad.
Grauitas & virtus iudicis. Cic. pro Quintio.
Grauitati dedirus homo. Cic. pro Cælio.
Adhibere grauitatem, Vide ADHIBEO.
Facere grauitatem. Cels. lib. 1. cap. 3, Qui vomere bis in mense vult, melius consuler si biduo cõtinuarit, quàm si post quintum decimum diem vomuerit: nisi hæc mora grauitatem pectori facient.
Habere grauitatem dicitur genus dicendi. Cic. de Clar. Orat. Hæc autem (vt dixi) genera dicendi apriora sunt adolescentibus, in senibus grauitatem non habent.
Seruare grauitatem. Cic. ad Attic. 10.
Tenere grauitatem in congressu. Cic. Att. lib. 9. 19i, Ego tuis consiliis sum vsus, maximéque quòd grauitatem in congressu nostro tenui quam debui.
Eandem seruare grauitatem. Cic. Att. lib. 10. 192.
Oneris grauitate impedire aliquem. Ouid. 10. Metam.
Tuenda est tibi grauitas. Cic. Titio, lib. 5. 16.
Sententiarum grauitate, verborum ponderibus est vtendum. Cic. 2. de Orat.
Verborum grauitas. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Iucunda grauitas remoto fastu. Claud. 8. Paneg.
Cum grauitate loqui. Cic. ad Attic. lib. 9. 180, Illud me præclarè admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, & vt cum grauitate potius loquar.

Grauiter, pen. corr. {βαρέως, ἀηδῶς, ὀλιγωρέως.} Aduerbium, aliquãdo multum significat, aliquando asperè & malè. Significat etiam molestè: nonnunquam & sapienter.
Grauiter accipere aliquid, Id est iniquo animo. Cic. 2. de Orat.
Accusare grauiter aliquem. Cic. lib. 5. epist. 15. ad Lucceium, Me, lenissimis & amantissimis verbis vtens, te grauiter accusas.
Grauissimè ægrotare, pro Vehementer. Cic. 2. de Finib.
Grauiter audire. Terent. Heaut. 1. 1, -adulescentulus
Sæpe eadem & grauiter audiendo victus est.

Concidit ad terram grauiter. Virgil. 5. Æneid.
Grauiter crepuerunt fores. Terent. Heaut. 3. 3.
Mane, mane, quid est quòd tam à nobis grauiter crepuêre fores. Idem Adelph. 5. 3.
Quisnam à me pepulit tam grauiter fores?
Grauiter cruciare, Multum & maximè ac vehementer. Terentius Heaut. 5. 5.
Enimuero Chremes nimis grauiter cruciat adolescentulum, Nimisque inhumanè.
Grauiter in aliquem dicere. Terent. Adelph. 1. 2.
-iste tuus ipse sentiet
Posterius: nolo in illam grauiter dicere.
Grauiter dissentiunt inter se. Cic. 12. Philipp.
Grauiter aliquid facere. Cicero, Siquid prudenter, siquid grauiter factum est.
Grauiter aliquid ferre, Id est molestè. Terent. And. 1. 2.
Omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt. Huius contrarium est Leuiter ferre. Cic. de Aruspic. respons. Quæ quandiu hærebant in vno me, id grauiter equidem, sed aliquanto leuius ferebam. Vide FERO.
Grauiter imperare. Plaut. Capt. 6.
Grauiter increpare. Plin. lib. 17. cap. 1.
Grauiter infensus alicui. Cic. in Catilin. inuectiu. 1.
Grauiter irasci, Multum. Terent. Hecy. 4. 4.
Tibi quoque ædepol sum iratus Philumena
Grauiter quidem.
Miserans grauiter. Virgil. 10. Æneid.
Grauiter narrare res gestas. Cic. in Orat. Thucydides autem res gestas & bella narrat & præclia grauiter sanè & probè.
Opinari de aliquo grauissimè. Tranquillus in Augusto.
Queri grauiter. Cic. ad Attic. 13. 1. Dionysius noster grauiter queritur, & tamen iure, à discipulis abesse tandiu.
Sæuit grauiter. Virgil. 4. Georg.
Grauiter sonare. Cic. in Somnio Scip. Natura fert vt extrema, ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent.
Grauiter spirare, Multum & vehementem odorem afferre naribus. Virgil. 4. Georgicorum,
-grauiter spirantis copia thymbræ.
Esse alicui grauiter inimicum. Cic. Lent. lib. 1. 9.
Grauiter suspectus alicui. Cic. in Catil. inuectiu. 1.

Grauedo, pen. prod. huius grauedinis, f. g. {κόρυζα} Morbus seu humor qui ex capite distillat, nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam mouet, vt docet Cels. lib. 4. cap 2. Plaut. Asin. 3.
Quod illa autem simulet, quasi grauedo profluat. Cic. Attico. libro 16. 338. Grauedini quæso omni ratione subueni. Plin. lib. 21. cap. 19, de violis purpureis, Crapulam & grauedines capitis impositis coronis olfactúve discutiunt.
Frigida grauedo. Catull. ad Fundum, epigr. 41.

Grauedinosus, pen. prod. Adiectiuum {κορυζώδης} Cic. 4. Tusc. l. Itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia sæpe sint.
Grauedinosum, Quod grauedinem facit. Plinius lib. 18. cap. 15. de eruo, Martio mense satum noxium esse bubus aiunt. Item autumno grauedinosum.

Graueolens, pen. corr. graueolentis, om. g. {βαρύοσμος} Quod malè olet, Virgil. 6. Æneidos,
-ad fauces graueolétis auerni. Plin. lib. 27. c. 8, Graueolétibus foliis.
Graueolens centaurea. Virgil. 4. Georg.

Graueolentia, graueolentiæ {δυσοσμία} Plin. Et oris graueolentiam sistit. Et lib. 22. cap. 22, Graueolentiam alarum emendat. Idem libro 28. cap. 11, Mulcet graueolentiam oris.
Graueolentia halitus. Plin. lib 28. cap. 12.

Grauo, grauas {βαρύω} grauâre, Premere, onerare, molestare. Virgil. 2. Æneidos, -nec me labor iste grauabit.
Fortunam alicuius grauare. Ouid. 5. Trist. eleg. 12.
Cymba grauanda. Propert. lib. 3. eleg. 3.
Poma grauantia ramos. Ouid. 13. Metam.

Grauatus, pen. prod. Participium {βαρυηθὴς} Molestia aut grauedine affectus. Columel. lib. 6. cap. 9, Signa febricitantis manantes lacrymæ, grauatum caput, oculi compressi. Cic. 1. de Diuin. Ex antiquo poeta, Iam verò semper viridis, sempérque grauata
Lentiscus, triplici solita, grandescere fœtu.
Grauatus somno. Plin. lib. 26. cap. 1. Item Liu. 5. bel. Pun. Grauatis omnibus vino somnóque.
Grauatus vulneribus. Liu. 10. bel. Pun.
Caput grauatum demittere. Ouid. 10. Metam.
Oculos in morte grauatos. Ouid. 4. Metam.

Grauor, grauaris {βαρύομαι} grauari, Deponens, Offendi, & grauiter ferre. Plaut. Trinum. 17, -non grauabor,
Faciam ita vt vis. Cic. de Amic. Ego verò non grauarer, si mihi ipse confiderem.
Neque grauabor breuiter meo more quid quaque de re sentiam dicere. Cic. 1. de Orat.
¶ Grauari, cum accusatiuo. Quintil. lib. 1. cap. 2, Quæ siquis grauabitur: non rationi defuerit, sed oneri. Suet. in August. cap. 72, Ampla & operosa prætoria grauabatur. Virg. lib. 10. Æneidos,
-quid si, quæ voce grauaris, Mente dares?
Grauari dominos. Lucan. lib. 7. Id est nolle habere dominos. Sic Horat. 4. Carm. ode 11,
-& exemplum graue præbet ales
Pegasus, terrenum equitem grauatus
Bellerophontem.
Grauari aliquid, pro Molestè ferre. Tacitus lib. 3, Sanè grauaretur aspectum ciuium senex imperator.

Grauatus, pen. prod. {βαρυηθὴς} Plaut. Sticho, 16, -quanquam
Grauatus, non nocuit tamen.

Sinus & gremium patriæ. Cic. pro Cælio, Quum Q. Metellus abstraheretur è sinu, gremióque patriæ.
Hæc sunt sepulta in gremio Consulatus tui. Cic. in Pisonem.
Gremium imperij. Cic. de Prouinc. Consul. Vt Thessalonicenses positi in gremio imperij nostri relinquere oppidum, & arcem munire cogantur.
¶ Ad gremium reu ocare. Quintil. de Prælectione, lib. 2. cap. 5.

Gressus, Vide GRADVS.

Grex, huius gregis, masc. gen. {ἀγέλη, πόιμνη} Minorum animalium cõgregatio, vt ouium, porcorum, caprarum, vt ait Valla lib. 4. cap. 42. Ouid. 4. Metamorphoseos,
Mille greges illi, totidémque armenta per herbas
Pascebant. Cic. ad Attic. lib. 7. 127, Idem quod pecudes, quæ dispulsæ, sui generis sequuntur greges, vt bos armenta: sic ego, &c.
Anatum greges. Varro 3. de Re rust. cap. 11.
Anserum greges. Varro 3. de Re rust. cap. 10.
Grex armentorum. Cic. 3. Philipp. Cædit greges armentorum, reliquísque pecoris quodcunque nactus est.
Auium grex. Horat. 1. epist. 3.
Grex equarum. Cic. 3. Verr. Præterea greges equarum eius istum abigendos curasse.
Hœdorum grex. Virg. ecloga 2.
Ouillus grex, Ode OVIS.
Pauonum greges. Varro 3. de Re rust. cap. 6.
Pecorum grex. Ouid. 11. Metam.
Grex vænalium. Plaut. Aulul. 13,
Etiam introduce si vis vel gregem vænalium.
¶ Lanigeros agitare greges. Virg. 3. Georg.
Cædere greges, Vide CAEDO.
Compellere greges in vnum. Virg. ecloga 7.
Magnus grex. Id est armentum. Virg. ecloga 6.
Grex armentitius, Vide ARMENTVM.
Milliarius grex, Vide MILLE.
¶ Custos gregis. Opilio. Virg. ecloga 10.
Dux gregis, pro Truto. Ouid. 1. de Arte,
Hanc tamen impleuit vacca deceptus acerna
Dux gregis: & partu proditus author erat.
¶ Grex hominum. Terent. Eunucho. 5. 9,
Vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrum gregẽ recipiatis. Cic. in Catilin. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. Terent. Heauton. 2. 3,
-ancillarum gregẽ Ducunt secum. Idẽ in Prologo Heaut. 45,
Siqua laborioſa est, ad me curritur:
Sin leuis est, ad alium defertur gregem.
Virorum grex. Silius lib. 7.
Grex amicorum. Cic. 1. de Finibus, Quantáque amoris conspiratione consentientes tenuit amicorum greges?
Grex oratorum. Cic. 1. Verr. Quartum quem sit habiturus non video: nisi quem fortè ex illo grege oratorum qui subscriptionem sibi postularunt.
Indocilis grex. Horat. Epod. 16.
Scribere aliquem sui gregis, Id est Referre in numerum amicorum. Horat. 1. epist. 9,
Scribe tui gregis hunc, & fortem crede, bonúmque.
Greges virgarum. Plaut. Pseud. 5.
¶ Grex, Fœminino genere. Lucret. lib. 4,
Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles
Bucerǽque greges. Hæc Nonius.

Gregarius, Adiectiuum {ἀγελαῖος, ἀγελαῖτης} Ex grege vulgaris. Vnde gregarius miles dicitur non electus, sed tumultuariè vndecunque collectus. Sallust. Deinde multi memores Syllanæ victoriæ, quòd ex gregariis militibus alios Senatores videbant.
Pastor gregarius. Colum. lib. 6 in Præfar. Gregariorúmque pastorum velut minutam professionis suæ disciplinam constantissimè repudiasse. Cic. pro Planc. At id etiam gregarij milites faciunt inuiti.

Gregalis, & hoc gregale, penult. prod. {ἀγελαῖος} Qui ex eodem est grege. Varro 2. de Re rust. cap. 7, Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo.
Gregales rei. Cic. de Arusp. resp. Neque P. Clodius, nec quisquam de gregalibus eius aut consiliariis designatur. Idem 2. de Orat.
¶ Gregalis, pro vulgari seu publico. Senec. epist. 87, Dij boni quàm iuuabat intrare balnea illa obscura, & gregali rectorio inducta. Idẽ 1. de Benef. Gregalia poma.

Gregatim, penult. prod. Aduerbium {ἀγελαδόν} Per diuersos greges. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Merula, quòd mera, id est sola volitet. Contrà ab eo graculi, quòd gregatim. Plin. lib. 8. cap. 5, Elephanti gregatim semper ingrediuntur.
Volare gregatim. Quintil. lib. 1. cap. 6.
¶ Gregatim, ad homines translatum. Cic. 7. Verr. Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in latomias.
Gregatim ferre manus. Stat. 8. Thebaid.
Gregatim sentiuntur morborum genera. Plin. lib. 26. cap. 1, Accidíque sæpius vt noua cõtrà genera morborum gregatim sentiẽtur.

G R I

Grillus, Vide GRYLLVS.

Griphus, griphi, masc. gen. {γρῖφος} Latinè dicitur rete, vél sermo implicitus, atque intricatus. Gell. lib. 1. cap. 2, Alióque id genus griphos neminem posse dicens, nisi se; dissoluere.

G R O

GRONII, Hispaniæ populi ad Durium amnem, vt scribit Pomponius lib. 3. quorum meminerunt Plinius & Silius.

Grossus, huius grossi, masc. & fœm. gen. {ὄψον} Dicitur ficus quæ nondum maturuit. Celsus lib. 5, Grossi in aqua cocti. Plin. lib. 15. cap. 18, Deprehensáque in his hyeme grossos. Idem alibi, Crudæ grossi verrucas tollunt.

Grossulus, huius grossuli, penul. corr. Diminutiuum {ὀλόσυρον} Colum. de Arboribus, cap. 21, Si voles ficum quamuis non natura seram facere, quum grossuli minuti erunt, fructum decutito.

G R V

Gruma, huius grumæ. Grumæ (inquit Nonius) sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & conueniunt viæ. Est autem gruma mensura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, vt est agrimensorum, & similium. Ennius lib. 17, grumam dirigere dixit, degrumari ferrum.

Grumus, huius grumi {χῶμα} Dicitur terra in acerum collecta, quæ tamen est minor tumulo: apud Columellam dicitur cliuulus. Vnde lib. 2. cap. 18. ait, Grumióque quos ad versuram plerunque tractæ faciunt crates, dissipabimus, &c.
Grumus salis. Plin. lib. 33. cap. 4, Torretur & cum salis grumo, ponderе triplici.

Grumulus, huius grumuli, penult. corr. Diminutiuũ {χωμίδιον} Plin. lib. 19. cap. 6, Quidam vlpicum & allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi, distantibus inter se pedes ternos.

Grundio, grundis {γρυλίζω} grundire, dicebant veteres, quod nos grunnire dicimus. Claud. lib. 16, Agni grundibant, dixit: & grundibat grauiter pecus suillum. Etiam hominum esse grunditum Cæcilius Ebriis detignauit. Ex Nonio.

Grunnio, grunis, grunniui vel grunnij, grunnitũ, pen. prod. {γρυλίζω} grunnire, Proprium est porcorum. Plin. lib. 32. cap. 2, Grunnire eum quum capiatur. Iuuenalis sat. 15, Et quum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

Grunnitus, huius grunnitus, penult. prod. {γρυλισμός} Cic. 5. Tusc. l. Aut grunnitum, quum iugulatur, suis.

Grus, huius gruis, masculini vel fœminini generis {γέρανος} Auis nota. Virgilius lib. 1. Georgic. Strymoniæ dant signa grues. Horatius 2. Serm. sat. 8,
-discerpta ferentes
Membra gruis sparsi sale multo. Plin. lib. 10. cap. 23, Inducias habet gens Pygmea, abscessu gruum, cum iis dimicantium. Mira de gruibus toto hoc capite.
Grues, vt inquit Cicero, 2. de Nat. deor. Quum loca calidiora petentes maria transmittunt, triangulí efficiunt formam: eius autem summo angulo aer ab iis aduersus pellitur: deinde sensim ab vtroque latere tanquam remis, ita pennis cursus auium leuatur. Basis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tanquam à puppi ventis adiunatur, eáque in tergo præuolantium colla & capita reponũt, quod quia ipse dux facere non poterit, quia nõ habet vbi nitatur, reuolat, vt ipse quoque quiescatim eius locum succedit ex iis quæ adquierunt, eáque vicissitudo in omni cursu conseruatur.
Clamor gruum. Lucret. lib. 4.
Hyberna Rhodopes grus. Stat. 4. Sylu. 6.
Threicia grus. Ouid. 3. de Arte.
Aduenam laqueo captare gruem. Horat. Epod. 2.
¶ Grus, machina ad subleuanda onera accommodatitia dicta, quòd in longum prominens, collum gruis refert: Græcè γέρανος dicitur: cuius sæpe fit mentio apud Vitruium. Labeo in l. Si seruus tuus. D. De action. empt. & vendit. Qui per κατάβρεμον γερανὸν descendere, aut in cloacam demitti solitus esset.

Gruo, gruis {κλαγγάζω} grúere. Festus, Gruere dicuntur grues, vt sues grunnire.

Gryllus, huius grylli, masc. gen. Animal est magnitudine cicadæ, corpore longiore, pernicies agrorum. Vide Plin. lib. 29. cap. 6.

GRYNIA, Vrbs Æoliæ in finibus Ioniæ.

Grynæus, Adiectiuum {γρύνειος} vt Grynæus Apollo. Virgil. 4. Æneid. Vbi Seruius, Clazomenæ ciuitas est Asiæ. Iuxtà hanc nemus est Grynæum, vbi Apollo colitur. Inde ergo nunc epitheton dedit: licet & in Delo acceperit oraculum. Idem 6. ecloga,
His tibi Grynæi nemoris dicatur origo.

Gryphoma {γρύφωμα} Positum à Polluce inter ornamenta muliebria lib. 7. cap. 22.

Gryps, huius gryphis, masc. gen. vel etiam gryphus, gryphi {γρὺψ} Animal pẽnatum & quadrupes, omni ex parte leo, alis & facie aquilis simile, equis vehementer infestum. Virg. ecloga 8, Iungantur iam gryphes equis. Plin. lib. 10. cap. 49, Pegasos equino capite volucres & gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Æthiopia.

Grypus, huius grypi {γρυπός} Qui nasum aduncum habet.

G V B

Guberno, gubernas {διευθύνω, κυβερνάω, βοηθέω, ἰθύνω, οἰακίζω, ὑπουργέω} gubernâre, Administrare, procurare, regere, gerere, moderari. Cicero Curioni, lib. 2. 6, Teque hortor, vt omnia gubernes & moderere prudentia tua.
Regere & gubernare. Cic. 1. de Nat. deor. Si verò in ipso mundo deus inest aliquis qui regat, qui gubernet, qui cursus, &c. conseruet.
Velim totum hoc ita gubernes, vt ne mitima quidem re vlla Bruti commodum impediamus. Cic. Attico, lib. 13. 282.
Sed hæc deus aliquis gubernabit. Cic. Attico, lib. 6. 114.
Gubernare aliquem consiliis. Cic. Bruto, 10.
Fortunæ nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Cic. Attico, lib. 8. 148.
Manu omnia gubernare. Pomponius in principio l. 2. D. De origi. iuris. Initio ciuitatis nostræ, populus sine certa lege, sine iure certo primùm agere instituit, omniáque manu regis gubernabantur.
Gubernare orbem terrarum. Cic. pro Sexto Roscio, Quum solus Rempublicam gereret; orbémque terrarum gubernaret.
Gubernare petitionem alicuius. Cic. pro Milone, Clodius contulit se ad eius competitores, sed ita, totam vt petitionẽ ipse solus etiam inuitis illis gubernaret.
Gubernat tormenta dolor. Cic. pro Sylla, Tormenta gubernãt dolor, moderatur natura cuiusque.

Vitam gubernare ratione. Lucret. lib. 5.

Gubernans, Participium { διοικῶν. } vt
Fortuna gubernans. Lucret. lib. 5.

Gubernator, penultima prod. Verbale { κυβερνήτης, διοικητὴς, πηδαλιοῦχος, οἰακοστάτης } Rector, & moderator nauis propriè dicitur. Cicero de Senectute, Vt siqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, &c. Idem 1. de Inuent. Nauis quæ scientissimo gubernatore vtitur. Idem 4. Academ.

Custos, gubernatórque Reip. Cic. pro Rabirio Posth.
Gubernator equorum. Quintil. lib. 8. cap. 6.
Bonus gubernator, Vide BONVS.
Summi gubernatores. Cic. 7. Philipp. Quanquam non eges consilio, quo vales plurimum, tamen & summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent.

Gubernatrix, penult. prod. huius gubernatricis, penult. prod. Verbale fœm. { κυβερνήτειρα. } Cic. 1. de Orat. Quum ciuitatem vel paterno consilio, vel auitis armis florentissimam accepissent, ista præclara gubernatrice, vt ais, ciuitatum eloquentia, R. empub. diffluere. [sic]

Gubernatio, huius gubernationis { διοίκησις, οἰακοστασία } Aliud verbale. Cicero 4. de Finibus, Et si in ipsa gubernatione negligentia est nauis euersa.

Vix videtur humani consilij tantarum rerum gubernatio esse potuisse. Cic. 3. in Catil.
Magnam gubernationem tui consilij, tuæque authoritatis res desyderabit. Cic. Bruto.

Gubernaculum, penult. corr. { οἰακοστάσιον, οἰακίον } dicitur clauus nauis. Cic. 2. de Inuent. Hic ille naufragus ad gubernaculum accessit.

¶ Gubernáculum, penult. prod. per syncopen: vt Gubernáclum contorquet nauim quò libet. Lucret. lib. 4.
Reuulsum gubernaculum. Virg. 6. Æneid.
¶ Assidere gubernaculis, Vide ASSIDEO.

Clauus & gubernaculum Reipub. per translationem. Cicero pro Sextio, Clauum tanti imperij tenere, & gubernacula Reipublicæ tractare.

Accedere ad gubernacula Reipub. Cic. 1. de Inuent.
Deiicere Senatum à gubernaculis. Cic. pro Domo sua, Quum Senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses, ipse archipirata cum rege prædonum impurissimo plenissimis velis nauigares.
Qui nisi à gubernaculis recesserint, maximum ab vniuerso naufragio periculum est. Cic. Tironi, lib. 16. 27.
Vna penè voce Oratorem à gubernaculis ciuitatum repellere. Cicero de Orat.
Sedere omni tempore ad gubernacula Reipub. Cic. pro Roscio Amerino.
Gubernacula Reipub. tenere, Diligenter curare & administrare Rempub. Cicero de Diuinat. Quos tunc scripsimus quum gubernacula Reipub. tenebamus.
Tradere Oratori ciuitatum regendarum gubernacula. Cicero 1. de Oratore.
Gubernacula vitæ. Plin. lib. 11. cap. 37.

Guberna, pro gubernacula. Lucil. sat. lib. 20, Proras despoliate, & detundite guberna. Nonius.

Gubernium, pro gubernatore. Vide Gellium lib. 16. cap. 7.

GVL

Gula, gulæ, fœm. gen. { φάρυγξ, λαιμὸς } Pars superior œsophagi, qua cibus atque potus deuoratur. Interdum etiam pro faucibus ponitur. Sallustius, Laqueo gulam fregere. Plaut. Merc. 12,
Demisisti gladium in gulam, iam cadam. Cic. ad Attic. lib. 13. 286,
O gulam insulsam, pudet me patris.
Gula follis, pro anteriore follis parte qua aer intromittitur, & exprimitur. Plaut. Aulul. 9,
Quin quum it dormitum, follem obstringit ob gulam.
Ingeniosa gula, Vide INGENIOSVS.
Ingenua gula, Vide INGENVVS.
Immensa gula, Vide IMMENSVS.
Insulsa gula; Vide INSVLSVS.
Parens gulæ. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Implacata gula. Ouid. 8. Metam.
Crescens gula. Iuuenal. sat. 11.
Profundæ, intempestiuæ, & sordidæ gulæ homo. Sueton. in Vitellio cap. 13. Vide VISCVS, visceris.
Subtilior gula. Colum. lib. 8. cap. 16. *Friandise subtile à inger du gouſt des viandes.*

Gulo, gulonis. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12, Vnde est & illud prouerbium, quo vtuntur gulones.

Gulosus, penult. prod. { λαιμάργος, λαίμαργος } Adiectiuum notæ significationis. Martial. lib. 8. 24,
Esse tibi videor sæuus, nimiúmque gulosus. Vide NIMIVM.
Gulosus lector. Martialis lib. 10. 59,
Non opus est nobis nimium lectore guloso. Hoc est, multæ lectionis curioso.

Gulosè, penult. prod. Aduerbium { λαιμαργικῶς. } Colum. lib. 1. in Præfat. Contemptissimorum vitiorum officinas gulosius condiendi cibos, & luxuriosius fercula struendi. Gulosius, *Friandement.*

GVM

Gummi, neut. gen. indeclinabile, & hæc gummis { κόμμι } Lachryma arborum quarundam, quæ veluti gutta quædá viscosa per ipsum corticem diffunditur. Plin. lib. 13. cap. 11, Gummi optimũ esse ex Ægyptia spina conuenit, vermiculatũ, colore glauco, purum, sine cortice, dentibus adhærens. Columel. lib. 12. cap. 50, Noua dolia liquida gummi perluere. Ibidem, Multi quum semel noua dolia vel serias crassa gummi liuerunt, vnà in perpetuum gummitione contenti sunt.

Gummitio, gummitionis { κόμμωσις } Illinitio quædam ex glutinoso illo arborum succo, quæ doliis fieri solebat, quemadmodum picatio ex pice, vt in præcedenti Columellæ exemplo.

Gummosus, penul. prod. Adiectiuum { κομμώδης } Quod multum gummi habet. Plin. lib. 12. cap. 9, de bdellio arbore, Indicum, humidius & facilius hoc, & crustosius, amariúsque: ar gummosum.

GVR

Gurdi, gurdorum { βλῶσυες } stolidi à vulgo dicuntur. Quintil. lib. 1. cap. 5, Et gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audiui.

Gurges, gurgitis, penult. corr. masc. gen. { ἄμπωτις, δίνη } Locus in flumine profundus, in quo aqua congeritur & circùm vertitur. Omnis aquarum congeries, dicitur gurges. Martial. lib. 1. 72,
Raptus flumineo venit de gurgite piscis. Plin. lib. 9. cap. 31, Æstate in opaca gurgitum recedunt. De cancris.
Altus gurges. Virgilius ecloga 6.
Altitudo gurgitis. Plinius libro 8. cap. 5.
Nepotum omnium altissimus gurges Apicius. Plinius libro 10. capite 48.
Anheli gurgites. Silius lib. 3.
Gurges imus. Plin. lib. 9. cap. 15, Reliquo tempore hyberno latent in gurgitibus imis.
Limosus gurges. Ouid. 6. Metam.
Rapidus gurges. Seneca Thyeste, 2.
Reflexo circunsona gurgite Thule. Stat. 5. Syl. 1.
Sinuatus gurges. Silius lib. 13.
Sinuatus gurges in curuos arcus. Ouid. 14. Metam.

¶ Quæ Charybdis tantos exhaurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum, Brogitatorúmque prædas exorbuit? Cicero de Aruspicum responsis.

Fertur cita gurgite classis. Virg. 5. Æneid.
Spumans gurges. Silius lib. 17.
Tollimur in cælum curuato gurgite. Virg. 3. Æneid.

¶ Gurges, pro ipso maris periculo & veluti quadam syrte aut scylla. Virg. 1. Æneid. Apparent rari nantes in gurgite vasto.
Gurges cæruleus, pro Oceano. Ouid. 2. Metam.

¶ Gurges, per translationem. Cicero 5. in Verrem, Immensa aliqua vorago est, aut gurges vitiorum, turpitudinúmque omnium. Idem in Pisonem, Ille gurges atque helluo, natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ.
Gurges & vorago patrimonij. Cic. pro Sextio.

GVRGES, Cognomen Q. Fabij Rulliani filij, à deuorato patrimonio illi impositum. Macrobius.

Gurgulio { κῆφος } Vide CVRCVLIO. Plin. lib. 18. c. 30, Gurgulionem enim non descendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari.

Gurgustium, huius gurgustij { οἰκίδιον } inquit Festus, genus habitationis angusti, à gurgulione verme sic dictum. Seruius docet, gurgustium esse obscuram & latentem tabernam. Cic. in Pisonem, Meministine cœnum, quum ad te quinta ferè hora cum C. Pisone venissem, nescio quo è gurgustio te prodire, inuoluto capite, soleatum? Idem 1. de Nat. deor.

Gurgustiolum, gurgustioli, penult. corr. { οἰκίσκος } Diminutiuum.

GVS

Gusto, gustas { γεύομαι } gustare, notæ significationis. Cæsar 5. bel. Gall.
Leporem & gallinam & anserem gustare fas non putant.
Gustare aquam. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27, Fugi in Tusculanum, quum quidem biduum ita ieiunus fuissem, vt ne aquam quidem gustarem.
Gustare herbam. Cic. 2. de Nat. deor. Capras autem in Creta feras quum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere, quæ dictamus vocaretur: quam quum gustauissent, sagittas excidere dicunt è corpore.
Pabula gustare. Virg. 1. Æneid.

¶ Gustare, per translationem. Cic. in Pisonem, Non gustarat illam tuam Philosophiam. Sic gustare aliquam partem liquidæ voluptatis. Cic. 1. de Finibus.

Iisdem omnium summatim causas, & genera ipsa gustaui. Cicero 1. de Orat.
Attingere, & gustare sensu nostro. Cicero pro Archia, Quòd si ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam quum in aliis videremus.
Gustare salutæ Reipublicæ partem. Cic. Cornificio, lib. 12. 23, Nullam partem per ætatem sanæ & salutæ Reipublicæ gustare potuisti.
Primis, vt dicitur, labris gustasse physiologiam, id est naturæ rationem. Cic. 1. de Nat. deor.
Gustare labris primoribus aliquod genus vitæ. Cic. pro M. Cælio, Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (vt dicitur) digitis attigissent.
Gustare sermonem alicuius. Plaut. Mostell. 15,
Herus meus hic quidem est: gustare eius sermonem volo.
De aliquo gustare. Horat. 2. Serm. sat. 5,
Sic tibi Penelope frugi est, quæ si semel vno
De sene gustarit tecum partita lucellum,
Vt canis à corio non deterrebitur vncto.
Gustare ciuilem sanguinem, vel potius exorbere. Cic. 2. Philipp.

Gustatio, gustationis, Petronio prima pars cœnæ dicitur, gustus aliis. Sic enim scribit, Iussi ergo discubuimus, & gustatione mirifica initiati, vino etiam falerno inundabamur. Turnebus.

Gustatus, huius gustatus, penult. prod. masc. gen. { γεῦμα } pro Gustu. Cic. 2. de Nat. deor. Iam gustatus, qui sentire eorũ, quibus vescimur, genera deberet, habitat in ea parte oris qua esculentis & potulentis iter natura patefecit. Idem 3. de Orat.

Gustatus, Ipsa gustatio. Cicero 2. de Nat. deor. Nisi forte tanta vbertas & varietas pomorum, eorúmque iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam, & aspectus, dubitationem affert quin hominibus solis ea natura donauerit.

Gustus,

Gustus, huius gustus { γεῦσις } Sensus ipse qui ex gustatione percipitur. Plin. lib. 10. cap. 71, Quóque existimauerim omnibus sensum gustus esse. In vetustioribus codicibus legitur & gustatus.
Acer gustus, Vide ACER.
Gustus acutus & odoratus. Plin. lib. 27. cap. 12.
Gustus astrictus. Plin. lib. 27. cap. 12.
Gustus calidus. Plin. lib. 27. cap. 8.
Gustus amarus cum astrictione, Vide ASTRINGO.
Austerior gustus, Vide AVSTER.

¶ Veræ laudis gustum non habere. Cic. 3. Philip. Vt quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, auari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent.
Gustus non traditur arte. Quintil. lib. 6. cap. 5.

¶ Gustus, pro primo prandij missu siue ferculo. Martialis libro 11. epigr. 32, in Cæcilium,
Gustu protinus has edes in ipso,
Has prima feret, alteráve cœna,
Has cœna tibi tertia reponet. De Cucurbitis loquitur.

Gustatorium, huius gustatorij { ἀντιπάσιον } Locus erat vbi antiqui cœnare solebant. Plin. epist. 101. lib. 5, Gustatorium, grauióque cœnatio margini imponitur.

GVT

Gutta, huius guttæ, fœm. g. { σταγὼν, σταλαγμὸς, βῆλος, λιβὰς, σταγὶς, ῥοπὴ } Minima pars aquæ vel alterius materiæ liquidæ. Plaut. Casina, 5,
Di me & te infelicitent, si ego in os meum
Vini guttam indidi. Plinius lib. 31. cap. 2, Distillantes quoque guttæ in lapides durescunt in antris Coryciis. Plautus Rud. 11. Cicero 2. Tusculanarum,
Ex quo liquatæ solis ardore excidunt
Guttæ. Ex poeta.
Cruentæ guttæ. Ouid. 15. Metam. Vide CRVENTVS.
Frigida gutta per artus fluit. Ouid. 3. Amor. eleg. 13.
Grandes guttæ. Virg. 2. Georg.
Liquentes humorum guttæ. Lucret. lib. 2.
Lucida gutta. Ouid. 4. Fast.
Sanguineæ guttæ. Ouid. 2. Metam.

¶ Instillant guttæ saxa, Vide INSTILLO.

Guttæ sanguineæ manant tanquam de vulnere. Ouidius 2. Metamorphoseos.
Leuibus guttis manántia antra. Ouid. 4. Metam.
Cadentes guttæ pertundunt saxa. Lucret. lib. 4.
Saxa stillant guttis. Lucret. lib. 6.
Cæruleis variantur corpora guttis. Ouid. 4. Metam.
Gutta consilij. Plaut. Pseud. 6,
Quid nunc acturus, postquam herili filio
Largitus dictis dapsilis? vbi sunt ea?
Quæ neque parata gutta certi consilij,
Neque adeò argenti.
Dulcedinis gutta in cor stillauit. Lucret. lib. 4.

¶ Gutta, Macula. Virg. lib. 4. Georgicorum,
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. Id est similibus & aureis maculis quasi guttatim sparsis habentes corpora distincta. De Apibus loquitur.

Guttula, huius guttulæ, penult. corr. Diminutiuum { σταγόνιον. } Plautus, Vt guttulam hauriret ex guttulo.

Guttatim, pen. prod. Adiectiuum { κατὰ σταγόνας. } Plaut. Merc. 4,
cor ædepol miserum meum
Quod guttatim contabescit, quasi in aquam tu indideris salem.

Guttatus, penult. prod. Adiectiuum { σταγονιαῖος } Quod veluti guttas habet. Martial. lib. 5. 11, 4, Et picta perdix, numidicæque guttatæ.

Guttans, guttantis { σταλίζων } Formam participij habet quasi à gutto, guttas, pro guttatim stillare. Plin. lib. 20. cap. 8, Huius folia ambustis vtilia, guttantia astringunt.

Guttur, huius gutturis, pen. corr. neut. gen. { ἀσφάγημος, λαιμὸς, λάρυγξ, φάρυγξ, βόγχος } Ea pars quæ est à faucibus ad iugulum, siue exterior, siue interior sit. Plin. lib. 11. cap. 37, Guttur homini tantùm & suibus intumescit: aquarum quæ potantur, plerunque vitio. Virgilius in Georgicis,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui. Cicero pro Cælio, Vitium ventris & gutturis.
Mobile guttur. Persius sat. 1.
Tumidum guttur. Iuuenal. sat. 13.

¶ Tenui gutture cantat auis. Ouid. 1. Amor. eleg. 13.

Colluere gutture liquido plasmate. Persius sat. 1.
Elisa guttura laqueo fregit. Lucan. lib. 2.
Pandere guttur. Virg. 6. Æneid.
Radere guttur. Iuuen. sat. 6.
Rupit mihi guttura pugno. Ouid. 3. Metam.
Trahere amnem gutture. Id est bibere amnem. Ouid. 15. Metam.
Plenis tumuerunt guttura venis. Ouid. 3. Metam.
Vincire guttura alicuius. Ouid. 10. Metam.

¶ Gutturem masculino genere dixit Plautus in Milite, 11,
mihi nimius calor
Comburebat gutturem.

Gutturosus, penult. prod. Adiectiuum { φαρυγώδης } Cuius guttur tanquam spongia quædam intumescit: ita vt hoc malum, non morbus, sed vitium sit. Vlpianus De ædilitio edicto, Siquis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat.

Guttus, huius gutti, masc. gen. { ῥοῦν } Poculi genus quo in sacrificiis vtebantur, quóque guttatim aqua infundebatur. Plinius libro 16. cap. 38, Curius ita tulit se ex præda nihil attigisse præter guttum fagineum quo sacrificaret.
Pleno componit lintea gutto. Iuuenal. sat. 3.
Guttus, Vas in quod oleum mittitur: dictus quòd guttam mittat. Nam eo vsi sunt Romani in balneis ad vngenda corpora post lauationem. Gell. lib. 17. cap. 8, Guttum Samium ore tenus imprudes inanem, tanquam inesset oleum affere, &c.
Guttus corneus sic loquitur apud Martialem lib. 14. 52,
Gestauit modò fronte me iuuencus,
Verùm Rhinoceratis me putabis. Dicit poeta hunc guttum esse ex cornu iuuenci, sed tanta arte laboratum, vt Rhinocerotis videatur. Hinc & Rhinoceros vocatur à Iuuenale, sat. 7.

Gutturnium, penult. corr. { φορυτρίδιον } Diminutiuum Plaut. Vt guttulam hauriret ex gutturnio.

GVY

GYARVS, Gyari, penult. corr. fœm. gen. vel Gyara, Gyaræ { γύαρος } Vna è Cycladibus insulis cũ oppido, in quod Romani noxios in exilium mittere solebant. Iuuenal. sat. 1,
Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis esse aliquid. Idem sat. 10,
Vt Gyaræ clausus scopulus, paruáque Seripho.

GYAS, Nomen proprium viri Troiani. de quo Virg. Æneid. lib. 5. quo in loco ait Seruius, ab hoc Gya nomen habere Gyganiam Romanorum familiam.

GYGAEVS { γύγαιος } Lacus Lydiæ. Propert. lib. 3. eleg. 11, Lydia Gygæo tincta puella lacu.

GYGES { γύγης } Viri proprium, qui Cæli & Terræ filius fingitur, & frater Briarei, gigas maximus & centimanus.
Centimanus Gyges. Horat. 3. Carm. ode 4.

¶ Gyges, Rex Lydiæ, qui consuluit Apollinem Delphicum, an aliquis esset se fœlicior. Apollo autem prætulit illi Aglaum quendam rusticum & pauperem. De quodam item Gyge, qui annulum præstantissimum habuit, videto Cic. 3. Offic.

Gymnas, gymnadis, penult. corr. fœm. gen. { γυμνὰς } Exercitium. Stat. 4. Syl. 2,
-sic lubrica ponit
Membra Terapnæa resolutus gymnade Pollux. Idē 4. Thebaidos,
Chalcis, & Herculea turpatus gymnade vultus
Amnis. Intelligit Acheloum. Idem 1. Achilleidos,
-exercere proteruas Gymnadas.

Gymnasium, gymnasij { γυμνάσιον } Locus exercitij. Plaut. Amph. 13,
Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia,
Apud emporium atque in macello, in palæstra, atque in foro. Plin. epist. 41, Hoc hybernaculum, hoc etiam gymnasiũ, meorum est. Cic. 1. de Orat. Clamabunt credo omnia gymnasia, atque omnes Philosophorum scholæ sua hæc esse omnia propria.
Gymnasium plenum pueris. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Flos gymnasij. Catull. de Berecynthia, epigr. 58.
Virgineum gymnasium. Propert. lib. 3. eleg. 14.
Indulgere gymnasiis, Vide INDVLGEO.

Quæ vix in gymnasiis & in otio Stoici probant. Cic. in Paradoxis.

Gymnasticus, pen. corr. Adiect. { γυμναστικὸς } Plaut. Rud. 8,
Ex vrbe ad mare hinc prodimus pabulatum pro exercitio
Gymnastico & palæstrico.

Gymnicus, penult. corr. Aliud adiect. { γυμνικὸς } Idem. Plin. lib. 7. cap. 56, Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon inuenit. Sic Cic. 2. Tusc.

Gymnasiarchus, huius gymnasiarchi: & Gymnasiarcha, gymnasiarchæ { γυμνασιάρχης } Gymnasij præses. Cic. 6. Verr. Demolienduũ curauit Democritus gymnasiarchus, quòd is ei loco præerat.

Gymnopodion { γυμνοπόδιον } Genus calceorum muliebrium, apud Pollucem lib. 7. cap. 22. vbi Gualterus Nudipedia vertit, propterea, vt opinor, quòd γυμνὸς nudum significet, & γυμνότης nudipedem.

Gymnosophistæ { γυμνοσοφισταὶ } Philosophi Indorum: sic dicti, quòd nudi incederent: nam γυμνὸς, nudus dicitur. Plin. lib. 7. cap. 2, Philosophos eorum: quos gymnosophistas vocant, ab Exortu ad Occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistere. Porphyrius De abstinentia ab esu animalium libro quarto, Quum Indorum respublica in multas partes distributa sit, genus quoddam sapientum apud ipsos est, quod Græci Gymnosophistas vocare consueuerunt. Horum duę factiones sunt, Brachmanum altera, altera Samanæorum. Brachmanes per generis successionem, non secus ac sacerdotium huiusce modi diuinam sapientiam admittunt. Samanæi selecti quidam sunt, & ex quibusliberi qui diuinæ sapientiæ se tradere voluerint, constant. Eorum vita ad hunc modum est: quemadmodum Bardesanes Babylonius memoriæ prodit, qui maiorum nostrorũ tempestate extitit, cum illisque Indis est versatus, qui cum Dama dami missi ad Cæsarem fuerant: Brachmanes enim omnes vnius sunt generis, ex vnius patris, vniúsq; matris origine omnes deducti. Samanæi verò non ita, sed ex omni Indorum gẽte, vt iam diximus, collecti. Neque igitur sub regno degunt Brachmanes, neque cum aliis munus vllum obeũt. Sed ex ipsis ij qui philosophi sunt, alij in monte, alij apud Gãgem fluuium habitant. Ac montani quidem pomis, & lacte bubulo herbis coagulato vescuntur. Fluuiales ex pomis etiam ipsi victum comparãt, quæ multa apud fluuiũ nascuntur. terra enim ferè semper recentes fructus producit: quin etiam oryzæ copiam sponte procreat: qua si quando poma defecerint, vti quoque in cibo solent. Aliud verò quidpiam degustare, aut alimẽtum ex animatis vel omnino tangere, immunditiæ extremæ atque impietati non dissimile apud ipsos habetur. Colunt deo religiosè ac piè exhibent. Maiorem enim diei ac noctis partẽm hymnis in deos ac precibus dicarunt. Singuli tamen in propriis tugurijs manent: & quàm maximè fieri potest, soli morantur. Simul enim versari Brachmanes, ac multum colloqui non admodum patiuntur, sed quum id forte contigerit, recessione inde facta in multos dies postea non loquuntur. Sæpe etiam ieiunant. Samanæi verò electi, vt diximus, sunt. In quorum collegium quũ quispiam est asciscendus, ad principes ciuitatis, aut vici, cuiuscunque fuerit, accedit: atque ibi bonis suis facultatibúsque omnibus repudiatis, ac superuacua omni corporis parte derasa, stolam accipit. atque ita nulla neque vxoris, neque liberorum, si forte adsint, ratione habita, quasi ad se nihil

omnino amplius pertineant, ad Samanæos recedit. Regi liberorum educandorum, cognatis vxoris cura relinquitur. Vita Samanæorum huiusmodi est: Extra vrbem commorantur, ac totum diem in diuinis colloquiis traducunt, vbi domos & fana à rege extructa habentin quibus œconomi constituti sunt, qui certam quandam mercedem ad cõuenientium alimentum à rege accipiunt. Victus eorum ex oryza & pane, & pomis, & oleribus apparatur. Nam quũ ingressi in domum fuerint, ad tintinnabuli signum Samanæi preces effundũt: quod vbi fecerunt, signo iterum dato ministri singulis lance oblata, duo enim ex eodem vase non comedunt, oryza ipsos pascunt. Siquis varietatem aliquam requirat, olus, aut pomorum quidpiam apponitur: quibus sanè celeriter vescuntur. Tanta autem & ipsi & Brachmanes in veneratione apud alios sunt, vt Rex quoque interdum ad eos accedat, rogétque vt pro statu regionis deum precentur, aut quid agendum sit, consulant. Ipsi autem ita erga mortem affecti sunt, vt viuendi tempus quasi necessarium quoddam naturæ ministerium inuiti sustineant, atque ideo animas à corporibus festinent absoluere: ac sæpe vbi bene se habere conspexerint, nullo malo vrgente, è vita decedant: re tamen aliis prænuntiata: nullúsque sit qui prohibeat, sed omnes eos beatos prædicãtes, suis quisque domesticis morituris mandata quædam tradant, adeò stabilem ac veram & ipsi & plerique animabus inter se post obitũ vitam esse crediderũt. Illi autem vbi mandata sibi commissa perceperunt, corpore in ignem coniecto, vt purissimam à corpore animam secernant, ab omnibus celebrati mortem obeunt. Æquiori enim animo illos amici ac propinqui ad mortem dimittunt, quàm alij homines suos quisque ciues in non admodum lõginquas peregrinationes: ac seipsos qui in vita superstites remanserint, deplorant, illos beant, quippe qui immortalem sortem iam receperint.

Gynæceum, huius gynæcei, penult. prod. {γυναικεῖον} Locus secretior in ædibus, in quo solæ mulieres habitabant. Plaut. Mostel. 9,

-sed senex
Gynæceum ædificare volt hic in suis,
Et balneas, & ambulacrum, & porticum. Terent. Phorm. 5. 6. Cic. 2. Philipp. Syngrapha HS. centies per legatos vires bonos, sed timidos & imperitos, sine reliquorum hospitum regis sententia, facta in gynæceo.

GYNDES {γύνδης} Assyriorum fluuius maximus secundum Euphratem. De quo Seneca libro 3. de ira. Tibull. lib. 4. ad Messalam,

Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaspes
Profluit, aut rapidus Cyri dementia Gyndes.

Gypsum, huius gypsi {γύψος} Id quod ex lapidibus tostis & ambustis exprimitur. Plin. lib. 36. cap. 24, Cognata calci res gypsum est. Plura eius genera, nam è lapide coquitur, vt in Syria, & Thuriis: & è terra foditur, vt in Cypro, ac Perrhæbis: è summa tellure, & Tymphaicum est, &c. Iuuenal. sat. 2,

-quanquam plena omnia gypso
Chrysippi inuenias.

Gypso, gypsas {γυψόω} gypsare, Gypso inducere seu incrustare. Tibull. lib. 3. eleg. 3,

Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coegit
Barbara gypsatos ferre carasta pedes. Colum. Quum deinde modice aruerunt, in vasa noua sine pice operculata & gypsata, ficco loco reponitur.

Pes gypsatus. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Gypsata manus. Cicero Trebatio. lib. 7. 6, Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignouerunt Medeæ (quæ apud Corinthum arcem altam habebat) matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypsatis persuasit ne fibi illæ vitio verterent quòd abesset à patria. Nunc legitur, gypsatissimis: exponúntq; nõnulli, candidissimis.

Gyrus, gyri, masc. gen. {γῦρος} Latinè circulus vel ambitus dici potest. Virg. 5. Æneidos,

Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, septena volumina traxit. Cic. 3. de Orat. Ex ingenti quodam Oratorem immensóque campo in exiguum sanè gyrum compellitis. Idem 1. Officiorum, Homines secundis rebus effrænatos, sibíq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere.

Aerius gyrus. Catull. de Coma Berenicis, epigr. 61.
Terribilis gyrus. Claud. de raptu Proserp.
¶Equus abrumpit gyros medios tremulo poplite. Lucan. lib. 6.
Agere gyros. Seneca Agamemn. 6.
Curuo contendere gyro. Tibull. lib. 4. ad Messalam, eleg. 1.
Dare gyros. Virg. 3. Georg.
Ducit per aera gyros miluius. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Exiguos format per prima volumina gyros. Silius lib. 13.
Ire in gyros coactus equus. Ouid. 3. de Arte amandi.
Parulo vaga vincula gyro spargere. Valer. 6. Argonaut.
Bruma niualem interiore diem gyro trahit. Horatius 2. Serm. satyra 6.
Volat ingenti gyro. Virg. 10. Æneid.
Ancipiti gyro volui. Stat. 10. Thebaid. de serpente.

Gyro, gyras: vnde Gyratus, penult. prod. Adiectiuum. Plinius lib. 5. cap. 10. Ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosam. De Alexandria vrbe Ægypti.

GYTHEVM {γύθειον} Oppidum quod Hercules & Apollo depositis eo loci simultatibus communi opere condiderunt. Cic. 3. Offic. Classem Lacedæmoniorum quæ subducta effet ad Gytheum. Liu. 4. belli Macedon. Gytheum omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum. Ex Hermolao in Plinium.

Gytheates, penultima producta {γυθεάτης} Populi in eo habitantes. Plinius libro 4. cap. 5,

H

H NOTA est antiqua, id interdum significans quod Hodie. Cic. Attico, lib. 13. 287, Cum Balbo autem puto te aliquid fecisse H.

H aspiratio dicitur à Cicerone in Oratore, quum inquit, Quin ego ipse quum scirem ita maiores locutos esse, vt nusquam nisi in vocali, aspiratione vterentur, loquebar sic, vt pulcros, & Ceregos, triumpos, Cartaginem dicerem: aliquando, idque ferè, conuitio aurium quum mihi extorta veritas esset, vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruaui. Gellius libro 2. cap. 3. H literam, siue illam spiritum magis quàm literam dici oportet, inserebãt eam vetereς nostri plerisque vocibus verborum firmãdis roborandísque, vt sonus earum esset viridior, vegetiórque. Atque id videntur fecisse studio & exemplo linguæ Atticæ. Satis notum est Atticos ἰῶτα, ϑῆτα, multa itidem alia citra morem gentium Græciæ cæterarum inspirantes primæ literæ dixisse. Sic lachrymas, sic sepulchrum, sic ahenum, sic vehemens, sic inchoare, sic hallucinari, sic helluari, sic honera, sic honustum dixerũt. In his enim verbis omnibus, si literæ seu spiritus istius nulla ratio visa est, nisi vt firmitas, & vigor vocis quasi quibusdam neruis additis intenderetur.

H litera, in varias literas mutatur. nunc in B, vt quæ prius Helena fuit, apud Romanos Belena dicebatur. Nunc in V, vt Hesper, Vesper. Nunc in F, vt Hanula, Fanula. Nunc in S, vt quod olim Exsibeant, modò exhibeant dicimus.

Ha {ἆ} interiectio corripientis, siue admonẽtis ne quid fiat, néve quis in re cœpta progrediatur. Plaut. Trinum. 14,

Heus tu asta ilico, audisne tu. s. non sto. c. at ego te stare volo.
s. Quid si egomet te velle nolo? c. ha, nimium
Stasime fæuiter. Idem Mostel. 16.

Ha ha he, interiectio risus, inquit Donatus. Terent. Eunucho, 3. 1. Idem Phorm. 2. 3,

-abduce hanc, minas quinque accipe. P. ha ha he, homo suauis.

Habena, habenæ, penult. prod. {ἡνίοχος, ἡνίοχος, ἡνίοχος, ἡνιοχεύω, ἡνιοχεύω, ἡνίοχος} Retinaculum & frænum quo equus cohibetur. Virgil. 9. Æneid. Ipse ter adducta circum caput egit habena.

Liber habenis equus. Virg. 3. Georg.
Grauidæ habenæ balearis fundæ. Stat. 10. Thebaid.
Pressæ habenæ. Virg. 11. Æneid.
Comprimere habenas cursus. Ouid. 6. Metam.
Laxas dare habenas. Virg. 1. Æneid.
Flectere habenas aliquá. Ouid. 2. Metam.
Immittit habenas classi. Virg. 6. Æneid.
Moliri habenas. Vide MOLIOR.
¶Habena, Scutica. Horat. 2. epist. 2,

In scalis latuit metuens pendentis habenæ.
Habena vel ferula cædi. Vlpianus in l. Cum aliter. §. Impubes. D. de S. C. Siliano.

¶Laxissimæ habenæ amicitiæ. Vide LAXUS.
Rerum habenæ tradunt Hasdrubali. Silius lib. 1.

¶Habena, pro Potestate & facultate. Virg. 12. Æneidos,

Terribilis sæuam nullo discrimine cædem
Suscitat, irarúmque omnes effundit habenas. Vbi Seruius, Habenas, Potestatem, facultatem: Et premere, & laxas scitet dare iussus habenas. Cic. 1. de Orat. Senatũ seruire populo, cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem quasi quasdam habenas, tradidisset? Ibidem, lib. 3, Legum habenæ. Ex poeta.

Habenas abducere vel remittere. Vide ABDUCO.
Effusis charitatis habenis amauit Hipsicratea regina Mithridatem coniugem suum. Valerius Maximus libro 4. capite 6. vbi de Hipsicratea.

Immissis habenis furit Vulcanus. Virg. 5. Æneid.
Regere habenas. Ouid. 1. Fastorum,

-Vates rege vatis habenas.

Habenula, penult. corr. Diminutiuum.

Habenula, apud Celsum. lib. 7. cap. 20, Ab ora quoque eius vulneris quod in inguine est, demenda habenula paulo latior est, quo maior plaga sit. Idem lib. 7. cap. 7, Tenuis habenula ab vlteriore ora excidenda. De palpebris procidentibus.

Habentia, habentiæ {ἐχεγγύη} antiquis dicebatur, sicut à sapio, sapientia, significat autẽ ipsum habere, & diuitem esse. Claudius lib. 7, Animos eorum habentia inflarat. Sipontinus ex Nonio.

Habeo, habes, habui, habitum, penult. corr. {ἔχω, ἕξω, ἔσχηκα, σχέσω} habêre, proprie significat quod Græci dicunt ἔχειν. Plaut. Aulul. 7,

Virginem habeo grandem, dote cassam, & illocabilem.

¶Habere, pro Tractare & afficere, vt Habere miserrimum, id est miserrimè tractare. Plaut. Casina, 13. Terent. Hecyra, 2. 3,

Nunquam secus habui illã, ac si ex me esset nata. Idem Adelph. 1. 1,
Ruri agere vitam: semper parcè ac duriter
Se habere. Plaut. Menæch. 4. 8,
Nimium te habui delicatam.

Durius aliquem habere: id est, tractare. Vlpian. in l. 2. D. De iis qui sui vel alien. iuris sunt.

¶Ægrè habere, Ægrè ferre. Plaut. Bacchid. 22. Liuius 7. ab Vrbe, Ita ægrè habuit filium id pro parente ausum, eóque id, &c.

Habet

Habet illum arctè, contentéque. Hoc est, durius & arctius agit cũ illo. Plaut. Asin. 3,

Quanquam illum mater arctè contentéque habet,
Patres vt consueuerunt.

¶Habere, Detinere. Sallust. in Iugurtha, Neque flumen, neque mons erat qui fines eorum discerneret, quæ res, eos magno diuturnóque bello inter se habuit.

Habet eos somnus. Ouid. 6. Fast.

¶Habere aliquem in luce, vel tenebris, pro Continere. Celsus lib 3. cap. 18. de phreneticis, Ferè verò antiqui tales ægros in tenebris habebant, eo quòd eis contrarium esset exterreri: & ad quietem animi tenebras ipsas conferre aliquid, iudicabant.

¶Habere, pro Censere. Sueton. in Augusto, cap. 23, Diémque cladis quotannis mœstum habuerit, ac lugubrem. Budæus.

¶Habere, pro Habitare. Sallust. in Iugurtha, Sed qui mortales in initio Africam habuerint.

Habet se erga ædem, pro Habitat. Plaut. Trucul. 8,

Syram nouisti nostram quæ erga ædem sese habet? Ibidem, 3.
Quæ regio Anchisen, quis habet locus? Virg. 6. Æneid.

¶Habeo, pro Possum. Cic. ad Atticum, lib. 2. 38, De Rep. nihil habeo ad te scribere. Liuius lib. 2. Decad. 5, Illud infirmare pro certo habeo, audeóque.

¶Habere, pro Reputare. Quintil. lib. 7. cap. 47, An habendum sit adulterium in lupanari.

¶Habere, Solicitè seruare. Cato, Villica villam conuersam, mundámque habeat.

¶Hæc habui de amicitia quæ dicerem, Hoc est, tantum hæc mihi de amicitia erant dicenda. Cic. de Amicit.

¶Sicuti pleraque mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta est. Hoc est, Vt solet accidere rebus hominum. Sallust. in Catil.

¶Habeo precari apud deos immortales, pro Precandum est mihi. Suet. in August. cap. 58, Quid habeo apud deos immortales precari, quàm vt hunc consensum vestrum, ad vltimum vitæ finem mihi perferre liceat?

Habeo audire: Id est, audiendum est mihi, inquit Valla lib. 5. Cic. de Orat. Audire habeo quid hic sentiat.

De Republica nihil habeo ad te scribere, nisi summum odium omnium hominum in eos qui tenent omnia. Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 22. Id est, nihil habeo quod scribam.

¶Deponendum. Plin. lib. 10. cap. 55, Iulia Augusta, prima sua iuuenta Tiberio Cæsare ex Nerone grauida, quum párere virilem sexũ admodum cuperet, hoc vsa est puellari augurio: ouum in sinu fouendo, atque quum deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo.

Præcipiendum habeo. Colum. lib. 5. cap. 5, Eatenus habemus præcipiendum, vt intelligant agricolæ, siue, &c.

Respondendum habere. Tacit. in Dialogo Orat. Quum in aliquam inuidiam, aut crimen vocati sua voce respondendũ haberent.

Tolerandũ habere. Tacit. lib. 4. Videtur (inquit Rhenanus) imitatione Græca dictum, vt illud epigrammatẽ 3. οὐκ ἔχω δ' ὅτι οὐκ ἔω, hoc est, non potui cognoscere. Itaque hoc in loco expone, Tolerandum haberet, pro posset tolerare vitam in penatibus isdem.

¶Deportatum. Cic. 5. Verr. Quum illud edictum reperiẽt huberrimum, & quæstuosissimum nascitur, vt ante Cal. Sext. omnes decumas ad aquam deportaras haberent.

¶Habere accessum ad aliquem. Colum. lib. 7. cap. 12. 4.

Acerbum aliquem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 4, Eo die acerbum habuimus Curionem. Id est, resistentem nobis, siue aduersantem.

Actionem habere cum aliquo, Id est aduersus aliquem. African. in l. Rem mihi. D. Commodat.

Aditum habere dicitur locus. Cæs. 3. bel. Gal. Idem 2. bel. Ciuil. Massilia enim ferè ex tribus oppidi partibus mari alluitur: reliqua quarta est, quæ aditum habet à terra.

Aditum habere ad pastum, Vide ADITUS.

¶Aditum ad aliquem, per translationẽ, pro Facilè cum aliquo cõgredi & colloqui. Cic. ad Curium, lib. 13. 60, Sed vt quàm facillimos ad te aditus haberet. Idem ad Atticum, lib. 4. 77.

Adiutorem. Horat. 1. Serm. sat. 9.
Admirationes, Vide Admiror.

Habet hæc res admirationem. Plin. lib. 10. cap. 32, Nidi halcyonum admirationem habent.

Æquitatem habere. Vlpian. in l. Illud. D. De tribut. action.

Habere ætatẽ procul à Rep. Sallust. in Catil. Igitur vbi animus ex multis miseriis atque periculis requieuit: & mihi reliquam ætatem à Repub. procul habendam decreuit, non fuit consilium socordia atque desidia bonum otium conterere.

Satis ætatis & roboris habere. Cic. pro Rosc. Amer. Fori iudiciísque rationem Messala, vt videtis Iudices, suscepit: qui si iam satis ætatis atque roboris haberet, ipse pro Sext. Roscio diceret.

Habere bene ætatem suam. Plaut. Merc. 10. Id est, lautè viuere dũ in ea est ætate.

Alienationem alicuius rei. Id est, facultatem alienandæ rei. Paulus in l. Si socius. D. Si cert. petat. Quia suæ partis tantum alienationem habuit.

Amicum. Cicero de Amicit. Idem ad Attic. libro 1. 13, Qui miseros publicanos quos habuit amantissimos sui, tertium iam mensem vexat.

Pro ancilla. Plaut. Bacch. 1,

-ne hanc ille habeat pro ancilla sibi.

Animum alienum ab aliquo. Cic. de Amic. Ab altero propter probitatem eius, non nimis alienos animos habemus.

Bonum animum. Plaut. Aulul. 7. Liu. 6. ab Vrbe, Consolans inde filiam Ambustius, bonum animum habere iussit.

Magnum animum & spem bonam. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2.
Quietum animum. Plaut. Casina, 8.
In animo. Cic. pro Rosc. Amer. Nam istum exhæredare in animo habebat. Idem ad Att. lib. 1. 12. Cato de Re rust. Prædium quum comparare cogitabis, sic in animo habeto, vti ne cupidè emas. Id est memento ne, &c.

Animum intentum. Cic. de Senect. Intentum enim animum tãquam arcum habebat: nec languescens succumbebat senectuti.

Annos. Quintil. lib. 6. cap. 4, Dicenti triginta se annos habere.

Anxium me hæc res habet. Plin. epist. 33.

Habere in armis, pro Cogere esse in armis. Liu. lib. 10, Semper eos accolæ Galli in armis habebant.

Artes in complexu. Plin. in Paneg.

Artem differendi. Cic. 1. de Finib. Differendi artem nullam habuit.

Habere attonitum, pro Reddere. Seneca epist. 111.

Auratam mulierem, pro Eleganter eam vestire. Plaut. Menæch. 17,

Quando te auratam & vestitam bene, ancillas, penum
Rectè præbet: melius sanam est mulier mentem sumere.

Authorem Ciceronem, pro Imitari Ciceronem. Terent. in Prolog. And. 19,

Nævium, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster authores habet.

Authoritatem. Cic. de Senect. Quo maiorem authoritatẽ haberet oratio. Id est pluris fieret.

Authoritatem apud aliquem. Cæsar 3. bell. Ciuil. Eundémque apud Cn. Pompeium authoritatem habere intelligebat. Vide AVTHOR.

Minimam authoritatem. Cic. 2. de Finib. Nescio quomodo is qui authoritatem minimam habet, maximã vim cum illis populis facit.

Habet aunculum C. Septitium. Plin. epist. 33. Hoc est, Est illi auunculus, &c.

¶Bellè habere, Sanum esse. Cic. ad Tironem, lib. 16. 13, Is etsi mihi nuntiauit te planè febri carere, & bellè habere.

Bene habet. Liu. lib. 19, Bene habet, inquit, & poculo impauidè exhausto, haud ita multo pòst expirauit.

Pro beneficio habere. Brutus Ciceroni, 16, An hoc pro beneficio habendum est, quòd se quàm Antonium esse maluerit, à quo ista petenda essent, vindici quidem alienæ dominationis, non vicario?

Habere in bonis, Inter bonas dotes. Cic. 3. de Finib. Si vllam aliam probauissent, præter eam quæ nihil aliud in bonis habet, nisi honestum, nihil turpe in malis?

In bonis rebus, pro Inter bona numerare. Cic. Parad. Voluptas (quæ plurimorum patrociniis defenditur) in rebus bonis habenda non est.

¶Bonum cælum ager habere dicitur Catoni, qui habet salubrem aerem, aut situs est in aere salubri.

Habere castra ad, pro Castrametari. Cic. ad Att. lib. 5. 108, Quum dies quinque ad Cybistra Cappadociæ castra habuissem, certior sum factus, &c.

Castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum. Cic. Catoni lib. 15 cap. 4.

Prope muros castra habere. Cic. 2. de Inuentione, Auxilia quædam in oppidum recepit, si foris essent, quòd prope muros castra hostes haberent.

Casum habere dicitur res aliqua. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 18, Ea nunc magnam affert solicitudinem, magnúmque habet casum.

Causam: Hoc est ius, & occasionem. Plaut. Asin. 13,

Nolo habere illam causam, & votitam dicere. Cæs. 1. bell. Gall. Quũ neque aditum, neque causam postulandi iustam haberet. Cic. Attic. lib. 9. 188, Habere causam veram.

Censum. Cic. 4. Verr. In censu habendo potestas omnis existimationis habendæ, summæque faciundæ Censori permittitur.

Certandum cum aliquo. Plinius epistol. 7. Vbi rectius legitur certamen.

Certamen cum aliquo. Liu. 9. bel. Maced. Magno certamine cum Prætore habito, tenuerunt causam.

Certi aliquid habere. Cic. 1. de Nat. deor. Profectò eos ipsos qui se aliquid certi habere arbitrantur, addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re tanta dissensio.

Certamen rem habere. Cic. 4. Acad.

Pro certo. Cic. ad Brutum, 5, Neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus.

Charum aliquem habere. Terentius Andr. 1. 5. Cicero de Senect. Metuebant eum serui, verebantur liberi, charum omnes habebant: vigebat in illa domo patrius mos & disciplina.

Bonum ciuem. Cic. ad Lentulum lib. 1. 9.

Habere cogitationem alicuius, Id est Respectum ad. Seneca de Benef. Nullam mei cogitationem habuit.

Habere cognitum. Cic. in Bruto, Mihi videbar habere cognitum Scæuolam ex iis rebus, quas audiebam sæpe ex C. Rutilio. Id est, cognouisse. Paulo enim pòst sic ait: Mihi videor bene Crassum & Scæuolam cognouisse.

Cognomen sapientis. Cic. de Amic. Cato, quia multarum rerum vsum habebat, multa eius & in Senatu & in foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acutè, ferebãtur. Propterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis.

Colloquia. Cæsar 3. bel. Ciuil. Crebráque inter se colloquia milites habebant.

Comitia Sallust. Igitur Comitiis habitis, Consules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Habere comitia dicebatur is qui Comitiis præerat designandis magistratibus. Cic. 1. de Diuinat. Comitia Consulibus rogandis habuit.

Commendatos. Trebonius ad Ciceronẽ, lib. 12. 16, Matrem meósque tibi commendatos habe.

Commercium cum aliquo, Versari. Cic. 1. Tuscul. Quis est omniũ qui modò cum musis, id est cum humanitate & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quàm illum tyrannum?

Habeo complere. Plin. lib. 18. cap. 31, Vnus frondator quatuor fron-

darias fiscinas complere iustum habet.

Compertum, Certò scire. Liu.6.ab Vrbe, Compertum habebat facilem pedibus ad murum transitum dari.

Pro comperto, Idem quod Habere compertum. Liu.7.bel.Pun.

Comprehensam animo sententiã aliquam. Cicero 4.Acad. Quancunque verò sententiam probauerit, eam sic animo comprehensam habebit, vt ea quæ sensibus.

Nihil comprehensi habere. Cic.4.Acad. Cur has igitur sibi tam graues leges imposuerit, quũ quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehensi, percepti, cogniti, constituti?

Concilium. Plaut.Milit.10. Liu.9.bell.Pun. Exemplo Gallorum & Ligurum concilium habuit.

Concionem, Est, vt ait Gellius lib.13.cap.14. verba facere ad populum sine vlla rogatione. Plaut.Menæch.10. Cic.ad Atticum, lib.4.70. Quo s. c. recitato, continuò populus more hoc insulso, & nouo plausu, eo nomine in recitando dedisset, habui concionem. Vide CONCIO.

Concordiam cum aliquo. Plin.lib.34.cap.14, De magnete lapide, suo loco dicemus. concordiáque quam cum ferro habet.

Conscientiam conditionis suæ. Traianus ad Plinium, epist.247.

Conscium. Liu.8.bell.Maced. Nequem cõscium suorũ haberet, &c. Id est, nequis suorum sciret & cognosceret.

Consilium, Id est consultare. Cæsar 4.bell.Gall. Cic.Attic.lib.12. 260, Ipse Romam veniremus, vt vnà essemus, si satis consilium quadam de re haberem.

In consilio aliquem, pro Consilium ab eo petere. Plin.epist.20.

Conspectum, Conspicere. Colum.lib.1.cap.6, Villico iuxta ianuam fiat habitatio, vt intrantium, exeuntiúmque conspectum habeat. Id est, vt intrantes & exeuntes videãt.

Constitutum. Cælius ad Ciceronem, lib.8.5, Tametsi hac de re puto te constitutum quid facturus esses, habere.

Continenter aliquem habere, Vide CONTINEO.

Controuersias. Cæsar 6. bell.Gall. Huc omnes vndique qui controuersias habent, conueniunt, eorúmque iudiciis decretísq; parent.

Controuersias inter se. Cæsar 5.bell.Gall. Ii perpetuas controuersios inter se habebant vter alteri anteferretur: omnibúsque annis de loco summis simultatibus contendebant.

Controuersiam cum alio. Cic.ad Brutum, 6, Flauius noster de cõtrouersia, quam habet cum Dyrrhachinis hæreditariam, sumpsit te iudicem.

Controuersiam cum aliquo habere de re aliqua. Cicero Seruilio, lib.13.70. Peto igitur à te, vt in ea controuersia quam habet de fundo cum quodam Colophonio, & in cæteris rebus, &c.

Conuiuium, pro Facere. Plin.lib.7.cap.53. Plautus Casin.28, Cras habuero vxor ego tamen conuiuium.

Habeo conuenire. Cic.de Senect. Neque verò eos solùm conuenire habeo quos cognoui, sed etiam illos de quibus audiui & legi. Id est conueniendum est mihi, vt ait Valla lib.5. Ex antiquo codice legimus conuenire aueo.

Cornua. Propertius libro secundo. De Io, quam Iuno in vaccam mutauit.

Culpam. Plautus Sticho, 7, Meam culpam habeto, nisi perexcruciauero. Hoc est, mihi imputato, dicas mea culpa esse factum, nisi, &c.

Cultu liberali aliquem habere. Liu.lib.5.Decad.5, Filiam cum minore filio à Samothrace accitos Amphipolim, omni liberali cultu habuit. Id est, tractauit.

Curæ rem aliquam. Plaut.Menæh.22.

Curatum bouem. Cato cap.5, Boues maxima diligentia curatos habeto.

Curam vestri habeo. Gellius lib.20.cap.5, Percunctabar Apollinarem Sulpitium, quum eum Romæ adolescentulus sectarer, qua ratione diceretur, habeo curam vestri, aut misereor vestri. & iste casus VESTRI eo in loco, quẽ videretur habere casum rectum. Is mihi ita respondit, Quæris, inquit, ex me quod mihi quoque est iandiu in perpetua quæstione. Videtur enim, non vestri oportere dici, sed vestrum, sicut Græci loquuntur. Et paulo pòst, Inuenio tamen, inquit, non paucis in locis nostri atque vestri dictum, non nostrum aut vestrum.

Curam plebis. Liu.8.bel.Pun.

Curam ferendi. Plin.lib.22.cap.14, Nam & Asiæ reges ferendi curam habuerunt.

In cura aliquid habere. Plin.lib.18.cap.6, Dehinc peritia villicorũ in cura habenda est.

Inter curas. Quintil.lib.9.cap.4.

Cursum secundum habere dicuntur naues. Cæsar 3. belli Ciuil. Neque vllus stare ventus poterat, quin aliquà ex parte secundum cursum haberet.

Cursum habent quædam, & impetum. Quintil.lib.2.cap.13.

In custodia aliquem. Liuius 4.bell.Maced. Cicero pro Lege Manil. Publicanorum familiæ quas in portibus & custodiis habent.

Militari custodia haberi. Tacit.lib.3, Idémque seruos Lepidæ, quũ militari custodia haberetur, transtulit ad consules.

¶Aliquid de aliquo. Terent.Phorm.2.3,

-ibi agrum de nostro patre

Colendum habebat.

In Decurionibus aliquem. Cic.ad Att.lib.2.16. Neque enim ista tua negotia prouincialia esse putabam, neque te in decurionibus habebam. Id est, non existimabam te decurionem esse. Ex vetusto codice legitur Toculionibus.

Delectum, Deligere. Cicero 3. de Finib. Quum enim virtutis hoc proprium sit, earum rerum quæ secundum naturam sint, habere delectum.

Delectum habere, Cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cæsar 1.bel.Ciuil. Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, &c. Cic.in Pisonem. Et ad Att.lib.9.193.

In deliciis habere, significat Vehementer amare. Cicero 1.de Diuinatione, Simia quam rex Molossorum in deliciis habebat, & sortes ipsas, & cætera quæ erant ad sortem parata, disturbauit.

Habere quoque in deliciis, ponitur pro Delicatè fouere. Seneca de Prouid. Bonum virum deus in deliciis non habet: experitur, indurat.

Derelictui vineam. Gell.lib.4.cap.12. Id est relinquere.

Pro derelicto. Cic.ad Attic.lib.8.145, Id ego in eam partem accipiebam: quæ oppida atque oram maximam illum pro derelicto habere: nec sum miratus, cum qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere.

Despicatum, pro Spernere, vel Aspernabilem & contemptum facere. Plaut.Casin.4. Terent.Eunuch.2.3,

-quæ nos nostrámque adolescentiam

Habent despicatam, &c.

Despicatui, pro Despectui, antiqué. Plaut.Menæh.15.

Destinatũ habere. Triphonius in fine l. Tres tutores. D. De adm. tutor. Quum destinatum haberet mutare testamentum.

Deum præsentem, Terent.Phorm.2.2,

Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præsentem deum?

Habeo dictum, Vel dicere. Cic.5.Philipp. De Cæsare satis hoc tempore dictum habeo. Idem 3.de Nat.deor. Hæc ferè dicere habui de Natura deorum.

Pro non dicto. Liu.3.bel.Pun. Id omnium maximè tegendum, occulendum, obliuiscendum, pro non dicto habendum esse.

Diem habere acerbum. Virg.5.Æneid.

Dignum, Hoc est, dignum existimare. Plaut.Asin.3, Præsertim quum is me dignum cui concrederet habuit.

Dignitatem alicui: Hoc est, alicuius dignitatem plurimi facere, Plin.in Paneg.

Dignitatẽ. Cic.2.de Finib. Verùm esto verbũ ipsum voluptatis non habet dignitatem. Hoc est, nullam grauitatem aut potius authoritatem præ se fert.

Diligentiam in re aliquà. Cic.de Amic. Omni igitur hac in re habenda ratio & diligentia est: primùm vt monitio acerbitate, deinde vt obiurgatio contumelia careat.

Antiqua disciplina milites habuerat. Tacit.lib.12.

Disputationem. Cæs.5.bel.Gall. Hac in vtranque partem habita disputatione, quum à Cotta, primísque ordinibus acriter resisteretur, &c.

Habet me sibi documento, Hoc est meo exemplo facit, & me exemplum sumit. Cic. pro Lege agrar. Deinde habeat meipsum sibi documento, quem equestri ortum loco Consulem videt, quæ via facillimè viros bonos ad honorem dignitatémque perducat.

Dolorem. Cic.ad Att.lib.1.3, Terentia magnos articulorum dolores habet.

Dolorem capitis habet. Quintil.lib.2.cap.17.

Dolum. Vlpian.in l.Si quis quũ aliter. D. De verb.obligat. Sed ipsa res in se dolum habet.

Dubium an, vel quin. Plaut.Capt.13,

An tu dubium habebis, etiam sanctè quum ego iurem tibi? Hirtius de bel.Hispaniensi, Et Cæsar quum aciem directam vidisset, non habuit dubium quin media planitie in equum ad dimicandum aduersarij procederent.

Dubia. Cic.4.Acad. Hæc autem habere dubia, neque his ita confidere, &c.

In dubiis habere. Quintil.lib.1.cap.7, Sed totam, vt mea fert opinio, substitatem in dubiis habet.

Pro haud dubio. Liu.8.ab Vrbe, Vt si ducis consilia fauor subsecutus militum foret, debellari eo die cũ Samnitibus potuisse pro haud dubio habitum sit.

¶Habere alicui edictionem, Facere edictum vel pronũciare. Plaut. Pseud.4,

-heus vobis mulieres hanc edictionem habeo.

¶Effectum. Plin.lib.23.in Proœmio, Eadem cum oleo sæpius pilis illitis, psilothri effectum habet. Nomen est hoc loco effectum: hoc est vim & facultatem.

Habere effectum, Participium: pro aliquid effecisse. Cæs.7.bell. Gall. Idque se iam propè effectum habere.

Effigiem rei alicuius. Plin.lib.12.cap.5, Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet.

Excusationem. Cic.de Senect. Atmorositas tamen, & ea vitia quæ dixi, habent aliquid excusationis.

Ex ingenio aliquid habere. Quintil.lib.2.cap.5.

Exemplum bonorum. Terent.in Prolog.Heaut.

Habet bonorum exemplum quo exemplo sibi

Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.

Exemplum alicuius rei. Cæsar 7.bel.Gall. Cuius rei exemplum si non haberemus, tamen libertatis causa institui, & posteris prodi, pulcherrimum iudicarem.

Exitum celerem. Cæsar 3.bel.Ciuil. Itaque magnarum initia rerũ quæ occupatione magistratuum & temporum solicitam Italiam habebant, celerem & facilem exitum habuerunt.

Ex aliqua parte aliquid habere. Cic.pro Cluentio.

Experimentum habeatur. Quintil.lib.3.cap.45.

Expertem consiliorum habere aliquem. Liu.10.bel.Maced. Itaque expertem eum pater omnium de rebus Romanis consiliorum habebat. Id est, celabat eum, non aperiebat ei sua consilia.

Exploratum habere, Certum, compertum & cognitum. Cicero 4. Acad. Quando igitur potest tibi P. Geminus Quintus videri, quid habes explorati? Vide EXPLORO.

Exploratum de. Cæsar 2.bel.Gal. De numero eorum omnia se habere explorata Rhemi dicebant.

Exploratũ in. Cic.4.Acad. Quid habemus in rebus bonis & malis explorati?

Expositionem suam vtraque pars haber. Quintil.lib.7. cap.3.

Expurgationem

Expurgationem. Plaut.Amphit.11. Id est excusare se.

¶Habere facultatem aliquam ad. Cæsar 3.bell.Ciuil. Vt aliquam Cæsar ad insequendum facultatem haberet.

Factionem testamẽti. Cic. Trebat.lib.7.22, Eas, quas instituisset is, qui factionem testamenti non habuerit.

Factionem habent latrones. Martianus in l. Respiciendum. D. De pœnis.

Edita facinora habent. Liu.lib.9.Decad 4.

Facta similia alicuius habere in se, Factis & moribus aliquem referre. Plaut.Amphit.4,

Et enimuero quoniam formam cepi huius in me & statum,

Decet & facta, moréque huius habere me similes item.

Fas habetur. Quintil.lib.3.cap.8.

Fauor habet aliquem. Tacit.lib.2, Arminium pro libertate bellantem fauor habebat.

Febrem, pro Febri laborare. Cic.ad Gallum, lib.7.27, Quum decimum iam diem grauiter ex intestinis laborarem, neque iis qui mea opera vti volebant me probarem non valere: quia febrim non haberem.

Habere fidem apud aliquem, Credi ab aliquo. Plin.lib.12.cap.14, Tanto minus fidei apud hos pœna, quàm apud illos syluæ habent. Id est, non creditur ab eis.

Fidem alicui, pro Fidere illi, credere quod dicit verum esse. Cicero Cõsulibus, Tribunis plebis, Senatui, populóq; Romano, lib.15.1. Terent.Eunuch.1.2,

Me miseram, forsitan hic mihi paruam habeat fidem.

Fidem nõ habere. Sallust. contra Ciceronem, Neque in hac, neque in illa parte fidem habens. Hoc est infidelis.

Si fidem habeat: Si credere cogatur, si credat, inquit Donat. Terẽt. Eunuch.1.2,

Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi Apud me.

Habeo tibi fiduciam. Plin.epist.299.

Fiduciam alicuius rei. Cæs.3.bel.Ciuil. Quantóque eius amplius processerat temporis, tanto erant alacriores ad custodias qui classibus præerant, maiorémque fiduciam prohibendi habebant.

Fiduciam orationis habere. Quintil.lib.2.cap.15.

Fortunam. Liu.4 bel.Pun. Et habuisset tanto imperu cœpta res fortunam.

Dies fortunam satis habuit. Ouid.3.Metam.

Habeo re fratrem. Terent.Adelph.2.4. Hoc est, fratris loco.

In fuga seruum habere dicitur is, cuius seruus in fuga est. Vlpian. in l.Si seruus seruum.9.Serui.D.Ad l.Aquiliam.

¶Gloriam cum modo habere. Tacit.lib.15.

Habere gratiam dicuntur lapilli & gemmæ pretiosissimæ, & cætera quæ accepta & grata sunt. Plin.lib.20 cap.11, Apio gratia vulgò est: nanque rami largis portionibus per iura innatant, & in condimentis peculiarem gratiam habent.

Gratiam apud aliquem, Alicui gratum esse. Plin.lib.19.cap.1, Candor æquè vt Fauentinis, sed lanugo nulla. Quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet.

Gratiam habere alicui. Quintil.lib.5.cap.10.

Habeo grates Neptuno. Plaut.Stich.7.

Gratiam, vel gratias habere, in animo, quum accepti beneficij mentem memorem, animúmque habemus, & inuicem gratificandi voluntatem. Cic.ad Matium lib.11.27, Quare habeo gratiam Trebatio familiari nostro, qui mihi dedit causam harum literarum. Vide GRATIA.

Gratias. Terent.And.4.4,

-dis pol habeo gratias

Quum in pariundo aliquot affuerunt liberæ.

Gratum. Plaut.Merc.9,

Honoris causa quicquid est quod dabitur, gratum habebo.

Gratissimum habere debitorem. Plin.epist.46.

Grauitatem. Cic.de Amic. Tristitia autem, & in omni re seueritas habet illa quidem grauitatem.

Grauem rem aliquam, pro Magnifacere. Cic.3.Offic.

¶Habemus hominem ipsum. Terent.Eunuch.5.1,

Hera mea tace obsecro, saluæ sumus,

Habemus hominem ipsum.

Honorem alicui, Honore afficere. Plaut.Asin.3. Plin.epist.88.lib.6, Cur ergo quæro? habebat studiis honorem, timebat, pallebat, scribebat. Cicero in Vatinium, Quare ne tibi hunc honorem à me haberi forte mirẽre. Idem Tironi, lib.16.9, Curio misi, vt medico honos haberetur. Idem 14.Philipp. Ex literis enim C. Panſæ, A. Hirtij cos ss. C. Cæsaris Proprætoris de honore diis immortalibus habendo sententias diximus.

Honorem, pro Honores adeptum esse. Cic.1.Verr. Habet honorem quem petimus, habet spem quam proposuimus nobis habemus, &c. Dicitur & cum adiecto. vt Habere honorem statuæ, apud Plinium epist.31.

Honore, pro In honore. Cæsar 5.bel.Gall. Quos præcipuo semper honore Cæsar habuit.

Honorem habere medico, Præmium tribuere, honorarium dare. Cicero Tironi, lib.16.epist 9, Curio misi, vt medico honos haberetur, & tibi daret quod opus esset. De medico loquitur, qui Tironem ægrotum curauerat.

Honores alicui habere. Cicero ad Catonem, lib.15.4, Equidem etiam illud mihi animum aduertisse videor, te non tam res gestas, quàm mores, institutа, atque vitam imperatorum spectare solere in habendis aut non habendis honoribus.

In honore. Cic.ad Att.lib.7.122, Chrysippum verò, quem ego propter literularum nescio quid libenter vidi, in honore habui.

Pro hoste. Sallust.in Iugurtha, Eos ille non pro vanis hostibus, vt meriti erant, sed accuratè & liberaliter habuit.

¶Habeo huic, non tibi. Terent.4.2,

-huic, non tibi habeo, ne erres.

¶Immunitatem. Cæsar 6.bel.Gal. Druydes à bello abesse consueuerunt, neque tributa vnà cum reliquis pendunt: militiæ vacationem, omniúmque rerum habent immunitatem. Hoc est, immunes sunt ab omnibus rebus.

Imperium in beluas. Terent.Eun.3.1.

Impetrandum. Plin.epist.315. Quintil.in Mathematico, Adeò ludibrijs miseræ sum diuersitatis vel necessitatis implicitus, vt impetrandum à vobis habeam odij mei fauorem. Id est (inquit Valla) vt impetrandus mihi sit à vobis odij mei fauor.

Impunè aliquid habere. Terent.Eun.5.7.

Incerta pro certis. Cic.de Senect. Quid enim stultius, quàm incerta pro certis habere, & falsa pro veris?

Incompertum, Vide INCOMPERTVS.

Habere pro indigno. Liuius lib.1.ab Vrbe condit. Etsi antea semper pro indignissimo habuerant, se patrio regno tutoris fraude pulsos, &c.

Infamiam. Cæsar 6.bel.Gall. Latrocinia nullam habent infamiam quæ extra fines cuiusque ciuitatis siunt.

Infestum aliquid habere. Liu.lib.9.Decad.4. Id est infestare.

Ingenium. Terent. Heaut.2.4,

Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua.

Ingrata bona. Plaut.Amphit.4,

Quoniam bona quæ in me fecerunt, ingrata ea habui atque irrita.

Inimicitias cum aliquo. Cæsar 3.bel.Ciuil.

Inimicos. Plaut.Aulul.16,

Ædepol næ tu aula multos inimicos habes.

Aliquem inimicum. hoc est pro inimico. Terent.Eunuch.1.2,

Potius quàm te inimicum habeam, faciam vt iusseris.

Habet intentum hæc cura me. Liu.6.bel.Pun.

Instar actionum habent quædam stipulationes. Vlp.in l.Si ambo. D. De compensationibus.

Intimum aliquem, Hoc est, maximè amicum. Terentius Eunucho, 1.2,

Te interea-loci cognoui.ture scis, post-illa quàm intimum

Habeam te, & mea consilia vt credam omnia.

Iter, pro Iter facere. Terent.Eunuch.5.9,

-nihil quod dicas mihi

Alium quærebam, iter hac habui: periisti.

Irer ad legiones. Cæsar 1.bel.Ciuil. Cn. Pompeius pridie eius diei ex vrbe profectus, iter ad legiones habebat.

Iter habere, significat propriè, vt ait Valla lib.5, iter aliquem esse facturum. Cicero ad Qu.frat.lib.2.8, Videre autem volebam, quòd eram postridie Roma exiturus, & quòd ille in Sardiniam iter habebat. Idem ad Pompeium in epist.ad Atticum, lib.8.159, Aliísque complures, Cæsarem iter habere Capuam.

Iter habere, pro Habere viam, vt Iter habeo expeditum: Id est, Iter per quod eũdum mihi est, expeditum habeo, & sine vllis impedimentis. Cæs.3.bel.Ciuil.

Iter aliud habere, pro Habere aliam viã. Cæs.1.bel.Gal. Propterea quòd iter haberent nullum aliud.

Iudicium non habere. Cic.pro Planc. Hercule me confitear non iudicium aliquod habuisse de Reipub.vtilitate, sed hominibus amicum, aut inimicum fuisse.

Ius actionis habeo. Quintil.lib.3.cap.6.

Ius abdicandi habere. Quintil.lib.3.cap.6.

Ius habere in omnes. Lucan.lib.7.

¶Lacrymas ex miseratione habere. Quintil.lib.6.cap.1.

Laudem habere de aliquo. Ouid.epist.16.

Habeto laudationem istam tibi. Cic.pro Flacco, Tu verò tibi habeto istam laudationem: nec enim Æmonensium testimonio Flacci vita & dignitas nititur.

Habere alicui laudem, pro Laudare. Tacit.lib.1, Laudes & grates reuersis legionibus habentem.

In laudibus. Plin.lib.22.cap.22, Bupresti magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere.

Liberaliter habere, Vide LIBER, liberi.

Licentiam. Plaut. Trinum.14.

Lites cum aliquo. Cic.4.Acad. Mecum verò quid habent litium, qui ipsorum disciplinam sequor?

Literas ab aliquo. Cicero ad Brutum, 10, Nullas adhuc à te literas habebamus, ne famam quidem quæ declararet, &c.

Literas ad. Cic.ad Attic.lib.2.28, Tu si literas ad Scyonios habes, ad uola in Formianum.

Locum. Cic.2.de Orat. Genus hoc leuius, & vt dixi, mimicum: sed habet nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, vt vel non stultus quasi stultè cum sale dicat aliquid.

Loco filij habere aliquem. Plancus Ciceroni, lib.10 24, Vel quòd ex tam insigni amicitia mea atque Cæsaris, hunc filij loco & illius & vestro iudicio substitutum non perinde habere, eurpe mihi videtur.

Loco mercis. Plin.lib.33.cap.3, Antea enim hic nummus ex Illyrico aductus mercis loco habebatur.

Nullo loco habere rem aliquam, pro Nihili facere. Cicero 2.de Legib. Lege autẽ carens ciuitas, ẽstne ob ipsum habenda nullo loco?

In loco. Cic.2.Philipp. Cur eos habes in loco patrui? Id est tanti, quanti patruum, facis?

Loco parris. Brutus ad Atticum, in epist.ad Brutum, 17, Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est, quàm eum parris habere loco, qui ne liberi quidem hominis numero sit?

Luculentè diem aliquem, Luculenter viuere illo die. Plaut. Epid, 3, -eamus intrò ad te, vt hunc hodie diem luculentè habeamus.

Ludibrio aliquem, Id est irridere, & illudere. Plautus Menæh.9, Qui lubet ludibrio habere me, atque ire inficias mihi,

Facta quæ sunt? Liuius 8.bel.Punic. Senatum ludibrio habet.

Ludibrio sibi habere aliquem. Lucret.lib.5.

¶Habebis malum si, &c. Plaut.Amphit.8,

Verùm tu magnum malum habebis, si hic suum officium facit.

Habere mandata à Pompeio ad Cæsarem. Cæs.1.bel.Ciuil.Habere se à Pompeio ad eum priuati officij mandata demonstrat.
Ad manum aliquid habere. Tacit.lib.3.
In manibus, & sub manus. Cic.ad Attic.lib.4.83, Est enim mihi vrendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos quos in manibus habeo.Id est quos tracto,vel compono.
In manibus concionem alicuius. Cicero ad Atticum, libro 7.128, Habebamus autem in manibus Antonij concionem habitam decimo Cal. Id est legebamus.
Semper in manibus librum aliquem, pro Legere & attrectare semper eum librum. Cic.2. Tusc. Et ad Qu.frat.lib.3.17, Quòd multos dies epistolam in manibus habui propter commorationem tabellariorum.
In manu & tutela, non in seruitio vxores habere. Liuius 4.bell. Maced.
In matrimonio mulierem aliquam.Cic.pro Quint.Nam.P.Quintij consobrinam habet in matrimonio Neuius,& ex ea liberos.
In matrimonio, pro Ducere. Cic.3.de Leg.Cuius in matrimonio sororem auiam nostram habebat.
Habeo me ita. Suet.de Claris grammat. Ciceronis ad Att.verba adducens,De Nitia quòd scribis,si ita me haberem,vt eius humanitate frui possem, in primis vellem illum mecum habere : Id est,si res meæ ita se haberent.
Ita se habet,vt.Cic.de Senect.Quod quidem ni ita se haberet, vt animi immortales essent,&c.
Habet hoc me male, Id est ægrè fero hanc rem. Terent. And.2.6. Vide MALVS.
Habet me ea solicitudo. Plaut.Merc.19,
-dic mihi quæ te nunc habet solicitudo?
Ita me habuit, Id est percussit.Plaut.Aulul.11,
Totus doleo atque oppidò perij, ita me iste habuit senex Gymnasiũ.
Habeto me sibi, Hoc est,Sim illi pro seruo.Plaut.Milite,3.
Habeant me sibi.Plaut.Pœnul.19,
Tum profecto me sibi habeant scurræ ludificis caueis. Id est, patiar vt me irrideant in publicis caueis.
An melius quis habet suadere? Horat.Epod.16.
In memoria. Terent.Eunuch.1.2. Idem And.1.1,
Quod habui,summum pretium persolui tibi.
so.In memoria habeo.
Mentem,Sapere. Cic.4.Acad.Hunc mundum esse sapientem , habere mentem.
Mentionem,pro Facere.Liu.4.ab Vrbe. Quintil.lib.8.in Procem. M.Antonius,cuius suprà habuimus mentionem.
Habere aliquid in metu, Vide Metus,in METVO.
Habere militem antiqua disciplina,pro Tractare secundum seueritatem antiquæ disciplinæ. Liu.lib.5.Decad.5.
Habet me miseram animi,petulantia mea.Plaut.Cistel.10.
Aliquem molestiis misserum , pro Afficere & onerare. Cicero ad Terentiam,lib.14,Omnes molestias & solicitudines quibus te misserimam habui,&c.depofui,& eieci.
Habeo mittendos legatos , pro Opus habeo mittere. Seneca de Benefic.7.
Modum,Rationem imponere & ordinem.Plaut.Curc.7. Terent. And.1.1,
Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum. Vbi Donatus,Modum,moderationem,regimen. Idem Eunuch.1.1,
Here,quæ res in se neque consilium,neque modum
Habet vllum,eam consilio regere non potes. Cic.2.de Finibus.
Molestiam. Cic.ad Tironem,lib.16.11,Habeo etiam illam molestiam,quòd Dolabella noster apud Cæsarem est.
Momentum ab beatam vitam.Cic 4.de Finib.Et quum ad beatam vitam nullum momentum res haberet, ad appetitionem autem rerum esse in his momenta diceret.
Moram. Cassius Ciceroni, lib.12.12,Habeo paululum moræ, dum promissa militibus persoluo.
Habet sibi moræ imperium herile. Plaut.Aulul.17. Id est cunctatur quod iussit herus implere.
Habere aliquid in mora, Vide MORA.
Aliquem mortuum. Cic.ad Cassium,lib.15.17.Nos hîc (tamen ad te scribam aliquid) D. Syllam patrem tuum mortuum habebamus. Id est,ferebatur apud nos patrem tuum esse mortuum.
Habeo hunc morẽ, vel hoc moris,pro Ita consueui.Plautus Capt. 5. Plin.epist.12.
Mores omnes nouos. Plaut.Trucul.14,
-nouos omnes mores habeo,veteres perdidi.
Mos habebatur,principum liberos,&c. Tacit.lib.13.
Mulierem animo vxoris habere. Id est pro vxore. Vlpian.in l. Si vxor.6.Sed si ea.D.Ad leg.Iuliam de adulter.
Multa,pro Diuitem esse. Gell.l.b.9.cap.8.
¶Narrationem habere.Quintil.lib.4.cap.2.
Habere naturam alicuius. Plin.lib.11.cap.26, Chamæleonum stellliones quodammodo naturam habent.
Necesse. Cic.2.de Orat. Hoc opinor primùm , ne quotiescunque potuerit dictum dici,necesse habeamus dicere. Vide NECESSE.
Necesse habet dicere. Quintil.lib.7.cap.3.
Nefas, Nefandum existimare. Cic.3 de Nat.deor.Quartus Nilo pater,quem Ægyptij nefas habent nominare.
Non habeo,pro Nescio. Cicero ad Atticum,De pueris quid agam non habeo.
Notam impudentiæ,Vide IMPVDENTIA.
Negotium.Plaut.Pœnul.4.
Plus negotij habent. Gell.lib.11.cap.14.
Habere in magno negotio , pro Habere curæ. Suetonius in Iul. capite 23.
Noctem plenam timoribus, Tota nocte timere. Cicero ad Tironem, libro 16.14 , Itaque habui noctẽ plenam timoribus ac miseriis.

Nomen habere. Quintil.lib.7.cap.4.
Notum.Plin.epist.239.
Notitiam aliquam dei. Cicero 1.de Legibus, Itaque ex tot generibus nullum animal præter hominem , quod habeat notitiam aliquam dei.
Notitiam fœminæ , pro Rem habuisse cum fœmina. Cæsar 6.bel. Gal.Intra annum verò vicesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus.
Noxæ capitali. Liuius,Neque ea res capitali noxæ haberetur.
Numerum.Plaut.Pseud.15,
Habui numerum sedulò:hoc est sextum à porta proximum
Angiportum. Id est memini & recordor quorum fuerit.
Haberi aliquo numero. Varro de Re rust. Minus se putant despici,atque aliquo numero haberi à domino. Id est,aliquius reputationis & numeri se esse existumant apud dominum.
Habere aliquem in hostium numero, Referre. Cæsar 1.bell.Gall. Reductos in hostium numero habuit.
Haberi in numero bonorum virorum. Cic pro Rosc Amer.
In numero sapientum. Cicero de Amicit.Nam qui septem appellantur, eos, qui ista subtilius quærunt , in numero sapientum non habent.
¶Oblectationem. Cic.4.Acad. Indagatio ipsa rerũ tum maximarum,tum etiam occultissimarum habet oblectationem.
Obstrictos suo beneficio. Cæsar 1.bel.Gall.Et cupiditate regni adductus,nouis rebus studebat, & quamplurimas ciuitates suo sibi beneficio habere obstrictas volebat. Id est,sibi beneficio deuincire.
Obtentum aliquem habere. Tacit.lib.12 , Cupido auri immensa obtentum habebat.
Habere obuiam. Gellius lib.17.cap.4, Eum quum fortè habuisset obuiam.
Occasionem vt. Plaut. Epid.13,
Non habeo vllam occasionem vt apud te falsa fabuler.
Oculos suos in oculis alterius. Plaut.Pseud.13.
Ante oculos habere aliquem, Id est,semper de illo cogitare.Ouid. 2.de Remed.amor.
Odium in aliquem.Cic.pro Cluentio.
Sibi odio habere aliquid.Plaut.Menæch.4.
Offensionem habere dicitur res aliqua. Plin.lib.19 cap.1. Id est, non placet.
Officia alicuius,pro Iuuari ab aliquo. Plin.epist.139,Habuerunt officia mea in secundis,habuerunt in aduersis.
Omnes habere vno ordine. Virg.2.Æneid.
Habet omnia. Plaut.Amphit.8,
Virtus omnia in se habet:omnia adsunt bona,quem penes est virtus. Id est complectitur. Terent.Eunuch.2.2.
Onus habere,Vide ONVS.
Opinionem aliquam de moribus alicuius : Id est,bene existimare de aliquo. Cic.de Amicitia,Quid enim Africanus indigens meî minimè hercle : at ne ego quidem illius, sed ego admiratione quadam virtutis eius , ille vicissim opinione fortasse nonnulla quum de meis moribus habebat,me dilexit.
Opinionem de se falsam habere. Quintil.lib.2.cap.17.
Orationem habere apud aliquem. Quintil.lib.1.cap.1.
Orationem ad populum. Cic.ad Attic.lib.2.16, Octaua quam habui ad populum postridie quàm Catilina profugit.
Orationem cum aliquo. Terent.Hecyra,3.3,
Hanc habere orationem mecum à principio instituit. Cælius Ciceroni,libro 8 , Et quam orationem Pompeius habuerit tecum, &c. fac mihi perscribas.
Ornata cuncta in ordine habere, Vide ORNO.
In ore aliquid. Cic.ad Brutum,17,An quia non omnibus horis iactamus Idus Martias , similiter atque ille Non. Decemb.suas in ore habet,eo meliore cõditione,&c. Hic Cicero quid sit Habere in ore, declarauit,quum iactamus dixit. Idem 2.de Finib.
Ab aliquo otium ad aliquid faciendum habere, Vide AB.
¶Habere pacta cum aliquo , Pacisci & conuenire. Liu.5.bel.Pun. Expositis quæ pacta iam cum Marcello haberent,&c.
Habeo pactam sororem tuam filio. Plaut. Trin.8,
-nunc vt scias hic factiones atque opes
Non esse, neque nos tuam negligere gratiam , sine dote posco ruàm Sororem filio:quæ res bene vortat. habeõ' pactam? quid taces?
Palmam. Plin.lib.14.cap.6, Herturiæ palmam Luna habet , Liguriæ Genua.
Habet partes in hac comœdia seruus, Est etiam comœdiæ interloquutor. Plaut.Amphit.3,
-quoniam hic seruos quoque partes habet,
Sit proinde,vt dixi , tragico comœdia.
In partibus aliquem habere. Tacit.lib.13,Habebat in partibus Pallantem. Hoc est,addictum,fauentémque Pallantem habebat.
Parum habuit hoc facere,Id est,pro nihilo duxit , paruifecit. Sallust.in Iugurth. Tamen hæc talia facinora impunè fuscepisse, parum habuere. Liu.lib.2.Decad.5.
Pecuniam numeratam non habere in præsentiã. Cic.7.Verr.Ille clamare quum raperetur, nihil se miserum feciſſe , nihil commisisse: pecuniã sibi esse in nominibus,numeratam in præsentia non habere.
Pensi habere. Tacit.lib.13. Idem in Dialogo Oratorum , Nec quisquam in tota domo pensi habet ; quid coram infante domino aut dicat,aut faciat.
In perditis & desperatis:pro Habere pro perditis & desperatis.Cic. ad Thermũ, lib.13.57,Is ita sibi persuadet ,quod in tua prouincia negotij habet, nisi te prouinciam obtinente meis commendationibus confecerit,id se in perditis & desperatis habiturum.
Periculum, Esse in periculo. Colum.lib.12.cap.21, Sed periculum habet,ne vitietur vinum si malè cocta sit aqua. Idem l.b.5.cap.9.
Perspectum. Cic. ad Brut.1, Clodij animum perspectum habeo, cognitum,iudicatum.

Persuasum

Persuasum habere. Plin.lib.23.cap.1, At nos è diuerso fumi amaritudine veritatem indui persuasum habemus.
Plura habebam tibi mandare.Ouid.1.Trist.eleg.1.
Ad pœnas aliquid habere. Quintil.in Procem.lib.6.
Habeo polliceri de causa regia,pro Pollicendum est mihi. Cicero Lentulo, lib. 1. 5, De Alexandrina re , causãque regia tantum habeo polliceri , me tibi absenti , tuísque præsentibus cumulatè satisfacturum. Valla. Alij exponunt habeo,pro possum.
Pondus.Cic.ad Brut.14,Quæ autem epistola non pondus habuit? Idem pro Flacco. Sic in Topicis,Persona autem non qualiscunque testimonij pondus habet.
Potestatem summam. Cic. 1. Verr. Ego etiam quæ tu sine Verre commisisti , Verri criminis daturus fum , quòd te non prohibuerit. quum summam ipse haberet potestatem.
In potestatem. Cæsar 1.bel.Ciuil. Quo facilius omne Adriaticum mare extremis Italiæ partibus, regionibúsque Græciæ in potestatem haberet.
In sua potestate.Cic.ad Brut.4,Habúsque in mea potestate,quoad bellum fuit.
In potestate sua aliquem.Cæsar 3.bel.Ciuil.
Potius, pro Præferre. Cæsar 1. bel. Ciuil.Semper se Reipub.commoda priuatis necessitudinibus habuisse potiora. Id est , prætulisse. Sic Liu.8.bel.Pun.
Prædam cum cura habere. Tacit.lib. 15, Si aut gloriã cum modo, aut prædam cum cura habuisser.
Prædæ habere magistratum. Sallust. in Iugurtha, Pars triumphos suos ostentantes,perinde quasi ea honori,non prædæ habeant. Cic. 5.Verr.
Præpositum,pro Præponere. Terent.Hecyr.4.2,
Nam mihi intus tuus pater narrauit modò,quo pacto me habueris
Præpositam amori tuo:nunc tibi,&c.
Præsentem in oculis. Liu.5.bel.Maced.Ibi enim non præsidia modò Macedonum fuisse : sed regiam exædificatam, vt præsens semper in oculis habendus esset dominus.
Præsidium. Cæsar 1.bel.Gal. Vt præsidium quamamicissimũ siquid opus facto esset,haberet.
Habent pretia in odoribus syluæ : Hoc est, odores syluarum sunt in pretio.Plin.in Procem.lib.13.
Pretium,pro Pretio vendi. Plin.lib.12.cap.14, Itaque optimi thuris libra,x v 1.pretium habet.
Persoluere alicui summum pretium. Terent.And.1.1.
Prima quæ suauia. Terent.Heaut.5.2,
Vbi te vidi animo esse omisso,& suauia in præsentia
Quæ essent,prima habere,neque consulere in longitudinem,
Cœpi rationem vt neque egeres,neque vt hæc posses perdere.
Principatum. Plin.lib.20.cap.22, Pythagoras principatum habere ex his,quorum sublime vis feratur,iudicauit. De sinapi.
Priores partes apud aliquem , Priorem esse in eius amore. Terent. Eunuch.1.2,
Sine illum prioreis parteis hosce aliquot dies
Apud me habere.
Pro eo haberi atque si. Vlpian. in l. non erit. D. de iureiurand. Videamus an pro eo habeatur,atque si iuratum non esset.
Probationes in aliquem habere. Quintil.lib.7.cap.3.
Susceptam alicuius procurationem habere. Cic. Paulo, lib. 15.13, Mearum reliquarum rerum, maximéque existimationis meæ procurationem susceptam velim habeas.
Processum aliquem in literis.Sueton.de Claris grammar.
In prodigiis. Plinius lib.7.cap.3,Olim Androgynos vocatos,& in prodigiis habitos,nunc verò in deliciis.
Habeto tibi promissum.Plaut.Asin.5,
Semper tibi promissum habeto hac lege,dum superes datis.
Habeo in promptu , Id est , Prompta est mihi de hac re memoria. Cic. 4. Acad. Oportet igitur & ea quæ pro perspicuitate responderi possunt,in promptu habere.
Promptum aliquid habere.Ouid.3.Metamorphoseos,
-vt vellet promptas habuisse sagittas.
Propitium aliquem.Plin.in Paneg.
Propositionem habere. Quintil.lib.4.cap.2.
Propositum reprehendendi , aut ad,&c. Plin. epist. 196. Cæsar 3. bel.Ciuil.
¶Habere quæstui Rempubl. Hoc est,Cum quæstu Rempubl.moderari.Cic.2.Offic. Idem 5.Verr.Qui non intelligat istum sibi quæstui prædæque habuisse bona,possessiones,fortunas aratorum?
Quæstionem alicuius rei,vel de re. Cicero 11. Philipp.Quum verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerasset,tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ. Idem pro Cluentio. Vide Quæstio,in QVÆRO.
Querimoniam de re aliqua, Conqueri. Cic.7.Verr. Et ita dicam, vt si me in ea querimonia quam sum habiturus de istius crudelitate, & de ciuium Romanorum indignissima morte,&c.
Querelas de aliquo.Cic.ad Q.frat.lib.1.2,Interuenit nõnullorum querelis,quæ apud me de illo ipso habentur.
Quod gaudeamus,vel quid sequamur,habemus. Cic. 4.Academ. Hanc præscriptionem esse naturæ : à qua qui aberrauisset, eum nunquam quid in vita sequeretur,habiturum. Idem 1.de Finib.
¶Habere rationem alicuius. Liu.4.bel.Pun.Et principes plebis ea
-mitia malebant, quibus non haberetur ratio sui, quàm quibus vt indigni præterirentur. Plin. epist. 12. lib. 2,In sortitione prouinciæ rationem eius non habendam.
Rationem non licebat habere absentis, vt Cæsaris , epistola tertia libri septimi ad Atticum : Rei,vt Catilinæ apud Asconium : Iunioris quàm lex annalis requirebat, vt Scipionis apud Liuium lib.50:Magistratus , vt Glauciæ apud Ciceronem in Bruto. cuius ratio , quum Prætor esset , haberi non poterat , quòd duo anni minimùm inter Prætoram & Consulatũ intercedere solerent. Horum,inquam,ratio haberi non poterat, nisi legibus soluti fuissent , aut iudicatum fuisset rationem haberi posse. C. Seruilius Glaucia , inquit ibi Cicero , ex summis & fortunæ & vitæ sordibus in Prætura Consul factus esset,si rationem eius haberi licere iudicatum esset. Asconius in Cic. orat. aduersus Catilinam & Antonium competitores: Catilina,inquit,ex Prætura Africam prouinciam obtinuit , quam quum grauiter vexasset , legati Afri in Senatu iam tum absente illo questi sunt, multáque graues sententiæ in Senatu de eo dictæ sunt. Aliquanto pòst , Professus deinde est Catilina petere se Consulatum. L. Volcatius Tullus Consul consilium publicum habuit , an rationem Catilinæ habere deberet,si peteret Consulatum.nam quærebatur repetundarum. Catilina ob eam causam destitit à petitione. Hæc Asconius.
Rationem cum orco, Vide ORCVS.
Rationem extra ordinem. Seneca de Benef.lib.3.cap.11, Quomodo horum extra ordinem habita ratio est,&c.
Rationem haberis quomodo vnum amiserit.Plaut.Capt.2.
Rationem procreandi.Cic.3.de Finib.Quod primum intelligi debet figura , membrisque corporum, quæ ipsa declarant procreandi à natura habitam esse rationem.
Rationem periculi.Cic.ad Attic.lib.10.197,Iam misso officio,periculi ratio habenda est. Sic Habere rationem dignitatis, Cic. ad Lentulum,lib.1.4.
Habenda ratio valetudinis. Cic.de Senect. Pugnandum tanquam contra morbũ est,sic contra senectutem: habenda ratio valetudinis, vtendum exercitationibus modicis.
Habenda ratio in hac re & diligentiã.Cic.de Amicit.Omni igitur hac in re habenda ratio & diligentia est: primùm vt monitio acerbitate,deinde vt iurgatio contumelia careat.
Rationem aliquam.Cic.7.Verr.
Rationem habere cum terrã , Colere terram cum quãdam veluti agriculturæ ratione. Cic. de Senect. Venio nunc ad voluptates agricolarum : &c. habent enim rationem cum terra , quæ nunquam recusat imperium,nec vnquam sine vsura reddit quod accepit.
¶Rationem habet hæc sententia : Hoc est, rationabilis est,nititur ratione. Vlpian.in l.si seruus seruum.§.Proculus.D ad leg.Aquiliam.
Rationem cum musis, pro Dare operam literis. Cic. ad Atticum, lib.2.20,Cum omnibus musis rationem habere cogito.
Receptum. Liu.1. bel. Maced.Et ipse quum maiorem in angustiis trepidantium edidisset cædem , in temerario incœpto , tutum tamen receptum habuit:quia qui,&c.
Receptum ad suos.Cæsar 4.bel.Gal.Atque ita se collocant, vt si illi à multitudine hostium premantur , expeditum ad suos receptum habeant.
Receptum ad gratiam alicuius. Cæsar 1.bel.Ciuil. Habere se quoque ad Cæsaris gratiam atque amicitiam receptum.
Receptum ad vrbem. Tacit.lib.5, Ne aut Tyrannus quum vellet receptum ad vrbem haberet.
Regnum in cælo.Plaut.Milit.14,
Si hic pridie foret,quàm ille est:hic regnum haberet in cælo.
Regressum. Colum.lib.2. cap.1, Quum semel inuasit senectus,regressum non habet,nec reuirescere,aut repubescere potest.
Religioni, pro Religiosum existimare. Cic.2.Offic. Nec tamen vt hoc fugiendum est, ita habendum est religioni, nocẽtem aliquando & nefarium, impiúmque defendere.
In remediis : Hoc est , Præsidij & remedij vice. Plinius libro 28, capite 1.
Res ita se habet. Cic. 4. Acad. Sed tamen nec ille qui dixit iurare posse,ita se rem habere:neque ego. Terent.Heaut.4.3,
Aperte ita vt sese habet,narrato.
Rem cum aliquo,Negotiari.Plaut.Aul.14. Terent. Eunuch.1.2, Ego cum illo,quo-cum vno rem habebam tum hospite,
Abij huc.
Habe rem pactam sic futurum.Plaut.Pœnul.14.
Habes omnem rem.Terent.Hecyr.1.2,
Habes omnem rem,pergam quò cœpi hoc iter. Id est , audis quomodo res se habeat.
Habeo tibi res solutas.Plaut.Curcul.11,
Ego habeo tibi res solutas rectè,bellator vale. Hoc est,satisfeci.
Scis quomodo tibi res habet? Hoc est,vis dicam quomodo tractãberis , vel quò tandem res redibit? minantis heri particula. Plautus Aulul.4. Terent.Eunuch.4.7,
Scín' tu vt tibi res se habeat? si quicquam,&c.
Rem antiquissimam , quod vulgò dicitur, *Bene charam tenere.* Cic. ad Q.frat.lib.2.5, Orationem meam collaudauit satis multis verbis, nõ me hercle indisertè, Seuerus Antistius, síque iudiciorum causam suscepit,antiquissimámque se habiturum dixit.
Repetitionem habebit à cohæredibus,Id est,ius repetẽdi id quod soluit.Paul.in l.2.§.ex his.D.de verb.oblig.
Respectum. Cic.5. Philip. Itaque quum respectum ad Senatum & ad bonos non haberet,&c. Plin.lib.28.cap.1,Quando ita decretum est,minorem gratiæ,quàm vtilitatum vitæ respectum habere.
Habere reuerentiam alicui.Plin.epist.82.
¶Satis habere.Cæsar 3. bel. Ciuil.Nostri verò qui satis habebant sine detrimento discedere.
Satin' habes si fœminarum nulla est quam æquè diligam? Plautus Amphit.6.
Satis habeo promere vnum exemplum.Gel.lib.13.cap.15. Quintil. lib.9.cap.4,Illud notasse satis habeo.
Se aliter habere,ac sensibus videantur dicuntur res oblatæ.Cic.4. Academ. Neque nos cõtra sensus aliter dicimus ac Stoici, qui multa falsa esse dicunt:longéque aliter se habere ac sensibus videantur.
Se bellé.Cic ad Q.frat.lib.3.24.
Se grauiter. Cic. ad Attic. lib.7.122, Quanquam videbatur,se non grauiter habere,tamen sum solicitus.
Se male.Cæsar 1.bel.Ciuil.
Se munditer.Plaut.Pœnul.4.

• Se parcè habere,pro Rebus suis parcere,nec profundere. Terent. Adelph.1.1,
Ruri agere vitam,semper parcè ac duriter se habere.
Habere aliquid secretum ab altero,pro Eum celare. Liu.lib.9.bel. Maced.
Sedem. Plin.lib.11. cap.37, Superbia aliubi conceptaculum, sed in superciliis sedem habet.
Sedes in Gallia.Cæsar 1.bel.Gal.Sedes habere in Gallia ab ipsis cōcessas:obsides ipsorum voluntate datos.
Senatum,pro Cogere. Cic.ad Q.frat.lib.2 6. Idem 2. de Natura deorum, Quod quum pomœrium posteà intrasset, habendi Senatus causa,&c.
Sermonem, Facere verba, colloqui, commentari. Cic. 1. Tusc. Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo sermone,quem habuit eo ipso die quo excessit è vita.
Sermonem de. Varro 2.de Re rustica, Referā sermones eos,quos de agricultura habuimus nuper. Cic.de Amic.
Sermonem apud populum. Plin.epist.8.
Sermonem cum aliquo. Cic.ad Q.frat.lib.2.8, Ad 111.Id.April. veni ad Quintum , cúmque vidi planè integrum , multúmque is mecum sermonem habuit & perhumanum de discordiis mulierum nostrarum.
Habere in sermonibus,pro Commemorare sermonibus. Liu. lib. 4.Decad.5.
In seruitiis. Plin.lib.18.cap.11. Hoc est inter seruitia seu seruos.
Sibi. Cic. 4. Verr. Iste Epicratis bona Bidinos omnia possidere & sibi habere iussit.
Habeant sibi nomen sapientiæ. Cic.de Amic. Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & obscurum.
Sic habeto, Id est, ita tibi persuadeto. Cic. ad Tironem, lib. 16. 6. Idem in Somnio Scip. Tu verò enitere,& sic habeto, nō esse te mortalem,sed corpus hoc.
De me autem (vt iam de vtroque loquar)sic habetote,&c. Cic.de Amicit.
Sine sic habere,Barbarè dicitur, *Pone casum*. Plaut. Casin.16.
Signum ex arce. Plaut.Pseud.19,
Viso quid rerum meus Vlysses egerit,
Iámne habeat signum ex arce Ballionia.
Sub signo , Diligentissimè seruare tāquam obseratum & clausum. Cic. ad Attic.lib.9.18.1, Nam quum ad hunc locum venissem, euolui volumen epistolarum tuarum, quod ego sub signo habeo, seruóque diligentissimé.
Simulitudinem rei alicuius. Plin.lib.10.cap.47,Olorum similitudinem onocrotali habent.
Simultates cum aliquo. Cic. pro Cluentio, Qui enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius , qui cum matre habebat simultates,hærebat in tabulis publicis reus & accusator,&c.
Societatem cum aliquo, Eandem operam præbere, & eiusdem effectus esse in re agenda. Plin.lib.29.cap.3, Lanæ habent & cum ouis societatem,simul fronti impositæ contra epiphoras.
Solenne. Plin.lib.27. cap.7, Huius ramum Isiaci præferre solenne habent.
Aliquem solicitum,quod & Tenere dicitur. Terent.Heaut.3.1,
-releui dolia omnia,omnes serias,
Omnes solicitos habui. Cic. de Senect. Quarta restat causa , quæ maximè angere , atque solicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis.
Spatium. Cic.1.Offic.Spatium etiam deliberādi habuerunt, quem potissimum vitæ cursum sequi vellent. Terent.And.3.5,
Cur non habeo spatium,vt de re sumam supplicium,vt volo?
Speciem alicuius rei habere. Columel.lib.12.cap.5, Quidam ferri massas exurunt,ita vt ignis species habeant.
Speciem honesti. Cic.3. Offic. Si id quod speciem habet honesti, pugnaret cum eo quod vtile videretur,quomodo ea discerni oporteret? Legitur & Specimen,ex vetusto codice.
Speciem habere in pictura. Quintil. lib.2. cap. 3, Habet in pictura speciem tota facies.
Spem. Cic. 2. Verr. Quam spem nunc habeat in manibus,& quid moliatur,breuiter iam Iudices exponam.
Bonam spem de aliquo. Cic.ad Attic.lib.15.321. Sic de Amic. Qui summam spem ciuium,quam de eo iam puero habuerant,&c.
Spem summam alicui. Cic.pro Quintio.
Spem in aliquo. Cic.ad Terentiam,lib.14.2, In nouis Trib.plebis intelligo spem te habere. Sic Habere spem in virtute. Liu.lib.4.bel. Maced.
Spem positam in virtute. Cic. ad Attic.lib.8.146, In vnius hominis quotannis periculosè ægrotantis anima,positas omneis spes nostras habemus.
Spem repositam in aliquo. Liu.6.bel.Pun.
Spem conceptam ex re aliqua. Liu.5.bel.Pun. Nec huius occasionis spem,milites, fortè temerè, sed ex re ipsa conceptam habeo.
Statua, pro Æstiuare. Liu. 2. bel. Maced. Ibi statiuis Rex per aliquot dies habitis,fluctuatus animo est.
Statutum quid tibi agendum putes. Cic.ad Sulpitium,lib.4 2, Tu, si videbitur, ita censeo facias, vt si habes jam statutū quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum cōsilium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris.
Pro stercore,id est, Nihili pendere. Plaut. Trucul.11.
Studium alicuius rei habere. Quintil.lib.2.cap.18.
Studio,hoc est, Dedita opera. Terent. Adelph.3.3,
Vtrum studióne id sibi habet,an laudi putat
Fore,si perdiderit gnatum?
Subsidio aliquid. Columel. de Arboribus,cap.5, Alteram subsidio habeat,si fortè illa extraordinaria interierit.
Sumptus cum aliquo. Cic. ad Papyrium,lib. 9. 20,In Epicuri nos aduersarij nostri castra conijecimus : nec tamen ad hanc insolentiam , sed ad illam tuam lautitiam veterem dico , quem in sumptus habebas.
Superuacuum. Plin.lib.27. cap.12, Phyteuma qualis sit,describere superuacuum habeo,quum sit vsus eius tantum ad amatoria. Id est, existimo superfluum.
Supplicationem. Liu.8. bel. Pun. Prodigia c o n s s. hostiis maioribus procurare iussi,& supplicationem vnum diem habere.
Suspectum. Liu.2.bel.Maced. Regem ipsum suspectum habebant, pro eius crudelitate,&c.
Súsque déque. Gell.lib.16.cap.9,Súsque déque fero, Súsque déque habeo. Significat autem súsque déque ferre , æquo animo esse , & quod accidit , non magni pendere , atque interdum negligere & contemnere, & propemodum id valet quod dicitur ἀδιαφόρως. Plaut. Amphit.10,
Quæ neque sunt facta,neque ego in me admiss,arguit:
Atque id me súsque déque esse habituram putat?
¶Habeto tacitum hoc tecum: Hoc est,Sileto. Plaut. Pœnul.1.4.
-malè credam,& credam tamen:
Sed hoc tu tecum tacitum habeto.
Tacitè habere aliquid. Liu.lib.2. Decad.5, Et quanquam dissimulare,& tacitè habere id,patique statuerat.
Temperanter vulgus habere. Tacit.lib.4.
Dum habes tempus, Dum vacat , dum licet per opportunitatem. Plaut. Trucul.16. Cic.ad Attic.lib.1.9, Sed tamen distinebar , vt vix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim.
Testes ad aliquam rem. Plaut. Pœnul.16,
Si ad eam rem testes habeam,faciam quod iubes.
Habe tibi,Id est,accipe tibi. Plaut. Menæch.15. Idem Amphit.10,
Tibi habeas,nisi sis stultior stultissimo.
Habe tibi centum mnis: Hoc est,tibi eam relinquo pro minis centum. Plaut. Persa.16.
¶Habere vacationem, Quod nūc Facere dicitur. Cic.4. Acad. Sed quum sacerdotes deorum vacationem habeant : quanto est æquius habere ipsos deos?
Vacationem militiæ, aut alicuius muneris. Plin.lib.7.cap.2. Cic. ad Varronem,lib.9.6, Quæ igitur studia magnorum hominum sententia vacationem habent ; eadem publici muneris , iis concedente Repub. cur non abutamur?
Veniam habere, Vide v e n i a.
Verba vlerò citróque. Cic.in Somnio Scip. Multísque verbis vltrò citróque habitis, ille nobis consumptus est dies.
Habere verecundiam alicuius , pro Eum reuereri. Liu.lib.8. Sic lib. 7.bel.Pun.Imperij verecundiam habere.
Vetustatem. Cic.ad Attic.lib.14.305, Quæ mihi videntur habituræ etiam vetustatem. Id est , quæ longè etiam ad posteros memoriam habitura sunt.
Viam ad aliquem. Plaut. Pseud. 20,
-hic quidem ad me rectā habet rectam viam.
Victoriam. Plaut. Trucul.6. Liu.10.bel.Pun. Quisque toties propè in manibus victoriam habui.
Vim, Pollere viribus. Cic. 1. de Finib. Dolores autem siqui incurrunt,nunquam vim tantum habent,vt non plus,&c.
Habent vim antidoti. Plin.lib.20.cap.3.
Vim habere ad. Cic. 1. Offic. Ad hanc autem rationem,quoniam maximam vim natura habet fortuna proximam,&c.
Vim fœderis. Cic.ad Licinium,lib.5.8, Has literas velim existimes fœderis habituras esse vim.
Vires. Plin.lib.16.cap.32, Non habet vires frutex cinnami in Syriæ vicina peruenienti.
Virtutem alicuius in manibus. Cic.de Amic. Virtutem enim semper amaui illius viri,quæ extincta non est:nec mihi soli versatur ante oculos , qui illam semper in manibus habui : sed etiam posteris erit clara & insignis.
Habet vitium hæc res. Cic.de Amic. Difficile est amicitiam manere , si à virtute defeceris. quod si rectum statuerimus , vel concedere , si à virtute deficeris. quod si rectum statuerimus , vel concedere amicis quicquid velint , vel impetrare ab amicis quicquid velimus: perfecta quidem sapientia sumus,si nihil habeat res vitij.
Voluntatem habere ad aliquem opprimendum. Cic.pro Fonteio, Quod si aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum licentiam , tantum haberent ad dementiendum animi, aut ad fingendum ingenij,&c.
Voluptati habere aliquid. Sallust.in Iugurtha, Et sanè Marius,illóque,alísque temporibus Iugurthini belli, pudore magis quàm malo exercitum coercebat. quod multi per ambitionem fieri aie bāt, quòd à puertia consuetam duritiem , & alia quæ cæteri miseries vocant, voluptati habuisset.
Habere in votis dicimur quod cupimus, pro quo Seneca 3.de Ira, dixit Habere votum.
Vsum. Plin.lib.12.cap.22, Myrobalano in vnguentis similem proximúmque vsum habet palma in Ægypto , quæ vocatur adipsos. Id est , vtimur palmæ Ægyptia in vnguentis eodem modo quo myrobalano.
Vsum ex aliqua re. Cic. 2. Offic. Nam & qui principes inueniendi fuerunt quem ex quaque belua vsum habere possemus, homines certè fuerunt.
Vsum multarum rerum, pro Exercitatum & experientem esse. Cic. de Amic. Cato quia multarum rerum vsum habebat, multa eius & in Senatu & in foro vel prouisa prudenter,vel acta constanter,&c.
Vsum in re aliqua. Cæsar 1.bel.Gal. Quòd non magnum in re militari vsum habebant. Et lib.4. Habere vsum belli.
In vsu quod docemus. Plin.epist.20.
In vsu habere aliquem. Plin.in Paneg. Ac primum neminem in vsu habes,nisi aut tibi, aut patri tuo,aut optimo cuiquam principum dilectum.
Vtilem aliquem , Aliquid emolumenti ex eius opera percipere. Plaut. Cist.1. 2.

Habet

Habet vtilitatem hæc res. Cic.de Amic. Quapropter à natura mihi videtur potius quàm ab imbecillitate orta amicitia, & applicatione animi magis,cū quodam sensu amandi,quàm cogitatione quantum illa res vtilitatis esset habitura.
¶Habere me spero. Terent.Eunuch.5.3,
Si dis placet,spero me habere qui hunc meo excruciem modo.
Habeo quid agam: Hoc est,Scio. Terent. And.3.2,
Teneo quid erret , quid ego agam habeo. Id est , scio quod actūrus sum.
¶Habet quod det. Terent.Eunuch.5.9,
Principio & habet quod det, & dat nemo largius.
¶Habent tibi bene principia. Terent.Phorm.2.3,
Bene habent tibi principia. Id est,procedit quod incœpisti.
¶Habes nescio quid. Plaut.Perf.6.
¶Sic habetote de me: Hoc est, Quod ad me attinet ita intelligitōte. Cic.de Amic. De me autem (vt iam cū vtroque loquar)sic habetote : ego si Scipionis desyderio me moueri negem , quàm id rectè faciam viderint sapientes,sed certè mentiar.
¶Habeatur sanè Orator,sed de minoribus. Cic.de Opt.gen.Orat.
Hoc est existimetur.
Formosus haberi cupit. Horat.1.Serm.satyr.6.
Sapientes atque eloquentes haberentur. Quintilian. in Proœmio libri 1.
¶Habuisse, miserrimum verbum. Plaut. Rud.30,
Miserrimum istuc verbum & pessimum est,habuisse,& nil habere.
¶Habe,Permittentis particula. Plaut.Mostel.16,
Sine te exorem. 1.age,habe,abi impune.
¶Habet. Terent.And.1.1,
Egomet continuò mecum,certè captus est,
Habet. Id est, vulneratus est. Habet enim qui percussus est, & propriè de gladiatoribus dicitur:quia prius alij vident,quàm ipsi sentiūt se percussos. Sic dicitur de eo qui letaliter vulneratus est. Virgil.12. Æneidos,
Hoc habet,hæc melior magnis data victima diuis. Hæc Donatus.
¶Sic habendum est,ita intelligendum. Cic. de Amicit. Sic habendum est,nullam in amicitiis pestē esse maiorem,quàm adulationem, blanditias,assentationem.
¶Amor sceleratus habendi. Ouid.1.Metam.
Habendum & ferendum hoc opus. Plaut. Amphit.4,
Ergo in seruitute expetunt multa iniqua,
Habendum & ferundum hoc opus est cum labore.
¶Habitu optimum. Plaut. Pœnul.4,
-modus omnibus
In rebus soror est optimum habitu.
¶Habui,pro Habui,geminatu u productionis causa, Comicis familiare. Plaut. Asinaria,
Tot reddat spurcas , quot puras habuerit. Eadem planè formula pluuit pro pluit in Historicis reperimus , & fluuidum pro fluidum apud Lucretium. Turnebus.
Habitus,pen.corr.Participium {ἠμφιεσμένος.}
Habita fuerunt mea dona dramata apud illum. Plaut. Trucul.15,
Vt ego lætus sum,& lætitia differor,ita ad me
Magna nuntiauit Chiamus hodie gaudia,mea dona de-
Amata,accepráque habita esse apud Phronesium.
Habita huic fides. Plaut. Asin.9,
Da modò meo periculo.rem saluam ego exhibebo.
Nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam,
Succenseat.
Habita est semper eius soror : Hoc est , existimata est. Terentius Andr.4. 6,
Semper enim eius dicta est hæc, atque habita est soror.
Vt patrem tuum vidi esse habitum : Hoc est,Quantum ego coniicere potui ex habitu & ira patris. Terent.Heaut.2.4.
Habitus est hic tibi honos. Terent.Eunuch.5.7.
Hic pro illo munere tibi honos est habitus.
Habitus irrisus. Plaut.Epid.10.
Habitus magnæ authoritatis. Cæsar 7.bel.Gal.Hic summo in Aruernis natus loco,& magnæ habitus authoritatis.
Habitus ludibrio. Terent.Hecyr.4.1.
In custodiam habitus. Tacit.lib.17,Et sæuitia Galbæ in custodiam habitos in numero legionis composuerat.
Miles in vnum habitus,Hoc est collectus. Tacit.lib.15,Ac dispersō milite,qui in vnum habitus,&c.
Duro imperio habitus. Tacit.lib.12,Móxque vulgus duro imperio habitum,probra,ac verbera intendebat.
Frustra habitus. Tacit. lib. 13, Igitur Corbulo quæsito diu prælio, frustra habitus.
Honor habitus supremis. Tacit. lib. 4, Habitus tamen honor supremis,ossáque tumulo Octauiorum illata.
Honore habitus. Tacit.lib.17,Proximæ tamen Germanis exercitibus Galliarum ciuitates,non eodem honore habitæ.
In leui habitu. Tacit.lib. 18, Quocunque casu accidit,dum atrociora metuebantur,in leui habitum.
In procinctu & castris habiti. Tacit.lib.19.
Auarè habita prouincia. Tacit.lib.13,Damnatus iisdem Cōsulibus Vipsanius Lænas ob Sardiniam prouinciam auarè habitam.
Publicè vsui habitus. Tacit.lib.3,Quod haud perinde publicè vsui habitum quàm exitiosum multis.
Habitus,huius habitus,pen.corr. {ἕξις,σχέσις σωμάτων,κτησεως} Qualitas & forma corporis & cuiuscunque rei. Plautus , Qualis habitus oris. Colum.lib.1,Nam is habitus fossuris magis aptus. Virgil.lib.1,
-cultúsque habitúsque locorum. Cic.6.Verr. Inerāt in illa magnitudine ætas atque habitus virginalis. Virgil.lib.1.Æneidos,
Virginis os habitúmque gerens.
Habitus oris,& vultus. Cic.3.de Finib. Liu.2.ab Vrbe,Idem habitus oris,eadem contumacia in vultu.

Habitus,Cultus corporis,& vestium ornatus. Plin.epist.100.lib.5, Visus est sibi per nocturnam quietem iacēre in lectulo suo compositus in habitu studentis. Liu. lib.7.Decad.4,Cum solenni habitu ante portam occurrunt. Plinius,Quid ad nos lugubri habitu venerat,& capillatior solito?
Habitu aliquo se augustiorem facere. Liu.1.ab Vrbe,Quæ ira sancta generi hominum agresti fore ratus, si seipse venerabilem insignibus imperij feciſſet, cum cætero habitu se augustiorem tum maximè lictoribus duodecim sumptis fecit.
Corporis habitus. Quintil.lib.4.cap.2.
Habitus fortunarum. Horat.de Arte poet.
Vestis habitus. Virgil.8.Æneidos,
-incedunt victæ longo ordine gentes,
Quàm variæ linguis,habitu tam vestis,& armis.
Habitus verborum. Quintil. in Proœm. lib. 8,Res illo verborum habitu vestiuntur.
Opimus corporis habitus, Vide o p i m v s.
Pastoralis habitus, Vide Pastoralis in p a s c o.
Habitus triumphalis. Quintil.lib.10.
Animorum habitus. Tacit.lib.17,Ilsque habitus animorum fuit.
Concipere mente habitum declamantis. Quintilianus libro 1. capite 2.
Constitutus animi habitus. Quintil.lib.4.cap.2.
Habere habitum temporis , Id est Ornatum esse pro ratione temporis. Ouid.1. Trist.eleg.1,
Vade,sed incultus,qualem decet exulis esse,
Infœlix habitum temporis huius habe.
Induere habitum dolentium. Tacit. lib. 4, Habitum,ac voces dolentium simulatione magis,quàm libens induebat.
Mutauerat habitum oris. Lucan.lib.9.
Mutare habitū animi. Quintil.lib.4. cap.2,Difficile est nobis mutare habitum animi semel consti tutum.
Mutare se habitu & loco, Vide m v t o.
Permutare habitum cum aliquo. Quintil.lib.3.cap.7,Vt si in laudē Herculis permutatum cum regina Lydiæ habitum , & imperata (vt traditur)pensa Orator excusset.
Prærendere habitum à cæteris dissentientem. Quintil.in Proœm. libri 1.
Recidere in malum habitum. Cels. lib. 2. cap.7,Si sine causa quos emacresci t, ne in malum habitum corpus eius recidat, metus est.
Subsistere in eodem habitu. Cels.lib.2.cap.2.
Variari habitus videmus. Quintil.lib. 2. cap.13.
Habitior {ἕξεως μᾶλλον ἔχουσα} Comparatiuum ab habitus nomine : Id est pinguior,vt ait Festus. Terent.Eunuch.2.3,
Si qua habitior paulo, pugilem esse aiunt,deducunt cibum. Plautus Epid.Corpulentior hercle atque habitior. Gel.lib.2.cap.20,Equum nimis strigosum,& malè habitum, sed equitem eius huberrimum & habitissimum viderunt.
Habiturus,pen.prod.Participium {ἕξων.} vt
Habiturus es me pro derelicta. Plaut. Trucul.18,
Scio quidem sponsam tibi esse,& filium ex sponsa tua;
Et tibi vxorem ducendam iam esse:alibi iam animum tuum;
Me quasi pro derelicta sis habiturus.
Habendus {ἕκτέον} Aliud participium. Plin.lib.10.cap.37, Cum columbis habenda est auis quæ cinnunculus vocatur.
Habenda est amicitia cum hoc. Plaut.Pœnul.18,
Si quidem amicitia est habenda,cum hoc habendum est.
Habenda hæc sunt cum illis. Terent.Heaut.2.3,
Aut hæc cum illis sunt habenda;aut illa cum his amittenda sunt.
Habenda est magna gratia,si. Terent.Phorm.1.2,
Præsertim vt nunc sunt mores,adeò res rediit,
Siquis quid reddit,magna habenda est gratia.
Gratia habenda est tibi. Ouid.5. Trist.eleg.10.
Ratio habenda est tibi tuæ laudis. Ouid.1. Trist.eleg.1.
Habitudo, penult. prod. habitudinis {ἕξις,σχέσις} Ipse corporis habitus. Terent.Eunuch.2.2,
Qui color, nitor , vestitus , quæ habitudo est corporis? Author ad Heren.lib.4,Corporis bona habitudo.
Habilis,& hoc habile, pen. corr. {εὐαρμοστος,ἁρμόδιος} Aptum interpretatur Donatus:quod optimè quadrat. Virgil.6.Æneidos,
Nāque humeris de more habilē suspenderat arcū. Martial.lib.13.22,
Non habilis cyathis,& inutilis vua Lyæo.
Habilis & aptus calceus ad pedem. Cic.1.de Orat. Si mihi calceos Sicyonios attulisses,non vererer, quanuis essent habiles & apti ad pedem,quia non essent viriles.
Aptus,habilis,& accommodus. Cic.4.de Finib. Et primum rebus his quas non bonas dicimus , concessit vt haberentur aptæ, habiles, & ad naturam accommodæ.
Habilis ensis. Virgil.9.Æneidos,
-humero simul exuit ensem
Auratum: mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius,atque habilem vagina aptarat eburnā.
Habilis gladius ad propiorem pugnam. Liu. 7. ab Vrbe , Armāné inde iuuenem æquales,pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio,ad propiorem habili pugnam.
Habilis locus pandendis rebus. Plin.lib.9.cap.8.
Habilis frumentis terra. Colum.lib.2.cap.2.
Habile tundendo ferrum. Plin.lib.34.cap.15,Rubens non est habile tundendo, neque antè quàm albescere incipiat. Hoc est, ad tundendum,siue vt tundatur.
Hæc habilis breuitate sua est. Ouid.2.Amor.eleg.4.
Vigor habilis membris. Virgil.4.Georg.
¶Habilior. Quintil.lib.6. cap.3, Potrò natura non tantùm in hoc valet,vt acutior quis,atque habilior sit ad inueniendum.
Habiliter, pen. corr. Aduerbium. Paul. in l.si vt.D. de auro & arg.leg. Si vt habiliter gemmæ geri possint,incluſæ auro fuerint.

Habilitas,pen.corr. huius habilitatis {ἀβρότης.} Cic.1.de Legib.Omitto opportunitates,habilitatémque reliqui corporis,moderationem votis,orationis vim,&c.

Habeſſit , pro habeat {ἐχέτω} antiquè dictum. Cic.1. de Legib. ex verbis XII. Tab. Separatim nemo habeſſit deos, néve nouos, ſed ne aduenas,niſi publicè aſcitos, priuatim colunto.

Habito,habitas,pen.corr. {ἐοικάω,κατοικάω,οἰκέω,οἴκημι,δίαιτάω} habitáre. Cic. de Senect.Commorandi enim naturam diuerſorium nobis,non habitandi dedit.

Matris habitauimus aluo. Ouid.15.Metam.

Syluis habitare. Ouid.12.Metam.

Terra habitare.Ouid.5. Triſt.eleg.3.

Caſas humiles habitare.Virgil.eclog.2.

Habitare ad Occaſum. Plin.lib.2.cap.70.

Habitare apud. Cic.4.Acad. Qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me.

Eſſe & habitare apud aliquem. Cic.4.Verr. Quum apud eum non modò Thermis ſæpenumero fuiſſet,ſed etiam habitaſſet.

Habitare cum. Cic. 3. Verr.Eius eſſe filiam quæ cum patre habitaret,properera quòd virum non haberet.

Viuere & habitare cum aliquo.Cic.Attico,lib.14.epiſt.8.

Habitare & pernoctare cum aliquo.Cic.5. Tuſcul.

Habitare in Cic.Memmio,lib.13.2, C.Amano Euandro qui habitat in tuo ſacrario. Terent.And.4.6,

In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem.

Duabus vrbibus habitare.Liu.lib.8.

Habitare in reſidem aquam.Varro 3.de R.e ruſt.cap.17,Etenim hac in curia laborare aiebat M. Lucullum , & piſcinas eius deſpiciebat, quòd æſtiuaria idonea non haberet,ac in reſidem aquam, & locis peſtilentibus habitarent piſces eius.

Habitare ſub terra.Cic.2.de Nat.deor.Si eſſent,inquit,qui ſub terrâ ſemper habitaſſent bonis & illuſtribus domiciliis.

Habitare viciniæ.Plaut.Bacchid.4,

-proximæ viciniæ Habitat.

Habitare tanti , pro In ædibus maximi ſumptus , & Habitare triginta millibus,eſt Milia triginta pro habitatione dare.Plinius lib.17. capite 1.

Habitare bene.Cic.ad Atticum,Neque tamen non in primis bene habitauit.

Habitare laxè & magnificè.Gic.pro Domo ſua.

¶Habitáe in vultu eorum oculi mei. Cic.12.Philip. Hic etiam fautores Antonij , quorum in vultu habitant oculi mei , triſtiores videbam. Hoc eſt,quos ſemper intueor.

Habitare in roſtris.Cic.de Claris Orat.Diſerti quidem C.Varius, C.Carbo, Cn. Pompeius,& ij quidem habitabant in roſtris.

Habitare in foro.Cic.pro Murena,Cum iis qui in foro habitarút, de dignitate contendas. Id eſt , qui in forenſi commentatione aſſidui fuerunt.

Habitare in oculis.Cic.ad Attic 4.

Mœnia habitantur Graiis.Virgil.3.Æneid.

Nobis habitabitur orbis Vltimus.Ouid.1. Triſt.eleg.1.

Mapalia habitata raris tectis.Virgil.3.Georg.

¶ Tecum habitá.Perſſatyr.4,

Tecum habita , vt noris , quàm ſit tibi curta ſupellex. Id eſt, domi tuæ viuito,vt intelligas, quàm tenuis ſit tua fortuna. Tranſlatum ab iis,qui in principum familiis agunt,& vt vulgò ſit,ex alienis opibus, perinde quaſi ſuis intumeſcunt. quibus ſi domi viuendum ſit, vix ſalinum habeant , quod apponant. Haud ſcio an huc pertineat , quod ſcribit M. Tullius in Catone maiore , Secum eſſe, ſecúmque vt dicitur,viuere. Eraſm.in Chiliad.

Habitatio, Verbale {οἴκησις,κατοίκησις} pro Domo & loco quem habitamus. Colum.lib.1.cap.6,Villico iuxta ianuam fiat habitatio.

¶Habitatio, pro Habitationis mercede. Sueton.in Cæſare,cap.38, Annuam etiam habitationem Romæ vſque ad bina millia nummûm , in Italia non vltra quingentos ſeſtertios remiſit. Senſus eſt: Cæſar conductoribus qui mercedem pro habitatione ſoluebant, remiſit & condonauit eam penſionem:vt qui Romæ manſionem conductam habebant , his remiſſio mercedis annuæ fieret vſque ad duo millia nummûm. Qui verò in Italia per municipia habitarent ex conducto,vt his remitteret mercedem habitationis annuam , vſque ad ſummam quingentorum ſeſtertiorum : ſupra eam ſummam de ſuo conductores ſoluerent. Simile eſt illud Cæſaris lib.3.belli Ciuilis , Cælius ad excitanda hominum ſtudia, ſublata priore lege, duas promulgauit. Vnam,qua mercedes annuas habitationum conductoribus donauit:aliam tabularum nouarum.

Accommodare alicui de habitatione,Vide ACCOMMODO.

Habitator,penult.prod. {οἰκητής,οἰκήτωρ.} Aliud verbale,Incola.Cic.2.de Nat.deor.Non vt incolæ atque habitatores:ſed,&c.

Habitabilis,& hoc habitabile,pen.cor. {οἰκήσιμος.} Cic.1. Tuſcul.Tum & habitabiles regiones , & rurſum omni cultu, &c. Plin.lib.9.cap. 10,Habitabiles caſæ.

HABESSVS, Lyciæ ciuitas,quondam ſic dicta: deiinde Antiphellus, vt ſcribit Plin.lib.5.cap.27.

Hac,Vide HIC.

Hactenus,pen.corr. {μέχρι τοῦ δεμέχρι τοῦ,μέχρι ὀπαυθοῦ} Aduerbium, compoſitum ex HAC aduerbio, & TENVS, quod finem ſignificare docet Nonius in hoc verbo. Significat autem hucuſque , quaſi vſque ad finem. Cic. de Amicitia , Hactenus mihi videor de amicitia quod ſentirem potuiſſe dicere.

Sed hæc hactenus:ne videar,&c.Cic.ad Attic.

Sed hactenus. Cic.ad Attic.lib.5.100.

Hactenus vt. Cic.1.de Diuinat. Qui hactenus aliquid egit,vt earũ rationem rerum explicaret,&c.

Hactenus aruorum cultus, &c. nunc te Bacche canam. Virgil. 2. Georgic.

Hactenus, diſiunctum.Virg.5.Æneid.Hac celebrata tenus.

¶Celſus de vſufructu. l. Hactenus tamen vt ſarta tecta habeat , ſi quã tamen vetuſtate corruiſſent,neutiquam cogi reficere.

¶Hactenus. Sueton. in Nerone, cap. 40, Cœnæ quoque tempore interpellatus tumultuoſioribus literis , hactenus excanduit , vt malum ijs qui deſciſſent minaretur. Hoc eſt , non vltra , ſiue non grauius excanduit,quàm vt minaretur,&c.

Hactenus ſi.Africanus in l.quòd vulgo.D.pro emptore, Hactenus verum eſſe ait,ſi nullam iuſtam cauſam eius erroris emptor habeat.

Hactenus quatenùs. Vlpian. de In rem verſo. l. ſi pro patre,Si domini debitor ſit ſeruus, & ab alio mutuatus ei ſoluerit,hactenus non vertit quatenus domino debet.

HADRAMITANI,Siciliæ populi.vt ſcribit Plin.lib.3.cap.8.

HADRIA, maſc. gen. {ἀδρία} Sinus maris, ſiue ipſum mare Hadriaticum. Lucan.lib.5,

-ſonat Ionio vagus Hadria ponto. Vide ADRIA.

¶Hadria, fœm. gen. Oppidum prope Ferrariam nunc demerſum, ad XXXV. lapidem. Ari vulgò dicitur,quæ Hadriático mari nomen indidit. A quo ſiunt

Hadrianus, Hadriacus, Hadriaticus,& Hadrienſis.

¶Hadria etiam fuit Romanorum colonia arduo in colle ſita , ex qua Hadrianus imperator originem duxit. Sunt qui hoc nomen non aſpirent.

Hadrobolum,hadroboli {ἁδρόβολος} Gummi genus. Plin.lib.12.cap. 9, de bdellio loquens, Nigrum verò,& in offas conuolutum,hadrobolum vocant.

HAEBVDES {ἀβουδες} Inſulæ ſunt. Solinus , A Calydoniæ promontorio Thulen petentibus , bidui nauigatio eſt. Excipiunt Hæbudes inſulæ quinque numero. Et paulo pòſt,Secundàm à continenti ſitationem euntibus Orcades præbent , quæ ab Hæbudibus porrò abſunt ſeptem dierum,totidémque noctium curſu. Hæc Solinus.

Hæc,fœmininum ab hac, Vide ſuo loco.

Hædile, Vide HAEDVS.

HAEDVI {ἀδδουοι} Vide HEDVI.

Hædus, hœdi : ſiue hœdus , hœdi {ἔριφος} Animal ex capra genitum. Virgil.eclog.1,

Sic cani bus catulos ſimiles,ſic matribus hædos. Quidam ἀπὸ τῆς ἁδότητος deriuant, id eſt teſticulis. Alij hœdum dictum volunt , quaſi fœdum,lingua Sabina,in qua f litera in aſpirationem vertitur,& pro ce ſcribunt. Cic. de Senect. Villáque tota locuples eſt, abundat porco, hœdo, agno, gallinâ, lacte, caſeo, melle.

Grex hœdorum.Virgil.eclog.2.

Petulci hœdi. Virgil.4.Georg.

Tenero laſciuior hœdo. Ouid.13.Metam.

¶Hœdi prid.Non.Oct.oriuntur veſpere,aries medius ẽcidit. Columella lib.11.cap.2. Sed hic ſidus eſt cæleſte.

Hædulus, hœdúli,pen.corr. {ἐριφίσκος} Diminutiuum.Iuuenal.ſatyr.11, Et Tyburtino veniet pinguiſſimus agro Hædulus.

Hædillus,hœdilli {ἐριφίδιον} Idem. Plaut.Aſin.12,

Dic igitur me tuum paſſerculum,gallinam,coturnicem, Agneilum,hœdillum.

Hædile,hœdilis,pen. prod. neut. gen. {ἐριφοστασία} Stabulum hœdorum. Horat.1.Carm.ode 17,

Nec virides metuunt colubros,

Nec Martiales hœdilia lupos.

Hœdinus, pen. prod. Adiectiuum {ἐριφῆσιος} Quod eſt ex hœdo. Cic. pro Murena , Atque ille homo eruditiſſimus ac Stoicus ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos.

Hœdinum coagulum.Varro 2.de Re ruſt.cap.11.

Hæmachates,pen.prod.Lapis ſanguinei coloris.Plin.lib.37.cap.10.

Hæmanthinum {αἱμαίνθινος} vitrum. Plin.lib.36.cap.26,Fit & tinctura genere obſidianum,ad eſcaria vaſa & totum rubẽs vitrum,atque non tranſlucens,hæmantinon appellatum.

Hæmatites,hæmatitæ,m. g.pen. prod. {αἱματίτης} Lapidis genus,ruboris ſanguinei.Plin.lib.36 cap.16.

HAEMODES,Lyciæ mons eſt,vt ſcribit Pomponius Mela lib.2.

HAEMON,Thebanus iuuenis, Vide AEMON.

Boreas Hæmonius.Sil.lib.10.

HAEMONIA {αἱμονία} Regio quæ poſtea Theſſalia dicta eſt. Vide AEMONIA.

Niualis Hæmonia.Horat.1.Carm.ode 38.

Hæmorrhois,penult.corr.huius hæmorrhoidis,fœm.gen. {αἱμορρόϊς} Genus ſerpentis peſtiferum,à fluxu ſanguinis ita appellatum.quippe Græci αἷμα,ſanguinem : ῥεῖν fluorem dicunt. Huius morſu ſanguis omnis à corpore fluit,nec ſiſti poteſt. Lucan.lib.9,

-ingens hæmorrhois explicatores. Ibidem,

Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo,&c. Plin.lib.20.cap.10, Eſt & Portulaca , quam peplion vocant , non multum ſatiua efficacior , curatis memorabiles vſus traduntur. ſagittarum venena, & ſerpentium hæmorrhoidum & præſterum reſtringi,pro cibo ſumpta,& plagis impoſita extrahi.

Hæmorrhoia,huius hæmorrhoiæ {αἱμορροΐα} Idem. Plin.lib.23. cap.117, Muſtum ſerpentibus aduerſatur, maximè hæmorrhoiæ & ſalamandræ. Ex veruſto codice legitur hæmorrhoidi.

Hæmorrhoidas etiam vocamus genus morbi , quũ ora venarum iuxta anum,tanquam ex quibuſdam capitulis turgent,& ſanguinem fundunt:quod & in ore vulnæ fœminarũ incidere conſueuit. Quandoque hæc purgatio eſt, non morbus: idcóque curati quidam quum ſanguinis exitum non haberent , inclinata in præcordia , ac viſcera materia,ſubitis ac grauiſſimis morbis correpti ſunt. Hæc omnia Sipontinus ferè ex Celſ.lib.capite de Hæmorrhoidibus.

Hæmorrhoicus, pen. corr. Firmicus lib.3. cap.3, Saturnus latentes corporum dolores indicit. facit enim hæmorrhoicos , aut neruorum dolore contractos. Si verò in hoc loco veſpertinus fuerit,fiſtulas circa podicem facit,& ſimili modo hæmorrhoicos.

Hæmorrhoicus, Adiectiuum. Firmicus lib.3.cap.15,Alios verò hæmorrhoica valetudinis aſſiduitate debilitat.

HAEMVS

HAEMVS {αἷμος} Vide AEMVS.

Nubifer Hæmus.Claud.1.in Ruff.

Hæreditas, Vide HAERES.

Hæreo,hæres.hæſi,hæſum {ἐχόμενος,ἀπτόμενος,ἐόμενος} hærẽre,Propriè eſt alicui rei arctè inſidere & coniunctum eſſe. Virgil.2.Æneid. Hærent paricitibus ſcalæ. Terent.Eun.5.6,Perij:lingua hæret metu.

Aſpectu conterr itus hæſit. Virg.3.Æneid.

Attonitis hærere animis.Virg.5.Æneid.

Obtutu hæret defixus in vno.Virg.1.Æneid.

Criminibus repetundarum hærebant. Tacit.lib.4.

Hæret amor.Ouid.3. Metam.

Ferrum hæſit in corpore. Virg.11.Æneid.

Fides illa hæſit animis. Ouid.2.Faſt.

Vox faucibus hæſit. Virg.2.Æneid.

¶Circa aliquid hærere. Quintil.lib.1.cap.7,Non obſtant hæ diſciplinæ per eas euntibus,ſed circa illas hærentibus.

In complexu alicuius hærere. Quintil.lib.6.cap.1.

Pectore hærent infixi vultus verbáque. Virg.4.Æneid.

In amplexu hæſit.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.

Hæſit in armo.Ouid.3.Metam.De cane.

Hærere in equo.Cic.pro Deiot.Itaque Deiotarum quum plures in equũ ſuſtuliſſent,quòd hærere in eo ſenex poſſet,admirari ſolebam.

Hæſit in mala pugnus. Terent.Adelph.2.1,

Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos,

Ne mora ſit,ſi innuerim,quin pugnus continuò in mala hæreat.

Hærent in ſcuto tela,Id eſt infixa ſunt. Liu.lib.2.

Hærere in medullis.Cic.2.Philip.O beatos illos,quum adeſſe ipſis propter vim armorum non licebat , aderant tamen , & in medullis Pop.Rom.ac viſceribus hærebant.

Hærere in memoria. Cicero 4. Academ.Credo quòd hærebant in memoria quæcunque audierat aut viderat.

Hærebit memoria in ſermonibus omnium. Cic. in Catil. Quod ego veſtro bonorúmque omnium auxilio , memoriáque tantorum periculorum , quæ non modò in hoc populo qui ſeruatus eſt : ſed in omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper hærebit.

Hærere in terga.Liu.1.ab Vrbe.

Hærent mihi in viſceribus.Cic.ad Attic.lib.6.111.

Hærere in oculis. Cic.13.Philipp. Hi in oculis hærebunt,& quum licebit, in faucibus.

¶Hærere in iniquitatibus. Cic.7. Verr.Cogitate in his iniquitatibus vnum hæſiſſe Apronium,cęteros profectò multos ex his incommodis pecunia ſe liberaſſe.

Hæret culpa in te omnis. Terent.Heeyra,2.1,

Sola hic fuiſti,in te omnis hæret culpa ſola.

Hæret crimen.Cic.pro Cælio,Nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. Idem 5. Verr. Verum enim horum dixeris, in eo culpæ crimen hærebit.

Hæret iniuria. Cic.Cecinnæ,lib.6.5, Neque poteſt hærere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria.

Hæret peccatum huic,& in hoc. Cic.pro Roſc. Comœdo, Poteſt hoc homini huic hęrere peccatum? Idem 1.de Diuinat.Vt peccatum hæreat non in eo qui monuerit,ſed in eo qui non obtemperarit.

Hæret illa in Repub.turpitudo.Cic.pro Sextio.

Hæret Cn.Pompeio.Sueton.de Claris grammat.

Hæreat nobis illud:Hoc eſt,illud ſemper in mẽte habeamus. Traianus ad Plin.epiſt.237.

Hærere pertinaciter. Quintil.lib.1.cap.1.

Hærere in ſalebra dicitur oratio. Cic.5.de Fin.Procliuius currit oratio,venit ad extremum,hæret in ſalebra. Tarctum à venatoribus: qui quum in loca confragoſa inciderunt,inſiſtere coguntur.

¶Hæret ad. Cic.2.de Nat. deor. Linguam autem ad radices eius hærens excipit ſtomachus.

¶Hærere apud merctricẽ, pro Eam perditiſſimè amare, Non poſſeab ea diſiungi.Plaut.Epid.5. TerentAdelph.3.3,

-optimè eſt:

Metui ne hæreret hic.

Hærere in parte aliqua apud aliquam. Terent.Eun.5.9.

Hærere in iure,ac Prætorum tribunalibus. Cic.1.de Orat.Hoc eſt, aſſiduum eſſe,neque illinc dimoueri.

In ſcribendo hærere. Cicero Attico, Romam, vt cenſes,veniam, ſed inuitus:valde enim in ſcribendo hæreo. Id eſt,totus in ſcribendo ſum.Scribebat autem quæſtiones Tuſculanas.

In vrbe diu hæreo.Id eſt maneo,nec inde diſcedo. Plin.Iun.lib.1. epiſt.22,ad Catilium.

¶Hęrere aliquando ponitur pro Dubitare,& ancipitem eſſe,quoniam qui in aliqua re dubitant, nõ mouentur, & ideo hærere ac ſuſpenſi eſſe videtur. Cic.4.Acad.Et tamen iſti phyſici raro admodum, quum hærent,aliquo loco exclamant,quaſi mente incitati. Terent. Phorm.5.8,Atat niſi mihi proſpicio,hæreo.

Hærere in. Cic.3 de Nat.deor. In multis enim nominibus hærebitis. Idem Attico,lib.13.290,Valde enim in ſcribendo hæreo.

Hæret hæc res.Hoc eſt dubia eſt. Plautus Amphit.8. Prouerbialiter dictum,quum quid occurrit dubium & non liquidum.Tractum à locis difficilis tranſitus : quibus quum applicuimus,neſcimus quid faciamus , & hærentes illis dubitamus quà tranſeundum ſit. Idem Pſeud.7,

Occiſa eſt hæc res,hæret hoc negotium.

Aqua hæret. Cic.3.Offic.Dicit ille quidem multa multis locis, ſed aqua hæret.vt aiunt.Significat Cicero Epicurum parum ſecum in diſputando conſtare. Tranſlatum apparet vel à fluitantibus, qui vado deſtituti,huc atque illuc iactãtur:quóque magis ſe commouent, hoc maiore periculo laborant. Aut certè ab oratorum clepſydra : vt eum in aqua hærere dicamus,qui ſe diſtillara iam aqua,tamẽ è cauſa non poteſt expedire. Cic.ad Q.frat.lib.2.9,Quod Idibus & poſtridie fuerat dictum de agro Campano actum iri,non eſt actum. In hac cauſa mihi aqua hęret. Incertum verum ſignificet,eam actionem integram ſibi relinquí,an cauſam eſſe inextricabilem. Eraſmus.

¶Si hic terminus hæret , Id eſt,ſi hoc eſt immutabile. Virgilius 4. Æneidos.

Hærens,Participium {ἐχόμενος.} vt Altè terminus hærens.Lucret.lib.5.

Naues hærentes littore.Horat.2.Serm.ſat.3.

Hæſurus,penult.prod. {ἀ-ληξόμενος} Aliud participium:vt Fides hæſura in omne tempus.Ouid.3. Triſt.eleg.4.

Hæreſco,hæreſcis,hæréſcere,Idem quod hærere.Lucret.lib.2,

Liquit enim ſupera terri primordia viri

Aſpera:quo magis in terris hæreſcere poſſunt.

Hæſito,hæſitas,penult.corr. {ἐπέχομαι,διαπορῶμαι} hæſitáre,Dubitare,timere,titubare. Cic.2.de Finibus,Aperiendum eſt igitur quid ſit voluptas:quam ſi explicauiſſet,non tam hæſitaret.

Hæſitare & cunctari.Cic.in Catil.Quum hæſitaret,quum cunctaretur,quæſiui quid dubitaret proficiſci eò quò iampridem parabat.

In eodem hæſitas luto. Terentius Phorm.5.2. In eos comperit qui ſic implicantur negotio cuipiam , vt ſe nequeant extricare. A viatoribus tranſlatum , qui ſimul atque in lutum inciderint , quum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Rurſum vt hunc extrahant, alter quem eduxerant, denuo eſt infigendus. Eraſmus.

Dubitare & hæſitare. Cic.4.Academ.Dubitant,hæſitant;reuocant ſe interdum.

Hęſitare lingua.Cic.1.de Orat.Sed ſunt quidam aut ita lingua hæſitantes,aut ita voce abſoni,&c.

Hæſitare in.Cic.1.de Orat.Carbo hæſitans in maiorum inſtitutis, rudis in iure ciuili.

Hæſitat frumentum in vadis. Liu.2.ab Vrbe,Ita in vadis hæſitantis frumenti aceruos ſediſſe illitos limo.

Hæſitabundus. Plin.Iun.lib.1.epiſt.5,ad Voconium, Hæſitabundus,inquit, interrogaui, non vt tibi nocerem,ſed Modeſto. Id eſt,cunctabundus & dubius quid reſponderet.

Hæſitatio,Verbale {διαπόρησις} Dubitatio. Cic.2.de Orat.Qui timor? quæ dubitatio?quanta hæſitatio,tractúſque verborum? Idem Appio Pulchro,lib.4.12,Noli ignoſcere hæſitationi meæ.

Hæſitator, pen.prod. {διαπορητὴς} Aliud verbale maſc. gen. Plin.Iun. lib.1.epiſt.11.ad Tranquillum,Sum & ipſe in edendo hæſitator.

Hæſitantia, huius hæſitantiæ {διαπόρημα} Idem quod hæſitatio.

Hæſitantia linguæ.Cic.3.Philipp.Qui propter hæſitãtiam linguæ, ſtuporémque cordis,cognomen ex contumelia traxerit.

Hæres,huius hæredis, penult.prod. comm.gen. {κληρονόμος} Notæ ſignificationis.Ab hærendo dicitur:quòd qui hæres eſt, hæret:hoc eſt, proximus eſt ei cuius eſt hæres. Licet quidam hæredem dictum putent,quòd dominus ſiat bonorũ quæ ad eum perueniunt. Apud veteres enim,hæres dominus dicebatur,authore Feſto.

Hæredis appellatione omnes ſignificari ſucceſſores credendum eſt, etſi verbis non ſunt expreſſi,inquit Vlpianus.

Alienior hæres, Vide ALIENVS.

Auidus hæres.Horat.2.Serm.ſat.3.

Auiti nominis hæres.Ouid.6.Metam.

Criminis alicuius hæres.Ouid.3.de Arte.

Indignus hæres.Horat.3.Carm.ode 24.

Facere hæredem,dicitur is qui moritur quũ teſtamento facto eius res in alienam poteſtatẽ redeũt. Cic.Cornificio,lib.12.25, Q. Turius, &c.hæredes fecit ſimiles ſui,Cn.Saturninum,Sex.Aufidium,&c.

De ſententia propinquorum aliquem facere hæredem. Cicero 3. Verr. In his nuper Annia ea de multorum propinquorum ſententia pecuniosa mulier , quòd cenſa non erat , teſtamento fecit hæredem filiam.

Facere hæredem ex deunce. Cic.pro Cecinna, Teſtamento facto mulier moritur,facit hęredem ex deunce,& ſemuncia Cecinnam,ex duabus ſextulis M.Fulcinium libertum ſuperioris viri.

Factitare hæredem. Cic.2.Philipp.Quem palàm hæredem ſemper factitarat,ne nomen quidem præſcripſit.

Inſtituere hæredem.Cic.1.de Orat.Qui eſſet ſecundũ poſthumum & natum & mortuum hæres inſtitutus.

Inſtitutus hæres,pro Subſtitutus. Cicero in Bruto,Quum is hoc probare vellet,M.Curium,quum ita hæres inſtitutus eſſet,ſi pupillus antè mortuus eſſet, quàm in ſuam tutelam veniſſet , pupillo non nato hæredem eſſe non poſſe. Inſtitutus , id eſt ſubſtitutus. hæredes enim inſtituti dicuntur primo gradu,ſubſtituti ſecundo vel tertio. Vide paulo pòſt, Subſtituere hæredem.At hic pupillus erat hæres inſtitutus, M.Curius ſubſtitutus. Sed Cicero noluit hanc diſtinctionem ſeruare,ſed dicere,hæredem ſecundum inſtituere.Itaque hoc loco ſic interpretandum eſt,hæres ſecundus inſtitutus.

Hæredem omnibus bonis inſtituere.Plin.lib.7.cap.36,P.Catienus Philotimus adeò patronum dilexit,vt hæres omnibus bonis inſtitutus,in rogum eius ſe iáceret.

Inſtituere aliquem ſecundum hæredem. Cic.Silio Propr.lib.13.

Mouere hæredes, Vide MOVEO.

Relinquere hæredem teſtamento.Cic.pro Quintio,Hæredem teſtamento reliquit hunc P.Quintium.

Scribere aliquem hæredem. Cic.1. de Orat. Poſſẽte paternorum bonorum exhæres eſſe filius,quem pater teſtamẽto neque hæredem, neque exhæredem ſcripſiſſet nominatim.

Succeſſit hęres.Cic.2.Philipp.Nondum in Cn.Pompeij locũ,multorúmque aliorum qui aberant,repentinus hæres ſucceſſerat.

Hæredem eſſe alicui. Cic.pro Cluentio,Auiam tuam Dineam cui tu es hæres.

Subſtituere hæredem. Modeſtinus l. 1. D. De vulgari & pupillari ſubſtitutione,Hæredes aut inſtituti dicũtur,aut ſubſtituti. Inſtituti,primo gradu:ſubſtituti,ſecundo vel tertio. Idem,l.quarta,Si pater duos filios impuberes hæredes inſtituat , eóſque inuicem ſubſtituat: in vtrunque caſum reciprocam ſubſtitutionem factam videri , diuus Pius conſtituit. Vlp.l.Qui liberis.eod.tit. Niſi mihi proponas militem eſſe, qui ſubſtituit hæredem hac mente , vt ea ſola velit ad ſub-

stitutum pertinere, quæ à se ad instituum peruenerunt. Pomponius ibidem,l. Quo gradu hęres liberis substituatur,nihil interest. Et Iulianus,l. Quidam testamento Proculum ex parte quarta,& Quiętum ex parte dimidia & quarta hæredē instituit. Deinde Quiēto Florum, Proculo Sosiam hæredē substituit. deinde si neque Florus, neque Sosia hæredes essent: tertio gradu ex parte dimidia & quarta coloniam Leptitanorum,ex quarta cōplures hæredes substituit in plures quām tres vncias. Vide paulo pōst,Secundi hæredes.

Secundi hæredes,Secundo loco instituti,& substituti. Cicero pro Cluentio,Memoria teneo,Milesium quandam mulierem, quū essem in Asia,quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia partum sibipsa medicamētis abegisset,rei capitalis esse damnatam. Boethius in commentariis in Topica Ciceronis lib.2. Secūdus hæres,inquit,dicitur, qui hæredi instituto substituitur: veluti siquis filiū instituat hæredem, scribátque,Si filius intra pubertatem decesserit,nepotem vel quemlibet alium hæredem esse oportere.

¶Hæredes arboris,pro surculis vel ramis. Plin.lib.16.cap.37, Cæsáque densius innumero hærede prosint. De salice.

¶Hærem,pro hæredem. Nævius Gymnastico,

Atque meis bonis omnibus ego te hærem faciam. Nonius.

Hæreditas, penult. corr. hæreditatis {κληρονομία} nihil aliud est quàm Successio in vniuersum ius quod defunctus habebat. Et ideo hoc nomine etiam damnosa hæreditas continetur, diuiditúrque in duodecim vncias quæ assis appellatione continetur. Vide ASSIS. Hæc ex Caio Iurisconsl. Nihil aliud. Et Pomponio, l. hæreditatis: titulo, De verb. signific. Et Vlpiano. De hæredibus instituendis, l. Seruum.

Hæreditate venire bona dicuntur, quæ iure hæreditario alicui obueniunt. Cic. 2. de Inuent.

Hæreditas caduca. Cic. 10. Philipp. Vide CADVCVS.

Luculenta atque magna hæreditas, Vide LVCVLENTVS.

Offertissima hæreditas, Vide OFFERCIO.

Vsu capta hæreditas, Vide CAPIO.

Hæreditas est pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure, &c. Cic. in Topicis.

¶Accipere hæreditatem. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Hæreditatem adire, Vide ADEO.

Attingere hæreditatem, Vide ATTINGO.

Hæreditatem auertere, pro Auferre, eripere, & detorquere. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25, Ne patiare Erotem Turium Q. Turij libertum, vt ad huc fecit, hæreditatem Turianam auertere.

Capere hæreditatem. Cic. pro Cecinna.

Hæreditatem cernere, Vide CERNO.

Excludere hæreditate. Cic. Mulierem, ne partu eius hæreditate paterna excluderetur, necauit.

Obire hæreditatem. Cic. de Lege agraria.

Obtinere hæreditatem. Cic. Fam. 13.

Obuenit hæreditas, Vide OBVENIO.

Reddere hæreditatem. Cic. de Finibus.

Tenere hæreditatem. Cic. ad Attic. lib. 13. 295.

Tradere hæreditatem. Cic. in Offic.

Venire hæreditatem alicui. Cic. in Verr. Mihi hæreditas à propinquo venit.

Vocare in partem hæreditatis. Cic. pro Cecinna.

Hæreditas gloriæ. Cic. 1. Offic. Optima autem hęreditas à patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerúmque gestarum.

Hæredium, hæredij {χωρίον} Paruum prædium, Festus. Varro 1. de Re rust. cap. 10, Bina iugera, quot à Romulo primùm diuisa dicebantur viritim: quæ quòd hæredem sequerētur, hæredium appellarunt. Plin. lib. 19. cap. 4.

Hæredíolum, hæredioli, pen. corr. {χωρίον} Paruū hæredium. Colum. lib. 1. cap. 1, Quintius Cincinnatus obsessi Consulis & exercitus liberator, ab aratro vocatus ad Dictaturam venit: ac rursus fasciibus deposítis, quos festinantius victor reddiderat quàm sumpserat imperator, ad eosdem iuuencos & quatuor iugerum auitum hęredíolum rediit.

Hæredíolum auitum dicit, quod nos hodie *proprium* vocamus.

Hæreditarius, Adiectiuum {κληρονομικὸς} Ad hæreditatem pertinens. Cic. 6. Verr. In istius leonis turpissimi domo simul cum cæteris Chelidonis hæreditariis ornamentis, capitalia ornamenta ponentur?

Hæreditaria auctio constituta. Cic. pro Cecinna.

Hæreditaria controuersia. Brutus ad Ciceronem.

Lites hæreditariæ. Quintil. lib. 3. cap. 10.

Hæreditarium nomen. Cic. in Somnio, Erísque cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc à nobis hæreditarium.

Hæreditaria Quæstura. Cic. 5. Verr. Iterum gessit hæreditariam quæsturam cum Dolabella: magnam pecuniam auertit.

Hæreditarium regnum. Plin. lib. 6. cap. 22.

Aduentitia atque hæreditaria res. Cic. 3. Verr.

Seruus hęreditarius. Paulus in l. 1. §. Item acquirimus. D. de acquir. possess. Molestiis hæreditariis implicari. Vlp. in l. Apud Celsum. §. Siquis ex vncia. D. De doli mal. except.

Hæresis, huius hæresis, penult. corr. f. g. {αἵρεσις} Græca dictio, quę opinionem firmatam de aliquo dogmate significat: quales sunt quæ hodie sectæ dicuntur. Cic. in Præfat. Paradoxorum, Cato autem perfectus (mea sententia) Stoicus, & ea sentit quæ non sanè probantur in vulgus: & in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis. De secta Stoicorum. Hæreses dicimus habitus animorum, & institutа Philosophię circa disciplinam, vt author est Seruius in lib. 10. Æneid. Hæc ex Budæo. Cic. ad Attic. lib. 14. 312, De hæresi Vestorina, & de Pherionum more Puteolano risisse me satis, nihil est necesse rescribere. Idem Cassio, lib. 15. 16, Postulabimúsq; ex qua hæresi vi hominibus armatis deiectus sis, in eam restituare.

Hæsito, hæsitas, Vide HAEREO.

Hagios {ἅγιος} Latinè dicitur sanctus.

Hagnos {ἁγνὸς} Latinè purus, & castus: quòd sit hostia pura, & immolationi apta.

Haha {ἅἅ} Interiectio. Seneca 4. Nat. Quæst. Haha iubes me cum Luxuria litigare.

Hala, Vide AHALA.

HALALCOMENE, penult. corr. & Halalcomenæ, tam singulari quàm plurali numero: siue Halalcomenium, ciuitas in Bœotia. Vnde Minerua Halalcomeneis cognominata est: quòd in eo loco coli solita sit. Vide Hermolaum in Plin. lib 4. cap. 7.

HALCYON {ἀλκυών} Ceyx, inquit Seruius, filius Luciferi, habuit vxorem Halcyonem: à qua quum prohibitus, isset ad cōsulendum Apollinem de statu regni, naufragio pērit. Cuius corpus quum ad vxorem delatū fuisset, illa se præcipitauit in pelagus. Postea miseratione Tethydis & Luciferi conuersi sunt ambo in aues marinas, quæ halcyones vocantur. Sanè sciendum est quòd quum de muliere dicimus, hæc Halcyone facit, penultima correpta: quum de auibus, hic & hæc Halcyon, hi & hæ Halcyones. Istæ autem aues nidos faciunt in mari, media hyeme: quibus diebus tanta est tranquillitas, vt nihil penitus in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi, Halcyonia nominantur. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij Georgicorum 1,

Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi halcyones. Vide apud Ouid. lib. 11. Metam.

Halcyon, halcyonis, penult. corr. {ἀλκυών} Auis quæ & alcedo dicitur. Vide ALCEDO. De hac sic Plin. lib. 10. cap. 32, Dies earum partus, maria quísq; nauigant, nouere. Ipsa auis paulo amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantū purpureis & candidis admixtis pennis, collo gracili ac procero. Alterum genus earum magnitudine distinguitur & cantu. Minores in arundinetis canunt. Halcyonem videre rarissimum est, nec nisi Vergiliarum occasu, & circa Solstitia, Brumámve, naue aliquando circumuoluta, statim in latebras abeuntem. Fœcificant bruma: qui dies, Halcyonides vocantur, placido mari per eos, & nauigabili, Siculo maximé. In reliquis partibus est quidem mitius pelagus, Siculum vtique tractabile. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, & totidem sequentibus pariunt. Nidi earū admirationem habent, pilæ figura paulū eminenti, ore perquàm angusto. grandium spongiarū similitudine, ferro interdici non queunt, franguntúrque ictu valido, vt spuma arida maris. Nec vnde confingantur inuenitur: parant ex spinis aculeatis: piscibus enim viuunt. Subeunt & in amnes. Pariunt ouа quina. Hæc ille.

Halcyoneus {ἀλκυόνειος} Adiectiuum. vt Halcyonei dies sunt à Vergiliarum occasu circa Solstitia Brumámve. Colum. lib. 11. cap. 2, VIII. Calen. Martij Sagitta crepusculo incipit oriri, variæ tempestates, halcyonei dies vocantur.

Halcyoneum, halcyonei {ἀλκυόνιον} Genus medicamenti. Plinius lib. 32. cap. 8, Fit & in mari halcyoneum appellatum, ex nidis, vt aliqui existimant, halcyonum & cæycum: vt alij, è sordibus spumarum crassescentibus: alij è limo vel quadam maris lanugine.

Halec, huius halecis, penult. prod. tam fœminini, quàm neutri generis {μαῖνα} Piscis qui sola aqua nutritur. Plaut. Aulularia,

Qui mihi olera cruda ponunt, halec danunt. Vbi legendum halecem, vt constet versus. Martial. lib. 11. ad Flaccum,

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Halecē, sed quam protinus illa vorer. Caro de Re rust. cap. 8, de pulmentariis familiæ loquens, Vbi oleæ comesæ erunt, halecem & acetum dato. Hīc fortasse fœcem piscium significat, vel potius pisciculos saxatiles qui muria conditi, haleces etiam vocabantur.

Halec, liquamen ex intestinis piscium. Horat. 2. Serm. sat. 4,

-ego fœcem primus & halec,
Primus & inueni piper album.

Putris halec. Martial. lib. 3. epigr. 35. in Beticum,

Capparin. & putri cepas halece natantes,
Et pulpam dubio de pectsone voras.

Halecula, huius haleculæ, penult. corr. {μαῖνα} Diminutiuum, apud Colum. lib. 6. cap. 8. & lib. 8. cap. 17.

HALESINA, penult. prod. Siciliæ ciuitas, quæ sic à Cicerone actione 5. in Verrem appellatur. Siciliæ ciuitates, inquit, multę sunt Iudices ornatæ atque honestæ, ex quibus in primis numerāda est ciuitas Halesina, nullam enim reperietis aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, &c.

HALESVS, Falisсorum conditor fuit. Ouidius,

Argiua est pompæ facies Agamemnone cæso
Et scelus, & patrias fugit Halesus opes.
Iámque pererratis profugus terráque marísque
Mœnia fœlici condidit alta manu.
Ille suos docuit Iunonia sacra Falisсos:
Sint mihi, sint populo semper amica suo. Meminit eius & Horat.

HALESVS, penult. prod. {ἅλησος} fluuius & mons non longè ab Ætna, vbi Proserpina flores legit cum aliis virginibus. Colum. lib. 10, Et quę Sicanij flores legistis Halesi.

HALIA, Marina nympha.

HALIACMON {ἁλιάκμων} fluuius est Macedoniæ, ad quem ducebant quæ volebant candida nasci, vt refert Plinius lib. 31. cap. 2.

Haliætus, haliæeti, pen. corr. m. g. {ἁλιάετος} Genus aquilæ, Falco à nonnullis dicitur, ab aliis accipiter: alij nisum vocant. Haliætus idē valet, quod Aquila marina. *Aigle de mer.* Plin. lib. 10. c. 3, Haliætus tantū implumes etiamnum pullos suos percutiēs, subinde cogit aduersos intueri solis radios: & si conniuentem, humectantémque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinum & degenerem: nullum cuius acies firma contra fteterit, educat. Haliæeti suum genus non habent; sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur.

HALIARTVS, Nomen vrbis Straboni lib. 9.

Halica, Vide ALICA.

Halicacabum, penult. corr. {ἁλικάκκαβος} Herbam vocant, quam alij solanum, alij strychnon, alij vesicariam, quòd vesicæ & calculis medeatur. Plin. lib. 21. cap. 31.

HALICARNASSVS {ἁλικαρνασσὸς} Cariæ ciuitas, clara Herodoto, Heraclio poeta, Callimachi socio, & Dionysio historico, qui res Romanas Strabonis temporibus scripsit. Regio olim regum Cariæ fuit, ab Alexandro capta, & Adę reginę Idriei coniugi, quam Pixodōrus ejecerat, regenda data, vt Diodorus lib. 17, & Strabo lib. 14. scribunt.

Halicastrum, Vide ALICASTRVM.

Halieutica, pen. cor. halieuticorum, neut. gen. plur. num. {ἁλιευτικὰ} dicuntur volumina in quibus tractatur de piscibus. Plinius libro 32. cap. 2, Mihi videntur mira & quæ Ouidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine quod Halieuticon inscribitur.

Halipleumon, Marinus pulmo, genus piscis apud Plinium libro 32. capite 11.

Halitus, huius halitus, Vide HALO, halas.

HALIZONES, penul. prod. Populi sunt Paphlagonum, sic dicti, quòd vndique mari circundentur. παρὰ τὸ ὑπεζωνυσθαι, id est circendari: & ἅλς, id est mari. Torrentius.

Hallucinor, Vide ALLVCINOR.

Hallus, halli, vel Hallux, hallucis, masc. gen. Est, vt ait Festus, pollex pedis, scandēs super proximum, dictus à saliendo. Nam ἅλλομαι Græcè, Latinè significat salire.

Halo, halas {ἀναπίμπλημι ἐκπνέω} halāre, Spirare, vel odorem emittere. Virg. 4. Georgicorum,

Inuitent croceis halantes floribus horti.
Halare naribus. Lucret. lib. 2.

Halito, halitas, penult. corr. {ἐκπνέω} halitāre, Sæpe spiritum emittere. Ennius,

Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes.

Halitus, huius halitus, penult. corr. {πνεῦμα} Spiritus. Plin. lib. 9. cap. 7, In aquas quidem penetrare viralem hunc halitum quis miretur?

Flammeus halitus Euri, Vide Flammeus in FLAMMA.

Efflare extremum halitum. Cic. 2. Tusc. Ex quodam poeta.

Halitus solis. Colum. lib. 2. cap. 5, Disiectū deinde protinus simum inarari & obrui conuenit, ne solis halitu vires amittat. Hoc est vapore solis & calore.

Halitus terræ, pro Vapore qui per terræ rimulas sursum ascendit. Plin. lib. 11. cap. 12, Obuio terræ halitu infectus.

Halitus niger. Ouid. 3. Metam.

Faucibus exudat grauis halitus. Persius sat. 3.

Noxius terræ halitus. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Halo {ἅλως} ab Aristotele in Meteoris dicitur, quem nostri modò circulum, modò coronam circa lunam dicūt. Seneca lib. 1. Quæst. Hunc Græci halo vocant, quam nos dicere coronam aptissimè possumus.

HALONESOS, penult. prod. Insula est Ægei maris prope Thraciam, quam aliquando omnibus qui mares erant, cæsis, tantùm fœminæ tenuisse dicuntur, inquit Pomponius Mela lib. 2.

Halophanta, halophantæ {ἁλοφάντης} Hominis genus nequam, inquit Festus, quod ob fuenda mendacia miserrima mercede conducitur. Scribendum Holophanta, quasi omnia mentiens. Plaut. Curcul. 9, Holophantam an sycophantam hunc magis dicam nescio.

Halosis, penult. prod. {ἅλωσις} fœm. g. Latinè captio vel expugnatio dicitur. Sueton. in Nerone, Hoc incendium è turre mecœnatica prospectans, lætúsque flammæ pulchritudine, halosin Ilij decantauit.

Halter, halteris, vel Halteres, halteris, penult. prod. masc. gen. {ἅλτηρ.} Halteres vocantur plumbeæ pilæ, mafsulaeve, quibus vtraque manu se librabāt qui saltu certabāt, vt certius assilirent. Martial. in Apoph. Quid pereūt stulto fortes haltēre lacerti? De halteribus magna est inter scriptores controuersia. Proinde quod ab eis proditum est, permittam lectoris iudicio. Aristoteles Problematū sectione 5. quæstione 8, Cur laboriosius brachio est, inanem iactasse manum, quàm cum lapide? An quòd inani iactura brachium quasi conuellitur vehementius? nulla enim in re nititur: quemadmodum quùm mittit, missili obdito fulcire se potest. Huic proximè saltans quoque ponduculis susceptis innititur: & qui currit, manus obquatiēs se sustentat. Quam ob rem ille plus prosilit halteres tenens, quàm non tenens: hic velocius currit manus obquatiens, quàm non obquatiens. Idem in libro De communi animalū gressu, Quinquertiones (Græcè πένταθλοι dicuntur) igitur halteribus vtraque manu comprehensis maiorem & concitatiorem saltum edunt, quàm non comprehensis: & qui currūt, obquatiendis manibus celerius currunt: quoniam in ea diuaricatione & explicatione, tum in manus, tum in brachialia innituntur. Asyonius halteres vertit brachialia. Budæus in Annot. in Pādect. Qui autem halmatæ, inquit, id est saltu certabant, hi halteribus vtebantur. sic enim vocabant plumbeas pilas mafsuláfve, quibus vtraque manu se librabant, vt certius assilirent. Iuuenal. sat. 6,

-magno gaudet sudare tumultu,
Quum lassata graui ceciderunt brachia massa. Quem locum sic exponit Britannicus: Graui massa; grauibus halterum pondere. nam qui balnea ingrediebantur, quo facilius sudorem elicerēt, antè quàm lauarentur se exercebant, nunc grauiora onera manibus ferēdo, nunc halteres rotando. quam rem Seneca ad Lucilium optimè ostendit libro septimo, epistola penult. vbi notat tumultuosam luxuriam balneorum, sic dicens: Quum fortiores exercentur, & manus plumbo graues iactant, quum aut laborant, aut laborantem imitantur, gemitus audio, quoties retentum spiritum remiserunt, sibilos & acerbissimas respirationes. Idem alibi ad Lucilū loquens de exercitationibus, Cursus, & cum aliquo pondere manus motæ. Ergo graui massa, id est graui haltere, qui aliud nihil est, quàm massa plumbea. Dictus autem halter ab ἅλλομαι, quod est salio. nam saltantes susceptis halteribus exercebantur. Martialis, Halterem facili rotat lacerto. Hæc Britannicus. Cælius libro 14. cap. 4, Halteres verò, id est ἁλτῆρες, de quibus Martialis, Halteres facili rotat lacerto, & meminit Aristoteles in Quæstionibus encyclicis, aliud omnino sunt. Figura erat, circuli dimidium oblongioris, nec rotundationis absolutæ. ita prorsum affor mabantur, vt manuum inseri possent digiti, velut per scuti ochana. Cornarius in primum cap. lib. 2. Galeni De compositione pharmacorum secundum locos, Videntur, inquit, fuisse halteres, massæ ac moles lapideæ. aut ex metallis conflatæ, ansa ac manubrio addito, quo commodè leuari possent: quales sunt quibus ponderum loco publicè hodie vtimur in valde ponderosis rebus ad libram expendendis. Indicat enim Galenus libro 2. ὑγιεινῶν, exercitiū per halteres tale fuisse, vt orgyæ spatio difficti halteres in vnum locum deponerentur, ita vt à stante in medio ipsorum prono attollerentur, dextera manu à sinistra sicus, sinistra verò is qui à dextris, atque sic in proprium locum deponerentur: idque firmato gradu sæpe & identidem faciebat, qui sic exercebatur. Hunc autem motum obliquas spinæ partes magis exercere idem testatur. Porrò Martialis poetà quum ait, Halteres facili rotat lacerto, videtur rotare dixisse, quòd dextera manu à sinistris sicus halter leuaretur, & vice versa: quāquam idem exercitij genus in Apophoretis rideat, inquiens,

Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti?

Exercet melius vinea fossa viros. Deinde recensēt Cornārius quæ Budæus & Cælius de halteribus memoriæ tradiderunt, fortiter asserens vtrunque quid essent halteres ignorasse. Quod autem attinet ad carmen illud hendecasyllabum Martialis toties citatum in nostris codicibus, hodie sic legitur libro septimo, epigramm. 66. in Philænim,

Harpasto quoque subligata ludit,
Et flauescit haphe, grauésque draucos
Alterno facili rotat lacerto,
Et putri lutulenta de palæstra,
Vncti verbere vapulat magistri. Sunt tamen qui pro Alterno legant Alternos: alij Alternis, pro alternatim. Quem locum exponens Domitius, eos qui halteres legunt, sibi non placere profitetur.

Halus, hali, fœminini generis, Herba, de qua Plinius libro 27. capite 7, Halus autem, quam Galli sic vocant, Veneti cotoneam, medetur fateri, item rentibus, conuulsique & ruptis. Similis est cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcis, & situm sedans, raræ radicis, alibi albæ, alibi nigræ.

HALYAETVS {ἁλιάετος} Viri proprium, qui mutatus fuit in auem sui nominis, de quo Ouid. 8. Metam. Et modò factus auis fuluis halиætus in alis. Existimo scribēdum Halиætum, & Ouidium alterum e abstulisse, versus causa.

HALYS {ἅλυς} Paphlagoniæ fluuius maximus: Crœsi fato, quod attulisse visus est, nobilis. Notum oraculū est, Crœsus Halym penetrans magnam peruertet opum vim. Quo deceptus, quum regnorum opes expectaret, suas profligauit. Cic. lib. 2. de Diuinat.

Crœso fatalis Halys. Lucan. lib. 3.

Crebro vortice tortus Halys. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10.

H A M

Hama, hamæ, Vas aquarium rotundioris formæ, & ventris globosioris, quo ad extinguenda incendia solebant vti. Paulus in l. Nam salutem. §. Sciendum. D. De offic. præfect. vigil. Sciendum est autem præfectum vigilum per totā noctem vigilare debere, & coercere calceatum eum hamis & dolabris. Forma intelligi potest è versu Columellæ de cucurbita,

-siue globosa

Corporis, atque vtero nimium quæ vasta tumescit
Ventre leges medio: sobolem dabit illa capacem
Naryciæ picis, aut Actæi mellis hymetti,
Aut habilem lymphis hamuiam. Hamulam tamē in libris Regum interpres pro *ouēla* reddidit. Plinius quoque in epistolis aduersus incendia hamæ meminit. Apud Iuuenalem quoque, Dispositis prædiues hamis: metu incendij scriptum existimo. Turnebus.

HAMADRYADES {ἁμαδρυάδες} Vide DRYADES. Virg. 10. ecloga. 9,

Iam, neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent.

Deæ Hamadryades. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56.

Latinæ Hamadryades. Ouid. 14. Metam.

Hamatilis, Hamatus, Vide HAMVS.

Hamaxa {ἅμαξα} Sidus quod nos Septentriones vocamus, teste Gellio libro 2. capite 21. à figura, positúráque ipsa, quia similе plaustri videtur.

HAMAXAMPEVS, pars est fluminis Hypanis, qui cum fonte Xampeo amaro commistus est.

HAMAXOBITAE, penult. prod. {ἁμαξόβιοι} populi Sarmatiæ in Europa: qui quia pro sedibus plaustra habent, sic dicti sunt, authore Pomponio Mela lib. 2. Græcis enim ἅμαξα plaustrum dicitur. Prolemæus Hamaxobios nominat. Vadianus Melæ interpres, eos esse credit, quos hodie alibi sitos Poloni Moscouitas nominant, corrupto vocabulo. Plin. lib. 4. cap. 12.

HAMILCAR, Vide AMILCAR.

Hamiotæ, Vide HAMVS.

Hammites, Gemma ouis piscium similis, teste Plin. lib. 37. cap. 10.

HAMMON {ἄμμων} cognominatus est Iupiter, qui in arena putatur inuentus, quæ Græcè hoc nomine ἄμμος appellatur: cui cornua affinguntur arietis, à genere pecoris inter quod inuentus est. Festus. Vide AMMON.

Fanum Hammonis. Lucret. lib. 6.

Hammoniacum, Hammonitrum, Vide in litera A, AMMONIACVM. tametsi rectius per aspirationē scribendā putārim, quòd Græcis ἅμμος, aspirato α, arena dicatur.

Hammonium, hammonij, neut. gen. Coloris genus tendentis in subruffum. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 2, Nuncubi hic vides citrum aut aūrum? num minium aut hammonium? num aliquod emblema, aut lithostroton? Ex vetusto codice legitur armenium.

Hamotrahones, alij piscatores, alij qui vnco cadauera trahunt, Festus.

Hamus, hami, m. g. {ἄγκιστρον} catenam significat. Virg. 3. Æneidos, Loricam consertam hamis, auróque trilicem. Vbi Seruius, Hamis aureis, per Endyadin. Hamis autem, catenis significat.

Hamus, Instrumentum quo capiuntur pisces. Plaut. Stich. 5,

Arundinem fert, sportulámque, & hamum piscarium.

Hamus anguloſus. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 3.

Hamum vorat, meus est. Plaut. Curcul. 8.

Catenatus hamus, Vide CATENA.

Hamum,quidam à Græco deductum putant. nam Græci ἅμματα dicunt ligamenta.
Piscem ducere hamo. Ouid.epist.18.
Excipere hamo. Cels.lib.7.cap.5.
Aduncihami. Ouid.13.Metam.
Curuos dedit vnguibus hamos. Ouid.11.Metam.
Fallax hamus. Ouid.2.de Ponto,eleg.7.
Occultum decurrit pisces ad hamum. Horat.1.epist.7.
Opertus hamus. Horat.1.epist.17.
Vnci hami. Ouid.15.Metam.
¶Hamus, Instrumentum ferreum quo diuitum arcæ nummariæ obsepiuntur,ne res facili aperta surripiatur. Iuuenal.sat.14,
Dispositis prædues hamis vigilare cohortem. Vbi interimitur scum vocali in dictione prædues.
¶Hamus, Aliud instrumentum ferreum quo pectitur linum. Plin. lib.19.cap.1,Et ipsa tamẽ pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana,decorticetur. De stupa.
Hami ferrei,meminit Cæsar 7.belli Gall.sed in alio vsu: Ante hæc (inquit) taleæ pedem longè ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur: mediocribúsque intermissis spatiis, omnibus locis disserebantur,quos stimulos nominabant.

Hamulus,penul.corr. Diminutiuum {ἀγκίστρων} Hamulum Celsus vocat vncinum quo medici chirurgi pterygion ex oculo eximunt. Inde hamularij fures dici possunt. Celsus lib. 5, Specillo auriculario protrahendum est,aut hamulo retuso. Budæus.
Hamulis oras plagæ reducere. Celsus lib.7.cap.31, Vitatúrque,ne plagæ ipsius oræ adurantur,quas reducere hamulis facile est.

Hamo,hamas,hamare. Claudianus lib.2.in Ruffinum,72,
Flexilis inductis hamatur lamina membris.

Hamatus,penult.prod. Adiect. {ἀγκιστρωτὸς} Hamo instructus & munitus. Cic.4.Acad. Hamatis vncinatísque corpusculis.
Hamata inter se & perplicata corpora. Lucret.lib.2.
Arundo hamata. Ouid.5.Metam.
Hamata munera, quæ ita dátur,vt alia subinde ad se dona alliciat. Plin.Iun.lib.9. epist.30. ad Geminum, Hos ego viscatis hamatísque muneribus non sua promere puto,sed aliena corripere.
Sagittæ hamatæ. Ouid.3.Trist.eleg.10.
Sentibus hamatis implet præcordia, Id est curis. Ouidius 2.Metamorphoseos.
Vngues hamati. Ouid.12.Metam.

Hamatilis, & hoc hamatile, penult.correp. {ἄγκιστρον} Quod pertinet ad hamum,vel quod hamo piscatur. Plaut. Rud.8, -post id hamatilem piscatum Et saxatilem aggredimur,captamus cibum in mari. Id est hamo piscamur.

Hamiota,hamiotæ, penult.prod. {ἁλιεὺς} à vetere bus piscator dicebatur. Plaut.Rud.9,
Saluete fures maritimi,conchitæ atque hamiotæ,&c. Varro, Cohortes coquorum atque hamiotarum,aucupúmque.

HANAPIS,Fluuius est Scythiæ,Herodoto teste.

HANNIBAL {Ἀννίβας} Vide ANNIBAL.
Parentibus abominatus Hannibal. Horat.Epod.16.
Belliger Hannibal. Silius lib.1.
Perfidus Hannibal. Horat.4.Carm.ode 4.
Superbus periuro ense Hannibal. Stat.4.Sylu.6.
Tyrius Hannibal. Iuuenalis sat.12.

HANNO {Ἄννων} Carthaginiensis,Philippi Macedonis temporibus,qui Carthagine priuatis opibus potens,regnũ affectãs: & in filiæ nuptiis principes ciuitatis veneno necare,prodito à ministris consilio frustra cogitans,alia aggressus via,seruitia cõcitat,quibus incautam vrbem opprimat:quo etiam ciuibus prouiso ac vitato periculo,ipse demum in castellum munitum sese recipiens, Afros, Mauorúmq; regem armauit.captus postremò,ac primùm virgis cæsus,deinde effossis oculis, & manibus cruribúsque fractis, cruci affixus est:ac in cognatos omnes etiam animaduersum. Ex Trogo lib.21. ¶ Hanno item Carthaginiensis alius Agathocli cum xxx millibus Pœnorum obuius factus,conserta pugna interfectus est. Trogus lib.22.
Hanno factionis Barchinæ, qui quú optima consuleret Carthaginiensibus de pace,nequaquam exauditus est. Liuius in primo & vltimo de bello Punico.

Hapalaria, Vasa sunt in quibus liquamine oua condiuntur, quod ex Apicio colligere est sic scribente, In ouis hapalis piper, liguisticum, nucleos infundes: suffundes mel ac acetum: liquamine temperabis. De Hapalariis sic Ausonius,
Maiorum mensis hapalaria succus inundet. Monuit Turnebus.

Haphe,haphes,fœminini generis {ἁφὴ} Insperso pulueris,qua insper gebantur luctantes, vbi ceromate illiti fuissent. Martialis libro 7. epigramm. 66. in Philænim, quæ lucta palæstráque more virorum exercebatur,
Harpasto quoque subligata ludit:
Et flauescit haphe,grauésque draucos
Alterno facili rotat lacerto:
Et putri lutulenta de palæstra,
Vncti verbere vapulat magistri. Philænis,inquit, flauescit haphe, id est tactu arenæ. Palæstritæ enim luctaturi flauescebant aspergine arenæ, prius inuncti ceromate. Ouidius luctam Acheloi & Herculis describens lib.9 Metamorphoseos,
Ille cauis hausto spargit me puluere palmis,
Inque vicem fuluæ tactu flauescit arenæ. Lutulenta,propter ceroma. Vide CEROMA. Magistri vncti,hoc est aliptæ. Hinc Plin.lib.14. cap. 22, luctatorum hæc meditatio dicitur volutatio in cœno. Cui subscribit Seneca libro 13.epist.vlt.his verbis,Non adducor vt in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis quàm statuarios,aut marmorarios,aut cæteros luxuriæ ministros. Æquè luctatores,& totam oleo ac luto constantem scientiam, expello ex his studiis liberalibus. Lucian. in dialogo cui titulus est Anacharsis,seu De gymnasiis Cæterùm quamobrem & arena & lutum illis luctantibus substernatur,nunc audi ô admirande. Primùm quidem, ne in duro casu illis contingat,sed in loco molliore citra periculũ prostrati corruant. Deinde multa lubrica effugia accidere in cœno sudãtibus necesse est,quam rem tu anguillis conferebas,sed quę non sunt inutilia habenda aut ridicula. Nam & hęc plurimum ad robur & mẽbrorum firmitatem consolidandam conferunt, quando ad hunc modum luctando alter alterum fortiter apprehendere cogũtur, tametsi crebrò elabantur è manibus. Tenere enim perunctum oleo, & sudore perfluentem, excidere conantem, & è manibus effluere laborantem, ne tibi res videatur esse modica, aut nullius momenti. Rursus arenam planè diuersa ratione vtilem esse cẽsemus: ne dum complexibus implicantur, labantur. Posteaquam enim in cœno multo exercitio didicerunt compescere aduersarium, quo minus elabatur è manibus propter corporis lubricam comprehẽsionem,etiam ipsi comprehensi effugiendi rationem multa assuetudine familiarem sibi faciũt,præsertim quum tenentur medij. Quin sudorem largiter semet effunden tem arena quoque mihi videtur comprimere dum aspergitur: vtque vis corporis par sit laboribus, efficere. efficque ventis obstaculo, quominus lædantur corpora, in tenera atque denudata incumbentibus. Hæc Solon ad Anacharsim apud Lucianum.

Ἁφὴ ἁφῆς, Tactus,iunctura,contrectatio in palæstra. Iulius Pollux haphen accipit, primâ infectinâ quoties vestes imbuũtur coloribus.

Hapsus,hapsi,masc.gen. Cels. lib.7.cap.26, Quæ curatio calculo cuilso habenda sit, Tum multo is oleo perungendus,inducendúsque hapsus lanæ mollis,tepido oleo repletus.&c. Hapsum lanæ intelligunt docti,quantum manu capi potest. Alij interpretantur globulum lanæ cõuolutum. Græcis πῖλημα dicitur, ἀπὸ τοῦ πιλεῖν, hoc est,à constringendo,& conuoluendo.

Hara,huius haræ {σωλὴς} Porcorum stabulum. Donatus, Hara in qua pecora includuntur. Plaut. Asin.93 -vos
Dormitis interea domi,at hei' in hara,haud ædibus habitat. Cic. in Pisonem, Ex hara producte,non ex schola. Ouid.1.epist.15, Tertius immundæ fidelis haræ. Colum.lib.7.cap.9, Dil.gẽs autem porcilator frequẽter sule conuerrat: & sæpius haras. Quibus verbis docet discrimen esse inter haram & sule.
Hara,Stabulum auserum. Varro de Re rust.lib.3.cap.10, Singulis vbi pariant faciendum haras quadratas circum binos pedes & semipedem. Sic apud Colum.lib.8.cap.14.

Harena,& inde ducta, Vide ARENA.

Hariolus.harioli,pen.corr. {χρησμῳδὸς,χρησμῳδὸν} Qui diuina mente vaticinatur. Dictus hariolus quasi fariolus, à fatis vel à fando. H enim pro F, & item F pro H. in multis locutionibus mutabantur. An ab halando?nam halitu solent excludere velut mortalẽ animam, vt diuinã recipiant. Vnde & vocem eiusmodi dabãt quę est OE,quòd OE sonus,exhalandi vim præstet. Hactenus Donatus. Plaut. Cist.10, Hîc ergo habitas. v. hariola es. Terentius Phormione,4.3,Interdixit hariolus.
Hariolorum furibundæ prædictiones. Cic.1.de Diuinat. Sibyllinorum versuum decẽ interpretes delectos ex Ciuitate esse voluerũt. Ex quo genere sæpe hariolorum etiam & vatũ furibundæ prædictiones.

Hariolor,penult.corr.hariolaris {χρησμῳδῶ,χρησμῳδῶν} hariolari, Diuinare. Plaut. Asin.11. Terent. Phorm.3.2,
Non mihi credis? d. hariolare. Hunc locum sic exponunt nonnulli: Hariolare,id est,Diuina. Al j sic: Hariolare,id est,hariolaris & deliras, Vide VATICINOR. Cic.1.de Diuinat. Neque eos qui quæstus causa hariolantur,nec psychomantia &c. agnoscere.

Hariolans,Participium {χρησμῳδῶν} Cic.ad Attic.lib.8.15, ὑποπτεύσω igitur noster Attice,non hariolans vt illa,cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens, Iámque mari magno.

Hariolatio,Verbale {χρησμῳδησις} vt Superstitiosæ hariolationes. Cic. 1.de Diuinat. Ex quodam poeta.

HARMODIVS {Ἁρμόδιος} & Aristogiton, Ciues Athenienses de Repub. bene meriti,quorum passim mentionem facit Demosthenes in orationibus.

HARMODORVS,Poetæ nomen,cuius sæpe meminit Plutarchus.

Harmonia,harmoniæ,penult.corr. {ἁρμονία} Latinè cõpositio,concordia,concentus. Musici,inquit Lactant. De opificio Dei,cap.16,intentionem, concentúmque neruorum in integros modos, sine vlla offensione consonantium,harmoniam vocant. Cicero 1. Tusculana, Harmoniam autem ex sonorum interuallis nosse possumus, quotum varia compositio harmonias etiam efficit plures. Quintil.lib.1. cap.10. Nec illa modò contenti dissimilium concordia,quam vocant harmoniam,sonum quoque his motibus dederunt.
Ad harmoniam canere. Cic.3.de Nat.deor. Nisi verò loqui solem cum luna putamus quum propius accesserit: aut ad harmoniam canere mundum,vt Pythagoras existimat.
Harmonia corporis. Lucret.lib.3.

Harmonicus,pen.corr.Adiect. {ἁρμονικὸς} Plin.lib.2.cap.109,Harmonica ratio, quæ cogit terũ naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensuræ stadia septem M.Ex vetusto codice legitur Harmoniaca.

HARMONIDES, Troianus fuit, quem teste Homero libro 5.Iliad.præcipuo quodam amore Minerua dilexit, ideóque nihil cum fugit, quod fabrili arte effici posset. Is inter alia quæ fabrefecerat,naues illas Alexandro ædificauit,quæ fuerunt malorum omnium,quę Troianis contigerunt, caput:perniciosas quidem ac mortiferas, vt cæteris Troianis, ita ipsi ædificatori, quia deorum monita non intelexisset.

Harpaction,Genus sulphuris,à celeritate auellendi sic dictũ. Plin.lib. 35.cap.15. Vbi ex vetusto codice legitur Harpacticon.

HARPAGIVM {ἁρπάγιον} Oppidum iuxta Pariũ,apud quod Ganymedẽ puerum Phrygiũ raptũ Græca fabulositas ausa est asserere2. Vadianus.

Harpago,penult.prod.harpagonis, masc.g. {ἅρπαξ} Telum in summitate aduncũ,quo nauigia capiuntur. ¶ Est præterea instrumẽtum quo extrahuntur quæ in puteum vel in flumen ceciderint. Et dicitur harpax. Hunc harpagonem inuenit Anacharsis philosophus, teste Plin.lib.7.cap.56. Cæsar 1.bel.Ciuil.

¶Harpago

¶Harpago, Ferramenti genus, quod nonnulli canem vocant: quo ferramento circi vasis vinariis aprantur. Liu. verò lib.10.bel.Pun. Asseres ferreo vnco præfixi (harpagonas vocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas cœpti.

Harpago,harpagas {ἁρπάζω} harpagãre,Rapere. Plaut.Bacchid.15, -improbus
Cum improbis sit, harpaget, furibus furetur quod queat. Idem Aulul.7,
Aurum mihi intus harpagatum est. Antiquum.

HARPALICE, pen.corr. {Ἁρπαλίκη} Amazonum regina. Hæc est quæ partem suum captũ à Getis multitudine collecta liberauit celerius, quàm de fœmina potest credi. vnde & flumina dicitur celeritate trãsire. Hæc Seruius enarrans illud Virgil.1.Æneidos,
-vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, volucrémque fuga præuertitur Hebrum.

HARPALVS,ab Alexandro fugitiuus, Athenas traiecit, cuius meminit Plutarchus in vita Phocionis.

HARPALVS,Nomen prædonis: cuius meminit Cicero lib.3. de Nat. deorum.

HARPALYCE, Virgo quædam fuit, quæ quum Iphiclum ardentissimo amore deperiret, spreta dolore animi confecta interiit, à qua & canticum quoddam Harpalyce dicebatur. Ex Turnebo.

HARPASA, penult. correp. {Ἁρπασα} Oppidum Asiæ, appositum fluuio Harpaso,vt scribit Plin.libro 2.cap.96. & lib.5.cap.29, Vbi cautes stat horrenda,vno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistens.

Harpastum, harpasti {ἁρπαστὸν} Pilæ genus.grossior est quàm pila paganica, tenuior quàm follis. è panno ferè fit, aliquando ex pelle, lana, tomentóve impletur. non repercutitur: sed quum multi sint ludentes, & in duas partes diuisi, ita vt vtrique è regione sibi inuicem oppositi sint, ad suos quisque transmittere pilam conatur, quam aduersarij nituntur arripere. Harpastum dictum est ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, hoc est à capiendo: quia proiectam pilam multi simul conantur arripere, séque ob eam causam inuicem prosternunt. Hæc Sipont. Martial. lib.7.31, Non harpasta vagus pulueulenta rapis.
Harpasto ludere. Martial.lib.7.epigr.66. in Philænim.

Harpe, harpes, fg. {ἅρπη} Græca dictio, ensem falcatum significans, quo vtitur Mercurius. Lucanus libro 9, Et fubirus præpes Cyllenida sustulit harpen. Hoc est incuruum Mercurij gladium, quem proterea paulo pòst vocat, Lunatum ferrum. Hoc amputauit Mercurius caput Argo centum oculis prædito. Hoc etiam vsum fuisse Persæum Poetæ tradiderunt in obtruncando capite Medusæ. Lucanus lib.9,
Harpen, alterius monstri iam cæde rubentem. Ouid.5.Metamorph. Vertit in hunc harpen madefactam cæde Medusæ.

HARPOCRATES, pen. corr. {Ἁρποκράτης} Simulacrum in sacris Isidis & Serapidis erat: quod digito labijs impresso admouere videbatur, vt silentium imponeretur. Hic dicebatur silentij deus. Fuit autem reuera Philosophus Græcus: cuius eruditio ac præceptum in id tendebat vt silentium præciperet, & omnibus rebus facilè anteponeret.
Reddere Harpocratem. Catull. epigr.59, in Gellium, prouerbiali specie dixit, Reddidit Harpocratem, pro eo quod est, Imposuit silentium. Ex Erasmo.

HARPYIAE {ἅρπυιαι} pen.prod. Monstra fuerunt, qualia describit Virgil.lib.3.Æneidos,
Tristius haud illis monstrum,&c. Seruius. Pelagi volucres,quia dicuntur Ponti & Terræ filiæ. Vnde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes. Alij dicunt eas Neptuni filias: qui ferè prodigiorum omnium pater est: nec immerito. Nam secundum Miesiũ Thaleten omnia ex humore procreantur: vnde est, Oceanúmq; patrem rerum. Et paulo pòst, Alij autem dicũt Harpyias Thaumantis & Electræ filias, Vide AELLO.
Rapacibus Harpyiis digna gula. Horat.2.Serm.sat.2.
Truces Harpyiæ. Claud.de bel.Get.
¶Harpyia, Nomen etiam est canis rapacissimæ, apud Ouid.lib.3. Metamorph.

Haruga,harugæ, Est,authore Donato, hostia: dicta ab hara in qua includitur. Apud Festũ legitur, Hariuga dicebatur hostia,cuius adhærentia inspiciebantur exta.

Harundo, Vide ARVNDO.

Haruspex,haruspicis,pen.corr. {ἱεροσκόπος} ab haruga nominatur,vt ait Donatus. Seruius autem ex hara & specio componi docet. Terent. Phorm.4.4,
Haruspex vetuit ante brumam aliquid noui
Negotij incipere. Erant autem diuinatores quidã haruspices, qui ab haræ conspectu futura prædicebant. Cic.1.de Nat.deor.
Haruspex secundus sacra nuntiat. Virgil.11.Æneid. Secundus haruspex,pro secunda sacra,Id est prospera. Seruius.
Vanus haruspex. Sil.lib.5.
Verum esse haruspicem,Id est vera loqui. Propert.lib.3.eleg.14, Proloquar,atque vtinam patriæ sim verus haruspex.

Haruspica,haruspicæ,pen.corr. {ἱεροσκόπος} Diuinatrix. Plaut.Milit.10, Da qui faciat,qui condiat:da quod dem quinquatribus,
Percantatrici,collectrici,ariolæ,atque haruspicæ. Sunt tamen qui legant,Præcantrici,collectrici.alij,Precatrici.coniectrici.

Haruspicinus,penult.prod. Adiectiuum {ἱεροσκοπικὸς.} Cic.1.de Diuinat. Quod Etruscorum,declarant & haruspicini,& fulgurales,& rituales libri,nostri etiam augurales.

Haruspicina,huius haruspicinæ,pen.prod. {ἱεροσκοπική,ἡ μαντικὴ σύνη} Diuinatio. Cic.1.de Diuinat. Et lib.2.
Haruspicinam facere. Cic.ad Leptam,lib.6.18, Quare bono animo sint & tui & mei familiares: neque enim erat ferẽdum, quum qui hodie haruspicinam facerent,in Senatu Romæ legerentur.

Haruspicium,Substantiuum {ἱεροσκοπία.} vt Perticum haruspicium. Catull.epigr.85.

HASDRVBAL {Ἀσδρούβας} Vide ASDRVBAL.
Deuictus Hasdrubal. Horat.4.Carm.ode 4.

Hasta, huius hastæ {ἔγχος, δόρυ, ξύστης, λόγχη} Ab astando dicta, inquit Varro, quòd astans ferri solet. Aspiratur tamen ad differentiam secundæ personæ verbi asto. Plaut.Bacch.8,
Ibi cursu,luctando,hasta,disco,pugillatu,pila,
Saliendo se exercebant. Cic.2. de Finib. Euelli iussit eam,qua erat transfixus,hastam.
Acies hastæ, Vide ACIES.
Hastam abiicere. Cic.pro L.Murena, Vidésne tu illum tristem,demissum?iacer,diffidit,abiecit hastas,serpit hic tumor. Hastam abiicere,est causæ diffidere.& contentionem relinquere. Translatum à militia, desperat enim quisquis arma in bello abiicit, & aut fugam spectat,aut mortem expectat. Erasm.
¶Aceliuis hasta, Vide ACCLIVIS.
Acuta hasta, Vide ACVO.
Amentata hasta, Vide AMENTATVS.
Centumuiralis hasta, Vide CENTVMVIR.
Densis virũm seges horruit hastis. Virgil.2.Georg.
Fraxinea hasta. Ouid.5.Metam.
Graues hastæ. Horat.1.Carm.ode 15.
Horrentes hastæ. Virgil.10.Æneid.
Infesta subit obuius hasta. Virgil.10.Æneid.
Minax hasta. Seneca Agamem.6.
Protentæ hastæ. Tacit. lib.14, Et eques protentis hastis perfringit quod obuium & validum erat.
Hasta pura, secundum Donatum, dicitur quæ sine ferro est, Vide PVRVS.
Recurua hasta. Ouid.2.Fastorum,
Comat virgineas hasta recurua comas.
Tremens hasta. Virgil.2.Æneid.
Trabalis hasta. Stat.4.Thebaid.
¶Hasta adiuta viros, Vide ADIVVO.
Adnixi hastis, Vide ADNITOR.
Hastam colligere, apud Tacitum est hastam reducere, quam antè protenderas,vt hostem ferires: atque hæc contraria sunt Protendere & colligere hastam. Eius verba sunt, Quum ingens multitudo arctis locis hastas non protenderet,non colligeret.
Contorquere hastam, Vide CONTORQVEO.
Dirigere hastam in aliquem. Ouid.8.Metam.
Iactare hastam. Cic.2.de Orat.
Stridentem iecit hastam. Virgil.10.Æneid.
Innixus hasta, Vide INNITOR.
Insectari aliquem hasta vel lapidibus, Vide INSEQVOR.
Insistere hastæ, Vide INSISTO.
Mittere hastam in aduersum aliquem. Ouid.12,Metam.
Premere aliquem hasta. Virgil.2.,Æneid.
Ingentem quatiens hastam. Virg.10.Æneid.
Aiugulo nitentem sustinet hastam. Stat.2.Thebaid.
Torquere hastam. Cic.1.de Orat.
¶Hasta ponebatur in auctionibus. Cic.2.Philip. Hasta posita pro æde Iouis Statoris,bona,&c. bona inquam Cn. Pompeij Magni voci acerbissimæ subiecta præconis, Idem 2.Philip. Iam intelliges aliam causam esse hastæ Cæsaris,aliam cõfidentiæ & temeritatis tuæ,Id est sectio bonorum & auctio. Hæc Budæus. Festus,Hastæ ea quæ publicè venundabant,subiiciebant veteres. Cic.3.Offic.
Subire sub hasta,Est vendi. Plaut.Mostel.6,
Velisti qui trium nummorum causa subeunt sub hasta.
Ad hastam locare. Colum.in Præf.lib.1.
¶Hasta, pro ipsa venditione bonorum. Cic.de Lege agrar. Num obscurè videntur propè hasta præconis infectari Cn. Pompeij exercitum,&c. Idem ad Cassium, lib.15.17, Cæsarem putabant molestè laturum, verentem ne hasta refrixisset. Id est,auctio bonorum proscriptorum in desuetudinem veniisset,amisso tali patrono.
Hasta venditionis. Cic.2.Philip. Quis hastam illius venditionis vidit?

Hastula,hastulæ, penult.corr. Diminutiuum {ἀκοντίον.} Plin.lib.16 cap. 12, Aperitur Picea è parte solari non plaga, sed vulnere ablati corticis,quum plurimum bipedali hiatu,vt à terra cubito quum minimũ absit. Nec corpori ipsi parcitur, vt in cæteris, quoniam hastula in fructu est. Quibus in locis hastulam interpretantur virgam, nimirũ à similitudine hastæ. Ego potius assulas intelligo, & fragmenta,seu schidia,quæ ex arboris ipsius corpore excutiuntur, quum ferro vulneratur. Subdit enim Plinius, Postea humor omnis è tota consluit in vlcus. Quod autem ait,in fructu est,sic expono,fructuosa est,fructum affert,aut resinæ,aut pici faciendæ vtilis est. Tradit enim cap. 11,ex hastulis minutim concisis, & coctis, expressum pingue, præcipuam esse resinam.
Hastula régia, Herba quæ & asphodelus & albucum dicitur. Plin. lib.21.cap.17.

Hastatus,penult.prod.Adiectiuum {κεκραμένος.} Varro de Ling.Lat.lib.4, Hastati milites dicebantur qui primi hastis pugnabant. Liuius 7, ab Vrbe.
Acies hastata. Tacit.lib.2.
Bellona hastata. Stat.2.Thebaid.

Hastile,hastilis,n.gen.pen.prod. {δόρυ} dicitur lignum teres oblõgum, quale solet esse hastæ. Colum.lib.4.cap.12, Aut si regionis conditio permittit, vetera deponamus hastilia quibus adnectuntur singulæ transuersæ pericæ,&c. Cic.pro Rab.Quum denique Qu. Scæuola confectus senectute, præpeditus morbo,mancus, & membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus,&c. Plin.lib.17.cap.23, Circunligaris hastilibus.
Crispare hastilia. Silius lib.8.
Curuatum hastile. Iuuenal.satyr.7.
Densis hastilibus horrida myrtus. Virg.3.Æneid.
Lenta hastilia torquere. Ouid.7.Metam.

Præfixa hastilia ferro. Virgil. 1. Æneid.
Rasæ virgæ hastilia. Virgil. 2. Georg.
Lato crispans hastilia ferro. Virgil. 1. Æneid.
Valida hastilia. Virgil. 2. Georg.

Hau {ἆ} Interiectio est conturbatæ mentis, nec constantis sibi, vt ait Donatus. Terent. Eunuch. 4. 3, Hau obsecro mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit?
Hau hau. Terent. Adelph. 3. 2,
-hau hau mi homo, sanúsne es?

Haud {οὐκ, οὐχί} Aduerbium negandi, significat non. Cic. pro Cluent.
Haud hæres est Cluentius. Terent. And. 1. 1, Haud muto factum. Vbi Donatus, Haud muto factum, non me pœnitet facti.
Haud ab re. Liu. 8. ab Vrbe, Haud ab re duxi verbis quoque ipsis vt tradita nuncupatáque sunt, referre.
Haud commodi ei est, Nihil illi prodest. Plaut. Casin. 4,
-peculij probam nihil habere addecet
Clam vitro: & quæ habet partum, ei haud commodi est.
Haud sanè commodus. Terent. Adelph 5. 2,
Ædepol comessatorem haud sanè commodum,
Præsertim Cresphoni.
Haud consimili ingenio est, atque. Plaut. Bacch. 8.
Haud consuetudine, Non quidem vt solebas. Plaut. Trinum. 6.
Haud diu est. Terent. Eunuch. 2. 3,
Sed istam Thaidem non sciui vobis vicinam. p. haud diu est.
Haud sanè difficilis. Cic. de Senect. Rem haud sanè Scipio & Læli difficilem admirari videmini.
Haud dubiè. Liuius 3. ab Vrbe, Quæstores M. Volscio, quòd falsus haud dubiè testis in Cæsonem extitisset, diem dixerunt.
Haud dudum: Hoc est, non ita pridem. Plaut. Persa, 15.
Haud dum. Liuius 9. bel. Pun. Idem 2. ab Vrbe, Haud dum exoleuisset.
Haud erat sanè quod quisquam ratione ac doctrina requireret. Cic. 3. Tuscul.
Haud faciam. Terent. Heaut. 3. 1,
Haud faciam. nam quàm potero adiutabo senem.
Haud facilé. Cic. de Senect. Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit.
Haud fermè. Terent. And. 3 1,
Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum.
Haud grauatè. Plaut. Rud. 10.
Haud immeritò. Plin. lib. 11. cap. 37, Destuere palpebras haud immeritò venere abundantibus tradunt.
Haud inuitò. Terent. Hecy. 3. 5,
Pamphile, ad aures haud inuitò sermo mihi accessit tuus. Id est, lubens audiui te loquentem.
Haud ita decet: Id est, inquit Donatus, non vsque adeò decet. & est confirmatio. Terent. Hecy. 2. 2.
Haud ita multum. Liu. 9. bel. Pun. Haud ita multum progressus à mari, tumulos proximos ceperat.
Haud magni pretij. Plaut. Stich. 4,
Ecastor auctionem facit haud magni pretij.
Haud malus. Plaut. Rud. 2. Terent. Eunuch. 2. 2,
Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis,
Hominem haud impurum, itidé patria qui abligurierat bona. Vbi Donatus, Non dixit prodigum: quia hoc ipsum probat: sed non auarum, non improbum, & sic laudamus eos in quibus nihil est quod magnopere efferamus.
Haud mora: intelligitur verbum sit, quod raró exprimitur. Virgil. 10. Æneidos,
-haud sit mora, Tarchon
Iungit opes, fœdúsque ferit.
Haud nihil, pro Non parum. Terent. Eunuch. 4. 2,
-certe extrema linea
Amare, haud nihil est.
Haud nihil ambigam. Liu. 1. ab Vrbe, Haud nihil ambigam (quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Ascanius, an maior. &c.
Haud parum opportunum. Liu. 7. bel. Pun. Consilio in cætera exequenda belli haud parum opportuni.
Haud paulò plus, id est Longè plus. Cic. Famil. lib. 7. epist. 1, Quòd si tu per eos dies operam dediti Protogeni tuo: dum modò is tibi quiduis potius, quàm orationes meas legerit: næ tu haud paulò plus, quàm quisquam nostrum, delectationis habuisti.
Haud perinde, quám. Tacit. lib. 2, Suum militè haud perinde vulneribus, quàm spatiis itinerum, damno armorum affici.
Haud potuit melius fieri. Terent. Adelph. 3. 1,
È re nata melius fieri haud potuit, quàm factum est, hera.
Haud procul abfuit quin. Liu. 5. ab Vrbe, Res repetentes legatos nostros, haud procul abfuit quin violarent.
Haud promeruit quamobrem. Plaut. Amphit. 18.
Haud scio. Terent. Heaut. 4. 4. Cic. de Amic. Est enim amicitia, &c. qua quidem haud scio an excepta sapientia, quicquam melius homini sit à diis immortalibus datum.
Haud secus. Liu. 4. bel. Maced. Idem 2. ab Vrbe, Id verò haud secus quàm præsentem mercedem regni aspernata plebs.
Haud sic decet. Terent. Eunuch. 5. 9. Idem Adelph. 3. 4,
Ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent.
Haud similis. Terent. Eunuch. 2. 3,
Haud similis virgo est virginum nostrarum.
Haud sinit. Terent. And. 3. 5,
Nanque hocce tempus præcauere mihi me, haud re vlcisci sinit.
Haud stultè sapis. Terent. Heaut. 2. 3,
Vis amare, vis potiri: vis, quod des illi, efficis:
Tuum esse in potiundo periculum non vis: haud stultè sapis.
Haud vereor. Terent. And. 1. 5,
Haud vereor, si in te solo sit sctum.

Haudquáquam, pen. prod. {οὐ μὰ} pro Nequaquam. Liu. 10. bel. Pun. Sic 6. ab Vrbe. Cic. 2. de Orat. Haudquaquam id est difficile Crasso. Idem de Vniuersit. Haudquaquam boni est, ratione vinctum velle dissoluere.

Haurio, hauris, hausi, haustum {ἀφύσσω, ἀνέλκω} haurire: Propriè est extrahere humorem & educere ex profundo aliquo loco.
Haustrum absque t, pro haustorium apud Virgil. legitur, libro 4. Æneidos,
Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
Supplicia haustrum scopulis.
¶Hauriui & hauritum, pen. prod. lectum est. Varro ad Ciceronem, Quum idem quoque hauriuit. Pro hauriuerit. Apul. lib. 2. de Asin. Lagena facilis hauritu. Idem in 4, Haurito pluisculo vncto corporis mei membris perfricui. Idem in 3. Rorem rigentem hauritum ista confestim deserta vrnula.
¶Haurire fontes. Lucret. lib. 4,
-iuuat integros accedere fontes,
Atque haurire, &c. Hoc est, luuat materiam hactenus intactam, & quam ante me nullus omnino attigit, describere.
¶Haurire, Vacuare. Lucil. lib. 30, Quantum haurire animus musarum & fortia gestit. Nonius.
¶Haurire, pro Accipere dixit Virgilius libro 1. Æneid. authore Seruio,
-ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.
¶Haurire animo, pro Accipere, vel audire. Virgilius libro 12. Æneidos,
-simul hæc animo hauri. Id est, omni attentione percipe, inquit Seruius.
Haurire auribus vocem alterius. Virgil. 4. Æneidos,
-vocémque his auribus hausi.
Hausit cælum. Virgil. 10. Æneidos,
-vt auras
Suspiciens hausit cælum, mentémque recepit. Hoc est aerem, Seruius.
Haurire artes domo. Cic de Claris Orat. Nec enim decet te ornatum hubertimis artibus, quas quum domo haurire non posses, accessisti ex vrbe ea, &c. Sic haurire studia. Idem 1. de Oratore, Cæterarum artium studia ferè reconditis atque abditis è fontibus hauriuntur.
Calamitatem haurire. Cicero pro Domo sua, Si vtile Reipub. fuit haurire me vnum pro omnibus illam indignissimam calamitatem: etiam hoc vtile sit, quorum id scelere conflatum sit, me occultare & tacere. Id est, deuorare & concoquere, hoc est perferre. Sic 1. Tusculan.
Cibos haurire, pro Sorbere & deuorare. Colum. lib. 8. cap. 17, Nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mádere quidem non possunt.
Cogitatione haurire omnia. Cic. 11. Philipp. Quem gurgitém quam voraginem? quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censeris?
Haurit corda pauor, Defatigat. Virgil. lib. 1. Georgicorum,
-exultantiáque haurit
Corda pauor pulsans.
Dolorem haurire. Cic. pro M. Cælio, Vidi enim, vidi, & illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, quum Q. Metellus abstraheretur è sinu gremióque patræ.
Dona noctis haurire. Hoc est, somnum quem nox affert. Sil. lib. 7.
Rostro femur hausit adunco. Ouid. 8. Metam.
Flamma multos hausit. Liu. 10. bel. Pun.
Gaudium auribus haurire. Liu. 7. bel. Pun.
Imaginem haurire, pro Animo concipere. Plin. lib. 7. cap. 12.
Incendium hausit opus. Liuius lib. 5, Tam longi temporis opus incendium hausit.
Laborem haurire ex re aliqua. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Latus haurire alicuius: Confodere & vulnerare. Virg. 10. Æneidos, Per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum.
Laudes haurire. Cic. ad Cecil. lib. 6. 6. Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus.
Lucem haurire. Virgil. 2. Georg. Significat nasci.
Luctum haurire. Cic. pro Sextio, Luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem.
Oculis haurire aliquid. Virgil. 4. Æneid.
Opes vrbis profunda mente hauserat. Claud. de bel. Get.
Haurire patrias opes. Martial. lib. 9. 86.
Pauor haurit corda, Id est ferit. Virgil. 3. Georg. Seruius.
Pectora ferro hausit. Ouid. 8. Metam.
Poculum haurire. Liuius 10. belli Punici, Nec locuta est ferocius, quàm acceptum poculum, nullo trepidationis signo dato, impauidè hausit.
Potionem haurire mulsi. Plin. lib. 7. cap. 53.
Solidos ceruos haurire. Plin. lib. 8. cap. 14. Megasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, vt solidos hauriant ceruos taurósque.
Supplicia haurire, Luere. Virgil. 4. Æneid.
Voluptates haurire, Auidè sumere. Cicero 5. Tusculan. Quóque affluentius voluptates vndique hauriat, eò grauius ardentiúsque sitiente.
Turbari, & hauriri. Tacit. lib. 2, Batauíque in parte ea dum insultant aquis, artémque nandi ostentant, turbati, & quidam hausti sunt. Id est, aquis absorpti.
¶Haurire à. Cic. 1. Acad. Vt ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos confectentur.
Haurire de. Cic. 1. de Diuinat. Qui quum vidisset hausta aquam de iugi puteo, terræ motus dixit instare.
Haurire de fæce, Vide FAEX.

Haurire

Haurire è fonte. Cic. 1. Offic. Non vt interpretes, sed vt solemus, è fontibus eorum iudicio arbitrióque nostro quantum, quóque modo videbitur, hauriemus. Idem 2. de Diuinat. Aqua ex puteo hausta.
Haurit ex ærario sumptum, suppeditat à sociis. Cicero 2. de Lege agrar. contra Rull.

Haustus, Participium {ἐκπεπωκὼς, πεπωκώς} Cic. 2. de Diuinat. Ex diuinitare, vnde animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus.
¶Haustæ mari naues. Liu. 3. bel. Maced. Multæ naues eiectæ, multæ ita haustæ mari, vt nemo in terram enauerit.
Haustæ in profundum arbores. Liuius 10. belli Punici. Id est absorptæ.
Igni haustus. Tacitus lib. 12, Eodem oratore Bononiensi Coloniæ igni haustæ subuentum.
Amor haustus. Stat. 1. Achill.
Aqua hausta duabus palmis. Ouid. 2. Fast.

Haustor, haustoris, Verbale. Firmicus lib. 8. cap. 29, Si autem Saturnus ei testimonium perhiberit, aquarum redder haustores, & qui ex tali artificio viuant.
Haustor aquæ, Bibitor seu potator aquæ. Lucan. lib. 9.

Haustus, huius haustus {αὐτοσχεδίασμα} Sorbitio, & eductio aquæ ex aliquo loco. Colum. lib. 1, Si deerit fluens vnda, putealis quæratur in vicino aqua: quæ non sit haustus profundi. Hoc est, quæ non è profundo puteo hauriatur & extrahatur. Ouid. 7. Metam. Bacchi tibi fumimus haustus. Idem lib. 6. Metamorphoseos,
Haustus aquæ mihi nectar erit. Cic. pro Cecinna, Aquæ ductus, haustus, &c.
Haustum lucis illò regerit luna vnde accepit. Plinius libro 2. capite 9.
Haustum facere, pro Potare, inuenitur apud veteres, teste Sipontino.
Ætheri haustus. Id est diuini spiritus. Virgil. 4. Georg.
Exiguis haustibus bibere. Ouid. 3. Fast.

Haustrum, haustri, neut. gen. {αὐλαξ} Propriè dicuntur rotarum cadi, inquit Nonius, ab hauriendo. Lucret. lib. 5, Vt fluuios verfare rotas, atque haustra videmus. Budæus interpretatur aquariam rotam, vel tympanum.

H E

Heautontimorumenos, pen. corr. {ἑαυτοντιμωρούμενος} Nomen Comœdiæ apud Terentium: ex ἑαυτὸν, & τιμωρέομαι, compositum, quod est, Seipsum excruciare. Inducitur enim senex Menedemus, quòd filium Cliniam sua duritia in militiam proficisci compulerit, valde seipsum excrucians.

Hebdomas, penult. corr. hebdomadis, & Hebdomada, hebdomadæ {ἑβδομάς} Spatium septem dierum. Cic. Tironi, lib. 16. 9, Symphoniam Lysonis velim viratsses: ne in quartam hebdomadam incideres,
Hebdomas, non solùm de diebus dicitur, sed etiam de annis, & quibuscunque rebus quæ septenario numero cõprehenduntur. Gellius, Tum ibi addit, se quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, & ad eum diem septuaginta librorum hebdomadas conscripsisse. Sipontinus.

Hebdomaticus, pen. corr. Adiectiuum. vnde Hebdomatici anni. Vide ANDRODAS.

HEBE {ἥβη} Dicitur à poetis Iunonis filia sine patre. Nam quum grande conuiuium Apollo in domo patris Iouis, Iunoni nouercæ parasset, & ipsa auidè lactucas comedisset agrestes, factum est vt ex illis grauida fieret, quum vsque in id tempus sterilis fuisset, peperitque Heben: quæ quia formosa erat, ab ipso Ioue pincerna constituta est, & dea iuuenturis dicta. Quæ deinde quum in deorum conuiuio poculamministraret, & casu in terram caderet, vestésque subleuarentur, ita vt pudenda diis monstraret, indignatus Iupiter, eam ab officio amouit, & eius loco Ganymedem rapiens substituit: postremo Herculi in deos relato, vxor data est. Ex Seruio.
Iunonia Hebe. Valer. 8. Argon.

Hebenus, f. g. & hoc hebenum, pen. corr. {ἴβενος} Arbor est in India atque Æthiopia nascens: quanuis scribat Virg. 2. Georgicorum,
-sola India nigrum
Fert hebenum. Vbi Seruius, Atqui & in Ægypto nascitur: sed Indiam, omnem plagam Æthiopiæ accipimus. Sanè & hæc hebenus & hoc hebenum dicitur. Lucan. lib. 10,
-hebenus Mareotica vastos
Non operit postes. Hebenus autem arbor est quæ cæsa durescit in lapidem. Hactenus Seruius. Vide Plin. lib. 12. cap. 4. Scribitur & sine aspiratione Ebenus.

Hebes, huius hebetis, pen. corr. om. g. {ἀμβλὺς, ἀμβλεῖα, ἀμβλὺ} Quod est retusi acuminis, authore Festo. Cic. 2. Academ. Quid lunæ, quæ lineamenta sunt? potéstne dicere, cuius & nascentis, aliàs hebetiora, aliàs acutiora videantur cornua? Hic Cicero hebeti opposuit acutum. Ex Nonio.
Gladij hebetes. Ouid. 3. de Arte amandi.
Leuiora & hebetiora tela. Cic. de Arusp. resp.
¶Hebes per translationem. Cic. 2. de Diuinat. Vidésne Epicurum quem hebetem & rudem dicere solent Stoici?
Hebes æquè ac pecus. Cic. 1. de Diuinat.
Acutus & Hebes, contraria. Cic. 1. de Inuent. Formosus, an deformis: velox, an tardus: acutus, an hebetior: memor, an obliuiosus, &c.
Hebes & Ŏdoratus, cõtraria. Plin. lib. 21. cap. 11, Vnum hebes, alterum odoratum.
Hebetes & indociles. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Hebes acies oculorum. Cic. 4. de Finib. Hebes acies est cuipiam oculorum, corpore alius langueścit.
Hebetes aquæ. Plinius libro 9. cap. 57, Decedentibus fluuiis in cauernis aquas hebetes remanere. Vbi ex vetusto codice sic legitur, Piscium genera etiámnum à Theophrasto mira produntur circa Babylonis rigua, decedentibus fluuiis, in cauernis aquas habentibus remanere.

Hebetiores aures. Cic. pro Plancio, Sensi Pop. Rom. aures hebetiores, oculos acres atque acuros habere.
Cor hebes. Lucret. lib. 4.
Dolor hebes. Cic. Att. lib. 8. 14. 7, Nullus apertus priuatorum dolor, bonorum autem esse aliquis, sed hebes, vt solet.
Ictus hebes. Ouid. 12. Metam.
Hebes ingenium. Cicero 10. Philipp. Idem 2. de Natura deorum, Hebetiora vt sint hominum ingenia propter cæli pleniorem naturam.
Hebes oculus. Plin. lib. 11. cap. 26.
Hebes rhetorica forensis Cic. 2. de Finib.
Hebes spondeus, & tardus. Cic. in Orat. Ne spondeus quidem fuit ditus est repudiandus: tetsi quòd est è longis duabus, hebetior videtur & tardior, habet tamen stabilem quendam & non expertem dignitatis gradum.
Hebes sensus. Cic. 1. Acad.
¶Hebes ad. Cælius Ciceroni, lib. 8. 13, Neque hebes ad id quod mélius sit intelligendum.
Hebes in re aliqua. Cic. 1. de Orat. Aliud est enim esse artificé eiusdem generis, atque artis, aliud in communi vita & vulgari hominũ consuetudine non hebetem nec rudem.
Hebes gustu. Colum. lib 3. cap. 2.
Venená omnia hebetat oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. & cap. 8.
¶Hebetem reddere aliquem. Cic. ad Attic. lib. 9. 190, Tu quæso cogita quid deinde: nam me hebetem molestiæ reddiderunt. Hoc est, lentum & tardum, ac languidum.

Hebeo, hebes {ἠμβλυώσω} hebẽre, Hebetem esse. Liu. 3. bel. Pun. Núnne ferrum hebet? an dexteræ torpent? Verba sunt Annibalis suos increpantis.
Iræ hebent. Stat. 11. Thebaid.
Sanguis gelidus hebet. Virgil. 5. Æneid.

Hebesco, hebescis {ἀμβλυώσσομαι, ἀμβλύνομαι} hebẽscere. Ab hebeo, significat hebetiorem fieri. Cic. 1. Tusc. Mentis acies seipsam intuens, nonnunquam hebescit. Id est desidiosior & remissior fit.
Hebescit acies authoritatis. Cic. in Catil. Num vnum diem postea L. Saturninum Tribunumplebis, & C. Seruilium mors à Reipub. pœna remorata est? at nos vicesimũ iam diem patimur hebescere aciem horum authoritatis.
Hebescere & languere in otio. Cic. 4. Acad. Quis reprehendet nostrum otium, qui in eo non modò nosmetipsos hebescere & languere nolumus, sed etiam vt plurimis prosimus, enitimur?

Hebeto, hebetas, penult. corr. {ἀμβλυώσσω, ἀμβλύνω} hebetãre, Obtundere. Liu. 7. bel. Maced. Et humor toto ferè graui armatu nihil gladios aut pila hebetabat. Idem 8. ab Vrbe.
Aciem ferri hebetare. Vide ACIES.
Cura tristitiæ hebetatur vino. Plin. lib. 23. cap. 1.
Dentem hebetare herbis & carmine. Sil. lib. 8.
Flammas hebetare. Ouid. 7. Metam.
Flatus hebetatus, Vide Flatus, in FLO.
Hebetatur speculorum fulgor. Plin. lib. 7. cap. 15.
Lunam conuenit vmbra terræ hebetari. Plin. lib. 2. cap. 13.
Neruos prisci roboris hebetari. Valer. Maxim. lib. 7. cap. 2. de Q. Metello.
Oculos hebetat allium Plin. lib. 20. cap. 6,
Oculos hebetari à bulbis putat Diocles. Plin. lib. 20. cap. 9.
Tela hebetata. Silius lib. 16.
¶Hebetare, pro hebere vsurpasse videtur Cic. Att. lib. 4. 8, Locus ille animi nostri, vbi hebetabat stomachus olim, cõcaluit. Sub. vt digerat multa cruda facilius. Hoc est, vbi prius languebat, & viribus concoctricibus non optimè fungebatur. In emendationibus tamen codicibus ex vetusto exemplari legitur, vbi stomachus habitabat olim.

Hebetesco, hebetescis, hebetéscere, Hebetari. Plinius lib. 28. cap. 7, Sed præter alia certum est aciem in cultris tonsorum hebetescere.

Hebetatio, Verbale {ἀμβλυσμός} Plinius libro 28. capite 6, Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, & melancholicis.

Hebetatrix, penult. prod. Verbale fœm. {ἀμβλυντικὸς} vt Hebetatrix vmbra terræ, Qua hebetatur seu obscuratur Luna. Plin. lib. 2. cap. 13.

HEBRAEVS, Hebræi {ἑβραῖος} dicitur Iudæus. Vide dictionarium Hebraicorum nominum.
Liquores Hebræi. Stat. lib. 5. Sylu. 1. Puto balsamum intelligi.

HEBRVS {ἕβρος} Thraciæ fluuius est in quem Orphei caput proiectũ, quum Cicones eum confecissent. Ouid lib. 2, Metamorphoseos,
Membra iacent diuersa locis: caput Hebre, lyrámque
Excipis. Martianus lib. 6. Hebrum (inquit) Odrysiæ niues cõplent, qui inter diuersos Barbaros fluens, etiam Ciconiæ perluit. Hebrus hodie *Marica*. Hic ab Œagro flumine ortum habet: vnde Œagrius dictus. Virgil. 4. Georgic. Habet arenas ex quibus colligitur aurum.
Arenosus Hebrus. Ouid 3. Fast.
Celer Hebrus, Vide CELER.
Volucer Hebrus. Virgil. 1. Æneid.
Fluuialis Hebrus. Seneca Medea, 8.

HEBRVS, Nomẽ adolescentis Liparæi, quem amauit Neobule. Horat. Carm. lib. 3. ode 12.

H E C

HECALE, pen. corr. {ἑκάλη} Nomen pauperrimæ fœminæ, apud Ouid. lib. 1. de Remed. amoris,
Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

HECAMEDA, Vide EGAMEDA.

HECATE, pen. corr. {ἑκάτη} ponitur pro Diana siue Luna seu Proserpina. Vnde Virgil. 4. Æneidos,
-Tergeminámque Hecaten, &c. Rursum 6. Æneidos,
Voce vocans Hecaten, cælóque Erebóque potentem. Vbi dic-

cit Seruius, Hecate pro Proſerpina dicta eſt: aut quòd centum victimis placetur: aut quòd centum annos errare faciat inſepultos. Hæc Seruius, vt ait Tortelius.

Perſeis Hecate. Ouid. lib. 7. Metamorphoſeos,

Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras. Perſeida vocat, hoc eſt Perſæ filiam, ſiue ille Solis filius, & Æetæ frater fuit, vt lib. 5. tradit Diodorus: ſiue Crei potius, & Eurybiæ, Titanici generis, vt Heſiodo placet in Theogonia.

Triformis Hecate. Seneca Medea, 1.

Solem ferunt (ait Diodorus Siculus libro 5. cap. 3) duos procreaſſe pueros, Æeram & Perſen: Æetas in Colcho regnauit, in Thauricа Perſes, crudeles ambo efferíque. Ex Perſe Hecate orta eſt, ſuperans audacia immanitaréque patrem, vt quæ cruciatu hominum læta, eos pro feris appetere ſagittis conſueuerit. Sed ad venena mortifera conficienda ſummum ſtudium operámque impendens, prima aconitum inuenit, vim naturámque cuiuſque veneni in cibis quos adquis dabat, experta. His rebus admodum edocta, primùm veneno patrem ſuſtulit: deinde regno aſſumpto, templum ſtatuit Dianæ, cui præter nauigantes hoſpites ſacrificabat, exiſtimans ea crudelitate ſuum nomen clarius futurum. Poſt hæc nupſit Æeræ, genuítque liberos tres, Circen, Medeam, Ægialium.

¶Hecate altera, ex Aſteria Latonę ſorore Perſeo Titane nata, cui Iupiter elementa ſubiecit, & cælo hereboque potentem fecit, vt canit Maro. Vnde & Hecate dicta eſt, vt diximus ex Heſiodo. Virgil. 4. Æneid. Ter centum tonat ore deos. vt dicat Hecaten à ſaga ter inuocatam, quam per centum deos obſcurè quidem, verùm peritiſſimè deſignauit, ad ampliſſimam deæ poteſtatem, & nominis rationem ſimul alludens. Id ab ἑκατὸν trahitur: id eſt centum. Ternarius porrò numerus in huiuſmodi ſacris adhibebatur ex ritu, vt ex Homero, Naſone, Tibullo, Papinio colligitur: & Porphyrius in reſponſis abundè diſſerit. Nec obeſt quod à poeta ſtatim ſubiicitur, Tergeminámq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ. Nam ſui moris eſt, vt etiam Macrobius obſeruauit, in quibus non conuenit inter doctos, vtranque ſententiam complecti. Norat diuerſas in Hecate opiniones: & eam quam ſuperius attulimus, & illorum qui cum Iunone coniungunt: vt ſit eadem Iuno, Diana, & Proſerpina, ex quibus Hecate, vt eſt apud Lucanum, commune numen efficiatur. Idcirco ne alteretur poeta damnaret, vtrunque dixit. Ex Parthaſio in Claudian.

Hecaten Nocte genitam canit Bacchylides: Ioue & Aſterie Muſæus: eodem & Cerere mater Orpheus. Pherecydes Ariſtæi Peonis filiam tradit. Eadem Perſeis appellatur à patre. Apollonius libro 4. Argonautic.

Noctiuagæ teſtor Perſeidos orgia diuæ. Papinius in euocatione manium ex perſona Tireſiæ.

-tu ſepare cœtu
Elyſios Perſea pios, virgáque potenti
Nubilus Arcas agat. Vbi Perſei quoque legi poteſt vocatiuo caſu, vt Inachi, Phylli, Amarylli. Ex eodem Parthaſio.

Perſeia Hecate, à patre. Valer. Flacc. lib. 6. Argon.

¶Hecaten triplex caput habere fingit Orpheus in Argonaut. dextrum equi, ſiniſtrum canis, mediũ hominis, & quidem ruſtici. Ouid. 1. Faſt. Ora vides Hecates in tres vergẽtia partes. Alcamenes omniũ primus Hecates triforme ſignum fecit. Id Athenis viſebatur iuxta victoriæ ſtatuam, quam quòd alis carebat, implumem vocabant, vt docet Pauſanias.

Hecate canes immolabantur, vt Mimorum poeta ſcribit Sophron. De Hecate vide multa apud Cælium.

Hecateius {ἑκατεῖος} Adiectiuum quinque ſyllabarum: vt Carmina Hecateia. Ouid. 4. Metam.

Hecateis, pen. prod. hecateidos vel hecateidis, pen. corr. f. gen. Ouid. lib. 6. Metamorphoſeos,

Poſtea diſcedens ſuccis Hecateidos herbæ,

Spargit, &c. Sunt qui hoc nomine herbas omnes venenoſas intelligant, vtpote quibus vtebatur Hecate mulier venefica. Sic & Medeides herbæ dicuntur Ouidio lib. 2. de Arte. At Cælius lib. 11. cap. 21, & alij putant aconitum ſignificari, cuius inuentrix fuerit Hecate mater Medeæ, Vide HECATE.

Hecatombe {ἑκατόμβη} Sacrificij genus in quo ritus hic ſeruabatur, vt centenæ ſui generis mactarentur victimæ. Iulius Capitolinus, Tantum ſanè lætitiæ in Balbino, qui plus timebat, vt Hecatomben faceret. quod tale ſacrificium eſt: Centum aræ vno loco conſtruuntur ex cæſpite: ad eas centum ſues, centum oues mactabantur. Iam ſi imperatoris ſacrificium fit, centum oues, centum aquilæ, & cætera huiuſmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam feciſſe dicuntur, quum peſtilentia laborarent. Vel à numero victimarum, vel quia centum Peloponneſi vrbes id faciebant, & à numero ſacrificantium compoſita eſt dictio. Iuuenal. ſat. 12, Exiſtunt qui promittant hecatomben.

¶Hecatombe, Satyra quædam Varronis inſcripta fuit, in qua de ſacrificiis agebat, ſumptuoſáque ſacra reprehendebat, veſúmque ſacrificium eſſe puræ & integræ mentis preces docebat. Turnebus.

HECATOMPYLOS, pen. corr. {ἑκατόμπυλος} Vibs eſt Parthorum, regni caput. Plinius libro 6. cap. 15, A centum portis dicitur. nam πύλη, porta dicitur.

Hecaton {ἑκατὸν} pen. corr. Latinè centum dicitur. Inde per compoſitionem deducuntur.

Hecatontarchus, Latinè Centurio.

Hecatonchiros {ἑκατόγχειρος} centimanus: qualis ille, quem dij Briareum, homines autem Ægeonem appellant, vt ait Homerus.

Hecta. hectæ {ἑκτὰν, ἑκτᾶν} ab hio, hias dicitur, quaſi hieta, res minimi pretij, tanquam hiatus & oſcitatio hominis. Item puſtula quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere, quòd ſit quaſi panis hiatus: à quo res minimi pretij hecta vocatur. Ponponius, Hic homo hectæ me facit, & multibibam vocat. Hoc eſt parui me facit. Sipontinus.

Hectice, hectices, ſiue hectica, hecticæ, pen. corr. {ἑκτικὴ} Species febris leuiter oſſibus inhærens, vt vix ſentiatur donec paulatim corpus abſumat, quaſi dicas habitualem. ab ἕξις ductum eſt. Hermolaus in Plinium, Hectici, & febris hectica, non à conſuetudine, vt imperiti credunt, & ob id ethicam barbarè pronuntiant, ſed ab habitu nomen habet. hæc non in humore tantùm atque ſpiritu, ſed in ipſis planè coit & inoleſcit oſſibus.

HECTOR {ἕκτωρ} Priami & Hecubæ filius ab Achille interfectus. Virg. 1. Æneidos,

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros:
Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles. Dictus vt ſcribit Plato, ab ἔχω, defendo: quòd vrbem contra hoſtium impetum tenuerit, patriámque ſeruarit.

Homicida Hector. Horat. Epod. 17.

Hectoreus, Adiectiuum poſſeſſiuum {ἑκτόρειος.} vt Gens Hectorea, quæ ab Hectore duxit originem.

Coniux Hectorea. Virgil. 3. Æneid.

HECVBA, pen. corr. {ἑκάβη} Vxor regis Priami, quam Homerus filiam Dymantis dixit, ſdque ſenſiſſe videtur Ouid. 13. Metam. Ergo aliis latraſſe Dymantida flebile viſum eſt. Euripides verò non Dymantis, ſed Ciſſei filiam Thracum regis eſſe dixit: quem ſequutus eſt Virgilius lib. Æneid. 10,

-& face prægnans
Ciſſeis regina Patin creat. Quia prægnans ſomniauerat ſe accenſam facem párere, quæ patriam toram inflammaret. Ideò porrò in canem conuerſa fingitur Hecuba, quòd quum poſt ueerſam Troiam captiua à Græcis duceretur, & Polydori corpus in mare præcipitatum agnouiſſet, ſéque in maria præcipitare veller, nimio dolore inaniter Græcis conuiciaretur. Hæc Seruius.

HECVBAE SEPVLCHRVM, Thraciæ promontorium, de quo ſuprà ſcripſimus in dictione CYNOSSEMA.

Hecyra {ἑκυρὰ} pen. corr. Latinè ſocrus dicitur: quo nomine dicta eſt Comœdia Terentij.

H E D

Hedera, huius hederæ, penult. corr. {ἑλίκη} Inimica arbori, ſatiſque omnibus (inquit Plin. lib. 16. cap 34.) Sepulcráque ac muros rumpés, ſerpentium frigori gratiſſima: vt mirum ſit vllum honorem habitum ei. Duo genera eius prima, vt reliquarum, mas & fœmina. Maior traditur mas corpore, & folio duriore ac pinguiore, & flore ad purpuram accedente, &c.

Hedera alba & nigra. Virgilius 7. eclog. Candidior cygnis, hedera formoſior alba. Vbi Seruius, Alba hedera: quia ſunt & nigræ hederæ: vt,

-aut hederæ pandunt veſtigia nigræ. Nigra autem, vel alba hedera, non ex foliis, ſed ex ligno cognoſcitur.

Baccifera hedera. Seneca OEdip. 5.

Errantes hederæ. Virgil. eclog. 4.

Flexibiles hederæ. Ouid. 10. Metam.

Laſciuis hederis ambitioſior. Horat. 1. Carm. ode 36.

Ligantes hederæ. Virgil. in Culice.

Lugubris hedera, Vide LVGEO.

Nexiles hederæ. Ouid. 6. Metam.

Nigræ hederæ. Virgil. 2. Georg.

Pallens hedera. Virgil. 3 eclog.

Serpentes hederæ. Virgil. De obitu Mecœnatis.

Hedera tenax. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56.

Victrix hedera. Horat. 1. epiſt. 3.

Virens hedera. Horat. 1. Carm. ode 25.

Vultus hederarum frondibus abdit. Ouid. 6. Metam.

¶Hedera, quòd hæreat, dicta eſt, authore Feſto, quódque ſequatur quicquid proximum eſt. Quanuis per diphthongum non ſcribatur. Virgil. eclog 8,

-atque hanc ſine tempora circum
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros. Alij ab edo deducunt, quòd parietes edat atque conſumat. In tutela Liberi patris putabatur eſſe: quia vt ille iuuenis ſemper, ita hæc vitet. Vel quia ita omnia, ſicut ille mentes hominum, illigat.

Hederaceus, Adiectiuum {κίσσινος} Quod ex hedera eſt. vt Hederaceum vas. Cato cap. 111. Plin. lib. 16. cap. 24, ad finem, Bubus quidem & ſiculnea, ilignáque, & hederacea.

Hederacea herba. Colum. lib. 8. cap. 10.

Hederacea ſpecies. Plin. lib. 24. cap. 19.

Hederiger, pen. corr. hederigera, hederigerum, Adiectiuum. Ferens hederam. Catullus de Berecynthia & Aty,

Vbi capita Menades vi iaciunt hederigeræ.

Hederoſus, pen. prod. Adiectiuum. Propert. lib. 4. Lucus erat fœlix hederoſo condius antro.

HEDVI, heduorum {Ἥδουοι} Populi finitimi Aruernis, Biturigibus, Sequanis, ac Sebuſianis inter Celtas. Hi adhuc nomen priſcum Latinè retinent, inter Burgundos nunc nominati: nec citra Ararim flumen, qui nunc Sagona appellatur, aliquos habent fines, nec hodie ſunt Sebuſianis finitimi, in ducatu Burgundiæ & Francorum regno ſiti.

Hedui fratres Romanorum. Cic. ad Attic. lib. 1. epiſt. 14, Hedui fratres noſtri pugnant, Sequani malè pugnarunt.

Hedychrum {ἡδύχρων.} Cic. 3. Tuſcul. Collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus, hedychrum incendamus, &c. In quem locum Victorius, Hedychrum, inquit, verbum Græcum & elegans, à medicis potius inter vnguenta quàm odoramenta recenſetur: vnde ita appellatum volunt quòd gratam aſpectu, ſuauémque & nitidam cutem redderet, ac bonitatem coloris præſtaret.

Hedyoſmos, huius hedyoſmi {ἡδύοσμος} Latinè dicitur menta, ab odoris gratia. Plin. lib. 35. cap. 15, Vtuntur etiam ad quartanas bitumnis drachma, & hedyoſmi pari pondere cum myrrhæ obolo ſubacti. Dicta autem hedyoſmos, quòd ſuaue oleat: menta autem à mente, quòd odore ſuo mentem excitet.

Hedyſmata,

Hedyſmata, pen. corr. frequenter appellat Galenus vnguenta per aromatum additionem iucundiora & odoratiora reddita. Sed & in gloſſis Hippocratis ἡδύσματα etiam aromata ipſa tradit appellari. Quare hedyſmata duplici ſignificatione, modò pro aromatis, modò pro vnguentis odore aromatum imbuitis, ſunt accipienda. Plin. lib. 13. cap. 1, de vnguentis, Ratio, inquit, faciendi duplex: ſuccus, & corpus. Ille olei generibus ferè conſtat, hoc odorum. Hæc ſtymmata vocant, illa hedyſmata. Videtur Plinius olea ipſa in vnguentis hedyſmata appellare, & aromata ſiue odores ſtymmata, id eſt ſpiſſamenta. Hac de re fuiſſimè diſſerit Cornarius in ſecundum caput libri primi Galeni De compoſitione pharmacorũ ſecundum locos. ἴσον idem valet quod ſuauis, iucundus, voluptate afficiens.

HEGEMON Characeus (eſt autem Charax, Phrygiæ vrbs) verſificator, ſcripſit libellum Leuctricõ Thebanorũ & Lacedæmoniorum. Author Stephanus.

HEGESIAS {ἡγησίας} Cyrenaicus philoſophus, cuius tanta fuit eloquentia (teſte Valerio Maximo) vt ſic mala vitæ repræſentarer, vt eorum miſeranda imagine audientium pectoribus inſerta, multis voluntariæ mortis opperendæ cupiditatem ingeneraret. Ideóque à rege Ptolemæo amplius de hac re dicere prohibitus. Huius meminit Cicero in Orat. & 1. Tuſcul. quæſt. & Strabo.

HEGESIPPVS {ἡγήσιππος} hiſtoriam ſcripſit eccleſiaſticam quinque libris, quos habemus à Chriſto paſſo ad ſua tempora, vt ſcribit Suidas.

Alter eiuſdem nominis fuit poeta Comicus: inter fabulas ipſius commemorantur φιλαίτιος. Athenæus.

HEGESIPYLE, pen. corr. fuit Holori regis Thraciæ filia, quam Miltiades Athenienſium dux accepit. Tortellius.

HEGESISTRATVS, pen. corr. Ephesius, ob tribulis ſui necem exul Delphos perueniens, quemnam locum coleret, conſuluit deum. Cui Phœbus, Vbi ſaltantes videret ruſticos cũ coronis oleagineis. Itaque profectus in Aſiam, ruſticos eodem modo cernens, vrbem condidit Eleam. Author Pythocles Samius apud Plutarchum.

HEGITMATIA {ἡγητματία} Ptolemæo lib. 2. cap. 11, Germaniæ vrbs. Vulgò *Lugnitz*.

Heheu {οἰοῖ} Dolentis interiectio. Plaut. Capt. 18,

Heheu quom ego plus minúſq; feci illi, quàm æquom fuit. Idem Pœnul. 11. Scribitur à nonnullis Eheu. Vide EHEV.

Hehem, Vide EHEM. Plaut. Pœnul. 2,

Hehem penè oblitus ſum reliquum dicere.

Hei {εἰ} Interiectio dolentis & ingemiſcentis. Terent. And. 1. 1,

Hei vereor nequid Andria apporret mali.

Hei, Datiuo iungitur. Terent. Heaut. 2. 2, Hei miſero mihi. Idem And. 3. 5. Cic. Hei mihi, non poſſum hoc ſine lacrymis commemorare. Virgil. 2. Æneidos, Hei mihi qualis erat, &c.

Hei mihi, hei mihi. Plaut. Bacchid 8.

Hei hei. Plaut. Caſin. 16,

-hei hei, fœtet tuus mihi Sermo.

¶Hei, vocatiuo etiam iungitur, quum exclamatio eſt hortantis cum approbatione. Terent. Eunuch. 1. 1,

Hei noſter laudo, tandem perdoluit: vir es.

Heiulo, Vide EIVLO.

H E L

Helcium, huius helcij {ἕλκιον} dicitur id quod eſt ante pectus equorum & id genus animalium, ab armis, id eſt humeris pendens inſtrumentum, quo & molę, illi per machinulam innexæ, vertantur, & curricula per remonem trahuntur: vnde & nomen accepit. ἕλκω enim Græcè, dicitur traho Latiné. Apul. libro 9. Metam. Defectum alioqui me, helcio ſparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicant præſepio. Alij helcium propriè funem eum eſſe dicunt, quo helciarij adnetis flumini bus aut vento contrario naues trahunt.

Helciarius, helciarij. Helciarij, qui in naui onera funibus moliuntur, vel qui naues deducunt, ſubducúntque ad officia inuicem adhortantes, vt vno conniſu pariter conſpirantes, admoliri vniuerſis viribus poſſint, quod ſingulis nequeunt, vt fieri interim videmus. Budæus. Martial. lib. 1. 170,

Quem nec rumpere nauticum celeuma,
Nec clamor valet helciariorum.

Helcyſma, helcyſmatis, pen. cor. n. g. {ἑλκυσμὰ.} Plin. lib. 33. cap. 6, Scoriam in argento Græci vocant helcyſma.

HELEI, pen. prod. {Ἥλειοι} Populi in Peloponneſo clariſſimi, propter delubrum Iouis Olympici, ludóſque Olympicos, quorum præfecturam Helei habuerunt. Vnde Helei equi, & Carcer Heleus, ſæpe leguntur. Lucan. lib. 1,

-quantum clamore iuuatur, Heleus ſonipes. Vide ELIS.

HELENA, Helenæ, vel Helene, Helenes, pen. corr. {Ἑλένη} filia Iouis ex Leda vxore Tyndari regis Laconiæ, Caſtoris & Pollucis ſoror, & Menelai Lacedæmoniorum regis vxor, à qua Helene inſula vocata eſt, quòd in ea primùm Paris cum Helena dicitur concubuiſſe. Hæc ob eximiam pulchritudinem bis rapta fuit: primùm adhuc puella à Theſeo: ſecundò, iam Menelao nupta, à Paride: pro qua recuperanda Græci cum Troianis decennale bellum geſſerunt. Nota eſt hiſtoria ex Homero.

Argiua Helena. Virgil. 1. Æneid.

Infamis. Horat. Epod. 17.

Lacæna Helene. Horat. 4. Carm. ode 9.

Helenium, helenij {ἑλένιον} Fruticis, ſeu herbæ genus: quod quia in agris frequẽs eſt, ideò vulgò *Enula campana* dicitur. Plin. lib. 21. cap. 10, Helenium è lacrymis Helenæ dicitur natum, & ideò in Helena inſula laudatiſſimum. Eſt autem frutex humi ſe ſpargens, dodrantalibus ramulis, folio ſimili ſerpyllo.

HELENVS, pen. corr. Vir Troianus, quem Virgil. 3. Æneid. Priamidem vocat. Et vatem, Ibidem.

Helepolis, pen. corr. huius helepoleos {ἑλεπόλις} Machina eſt ab euertendis vrbibus dicta. ἕλω enim euerto ſignificat. Ædificatur autem, vt tradit Ammianus libro 23. hoc modo: Teſtudo compaginatur immanis, axibus roborata, longiſſimis ferreſque clauis aptata, & contegitur coriis bubulis, virgarúmque recenti textura: atque limo aſpergantur eius ſuprema, vt flammeos detractet & miſſiles caſus. Conſeruntur autem eius frontalibus triſulcæ cuſpides præacutæ, ponderibus ferreis graues, qualia nobis pictores oſtendunt fulmina, vel fictores, vt quicquid petierit exertis aculeis, abrumpat. Hanc ita validam molem rotis & funibus regens numeroſus intrinſecus miles, languidiori murorum parti vitibus admouet concitis, & niſi deſuper propugnantium valuerint vires, colliſis pacieribus aditus pateſacit ingentes. Hanc Helepolim ſuſius deſcribit Plutarchus in vita Demetrij. & Vitruuius in peratione totius operis.

Heleus, Vide ELIS.

HELIADES, pen. corr. {Ἡλιάδες} Patronymicum fœmininum ab Helios qui eſt Sol. Nam ſorores dicuntur Phaethontis. Ouid. 2. Metam. Nemus Heliadum. Id eſt populi arbores. Ouid. 10. Metam.

HELICE, pen. corr. {Ἑλίκη} Vrbs Achaiæ, quam mare abſorbuit: de cuius nomine Vrſæ ſidus fortaſſe vocatum eſt à poetis, quòd Caliſto Lycaonis regis filia, quæ ex Vrſa cum filio in ſtellas verſa eſt, Arcas fuerit.

Helice, ſtella maris, vel ſidus iuxta polum arcticum. Lucan. lib. 2, Parthaſis obliquos Helice quum verteret axes. Vide ARCTOS.

Helice niuoſa. Seneca Herc. OEth. 12.

Helices {Ἕλικες} Crines mulierum implexi, implicamẽta capillorum, inaures, apud Homerum in Hymno Veneris illius cultum deſcribentem. Vertebras vertit Gualtherus apud Pollucem.

HELICON, pen. corr huius Heliconis, pen prod. {Ἑλικών} Mons Bœotiæ iuxta Thebas, Phocidi vicinus, vt Strabo ſcribit libro 9. nõ procul à Parnaſo, eíque æmulus & altitudine & circuitu, qui & ipſe Apollini quoque ſacer, & Muſis eſt. vnde Heliconiades muſæ ſunt appellatæ. Dictus Helicon ab Helicone qui ibi cum Cithærone fratre ſingulari certamine pugnauit, vt quidam tradunt.

Amœnus Helicon. Lucret. lib. 1.

Virgineus Helicon. Ouid. 2. Metam.

Heliconides {Ἑλικωνιάδες} Perſ. in Prœmio,

Heliconidas, pallidámque Pyrenen.

Comites Heliconiadum. Lucret. lib. 3.

Helicteres, pen. prod. Inaures ſunt, vt docet Pollux, quæ & helicæ dicuntur, à clauiculis quas helicas vocant. Ex Hermolao.

Heliocaminus, heliocamini, pen. prod. {Ἡλιοκάμινος} Ad verbum ſolaris fornax dici poteſt. Eſt autem ſolare vaporarium in aprico loco ſitum, ad calorem ſolis excipiendum, quo antiqui vtebantur. Hæc Budæus. Vlpianus in Iſi arborem. D. de ſeruit. vrban. præd. Si arbor in heliocamino vel ſolario ſolem adimat, dicendum erit, quia vmbram facit in locum cui ſol ſuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri. Plin. Iunior lib. 2. ad Gallum, epiſt. 17, In hac heliocaminus quidem, alia xyſtum, alia mare, vtraque ſolem, cubiculum autem valuis, cryptoporticum feneſtra proſpicit, qua mare contra parietem medium diæta perquàm eleganter recedit.

Heliochryſos, pen. prod. fœm. gen. Herba aureum florem producẽs. Plin. lib. 21. cap. 11.

HELIOCOPIS, Nomen nymphæ.

HELIODORVS, pen. prod. Nomen proprium viri.

Rhetor Heliodorus Græcorum longè doctiſſimus. Horat. 1. Serm. ſatyr. 5.

HELIOGABALVS, pen. prod. Antonini Caracallæ filius, qui ad imperium aſſumptus fuit matris ingenio apud Antiochiam. Seruius, Gabalus Romanus imperator Solem ſe dici voluit: nam Heliogabalus dictus eſt. Huius mores impuriſſimos, gulam, libidinem omnem, apud Lampridium videre licet.

HELIOPOLIS, pen. corr. {Ἡλιόπολις} Ciuitas eſt Ægypti, quæ à Græcis, teſte Diodoro Siculo, Thebe dicitur. huius ciues, teſte Herodoto lib. 2, apud Ægyptios omnium ſapientiſſimi habentur. ¶Altera eſt eiuſdem nominis in Cilicia patria Chryſippi Stoici. Solinus.

Heliotropium, heliotropij {Ἡλιοτρόπιον} Herba. Plin. lib. 2. cap. 41, Miretur hoc, qui non obſeruet quotidiano experimento herbam vertam, quæ vocatur heliotropium, abeuntem ſolem intueri ſemper, omnibúſque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. Idem lib. 22. cap. 21, de ea prolixè diſputat: & lib. 37. cap. 10. Quidam putant eam eſſe herbam quæ etiam calendula dicitur. Vulgò *Du ſoulcil*. ¶Eſt & Heliotropium gemma, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Helis, Vide ELIS.

HELIVS, Nomen viri à ſole, qui Græcè ἥλιος dicitur. Plinius libro 33. capite 1.

Helix, huius helicis, fœm. gen. Genus hederæ celſæ, folia multò minora habentis quàm reliquæ, neque vnquam fructum ferentis, vt inquit Theophraſtus. dicta helix, quòd multas habeat circunuolutiones. de qua Plin. lib. 16. cap. 34, de hedera, Quod autem Græci vocant helicen, nos clauiculam, & pampinum, & capreolum, vt in vite dicimus.

Hellanodices {Ἑλλανοδίκης} Latinè dicitur iudex certaminis.

HELLAS {Ἑλλὰς} nomen fluminis & regionis Achaiæ, vt ait Ptolemæus, à noſtris Græcia appellata à Græco qui primus in ea regnauit: à cuius filia vocata eſt Attis: deinde ab Hellene Deucalionis filio dicta fuit Hellas. Vide Melam lib. 2.

HELLE {Ἕλλη} Filia Athamantis regis Thebarum, quæ cum Phryxo fratre ſuo nouercales inſidias fugiens, in mare iuxta Byzantium demerſa eſt. de qua vide in dictione PHRYXVS.

Helleborum, huius hellebori, pen. corr. {ἑλλέβορος} Herba vomitoria. Plinius lib. 25. cap. 5, hellebori duo facit genera, ſicut & Dioſcorides libro 4. candidum, quod Italia veratrum album appellat, & nigrum quod alij vocant antomon, etiam ſi in Dioſcoride aromon legimus. alij polyrhizon, plerique melampodion vocant, ab inuentore Melampode vate, vel eiuſdem nominis paſtore, quòd is animaduertiſſet eo purgari capras. deinde dato earum lacte, ſanauit Prœtidas furentes. Sed Aulus Gellius, Plinium ſequutus, ait coloris diſcretieulum, non in ſemine, neque in virgultis, ſed in radice apparére. Can-

dido vomitiones cientur,eóque ſtomachum & ventrem ſuperiorem purgat. Nigro aluus inferior diluitur. vtriuſque periculoſa ſumptio. Carneades Academicus,ſcripturus aduerſum Stoici Zenonis libros, cãdido helleboro ſuperiora corporis purgare ſolitus legitur, nequid ex corruptis in ſtomacho humoribus, ad domicilia viſque animi redundaret, & inſtantiam, vigorémque mentis labefaceret. Ex Plinio igitur colligere licet vtrunque genus tum candidum, tum nigrum, eum ad alia complura mala,tum aduerſus melancholiam,remedium efficax habere. Vnde & prouerbium natum:quod tamen variè effertur. Plaut.Menæh.20,

Non poteſt hæc res iugere hellebori obtinerier. Horat.2.epiſt.2,

Expulit helleboro morbũ,bilémq; meraco. Ouid.de Ponto,lib.4,

I,bibe dixiſſem,purgantes pectora ſuccos,

Quicquid & in tota naſcitur Anticyra. Eraſmus.

¶Helleborus etiam in genere maſculino dicitur.Columel.lib.10,

Sed negat helleboros,& noxia galbana ſucco. Virgil.3.Georg.

-helleborõſque graues,nigrúmque bitumen.

Helleborum,Apuleio ſcribitur per h. Apud Græcos non aſpiratur.

Helleboro opus habere dicuntur, qui animo parum conſtant, atque iidem apud Latinos etiam authores helleborum edere , & helleboro ſeſe purgare prouerbio iubentur: propterea quòd antiquitus plurimus vſus fuerit huius herbæ ad leuanda mentis & capitis vitia. Eraſmus.

Danda eſt hellebori multo pars maxima auaris. Horatius 1. Serm. ſatyr.3.

Triſte helleborum.Catull.ad Iuuentium,epig.94.

HELLEBOROSVS,penul.prod.Adiectiuum {ἑλλεβορώδης} Qui plus hellebori ſumpſit,quàm par fuit. Plaut.Rud.23,

Quæſo ſanus es? 1.helleborоſus ſum.

HELLEN {Ἕλλην} Deucalionis & Pyrrhæ filius,à qua Hellenes, penult. prod.nonnulli credunt fuiſſe nominatos.

HELLESPONTVS {ἑλλήσποντος} Freтum anguſtum ab Ægeo in Propontida , & vbi ſunt illæ anguſtiæ , ſeptem tantùm ſtadiis Aſiam ab Europa diuidentes. Ibi enim Helle in Pontum decidit. Vnde qui prius Pontus dicebatur , poſtea Helleſpontus vocatus eſt. Cicero in Orat.Qua Pontus Helles ſuperat modum.

Helleſpontus hodie dicitur *Brachium ſancti Georgij*, *Le bras ſainct Georgeon autrement L'eſtroit,ou Le deſtroit de Callipoli.*

Iunxit Helleſpontum Xerxes.Cic.2.de Finib.

Helleſponticus, Adiectiuum, & Helleſpontiacus,pen.corr. {ἑλλησποντιακός} Virgil.Georg.3,

Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.

Aqua Helleſpontiaca.Ouid.epiſt.18.

Mare Helleſpontiacum, Ouid.epiſt.17.

Helops,helopis,pen.corr.eſt genus piſcis. Quintil.lib.5.cap.10,Et piſcium quoque genera alia planis gaudent, alia ſaxoſis,regionibus etiam, littoribúſque diſcreta ſunt. nec helopem noſtro mari,nec ſcarum ducas.

HELORVS,pen.prod. {Ἕλωρος}Siciliæ fluuius. ¶Fuit etiam eo nomine Iſtri fluminis filius,qui ab Aiace occiſus eſt in ea pugna quam Græci cum Telepho rege Myſorum habuerunt.

Præpingue ſolum ſtagnantis Helori.Virgil.3.Æneid.

HELOTAE, pen. prod. Æmylius Probus in Pauſania, Eſt genus quoddam hominum,quod Helotæ vocatur,quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit,ſeruorúmque munere fungitur.Helotas Lacedæmonij ſeruos quos bello cepiſſent, appellabãt. Ἑλὸς ἁλόναι, quod eſt capere. Suidas ab Helo ciuitate , qua capta , Spartani omnes in ſeruitutem redegerunt, dictos aſſerit. Sunt autem ſerui publici.

Heluus. Bardus, ſtupidus, allucinator,languidus. Tertullianus Helucum grauitatem capitis vino creatam intellexit, quum ita ſcribit, Liberum eundem apud Ægyptios Oſirim , Harpocration induſtria hederatum argumentatur , quòd hederæ natura ſit caput ab heluco defenſare. Meminit Turnebus,quem vide.

Heluellæ,heluellarum {λαχανάγρια} Minuta olera,Feſto. Generale eſt vocabulum omnium minutiorum herbarum ſeu oluſcolorum. Cic. ad Gallum,lib.7.27, Fungos,heluellas,herbas omnes ita condiunt,vt nihil poſſit eſſe ſuauius.

Heluteolum, Vide HELVOLVS.

HELVETII , Populi inter Celtas , bonitatem agri habentes , finitimi Conſtantienſi,Baſilienſi, Sedunenſi, ac Geneuenſi & Biſuntinæ diœceſibus ac vltra Lauſanenſem agrum protenſi ſunt , maximáque ex parte Biſuntinæ prouinciæ ſunt,atque ad Sabaudiæ ducatum extenduntur. De his Cicero in Orat. pro Corn. Balbo. Vide Cæſarem lib.1.bel.Gal.

Acerrima & maxima Helueтiorum natio.Cic.de Prouinc.Conſ.

Heluo, triſyllabum , heluonis , m. g. {λαίμαργος,οὐδὰπὸ τῆς ἑλκύσεως} Vorax dicitur. Feſtus , Heluo dictus immoderatè bona ſua conſumens: ab eluendo.quod nomen ideo aſpiratur, vt rei auiditas magis exprobretur:ſit enim aſpiratione vox incitatior. Terent.Heaut.5.4,

-ſi ſcire vis,ego dicam:gerro, iners,fraus,heluo,

Ganeo damnoſus.

Heluo patriæ, per tranſlationem , pro eo qui turpiſſimo ſcelerum genere patriam perdit & infamat, vel patriæ bona prodigit ac deuorat. Cic. pro P. Sextio , Meipſum vt contempſit heluo patriæ? nam quid ego patrimonij dicam , quod ille , cum quaſi quæſtum faceret, amiſit?

Gurges atque heluo.Cic.in Piſonem.

Concinnus heluo, Vide CONCINNVS.

Heluo impurus. Cic.1.de Lege agraria.

Heluo immanis ſpurciſſimus , item nequiſſimus. Cic. pro Domo ſua. & Poſt red.in Senatu.

Heluo librorum , à Cicerone per tranſlationem dictus, libro 3. de Finibus,pro eo qui legendo ſatiari nequit, Quò quum veniſſem, M. Catonem , quem ibi eſſe neſcieram , vidi in bibliotheca ſedentem, multis circunfuſum Stoicorum libris. erat enim in eo, vt ſcis , inexhauſta auiditas legendi , nec ſatiari poterat : &c. quo magis tum in ſummo otio, maximáque copia , quaſi heluo librorum (ſi hoc verbo tam in clara re vtendum eſt) videbatur.

Heluor,triſyllabum,heluaris {λαμᾶζω,λαμᾶξω,λαμάξασθαι} heluari, Vorare, conſumere. Cic.pro Domo ſua ad Pontif. Idem pro Sextio, Quid? tu meo periculo gurges ac vorago patrimonij heluabere : vt ſi ego Conſul Rempub. contra te,& gregales tuos defendiſſem, in ciuitate eſſe me nolles? Idem de Prouinc.Conſul.

An parum heluatus eſt? Catull.in Iulium Cæſarem,epig.27.

Heluatio {λαμᾶξις} Verbale. Cic. Poſt red. in Senatu , Cur in luſtris & heluationibus huius ꝑalamiſtrāti ſaltatoris tam eximia virtus tandiu ceſſauit?

Heluolus,ſiue heluеolus,pen.corr.Adiectiuum.vt Heluolum vinum. Cato de Re ruſt.cap.63,Qui vino locus optimus dicetur eſſe,& oſtētus ſoli,ibi aminæum minuſculum &geminum engeneum,& heluolum minuſculum conſerito. Legitur hîc in quibuſdam exemplaribus heluеolum. Item Colum.lib.3.cap.2,Sunt & heluolæ,quas nonnulli varias appellãt, neque purpureæ,neque nigræ,ab heluo (ni fallor)colore vocitatæ.

Heluus color , Qui medius eſt inter rubrum & nigrum colorem. Varro 2.de Re ruſt.cap.5, de corio boum. Corium attactu non aſperum ac durum,colore potiſſimum nigro,deinde rubeo,tertio heluo, quarto albo.

Heluum vinum,*Claret*, Sic Bud.de Aſſe,fol.183.pag.1.

Helxine,helxines,pen.corr.f. g. {ἕλξινη} Herba quæ Latinè parietaria & muralis & muralium dicitur.Plin.lib.21.cap.19.

H E M

Hem{ἐμ} Interiectio iraſcẽtis,inquit Donat. Ter.And.1.2. Ibid.2.6, Quid Dauus narrat? D.æquè quicquam nunc quidem.

S.Nihilne?hem. Vbi Donatus , interiectio eſt aduerſus eum qui ſe neget aliquid locutum eſſe.

¶Hem,Exclamantis.Terent.And.2.5,

D.Quaſi de-improuiſo reſpice ad eum. P.hem pater. Vbi Donatus, Interiectione magis,quàm verbo exclamauit.

¶Hem,Nouas res,& optimè audientis.Terent.Heaut.2.3,

Adducimus tuam Bacchidem. C L I.hem, quid Bacchidem?

¶Hem,Ecce,demonſtratio facti.Terent.And.2.2,

Obſecro te quamprimum hoc me libera miſerum metu. D.hem,

Libero. Idem And.5.2,Hem Dauom tibi. Ibidem,2.2,

-hem, Paululum obſoni, &c.

¶Hem, Commiſerescentis. Terent.And.4.6,

-ſaluus ſis Crito.

C. Itáne Chryſis? hem. M. nos quidem pol miſeras perdidit. Vbi Donatus,Non nunc interrogat,ſed commiſeratur:& ita ſequebatur, vt diceret, perijt. ſed magis gemitus ſignificat quod minus dixerat. Ibidem,4.5, -hem

Scelera,hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.

¶Hem,Inſperatum aliquid videtis aut audientis.Terent.And.1.2,

S. Daue? D. hem , quid eſt? S. chodum ad me. Vbi Donatus, Quaſi correptio totius corporis.

¶Hem,Perturbati animi.Terent.And.5.2,

-S. ô ſalue bone vir. D. hem Simo, ô noſter Chreme. Idem Eunucho.5.1, -hem miſera õcidi

Infœlix,ſi quidem tu iſthæc vera prædicas.

¶Hem , Interiectio qua mulieres in ſuis exclamationibus vti ſolent. Terent.Hecyr.3.2,

Hem iſtoc verbo animus mihi rediit,& cura ex corde exceſſit.

¶Hem,Lætitiæ.Terent.Heaut.4.5. Ibidem,4.8,

-poſtremò etiam ſi voles,

Deſponſam quoque eſſe dicito. M.hem iſtuc volueram.

¶Hem,Laborantis animi.Terent.Eunuch.4.2,

Occœpi mecum cogitare,Hem,biduum hic

Manendum eſt ſoli ſine illa? Idem And.3.3.

¶Hem,Principium iracundiæ.Terent.And.5.4,

S.Sycophanta. ch hem. ch.ſic Crito,eſt hic:mitte.

¶Hem,Ironica interiectio.Terent.Phorm.4.4,

-hem,ſiquid velis.

Huic mandes quod quidem rectè curatum velis.

¶Hem,Singultientis fleru & gaudio dictum.Terent.Adel.4.5,

Bono animo es,duces vxorem hanc. AE.hem.M.bono animo es Inquam.

¶Hem , Quaſi incipientis , demonſtrantiſque aliquid noui ſe inueniſſe, Terent.And.4.1, -at iam hoc opus eſt.

D.Hem.ſed mane,concrepuit à Glycerio oſtium.

¶Hem, Reſpondentis. Terent.Adelph.2.4,

Heus heus Syre. s.hem quid eſt?

Hæc omnia ex Donati commentariis in Terentium.

Hemereſios,com.gen.Latinè diurnus dicitur. Vnde tabula hemereſios,quòd vna die abſoluta fuerit,apud Plinium lib.35.cap.11.

Hemeris,penult.corr. {ἡμερίς} Genus arboris glandem ferentis.Vide Plin.lib.16.cap.6.

Hemerodromus,pen.corr. {ἡμεροδρόμος} Curſor, qui die vno ingens ſpatium curſu emetitur. Liu. 1. bel. Maced. Ni ſpeculator (hemerodromos vocant Græci , ingens die vno curſu emetientes ſpatium) contemplatus regium agmen è ſpecula quadam, prægreſſus nocte media Athenas peruenìſſet.

Hemiconus , accipitur pro medietate coni. Euclid. in Perſpectiua theor.30, Cono circulum baſin habente ſub vno oculo perſpecto, minus hemiconio ſpectabitur.

Hemicrania { ἡμικρανία } Morbus quo dimidium capitis infeſtatur, velut etiam ipſum nomen indicat à voce ἥμισυ & κρανίον compoſitione facta. Eadem etiam ὑπερκρανία appellatur , ob alterius tantùm partis affectionem. Pharmaca porrò quæ huic malo adhibentur, priuatim etiam hemicranica dicuntur.

Hemicyclus,hemicycli,pen.cor.maſc.gen. {ἡμίκυκλος} Sedes,ſeu cathedra ſemirotunda. Cic. de Amicic. Cum ſæpe multa,tum memini domi in

domi in hemicyclo ſedentem (vt ſolebat) quum & ego eſſem vnà, & pauci admodum familiares,in eum ſermonem incidere, qui tum ferè multis erat in ore. Nominis autem ipſius appellatio ex Græco ſemicirculum ſignificat, quo vocabulo Aſtrologi in ſuis demonſtrationibus ſæpe vruntur.

Hemicylindrus,accipitur pro medietate cylindri.Euclid.in Perſpectiua theor.28, Cylindro vtcunque inſpecto ab oculo vno,minus hemicylindro ſpectabitur.

Hemidiploidion {ἡμιδιπλοΐδιον} id eſt ſemidiploidion , adſcribitur muliebribus veſtimentis à Polluce libro 7. cap. 13. Vide DIPLOIDION.

Hemina, heminæ, pen. prod. {ἡμίνα,κοτύλη} Dimidia pars eſt ſextarij. Cato cap. 57, Vinum familiæ, vbi vindemia facta erit, loram bibant mẽſes tres. Menſe quarto heminã in dies vnam,&c. Plaut.Milit.11, Neque equidem heminas octo exprompſi in vrceum.

Hemina (inquit Feſtus) ex Græco ἥμισυ , quod eſt dimidia pars ſextarij.

Heminarius,Adiectiuum {ἡμιναῖος.} Quintil.lib.6.cap.36,Fabius Maximus incuſans Auguſti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem,heminaria eſſe dixit. Id eſt mediocria.

Hemiolus, hemioli.penul.corr. {ἡμιόλιος} Eſt (inquit Gell.lib.18.cap. 14.) qui numerum aliquem totum in ſe habet , dimidiúmque habet eius,vt tres ad duo. quindecim ad decem,triginta ad viginti.

Hemiplexia,Vide PARALYSIS.

Hemis Græcè.apud Latinos transferтur ſemis.

Hemiſphærium.Dimidia ſphæra,hoc eſt,cęli dimidium. Varro 3.de Re ruſt. cap. 5, Intrinſecus ſub rholo ſtella Lucifer interdiu , noctu Heſperus ita circumeunt ad inſimum hemiſphærium, ac mouentur, vt indicent quot ſint horæ.

Hemiſtichion.Dimidius verſus.

Hemitonium. Antiquis dicebatur neruus , quo intendebantur inſtrumenta miſſilia. Neruos enim non ſolùm τόνους, ſed etiam hemitonia appellabant. Vitruuius lib.1.in catapultæ deſcriptione.In capitulis enim dextra ac ſiniſtra ſunt foramina hemitoniorum : id eſt , vt Turnebus interpretatur,neruorum. Sic & Hero author Græcus vocari ſcribit.

Hemitritæus,hoc eſt ſemitertiana febris : non ideò ſic vocatur quia dimidio minor quàm tertiana ſit , ſed quòd parte aliqua tertianam præſentet, tertio die vt illa , reperiens: non tamen vt illa diem vnum præſtat integrum , ſed inter horas XXXVI. plus minus porrigitur. Hæc Hermolaus. Martial lib.12.87,

Cui grauis & ſeruens hemitritæos erat.

Hemixeſtes , vel Hemixeſtus , noſter eſt ſextariolus , quorum quatuor piotam efficiunt. Budæus lib.5.de Aſſe.

HEMODES,Inſulæ ſeptem in Oceano Germanico, Mela lib.3.

Hemorrhois,Vide HAEMORRHOIS.

Hemus,Vide AEMVS.

H E N

Hendecaſyllabus, pen. corr. {ἑνδεκασύλλαβος} verſus vndecim ſyllabarum,qualis ille Catullianus,

Paſſer deliciæ meæ puellæ.

Hendiadys,Vide ENDIADYS.

HENETIA {Ἑνετία} olim dicta eſt , quæ nunc Venetia appellatur , teſte Seruio. Atque etiam Heneti,qui nunc Veneti.

HENIOCHI {ἡνίοχοι} Vide ENIOCHI.

Truces Heniochi.Valer.6.Argon.

H E P

Hepar,hepatis, pen. corr. neut. gen. {ἧπαρ} Latinè iecur dicitur.

¶Hepar,piſcis genus.Plin.lib 32.cap.11.

Hepatarius, pen. corr. Adiectiuum {ἡπατικός} Quod ad hepar pertinet. Plaut.Curcul.5,

P.Tum te morbus igitur agitat hepatarius.

Hepaticus, pen. corr. Aliud adiectiuum {ἡπατικός} Qui hepatis morbo laborat Plin.lib.26.cap 7.Datur hepaticis in farre cocta. Apud Celſum lib.4.cap.9,Hepaticus morbus.

Hepatici proprié ſunt, qui ob hepatis debilitatem cruenta,eáque liquidiora per ſedem egerunt , quales ſunt lotiæ carnium animalium recens mactatorum : quos ipſos ignarum vulgus dyſentericos iudicat.

Hepatica,herba, quæ & iecoraria dicitur , quòd hepatis ſiue iecoris ſimilitudinem referat. creſcit autem in fontibus,& ſaxis inhæret.

Hepatites , pen.prod. Gemma quæ à iecinoris figura nomen habet. Plin.lib.37.cap.11.

Hephæſtites,hephæſtitæ,pen.prod. Genus lapidis,quæ naturam habet ſpeculi in reddendis imaginibus , quanquam rutila. Plin. lib. 37. capite 10.

HEPHAESTOS {Ἥφαιστος} Proprium viri,& nomen Vulcani.

Hepta {ἑπτά} apud nos ſeptem,aſpiratur cum ſuis deriuatiuis.

HEPTAGONIAE, Nomen loci. Liu. 4. bel. Maced. Quod roboris in exercitu erat, trifariã diuiſum: parte vna à Phœbeo,altera à Dictynneo:tertia ab eo loco quem Heptagonias appellant, aggredi iubet.

Heptapachis,pen. corr. Menſura ſeptem cubitorum. Vnde Hercules Heptapachus eſt appellatus. Hermolaus.

HEPTAPHONOS,Nomen portus. Plin.lib.36.cap.15,Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu quam oppidani Heptaphonon appellant:quoniam ſepties eadem vox redditur.

HEPTAPORVS {ἑπτάπορος} Rhetus fluuius Troianus, quia ſeptem locis vadari poteſt eadem via : propter quod & Polyporos appellatus eſt,teſte Strabone.

Heptemimeres,pen.corr. {ἑπτημιμερὴς} cæſura eſt,quum ſyllaba naturaliter correpta producitur: quod ſolet fieri in principio quarti pedis , vel ſeptimæ ſyllabæ,ſi tres ſpondei præcedant, quaſi ſeptima dicatur diuiſa pars.

Hepteres,pen.prod. Naues quæ ſeptem ordinibus remorum agũtur.

Hera.Vide HERVS.

Heraclea pocula nominat Cicero in Verrem. Heraclea autem vaſa ab Hercule nomen habuerunt, fuerẽque magna & capacia,qui tanti herois ſitim extinguere & ſatiare poſſent. Nam Hercules in potoribus numerabatur maximis. Eorum poculorum etiam apud Athenæum mentio eſt.

HERACLEA,pen.prod.dicebatur quæ nunc Calpe in finibus Europæ, & olim Perintus vocabatur,ciuitas Boſphoriana.

HERACLEA, penult. prod. {Ἡράκλεια} Bithyniæ vrbs, clariſſima ob celeberrimas quas emiſit colonias , vt Strabo ſcribit , diu tyrannorum fæuitiam paſſa , mox libera facta eſt. Iuſtinus libro 15, Heracleam à Bœotijs iterum oraculo monitis in Herculis honorem conditam eſſe ait. ¶ Eſt & Heraclea in Italia ad Crotonem , vt ſcribit Mela libro 2. ¶Eſt item Heraclea , Siciliæ inter Pachynum & Lilybæum , vt ſcribit idem Mela lib.2. & Ptolemæus. ¶Heraclea Pontii hodie Naxio portus. Stephanus de vrbibus plures ſcribit eſſe Heracleas : inter quas vnam Lydiæ ſcribit, alteram Libyæ. Vide plura ibidem.

Heracleotes,Heracleotæ,pen.prod. {Ἡρακλεώτης.} vnde Dionyſius philoſophus Zenonis diſcipulus,Heracleotes à Cicerone 2.Tuſcul.appellatus eſt : vbi fuit amphitheatrum vnum è ſeptem ſpectaculis. Vide & 4.Tuſcul. Et 5.de Finib.

Heracleoticus, pen. corr. Adiectiuum {Ἡρακλεωτικός} item aliud, Heraclius : vnde Heraclius lapis, qui & Lydius. Plin.lib.33.cap.8,Auri argentíque mentionem comitatur lapis , quem coticulam appellant, quondam non ſolitus inueniri , niſi in flumine Tmolo, vt author eſt Theophraſtus. nunc verò paſſim, quem alij heraclium , alij Lydium vocant.Sunt autem modici,quaternas vncias longitudinis,binásque latitudinis non excedentes. His coticulis pertẽi, quum è vena vtlima rapuerint experimentum , protinus dicunt quãtum auri ſit in ea, quantum argenti vel æris,ſcrupulari differẽtia, mirabili ratione non fallente.

Heraclius lapis, formam prouerbij habet : In eos qui vehementer acri,exactóque iudicio ſunt. Ex Eraſmo.

HERACLEOPOLIS,penult.corr. {Ἡρακλεόπολις} Nomen trium ciuitatum. Vna eſt in Ægypto , ex qua Theophanes phyſicus : altera non longè à Peluſio:tertia ſecundum Nili oſtium, quod Canopicum eſt. Ex Volaterrano.

HERACLIDES,pen.prod.Lycius,domi vir clarus, ſophiſtica facultate inſignis Smyrnæ docuit, vbi in honore maximo fuit. Dicunt eum olim apud Seuerum principem, extemporali facultate dicentem auditis præſentibus exterritum , ſermone excidiſſe. Solus ſophiſtarum ad hanc artem induſtria & labore,natura minimè iuuante contendit. Hæc ex Philoſtrato.

HERACLIDES, Ponticus philoſophus, Athenas conceſſit,Platonem, deinde Ariſtotelem audiuit. Reliquit ingenij monumenta quæ non extant. Vir fuit mollioris habitus , vt pro Ponticо Ponticus vocaretur. Author Diogenes Laertius. Huius etiam meminit Cic. Tuſc. quæſt. lib.5. Sunt & alij multi huius nominis apud Laertium.

Heraclidium,cuius mẽtio eſt in epiſtolis Ciceronis ad Atticum,obſcurè & ænigmaticè ſignificat librum Heraclidis Pontici æmulatione ſcribendum,cuius hodie quædam eclogæ de rebuſpublicis reperiuntur,& in Homeri um allegoriæ. Turnebus.

HERACLITVS,pen. prod. {Ἡράκλειτος} Epheſius philoſophus, vt tradit Suidas , nullum inuenitur habuiſſe præceptorem : tantum natura & diligẽtia ſolus perfecit. quidam tamen audiſſe Xenocratem & Hippaſum Pythagoricum volunt. Floruit temporibus vltimi Darij: ſcripſit poeticè multa:ab Ariſtotele ſæpe teſtis citatur. De quo Cicero lib. 5. Tuſc. quæſt. Hunc aiunt,quum hydropicus eſſet,ſpreris medicis oblitum bubulo ſeuo , ſoli ſiccandum ſe præbuiſſe , dormientémque à canibus dilaceratum eſſe. Hæc Suidas. Hic Heraclitus ille eſt,qui quoties domo egrediebatur,flebat : quemadmodum Democritus ridere dicebatur. alteri enim omnia quæ agimus, miſeriæ: alteri ineptiæ videbantur.

HERACLIVS , Imperatoris proprium , ab Hercule deductum formatione.

Heraclius lapis, Vide HERACLEA.

Herba,herbæ {πόα,βοτάνη} Ab hærendo. Virgil.lib.1.Georgicorum,

Et ſulcis frumenti quæreret herbam.

Herbam dare, ſiue porrigere , pro eo quod eſt victorẽ aguoſcere, ac ſe victum fateri , paſſim obuium eſt apud doctos. Inde ſumptum, quòd(vt author eſt Feſtus) id erat paſtoralis vitæ indicium, qui dum curſu , aut alio quopiam certamine ſuperati eſſent , herbam ex eodem ſtatim loco decerptam,aduerſario porrigebant,victoriæ agnitæ ſymbolum. Plin.lib.22.cap.4,de corona obſidionali graminea, Dabatur (inquit) viridi è gramine , decerpto inde vbi obſeſſos ſeruaſſet aliquis,&c. Idem lib. 8. cap. 5, de elephante , Mirus nanque pudor eſt, victus vocem fugit victoris , terram ac verbenas porrigit. Hæc Eraſmus. Nonius , Herbam veteres palmam vel victoriam dici voluerunt. Virgil.lib.3.Georgicorum,

-atque immemor herbæ Victor equus.

Altæ herbæ.Virgil.4.Georg.

Comantes, Vide COMA.

Coronariæ,Vide CORONA.

Fertiles.Ouid.2.Amor eleg.16.

Florentes.Virgil.eclog.9.

Fœcundæ pecori.Ouid.1.Metam.

Graminis.Ouid.10.Metam.

Immortales.Claud.de nupt.Honorij,32.

Impiæ,Vide IMPIVS.

Inualida medica, Vide INVALEO.

Lætæ.Virgil.1.Georg.

Largæ Horat.4.Carm.ode 2.

Medicæ.Claud.6.Paneg.

Miliaria herba,Vide MILIVM.

Molles.Virgil.eclog.3.

Morientes.Virgil.1.Georg.
Murales, Vide MVRVS.
Nocentes.Horat.1.Serm.satyr.8.
Operosæ, Id est efficaces, & maguarum virium. Ouidius libro 4. Metam.
Pallentes.Virgil.eclog.6.
Pollentes.Ouid.7.Metam.
Potentes.Virgil.7.Æneid.
Pubentes.Virgil.4.Æneid.
Salaces.Ouid.2.de Arte.
Salutiferæ.Ouid.1.de Remed.amoris.
Spinosæ.Ouid.2.Metam.
Suaues.Virgil.eclog.2.
Surdæ & ignobiles, Vide IGNOBILIS.
Surgentes.Virgil.4.Georg.
Teneræ.Ouid.2.Metam.
Virides.Ouid 2.Metam.
Vitiatæ.Ouid.3.Metam.
¶Adoprare herbam, Vide ADOPTO.
Arent herbæ.Virgil.4.Georg.
Carpere herbam, Vide CARPO.
Sitiunt herbæ.Virgil.4 Georg.

Herbula, herbulæ, pen. corr. Diminutiuum {βοτάνιον.} Cic.2. de Natura deorum, Ceruæque paulò ante partum perpurgant se quadam herbula quæ sesclis dicitur.

Herbaceus, Adiectiuum {βοτανώδης} Quod in herbam crescit & assurgit, & de iis rebus dicitur, quæ deinde caulem emittunt. Plin.lib.12. cap. 13, Herbaceum amomum peius.

Herbeus, Aliud adiectiuum {βοτανοῦδης} Quod herbæ colorem habet. Plaut.Curcul.5,
-quid hic est homo
Cum collatiuo ventre: atque oculis herbeis?

Herbidus, penult.corr. Aliud adiectiuum {βοτανώδης} Quod plenum est herbis. Plin.epist.173, Nulla in hoc nauis (facer enim est) sed innatant insulæ herbidæ, omnes arundine & iunco tectæ.
Herbidæ segetes. Colum.lib.1.cap.6.
Herbidus locus vel campus, Herbis refertus & plenus. Liu.lib.1.ab Vrbe, & lib.9.
Epirus herbida. Ouid.8.Metam.
¶Herbidus color. Plin.lib.12.cap.14.
Herbidus potus. Plin.lib.24 cap.6.

Herbifer, pen. corr. herbifera, herbiferum {βοτανοφόρος} Quod herbas producit. vt Herbifer mons. Plin.lib.25.cap.8.

Herbosus, penult.prod. Adiectiuum {πόαδης} Herbis abundans. Plin.lib. 33. cap. 4, Vlex siccatus vritur, & cinis eius lauatus substrato cæspite herboso, ve sidat aurum. Sic Cato cap.54.
Agger herbosus. Ouid.14.Metam.

Herbasco, siue herbesco, herbescis {βοτανεύομαι} herbéscere, In herbam conuerti. Cic.de Senect. Terra semen tepefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem.
Herbascere, pro Herbas generare. Plin.lib.19.cap.8, Quin & ouillo fimo nominatim vti, quoniam aliud herbasceret.

Herbarius, Adiectiuum {βοτανικός} ve Ars herbaria, qua cognoscitur vis & natura herbarum. Plin.lib.7.cap.56, Herbariam & medicamentariam à Chirone Saturni & Phylliræ filio. Subaudi, reperram fuisse tradunt.

Herbarius, Substantiuum {βοτανολόγος} Qui peritus herbarum eas colligit, vendítque, & ex eis medicamenta conficit. Plinius lib. 26. cap. 5. Idem lib. 20. cap.17, Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

HERBITA, pen. corr. {ἱέρβιτα} Siciliæ vrbs apud Ptolemæum. Hodie *S. Nicolaus.*

HERCAEVS {ἱρκαῖος}. dictus est Iupiter, quem etiam penetralem vocabant, qui intra conseptum domus cuiusque colebatur. Græcè enim ἕρκος septum clausrúmque nominatur. Ouid.in Ibin,
Cui nihil Hercæi profuit ara Iouis.

HERCINIA {ἑρκύνιος δρυμός} Sylua est Germaniæ trans Rhenum, fortè ab Hercino monte ipsius Germaniæ dicta. Vide HERCYNIA.

HERCINII, Populi sunt, vetus Pelasgorum colonia.

Herciscor, hercisceris, Vide ERCISCOR.

Hercle, siue hercule {μὰ τὸν Ἡρακλέα} Iurandi aduerbium, quasi dicas per Herculem. Terent. Eunuch.2.3. Hercle hoc factum est.
Hercle, ornatiua aliquando particula, teste Donato. Terent. And. 4.5, sed quid hoc?
Puer hercle est.
Hercle sine dubio erit ignominia. Cic. Thermo Propr. lib.2.17.
Bene hercle faciunt. Cic.3. de Legib.
Mehercle. Cic. 2. in Catil. Vno mehercle Catilina exhausto, releuata mihi, &c.
Hercle certé. Terent. And.2.2,
Mea quidem hercle certè in dubio est vita. Vbi Donatus, Ideo & iurauit, HERCLE. & affirmans iusiurandum, CERTE addidit.
Quæso hercle. Terent. Eunuch.2.3.
Obsecro hercle vt audias. Terent. Eunuch.3.5.
Hercle seduló. Terent. And.3.4, Faciam hercle seduló. Vbi Donatus, Hercle sedulò, productiones sunt Comici styli ad fucum orationis positæ.
Hercle verò. Terent. Adelph.2.4,
-omitte verò tristitiam tuam.
c Ego illam hercle verò omitto, qui quidem te habeam fratrem. Vbi Donatus, Apparet non nunc primùm dici Ctesiphoni ab Æschino, Omitte tristitiam tuam, nec nunc primùm respondum Omitto. Et ideo additum est, Hercle verò: quia nunc demum data est plena securitas. Ibidem, 5.9,
Hodie primam mammam dedit hæc. D. hercle verò serio. Vbi Donatus, Hercle verò, aduerbia sunt confirmatiua.

¶Hercule, Idem quod hercle & certé. Cic. pro Quintio, Itaque hercule haud mediocriter de communi quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat.
Sed hercule facilè patior datum tempus, in quo amorem experiter tuum. Cic. Capitoni in Epist ad Attic. lib. 16. 343.
Mehercule etiam aduentu nostro reuiuiscunt iustitia, abstinentia, &c. Cic. ad Attic. lib. 5. 104. Et in Oratore, Libentius dixerim mehercule, quàm mehercules.

Hercules, pro Hercle vel hercule {μὰ τὸν Ἡρακλέα.} Cic. pro Roscio Amerino, Quoniam quidem semel suscepi, licet hercules vndique omnes terrores, minæ, periculáque impendeant omnia: succurram, atque subibo.
Hercules quidem. Cic. de Claris Oratoribus, Et hercules hæ quidem extant.
Me hercules. Cic. pro Plancio, Vere me hercules hoc dicam.

HERCVLES, pen. corr. {ἡρακλῆς} Cognomen, vel forsasse potius agnomen Iouis & Alcmenæ filij, qui ob fortitudinem & gloriam creditus fuit inter deos esse relatus. Fuisse autem tres Hercules scribit Diodorus. alij sex autumant. Primus qui certauit cum Apolline de tripode. Alter Nilo natus Ægyptius, quem aiunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius est ex Idæis digitis, cui inferias afferunt. Quartus Iouis est, Asteriæ Latonæ sororis, qui Tyri maximè colitur, cuius Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus Thebanus, ex Alcmena & Ioue tertio genitus, cui aliorum gesta assignant. Ex Cicerone libro 3. de Natura deorum. Herodotus scribit Herculem vnum esse ex duodecim ditis Ægyptiorum, Græcósq; ab Ægyptiis hoc nomẽ mutuatos indidisse filio Amphitryonis. Varro XLIII Hercules nominat: veruntamen omnes qui robore præstiterũt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. Macrob. lib.1.Satur.cap.20, asserit Herculẽ esse Solem, quasi Heraclen: idque ex nomine clarescere. Hercules enim nihil aliud est, quàm heras, id est Iunonis, hoc est aeris: eleos, id est gloria vel laus. Quæ porrò alia est aeris gloria, quàm Solis illuminatio? Item dictus est duodecim labores confecisse, quia Sol annuo cursu, duodecim signa Zodiaci lustrat & conficit. Ab Hercules, & Hercle, Mehercules, & Mehercule, aduerbia iurandi, Vide Seruium in 8. Æneid.
Hercules bibax & multibibus, Vide Macrobium libro 5. Saturn. capite 21.
Clauiger Hercules. Ouid.in Ibin. Claua enim vtebatur.
Diues amico Hercule. Horat.2. Serm.saty.6. Ideo quia thesauris præsert. Et sunt qui eundem Ineubonem quoque esse velint. Vnde putant & quòd res rusticæ in tutela eius sit. nam illi sacrificia reddunt rustici quum iuuencos domuerint. Persius satyra 2, -ô si
Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule. Quia deus lucri & thesauri dicitur. Vide Porphyrionem in Horatium.
Impiger Hercules. Horat.4.Carm.ode 8.
Laborifer Hercules. Ouid.9.Metam.
Magnus Hercules. Horat.4.Carm.ode 5.
OEtheus Hercules, Vide OETHEVS.
Vagus Hercules. Horat.3.Carm.ode 3.

HERCVLIS portus Ptolemæo {ἡρακλέους λιμήν} vrbs Massiliensium. Vulgò dicitur *Villa franca.*

HERCVLIS turris, Vrbs Cyrenes. vulgo *Zinzyra.* Ptol. lib.4. cap.4.

Herculeus, pen. corr. {ἡρακλεῖος} Adiectiuum possessiuum.
Manus Herculea, pro forti. Martial. lib.1.15.
Claua Herculea. Propert. lib.4 eleg.10.

Herculeè, Aduerbium {ἡρακλείως} ab Hercules: pro Fortiter. Cicero ad Atticum, lib.8.15o, Spero etiam quoniam adhuc nihil nobis obfuit, nihil mutasse: nec tegentia hoc, quod cum fortiter & diligenter, nunc fert etiam Herculeé. Quædam exemplaria legunt mehercule. Locus profectò totus est corruptus.

Herculanus, pen. prod. possessiuum {ἡρακλανός.} Gellius lib.1.cap.1, Comprehensa mensura Herculani pedis.
Herculaneæ herbæ meminit Plin.lib.21.cap.15.
Herculaneæ formicæ. Plin.lib.30.cap.4.

HERCVLANIVM, Campaniæ oppidum, Plinio, lib.3.cap.5.

HERCVLEIVS, Vir Romanus, qui Marianas partes fouit cum Sertorio.

HERCYNA, Virgo quædam fuit Proserpinæ comes, à qua & fluuius illius simulacrum anserem manibus gerebat. Huius meminit Liuius. Ex Turnebo.

HERCYNIA, maxima Germaniæ sylua {ἑρκύνιος δρυμός.} Cæsar commentariorũ sexto, Huius Hercyniæ syluæ, quæ supra demõstrata est, latitudo nouem dierum iter expedito patet: nõ enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus, rectáque fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium. Hinc se flectit sinistrorsus, diuersis à flumine regionibus, multarúmque gentium finitrorsus, diuersis à flumine regionibus, multarúmque gentium finibus propter magnitudinem attingit: neque quisquam est huius Germaniæ, qui se aut audisse, aut adisse ad initium eius sylue dicat, quum dierum iter XL. processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Hactenus Cæsar: apud quem præpostero characterum ordine XL. pro LX. legi videtur iudicio Vadiani.
Lucis Sueui nobiles Hercyniis. Senec. Medea, 9.
Prominet Hercyniæ confinis Rhætia syluæ. Claudianus de bello Getico.

Here, pro heri {χθές} dicebatur à veteribus. Est autem aduerbium temporis. Donatus, propter cognationem e & i literarum, non dubitauerunt antiqui & here & heri dicere, & mane & mani, & vespere & vesperi. Terent. Heaut. 3.2,
-rectè equidem te demiror Chreme,
Tam mane qui here tantum biberis. Idem Eunuch. 2.3,
Inhonestum hominem quem mercatus est here, senem, mulierem?

Herí

Herí {χθές, χθίζα, χθιζά} Aduerbium temporis: significat autem hesterno tempore. Terent. Eunuch. 1.2,
Heri minas viginti pro ambobus dedi. Cic. Attico, Lepidus ad me heri vesperi literas misit Antio.

Herilis, Vide HERVS.

HERILLVS {Ἡρίλλος} Calcedonius philosophus, Zenonis discipulus fuit, qui quum audisset scientiam laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto, summum bonum in ea posuit. Cicero lib.4.Acad. & lib.2.de Finib.

Herinaceus, herinacei, qui & herix & hericius, teste Sipõtino {ἐχῖνος} animal spinis horridum, sese in globum interdum componens, & hyeme condens sese: de quo Plin.lib.8.cap.37, Præparant, inquit, hyemi & herinacei cibos, ac voluctati supra iacentia poma, affixa spinis, vnum non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores. Ibidem vide plura.

Herma, hermæ, m.g. {ἑρμᾶς} Statua & sigillum erat, in trunco arboris efformata, cuiusdam Mercurij formam habens. Vnde Suidas dicit hermas statuas dictas, quòd plurimum Mercurij statuæ deliniarentur. Atque hæ quidem hermæ, virides statuæ, ad propagandam defuncti memoriam sepulchris erigebantur. Cic. Att. lib.1.5, Hermæ tui Penelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, iam nũc me admodum delectant. Id est, Mercurij statuæ ex marmore Pentelico. Idem 2. de Leg. Neque id opere tectorio exornari, nec hermas eos quos vocant, licebat imponi, nec de mortui laude, &c. De sepulchro loquitur.
Hermæ erãt statuæ Mercuriales, quæ in vestibulis ædium, vel in publicis viis, super colũnas constitui ornatus causa solebãt. Hos primũ ab Hipparcho Athenis erectos, Plato in Dialogo de lucri cupiditate docet: eorũmque vsum ibi adiungit.
¶Herma, pro firmamento à Græcis ponitur: vnde etiam Mercurij nomen, inuentoris, vt putabant, firmæ orationis, dictum. Interdum etiam saburram significat. Hæc Festus.
¶Herma {ἕρμα} Aurium ornatus apud Homerũ lib.14. Iliad. Hoc etiam Iulius Pollux lib.5.cap.16. ponit in mundo muliebri.

Hermathena, hermathenæ, pen.prod. {ἑρμαθήνη} Mercurij ac Mineruæ statuæ coniunctæ, quas gymnasijs Romani dicare cõsueuerant. Cic. Att. lib.1.2, Hermathena tua valde me delectat: & posita ita bellè est, vt totum gymnasium ἀλλο ἀνάθημα esse videatur. Id est, solis statua suspensa. hoc est, Mercurij & Mineruæ statua mihi à te missa, in meo gymnasio ita bellè est constituta, vt totum gymnasium Soli dicatum esse videatur. quasi gymnasium illa statua maiorem in modum illustraretur.
¶Hermathena, potest esse nomen mulieris doctæ & eloquentis.

HERMAEA {ἑρμαία} Extrema Ptolemæo vrbs Africæ minoris: Mercurij promontorium Pomponio Melæ. Vulgò *Cabo Dembia.*

HERMAGORAS. pen. corr. {ἑρμαγόρας} Æolides, Carion cognominatus, rhetor egregius, scripsit artem Rhetoricam libris sex, de diligentia orationis, de decoro, de elocutione, de figuris. Docuit Romæ Augusti temporibus, decessitque senex.

HERMAPHRODITVS, pen.prod. {ἑρμαφρόδιτος} Mercurij & Veneris filius: ab Hermes (quo nomine dicebatur à Græcis Mercurius) & Aphrodite, id est Venus. Hic fuit Androgynus, vir & mulier. Quum adolescens se lauaret in quodam fonte Cariæ, cui inerat Salmacis nympha: illa eum amans amplexa, deos orauit, vt ex ambobus vnus fieret: idque factum est. Hinc omnes Androgyni, vocantur Hermaphroditi. Plin.lib.11.cap.49, Sunt Hermaphroditis vtriusque sexus. Vide ANDROGYNVS. Martial.lib.6.68. Ouid.4.Metam. De Hermaphrodito extat elegantissimũ Pulicis poetæ carmen, apud Ausonium.
Hermaphroditæ equæ. Plin.lib.11.cap.49.

HERMEAS, è Caria dux inclytus Antiochi magni, qui cum eo & Taurum perrransit, & res magnas gessit. Ad extremum ab eo ob suspicionem interfectus vnà cum coniuge & liberis qui erant Apameæ. Author Polybius.

HERMENII, Populi Moschorum prope Colchos. Sipont.

HERMERACLAE sunt Mercurij & Herculis coniuncta signa seu statuæ. Cic. Att. lib.1.epist.8. Signa nostra & Hermeraclas quùm commodissimè poteris, velim imponas. Certè Athenienses Mercurio & Herculi statuas in gymnasijs ponebant. testis Athenæus lib.13. Sed & Romani aram Herculi communem cum Musis esse voluerunt. Author Plutarchus Problemate 59.

HERMES Trimegistus {ἑρμῆς τρισμέγιστος} Philosophus Ægyptius, post Mosen fuit, cuius tempore in Ægypto studia Philosophiæ clarere cœperunt. Eius extant Dialogi. Déque hoc plura apud Suidam & Augustinum de Ciuitate Dei.

Hermes, Hermis & Hermetis, pen.prod. {ἑρμῆς} dictus est Mercurius deorum interpres: διὰ τὸ ἑρμηνέας, id est sermone & enuntiatione siue eloquentia. Virgil.4.Æneid. Nunc eriam interpres diuũm Ioue missus ab ipso. Vbi Seruius, Interpres diuũm Hermes: expressit verbum de verbo.

HERMIAS, Eunuchus, trapezitæ cuiusdam famulus, Athenas profectus, Platonem, Aristotelémque audiuit. qui domum reuersus, Atarneuses & Assenses subegit, & illis cum domino imperauit.

HERMINIVS, Romanus quidam, cuius meminit Virgilius libro 11. Æneid.

HERMIONA, pen.prod. Græciæ oppidum, Iunonis fano inclytum, vt notat apud Pomponium Vadianus. Virg. in Ciri,
Hinc sinus, hinc statio contrà patet Hermiona. Versus est spondaicus.
Spartana Hermiona. Propert. lib.1.eleg.4.

HERMIONE, pen. corr. {ἑρμιόνη} fuit Menelai filia, ex Helenà coniuge, quæ Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit: sed quum Pyrrhus Achillis filius eam duxisset. Oresres illum occidit, & sponsam recepit. Altera Hermione filia fuit Martis & Veneris, vxor Cadmi, cuius Vulcanus pulchrum sed pernicioſum monile formauit: tãdem cum marito mutata dicitur in serpentem. Martial. lib.3.11,
Dic mihi quid simile est Thais, & Hermione?

HERMIONES, Germaniæ populi vltimi, vt scribit Pomponius lib 3. in fine descriptionis Germaniæ. Pomerani hodie vocantur, vt notat Vadianus. Horum meminit Tacitus.

HERMIPPVS {Ἕρμιππος} Athenicnsis poeta antiquæ comœdiæ, altero captus oculo, frater Myrtili comici, scripsit fabulas XL. ¶Fuit itẽ alter Hermippus Berytius, discipulus Philonis Biblij, qui multa composuit sub Adriano principe. Suidas.

HERMOCRATES, pen. corr. Phocensis, clarus sophistica faculate, Antipatri magistri epistolarum Scueri principis, filiam haud forma bona inuitus imperatore cogente duxit, quam postea repudiauit. Philostratus.

HERMODORVS, pen. prod. {ἑρμόδωρος} Siculus, auditor Platonis: cui vitio datum est, quòd quæstui philosophiam habuerit: dictata quæ sub præceptore audiuerat colligendo, ac dein in Sicilia venditando.
¶Hermodorus, Philosophus Ephesius, quem in Italia exulantem, Pomponius Iurisconsultus ait authorem fuisse XII. TAB. ferendarum Decemuiris. Plin.lib.34.cap.5, dicit hunc fuisse interpretem legum Decemuiralium.
¶Hermodorus Salaminius, qui cum Philone architecto Athenis contendit de armamentario faciendo, qua in contentione vt minus eloquens, victus fuit. Cic.1.de Orat. Nec si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de naualium opere dicendum, non quum ab illo causam didicisset, ipse ornatè de alieno artificio copioséque dixisset. Nisi si forte de naualibus vrbis Romæ hic agitur, quæ fortasse ædificauit Hermodorus: idque verisimilius arbitror. Nepos apud Priscianum, Ædes Martis est in Circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio. Ex quibus locis emendandum putat Turnebus quod sic apud Vitruuium legitur, Quemadmodum est in porticu Metelli Iouis Statoris Hermodi, &c. & Hermodori reponit.

HERMOGENES, pen. corr. {ἑρμογένης} Tarsensis, annos natus XV. sophista adeò probatus est, vt fama eius ad auditorium M. Antonium principem excluerit, ab eóque munera egregia tulerit. Deinde tempore procedente, cum facultatis habitum deperdidit, nulla morbi causa. Proinde Antiochus sophista dicebat, Hermogenes in pueritia senex, & in senectute puer. Ex Volaterrano lib.15.

HERMOLAVS, pen. prod. Constantinopolitanus grammaticus, scripsit ad Iustinianum Cæsarem Epitomen in librum Stephani de vrbibus. Author Suidas. Memoratur & ante hunc alius, qui contra Alexandrum coniurauit. Alius item Plinio lib.36 cap 5, statuarius, inter eos qui ædes principum signis nobilibus ornarunt.

HERMOPOLIS-pen.corr. {ἑρμόπολις} ve ait Volater.lib.12, vrbs Ægypti in Sebenitica præfectura vbi Pan colitur & hireus, vt ait Pindarus.

Hermupoa, Herba passim in ipsis vineis apud nos crescens, quæ à Græcis linozostis dicitur. Latini Mercurialem herbam vocant, quasi Mercurij pabulum. Vide Plinium lib.25.cap.5. Sunt autem eius duo genera: mas, quod in singulis geniculis duos veluti testiculos gerit & fœmina, quæ luteum florem habet.

HERMVS {Ἕρμος} Fluuius Lydiæ, qui Smyrnæ cãpos interfecat delapsus à monte Dorilao, Phrygiam scindit à Caria. Hic superfusus campis gignit fertilitatem, vnde arenas aureas fertur trahere. Strabo lib.13. Virg.2. Georgicorum,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

Hernia, huius herniæ, fœm.gen. {κήλη} dicitur quum pondere aut ictu aliquo rupta tunica, quæ ab inferioribus partibus intestina diducit; omentum, aut intestinum in scrotum descendit. scrotum enim vocamus curem testiculos ambientem: quod ὄσχεον Græci appellant. Id vitium à Græcis enterocelæ, siue epiplocelæ, hoc est interaneorum; siue omenti descensus, dicitur. nostri communi nomine herniam vocant. Martial. lib.5.81,
Ingens iratis apparuit hernia sacris.

Herniosus, pen. prod. Adiectiuum, Qui herniam patitur.

HERNICI, pen. corr. {Ἕρνικες} populi sunt Italiæ in Campaniã, in locis asperis habitantes. Nam Herniæ, Sabinorum lingua, saxa dicuntur. Hos tamen Hernicos appellatos voluit Macrobius ab Herno quodã Pelasgo eorum duce. Horum metropolis est Anagnia.
Terra Hernica. Ouid.3.Fast.
Saxa Hernica. Silius lib.4.
Frondosa Hernica. Stat.4.Sylu.5.

HERODES, pen. prod. {ἡρῴδης} Antipatris Idumæi filius, anno X. Augusti rex Iudæorũ à Romanis declaratus est, regnauítq; annis XXXVII. Huius meminit Horat.2.epist.2.
Herodes Antipas, huius filius, præfectus Galilææ post Archelaum impiissimus fuit.
Herodes Agrippa Aristoboli filius, qui B. Iacobum occidit.
Herodes quidam fuit Atticus, qui Græca oratione (vt ait Gellius) ferè vniuersos grauitate atque copia, elegantiáque vocum longè anteecessit.

HERODIANVS {ἡρῳδιανὸς} Alexandrinus grammaticus, Apollonij etiã grammatici filius & discipulus, floruit sub Marco Antonino imperatore. Scripsit de arte grammatica: præterea Cæsarum historiam, quæ ad nos peruenit. Author Suidas.

Herodius {ἡρῴδιος} Auis ex iis quas Romani Diomedeas vocant. Theodorus ardeolam vertit, Augustinus fulicam. Ciconiam putat esse Suidas, aut ciconiæ similem, dictámque quòd in paludibus verseturs, quasi ὁλόδιον.

HERODOTVS, pen. corr. {ἡρόδοτος} Halicarnassæus, claris ortus parentibus, nepe patre Cyxo, matre Dryone, fratrem etiam habebat Theodorum. Scripsit historiam libris nouem, quorum quilibet Musæ nomine inscribitur. Cœpit à Cyro Persarum rege. Secessit in Samum Lygdami tyrannide offensus, qui tunc in patria regnabat. Eo expulso rediit. Postremo inuidiæ ciuium obnoxius, sponte Thurium concessit, Athenienſium coloniam, vbi exinctus est & sepultus: licet aliqui Pollæ dicant. Suidas. Hunc Cic.1. de Legib. appellat historiæ parentem.

HERON {Ἥρων} Athenienſis Orator, scripsit commentarios in Herodotum, Xenophontem, & Thucydidem. Author Suidas.

Heros, huius herois, pen. prod. masc. g. {ἥρως.} Heroes dicuntur ij qui quum sint homines, rebus tamen gestis eâ opinionem apud vulgus emeruerunt, vt inter diuos relati credantur. Proinde heroes in quauis arte & scientia dici possunt qui in ea plurimum excelluerunt. Geza putat deductum esse ab ἠΐθεος, id est Iunone: quibus & diuus Augustinus suffragatur. Seruius, Heros vir fortis, semideus, plus ab homine habens, vt ait Hesiodus. Virgilius libro 1. Æneidos,

-dederátque abeuntibus heros. Idem lib. 7. Quin & auis Maiors heroa potentibus addet. Cic. Attic. lib. 14. 307. Illi non heroes, sed dij futuri quidem in gloria sempiterna sint. Idem Att. lib. 1. 12. Heros ille noster Cato.

Delecti heroes. Virg. eclog. 4.
Magnanimi heroes. Virg. 6. Æneid.
Maximus heros. Virg 6. Æneid.
Semidei heroes. Stat. 5. Thebaid.

Herois, pen. prod. heroidis, pen. corr. f. g. {ἡρωΐς.} Martial.
Mutatas formas heroidas, insuper iisdem Addidit.
Graias heroidas æquas. Stat. 3. Sylu. 5.

Heroina, huius heroinæ, pen. prod. {ἡρωΐνη.} Propert. lib. 1. eleg. 12, Ilia sit Inachiis & blandior heroinis.

Heroicus, pen. cor. Adiectiuum {ἡρωϊκὸς.} vt Heroicæ ætas, in qua heroes floruerunt. Cic. 5. Tuscul. Etiam heroicis ætatibus Vlyssem & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapientes.

Heroica tempora. Cic. 1. de Diuin.
Heroicæ personæ. Cic. 2. de Nat. deor. Medea modò & Atreus cõmemorabantur à nobis heroicæ personæ.

Heroicus versus dictus, quòd eo genere carminis heroum gesta describãtur. Cic. 2. de Legib. Ne plus quatuor heroicis versibus quos longos appellat Ennius.

Versus heroicus. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Herous, pen. prod. Adiectiuum {ἡρῷος.} vt Heroi pedes, quibus in carmine heroico vtimur. Cic. 3. de Orat. Quare primùm ad heroũ nos, dactyli, & anapæsti, & spondæi, pedem imitat.

Heroi carminis opus. Propert. lib. 3. eleg. 3.

Heroum, heroi, pen. prod. n. g. Monumentum quod solet erigi viro alicui insigni, propter eximiam virtutem. Cic. 2. de Leg. Quod autem ἡρῷον, id est vestibulum sepulchri, bustúmve vsucapi vetat, cuetur ius sepulchrorum.

HEROSTRATVS, pen. corr. {ἡροστράτος} fuit vir scelestus & ignauus, qui vt nomen memoria sceleris propagaret, incendium nobilissimæ fabricæ templi Ephesiæ Dianæ manu propria struxit, sicut ipse confessus est, voto adipiscendæ famæ latioris. Strabo lib. 14.

HERSILIA {ἱερσιλία} vxor Romuli fuit, quæ post apotheosin mariti ipsa quoque in cælum relata fuit. & quemadmodum mutato nomine Quirinus ille dicebatur, sic ipsa etiã Ora dicta fuit. Ouid. 14. Metam. De hac Liuius.

Herus {ἑρύτης.} Dominus. Terent. And. 5. 2,

Herus est: quid agam?
Herus, pro herili filio. Terent. And. 1. 3,
-me aut herum pessundabunt. Cic. 2. Offic. Sed ij qui vi oppressos imperio coercent, sit sanè adhibenda fœuitia, vt heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Virg. 3. Æneidos,
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
Diues herus. Horat. 2. Carm. ode 18.

Hera, heræ {δέσποινα, δεσποίνη.} Domina. Terentius And. 3. 2. Idem, And. 4. 3,

Summum bonum esse heræ putabam hunc Pamphilum.
Hera dicta est Iuno. Ennius apud Ciceronem 1. Officiorum,
Vósne velit, an me regnare Hera, quísve ferat fors,
Virtute experiamur.
Formosa hera. Ouid. epist. 9.

Herilis, & hoc herile, pen. prod. {δεσποτικὸς.} Quod ad herum pertinet. Plaut. Amph. 7,

Non soleo ego somniculosè herilia imperia perfequi.
Herilis filius: Id est, filius heri. Terent. Eunuch. 2. 2,
Sed video herilem filium minorem huc aduenire.
Arbitrium herile. Valer. 4. Argon.
Verna ministeriis ad nutus aptus heriles. Horat. 2. epist. 2.

Herifuga, herifugæ, pen. corr. m. g. {φυγοδεσπότης.} Qui herum fugit. vt Famuli herifugæ, Id est fugitiui. Catull. de Berecynthia epigr. 58.

HESICHIVS {Ἡσύχιος.} Milesius sub Anastasio principe scripsit Onomatologion, id est Catalogum nominum. Quorum epitome Suidas se fatetur vsum esse. Composuit & historiam libris VI. in quibus complectitur tam Romanorum Imperatorum, quàm aliarum gentium & tyrannorum res gestas vsque ad sua tempora, vt ait Suidas,

HESIODVS, pen. corr. {Ἡσίοδος} porta Ascræus, scripsit poemata, Theogoniam, {θεογονίαν} Opera & dies. quod imitatus est Virg. Primus agriculturæ præcepta tradidit, vt Plin. lib. 14. scribit. Fabularũ item author, vt ait Quintil. lib. 5. cap. 11.

Hesiodius {Ἡσιόδειος} Posfessiuum, Quod est Hesiodi, vel quod ab Hesiodo compositum est. Cic. in Bruto, Illud Hesiodium laudatur à doctis, quòd eadem mensura reddere iubet qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis.

HESIONE, pen. corr. {Ἡσιόνη} Filia Laomedontis regis Troiæ, & Priami soror, quam Hercules expugnata Troia vxorem dedit Thelamoni.

Hesperis, pen. corr. {ἑσπερὶς} Herba, quæ noctu magis olet, inde nomine inuento. Plin. lib. 21. cap. 7.

HESPERIA, Vrbs est Cyrenaicæ apud Pomponium Melam, quam Oliuarius dicit nunc vocari *Bernice*.

HESPERIAE {ἑσπερίαι} duæ sunt, vna quæ Hispania dicitur, altera Italia: quæ sic discernuntur. Aut enim Hesperiam solam dicimus, & significat Italiam. Virg. 1. Æneid. Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. Aut addimus vltimam, & tunc significat Hispaniam quæ in Occidentis est fine. Horat. 1. Carm. ode 36. Qui nunc Hesperia sospes ab vltima. Et hæc ab Hespero Occidentali stella dicta est:

Italia verò ab Hespero Atlantis fratre, qui à Germano pulsus, Italiam tenuit: & ei nomen vel proprium vel suæ pristinæ regionis imposuit. Macrobius tamen volnit Hesperiam dictam esse Italiam, quòd Occasui subiecta sit. Seruius.

Magna Hesperia. Virg. 1. Æneid.

HESPERIDES, pen. cor. {ἑσπερίδες} appellatæ sunt Hesperi fratris Atlantis filiæ, Ægle, Arethusa, & Hesperetusa. Hæ amœnissimos hortos colere dicebantur in Africa iuxta Lixon coloniam à Claudio Cæsare deductam. In iis auriferum nemus esse cum aureis malis exilimabant, custoditi verò à perugili dracone. Et quoniam Themis dea prædixerat futurum olim quendam Iouis filium qui ea poma diriperet, cinxisse Atlantem pomarium montibus, ne peruium grassatoribus foret. Penetrasse tamen eò Herculem ab Eurystheo missum, & occiso dracone aurea mala abstulisse. Alij putant ouium greges ibidem fuisse, purpuream lanam ferentes, eásque ab Hercule raptas, & ad Eurystheum ductas. Hinc quoniam μῆλον Græcè, Latinè ouem dicimus, locum fabulæ datum. Hæc Sipontinus ex Seruio.

Hesperides, Erebo & Nocte natæ. Cic. 3. de Nat. deor. Eorúmque fratres & sorores, qui à genealogis antiquis sic nominantur, amor, dolus, metus, &c. Parcæ, Hesperides, somnia, quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt.

Aquarum Hesperidum regnator. Virg. 8. Æneid.
Mala Hesperidum. Virg. eclog. 6.
Poma Hesperidum. Stat. 3. Sylu. 1.

HESPERIONCERAS, apud Solinum cap. vltimo, est extremum Africæ continentis promontorium, vbi scilicet veluti in fronte circunaguntur naues in occasum ac mare Atlanticum. Sonat hæc vox, occidentale cornu. Hodie vocant Caput bonæ spei. Vulgò *Le Cap de bonne esperance*.

Hesperius {ἑσπέριος.} vt Fretum Hesperium. Ouid. Metam. lib. 11.

HESPERVM, Promontorium in Africa est, nauigatione decem dierum ab Theõ ochema monte. Plin. lib. 5. cap. 1.

HESPERVS, pen. corr. {ἑσπερος} Atlantis frater, à quo Hesperia. Scribit Diodorus hunc Hesperum conscendisse cacumen montis Atlantis ad cursus astrorum obseruandos, & nunquam deinde comparusse: cui vulgus honores diuinos exhibuit, astrúmque lucidissimum eius nomine appellauit: de quo Virg. eclog. 7,

Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ. Hæc etiam serotina stella Vesper dicitur, & Vesperugo: mane autem, Lucifer, & Venus. Cic. 2. de Nat. deor. Infima est quinque errantium, terræque proxima, stella Veneris, quæ φωσφόρος, Latinè Lucifer dicitur, quum antegreditur solem: quum subsequitur autem, Hesperus. Dicitur & Hesperugo. Seneca Medea, 11,

Mergit diem timendum Dux noster Hesperugo.

HESSENI, pen. prod. {ἥσσονες} Palæsthinæ populi, apud quos lege columbis parsum olim, & tamen earum copiam factam, vt aduenarum ora cicures petierint. vnde sunt illa Tibulli verba libro primo,

Quid referam vt voliter crebras intacta per vrbes
Alba Palæsthino sancta columba viro? Plin. lib. 5. cap. 17, Hessenigẽs sola, & in toto orbe præter cæteras mira, sine vlla fœmina, omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum, &c.

Hesternus, Adiectiuum {χθεσινὸς} quod heri factũ est significans. Plaut. Perf. 3. vsam hesternas reliquas. Terent. Eunuch. 5. 4,

Quo pacto ex iure hesterno panè artum vorent. Plin. in Paneg. 107. Cœna hesterna redundare.

Hesternus dies. Cic. 2. de Nat. deor. Sic in Catil.
Hesterna disputatio Cic. 2. Tuscul.
Hesternum decus. Liu. 7. bel. Pun. Pugnarum vtrinque aliquanto quàm pridie acrius est, Pœnis ad obnitendum hesternum decus adnitentibus, Romanis ad demendam ignominiam.
Hesterno die lusimus. Catull. ad Licinium, epigr. 47.
Luce hesterna vidi. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Nocte hesterna lenior aura fuit. Ouid. epist. 18.
Sermo hesternus. Cic. in Lucullo, siue lib. 4. Academic.

HESTIAEA {ἱστίαια} Thessaliæ pars apud Strabonem lib. 13, & Ptolemæum: sed apud Homerum oppidum est in Eubœa: Stephanus vrbem dicit in Acarnania.

Heterocliton, pen. corr. {ἑτερόκλιτον} interpretari potest alienæ & insolitæ declinationis.

Heterocraneas {ἑτερομηνίας} vocant Græci morbum capitis, quum caput inæqualiter dolet, tumétque, & inter pilos rotunda & humida vlcuscula assurgunt, & pus mali odoris. Plin. lib. 31. cap. 9, Ad heterocraneas capitísque vlcera, & pustulas, papulásve.

Heterognathus, pen. cor. {ἑτερόγναθος} ex Libanij declamatione quadam vorax intelligitur, qui nunc in dexteram, nunc in sinistram cibum lingua conuoluat, vel vtraque oris parte cibaria simul conterẽs: vnde ductum nomen. γνάθοι enim, maxilla est.

Heteromaschala {ἑτερομάσχαλα} Quæ ex altera tantùm parte villosa sunt, & seruitis dicata, authore Polluce. Ex Hermolao. Quæ eadem heteromalla dicuntur, quemadmodum & amphimalla, quæ ex vtraque parte sunt villosa. Vide Bayfium in libello de Re Vestiaria.

Heteronyma, Vide HOMONYMA.

HETRVRIA {τυῤῥηνία, ἑτρουρία} Italiæ regio, ad Macram fluuium vsque protenditur, vbi Ligiuræ principium est, quæ Varo in extimo Italiæ termino finitur. Hodie vocatur *La Toscana*. In Hetruria hodie Florentia clarissima, aliquando Fluentia dicta. Porrò Hetruria dicta eſt quòd eius fines tenebantur olim vsque ad ripam Tyberis: & quasi ἑτρυφερία, & per syncopen ἑτρυρία. Nam ἔτυρος, est alter: & ὄρος, finis vocatur. Roma enim antea vnam tantùm Tyberis ripam tenebat. Iuuenalis, -& quæ

Imperij fines Tyberinum virgo natauit. Hæc Seruius apud Virgilium.

Solers Hetruria. Claud. in Eutrop. 1.

Hetruscus, Adiectiuum {τυῤῥηνός.} vt Mare Hetruscum. Horat. 3. Carm. ode 29.

Obesus Hetruscus. Catull. in Egnatium, epigr. 37.

Hettematici

Hettematici, pen. corr. {ἑττηματικοὶ} apud Firmic. lib. 3. cap. 9, Ipsos tamen faciet hettematicos, & prima semper ætate vitiosos. Hettematicus dicitur, qui deterior & posterior est, neque præstantiam in suo genere consequitur, & in eo offendit.

Heu {ἰὼ} Interiectio dolentis, Nominatiuo, datiuo, accusatiuo iungitur.

Nominatiuo. Virgil. 6. Æneidos,
Heu pietas, heu prisca fides. Sunt qui vocatiui casus esse dicant PIETAS hoc loco.
Datiuo. Plaut. Milit. 20,
Heu mihi, nequeo quin fleam.
Accusatiuo. Terent. And. 4. 1,
Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectaui meo. Cic. 7. Philipp. Heu me miserum, cur cogor, &c.
¶Heu heu. Plaut. Pseud. 5, Heu heu, quàm ego malis perdidi modis quod tibi deruli.

Heus {εὖ} Aduerbium vocantis. Terent. And. 3. 3,
Heus euocate hunc Dauum. Idem Eunuch. 4. 1,
-heus, inquit, puer, Pamphilam
Accerse. Cic. pro Milone, Heus, vbi Ruscio, vbi Casca?
¶Heus significationem habet nominis ad intentionem, consyderationémque reuocandi, vt ait Donatus. Terent. And. 4. 1, -heus Proximus sum egomet mihi.
¶Sed heus tu, reuocantis particula. Cic, ad Qu. frat. lib. 2. 16, Sed heus tu, celari videor à te: quonam modo mi frater de nostris versibus Cæsar? Terent. Eunuch. 3. 1,
Sed heus tu, purgón' ego mei de stac Thaidi, &c.
¶Heus, dolentis. Virg. 7. Æneidos,
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.
¶Heus heus. Terent. Adelph. 2. 4, Heus heus Syre. s. hem, quid est? Idem Eunuch. 3. 3.
¶Heus à Græco ᾗ venit, authore Festo Pompeio.

Hexaclinon, pen. prod. {ἑξάκλινον} stibadium significat, sex capiens conuiuas, vel potius locum in quo duo triclinia stare poterant: hoc est sex lecti senatorij. id enim Græca dictio sonare videtur. Martial. in Mamurram, lib. 9. 61,
Et testudineum mensus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non satis esse suo.

Hexagonus, Adiectiuum, pen. prod. {ἑξάγωνον} Quod habet sex angulos. Colum. lib. 5. cap. 2, Si fuerit sex angulorum in quadratos pedes, sic redigitur, Esto hexagonum quoquonersus lineis pedum triginta, &c.
Hexagonum, figura est æquilatera, & æquiangula ex sex angulis & lineis æqualibus composita. Euel. 4. Elem. Problem. 15, In dato circulo hexagonum & æquilaterum & æquiangulum inscribere.

Hexameter, hexametri, penult. corr. {ἑξάμετρος} Sex pedum. Martial. lib. 6 65,
Hexametris epigramma facis, scio dicere Tuccam. Cic. 3. de Orat. Quòd si Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe Catull. meminisfi, solitus est versus hexametros, aliósque variis modis atque numeris fundere ex tempore.

Hexaphorum, pen. cor. {ἑξάφορον} Lectica quæ à sex seruis ferri solet. Martial. lib. 1. 157,
Ingenti Litè vectus es hexaphoro. Idem lib. 6. 77,
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Hexastichum, pen. corr. {ἑξάστιχον} Hordeum dicitur, cuius spicæ sex ordines habent: sicut distichum, quod duos Colum. lib. 2. cap. 9, Proximus est his frumentis vsus hordei, quod rustici hexastichum, quidã etiam cantherinum appellant: quoniã & alia animalia quæ rursi sunt melius, quàm malum triticum pascit.

Hexeres, pen. prod {ἑξήρης} naues, quæ sex remorum ordines habent. Liu. 7. bel. Maced. Regia classis septem & triginta maioris formæ nauium erat, in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat, præter has decem triremes erant.

.H I

HIARBAS {ἰάρβας} rex Libyæ, qui Didonem re vera voluit ducere. Et vt habet historia, quum hæc negaret, Carthagini bellum intulit: cuius timore quũ cogeretur à ciuibus, petit vt antè placaret manes mariti, & exædificata pyra se in ignem præcipitauit. Seruius explicans illud Virgilij 4. Æneid. Non Libyæ, non antè Tyro despectus Hiarbas. Scribitur nonnullis sine aspiratione.

Hiasco. Hiatus, Vide HIO, hias.

HIBERIA, HIBERVS, Vide IBERIA.

HIBERNIA {ἰουερνία} insula in mari Atlantico. Cæsar lib. 5. bel. Gal. Hibernia dimidio minor, vt æstimatur, quàm Britannia. Huius incolæ lõgè magis, quàm Britanni, syluestres sunt, vt scribit Strabo lib. 4.

Hibernus, Vide HYBERNVS.

Hibiscus, hibisci, m. g. vel hibiscum, n. g. {ἐλθισκος} & quibusdam ebiscus: Herba non dissimilis maluæ, vt inquit Theophrastus, folio maiori quàm maluæ, pilosioríque caule. Vsus eius est ad rupta & tusses. Plin. lib. 19. cap. 5, Hibiscum à pastinaca gracilitate distari: damnatum in cibis, sed medicinæ vtile. Virgilius pro funci siue viminis genere accipit, in Alexi, Hædorúmque gregem viridi compellere hibisco.

Hibla, Vide HYBLA.

Hibris, hibridis. Hibridas fues vocabant antiqui semiferas, ex placido & fero natas. Plin. lib. 8. cap. 53, Æquè facilis mistura cum fero, qualiter natos antiqui hibridas vocabãt, ceu semiferos: ad homines quoque, vt in C. Antonium Ciceronis in Cõsulatu Collegam, appellatione translata. Sunt qui scribant per y Græcum Hybris.

Hic {ὅτος, ὅδε} hæc, hoc, pronomen demonstratiuum.

Hic, iste, & ille: & aduerbia ab eis descẽdẽtia, qualia sunt, hîc, istîc, illîc: hinc, istinc, illinc: huc, istuc, illuc: hac, istac, illac: horsum, istorsum, illorsum: hucusque, istucusque, illucusque: hoc, isto, illo: hanc habent differentiam: quoniam Hic cum cæteris, dicitur de persona loquente, aut de re ei proxima. Iste verò cum cæteris, de persona ab vtroque remota, vel de re ei proxima. Ille autem de tertia persona ab vtroque remota, vel de re ei proxima. Hæc ex Valla lib. 2. Tertet. Eunuch. 3. 1,

-vnà in conuiuio

Erat hic quem dico, Rhodius adolescentulus. Idem And. 1.
¶Hic, pro Ego ipse. Terent. Andr. 2. 1,
Tu si hic sis, aliter sentias. Vbi Donatus, Hic, seipsum ostendens dicit. & est HIC pronomen.
Hic, ille. Terent. Eunuch. 3. 1,
Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrá. Ibidem, 4. 4.
Hic dies. Terent. And. 1. 1,
-hic nuptiis dictus est dies. Sic Mensis hic, Terent. Adelph. 3. 4.
Puer hic vnde est? Terentius Andr. 4. 3, Quid hic vult? Idem And. 1. 2.
Hic ipsus est de quo agebam. Terent. Adelph. 1. 1. Vide IPSE.
Hic meus, hic noster. Terent. Adelph. 4. 5,
Hic meus amicus, illi genere est proximus. Idem Eunuch. 2. 3,
In hanc nostram plateam, commodum huc se aduorterat.
Hanc tuam, pro Istam. Terent. And. 3. 2,
Prorsus à me opinionem hanc tuam ego esse amotam volo.
Hunc istum otij & pacis hostem. Cic. pro Domo sua.
Huic illi legato, &c. Cic. pro Flacco.
¶Hic somnus est mihi: Hoc est, Ita dormire soleo. Plaut. Curc. 4.

Hæc {αὕτη, ἥδε} huius, huic, hanc, fœmininum. Plurali numero in genere neutro dicitur etiam hæc: quod fœminino iunxit Terent. in Eunuch. 3. 5, Hæc adornant vt lauet.
Hæc ferè de moribus. Cic. 1. Acad.
¶Hæc illa. Terentius Andria, 1. 1, Hinc illæ lacrymæ, hæc illa est misericordia.
Hæc ea est quam miles à me vi nunc ereptum venit. Terentius Eunuch. 4. 6.
Hæc pictura. Terent. Eunuch. 3. 5.
Vna hæc spes est, vbi vbi est, diu celari non potest. Terentius Eunuch. 2. 5,
Ad hanc manum. Terent. Adelph. 4. 2,
Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est.
Hac re, pro Sic, vel hoc modo. Terent. Eunuch. 1. 2. Ibidem 4. 4,
Hac re & omni re turba euolues, & illi gratum feceris.

Hoc {τοῦτο, τόδε} huius, huic, hoc, neutrum. Terent. Eunuch. 4. 4,

-agedum hoc mihi expedi:
Primum, &c. Ibidem 1. 2,
Hoc agite amabo, mater mea, &c.
¶Hôc, Ablatiuus, pro Propter hoc. Plin. epist. 19. lib. 2, Tamen hoc quòd sedent, quasi debilitantur.
¶Hoc, pro Tanto, sequente quo. Cic. 2. Tusc. Vt enim balistæ lapidum & reliqua tormenta celorum, eo grauiores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius: sic vox, sic cursus, sic plaga hoc grauior, quo est missa contentius.
Hoc, sequente quòd. Cicero 3. de Orat. Sin eos disiungent, hoc erunt inferiores, quòd, &c. Idem ad Atticum, Atque etiam hoc magis, quòd, &c.
¶Hoc alterum. Terent. Eunuch. 5. 4,
-eam confeci sine molestia,
Sine sumptu, sine dispendio: tum hoc alterum
Id verò est, quod mihi puto palmarium.
Hoc aliud est quod gaudeamus. Terent. Eunuch. 5. 9,
Hôc amplius. Terent. And. 1. 1,
Quid est quod tibi mea ars efficere hôc possit amplius?
Hoc ætatis, pro Eius ætatis. Plaut. Bacch. 5, Ne nauigarem tandem hoc ætatis senex.
Hoc æui. Plin. lib. 2. cap. 31, Ad hoc æui nunquã produntur. Idem lib. 6. cap. 4.
Hoc biduum. Terent. Eunuch. 1. 2,
Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.
Hoc confiteor iure obtigisse. Terent. And. 3. 5. Idem Eunuch. 5. 2,
-crede hoc meæ fidei.
Hoc die. Terent. Eunuch. 4. 6,
Hoc die modò, sororem illam tuam esse, &c. Ibidem, 2. 2,
-hoc nunc dices,
Eiectos hinc nos.
Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hîc. Terent. And 3. 2.
Hoc est patrem esse? Terent. Adelph. 4. 5.
Hoc est signi, vbi primum poterit, se illinc subducet scio. Terent. Eunuch 4. 1.
¶Hoc est, pro Id est. Cic. pro Cecinna, Istius ille fundus est quem quadriennium, hoc est, ex quo tempore fundus væniit, possedi. Horat. 2. Serm. sat. 7,
-Dauúsne? ita Dauus amicum
Mancipium domino, & frugi, quod sit satis, hoc est,
Vt vitale putes. Dicens HOC EST, exponit illud QVOD SIT SATIS, per hæc verba sequentia, VT VITALE PVTES. quasi ita dixerit, hoc est, sic frugi vt ipsum putes esse vitale.
Hoc est dicere. Cic. 6. Verr. Hoc est enim dicere, Non es dignus tu qui habeas quæ tam, &c.
Hoc facito. s. rectè sanè. D. hoc fugito. s. callidè.
D. Hoc laudi est. s. isthæc res est. D. hoc vitio datur.
s. Probissimè. Terent. Adelph. 3. 3. Ibidem, 3. 3.
Cum tanto munere hoc. Terent. Eunuch. 2. 3,
Quis is est tam potens, cum tanto munere hoc?
Idem hoc tu ais? Terent. Eunuch. 4. 7.
Hoc commodi est: quòd ita vixerunt. Cic. pro Rosc. Amer. Hoc commodi est: quòd ita vixerunt, vt testes omnes, si cuperent, interficere non possent.
Hoc hominis. Terent. Eunuch. 3. 4,
-quid hoc hominis? qui hic ornatus est?
Hoc honoris alicuius causa suscipere. Cicero Dolabellæ in Epist.

ad Atticum lib.15.328,Magnáque cura & solicitudine Atticum & me liberaris,si hoc honoris mei causa susceperis, vt eos semper à te defensos velis.
Hoc literularum exarare. Cic.Attic.lib.12.232, Hoc literularum exaraui egrediens è villa ante lucem.
Hoc mentis habere,Quintil.lib.4.cap.2.
Hoc morbi. Terent.Eunuch.2.1,
Di boni,quid hoc morbi est.
Hoc noctis,& hoc lucis. Plaut.Amph.4.
Hoc noui.Cic.Attico lib.1.11,Noui est in lege hoc,vt qui nummos in tribu pronuntiarit,si non dederit,impune sit.
Hoc sceleris. Terent.Eunuch.2.3.
Hoc villi. Terentius Adelph.5.2,
-interea in angulum
Aliquò abeam,atque edormiscam hoc villi.
Hoc nisi sit puerum vt tu videas, nihil mouentur nuptiæ. Terent. And.3.2.
Hoc nouum est aucupium. Terent.Eunuch.2.2.
Hoc opus est. Terent.And.4.2.
Hoc patrium est,potius consuescere filium
Sua sponte rectè facere. Terent.Adelph.1.1. Idem Adelph.4.7,
Hoc peccatum est in virginem ciuem.
Hoc plus facies. Terent.Eunuch.2.1.
Hoc primum in hac re prædico tibi. Terent.And.1.1.
Hoc primum est. Terent.Adelph.4.4.
Hoc mihi responde. Terent.Eunuch.4.7.
Hoc est quod. Plaut.Asin.16, Hoc ecattor est quod ille it ad cœnam quotidie. Hoc est, ea est causa cur,&c. Idem Pseud.22,
Quid opus,me multas agere ambages? hoc homini est quamobrem Virum amet.
Hoc quid sit. Terent.And.1.2,
Dehinc postulo, siue æquum est, te oro Daue, vt redeat iam in viam.
D. Hoc quid sit.
Hoc vnum. Terent.Eunuch.5.2. Ibidem,5.9,
Vnum etiam hoc vos oro,vt me in vestrum gregem Recipiatis.
Hoc verè dicunt. Terent.Adelph.1.1,
Profectò hoc verò dicunt,si absis vspiam,aut Vbi sis,&c.
Hoc vtrunque. Terent.Eun.1.2, Vtrunque hoc falsum est,effluet.
¶Hoc,pro hic. Terent.Phorm.1.4,
-hoc nihil est Phædriadilicet,
Quid conterimus operam frustra? Vbi Donatus,Vtrum HOC relatiuum? an HOC cum contemptu,pro hic Antipho nihil est? Sic Cic.in Verr.Etsi hoc nescio quid nugatorem sciebam. pro hunc.
¶Huius non faciam, pro Flocci faciam, & minimum æstimabo. Terent.Adelph.2.1,
-hanc iniuriam mihi nolle
Factam esse, huius non faciam. crede hoc,ego meum ius persequar.
¶Hac re,pro Eam ob rem.Senec.epist.9,Hac re,florentes amicorum turbas circunsedet.
¶Datiuus pronominis, Huic, monosyllabum est. Virg.1.Æneid.
Huic coniunx Sichæus erat.
Huic per diæresim dissyllabum efficitur. Statius 1.Thebaidos,
Lætus huic domino videas dare iura nepotes.
¶His legibus, pro Hac conditione. Plaut.Aulul.6, His legibus quum tu dare vis,cedo,nuptias adorna.
His moribus. Terent.And.2.3,
-vxorem his moribus dabit nemo.
Hicce ἔνστι hæcce,hocce,Idem est quod Hic,hæc, hoc. Terent.Eunucho,2.2,
Hicce hoc munere arbitratur suam Thaidem esse. Idem Adel.3.1,
-hisce oculis egomet vidi, Softrata. Idem And.3.5, Nanque hocce tempus præcauere mihi me,haud te vlcisci sinit. Cic.4.Verr.Sic Pop. Rom. iucunda suburbanitas huiusce prouinciæ.
Hiccine,hæccine, hoccine, pen.corr. Id est talis. Semper cum interrogatione. Terent.Hecyra,1.1,
Hiscine tu amabo non contrà insidiabere? Vbi Donatus,ἐρωτητικῶς interrogatio. Id est talibus. Idem Adelph.4.7, -ô Iuppiter,
Hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam? Quidam vnico c scribunt Hicine.
Hiccine est Simo? Terent.And.5.4. Cic.3.Tusc.Hiccine est Telamon ille,modò quem gloria ad cælum extulit?
Hæccine paruæ meum funus arena teget? Propert.lib.1.eleg.16.
Hoccine credibile est, aut memorabile,&c. Terent.And.4.1. Vbi Donatus, Totum hoc in pronuntiatione.hoc enim genus interrogationis,vim negandi exprimit.
¶Hiccine,Dubitatiué. Liu.1.ab Vrbe,Haud nihil ambigam hiccine fuerit Ascanius,an maior,&c.
Hic ἐνθάδε, ἐνταῦθα, ἐνταυθοῖ, ὧδε Aduerbium in loco. Terent. Eunuch.5.2,
Iam frater ipse hîc aderit virginis. Ibidem,4.6,
Thais ego iandudum hic adsum. Ibidem,5.6,
Quem præstolare Parmeno hîc ante ostium? Idem Adelph.2.1, Hic propter hunc assiste.
Hîc,Vbi promiserant. Terent.And.4.1, -vbi fides est
Si roges,nihil pudet. hîc,vbi opus est,
Non verentur:illic,vbi nihil opus est,ibi verentur.
¶Hic,pro Tum,Aduerbium temporis, Terent.Hecyr.1.2,
Hic animus partim vxoris misericordia
Deuictus.&c. Donatus. Virg.9.Æneid.Hîc annis grauis, atque animi maturus Alethes. Terent.And.2.3,
-hîc reddes omnia,
Quæ nunc sunt certa ei consilia,incerta vt sient. Vbi Donatus,Hîc, Aduerbium loci non est, sed aduerbium temporis. Cic.5.Verr. Hic illi flentes rogare atque orare cœperunt,vt,&c.
¶Hîc,pro In hac re & negotio.Plaut.Bacchid.2,
-Lycurgus, vt mihi quidem

Videtur,posset hîc ad nequitiam adducier.
Hinc ἔνθεν, ἐνθένδε, ἐντεῦθεν Aduerbium de loco. Plaut.Amphit.8,Atque is repentè abiit à me hinc ante lucem. Terentius Adelph.4.4,
Nam vt hinc fortè ea ad obstetricem erat missa,vbi eam vidi,illico Accedo. Vide ABEO & ABSVM.
Hinc ab læua. Plaut.Milit.10,
Sed speculabor,nequis aut hinc ab læua,aut ab dextera,&c. Terent. And.4.4,
-ego quoque hinc ab dextera
Venire me assimulabo.
Hinc ab ianua aliquid tollere. Terent.And 4.5.
Hinc ciuis est. Terent.And.5.1,Illam hinc ciuem esse aiunt. Idem Eunuch.5.5.
Hinc à nobis profecti in cælum reperientur. Cic.1.Tusc.
Abest hinc de, Vide ABSVM.
Hinc in. Cic.de Fin.Via quæ est hinc in Indiam.
Hinc empta. Terent.Adelph.2.2. Sic apud Ciceronem 3.in Catil. Quidam hinc nati.
Hinc eo. Terent.Eunuch.3.2,Cur non imus hinc? Cic.2.de Orat. Dixit se Scæuolam hinc euntem esse conuentum.
Hinc cuoca aliquem foras. Terent Eunuch.2.2.
Hinc ex Attica abrepta. Terent.Eunuch.1.2. Cic.pro Lege agrar.
Nos autem hinc Roma qui veneramus.
Hinc ex proximo oritur clamor.Plaut.Aulul.14.
Hinc ex ara. Terent.And.4.4.
Hinc intrò concedam. Terent.Eunuch.1.2.
Hinc & hinc.Martial.lib.10.83,
Raros colligis hinc & hinc capillos.
Hinc atque hinc glomerantur. Virg.1.Æneid,
Hinc illuc. Terent.Adelph.2.2,
Coemisse hinc quæ illuc veheret multa.
Hinc illinc. Liuius 2.ab Vrbe.
Hinc illinc venit. Terent.Adelph.4.5,
-dum cognatus hinc
Illinc veniret expectantem?
Hinc atque illinc totus sepentrio eremigatus.Plin.lib.2.cap.67.
Hinc & illinc exhibent mihi negotium. Plaut.Mostel.8. Cic.de Vniuers.Id fit quum speculorum læuitas hinc illinc que alitudinem assumpsit,&c.
Hinc inde, Vndecunque, circunquâque. Plin.epist.190, Longum est omnia quæ tunc hinc inde iacta sunt,recensere. Martial.lib.1.188,
Cubitis trudit hinc & inde conuiuas.
Ne inde odium,hinc contemptus oriatur. Quintilian.lib.2.cap.2.
Hinc loci mei. Terent.Eunuch.2.2,
Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc,atque ordinis.
¶Hinc,Ex hac causa.Terent.And.1.1,
Hinc illæ lacrymæ, hæc illa est misericordia. Cic.pro Flacco, Hinc totum odium,hinc omnis offensio.
¶Hinc,Ex hoc vel illo. Terent.Adelph.3.3,
Sed eccum Syrum ire video.hinc scibo iam vbi siet.
¶Hinc,Ex hac parte. Cicero in Catilinam, Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum. Idem in Tusc.
¶Hinc volucrum naturæ dicentur. Plin.lib.9 cap.62.
Hàc,Aduerbium per locum,Id est per eum locum in quo sum. Terent. Eunuch.5.9,Ite hàc omnes vos:valete,& plaudite.
Hàc iter est. Virg.9.Æneid.
Hac pro Illac. Terent.Adelph.4.2,
-in porticum rursum redi:
Sanè hac multo propius ibis,& minor est erratio.
Hac an illac. Plaut.Rud.5,
-ita nunc hac,an illac eam,sum incerta Consilij.
Hac illac circuncursa. Terent.Heaut.3.2.
¶Hac non successit. Terent.Andr.4.1,
Hac non successit,alia aggrediamur via. Id est,hoc modo quem tentauimus.
Huc, Aduerbium ad locum ἀνῶγε, ἀνώγεον, ὧδε Virgilius 2. eclog.9,
Huc ades.
Huc abij cum illo. Terent.Eunuch.1.2,
Ego cum illo,quo-cum vno rem habebam tum hospite, Abij huc.
Huc in medium agmen. Terent.Eunuch.4.7,
In medium huc agmen cum vecti Donax.
Huc in vrbem rarò commeat. Terent.Hecyra,1.2.
Huc te accersi iussi. Terent.Eunuch.1.2.
Huc coràm illum adducam. Terent.And.5.3.
Huc deducta ad. Terent.Eunuch.2.3,
Huc deducta est ad Thaidem meretricem:ei dono data est. Cicer.2. Tusc.Huc arripe ad me manibus abstractam piis.
Huc euocate. Terent.And.3.3.
Huc foras. Plaut.Aulul.6,
-eò nunc te secretò huc foras seduxi, Vt,&c.
Huc intrò. Terent.Eunuch.5.6,Cesso huc intrò irrumpere?
Huc deambulare. Terent.Adelph.6.1,
Sed postquam intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare huc libitum est.
Huc prouiso. Terent.Eunuch.3.1,
-huc prouiso,vt vbi tempus siet, Deducam.
Huc secede procul. Plaut.Capt.5,
Huc renumeret dotem. Terent.Hecyra,3.5. Idem Eunuch.4.7,
Pamphilam ergo huc redde.
¶Huc redeunt hæc verba. Terent.Eunuch.1.2. Id est,eam ob causam dicuntur.
Rem huc deduxi,vt,&c. Cic.2.in Catil.
¶Huc & huc ora vertere. Horat.Epod.4.
¶Huc illuc. Tacit.lib.1,Sed exterruit Cecina huc illuc ferês arma,
Huc & illuc,Incertum iter ostendunt. Cic.Att.lib.9 180, Ne fortè aut

H I E

aut absim quum veniet, aut cursem huc & illuc deterrima via. Sic 1. de Orat.Huc & illuc intueri. Idem in Offic.Pars quæ hominem huc & illuc rapit. Horat.4. Carm.ode 1,Huc & illuc cursitare.
Nunc huc,nunc illuc.Virg.5.Æneid.
Huccine tandem omnia reciderunt? Cic.7.Verr.
Hucusque, pro Vsque huc. Plin.lib.6.cap.29, Hucusque Sesostris exercitum duxit.
Hucusque vt. Paulus in l. 3. D.Quæ res pig. dat.vel hypoth.oblig. non possunt. Videamus an dici possit hucusque ad eum transire ius prioris,vt distrahere pignus ei liceat.
HIDRVNTVM ὕδρας Ptolemæo lib.3.cap.1. Calabriæ oppidum iuxta Ionium mare. Vulgò *Otronto.*
HIERA ἱερά pen.corr.Insula est maris Siculi, vna ex Æoliis. Dicta autem ἱερά,id est sacra, quòd Vulcano sacrata est, & plurimum colle eminentissimo nocte ardet,vt scribit Solinus cap.11.
Hiera, Viæ nomen: sic dictæ, quòd ea irent sacerdotes ad Eleusinam Cererem.
Hiera, Vxor Telephi regis Myforum, quæ à Nereo interfecta dicitur, quú marito ferret opem qui ab Achille vulneratus fuerat. Ea (vt fabulæ tradunt) tantæ fuit pulchritudinis, vt etiam Helenam superaret.
Hieracites, Gemma, à colore accipitris sic vocata. Plinius libro 37. cap.10.
Hieranthemis, huius hieranthemis, Flos est chamæmeli herbæ vulgatissimæ.
HIERAPOLIS, Ciuitas Asiæ contra Laodiceam vbi aquæ calidæ scaturiebant,quæ in tophum admodum facilè durabantur. Ptolemæo lib. 5,vrbs Syriæ,Plinio Bambicen dicitur,Syris *Magog.*
Hierarchia,Latinè sacer principatus dicitur.
HIERI,pen.corr. ἱερεῖ Populi sunt vltra Sauromatas, calui & simi à natiuitate,& promiscuè barbam habentes. Qui ideò ἱερεῖ, id est sacri dicuntur,quia nihil iniustè agunt,nec bella mouent.
HIERO,pen.corr. ἱέρων Syracusanus, quum esset ex duce rex factus, Populi Romani perpetuus amicus fuit:at quum omnis expers disciplinæ in morbum incidisset,eruditi cœpit, ac vltro sermonibus physicis aures accommodare, donec paulatim, dum per valetudinem licuit,poetis Pindaro & Simonide accersitis vsus est. Ælianus de varia historia.
HIERO, Syracusanorum tyrannus,in quo pulchritudo corporis & vires fuerunt admirabiles:de quo Iustinus.
HIERO alter,Ferreus cognomento Athenienss, familiaris Niciæ ducis Athenienss, vnáque cum eo disciplinis eruditus: poemata nonnulla conscripsit, quæ Plutarchus in Nicia ad ætatem suam peruenisse testatur.
Hierobotane ἱερόβοτάνη Herba: cuius meminit Plin.lib.25.cap.9. Verbena dicitur alio nomine.
Hieroduli ἱεροδοῦλοι pen. prod. Sacrorum ministri. Firmicus lib.8. mathescos cap.19,scribit futuros ædituos,aut hierodulos,qui habuerint horoscopum in vicesima sexta parte Geminorum.
Hieroglyphicæ,pen.corr. ἱερογλυφικαί Literæ sacræ. Quo nomine dictæ sunt Ægyptiæ,quæ notis volucrum, ferarum, aliarúmque rerú prænotatæ erant. De quibus sic Tacitus, Primi per figuras animalium Ægyptij sensus mentis effingebant,& antiquissima monumenta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur, & literarum inuentores perhibentur.
Hieronicus,pen.prod. Qui in sacris certaminibus vicerat.
HIERONYMVS ἱερώνυμος pen. corr. Siciliæ tyrannus, Hieroni patri successit admonum puer: cui pater metuens, relictis tutoribus x vr, mandauit moriens vt fidem erga Pop.Rom.annos quinquaginta ab se cultam,inuiolatam seruaret. Hic postea abiecta tutela, contempta patris disciplina ac moderatione, luxuriosus & arrogantius agendo,à Romanis descisit,Annibalísque adhæsit. Quúmque superbè nimis in ciues sese haberet, ab eisdem interfectus est. Liuius lib.4.secundi belli Punici.
Hieronymus Historicus Rhodius, familiaris Demetrij Poliorcetis, relictúsque ab eo præfectus in regione Bœotiæ, scripsit res ipsius Demetrij gestas.Plutarchus in Demetrio.
Hieronymus,Sacrum nomen Latinè interpretatur, quod viri sanctissimi & doctissimi Stridonenss ex Dalmatia,proprium fuit: cuius opera in pretio habentur.
Hieronymus,Philosophus Rhodius,qui finem summi boni posuit in indolentia.
Hierophylax,pen.corr. ἱεροφυλαξ Id est sacrorum custos. Scæuola inl.Annua his verbis.D.de annuis leg.
HIEROSOLYMA, Hierosolymæ, pen.corr.& Hierosolyma, Hierosolymorum, tantùm pluraliter ἱεροσόλυμα Vrbs Iudææ seu Palæsthinæ quæ & Hierusalem vocabatur. Cic. pro Flacco, Quum aurum Iudæorum nomine quotannis ex Italia & ex omnibus vestris prouinciis, Hierosolymam exportari soleret. Ibidem, C.Pompeius captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit. Dicuntur autem Hierosolyma, vt scribit Egesippus, quæ primo Solyma dicebantur. Sed quum rex Cananæus cognomento Iustus, qui fuit conditor Solymorum,templú addidisset, inde Hierosolyma nuncupauit. Græci enim ἱερὸν templum vocant. Eusebius libro nono Euangel.præp.ait, Hierosolyma appellari,quasi hieron Solomonis, hoc est ædem Solomonis, à templo quod Solomon Hierosolymis pulcherrimum magnificentissimúque construxit. Tacit.lib.21, Solymos carminibus Homeri celebratam gentem, conditæ vrbi Hierosolymam nomen è suo fecisse. Suet.in Nerone,Regnum Hierosolymorum.
Hierosolymarius ἱεροσολυμάρης dictus est Pompeius à Hierosolymis expugnatis. Cic.Attic.lib.2 24, Vt sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem,quàm bonam meis,&c.
HIEROTHEVS,Nomen viri proprium.
Hilaris, & hoc hilare, penult. corr. ἱλαρός, σαφὲς Lætus & iucundus. Horatius 1. epistol. 19, Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi.

Hilaris animus. Cic.ad Qu.frat.lib.2.15, Risi niuem atram, téque hilari animo esse & prompto ad iocandum valde me iuuat.
Hilare cauædium. Plinius epistol.17,Est contra medias cauædium hilare. Hoc est iucundum & delectabile.
Hilarem diem sumere.Terent.Adelph 2.4.
Hilare & lepidum ingenium. Plaut.Mostel.5,
Hilarem in modum epulati sumus.Cic.ad Att.lib.5.96. Legendum ex verusto codice saliarem.
Pœna hilaris.Martial.lib.3.epigr.22,
Sirenas hilarem nauigantium pœnam.
Probitas hilaris.Stat.5.Sylu.2.
Hilari vultu atque læto. Cic.1.Tusc.
Hilaris & Tristis opponuntur. Quintil.lib.8.cap.3.
Populus hilaris.Ouid.3.de Arte.
Hilarus,hilara,hilarum ἱλαρός pro eodem. Terent.Adelph.4.7. Ibid. 5.3,Hodie modò hilarum fac te.
Hilara vita. Cic.5.de Finib. Idem Attico lib.16.333, Hunc tu tralatum in Macrocollum lege in arcano conuiuis tuis: sed si me amas, hilaris,& bene acceptis,ne in me stomachum erumpât, quum sint tibi irati. Eidem lib.5.108,Hilara sane Saturnalia.
Hilarulus, pen. corr.Diminutiuum ἱλαρός. Cicero ad Atticũ,libro 16 336, Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis verbis suauium des. Alij non optimum legunt,sed primum.
Hilaritas, penult.corr.hilaritatis ἱλαρότης Festiuitas, iucunditas. Cicero 2.de Finib.Non enim hilaritate, nec lasciuia, nec risu aut ioco comite leuitatis, sed sæpe etiam tristes, firmitate & constantia sunt beati.
Hilaritas & lætitia. Cic.1.de Oratore, Itaque hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit.
Hilaritas & Tristitia,contraria. Cic.in Orat.
Multa hilaritas.Cic.1.Offic.Erat in C.Lælio multa hilaritas.
Hilaritatem afferre, Vide AFFERO.
Hilaritatem amittere. Cic.ad Att.lib.12.25,Hilaritatem illam qua hanc tristitiam temporum condiebamus,in perpetuum amisi.
Hilaritate aliquem conspergere. Cicero 1. Academicarum. Vide CONSPERGO.
Hilaritatem eripere alicui. Cic.Dolabellæ,lib.9.11, Sed tamen hilaritas illa nostra & suauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis est.
Hilaritas diei. Colum.lib.9.cap.14.
Hilarè, pen.corr. Aduerbium ἱλαρῶς Quod & hilariter dicitur. Cic. 5.de Finibus,Dicimus aliquem hilarè viuere. Idem de Oratore, libro 2, Ego verò atque hilarè quidem à te acceptus. Item 3. Tusc. Hilarius loquuti.
Hilarè & libenter ei cupienti audire nostra,dixi sine te omnia muta esse. Cic.ad Tironem,lib.16.12.
Epulatus hilarè. Tacit.lib.11.
Hilarissimè. Plaut.Menæch.4,
Ecquid audes de tuo istuc addere? p. atque hilarissimè.
Hilarius,pen.corr. ἱλαρός pro hilariter dixit Plaut.Milite,10, Es, bibe,animo obsequere mecum,atque onerato hilarius me.
Hilaro, hilaras, penult. corr. ἱλαρύνω hilarâre, Lætitiam, iucunditatémque afferre. Cicero lib.2. de Finib.Omnes enim iucundum modum quo sensus hilaretur, Græce ἱλαρὸν, Latinè voluptatem vocant. Idem de Claris Orator.Huius suauitate maximè hilaratæ sunt Athenæ.
Animum hilarare. Catul.de Berecynth.epigr.58.
Hos vbi facundo tua vox hilarauerit ore. Ouidius 4. de Ponto,eleg.4.
Hilaror, hilararis, Passiuum. Plinius lib.19.cap.42, Constat emori victas difficultate verbi, ac nisi subinde eadem audiant,memoria falli: quærentes mirum in modum hilarari, si interim audierint id verbũ. De psittacis.
Hilarésco,hilarescis ἱλαρύνομαι hilarescere.Hilarem fieri. Varro epist. Latin.lib.1,In votum amicorum domus fumat,hilaresco.
Hilaria, hilariorum, pluraliter tantùm, n.g. ἱλάρεια antiqui diem æquinoctij verni colentes appellarunt,vt ait Macrobius: nempe octauum Calen.Aprilis,quo fit æquinoctium vernum,quo primum tempore sol diem longiorem nocte protendit. De his meminit Plauius Vopiscus in Aureliano: Hilaribus,inquit,quibus omnia festa & fieri scimus & dici. Hilaria Turnebus fuisse existimat Matris deûm ferias,quæ principio veris celebrabátur maxima populi lætitia, & nobilissima pompa, quouis è populo insignia cuiusque dignitatis mentiente atque simulante liberè & impunè, vt internosci magistratus à simulatore plerunque non posset, vt ab Herodiano in Commodo describitur.
Hilla,hillæ,fœm. ἤχαλλον vel hilla, hillorum, neut. Horat.2. Serm.sat.4,
-perna magis,ac magis hillis
Flagitat immorsus refici. Quo loco Acron, Hilla, inquit, dicuntur falsa intestina hirci. Posium est diminutiuè hæc hilla. Quidam in diminutione neutri generis esse dicunt. Alij dicunt fatta falsitia. Hæc ille. Varro de Ling.Latina,lib.4,ab hillum deducit, quod est minimum. Videtur esse intestinum illud porcinum fartum aliis intestinis. Plautus,
Atque hillas insumatas & sumen.
Hilum, huius hili, Nigrum illud putatur quod in summitate fabæ adhæret, inquit Festus. Varro tamen hilum, referente Isidoro, significare censuit medullam eius ferulæ, quæ asphodelus vocatur: ac sic apud Latinos nihilum dici putauit, quomodo Græcis familiare est dicere, οὐδὲ χεύ.
Hilum, pro breui exiguóque ponitur, authore Nonio. Cicero 1. Tusculanarum,
-num illud quod Sisyphus versat
Saxum sudans nitendo,neque proficit hilum? Ex Poeta.
HIMANTOPODES, Vide IMANTOPODES.

HIMERA, pen. corr. {ἱμέρα} Fluuius Siciliæ, qui in duas partes diuiditur: & in altera, dulcem saporem, in altera salsum retinet. Plinius lib. 3. cap. 8.

Hinc, Vide HIC.

Hinnio, hinnis, hinniui, hinnitum, pen. prod. {χρεμπτίζω} hinnire Proprium equorum, vt ait Festus.
Fortiter hinnire. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Hinnilito, hinnilitas, hinnilitare, Frequentatiuū antiquum, idem quod hinnio. Lucil. Hæc inquam rudet ex rostris, atque hinnilitabit. Vide Varr. lib. 6. de Ling. Lat.

Hinnitus, huius hinnitus, pen. prod. {χρεμπτασία.} Liu. 2. ab Vrbe, Fremitus, & vox ipsa quam equi emittere solent. Cic. 1. de Diuinat. Quū autem aliquantum progressus esset, subitò exaudiuit hinnitum, respexitque, & equum alacrem aspexit.
Acutus hinnitus. Virg. 3. Georg.
Edere hinnitus. Ouid. 2. Metam.

Hinnibundè, pro hinnienter, ab eo quod est hinnio. Claudius Annalium libro 16, Equi hinnibundi inter se spargentes terram calcibus. Nonius.

Hinnus, hinni, m. g. {ἡμίονος.} Varro de Re rust. lib. 2. cap. 8, Hinnus qui appellatur, ex equo & asina, minor est quàm mulus corpore, plerunque rubicundior, auribus vt equi, iubam & caudam similem asini. Item in ventre est, vt equus, menses duodecim. hosce item vt equulos & educant & alunt, & ætatem eorum ex dentibus cognoscunt. Columel. lib. 7. cap. 37, Qui ex equo & asina concepti generantur, quanuis à patre nomen traxerint, quòd hinni vocantur, matri per omnia magis similes fuat.

Hinnulus, hinnuli, pen. corr. Diminutiuum {νεοφάτνιον, πῶλος} Est fœtura capreolorum, caprarum, damarum, leporum, similiúmque. Plinius lib. 28. cap. 9, Summis autem remediis præfertur hinnuli coagulum in matris vtero exacti. Ex antiquo codice legitur hinulei coagulum.

Hinnuleus, hinnulei, pen. corr. Idem. Horat. 1. Carm. ode 23.
Vitat hinnuleo me similis Chloë. Carmen est Ascepiadeum.
¶Hinnulus dicitur etiam qui patre equo, matre asina natus est, quem quidam burdonem nominant. Plin. lib. 8. cap. 44.

Hio, hias, hiare {χαίνω} Proprie est ore aperto spiritum emittere. Plin. lib. 8. cap. 15, Inuitat ad hiandum pabuli sui gratia.
Hiare, Sponte, vel aliqua vi cxterna, aperiri siue scindi: vt Ligna hiant ariditate, & tellus æstu. Sallust. lib. 4, Atque hiauit humus multa, vasta & profunda. Columel. libro 5. capite 9, Quum terra æstibus hiat.
Hiare flores dicuntur, quum aperiuntur. Propert. lib. 4. eleg 2,
Nec flos vllus hiat pratis quin, &c.
¶Hiant sensus. Cic. 2. de Finib. Omnes enim iucundum modum quo sensus hiarent, Græcè ἁδιάλυτον, Latinè voluptatem vocant. Exvetusto codice legendum hilaretur.
¶Hiare vocalibus sermo dicitur, quum propter multarum vocalium concursum hiulco ore proferendum est. Quintil. lib. 9. cap. 4, Neque enim aut hiare semper vocalibus, aut deficere temporibus volunt sermo & epistola. Cic. in Orat. Indicant orationes illæ ipsæ horridulæ Catonis, indicant omnes poetæ, præter eos qui vt versum facerent, sæpe hiabant: vt Nævius, Vos qui accolitis, &c. Hiabant, id est vocales non elidebant, sed omnes pronuntiabant, & in metiendo carmine vim suam omnes habere sinebant, quale est illud Virgil. in Bucolicis,
Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Et illud
Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ.
¶Hiare ad aliquid, pro Concupiscere. Senec. epist. 73, Quicquid accepit, integrum deuorat: & semper ad spem futuri hiat.

Hians, hiantis {χάσκων} Participium, siue Nomen ex participio.
Emptorem inducere hiantem. Horat. 1. Serm. sat. 2.
Hiante auaritia Verres. Cic. 4. Verr. Nam ipsum Verrem tantum semper auaritia hiante atque imminenti fuisse, ingenio & cogitatione nulla.
Cupiditates hiantes. Tacit. lib. 7, Quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipsa Galbæ facilitas intendebat.
Hians oratio. Quintil. lib. 8. cap. 6. Hoc est malè coniuncta & concatenata.
Mutila & hiantia loqui. Cic. in Orat. Mutila vocat, quæ aures non impleant. Debet enim verborum ambitus talis esse, vt & compleat verbis quod proposuit, nec quicquam redundet, vt in Partitionibus docet. Quæ verò mutila sunt, & breuia, nequaquam aures complere possunt. Hiantia, quæ ex aspero vocalium concursu vastè pronuntiantur. Nam (vt author ad Herennium lib. 4. ait) crebræ vocalium concursiones vastam atque hiantem orationem reddunt: vt hoc est, Baccæ æneæ amœnissimæ impendebant. Cic. lib. 3. de Orat. Collocationis est componere & struere verba sic, vt néve asper eorum concursus, néve hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus & læuis.
Disiuncti atque hiantes concursus literarum. Cic. in Partit.

Hiatus, hius hiatus, penult. prod. masc. gen. Oris aperti. Cicero 2. de Nat. deor. Quædam animalia cibum oris hiatu & dentibus ipsis capessunt.
Extremus expirantis hiatus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Immani fauces diducit hiatu. Silius lib. 3.
¶Hiatus ex concursu vocalium. Cic. in Orat. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam.
¶Hiatus terræ. Cic. 2. de Nat. deor. Repentinis terrarum hiatibus. Plinius lib. 36. cap. 15, Hauriri vrbes terræ hiatibus, publicus mortalium dolor est.
Deuorari subito telluris hiatu. Ouid. epist. 3.
Patuli hiatus fontis. Ouid. 3. Metam.
Profundus hiatus. Plin. lib. 2. cap. 80.

Hisco, hiscis {χάσκω, διαχάσκω} hiscere, Inchoatiuum verbum, Propriè est oris humani: quum videlicet præ somno aut tædio os aperiunt homines.

¶Hiscere, Submisse loqui, siue os ad loquendum aperire. Plautus, Ne hiscere quidem audet. Virg. 3. Æneidos,
-vix pauca furenti
Subiicio, & raris turbatus vocibus hisco. Cic. 2. Philipp. Respondebisne ad hæc? aut omnino hiscere audebis?
¶Hiscere, Stupere, mirari, dubitare. Næuius, Hiscit, dubius est quid agat. Nonius.
¶Hiscere, Aperiri. Plaut. Pseud. 14,
-tace, ædes hiscunt. Ouid. epist. 6,
Hiscere nempe tibi terra neganda foret. Quintil lib. 9. cap. 2.

Hiasco, hiascis {χάσκω} hiascere. Cato de Re rust. cap. 10. de nucibus, Vbi primùm incipiunt hiascere, tum legi oportet.

Hippace, hippaces, pen. corr. f. g. {ἱππάκη} Cæsus ex lacte equino coagulatus. Plin. lib. 28. cap. 9, Sextius eosdem effectus equino, quos bubulo tradit: hunc vocat hippacen. De caseis. Idem lib. 11. cap. 54. Vbi Hermolaus, Hippocrates, inquit, inuentum scribit Scytharum hippacen ex equino lacte.

Hippaco, as, are, Est celeriter animam ducere: ab equi halitu, qui est supra modum acutus. Festus.

Hippagium, hippagij, Equorum vectio.

Hippago, hippaginis {ἱππαγωγή} Genus nauigij conuehēdis equis aptū, inquit Festus: quod à Tulio Polluce ἱππαγωγὸς dicitur. Liu. Decade 5. lib. 4, Quinque & xxx. naues quas ἱππαγωγὰς vocant ab Elea profectæ, &c.

Hippagogeus {ἱππαγωγεῦς} Instrumentum quo lapides expoliuntur, apud Aristophanem in Alitum comœdia. Hermolaus. Scribendum Hipagogeus.

Hippagus {ἵππαγος} Nauigij genus. Plin. lib. 7. cap. 56. *Vide Mazonne.*

HIPPARCHVS {ἵππαρχος} Nicæus astrologus, scripsit de Arati Phænomenis, de stellis fixis, de lunæ motu contra Platonem. Primus instrumenta mathematica inuenit, vnde hæc sensibus deprehendi possent, Plinio maximè laudatus. Hipparchus quoque filius Pisistrati tyranni, qui ob libidinem in Harmodium, Aristogitonis coniuratione nem in se excitauit, vt est apud Thucydidem. Idem vt inuidiam tyrannidis sapientiæ opinione extingueret, literas coluit, virisque doctis maximè fauit. Ælianus de Varia historia.

HIPPASVS Metapontinus, auditor Pythagoræ, vir doctissimus, nihil scripsit, vt ait Demetrius.

HIPPE {ἵππη} Chironis Centauri filia: quæ quum in monte Pelio sese venando exerceret, grauida facta est: & ob id patris indignationem timens, deorum miseratione in equam conuersa est, & in cælū translata. Nonnulli vatem eam dixerunt fuisse: sed quia deorum consilia hominibus patefeciisset, in equam esse conuersam.

Hippel, Cometæ, qui iubas equinas habent, celerrimi motus, ab equis dicti. Plin. lib. 2. cap. 25.

Hippenemia, Vide HYPENEMIA.

HIPPERIDES, pen. corr. {ἱππερίδης} Athenienſis orator, de quo Volaterranus lib. 6. Vide HYPERIDES.

Hippiades, pen. corr. Statuæ mulierū equestres appellabantur, cuiusmodi fuisse videntur Amazonum, quas mortalium primas equum scandere ausas, Lysiæ Oratori creditur. Hermolaus.

HIPPIAS {ἱππίας} Elæus philosophus, discipulus Hegesidemi, vt tradit Cicero & Quintilianus, non liberalium modò artium præ se scientiam tulit, sed earum quas Græci mechanicas vocant, vt & vestem, & annulum, crepidásque, ac omnia quæ ferebat, manu faceret. Atque ita se comparauit, ne cuiusquam ope egeret. summum bonum διηπόρευσιν posuit, hoc est eo contentum esse quod simplici victu sat esset. De quo Cic. 3. de Orat. ¶Fuit item Hippias, Pisistrati filius. Cic. ad Attic. lib. 9. 18. Nefarius Hippias Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens.

Hippice, hippices, pen. corr. f. g. {ἱππική} Herba, de qua Plin. lib. 25. cap. 8, Scythicam herbam in ore habentes, famem sitimque non sentiunt. Idem præstat & hippice, dicta quòd in equis quoque eundem effectum habeat.

HIPPO {ἵππων} duplex in Africa. Hippo regius, Hic episcopatu insignis est diui Augustini, qui se alioqui Tagastanum fuisse, è Tagasta Africæ oppido, libro secundo Confessionum scribit. Strabo libro vltimo vtranque Hipponem regiam nominat, nisi codex vitiarus est. Alterum autem, Diarrhyton Græcis dictum Plinius scribit, quòd palustri solo madet. Vtranque Silius lib. 3. vno versu expressit, Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo. Vagam enim Diarrhyton nominat, quòd palustri solo fita sit, quare terræ motibus frequentius infestatur. Nec perperam vagam dixit fœmineo, quum sic æquè vt masculino proferantur. Plin. lib. 6. cap. 34, Vtraque, inquit, Hippo, &c. Vtranque Hipponem Græcos equites condidisse, author est Solinus. ¶Est & Hippo puellæ Bœotiæ nomen apud Plutarchum in Pelopida.

Hippocampæ, siue hippocāpi {ἱπποκάμπαι} Equi marini in pisciem caudas desinentes, à flexu caudarum, quæ piscosæ sunt, vt ait Nonius, dicti.

Hippocampinus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 32. cap. 7, Alopecias replet hippocampinus cinis, nitro & adipe suillo mistus.

HIPPOCENTAVRVS {ἱπποκένταυρος} Equi stimulator. Quidam volunt Hippocentauros filios fuisse Centaurorum, quod Diodorus ait: fabula ex eo nata, quòd primi equitare ausi sunt, veluti hippos, id est equus, & homo copulati essent. Claudius Cæsar scribit Hippocentaurum in Thessalia natum, eodem die interisse. Cicer. 1. Tuscul. quæstionum, Hippocentaurum negat vnquam fuisse. Et lib. 2. de Natura deorum, Quis enim (inquit) Hippocentaurum fuisse, aut Chimæram putat?

Hippocomi, pen. corr. {ἱπποκόμοι} Mangones ab equis cōponendis, colorem fuco, robur inani fagina (vt ait Quintilianus) mentientes.

HIPPOCRATES, penult. corr. {ἱπποκράτης} Cous medicus, auditor Democratis, vt quidam volunt, vixit apud Perdicam Macedoniæ regem. Excessit è vita annos natus CIIII. suscepit filios Thessalum & Draconem. Eius libri tanquam diuino emanauerint ore, vbique celebrantur. Hæc ex Suida. Hippocrates, præter superiorem, Suidas quinque commemorat, omnésque eiusdem artis & familiæ, quorum omnium excellentissimus fuit primus. Hippocratem alium, Atheniensium ducē ponit in bello Peloponnesiaco Thucydides. Quintil. lib. 3. cap. 6, Hippocrates clarus arte medicinæ.

HIPPOCRATIA, hippocratiorum, a. g. Ludi, qui & Cōsuales dicuntur. Vide CONSVS.

HIPPOCRENE, pen. prod. {ἱπποκρήνη} teste Bocatio, fons est Bœotiæ. Hunc aliqui fingunt ob equi Pegasi percussionem factum, & hinc denominatum. Quod quidem figmentum facilè deregitur, si secundum quosdam inspiciatur historia. Volunt quidam Cadmum equo insidentem, dum sedem sibi fociſque perquireret, primò ad hunc fontem constitisse: & quia literarum Græcarum repertor fuit, quarum forsan meditationem ibidem sumpsit, illum Musis sacrum esse voluit.
Aganippis Hippocrene. Ouid. 5. Fast.

HIPPODAMES, pen. corr. {ἱπποδάμων, ἱπποδαμείας} inquit Seruius, seu Hippodamia, pen. prod. filia fuit Œnomai regis Elidis & Pisarum. De hac infrà in dictione OENOMAVS.

HIPPODAMVS, pen. corr. {ἱπποδάμας} Milesius, natura studiosus, primus eorum qui in Republica versati non essent, cœpit aliquid dicere de optimo ciuitatis statu. Constituit enim ciuitatem ex numero x milium, diuisam in partes tres, artifices, agricolas & milites. Regiones in totidem partes, sacram, publicam, & priuatam. Erat ob ambitionem vita morosior, crinium prolixitate, ac sumptuoso ornatu. Aristoteles lib. 2. Politicorum.
Asper Hippodamus. Stat. 6. Thebaid.
Martius Hippodamus. Stat. 6. Thebaid.

HIPPODORVS, pen. prod. Vnus Codridarum, inuidiam populi vitare cupiens, & optimam simul principis famam inter Athenienses adipisci, fecuritate in suos est vsus, ac filiam cum mœcho deprehensam currui iussit alligari atque discerpi. Ælianus de Varia historia.

HIPPODROMVS, pen. cor. Thessalus genere, patria Larissæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis scholæ successit. Author Philostratus qui eum inter sophistas retulit.

Hippodromus, hippodromi, pen. corr. m. g. {ἱπποδρόμος} Locus ad cursus equorum dispositus, qui statim intrantium oculis totus simul offertur, hinc atque hinc platanos, aut buxos, aut cupressos, aut alias arbores perpetuò virentes habens. In eo de pernicitate equorum certatur, citra simulacrum pugnæ: & à cursu equorum appellatur. Græci enim ἵππον equum vocant, δρέμειν, cursum. Plaut. Bacchid. 8,
Inde de hippodromo & palæstra, vbi reuenisses domum.

Hippoglossa, Herba à figura equinæ linguæ appellata: habet autem folia syluestris myrti concaua, & spinosa, & in his ceu linguas folio paruo exeunte de foliis. Plin. lib. 27. cap. 11. Eam Tusci appellant *Bisſinguam*, alij *Bonifacum*.

Hippolapathum, pen. corr. {ἱππολάπαθον} Herba lapatho satiuo maior, candidiórque ac spissior, vt ait Plin. lib. 20. cap. 21. Vulgò lappa maior appellatur, siue lapathium maius, à Græcis etiam prosopion, à Latinis personata dicitur.

HIPPOLOCHVS, pen. corr. {ἱππολόχος} fuit, teste Homero libro Iliados sexto, filius Bellerophōtis. & Glauci pater. Alter, teste eodem, lib. 11, fuit Antimachi Troiani filius, qui vnà cum Pisandro fratre ab Agamemnone in Troiano bello interfectus est.

HIPPOLYTE, pen. corr. Vxor Acasti regis Magnesiæ, quæ Peleum falsi criminis accusauit apud virum suum, dum ille sibi consentire noller. Alia fuit Amazonum regina, quam Hercules prælio victam Theseo dedit vxorem.

HIPPOLYTVS, pen. corr. {ἱππόλυτος} Thesei & Hippolytæ Amazonis filius, Virbius dictus. Qui dum cælibem ducens vitam sese venatu exerceret, & constanti animo sperneret mulieres, à Phædra nouerca, absente patre, amatus est. Cuius turpi desyderio quum obtemperare noluisset, redeunte patre, adulterij ei crimen nouerca obiecit. Quamobrem Theseus in furorē versus, de filij nece cogitauit. quod metuens Hippolytus, cōsensu curru fugam arripuit. Sed dum Phocæ, quæ tum fortè in litus exierant maris, equorum & rotarum strepitu perterritæ, sese in mare præcipitarunt, eum exterriti equi per scopulos ac saxa traxere, tanto impetu, vt compagibus dissolutis infœlicem iuuenem loris implicitum discerpserint. Hunc postea Æsculapius reuocauit ab inferis, & pristinæ incolumitati restituit. Hippolytus verò relicta terra Attica in Italiam venit, ne patris iram rursus experiretur, & se Virbium appellari iussit, quòd bis vir fuisset. Non longè à Roma oppidum ædificauit, quod à nomine acceptæ coniugis, Ariciam appellauit. Rem aliter narrat Diodorus Siculus lib. 5. cap. 5. quem vide diligenter.
Direptus equorum furiis Hippolytus. Ouid. 3. Fast.

HIPPOMACHVS, pen. corr. {ἱππόμαχος} Tibicen fuit, qui quum videret à plebe laudari discipulum, quem tamen in arte peccare cognoscebat, baculo tactum desistere iussit, dicens maximū erroris argumentum quòd ab ignara turba laudaretur. Ælianus author.

Hippomanes, pen. corr. n. g. {ἱππομανὲς} indeclinabile, compositum ab ἵππος, equus, & μανία, furia vel insania. Seruius scribit esse virus ex equarum inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem: quod in humana viscera descendens, furorem facit. Virgil. lib. 3 Georgicorum,
Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine virus. Plin. lib. 8. cap. 42, Et sanè equis amoris innasci veneficium, hippomanes appellati, in fronte, cariæ magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu deuorat fœta, aut partum ad hubèra non admittit, siquis præreptum habeat, olfactu in rabiem id genus agitur. Virg. 4. Æneid. Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus, Et matri præreptus amor. Columel. lib. 6. cap. 27.

Hippomarathrum, pen. corr. {ἱππομάραθρον} Herba. Plin. lib. 20. cap. 23, Est & in hoc genere syluestre quod alij hippomarathrum, alij myrsineum vocant: foliis maioribus, gustu acriore, procerius, brachiali crassitudine, radice candida. Nascitur in calidis, sed faxosis. Dioscles & aliud hippomarathri genus tradit, longo & angusto folio, semine coriādri. Hactenus Plinius. Nos verò fœniculum maius hippomarathrum appellamus. mos enim est Græcis in compositione, vt quum magnum aliquid significare volunt, equum aut bouem ponant.

HIPPOMEDON, pen. corr. huius Hippomedontis, viri nomen, quem vocat Silius 6. Theb. 131, arduum.
Acer Hippomedon. Stat. 5. Thebaid.

HIPPOMENES, pen. corr. Neptuni nepos, ex patre Macareo, Atalantam puellam Scyrium cursu potentem vicit, & in luco matris deūm amoris impatientia cum victa concubuit, vt scribit Seruius, Vide ATALANTA.

HIPPONA, penult. prod. {ἵππων} dea erat equorum, quam stabulārij colebant. Eius simulacrum locabatur in stabulis. Ab hac dea, Hippones populi dicti videntur. Apull. libro 3. de Asino. Iuuenal. satyra 8, -iurat
Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas.

HIPPONAX, pen. prod. {ἱππόναξ} poeta. Plinius lib. 36. cap. 5, Hipponactis notabilis fœditas vultus erat: quamobrem imaginem eius lasciuia iocorum ij proposuere ridentium circuliis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit intantum, vt credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse: quod falsum est. Hactenus Plinius. Ab hoc Iambicum Hipponactium, siue Hipponacteum, quod & scazon dicitur, nomen sumpsisse videtur. Cic. in Orat. Senarios verò & hipponactos effugere vix possumus. magnam enim partem ex Iambis nostra constat oratio. Vide Solinum.

HIPPONICVS, pen. prod. Hippiæ filius Athenienſis, quū patriæ statuam dedicare decreuisset, nonnullis eam à Polyclero coūfici fundentibus, illi nequaquam visum est, quòd ob operis pulchritudinem ab aspicientibus, non dedicantis, sed potius artificis virtus laudaretur. Author Ælianus.

Hippoperas, pen. prod. {ἱππόπηρας.} Seneca epist. ad Lucil. 13, vocat sacculos scorteos ad ferenda numismata siue cætera ad iter necessaria accommodos. Bulgas Pompeius vocat.

HIPPOPODES, pen. corr. Populi in Oceano Scythico, qui (teste Solino) humanam vsque ad vestigium formam tenent, sed in equinos pedes desinunt. Plin. lib. 4. cap. 13.

Hippopotamus, penult. corr. {ἱπποπόταμος.} Plinius lib. 8. cap. 25, Maior alitudine in eodem Nilo belua hippopotamus editur: vngulis bisidis, quales bubus, dorso equi & iuba, & hinnitum, rostro resimo, cauda & dentibus aprorum, aduncis, sed minus noxiis: tergoris ad scuta galeásque impenetrabilis, præterquam si humore madeat.

Hippos {ἵππος} Latinè equus dicitur: à quo multa deducuntur.

Hippoſelinum, penult. corr. {ἱππόσελινον} Apij herbæ species, in siccis nascens, quasi selinum siue apium magnum dicas, ea ratione compositionis Græcorum quæ prius dicta est in hippomarathrum. eadem etiam herba olusatrum aliàs dicitur. Plinius libro 20. cap. 11.

Hippotoxotæ, pen. corr. {ἱπποτοξόται} Dicti sunt equestres sagittarij, vel sagittarij qui equis insidentes tela mittunt. Vide Hirtium lib. 5. belli Asiatici.

Hippuris, huius hippuris, pen. prod. {ἵππουρις} Herba à Latinis equisetum dicta. Plin. lib. 26. cap. 13, Equisetum, hippuris à Græcis dicta, & in pratis nascens, vituperata à nobis. Est autem pilus terræ, equinæ setæ similis, &c.

HIPPVS {ἵππος} Fluuius est Moschorum in Phasin defluens. Strab. lib. 11, Hanc Phasis partem illabitur ingens flumen, quod ortum ex Armenia ducens, Glaucum in se recipit, atque Hippum è vicinis montibus cadentes.

HIPSICRATEA, pen. prod. {Ἱψικράτεια} Fuit vxor Mithridatis, quæ maximè virum suum dilexit. Volater. Mithridates Hipsicrateam coniugem in omnibus bellis aduersicum, armatámque habuit, crudelis alioquin in suos.

HIRA, Fuit maritima vrbs in agro propinqua Pylo, sub Agamemnonis dominio, vt testatur Homerus lib. 11. Iliados.

Hira hiræ {ἱμάντιον} quæ diminutiuè (inquit Festus) dicitur hilla, Intestinum est quod ieiunum vocant.

HIRCANIA, Vide HYRCANIA.

Hircquus, hircqui, per c & q, m. g. {τράγος} Angulus oculi. Virgilius 3. ecloga,
-transuersa tuentibus hircquis. Id est, oculis in hircquos, hoc est in angulum vtrunque retortis. Tractum est autem ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem, transuersum semper aspiciunt.

Hircus, hirci, per c, vel q {τράγος, χίμαιρος} Caper, caprarum admissarius. Plaut. Mostel. 2, -te Iuppiter
Dique omnes perdant, obboluisti allium,
Germana illuuies, rusticus, hircus, hara suis. Ad hominem transtulit immundum & libidinosum. Idem Asina. 12,
Propter operam illius improbi hirci edentuli.
Læuis hircus. Horat. Epod. 16.
Mulgere hircos, Vide MVLGEO.
¶Hircus aliquando dicitur fœtor ille qui fit sub alis.
Grauis hirsutis cubat hircus in alis. Horat. Epod. 12.

Hircinus, pen. prod. {τραγέος} Adiectiuum, siue hirquinus antiquis, Quod ad hircum pertinet. Plaut. Pseud. 15,
Heus tu qui cum hirquina stas barba. &c. Apuleius, Homo sordidus & hircina libidine fœtens. Plinius libro 12. cap. 17, In pellibus hircinis.
Follibus hircinis concluſæ aurę. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Hircosus, pen. prod. Adiect. {τραγωδέστατος} Quod hircinum odorem olet. Plaut. Merc. 11, Quum sis iam ætatis plenus, anima fœtida,
Senex hircosus, tu osculere mulierem, &c. Pers. sat. 3,
Hic aliquis de gente hircosa centurionem. Idem sat. 5,
Dixeris hæc inter hircosos centuriones. Nonnulli legūt varicosos.

Oſculum hircoſum, Putidum, olidum. Martial. lib. 12. 59.

Hirculus, pen. corr. Herbæ nomen. Plin. lib. 12. cap. 12, Cum Gallico nardo ſemper naſcitur herba, quæ hirculus vocatur, à grauitate odoris & ſimilitudine, qua maximè adulteratur. Diſtat quòd ſine cauliculo eſt, & quòd minoribus foliis, quódque radicis neque amaræ neque odoratæ.

Hirnea, hirneæ, Vaſis genus. Cato cap. 81, Indito in hirneam fictilem.

HIRPIAE {ἕρπαι} Familiæ ſunt, ait Plinius lib. 7. cap. 2, paucæ haud procul vrbe Roma in Faliſcorum agro. Hæ ſacrificio annuo, quod fit ad montem Soracten Apollini, ſupra ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non aduruntur. Hirpi Solino vocantur.

Pubes Hirpina. Silius lib. 8.

HIRTIVS {ἕρτιος} Conſul, cum Panſa Collega in prælio ab Antonio cæſus, vt ſcribit Cicero lib. x2.

Hirſutus, pen. prod. Adiectiuum {λάσιος, δασὺς} ab horreo & ſeta, quaſi horrens ſeris, ſetoſus, horridus. Martial. lib. 10. 65,

Hirſutis ego cruribus, genſíque, &c.

Hirſutæ ſpinis quædam animantes. Cic. 2. de Nat. deor.

Barba hirſuta. Ouid. 13. Metam.

Hirſutæ caſtaneæ. Virg. 7. eclog,

Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ. Vbi Seruius, Hirſutæ, ad huc inter ſuos echinos locatæ.

Comæ hirſutæ. Ouid. 3. Faſt.

Feræ hirſutæ. Ouid. 5. Faſt.

Frondes hirſutæ. Virg 3. Georg.

Hirſutæ genæ. Martial. lib. 6. 52.

Hirſuta petrea herba. Plin. lib. 20. cap. 9.

Supercilium hirſutum. Virg. eclog. 8.

¶ Hirſutum, metaphoricè, pro Auſtero & inamœno. Ouidius 2. Triſtium,

Sumpſerit annales, nihil eſt hirſutius illis.

Hirſutia, hirſutiæ, f. gen. Solinus, cap. 38, Duriſſimum dorſo tergus eſt, ventri mollius. Setarum hirſutiæ nullæ.

Hirtus, Adiectiuum {λάσιος} Idem quod hirſutus: vt Hirtus ſetis muſculus marinus. Plin. lib. 11. cap. 37.

Canities rigidis ſtetit hirta capillis. Ouid. 10 Metam.

Hirtæ capellæ. Virg. 3. Georg. -hirtáſque capellas.

Hirto corde gigni quoſdam homines proditur. Plin. lib. 11. cap. 37.

Hirta corpora. Plin. lib. 7. cap. 2.

Crinis hirtus. Ouid. 8. Metam.

Hirtæ oues. Varro 2. de Re ruſt. cap. 2.

Saxa hirta dumis. Stat. 3. Syl. 1.

Hirtæ ſepes, hoc eſt rubis & ſpinis aſperæ. Colum. lib. 10.

Hirudo, pen. prod. hirudinis, f. g {βδέλλα} Sanguiſuga. Plin. lib. 32. cap. 10, Diuerſus hirudinũ quas ſanguiſugas vocant, ad extrahendũ ſanguinem vſus eſt. Plaut. Epid. 5, Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exugebo ſanguinem. Horat. de Arte poet. Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. Plin. lib. 8. cap. 10.

Hirudo ærarij, per tranſlationem, hoc eſt exhauſtrix. Cic. ad Att. lib. 1. 11, Accedit illud, quòd illa concionalis hirudo ærarij, miſera & ieiuna plebecula me ab hoc magno vnicè diligi putat.

Hirundo, hirundinis, f. g. {χελιδών} Auis nota. Plin. lib. 10. cap. 24, Abeunt & hirundines hybernis menſibus, ſola carne veſcens auis ex his quæ aduncos vngues non habent, ſed in vicina abeunt, apricos ſequutæ montium receſſus: inuentaque iam ſunt ibi nudæ atque deplumes. Plaut. Aſin. 12, Dic igitur me te anaticulam, columbã vel catellum, hirundinem, &c.

Arguta hirundo. Virg. 1. Georg.

Garrula hirundo. Virg. 4. Georg.

Veris prænuntia hirundo. Ouid. 2. Faſt.

¶ Hirundinem ſolebant veteres pro barbaro & infante ponere indiſertóque, ducta ea opinione ab illa fabula, qua in auem in Thracia mutata auis illa fertur, quæ barbara regio erat. Lucretius,

-quid enim contendat hirundo
Cygnis? Turnebus.

Hirundininus, pen. prod. Adiectiuum {χελιδόνιος} vt Hirundininus nidus. Plaut. Ruden. 15.

Hirundininus ſanguis. Plin. lib. 30. cap. 14.

Hiſco, Vide HIO, hias.

HISPA, vel HYSPA, Fluuius. Silius lib. 14.

HISPALIS, pen. corr. {Ἱσπαλις} Ciuitas Hiſpaniæ: quæ nunc *Sibilia*, ſeu *Stuilla*, ſeu *Senilla* vocatur. Ab Hiſpalo Herculis filio. Quidam declinant, hoc Hiſpal, Hiſpalis. Plin. lib. 2. cap. 97. Vide ISPALIS.

HISPANIA {Ἱσπανία, ἱβηρία} Europæ regio, ampla inter Africam & Galliam terra, viris (nam Quintilianum, Senecam, Martialem, Silium, Lucanum, alióſque innumeros genuit) equis, ferro, plumbo, ære, argento, auróque tam abundãs, & adeò fertilis, vt ſicubi ob penuriam aquarum effœta, & ſui diſſimilis eſt, linum tamen, aut ſpartum alat. Ea in vlteriorem aliquando & citeriorem diuiſa eſt: Vlterior in Mauritaniam & Atlanticum inclinans, prouincias habet, Bæticam fertiliſſimam, à Bætiquo irrigatur, amne dictam. Alteram Luſitaniam, à Luſo comite Liberi patris ſic vocatam, vt tradit Plin. lib. 3. cap. 1. Tarraconenſem tertiam, à Tarracone, à Scipionibus condita vrbe dictam. In ea hodie regna ſunt Tarraconiæ ſeu Aragoniæ, vel Catalouiæ, Nauarræ, Caſtellæ: in Bætica, Granatæ. Luſitania ferè ad Portugaliam attinet, ſupra quam Gallicia eſt, & Vaſconum ſedes, in Septentrionem expoſita. Amnes Hiſpaniæ clariſſimi ſunt, Iberus, Bætis, Tagus, Anas, & Durius. Vide tabulam Europæ ſecundam Ptolemæi, & adhibe quæ ſcribit Plinius cap. 1. lib. 3. Caſſius plurali vſus eſt, ſcribens ad Ciceronem libro 15. 19, Quid in Hiſpaniis geratur ſcribe.

Hiſpania ad Aphricam adiungitur, Vide ADIVNGO.

Hiſpanus, penult. prod. Adiectiuum {ἱβηρολίγυστικὸς} Qui in Hiſpania natus eſt.

Hiſpanus capillus. Martial. lib. 10. 65,

Tu flexa nitidus coma vagaris,
Hiſpanis ego contumax capillis.

Nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, &c. ſuperauimus. Cic. de Aruſp. reſp.

Iugum Hiſpanum. Ouid. 3. de Arte amand.

Hiſpanienſis, & hoc Hiſpanienſe {ἱβηρικὸς, ἱσπανόφωνος} Qui alibi ortus, in Hiſpania aut habitat, aut verſatur. Vnde Hiſpanienſes vocamus negotiatores: vt

Hiſpanienſe bellum à Pompeio confectum. Cic. pro Lege Manil.

Hiſpanienſis exercitus, hoc eſt Romanorum qui erant in Hiſpania cum Prætoribus. Tacit. lib. 1.

Hiſpanienſis æſtus maritimus, vel Britannicus. Cicero 3. de Natura deorum.

Quid enim te de Hiſpanienſibus flagitiis tuis, ſordidiſſimiſque furtis interrogem? Cic. in Vatinium.

Iter Hiſpanienſe. Cic. in Vatin.

Legatus Hiſpanienſis, è Roma in Hiſpaniam miſſus. Cic. in Vatin.

Liber Hiſpanienſis. Marcial. in præfat. lib. 12, Non Hiſpanienſem librum mittamus, ſed Hiſpanum. Hiſpanienſis liber eſt, qui Romana lingua in Hiſpania eſt compoſitus. Hiſpanus, qui in Hiſpania lingua Hiſpana eſt compoſitus. Hiſpanum ergo, id eſt ruditate & lingua Hiſpana, non Romana elegantia compoſitum.

Hiſpidus, pen. corr. Adiectiuum {τραχὺς} Setoſus, horridus, vt ait Seruius, Virg. 10. Æneidos,

-cui laterum tenus hiſpida nanti
Frons hominem præfert. Plinius lib. 16. cap. 6, Continentur hiſpido calyce.

Hiſpidue aſpectu Plin. lib. 22. cap. 6.

Facies hiſpida. Horat. 4 Carm. ode 10.

Frons hiſpida. Virg. 10. Æneid.

Agri hiſpidi. Horat. 2. Carm. ode 9.

Hiſpidoſus, pen. prod. Adiectiuũ {τραχυδέρμης} Catull. ad Aurelium, epigr. 16, Non dico pueris, ſed chori pidoſis.

Hiſter, hiſtri, m. g. {ὑπόκριτης} Liu. 7. ab Vrbe, Quia hiſter Thuſco verbo, ludio vocabatur.

HISTIAE a, Ciuitas in Eubœa, de qua meminit Homer. Iliad. 2.

HISTIAEVS, fuit Mileſiorum tyrannus, vt ſcribit Herodotus lib. Hiſtor. 6.

HISTONIVM, Italiæ oppidum, non procul à monte Gargano, vt ſcribit Pomponius lib. 2. Nũc vulgò dicitur *Guaſto*. Teſtis Oliuar. in Melam.

Hiſtoria, hiſtoriæ {ἱστορία} Latinè narratio dicitur, & rerum geſtarum expoſitio. Propriè tamen eſt earum rerum, quibus gerendis interfuerit is qui eas narrat. Vnde nomen habet ἀπὸ τῦ ἱστορεῖν, quod eſt videre. Vide ANNALES. Cic. 4. Academ. Doctum ſanè hominem, vt indicat ipſius hiſtoria ſcripta Græcè. Idem 2. de Orat. multa dicit de hiſtoria.

Teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis, hiſtoria à Cicerone dicitur, 2. de Orat.

Erat hiſtoria nihil aliud, niſi annalium confectio. Cicero 2. de Oratore.

Prima lex hiſtoriæ, nequid falſi dicere audeat, deinde nequid veri non audeat, nequa ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, nequa ſimultatis. Cic. 2. de Orat.

Hiſtoria dignum, Id eſt non leue quiddam aut iocoſum, ſed ſeriũ & graue: qualia ſunt, quæ in hiſtorias referuntur. Cic. ad Attic. lib. 2. epiſt. 8. de ea ioquens Attici ad Ciceronem epiſtola, quæ pueris excideratin via: Nunc ſiquid in ea epiſtola fuerit hiſtoria dignum, ſcribe quamprimum, ne ignoremus. ſin nihil præter iocationem, redde idipſum.

In hiſtoria pura & illuſtri nihil eſt breuitate dulcius. Cic. de Clar. Orator.

Enarratio hiſtoriarum. Quintil lib. 1. cap. 8.

Satis hiſtoriarum eſt? Plaut. Bacchid. 2.

¶ Amaræ hiſtoriæ. Horat. 1. Serm. ſat. 3.

Arguta hiſtoria, Vide Argutus, in ARGVO.

Infans hiſtoria, Vide INFANS.

Lubrica hiſtoria. Quintil. lib. 9. cap. vltimo, ad finem. Vide ORBIS.

Maior hiſtoria. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Mendoſior hiſtoria, Vide MENDA.

Muta hiſtoria, Vide MVTVS.

Vana hiſtoria. Quintil. lib. 1. cap. 8.

¶ Conferre in hiſtoriam. Iuſtin. in exordio, ad Antoninum Imperatorem, Quum multi ex Romanis etiam Conſularis dignitatis viri, res Romanas Græco peregrinóq; ſermone in hiſtoriã contuliſſent.

Conquirere regionum hiſtoriam, Vide CONQVIRO.

Decurrit hiſtoria. Plin. lib. 7. cap. 16, Sed mox plura de hoc, quum membratim decurret hiſtoria. Hoc eſt, quum hominem per ſingula membra deſcribam.

Diſtinguere hiſtoriam varietate locorum. Cic. 2. de Orat.

Dare hiſtorias poeticas alicui. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Loquuntur hiſtoriæ, Vide LOQVOR.

Scribere hiſtoriam. Cic. 2. de Orat.

Hiſtoria variè definitur à Cicerone, Memoria publica, memoria rerum veterum, commemoratio antiquitatis, monumenta rerum veterum, monumenta temporum, locorum, hominum, rerum geſtarũ: omnium ſecretorum memoria.

Hiſtoricus, pen. corr. Subſtant. {ἱστοριογράφος, ἱστορικὸς} Hiſtoriarum ſcriptor. Cic. pro Murena. Idem in Topicis, Philoſophi, poetæ, & hiſtorici.

Vires hiſtoricorum. Quintil. lib. 2. cap. 1.

¶ Hiſtoricus, dicitur aliàs à Cicerone Rerum pronuntiator, & rerum explicator.

Hiſtoricus, Adiect. {ἱστορικὸς} Cic. de Clar. Orat. Non tam hiſtorico, quàm oratorio genere perſcripſit.

Fides hiſtorica. Quid. 3. Amor. eleg. 11.

Hiſtoricè, hiſtorices, pen. corr. f. g. {ἱστορικῶς} Enarratio authorum dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 9. Ratio ſoquendi & enarratio authorum: quarum illam methodicen, hanc hiſtoricen vocant.

Hiſtorialis,

Hiſtorialis, & hoc hiſtoriale, penult. prod. Quod ad hiſtoriam ſpectat. Plin. lib. 16. cap. 33, Trahitur etiam in picturas opere hiſtoriali: & De cupreſſo.

Hiſtrio, huius hiſtrionis, com. gen. {ὑποκριτὴς, κίμιος} Qui perſonatus in ſcena, tragœdias vel comœdias agit. Feſtus, Hiſtriones dicti, quòd primùm ex Hiſtria venerunt. Liu. lib. 7. ab Vrbe, & Valerius, nomen hiſtrionibus fuiſſe inditum ſcribunt, quia hiſter Thuſco verbo ludio vocabatur. Cic. 4. Tuſcul. Aguntur iſta præclarè, & ab Oratore quidem melius, ſi modò eſt Oratori, quàm ab vllo hiſtrione.

Actio hiſtrioni, ſaltatori motus non quiuis, ſed certus quidam datus eſt. Cic. 3. de Finib.

Exibilatur & exploditur hiſtrio ſi paulum ſe mouit extra numerum, aut ſi verſus pronuntiatus eſt ſyllaba vna breuior aut longior. Cic. in Parad.

Curare hiſtriones, Vide CVRO.

Leuis ars & ſcena hiſtrionum. Cic. lib. 1. de Orat.

Roſcius & Æſopus hiſtriones clari. Cic. 1. de Orat.

Comœdiarum hiſtrio. Plin. lib. 7. cap. 53, Operoſiſſima tamen ſecutus mortis in M. Oſilio Hilaro ab antiquis traditur, comœdiarum hiſtrione.

Hiſtrionia, huius hiſtrioniæ {ὑποκριτικὴ} vel Hiſtrionica, hiſtrionicæ, ars ipſa. Plaut. Amphit 3,

-quaſi verò nouum
Nunc proferatur, Iouem facere hiſtrioniam.

Hiſtrionicus, pen. corr. Adiectiuum {ὑποκριτικὸς} vt Hiſtrionicus geſtus, Hiſtrionicæ veſtes, Hiſtrionica verba.

Hiſtrionalis, & hoc hiſtrionale, pen. prod. vt Studium hiſtrionale. Tacit. lib. 1. Idem de Oratore, Vt laſciuia verborum, grauitate ſententiarum, licentia compoſitionis, hiſtrionales modos exprimant.

Hiſtricus, pen. corr. Adiectiuum {ἱστρικὸς} Quod pertinet ad hiſtrum vel hiſtrionem: vt Imperator hiſtricus, qui imperat hiſtrionibus, præfectus hiſtrionici chori. Plaut. Pœnul. 2,

Audire iubet vos Imperator hiſtricus, &c.

Hiſtrix, hiſtricis, penult. corr. fœm gen. {ὕστριξ} Animal ex herinaceorum genere. Plin. lib. 8. cap. 35, Hiſtrices generat India & Africa ſpina contectas, ac herinaceorum genere: ſed hiſtrici longiores aculei, & quum intendit cutem, miſſiles. Ora virgentium figit canum, & paulò longius iaculatur. Hybernis autem ſe menſibus coudit: quæ natura multis & ante omnia vſis.

Hiulcus, hiulca, hiulcum {χαῦλος, κεχηνὼς} Fiſſus, & fathiſcens. Virgil. 2. Georgicorum,

Hoc, vbi hiulca ſiti findit canis æſtifer arua. Vbi Seruius, Hiulca, nimis caloribus fiſſa.

Hiulca gens, Auida, inhiãs rei alienæ, vel bilinguis & fallax. Plaut. Trinum. 6.

Fulmen hiulcum. Stat. 1. Thebaid.

Nubes hiulca. Claud. 1. Paneg.

Hiulcæ voces, Hiulcus concurſus verborum. Cic. 3. de Orat. Collocationis, ſi componere & ſtruere verba ſic, vt néve aſper coitus concurſus, néve hiulcus ſit. Idem in Orat. Extremorum verborum cum inſequentibus primis concurſus, aut hiulcas voces efficit, aut aſperas. Vide HIO, hias. Vt compoſitio ſuauis ſit, aduerrere debet orator, primò ne multæ vocales concurrant, quæ res hiulcam efficit orationem: vt ſi quis diceret, Ego omnia habeo aperta amicis. Deinde, ne aſperæ conſonantes inter ſe concurrant. vt ſi quis diceret, Rex Xerxes ſtrauit mõtes. Aſperitatem ergo referimus ad conſonantes, hiatum ad vocalium concurſum.

Hiulcè {κεχηνότως} Aduerbium. Cic. 3. de Oratore, Ex quo ſic locutum eſſe eius patrem iudico, ſic maiores, non aſperè, vt ille quem dixit, non vaſtè, non ruſticè, non hiulcè, ſed preſſè, & æquabiliter, & leniter.

Hiuleo, hiulcas {χαίζω} hiulcãre, Findere, hiulcum facere. vnde Catullus ad Mallium, epig. 63, Æſtus hiuleat agros.

H O

Hodie, Aduerbium temporis {σήμερον, τήμερον.}

Hodie, pro nunc, ſiue hoc tempore. Plaut. Aſin. 16,

Cenſen' tu illum hodie primum ire aſſuetum in ganeum? Terent. Eunucho, 5. 9,

O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior? Cicero pro Domo ſua.

Hodie, per comminationem dictum, authore Donato. Terent. Andr. 1. 2,

Si ſenſero hodie quicquam in his nuptiis
Fallaciæ conari.

Hodie mane. Cic. Attico, lib. 13. 267, Venit paulo pòſt Curtius hic ſalutandi cauſa, ſed manſit inuitatus. Trebatium nobiſcum habemus. hodie mane Dolabella. multus ſermo ad multum diem. Vide MANE.

Hodie nunquam. Terent. Adelph 4. 2,

Scio vbi ſit: verùm hodie nunquam monſtrabo. Vbi Donatus, Hodie, aut abundat: vt Virgil. 2. Æneidos,

-nunquam omnes hodie moriemur inulti. Aut nunquam hodie, pro, nullo tempore huius diei: quia nũquam, per ſe generale eſt.

Nunquam hodie effugies. Virgil. eclog. 3.

Non facies hodie? Non dices hodie? & ſimilia, inſtandi & vrgendi cauſa dicuntur. Horat. 2. Serm. ſatyr. 7,

Non dices hodie quorſum hæc tam putida tandem Fureifer?

Hodiernus, Adiectiuum {σημερινὸς} vt Hodiernus dies. Cic. pro Cecin. Et pro Lege agraria. Liu. 4. bel. Maced. Hodierna conſultatio tota ex vobis pendet.

Hodierno die, pro Præſenti tempore. Cic. de Clar. Orat, Nam etſi Seruio Tullo regnante viguerunt, tamen multo diutius Athenæ iam erant, quàm eſt Roma ad hodiernum diem. Budæus.

Ante hodiernum diem. Cic. 3. in Catil. Neque à nobis ante hodiernum diem collocaretur.

Hodierna lux. Liu. 1. ab Vrbe.

Hodierno mane. Cic. in Catil. Vt quum hodierno mane per forum meo iuſſu & coniurati, & eorum Iudices in ædem Concordiæ ducerentur. Vide MANE.

Hodiernus ſermo. Cic. 1. de Legib.

HODIVS, Fuit (teſte Homero lib. 9. Iliad.) vnus ex Græcorum præconibus in bello Troiano.

Hododucus {ὁδηγὸς} Latro atque obſeſſor viarum. Feſtus.

Hodœporicum, penult. corr. {ὁδοιπορικὸν} Liber aliquod iter deſcribens: quod & itinerarium Latinè dicitur.

Hœdus, Vide HAEDVS.

Pluuiales hœdi, Vide PLVO.

HOETICHIVS, Homero teſte lib. 7. Iliad. vir fuit Athiuus longè primus artis ſtatuariæ opifex.

Hoi {ὤμοι} Interiectio lacrymantis. Terent. Eunuch. 4. 4,

Obſecro te verò Phœdria. PH. i intrò. DO. hoi hei. Idem Phorm. 4. 3.

Holcus {ὅλκος} Herba quæ ariſtida etiam dicitur. Plin. lib. 27. cap. 10, Holcus in ſaxis naſcitur ſiccis. ariſtas habet in cacumine tenues, culmo quale hordeum reſtibile. Quidam ob id ariſtidam vocant.

Holoberæ, Veſtes quæ totæ birri ſunt. Nam quas Latini veſtes, birros appellant, Græci βίρρους vocare ſolẽt, id eſt beros. Birri autem honeſtiorum & palatinorũ erant, vt in concilio Gangrenſi, παπιθωθέντα τὰ περὶ τοὺς βίρρους φαινόμενα. & clarius apud Euagrium, βίρρους τε γαμαιτύπας ἐξάπτοντας. Sunt igitur holoberæ veſtes birri toti ferè ſerici, & tori conchyliati, velut è capitibus illius tituli, in quo earum mentio eſt, concipere licet. Nam illæ veſtes totæ dicuntur, ex breuitate & compendio ſermonis, quum purpuræ aut ſerici aut conchylij nomen ſubaudiendum ſit. Turnebus.

Holocauſtum, huius holocauſti {ὁλοκαύτωσις} Hoſtia quæ detractis extis integra aræ imponebatur, quaſi ὅλον κεκαῦσθαι, hoc eſt totum combuſtum, aut totum igne abſumptum.

Holophanta. Vide HALOPHANTA.

Holor, Vide OLOR.

Holus, Vide OLVS.

Homelium, Pilei genus. Feſtus.

HOMERVS, pen. prod. {Ὅμηρος} Græcorum poetarum excellẽtiſſimus, vixit ante Romam conditam annis CLX, vt Cornelius Nepos ſcribit. Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen fortitus eſt, quum prius Meleſigenes diceretur. Eius patriã ignota fuit. Vide Cic. pro Archia.

Magniloquus Homerus. Horat. 1. Serm. ſatyr. 10.

Mæonius Homerus. Horat. 4. Carm. ode 9.

Homericus, pen. corr. {Ὁμηρικὸς} Adiectiuum. vt Phœnix Homericus. Quintil lib. 2. cap. 3. Iuuenal. ſatyr. 13,

Tu miſer exclamas vt vincere Stentora poſſis,
Vel potius quantum Gradiuus Homericus.

Homeridæ, familia apud Chios illuſtris, vt ait Hellanicus.

Homeromaſtix {Ὁμηρομάστιξ} Dicitur Homeri flagellũ: cognomentum, quo Zoilus quidam Homeri obtrectator cognominatus eſt, qui ſcripta ſua contra Iliadem & Odyſſeam Homeri comparata, in Alexandriam veniens, Ptolemæo regi obtulit. Sic Virgilomaſtix, Virgilij æmulus, Maſtix enim Latinè flagellum dicitur. Vnde Comici, verberones maſtigias identidem appellant. Quod planè nomen omnibus detractoribus accõmodatum eſt. Plin. in Præfat. 11, Vt obiter caueam iſtos homeromaſtigas. Ira enim carptores ſuos nominat. Et omnes obtrectatores maſtiges dicuntur, addito nomine eius cui obloquuntur, vt Ciceromaſtix.

Homicida, Vide HOMO.

Homo, homiais, com. gen. {ἄνθρωπος, βροτὸς, φῶς, ἀνήρ.} Terent. Eunuch. 1. 3, -illúmne obſecro

Inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here, ſenem, mulierem? Vbi Donatus, Opportunè hominem dixit, tunquam incerti ſexus. Plaut. Ciſtel. 10, -illos hominis miſeræ miſereri. Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 5, Quæ ſi hoc tempore non ſuum diem obiiſſet, paucis pòſt annis tamen ei moriendum: quoniam homo nata fuerat, id eſt humana ſorte, & conditione: quaſi dicat, mortalis. Eadem ratione dici poteſt, ea nata erat animal. Virgil. eclog. 10, Aut deus ille malis hominũ miſeſcere diſcat. Caius in l. 152. D. de verb. ſignif. Hominis appellatione, tam maſculũ, quàm fœminã contineri, non dubitatur. Quem locũ ſic interpretatur Alciatus, Homo cõmune nomen eſt, & tam maſculũ quàm fœminam cõtinet, ſídq; exẽplo Græci ſermonis, ἄνθρωπος. Nam & Hebræi Adam (quo nomine terra natũ ſignificant) ad vtrumque ſexum referunt: vt habetur Geneſ. 5, Creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam. Dicitur autem homo, ſiue ab humo, vt Varro exiſtimauit: ſiue à concordia, ἀπὸ τῦ ὁμονοεῖν, quòd nullũ animal ſit ſocialius. Sed an is qui in vtero eſt, homo dicatur? Et conſtat non dici. Expectari igitur l. pen. C. de poſth. hæred. inſtit. iuber poſtquam natus eſt, & in terram ceciderit. Quæ verba ex antiquorum conſuetudine interpretari debemus. Siquidem ſolebãt veteres, vbi quis natus eſſet, nudũ protinus in terra ſtatuere, opémq; deũm inuocare, vt naſcẽti auxilio eſſent. Cuius rei meminit Auguſt. lib. 4. Ciuitatis Dei. Hinc Stat. lib. 5. Syl. 5, Tellure cadentem,

Conuentus hominum. Lucret. lib. 4.

Infima fortuna homines, Vide INFERVS.

Iniquitas hominum, Vide INIQVVS.

Sator hominum atque deorum. Virgil. 1 Æneid.

¶ Abſonus voce homo, Vide ABSONVS.

Homo mitificè abſtinens, Vide ABSTINEO.

Abſtruſus, Vide ABSTRVDO.

Abundans, Vide ABVNDO.

Acer, Vide ACER.

Acerbus, Vide ACERBVS.

Acutus, Vide ACVO.

Adoleſcens, Vide ADOLEO.

Aduerſus, Vide ADVERTO.

Æratus, Vide AES, æris.

Afflictus & iacens, Vide IACEO.

Alienus, Vide ALIENVS.
Asini homines, Vide ASINVS.
Allegatus, Vide ALLEGO.
Ambitiosus, Vide AMBIO.
Ansatus, Vide ANSA.
Antiquus, Vide ANTIQVVS.
Apertus & simplex, Vide APERIO.
Apparatus homo, Vide APPARO.
Arcanus homo, Vide ARCANVS.
Aridus homo, Vide ARIDVS.
Bellus homo. Catul. ad Puerum, epig 21. Vide Bellus in BONVS.
Calculosus homo, Vide CALCVLVS.
Capitalis homo, Vide CAPITALIS.
Integer & castissimus homo, Vide INTEGER.
Certi homines, Vide CERTVS.
Cibarius homo, Vide CIBVS.
Circunretitus homo, Vide CIRCVNRETIO.
Comitiales homines, Vide COMITIA.
Commodus homo, Vide COMMODVS.
Conspicuus homo, Vide CONSPICVVS.
Consummatus homo, Vide CONSVMMO.
Homo multis flagitiis contaminatus, Vide CONTAMINO.
Contentus & abiectus homo. Cic. de Lege agraria.
Homo siue acumine, Vide ACVMEN.
Copiosus homo, Vide COPIA.
Crassus homo, Vide CRASSVS.
Crudus homo, Vide CRVDVS.
Multum demissus homo. Horat. 1. Serm. satyr. 3.
Desertus atque abiectus homo. Cic. Lentulo, lib 1. 5.
Verborum homo diligentissimus Cicero. Gell. lib. 13. cap. 23.
Durus homo. Horat. 1. Serm. satyr. 7.
Non facetus homo, Vide INFACETVS.
Facilis homo. Cic. Pæto, lib. 9. epist. 20.
Idonei & integri homines, Vide IDONEVS.
Illustris honore ac nomine homo, Vide ILLVSTRIS.
Immundus homo, Vide IMMVNDVS.
Impotentissimus homo, Vide IMPOTENS.
Indifferens homo, Vide INDIFFERENS.
Infames omnibus vitiis, atque omni dedecore homines, Vide INFAMIS.
Infans atque impotens homo, Vide IMPOTENS.
Infantes & insipientes homines, Vide INFANS.
Infimi homines, Vide INFERVS.
Ingeniosus homo & peracutus, Vide PERACVTVS.
Inhonestus homo. Terent. Eunuch. 2. 3.
Inquietus homo, Vide INQVIETVS.
Insignis homo omnis notis turpitudinis, Vide INSIGNIS.
Instabilis homo, Vide INSTABILIS.
Integer homo & sanctus, Vide INTEGER.
Intonsi homines & inculti, Vide INTONDEO.
Ipse homo, Vide IPSE.
Leniissimus homo & natura, &c. Vide LENIS.
Leuis homo, Vide LEVIS.
Homo domi suæ cum primis locuples, Vide LOCVS.
Luculentus homo, Vide Luculentus, in LVX.
Luteus homo, Vide LVTVM.
Maculosus homo, Vide MACVLA.
Malus homo, Vide MALVS.
Maritimi homines, Vide MARE.
Miseri homines. Lucret. lib. 3.
Mobilis homo, Vide MOBILIS.
Municipales homines, Vide MVNVS.
Nauus & industrius homo, Vide NAVVS.
Nobilissimus omnium homo, Vide NOBILIS.
Noui homines, Vide NOVVS.
Operarius homo, Vide Operarius, in OPVS.
Opinionissimi homines, Vide OPINIO.
Ordinarius homo, Vide ORDO.
Ornatissimus homo, Vide ORNO.
Parcus homo. Iuuenal. satyr. 14.
Pereruditus homo, Vide PERERVDITVS.
Repentinus homo. Cic. in Bruto. Vide Repentinus, in REPENS, priore correpta.
Scitus homo, Vide Scitus in SCIO.
Summissus & abiectus homo, cui contrarium est Elatus. Cicero 1. Officior.
Tectissimus homo, Vide Tectissimus, in TEGO.
Venustus homo, dicax, & vrbanus. Catull. ad Varum, epig. 19.
¶ Accedere ad hominem, Vide ACCEDO.
Admirari hominem in re aliqua, Vide ADMIROR.
Aduertere hominem, Vide ADVERTO.
Conuertere hominem à consuetudine, Vide CONVERTO.
Conuertere homines in admirationem, Vide CONVERTO.
Conuertere se in hominem, Vide CONVERTO.
Hominem ex homine exuere. Cic. 5. de Finib.
Fingere homines. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Immolare homines, Vide IMMOLO.
Iugulare hominem suis verbis, Vide IVGVLO.
Mollire hominem, Vide MOLLIS.
Inter homines esse, Vide INTER.
¶ Homines à latere, Vide LATVS.
¶ Trium literarum homo, Vide LITERA.
¶ Homo, pro Ille de quo agitur. Horat. 2. Serm. satyr. 7,
Aut insanit homo, aut versus facit. Cic. ad Sulpitium, Repentè Cæsar præter spem dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum ipsius Marcelli.

Homo, mirè additum, aut superuacué. Terent. Eunuch. 1. 2,
Ille vbi miser famelicus videt me, &c. ibi homo cœpit me obsecrare,
Vt sibi liceret dicere id de me.
Homo additum, quum negatur familiaritas. Terent. Adelph. 1. 2,
Prò Iuppiter, tu homo adiges me ad insaniam.
Homo, comicè additum. Terent. Phorm. 1. 2,
-est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens, qui (illum di omnes perdiunt.) Vbi Donatus, Homo comicè dictum: nam quis ignoret hominem parasitum esse? Ibidem, 2. 1.
Ita est homo. Terent. Adelph. 1. 2. Vbi Donatus, Homo dixit moraliter: sic enim dicimus de iis quos parcè reprehendimus. vt alibi,
Vt homo est, ita morem geras.
Habemus hominem. Terent. Eunuch. 5. 1. Vbi Donatus, Mirè hominem dixit, vt reum.
¶ Nemo homo. Terent. Eunuch. 3. 5. Idem Adelph. 2. 3,
Itaque hanc vnam rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
Fratrem homini neminem esse primarum artium magis principem.
Vbi Donatus, Quanuis per nemo, homo intelligatur, tamen addidit homo, vt veteres solent κατ' ἀξίωσιν. Cic. pro P. Sylla, Nisi forè regium tibi videtur ita viuere, vt non modò homini nemini, sed ne cupiditati quidem vlli seruias. Idem 2. de Nat. deor. Est enim vis tanta naturæ, vt homo nemo velit nisi hominis similis esse.
¶ Homo sum, Id est qui errare & facilè falli possim. Terent. Adel. 4. 2,
-vah,
Censén' hominem me esse? erraui. Plin. epist. 98, Aliquando præterea rideo, iocor, ludo: atque omnia innoxiæ remissionis genera complector, homo sum.
¶ Homo es, Idem quod vir es, Hoc est fortem, & magni animi te esse ostendis. Plaut. Epid. 10. Ibidem, 9,
Ego si allegassem aliquem ad hoc negotium
Minus hominem quàm doctum.
Homo ad differentiam belluæ dicitur. Cic. ad Oppium, lib. 11. 29, Quod tuum iudicium nisi mea summa beneuolentia erga te, omnibúsque meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo.
Nihil minus hominis quàm non respondere amori. Cic. ad Brut. lib. 1. 2, Nihil enim mihi minus hominis videtur, quàm non respondere in amore iis à quibus prouocêre.
Nullorum hominum homo, Vide NVLLVS.
¶ Homo de pueris. Quintil. lib. 1. cap. 3, Fugiédo turbam hominum eius ætatis quæ sit ad vitia maximè prona.
¶ Homines, pro famulis, ancillis, seruis, & tota familia. Scæuola in l. pater. D. de doli ma. except. Pater pro filia dotem promiserat, & pactus erat, vt ipse aleret filiam suam, eiúsque homines.
Homuncio, homuncionis, Diminutiũ {ἀνθρωπίσκου.} Terent. Eunuch. 3. 5. Cic. 4. Acad. Homuncio hic qui multa putat, &c. Iuuen. sat. 3.
Homunculus, pen. corr. Aliud diminutiuum {ἀνθρωπίου.} Cic. 1. Tuscul. Sed vt homunculus vnus è multis probabilia coniectura sequens, Sic 5. Tuscul.
Homulus, homuli, penult. corr. {ἀνθρωπίσκος.} Aliud diminutiuum. Plin. epist. 105. Cic. in L. Pisonem, Sed quoniam præterita mutare non possumus, quid cessat hic homulus ex argilla & luto fictus, Epicureus, dare hæc præclara præcepta sapientiæ clarissimo & summo Imperatori genero suo?
Homicida, huius homicidæ, pen. prod. {μιαιφόνος.} Qui hominem occidit. Quintil. lib. 7. cap. 4, An qui se interficit, homicida sit.
Homicidium, homicidij {μιαιφονία.} Plinius libro 18. capite 3, Suspensúmque Cereri necari iubebant grauius quàm in homicidio conuictum.
Imprudens homicidium, Hoc est fortuitum, non voluntarium. Valer. lib. 1. cap. 7. De Cræso. in fine.
Facere homicidium. Quintil. lib. 5. cap. 9.
Homœoptoton, penult. corr. {ὁμοιόπτωτον} est (inquit Aquila Romanus) simile in casibus, Hoc ex eo nomen accepit: quòd membra illa, id est cola, in eosdem casus cadunt, ad hunc modum, Huic igitur socios vestros criminanti, & ad bellum vos cohortãti, & omnibus modis vt in tumultu essetis, molienti. Hæc enim tria, in eundem casum determinata sunt. Verùm casus illi dissimili sono esse possunt, & sine harmonia.
Homœoteleuton {ὁμοιοτέλευτον} Simile determinatione, differt à superiore: quòd illud quidem & casu & sono similia verba membrorum determinat: hoc verò, non solùm casuum similitudine, sed eiuscunque verbi atque enuntiationis contentum est. In muros statim curritur, exercitus à sociis accersitur, delectus iuuenturi denuntiatur. Hæc Aquila Romanus.
Homœomeria, pen. prod. {ὁμοιομέρεια} Similitudo partium. Lucretius lib. 1,
Hinc & Anaxagoræ scrutemur homœomeriam. Seruius super illud Virgilij 4. Æneidos,
Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor. Secundum (inquit) Anaxagoram, qui homœomerian dicit, id est omnium membrorum similitudinem esse in rebus creandis: id est ex ossibus, ex sanguine, ex medullis. Nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem.
Homœosis, penult. prod. {ὁμοίωσις} Est quum per similitudinem res præstantur.
HOMOLE, pen. corr. mons est Magnesiæ, siue Thraciæ. Strab. lib. 12.
HOMOLIVM, Oppidum Magnesiæ, Plinio, lib. 4. cap. 9.
Homologa, pro similitudine partium. Euclid. 5. Element. Homologæ, seu similes ratione magnitudines dicuntur, antecedentes quidem antecedentibus, consequentes verò consequentibus. Et 6. Element. Theor. 4, Æquiangulorum triangulorum proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos, & homologa sunt latera, quæ æqualibus angulis subtenduntur.
Homonymon, pen. corr. {ὁμώνυμον} Nomen diuersæ significationis: Vnde homonymum dicimus, nomen multa significans: vt Nepos, quod filium filij significat, & luxuriosum.

Honestus,

Honestus, Adiectiuum {καλὸς, σπουδαῖος, πάμπολυς} ab honore, Quod virtutem probitatémque significat, quo cauetur nequid indecorè, effœminatè, libidinosè, turpiter fiat, cogitetúrve. Iuuenal. satyr. 3,
Participem qui te secreti fecit honesti. Sallustius, Calumnia paucorum, quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat.
Honestus, vt inquit Varro, quod honus Reip. sustineat. Ex cuius verbis constat, honus, antiquè per h scribi solere.
Honestus & honoratus. Cic. in Bruto, Qui honorem sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi & honestus & honoratus videtur. Sententiis, senatus: suffragiis, populi.
Honestiorem honore facere. Plaut. Capt. 7. Sallust. in Catil. Sed quòd non digniores homines honore honestos (vel vt alij legunt, honestatos) videbam.
Honesta dicta factis. Plaut. Stich. 5.
Honestissimus dies alicui. Cic. Lentulo, lib. 1. 2. Id est, habitus in magno honore.
¶ Honestus, Pulcher. Terent. Eunuch. 3. 2,
Ita me di ament, honestus est.
¶ Honestus, non semper de moribus dicitur, sed aliquando de nobilitate: vt, Honesto loco natus. Cic. Attico, lib. 4. epist. 1, Inde à Brundusinis honestissimis ornatus, iter ita feci, vt vndique ad me cum gratulatione legati conuenerint. Intelligit Cicero Brundusinæ coloniæ principes.
Honesta facie virgo. Terent. Eunuch. 2. 1.
Honesta & liberali facie. Terent. Eunuch. 4. 4.
Honesta forma & liberali, Hoc est decora & egregia. Terent. And. 1. 1. Idem Eunuch. 1. 2,
Is vbi hanc formam videt honesta virginem, &c.
¶ Honesto loco natus, Id est nobilis. Plin. epist. 159. Cic. 5. Tuscul. Qui quum esset bonis parentibus, atque honesto loco natus, &c.
Honesti homines, Id est optimi & probatissimi: vel honoribus insignes. Cic. 3. Verr. Quid est aliud omnibus omnia peccata & maleficia concedere, nisi hoc, hominem honestissimorum testimoniis, & virorum bonorum tabulis non credere?
¶ Arma honesta. Ouid. 3. Amor. eleg. 14.
Honesta ciuitas. Cic. 5. Verr. Agyrinensis est in primis honesta ciuitas Siciliæ, hominum ante hunc Prætorem locupletum summorúmque aratorum.
Honestus conuentus Syracusis. Cic. 5. Verr. Præterea conuentus honestus Syracusis, multi equites Romani viri primarij.
Exitus honesti. Tacit. lib. 16, Quanuis honestos ciuium exitus, tristes tamen, & continuos aspernantium.
Ampla & honesta familia. Cic. pro Murena.
Mors honesta. Tacit. in vita Agricolæ.
Nomen honestum ponere errori. Horat. 1. Serm. satyr. 3,
Vellem in amicitia sic erraremus, & isti
Errori nomen virtus posuisset honestum. De amatore vitia amatæ non deprehendente.
Officium honestum. Horat. 1. epist. 19.
Honesta oratio. Terent. And. 1. 1. Hoc est, quæ honestum iuuenem decet.
Honestissimum testamentum. Plin. epist. 144.
Honestum, honesti, Substantiuũ. vt Nixa honesto virtus. Vide NITOR.
Respectus honesti. Lucan. lib. 8.
Complecti aliquid honesto. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Honestas, honestatis {τὸ καλὸν, πρεπωδία} Dignitas, decus, laus: cui contrarium est Turpitudo.
Honestas & Turpitudo vitæ, cõtraria. Cic. 1. Offic. In officio colendo sita est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. Quintil. lib. 3. cap. 4, Nam & in laude iustitia, vtilitásque tractantur, & in consiliis honestas.
Dignitas & honestas. Cic. ad Attic. lib. 7. 130, Vbi est autem dignitas, nisi vbi honestas?
¶ Amittere honestatem, Vide AMITTO.
Honestas continetur ex quatuor virtutibus, Vide CONTINEO.
Copulare honestatem cum voluptate, Vide COPVLO.
Honestate metiri summum bonum, Vide METIOR.
Honestate spoliatus. Cic. pro Rab. Posth.
Honestatem & decus conseruare. Cic. 1. Offic.
¶ Honestatibus partis & omni dignitate priuare. Cic. pro Murena.
Honestitudo, Idem quod honestas, Antiquè dictum. Accius OEnomao,
Horrida honestitudo Europæ principium primo ex loco. Idem Myrmidonibus, Tua honestitudo Danaos decepit diu. Ex Nonio.
Honestè, Aduerbium {καλῶς.} Dicitur id honestè fieri quod cum decoro & honesto fit. Terent. And. 4. 6,
Quæ se inhonestè optauit parare hic diuitias
Potius, quàm in patria honestè pauper viuere. Cic. 1. de Finib. Nisi sapienter, honestè iustéque viuatur.
Honesto, honestas {σεμνύνω, μεγαλύνω} honestâre, Decorare: cui contrarium est Dehonestare. Cic. 1. Offic. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Idem 2. Offic. Quæcunque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, &c.
Honore honestare. Plaut. Capt. 5.
Honestari loco aliquo à candidatis. Cic. pro Murena, A quibus si in forum deducimur, si vno spatio basilicæ honestamur, diligenter obseruari videmur & coli. De candidatis.
Vultus honestat illum. Claud. 1. Paneg.
Honestamentum, honestamenti {κόσμημα.} Seneca epist 67, Nullo enim honestamento eget virtus ipsa, & magnum sui decus est, & corpus suum consecrat.
Honor, vel honos, honoris, masc. gen. {τιμὴ} Aspiratur secundum Apuleium, vt differat ab Onos quod est asinus. Reuerentia est quam alicui exhibemus in virtutis testimonium. Plaut. Pœnul. 9,
Nos honoris tui causa huc ad te venimus. Cic. de Clar. Orat. Honos est præmium virtutis, iudicio, studióque ciuium delatum ad aliquem.

¶ Honor, Dignitas. Cic. lib. 1. ad Cæsarem iuniorem, Tu quùm ea quæ es à Senatu summo cum honore tuo consequutus.
Honor capitis, Canities in homine graui venerabilis. Plinius in Paneg. Traian. 8, Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris nónne longè latéque principem ostentant?
Iudiciorum cælestium honor. Quintil. in Prœm. lib. 4.
Verborum honor. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Honoris causa procedere. Sallust. in Iugurtha. Deinde vbi dies aduenit, & ei nuntiatum est Iugurtham haud procul abesse cum paucis & Quæstore nostro, quasi obuius honoris causa proceder.
Administrare honorem. Cicero, Incredibili fuit lætitia affectus, quum id mihi nuntiatum est, eúmque honorem tibi deos fortunare volo: à téque ex tua, maiorúmque tuorum dignitate administrari.
Adhibere honores. Cic. 1. de Nat. deor.
Appellare vel nominare aliquẽ honoris causa. Cic pro Sext. Rosc. Quæ de viro fortissimo & clarissimo, L. Sylla, quem honoris causa nomino. Idem 2. Philip.
Certamen honoris, Vide Certamen, in CERTO.
Cupido cæca honorum. Lucret. lib. 3.
Cursus honorum. Cic. Famil. 3.
Confluere honorem in aliquem. Cic. 1. de Inuent.
Constituere honorem. Cic. ad Q. frat.
¶ Contumeliosus honor, Vide CONTVMELIA.
Crudus honor. Stat. 10. Thebaid.
Depeculari honorem. Cic. Verr. 6.
Diuini honores. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Honos exors. Olim extra fortem donari honorificentissimum & amplissimum erat. Virgil. lib. 5,
-nam te voluit rex magnus Olympi
Talibus auspiciis exortem ducere honorem. Turnebus.
Falsus honor iuuat. Horat. 1. epist. 17.
Exquirere honorem. Cic. Philip. 4.
Fauere honori. Cicero, Gauderem, & honori tuo fauerem.
Instituere honores. Sallust. in Iugurth.
Gradus honorum. Cicero, Etenim honorum gradus summis hominibus, & infimis sunt pares.
Inania honoris. Tacit. in vita Agricolæ, Ludos & inania honoris, modo rationis, atque abundantiæ dixit.
Iusti honores, Vide IVSTVS.
Meriti honores, Vide MEREO.
Nonnullus honor, Vide NONNVLLVS.
Otiosus & vacans honor, Vide OTIOSVS.
Pauper honos. Stat. 5. Thebaid.
Sublimis honor. Claud. 2 Paneg.
Temerarius honor. Quintil. in Prœm. lib. 1.
Vmbra honoris. Tacit. lib. 19.
¶ Abundare honoribus, Vide ABVNDO.
Accipere honorem, Vide ACCIPIO. Cic. Bruto.
Accumulare honorem alicui, Vide ACCVMVLO.
Adducere aliquid in honorem. Cic. ad Gallum, lib. 7. 27. Vide ADDVCO.
Adeptus summos honores, Vide ADIPISCOR.
Adolere honores aris. Ouid. 8. Metam. Vide ADOLEO.
Afferre honorem, Vide AFFERO.
Afficere aliquem regis honore & nomine. Cic. pro Deiotaro, Quæ quidem à te in eam partem accepta sunt C. Cæsar, vt eum amplissimo regis honore & nomine afficeres.
Aggredi magnos honores. Virgil. eclog. 4.
Honos alit artes, omnésque incenduntur ad studia gloria. Cic. 1. Tuscul.
Amplificatus honoribus, Vide AMPLIFICO.
Arceri honoribus. Callistr. in l. eos. D. de Decurionib. Sed ne quidem arceatur honoribus, qui ab Ædilibus flagellis cæsi sunt.
Ascendere ad honores. Cic. de Claris Orat.
Ascendere in honorem. Cic. in Orat. Vide ASCENDO.
Assequi honorem, Vide ASSEQVOR.
Augeri honore. Cic. ad Attic. lib. 7. 122. Vide AVGEO.
Amplis honoribus auctus. Horat. 1. Serm. satyr. 6.
Capere honorem, Vide CAPIO.
Capessere honorem. Tacit. lib. 13, Iulius quidem Montanus Senatorij ordinis, sed qui honorem nondum capessisset.
Cedere honori & honore, Vide CEDO.
Compellare aliquem multo honore. Virgil. 3. Æneid.
Comprobare honorem, Vide COMPROBO.
Congesti honores, Vide CONGERO.
Contigit ex merito qui tibi nuper honor. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7.
Creare ad honores. Vlp. l. 2. D. de excus. & vacat. muner. De minoribus quoque annis vigintiquinque ad munera siue honores creandis iusta ætas seruanda est.
Custodire honorem, Vide CVSTODIO.
Decernere honores alicui. Cic. ad Attic. lib. 5. 10, Ob hæc beneficia quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborum, decerni sino. Vide DECERNO.
Decorare honoribus, Vide DECORO.
Honoribus amplissimis & præmiis decorati. Cic. 2. de Orat.
Defendere honorem suum, Vide DEFENDO.
Deferre & dare aliquem honorem claris viris. Cic. Planc. lib. 10. 10, Is enim denique honos mihi videri solet, qui nõ propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris viris defertur & datur.
Denigrare honorem alicuius, Vide DENIGRO.
Honore dicto aliquid referre. Plin. lib. 28. cap. 8.
Dignari aliquem honore. Ouid. 1. Metam. Virgil. 1. Æneid.
Facere honorem alicui. Cic. 9. Philip. Nulla dubitatio relinquetur, quin honorem mortuo, cui iniuriam viuo fecimus, faciamus.
Factus honos aris, Virgil. 5. Æneid.

Missos facere honores, Vide MITTO.
Honore florere. Cic. pro Sextio, Ad eam rationem, in qua multi homines noui & honore & gloria floruerunt, cohortabor.
Intaminatis fulget honoribus. Horat. 3. Carm. ode 2.
Fungi honore, vel honoribus. Vlpian. in l. 3. D. de Decurion. Complero tempore nihilominus fungi honore vel officio possit.
Habere honorem alicui, pro Honore afficere & honorare. Cic. pro Flacco, Cui nullus honos in sua ciuitate habitus est.
Habere in honore aliquem. Cic. ad Att. lib. 7. ep. 2, Chrysippum libenter vidi, & in honore habui.
Honori habere Consulatum suum. Sallust. in Iugurth.
Impertire aliquem honoribus, Vide IMPERTIO.
Incipere honorem, Vide INCIPIO.
Indicere honores. Virgil. 3. Æneid.
Inire honorem, Vide INEO.
Inseruire honori. Horat. de Arte.
Inseruire honoribus, Vide INSERVIO.
Sacros templis largitur honores. Valer. 2. Argon.
Lenæum libat honorem. Virgil. 4. Æneid.
Meritos aris mactauit honores. Virgil. 3. Æneid.
Mandare honorem. Tacit. lib. 11, Manstitque Consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret.
Mandare honores alicui, Vide MANDO.
Mandare honores hominibus nouis. Cic. 6. Verr.
Minuere honorem. Cic. ad Q. frat.
Obrepere ad honores. Cic. pro Plancio.
Ornare honoribus. Cic. Famil. 10.
Priuare honore. Cicero, Omni honore ac dignitate priuentur, &c.
Æternos honores párere alicui. Horat. 2. Carm. ode 1.
Perfunctus honoribus amplissimis. Cic. Lentulo, lib. 1. 8.
Perhibere honorem, Vide PERHIBEO.
Peruigere opibus atque honoribus. Tacit. lib. 4, Et vterque opibus, atque honoribus peruigere.
Petere honores. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Præfari honorem. Cic. Pæto, lib. 9. 22. Idem de Finib. Cætera addit Epicurus: quæ si appelles, honos præfandus est.
Honos auribus sit habitus. Curtius lib. 5, Fœminarum conuiuia ineuntiū in principio modestus est habitus: paulatim pudorem profanant, ad vltimum opus (honos auribus habitus sit) ima corporum velamenta proiiciunt.
Recipere honorem. Cic. ad Attic. 9.
Reddere alicui suum honorem. Cic. pro Sext. Roscio, Suum cuique honorem & gradum reddituri gaudeo.
Sacrare honorem alicui. Virgil. 12. Æneid.
Tribuere honorem. Cic. Famil. 15.
Velificari honori. Cic. contra Rull.
Ad succum succedere honorem. Lucret. lib. 5.
Honori esse parentibus liberi dicuntur qui, &c. Cic. de Amic.
Fuit honori. Cic. 2. Off. Honori summo nuper nostro Miloni fuit, quòd, &c.
In honore esse apud aliquem: Hoc est in numero & existimatione. Cic. pro Sext. Roscio. Idem 2. de Orat. Hæc ars summo in honore semper fuit.
In honore mensarum esse, Vide IN.
Honorem sustinenti munus imponi non potest: munus sustinenti, honor deferri potest. Modestinus in l. honorem. D. de munerib. & honorib.
Tollere aliquem honoribus. Horat. 1. Carm. ode 1.
Honoribus vti. Sallust. in Catil. Catullus ex petitione Pontificatus odio incessus, quòd extrema ætate maximis honoribus vsus, ab adolescente Cæsare victus discesserat.
Homines honore vsi, Id est, qui magistratum gesserunt. Cicero 8. Philip. Quanquam hoc honore vsi togati esse solent, quum est in sagis ciuitas.

¶Honor, Pulchritudo. Virgil. 1. Æneidos,
-& lætos oculis afflarat honores. Idem 2. Georgicorum,
Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem.
Honor, Cultus & obseruantia. Virgil. 6. Æneidos,
Semper honore meo, semper celebrabere donis.
Pudorem. Virgil. 1. Æneidos,
-rapti Ganymedis honores.
Hostia. Virgil. 3. Æneidos,
-meritos atis mactauit honores.
Præmium. Virgil. 5. Æneidos,
Ipsis præcipuos cultoribus addit honores.
Sepultura. Virgil. 6. Æneidos,
Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes.
Amor. Virgil. 11. Æneidos, -siquis amaræ
Tangit honos animum. Hæc ex Nonio.

¶Honor etiam pro præmio accipitur. Cic. pro Sext. Rosc. Quam ob causam à Chrysogono tantis præmiis donabantur si nihil aliud fecerunt, nisi rem deiulerunt, nónne satis fuit his gratias agi? deniique, vt perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? Sic lib. 2. de Republ. præmium mercenarij, vocat τιμήν. Vide Honorem habere, in HABEO.

Honorarius, Adiectiuum {τιμητικὸς} Quod ad honorem pertinet.
Honorarius arbiter, Quem honoris causa, vtraque pars summum facit suæ causæ & controuersiæ iudicem. Cicero 5. Tusc. Quorum controuersiam solebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades.
Honorarius tumulus, Qui honoris causa erigitur. Suetonius in Claudian. Cæsare, cap. 1, Cæterùm exercitus honorarii ei tumulum excitauit, &c. Sic vocari possunt hodie quas repræsentationes in anniuersariis exequiis vocamus. Budæus.
Honorarij ludi, antiquis Liberalia dicebantur, vt ait Festus. Dicti honorarij, ab honore videlicet eorum qui munera populo edebant.

¶Honorarium, Donum erat quod rectoribus prouinciæ olim in prouincias adueniētibus honoris loco dabatur: sic dictum, quòd honoris causa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. Cic. in Pisonem, Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? qui honorarij? Budæus.
Honorarium, Id quod à Decurionibus pro curiæ introitu dari solitum est. Plinius ad Traianum, Superest ergo vt ipse dispicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes qui deinde buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. Ad quam epistolam rescribens Traianus, Honorarium, inquit, Decurionatus omnes qui in quaque ciuitate Decuriones fiunt, inferre debeant, nécne, à me non potest itarui.

¶Honorarium, pro salario quod datur magistratibus, arbitris, & aliis huiusmodi. Vlpian. in l. 1. §. 1. D. si men. fal. mod. dixe.
Honorarium, Quod etiam aduocatis datur. Paul. in l. qui operas. D. locati & conduct. Aduocati quoque, si per eos non steterit, quominus causam agant, honoraria reddere non debent.

¶Honoraria opera. Cic. pro A. Cecinna, Ideò quòd omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt: quorum alterum leuius est, &c. alterum est vehementissimum: quòd & ad grauiores res pertinet, & non honorariam operam amici, sed seueritatem iudicis, ac vim requirit.
Honoro, honoras, pen. prod. {τιμάω, πῶ, ἀγγαίζω} honorare, Honoribus afficere. Cic. 1. de Diuinat. Idem 2. Philipp. Qui me non solùm meis laudibus ornarer, sed etiam honoraret alienis.
Honorare, aliàs à Cicerone dicitur Honorem habere alicui, Honorem adhibere, Honestare, In honore habere, Honorem facere, Honorem debitum alicui præstare, Honore afficere, Honorem tribuere, Honore augere, Honore amplissimo ornare.
Honoratus, pen. prod. Adiectiuum {τιμώλχος, ἔντιμος, τιμοῦχος, γεραῖος} Qui in honore & pretio est apud aliquos. Cic. 1. Offic. Dicēdum est etiam, qualem hominis honorati & principis domum placeat esse. Idem de Senect. Clari & honorati viri.
Vetus & honorata familia. Sueton. in Othone, cap. 1.
Honoratus vir. Liu. 1. ab Vrbe. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1.
Honoratus quatuor filiis. Cic. 2. Tusc. Metellus ille honoratus quatuor filiis, & quinquaginta Priamus.
Honoratus Achilles, Vide ACHILLES.
Custodia honorata. Tacit. lib. 19.
Cani honorati. Ouid. 8. Metam.
Dies honoratus. Claud. 5. Paneg.
Honoratior militia. Liu. 2. bel. Maced. Pars nauales socij relictis super classibus ad spem honoratioris militiæ transgressi.
Militia honorata. Tacit. lib. 20.
Honoratè, Aduerbium {τιμητικῶς} Quod cum honore & dignitate factum est. Cic. 11. Philip. Quæ de illo viro Sylla, quæ Murena, quæ Seruilius, quæ Lucullus, quàm honoratè, quàm honorificè, quàm grauiter sæpe in Senatu prædicauerunt? Ex vetusto codice legimus nunc ornatè. Tacit. lib. 20, Quòd filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinensi deprehensum, honoratè custodierunt.
Honorabilis, & hoc honorabile, pen. corr. {γεραὸς} Quod est honore dignum. Liu. 4. ab Vrbe, Quinque Consulatus eodem tenore gesti, vitáque omnis Consulariter acta, verendum penè ipsum magis quàm honorabilem faciebant.
Honorificus, penult. corr. Adiectiuum {τίμιος} Quod honorem confert. Cic. ad Brutum, Decreui etiam imperiū quod quanquam videbatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum haberi necessarium.
Honorifica mentio alicuius. Cic. ad Q. frat. lib. 2 13.
Honorifica verba. Cic. 2. Tusc. Quem vt vidisset, & salutauisset, honorificísque verbis prosecutus esset, &c.
Honorificum Senatusconsultum. Cic. 4. Verr.

¶Honorificentior, Comparatiuum. Cic. ad Attic. lib. 1. 11, Quæ mihi res multo honorificentior visa est, quàm aut illa quum &c.
Honorificè {τιμίως} Aduerbium, Idem quod honoratè. Cic. 5. Verr. Publicani tractari honorificè sunt.
Honorificè dicere. Brutus Ciceroni, 16. 1, Non solùm enim vsitatum, sed etiam quotidianum est aliquid audire de te, quod pro nostra dignitate fideliter atque honorificè dixeris aut feceris.
Honorificè appellare. Cæsar 8. bel. Gall. Itaque honorificè ciuitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo, &c.
Largè & honorificè promittere aliquid. Cic. de Petit. Consul.
Honoratè & honorificè multa de aliquo prædicare. Cic. 11. Philippica.
Honorificentissimè. Cic. ad Cælium, Nunquam, nisi honorificentissimè, Pompeium appellat.
Honorus, penult. prod. {τίμιος} Adiectiuum. vt Decorus, canorus, apud Tacitum, teste Budæo.
Laudis honora effigies. Sil. lib. 8.
Fama honora. Stat. 2. Thebaid.
Oratio honora. Tacit. lib. 1.
Honora & magnifica. Tacit. lib. 3, Fuere qui publici funeris pompam requirerent, comparaténtque, quæ in Drusum patrem Germanici honora, & magnifica Augustus fecisset.
HONORIVS, Viri proprium, de quo apud Catullum.
Honoriades, penult. corr. {ὀνομαδικὸς} Patronymicum ab Honorio fecit Claudianus in eiusdem Epithalamio,
-sic natus in ostro
Paruus Honoriades genibus confidat auitis.
Sorores Honoriades. Claud. de laudibus Serenæ, 22.
Hoplomachus {ὁπλομαχὸς} Qui militaribus armis & scuto depugnat. Græci enim τὸ ὅπλον dicunt scutum, τὰ ὅπλα arma, & μάχομαι pugno. Martial. lib. 8. epig. 74,
Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus anté.
Fecisti medicus, quod facis hoplomachus. Ophthalmicus dicitur, qui oculis medetur. Quum oculis olim mederetur, homines suanecabat imperitia: nunc factus hoplomachus idem facit.

Hora,

Hora, huius horæ {ὥρα} Tempus significat, hoc est, quancunque æternitatis partem, siue annum, siue diurnum, siue nocturnum spatium complectens. Item partes ipsæ in quas distinctus est dies, similiter horæ vocantur. Hæ principio duodecim instituræ sunt, cuius ordinationis hæc fuisse origo memoratur. Quodam tempore Hermes Trimegistus, quum esset in Ægypto, sacrum quoddam animal Serapi dicatum, quòd in toto die duodecies vrinam feciſſet, pari semper inposito tempore, per XII. horas diem diuidi debere coniecit. Exinde hic horarum numerus longo tempore custoditus est. Postea in XIIII. horas diuisus est dies. Plinius libro 12. cap. 8, Horis matutinis duabus.
Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. Cic. 6. Verr.
Horæ antè prædium meum Pollentiam venit, quàm Trebellius cum equitibus. Brutus ad Cic. lib. 11. 13.
Horæ veteribus duplices in vsu fuerunt: Æquinoctiales siue æquidiales, quæ Græcis ἰσημερινὰς: ex quarum vigintiquatuor numero dies naturalis constituitur, duodecim à Solis exortu vsque in occasum, & ab occasu rursus totidem vsque ad exortum matutinum, æquali spatio distantibus, connumeratis, ita vt vigesimaquarta diei pars hora sit vna: atque hoc ex Æquinoctialis motu, in quo singulis signis binæ horæ assignantur, vt quindecim gradus per vnam horam conficiantur. Verùm hæ horæ tantùm per Æquinoctium vtrunque durabant. Et hoc modo accipiendæ sunt æquinoctiales horæ tum apud Græcos, tum apud Latinos scriptores. Extra verò tempus Æquinoctij, inæquales horæ distinguebant tum noctem tum diem. ita vt vtraque in duodecim horas diuideretur, sed omnino inæqualiter, iuxta dierū ac noctium incrementum. Nam siue dies prolongaretur, siue nox, omnino tamen duodecim horæ singulis assignabantur, necessariò ob temporis rationem inæquales, sic vt quatuor brumalibus diurnis demeretur, tantum nocturnis accederet: & quantum solstitialibus æstiuis diurnis addueretur, tantum iisdem nocturnis demeretur. Hæ autē horæ χρονικαὶ & καιρικαὶ. hoc est temporales appellabantur, atque hoc modo etiam solariis atque horologiis distinctæ proponebantur. Cæterùm quoties sine determinatione de horis apud authores fit mentio, inæquales & temporales intelligendæ sunt. Vnde apud Plinium vndecima, diei penultima accipienda est, lib. 2. cap. 25. vbi ait de fydere eriniro, Id oriebatur circa vndecimam horam diei, clarúmque & omnibus terris conspicuum fuit. Neque enim de vndecima hora diei iuxta nostrum horologium intelligendū est, quæ est quinta diei, quum sexta diei hora Meridies apud veteres fuerit. Prima enim incipiebat oriente sole, duodecima eodem occidente finiebatur. Illud igitur in sacris literis, A sexta autem hora vsque ad nonam tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, intelligendum est, à meridie vsque ad dimidium temporis quod est inter meridiem & Solis occasum.
Horæ etymon sic tradit Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 21, Apud Ægyptios Apollo qui est Sol, Horus vocatur. ex quo & horæ vigintiquatuor, quibus dies nóxque conficitur, nomen acceperunt: & quatuor tempora quibus annuus orbis impletur, horæ vocantur. Hæc ille. Alij ab ἱερῷ ducunt, Id est finio, definio, quòd spatia temporis definiant.
Horæ ideirco Solis equorum curâ habere finguntur, quòd ex cursu Solis oriantur, seu potius mensurentur & distinguantur. Ouid. lib. 2. Metam. Iungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Iussa deæ celeres peragunt.
Horas Homerus lib. 5. Iliad. ait cæli portis præesse, curámque habere vt modò serenum, modò nubilum sit, à quibus videri possunt quatuor anni tempora. Horæ appellata, non Græcis modò, sed & Latinis. Horat. de Ioue lib. 1. Carm. ode 12,
Qui mare & terras variísque mundum
Temperat horis. A quibus, ait Acron, velut temperatur annus per ver, æstatem, autumnum, & hyemem. Ouidius Homerum imitatus, cum Iano foribus cæli adscripsit, ita Iano loquente lib. 1. Fastorum, Præsideo foribus cæli cum mitibus Horis. hinc ab ὥρια, id est custodio, curo, dictas nonnulli putant, quòd sint Ianuæ cæli custodes. Plato tamen in Cratylo: Horæ, inquit, vocantur, quia ὡρίζειν, id est terminant hyemem atque æstatem, ventósque & fructus ex terra nascentes. Pausanias in Eliacis: Homerus in Iliade scriptum reliquit, Horas cælo etiam fuisse præfectas, tanquam regiæ aulæ custodes.
Hora anni, pro Parte. Plin. lib. 9. cap. 35, Has vbi genitalis anni stimulauerit hora, pandentes sese quadam ofcitatione impleri roscido conceptu tradunt.
Punctum horæ. Horat. 2. epist. 2.

¶Atrox hora flagrantis caniculæ. Horat. 3. Carm. ode 13.
Hora bona, Vide BONVS.
Crastina hora, Vide CRASTINVS.
Diurnæ horæ. Virgil. 3. Georg.
Exortiua hora, Vide TETARTEMORION.
Extrema hora. Virgil. 8. ecloga,
-& diuos (quanquam nil testibus illis
Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.
Funesta hora. Lucan. lib. 6.
Horæ legitimæ, Vide LEX.
Lunares horæ. Lucan. lib. 1.
Hora matutina, meridiana, vespera. Plin. lib. 19. cap. 12.
Mobilis hora. Horat. 2. epist. 2.
Natalitia hora, Vide TETARTEMORION.
Nouissima hora. Ouid. 4. Metam.
Septembres horæ. Horat. 1. epist. 17.
Sinistra hora. Ouid. epist. 20. Id est infausta.
Solida hora. Iuuen. sat. 11.
Tempestiua hora narrantibus. Ouid. 5. Metam.
Horæ veloces. Ouid. 2. Metam. Hoc loco deas esse fingit Horas, & ministras Solis.

¶Hora abiit, Hoc est, tempus elapsum est. Terent. Eunuch. 2. 3.

Admouere mortis horam, Vide ADMOVEO.
Collocare horas, Vide COLLOCO.
Consumere horas suauissimo sermone, Vide CONSVMO.
Nos flendo ducimus horas. Virgil. 6. Æneid.
Eximere horam, Vide Diem dicendo eximere, in EXIMO.
Tu quancunque deus tibi fortunauerit horam,
Grata sume manu: nec dulcia differ in annum. Horatius libro 1. epistol. 11.
Partiri horas curis. Quintil. lib 1. cap. 12.
Nemo mortalium omnibus horis sapit. Plin. lib. 7. cap. 42.
Grata superuenient quæ non sperabitur hora. Horatius 1. epist. 4.
Vti suis horis. Cic. 3. Verr. Credo si meis horis in accusando vti voluissem, vererer ne mihi crimina non supperenrent, ne oratio deesset, ne vox virésque deficerent.

¶Ab hora tertia. Cic. 2. Philipp. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.
Ad hanc horam, Vide AD præpositionem.
Ad horam vnam expectare. Cæs. 4. bel. Gall.
In hora vna, Vide IN.
In horas, Id est singulis horis. Virgil. eclog. 10,
-cuius amor tantum mihi crescit in horas.
Quantum, &c. Vide IN.
Commutare in horas, Vide COMMVTO.
In horas expectare, Vide IN.
In horam viuere, Vide IN.

¶Hora, pro die. Cicero 3. Verr. Menses mihi tres quum eripuisse tis, ad agendum maximè appositos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remissurum putastis, vt quum horis nostris nos essemus vsi, tu binis ludis interpositis, quadragesimo pòst die responderes. Horas suas vocat (inquit Asconius) viginti dies, qui accusatori dabantur ad accusandum legitimi: totidémque defensori. Virgil. 1. Georgicorum,
-nunquam te crastina fallet
Hora. Budæus.

¶Horam veteres iuuentutis deam vocabant. Ennius,
Téque Quirine pater veneror, horámque Quirini. Sed hæc multis sine adspiratione scribitur Ora: éstque Hersilia Romuli vxor, in deam nomine Oram conuersa, quæ in ipsius Romuli seu Quirini templo colebatur. Ouid. lib. 14. Metamorphoseos,
Hanc manibus notis Romanæ conditor vrbis
Excipit, & priscum pariter cum corpore nomen
Mutat, Orámque vocat, quæ nunc dea iuncta Quirino est.

¶Omnium horarum hominem veteres appellabant eum qui seriis pariter ac iocis esset accommodatus, & quicum assiduè libeat conuiuere. Atque ita vocatum Asinium Pollionem, author est Quintilian. lib. 6. cap. 4, circa finem. Erasmus.
Horarius, Adiectiuum, Quod est vnius horæ. Suetonius in Domitiano, cap. 3, Inter initia principatus, quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, &c.
Horologium, horologij {ὡρολογίου} Quasi horarum ratio. Quicquid enim quodammodo horas indicat, horologium dicitur. Vide Plin. lib. 7. cap. 60. Cic. Tironi, lib. 16. 18, Horologium mittam & libros si erit sudum.
Horologium solarium. Plin. lib. 7. cap. 60.
Horoscopus, pen. corr. {ὡροσκόπος} Adiectiuum, dicitur omne id in quo horæ notantur. Plin. lib. 2. cap. 72, Vasáque horoscopa non vbique eidem sunt vsui, in trecenis stadiis, aut vt longissimè in quingenis, mutantibus semet vmbris.

¶Horoscopus, Substantiuum, significat eam cæli partem, quæ hora qualibet ab inferiore hemisphærio surgit ab Oriente. Astrologi ascendens appellant. Item id temporis momentum quo quisque nascitur, quasi horæ inspectionem & notationem. Perf. sat. 6,
-geminos horoscope varo
Producis genio. Vide TETARTEMORIVM.
Horoscopans, horoscopantis. Firmic. lib. 5. cap. 1, Is erit ariete horoscopante semper in Cancro. Et alibi sæpius.
Horæum, per simplex τ {ὡρεῖον} Mel æstiuum, ab hora. nam Græci, omnes fructus æstiuos nominant ὡρεῖα: quoniam id tempus per excellentiam ὥραν vocant.
Horæum, Salsamentum ex pisce. Athenæus, Salsamentum autem horæum est, aut thunnium. In horæo macra pinguibus, in thunnio macris pinguia præferimus. Horæa autem vocātur non à tempestiuitate, vt quibusdam placet, sed à veris tempore, quòd tum salsamētum istud fieret, cuius & mentio est apud Plautum in Captiuis. Hinc quod in Plinio scribitur, Triton pelamidum generis magni, ex eo vrea cybia fiunt. Legendum arbitror ex Athenæo horæa cybia fiunt. Turnebus.
Horarius, Vide HORA.
HORATIVS {ὡράτιος} Poeta Venusinus, Lyricorum scriptor: qui anno imperij Augusti Cæsaris tricesimotertio, ætatis verò suæ sexagesimotertio moriens, Augustum reliquit hæredem: maxima pompa apud Mecœnatem in Exquiliis sepultus.
Horatius Cocles, Romanus, id cognomentum adsequutus, quòd in prælio oculum amiserit. Vnde Plautinus cauillus in seruum qui altero oculo captus erat, eum nobilem ac de Coclitum familia appellando. Horatius item Pulutilus, subrogatus in locum Lucretij defuncti in Consulatu: huic sorte euenit, vt ædem Iouis Capitolini dedicaret. Liu. lib. 2. Fuerūt præterea Horatij tres, qui cum Curiatiis, Albanis congressi sunt, vt est author Liu. 1. ab Vrbe.
Pila Horatia. Propert. lib. 3. eleg. 3.
Horcinus, Vide Orcinus, in ORCVS.
Horda, hordæ {ἔλαφος βοῦς} Vacca prægnans, Vide FORDA. Varro 2. de Re rust. cap. 5, Quæ sterilis est vacca, taura appellatur: quæ prægnās, horda. Ab eo in fastis dies Hordicalia nominantur: quòd tunc hordæ boues immolantur. Idem habet Festus.
Hordeum, hordei {κριθὴ} Frugis genus notum. Plinius lib. 18. cap. 7,

Hordeum,frugum molliſſimum eſt, ſeri non valet,niſi in ſicca & ſoluta terra,ac niſi læta:palea ex optimis.Stramento verò nullum comparatur. Hordeum ex omni frumento minimè calamitoſum, quia tollitur antè quàm triticum occupet rubigo.

Hordeum,ab horrore quidam dici volunt:quoniam licet calamus altior frumento, quàm hordeo ſit, ariſta tamen eſt mordacior hordeo. Vel dicitur hordeum, ab oriendi celeritate, quòd ante omnia frumenta ſit acidum. Vel dicitur à fordus, forda, fordum, vt loco f fuerit h aſpiratio poſita.

Cantherinum hordeum,Vide Hordeum hexaſtichum.

Grandia hordea.Virgil.eclog.5.

Hordeum murinum, Vide MVS.

Hordeum diſtichum à duobus granorum verſibus ſeu ordinibus nomen habet.Colum.lib.2. cap.9,Alterum quoque genus hordei eſt, quod alij diſtichum,galaticum nonnulli vocant, pōderis & candoris eximij,adeò vt tritico miſtum egregia cibaria familiæ præbeat.Seritur quàm pinguiſſimis,ſed frigidis locis circa Martium mēſem.Melius tamen reſpōderit,ſi clementia hyemis permittit,quum ſeminatur circa Idus Ianuarias. Ruellius tradit eos errare , qui ſecundum hoc genus eſſe Oryzam interpretantur.Vulgus *Pannelle* vocitat.

Hordeum hexaſtichū à ſex verſibus ſeu ordinibus granorum nomen habet.Colum.lib.2.cap.9,Proximus eſt his frumentis vſus hordei,quod ruſtici hexaſtichum, quidam etiam cātherinum appellant: quoniam & alia animalia quæ ruri ſunt,melius quàm triticum,& hominem ſalubrius quàm malum triticum paſcit. Nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit.Et quæ ibi ſequuntur multa.

Hordeaceus, Adiectiuum {κριθινος} Quod ex hordeo factum eſt.vt Panis hordeaceus.Plin.lib.18.cap.11.

Hordearius , Aliud adiectiuum, Quod hordeo viuit. Plin.lib.18. cap.7, Antiquiſſimum in cibis hordeum , ſicut Athenienſium ritu Menandro authore apparet, & gladiatorum cognomine , qui hordearij vocabantur.

Hordearium æs veteres dicebant , quod pro hordeo equiti dabatur. Feſtus.

Hordearia pruna. Plin.lib.15. cap.13, Hordearia appellata à comitatu frugis eius.

Horia,horiæ, Vide ORIA.

Horizon,horizontis,pen.prod.{ὁρίζων} circulus eſt vel cæli terminus quodam circo deſignatus,qui ſuper terram videtur,quem ſibi vniuſcuiuſque circunſcribit aſpectus.Centum & octoginta ſtadia non excedit acies cōtra videntis.Cic.2.de Diuin.Quum enim illi orbes qui cælum quaſi medium diuiduant,& aſpectum noſtrum definiunt,qui à Græcis ὁρίζοντες nominātur, à nobis finiētes rectiſſimè nominari poſſunt, varietatem maximam habeant, aliſq; in aliis locis ſint, neceſſe eſt ortus occaſúſque ſiderum non fieri eodem tempore apud omnes.

Hormeſion , Gemma ex igneo calore radians auro, portante ſecum in extremitatibus candidum lucem.Plin.lib.37.cap.10.

Horminum,pen.prod.{ὁρμινον} ſemine cumino ſimile eſt,cętero porro,dodrantali altitudine. Plin.lib.22.cap.25.Alij Orminum ſcribunt. Dictum autem putant,quòd venerem exſtimulet.

Hormos {ὅρμος} Monile,corrigia calceamentorū, vt nonnullis placet. de quo Homer.lib.8.Odyſſ. Et in Hymno Veneris,vbi id ornamenti genus ipſi Veneri tribuit.

Hornus,Adiect. Veteres quod ipſius anni eſſet,dicebant.Lucil.lib.28, Verum anno, ánque horno te abſtuleris à viro. Varro Eudæmonibus, Quum in eo eſſem occupatus, atque in ſchola curarent, inſcribit Scantius horno per Dionyſia. Nonius.

Hornum, Quod eſt huius anni,inquit Porphyrio , vel vnius anni, vt inquit Acron.vt Vinum hornum,quemadmodum & bimum & trimum dicitur. Horat.Epod.2,Et horna dulci vina promens dolio.

Horni agni.Propert.lib.4,

Illa dies agnis cædem denuntiat hornis. Id eſt anniculis.

Fruge horna placare lares.Horat.3.Carm.ode 23.

Hornam meſſem prouerbiali figura dixit Plaut.Moſtel.4,pro maximo emolumento, quaſi dicas, tantum lucri , quantum eo anno ſit prouenturum in agris. Eraſmus.

Palea horna.Horat.2.Serm.ſat.6.

Hornotinus, pen.corr. Adiectiuum {ἑνιαῖος} Id eſt, Huius,vel vnius anni. Cic.5.Verr.Hæ literæ Iudices.Metelli,quas audiſtis,hoc quātum eſt, ex Sicilia frumenti hornotini exaruerunt.

Hornotinæ nuces.Cato de Re ruſt.cap.17,de nucibus loquēs,Poſtea vſqueadeò ſunt plus menſes octo.hornotinæ nuces virides ſunt.

Hornotinæ virgæ.Colum.lib.5.cap.6.

HORODES,penult.prod.rex Parthorum,qui M.Craſſum occidit. Alij Orodes ſcribunt.

Horologium,Horoſcopus.Vide HORA.

HORONTES,Vide ORONTES.

Horrearius, Vide HORREVM.

Horreo,Horreſco, Vide HORROR.

Horreum,huius horrei {χωρίδιον} ab horrore,quaſi horridum propter aſperitatem ariſtarum, quoniam priſci fruges in ſuis ſpicis in granariis condiderunt.Feſtus,Horreum antiqui dicebant farreum,à farre. Horreum ab hordeo quidam deducūt. Colum.lib.2.cap.10,Ita rurſus in ſole ſiccata,& mox refrigerata cōdatur.ſi maior modus in horreo:ſi minor,in vaſis oleariis ſalſamentariiſque. Virg.1.Georg.Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. Cic.5.Verr.

¶Horrea, horreæ,ſ.g.apud antiquos Claud.Orat.in Quintiū Gallum,Quorum iacent muri,villa,horrea, curiáque & tabulariæ publicæ.Eiuſdem generis tabularias,quo & horreas dixit. Ex Nonio.

Horreum frumenti.Plin.lib.15.cap.8.

Horreū,pro cella vinaria.Horat.3.Carm.ode 28. Seneca epiſt.115, Plena multorum ſeculorum vindemiis horrea.

Cella atque horreum, Cic. 2. de Lege agrar. Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas rufticorum, cellam atque horreum Campani agri eſſe voluerunt.

Conſtituere horrea certis locis, Vide CONSTITVO.

Diſtentet ſpicis horrea plena Ceres.Tibul.lib.2.eleg.6.

Horreum , Locus ad cuſtodiam rerum pretioſarum ſepoſitarum à quotidiano vſu. vt eſt apud Apuleium in Aſino aureo , Demonſtrat horreum vbi veſpera ſagaciter argentum copioſum recondi viderat.

Horrea Iuriſconſulti frequenter vſurpant pro repoſitoriis mercium & rerum pretioſarum.

Horreolum,pen.corr.Diminutiuum,Paruum horreum. Valer.Max.lib. 7.cap.1.de Gyge.

Horrearius,horrearij,Cui commiſſa eſt cura ac cuſtodia horrei. Vlpianus in l.Celſus.D.ad exhibend. Sed ſi nemo hæres ſit, cum horreario agendum.

Horribilis,Horridus, Vide HORROR.

Horror,horroris, m.g. {φρίξ,φρίκη} Tremor propriè, quū totū corpus vel frigore vel pauore intremiſcit,& ſucceſſatur.Celſ.lib.3.cap.3,Febres aliæ protinus incipiūt à calore,aliæ ab horrore. Virg 3.Æneid.

-mihi frigidus horror

Membra quatit. Plaurus,

Quis hic horror eſt?quid prauitas?

Horror quandoque ad toruitatem aſpectus refertur. Apuleius, Quē quum aſpexiſſet, horrore hominis deterritus , ſtatim retrocеſſit.Quandoque ad abominationem. Varro, Ira, odium, horror, eos ab incœpto terrahit.

Quandoque ad venerationem refertur,vt ait Seruius. Virgilius 1. Æneidos,

-horrentíque atrum nemus imminet vmbra. Lucanus,

Arboribus ſuus horror ineſt.

Claſſicus horror.Ouid.ad Piſonem.

Exanguis horror.Claud.2.in Ruff.

Sacer horror.Stat.5.Thebaid.

Sæuus horror.Virgil.2.Æneid.

¶Comæ arrectæ horrore.Virgil.4.Æneid.

Aura ciet horrorem membris.Lucret.lib.3.

Armorum imgruit horror.Virgil.2.Æneid.

Tremulo horrore moueri.Ouid.9.Metam.

Horrore perfundi. Cic.Att.lib.8.15o,Deinde ſuppoſuit exemplum epiſtolæ Domitij , quod ego ad te pridie miſeram. Dij immortales qui me horror perfudit , quàm ſum ſolicitus quidnam futurum ſit Vide PERFVNDO.

Horriditas,penul.corr,huius horriditatis,ſ.g. {φρίκη} Ipſe horror.Næuius,Omnia mihi horriditati erant maximæ.

Horridus,penult.corr {φρικώδης,δεινὸς,ἀπαίσιος,ἀγριαντικὸς,ἀγριόφωνος,αὐθάδης,ἀγέλαστος} Adiectiuum,Hiſpidus,aſper.cui contrarium eſt Nitens vel nitidum. Cic.3.de Orat. Ita de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgaris noua quædam eſt oratio tua. Virgil.lib.4.Æneidos,

-& glacie riget horrida barba.

¶Horridus,Timendus.Virg.3.Æneidos, Horridus in iaculis.Hoc eſt terribilis. Seruius.

Irā horridus.Ouid.6.Metam.de Borea.

¶Acies horrida. Tacit.lib.5.Vide ACIES.

Æquora horrida.Horat.3.Carm.ode 24.

Arma horrida.Ouid.1.Meram.

Barba horrida glacie riget.Virgil.4.Æneid.

Bella horrida.Virgil.6.Æneid.

Bruma horrida gelu.Virgil.3.Georg.

Cæſaries horrida.Ouid.10.Metam.

Horridum corpus.Cic.pro Lege agraria.

Horridus December, Quòd frigore ſqualidos & horrentes aut horrore rigentes artus efficiat.Martial.lib.7.94.

Facinus horridum.Seneca Hippol.2.

Fluctus horridi.Horat.Epod.10.

Grando horrida.Virgil.1.Georg.

Hyems horrida.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.

Macies horrida.Virgil.4.Georg.

Horridi pili apes.Colum.lib.9.cap.3.

Prælia horrida.Virgil.2.Georg.

Sus horridus.Virgil.4.Georg.

Tempeſtas horrida. Horat.Epod.13.

Verba horrida.Tibul.lib.1.eleg.5.

Horrida & inculta vita.Cic.pro Roſc.Amer.

¶Inculta & horrida ſcripta.Cic.1.de Finib.

Horridus ſapor.Plin.lib.34.cap.13.

Horrida ſylueſtris ruta ad effectum , & ad omnia acrior. Plin.lib. 20.cap.13.

Horridus,aſper,durus oratione & moribus.Cic.4.de Finib.

Horridus,& ieiunus.Quintil. lib.2.cap.14.

Deformis atque horridus homo.Cic.5.Verr.

¶Ruſco horridior.Virgil.eclog.7.

Non valde nitens, nec plane horrida oratio. Cicero de Claris Orator.

Horridè,pen.corr.{ἀκόμψως} Aduerbium:Hoc eſt,aſperè & incuſtè.Cic. in Orat.Putant enim qui horridè,inculteque dicat.modò id eleganter enucleatéque faciat, eum ſolum Attice dicere. Horridè , hoc eſt ſine figuris & numeris : quæ maximè ſolent orationem illuſtrare, ſine quibus horrida eſt & inculta.

Horridulus,pen. corr. {ὑπόπροικος} Adiectiuum diminutiuum, Tremens, vel inculcum. Perſius ſaty.1, Scis comitem horridulum,trita donare lacerna.

Horridulæ Catonis orationes.Cicero in Orat. Id eſt,aliquantum aſperæ.

Horridula atque incompta ſcripta. Cic.ad Att.lib.2.16,Quāquam tua illa(legi enim libenter)horridula mihi atque incompta viſa ſunt: ſed tamen erant ornata hoc ipſo quòd ornamenta neglexerant.

Horribilis, & hoc horribile, pen.corr. {φρικτὸς} Formidabile & timendum. Cic.Et quod dictu quoque horribile videtur , viuentis ſanguine hauſto.

Horribilis diligentia. Cicero ad Atticum , libro 8.152. Et 1.de Finibus , Horribiles formidines. Et pro Fonteio , Horribiles impetus.

Fœta horribilis.Virgil.4.Georg.

Horribilis,Teter,de formis.Varro,Fœda atque horribili.

Metus horribilis.Claud.5.Paneg.

Oratio horribilis. Cic.pro Mutena,Horribilis oratio:ſed eā vſus, vita,mores,ciuitas ipſa reſpuit.

Horrifer, pen.corr.Adiectiuum {φρικοφόρος} Cic.1.Tuſcul.Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Ex poeta quodam. Idem 2. de Nat.deor.Et magis horriferis Aquilonis tāgitur auris. Ex Arato. Virgil.8.Æneid.Horrifera ægis.

Horrifer Boreas.Ouid.1.Metam.

Voces horriferæ Lucret.lib.5.

Horrificus,pen.corr. Adiectiuum {φρικώδης} Quod horrorem incutit: vt Horrificum bellum.Cic.pro Domo ſua.

Buſtum horrificum.Lucret.lib.3.

Cæſaries horrifica Lucan.lib.2.

Lapſus horrificus.Virgil.3.Æneid.

Horrifico,horrificas,penult.correp.{φρικαστίζω} horrificāre,Horrorem incutere : vt ait Seruius. Virgilius 4. Æneid. Terribili monitu horrificant.

Horrificare galeas ore , & rictu ferarum. Sil.lib.3. Id eſt, horridas facere,vt hinc horror incutiatur hoſtibus.

Horrificans Zephyrus procluas incitat vndas.Catull.Argon.59.

Horriſonus,pen.corr. Adiectiuum,Quod cum horrore ſonat,ſiue quod horridum ſonum emittit. vt Horriſonus fremitus. Virgil. 9. Æneid. Cic.2. Tuſcul.Horriſonum fretum.

Flagellum horriſonum.Valer.7.Argon.

Fragor horriſonus.Lucret.lib.5.

Horreo,horres, horrui {φρίττω, φρίσσω} horrêre, Horrore perfundi. Propriè quum pili ſetæque in animante eriguntur.vt Horrens leo.Virg. lib.9.Æneid.

Dies horruit imbre.Valer.2.Argon.

¶Horrere,Frigere.Iuuen.ſat.1.

-& horrenti tunicam non reddere ſeruo.

¶Horrēre,Timere.Virgil.3.Georgicorum,

Nec varios horret ſtrepitus.

Horrere arma, conſpectúmque alicuius,& ſimilia. Liu.2. ab Vrbe. Cic.ad Attic.lib.11.222,Etſi omnium conſpectum horreo.

Eiuſmodi dominatio nunc repentè tanto in odio eſt omnibus , vt quorſum eruptura ſit.horreamus. Cic.ad Attic.lib.2.epiſt.21. Simile eſt illud in epiſtola proxima ſuperiore:Hęc quò ſint eruptura,timeo. De potentia Pompeij & Cæſaris loquitur.

¶Horrere alicui,quemadmodum Timere alicui. Plin.in Panegyr. Nemo iam parens filio niſi fragilitatis humanæ vices horret.

Mare iratum horrere.Horat.Epod.2.

Horrere minas alicuius Cic.pro Quintio.

Pauperiem horrere.Horat.2.Serm.ſat.5.

¶Horrēre,Tremere,vt ſolent qui vehēmenter frigent.Colum.lib. 1.cap. 4, Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent. Terentius Eunucho,1.2,

-to.us Parmeno

Tremo,horreóque,poſtquam aſpexi hanc.

Capilli horrent.Tibul.lib.2.eleg.3.

Comæ horruerant.Ouid.2.Faſt.

¶Horrere, Aſperum eſſe. vt Horrent agri,vel loca inculta. Virgil. 11.Æneidos,

-tum latè ferreus haſtis

Horret ager. Colum.lib.1.

Verba horrent fœuis minis.Ouid.2.de Remed.amor.

¶Horrere,Stupere,mirari.Virgil 3.Æneidos,

Horrendum,ac dictu video mirabile monſtrum.

Horrere diuinum numen.Cic.4.Acad.

Animus horret adhuc.Stat.8.Thebaid.

Horrendus,da,dum,Gerundiuum {φρικτώδης,φρικτέος,ὀκνηλάτος.} vt Vox horrenda.Virgil.9.Æneid.

Auia horrenda.Valer.5.Argon.

Clamores horrendi.Virgil.2.Æneid.

Enſes horrendi.Tibul.lib.1.eleg.10.

Nox horrenda.Ouid.6.Faſt.

Rabies horrenda.Horat.2.Serm.ſat.3.

Sonus horrendus.Ouid.4.Faſt.

Species horrenda.Stat.6.Thebaid.

¶Stridens horrendum.Virgil.6.Æneid.

Viſu horrendus.Virgil.9.Æneid.

Dictu horrendum.Virgil.4.Æneid.

Horrens, horrentis {φρικτὸς} Participium : vt Horrens leo:hoc eſt, formidabilis vel iubis horridus.Virgil.lib.9.Æneid. Plin.lib.8.cap.40, Horrentibus quippe per totum corpus villis , ingenti primùm latratu intonuit.

Agmina horrenda pilis.Horat.2.Serm.ſat.1.

Arma horrentia.Virgil.1.Æneid.

Haſtæ horrentes.Virgil.10.Æneid.

Rubi horrentes.Virgil.3 Georg.

Vmbra horrens.Virgil.1.Æneid.

Horreſco,horreſcis {φρίσσω} horrēſcere,Horridum fieri, & vehementer timere,veluti quum quis intrinſecus algorem ſeu tremorem in ſe citari & creſcere ſentit pauore, ſtupore , aut febri inualeſcente , & huiuſmodi. Virgil.6.Æneid. Horreſcit viſu ſubito, cauſáſque requirit. Terent.Adelph.4.4,

Perij,horreſco ſemper vbi pultare haſce occipio fores.

Horreſcere morſus futuros.Virgil.3.Æneidos,

Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. Id eſt expaueſce.

Pectora horreſcentia mortem.Stat.3 Thebaid.

Horreſcunt ſegetes & campi.Virg 3.Georgicorum,

-tum ſegetes altæ,campíque natantes

Lenibus horreſcunt ſtabris. Id eſt contremiſcunt.

Tempeſtas horreſcit nimbis.Sil.lib.1.

Horripilo, horripilas, penult.correp. horripilāre, Horridiore,aſperiore pilo frutificare. Apuleius lib.3, Aures immodicis horripilant auctibus.

Horſum ; Aduerbium loci , Verſus hunc locum. Terentius Hecyra,3.4,

-atat eccum Phidippum,& patrem

Video,horſum pergunt. Idem Eunuch.2.1,

Nam aut iam reuertēte, aut mox noctu te adigēt horſum inſomnia.

Vbi Donatus,Horſum,hoc eſt ad vrbem agent.

HORTENSIA {ὀρτησία} Hortenſij filia fuit eloquentiſſima: quæ,quū matronarum ordo grauitributo à Triumuiris M.Antonio. Octauio, & Lepido premeretur , nec virorum quiſquam ipſi adeſſe auderet, cauſam conſtanter egit:repræſentatáque patris facundia,impetrauit vt maior pecuniæ pars eius remitteretur.Appian.Alexand.

Hortenſis,Vide HORTVS.

HORTENSIVS {ὀρτήσιος} Romanus orator,qui in foro Romano cauſarum rex ob eloquentiam dictus eſt : licet eius ſcripta infra famam fuerint.De quo Cic.de Claris Orat.

Hortenſius poeta.Ouid.2.Triſtium,

Nec minus Hortenſi,nec ſunt minus improba Serui Carmina.

Hortenſij à colendis hortis dicti ſunt , vt Fabij à fabis , Piſones à piſis, Ciceriones à ciceribus , & Lentuli à lentibus ſerendis ſunt appellati.& iccirco rectè ſcribitur Hortenſius: quum quæ ab horto deriuantur,omnia ſic ſcribantur: quanuis aliqui malint Horteſius ſcribere, vel quòd in veterum monimentis ita ſemel atque iterum ſcriptum viderint:vel quòd ὄρτησις apud Græcos ſcribi cognoſcant:quaſi verò non monimentis illis quoque ineſſe poſſit error , & in iiſdem non multo frequētius Hortenſios legamus:atque neſciamus à Græcis ita ſcribi,quòd illi ν ante σ ſoleant rarò ponere.Si quis tamen exiſtimat à Græcis rectius quàm nunc à nobis ſcribi , dicamus neceſſe eſt,id inde profectum eſſe , quòd veteres ſyllabam longam ſignificare volentes , ſuper eam apponebant τὸν περισπασθέντα μακρὸν -,quam librarij putantes eſſe notam ſcribendi compendioſam,& ob id eam in n literam conuertentes,in mediis verbis ſcripſerunt:vnde factum,vt ſæpe formonſum, & ſimilia legamus, contrà quàm Terentius Scaurus,Caper,Donatus,& Seruius ſcribunt : qui teſtantur n literam neque in theſauro, neque in formoſo , neque in aliis huiuſcemodi nominibus eſſe ponendam : quanuis multi ſcriberent thenſaurum , & formonſum.Quin Atlans,& Gigans,à quibuſdam ſcribebatur:quod tamen Seruius faciendum negat , quanuis in obliquis caſibus habeant eam. Hæc ex Corrado.

Hortenſianus,pen.prod. Adiectiuum,idem quod Hortenſis. Plin.lib.21. cap.15,Batin marinam,batin hortenſianam.Id eſt ſatiuam,& hortenſem. nam de eadem ſub nomine Cretħmi ſic ait libro 26. cap.8, Speciéſque eſt batis hortenſis. De bati ſatiua meminit Columel. lib.12. cap.7.& cap.13.

Hortor,hortaris {παρακελεύομαι,παροτρύνω,παρακαλέω,ἐγκελεύω} hortāri,Ab ore deduci quidam volunt:& ideò aſpirari,ne frequentatiuum ab orior putetur. Significat autem ore ſuadere. Donatus, Hortamur impulſu. Terent.Hecy.1.1,

-ergo propterea te ſedulò

Et monco & hortor,ne cuiuſquam miſereat

Quin ſpolies.

Hortari & monere. Cic.ad Lentul.lib.1.1, Pompeium & hortari & orare, & iam liberius accuſare & monere , vt magnam infamiam fugiat,non deſiſtimus. Hortari,inquit,quaſi argumentis ſuadeie : Monere,quaſi meo iure,& quadam authoritate.

Hortari vt. Cicero ad Atticum , libro 8. 158 , Magnopere te hortor , pro tuo ſingulari perpetuóque ſtudio in Rempublicam, vt,&c.

Hortari ad dicendum,&c.Cic.pro Archia. Idem Attico,lib.7.133, Ad pacem quidem hortari non deſino.

Hortari de re aliqua.Cic.Marcello lib.4.9. Cæſar 1.de bel.Ciuili, Hortari aliquem de pace reconcilianda.

Hortari aliquid. Cic.in Catil. Sin(quod te ianditu hortor)exieris, exhaurietur,&c.

Hortari,aliàs à Cicerone dicitur adhortari,ſuadere,authorem eſſe,cohortari, excitare, impellere, authoritatem alicui ad aliquid faciendum dare,acuere.

¶Hortari paſſiuè vſurpatum. Tacitus libro 12,Memmium Pollionem Conſulem deſignatum ingentibus promiſſis inducunt , ſententiam exprómere , qua hortaretur Claudius Octauiam deſpondere Domitio.

Armatas hominum eſt præſens hortata cateruas. Catullus Argonaut.59.

Aciem hortari.Ouid.1.de Arte.

Canes hortari.Ouid.10.Metam.

Terribiles hortatus equos, in gurgitis, &c. Ouidius 5. Metamorphoſeos.

Hortatio,Verbale {παρακέλευσις.} Cic.ad Quint.frat.lib.1.1, Ac iam hoc loco non hortatione, neque præceptis, ſed precibus tecum fraternis ago,&c.

Hortatus, huius hortatus, pen.prod. {παρακελευσμός} Idem quod hortatio & monitio. Cic.pro Archia, Quòd ſi hæc vox huius hortatu,præceptíſque confirmata,&c.

Blandis hortatibus implere aliquam.Sil.lib.8.

Hortatu ignifero mentes furiabat in iram.Sil.lib.17.Id eſt,ardenti & concitato.

Hortamen,penult.prod.& Hortamentum,Idem {ἐγκέλευσμα.} Liu.10.ab Vrbe , Ibi auditur P. Decij euentus , ingens hortamen ad omnia pro Repub.audenda. Ibidem,lib.7.

Longo hortamine vti.Ouid.1.Metam.

Hortator,penult.prod. hortatoris {παρακελευτής} Qui hortatur & ſuadet

vt aliquid fiat. Cic.ad Attic. lib. 1.7, Eò accedebat hortator assiduus. Plaut.Mercat.14, Solitus est hortator remiges hortarier, Ita hortabatur. Qui hîc hortator à Plauto dicitur, Græcè celeustes dicitur, qui remiges hortatur,quasi nauigationis moderator. quòd ea hortamenta faciat:quæ verbo Græco celeusmata dicuntur etiam à Latinis, vt ait Budæus.

Bonus hortator.Ouid.4.de Ponto,eleg.12.

Hortatore te fecimus.Cic.1.de Finib.

Hortator, author, intercessor. Cicero pro Sexto Roscio, Postremò isto hortatore, authore, intercessore, ad Syllam legati non adierunt.

Hortatores cædis permulti.Cic.ad Attic.lib.10.195.

Pugnæ hortator.Ouid.4.Trist.eleg.2.

Scelerum hortator.Virgil.6.Æneid.

Hortator & magister eius studij tibi fuit domi.Cic.1.de Orat.

Hortator non faciendi aliquid, & author. Cicero pro Roscio Amerino.

Adiutor, author, hortator ad aliquid agendum. Cic.Post reditum ad Quirites.

Hortatrix,pen.prod.Verbale {παρακλητικός.} vt

Gloria hortatrix animosi lethi.Stat.9.Thebaid.

Hortatiuus,pen.prod.Adiectiuum{παρακλητικός.}Quintil.Hæc ad hortatiuum genus maximè pertinent.

Hortus,huius horti{χῆπος,περιβόλιον}Hortus est siue in vrbibus atque oppidis,siue in villis,rusticæ locus,in quo arbores & olera oriuntur. Ea autem ratione ab aliquibus aspiratur,vt differat ab ortus, quando natum siue natiuitatem significat.

Amœnitas hortorum.Cic.Q.frat.lib.3.17.

Culti ssimus hortus.Ouid.2.Fast.

Epicuri horti.Cic.5.de Finib.

Exhaustus hortus lectis floribus.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.

Halantes floribus horti.Virgil.4.Georg.

Indiligens hortus,Vide INDILIGENS.

Irriguus hortus.Horat.2.Serm.sat.4.

Paterni horti. Cic.13.Philipp. Nam paucis diebus & in domum,& in hortos paternos immigrauit.

Pauperis horti custos.Virgil.eclog.7.

Pingues horti.Virgil.4.Georg.

Pomifer hortus.Calphurnius eclog 2,

Nos quoque pomiferi Laribus consueuimus horti
Mittere primitias.

Pomosus hortus,Vide Pomosus in POMVM.

Riguus hortus.Ouid.8.Metam.

Suburbani horti.Stat.4.Sylu.4.

¶Conducere hortum.Cic.Tironi,lib.16.18.

Conferre hortos.Varro de Re rust.lib.1.

Fodere hortos.Pallad.

Hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. Cicero de Senectute.

Inserere hortos,Vide INSERO.

Inspicere hortos,Vide INSPICIO.

Instruere hortos,Vide INSTRVO.

In hortos ad cœnam aliquem inuitare.Cic.3.Offic.

In hortis se sine interpellatoribus oblectare.Cic.3.Offic.

Parare hortos.Cic.Att.lib.12.241.

Præparare hortos. Cic. pro Cælio, Habes hortos ad Tyberim : ac diligenter eo loco præparasti, quò omnis iuuentus natandi causa venit.

Rusticus hortus, Id est rerum rusticarum refertus, nõ ad vmbram & voluptatem factus.Plin.Iun.lib.2.epist.17,ad Gallum,Quarum fenestris subiacet hortus alius pinguior & rusticus.

Vestit hortum morus, & ficus frequens. Plin.Iun.lib.2.epist.17,ad Gallum.

Horæus in singulari,pluralíque,pro hortis olitoris accipitur.Horti verò in plurali,arboribus consiti dicuntur,& voluptatis amœnitatísque causa parati.Hæc Valla lib.3.cap.9. Colum.lib.4.cap.18,Centenæ stirpes per singulos hortos semitis distinguantur. Idem libro II. cap.3, pro loco herbis consito, seu locis, nunc hortum, nunc hortos vsurpat. Plin.lib.19.cap 4.

Horti in fenestris. Plin.lib.19.cap.4,Iam in fenestris suis plebs vrbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant.

Horti pensiles, Qui supra ædificia facti,vel supra columnas erecti pendent.Plin.lib.36.cap.14.

¶Horti, pro villa. Plin.lib.19.cap. 4. IN XII. TAB. legum nostrarum,nusquam nominatur villa:semper in significatione ea hortus,in horti verò hæredium. Festus, Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur,quòd ibi qui arma capere possent orirentur.

¶Horti,Gymnasium & schola Epicuri. nam vt Lycæum, Peripateticorum: Porticus,Stoicorum: Academia,Platonicorum : sic Horti, Epicureorum.Cic.Att.lib.12.243,Qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis,qui præfuerit Hortis.

Hortulus,pen.corr. Diminutiuum. Cic.1.de Nat. deor. Cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. Plin.lib.35.cap.10, Erat tunc Protogenes in suburbano horti lo suo.

Platonis hortuli.Cic.5.de Finib.

Hortulanus,pen.prod. Macrob.lib.7.Saturn.cap. 3, Tharsius Amphias, quum ex horrulano potẽs esset, & in amicum quasi degenerem nonnulla dixisset,mox subiecit : Sed & nos de eisdem seminibus sumus, & omnes pariter lætos fecit.

Hortẽsis,& hoc hortense {κηπῶος} Quod ex horto est, siue in eo crescit. Plin.lib.19.cap.10, Morbos hortensia quoque sentiunt, sicut reliqua terræ sata. Idem lib.19.cap.5.

Hortensius {κηπωρός} Aliud adiectiuum.Plin.lib.22.cap.24. Idem libro 19.cap. 8,Beta hortensiorum leuissima est.

HORVS {ὧρος} Isidis filius, quem quum Isis amisisset, verita ne illi obueniret quod Osiri patri acciderat, multum fleuit : sed eo inuento, mœrorem in lætitiam cõuertit. ¶Horus item Assyriorum rex,Plinio lib.30.cap.15. ¶Horus etiã ab Ægyptiis dicitur Sol,apud Bocatium.

HOS

Hospes,hospitis,pen.corr.com.gen.{ξεναπάτης,ξένος,ξενοδόκος} Hospites sunt tam qui in priuato alicuius hospitio sunt, quàm qui in publico, quod diuersorium, vel tabernam meritoriam appellamus : rámque qui recipit, quàm qui recipitur. Vnde Ouid. 1. Metamorphoseos, -non hospes ab hospite turus. Hactenus Valla lib.4. Terentius Adelph.4.1, Cliens, amicus, hospes nemo est vobis? Cic.pro Deiot. Per dextram te istam oro,quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti. Idem 7.Verr. Cic.Acilio,lib.13.38, Hippiam Philoxeni filium Calatinum, hospitem, & necessarium meum tibi commendo in maiorem modum.

Non grauis hospes.Cic.Pæto.lib.9.epist 20.

Hospes & peregrinus. Cicero contra Rullum, Nos autem hinc Roma qui veneramus,iam non hospites,sed peregrini atque aduenæ nominabamur.

Amabilis hospes.Horat.2.epist.2.

Vespertinus hospes.Horat.2.Serm.sat.4.

¶Accipere hospitem non multi cibi.Cic.Pæto,lib.9.26.

Deducere hospitem domum.Author ad Heren.lib.4.

Diuertere ad hospitem.Cic 1.de Diuinat.

Habere hospites domi.Author ad Heren.lib.4.

Multorum hospitum copo quidam Binnius.Cic.pro Cluent.

¶Hospes,pro peregrino. Cic. 1. Acad. Nam nos in nostra vrbe peregrinantes errantésque, tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt, vt possemus aliquando qui, & vbi essemus, agnoscere. Virgil.4.Æneidos,

Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?

¶Hospes, pro homine ignaro eorum quæ aguntur. Terent.Phormione,4.2, -is si dat,sat est.

Si ab hoc nihil fiat,tum hunc adoriar hospitem. Vbi Donatus,Astutè hospitem, de eo qui superuenit : nomen aptum imprudenti rerum,atque alieno ab earum scientia.

¶Hospes vrbis.Cic.pro Rab.Adeóne hospes huiusce vrbis,adeóne ignarus es disciplinæ,consuetudiníque nostræ,vt hæc nescias?

Hospes in re aliqua. Cic.1.de Orat, Idem de Orat.Si erit idem in consuetudine ciuitatis, in moribus atque institutis, in voluntatibus suorum ciuium hospes.Hoc est ignorans voluntates,&c.

Hospes voluntate.Cicero 12.Philipp. Quem Cato quum salutasset,Quem te appellem,inquit? at ille, Voluntate hospitem,necessitate hostem.

Hospitus,penult.correp. Adiectiuum {ξενικός.} vt Hospita auis. Statius 1.Achill.

Hospita æquora,Vicina interpretatur Seruius. Virg 3.Æneid.

Hospita flumina, per quæ transiit aut nauigari potest. Statius lib. 3.Thebaid.

Nauis hospita.Ouid.1.Fast.

Tecta hospita.Valer.2.Argon.

Terra hospita.Virgil.3 Æneid.

Hospita,hospitæ,Substantiuum {ξεναπάτις.} Cicero 4.Verr.Quòd eum multò magis figura & lineamenta hospitæ delectabant. Terentius Andr.2.6,

Propter huiusce hospitæ consuetudinem?

Hospitium,hospitij {ξενοδοκεῖον, καταγώγιον, ξενικὸν} Domus quæ gratis liberalitérque venienti hospiti patet. Liu. lib. 2, Ibi benignè exceptis, diuisíque in hospitia, curatis vulneribus. Sciendum antiqui instituti fuisse,vt hospitij necessitudo,non modò inter priuatos,sed etiam inter populos contraheretur, neque id quidem modò, sed etiam inter singulos priuatósque homines & ciuitates. quod genus amicitiæ Græci πατρικίαν, Latini hospitium publicum vocauerunt. Nam quod hospitium inter priuatos contrahebatur, Græci ἰδιοξενίαν, Latiné priuatum hospitium dicebatur. cuius erat nota pignúsque tessera hospitalis, vt ille apud Plautum ait in Pœnulo,15, -deum hospitalem & tesseram Mecum fero. Liu.lib 5.ab Vrbe, Hospitium cum eo, Senatus consulto est factum. Cic.7.Verr Decernunt statim,primùm vt L.F. fratri hospitium publicè fieret. Cæsar de Heduis loquens, Quibus præliis calamitatibúsque fractos, qui & sua virtute & Pop. Rom. hospitio atque amicitia plurimum antè in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare. Ex Budæo.

Clientelæ hospitáque prouincialia Cic.4.in Catil.

Agreste hospitium. Cic.ad Attic. lib. 2.31, Te in Arpinati videbimus,& te hospitio agresti accipiemus.

Antiquum hospitium.Virgil.3.Æneid.

Commune hospitium,Sil.lib.13.

Liberale hospitium.Cic.2.de Orat.Atqui non nimium liberale hospitium meum dices:nam te simul ac,&c.extrudam & eiiciam.

Magnificentissimum hospitium. Cic. 2. de Diuinat. Quúmque ab eo magnificentissimo hospitio acceptus esset,&c.

Pauperis hospitij pretium.Sil.lib.7.

Coniungi hospitio.Cic.ad Q.frat.

Ex hac vita ita discedere tanquam ex hospitio.Cic.de Senect.

Excipere aliquem hospitio.Ouid.epist.15.

Indulgere hospitio.Virgil.4.Æneid. Vide INDVLGEO.

Inuitare hospitio aliquem propter familiaritatem notissimam. Cic.12. Philipp.

Iungimus hospitio dextras.Virgil.3,Æneid.Hospitio,septimus casus est,Id est iure hospitalitatis. Seruius.

Nanciscihospitium,Vide NANCISCOR.

Arenæ hospitio prohibemur.Virgil.1. Æneid.

Recipere aliquem hospitio.Ouid.5.Metam.

Renuntiare hospitium alicui,& domo emigrare.Cic.4.Verr.

¶Hospitium calamitatis.Plaut.Trinum.8.

Hospitium confidentiæ.Plaut.Capt.10.

Ius ac necessitudo hospitij, vel familiaritas interdum,quæ ex hospitali consuetudine contrahitur.Cic. Seruio,&c.

¶Hospitium,Ius ac necessitudo hospitij,Familiaris quædam amicitia,vel mihi hospitandi apud illum,vel illi apud me. Cic.Seruio,13. 20.Fuit mihi cum illo vetus hospitium.

Hospitium & amicitia. Cic.ad Q.frat.lib.1.2, Optimum quenque hospitio amicitiáque coniungi dico oportere.

Gratia atque hospitium. Cic.pro Sexto Roscio, Gratia atque hospitiis florens hominum nobilissimorum:nam cum Metellis, Seruilis,Scipionibus,erat ei non modò hospitium, sed etiam domesticus vsus & consuetudo.

Amicitiam,hospitium,& fœdus amicitiæ cum aliqua gente facere. Papin.in l.Postliminij.D.de Captiuis & postliminio reuersis.

Pro hospitio quod mihi cum eo est. Cic.4.Verr.

Facere publicè hospitium cum aliquo. Cic.pro Corn.Balbo,Hospitium multis annis ante hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos fecisse publicè dico.

Paternum hospitium huic cum Pompeio intercedebat, Vide INTERCEDO.

Iunctus hospitio Quintio,Vide IVNGO.

Renouare vetus hospitium.Cic.pro Deiotaro.

Hospitiolum,penult.corr Diminutiuum. Vlpian.in l.Si verò.§.1. D.De iis qui deiecer.vel effud.

Hospitale,huius hospitalis.neut.gen.Domus accipiẽdis hospitibus destinata.Vitruuius lib.6.cap.10, Præterea dextra ac sinistra domunculæ constituuntur,habéres proprias ianuas,triclinia & cubicula commoda,vti hospites aduenientes non in peristylia,sed in ea hospitalia recipiantur.Vide totum locum.*Logis pour les forrueuans.*

Hospitalis,& hoc hospitale,penult.prod. {ξένιος,φιλόξενος,πανδόκευος} Quod est hospitis, siue quod ad hospitem pertinet. Liuius 1. ab Vrbe, Vbi exceptus benignè ab ignaris consilij,quum post cœnam in hospitale cubiculum deductus esset.

Hospitalis tessera.Plut.Pœnulo,16,Hęc mihi hospitalis olim tessera cum illo fuit.

Hospitalis,Liberalis,Facilis ad suscipiendos hospites,aptúsque ad ferueudum illis.Cic.3.Verr.Homo qui semper hospitalissimus,amicissimúsque nostrorum hominum existimatus esset.

Hospitalis deus, Iupiter dictus est antiquis, sub cuius tutela & veluti hospitio salus hominum constituta esset. Plaut. Pœn. 15, Deum hospitalem ac tesseram mecum fero. Cic.3.de Finibus.

Hospitalem locum appellat hunc mundum Seneca epist.103. quia in eo peregrinemur,ac simus Inquilini.Quicquid circa te est rerum, tanquam Hospitalis loci farcinas specta.

Hospitalis in suos.Cic.2.Offic.

Hospitalis cœna.Plin.lib.33.cap.4.

Hospitalis fedes.Cic.pro Lege agraria.

Hospitalis regis clementia.Plin.lib.6.cap.22.

Hospitale aduensi solum.Plin.lib.17.cap.10.

Hospitalitas, penult.corr. huius hospitalitatis {φιλοξενία, ξενία.} Cicero 2.Officiorum, Rectè etiam à Theophrasto est laudata hospitalitas. Martialis lib.1.170.

Comis hospitalitas.Martial.lib.1.epigr.144.

Tam comi patet hospitalitate.

Temporalis hospitalitas.Macrobius in Somn.Scip.lib.1.cap.21.sub finem,Animorum origo cælestis est,sed lege temporalis hospitalitatis hic exulant.

Hospitaliter, pen.corr. Aduerbium {ξενίως.} Liuius 1.ab Vrbe,Inuitati hospitaliter per domos. Ibidem,lib.6,Moti exemplo Patres,vocari eos iam tum hospitaliter magis,quàm hostiliter iussere.

Hospitor,penult.corr.hospitaris {ξενίζω,ξενοδοκέω,ξενέω} hospitári,Amicè in hospitium suscipere.

Hospitari,hospitio vti significat.Seneca de Vita beata,Quid enim est,cur illis bonum locum inuideat? veniant, hospitentur. Id est tanquam in alieno habitent. Idem epist.119.

Hospitari nescit castanea,pro In alieno solo crescere. Plin.lib.17. cap.20, Sed trãsllata nescit hospitari,pauétq; nouitatem. De castanea.

Hospitatur aqua in eo loco,pro Interquiescit.Plin.lib.6.cap.18.De Gange fluuio.

Hostia, hostiæ {θυσία, ἱερεῖον} Ab hostis fit : significátque sacrificium quod ab iis fit qui in hostem pergunt ob victoriam, id est pro victis hostibus. Cæsar 8.bel.Gal.Hostiæ omnibus locis immolabãtur. Festus,Hostia, sacrificium quod laribus immolabant, quòd ab illis hostes arceri putabant. Ouid.1.Fastorum,

Hostibus à domitis hostia nomen habet.

Hostiam ab hostio,id est ferio,Festus deriuat. Plaut.Epid.4, Cuius quoties vides sepulchrum,sacrificas

Horco ilicò hostias.

¶Decoræ,& quæ quoique diuo gratæ sint hostiæ. Cic.2.de Legib.

Fœlix hostia.Virg.1.Georg.

Mactata hostia.Horat.1.Carm.ode 19.

Petulans hostia.Iuuenal.sat.12.

Pinguis hostia.Virg.11.Æneid.

Pulla hostia.Tibull.lib.1.eleg.2.

Sumptuosa hostia.Horat.3.Carm.ode 23.

¶Multa tibi ante ara nostra cadet hostia dextra.Virg.1.Æneid.

Humanis hostiis aras deorũ ac templa funestare.Cic.pro Fonteio.

Immolare hostias,Vide IMMOLO.

Immolabant studiosius & crebrius hostias Etrusci. Cicero 1.de Diuinatione.

Maiores hostiæ in foro constitutæ ad præconem & ad tibicinem immolabantur.Cic.2.de Lege agraria.

Cæsis hostiis ad scelus perficiendum deos placari non posse.Cicero pro Cluentio.

Præbere hostias ad sacrificium.Cic.2.de Inuent.

Hostiatus, penult. prod. Adiectiuum {θυτικός} Hostiis, siue sacrificiis onustus.Plaut.Rud.7,

Ergo vos æquius erat candidatas venire,hostiatásque,&c.

Hostĭcus,Hostĭlis,Vide HOSTIS.

Hostĭo,hostis,hostiui {ἱστάω} hostire,Æquare,æquum reddere.Plautus Asin.7,

-pugno malam si tibi percussero,&c. Et paulo pòst,

Quin promitto,inquam,hostire contrà vt merueris. Nonius.

¶Hostire,Comprimere,Retundere,ab hostia dictũ.Pacuuius Teucro,Nisi coercuero proteruitatem,atque hostiero ferociam.

¶Hostire,Offendere,Cædere.Pacuuius Erotopægnion lib.2,Núc id mihi molestum est,quòd hostit voluntatem tuam.

Hostimentum {ἰσοστάσιον} Æquamentum, vt quum quis pro beneficio compensationem accipit. Festus, Hostimentum, beneficij pensatio. Plautus Asin.5,

Par pari datum hostimentum est,opera pro pecunia.

Hostorium {ἰσοστάσιον} Lignum æquatorium, baculus quo modius & cæteræ mensuræ æquantur,& alio nomine radius dicitur.

Hostĭlis,huius hostĭlis,comm.gen. {πολέμιος, ἐχθρός, ἐχθρότης} ab hostio, hostis, quod est æquo, quum in hostium conflictu soleat fieri quædam æquatio ordinum,seu quòd (vt ait Nonius) ex æqua causa pugnam adeant.Terent.Hecyra,5.2,Nam nupta,meretrici hostis est, à viro vbi segregata est. Cic.1.Offic.Equidem illud etiam animaduerto,quòd qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. hostis enim apud maiores nostros is dicebatur,quem nunc peregrinum dicimus.

Inimicus & hostis.Cic.5.de Finibus, Quotiescunque dicetur malè de se quis mereri,sibíque esse inimicus atque hostis.

Turmæ hostium.Horat.4.Carm.ode 14.

Victor hostium.Horat.1.Carm.ode 6.

¶Acer hostis.Horat.Epod.6.

Hostis capitalis.Cic.2.in Catil.

Conserti hostes.Claud.8.Paneg.

Ferus hostis.Ouid.1.Metam.

Hostis nimis ferus & immanis.Cic.4.Verr.

Glomerati hostes.Virg.9.Æneid.

Imbelles hostes,Vide IMBELLIS.

Immanis hostis,Vide IMMANIS.

Importunissimus hostis,Vide IMPORTVNVS.

Infesti hostes.Ouid.1.Amor.eleg.9.

Inordinati hostes & effusi,Vide INORDINATVS.

Insolens hostis,Vide INSOLENS.

Instabilis hostis ad comicus conserendas manus,Vide INSTO.

Spoliatus hostis.Silius lib.15.

Validus hostis.Ouid.12.Metam.

¶Facere hostem aliquem alteri.Lucan.lib.1.

Densos ferrur moriturus in hostes.Virg.2.Æneid.

Hostes incessere iaculis & pilis,aut saxis,Vide INCESSO.

Hostem induere.Tacit.lib.10,Nisi contra instituta,& ceremonias maiorum,proditorem palàm & hostem Thrasea induisset.

Iniicere se in medios hostes,Vide INIICIO.

Intercludere hostes ab oppido & ponte & commeatu omni, Vide INTERCLVDO.

Inuadere in hostem,Vide INVADO.

Iudicare aliquem hostem,Vide IVDICO.

Laborare hostibus domesticis,Vide LABOR.

Obsidere hostem.Lucan.lib.6.

Oberere hostem.Lucan.lib.7.

In medios penetrare hostes.Silius lib.5.

Propulsare hostem.Stat.11. Thebaid.

Ex hoste rapti penates.Virg.1.Æneid.

Impetus hostium reprimere,ac retardare.Cic.pro Lege Manil.

¶Perniciosissima studiorum hostis.Quintil.lib.2.cap.2.

Hostilis,& hoc hostile,penult.prod. {πολεμικός} Quod pertinet ad hostem. Virgil.11.Æneid. Indutósque iubet truncos hostilibus armis.

Plaut.Pseud.17,

-occasionem reperisti verbero,

Vbi perconteris me insidiis hostilibus?

Acies hostilis. Tacit.lib.19.

Agmen hostile.Ouid.8.Metam.

Animus hostilis.Seneca Octau.1.

Hostilis in Rempub.animus.Cic.ad Brutum.

Conditiones pactionésque bellicas & hostiles perturbare. Cicero 3.Officiorum.

Hostilis dextra.Cic.2.Tusc.

Hostilis expugnatio.Cic.pro Lege Manil.

Hostilem in modum cruciati.Cic.7.Verr.

Odium hostile.Tacit.lib.15.

Hostile odium & crudelitas.Cic.pro Cluent.

Rapinæ hostile.5.Lucan.lib.1.

Spiritus hostiles.Tacit.lib.20,Galbam,& infracta tributa hostiles spiritus induisse.

Terra hostilis.Cic.1.de Inuent.

Induere hostilia aduersus aliquem. Tacit. lib.19,Etiam aduersus nos hostilia induerat.

Facere hostilia.Tacit.lib.15.

Hostilia referre.Liuius Decad.1.lib.3,Legati retulerunt omnia hostilia esse:& Sagunti excidium nuntiatum est.

Resumere hostilia.Tacit.lib.12.

Hostiliter,penult.corr.Aduerbium {πολεμικῶς} Id est, hostilem in modum. Cic.5,Philipp. Quid ille fecit hostiliter. Liuius 2.ab Vrbe,Bona hostiliter vendendi. Idem 1. ab Vrbe, Hostiliter in fines Romanos incursionem facit.

Nimium hostiliter.Ouid.14.Metam.

Sternit hostiliter omnes.Ouid.11.Metam.

Hostilitas,penult.corr. {ἐχθρότης,} Seneca de vita beata.Aduersus hostes inhumana crudelitas,aduersus suos etiam hostilitas est.

Hosticus,penult.corr.Adiectiuum {πολέμιος} Idem quod hostilis.Plaut. Capt.5,Pérque conseruitium commune,quod hostica euẽnit manu. Horatius 1.Serm.sat.9,Hunc neque dira venena,nec hosticus auferet

ensis. Colum.in Præfa.lib.1.Quanquam inter ferrum & ignes hostícis incursionibus vastatæ fruges.
Turba hostica.Ouid.3. Trist.eleg.10.
Hosticum, hostici, penult. corr. Substantiuum, Terra hostilis. Liuius Decad. 1. lib. 8, Sine commeatu vagi multes in pacato in hostico errent. *En pays d'ennemis, En terre d'ennemis.*
Hostium, Vide OSTIVM.
Hostorium, Vide HOSTIO, hostis.
Hostus, hosti, vide Factum in FACIO. Cato cap. 6, Sin in loco crasso aut caldo seueris, hostus nequam erat, & ferundo arbor peribit. Varro 1.de Re rust.cap.24.

H V B

Huber, huberis, penult.corr.om.gen. {γόνιμος, εὔκαρπος} Abundans, fœcundus, fertilis, copiosus. Secundum Apulcium, ἀπὸ τοῦ πλύω. Alij magis ab humeo. loca enim arida, infœcunda sunt. contrà quæ humecta sunt, feracia. & mulierum hubera, si humore careant, carebunt & lacte, Cato Orig. lib. 2, ita res huber fuit. Quidam autem & maior pars hodie sine aspiratione scribit. Vide VBER.
Huberior actio. Vlp. in l. 1. §. vlt. D. De in rem verso.
Huber aqua. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17, Ego locú æstate vmbrosiorem vidi nunquam, permultis locis aquam profluentem, & eam huberem.
Huberiora cibaria facta sunt caritate. Cic. 5. Verr.
Copia exilis & Hubertima, contraria. Cic. 4. de Finibus.
Hubertimus fructus Cic. 2. Tusc.
Huberrimi, lætissimique fructus. Cic. 2. de Nat. deor.
Ager quum multos annos quieuit, huberiores efferre fruges solet. Cic. de Claris Orat.
Huberibus spicis & crebris seges. Cic. 5. de Finibus.
Huberrima triumphis prouincia. Cic. in Pisonem, Vbi illa huberrima supplicationibus triumphisque prouincia?
Plenus & huber ad dicendum. Cic. de Claris Orat. Nemo plenior & huberior ad dicendum fuit.
Ferax & huber. Cic. 3. Offic. Nullus feracior in philosophia locus, nec huberior, quàm de officiis.
Democritus huic in hoc similis, huberior in cæteris. Cicero 4. Academ.
Ars huberior. Cic. 1. Tusc. Idem de Claris Orat. Vir ornatus huberrimis artibus.
Huber & fœcundus author. Cic. in Orat. Siquidem etiam in Phædro Platonis hoc Periclem præstitisse cæteris dicit, &c. à quo censet eum quum alia præclara quædam & magnifica didicisset, huberem & fœcundum fuisse.
Huberrimum & quæstuosissimum edictum. Cic. 5. Verr.
Huberiores literæ. Cic. ad Atticum, lib. 13. 297.
Huberes animi atque ingenij motus ad explicandum. Cicero 1. de Oratore.
Huberes sententiæ. Cic. 1. Tusc.
Huberior spes. Cic. de Nat. deor. Maiore delectatione, huberiore spe commoueri.
Huberius, & huberrimè, Aduerbium {πλουσιώτερον} vt Disputare aliquid huberius & fusius. Cic. 2. de Nat. deor. Et 4. Academ. Huberius explicata. Item Huberrimè, apud eundem, lib. 2. de Diuinat.
Huberius loqui. Cic. ad Appium, lib. 3. 11, Eadé illa fecerunt lætiora mihi tuæ literæ, non solùm quia planius loquebantur, & huberius, quàm vulgi sermo, sed etiam quia magis tibi videbar gratulari.
Hubertas, huius hubertatis {πλοῦτος, εὐπορία, πολυπορία} Abundantia, copia, multitudo. Plin. lib. 7. 2, Hæc facit hubertas soli, temperies cæli, aquarum abundantia. Cic. 1. Tusc.
Hubertas & varietas pomorum. Cic. 2. de Nat. deor.
Hubertas mammarum. Cic. 2. de Nat. deor. Nuper nati mammas appetunt, earúmque hubertate saturantur.
Hubertas, copia, vilitas frugum. Cic. Post. reditum ad Quirit.
Asia fertilis est hubertate agrorum. Cic. pro Lege Manil.
¶ Hubertas dicendi. Cic. in Orat. Et pro Corn. Balbo, Orationis hubertas, varietas, copia.
Hubertas in dicendo: cui contrarium est Exilitas. Cicero 1. de Oratore.
Hubertas virtutis. Cicero 2. de Natura deorum, Siquidem satis à nostris & à principe philosophiæ Socrate dictum est de hubertatibus virtutis & copiis.
Hubertas orationis. Cic. 3. de Finibus.
Hubero, huberas, penult. corr. {γονιμοποιῶ, παράγω} huberare, Huberem & fœcundum facere. Palladius lib. 4, Hoc velut coitu steriles arbores huberantur. Plinius in Paneg. Et cælo quidem nunquam benignitas tanta, vt simul terras huberet, foueárque.
Huberare dicuntur fructus, pro Exhuberare, siue huberes esse & fœcundos. Colum. lib. 5. cap. 9, Neque enim olea continuò biennio huberat. Id est fœcunda est & fertilis.
Hubertus, Adiectiuum {πλούσιος} Abundans. Gell. lib. 7. cap. 14, Sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus: magnificum in Vlysse, & huberrum: subtile in Menelao, & cohibitum: mistum, moderatúmque in Nestore. Aliqua exemplaria habent, Magnificum in Vlysse, & huber est.
Huber, Substantiuum {ὄμφη} Pro hubertate. Palladius lib. 1. cap. 33, Pratis verò recentia stercora proficient ad huber herbarum.
Huber, huius huberis, penult. corr. neut. gen. {ὄμπλη} Mamma, quæ & papilla dicitur. Virg. 3. ecloga,
-binos alit huberе fœtus. Cic. 1. de Diuinatione,
Martia, quæ paruos Mauortis semine natos
Huberibus grauidis vitali rore rigabat. Vide VBER.
Hubera mammarum lactantia, Vide LAC.
Huc, Vide HIC.
Hudum, Vide SVDVM. Vide VDVS.
Hui {βαβαί} Interiectio admirantis, inquit Donatus. Terentius Adelph. 3. 3,
Saluos sit, spero est similis maiorú suúm. s. hui. Cic. ad Att. lib. 5. 98,

Hui, totiéssne me literas dedisse Romam, quum ad te nullas darem? Idem in quadam epistola, Hui vereor ne, &c.
Hui. hem, & cætera huiusmodi, fannæ sunt aduersus eos quibus irascimur, interprete Donato. Terentius Eunucho, 4. 7, Seibis, principio eam esse dico liberam. TMR. hem. CH. ciuem Atticam. THR. hui. Idem Adelph. Plaur. Truc. 5,
Hui vt hic agrestis est adolescens, qui hic habet?
Huic, Vide HIC.
Huiusce {τουτουΐ} genitiuus ab hic, hæc, hoc: compositum cum syllabica adiectione CE. Cic. 7. Verr. Quos tandem fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tuli?
Huiusmodi, penult. corr. {τοιοῦτος} Nomen compositum ex duobus obliquis, huius & modi, om. gen. quasi simile & eo modo fieri vel esse aliquid dicamus. Terent. Heaut. 2. 3,
Mane, habeo aliud, si istuc metuis, quod ambo confice âmini,
Sine periculo esse. CLIT. huiusmodi obscero aliquid repperi. Ibidem 5. 2, Sæpe ex huiusmodi re quapiam, &c. Cic. Terentiæ, lib. 14. 2, Nec miror, sed mœreo casum huiusmodi. Legitur & eiusmodi.
Pro huiusmodi, Cicero aliquando Generis eiúsdem, aliquando id genus dixit. vt ad Atticum, libro 15. 269, Seis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere. Idem in Topicis, Et cætera generis eiusdem.
Hulcus, Vide VLCVS.
Hulula, huius hululæ, Vide VLVLA.
Hululare, Vide VLVLO, vlulas.

H V M

Humanus, penult. prod. Adiectiuum {ἀνθρώπειος, ἀνθρώπινος, φιλάνθρωπος} Ab homo deriuatur. Quod est hominis, & ad hominem spectat. Terentius Adelph. 3. 4, Persuasit nox, amor, vinú, adolescentia: Humanum est. Vbi Donatus, Nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est, quod non humanum. Et hoc dicere solemus, vbi peccatú quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus. Idem Andr. 1. 5,
Hoccine est humanum factum, aut inceptum? Ibidem 1. 1,
Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij, mansuetúsque animi officia. Cic. 7. Verr. Metum virgarum Nauarchus nobilissimę ciuitatis pretio redemit humanum.
¶ Animus humanus. Horat. 1. Serm. sat. 8.
Humanus calculus, Qui in homine generatur. Plin. lib. 11. cap. 49, Sunt iis etiam calculo humano remedia præcipua.
Caput humanum. Horat de Arte.
Cæterùm si aliquid mihi humanum contigerit, Id est si mortuus fuero. Paulus in l. Publica Mæuia. D. Depositi.
Facies humana. Ouid. 2. Meram.
Humana gens, pro Humano genere. Cic. 5. de Finibus, Deinde totius complexu gentis humanæ.
Genti humanæ, contraria est Immanis & barbara. Cicero 1. de Diuinatione.
Humanum genus. Cic. 4. Verr. Quod est aliud in illa prouincia genus humanum?
Deus sub imagine humana. Ouid. 1. Metam.
Ius humanum, ac diuinum, & contrá. Tacitus libro 4, Quietam & intelligentem humani, diuinique iuris mentem duint. Liuius 9. Decad. 4.
Labores humani. Virg. 5. Æneid.
Mentes humanæ. Ouid. 1. Metam.
Natura humana. Horat. de Arte.
Rationes humanæ. Lucret. lib. 2.
Res humanæ. Virg. 10. Æneid.
In rebus humanis: Id est in rerum natura. Vlpian. in l. Siquis cum. §. De fructibus. D. de except. iud. De fruct. eadem quæstio est & de partu. hæc enim nondum erant in rebus humanis.
Sortis humanæ memor. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.
Humana specie & figura esse. Cic. pro Rosc. Amerino, Portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquè humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, &c.
Vultus humani. Horat. de Arte.
¶ Humanus significat etiam affabilem, benignum, comem, blandum, commodum, vr banum.
Homo facillimus atque humanissimus. Cic. ad Attic. lib. 16. 343.
Humanus & ciuilis cultus. Cic. 1. de Orat. Quæ vis alia potuit aut dispersos homines vnum in locum congregare, aut à fera agrestíque vita ad hunc humanum cultum ciuilémque deducere, &c.
Humanius nihil fieri potest. Cic. ad Tironem lib. 16. 1.
¶ Humanus, Brudius, & non rudis literarum. Varro, Praxiteles propter artificium egregium, nemini est paulò humaniori ignotus. Vide paulo pòst Humanitas, ex Gellio.
Humanitas, penult. corr. huius humanitatis {ἀνθρωπότης} Propriè humanam naturam significat. Cic. pro Rosc. Amer. Magna est enim vis humanitatis: multum valet communio sanguinis, natura ipsa.
Communis humanitas. Cic. pro Flacco. Et pro Sylla, Peterem errato veniam L. Cælij ex intimis vestris cogitationibus, atque ex humanitate communi.
Humanitas vitæ, pro Cultu humanæ vitæ, quo scilicet homines differunt à pecudibus. Plin. lib. 13. cap. 11, Quum chartæ vsu maximè humanitas vitæ constet, & memoria.
¶ Humanitas {φιλανθρωπία} facilitatem etiam significat, lenitatem, mansuetudinem, comitatem, vrbanitatem, suauissimos mores, benignitatem, másuetudinem morum ac facilitatem, suauitatem sermonum atque morum, & lepórem. His omnibus promiscuè vtitur Cic. Metello, lib. 5. 2, Cognosce nunc humanitatem meam, si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio.
Comitas & facilitas. Cic. de Amicit.
Humanitas & modestia. Cic. ad Attic. lib. 7. 125.
Singularis humanitas, suauissimi mores. Cic. ad Attic. lib. 16. 341.
Lepor & humanitas in omni vitæ tempore versetur. Cic. de Orat.

Manſuetudo

Manſuetudo atque humanitas. Cic. pro Sylla.
Immemor humanitatis, vel ab humanitate derelictus. Cic. Philip. 11. Et 4. ad Herenn.
Facilitas atque humanitas tua. Cic. Seruio, lib. 13. 25.
Literæ & humanitas. Cic. Seruio, lib. 14. 25.
Expers humanitatis. Cic. 2. de Diuinat.
Abscere humanitatem. Cic. pro Ligar.
¶ Accipere humanitatem, Vide ACCIPIO.
Humanitate adductus. Cic. pro Sylla, Tamen humanitate adductus aduocationem hominis improbissimi sella curuli, atque ornamentis & suis & Consulatus honestauit.
Amittere sensum humanitatis. Cic. Sésum humanitatis amittimus.
Comprehendere aliquem humanitate, Vide COMPREHENDO.
Humanitati suæ constare, Vide CONSTO.
Ab humanitate deducere, Vide DEDVCO.
Deest illi humanitas. Cicero ad Atticum, libro 5. 88, Quid quæris? vel ipsi hoc dicas licet, humanitatem ei meo iudicio illo die defuisse.
Exuere humanitatem. Cic. pro Ligar.
Habere humanitatem. Cic. pro Sexto Roscio Amerino.
Obtinere humanitatem alicuius. Cic. Figulo, lib. 4. 13, Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem.
Tribuere humanitatem alicui. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1.
¶ Grauitas & humanitas, contraria. Cic. 3. de Legibus, Quid enim est elegantia tua dignius, cuius & vita & oratio consecuta mihi videtur difficillimam illam societatem grauitatis cum humanitate?
Immanitas & Humanitas, contraria. Cic. 1. Offic. Non enim modò id virtutis non est, sed potius immanitatis omnem humanitatem repellentis.
¶ Humanitas etiam pro Eruditione. Gellius libro 13. cap. 15, Qui verba Latina fecerunt, quíque iis probè vsi sunt, humanitatem non id solum esse voluerunt, quod vulgus existimat, quódque à Græcis φιλανθρωπία dicitur, & significat dexteritatem quandam beneuolentiámque erga omnes homines promiscuam: sed humanitatem appellauerunt id propemodum, quod Græci παιδείαν vocant, nos eruditionem, institutiónémque in bonas artes dicimus: quas qui syncerius cupiunt appetúntque, ij sunt vel maximè humanissimi. Huius enim scientiæ cura, & disciplina ex vniuersis animantibus, vni homini data est, idcircóque humanitas appellata est. M. Varro libro rerum humanarum primo, cuius principium hoc est, Praxiteles qui propter artificium egregium, nemini est paulum modo humaniori ignotus. Hactenus Gellius. Cic. 6. Verr. Tu sine vlla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis intelligis & iudicas?
Politior humanitas. Cic. 2. de Orat. Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est. Homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium literarum & politioris humanitatis experti.
Informare artibus ad humanitatem. Cic. pro Archia, Atque ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet.
Vir humanitate politus. Cic. 2. de Orat.
Versari in humanitate. Cic. 1. de Orat. In omni recto studio atque humanitate versarentur.
Humanitatis studia, artes ipsæ liberales dicuntur. Cic. pro Murena, Et quoniam non est nobis hæc oratio habenda. aut cum imperita multitudine, aut cum aliquo cóuentu agrestium, audacius paulò de studiis humanitatis, quæ & mihi & vobis nota & iudicanda sunt, disputabo.
Humanè, penult. prod. Aduerbium {φιλανθρώπως} Benignè, mansuetè, facilè, leniter. Terent. Adelph. 1. 2, Tamen vix humanè patitur. Cic. 2. Tusc. Toleranter & humanè ferre morbum. Plinius lib. 16. cap. 19, Humanius iuuant.
Humaniter, penult. corr. {ἀνθρωπικῶς.} Cic. ad Marium, lib. 7. Docebo profectò quid sit humaniter viuere. Idem ad Atticum, lib. 1. 1, Sin aliter accident, humaniter feremus. Id est æquo animo.
Humanitus, penult. correp. {ἀνθρωπίνως} Humano more. Plinius libro 10. cap. 63, Vrsi autem (vt dictum est) humanitus strati. Id est vt solent homines.
Humanitus illi accidit. Cic. 1. Philip. Vt siquid mihi humanitus accidisset (multa autem impendêre videbantur præter naturam etiam, prærérq; fatum) huius diei vocem testem Reipub. relinquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis. Id est, si fortasse morerer.
Humatio, Humatus, Vide HVMVS.
Humeo, humes, humêre {νοτίω} ab humore, Madidum esse. Colum. lib 3. cap. 11, Verùm est in opere difficilior, quòd neque humentem fodere possis, quòd sit glutinosissima, &c. Plinius lib. 22. cap. 24.
Arbor humet lachrymis. Ouid. 11. Metam.
Capillus humens. Ouid. 11. Metam.
Genæ humentes. Tibul. lib. 1. eleg. 9.
Oculi humentes. Ouid. 11. Metam.
Vmbra humens. Virg. 3. Æneid.
Humesco, humescis {νοτίομαι} humêscere, Humidum fieri. Virg. lib. 3. Georgicorum,
-humescunt spumis, flatúque sequentum. De equis.
Poculis humescere. Horat. 2. Serm. sat. 6.
Humescentes oculi. Plin. in Paneg. Vidimus humescentes oculos tuos, demissímque gaudio vultum: tantúmq; sanguinis in ore, quantum in alieno pudoris.
Humecto, humectas, humectâre {ἰκμαζόω, ὑγραίνω} Humidum & madidum reddere, aut humore aspergere. Virg. lib. 4. Georgicorum,
Qua niger humectat flauentia culta Galesus. Colum. lib. 7. cap. 3.
Vultum humectat largo flumine. Virg. 1. Æneid.
Oscula humectans labris. Lucret. lib. 4.
Humectatus, penult. prod. {ὑγρανθείς} Participium. Silius lib. 8,
-ítáque humectata Vomano Adria.
Humectus, Adiectiuum {νοτιδικός.} vt Humectus locus. Varro 1. de Re rust. cap. 24. Et Cato cap. 6.
¶ Humectior, Comparatiuum. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 15, Qui sensim trahunt potum, ventres habent humectiores.

¶ Humectissimus, penul. corr. Superlatiuum. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 6, Mulier humectissimo est corpore.
Humidus, penult. corr. {ὑγρός, νότιος, ὑγρὸς κεφάλαιος, ἰκμαλέος, μυδαλέος} Aliud adiectiuum, Quod humorem inducit, vel humorem habet. Cicero 3. Verr. Ignem ex lignis viridibus atque humidis, in loco angusto fieri iussit.
Dies humida. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4.
Humus humida. Ouid. 5. Metam.
Lumina humida. Ouid. 9. Metam.
Nox humida. Virg. 3. Æneid. Et lib. 2.
Nubila humida. Ouid. 8. Metam.
Humida oua. Plinius lib. 10. cap. 60, Sunt autem oua sterilia, & magis humida.
Vapor humidus. Ouid. 1. Metam.
Humidum, Substantiuum {ὑγρὸν, ὑγρασία, νοτία, ἰκμαλέον.} vt Humidum paludis. Tacitus libro 1, Præmisso Cecinna, vt occulta saltuum scrutaretur, pontésque, & aggeres humido paludum, & fallacibus campis imponeret.
Humidulus, penult. corr. Diminutiuum {ὑποτόπος.} vt Linum humidulum. Ouid. 2. de Arte.
Humifer, penult. corr. Adiectiuum {γῆθεν, χθονίος.} Cic. 1. de Diuinat. Naribus humiferum duxere ex aere succum. Ex antiquo poeta.
Humificus, pen. corr. Adiectiuum, Idem quod humectans, humidum faciens. Plin. lib. 2. cap. 101, Glaciem refundat, cunctáque humifico spiritu laxet. De Luna.
Humigo, humigas, penult. corr. humigâre, Idem quod humectare. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem, Ad balnea mittitur, vt lauachro eius siccitas humigetur.
Humerus, humeri, penult. corr. {ὦμος} ab humo (inquit Sipontinus) fieri quidam existimant: quia humeri, sicut humus, ferendis oneribus apti sint. Sunt autem humeri, à quibus dependent brachia. Terentius Eunucho, 2. 3, -quas matres student
Demissis humeris esse.
Candentes humeri. Horat. 1. Carm. ode 2.
Candidi humeri. Horat. 1. Carm. ode 13.
Fortes humeri. Virg. 9. Æneid.
Incuruus humeris, Vide INCVRVVS.
Insignes humeri. Stat. 6. Thebaid.
Lati humeri. Virg. 2. Æneid.
Languentes humeri. Virg. 11. Æneid.
Superbi humeri. Valer. 2. Argonaut.
¶ Attollere humeros, Vide ATTOLLO.
Læna demissa ex humeris. Virg. 4. Æneid.
Exerere humerum. Ouid. 1. Fast.
Altis humeris extans. Virg. 6. Æneid.
Extollere in humeros. Cicero 1. de Oratore, Quòd is C. Sulpitij Galli propinqui sui Q. pupillum filium ipse senem in humeros suos extulisset.
Onusto humero aliquid ferre. Horat. 1. Serm. sat. 1.
Innixus in humeris, Vide INNITOR.
Portare aliquid humeris. Horat. 1. Serm. sat. 5.
Recedere ab humero. Celsus lib. 8. cap. 11.
Reportare humeris. Salluſt. in Ciceronem, Italia exulem humeris suis reportauit.
Sparsus humerus capillis. Horat. 3. Carm. ode 20.
Humeris bouem viuum sustinere. Cic. de Senect.
Humeris Rempub. sustinere, per transtationem. Cic. pro Flacco. Idem pro Milone, Totam vt petitionem solus etiam inuitis illis gubernaret: vt comitia, suis vt dictitabat, humeris sustineret.
¶ Humeri, de bobus. Cic. 2. de Nat. deor. Quid de bobus loquar? quorum ipsa terra vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, &c.
¶ Humeri arborum. Plin. lib. 17. cap. 14.
Humeri in gallinaceis. Colum. lib. 8. cap. 2, Iubæ deinde variæ, vel ex auro flauæ per colla, ceruicésque in humeros diffusæ.
Humerale, humeralis, penult. prod. neut. gent. {ὠμίς.} Paulus in l. Qui commeatus. D. De re milit. Nam si tribiale vel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet.
Humerosus, penultima producta {ὠρόμασος} Adiectiuum, Quod altos humeros habet.
Humerosus locus. Colum. lib. 3. cap. 10.
Humesco, Humidus, Humifer, Humificus, Vide HVMEO.
Humilis, & hoc humile, penult. corr. {ταπεινός, χαμαιπετὴς, χθαμαλός} Quod est humi decliue.
Humilis & Excelsa luna, contraria. Plin. lib. 2. cap. 9. Iam verò humilis & excelsa, & ne id quidem vno modo, sed aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus: nunc in Aquilonem elata, nunc in Austros deiecta.
Humilis vitis. Cic. 5. Tusc. Vites & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altius possunt. Colum. lib. 4. cap. 1, Humili statu vitis plerunque iuxta terram coercetur.
¶ Humilis, Paruus & summissus. Virg. ecloga 2,
Atque humiles habitare casas. Apud Colum. lib. 4, Bos humilis.
Domus humilis. Horat. 2, Carm. ode 5.
Fossa humilis. Virg. 7. Æneid.
Volatus humilis. Valer. 4. Argonaut.
¶ Humilis, pro Contempto, abiecto, demisso, vel summisso.
Humilis & abiectus. Cic. 5. de Finibus, Omnium cæterarum obliti nihil abiectum, nihil humile cogitant.
Humilis abiectúsque. Quintil. lib. 4. cap. 1, Nam & potentes sequitur inuidia: & humiles abiectósque contemptus.
Humilis & infirmus homo. Cic. 1. de Inuent.
Humilis ac demissus. Cic. pro Fonteio, Sic existimatis eos hic sagatos brachatósq; versari animo demisso atque humili, vt solét ij qui affecti iniuriis ad opem iudicum supplices, inferiorésq; confugiunt.

Humilis & contemptus. Cicero de Amic. Nihil enim altum, nihil magnificum, ac diuinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, támque contemptam.
Ab inferiore atque humiliore vinci. Cic. pro Quintio, Indignum est vinci ab inferiore atque humiliore.
Animus demissus & humilis. Cic. pro Fonteio.
A b humili ad summum, Vide AB.
Humilis animus & imbecillus. Cic. ad Attic. lib. 7. 126. Idem 1. de Finibus, Succumbere doloribus, eósque humili animo imbecillóque ferre miserum est.
Humilis ars. Cic. pro Archia, Etenim quum mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditis. Hoc est vili & parua.
Humili atque obscuro loco natus. Cic. 7. Verr. Posteáq; Pompeius humili atque obscuro loco natus, nónne plurimis inimicitiis, maximísque suis periculis ac doloribus amplissimos honores est adeptus?
Angusta mens & humilis. Cic. Post reditum in Senatu.
Metus humilis. Claud. de bello Getico.
Nomen humilius. Seneca Hippol. 5.
Oratio humilis & abiecta: cui contraria est Alta & exaggerata. Cicero in Oratore.
Humilis & minimè generosus ortus. Cic. de Amicit.
Preces humiles. Ouid. 2. de Arte amandi.
Humiles ac supplices preces & consecrationes. Cic. 1. de Inuent.
Humilis sepultura. Cic. 14. Philipp. Nec dispersis bustis humili sepultura crematos.
Demissus atque humilis sermo. Cic. in Orat.
De stirpe humili creatus. Ouid. 14. Metam.
Humilia verba. Cic. in Partit. Augent etiam relata verba, iterata, duplicata, & ea quæ ascendunt gradatim ab humilioribus verbis ad superiora.
Vir humilis atque demissus: cui contrarium est Alacer, aque lętus. Cic. 2. Verr.
Vir humilis: cui contrarium Amplissimus. Balbus & Oppius Ciceroni in Epist. ad Attic. lib. 9. 179.
Humilis & obscurus vir: cui contrarium est Clarus & præstans. Cic. de Diuinat.
Humilis & sordidus. Cicero ad Atticum, libro 8. 148, Nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcisè negaui.
¶ Humillimus homo. Liu. 3. ab Vrbe, Scilicet siquis vobis humillimus homo de vestra plebe, quam partem, &c.
Humillimus, pro abiectissimo, & vilissimo. Tacit. lib. 17, Et vt cuique humillimus cliens. Idem lib. 18, Humillimo cuique credulus.
Humilis in plebe, & ideò ignobilis puerpera. Plin. lib. 7. cap. 36.

Humiliter, penult. correp. Aduerbium {ταπεινῶς} Hoc est demisse: contrarium habet Alтé. Plin. epist. 110. lib. 6, Eadem enim facta claritate vel obscuritate facientium aut tolluntur altissimè, aut humillimè deprimuntur.
Humiliter, cui contrarium est Superbé. Liu. 4. bel. Pun. Hęc natura multitudinis est, aut seruit humiliter, aut superbè dominatur.
Humiliter, & demisse sentire: cui contrarium Elatè & amplé. Cicero 5. Tusc. Tusc.

Humilitas, humilitatis {ταπεινότης} contrarium est Altitudini. Cic. 5. Tusc. Tusc. Sidera inter se altitudine & humilitate distantia. Idem 2. de Diuinatione.
¶ Humilitas, ignobilitas, paupertas, vt ait Cic. 5. Tusc. Idē 2. Off. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur. Idem 13. Philipp.
Humilitas, Dignitati opponitur. Cicero pro Roscio Amer. Quis enim erat qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere?
Humilitatem generis alicui obiicere. Cic. Anteq. iret in exil.
Humilitatem habet metus. Cic. 3. Tusc. Tusc.

Humo, humas, Vide HVMVS.

Humor, humoris, masc. gen. {χυμὸς, γυτὸς, ὑγρὸς} Aqua, liquor. Ab humus deriuatur. Cic. 2. de Diuinat. Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus, Austro sudorem videtur imitari Idem 2. de Nat. deor. Et terrenis marinísque humoribus longo interuallo extenuatis alantur. De astris.
Aquæ humor. Lucret. lib. 2.
¶ Humor aduentitius, Vide ADVENIO.
Aquatilis humor, Vide AQVA.
Corruptus humor. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Candens lacteus humor, Id est, candēs humor lactis. Lucret. lib. 1.
Crassus humor. Persius sat. 3.
Deciduus humor, Vide DECIDO.
Dulcis humor. Lucret. lib. 2.
Exiguus humor. Virg. 1. Georg.
Gelidus canis in montibus humor. Virg. 1. Georg.
Bacchi Massicus humor. Virg. 2. Georg.
Ruber humor, Id est sanguis. Lucret. lib. 4.
Splendidus humor. Lucret. lib. 6.
Tener humor. Virg. 2. Georg.
¶ Bibit humorem tellus. Virg. 2. Georg.
Linguæ defecerat humor. Ouid. 9. Metam.
Euocare corruptum humorem. Celsus lib. 2. cap. 17.
Excedit humor. Celsus lib. 8. cap. 10.
Liquitur humor. Virg. 1. Georgicorum,
Vere nouo gelidus canis quum montibus humor Liquitur.
Madefecimus humore. Quintil. lib. 6. cap. 2.
¶ Humor, pro re superflua. Virg. 1. Georgicorum,
Aut dulcis musti
Vulcano decoquit humorem. Seruius.

Humus, humi, fœm. gen. {χαῖος, χθὼν, χαμαὶ} Terra dicitur. Cicero de Senectute, Humum subactam atque puram. Idem 2. de Legibus, Quos humus iniecta contegeret.
¶ Arenosa humus. Ouid. 2. de Remed. amoris.
Arens humus. Ouid. 2. Amor. eleg 5.
Dues humus. Ouid. 1. Metam. Fœcundam intelligit.
Graminea humus. Ouid. epist. 4.
Immunda humus. Ouid. 2. de Arte.
Limosa humus. Ouid. 1. de Remed. amoris.
Macerrima humus, Vide MACER.
Mollis humus viridi cæspite. Ouid. 3. de Arte.
Paludosa humus. Ouid. 15. Metam.
Pinguis humus. Virg. 2. Georg.
Tonsa humus. Ouid. 1. de Remed. amor.
Vda humus. Horat. 3. Carm. ode 2.
¶ Accersita humus, Vide ACCERSO.
Ab humo attollere aliquem. Virg. 5. Æneid.
Exercere humum. Virg. 1. Georg.
Mandare aliquem humo, Vide MANDO.
Quiescere humo. Ouid. lib. 1. Fast.
Sedit humo nuda. Ouid. 4. Metam.
Spargere humum foliis. Virg. ecloga 5.
Stratus humo gelida. Stat. 10. Theba. d.
Tollere se humo. Virg. 3. Georg.

Humu, Ablatiuus antiquus prohumo. Varro Τροῦ Μαϊστρου, In pauimento non audes facere lacunam, at in humu calceos facis elixos. Vide Nonium.

Humi {χαμαὶ} Genitiuus vice aduerbij positus: aliquando construitur cum verbo quietis aut motus non exterioris, & significat in humo, vel super humum, vel intra humum. Plin. lib. 9. cap. 13, Humi quoque vice pedum serpunt. Colum. lib. 8. cap. 14, Ineunt autem non vt priores aues de quibus diximus, insistentes humi. Idem, Vt latius sese frutex humi diffundat. Id est, intra humum.
Fusus humi. Virg. 6. Æneid.
Iacēre humi, Vide IACEO.
Construitur etiam cum verbo motus ad locum. Virg. 1. Æneidos,
Nec prius absistit quàm septem ingentia victor
Corpora fundat humi. Iuuenal. sat. 8,
Stratus humi palmes viduas desiderat vlmos.
Prosternit humi iuuenem. Ouid. 5. Metam.
Spargere aliquid humi. Ouid. 3. Metam.

Humo, humas {δαπίνω} humare, Humo conegere, Sepelire. Cic. 1. Tusc. In terram enim cadentibus corporibus, hísque humo tectis, ex quo dictum est humari, sub terra censębant reliquam vitam agi mortuorum. Plin. lib. 7. cap. 54, Sepultus intelligitur quoqnomodo conditus: humatus verò, humo contectus. Martial. lib. 6. 28.
Corpora suorum non humare nisi à feris sint antea laniata, Magorum mos est. Cic. 1. Tusc.
Quisque suum pro re consortem mœstus humabat. Lucret. lib. 6.
Corpus humandum. Virg. 6. Æneid.
Hic populus semper consuerat humari. Lucret. lib. 6.
Humare taleas. Colum. lib. 5. cap. 9.

Humatio, Verb. {ταφή} Cic. 1. Tusculana, Cuius hoc dicto admoneor vt aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.

Humator, penult. prod. {τάφος} Aliud verbale. Lucan. lib. 7,
-non illum Pœnus humator Consulis, &c.

HVNNI {Οὖννοι} gens Scythica, & ferocissima prope Gothos. Hi temporibus Valentiniani principis, orbem peruagati, duce Atila, multas & maximas clades ediderunt in Gallia & Italia. Tandem quum vrbi Romę imminerent, Leo Pontifex vir sanctus Atilam adiit, & in Pannoniam redire persuasit. Hodie Vngari vocantur.

H Y A

HYACINTHVS {ὑάκινθος} puer dilectus Apollini: quem quum Apollo imprudens discо necasset, vertit in florem, qui etiam vocatur hyacinthus: in quo duæ literæ inscriptæ cernuntur αι, quæ vox lugubris, hoc est dolentis interiectio est. Vide Ouid. lib. 10. Metam.

Hyacinthia {ὑακίνθια} festa. Ouid. 10. Metamorphoseos,
-celebrandáque more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Hyacinthus, huius hyacinthi, masc. g. {ὑάκινθος} Genus floris quod Latini vacinium appellant. Plin. lib. 21. cap. 11, Post hanc gladiolus comitatus hyacinthis. Nouissima rosa: eademque prima deficit, excepta satiua: è cæteris hyacinthus maximè durat, & viola alba & œnanthe, &c. Virg. 3. ecloga,
-& suaue rubens hyacinthus. Frequens (inquit Ruell. lib. 3. cap. 4,) apud nos hyacinthus, quem florem rura hodie *vacietum* appellant, in quo pristini vocabuli quædam rudimenta relucent, quasi vacinum & vacinium innuant: herbam ipsam, *nemoralem* vel *agrestem* cepam.
Cæleстis numinis hyacinthus. Colum. lib. 9. cap. 4.
Ferruginei hyacinthi. Virg. 4. Georg.
Languens hyacinthus. Virg. 11. Æneid.
Mollis hyacinthus. Virg. ecloga 6.
¶ Hyacinthus, lapis pretiosus. Plinius libro 37. cap. 9, Hyacinthos Æthiopia mittit, & chrysolithos aureo colore trāslucentes, &c. Vide VACINIVM.

Hyacinthinus, penult. corr. Adiectiuum {ὑακίνθινος} Quod est coloris hyacinthi. Persius sat. 1,
Hic aliquis cui circū humeros hyacinthina læna. Quidam legunt Lumbos, & ianthina læna est. Id est violacei coloris. Nam & is color, etiam ianthinus dicitur.
Flos hyacinthinus. Catul. in Epithalamio Iuliæ, 56.

HYADES, Vide HYAS.

Hyæna, hyænæ {ὕαινα} animal. Plin. lib. 8. cap. 30, Hyænis vtranque esse naturam, & alternis annis mares, alternis fœminas fieri. Párere sine mare vulgus credit, Aristoteles negat. Collum & iuba continuitate spinæ porrigitur, flectíque nisi circumactu totius corporis nequit. Ibidem plura.

HYALE

HYALE, pen. corr. Nympha, vna ex comitibus Dianæ. Ouid. 2. Metam.

Hyalus, hyali, pen. corr. {ὕαλος, ὑάλου} Vitrum. Sumitur pro viridi colore. Virgil. 4. Georgicorum,
-milleſia vellera nymphæ
Carpebant hyali saturo fucata colore. Id est vitri: quòd sit naturaliter coloris viridis. Vnde hyalinus color, pro vitreo: & calices hyalini antiquis dicebantur.

HYAS, Hyadis, pen. corr. {ὑάς} Hyades, septem filiæ Atlantis, & Ætheriæ filiæ Oceani. Quæ fratrem suum (qui Hyas dictus est) à leena necatum ita fleuerunt, vt ab eo denominatæ sint, & ob pietatem in cælum translatæ. Sunt enim septem stellæ in capite Tauri, quæ & hœdi, & Suculæ dicuntur, & Atlántides. Plin. lib. 2. cap. 29, Qualiter in Suculis sentimus accidere, quas Græci obscd pluuio nomine Hyadas appellant. Idem lib. 18. cap. 26, Nimborum argumento Hyadas appellantibus Græcis has stellas. Cic. 2. de Nat. deorum, de Tauro, Eius caput stellis conspersum est frequentibus,
Has Græci stellas Hyadas vocitare fuerunt. Ex poeta.
à pluendo: ὕειν enim est pluere, nostri imperitè Suculas quasi à suibus essent, non ab imbribus nominarę. Ouid. lib. 5. Fastorum,
At simul inducent obscura crepuscula noctem:
Pars Hyadum toto de grege nulla latet.
Pluuiæ Hyades. Virgil. 3. Æneid.
Inferena Hyas. Stat. 1. Sylu. 6.
Nimbosa Hyas. Claud. de bello Gildon.
Tristes Hyades. Horat. 1. Carm. ode 3.

HYAS, Hyantis {ὕας} dictus est qui Bœotiam gubernabat: à quo Hyantes, Bœorij dicti sunt, vt ait Strabo lib. 7. & 10.

Hyantius, Adiect. {ὑάντιος} Bœotius. vt Hyātius Actæon. Ouid. 3. Metam.
Hyantea Aganippe. Ouid. 5 Metam.
Agri Hyantei. Stat. 1. Thebaid.

HYARBAS, Vide HIARBAS.

HYBERNIA {ἰουερνία} Insula inter Septentrionem & Occidentem solem, dimidio minor quàm Britannia, cui propinqua est. Ab hyberno tempore, vt quidam putant, sic appellata, propter hyemis magnitudinem. Dicitur & Hyberne à Claudiano, 7. Paneg.
Scotorum cumulos fleuit glacianis Hyberne.

Hybernicus, penult. corr. Adiectiuum {ἰουερνικός} vt mare Hybernicum: Vide Plin. lib. 4. cap. 16.

Hybernus {χειμερινός} Adiectiuū ab hyeme deductum, Quod est hyemis, siue quod ad hyemē pertinet. vt Hyberng tunicæ. Plaur. Milit. 10.
¶ Hyberni agni. Plin. lib. 8. cap. 47, Multi hybernos agnos præferūt vernis.
Annus hybernus. Horat. Epod. 2.
Hybernum cubiculum. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17. Id est aptum ad vsum hyemis.
Euentus hyberni. Tacit. in vita Agricolæ, Quia soliti plerunque damna æstatis, hybernis euentibus pensare.
Flatus hyberni. Virgil. 2. Georg.
Grando hyberna. Ouid. 5. Metam.
Hybernum máre. Plin. lib. 12. cap. 19, Præterea hybernum mare exigunt circa brumam, Euris tum maximè flantibus.
Hyberni menses. Cic. ad Attic. lib. 5. 10.
Nix hyberna. Horat. 4. Carm. ode 12.
Noctes hybernæ. Virgil. 6. Æneid.
Soles hyberni. Virgil. 2. Georg.
Tempus hybernum. Cic. 7. Verr.
¶ Hyberna, hybernorum, plur. num. neut. gen. Loca in quibus milites hyeme stationem faciunt. Tacit. lib. 15, Et nunc relictis hybernis. Cic. in Pisonem, Tradere hyberna.
Mittere in hyberna cohortes. Cic. de Prouinc. Consul.
Dimittere in hyberna exercitum. Cic. Catoni, lib. 15. 4.
In hybernis legiones collocare. Pollio Ciceroni, lib. 33. 8.
¶ Hyberna etiam sunt, vbi pecora hybernant. Marcell. in 1. qui saltum. D. de legat. 3. Qui saltum æstiuum legauit, & hoc amplius etiam eas res quæ ibi esse solent: nō viderur de illis pecoribus sensisse, quæ hyeme in hybernis, aut æstate in æstiuis esse solent: sed de illis, quæ perpetuò ibi sunt.
¶ Hyberna, Villæ pars ad hybernum tempus ædificata. Cic. Attico, libro 13. 28. 4. In villa video nihil, aut pauca mutata. balneária tamen laudat. maiora de minoribus ait hyberna effici posse.

Hybernaculum, pen. corr. {χειμάδιον} Idem quod hyberna hybernorum. Liu. 2. bel. Pun. c. 0 35. M. Attilius Regul. Cn. Seruilius Gemi. exercitu accepto, hybernaculis maturè communitis, &c. Idem lib. 10, Hybernacula Carthaginiensium, cōgesta temerè ex agris materia, exædificata, lignea ferme tota erant.
¶ Hybernaculum, Pars ædificij ad habitandum hyberno tempore idonea. Plin. Iunior, lib. 2. epist. 17. ad Gallum, Huius cubiculi, & triclinij illius obiectu includitur angulus, qui purissimum solem continet, & accendit. Hoc hybernaculum, hoc etiam gymnasium meorum est. Vitruuius lib. 1. cap. 2, Item naturæ decor erit, si cubiculis & bibliothecis, ab oriente lumina capientur: balneis & hybernaculis, ab occidente hyberno. Meminit & lib. 6. cap. 3. Rursus libro 7. cap. 4. ad finem.

Hyberno, hybernas {ἰουερνάζω} hybernare, dicuntur milites, Stationem hyeme facere. Cic. pro Lege Manilia, Iam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur.
Hybernant etiam pisces. Plin. lib. 9, cap. 15. Bruma non vagantur: vbicunque deprehensi vsque ad æquinoctium, ibi hybernant. De thynnis.

HYBLE, Hybles, vel Hybla {ὕβλα} ciuitas Siciliæ, in qua thymi & salicum copia, ab Hyblone rege dicta. Hanc Strabo à Dorien sibus conditam scribit.
Sicula Hybla. Ouid. in Ibin.
Est etiam huius nominis mons proximus, thymo abundans: vnde apes pastæ mel optimum conficiunt.
Thymus Hyblæ. Virgil. eclog. 7.

Hyblæus, Adiectiuum {ὑβλαῖος} vt Apes Hyblææ, & Mel Hyblæum. Virgil. 1. ecloga,
Hyblæis apibus florem depasta salicti. Martial. in Xeniis,
Quum dederis Siculis mediæ de collibus Hyblæ,
Cecropios dicas tu licet esse fauos.

Hybris, hybridis, pen corr. fœm. gen. {ὕβρις} Canis imparibus parentibus natus est, inquit Porphyrio, hoc est ex venatico & gregario.
Hybridæ, sues ex fero & domestico sue progeniti. Plin. lib. 8. cap. 5,
In nullo genere æquè facilis mistura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant ceu semiferos, ad homines quoque, vt in C. Antonium Ciceronis in Cōsulatu Collegam, appellatione translata. Suet. in Augusto, cap. 19, Themasini epicadi ex gente Parthica hybridæ. Horat. 1. Serm. satyr. 7,
Hybrida quo pacto sit Persius, vltus opinor.
ὕβρις, contumelia. ὑβρίζω conuitior, contumelia afficiot. Vt sit hybridæ, quasi per contumeliam nati.

HYDARNES, seu Hydarnus, fuit nomen Persa, qui teste Herodoto lib. 3, cum Dario in magum coniurauit. Vide Strab. lib. 11.

HYDASPES {ὑδάσπης} fluuius Indiæ, dictus ab Hydaspe, antiquissimo Medorum rege. Lucan. lib. 6, Nisseus Hydaspes.
Eous Hydaspes. Stat. 9. Thebaid.
Fabulosus. Horat. 1. Carm. ode 22.
Fuscus Hydaspes. Horat. 2. Serm. satyr. 8.
Medus Hydaspes. Virgil. 4. Georg.
Odoratus Hydaspes. Claud. 2. de raptu Proserp.

Hydra, Vide HYDRVS.

Hydrargyrum {ὑδράργυρος} Pigmenti genus, in vicem argenti viui aliquādo dilurum, quo argentum optimè inauratur. Plin. lib. 33. cap. 3, Æs inaurari argento viuo, aut certè hydrargyrum legitimum erat.

Hydraulos, m. g. {ὑδραυλος} Organum dicitur extrahendæ à profundo aquæ idoneum. Valla in Raudensem, Hydraula Vitruuius accipit pro machina quadam simili tympano, seu molendino: simúlque pro instrumento musico quod organa vocat: licet proprię organa ex chordis constent. Plin. lib. 9. cap. 8, Delphinus non homini tantum amicum animal, verùm & musicæ artı, mulcetur symphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli sono.
Hydraules peritus artis, vt choraules.

Hydraulax, m. g. {ὑδραύλαξ} Sulcus aquarius.

Hydraulicus, pen. corr. Adiectiuum {ὑδραυλικός.} Plin. lib. 7. cap. 37, Laudatus est Ctesibius pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis. Vitruuius lib. 10. cap. 13.

Hydria, huius hydriæ {ὑδρία} Vrna ad capiendam aquam. Cic. 4. Verr.
Hydriæ argenteæ. Idem 6. Verr. In hoc fano loricas, galeásque æneas, cælatas opere Corinthio, hydriásque grandes, simili in genere, atque eadem arte perfectas. Idem 4. Verr. Tot in hydriam sortes conijcerentur.

Hydrobaphes {ὑδροβαφὴς} Vestis aquatilis, siue colore aquæ, muliebribus peculiaris, quæ nunc (inquit Pollux) ὑγρογάλακτος appellatur.

Hydrocele, pen. prod. {ὑδροκήλη} Vide HERNIA. Martial. lib. 12. 80,
Tumidas in hydrocelas.

Hydrocelicus, pen. corr. Aliud adiectiuum {ὑδροκηλικός} Qui hydrocele laborat. Plin. lib. 30. c. 8, Hydrocelicis stelliones mirè prodesse tradūt.

Hydrolapathum, pen. corr. {ὑδρολάπαθον} Genus lapathi quod in aqua nascitur. Plin. lib. 20. cap. 21.

Hydromeli, pen. corr. n. g. indeclinabile {ὑδρόμελι} Aqua mulsa, quæ etiam Græcis melicraton dicitur. Plin. lib. 31. cap. 6, Hydromeli quoque ex imbre pūro cum melle temperabatur quōdam quod daretur apperentibus vinum ægris.

Hydrophobus, pen. corr. {ὑδροφόβος} Qui aquam expauet. Plin. lib. 29. cap. 5, Est limus saliuæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur. Celsus de morsu rabiosi canis, Solet autem in eo vulnere, vbi parum occursum est, aquæ timor nasci. Hydrophobos Græci vocant: misertimum genus morbi, in quo simul æger & siti & aquæ metu crucietur.

Hydrops, huius hydropis, pen. prod. m. g. {ὕδρωψ} Morbus, qui Latinè aqua intercus dicitur: quoniā sub cute aqua sit, qua venter turgescit. Horat. 2. Carm. ode 2,
Crescit indulgens sibi dirus hydrops, &c. Plin. lib. 24. cap. 11. Celsus multa de Hydrope lib. 3. cap. 21.

Hydropicus, penult. corr. Adiectiuum {ὑδροπικὸς} Qui hydrope laborat. Plin. lib. 20. cap. 6. Horat. 1. epist. 2,
Si noles sanus, cures hydropicus.

Hydropisis, huius hydropisis, pen. cor. f. g. {ὑδρόπισις} Idē quod hydrops. Plin. lib. 20. cap. 1, Sic & contra phthisiasim bibitur, & hydropises.

Hydrorosata, Medicamenta sunt, inde primùm appellata, quòd in eorum confectione aqua & rosa mitteretur. deinde longius propagata vox est, vt sirupos significet. Nicolaus Myrepsus curtato vocabulo drosata vocat. Meminit Turnebus.

Hydrus {ὕδρος} Genus anguium in aqua degentium: sed hydrus mas, hydra fœmina. Plin. libro 29. cap. 4, In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est quod in aqua viuit, hydri vocātur, nullis serpentium inferiores veneno.
Immanis hydrus. Virgil. 4. Georg.
Stridentes hydri. Stat. 11. Thebaid.
Torui hydri. Claud. 2. Paneg.

HYDRAM {ὕδρα} finxerunt poetæ esse multorum capitum serpētem in Lerna palude: quorum aliquot excisis, totidem continuò renascebantur. quæ quidem tandem ab Hercule & sagittis & igne interfecta est. Plato Hydram acutissimam sophistriam scribit fuisse: cuius mos erat cauillari, & quæstiones ita proponere, vt vno soluto dubio, multa renascerentur. Sipontinus ex Plinio, lib. 29. cap. 4.
Dira hydra. Horat. 2. epist. 2.
Immanis hydra. Virgil. 6. Æneid.

HYDRVS, Hydruntis {ὕδρας} vrbs in littore Adriatici maris apud Strabonem, quæ & Hydruntum dicitur in Calabria. *Ottranto, au pays de Poüille.* id est in Apulia.

Hyems, hyemis, pen. corr. fœm. gen. {χεῖμα} ἀπὸ τοῦ ὕειν, quod est pluo, deriuatur: quod id tẽpus anni pluuiosum sit. Significat autem quartam partem anni, quæ est inter Autumnum & Ver. Virgil.1.Georg.

-atque hyemes orate serenas Agricolæ.

Hyems aliàs à Cicerone dicitur Hybernũ tempus, hyemale tempus, vis frigorum, durum anni tempus.

Magnitudo hyemis. Cic. pro Plancio, Nam maritimos cursus præcludebat hyemis magnitudo.

Vis hyemis. Cic. 9. Philipp. Non illum vis hyemis, &c. retardauit, quominus, &c.

Vim frigorum & hyemem excipere. Cic. pro Rab. Posth. Hanc vim frigorum hyemémque, quam nos vix huius vrbis tectis sustinemus, excipere.

¶Hyems, Vis venti. Virgil.1.Æneidos,

-sæpe illos aspera Ponti Interclusit hyems.

Æstas & hyems. Cicero de Senect. Refrigeratio æstate, & vicissim aut sol aut ignis hybernus.

¶Adulta hyems. Tacit. lib.11.

Affecta hyems, Id est propè finita. Sil. lib.15.

Aquilonia hyems. Plin. lib.17. cap.2. Id est, ob flatum Aquilonis ferena.

Aquosa hyems. Virgil. eclog.10.

Atra hyems. Virgil.7. Æneid.

Cæca hyems. Valer.3. Argon.

Dura hyems. Virgil.4. Georg.

Extremæ sub casum hyemis. Virgil.1.Georg.

Fera hyems. Ouid.1. Trist.eleg.1.

Flammea hyems, Id est, tempestas flammarum & incendij. Stat.3. Sylu.5. de monte Vesuuino.

Genialis hyems. Virgil.1.Georg.

Glacialis hyems canos hirsuta capillos. Ouid.2 Metam.

Hyems ignaua colono. Virgil.1. Georg. Seruius, Quæ ignauum reddit colonum.

Imbrifera hyems. Sil. lib.3.

Informes hyemes. Horat.2. Carm. ode 10.

Iniquæ hyemes. Horat.3. Carm. ode 1.

Intonata hyems. Horat. Epod.2.

Intrepida hyems. Tacit. in vitâ Agricolæ.

Matura hyems, cui opponitur Tarda. Cæsar bel. Gall. lib.4.

Lethalis hyems, Mortiferum frigus. Ouid.2. Metam.

Mollis hyems. Stat.3. Sylu.5.

Niuosa hyems, Vide NIX.

Perfrigida hyems, Vide PERFRIGIDVS.

Pigra hyems. Ouid.3. Amor. eleg.5.

Præmatura hyems. Tacit. lib.1.

Senilis hyems. Ouid.15. Metam.

Serenæ hyemes. Plin. lib.17. cap.2.

Serotinæ hyemes. Plin. lib.17. cap.2.

Sicca hyems. Ouid.3. Amor. eleg.5.

Summa hyems. Cic.6. Verr. Erat hyems summa: tẽpestas (vt ipsum Sopatrum dicere audistis) perfrigida: imber maximus.

Tristis hyems. Virgil.4. Georg.

Turbida hyems. Claud. de bello Get.

¶Adoperta gelu hyems. Ouid.3. Fast.

Discedens hyems. Ouid.2. Fast.

Mitescente iam hyeme, Vide MITIS.

Hyems iam præcipitauerat, & ver iam appetebat. Cæsar 3. belli Ciuilis.

Actis hyems soluitur. Horat.1. Carm. ode 4.

¶Hyems, pro anno. Martial.5.38,

Sextam peregit hyemem, nec tamen totam.

¶Hyeme, pro in hyeme. Cic.1. de Diuinat. Campos & montes hyeme & æstate peragrantes.

¶Hyemes, in plurali. Plin. lib.8. cap.38, Ergo in hyemes aliis prouisum pabulum, aliis pro cibo somnus. Cæsar 4. bel. Gal. Exigua parte æstatis reliqua, Cæsar, etsi in his locis, quòd omnis Gallia ad Septentrionem vergit, maturæ sunt hyemes, tamen in Britãniam proficisci contendit.

Hyemare {χειμάζω} Id est, hyemem siue frigus facere: eo modo dictum quo pluere legimus. Colum. lib.11. cap.2, Auster aut Africus hyemat. Ibidem, Tertio nonas Nouemb. Fidicula mane exoritur, hyemat, & pluit. Plin. lib.18. cap. vlt. Pluuiæ erunt & tonitrua, & hyemabit.

Dies hyemant, Tempus hyemat. Plin. lib.18. cap.26, Delphini vespertino occasu continui dies hyemant Italiæ. Idem lib.2. cap.47.

Mare hyemat. Horat.2. Serm. satyr.2.

¶Hyemare aquam. Plin. lib.19. cap.4, Decoquunt alij aquas, mox & illas hyemant.

¶Hyemare, pro Stationem hyeme facere: quod & hybernare dicitur. Cic. pro Fonteio, Cn. Pompeius maximus atque ornatissimus hyemauit in Gallia M. Fonteio imperante. Idem ad Q. fratrem, lib.3.19.

Mediis hyemet mercator in vndis. Horat.1. epist.17.

Hyematus, pen. prod. Particip. {χειμασθείς.} Plin. lib.9. cap.22, Autumnali sidere, vt palàm est, hyemato lacu, fluctibus glomeratæ voluuntur multitudine. De anguillarum captura.

Hyematio, Verbale {χείμασία.} Varro 3. de Re rust. cap.16, Vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur.

Hyemalis, & hoc hyemale, pen. prod. {χειμέριος} Hybernus. vt Hyemalis dies. Colum. lib.11. cap.1.

Nymbi hyemales. Ouid.9. Metam.

Hyemalis vis. Cic.5. Tusc. Hyemalémq; vim perferũt sine dolore.

Hyemalis nauigatio, & minimè portuosa. Cic. Toranio, lib.6.20.

Hyemalis locus. Plin. lib.18. cap.7.

Hygremplastrum, hygremplastri, neut. gen. Emplastrum liquidum, nõ siccum: ὑγρὸν, humidus, flexibilis, mollis, madidus. Plin. lib.34. cap.15, Præcipua tamen commendatio eius in hygremplastro ad purganda vulnera fistulásque.

HYGRIS {ὑγρὸς} ciuitas Sarmatiæ apud Ptolemæum, vulgò *Tabarki*.

HYLA, Hylæ, siue Hylas, hylæ {ὕλαι} Comes Herculis quem perdidit in finibus Ioniis iuxta Mysiam, nec vsquam potuit reperiri. Postea quum esset cognitum quòd periisset in fonte, ei instituta sunt sacra, in quibus mos fuerat, vt eius nomẽ clamaretur in fontibus: ad quam imitationem dixit Virgilius eclog.6,

-vt litus Hyla Hyla omne sonaret. Seruius.

Pulcher Hylas. Valer.1. Argon.

Tener Hylas. Stat.5. Thebaid.

HYLACTOR {ὑλάκτωρ} Canis nomen. Ouid.3. Metamorphoseos,

-& acutæ vocis Hylactor.

HYLAEA {ὑλαία} regio est, à qua Hylæum mare quo alluitur. Hieronymus, Traiecto Borysthene, à mari in primis est Hylæa regio. Herodotus lib.4, Quum abiisset in Scythiam, venit ad locum qui dicitur Hylæa, iuxta Achillis cursum sita, vbique omnifariis arboribus referta. Vide Volaterr. lib.7.

HYLAEVS {ὑλαῖος} Centaurus à Pirithoo inuitatus ad nuptias, visa puella permotus est: & dum violentus ei esse conaretur, à Lapithis, qui simul nuptiis intererant, prohibitus est. Hinc in certamen itum est, & vsque ad pericula dimicatum: ab Hercule sunt postea occisi. Horat.2. Carm. ode 12,

Nec fœuos Lapithas, & nimium mero

Hylæum. Id est, intolerabilem ebrietate, ait Acron.

¶Hylæus, Nomen canis Actæonis. Ouid.3. Metamorphoseos,

Hylæúsque ferox nuper percussus ab apro.

HYLAS, Lacus Bithyniæ, in quem Hylam Herculis delicias cecidisse credunt. Solinus.

Theodamantes Hylas, Vide THEODAMAS.

HYLLVS, Fuit Herculis ex Deianira filius: de quo Seneca in Hercule, Si vera pietas Hylle est quærenda tibi, iam pectore matrem.

¶Hyllus item Straboni lib.13, fluuius est, qui nunc Phrygius appellatur.

HYLONOME, pen. corr. Fœmina Centaura & biformis, quæ mortuo marito Cyllaro, gladio suo incubuit. Ouid. lib.12. Metam.

HYMANTOPODES, penult. corr. populi loripedes in Æthiopia sunt, quibus serpendo ingredi natura est. Plin. lib.5. cap.8.

HYMELLA, fluuius apud Virgil. lib.7. Æneid.

Hymen, hymenis, pen. corr. m g. {ὑμήν} Pellicula, membrana, tunicula qua est munita virginitas, quæ primo rumpitur coitu. Dicitur præterea carmen nuptiale, à voce qua vtebantur Græci, quæ erat Hymenæus. Catul. in Carmine Nuptiali.

Festus hymen. Claud. ad Serenam, 17.

Professus clamatur hymen. Stat. in Epithal. Stellæ.

Hymenæus {ὑμέναιος} Deus nuptiarum putatus est, ἀπὸ τῶ ὑφάπτω, à membrana, quæ quum sit clausti um virginitatis, in nuptiis rumpitur. Donatus, Hymenæum quidam Liberi & Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit. Ideò per laudem cantatur in virginalibus nuptiis ob huiusmodi meritum. Alij virum fortem Atticum dicunt fuisse, qui raptas prædonibus virgines oppressis latronibus, intactas patriæ restituerit: quam ob causam nubentes, eius inuocant numen, quasi liberatoris virginitatis. Hinc etiam apud Romanos Talassio inuocatur. Hæc Seruius enarrans illud Virgil.1. Æneidos, Pergama quum peteret, inconcessosque Hymenæos, &c. Vide TALASSIO. Terent. Adelph.5.7,

-hoc mihi in mora est

Tibicina & hymenæum qui cantent. Sic accipe (inquit Donatus) Hymenæum in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere, vel in sacris hymnum. Neutro igitur genere, nuptialem hymnum significat, vt apud Ouid.1. de Arte, Pars hymenæa canunt. & Martianum Capellam in ipso statim initio lib.9,

Instaurare iubet tunc hymenæa Venus. Caue putes accusatiuũ esse numeri singularis. At hymenæi, genere masculino, pluralis numeri, nuptiæ dicuntur.

Hymenæus (ait Lactantius in illud Statij lib.3. Thebaidos,

-quid me Tyrio sociare marito

Progeniem charam, infaustíque dabas hymenæis?) puer Atheniensis fuit. Is quũ annos pueriles ætatis excederet, neque adhuc virum posset implere, ea pulchritudine prædituς fuisse creditur, vt fœminam mentiretur. Hunc quum vna ex ciuibus suis virgo nobilis adamasset: ipse mediocribus ortus parentibus, quia nuptias desperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens, satis animo solo faciebat aspectu. Quum autem nobiles fœminæ cum virginibus sacra Cereris Eleusinæ celebrarent: subitò aduentu piratarum raptæ sunt: inter quas etiam Hymenæus, qui illò & amaram fuerat subsecutus. cui puella creditur. Quum igitur per longinqua maria prædam piratæ vexissent, ad quandam regionem tandem deuoluti peruenium, ibíque somno oppressi, ab infrequentibus sunt interempti. Hymenæus, relictis ibi virginibus, reuersus Athenas, pactus est à ciuibus dilectæ nuptias, si eis filias suas restituisset. Quas vbi pro voto restituit, exoptatam accepit vxorem. Quod cõiugium, quia felix fuerat, placuit Athenien sibus nomen Hymenæi nuptiis misceri. Hæc Lactantius.

Clarus Hymenæus. Lucrẽt. lib.1.

Lasciuus Hymenæus. Sil. lib.5.

Pactos Hymenæos exercere, Id est nuptias. Virgil.4. Æneid.

Vetitos Hymenæos inuadere, Id est nuptias, vel coitus lege prohibitos. Virg.6. Æneid.

Iustos pati Hymenæos. Virg.3. Georg.

Inconcessos Hymenæos petere, Id est nuptias illicitas. Virgilius 1. Æneid.

Promissus socios Hymenæus in annos Ouid. epist.2.

HYMERA, pen. corr. Fluuius, de quo Silius lib.4,

Armauere suos, quo mergitur Hymera ponto.

HYMETTVS {ὑμηττός} mons Atticæ clarissimus, semper florens, cuius mel Plinius lib.11. cap.13. scribit esse pretiosum. Martial. lib.7.87,

Pascat

Pascat & Hybla meas, pascat Hymettos apes. Ex hoc monte marmora pulcherrima fodiebantur.

Dulcis Hymettus Iuuenal. satyr.13.

Hymettius, Adiectiuum {ὑμηττιος.} Plin. lib.36. cap.13, Scena ei triplex altitudine CCCLX columnarum in ea ciuitate quæ sex Hymettias non tulerat sine probro ciuis amplissimi.

Cera Hymettia. Ouid.10. Metam.

Mella Hymettia. Horat.2. Serm. satyr.2.

Hymnus, huius hymni {ὕμνος} Latinè canticum siue laus dicitur. Martial. lib.12.72, Inuitus puerum fatetur hymnus.

Hymnologus, pen. corr. {ὑμνολογός.} Firmicus lib.3. cap.6, In nono loco sol ab horoscopo cõstituτus, templorũ conditores facit, aut hymnologos, & qui deorum laudes decantent.

Hymnifer, pen. corr. Adiectiuum {ὑμνοφόρος.} vt Vultus Orphei hymnifer. Ouid.13. Metam.

Hyoscyamus, pen. corr. masc. gen. {ὑοσκύαμος} Herba quæ *faba porcina* aliàs dicitur, Latinis altercum, vt ait Scribonius Largus. Plin. lib.20. cap.17, Colligitur succus eius vt hyoscyami.

Hyoscyaminus, pen. corr. Adiectiuum {ὑοσκυάμινος.} vt Hyoscyaminum oleum, quod ex hyoscyamo decoquitur. Plin. lib.24. cap.4.

Hyosiris, Herba intubo similis, sed minor, & tactu asperior: vulneribus contusa præclarè medetur. Plin. lib.27. cap.10.

HYPACARIS, Scythiæ fluuius.

HYPAEPA {ὕπαιπα} vrbs, vt ait Strabo, quæ occurrit à Tmolo monte ad Caistri campestria. Ea est, vt ait Stephanus de Vrbibus, sub Æpo mõte sita. Veneri sacra est, eo quòd pulchræ fœminæ ibi visantur. Ouid.6. Metam. de Arachne,

Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.

Hypæthrus {ὑπαίθριος} Adiectiuum dicitur quasi sub æthere positum. quo nomine vocamus ædificia quædam aperta & sub diuo: quorum meminit Vitruuius lib.1. cap.2, Is perficitur ſtatione qui Græcè θυμελικὸς dicitur, seu consuetudine, aut natura. Statione quum Ioui, fulguri, & cælo, & soli, & lunæ ædificia sub dino, hypæthráque constituuntur.

Hypæthræ ambulationes. Vitruuius lib.5. cap.9.

Aperta hypæthra áque loca. Vitruuius lib.5. cap.9.

Hypagum, quoddam nauale instrumentum. Plin. lib.7. cap.56, Hypagon Salaminij inuenerunt, aut Pericles Atheniensis. Alia exempla habent Hippagum.

Hypallage, hypallages, pen. corr. {ὑπαλλαγή} figura quum verba per aduersum intelligũtur: quum quod parimur agere dicimur: aut contrà vt Trade rati ventos, pro Trade ratem ventis. Ex ὑπὸ sub, & ἀλλαγὴ id est mutatio. Cic. in Orat. Et Quintil. lib.8. cap.6. Vide SYMMYTO.

HYPANIS, pen. corr. {ὕπανις} Sarmatiæ fluuius. Vitruuius lib.3. cap.8, In Ponto est flumen Hypanis, qui à capite profluit circiter millia LXL. sapore dulcissimo: deinde quum peruenit ad locum qui est ab ostio ad millia CLX, admiscetur ei fonticulus oppidoquã paruulus. Is quum in eum influit, tunc tantam magnitudinem fluminis facit amaram.

Flauus Hypanis. Stat.8. Thebaid.

Scythicis Hypanis de montibus ortus. Ouid.15. Metam.

Saxosum sonans Hypanis. Virgil.4. Georg.

HYPARCHVS {ὕπαρχος} Philosophus qui de sideribus & de temporibus anni scripsit.

HYPATA, pen. prod. Ciuitas Thessaliæ, & quasi metropolis eius regionis, à qua Hypatensis ager.

HYPATIA, mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & vxor Isidori Philosophi. vixit imperante Arcadio. scripsit in Astronomiam. professa est Alexandriæ varia disciplinarum genera magno & frequenti auditorio, conuolantibus vndique discipulis.

HYPATOS, pen. prod. Phœniciæ amnis est, cuius meminit Plinius, & Mela lib.1, in descriptione Phœniciæ.

Hypenemium ouum {ὑπωνήμιον ὠὸν} irritum dicitur. Plin. lib.10. cap.58, Et ipsæ autem inter sessa mas nõ sit) fœminæ æquè saliũt, pariũtq; ouа irrita, ex quibus nihil gignitur, quæ hypenemia Græci vocant. Varro 2. de Re rust. cap.1. Vide VRINVM ouum.

HYPENOR, penult. prod. fuit princeps quidam Troianus, quem, teste Homero lib.5. Iliados, Diomedes in bello occidit.

HYPENVS, Athleta, qui primus diaulo vicit. Pausanias.

Hyper {ὑπὲρ} præpositio Græca: apud Latinos significat super.

Hyperaspistes {ὑπερασπιστὴς} Latinè protector, propugnator, redemptor, qui clypeo suo protegit aliquem, satelles.

Hyperbasis, siue hyperbaton, pen. cor. {ὑπερβασις, ὑπερβατὸν} Figura de qua sic Quintilianus lib. 8. cap. 6, Hyberbaton quoque, id est verbi transgressionem, quam frequenter ratio comparationis & decor poscit, non immeritò inter virtutes habemus: vt, Animaduerti Iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. Nam in duas partes diuisam esse, rectum erat, sed durum & incompтum. Poetæ quidem etiam verborum diuisionem faciunt, & transgressionem, Hyperboreo Septen subiecta trioni. quod oratio nequaquam recipiet. Vide plura ibidem.

Hyperbole, hyperboles, pen. corr. fœm. gen. {ὑπερβολή.} Iulius Rufinianus, Hyperbole aliis schema, aliis tropus videtur. Cæterùm fit quum excedit veritatem sententia. Apud Virgil.12. Æneidos,

Qui candore niues anteirent, cursibus auras. Hactenus Iulius. Vide Cic. in Topicis. & Quintil. lib.8. cap.6.

Hyperbolicos, pen. corr. {ὑπερβολικὸς} Aduerbium Græcum, pro hyperbolicè. Cic. ad Atticum.

HYPERBOLVS, penult. corr. Chremidis filius, & Charonis frater fuit, lucernarum faber improbus: quippe qui faciendis lucernis non ære solùm, sed plumbo etiam vteretur, quo pluris eas, vt grauiores, venderet: & sic emptores decipiebat. De hoc Cicero in Bruto, Seruilius Glaucia, homo simillimus Athenien sis Hyperboli, cuius improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notauerunt. Thucidydes lib.8, Hyperbolum quendam Athenien sem, hominem nefarium, exulantem, non potentiæ dignitatísve meru, sed propter scelera & dedecus ciuitatis intereremerunt. Plutarchus in Alcibiadis vita, Erat, inquit, ea tempestate Hyperbolus Perithœdes, cuius vt improbi & flagitiosi hominis, Thucydides meminit. Is quum studiosè colligeret ea quæ in alterius infamiam diceremur, Comicis qui audacissimè temporibus illis mores hominum increpabant, magnam subministrabat vituperandi materiam. Hoc igitur ministro populus Athenien sis sæpenumero vtebatur ad eos diuulgãdos sermones, qui principum Reipublicæ & potentissimorum ciuium crimina, vituperationes ac infamiam cõtinerent. Eo igitur tempore ab Hyperbolo multitudinem persuasam, cuidam principum Reipublicæ Ostracum parare, fama vulgauerat. Illud verò est exilij genus, quo populus Atheniensis potentes ac præstantes gloria viros de ciuitate expellere consueuit, inuidiæ magis solatium, quàm timori remedium quærens. Alcibiadem hæ insidiæ quas machinabatur Hyperbolus, minimè latuerunt. Itaque periculo cognito, Niciam, vel (vt nonnulli alij volunt) Phæacum allocutus, omni simultate quæ inter eos erat postposita, in eius amicitiam rediit: illiúsque potentia suis viribus addita tantum valuit, vt Ostraci nota in authorem conuersa, Hyperbolum Athenis expulerit, nihil minus eo tempore quàm tale exilium formidantem. Nemo enim sordidus, neque ignobilis, aut insignis infamia vir, consueuit huiusce modi pœnam subire.

HYPERBOREI, pen. corr. {ὑπερβόρεοι} Montes & populi Scythiæ: sic dicti, quod suprà, id est vltra eos flat Boreas: vt ait Seruius. Festus verò, Hyperborei, inquit, supra Aquilonis flatum habitantes, dicti quòd humanæ vitæ modum excedant viuendo vltra cẽtesimum annum: quasi ὑπερβαίνοντες ἔτων seculis humani. Cic.3. de Nat. deor. Apollinem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. Multa de his apud Strabonem. Vide Plin. cap.17. lib.6.

Hyperboreæ glacies. Virgil.4. Georgicorum,

Solus Hyperboreas glacies, Tanaímque niualem

Arauáque Riphæis nunquam viduata pruinis.

Hypercatalecticum, pen. corr. {ὑπερκατάληκτον} Metrum dicitur cui vna syllaba, vel duæ superant. Virgil.1. Æneidos, Alloquitur Venus, O qui res hominúmque deorúmque. Et Horat.1.1. Carm. ode 9, Syluæ laborantes gelũque. Illud dactylicum hypercatalecticum est: hoc verò iambicum hypercatalecticum.

HYPERECHIVS, Alexandrinus grammaticus, sub Martiano principe scripsit De nominibus & verbis, & De orthographia. Author Suidas.

Hypericon, herba, Vide CORION.

HYPERIDES, pen. corr. {ὑπερείδης} Athenien sis, vnus è decem oratoribus primis, in Æginam se contulit, ibíque ab Archia Tyrio satellite captus, & ad Antipatrum missus necatur, lingua excisa, vt testatur in Demosthene Plutarchus.

HYPERION, pen. prod. huius Hyperionis, pen. corr. {ὑπερίων} aliis Solis pater, aliis Sol ipse, quòd eas super terras, dicitur. Poetæ pro Sole ipso vsurpant. Ouid. lib.1. Fastorum,

Placat equo Persis, radius Hyperiona cinctum. Diodorus scribit Hyperiona Saturni fratrem fuisse, Cæli filium, qui Solis ac Lunæ, aliorúmque astrorum motus, horáſque primum summa cura obseruationéque à se percepta, cæteris nosce nda tradidit. Ideò eorum parens nominatur, veluti ipsorum naturæ contemplator. Frequens est Solis epitheton apud Homerum.

Hyperionius, Adiectiuum. vt Currus Hyperionius. Valer.2. Argon.

HYPERMNESTRA {ὑπερμνήστρα} filia Danai, quæ viro suo Lino, aut Lyuceo pepercit. Qui postea interfecit Danaum. Vide Ouidium in Heroidibus, epist.14.

Hypermeter, siue hypermetrus, pen. corr. {ὑπέρμετρος} abundans syllaba. Virgil.1. Georgicorum,

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Hic REM hypermeter vocatur. Et debet sequens à vocali incipere, nisi fiat synæresis, Vnde sequitur, Et foliis vndam, &c.

Hyperthyrum, hyperthyri, neut. gen. pen. corr. vel Hyperthyris, huius hyperthyridis, fœm. gen. Plinio dicitur Superliminare, lib. 29. cap.4. Græci θύρην ianuam siue ostium vocant. Vtriusque meminit Vitruuius lib.4. cap.6. *C'est vn fronteau, clauean, ou linteau entre les ouuertures: mais le commun l'appelle Dessus de porte.* Dixi autem penult. corr. quia Dithyrambus, quod est eiusdem originis, secundam corripit apud Horatium lib.4. Carm. ode 2. hoc Sapphico,

Seu per audaces noua dithyrambos.

Hyphen {ὑφὲν} subunio interpretatur. Virgil.1. Æneidos,

-neque enim ignari sumus ante-malorum. Vbi Seruius, Ante malorum ὑφὲν est. Terent. And.1.2,

& heri semper-lenitas. Vbi Donatus, Semper-lenicas, hyphen.

Hypnalis, Aspidis genus est, Ægypti indigenum, aliis terris peregrinum, vt Cretæ, & insolitum, homines somno altissimo enecans, de quo illud Quidij intelligendum, quum scribit,

Plenáque somniferis serpens peregrina venenis. Ex Turnebo.

Hypocaustum {ὑπόκαυστον} Locus ad fudandum, quòd παρὰ τὸ ὑποκαίειν, hoc est à succendendo dicitur. Habet enim sub pauimento locum vacuum in quo succensus igois calidos vapores emittit, excitátque fudorem. Habet etiam ab vno latere præfurnium, hoc est paruam fornacem, in qua inclusus ignis partim hypocaustum calefacit, partim aquas temperat ad lauandum. Etenim super eam tria ahena componuntur, vnum caldarium, ex quo aqua calida hauritur: alterum tepidarium, ex quo tepida: tertium frigidarium, ex quo frigida. quantúmque aquæ ex caldario exit, tantùm ex tepidario in caldarium, & ex frigidario influit in tepidarium. Vide Vitruu. lib.5. cap.10. Hoc Latinè vaporariũ dicitur. Plin. epist.17. lib.2. ad Gallum, Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum, quod angusta fenestra suppositum calorem, vt ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Ita legit Sipontinus.

Tenuem voluunt hypocausta vaporem. Stat.1. Sylu.

Hypocrisis, pen. corr. {ὑπόκρισις} Simulatio Latinè dicitur. Hypocrisis (inquit Budæus) alienæ personæ simulatio: Hypocrita, pen. corr. alienæ personæ simulator.

Hypocystis, huius hypocystidis, pen. corr. fœm. gen. Scribon. Larg.
Hypocystis est succus rosæ syluaticæ, quam caninam quidam vocãt.

Hypodesis {ὑποδέσις} Calceus, siue calceamentũ, Homer. lib. 18. Odyss.
Id autem est veluti generale calceamentorum vocabulum apud Pollucem lib. 7. cap. 22. ad finem.

Hypodidascalus, penult. corr. {ὑποδιδάσκαλος} dicitur quem vulgus corrupte *submagistrum* appellat. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 18, Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidascalo.

Hypogeum, hypogei, pen. prod. {ὑπόγαιον} Locus subterraneus. Hypogeorum (inquit Budæus) appellatio complectitur cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias, promptuarias.

Hypogeum quid sit Astronomis, Vide TETARTEMORION.

Hypomnema, penultima prod. huius hypomnematis, neut. gen. & Hypomnematum, hypomnemati {ὑπόμνημα} Interpretatio siue commentarius. Cic. ad Tironem, lib. 16. 21, Multũ mihi enim eripitur operæ in exscribendis hypomnematis. Colum. lib. 7. cap. 5, Cuius cõmenta, quæ appellantur Græcè ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falsò produntur.

Hypopium, hypopij, neut. gen. {ὑπώπιον} Sugillatum, sugillatio, liuor. Dictum hypopium, quòd frequenter sub oculis fiat, quum ex contusione vltimam cutem sic subierit sanguis, vt appareat. ὑπό, sub: ὤπες, oculi. Hypopia Latini à fuctu dixerunt sugillata: nec solùm quæ sub oculis fiant ex contusione fuctúve, sic dicuntur, sed quæ in reliquo corpore etiam, & ex quacunque iniuria nigrescunt, id est liuores, & quæ ex flagellis vibices remanent in corpore.

Hypostasis, pen. corr. huius hypostaseos, fœm. gen. Subsistentia, siue substantia. Aliquando accipitur à Græcis pro persona.

Hypotheca, pen prod. {ὑπόθηκη} Græcè dicitur quod Latinè pignus: teste Martiano dicente, Inter pignus & hypothecam tãtum nominis sonus differt. Cui assentitur Valla. Cic. ad Thermum, lib. 13. 57, Cures velim vt aut de hypotheca decedat, eáque procuratoribus Cluuij tradat, aut pecuniam soluat.

Hypothecarius, Adiectiuum. vt Hypothecarius creditor. Vlpian. in l. 1. §. Sciendum est autem D. de separat.

Hypothesis, huius hypothesis, penult. corr. {ὑπόθεσις} Materia, argumentum, genus quæstionis. Cic. in Topicis, Definitum est quod hypothesin Græci, nos causam. Idem ad Attic. lib. 14. 320, Hypothesin autem hanc habent, eámque præ se ferunt, &c.
Hypothesis & materia, Idem. Cic. ad Attic. lib. 1. 9. Vide THESIS.

Hypozeuxis {ὑποζεῦξις} est figura Zeugmati contraria, vbi suũ cuique clausulæ redditur verbum. Virgil. 10. Æneidos,
Regem adit, & regi memorat nomẽque, genúsque.
Quidve petat, quidve ipse ferat, &c. Ab ὑπό, id est sub, & ζεῦξις, coniunctio, vel iugatio.

HYPSA, Fluuius Siciliæ. Plin. lib. 3. cap. 8. Sil. lib. 14,
Nec non qui potant Hypsãmque, Alabínque sonoros, &c.

HYPSENOR, pen. prod. teste Homero lib. 5. Iliad. filius magnanimi Dolopionis, qui erat sacerdos Scamandri: in tanto honore habitus, ac si deus quidam esset. Illum Eurypilus in bello Troiano interemit.

HYPSICRATEA, pen. prod. vxor fuit Mithridatis regis, quæ Persico habitu induta, & in habitum virilem reformata, tõsis capillis victum à Cn. Pompeio Mithridatem per efferas gentes fugientem, animo pariter & corpore indefessa sequuta est. Huius meminit Plutarchus in Pompeio.

HYPSIPHILE, pen. corr. {ὑψιφύλη} filia Thoantis regis Lemni: quæ quum mulieres in Lemno viros omnes communi cõsilio necarent, ipsa patrem seruauit, & dimisit. Ob id ipsa ejecta à Lemno, & à piratis capta, & Lycurgo regi Thraciæ diuendita fuit pro nutrice filio Opheltæ. De qua vide in dictione LEMNOS. Vide Ouid. in Heroidibus, epist. 6.
Formosa Hypsiphile. Valer. 3. Argon.

Hypsiphilæus, Adiectiuum {ὑψιφίλειος.} vt
Tellus Hypsiphilæa, Id est Amazonia. Ouid 3. Fast.

HYRCANIA {ὑρκανία} regio Asiatica, magna ex parte plana, & præclarissimis vrbibus adornata. dicta Hyrcania ab Hyrcano fylua quæ Scythiæ subiacet. Habet ab Oriente mare Caspium, à Meridie Armeniam, à Septẽtrione Albaniam, ab Occasu Iberiam. In ea regione pantheræ, pardi, & tigres abundant, quum fyluis aspera sit. Hinc

Hyrcanus, pen. prod. Adiectiuum {ὑρκανός.} Virgil. 4. Æneidos,
Hyrcanæque admorunt hubera tigres.
Auia Hyrcana. Stat. 6 Thebaid.
Luci Hyrcani. Valer. lib. 6. Argon.
Tigres Hyrcanæ. Virgil. 4. Æneid.
Hyrcanum, siue Caspium mare. *mare Albacue, siue mare de Sala* hodie vocitant, quem Ptolemæus lacum facit. Alij vocant *La mer d'Abacuth.*

HYRIVM {ὕριον} Apuliæ vrbs Ptolemæo, Tyrium alio nomine. vulgò *Lesina.*

HYRTACVS, penult. corr. à quo Hyrtacides, Virgilio libro 9, vir fuit Troianus ex Ida monte, qui filium habuit Nisum Æneæ comitem.

Hysginum, pen. corr. {ὕσγινον} Color similis coccineo: vnde Græci vestes ὑσγινοβαφεῖς appellant, hoc est hysgino tinctas. Plin. lib. 21. cap. 26, Hyacinthus in Gallia eximiè prouenit. hoc ibi pro cocco hysginum tingitur. De hysgino video esse quæstionem non læuem inter doctissimos viros, quum aliis herba videatur esse, aliis tinctuæ genus. Ego herbam & tincturam esse puto, quũ ex ea herba color purpureus fucetur atque tingatur. Hesychius scribit, ὕσγινον βάμμα τι, neque præterea quicquam: interpres Nicandri, τὸ ὕσγινον, inquit, φυτὸν ἐφ' ὑδάτων τὴν χρόαν ἔχον τὴν ὑακινθίνην καὶ ὑπ' αὐτῶν βαπτόμενον. Ita tinctura est Hesychio, interpreti Nicandri herba vnde pannus inficitur. Esse autem tinctura, & plãtam cognomines, quid vetat? Suidas Hysgen herbam esse dicit, vnde & hysginum tingatur. Fiunt, inquit Vitruuius, etiam purpurei colores infecta creta rubica radice & hygino, non minus & ex floribus alij colores. Apud Pausaniam in Phocicis esse videtur coccus. Hæc ex Turnebo.

HYSPA, Fluuius. Sil. lib. 14.

Hyssopus, fœm. gen. & hyssopum, neut. gen. pen. prod. {ὕσσωπος} Herba vulgò nota. Colum. lib. 7. cap. 5, Remedio sunt hyssopus & sal æquis ponderibus contrita. Plin. lib. 25. cap. 11, Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit, & prurigini in capite. Hebræi vocant *Hesob.*

Hyssopites, hyssopitæ, pen. prod. m. gen. {ὑσσωπίτης} sed figurarè nentro iungitur: & est vinum factitium ex hyssopo. Colum. lib. 12. cap. 35.

Hysterica, mulier quæ ab vtero strangulatur, seu quæ vulvæ strangulationi obnoxia est. ὑστέρα enim est vterus, vulua. Hystericis vitiem esse coitum, & medici docent, & experimenta comprobant. Martial. lib. 11. epig. 8,
Dicet & hystericam se forsitan altera mœcha
In Sinuessano velle sedere lacu. Alij legunt Ictericam, sed Ictерus morbus palàm apparet, nec indicare ac dicere necesse est.

Hysterologia, siue hysteron proteron {ὑστερολογία} Est sententiæ cum verbis ordo mutatus. vt Et Cererem torrere parant flammis, & frangere saxo. Hæc Donatus. Prius Ceres frangitur, postea torretur.

I

LITERA, iota, Cic. 3. de Orat. Quare Cotta noster, cuius tu illa lata Sulpiti nonnunquam imitaris, vt iotã literam rollas, & e plenissimum dicas, non mihi Oratores antiquos, sed messores videris imitari.
I in v mutauerũt aliquando veteres: pro Decimo, Maritimo, Decumum & Maritumum scribentes: quæ tam in vetustis M. Tullij Ciceronis exemplaribus, quàm in Liuianis, & Plinianis, & aliorum authorum, per v notata deprehendi, annotat Pierius.

I, litera sibi insidit. Coniicit enim est ab illo iacit. Quintil. libro 1. capite 4.

I ἴθι Imperatiuus ab Eo, is. Terent. And. I præ, sequar.

IA, Minor fuit Atlantis filia, soror Maiæ matris Mercurij, de qua Homerus lib. 14. Odysseæ scribit.

IACCHVS {Ἴακχος} Bacchus dicitur ἀπὸ τοῦ ἰαχεῖν, clamo, canto. nam qui Baccho sacrificabant, clamare solebant. Et duplici ce scribi debet, quanquam in verbo ἰαχῶ sit simplex c: quod ideò fit, vt in Iaccho secunda producatur. Nonnunquam ponitur pro vino. Virgil, eclog. 6, Inflatum hesterno venas, vt semper, Iaccho.
Florens Iacchus. Catull. Argon. 59.
Lætus Iacchus. Claud. 1. de raptu Proserp.
Ictus ab Iaccho. Lucret. lib. 4.

Iaceo, iaces, iacui, iacère, penult. prod. {κεῖμαι, κατάκειμαι} Cubare, decumbere, & prostratum esse. Plaut. Amphit. 4,
Quisque vt sterterat, iacet, obtinétque ordinem.
Ad quartam iaceo. Horat. 1. Serm. satyr. 6.
Iacère alteri ad pedes, Prouolui ad pedes, procumbere ad pedes & genua. Cic. 7. Verr. Mihi ad pedes misera iacuit.
¶Iacere etiam dicuntur ij qui prorsus nihil agunt, & ab omni rerum curatione vacant. Cic. lib. 3. Offic. Quum C. Marius septimum annum post Prætoram iacêret. Idem Attico, lib. 12. 243, Scias me ita dolere, vt non iaceam. id est, vt aliquid tamen agam, vt inertiæ prorsus me non dediderim.
¶Iacère, Omnium fauore destitui. Cic. Attico, lib 7. epist. 16, Responsa Pompeij grata populo, & probata concioni esse dicuntur. quæ quidem si ille repudiarit, iacebit. hoc est, populum alienabit, qui probat responsa Pompeij. De Cæsare loquitur. Et lib. 10. epist. 5, Curio iacère Cæsarem putat offensione populari. Id est odiosum esse plebi, qui pecuniam ærarij abstulisset.
Iacère ante ædes. Plaut. Amphitryone,
Quis est hic senex qui ante ædes nostras sic iacet?
Supplex ante pedes iacuit. Ouid. 11. Metam.
Iacère in limine. Cic. 7. Verr. Patres hi, quos videtis, iacebant in limine.
Iaceant in aqua carnes. Plaut. Pseud. 4.
In iacertis alicuius iacère. Ouid. 1. Amor. eleg 13.
Iacère in lustra. Plaut. Casin. 5. Sic Iacère in luto, Idem Aulul. 7.
Iacère in tenebris. Cic. 3. Verr. Religiones verò, cerimoniæque omnium sacrorum fanorúmque violatæ, simulacráque deorum quæ non modò ex suis templis ablata sunt, sed etiam iacêt in tenebris, ab ipso abstrusa atque abdita.
In toro iacui. Ouid. epist. 14.
Iacent sub arbore poma. Virgil. 2. eclog.
Vmbra iacuere sub vna. Ouid. 7. Fast.
Iacère humi. Cic. in Catil. Ad huius vitæ studiũ meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: iacère humi non modò ad obsidendum stuprum, verumetiam ad facinus obeundum.
Humi iacet nudus infans. Lucret. lib. 5.
Humo iacuit resupinus Ouid. 4. Metam.
Truncus iners iacui. Ouid 3. Amor. eleg 6.
Graues vino, somnóque iacebant. Ouid. epist 14.
¶Iacère, Ignobilem esse: cui opponitur Vigere, florere. Cicero 11. Philip.

Philipp. Ab hoc igitur quisquam bellum timet, qui antequam nos id coacti susceperimus, in pace iacère, quàm in bello vigere malit? quanquam ille quidem nunquam iacuit: nec hoc cadere verbum in tantam virtutis præstantiam potest.
¶Iacère, Sordere, nec lætum esse. Lucilius lib. 30. Et sua præcipuè retro delicta iacêre. Lucret. lib. 1.
Humana ante oculos fœdè quum vita iacêret
In terris, oppressa graui sub religione. Nonius.
Iacêre in obliuione, vel in silentio. Cic. 3. Verr. Idem 2. de Orat. In eodem silentio multa alia officia Oratorum iacuerunt.
Iacêre, Despectum, & sine dignitate esse. Cic. Attico, lib. 11. epist 6, Brundusij iacêre, in omneis parteis est mol stum.
¶Iacêre, Negligi. Cic. Lentulo, lib. 1. epist. 5, Nempe iacêre regem pateremur. Ouid. lib. 1. Fastorum,
Census amicitias, pauper vbique iacet.
Iacêre in occulto, Non esse alicuius nominis, neque famæ. Plaut. Trinummo, 10,
-nisi me ausultas, atque hoc, vt dico, facis,
Tute pone te latebis facilè, ne inueniat te honor:
In occulto iacebis, quum te maximè clarum voles.
Iacêre inultum. Liu. 5. bell. Pun. Ne inultos imperatores suos iacêre sinerent.
Iacère prostratum. Cic. in Catil. Facet ille nunc prostratus Quirites, & se perculsum, atque abiectum esse sentit.
¶Iacere grauiter: id est, grauiter dolet. Plin. epist. 44. Sic Iacêre in lecto, Cic. 2. Philipp.
Iacêre in fordibus. Cic. ad Terentiã, 14. 2, Te nunc mea Terentia sic vexari & iacêre in lacrymis, & fordibus. Sic Iacêre in mœrore, Ad Atticum, lib. 10 195.
¶Iacere oratio, Quæ languet, & quasi exanimis est. Quintil. lib 9, de figuris sententiarũ loquẽs, Modus est in his orationis, atque actus: quibus detractis, iacet, & velut agitâte corpus spiritu caret. Budæus.
Iacent pretia prædiorum: pro Vili venduntur prædia. Cicero pro Roscio Comœdo, Accepit enim agrum tempore bus iis, quum iacerent pretia prædiorum.
Rationes iacent: Hoc est, emortuæ sunt & languidæ ac sopitæ. Plaut. Amphit. 16,
Signo eodem apparet probè, vt primũ coiuit cicatrix rufula
Sublurida, rationes iacent, iudicium siler: quid agam, nescio. Id est, rationes ignoro.
Iacent studia: Id est frigent, & sine vigore sunt. Cic. lib. 1. Tuscul. Iacéntque ea semper quæ apud quosque improbantur. Hæc Budæus. Sic apud eundem Cic. lib. 2. de Diuinat. Iacet igitur tota conclusio.
Iacent virtutes. Cic. 2. de Finib. Maximas verò virtutes iacêre necesse est voluptate dominante.
Iacent suis testibus illi. Cic. pro Milone, Iacent suis testibus ij, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro auditum esset, redítum fu sse.
¶Iacêre, Plenum esse, & oneratum. Virgil. lib. 3. Georgicorum,
Sed iacet aggeribus niueis informis & alto
Terra gelu. Nonius.
¶Iacêre, Perplurimum porrigi. Virg. lib. 3. Georgicorum,
-itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitus: tamen campi iacet. Nonius.
Iacêre inter. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13, Quem locum volo tibi esse notum, iacet inter Apenninũ & Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. Plin. lib. 4. cap. 16, Inter Septentrionẽ & Occidẽtem iacet.
Iacet campus in medio. Sallustius, In medio campus iacet, aquis vndique scatens.
Tellus iacet extra sidera. Virg. 6. Æneid.
¶Iacêre, Mortuum esse, quòd iaceant cadauera, nec amplius moueantur. Lucanus, Ille iacet, lætæ paci quem prætulit orbis.
Telo iacet. Virg. 1. Æneid.
Morte iacent merita. Ouid. 3. Fast.
Iacêre dicuntur cineres alicuius, Sepultum esse. Martialis lib. 1. ad Alcimum,
Non aliter cineres mando iacêre meos.

Iacens, Participium {κείμενος.} Cic. 12. Philipp. Si iacens id nobiscum ageret, audirem fortasse.
Segnis, & iacens. Quintil. lib. 1. cap. 3.
In amore iacens. Lucret. lib. 3.
Dura in regione iacens, Id est ægrotans. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.
¶Iacens animus: Id est, sine spe, non alacer, non erectus. Cicero de Amic. Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potius niti & efficere, vt amici iacentem animum excitet, inducátque in spem, cogitationémque meliorem.
Homo afflictus & iacens. Cic. de Arusp. resp.
Iacente te. pro Te ægrotante. Cic. ad Papyrium, lib 9. 29, Sed cura, si me amas, vt valeas, ne ego te iacente, bona tua comedim. Pro comedam hic positum est comedim.
Consolari iacentem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.
Casa humi iacens. Seneca Thyeste, 5.
Iacentes terræ ad Hesperum, Hoc est vergentes, vel declinantes, & quod vulgus *respicientes* dicit. Plin. lib. 18. cap. 25.

Iacio, iacis, ieci, iactum {βάλλω, ἵημι, βάπτω} iácere, pen. corr. Emittere, & vi impellere. Virg. lib. 5. Æneidos,
Sublatáque procul dextra connixa coruscat,
Et iacit. Cic. 6. Verr. de signis, In quem, scyphum de manu iácere conatus est. Cæsar 2. bell. Gall.
Iacere iuxta. Plin. lib. 2. cap. 73, Iuxta quem vmbræ æstate in Austrum, hyeme in Septentrionem iaciuntur.
Iacere in sublime. Plin. lib. 11. cap. 2.
Iecisse ipse me potius in profundum, quàm, &c. Cic. pro Sextio.
In præceps aliquem iacere. Tacit. libro 4, Aproniam coniugem in præceps iecit.
Præceps se iecit in agros, Id est irruit aut fugit in agros. Lucanus lib. 7. de tauro quodam.
Iacere aggerem. Id est facere, inquit Nonius. Lucil. lib. 26, Aggere in iaciendo, siquo est vineis actis opus.
Iacere anchoras ante portum. Liuius 9. bell. Punic. Cæsar 4. bell. Gallic. Quæ tamen anchoris iactis, quum fluctibus complerentur, &c.
Anchora de prora iacitur. Virg. 3. Æneid.
Edicta in populum iacere. Tacit. lib. 19, Quòd edicta in populum pro. Vespasiano magnifica, probrosa aduersus Vitellium iecerat.
Exempla iacere. Tacit. lib. 3, Antiqua exempla iaciens.
¶Iacere fundamenta, Est (inquit Valla) quasi qualiacunque fundamenta facere, & quodammodo dare rei principium. Cicero 1. Philipp. In quo templo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. Hic per translationem. Sine translatione autem, Sueton. de Vita Caij, capite 22, In area Capitolina nouæ domus fundamenta iecit.
Fundamenta fideliter iacere. Quintilianus lib. 1. cap. 4, Quæ nisi Oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris corruet.
Iacere fundamenta salutis alterius. Cic. Appio, lib. 10. 29, Quod quidem nec destiti facere, nec desistam: & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci salutis tuæ.
Fundamina iaciunt ciues. Ouid. 4. Fast. de condenda Vrbe.
Gradum iacere, atque aditum ad cætera. Idem quod facere gradũ & progredi, aut procedere. Cic. 1. de Lege agrar. Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligatis.
Hastam eminus iecit. Virg. 10. Æneid.
Iacere moles ab vtroque portus cornu. Cic. Att. lib. 9. 187.
Odorem iaciunt de corpore. Lucret. lib. 2.
Iacere pedes: Hoc est, promouere. Plin. lib. 10. cap. 38, Aliquæ aues ante se pedes iaciunt, vt ciconiæ.
Salutem in re aliqua, pro Ponere salutem suam in re aliqua, & ab ea aliquid sperare. Virg. lib. 4 Georg.
Talos, pro Ludere talis. Plaut. Asin. 13. Cic. 2. de Diuinat.
Talos in medium iacere. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Tela manu iaciens. Virg. 11. Æneid.
In falsum tela iacere. Tacit. lib. 4.
¶Iacere, pro Enuntiare, siue spargere in vulgus. Tacit. lib. 1, Quædam de habitu, cultúque, & institutis eius iecerat.
Apud aliquem iacere quidpiam. Tacit. lib. 4.
¶Iacere aliquid in aliquem, per translationem. Liu. 4. bel. Maced. Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hoc Consul verbo tenus, quàm vt re insimularet.
Contumeliam in aliquem. Cic. pro Sylla.
Inter se, aut inter amicos iaciunt contumelias. Tacit. lib. 15.
Igniculos. Cic. ad Atticum, lib. 15. 329, Reliqua pars epistolæ. illa nanque in vtranque. Sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos virileis, &c.
Iacere & immittere iniuriam in aliquem. Cic. in Parad.
Per vaniloquentiam, & minas iaciebat. Tacit. lib. 5.
Probra in aliquem iacere. Tacit. lib. 11, Inque fœminas illustres probra iecerat.
Iacere probra in insontem. Liu. 2. ab Vrbe.
Querelas. Cicer. 1. de Diuinat. Vocibus instat, & assiduas iacit ore querelas.
Querimoniam, Conqueri. Seneca, Et in negligentes nostri deos querimoniam iactunt, &c.
Iacere & mittere ridiculũ. Cic. in Orat. Vterque vtroque, sed altero in narrando aliquid venustè, altero in iaciẽdo, mittendóq; ridiculo.
Sermones. Tacit. lib. 4, Igitur Latiaris iacere fortuitos primùm sermones.
Significationes, pro Ostẽdere & significare. Suet. in Nerone, ca. 37.
Suspicionem, pro Inducere. Cic. pro Flacco, Quæ est vnquam iacta non suspicio, quæ tamen solet esse falsa, sed iracundiæ vox, aut doloris?
Terrores iácere, & denuntiare. Cic. ad Attic. lib. 2. 38, Sed *Cοάντους* nostræ consanguineus non mediocres terrores iacit atque denuntiat, &c.
Vera aut vana. Liu. 6 ab Vrbe, Ad hoc domi concionantis in modum, sermones pleni criminum in Patres: inter quos cũ omisso discrimine vera an vana iaceret, thesauros Gallici auri occultari à Patribus iecit.
Vocem Claudij, quam temulentus iecerat. Tacit. lib. 12.

Iacto, iactas {ἐπιτείνω, παρατείνω, ἀναπτύσσω, γαυριάω, μεγαλορρημονέω} iactáre, Variè iácere. Cæsar 1. bell. Gall. Diu iactato brachio. Virgilius 1. Georgicorum,
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.
Artus variè iactat incertus dolor. Seneca Hippol. 4.
Brachia excussa iactare. Ouid. 5. Metamorph. Gestus est in aquis natantium.
Brachium in latus iactare. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Iactare cæstus. Cic. 2. Tuscul.
Caput iactare. Id est, succutere, vehementer agitare. Tibull. lib. 2. eleg. 6.
Colla iactare. Ouid. 3. Metam.
In toto corpus iactare cubili. Lucan. lib. 5.
Manus iactare. Iuuenal. satyr. 3. de Græcis adulatoribus,
-melior qui semper & omni
Nocte dieque potest alienum sumere vultum,
A facie iactare manus, laudare paratus
Si bene ructauit, si rectum minxit amicus. A facie iactare manus, hoc est, manibus aut hos aut illos gestus facere à vultu seu pro qualitate vultus eius hominis cui vult adulari. ad eius enim vultum componit suos motus atque gestus. Aliter tamen interpretes exponunt.
Oculos iactare. Lucret. lib. 4. *Ieter des œillades.*
¶Iactare odorem, pro Emittere. Virg. 2. Georg.

. Nunc ego iactandas optarem sumere pennas. Ouid.3.Triſt.eleg. 8. Id eſt agitandas alas ad volandum.
In iactando membra fatigat. Lucret.lib.3.
Iactare rete. Celſus in l.Siriactum. D.De actionib.empti.
Iactare ſemen. Varro 1.de Re ruſt.cap.42.
Iactare talos. Cic.2 de Diuinat.
¶Iactare curas pectore. Virgilius 11.Æneid. Id eſt, ſæpe voluere. Nonius.
¶Iactatur nummus. Cic.3. Offic. Cúmque collegium Prætorum Trib.pleb.adhibuiſſent, vt res nummaria, &c. conſtitueretur. iactabatur enim illis temporibus nummus ſic vt nemo ſcire poſſet quid haberet. Id eſt, fluctuabat æſtimatio nummi. Budæus.
Iactare atque agitare æquitatem multis iniuriis. Cic. pro Quintio.
¶Iactare dicta iocoſa in aduerſarios. Liu.10.bel.Maced.
Conuitia iactare grauida lingua. Propert.lib.3.eleg.8.
Iurgia iactare. Virg.10.Æneid.
Iactare minas. Cic.pro Quintio, Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur, &c.
Iactare probra in aliquem. Liu.9.bel.Pun.
Iactare querimonias vltro citróque. Liu.7.ab Vrbe. Ea vltima fuit cauſa, quum multæ antè querimoniæ vltrò citróque iactatæ eſſent, cur per, &c.
Iactare rem ſermonibus. Liu.8.bel.Maced. Cæſar 1.bell.Gall.Sed quòd pluribus præſentibus eas res iactare nolebat, celeriter conſilium dimittit.
Voces ad ſidera iactant. Virg.eclog.5.
¶Fama iactatur. S.lius lib.4.
Iactatur hoc vulgò. Cælius ad Ciceronem, lib.8.1, Neque hæc incerta, tamen vulgò iactantur.
¶Iactare rem aliquam, Temerè laudare, vel ambitioſius gloriari. Virg.10.Æneidos,
-voces dum iactat inertes.
¶Iactare ſe, pro Efferre. Cic.pro Roſcio Amerino, Hæc tu Eruciator & tanta ſi nactus eſſes in reo, quandiu diceres? quo te modo iactares? tempus hercule te citius, quàm oratio deficeret.
Iactare ſe, Se vehementer agitare. Cic.in Bruto.
Iactare ſe magnificentiſſimè. Cic.ad Atticum, lib.2.36.
Seſe iactare, & in alios exeo impetu incurrere. Cic.1.de Finib.
Iactare ſe de re aliqua. Cic.6. Verr.
Iactare ſe in cauſis Centumuiralibus. Cic.lib.1.de Orat.
Iactare rete. Celſus in l.Si iactum. D. de actionib.empt.& venditi, Si iactum retis emero, & rete iactare piſcator noluit.
Iactare ſe in re aliqua. Cic.ad Atticum, lib.2.16, Iam quum ſe ille ſeptimo die veniſſe à freto, neque ſibi obuiam quenquam prodire potuiſſe, & noctu ſe introiſſe dixiſſet, in eóque ſe in concione iactaſſet, nihil ei noui dici accidiſſe.
Intolerantius ſe iactare. Cic.2.de Orat.
Fiduciam partis ſuæ iactare. Quintil.lib.4.cap.13.
Iactare aliàs à Cicerone dicitur Magnificè loqui, gloriari, verbis ſe locupletem facere, gloria ſe & prædicatione efferre, & ſe oſtétare.
Genus, & proauos, & regia nomina iactare. Ouid.epiſt.16.
Ingenium iactare. Quintil.lib.3.cap.1.
Virtutem iactare. Ouid.epiſt.15.
¶Iactare, pro Exponere, ſeu proiicere, iacturæ faciendæ animo. Seneca lib.1.de Clementia, cap.3, Non hic eſt ſine ratione populis vrbibúſque conſenſus, ſic proteg endi amandíque reges, & ſe ſuáque iactandi, quocunque deſiderauerit imperantis ſalus.
¶Iactare, Inaniter loqui. Virg.1.Æneidos,
Talia iactanti, ſtridens Aquilone procella
Velum aduerſa ferit.
¶Iactare, Fatigare, vexare, concutere. Virg.1.Æneidos,
-iactatos æquore toto
Troas reliquias Danaûm. Virg.1.Æneidos,
-iactetur odio Iunonis iniquæ.
Huc illuc iactari. Lucan.lib.8.
Ventis iactamur. Propert.lib.3.eleg.5.
In vndis iactari. Virg.10.Æneid.
Morbo iactari. Horat.2.Serm.ſat.3.
Iactari æſtu, febríque. Cic.in Catil.
Iactari fluctibus. Cic.in Orat.
Iactari clamore conuitiò q3. Cic.ad Lentulum, lib.1.5, Poſtea quàm Pompeius & apud populum ad VIII. Idus Februarij, quum pro Milone diceret, clamore conuitióque iactatus eſſet.
¶Iactare, Plagis ſternere. Cic.3.Verr. Iactatur domi ſuæ vir optimus, &c. Nonius.

Iactito, iactitas, pen.cor. {ἰακτίζω} iactitáre, à Iacto, iactas. Liu.7.ab Vrbe, Iunétus, hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus, iactitare cœpit.

Iactus {βολὴ} Participium à iacio. Cicero 2. de Lege agraria, Hunc quaſi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligetis.

Iactus, huius iactus {βολὴ} Ipſe iaciendi actus. Terentius Adelph.4.7, Si illud quod eſt maximè opus, iactu non cadit. Cicero 3. Catil. Iactus fulminum.
Iactus pilarum. Ouid.2.Triſt.
Teli iactus. Tacit.lib.13.
Iactu ſe dedit in æquor. Virg.4.Georg.
¶Iactus etiam retis dicitur abſolutè. Valer.lib 4.cap.1, circa finem, A piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus, quidam iactum emerat.

Iactans {ἀλαζονικὸς, ἀλαζὼν} Participium, ſiue Nomen ex participio. Plin.epiſt.9.lib.3, Iactantes & glorioſæ epiſtolæ.
Iactans ſui. Quintil.lib.11.cap.1.
Paulò iactantior. Horat.1.Serm.ſat.3.
Iactantior geſtus. Quintil.lib.11.cap.1.

Iactanter {ἀλαζονικῶς} Aduerbium apud Tacitum, lib.2, Periiſſe Germanicum nulli iactantius mœrent, quàm qui maximè lætantur. Id eſt, ambitioſius, vel maiori cum oſtentatione.

Iactatus, pen.prod. Participium {ῥιπτασθεὶς.} Virg.1.Æneidos,
-iactatos æquore toto.
Clamore, conuiuíque iactatus eſt Pompeius. Id eſt exagitatus. Cic.ad Lentulum lib.1.epiſt.5.
Periclis iactatus. Virg.6.Æneid.
Terris iactatus & alto. Virg.1.Æneid.
Nauæ iactari turbine. Catull.ad Mallium.epigr.63.
Nix iactata ſub Arcto. Ouid.3.Triſt.eleg.10.

Iactatus, huius iactatus, Verbale. Plinius lib.14.cap.18, Sic & mari nauigato, cuius iactatus his quæ durauerint tantum vetuſtatis adiicere ſentitur, quantum habuerit.
Pennarum iactatus. Ouid.6.Metam.

Iactatio, Aliud verbale {ἀκροβολισμὸς} Cic. pro Muræna, Quo tandem animo me eſſe oporteat, propè iam ex magna iactatione terram videntem, in hûc cui video maximas Reip.tempeſtates eſſe obeundas?
Iactatio corporis. Cic.in Orat.
¶Iactatio eſt voluptas geſtientis, & ſe efferentis inſolentius. Cic. 4.Tuſcul.
Inſolentiam & iactationem hominum ferre. Cic.ad Att.lib.10.12.
Circulatoria iactatio. Quintil.lib.2.cap.4.
Iactatio popularis, pro Gloria & vanis ſermonibus. Cicero pro Cluent. Optimis hercle temporibus tum quum homines ſe non iactatione populari, ſed dignitate, atque innocentia tuebantur.
Eruditionis iactatio. Quintil.lib.1.cap.5.
Temporum noſtrorum iactatio. Quintil.lib.4.cap.1.
Iactatio verborum. Brutus ad Ciceronem lib. 11.20, Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, & denuntiatione periculi, &c.

Iactator, pen. prod. {κομπαστὴς, ἀλαζὼν, μεγαλαυχος, βωμολόχος} Gloriоſus. Quintil.lib.11.cap.1, de Cicerone, Is quidem rerum à ſe geſtarũ maior quàm eloquętiæ fuit in orationibus vtique iactator. Gell.lib.18.cap.4.
Acer in abſentes linguæ iactator. Claud.2.in Eutrop.
Immodicus proprij iactator honoris. Claud.3 Paneg.

Iactantia, iactantiæ {μεγαυχία, μεγαλαυχηματία, ἀλαζονεία} Idem quod iactatio. Quintil.lib.9.cap.2, Veritus opinionem iactantiæ.
Friuola iactantia. Quintil.lib.1.cap.6.
Inanis iactantia. Quintil.lib.1.cap.8.
Minuere iactantiam. Quintil.lib 6.cap.3.

Iactuoſe, Iactuoſus {κομπαστικῶς} nuſquam leguntur. Quod aurẽ quidam probant ea ex Cicerone, non iactuoſe, neque iactuoſus in iis locis quos adducunt, legi debet: ſed actuoſe & actuoſus.

Iactura, iacturæ, pen.prod. {ζημία, δήλωσις} Propriè damnum dicitur, quod fit præcipuè in mari: quum quis magnas merces quas ſecum vehit, tempeſtate ingruente, cogitur in mare conijcere, ne nauis obruatur. Saluſtius ad Cæſarem, Siquid aduerſi coortum eſt, de illis potiſſimum iactura fit, quia pretij minimi ſunt.
Decoris ablati iactura. Ouid.9.Metam.
Humani generis iactura. Ouid.1.Metam.
Leuis iactura. Claud.2.in Eutrop.
Mediocris iactura. Iuuenal.ſat.13.
¶Accipere iacturam, Vide ACCIPIO.
Afferre iacturam, Vide AFFERO.
Iacturam rei familiaris facere. Cic.2.de Finib. Vide FACIO.
Pati iacturam, Vide PATIOR.

Iaculum, iaculi, pen.corr. {ἀκόντιον, βολὶς, ἀγκύλη, σαυρία} dicitur quicquid in longum iaci poteſt. Plaut. Trucul.3,
Tentant benignúſne, an bonæ frugi ſies: quaſi in piſcinam,
Rete qui iaculum parat, quando abiit rete peſſum, abducit. Idem in Aſinaria, 3,
Iubeas vna opera me piſcari in aëre,
Venari reti iaculo apros in medio mari. Quem locum alij aliter: ſed corruptè legunt.
Iaculum (inquit Varro) dicitur, quòd vt iaciatur, fit.
Audax iaculis. Silius lib.2.
Inſignis iaculo. Virg.10.Æneid.
Miſſa iaculorum turba. Ouid.3.de Ponto, eleg.7.
¶Acutum iaculum. Virg.3.Æneid. Vide ACVO.
Lethale iaculum. Ouid.5.Metam.
Velocis iaculi certamina. Virg.2.Georg.
¶Dirigere iaculum totis viribus. Senec.Hippol.6.
Ictus iaculis aut lapide, Vide ICO.
Inuadere aliquem iaculis. Silius lib.15.
Intorquens iaculum. Virg.9.Æneid. Ouid.5, Metam.
Moliri iacula, Vide MOLIOR.
Perlibrat iaculum ad oſſa. Silius lib.15.
Torquere iaculum lacerto. Ouid.2.de Ponto, eleg.9.

Iaculor, pen.cort. iacularis {ἀκοντίζω, ἀγκύλῃ, σαυρίζω} iaculári, Longè iácere. Iuuenal.ſat.1,
-quanteas iaculetur Iuppiter Monychus ornos. Columel.lib.10.
Sæpe ferus duros iaculatur Iuppiter imbres. Liu.2.bel.Pun. Et quum in latus dextrum, quod petebat, Numidæ iacularentur, &c. Horat.1. Carm.ode 2,
-ſacras iaculatus arces
Terruit vrbem.
Abrupta quædam iaculantur. Quintil.lib.2.cap.11.
Ferro iaculabor acuto. Ouid.in Ibin.
Iuppiter iaculatur fulmina. Ouid.2.Metam.
Saxa iaculans Giganteo lacerto. Ouid.14.Metam.
¶Iaculari, pro Appetere, vel moliri. Horat.2.Carm.ode 16,
Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa? Hoc eſt, Appetimus: & quũ breuis vita ſit, maiora tentamus. Acron.
Iaculari ceruos fugientes, Iaculis appetere & perſequi. Horat. Carm.3.ode 12.

Iaculo,

Iaculo, iaculas {ἀκοντίζω} etiam dicitur. Claudianus,
-latis iaculabar in aruis.
Iaculatus, pen.prod. Participium {ἀκοντισθὲς.} vt
Ignes iaculata è nubibus. Virg.1.Æneid.
Iaculator, pen.prod. {ἀκοντιστὴς, ἀκοντιστὴς} Qui iaculum emittit. Liu.1.bel. Pun. Pro eo ſupplementum ipſe ex Africa, maximè iaculatorum leuium armis petit.
Audax iaculator. Horat.3.Carm.ode 4.
Iaculatores dicuntur deerrare, Vide DEERRO.
¶Iaculatorem, pro piſcatore poſuiſſe Plautum in quadam comœdia refert Iſidorus, è qua hoc affert, Probus quidem anteà iaculatoreas, &c. Monuit Turnebus.
Iacultrix, pen.prod. {σαυρωτηρὶς} Verbale fœmininum: vt Diana iacultrix. Ouid.5.Metam.
Iaculabilis, & hoc iaculabile, pen.cor. {ἀκοντητὸς} Quod iaculari poteſt: vt Telum iaculabile. Ouid.7.Metam.
Pondus iaculabile. Stat.6.Thebaid.
Iaculus, iaculi, pen.corr.m.g. {ἀκοντίας} Serpentis genus, qui ſubit arbores, è quibus ſe vi maxima vibrat, penetrátque quodcunque animal obuium fecerit fortuna. Plin.lib.8.cap.23. Lucan.lib 9,
Et natrix violator aquæ, iaculíque volucres.
Iaculatorius, Adiectiuum, Quod ad iaculatores, iaculandíve artem pertinet. vt
Campus iaculatorius, In quo iaculatores exercentur. In quo iaculatores iaculantur ordinarié. Vlpianus D. Ad leg. Aquil. Item ſi obſterrix. §. Sed etſi, Si à iaculantibus per luſum, ſeruus fuerit occiſus, Aquiliæ locus eſt. Sed ſi (inquit Iureconſultus) quũ alij in campo iacularentur, ſeruus per eum locum tranſiret, Aquilia ceſſat: quia non debuit per campum iaculatorium iter intempeſtiuè facere. Qui tamen data opera in eum iaculatus eſt, vtique Aquilia tenebitur.

IADERA, Illyrici oppidum, Apolloniæ & Salonæ vicinum, teſte Pomponio lib.2. Iaderæ meminit & Plinius in deſcriptione Liburniæ.

IALYSOS, pen.prod. {ἴαλυσος} Rhodi inſulæ vrbs, teſte Pomponio lib. 2. Hiſtoriam Ouidius indicat lib.Metam.7. Vide Plin.lib.5.cap.31. Vide Cic.de Orat. Ad Att.lib.2.epiſtola, De Repub.quid ego. Plin. lib.35.cap.10. Gellius lib.15.cap.vlt. Ælianus lib.12. Cic.lib.3.de Natura deorum. Qu d Ialyſus fuerit, ſunt qui dubitent. Moſſellanus venatorem fuiſſe ſuſpicatur, á quo nomen vrbs acceperit, eſque id indicio eſſe, quòd cum cane pingatur Ialyſius. Sunt qui putẽt Satyrum hoc nomine fuiſſe: alij Bacchum, qui á Rhodijs ita vocaretur: alij vnam è cribus antiquiſſimis Rhodus ciuitatibus. Pindari interpretes aiunt Cercaphum Solis & Rhodi Nymphæ filium, tres filios procreaſſe, Ialyſum, Lindum, & Camirũ, qui tres ciuitates in Rhodo condidas ſuis nominibus appellarunt. Strabo lib.14. Vide & Iſidorum.

Iam, Aduerbium temporis {ἤδη.}
¶Iam, Properantis, & ſe aliquid protinus facturum indicantis. Terent. Adelph.2.2,
Tace, egomet conueniam iam ipſum. Idem And.5.4,
Rectè admones: Dauo iſtuc dedam iam negoti.
¶Iam, Increpatio moræ. Terent.Eunuch.3.2,
Iámne imus?
¶Iam, {αὐτίκα} in principio ſententiæ, id eſt iam primum, vel principium. Cicero 3. Verr. Iam quid id ad Prætorem, vter poſſeſſor ſit? Budæus.
¶Iam, Renuntiatio perpetuitatis, inquit Donatus. Terẽt. And.2.2, Vxorem tibi iam non dat Chremes. Varro de Re ruſt. lib. 2.cap.4, Quum porci depulſi ſunt à mamma, à quibuſdam delici appellantur: neque iam lactentes dicuntur. IAM eleganter dixit, pro eo quod nũcpletiore dicunt AMPLIVS.
¶Iam, pro Iam verò. Cic.de Senect. Iam ortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant. Budæus.
¶Iam, Modò. Terent.Eunuch.5.2, Te quoque iam Thaiſwa me di bene ament, amo. Cic.de Amic. De me autem (vt iam cum verò quoque loquar) ſic habetote.
Iam geminatum, pro Modò, ſiue interdum ſimiliter geminato. Horat.2.Serm.ſat.7,
Iam vino quærens, iam ſomno fallere noctem. Virg.6.Æneidos,
Iámque eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.
Iam, pro Incerto & non conſtituto tempore. Tibul.lib.1.eleg.14, Iam veniet tenebris mors adoperta caput, &c.
¶Iam, pro Poſthac. Cicero ad Terentiam, lib.14.14. Veſtrum iam conſilium eſt, non ſolum meum, quid ſit vobis faciendum. Idem Terentiæ, lib.14 4.
¶Iam, pro Nunc temporis. Terent. And.3.4,
Cur vxor non accerſitur? iam adueſperaſcit. Idem Eunuch.4.2,
Iam eſt, vel Iam ſunt, vel etiam ſine additо, pro temporis ſignificatione certa, & ferè ſequitur quum, aut accuſatiuus, aut ablatiuus. Plaut. Merc.9, Ecaſtor iam biennium eſt quum mecum rem ille cœpit. Idem Moſtel.13, Quin ſex menſes iam hic nemo habitat. Idem Curcul.2. Hoc Æſculapij fanum eſt. PA-plus iam anno ſcio.
¶Iam, Statim, mox, confeſtim. Terent. Eunuch.1.2,
Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Plaut. Aulul.5,
-occlude ſis
Fores ambobus peſſulis, iam ego hîc ero. Idem Trucul.4. Cic.pro Flac. Iam illud videro: ſed primùm illud tenebo.
¶Iam, Tarditatis ſignum, pro Tandem. Terent. And.1.2,
Te oro Daue, vt redeat iam in viam. Idem Adelph.2.1,
Inunc iam. Vbi Donatus, Nunc iam, duæ partes ſunt. Et bene iam: quia ſerò & poſt plagas.
¶Iam, pro Tunc. Quintil. Quòd ſi ſatis prudenter ea viderint, iam propè conſummata fuerit præcipientis opera.
¶Iam à pueris, Statim ab infantia. Terent. Heaut. Qui nos putant iam à pueris ilico naſci ſenes. Cic. Lentulo, lib.1.9, Iam à prima adoleſcentia delectarunt.
Iam à principio. Salluſt. in Iugurtha. Ad hoc Pop. Rom. iam à principio inopi melius viſum eſt, amicos quàm ſeruos querere.

Iam ab illo tempore quum veniſti in Italiam. Cic. Cæl lib.2.14.
Iam ab illo tempore quum in Cumanum mihi obuiam veniſti. Cic. Cælio, lib.2.15.
Iam abhinc triginta diebus Comitiis habitis. Cic.4.Verr.
Iam antea petiit ab ſe te. Cic.ad Att.lib.16.342.
¶Iam continuò. Plautus Ciſtel. Quod lubet, non lubet iam id continuò.
¶Iamdiu, Per longum tempus ſignificat. Plaut. Milit.4,
Ego iamdiu apud hunc ſeruitutem ſeruio. Terent. Eunuch.3.3,
-huc euaſit, quamprídem pater
Mihi & mater mortui eſſent: dico iamdiu. Donatus, Iam olim interpretatur. Cic. de Senect. Carthagini malè iamdiu cogitanti.
Idem iamdiu non facit. Cic.1.de Diuinat.
Iamdiu expectans Varro. Cic.1.Acad.
Iamdiu flagitat. Cic.1.Verr.
Iamdiu hæc tractantur à Græcis. Cic.1.Acad.
Iamdiu eſt quòd. Plautus Amphit.4, Agite pugni, iamdiu eſt quòd ventri victum non datis.
Iamdiu factum eſt quom abiſti ab forum. Plaut. Aſin.6.
Iamdiu factum eſt poſtquam bibimus. Plaut. Perſa.13.
¶Iamdudum, pen.prod. inquit Valla, de paruo tempore dicitur, vnius horæ aut ſemihoræ, aut duarum horarum, aut certè breuiſſimi temporis. Terent. Adelph.4.1, Aín' patrem hinc abiſſe rus? s.iamdudum. Ibidem 4.7, Iamdudum eſt animus in patinis. Cicero Pulchro, lib.3.12, Vides ſudare me iamdudum laborantem quomodo ea tuear.
Iamdudum eſt intus. Plaut. Aſin.12.
Iamdudum aliquem expectare. Cic.2.de Orat.
Iamdudum factum eſt quum abiſti domo. Plaut. Trinum.14.
Iamdudum vereor ne, &c. Cic.6. Verr.
Iamdudum te illud hortor. Cic. in Catil.
Iamdudum, pro Nimium & valde, vel iampridem. Terentius Eunucho, 3.1,
Quando illud quod tu das, expectat atque amat,
Iamdudum amat te, iamdudum illi facilè fit
Quod dolerat.
¶Iamdudum, pro Iamprimum. Terentius Andr.1.4,
Audiui Archillis: iamdudum Leſbiam adduci iubes.
Iamdudum ætatem lites ſunt inter eos factæ maximæ. Ter.Eun.4.5. Vbi Donatus, Quia iamdudũ finitæ moræ eſt, addit AETATEM, vt oſtendat multum abiiſſe temporis vt factum eſt.
¶Iam fermè moriens, me vocat, acceſſi. Terent. And.1.5.
¶Iam iam, Repentè, mox. Plaut. Curcul.15, Iam iam faciam vt iuſſeris. Ibidem, 5.
Iam iam deſino. Terent. Adelph.5.3,
Derides? fortunatus qui iſtoc animo ſies:
Ego ſentio. M. ah pergíſne? D. iam iam deſino.
Iam iam intelligo. Craſſe quid dicas. Cic.3.de Orat.
Iam iam ſat eſt. Plaut. Milit.4.
Iam iam, figuratum eſt per indignationẽ aut miſerationem. Virg. 4.Æneidos,
-iam iam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. Cic. Verr.3, Iam iam Dolabella neque tui, neque tuorum liberorum miſeret. Budæus. Vide Laurentium lib.2.cap.47.
Iam iámque, Id eſt mox, celerrimè. Cic.ad Att.lib 7.139, Mihi dubium non erat quin illæ iam iámque forent in Apulia. Idem ad Caſſium, lib.12.10, Vos expectaui, Brutum quidem iam iámque.
¶Iam inde, Ab hoc tempore. Videtur enim tempori metam conſtituere quo aliquid fit, vel fieri cœptum eſt. Cic.in Vatinium, Ac tibi iam inde præſcribo, ne tuas ſordes cum clariſſimorũ virorum ſplendore permiſceas.
Iam inde ab adoleſcentia. Plaut. Bacch.24. Terent. Adelph.1.1, -is adeò
Diſſimili ſtudio eſt iam inde ab adoleſcentia.
Iam inde à patre atque maioribus, &c. Cic.pro Flacco.
Iam inde à teneris impende laborem. Virg.in Georg.
Iam inde ab Ariſtotele. Cic.in Orat. Eſt enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Ariſtotele conſtituta. Liuius de bello Maced. Tentare gentem aduerſam Romanis iam inde ab Racilij morte.
Iam inde ab initio. Liu.1.ab Vrbe, Iam inde ab initio minimè lætus nouæ origine vrbis.
Iam inde à principio. Cic.pro Corn.Balbo, O iura præclara, atque diuinitus iam inde à principio Romani nominis à maioribus noſtris comparata.
Iam inde à principiis gentis. Liu.4.bell.Pun. Ita iam inde à principiis gentis maiores ſuos bella geſſiſſe.
Iam inde à cunabulis. Varro de Re ruſt.
Iam inde à certaminibus. Liu.ab Vrbe cond. Iam inde à paternis certaminibus inuiſus.
Iam inde à Conſulatu meo teſtis. Cic.14.Philipp. Sic ad Acilium, lib.13.39, Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde à quæura mea Sicilienſi.
Iam inde à puero. Plaut. Sticho, 4. Terent. Adelph.3.3,
Vah homo amicus nobis iam inde à puero.
Iam inde antiquitus. Plin. in Paneg. Liu. 4. bell. Maced. Hi ſunt iam inde antiquitus caſtellani agreſte genus.
Iam inde ætate. Plaut. Merc.9,
-iam inde ætate
Quum ſcis facere officium tuum.
Iam inde vſque à pueritia. Terent. Heaut.1.2,
-nam mihi magna cum eo iam inde vſque à pueritia
Semper fuit familiaritas.
¶Iam nunc, quod & Nunc iam dicitur, Certi temporis quod præſens eſt indicationem faciens. Cic.1. Verr. Quæ quum cogito, iam nunc timeo. Virg.1.Georgicorum,

-& votis iam nunc assuesce vocari. Ouid.3.de Arte,
Venturæ memores iam nunc estote senectæ,
Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Iam nunc,quod núc Barbari dicunt, *Totum nunc.* Terent.And.1.1,
Eamus nunc iam intrò.
Nunc iam,Vide NVNC.
¶Iam olim. Id est,iam à longo tempore. Cic. Iam olim principio illud ităueram. Quintil.lib.8.
Iam olim,Aliquando. Terent.Eunuch.3 5,
-& quia consimilem luserat
Iam olim ille ludum. Virg.2.Georg.
Iam olim. Pomponius in l.Sub conditione.D.de Solutionibus,Sub conditione debitor,si acceptum feratur, postea conditione existente intelligitur iam olim liberatus:& hoc etiam si solutio re fiat,accidere Aristo dicebat.
¶Iam porró. Cic.5.Verr.Iam id porrò verum libentes inuiti dabãt.
¶Iampridem, pen.prod. De paruo tempore dicitur. Plaut.Bacch. 13,Istud Iampridem scio. Terent.Hecyr.2.1,
Iampridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam. Id est, iam aliquanto ab hinc tempore audiui: vt ait Valla lib.2. Cælius ad Ciceronem,lib.8.17,Quod si timor vestræ crudelitatis non esset, eiecti iam pridem hinc essemus.
Iampridem,De longiori tempore.Plinius,Quod maiores nostros iampridem fecisse manifestum est,&c.
Iampridem,Continuó. Lucanus lib.1,
Tollite iampridem victricia,tollite signa. Si iampridem ad verbum Tollite refertur,Cõtinuò significat:si verò ad nomen Victricia,Iandiu significat.
¶Iamprimum,pro Nunc primum:hoc est,tantum Nunc,vel nunc solum. Terent.Adelph.3.2,Iamprimum illum alieno animo à nobis esse res ipsa indicat.
Iamprimum,pro Primó. Sallust.in Catil. Terent.And.3.2,
Iamprimum hæc se è Pamphilo
Grauidam dixit esse:inuentum est falsum.
Iamprimum omnium satis constat, Troia capta, in cæteros sæuitum esse Troianos. Liu.1.ab Vrbe.
¶Iam tandem. Cic. Terentiæ,lib.14.23,Redditæ mihi iam tandem sunt à Cæsare literæ.
Iam tandem Italiæ fugientis prèndimus oras. Virg.6.Æneid.
¶Iam tum , pro eo quod barbarè dicitur *ex tunc.* Cic.pro A.Licinio.Ita se iam tum gessisse pro ciue iis temporibus quæ tu criminaris.Virg.8.Æneidos,
Iam tum religio pauidos terrebat agrestes.
¶Iam verò ipsa terra ita mihi parua visa est, vt me imperij nostri, quo quasi punctum eius attingimus,pœniteret.Cicero in Somn.Scip. quo loco legitur & sine VERO. Idem 2. de Orat.Iam verò narrationem quod iubent verisimilem esse,&c.
Iam verò , secundo loco positum. Cic.de Claris Orat.Probabilis orator,iam verò etiam probatus. Videtur hîc pro similiter positum: vel est potius correctio, quasi dicat , Quid dico probabilis? imò iam probatus.
¶Iam vsque ab. Cic.1.de Diuinat.Vetus opinio est iam vsque ab heroicis ducta temporibus,&c.

IAMBLICVS,pen.corr. {ἰαμβλιχος} Pythagoricus Philosophus è Chalcide Syriæ , fuit Porphyrij discipulus , Constantini magni tempore. Adeò profecit , vt secundas post præceptorem Romæ obtineret,nec ab eo quicquam differre videretur doctrina : nisi quòd ille melior facilitate candoréque orationis , hic paulo durior habebatur : ac vt de Xenocrate Plato dicebat,venere dicẽdi carebat. Moribus adeò probatus , vt eius vitæ abstinentia , modestiáque ea tempestate cognita fuerit. Huius etiam meminit B.Hieronymus.

Iambus {ἰαμβος} pedis genus constans ex breui & longa , vt docens, ab ἰαμβίζειν,id est maledicendo. est enim pes versibus maledicis aptissimus. Alij à Iambe puella deducunt. Appellatur quoque Daunius, & Gradarius.
Syllaba longa breui subiecta vocatur Iambus. Horat.ab Arte.
Criminosi Iambi.Horat.1.Carm.ode 16.
Liber Iambus. Ouid.lib.1.de Remed.amoris, sub finem,
Liber in aduersos hostes stringatur Iambus,
Seu celer,extremum seu trahat ille pedem.
Parij Iambi. Horat.1.epist.20.
Pugnax Iambus. Ouid.in Ibin.
Iambum facere.Quintil.lib.1.cap.5.
Truces vibrare Iambos. Catull.in annales Volusij,34.
Iambus,Ecloga aut Idylium,aut carmen, aut poematium ex Iambis. Cicero.M.hi vt Aristophani Archilochi Iambus, sic epistola longissima quæque optima videtur. Iambicum autem Archilochium adsciuit comœdia & tragœdia, quòd aptus sit colloquiis & diuerbiis personarum. Turnebus.

Iambeus,pen.prod. Adiect. {ἰαμβεῖος.} vt Trimetri Iãbei.Horat.de Arte.

IAMESA {ἰάμεσα.} Ptolemæo lib. 2. cap.3 , æstuarium Britannici maris: Tamesis.fluuius,Cæsari.hodie Thamis dictus.

IAMIDAE,de quibus apud Ciceronem mentio est , familia quædam fuit aruspicum, ab Iamo filio Apollinis sic nominata , quorum vnus Thrasybulus è canum extis vaticinabatur,vt scribit Pausanias lib.2. Eliacon,quod & à Victorio eruditissimo viro traditum est. Quidam Ianudas legunt,sed malè. Ex Turnebo.

IAMNO, Castellum est in Balearibus minoribus,teste Pomponio Mela lib.2, Castella (inquit) sunt in minoribus Iamno & Mago,in maioribus Palma & Polentia coloniæ. Scripsit in eandem sententiam Plinius lib.3.cap.5.

IANA {αρτεμις} Prius : & deinde Diana, D. literæ appositione , vt Nigidius ait.

IANASVM,Pomponio Melæ lib.1,oppidum Celticæ gentis : nunc dicitur.S.Iacobus in Compostella,vt scribit Oliuarius in Melam.

IANICVLVM,pen.corr. {ἰάνικλον} Oppidum non procul à Roma : dictum quia per eũ Pop.Rom. transire cœperat in agrum Hetruscum, vt ait Festus: seu quòd Ianus illud condiderit. Solinus, Quis dubitat Ianiculum à Iano non fuisse nominatum?

Ianiculum montem Romæ à fuluo arenæ colore, nunc appellant Montorium,id est montem aureum. Georgius Agricola.

IANIRA, pen.prod.Oceani & Tethyos filia : sic dicta à dulcorandis viris. Author Hesiodus in Theogonia.

Ianitor,Ianitrix,Vide IANVA.

IANTHA, nympha, Oceani & Terhyos filia. Hesiodus in Theogonia.

Ianthinus,pen.corr. {ἰανθινος} Adiectiuum quatuor syllabarũ.Violaceus,siue coloris purpurei:ἀπὸ τῦ ἴου,quod est viola,καὶ τὸ κατ᾽ἐπίθετον κάλλος, quod florem significat : hoc est quasi violaceus flos. Mærtial.lib.2.39, Coccina formosæ donas & ianthina mœchæ. Subaudi,indumenta. Plin.lib.21.cap.6. Vide & cap.8.

IANTHIS,Latinè Violantilla,nomen mulieris. *Iolant.* Buc.

Ianua,ianuæ {θύρα, πυλὴ} Ostium, aditus, fores. Valla lib.4, Porta murorum est,munitionúmque atque castrorum:Ianua parietis ac domorum. Cic.3.Verr.Seruius suis Rubrius vt ianuam clauderent , & ipsi ad fores assisterent imperat. Vide IANVS.
Ianuam & ostium pro eodem ponit Cicero 2.de Orat.
Ianua,atque vestibulum Qu.Mutij.Cic.1.de Orat.Qu.Mutij ianua & vestibulum,quod,&c.maxima quotidie frequẽtia ciuium ac summorum splendore hominum frequentatur.
¶Adaperta ianua. Ouid.14.Metam.
Semiadaperta ianua.Ouid.1.Amor.eleg.6.
Clausa ianua. Ouid.2.Amor.eleg.1.
Famæ ianua. Plinius iunior lib.1. epist.18,ad Suetonium. Illa actio mihi aures hominum,illa ianuam famæ patefecit.
Firma ianua Ouid.2.Amor.eleg.12.
Laxa ianua ferenti,surda petenti.Ouid.1.Amor.eleg.8.
Maxima ianua.Cato cap.14.
Pulsata ianua sepulchri.Ouid.3.Trist.eleg.2.
¶Ianuam saxis cædere,Vide CAEDO.
Effringere & reuellere ianuam. Cic.pro Murena, Eam vrbem sibi Mithridates Asiæ ianuam fore putauisset:qua effracta & reuulsa,tota pateret prouincia.
Ianuam obseruare,Vide OBSERVO.
Patefacere ianuam,Vide PATEFACIO.
A ianua quærere aliquem.Cic.2.de Orat.
¶Ingredi ianua aliqua in causam , per metaphoram. Cicero pro Planctio , Itaque quanquam qua nolui ianua sim ingressus in causam, sperare videor,tantum abfuturam esse orationem meam,&c.
Ab hoc aditu , ianuáque patefacta peruenire ad ea quæ cupimus, Cic.1.de Orat.
¶Mortis ianua.Sil.lib.11.

Ianitor, pen.corr.ianitoris,masc.gen. {πυλωρὸς, θυρωρὸς} Cui ianuæ custodia commissa est. Cic.5.Verr.Hunc vestri ianitores, hunc cubicularij diligunt.
Ianitores ex equestri loco ducenti , stipatores corporis. Cic.2.pro Lege agrar.
Ianitor carceris.Cic.7.Verr.
Catenatus ianitor,V.de CATENA.
Ingens ianitor. Virg.6.Æneid.Cerberum intelligit.

Ianitrix, pen.corr.ianitricis. pen.prod.fœm.gen. Plaut.Curcul.2,Anus hic recubare soler custos ianitrix. Plin.lib.15.cap.30 , Laurus triumphis propriè dicatur , vel grauissima domibus ianitrix Cæsarum, Pontificúmque. Id est, quæ solet, plantari ante domos Cæsarum & Pontificum.
Vxores duorum fratrum dicuntur Ianitrices,Modestino in l.Non facile.§. Adsines sunt. D. de Gradibus cognationum. in quibusdam exemplaribus non legitur dictio Ianitrices , sed vnico contextu ita legitur, Duorum fratrum vxores dicuntur apud Græcos ἑνάτερα.

Ianuarius {ἰανουάριος, χαμαιτύπη} Primus mensium, quem Numa Pompilius à principe deo , hoc est Iano appellauit , qui primum anni esse voluit, tanquam bicipitis dei mensem, respicientem & prospicientem transacti anni finem,futurúque principia.
Incunte Ianuario,Vide INEO.

IANVS {ἰανὸς} antiquissimus Italiæ rex , Saturnum in regni societatem asciuit. Eum,aiunt primùm in Italia dis templa fecisse , ritúsque sacrorum instituisse , ac idcirco eum in sacrificiis præfationem meruisse perpetuam. Vide Macrobium cap.7.8 9.libri primi.
Ianus,Ab hiatu dictus est, detracta aspiratione,quem quidam Solem putant:ideo geminum, quia vtriusque ianuæ cælestis potentem, qui exoriens aperiat,occidens claudat. Alij Ianum mundum, id est cælum intelligunt , quasi eanum ab eundo , vt inquit Cic.libro 2.de Natura deorum , quia mundus semper eat dum in orbem voluitur, & ex se initium faciens in se refertur.Hinc & bifrons pingitur,quòd annus ex se initium faciens,fini occurrat. Vel quòd præterita sciuerit , & futura præuiderit : seu quòd superorum & inferorum ianitor exiterit. Huius templum erat Romæ , quod tempore belli patebat, tempore pacis claudebatur : vnde Patulcius & Clusius cognomina batur. Hunc etiam quadrifontem fecerunt ob quatuor orbis partes, & Ianum geminum vocitarunt. Et Iunonium , quia Calendarum princeps. Calendæ enim sunt Iunoni dicatæ.
Ianus erat locus Romæ vbi fœneratores consistebant,suásque vsuras exercebãt,in regione Basilicæ:quoniam in eo Iani simulacra collocata visebantur. Ouid.de Remed.amor.lib.2,
Qui puteal,Ianúmque timet,celeréque Calendas,
Torqueat hunc æris mutua summa sui. Nam mensium Calendis pecuniæ fœneratori daræ exigebantur, vel earum vsuræ. Celeres verò appellat Calendas,quòd debitori tempus soluẽdi videbatur celerius aduenire,quàm vellet.
Iani quoque peruiæ transitiones, foréfque in liminibus profanarũ ædium,ianuæ nominabantur,teste Cicerone 2.de Nat.deor. Suet.in Domit.cap.14.Iano , inquit , arcúsque cum quadrigis & insignibus triumphorum per regiones vrbis extruxit.

Iani

Iani templum fuit Romæ,quod belli tempore apertum,pacis clausum fuit,vt author est Seruius : Constat,inquit, templum hoc ter esse clausum. Primùm regnante Numa : item post bellum Punicum secundum:tertiò post bella Actiaca quæ confecit Augustus. quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes , sed bella flagrauere ciuilia Huius autem claudendi,vel aperiendi templi ratio varia est. Alij dicunt Romulo contra Sabinos pugnante,quum in eo esset vt vinceretur , calidam aquam ex eodem loco erupisse , quæ fugauit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, vt pugnaturi aperirent templum , quod in eo loco fuerat constitutum , quasi ad spem pristini auxilij. Alij dicunt Tatium & Romulum facto fœdere hoc templum ædificasse. Vnde & Ianus ipse duas facies habet, quasi vt ostendat duorum regum coitionem:vel quòd ad bellum ituri debent de pace cogitare. Est alia melior ratio , quòd ad prælium ituri optent reuersionem. Hæc Seruius enarrans illud Æneid.1,
-diræ ferro,& compagibus arctis
Claudentur belli portæ, furor impius intus
Sæua sedens super arma,&c.
Mensis Iani.Ouid.2.Fast.
Anceps Ianus.Ouid.14.Metam.
Belliger Ianus.Lucan.lib.1.
Biformis Ianus.Ouid.1.Fast.
Biceps Ianus.Ouid.1.epist.
Bifrons Ianus. Virg.12.Æneid.
Custos pacis Ianus.Horat.2.epist.1.
Ancipiti mirandus imagine Ianus.Ouid.1.Fast.

Ianalis, penultima producta, Adiectiuum {ἰανάλιος.} vt Virga Ianalis. Ouid.2.Fastorum.

IAPETVS,penult.corr. quadrisyllabum {ἰάπετος} Cæli & Terræ filius, vt inquit H. siodus. Hunc quidam Promethei patrem fuisse asserunt. Ouidius 1.Metamorphoseos,
Siue recens tellus,&c.
Audax Iapeti genus.Horat.1.Carm.ode 3.
Tru[illegible]us.Valer.1.Argonaut.

IAPIS, [illegible]gis, Lapidis {ἰάπις} Nomen proprium Ætoli,qui quum [illegible]ontem Venetiæ venisset , oppidum de suo nomine condidit, à quo ea pars vbi Timauus fluuius est,Iapidis nomen sumpsit. Virgil. 3.Georgicorum,
-cæstella in tumulis,& Iapidis arua Timaui.

IAPYGIVM,Salentinorum promontorium.Virg.lib.11.Æneidos, Victor Gargani condebat Iapygis agris. Vnde Seruius Iapygiam partem Apuliæ esse dixit, in qua est mons Garganus,qui vsque in Adriaticum pelagus tendit ur. Huius merropolis est Brũdusium & Tarentum. Hanc regionem Messapiam , & Iapygiam,& Calabriam,& Salentinam multi nominant.

IAPYX,penult.prod. trisyllabum, huius Iapygis, penult. corr. {ἰάπυξ} Dædali filius,à quo Iapyges populi. Solinus cap.8.
Agri Iapygij.Solinus lib.8.
Arua Iapygis.Ouid.15.Metam.
¶Iapyx,ventus est ex Apuliæ ora proficiscens, quem eundem Caurum Gell.lib.2.esse iudicat.est enim Occidentalis, & vtilis Græciam petentibus ex Italia,vt testatur Horat.lib.1.Carm.
Sic te diua potens Cypri,&c. Virg.8.Æneidos,
Illam inter cædes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens,vndis,& Iapyge ferri. Hoc est vento qui de Apulia flans optimè ad Tarentum ducit. Seruius.
Albus Iapyx.Horat.3.Carm.ode 27.

IARBAS, Vide HIARBAS.

IARCAS, Indorum philosophorum princeps, cuius meminit Philostratus in vita Apollonij Tyanei.

IASIS,trisyllabum,penult.corr.huius Iãsidis {ἰάσις} dicta est Atalantis, ab Iasio patre. Vide SCHOENEVS.
Dura Iasis.Propert.lib.1 elegi.1.

IASIVS,pater Paliuri,authore Seruio. vnde

Iasides,penult.corr. {ἰασίδης} Palinurus.Virg.5.Æneid.

IASIVS, quadrisyllabum {ἰάσιος} Dardani frater. Nam Dardanus,inquit Seruius, & Iasius fratres fuerunt, Electræ filij : sed Dardanus de Ioue,Iasius de Corito procreatus est. Seruius apud Virg.Æneid.3,
Hæ nobis propriæ sedes,hinc Dardanus ortus
Iasiúsque pater,genus à quo principe nostrum.
Dux Iasides. Stat.6. Thebaid. Hoc est,Adrastus qui filius fuit Talaonis,nepos verò Iasij fratris Dardani.

IASON,penult.prod.trisyllabum,Iasonis, penult.corr. {ἰάσων} Æsonis filius,fratris Peliæ Thessaliæ regis,qui Colchos profectus, vellus aureum abstulit. De hoc Iustinus & Diodorus. Ouidius,
Quem nisi crudelem,non tangit Iasonis ætas?
Asper Iason.Valer.1.Argonaut.
Clarus Iason.Ouid.7.Metam.
Efferus Iason.Stat.5.Thebaid.
Pegaseus Iason.Ouid.8.Metam.

IASONIVM {ἰασόνιον} promontorium Cappadociæ, hodie *S. Thomas.* Ptolem.lib.5.cap.6.

Iaspis, trisyllabum, iaspidis, penult.corr. masc.& fœm.gen. {ἴασπις} Lapidis pretiosi genus. Plin. lib. 37. cap.8, Viret, & sæpe transluces iaspis , etiam si victus à multis , antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam gentes,smaragdo simulem Indi:Cypros duram glaucóque pingui. Perfæ aeri similem:ob id vocatur aerizusa. Talis & Caspia est , cærulea circa Thermodoontem amnem , in Phrygia purpurea,in Cappadocia ex purpura, cærulea, atque non refulgens. Martialis lib.5.11,
Sardonychas,smaragdos,adamantas,iaspidaq,vno
Portat in articulo Stella Seuere meus.
Supellex fulua fuluet iaspide.Lucan.lib.10.
Fulua iaspide stellatus ensis.Virg.4.Æneid.
Tereti nodantur iaspide vestes.Claud.2.de raptu Proserp.
Viridi angustat iaspide pectus.Claud.4.Paneg.

Iaspideus,Adiectiuum {ἰασπίδειος.} vt Iaspidea gemma,quæ iaspidis colorem refert.Plin.lib.37.cap.10.

Iasponyx,penul.corr.Gemma,à niuis colore dicta. Plin.lib.37.cap.9.

IASVM, Insula Cariæ quæ continenti adiacet , cuius incolæ magna ex parte victum è mari captabant , quum sterilem regionem haberent. A qua Iasius sinus,cuius municeps Cærillus fuit. Ex Iasio fuit Diodorus dialecticus,cognomento Chronus.

IATINVM {ἰάτινον} Ptolemæo authore lib. 2. cap.8, Meldensium ciuitas,vulgò *Meaux.*

Iatraleptes {ἰατραλείπτης} Medicus vnguentarius. Sipontinus , Triamedicinæ genera veteres fecere : Empiricen,&c. Iatralepticen, quæ vnguentis & perfrictionibus curat,quasi medicinam vnguentariam. ἰατρικὴ enim medicina dicitur : ἀλείπτης , vnctor : ἀπὸ τῦ ἀλείφειν , quod vngere est.vnde huiusmodi artifex iatralepres dicitur. Celsus libro 1. cap.1,Sanus homo qui & bene valet,& suæ sponte est,nullis obligare se legibus debet:ac neque medico,neque iatralepta egere. Et Clinicen,&c. Vide CLINICE. Plin.lib.29.cap.1.

Iatros,penult.prod. {ἰατρὸς} Latinè dicitur medicus. Plin.lib.29.cap.1.

IAVA {ἰαύα} Hispaniæ ciuitas,Ptolemæo.vulgò *Laca.*

IAXAMATAE,Populi circa Mœotim,inquit Stephanus,quos Ephorus appellat Sauromatas.Valer.Flacc.lib.6,
Mellis honos Torinis:ditant sua mulctra Satarchen:
Iaxamatas venatus alit. De his Ammianus lib.4.

IAXARTES {ἰαξάρτης} Scythiæ fluuius in Asia , amnium ab Oriente in Caspium influentium vel maximus:nam multum secum rapit. & immani vndarum copia extumescit : oritur in vltimis Sogdianorum finibus ex montibus,quos Sogdios Ptolemæus vocat. Alexander militésque eius Tanaim putauerunt, quum sit alius. Plin.lib.6. cap.16. Strabo lib.2. & Curtius lib.6.

IAXTES {ἰάξτης} fluuius , quem eodem cum superiore , in tractu quidam locant : cuius meminit Claudianus, Sic nobis Scythicus famulletur Iaxtes.

IAZYGES,penult.corr. {ἰάζυγες} Metanastæ populi in Europa,qui (sicut Ptolemæus lib. 3. scribit) ab Oriente habent Daciam, ab Occasu & Austro Germaniæ partem,à Septentrione Sarmatiam. Hodie *Septem castra,* Germanicè *Sibenburgen.*regio quę partum ab Vngaris,partim à Valachis colitur.
Acres Iazyges.Ouid.1.de Ponto,eleg.3.

I B E

IBERNIA {ἰουέρνη} vide HYBERNIA.

IBERVS,penult.prod. {ἴβηρ} fluuius Hispaniæ,qui apud Cantabros oriens , per 260, passuum milia fluit,& in mare Balearicum exit. Dictus,vt Eustath.ait,à rege eiusdem nominis. Lucan.lib.4, Qui præstat terris aufert tibi nomen Iberus. Quod & Iberum declinari potest : præsertim quando sequitur flumen. Nunc vulgò dicitur *Ebro.* testis Oliuarius in Melam.
Dues Iberus.Claud.8.Paneg.
Torrens Iberus.Lucan.lib.7.

Iberia {ἰβηρία} dicta est pars Hispaniæ , quæ intra Iberum continetur: quanuis generali vocabulo pro Hispania capiatur. Et Iberiæ quidã partem vnam exteriorem,alteram interiorem dixerunt.Hanc regionem Celtæ Gallorum populi,relictis sedibus suis,habitauere. Vnde composito ex vtraque gente nomine, Celtiberi appellati sunt, & regio eorum Celtiberia. Lucan.lib.4,
-Celtæ miscentes nomen Iberis.
Ab Iberia verò Iberi & Iberes , penult. prod. vocati sunt populi Hispani.
Duræ tellus Iberiæ.Horat.4.Carm.ode 14.
Fera Iberia.Horat.4.Carm.ode 5.
¶Est & alia regio hoc nomine iuxta Pontum inter Colchida & Armeniam,venenorum ferax, quæ Caucasius montibus circũdatur, cuius similiter populi Iberi & Iberes dicti sunt (hodie vulgò dicuntur *Liuerons*) à quibus,vt Varro scribit,venerunt qui in Hispania habitauerunt,& à quibus Hispania,Iberia:& fluuius Hispaniæ, Iberus: & Iberus,Ibera,Iberum. Virg.lib.9. Æneid. Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus Ibera. Scribit Dionysius,Iberes populos à Pyrenæis montibus profectos in Asiam sedes posuisse. Vnde ea pars Asiæ, Iberia nuncupatur.
Armifer Iberus.Silius lib.13.
Durus Iber.Lucan.lib.6.

Iberiacus, penult. corr. Adiectiuum {ἰβηριακὸς.} vt Terræ Iberiacæ. Silius libro 13.

Iberica,penul.corr.herba,Spartum dicebatur antiquis. Quintil.lib.8. cap.5,Qui in actione ibericas herbas, se solo nequicquam intelligentem dicebat : nisi irridens hanc vanitatem Cassius Severus Spartum eum dicere velle indicasset.
Iberici funes,pro Sparteis.Horat.Ibericis peruste funibus latus.

Ibi {ἰκεῖ,ἔνθα} Aduerbium in loco. Terent.Andr.2.2,Vbi te non inuenio,ibi ascendo in quendam excelsum locum. Idem Eun.4.1. Cicero pro Cecinna,Et armatos ibi fuisse.
Ibi loci.Plin.lib.6.cap.11,Ibi loci terrarum orbe portis disclusо.
Ibi , vbi. Cicero pro Domo sua , Ibi enim postis est , vbi templi aditus est.
Ibi , vnde. Liuius 1. ab Vrbe , Ibi imperium fore , vnde victoria fuerit.
Ibi.Terent.Adelph.5.4,
Duxi vxorem:quam ibi miseriam vidi? Vbi Donatus,Ibi, inquit, quasi vxor locus sit.
¶Ibi,Tum,Túc, Quum hæc fierent.Cic.5.Verr.Quid tu ibi tum, quid facis? Terent.Eun.2.2,
Ille vbi miser famelicus videt me esse in tantum honorem,
Et tam facilè victum quærere,ibi homo cœpit me obsecrare.
¶Ibi sum:Id est illud cogito. Terent.Heaut.5.2.

Ibidem,penult.prod. {ἐκεῖσε} In eodem loco. Terent.Andr.4.5,
Ni puerum tollis,iam ego hunc in mediam viam
Prouoluam:téque ibidem peruoluam in luto.

In eodem loco & ibidem. Cic.2.de Inuent. Quare quum in quandam tabernam diuertissent,simul cœnare.& in eodem loco somnum capere voluerunt,cœnati discubuerunt ibidem.

Ibidem in. Cicero 2.de Inuent.In naui ibidem. Idem 5.Verr.Vt certo tempore anni , vt ibidem in Sicilia , deinde vt lege Hieronica venderent.

¶In eo,& ibidem. Cic.pro Cecinna, Læsit in eo Cecinnam:subleuauit ibidem. Id est in eodem.

Ibidem mihi adnutat:Id est ex eo loco vbi ipse erat.Plaut.Merc.7, -ibidem mihi

Etiam adnutat,addam 5.x minas.

¶Ibidem,vbi.Plautus Persa,16,Do ego tibi operam.s.tibi ibidem das,vbi tu tuum amicum adiuuas. Id est , tunc tibipsi prodes quum amicum iuuas.

Ibidem loci res erit.Plaut.Ciste1.5,

Abit intrò iratus,quid ego nunc agam?si redierit

Illa ad hunc,ibidem loci res erit:vbi odium occœperit,

Illam exturbet,quom hanc vxorem Lemniam ducet domum.

Ibis, huius ibis vel ibidis, penult.corr. fœm. gen. { ἶβις } Auis Ægypti. Plin.lib.10. cap.48, Visam in Alpibus ab se peculiarem Ægypti ibin, M.Egnatius Caluinus præfectus earum prodidit. Idem libro 8.cap. 27. Cic.1.de Nat.deor. Velut ibes maximam vim serpentum conficiunt, quum sint aues excelsæ, cruribus rigidis , corneo proceróque rostro.auertunt pestem ab Ægypto, quum volucres angues ex valtitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt , atque consumunt. ex quo fit vt illæ,nec morsu viuæ noceant,nec odore mortuæ. Ab huius auis similitudine ibis pro inuido ponitur. Vnde Ouidius conscripsit libellum in inuidum quem in Ibin vocauit.

Ibus,pro Iis,inquit Nonius minus Latinum putat consuetudo, quum veterum authoritate plurimùm valeat. Pomponius Pappo agricola: Nunc quando voluisti facere , fac voluptati ſies ibus. Plaut. Milite, Latrones ibus denumerem stipendium. Hæc Nonius.

IBYCVS,penult.corr. Rheginus poeta,quem maximè omnium amore flagrauisse ex ipsius scriptis constare scribit Cicero Tuscul. quæst.libro 4.De quo multa & suauissima apud Erasmum in prouerbio Ibyci grues.

I C A

ICADIVS præco fuit , de cuius fato sic scribit Cicero in libro de Fato, Ne hercule Icadij quidem prædonis video fatum vllum. Nihil enim scribit ei prædicitum.Quid mirum igitur ex spelunca saxum in crura eius incidisse? Puto enim etiam si Icadius tum in spelunca nó fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse. Nam aut nihil omnino est fortuitum,aut hoc ipsum potuit cuenire fortuna.

ICARIA { ἰκαρία } Insula in Icario mari : ab Icaro Dædali filio dicta: quæ trecentorum stadiorum ambitum habet.Et in ea Diana templũ Tauropolium appellatum. Hæc & Icaros dicta est,antè Doliche vocata.Est inter Sardum & Siculum maria.

ICARIVS { ἰκάριος } Athẽiensis,Laconum regis OEbali filius,pater Erigones & Penelopes,quum acceptum à Libero patre vinum mortalibus indicaret, occisus est à rusticis : qui quum plus æquo potassent, inebriati venenum se bibisse crediderunt.

Icarius pater Penelopes.Ouid.1.epist.17,

Me pater Icarius viduo discedere lecto Cogit,&c.

Icarus,pen.corr. ἴκαρος } scribitur etiam Tibullo lib.4.ad Messalam,2, -etiam Phœbo gratissima dona

Cres tulit,& cunctis Baccho iucundior hospes

Icarus,vt puro testantur sidera cælo,

Erigonéque,Canisque neget ne longior ætas.

Astrum Icarium.Stat.4. Thebaid.

Canis Icarius,id est Canicula stella.Ouid.de Nuce.

Icaris,pen.ult.corr.Patronymicum { ἰκαρίς. } Ouid.in Ibin,

Et velut Icaridos famulæ periere,procique,&c. Penelope.

Icariotis,penult.prod. { ἰκαριώτις } Aliud patronymicum fœm. sic Propertius vocat Penelopen,lib.3.eleg.13.

Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas,

Quæque terunt fastus Icarioti tuos. Ouid.3.de Ponto,eleg.1,

Morte nihil opus est,nihil Icariotide tela.

ICARVS, penult. corr. { ἴκαρος } dictus fuit Dædali filius , qui vnà cum patre è Creta fugiens , fretus alarum fiducia , quum vltra patris iussa altius euolasset , solisque ardore cera qua pennæ continebantur , liquefacta esset , ita vt ab alis deflueret , decidit in mare , quod est inter Myconem & Gyarum , à quo postea Icarium mare dictum fuit, dicente Ouidio libro 1. Tristium, elegia 1, Icarus,Icariis nomina fecit aquis.

Aqua Icaria.Ouid.5.Trist.eleg.2.

Pelagus Icarium.Claud.2.in Eutrop.

¶Icarus præterea (vt Plinius lib.4.author est) mons est in Attica regione.

I C H

Ichneumon, huius ichneumonis , masc. gen. { ἰχνεύμων } Animal est magnitudine felis, specie muris;quod vulgò nunc murem Indicum vocant.Plin.lib 8.cap.24.

Ichnographia, penult. corr. { ἰχνογραφία } Est quæ vulgò *plana forma* vocatur. Hæc,circini regulæq; modicæ continet vsus,ex qua capiuntur formarum descriptiones in solis arearum. Author est Vitruuius lib.1, Ichnographia dicitur quasi vestigij descriptio , in quo quasi vestigio totum opus insistit. Budæus.

ICHTHICVSA , Insula aliàs Icaros dicta, sita ab exortu solstitiali, Delo ad quinquaginta millia passuum propinqua.

Ichthyocolla { ἰχθυοκόλλα } appellatur piscis, cui glutinosum est corium, idémque nomen glutino eius. Hæc Plin.lib.32.cap.6. Et lib. 7.cap.56.

ICHTHYOPHAGI, penult. corr. { ἰχθυοφάγοι } Qui piscibus viuunt : quo nomine dicti sunt quidã populi in Æthiopia interiori , qui magnum signum Occidentalis Oceani tenent, teste Ptolemæo lib.4.cap.9 De his Strabo lib.15.

Ichthyotrophium , huius ichthyotrophij, penult.prod. { ἰχθυοτροφεῖον } Locus in quo aluntur pisces , qui & piscina & viuarium Latinè dicitur. Columel.libro 8.capite 1, Est autem id ferè vel in villa, vel circa villam : in villa est quod appellant Græci ἰχθυώνας καὶ πίσκινας: atque etiam quum datur liquoris facultas , ἰχθυοτροφία sedula cura exercentur.

ICHTHYS { ἰχθύς } Elidis est promontorium in Achaia apud Thucydidem,quod Valla piscem transtulit,& ob id meritò reprehensus ab Hermolao.

Ico,icis,ici,ictum { πλήττω,βάλλω } icere,Percutere, inquit Festus. Plautus Trucul.11,

-hoc vide,dentibus

Frendit,icit femur, Cæcilius,Si vnquam quisquam vidit quem catapulta aut balista icerit. Plin.lib.15.cap.30.

Telis icere caput.Catull.ad Gellium,epigramm.111.

Icimur ictu.Lucret.lib.4.

¶Icere fœdus,pro Percutere. Cic.in Pisonem, Tu scilicet homo religiosus & sanctus,fœdus quod meo sanguine in pactione prouinciarum iceras,frãgere noluisti. Et pro Corn.Balbo,L.Martius primipili Centurio cum Gaditanis fœdus icisse dicitur.

Ictus,Participium { βεβλημένος. } vt Ictus caput.Cæsar 3.bel.Ciuil.

Ab latere ictus,Vide A vel AB præpositiones.

Iouis ignibus ictus. Ouid.1. Trist.eleg.3.

Caput ictum.Horat.2.Serm.sat.1,

-saltat Milonius,vt semel icto

Accesserit feruor capiti, numerúsque lucernis. Id est postquam inebriatus est.

Domus icta.Ouid.6.Trist.eleg.5.

Fœdus ictum.Virg.12..Eneid.

Desyderiis fidelibus icta patria.Horat.4.Carm.ode 5.

Pinus icta mordaci ferro.Horat.4.Carm.ode 9.

Ictus, huius ictus, masculgen. { πλῆγμα, πληγὴ } Percussio ipsa. Plautus Mostel.8,Perfacilè ego ictus perpetior argenteos. Cic.3.Offic. Ictu fulminis deflagrauit.

Ictus, morsus,impetus. Cic.2.Offic.Hæc igitur ipsa fortuna cæteros casus rariores habet , primùm ab inanimis procellas, tẽpestates, naufragia,ruinas,incendia:à bestiis ictus,morsus,impetus.

Ictus pedum.Ouid.5.Metam.

Saxorum ictus. Tacit.lib.19,Simul iuncta turris ictibus saxorum concessit.

Diri ictus serpentum.Ouid.4.Metam.

Nullo ictu forabilis.Ouid.12.Metam.

Grauis ictu.Virg.5.Æneid.

¶Ictus cæcus,Occultus.Ouid.1.Fast.Vide CAECVS.

Clarus ictus.Ouid 2.Metam.

Ictus contrarius,Vide CONTRARIVS.

Ictus creber aut languidus,Vide CREBER.

Fulmineus ictus.Horat.3.Carm.ode 16.

Futilis ictus.Silius lib.15.Id est vanus.

Ingens ictus.Stat.3. Thebaid.

Iniuriosus ictus,Vide INIVRIA.

Inualidus ictus.Silius lib.10.

Languidus ictus.De pulsibus,Vide LANGVOR.

Languens ictus.Lucan.lib.3.

Lapidosus grandinis ictus.Claud.de bello Getico.

Lethiferi ictus.Ouid.8.Metam.

Obliquus ictus.Horat.3.Carm.ode 22.Vide OBLIQVVS.

¶Surdis ictibus, & qui non exaudiuntur , arborem cædere. Plin. lib.19.cap.1.

Accipere ictum.Lucret.lib.4.Vide ACCIPIO.

Resonos latus accipit ictus.Valer.1.Argonaut.

Grandior ictus affligit animantem.Lucret.lib.2.

Hebeti pectus tantummodo contudit ictu.Ouid.12.Metam.

Declinare ictum,Vide DECLINO.

Dari sub ictum. Tacitus lib.13,Nec tamen proximo itinere ductæ legiones, quæ si amnem Araxem, qui mœnia alluit, ponte transgrederentur,sub ictum dabantur.

Euocare ictum aduersarij. Quintil.lib.5.cap.13, Fiunt & tertiæ,si prima ad euocandum aduersarij ictum prolata erit.

Excipere ictus galea.Ouid.12.Metam.

Feruidos ictus excludere.Horat.2.Carm.ode 15.

Inflexo ictu ferire,Vide INFLECTO.

Leui ictu ferire.Seneca Herc.fur.12.

Innumeris ictibus labefacta arbor.Ouid.8.Metam.

Leuare ictum serpentis.Vide Leuo in LEVIS.

Densis ictibus creber pulsat.Virg.5.Æneid.

Crebro pulsarier ictu.Lucret.lib.4.

Validos cute repulit ictus.Ouid 3 Metam.

Vesanis ictibus æra sonant.Ouid.2.de Arte amandi.

Vastis tremuit ictibus ærea puppis.Virg.5.Æneid.

Crebro ictu tundi.Lucret.lib.4.

Ictu baculi violari.Ouid 3.Metamorphoseos,

Corpora serpentum baculi violauerat ictu.

¶Ictus pro potestate. Seneca de Benef.lib.2.cap.2,Cogita quanta nobis tribuerit patẽs noster,&c. quàm nihil sit mortale non sub ictu nostro ponitum.

Ictu aliquo nouæ calamitatis sublata fides de foro.Cicero pro Lege agraria.

Ictu pellere animi statum.Cic.2.de Finibus,Neque enim hęc mouere potest appetitum animi : nec vllum habet ictum quo pellat animi statum hic non dolendi.

¶Icti,in genitiuo. Gellius ex historia Claudij Quadrigarij , Dein continuò humerum dextrum eodem concussu incidit:neque recessit vsquam donec subuertit,ne Gallus impetum icti haberet.

Icon,

Icon.iconis.penult.corr.fœm.g. { εἰκών,εἰκόνος } Latinè effigies,imago, & statua membrorum hominis à pictoribus seu statuariis ad viuum expressa. Plinius lib.34.cap.4,Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium. Et primò sacrorum certaminum victoria, maximèque Olympiæ : vbi omnium qui vicissent,statuas dicari mos erat. Eorũ verò qui ter ibi superauissent,ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconas vocant. Ex vetusto codice legitur iconicas.

Iconicus, penult. correp. Adiectiuum { εἰκονικὸς } Ita pictum,vt ex eius membris similitudo expressa sit.Plin.lib.35.cap.8,Adeò iam colorum vsus percrebuerat,adeóque ars perfecta erat,vt in eo prælio iconicos duces pinxisse eradatur, Athẽiẽsium Miltiadem, Callimachum,&c. Suetonius in Caligula,cap.22,Simulacrum stabat in templo aureum iconicum,&c.

Iconismos { εἰκονισμὸς } Sen. lib.15. epist. non ita procul à fine,appellat descriptiones,atque verbum esse publicanorum.

Iconcula,iconculæ, penult.corr. diminutiuum. Suetonius in Nerone, cap. 56, Iconculam puellarem , quum quasi remedium infidiarum à plebeio quodam & ignoto muneri accepisset , derecta cõfestim conjuratione,pro summo numine, trinisque in die sacrificiis colere perstiterit:volebátque credi,monitione eius futura prænoscere.

ICONIVM { εἰκόνιον } Oppidum est Ciliciæ,in quo Cicero se cõmoratum esse scribit Appio,lib.3 8,Quum enim Laodiceæ,inquit, quum Apameæ,quum Synadis,quum Philomeli, quum Iconij essem:quibus in oppidis omnibus commoratus fum,&c. Vulgò *Icons* dicitur.

Icosaedrum,est figura solida sub viginti triãgulis equalibus & æquilateris comprehensum. Euel.13 Elem.probl 4,Icosaedrum constituere,eadẽmq; sphæra qua & antedictas figuras complectit,atque probare,Icosaedri latus irrationalem esse lineam,quæ vocatur Minor.

ICOSIVM , Mauritaniæ Cæsariensis oppidum , ab Herculis comitibus condtum. Hercule enim illac transeunte, viginti , qui à comitatu eius desciuerant, locum deligunt , iaciunt mœnia : ac ne quis posito à se nomine gloriaretur , de condentium numero vrbi nomen datum. Solinus.

Icteros,penult.corr. { ἴκτερος,ἰκτερὸς } masc.gen. Morbus,quum per totum corpus bilis suffunditur , quæ interdum nigra , interdum flaua fit. Hic etiam morbus,regius appellatur : Mollitèr excelsa quoniam curetur in aula.

Ictericus , penult. corr. { ἰκτερικὸς } Qui eo morbo laborat, ἀπὸ τῦ ἴκτερος, hoc est à miluo , quòd oculi bile suffusi , miluinis similes videantur. Plin.lib.20.cap.9,Ictericis,necnon & phreneticis,radicis crudæ succum gargarizandum bibendúmque demonstrat. Idem lib.21. cap. 20,vocat fellè suffusos. Iuuenal.sat.6,

Consulit ictericæ lento de funere matris.

Icterus,icteri,masc.gen. { ἴκτερος. } Plin.lib.30. cap.11,Auis icterus vocatur à colore:quę si spectetur,sanari id malum traduut, & nuem mori.Hanc puto Latinè vocari galgulum. De morbo regio loquitur. In quibusdam exemplaribus legitur galbulus,in aliis galgula.

Ictis, ictidis { ἰκτὶς } Mustelæ genus. Plin. libro 29.capite 4, Mustelarum duo genera : alterum syluestre.distant magnitudine. Græci vocant ictidas.

ICTVS Tarẽtinus,nobilis palæstrita,toto vitæ tempore Veneris expers fuit,vt arti accommodatior esset:tanta illi gloriæ libido. Author Ælianus de Varia historia.

Ictus,huius ictus,Vide ICO,icis.

Icuncula,Vide ICON.

I D

Id,Neutrum ab is,eius:Vide IS, eius.

IDA,Idæ { ἴδη } Mons altissimus,qui ad Troadẽ spectat,habétque multos pedes. Latus eius Septẽtrionale,ex angustiis Abydi vsque ad Æsapum & Cizycenum agrum,ad Propontidem pertinet:Occidentale ad Hellespontum respicit:Australe promontorium facit quod Lectũ appellatur.Oriẽtalia Idæ ad Mysos declinant,abundárq; mõs aquis, & multa flumina ex eo descendũt:in cuius summitate locus fuit Gargarus appellatus,à quo Gargara Æolica ciuitas dicta est.Ouid.4.lib. Fast.Dindymon & Cybelen,& amœnam fontibus Idam.

Æsiona Ida.Valer.1.Argonaut.

Aquosa Ida.Ouid.6.Fastorum.

Celeberrima fontibus Ida.Ouid.2.Metam.

Cliuosa Ida.Ouid 1.Amor.eleg.14.

Frondosa Ida.Virg.5.Æneid.

Magna Ida.Virg.5.Æneid.

Phrygia Ida.Virg.5.Georg.

Pinifera Ida.Stat.3.Sylu.4.

Viridis Ida.Catul.de Berecynthia,epigr.58.

¶Ida etiam appellata fuit Dardani Scytharum regis filia.

Idæus,Adiectiuum { ἰδαῖος. } vt Campi Idæi.Virg.7.Æneid.

Cypariſſi Idæi.Virg.2.Georg.

Iugum Idæum Ouid.4.Fast.

Mater Idæa,Cybele.Lucret.lib.2.

Mons Idæus.Virg.3.Æneid.

Nemus Idæum. Virg.3.Æneid.

IDAEVS , Rhodius verificator , scripsit Rhodiorum res gestas versibus ter mille.Author Suidas.

Idæi dactyli, Gemma quæ pollicem humanum exprimit:frequentes sunt in Creta.Plin.lib.37.cap.10.

IDAEI Dactyli { ἰδαῖοι δάκτυλοι } filij fuerunt Mineruæ & Solis:vel, vt alij volunt,Saturni & Alciopes:& dicũtur alio nomine Corybantes.

IDALIVM { ἰδάλιον } Mons est Cypri , Veneri sacer. De quo Virgilius libro 1.Æneidos,

Aut super Idalium sacrata sede recondam.

Frondosum Idalium.Catul.Argonaut.59.

Sanctum Idalium.Catull.in Annales Volusij,34.

Idalius,Adiectiuum { ἰδάλιος. } vt Idalia acus,Vide ACVS.

Dea Idalia.Ouid.3.de Arte amandi.

Venus Idalia.Virg.5.Æneid.

Volucres Idaliæ,Columbæ.Stat.1.Achill.

IDANTHYRSVS, Scytharum rex , bello res magnas gessit, bonam partem Asiæ subiugauit,vsque in Ægyptum excurrit, vt author est Strabo libro 14.

IDAS, huius Idæ , Fuit omnium sui seculi virorum formosissimus , & maritus Marpissæ.Is arcu,sagittisque sumptis, Apollinem inuadere ausus est ob Marpissam sibi à deo ereptam, teste Homero lib. Iliad 9. Vide MARPISSA. & LYNCEVS,disyllabum.

Idcirco , vel iccirco { διὰ } Coniunctio , Idem quod Ideo significat. Terent.Andr. 4.2, Nam ideirco accersor, nuptias quòd mihi apparari sensit. Cic.7.Verr.Reperietis idcirco hæc in vno homine pecuniosso tot constituta,vt cæteris formidines.&c.

I D E

Idea,ideæ,penult.corr. { ἰδέα } Forma, figura, species rerum prima & inchoata intelligentia. Cic.1.Academ. de mente, Quia sola cerneret quid semper esset simplex & vniusmodi ; & tale quale esset , hanc illi ideam appellabant,iam à Platone ita appellatam : nos rectè speciem possumus dicere. Vide eundem in Orat. Seneca libro 8. epist.1. ad Lucilium , Idea est eorum quæ naturaliter fiunt exemplar æternum. Ad iciam diuinitoni interpretationem , quo res apertior fiat. Volo imaginem tuã facere : exemplar picturæ tuæ habeo, ex quo capit aliquem habitum mens nostra,quẽ operi suo imponat. Ita illa quæ me docet & instruit facies à qua petitur imitatio , Idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerũ,hominum, piscium,arborum: ad quę quodcunque fieri ab illa debet,exprimitur. Pictor quũ reddere Virgilium coloribus vellet,ipsum intuebatur. Idea erat Virgilij facies,futuri operis exemplar. Hæc Seneca. In animo nostro dicitur Idea,forma illa cuiusque rei, quæ nobis quum volumus repræsentatur:vt hominis,equi,arboris. Talia verò exemplaria sunt infinita.

Idem,eadem,idem { ὁ αὐτὸς,ἡ αὐτὴ,τὸ αὐτό. } Idem masc.g. producit primam:idem neut. corripit. Genit. eiusdem : eidem,eundem,eandem, idem : eõdem,eádem,eõdem. Eidem,vel iidem,eædem,eádem:eorundem,earundem,eorundem:eisdem vel iisdem : eosdem, easdem, eádem:eisdem vel iisdem.

Idem,Hic ipse,vel is ipse. Plaut.Pseud.3,

-nam tu me antidhac

Supremum habuisti comitem consiliis tuis.

c.Idem animus nunc est.

Idem qui. Cic.Attico,lib.9. 180, Est idem qui semper in Repub. fuit. Idem 1.Verr.

Idem præsens,absens. Terent.Adelph.1.1,

Studet par referre , præsens, ab sẽsque idem esse erit. Id est,idem aget absente domino,quod præsente solebat agere.

Idem ego,vel Idem ille.Plaut.Capt.13,

Idem ego sum salus,fortuna,lux,lætitia,gaudium. Cic.pro Sextio,

Cedo nunc eisdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio concionem.

Idem.Id est Similis.Plaut.Milit.9. Terent.Andr.3.4,

Ego dudum non nihil veritus sum Daue abs te ne faceres idem

Quod vulgus seruorum solet,dolis vt me deluderes.

Idem hoc hominibus fat erat decem.Plaut.Milite 10.

Huic eidem Sopatro iidem inimici.Cic.4.Verr.

Idem iste. Cic. pro Domo sua, Verùm ea lege quam idem iste de Macedonia Syriáque tulerat.

Idem istud credo ego.Plaut.Milite 10.

In iisdem illis locis.Cic 3.Verr.

Eodem pacto quo huc accessi,abscessero.Plaut.Trinum.10.

Ipse ille animus idem meus.Cic.Post reditum in Senatu.

Eidem tibi meris.Plaut.Merc.3.

¶Idem dicere semper: Id est,In eadem persistere opinione,neque sententiam mutare.Cic.de Amicit. Qui non tum hoc,tum illud (vt in pleriſque) sed idem semper,animos hominum esse diuinos.

Vnus & idem.Cic.de Amicit. Vna domus erat,idem victus, ísque communis.

Vnum & idem videtur esse atque id quod de me ipso nominatim tulisti.Cic.pro Domo sua.

Vno & eodem statu. Cicero in Oratore. Et 6.Verr.Vno eodem tempore.

Alter idem,pro Alter ipse:hoc est,sibi vel ipsi similis. Cic.de Amic. Est enim is qui est tanquam alter idem.

Quod idem.Cic.2.de Nat.deor. Et ad Atticum,lib.12.epist.50,Quod idem video tibi placere.

¶Eosdem esse oratorios numeros qui sunt poetici. Cicero in Oratore.

Amor omnibus idem.Virg.3.Georg.

Non idem iudicum comessatorúmque conspectus.Cic.pro Cælio.

Imperij nostri,terrarúmque illarum idem esset extremum. Cic.de Prouinciis Consul.

Non eadem est fortuna & conditio earum rerum,quas gessi,& illorum qui,&c.Cic.in Catil.

Eadem est quæstio & iudicatio.Cic.1.de Inuent.

Dianam & Lunam eandem esse putant.Cic.2.de Nat.deor.

Libera,quam eandem Proserpinam vocant.Cic.6.Verr.

¶Si quæratur idémne sit pertinacia & perseuerantia. Cicero in Partition.

Quum quæritur idémne sit , an aliquid intersit. Cicero 3. de Oratore.

¶Peripatetici iidem olim qui Academici.Cic.3.Offic.

Non idem est seruulus quod familia.Cic.pro Cecinna.

Hoc est idem quod illud.Cic.2.de Finibus,Vt scias me intelligere, primum idem esse voluptatem quod ille *idem*.

¶Idem ego ille,&c.Idem inquam ego.Cic.ad Attic.lib.1.11.

¶ Par & idem. Cicero pro Quintio , Quum adhuc ei propter vim aduersatiorum non ius par , non agendi potestas eadem , non

magistratus æquus reperiri potuerit.
Par & eadem.Cic.pro Murena.Quam ego,si mihi per Seruium liceat,pari atque in eadem laude ponam.
Par atque vnum iudicium. Cic. pro Sylla,Et de hoc & de cæteris iudicium meum & horum par atque vnum fuit.
Similis & eadem. Cic.de Claris Orat. Ad causas simillimas inter se,vel potius eaſdem noui veniebamus quotidie.
Perpetuus & idē spiritus. Cic.in Orat.In iisdem causis perpetuum & eundem spiritum sine vlla commutatione obtinebis.
¶Iidem iidem,ea forma qua dicimus alij alij. Cic.in Orat.Videmus quoſdam qui iidem ornatè & grauiter, iidem verſutè ac subtiliter dicerent.
Iidem iidem,aliter posita.Cic.3.de Nat.deor.Sed quomodo iidem dicitis non omnia deos perſequi?iidem vultis,&c.
¶Et idem, vel Idémque , emphasis. hoc est vehementiæ causa positum,quum laudem alicuius augemus verbis. Cicero pro Murena, Asiam istam referam & eādem delicatam sic obiit,vt ea,&c. Idem de Nat.deor.lib.3,Vir innocentissimus,idémque doctissimus. Idem pro Domo sua.
¶Qui,idem.Cic.pro Sylla,Vt me quem boni constantem semper, vt spero , existimaſſent, eundem nc improbi quidem crudelem dicerent. Idem 1.de Legibus.
¶Musici,qui iidem poetæ.Cic.3.de Orat.
¶Beneficentia quàm eandem vel benignitatem , vel liberalitatem appellare licet.Cic.1.Offic.
¶Comparatio de eodem & alio, vel, De eodem & altero. Cicero in Topicis.
¶Idem quod.Cicero ad Attic.lib.6.113,Nunc ista habet iuris idem quod cæteræ,nihil præcipui. Idem 2.de Diuinat.
¶Idem ac. Varro de Lingua Latina,Idem ac diceretur,aut hic lepus,& hic nemus. Terent.Heauton.2.3,
Et animus te erga idem ac fuit.
Idem valet ac si pater iudicaret.Cic.pro Sylla.
Idem atque.Plaut.Mostel.4,
Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum,vt impetrauí,
Atque olim.
Idem vt,pro Idem quod.Plaut.Merc.Non ego idem facio,vt alios in comœdiis amantes vidi facere.
¶Idem ætatis. Tacit.lib.13,Mos habebatur,principū liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus,&c. Id est,eiusdem ætatis.
Idem virium. Tacit. lib.14, Nec bonis artibus idem virium erat. Id est,eædem vires.
¶Idem,geminatum.Cic.Varroni lib.9.epist.2,Caninius idē tuus, & idem noster,quum ad me peruesperi veniſſet,&c. Initium est epistolæ. Idem lib.2.de Diuinat. Nam ex acuminibus quidem , quod totum auspicium militare est,iam M. Marcellus ille quinquies Consul totum omisit,idem Imperator,idem Augur optimus.
¶Idem,cum datiuo.Horatius in Arte poetica,Inuitum,qui seruat, idem facit occidenti.Id est simile,seu idem quod occidens.Lucretius libro 3,
-quoniam vnus Homerus
Sceptra potitus,eadem aliis sopitus quiete est. E Græcis sumptum, qui παντὸν ἐνέπω passim dicunt.
Idem est ac si. Quintilianus in Ægro redempto, Quin propter duos venerim,quod in altero mihi pirata concesſit,idem est ac si mihi neutrum reddidiſſet.

Identidem,penult.corr. {ἐκάστοτε,ἀεὶπαντός} Frequenter,cum quodam interuallo,inquit Valla lib 2. Plaut.Milite,20,Cogitato identidē,tibi quàm fidelis fuerim. Plin.epist.208,Legi enim locum,identidem reperens ea max mè quæ de me scripsiſti.
Identidem dicere.Cic.2.de Finibus.
Identidem futurus videbatur in vrbem impetus.Liu.5.ab Vrbe.
Identidem belli author.Liu.1.ab Vrbe.
Identidem quærere.Cic.pro Rosc.Amer.
Appellare nomen alicuius identidem.Cic.2.de Iouent.
Recitabatur identidem Pompeij testimonium. Cic. pro Rabirio Posthum.
Identidem,repetitò,inconstanter.Catull.ad Furium & Aurelium,
Quos simul complexa tenet trecentos
Nullum amans benè:sed identidem omnium
Ilia rumpens.
Duo sunt Saphici, & tertius Adonius.
¶Eisdem vel iisdem. Cic.in Orat. Idem campus habet,inquit Ennius.&,In templis isdem, probauit isdem. at erat verius, nec tamen eisdem opimius : malè sonabat iisdem.imperatum est à consuetudine,vt peccare suauitatis causa liceret.

Ideo { διὸ } Coniunctio collectiua,siue rationalis. Cic.pro Cælio,Sed vestræ sapientiæ est iudices , nō si causa iusta est viris fortibus oppudi M. Cælium , ideò vobis quoque vos causam putare esse iustam alieno dolori potius,quàm vestræ fidei consulendi.
Ideo quia.Plaut.Merc.3,
-hoc ideò fit,quia
Quæ nihil attingunt ad rem,nec,&c.
Ideo quòd.Cic. Lentulo,lib.1.8,Re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio,quòd,&c.
Ideo vt.Cic.6.Verr.Ideo Claudius Pulcher retulit,vt C.Verres auferre posset.

Idioma,penult.prod.idiomatis,neut.gen.Proprietas, ἰδίωμα.

Idiota,idiotæ,penult.prod.com.gen. {ἰδιώτης,ἰδιώτου} Indoctus,& illiteratus. Lucil.lib.26,Quidni & tu idem illiteratū me atque idiotam diceres? Cic.in Pisonem,Tu eruditior quàm Piso,prudentior quàm Cotta,abundantior consilio,ingenio,sapiētia quàm Crassus:ea contēnis,quę illi idiotæ,vt tu appellas,preclara duxerūt. Et paulo pòst, Sed planè animi sui causa,ludos nobis idiotis relinquit.
Idiotæ opponitur Ingeniosus atque intelligens.Cic.6.Verr.
Idiota,Dicitur etiam priuatus & plebeius.

IDMON { ἴδμων } Vates inter Argonautas , Apollinis & Asteriæ filius. Apollonius autem poeta Idmonem Abantis filium esse dicit,& item Herodotus. Volaterranus.
Argolicus Idmon.Valer.5.Argonaut.
Audax Idmon.Ouid.in Ibin.
Phœbeius Idmon.Valer.1.Argonaut.

I D O

Idolum,idoli,penult.prod. { εἴδωλον } Simulachrum, & repræsentatio rei alicuius:quam veteres in honore habebāt.Cic.1.de Finibus,Imagines quæ idola nominātur. Plin.epist.147,Mox apparebat idōlum,senex macie & squallore confectus,promissa barba. Cic.ad Cassium, lib.15.16,Sed si in insulam Britannicam cœpero cogitare , eius idolum mihi aduolabit ad pectus.

Idololatria,idololatriæ,pen.prod { εἰδωλολάτρεια } Idolorum cultus.

Idololatra, idololatræ, penult.corr. comm.gen. { εἰδωλολάτρης } Idolorum cultor.

Idolothytum , idolothyti , penult. prod. Quod immolatum est idolo. { εἰδωλόθυτον,εἰδώλοθυτος. }

IDOMENEVS, penult.corr.quadrisyllabum { ἰδομενεύς } Deucalionis filius, & nepos Minois , rex Cretensium , qui teste Homero, populos suos ad Troiam duxit, & quum post euersam Troiam reuerteretur, in tempestate deuouit diis sacrificaturum se de re quę ei primùm occurriſſet.Contigit vt filius eius primus occurreret:quem quum,vt alij dicunt, immolaſſet, aut immolare voluiſſet : à ciuibus pulsus regno, Salentinum Calabrię promontorium tenuit:iuxta quod condidit ciuitatem,vt scribit Virg.3.Æneidos,
Et Salentinos obsēdit milite campos
Lictius Idomeneus. Hæc Seruius.
Ingens Idomeneus.Horat.4.Carm.ode 9.

Idoneus,Adiectiuum { ἐπιτήδειος,ἐπιτηδείου,ἱκανός,ἁρμόττων,ἁρμοδιος } Aptus ad omnia,& bona & mala,inquit Donatus,Conuenies,& alicui rei natus. Terent.Heeyra3 3,
Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum,
Vnde exordiar enarrare. Plin. epist.150, Adeò rarum est inuenire idoneos conductores.Barbari *proprios* vocant.
Idoneus author,Fidelis & sufficiens quod dicitur. Cicero 5. Verr. Liu. 8. ab Vrbe, Idoneos authores habeo quærentibus de nobis Samnitibus ita responsum ab Senatu,&c.
Idonei atque integri homines.Cic.1.Verr.
Idoneis verbis consuescere.Cic.1.de Orat.
Idoneum tempus , Accommodum. Cic.pro Sexto Roscio. Et t. Offic.Sic fit vt modestia hęc quam ita interpretamur,vt dixi,scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.
Aptus & idoneus. Cic.2.de Legibus.Est enim ratio ménsque sapientis ad iubendum & deterrendum idonea.
Idoneus locus.Cic.1.de Legibus.
Idonea tempestas.Cicero ad Quintum fratrem,lib.2.8,Tu mi frater simul ac ille venerit , primam nauigationem (dummodo idonea tempestas sit) ne omiseris.
¶Idoneus,cum datiuo:Hoc est vtilis,& quod Gallica lingua dicimus *suffisant*.Cic.5.Verr.Tibi fortasse idoneus fuit nemo quem imitarēre. Idem Leptæ,lib.6.19.
Historiæ magis idoneus erit alius.Quintil.lib.2.cap.8.
Pugnæ non sat idoneus.Horat.2.Carm.ode 19.
Rhetori idoneus puer.Quintil.lib.2.cap.3.
Idoneus ad hanc rem,Natus & aptus.Plautus Pœnulo,8. Cicero ad Atticum,lib.5.93,Instruar etiam consilijs idoneis ad hoc nostrum negotium.
Demonstratiua ad scribendum idonea.Quintil.lib.3.cap.8.
Idoneus de.Cic.4.Acad. Et rem idoneam de qua quæratur,& homines dignos quibuscum disseratur,putant.
Idoneus in.Terent.And.4.5,
-adeóne videmur vobis idonei in quibus sic illudatis?
Idoneus qui.Terent.And.3.2,
-itáne tandem idoneus
Tibi videor,quem tam aperte fallere incipias dolis?
¶Idonei, Locupletes & diuites.Cicero 3.Officiorum,Et sępe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum , sed diligenter atque moderatè. Sic enim Lactantius interpretatur , qui & stylo sui acumen in hæc Ciceronis verba distringit , quum ait , Quid est idoneis?nempe iis,qui restituere & referre gratiam possint:Deinde subdit , Non enim idoneis hominibus largiendum est, sed quantum potest,non idoneis. Hæc ille.
¶Idoneior,Comparatiuum. Vlpianus in l.Quod & lex. D.de lib. hom.exhiben.Si plures sunt,qui experiri volent, eligendus est à prætore,ad quem maximè res pertinet,vel is qui idoneior est. Callistratus in l. Semper. D. de iure immunitatis, Coloni quoque Cæsaris à muneribus municipalibus liberantur , vt idoneiores prædijs fiscalibus habeantur. Paulus. D.De popularibus actionibus, l.2. Si plures simul agant populari actione,Prætor eliget idoneiorem.

Idonea,idoneorum. Tacitus lib.4,At apud idonea prouinciarum.Hoc est,apud idoneos locos prouinciarum.

Idonei, Aduerbium { ἐπιτηδείως } Aptè & commodè. Cic.1.de Inuent. Exordium est oratio animum auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionem.

IDOTAEA, Fuit Prœti regis Arginorum filia,Homero in Odyssea. IDVMAEA { ἰδουμαία } Regio est Syriæ , teste Plinio lib. 5, à Meridie contigua Arabię,à Septentione verò Phœniciæ:à qua Libanus eam diuidit,habétque ciuitatem Idumen Phœnicię coniunctam,& abundantem palmis, vt ostendit Lucan.lib.3 dicens, -& arbusto palmarum diues Idume. Vnde Idumæus adiectiuum, pro epitheto palmarum ponitur à Virgilio 3.Georg.

Idus,iduum, Pluraliter tantùm, fœmin. gen. { εἱστία, μεσοῦντα μῆνα } dicuntur octo illi dies,qui in singulis mensibus Nonas sequuntur. Cicero ad Atticum,lib.14.302,Sed omnia licet concurrant,idus Martiæ consulantur.

¶Idus

¶Idus dicuntur diuisiones: vnde propriè existimantur dies qui diuidunt mensem. Diuidunt enim menses, præcipuè Nonas à Calēdis. Iduare siquidem Herrusca lingua,diuidere est.
Octonæ Idus.Horat.1.Serm.sat.6.
Agendæ tibi sunt Idus.Horat.4.Carm.ode 11.

IDYIA,Vxor Æetæ regis Colchorum, Vide MEDEA.

I E C

Iecur,iecoris,vel iecinoris,pen.corr. {ἧπαρ} Qui genitiuus,vt ait Priscianus,à nominatiuo iecinus videtur esse.Hepar Græcè dicitur,ésti; id viscus quod dextra parte ventriculo assidet, sanguinémque conficit.Plaur. Curcul.5,
-lien necat,renes dolent,
Pulmones distrahuntur,cruciatur iecur,
Radices cordis pereunt. Plin. lib. 11. cap. 37, Iecur in dextra parte est, in eo quod caput extorum vocant , magnæ varietatis. Cic.2. de Nat.deor.
¶Iecur,pro prudentia & sapientia,sicut & cor,Latinis dici indicat Epigramma illud de Catone grammatico,
En cor Zenodoti,en iecur Cratetis. Turnebus.
Iecur anseris proceres gulæ saporis bonitate commendant : fartilibus erescit mira amplitudine : & quod mirabilius est , exemptum quoque lactę mulso augetur. Ex Plinio libro 10. cap. 22. Martialis lib.13.58,
Aspice quàm tumeat magno iecur anſere maius.
Ægrum iecur.Pers.sat.5.
Aridum iecur.Horat.Epod.5.
Iecur arietinum,Vide ARIES.
¶Siccum iecur ardet ira.Iuuenal.sat.1.
Feruens difficili bile tumet iecur.Horat.1.Carm.ode 13.
Pennæ iecoris porriguntur. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem.
Vlcerare iecur alicuius.Horat.1.epist.19.
Bilis vrit iecur.Horat.1.Serm.sat.9.

Iecinorosus, siue Iocinorosus , qui iecoris siue Iocinoris vitio laborat. Scribonius Largus , Iocinorosis duritiam habentibus diutinam , ex aqua mulsa satis conuenit.

Iecusculum, penult.corr. Diminutiuum {ἡπατίον} Plinius lib.11.cap.37, Murium iecusculis fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur , totidémque inueniri quotum lumen eius sit. Sic Cic. 2. de Diuinat.

Ieiunium, huius ieiunij {νηστεία,λιμός} Tempus quo à cibis abstinemus. Liu.6.bel.Maced. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex s. c. Decemuiri quum adiſſent, renuntiarunt,iciunium instituendum Cereri esse,& id quinto quoque anno seruandum.
Instituere ieiunium.in præcedenti exemplo.
Annua ieiunia celebrare.Claud.ad Christum,9.
Longa domant illos inopi ieiunia victu.Ouid.1.Metam.
Explere ieiunia.Seneca Thyeste,1.
Indicere ieiunia.Horat.2.Serm.sat.3.
Ieiunio laborare.Colum.lib.3.cap.12.
Expers vndæ & cibi , lacrymis pauit ieiunia. Ouidius 4. Metamorphoseos.
Placare ventris ieiunia.Ouid.15.Metam.
Sedare ieiunia carne feræ.Ouid.15.Metam.
Soluit ieiunia tribus granis.Ouid.4.Fast.
Vexare ieiunio.Celsi.lib.3.cap.18.

Ieiunus,ieiuna,ieiunum,pen.prod. {νήστης} Qui à cibis abstinet. Plautus Pseud.2,
In scenam qui ieiunus venerit,&c. Idem Capt 8,
Neque ieiuniosiorem,neque magis effractum fame Vidi.
Arena ieiuna.Virgil.3.Georg.
Ieiuna auiditas,Hoc est maxima & qualis ieiunis esse solet.Plinius lib.10.cap.3, Eadem ieiunæ semper auiditatis & querulæ murmurationis.De quodam genere aquilæ.
Expletur ieiuna cupido Lucret lib.4.
Dentibus ieiunis acer lupus.Horat.2.epist.2.
Fames ieiuna.Ouid.8.Metam.Fames,dea.
Ieiuna glarea.Sicca & sterilis terra.Virgil.2.Georg.
¶ Ieiunum,ieiuni,pen.prod. {νῆστις} Intestinū significat,quod maiores nostri hiram , & per diminutionem hilam dixerunt : & Hilum neutro genere. Celsus libro 4. cap. 1, de iunctura quæ pylorus dicitur, Ab ea ieiunum intestinum incipit : cui tale vocabulum est, quia nunquam quod accipit continet , sed protinus in inferiores partes transmittit.
Iugerā ieiuna.Seneca Here.OEth.2.
Macies ieiuna.Claud.de bello Gildon.
Ieiuni oris saliua. Plin.lib.7.cap.2,Quòd si in fauces penetrauerit, etiam mortisque maximè humani ieiuni oris.
Ieiuna saliua.Colum.lib.6.cap.33,Cicatrices oculorum ieiuna salia & sale defricatæ extenuantur.
Ieiuna terra.Colum.lib.3.cap.5.
Amicus ieiunus. Cic.Appio,lib.3.10, Nihil in me non modò perfidiosum,& infidiosum, & fallax in amicitia, sed ne humile quidē,aut ieiunum debes agnoscere. Bud.
¶Ieiunus animus, per translationem,pro exili,tenui, minuto, nec satis pleno,aut capaci rerum ingentium. Cic.14.Philipp. Hæc interposui,p. c. non tam vt pro me dixerim(malè enim mecum ageretur, si parum vobis essem fine defensione purgatus)quàm vt quosdam nimis ieiuno animo & angusto monerem,&c.
Frigida & ieiuna calumnia.Cic.pro Cecinna.
¶Ieiuna oratio,cui opponitur Copiosa & plena.Cicero 3.de Orat. Quod siquis erit qui ductus opinione vulgi aut Antonium ieiuniorem , aut Crassum fuisse pleniorem putet, &c. Quintilian.lib. 8.cap.3.
Traditio ieiuna,arque arida.Quintil.lib.3.cap.1.
¶Ieiunus,cū genitiuo, Vide Ieiunæ alicuius rei aures,in AVRIS.

Ieiunè,pen.prod. Aduerbium {νηστίως} vt Ieiunè de re aliqua disputare, agere,dicere:Hoc est frigidè,& languidè admodum. Cicero 1.de Orat. Etenim videmus iisdem de rebus ieiunè quoſdam & exiliter , vt eum quem acutiſſimum ferunt Chrysippum disputaſſe,&c. Idem in Oratore.

Ieiunitas,pen.corr. {νηστεία} Ieiunitatis,Tenuitas,cui contraria est Hubertas & copia.Cic.2.Tusc. Et quum obruerentur copia sententiarum atque verborum , ieiunitatem & famem se malle quàm hubertatem & copiam dicerent. Idem 2.de Orat.
Ieiunitas & siccitas,& inopia orationis.Cic.in Bruto.

Ientaculum,ientaculi,pen.corr.{ἀκρατισμός} Cibus qui ante prādium sumitur.Prandiolum aliàs dicitur.Plaut.Curcul.2,
Me inferre Veneri noui iam ientaculum. Sueton.in Vitell. Epulas trifariam semper,interdum quadrifariam dispartiebat : in ientacula, & prandia,& cœnas,comessationēsque. Mattial.lib.14.219,
Surgite,iam vendit pueri ientacula pistor.

Ientro, ientas {ἀκρατίζω} ientāre, Aliquid ante prandium gustare. Varro Marcipore,Vt eat.ac Remp.administret,& quòd pulli ientent. Afranius,Hæc ieiunia ientauit.

Ientatio,ientationis,Verbale. Firmicus libro 2.cap.10, Venus significat etiam conuiuia,ientationes,dulciáque tragemata,siue bellaria.

Iens,euntis {ἰών} Participium ab Eo, is verbo.

IERNA,Hispaniæ fluuius est,authore Mela lib.3. Strabo lib.3,Iernam his locis commemorat montem, à quo Iernam amnem potuiſse vocari verisimile est.

IERVSALEM {ἱεροσόλυμα} Vrbs Iudææ celebertima:vide Dictionarium nominum Hebraicorum.

IES,ietis, Ciuitas est Achaiæ in promontorio eiusdem nominis, iuxta quod Alpheus amnis præterfluens , sex millibus passuum naui gatur. Tortelius.

IESVS {ἰησοῦς} dissyllabum apud Hebræos,tametsi Græcis trisyllabum, Nomen est Redemptoris ac Saluatoris nostri Christi : qui Hebraicè Iehosua dicitur , Latinè Saluator , vel vt alij volunt Seruator. Cuius significationis ratio est apud Matthæum : Hic enim (inquit) saluum faciet populum suum à peccatis *suis*. ἐσῴζ.

I G

Igitur,penult.corr. {ἀρ᾽οὖν,ἄρα,οὐκοῦν,πάντως,τοιγαροῦν} Collectiua vel rationalis coniunctio est:colligit enim supradicta,illatione, hoc est tacite contrarium.Adhibetur , inquit Valla , breuioribus conclusionibus. Quintil.libro 1.cap.5,Solœcismus fit transmutatione,qua ordo turbatur,Quoque ego,Enim hoc voluit, Autem hoc habuit. Ex quo genere an fit Igitur in initio sermonis positum, dubitari potest : quia maximos authores in diuersa opinione fuisse video , quum apud alios sit etiam frequens , apud alios nunquam reperiatur. Terentius Andr.2.3,
Quid igitur sibi vult pater? Cicero pro Ligario, Habes igitur Tubero,&c.
Igitur,pro Deinde,vt ait Donatus. Terent.Eunuch.1.1,
Quid igitur faciam?non eamne nunc quidem.
Quum accessor vltrò. Plaut.Amphit.4,
Clara vorsum fabulabor:hic ausculter quæ loquar?
Igitur magis maiorem in modum in sese concipiet metum.

Ignarus {ἀγνοῶν} Vide IGNORO.

Ignauus,pen.prod. Adiectiuum {βλακικός,ἀπροχείρητος,ἀπροθύμως,ἀπροθύμων} Est,inquit Donatus,qui vim non potest ferre,qui non est perferuerās. Cic.2.Tusc. Vt enim fit in prælio , vt ignauus miles ac timidus simul ac viderit hostem,abiecto scuto fugiat. Liu.5.ab Vrbe,Fusos esse ab ignauissimo & fugacissimo hoste. Terent.And. 1.5, adeón' me ignauum putas?
Ignauus & imbellis inter hostes.Liu.Decad.3.lib.6.
Ignauus & Fortis,contraria.Cic.1. de Inuent,Indignum esse ab homine ignauissimo virum fortissimum Aiacem esse necatum.
Æstus ignaui.Ouid.7.Metam. Ab effectu.
Amor ignauus.Strat.3.Sylu.2.
Anni ignaui.Ouid,1.Amor.eleg.15.
Contagia ignaua.Claud.1.in Eutrop.
Corpus ignauum.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.
Ignauus dolor, Qui vires aufert, vt labori sufficere nequeat. Plin. libro 11. cap. 18, Rege apum à peste consumpto mœret plebs ignauo dolore:non cibos conuehunt,non procedunt.
Frigus ignauum.Ouid.2.Metam. Ab effectu.
Ignauum & iners interrogationis genus.Cic.de Fato.
Grauitas ignaua.Ouid.2.Metam.
Mora ignaua.Ouid.1.de Arte.
Ignaua otia.Ouid.1.Trist.eleg.6.
Ignauum pecus, Hoc est inutile, & nullius artis. Virgil, 4. Georg.
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Ignauus somnus.Ouid.11.Metam.
Ignauus fuscus.Plin.lib.20. cap.18, Quum capita ipsa & folia decoquuntur,succus meconium vocatur, multum opio ignauior.

Ignauia, huius ignauiæ {ἀδρανίαι,ἀκαυμασία,ψῦχος} Est vitium contrarium fortitudini , quo quis aggredienda præ formidine non aggrediturSicero de Amicit. Vt cum aliqua cura res sibi contrarias alpernetur atque oderit,vt bonitas malitiam, temperantia libidinem,ignauiam fortitudo.
Timiditas & ignauia.Cicero 1.de Finib. Quibus rebus intelligitur nec timiditatem ignauiámque virtutem , nec fortitudinem patientiámque laudari suo nomine.
Ignauia odoris,pro Odore remisso & laxo.Plin.lib.12.cap.25.

Ignauè,pen.prod. Aduerbium {ἀργῶς} Hoc est lentè,& segniter. Cic. 2.Tusc.l.Nequid abiectè,nequid timidè,nequid ignauè,nequid seruiliter mulliebriterve faciamus.

Ignauiter,pen.corr. {βλακικῶς} Similiter aduerbium. Hirtius ad Cicer. in Epist.ad Attic.lib.15.325, An ego, quum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam? Lucil.Saty.lib.16,Cur tam ignauiter,hoc præsertim tempore,quæris?

Ignauo, ignauis, ignauit, Ignauum facio. Antiquum. Acc. Ænead. aut Decio, Fateor, sed sæpe ignauit fortem in spe expectatio. Nonius.

Ignis, huius ignis, m.g. {πῦρ} A gignendo dictus: quòd in eo nihil nascatur, & omne quod nascitur, eum amittit & frigescit. Vel quòd seipsum pariat, & paruis scintillis crescat in immensum.

Inuicti ignibus dentes, Vide INVICTVS.
¶Acer ignis, Vide ACER.
Arduus ignis. Stat. 3. Sylu. 3.
Atri ignes. Virgil. 4. Æneid.
Ignis auarus. Propert. lib. 2. eleg. 29.
Auidus ignis. Ouid. 12. Metam.
Calidi ignes. Lucret. lib. 2.
Confusi ignes. Stat. 5. Thebaid.
Damnosi ignes. Ouid. 4. Fast.
Feruidus ignis. Seneca OEdip. 12.
Festus ignis. Stat. 4. Sylu. 8.
Ingens ignis, Vide INGENS.
Inimicus ignis. Virgil. 4. Georg.
Languidus ignis, Vide LANGVOR.
Lentus ignis, Vide LENTVS.
Magnus ignis, Vide MAGNVS.
Malignus ignis, Id est parcus, tenuis, exiguus, cui opponitur Ingens. Martial. lib. 10. epigr. 96,
Pascitur hic, ibi pascit ager: repet igne maligno
Hic focus, ingenti lumine lucet ibi.
Nigri ignes, Rogales. Horat. 4. Carm. ode 12.
Odorati ignes. Ouid. 1. Fast.
Pugnax aquæ ignis. Ouid. 1. Metam.
Rapax ignis. Ouid 8. Metam.
Rapidus ignis. Virgil. 4. Georg.
Roseus ignis. Claud. 5. Paneg.
Rutilus ignis. Virgil. 1. Georg.
Viuus ignis. Patereculus lib. 2, Seruilia Lepidi vxor viuo igni deuorato, præmaturam mortem immortali nominis sui pensauit memoria.
¶Abolitum corpus igni. Tacit. lib. 16.
Ignem ab æde abstinere. Liu. 7. ab Vrbe. Vide ABSTINEO.
Accendere ignem. Virgil. 5. Æneid. Vide ACCENDO.
Lethiferos accendit Sirius ignes. Sil. lib. 16.
Adhibere ignem; Vide ADHIBEO.
Adiuuare ignem, Vide ADIVVO.
Apponere ad iguem, Vide APPONO.
Largus ardet ignis. Horat. 1. Serm. sat. 8.
Asseruare ignem è silice, Vide ASSERVO.
Concipere ignem. Ouid. 9. Metam.
Celer ignis peredit Ætnam Horat. 3. Carm. ode 4.
Cinere multo latet obrutus ignis. Lucret. lib. 4.
Coercere ignes, Vide COERCEO.
Compescere ignes. Ouid. 2. Metam.
Comprendere ignem crinibus. Virgil. 7. Æneid.
Concremare igui, Vide CONCREMO.
Coniicere se in ignem, Vide CONIICIO.
Considere in ignes, dicitur vrbs vel domus. Virgil. 2. Æneid.
Corrumpi igni, Vide CORRVMPO.
Festos cumulare altaribus ignes. Stat. 4. Sylu. 8.
Debacchantur ignes. Horat. 3, Carm. ode 3.
Depellere ignes ab aliquo. Virgil. 9. Æneid.
Vlmos igni dare, Id est imponere foco. Virgil. 3. Georg.
Ignem elicere lapidum conflictu atque tritu. Cicero 2. de Natura deorum.
Excudere ignem abstrusum venis silicis. Virg. 1. Georg.
Auidum de crinibus ignem Excuit. Ouid. 12. Metam.
Ignem facere. Cæs. 3 bel. Ciuil. Suósque omnes castris continuir, ignésque fieri prohibuit, quo occultior esset eius aduentus.
Impius ignis templa Iouis ferat. Stat. 5. Thebaid.
Festinare ignes. Tacitus libro 14, Sed cædes, patibula, ignes, cruces tanquam redditurí supplicium, ac præcepta interim vltione festinabant.
Flagrant ignes. Sil. lib. 1.
Fulsere ignes. Virgil. 4. Æneid.
Haustus igni. Tacit. lib. 12, Eodem oratore Bononiensi Coloniæ igni haustæ subuentum, centies sestertij largitione.
Inferre ignem hostibus. Lucret. lib. 5.
Ignem operibus inferre. Cæs. 2. bel. Ciuil. Portis se foras erumpút, secundo, magnóque vento operibus ignem inferunt.
Iniicere ignes Capitolio, Vide INIICIO.
Moliri igaem. Virgil. 10. Æneid.
Occisus igne. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Opprimere ignem, Vide OPPRIMO.
Arduus ignis palpitat. Stat. 12. Thebaid.
Ignem ignes procudunt. Lucret. lib. 2. Alij legunt, producunt.
Infandos ignes prohibe à nauibus. Virgil. 1. Æncid.
Stridunt ignes. Iuuen. sat. 10. Lucan. lib. 6.
Ignem subiicere. Cic. 3. Verr. Cædere nauam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperunt.
Subsiliunt ignes ad tecta domorum. Lucret. lib. 2.
Suppositi ignes cineri. Horat. 2. Carm. ode 1.
Suscipere ignem foliis. Virgil. 1. Æneid.
Sopitos ignes suscitare. Virgil. Æneid. 8.
Torrere igni fruges. Virgil. 1. Georg.
Latè vagatur ignis, Vide LATVS.
Volant ignes ad tecta. Virgil. 12. Æneid.
¶Liquidus ignis, Id est purus, æthereus. Virg eclog. 6. Seruius.
Liquidi color aureus ignis. Lucret. lib. 6.
Astrorum ignes, Stellæ. Virgil. 3. Æneid.
OEthei ignes, pro Stellis, Vide Nocthfer in NOX.

Sanguineo igne comeres. Claud. 1. de Raptu Proserp.
Vagus ignis Solis. Lucan. lib. 1.
Phœbei ignes. Ouid. 5. Metam.
Tremuli ignes. Lucret. lib. 4. De solis splendore.
¶Fulmineus ignis. Lucret. lib. 2.
Abruptus nubibus ignis, Vide ABRVMPO.
Crebris micat ignibus æther. Virgil. 1. Æneid.
Elisus nubibus ignis. Ouid. 8. Metam.
Infesto igne peti. Ouid. 1. Trist. eleg. 1.
Rapidus ignis Iouis, Fulmen. Virgil. 1. Æneid.
Trisulci ignes, Fulmina. Ouid. 2. Metam.
Oculi micant igne. Ouid. 3. Metam.
Truculento igne minaces ardent genæ. Seneca OEdip. 12.
¶Ignis, pro merertrice aliquando accipitur, quòd non secus atque ignis amantes vrere soleat. vel quia auida & auara est, vt ignis, alimentorum. Terent. Eunuch. 1. 2,
Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Virg. eclog. 4,
At mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas. Donatus.
¶Ignis, pro amore, vt Arserunt agitati fortius ignes. Ouidius 6. Metamorph.
Cæco carpitur igni. Virgil. 4. Æneid.
Indomito igne carpi. Ouid. 10. Metam.
Blandos ignes colligere paulatim. Valer. 2. Argon.
Validos ignes concipere. Ouid. 7. Metam.
Edunt medullam ignes. Catull. ad libellum, epigr. 33.
Erumpit oculis ignis. Seneca Hippol. 4.
Mutuos ignes ferre. Seneca Hippol. 4.
Insolitos ignes hauserat virginis. Claud. de Nupt. Honorij.
Lentis macerari ignibus. Horat. 1. Carm. ode 13.
Mersus visceribus ignis. Seneca Hippol. 5.
Nutrire suos ignes. Ouid 6. Metam.
Furtiuo igne populante venas. Seneca Hippol. 3.
Tepidos ignes sub pectore sensit. Ouid. 11. Metam.
¶Subiicere ignem, Id est inuidiæ materiam suggerere. Cicero pro Rabirio Posth. Et quanquam tum propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat, tamen quum odium non restingueretis, huic ordini ignem nouum subiici non fuistis. Budæus.
¶Ignis sacer, Morbi genus: cuius duæ species sunt: alter est subrubicundus aut mistus cum rubore, atque pallore, exasperatúsque per pustulas continuas, quarum nulla altera maior est. plurimæ perexiguæ, in quibus semper ferè pus est, & sæpe rubor cum calore: serpítq; id nonnunquam senescente eo quod plurimum vitiatum est. fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipuéq; in plantis. Altera species est in summæ cutis exulceratione, sed sine altitudine hoc latum est, subliuidum: inæqualiter tamen, mediúmque senescit, extremis procedentibus, ac sæpe id quod iam sanum videbatur, iterum exulceratur. cutis colorem habet ex rubro subnigrum. hoc morbo corpora ferè seniora tentantur, aut quæ mali habitus sunt, sed in eruribus maximé. Hæc Suppininus. Plinius lib. 26. cap. 11, Ignis sacri plura sunt genera: inter quæ medium hominem ambiens, qui Sosser appellatur, & enecat si cinxerit. Vulgus vocat *ignem S. Antonij*.
Ignis sacer est quem Græci ἱερὸν νόσον appellant. Virgilius 3. Georgicorum,
-contactos artus sacer ignis edebat. Seruius.

Igniculus, huius igniculi, pen. corr. masc. gen. Diminutiuum {πυρίδιον.}
Iuuenal. sat. 3,
-igniculum brumæ si tempore poscas.
¶Igniculus, metaphoricè, pro Incitamento & veluti stimulo quodam à natura dato, ad virtutem consequendam. Cicero lib 3. Tuscul. Nunc paruulos nobis dedit igniculos, quos, &c. Idem 5. de Finib. Quorum similia sunt prima in animis quasi virtutum igniculi & semina.
Igniculus desyderij. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 20, Quo tolerabilius feramus igniculum desyderij tui, crebris nos literis appellato.
Ingenij igniculi. Quintil. in Procœm. lib 6.
Virilis igniculus. Cicero Attico, lib. 15. 329, Reliqua pars epistolæ illa nanque in vtranque: sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos virileis. Id est inuitamenta quædam, vel incentiua virtutis homini innata. Budæus.
Iacere igniculos, Vide IACIO.

Igneus, Adiectiuum {πυρινὸς} Quod igne candidum est. Cic. 2. de Nat. deorum, Nam omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo.
Æther igneus. Tibul. lib. 4. ad Messalam.
Astra ignea. Virgil. 4. Æneid.
Igneus color. Plin. lib. 8. cap. 38, Aresciteve in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes.
Igneus feruor. Plin. lib. 9. cap. 60, Huic tam igneum feruorem esse tradunt, vt omnia in mari contacta adurat.
Sitis ignea. Virgil. 3. Georg.
Sol igneus. Claud. 2. Paneg.
Virtus ignea, Diuina. Lucan. lib. 9.

Ignigena, ignigenæ, pen. corr. Ex igni genitus. Ouid. lib. 4. Metamorphoseos,
Thuráque dant, Bacchúmque vocant, Bromiúmque, Lyæúmque,
Ignigenámque, farúmque iterum, solúmque bimatrem. Cognomẽ est Bacchi, quòd ex fulminis igne genitus sit. Vide Fabulam apud Ouid. lib. 3. Metam. in Semele.

Ignitus, pen. prod. Adiectiuum {πυρόδης, διάπυρος, ἔμπυρος, πυρώδης} Candens & admodum calidus.
Ignitius vinum, Hoc est naturam habens calidam & igneam. Gellius lib. 17. cap. 8, Tum ego respondi, coniectare me vinum idcireo minus coalescere, quod semina quædam caloris in sese haberet, efferque natura ignitius.

Igneo,

Igneo, ignes: à quo Ignesco, ignéscis {πυρόομαι, πυρωτόομαι} ignéscere, Ignitum fieri, In ignem conuerti & veluti ardere. Cic. 2, de Nat. deor. Vt ad extremum omnis mundus ignesceret.
Ignescit amor. Colum. lib. 10, Antè amor ignescit menti, fæustque medullis.
¶Ignescunt iræ, pro Accenduntur. Virgil. 9. Æneid.
Vultus ignescunt sanguine. Stat. 3. Thebaid.
¶Ignescitur, pro Ignescit. Laberius Colace,
Figura humana inimici ardore ignescitur. Nonius.

Ignescens, Participium {πυρωτικῶς.} Plin. lib. 37. cap. 2, Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candor émque, & tertium ex vtroque ignescentem.
Odia ignescentia. Stat. 11. Thebaid.

Igniarium, igniarij {πυρεῖον.} Igniaria Plinio appellantur ligna ex quibus ignis statim accenditur: lib. 16. cap. 40, Calidæ, morus, laurus. edera, & omnes è quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc vsus in castris, pastorúmque reperit, quoniam ad excutiendum ignem, non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignémque concipit attritu, excipiente materiam aridi fomitis, fungi, vel foliorum facillimè conceptum: sed nihil edera præstantius, quæ teratur lauro, laurúmque terat.
Igniarium est (inquit Budæus) quo ignis elicitur: constat silice è quo ignis atterendo elicitur, & ferro quo silex atteritur percussu: vnde scintillæ decussæ, & in fomite, linteóque concepto excepteæ, flammam excitant.

Ignifer, pen. corr. {πυριφόρος} Adiectiuum. vt Lampades igniferæ. Lucretius lib. 2.
Axis ignifer, Currus Solis. Ouid. 2, Metam.

Ignifluus {πυρῥύτης} Aliud adiectiuum. vt Cauernæ ignifluæ. Claudian. 6. Panegyr.

Ignipes, pen. corr. ignipedis {πυρόπους.} Martial. lib. 1. 27, Ignipedes posset sine Colchide vincere tauros.
Equi ignipedes Solis. Ouid. 2. Metam.

Ignipotens, pen. corr. {πυρφόρος} dictus est Vulcanus, quòd ignis potestatem habeat. Virgil. 8. Æneidos,
Hoc tunc ignipotens cælo defendit ab alto.
Deus ignipotens, Vulcanus. Virgil. 12 Æneid.

Ignispicium {πυρσοσκοπία} sicut Aruspicium, Diuinatio erat apud antiquos quæ ignis inspectione sumebatur. Plinius lib. 7. cap. 56, Aruspicium Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia auium Tiresias Thebanus inuenit.

Ignitabulum, pen. corr. Ignis receptaculum. Festus. Solin. cap. 18, Pyrpole etiam, quoniam & ignitabula ibi & ignis inuenta sunt.

Ignobilis, & hoc ignobile, penult. correp. {ἄσημος, ἀσήμαντος, ἀνώνυμος.} Incognitus, ignotus, vilis, & abiectus in contemptum. Plaut. Pseud. 15, Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Cic. 1. Tuscul. Quid Cyreneum Theodorum philosophum non ignobilem, nónne miramur?
Inglorius & ignobilis. Cic. 3. Tuscul. Nec fileturi illud potentissimi regis Anapæstum, qui laudat senem, & fortunatum esse dicit quòd inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem peruenturus.
Non ignobilem argentarium facere. Cic. pro Cecinna.
Carmen ignobile. Virgil. eclog 9.
Non ignobili ex familia mulier. Cic. 7. Verr.
Ignobile gramen, Vile, vbique nascens, vt ait Seruius. Virgil. 4. Georgicorum,
-& cerynthæ ignobile gramen.
Surdæ & ignobiles herbæ. Plin. lib. 22. cap. 3, Interim fortius augetur authoritas: quæ quanta debeatur etiam surdis, hoc est ignobilibus herbis, perhibebitur.
Lethum ignobile. Sil. lib. 3.
Ignobili loco natus. Cic pro Cluent. Vbi siquis ignobili loco natus ita viuat vt nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur.
Non ignobilis dicendi magister Demetrius Syrus. Cicero de Claris Orat.
Ignobili atque inhonesta morte occubuit. Liu. 9. bel. Pun.
Nomen ignobile. Sil. lib. 13.
Regnum ignobile. Horat. 1. Serm. sat. 6.
¶Ignobilis, Stultus. Virgil. 1. Æneidos,
-læsúsque animis ignobile vulgus. Sic Seruius. Nisi mauis accipere pro fæce populi quam vocat Cicero.

Ignobilitas, pen. corr. ignobilitatis {ἀνωνυμία} Vtilitas. Cic. 5. Tusc. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis ostentio sapientem beatum esse prohibebit?
Paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo. Cic. 5. Tusculi.
Virorum ignobilitas. Ouid. 6. Metam.
Ignobilitas generis. Cic. pro Murena.

Ignominis, & hoc ignomine, pen. corr. {ἀνώνυμος} Qui laude & gloria caret: quasi inglorius & illaudatus. A quo

Ignominia {ἀτιμία, ἀδοξία} Nominis nota, infamia, dedecus, cõtumelia, macula, probrum. Cic. pro Quint. Dedecore, macula, turpissimáque ignominia notetur. Idem Thermo, lib 2. 17.
Ignominiæ est, pro Summa ignominia & vitio habetur. Plin. libro 18. cap. 2.
Labes ignominiáque mortis. Cic. pro Rab. perd. reo.
Cum ignominia & dedecore perire. Cic. 2. de Diuinat.
Damnatione & ignominia dignus. Cic. Art. lib. 7. 123, Omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiáque dignos, illac facere.
Accipere ignominiam. Cic. 4. Verr.
¶Afficere ignominia, Vide AFFICIO.
Qui ignominia mortuum affecerit. Cic. pro Sext. Rosc.
Ignominiis omnibus appetitus. Cicero pro Quintio. Vide APPETO.
Cadere ignominiam in aliquem. Cic. In illo communi incommodo, nulla in quenquam propria ignominia nominatim cadebat.
Concisus ignominiis, Vide CONCIDO. pen. prod.
Deformare ignominia. Cic. Eandem deformatam ignominia, lugenerémque videat.
Depellere ignominiam. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Gemens ignominiam plagásque superbi victoris. Virgil. 1. Georgicorum.
Habere ignominiam. Cic. Philipp. 5.
Imponere iniuriam alicui sine ignominia. Cic. pro Quint.
Inferre ignominiam, Vide INFERO.
Inurere ignominiam alicui, Vide INVRO.
Notare aliquem ignominia. Quintil. lib. 6. cap. 3. Cic. 7. Philipp. Vide NOTO.
Perferre ignominiam, Vide PERFERO.

Ignominiosus, pen. prod. {ἄτιμος} Notatus infamia. Quintil. lib. 7. cap. 2, Tibi inquit accusator, illos non licuit occidere. exul enim eras & ignominiosus.
Ignominiosa ac barbara appellatio. Plin. lib. 3. cap. 3.
Dicta ignominiosa. Horat. 2. de Arte.
Ignominiosa fuga. Liu. 3. ab Vrbe, Hos ignominiosa fuga domum se recipientes Romanos Consul in algido consequutus ad vnum omnes occidit.

Ignominiatus, pen. prod. {ἀτιμασθείς} pro Ignominia affectus. Gell. lib. 9. cap. vlt. Quibus modis ignominiatus, tractatúsque sit à C. Cæsare Laberius poeta. Antiquum & obsoletum.

Ignoro, ignoras, penult. prod. {ἀγνοῶ} ignorare, Nescire. Terentius Heaut. 2. 3,
Hoc primum, vt nequid huius rerum ignores.
Ignoras me, Hoc est, Qui sim non cognoscis. Terent. Heaut. 1. 1. Cic. 4. Academ. Maiore enim studio Lucullus, cum omni literarum generi, tum philosophiæ deditus fuit, quàm qui illum ignorabant, arbitrabantur.
Ignorant me omnes. Plaut. Amph. 16. Terent. Eunuch. 5. 9,
-isti te ignorabant.
Ignorat nomen suum. Plautus Capt. 11. Id est, non meminit nominis sui.
Ignorat patrem suum. Terent. Phorm. 5. 6.
Somnium vt sine hæc ignoraret suum patrem? 6. aliquid credito Phormio esse causæ.
Ignorat sit nécne. Cic. 4. Academ. Ipsa verò sapientia si se ignorabit, sapientia sit nécne: quomodo primùm obtinebit nomen sapientiæ?
¶Ignorâtur, Passiuum. Terent. Phorm. 2. 3,
Ignoratur parens. Plaut. Menæch. 9.
Fides ista ignoratur. Ouid 1. Trist. eleg 4.

Ignorans, penult. prod. Participium {ἀγνοῶν.} Cicero de Amicitia, Noua fabula quum ignorante rege vter eorum esset Orestes. Brutus Ciceroni, 16. 3, Iuuat enim magnificè loqui, & certè decet aduersus ignorantes quid pro quoque timendum, aut à quoque petendum sit.

Ignoratus, pen. prod. {ἀγνοηθείς.} Tacit. lib. 20, Eadem in Voculam parabantur, nisi seruili habitu per tenebras ignoratus euasisset.
Ars ignorata. Horat. de Arte.
Ignoratus vterus. Plinius epist. 164, Inde abortus, & ignorati vteri triste experimentum.
¶Ignorator, & hoc ignoratius. Tacitus lib. 12, Clementiámque ac iustitiam quantò ignoratiora barbaris, tantò tolerantiora capesseret. Ignoratiora, Id est, magis incognita. Tolerantiora, id est tolerabiliora. Budæus.

Ignoratio, ignorationis {ἀγνόημα} Inscitia, & si ita dicendum est, insciẽtia. Ad actum & rem pertinet, quæ penitus nescitur, nec sciri potest, nisi prodatur. Cic. lib. 3. Offic. Quotus enim quisque reperitur, qui im punitate & ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria. Idem ad Cælium, lib. 2. 8.
Ignoratio sui. Cic. pro A. Cluentio, Quod erat odium dij immortales, quæ superbia, quanta ignoratio sui, quàm grauis atque intolerabilis arrogantia? Idem de Amicit. Propter ignorationem stirpis & generis, &c. Corruptè legitur in quibusdam exemplaribus, Ignorantiam.
Abuti ignoratione alicuius, Vide ABVTOR.

Ignorantia, huius ignorantiæ {ἄγνοια} Ad humani ingenij vitium pertinere potest, quando quis per ignorantiam non satis intelligit quid faciat vel dicat. aut contrà. Quintil. lib. 7. cap. 2, Ignorantia prætendi non potest. Cic. pro Flacco, Vbi adolescentes nihil possent dicere nisi ignorantiam literarum.
Viri ignorantia. Ouid. 7. Metam.
Miserabilis ignorantia. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Supina ignorantia, Vide SVPINVS.

Ignorabilis, & hoc ignorabile, pen. corr. {ἄγνωστος} Quod non cognoscitur. Plaut. Pseud. 8. Cic. 2. de Inuent. Quòd leuius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit. Gell. lib. 9. cap. 12, Alterum autem illud ignorabilius obscuriúsque est.

Ignarus, ignara, ignarum, pen. prod. {ἀμαθὴς, ἀκατάσκευος} Imprudens, inscius, rudis, imperitus, indoctus. Plaut. Pœn. 9, Ait se peregrinum esse, huius ignarum oppidi.
Ignarus animi mei. Terent. Hecy. 4. 4,
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.
Ignara artis meretriciæ. Terent. Heaut. 2. 1,
Habet bene ac pudicè eductam, ignaram artis meretriciæ.
Ignarus cautæ. Plin. lib. 17. cap. 11.
Ignarus fortunarum suarum. Cic. pro Quintio.
Haud ignara futuri. Virgil. 4. Æneid.
Hominum & locorum ignarus. Virgil. 1. Æneid.
Ignarus instituti. Cic. ad Gallum, lib. 7. 24, Tu autem ignarus instituti mei, quanti ego, &c.
Ignarus lacrymarum tuarum. Terent. Hecy. 4. 4,
Ignarum censes tuarum lacrymarum esse me?

Ignarus es morum meorum. Terent. Adelph. 2. 1,
-ne te ignarum fuisse dicas meorum morum.
Ignarus mundi. Plin. lib. 2. cap 9.
Ignarus officij ciuilis. Cic. 3. de Finib.
Ignara patris. Plin. epist. 176.
Ignarus philosophiæ. Cic. 1. Acad.
Rationis ignarus. Tacit. lib. 1.
Ignarus religionis. Cic. 6. Verr. Hi denique illud, ignari totius negotij ac religionis, mercede accepta sustulerunt.
Viæ ignarus. Virgil. 1. Georg.
Ignarus vrbis. Liu. 1. ab Vrbe.
Ignarus docendi. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Mens ignara nocendi. Claud. epitt. 1.
Non ignari estis quemadmodum, Cic. ad Senatum, lib. 15. 1, Nos quemadmodum instructos, & quibus præsidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari.
Ignarus sum quid agatur. Et, Ignarus quid virtus valeret. Cic. pro Sextio.
Ignarus ad quod pertineat. Cic. in Topicis, Pueri sæpe indicarunt aliquid, ad quod pertineret ignari.
Ignarus & insolens. Cic. 1. de Orat. Ea requiruntur à me, quorum sum ignarus atque insolens.
¶Ignarus, pro Ignoto. Tacit. lib. 2, Per occulta, & vigilibus ignara. Idem lib. 3.

Ignosco, ignoscis, ignoui, ignotum, pen. prod. {συγγινώσκω} ignóscere, Valde noscere, & discere. Varro, Vósque in theatro qui voluntatem auribus huc aucupatum concurristis domo, adeste: & à me, quæ feram, ignoscite, domum vt feratis è theatro literas.
¶Ignoscere, Condonare, &, vt ait Cic. Bruto, 15. 14, sceleris pœnam prætermittere. Plaut. Aulul. 30, Id adeò te oratum aduenio, vt animo æquo ignoscas mihi. Terent. Adelph. 3. 4,
Venit ipsus vltro lacrymans, orans, obsecrans,
Fidem dans, iurans se illam ductурum domum. ignotum est. tacitum est.
Inter Ignoscere & Concedere differentia est, quam Cicero innuit scribens ad Cæsarem iuniorem his verbis, Quòd mihi & Philippo vacationem das, bis gaudeo. nam & præteritis ignoscis, & concedis futura. Vide Nonium.
Fasso ignoscere. Ouid. 13. Metam.
Vitio ignoscitur omni. Ouid. 1. de Arte.
Dementia ignoscenda. Virgil. 4. Georg.
Ignoscere sibi. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Omnia sibi ignoscere. Patercul. lib. 2, Adeò familiare est hominibus omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere.

Ignoturus, penultima prod. Participium {συγγνωσόμενος.} Cicero in Catone, Ignoturum alteri, quòd patrem: alteri, quòd tutorem sequutus esset.

Ignoscendus, a, um, Participium. Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 13. Sed hæc & alia ignoscenda Vergilio, qui studij circa Homerum nimietate excedit modum.

Ignoscens, ignoscentior {συγγνωμονικὸς} Qui facilè cõdonat & ignoscit. Terent. Heaut. 4. 1,
Quanto tuus est animus natu grauior, ignoscentior, &c.

Ignoscentia {συγγνώμη} Condonatio peccati. Gell. lib. 7. cap. 3, Interdum autem quasi eos deliquisse cõcedat, ignosci postulat, & ignoscentias vtiles esse rebus humanis docet.

Ignoscibilis, & hoc ignoscibile, pen. corr. {συγγνωστος.} Gel. lib. 13. cap. 20, Hic vester huiuscemodi vestitus, de multo iam vsu ignoscibilis est. Id est, venia dignus.

Ignotus, pen. prod. Adiectiuum {ἀγνὼς, ἀγνώσεως} Incognitus, non visus. Plaut. Menæch. 8,
Qui mihi molestus homini ignoto, quisquis es.
Populo ignotus. Ouid. 1. Trist. eleg. 1.
¶Domos ignotas petere. Virgil. 4. Æneid.
Locis ignotis errare. Ouid. 4. Metam.
Mortibus ignotis perierunt. Horat. 1. Serm. sat. 3.
Oris ignotis exulat. Virgil. 3. Georg.
Pars ignotissima turbæ. Claud. 1. in Eutrop.
Pondus auri ignotum. Virg. 2. Æneid. Aut quòd ignorabat Dido, aut tantum quantum nullus vnquam nouit.
Terra ignota. Virgil. 5. Æneid.
Verba obscuriora & ignotiora. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Vias ignoras inire. Ouid. 2. de Remed. amor.
Viri ignoti noua forma. Virgil. 3. Æneid.
Viri in veste ignota. Virgil. 7. Æneid.
¶Ignotus, Qui ignorat, & est inscius rei alicuius. Quintil. Declamat. 6, Nequis tamen erret ignotus, non est filij mei nouerca, sed mater. Cic. Famil. epist. 5. lib. 12, Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat: sed quod illorum artem, cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat. Atque illi artifices, corporis simulacra ignotis nota faciebant. Ignotis, pro his qui non nouerant actiuè posuit. Sic Liuius Decad. 1. lib. 3. vbi de Appij Claudij libidine loquitur: Notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini cõciliat. Plaut. in Pseud. 15, Nouinotis prædicas. Notis, Id est iis qui nouerunt. Cic. pro M. Cælio, De dignitate Cælius notis ac maioribus natu, etiam sine mea oratione tacitus facilè ipse respondet. quibus autem propter senectutem, quod iam diu minus in foro nobiscum versatur, non æquè est cognitus, hi sic habeãt, &c. Q. Curtius: Ignoti iumenta agebant.
Ignotus in vulgus. Cic. ad Attic. lib. 9. 173, Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.
Obscurus & ignotus. Cic. 1. de Orat. Ius applicationis obscurum sanè & ignotum patefactum est.

Ignotior, Comparatiuus {ἀγνωστότερος.} Liu. 5. ab Vrbe, Id (vt fit) propter authoris humilitatem, spretum: & quòd longinqua, eóque ignotior gens erat.

ILBA, vel Ilua {ἶλβα} Insula est in mari Tusco, vulgo dicta *Elbe*, à continenti distans x. M. passuum. de hac Plin. lib. 34. cap. 14. Virgilius 10. Æneidos,
-ast Ilua trecentos
Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis. Vbi Seruius dicit, quum in aliis regionibus effossis metallis terræ sunt vacuæ, apud Iluam hoc esse mirum, quòd sublata renascuntur, & rursum de iisdem locis effodiuntur. Varro & aliud dicit, nasci quidem illic ferrum, sed in structuram non posse cogi, nisi transfuctum in Populoniam Tusciæ ciuitatem.

Ile, ilis, n. g. {ὑλὴ} Pluraliter, ilia, ilium, ilibus. Seruius, Hoc ile, & hæc ilia facit. Vnde etiam Iuuen. sat. 5,
-vis frater ab ipsis
Ilibus. Nam quod Marulus mimographus dixit parasito, Tu Hectorem imitaris, ab ilio nunquam recedis: quum de guloso diceret, allusit ad ciuitatis nomen: Nam ab ili debuit dicere. Plin. lib. 11. cap. 37, Ab hoc ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus, in cæteris ile: à quibus capaciora intestina ad aluum, hominísque flexuosissimis orbibus.
Ilia ipsa inter coxas & pubem in imo ventre posita sunt, inquit Celsus lib. 4. cap. 1. Plin. lib. 11. cap. 37, Inter vesicam & aluum arteriæ, ad pubem tendentes, quæ ilia appellantur. Cels. lib. 7. cap 29, Oportet mulierem resupinam transuerso lecto sic collocare, vt feminibus eius, ipsius ilia comprimantur.
Dura messorum ilia. Horat. Epod 3.
Subtricta ilia. Ouid. 3. Metam.
¶Ducere ilia. Horat. 1 epist. 1. Vide DVCO.
Religare ilia baltheo, Seneca Herc. fur. 7.
Rumpere ilia alicuius. Catul. ad Furium, epigr. 11.
Inuidia rumpantur vt ilia codro. Virgil. eclog. 7.
Ima ilia longo singultu tendunt. Virgil. 3. Georg.
Trahere ilia. Plinius libro 26. cap. 6, Tanta huic vis est, vt iumentis etiam non tussientibus modò, sed ilia quoque trahentibus, auxilietur potu. De Verbasco.

Ilios, pen. prod. Qui morbo ilium laborat. Plin. lib. 20. cap. 4, Praxagoras & iliosis dandos censet.

Ileos, huius ilei, m. g. {εἶλεος} Morbus gracilioris intestini. Plin. lib. 30. cap. 7, de ventris malis, Grauissimum vitium ileos appellatur. Idem lib. 20. cap. 66.

ILERDA {ἰλέρδα} Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Hispaniæ vrbs, *Leryda* & *Leyda* vernaculis dicitur.
Vnctus mittêris Ilerdam. Horat. 1. epist. 21.

Ilex, huius ilicis, pen. corr. f. g. {φηγὸς} Arbor quercui proxima, in Prouincia vocatur *Yeuze*, vel *Yeose*. Gel. lib. 5. cap. 6, Ea fit è fronde querna: quoniam cibus victûsq; antiquissimus quercu capi solitus fit. Fit etiam ex ilice: quod genus superiori proximum est. De corona ciuica loquitur.
Arguta ilex. Virgil. eclog. 7.
Coruscis ilicibus fremit Apenninus. Virgil. 12. Æneid.
Crebris ilicibus nigrum nemus. Virgil. 3. Georg.
Curuata glandibus ilex. Ouid. 10. Metam.
Frondens ilex. Virgil. 5. Æneid.
Icta securibus ilex. Virgil. 6. Æneid.
Littorea. Virgil. 3. Æneid.
Nigra. Virgil. 9. Æneid.
Opaca. Virgil. 6. Æneid.
Plena fauis ilex. Claud. 2. de raptu Proserp.
Procera ilex. Horat. Epod. 15.
Ramosa ilex. Ouid. 8. Metam.
Tonsa ilex bipennibus. Horat. 4. Carm. ode 4.
Trementes ilices frangit Aquilo. Horat. Epod. 10.
Viridis ilex. Ouid. 1. Metam.
Vitiosa. Virgil. 2. Georg.

Ilicetus, ilicea, ilicetum {φηγινὸς} Quod factum est ex ilice. Statius lib. 6. Thebaid. Orníque ilicetæque trabes, metuendáque succo.

Ilicetum, penultima prod. {φηγῶν} Locus ilicibus consitus. Martialis libro 12. 19,
-è cathedra
Surgentem focus excipit superba
Vicini strue cultus ilicetí.

Illigneus, Adiectiuum {φηγινὸς} Quod est ex ilice, vel etiam ad ilicem pertinet: vt Frons illignea. Colum. lib. 11. cap. 2. Idem lib. 6. cap. 3, Modius viridis lauteæ, & illigneæ frondis.
Illignea corona. Plin. lib. 16. cap. 4.

Illignus, Adiectiuum {φηγινὸς.} vt Illigna glans. Plinius libro 16. capite 5.

ILIA {ἰλία} Vestæ sacerdos, Romuli & Remi mater à Marte compressa, Amulij filia. Seruius apud Virgil. lib. 1. Æneidos,
-donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

Ilia, ilium, Vide ILE.

Iliades, Vide ILIVM.

Ilias, iliadis, pen. corr. f. g. {ἰλιὰς} Homeri opus in quo Ilij excidium describit.
Ilias malorum, Prouerbium. De calamitatibus maximis simul & plurimis: propterea quòd in Iliade Homerica nullum mali genus nõ recensetur. Vnde ex hac docti putant tragœdiarum argumenta fuisse sumpta, sicut ex Odyssea comœdiarum. Est autem opus verbosum, viginti quatuor voluminibus vix absolutum. Vnde & quanuis orationem plus satis prolixam Iliade longiorem vocant. Cic. ad Attic. lib. 8. epist. 11, Non multo inquam secus possum vaticinari, tanta malorum impendet Ilias. Erasmus. Ouid. 2. Tristium,
Ilias ipsa quid est nisi turpis adultera, &c.

Iliceus, Vide ILEX.

Ilicet, pen. corr. {ἐνθάδε} per syncopam dictum, quasi ire licet. Donatus, Sic iudices de concilio dimittebantur, suprema dicta quum præco

præco pronũtiasset, Ilicet, quod significat, ire licet. Terent. Eun. 1. 1,
-actum est, ilicet,
Peristi. Hoc est, Per me quidem licet, atque id etiam consuluerim vt abeas, alioqui actum est de te. Idem Phorm. 1. 4,
-hoc nihil est: ilicet,
Quid contemimus operam frustra? Vbi Donatus, Ilicet, semper finem rei significat. Nonnulli scribunt ilicet, duplici l. Plautus Ciftell. 10,
-illicet, Actu' est.
Ilicet, pro Statim, confestim. Plaut. Rud. 2. 6,
Sed propera. T. licet. D. iam hic fac sis, cœna vt curetur. T. licet. D. Omnia ilicet. T. licet.
Ilicet obtuimur numero. Virgil. 2. Æneid.
¶Ilicet, Affirmantis aduerbium. Plaut. Epid. 1. 4,
Ilicet vt vadimonium mihi hic vltrò facit.

Ilico, Vide ILLICO.

ILIENSES, Populi sunt Corsicæ insulæ antiquissimi, vt scribit Pomponius lib. 2. Horum meminit & Pausanias.

Iligneus, Ilignus, Vide ILEX.

ILIONE, pen. corr. {ἰλιόνη.} Virgil. lib. 1. Æneidos,
Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,
Maxima natarum Priami.

ILIONEVS, pen. corr. quadrisyllabum {ἰλιονεύς} Troianus fuit, quem Virgilius non sine causa vbique inducit eloquentem. Nam vt Homerus dicit, Phorbas, pater Ilionei, semper Mercurio deo eloquêtiæ fauente pugnauit. Seruius apud Virgilium.

Iliosus, Vide ILE.

ILISSVS {ἴλισσος} Amnis in Attica Musis dicatus, quas Ilissidas vocãt.

ILITHYIA, pen. prod. {εἰλείθυια} dicitur à poetis Diana, quæ parientibus assistere putabatur.
Præpositam timidis parientibus Ilithyiam. Ouid. 9. Metam.

ILIVM {ἴλιον} (inquit Seruius) Virgilius neutro tantum genere declinat: Horatius autem fœminino: vt Nõ semel Ilios vexata. Ilium propriè ciuitas est: nam regio, Troia est, quanuis interdum pro ciuitate, Troiam ponat Virgilius, Et campos vbi Troia fuit.
Diuûm domus Ilium. Virg. 2. Æneid.
Altum Ilium. Virgil. 5. Æneid.
Crematum Ilium. Horat. 4. Carm. ode 4.
Sacrum Ilium. Horat. 3. Carm. ode 19.
Superbum Ilium. Virgil. 3. Æncid.

Ilius, Adiectiuum {ἴλιος.} vt Tellus Ilia. Virgil. 9. Æneid.

Iliacus, pen. corr. Aliud adiectiuum {ἰλιακὸς.} vt Campi Iliaci. Virgil. 9. Æneid. Gens Iliaca, Idem 6. Æneidos. Ruinæ Iliacæ, Idem 1. Æneidos.

Ilienſis, Aliud adiectiuum. vt Ilienſis Minerua, de qua mentio est apud Vlpianum in institutis. Nam quum Romani originem agnoscerent Troianam esse, Ilienſi Minerua hoc quoque ius tribuerunt, vt ei legari posset. Cæterùm illo loco vsque adhuc Melienſis corruptè lectum est. Vide Turnebum.

Iliades {ἰλιάδες} crinem de more solutæ. Virgilius 3. Æneidos. Id est Troianæ.

Illà, Aduerbium per locum, idem quod Illac. Tacit. in lib. de moribus Germanorum, Ipsum quinetiam Oceanum illà tentauimus. Idem Annaliũ lib. 2, Incubuerat sagittariis, illà rupturus. Rursum lib. 19, Ac ne peruium illà Germanicis exercitibus foret, obsepserat.

Illabefactus, Adiectiuum {ἀνώλεθρος.} Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8,
Ius aliquod faciunt affinia vincula nobis.
Quæ semper maneant illabefacta precor. Affinia vincula, Id est affinitatis coniunctiones. Illabefacta, inuiolata, non contaminata.

Illabor, penul. prod. illaberis, illapsus sum {εἰσρέω} illábi, Intro labi, influere, demitti. Cic. 2. de Nat. deor. Quò primum illabuntur ea quæ accepta sunt.
Illabor ad. Cic. 1. de Finib. Nam si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, vt ita dicam: & ad eos cum suauitate afflueret & illaberetur, nec, &c.
Illapsus in medios hostes. Virgilius 2. Æneidos. Legitur & delapsus.
Illabi animos. Cicero 2. de Legib. Longè prouidens quàm sensim pernicies illapsa ciuium animos, malis studiis, malisq; doctrinis repente totas ciuitates euerteret.
Illabitur vrbi, & illabitur mari, hoc est In vrbem & in mare prorumpit. Virgil. 2. Æneidos,
-mediæque minans illabitur vrbi. Plin. lib. 5. cap. 29.
Amni Tyberino illabitur Nar. Lucan. lib. 1.
Astris illabentibus tepet Pontus. Stat. 1. Achill.
Truncus illapsus cerebro. Horat. 2. Carm. ode 17.

Illapsus, huius illapsus {ὄκωσις.} Columel. lib. 2. cap. 2, Ne præcludatur humoris illapsu atque exitu.

Illaboro, illaboras, penult. prod. illaborâre. Tacitus in lib. de moribus Germanorum, ad finem, de Fennis verba faciens, qui solo venatu aluntur: Id beatius arbitrãtur, quàm ingemere agris, illaborare domibus. Id est, quàm magno labore agros colere, aut in domibus laborare, siue domi aliquid operis laboriosi facere.

Illaboratus, pen. prod. Adiectiuum {ἀκατέργαστος} Quod sine labore & diligentia factum est. Quintil. de Cicerone, lib. 10. cap. 3, Tum interim hæc omnia quæ vix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata, &c.

Illac, Aduerbium per locum.
Hac atque illac perfluo. Terent. Eunuch. 1. 2.
Ibimus illac. Ouid. 8. Metam.
Illac, pro A parte illius. Cic. ad Attic. lib. 7. 123, Veruntamen hac video eum homine audacissimo paratissimóq; negotium esse: omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione, ignominiáque dignos illac facere. Id est, ex illa parte Cæsaris.

Illacerabilis, & illacerabile, pen. corr. {ἀνώμωκτος.} vt Spolium illacerabile. Sil. lib. 5.

Illaesi tus, pen. prod. {ἀπαρακάκητος.} Tacit. in vita Agricolæ, Tanta ratione, curáque, vt nulla ante Britanniæ noua pars illaesita transierit. Idem in libro De moribus Germanorum, Pacem illaesiti nutrierunt.

Illacrymo, illacrymas, penult. correp. {ἀδακρυτέω} illacrymâre, Vale de lacrymare. Liuius 5. belli Punici, Illacrymasse dicitur partim gaudio.
Illacrymare morti alicuius. Cic. 3. de Nat. deor.
Sic ait illacrymans. Virgil. 9. Æneid.
Malis illacrymare. Ouid. 5. Trist. eleg. 9.
Illacrymare sortis humanæ, subaudi causa. Liuius libro 4. Decad. 5.
Illacrymare, de rebus etiã insensibilibus à Virgilio dictum est, pro sudare, & liquidum humorem emittere. 1. Georgicorum,
-illacrymat templis ebur, æráque sudant.

Illacrymabilis, pen. corr. {ἀδάκρυτος} Immisericors & inexorabilis.
Pluto illacrymabilis. Horat. 2. Carm. ode 14.
Illacrymabilis vrna. Ausonius epigramm. 8. in tumulum hominis fœlicis,
Perpetuum mihi ver agit illacrymabilis vrna.
Illacrymabilis, Indignus lacrymis: vel pro quo mortuo vllæ fundantur lacrymæ. Horat. 4. Carm. ode 9.

Illædo, illædis, illæsi, illæsum {κατακλάπτω} illædere, apud Ciceronem legitur, pro infringere & violare, in Oratione in Vatiniũ, circa principium, Num Heliam, num Fusiam legem illæserit? Quo loco legendum ex vetusto exemplari neglexerit.

Illæsus, Participium {ἀλοίδητος, ἀπήμων.} Plin. lib. 15. cap. 30, Gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæsam. Martial. lib. 1. 36,
Illæsum timidis vnguibus hæsit onus.
Cupressus illæsa bruma. Stat. 6. Thebaid.

Illætabilis, & hoc illætabile, penult. correp. {ἀοίδιμος} Non lætum, & quod nullam lætitiam adfert. Virgilius 3. Æneid. Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora Accipit. Et libro 12, Illætabile murmur.
Opus illætabile. Statius 5. Thebaid. sic vocat puerum mortuum.

Illapsus, Vide ILLABOR.

Illaqueo, illaqueas {παγιδεύω} illaqueâre, Laqueo constringere. Cic. de Aruſp. responsis, Sed si etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, &c.

Illatebro, illatebras, penult. correp. {δοκρύπτω} illatebrâre, Quasi intus abscondere. Gellius lib. 17. cap. 2, ex Q. Claudij annalium primo, Arma plerique abiiciunt, atque inermi illatebrant sese. Ibi illatebrãt, verbum poeticum visum est, sed non absurdum, neque asperum.

Illatebra, illatebræ, Vbi celari nihil quit, à non latendo dicta. Plautus, Cuius, inquit, ego latus illatebras reddam meis dentibus & manibus.
Id est, efficiam dentibus & manibus meis, ne in eius latere quicquam celari possit, ita discerpendo aperiam.

Illatio, Illatus, Vide INFERO.

Illatro, illatras, pen. corr. illatrâre. Lucan. lib. 6,
Pérque cauas terræ, quas egit carmine, rimas
Manibus illatrat: regníque silentia rumpit.

Illaudatus, pen. prod. {ἀπάρατος} Adiectiuum, Non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruit, hoc est illaudabilis, vt ait Seruius. Virgil. 3. Georgicorum,
-quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras? Gell. lib. 2. cap. 6, de isto loco Virgilij loquês. Sed enim (inquit) qui in omni re, atque omni rẽpore laudi omni vacat, is illaudatus est, ísque omniũ pessimus deterrimúsq; habetur. Vide etiam Macrobium lib. 6. Saturnal. cap. 7.
Facta non illaudata. Stat. 11. Thebaid.

Illaudabilis, & hoc illaudabile, penult. correp. {ἀνάξιος.} Gellius libro 2. cap. 6, Illaudatus enim est quasi illaudabilis, & innominabilis, qui neque mentione aut memoria vlla dignus est, neque vnquam nominandus est.
Carmen illaudabile. Stat. 5. Sylu. 5.

Ille, illa, illud, illius, penult. prod. {ἐκεῖνος τοῦτος} illi, Dicitur is de quo fit mentio. De certa enim persona dicitur, inquit Donatus. Terentius Andr. 2. 1,
Quid ais Birria? datúrne illa hodie Pamphilo
Nuptum? Vbi Donatus, Bene ILLA, Velut amatoriè, de certa loqueretur persona. Sic Virgil. 4. Æneidos,
-solam nam perfidus ille
Te colere. Ergo non Æneas, sed ille.
Ille, ad propinquum etiam referri solet. Plin. epist. 9. lib. 3. Cicero pro Rosc. Comœdo, Quid est quòd negligenter scribamus aduersaria? quid est quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ seruantur sanctè.
¶Ille, pro aliquis, Horat. 2. Serm. sat. 7,
-fatear me dixerit ille,
Duci ventre leuem. Hoc est, si aliquis dixerit, &c.
¶Ille eum significantia aliqua prolatum, inquit Priscianus, Id est emphasi. Virgil. 7. Æneidos,
-sic Iuppiter ille monebat. Cic. 1. Verr. M. Catonem illum sapientem clarissimum virum, &c. Terent. Adelph. 5. 4,
Ego ille agrestis, saeuus, tristis. Vbi Donatus, Bene addit ILLE, quasi iam notus hoc ipso quòd parcus.
Ego ille ipse vindex æris alieni. Cic. ad Attic. lib. 2. 16.
Noster ille. Cic. 1. de Inuent. Quod nostrum illum non fugit Catonem.
Ipsum illud scire possumus. Cicero 1. de Orat. Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione iuris quàm sit bellum, cauere malum, scire possumus.
Ipse ille animus idem meus. Cic. Post reditum in Senatu.
Illa ipsa rerum humanarum domina fortuna. Cic. pro Marcel.

Ille iſte. Cic. 1. in Catil. Fuit fuit illa iſta quondam in hac Repub. virtus, vt, &c. In vetuſtioribus codicibus non legitur ILLA.

Ille ipſe. Cic. pro Lege Manil. Teſtis eſt Italia, quam ille ipſe victor L. Sylla, &c.

Ille quidem. Cic. Caſſio, lib. 12. 9, Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed, &c. Ibidem epiſt 10.

Ille talis. Terent. Eunuch. 1. 2, Ne illum talem præripiat tibi.

Ille alter. Cic. Attico, De illo altero, quem ſcribis tibi viſum eſſe non alienum. Terent. Eunuch. 4. 4, Veniſtine ad nos? negat. at ille alter venit, annos natus ſedecim.

¶Illi, pro Ab illo. Plaut. Perſa, 7,

-ne illi mihi iam nihil nouí

Offerri poteſt, quin ſim peritus.

¶Illiuſmodi, pen. corr. Terent. Adelph. 3 3,

Næ illiuſmodi iam nobis magna ciuiũ Penuria eſt. Cic. in Diuin. Aut illiuſmodi quadruplatores.

¶Illorum aduerſus, pro Illis. Tacit. lib. 3, Veneno eum à Lepida petitum illuſtrium domuum aduerſa. Hoc eſt domibus.

¶Illæc, pro Illa hæc. Terent. Adelph. 3. 4,

-verùm nimia illæc licentia

Profectò cuader in aliquod magnum malum.

¶Illud breuiter ſignificandum videtur. Cic. ad Brutum, lib. 11. 5, Illud tamen breuiter ſignificandum videtur, Populum Romanum omnia à te expectare.

¶Ab illo. Cic. pro Deiotaro, Sed quú exiſtimaret multis tibi multa eſſe tribuenda quæ minus aſſequi in altera parte potuiſſes, ea ſumẽs ab illo non recuſauit. Ab illo: pro à ſe, παρ' αὐτῦ. Bud.

Illecebra, nomen herbæ, quæ & Andrachne agria dicitur. Plinius libro 25. cap. 13, Porrò Andrachne agria, idem valet quod portulaca ſylueſtris.

Illecebra, illecebræ, pen. corr. {ἐπαγωγὸν, ἡμμελὲς, ἡδὺ, ἐξ, ἀθλιότης} Omne blandiatrũ genus quibus allicimur. Cic. de Senect. Stupra verò & adulteria, & omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari, niſi voluptatis. Idem in Catil Illecebræ corruptelarum.

Illecebra iuuẽturis. Cic. 1. in Catil. Idem pro Milone, Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi, impunitatis ſpem?

Argentariæ illecebræ, Vide ARGENTVM.

Doloſæ illecebræ. Claud. 2. Paneg.

¶Deliniri illecebris voluptatis. Cic. Caſſio, lib. 15. 16.

Irretire adoleſcentulum illecebris corruptelarum. Cicero 1. in Catilin.

Morati aliquem illecebris. Horat. de Arte.

Trahit aliquem ſuis illecebris ad verum decus virtus. Cicero in Somn. Scipionis.

Dedere ſe vitiorum illecebris & lenociniis cupiditarum. Cicero pro Sextio.

Illecebroſe, pen. prod. illecebroſius, illecebroſiſſimè, Aduerbium {ἐπαγωγικῶς.} Plaut Bacchid. 1,

Quia iſtoc illecebroſius fieri nihil poteſt.

Illectus, Vide ILLICIO.

Illectum, à lego legis {ἐκ ἀναγινώσκω} Non lectum ſignificat. Ouidius 1. de Arte,

Si non accipiet ſcriptum, illectúmque remittet, &c.

Illepidus, pen. corr. Adiectiuum {ἀχαρίτης} In quo nihil lepóris eſt & elegãtiæ, & tam de homine, quàm de oratione dicitur. Plaut. Bacch. 14, Inamabilis, illepidus viuo. Cic. 3. de Nat. deor. Parentem habere auarum, illepidum, in liberos difficilẽ. Ex poeta antiquo. Plin. epiſt. 9. lib. 3, Inde dictum non illepidum ſermocinari.

Deliciæ illepidæ atque inelegãtes. Catul. ad Fauium, epig. 6, Scorrillum non illepidum, nec inuenuſtum. Catull epigr. 10.

Illepide, penult. corr. Aduerbium {ἀχαρίτως} hoc eſt iniucundè & infacetè. Plin. in Præfat. Nec Plancus illepidè, quum diceretur Aſinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipſo aut liberis poſt mortem Planci ederentur, ne reſpondere poſſet, Cum mortuis non niſi laruas luctari.

Craſſe & illepidè compoſitum aliquid. Horat. 2. epiſt. 1.

Illex, & exlex eſt qui ſiue lege viuit. Plaut. Perſa,

Impure, inhoneſte, iniure, illex, labes populi. Nonius.

Illex, Vide ILLICIO.

Illí, Aduerbium loci, pro Ibi. Terent. Adelph. 1. 2,

-ſiquid peccat Demea,

Mihi peccat, ego illí maximam partem feram. Vbi Donatus, Errant qui putant ILLI eſſe pronomẽ, quum ſit aduerbium loci: vt Virgil. 2. Æneidos,

-illi mea triſtia facta,

Degenerémque Neoptolemum narrare memento. Illí ergo, ibi vbi ille peccat. Idem Hecy. 1. 2,

Nã illic haud licebat, niſi præfinito loqui. Vbi Donatus, Legimus & illí circunflexo accentu, & ſignificat illic: vt Illí mea triſtia facta. & abſolutum eſt. Idem Phorm 1. 2, Interea, dum ſodebamus illí, interuenit adoleſcens quidam.

Illibatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀμίαντος, ἄβλαπτος} Quaſi dicas intactum, & incorruptum. Liu. 3 ab Vrbe, Illibatum imperium. Plin. lib. 17. cap. 17, Vt illibato cortice, atque vt ſectura in ferior ponatur.

Fœdera tori illibata Lucan. lib. 2.

Illibatum robur hominis. Colum. lib. 12. cap. 1.

Integrum & illibatum. Colum. lib. 3. cap. 10.

Illiberalis, & hoc illiberale, penult. prod. {ἀνελεύθερος} Non munificus, qui contrà agit ac liberum hominem decet. Cicero Memmio, libro 13. 1, Non te in me illiberalem, ſed me in ſe negligentem putabit.

Illiberale facinus, Indignum homine libero. Terentius Adelphis, 3. 4.

Illiberalis iocus, Inhoneſtus, non ingenuus. Cic. 1. Offic.

Illiberalis labor, Sordidus. Cic. 1. de Finib.

Res ad cognoſcendum non illiberalis, non indigna. Cicero 2. de Orat.

Illiberalis cibus. Plin. lib. 19. cap. 5.

Illiberalitas, pen. corr. illiberalitatis {ἀνελευθερία.} Cic. 2. Offic. Sed ita vt illiberalitatis auaritiæque abſit ſuſpicio.

Illiberaliter, pen. corr. Aduerbium {ἀνελευθέρως} Id eſt iniuſtè, inclementer, haud rectè. Terent. Adelph. 5 4,

-factum à vobis duriter,

Immiſericorditérque: atque etiam, ſi eſt pater

Dicendum magis apertè, illiberaliter. Idem Phorm. 2. 3. Vbi Donatus, Apud veteres illiberaliter dicebant factum, ſiquis exceſſiſſet omne genus maleficij. Cic. ad Attic. lib. 16. 333, De Xenone coràm cognoſcam: quanquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter neque illiberaliter.

ILLIBERIS, pen. corr. {ἰλιβερίς} Ciuitas eſt Narbonenſis prouinciæ, vt Pomponius ſcribit, & Plin. cap. 4. lib. 3, Magnæ, inquit, quondam vrbis tenue veſtigium Illiberis. Ptolem. lib. 2. cap. 4. Aliis Liberia dicitur, vulgò *Granada*, caput Regni Granatæ, Vide ILLYBERIS.

Illiberis. Ptolem. lib. 2. cap. 10, Tectoſagum ciuitas: Vulgò *Suſſas*, Hiſpanorum ditionis.

Illic {ἐκεῖ} Aduerbium in loco. Terentius Adelphis, 4. 2, Illic vbi etiam capriſicus magna eſt. Plautus Triaummo, 15, Illic ſum, atque hìc ſum.

Illic, pro Ille. Terent. And. 3 5,

Vbi illic ſeelus eſt qui me perdidit? Idem Eunuch. 5 9,

Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus eſt.

ILLICE, Vrbs eſt Hiſpaniæ, vulgò *Alacant*. vnde Illicitanus ſinus, nunc *De Alacant*. Vide Melam lib. 2. cap. 6. Et ibidem Oluariũm.

Illicet, Vide ILICET.

Illicio, illicis, pen. corr. illexi, illectum {ἐπάγω, ἑλκύζω} illícere, Attrahere, & quaſi ineſcare: quod & pellicere etiam dicitur. Terent. Andr. 5. 4, -tũne hic homines adoleſcentulos, Imperitos rerũ, eductos liberè, in fraudem illicis? Ab in, & licio, quaſi ligio dicitur, inquit Donatus. Plaut. Milit. 2. 2, Is me hac illexit fraude.

Illexit me ad te. Plaut. Aſin. 5,

Aliam atque olim quum illiciebas blandè ad te, benẽdice.

Caue ne illiciaris. Lucret. lib. 4.

Illicere & attrahere. Cic. de Amicitia, Nihil eſſe quod ad ſe rem vllam tam alliciat, tam attrahat, quàm ad amicitiam ſimilitudo.

Illicere aliquem in fraudem, aut in aliud. Terentius Andr. 5. 4. Cicero 3. de Natura deor. Qui non ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum.

Illectus, Participium {ἐπαχθὲς} Attractus. Cic. 4. Tuſcul. Libido ad id quod videtur bonum, illecta & inflammata rapiatur.

Illectus, huius illectus, Verbale {ἐπαγωγὴ} Blanditiæ & illectamentum. Plaut. Bacch. 1, Magis illectum tuum, quàm lectum metuo.

Illicium, huius illicij {δέλεασμὸς, δέλεαρ} Incitamentum. Varro 3. de Reruſt. cap. 16, Sed ſi tranſturæ ſunt apes ea, apiaſtro perfricanda, quòd illicium hoc illis. Cic. ad Atticum, lib. 11. 220, Illum exiſtimare Qu. fratrem illicium meæ profectionis fuiſſe, &c. Ex vetuſto exemplari legitur lituum.

Illex, illicis, pen. corr. om. gen ab illicio {δέλεασμα} Idem quod illicium, vel illectamentum. vt Illex animi Venus. Plaut. Pœn. 10. Idem Perſa, 12, Impure, inhoneſte, iniure, illex, labes populi. Et illices oculi apud Apuleium, quòd incitent & attrahant.

Illix, Auis aucupum dicitur, quæ aliàs illicit, & à Græcis vocatur ποικίλος. Plin. lib. 10, Contra aucupis illicem exeunte in prælium duce totius gregis. Aliter in editis legas, ſed mendoſè. Ab hac per metaphoram non ineleganter apud Plautum dicitur, Lectus eſt illix. Turnebus.

Illicitus, pen. corr. Adiectiuum {ἀθεμις, ἀθεμὶς} Ex in, & licitus cõpoſitum. Quod non liget, & indecens eſt. Cic. pro Cluent. Incognita cauſa probatum illud erat, multitudinẽ illicitum eſt contradicere * nemo denique vt defenderet contrariam partem, laborabat.

Tori illiciti. Lucan. lib. 10.

Ire per illicitum. Stat. 1. Thebaid.

Venus illicita. Stat. 8. Thebaid.

Vias illicitas tentare. Valer. 1. Argonaut.

Illicitè, pen. cor. Aduerbium. Vlpian. in l. fideicommiſſa. §. ſiquis illicitè. D. de legatis & fideicommiſſis, lib. 3.

Illico, pen. corr. Aduerbium {παραυτίκα} Continuò, confeſtim, ſtatim, Breuitatem temporis notat, inquit Donatus. Terent. Adelph. 4. 4, Nam vt hinc fortè ea ad obſtetricem erat miſſa, vbi eam vidi, illico Accedo. Cicero ad Atticum, lib 2. 27, Ipſis Cerialibus quum in me incurrit Roma veniens Curio meus, ibidem illico puer abs te cum epiſtolis.

Illico, Propriè in loco, vt ait Feſtus. Terent Adelph. 2. 1, Otioſe nunc iam illico hic conſiſte. Vbi Donatus, Illico, modo locum, non tempus ſignificat. Ennius, Et quia quò irent neſciebant, illico manſerunt. Id eſt in eo loco.

Illido, illidis, pen. prod. illiſi, illiſum {προσβάλλω, προσκαθαίρω} illídere, Infringere. Plautus Amphit. 15, Conciſus pugnis, & illiſis dentibus. Cicero de Aruſp. reſponſ. Iam iſta ſerpens & compreſſa arque illiſa moritur.

Illiſit duros cæſtus in oſſa. Virgil. 5. Æneid.

Illidere dentem alicui rei, pro Imprimere. Horat. 2. Serm. ſat. 1,

-& fragili quærens illidere dentem

Offendit ſolido.

Dentes illidere labellis. Lucret. lib. 4.

Denſum funale illiſit fronti Lapithæ. Ouid. 12. Metam.

Illidere manus. Cic. 3. Tuſcul. ex Æſchylo,

Siquidem qui tempeſtiuam medicinam admouens,

Non aggraueſcens vulnus, illidat manus.

Illidere ſaxis. Plin. libro 9. cap. 6, Contrà orcæ occurrere laborant, ſeſéque opponere, & cautium anguſtiis trucidatæ, in vada vrgere, ſaxis illidere.

Fluctus

Fluctus illiduntur in litus. Quintil. lib. 10. cap. 3.

Æquora illiſa ſcopulis. Virgil. 3. Georg.

Illiſus, huius illiſus, pen. prod. m. g. {προσβολὴ, προσπάθεια, προσκαθαίρεσις.} Plinius lib. 27. cap. 8, Illiſu ipſo repercuſſus. Silius lib. 17,

-æquora furgunt

Spumea, & illiſu ſcopulus tremit omnis aquarum.

Illigo, illigas, pen. corr. {προσδέω} illigáre, Idem quod alligare. Plin. lib. 17. cap. 14, Eámque illigati opertam ſtramentis iuber.

Illigare in. Cic. 6. Verr. Tum illa ex patellis & thuribulis quæ vellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat, ita aptè in ſcyphis aureis includebat, vt, &c.

Illigare alicui bello gentem aliquam. Liu. 1. bel. Maced. Id quæri vt obſidem Achæorum iuuenturem educeret ex Peloponneſo, ad illigandam Romano bello gentem.

Illigare aliquem ſermoni alicui. Cic. 4. Acad. Reſtat vt his reſpondeam qui ſermonibus eiuſmodi nolint perſonas tam graues illigari.

Genus dicendi in quo omnes illigãtur verborum & ſententiarum lepõres. Cic. in Orat.

Illigare ſe periculo depoſiti. Id eſt obligare ſe ad præſtandum rei depoſitæ periculum. Vlpian. in l. 1. §. ſæpe. D. depoſiti. Quo loco Haloander quidem legit Alligaſſe. Pandectæ verò Flo. Illigaſſe habent.

Illigare ſententiam verbis. Cic. 3. de Orat. Orator autem ſic illigat ſententiam verbis, vt eam numero quodam complectatur, & aſtricto, & ſoluto, &c.

Illigare conſcientia. Tacitus, Primores claſſiariorum Miſenẽſium labefaceie, & conſcientia illigare connixa eſt hoc initio.

Illigatus, pen. prod. Participium. Horat. 1. Carm. ode 27,

Vix illigatum te triformi

Pegaſus expediet Chimæra.

Illigatus alicui amicitia. Liu. 2. bel. Maced. Priuatis etiam hoſpitiis familiaríque amicitia plerique illigati Philippo erant.

Illigatus peſte interimor. Cic. 2. Tuſcul. ex Sophocle.

Aratra illigata iuuencis. Horat. Epod. 1.

Illigaræ poſt tergum manus. Liu. 1. ab Vrbe.

Iuga illigaturus tauris. Horat. Epod. 3.

Illimis, & hoc illime, pen. prod. {ἀδόλωτος} Sine limo. Ouid. 3. Metam.

Fons erat illimis. nitidis argenteus vndis.

Illinc, Aduerbium de loco {ἐκεῖθεν.} Terentius Adelph. 4. 7, Illinc huc transferetur virgo. Cic. ad Atticum, Illinc ſpinterem expecto.

Illinc, pro ab illa parte. Cic. ad Attic. lib. 9. 175, Sed quum eadem metuam ab hac parte, ſi illinc beneficium nõ ſit, rectius putem quidquis domi perpeti.

Illinc, pro Ab illa. Cic. 2. Philipp. Omnem ſe amorem abiecíſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe.

Hinc illinc venire, Prouerbiale. Terent. Adelph. 4. 5,

-an ſedere oportuit

Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc

Illinc veniret, expectantem?

Illinio, illinis, pen. corr. illiniui, illinitum, pen. prod. {ἀναχρίω, ἐπιχρίω} illinére, Inungere, & leniter confricare. Colum. lib. 6. cap. 14, Tumor ceruicis madefactus ſubficcatur, prædictóque medicamento defricatur & illinitur, &c. Tum ceruix aqua frigida defricanda, & ſpuma argentea illinienda eſt. Quidam leguntillnenda. Plin. lib. 30. cap. 11, Cornicis carnes eſſe, & nidum illinire in longiſſimis morbis viliſſimum putant.

Illino, illinis, pen. corr. illini, vel illeui, vel illiui, pen. prod. {χραπτρίζω} illitum, pen. corr. illínere, Inſpergere, maculare. Lucan. lib. 8,

Illita tela dolis, nec Martem cominus vſquam

Auſa pati virtus. Dolis, Id eſt veneno doloſo. Plin. lib. 9. cap. 30, Qua de cauſa & naſſis illinuntur.

Tectis aurum illinere, quod ſecundum hanc conſtructionem dicendum potius foret, auro tectum illinere. Seneca epiſt. 120.

Viſcum pennis illinere dicũtur aues, dum excutere volunt. Seneca 3. de Ira. Sic 4. Nat. quæſtion.

Bruma niues illinit agris. Horat. 1. epiſt. 7.

Illinere chartis aliquid. Horat. 1. Serm. ſat 4.

Illitus, pen. corr. Participium.

Aurum veſtibus illitum. Horat. 4. Carm. ode 9.

Illitum veneno donum. Liu. 5. ab Vrbe, Nec ſe fefelliſſe, id donum inimicorum veneno illitum fore: væniſſe libertatem plebis.

Fæx toto illita vultu. Ouid. 3. de Arte.

Illitum fuco. Cic. 3. de Orat. His tribus figuris inſidere quidam vetuſtatis non fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus debet color.

Illitus, huius illitus, pen. corr. {ἐπίχρισμα, ἐπάχρισμα.} Plinius lib. 24. cap. 6, Sonitus aurium emendat infuſum, ſtrumas illitum, neruorúmque nodos.

ILLIPVLA {ἰλλιπύλα} mons Hiſpaniæ Bæticæ, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 4. Vulgò *Ilipa*, *Ilipa*.

Illiquefacio, illiquefacis, illiquefeci, illiquefactum {χραπτόω} illiquefácere, Infundere. Cic. 4. Tuſcul. Et qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & ſaporum: quæ ſunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

Illiſus, Vide ILLIDO.

Illiteratus, penult. prod. {ἀγράμματος, ἀμαθὴς} Adiectiuum, contrarium eſt Docto & literato. Cic. 2. de Orat. Quem cognouimus virũ bonum, & non illiteratum. Plin. Iun. lib. 7. epiſt. 27. ad Suram, Eſt libertus mihi non illiteratus.

Illiteratum & inſulſum. Cic. Pæto, lib. 9. 16, Incidunt in ſermone vario multa, quæ fortaſſe illis quum dixi, nec illiterata nec inſulſa eſſe videantur.

Illiteratiſſimus, pen. corr. Plin. Iun. lib. 1. epiſt. 10, Scribo plurimas, ſed illiteratiſſimas literas. Id eſt, inornatas, infimo ſtylo, foréſes. Erat enim præfectus ærario: proinde cogebatur ſtylo vti rationariis vſitato.

Illitus, Vide ILLINO.

Illò {ἐκεῖσε} Aduerbium ad locum. Terentius And. 2. 2, Quum illò ad-

uenio, ſolitudo ante oſtium.

Illocabilis, & hoc illocabile, pen. corr. {ἀνεκβίαστος} Illocabilis virgo, quæ non poteſt viro tradi. Plaut. Aulul. 7,

Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem.

Illotus, pen. prod. {ἀκάθαρτος, ἄλουτος} Immundus & ſordidus. Plaut. Pœn. 4, Vt tu quidem huius oculos illotis manibus tractes aut teras. Vnde illotis manibus vel pedibus rem aliquam aggredi, Quod eſt conſidenter atque imperitè. Tranſlatum à ſacrorum cæremoniis: in quibus omnia pura, lotáq; iubebantur exhiberi. Aulus Gellius in Noctibus lib. 6. cap. 9, Illoris, quod aiunt, pedibus & verbis, reprehendit doctiſſimi hominis orationem. Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 24, Copiam rerum in Virgilio pedibus illotis prætereunt. Id eſt, immaturi Virgilianæ lectioni, rerum copiam percipere non poſſunt. De literatoribus loquitur, qui recondítam illam in Virgiliano poemate doctrinam negligunt. In genere ; ſermonem parum verecundum nimíſque procacem ac petulantem, illotum prouerbio vocant. Eraſmus.

Illotis manibus materiam aliquã tractare. Caius in l. 1. D. de orig. iuris, Si in foro cauſas dicentibus nefas (vt ita dixerim) videtur eſſe, nulla præfatione facta, iudici rem exponere: quãto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit, omiſſis initiis, atque origine non repetita, atque illotis (vt ita dixerim) manibus, protinus materiam interpretationis tractare? Illotis manibus hoc in loco ſignificat abruptè, & nulla præfatione rem ipſam protinus aggredi, imparatis adhuc audientium animis. Simile eſt illotis pedibus apud Gellium lib. 1. cap. 9, Iſti qui repentè pedibus illotis ad philoſophos diuertunt. Caius autẽ illotis manibus dixit, quum de contrectatione loqueretur, quæ manuum eſt. Gellius pedibus dixit, quia diuertendi verbo vti volebat. Budæus.

Illoti echini, propter ſalem. Horat. 2. Serm ſat. 8,

Erucas virides, inulas ego primus amaras

Monſtraui incoquere, illotos Catillus echinos.

Illuc, Aduerbium ad locum {ἐκεῖσε.} Cic. 1. de Orat. Huc atque illuc intuentem, &c.

Illuc, pro Illud. Plaut. Milite, 16, Illuc ætatis. Idem Amphit. 4, Sed quid illuc eſt?

Illuceo, illuces, penult. prod. illuxi {ἐπιλάμπω} illucére, Lucidum eſſe, quod propriè ad diem pertinet. Liu. Vbi illuxit, recepere claſſem. Plaut. Capt. At pol te, ſi hic ſapiat ſenex, atra pix agitet apud carnuficem, tuo quæ capiti illuceat. Cic. pro C. Rabirio, Precórque ab iis vt hodiernum diem, & ad huius ſalutem cõſeruandam, & ad Remp. conſtituendam illuxiſſe patiantur. Plaut. Perſa, 23,

-peſſimus hic mihi dies

Hodie illuxit, corruptor.

Illucere dicitur dies nocti, cui ſuccedit. Sueton. in Cæſare.

Illucet comitas in ingeniis. Cicero 4. de Finibus, Natúráque eſſe ad congregationem hominum, & ad ſocietatem, comitatémq; generis humani, eáq; in maximis ingeniis illucere. Legitur & elucere.

Illuxêre illum ſol, dies, &c. Plaut. Bacchid. 5.

Illuceſco, illuceſcis {ἀναλάμπομαι} illucéſcere, Idem: Plaut. Amphit.

Nunc te, inquit, quæ manſiſti, mitto, vt cedas diei, vt mortalibus illuceſcas clara & candida. Cicero pro Milone, Erit illud profectò tempus, & illuceſcet aliquando ille dies, quum, &c.

Illuctor, illuctaris {ἀφορμαλιῶ} illuctári. Stat. 4. Thebaidos,

Et teneris meditans verba illuctantia labris.

Illudo, illudis, illuſi, illuſum, pen. prod. {ἐμπαίζω, κερτομέω} illúdere, Deciperе & circunuenire veluti ludendo. & tam dativo, quàm accuſatiuo caſui iungitur.

Illudo tibi. Virgil. 2. Æneidos,

-certántque illudere capto. Cicero pro Sexto Roſcio, Huius miſeri fortunis, & horum virorum talium dignitati illudere. Idem pro Roſc. Comœd. Tamen diutius illudere viri optimi exiſtimationi Q. Roſcij audebit?

Illudere corpori mulieris. Curtius, Coniugem Darij adeò non violauit, vt ſummam adhibuerit curam nequis captiuo corpori illuderet.

Capreæ illudunt frondi teneræ. Virgil. 2. Georg.

Noſtris illuſerit aduena regnis? Virgil. 4. Æneid.

¶Chartis illudere. Horat. 1. Serm. ſat. 4. Hoc eſt, velut per ludum inſcribere.

Pecuniæ illudere. Tacitus lib. 18, Tanquam in ſumma abundantia pecuniæ illudere.

¶Illudo te. Terent. Phorm. 5. 8. Vbi Donatus, Et datiuum & accuſatiuum caſum regit Illudo. Virgil. 9. Æneidos,

-verbis virtutem illude ſuperbis. Terent. And. 5. 1,

Dum ſtudeo obſequi tibi, penè illuſi vitam filiæ.

Nimium acumẽ alicuius illudere. Cic. 1. de Orat. Vide ACVMEN.

Miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe fortè iactant. Cic. 2. de Orat.

Rhetorum præcepta ſolebat illudere Carneades. Cic. 1. de Orat.

¶In aliquem illudere. Cic. 3. de Orat. Quæ quum dixiſſet in Albutium illudens, ne à me quidem abſtinuit.

Illudo in te. Terent. And. 4. 4, Adeóne videmur vobis eſſe idonei in quibus ſic illudatis?

Illuſus, pen. prod. Participium. Cic. pro Quintio, Multis vadimoniis deſertis, ſæpe illuſi ac deſtituti.

Facetiis illuſus. Tacit. lib. 15, Ille ferociam amici metuit, ſæpe aſperis facetiis illuſus.

¶Veſtes illuſæ auro, Id eſt in quibus artifex ludens, auro aliqua depinxerat. Virgil. 2. Georg. Seruius.

Illuſio, Verbale {ἐμπαιγμός.} Cic. 3. de Orat. Et exenuatio, & huic adiuncta illuſio à præceptis Cæſaris non abhorrens, &c.

Illumino, illuminas, pen. corr. {φωτίζω, φωτοπτίζω, φῶς} illumináre, Notæ ſignificationis. Plin. lib. 2. cap. 73, Puteúmque eius experimenti gratia factum, totum illuminari. Cic. 2. de Nat. deor. Sol mundum omnem ſua luce compleat, ab eóque luna illuminata, grauiditates & partus afferat.

Igni vias illuminat. Stat. 12. Thebaid.
Illuminare orationem, pro Lucem vel lumen afferre orationi, & eam illustrare. Cic. 3. de Orat. Quibus orationem ornari & illuminari puto.
Picturæ muliebres illuminantur. Plin. lib. 35. cap. 6. in fine, Annulare quod vocant, candidum est, quo muliebres picturæ illuminantur.

Illuminatè, penult. prod. Aduerbium. Cic. 3. de Orat. Qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè, & rebus & verbis dicunt, &c.

Illuminus, pen. corr. Adiectiuum, Quod est sine lumine. Apuleius lib. 6, Et illuminarum Proserpinæ nuptiarum. Et lib. 3, Seruato noctis illumino tempore.

Illunis, pen. prod. {ἀσέληνος} nox dicta est Plinio epist. 106. lib. 6, pro obscura, quasi sine luna, & lunari splendore. Vix, inquit, viam deserueramus, & nox non quasi illunis & nubila, &c. Apul. lib. 9, Illunæ caliginis impeditus dixit. Silius libro 15, Illunem nacti per rura tacentia noctem.

ILLVRO, Hispaniæ citerioris oppidum est paruum apud Pomponium lib. 2. Est item Plinio lib. 3. cap. 3. oppidum ciuium Romanorum.

Illustris, & hoc illustre {ἐνσημαντὸς ἐπιφανὴς, αἰσθητὸς ὁρατός} Clarus, splendidus. Columel. lib. 1, Balneatia occidenti æstiuo aduertantur, vt sint postea & vsque in vesperum illustria. Plin. libro 9 cap. 16, Noctibus quidem illustribus æquè quàm die cernunt. Id est serenis.
Caput illustre solis. Ouid. 2. Metam.
Illustris vir, Id est nobilis, & magni nominis. Cic. de Amic. Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum authoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis.
Illustris magis quàm nobilis. Patercul. lib. 2, Varus Quintilius illustri magis quam nobili ortus familia.
Expressum & illustre. Cic. Lentulo, lib. 1. 7, Hæc vides quanto expressiora, quantóque illustriora futura sint.
Illustrius nihil possum dicere. Plin. epist. 139.
Obscurum & Illustre, contraria. Cic. 4. Acad.
Ad laudem illustris. Cic. pro Domo sua, Fortis & constans in optima ratione ciuis P. Popilius semper fuit, tamen eius in omni vita nihil est ad laudem illustrius, quàm calamitas ipsa.
Animæ illustres. Virgil. 6. Æneid.
Auos illustres iactare. Propert. lib. 2. eleg. 14.
Ciuitates illustres. Cic. 4. Verr.
Tam illustre ac nobile domicilium. Cic. in Verrem.
Illustre, notúmque omnibus factum. Cic. 7. Verr.
Facta illustria & gloriosa. Cic. 1. de Finib.
Famâ illustris Virgil. 7. Æneid.
Homo illustris honore ac nomine, Cic. de Petit. Consul.
Ingenium illustre. Tacit. lib. 20.
Ordo illustrior seruitij. Claud. 1. in Eutrop.
Pompæ plena, illustris, & splendida petitio. Cic. de Petit. Consul.
Proles illustris. Claud. 7. Paneg.
Prouincia illustris. Cic. 3. Verr.
Illustris & lata via. Cic. 5. Verr. Ne auaritiæ qua antehac occultis itineribus atque angustiis vti solebat, authoritate vestra viam patefaciaris illustrem atque latam.
Insignem & illustrem habere visum. Cic. 1. de Nat. deor.

Illustro, illustras {κλεινοποιῶ, ἐπιφαίνω} illustrâre, Lucidam & splendidam rem aliquam facere, vel ei lucem & splendorem afferre. Varro 1. de Re rustica, cap. 12, Propterea quòd ab sole toto die illustratur, salubrior est.
Sol illustrat ora. Horat. 4. Carm. ode 14.
Leniter illustrans lux, Vide LENIS.
Collúcere & illustrari fulgore. Cic. 6. Verr. Cuius fulgore collucere atque illustrari Iouis Opt. Max. templum oportebat.
¶Illustrare ampliudinem alicuius, hoc est, illustrem & insignem facere. Cic. Lentulo, lib. 1. 6, Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria.
¶Illustrare, Declarare, patefacere, manifestare, aperire: quòd quæ aperta sunt, maiorem lucè præbeant. vt Illustrare dubia perspicuis. Cic. 4. de Finib.
Patefacere & illustrare obscura. Cic. 2. de Orat.
Distinguere & illustrare orationem. Cic. 2. de Inuent.
Illustrare philosophiam Latinis literis. Cicero 1. Academ. Et 1. Tusculan.
Reperta Græcorum illustrare Latinis versibus. Lucret. lib. 1.
¶Illustratum, pro Comperto & manifestè probato. Cic. 3. in Catil. Omnia & Senatus, & vos, quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata, & patefacta vidistis.

Illustratio, Verbale {λαμπρυσμὸς} Ipse illustrandi actus.
Illustratio & euidentia. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Illustramentum, illustramenti {λαμπρυσμὸς} Quintil. lib. 11. cap. vltimo, de amictu oratoris loquens, Hæc sunt vel illustramenta pronuntiationis, vel vitia.

Illutibilis, & hoc illutibile, pen. corr. {ἀνίκμητος} Quod elui non potest, & luto expurgari. Plaut. Menæch. 4, Næ ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.

Illuuies, illuuiei, f. g. {ἀλυσία} Sordes, immunditia, spurcities. A non lauando nomen habet, vnde & Græcè ἀλυσία dicitur, eadem videlicet de causa. Curtius lib. 4, non ita procul ab initio, in Abdolomini historia: Ablue corpus illuuie, æternísque sordibus squalidum. Paulo pòst, Sed vt cunctanti squalor ablutus est, & iniecta vestis, &c. Terent. Heaut. 2. 3,
-ea texebat vnà pannis obsita,
Neglecta, immunda illuuie. Virgil. 3. Æneidos,
-fœdissima ventris Illuuies. Legitur & proluuies. Varro, Ac periret squale, scabiéque, illuuie, & vastitudine. Cic. 3. Tusc. Infuscat pectus illuuie scabrum. Ex poeta.
Cultus & Illuuies, contraria. Liu. 1. bel. Pun. Otium enim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuuie, tabéque squalida & propè seferata corpora variè mouebant.
Corporis illuuies. Lucret. lib. 6.
Locorum illuuies. Sil. lib. 3.
Hircini odoris illuuies. Firmic. lib. 6. cap. 31, Quorum corpora, hircini odoris tristem illuuiem, desudatis grauibus humoribus, euaporent.
Dira illuuies. Virgil. 3. Æneid.
Obesa illuuies, Vide OBESVS.
Illuuies absumpsit maiorem partem Syriæ. Vide ABSVMO.

ILLYBERIS, pen. corr. Ciuitas prouinciæ Narbonensis, vt Plinius & Pomponius scribunt. Hanc quidam esse aiunt quæ nunc Granata dicitur, longè clarissima vrbium Occidêtis. Dicta Illyberis, vt Strabo ni placet, à flumine, quo ipsa vrbs alluitur, Vide ILLIBERIS.

ILLYRIVM, siue Illyris, pen. corr. {ἰλλυρὶς} Illyriáve, regio Epiri contermina, propinqua Italiæ: ab Illyrio, vt Apianus inquit, Polyphemi filio, siue (vt Eustathio placet) Cadmi filio denominata. Propert. lib. 1. eleg. 8, An tibi sum gelida vilior Illyriaē Hodie Illyris, *Sclauonia*, vel *Bosniensis* dicitur, siue *Bosna*.

Illyricus, penult. corr. Adiectiuum {ἰλλυρικὸς.} vt Nigrior Illyrica pice. Ouid. 2. de Arte.
Terræ Illyricæ. Propert. lib. 2. eleg. 17.

ILORCI, Oppidum. Plin. lib. 3. cap. 1, in Europa situm.

ILVA {ἶλβα} Insula est adiacès Tusciæ, Vide ILBA. Vulgò dicitur *Elba*.
Ilua inexhausti Chalybum generosa metallis. Virgil. 10. Æneid.

ILVRCIS, Iberiæ vrbs, quæ postea à Sempronio Graccho, Graecchuris dicta est.

ILVS {ἶλος} Trois Troianorum regis filius, qui Ilium ædificauit. Vnde par est eum in medio campo sepultum esse, quoniam prior ausus est in campis habitare. Hæc Strabo lib. 13.

I M

Im, veteres ponebât pro eum à nominatiuo is. Festus Pompeius lib. 9. Idē tradit Charisius lib. 1. Macrob. lib. 1. Saturn. 4, Decēuiri in duodecim tab. inuitatissimè nox pro noctu dixerunt. Verba eorum hæc sunt: Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, iure cæsus esto. In quibus verbis id etiam notandum est, quòd ab eo quod est Is, non eum casu accusatiuo, sed im dixerunt.

Imago, pen. prod. imaginis, pen. corr. f. g. {εἰκὼν, σκιαγραφία} Simulacrum, species, exemplar, & alicuius rei repræsentatio. Plaut. Amphit. 3,
-eecum Iuppiter,
In Amphitruonis vortit sese imaginem. Cic. de Amicit. Nemo vnquam animo, aut spe maiora cōcipiet, qui sibi non illius memoriam, atque imaginem præponendam putet. Virgil. lib. 2. Æneidos,
-atque ipsius vmbra Creusæ
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago. Cic. 1. de Nat. deor. Fac imagines esse quibus pulsantur animi, species duntaxat obiicitur quædam. Idem 1. de Finib. Atomi, inane, imagines, quæ idola nominantur.
Imago, vt ait Festus, ab imitatione dicitur. Imago dicitur, quasi imitago. Porphyr. in Horat. lib. 1. Carm. ode 12.
¶Imago, Simulacrum, statua, exemplum. Cic. pro Sextio, Si imaginem iudiciorum, aut simulacrum aliquod futurum in ciuitate patasset.
Imago animi, vultus est: indices, oculi. Cic. 3. de Orat.
Ærea imago. Cic. in Orat. Demosthenis imaginem ex ære vidi.
Antiquitatis imago. Cic. pro Sextio.
Artis imago quædam & similitudo. Cic. 2. de Orat.
Cognitionis imagine. Tacit. lib. 3, Biduum super hæc imagine cognitionis absumptum. Hoc est prætextu & specie.
Eloquentiæ imago. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Vltimi fati imago. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Caua imago formæ, Id est inanis. Virgil. 6. Æneid.
Imago priscæ frugalitatis. Plin. epist. 22.
¶Imago, pro Statua. Cic. in Pisonem, Illi autē statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suauissimi hominis memoria morereturderuerbant, affligunt, comminuunt, dissipant. Sic odium quod in ipsum attulerant, id in eius imaginem ac simulacrum profuderunt.
Iudiciorum, consiliorúmque imago. Quintil. lib. 2. cap. 10, Quare declamatio, quoniam est iudiciorum consiliorúmque imago, similis esse debet veritati.
Falsa laudis imago. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Libertatis imago. Tacit. lib. 1.
Liris imago. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Aurea imago fœlicis mali. Ouid, epist. 19.
Aurea imago maris. Virgil. 8. Æneid.
Somnus, gelidæ mortis imago. Ouid. 2. Amor. eleg. 9.
Pacis imago. Tacit. lib. 1.
Pietatis imago, Id est pietas. Virgil. 6. Æneid. Seruius.
Tristis imago ponti. Ouid. 11. Metam.
Quietis nocturnæ imago. Tacit. lib. 16, Nocturnæ quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit. Hoc est imaginationem.
Credibilis rerum imago. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Imaginem Reip. nullam reliquisse nt. Cic. contra Rullum.
Speculi imago. Ouid. 2. Amor. eleg. 17.
Imago speluncæ. Plin. lib. 12. cap. 1, Ac nequid desit, speluncæ imagini saxea intus crepidinis corona, &c.
Temporis imago. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Imago temporum. Cic. ad Lentul. lib. 1. 6, Recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis.
Terroris imago. Lucan. lib. 7.
Tristium, ac lætorum imago. Tacitus lib. 2, Magnáque illic imago tristium lætorúmque.
Vitæ imago, hoc est exemplar. Tacit. lib. 15, Quod vnum iam, & tamen pulcherrimum habebat, imaginē vitæ suæ relinquere testatur.
Loquax humanæ vocis imago psittacus. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.

¶Orandi

¶Orandi vera imago. Quintil. lib. 5. cap. 12.
¶Acres imagines, Vide ACER.
Cerea imago. Horat. 1. Serm. sat. 8.
Imago expressa. Cic. pro Sexto Rosc. Vt effictos nostros mores in alienis personis, expressámque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.
Ficta imago. Ouid. 4. Metam.
Deus humana sub imagine. Ouid. 1. Metam.
Iocosa imago vocis, Echo. Horat. 1. Carm. ode 12.
Mœsta imago. Ouid. ad Liuiam.
Muta imago, Pictura. Cic. 2. de Inuent.
Nocturnæ imagines. Tibull. lib. 3. eleg. 4.
Picta aut ficta imago. Cic. Luceio, lib. 5. 12.
Puerilis imago. Ouid. 2. de Remed. amor.
Pulchra imago. Ouid. 2. Metam.
Regalis imago. Ouid. 6. Metam.
Repercussæ imaginis vmbra. Ouid. 3. Metam.
Tenuis imago. Lucret. lib. 4.
Turbida imago. Virg. 4. Æneid.
Vana imago. Horat. 3. Carm. ode 27.
¶Abolere imagines, Vide ABOLEO.
Capere imaginem. Quintil. lib. 6. cap. 2, Quid? non idem poeta penitus vltimi facti cepit imaginem?
Falsa culpam sub imagine cælat. Ouid. 2. Metam.
Concipere animo imaginem alicuius rei. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Effingere imaginem dicēdo. Quintil. lib. 6. cap. 1, Citius euanescat necesse est illa, quam dicendo effinximus imago.
Exprimere imaginem alicuius rei. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Induere imaginem mortis, Vide INDVO.
Irrumpunt imagines in animos, Vide IRRVMPO.
Falsis imaginibus ludere aliquem. Virg. 1. Æneid.
Ludificans somnos imago. Silius lib. 8.
Persequi imaginem laudis. Quintil. lib. 5. cap. 8, Laudis falsam imaginem persequuntur.
Præbere imaginem antiquitatis. Tacit. lib. 3, Imaginem antiquitatis Senatui præbebat.
Proferre imaginem alicuius. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Memoriam & imaginem patris tui tibi propone. Cic. de Amicit.
Reddere imaginem proximam veritati. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Repræsentare imaginem sceleris. Quintil. lib. 6. cap. 1, Vestis tamen illa sanguine madens, ita repræsentauit imaginem sceleris, vt non occisus esse Cæsar, sed tum maximè occidi videretur.
¶Imagines maiorum, pro Nobilitate generis accipi sæpe solent. Cic. 2. de Lege agraria, Quemadmodum quum peregam, nulli me vobis authores generis mei commēdarunt: sic siquid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Idem in Pisonem, Obrepsiti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum: quarum simile habes nihil præter colorem. Fumosas imagines appellauit Cicero, antiquissimi generis stemmata. Mos autem fuit olim Romæ, vt imagines maiorum, in funeribus ducerentur, ad gentilitatem ostentandam. Vide Plin. lib. 35. cap. 2. Pro iis, vt opinor, posteriora tempora insignia gentilitia habuerunt, quæ *arma* vulgò vocantur. Ex Budæo. Vide STEMMA.
Imagines subitæ. Plin. epist. lib. 8. ad Fabatum prosocerum, Neque enim ardentius tu pronepótes, quàm ego liberos cupio. quibus videor à meo, tuóque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & nō subitas imagines relicturus. Subitas imagines appellat Plinius nobilitatem parum antiquam: sed repentè fortunęque beneficio quæsitam. Ex Budæo.
¶Imago, pro vagina, quòd veluti sit imago eius rei quam claudit. Virg. lib. 8. Æneidos,
-curuam seruans sub imagine falcem.

Imaginarius, Adiectiuum {εἰκονικὸς, φανταστικὸς} pro eo vsurpatur quod nec esse potest, sed duntaxat imaginatione potest comprehendi. quæ, ratiocinatio aut apprehensio propriè dicitur. Sueton. in Claud. Cæs. cap. 25, Stipendiáque instituit, & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur super numerum, quo absentes, & titulo tenus fungerentur.
Colonus imaginarius. Hermogenianus in l. Qui per collusionem. D. De action. emp. & vend. Qui per collusionem imaginariam colonum circunueniendi emptoris causa suppositus, ex empto tenetur.
Imaginariis fascibus cedere. Liuius 3. ab Vrbe.
Emptio imaginaria. Vlpianus in l. Is qui suis. D. de Manumissionibus, Si ab ignoto emptus sit, postea autem pretium suum obtulerit: dicendum erit, non esse audiendum. ab initio enim hoc agi debet, vt imaginaria fiat emptio, & per fidem contractus inter emptorem & seruum agatur. Est autem imaginarius emptor, qui seruū suis nummis emit. Modestin. in l. Contractus. D. de Actionibus & obligationibus, Contractus imaginarij etiam in emptionibus iuris vinculum non obtinent, quum fides facti simulatur, non intercedente veritate. Sic & Imaginarius emptor, id est simulatus, & ab alio allegatus. l. Et qui sub imagine. C. de Distractione pignorum. Budæus.

Imaginosus, penult. prod. {φανταστόδης} Adiectiuum, in quo sunt plures imagines. Vnde speculū imaginosum à Catullo dici putant nonnulli, epigr. 39. de Acme, ab imaginibus, quæ in speculo numerosæ videntur. Videndus Cælius Rhodig. lib. 17. cap. 3.
Speculū imaginosum verius interpretamur ab rerum imitatione, quas obiectas repræsentat. in eo quippe apparent rerum obiectarum imagines.

Imagino, imaginas, penult. corr. {εἰκονίζω} imaginâre, Imagines facere, seu repræsentare. Gellius lib. 15, Vt speculum in loco certo positum nihil imaginat, aliorsum transtatum facit imagines.

Imaginor, penultima correp. imaginaris {εἰκάζω, φαντάζω} imaginâri, significat rei alicuius similitudinem mente concipere, & apprehendere. Plinius libro 9. capite 35, Imaginetur eorum fercula. Idem lib. 20. cap. 13. Ideo profluuio genitali datur, & venerem crebrò per somnia imaginantibus.

Imaginari aliquem, est animo suo subiicere qualis sit. Plin. epist. 14 lib. 1. ad Mauricum.

Imaginatio, Verbale {φαντασία.} vt Imaginationes libidinium. Plin. lib. 20. cap. 7.

IMANTOPODES, penult. corr. {ἱμαντόποδες} Populi in Æthiopia loripedes, quibus serpendo ingredi natura est: hoc est, vt Solinus interpretatur, flexis crurum nexibus: ἱμάντα enim Græci lorum dicunt. Hoc nomine etiam dicuntur aues quædam ex argumento pedum, qua loripedes, vt ait Plin. quoniam his crura præalta, quas etiam ternis digitis insistere dicit. Per aspirationem in principio scribi debet. Plin. lib. 5. cap. 8.

IMAVS {ἶμαος} Mons Indiæ qui extenditur vsque ad fontes Gangis, vltra quem sunt Scytharum gentes. Est & pars Caucasi & Tauri, vt Plinius & Ptolemæus tradunt.

Imbecillis, & hoc imbecille {ἀσθενὴς, αἰσχρὸς, ἀκαθὴς, ἀδύνατος, νωχελὴς} vel imbecillus, imbecilla, imbecillum, Sine baculo, quasi baculo indigens: debilem significat & languidum. vt Imbecillus gemitus. Cic. 2. Tuscul. Idem ad Q. frat. lib. 2. 12, Marius & valetudine & natura imbecillior. Idem de Amic. Vt si parētibus nati sint humilibus, si propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, &c.
Ingenium imbecille. Plin. in Paneg. Quis enim est tam imbecilli ingenio, qui nō tanto meliorē Consulem speret, quanto sępius fuerit?
Imbecillus, à nomine baculus, cōtra naturam primitiui secundum producit. Horat. 2. Serm. sat. 7,
Imbecillus, iners, siquid vis, adde popino.
Ætas imbecilla. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Imbecillæ materię cibus: Hoc est, infirmi & pauci alimenti. Celsus lib. 2. cap. 18. per totum.
Imbecillis medicina. Cic. Attico, lib. 10. 205, Quamobrē quicquid habes ad consulendum, collige, & illa scribe, non ex doctrina, neque ex libris (nam id quidem domi est) sed nescio quomodo imbecillior est medicina, quàm morbus.
Natura imbecilla ad rem aliquam. Cic. de Amic. Imbecilla enim natura est ad contemnendam potentiā, quam etiam si neglecta amicitia consecuti sunt, excusatum iri se arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta amicitia.
Cultor imbecillus. Plin. epist. 63.
Consilium imbecillum. Cic. pro Flacco, Imbecilli consilij mulier.
Vox imbecilla. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Imbecillitas, pen. corr. imbecillitatis {ἀδυναμία, νωχελία, ἀδυναμία} Debilitas, infirmitas, defatigatio. ad spiritum & ad corpus refertur, sicut & imbecillus. Cic. de Amic. Maximè illud considerandū videri solet, num propter imbecillitatē atque inopiā desyderata sit amicitia.
Imbecillitas materiæ murorum, Cæsar 2. bel. Ciuil.
Imbecillitas consilij. Cic. 1. Offic.
Imbecillitas ætatis. Cic. ad Brutum, 10.
Imbecillitas ingenij. Plin. Iun. lib. 4. epist. 18. ad Antonium.
Infirmitas laterum, & virium imbecillitas. Cic. de Claris Orat.
Imbecillitas, fragilitásque humani generis. Cic. 5. Tuscul.
Recidere ad imbecillitatem. Celsus lib. 3. cap. 19.

Imbecilliter, penult. corr. Aduerbium {ἀδυνάτως} Debiliter, & remissè ac languidè. Cicero 4. Academic. Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum: hísque quæ videntur, imbecillius assentiuntur. Idem 5. Tusculan.

Imbellis, & hoc imbelle, om. gen. {ἀπόλεμος, ἀπόλεμος} Quod nihil bellicum sonat. Horatius libro 1. Carm. ode 15,
Imbelli cithara carmina diuides.
Carmen imbelle. Stat. 10. Thebaid.
Dies imbellis, In quo non pugnatur, aut strenuum opus aliquod agitur. Silius lib. 11, -discátque Lyæo
Imbellem donare diem.
Annum imbellem agere, Sine bello. Liu. 10. ab Vrbe.
¶Imbellis, Timidus, ignauus, infirmus: quasi bello minimè aptus. Ouid. lib. Heroidum, epist. 1,
Tres sumus imbelles numero, sine viribus, &c.
Imbelles & timidi. Cic. 1. Offic. Nunquam omnino periculi fuga committendum est, vt imbelles timidíque videamur.
Ignauus & imbellis inter hostes. Liuius Decad. 3. lib. 6.
Capreæ imbelles. Ouid. 5. Fast.
Cerui imbelles, Virg. 3. Georg.
Cithara imbellis. Horat. 1. Carm. ode 15.
Columba imbellis. Horat. 4. Carm. ode 4.
Imbelles damæ, Vide DAMA.
Fretum imbelle. Stat. 3. Sylu. 5.
Imbelles hostes, Liuius 1. ab Vrbe.
Lacerti imbelles. Ouid. 13. Metam.
Manus imbellis. Propert. lib. 4. eleg. 3.
Somnus imbellis. Stat. 3. Thebaid.
Telum imbelle. Virg. 2. Æneidos,
Sic fatus senior, telúmque imbelle sine ictu
Conicit: Id est, inutile. Seruius.
Triennium imbelle. Liuius 1. Decad. lib. 4.
Imbellis, inermísque fœminarum turba. Liu. 8. bel. Pun.

Imbellia, imbelliæ {αἰσχρὸν} Ignauia, veluti bellicæ rei quædam negligens tractatio, sed antiquum est. Macrobius 2. Saturn. cap. 2, Tum Pœnus eludens ignauiam imbelliámque militum eius pretiosè armatorum, &c.

Imber, imbris, mascul. genet. ablatiuo imbre vel imbri {ὄμβρος, ἐκβροχὴ, ἀκαμασία} Pluuia & aqueus ille humor qui è cælo demittitur. Plautus Mostel. 3,
-venit imber, lauat parietes: perpluunt Tigna. Terent. Eunucho. 3. 5, Quo pacto Danae mississe aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
Imbrem, inquit Nonius, consuetudo, agmen cælestium aquarū & pluuiarum induxit solum dicit: quum authoritas variet, significétq; omné humoré aqueum. Virg. lib. 4. Georg. -& amicos irriget imbres.

Idem 1.Æneid.Accipiunt inimicum imbrem. Lucretius,
Ex igni terráque animæ nascuntur & imbri.
¶Imber grandinis. Lucretius,
Nec cohibere niues gelidas,nec grádinis imbres. Quo loco Turnebus,Imber,pluuiæ est,inquit,aut grandinis lapsus & agmen, vnde imber pluuiæ,& imber grandinis dicitur. Cic. Vt aqua pluuia vltimo genere ea est,quæ de cælo veniens crescit imbri.
¶Actus cælo magnis Aquilonibus imber. Virg.2.Georg.
Assidui & magni imbres.Cic.Attico,lib.13.273.
Atri imbres.Virg.1.Georg.
Atrox imber.Stat.10. Thebaid.
Cæruleus imber.Virg.3.Æneid.
Collecti imbres.Horat.1.epist.15.
Continens imber,Vide CONTINEO.
Densissimus imber.Virg.1.Georg.
Edax imber.Horat.3.Carm.ode 3.
Effusus nubibus imber.Virg.4.Georg.
Fœcundi imbres.Virg.2.Georg.
Frigidus imber.Virg.1.Georg.
Intempestiui imbres.Lucret.lib.2.
Lætus imber.Virg.ecloga 7,
Iuppiter & læto descendit plurimus imbri.
Largus imber.Virg.1.Georgicorum,
Quíque sátis largum cælo demittitis imbrem.
Imber maximus.Cic.6.Verr. Et ad Attic.lib.7.138,Maximo imbri Capuam veni.
Multus imber.Lucret.lib.6.
Pluuius imber.Ouid.6.Fast.
Præruptus imber.Claud.2.Paneg.
Saxeus imber.Silius lib.13.
Subiti imbres.Lucret.lib.5.
¶Amnis concitus imbribus.Ouid.3.Metam.
Auster diffundit imbres.Stat.1. Thebaid.
¶Concrescunt imbres gelidis ventis.Ouid.9.Metam.
Decidit imber multa aqua.Tibull.lib.1.eleg.2.
Lapides effúdit imber.Iuuenal.sat.13.
Per imbrem facere opus.Cato cap.2,Quum tempestates pluuiæq; fuerint : videto quot dies , quæve opera per imbrem fieri potuerint. Id est,imbris tempore.
Maximus agricolis,pelagóque parabitur imber.Virg.1.Georg.
Ventos perpessus,& imbres.Virg.9.Æneid.
Vento pulsátur & imbri.Virg.4 Æneid.
Vitare imbres.Lucret.lib.5.
¶Gelidus imber.pro simplici aqua,apud Lucret.lib.6.
Calidis perfundes imbribus artus. Ouid.2.Amor.eleg.16.Intelligita quam calidam.
¶Imber,pro lachrymarum effusione.Ouid.3.Amor.eleg.5,
Spargebat tepido fletibus imbre sinus.
¶Lactis,lapidum,sanguinis,& terræ imber.Cic.1.de Diuinat.
Lapideus & sanguineus imber. Cicero 2. de Diuinat. Vide Lapideus in LAPIS.
¶Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber.Virg.12.Æneid.

Imbridus,penult.corr.Adiectiuum.Solinus cap.10,Nam homo Sardus opem plurimam de imbrido cælo habet.

Imbricus, penult. corr. Adiectiuum {ἰμβρεῖος} Pluuiosus, & imbres ferens aut generans.Plaut.Merc.22,
Hic Fauonius serenus est,hic Auster imbricus,&c. Macrob.lib.5. Saturn.cap.20, Quum ea sit anni temperies , vt hyems serena sit,solstitium verò imbricum,fructus optimè prouenium.

Imbricitor,pen.corr.imbricitòris, Pluuiosus, fortè quasi imbres ciens, aut citans.Ennius in 17.apud Macrob.lib.6.Saturn.cap.2,
Concurrunt veluti venti,quum spiritus Austri
Imbricitor,Aquilóque suo cum flamine contrà,
Inde mari magno fluctus extollere certant.

Imbrifer,penult.corr. ra,rum {ἰμβροφόρος.} Idem.Colum.lib.7. cap.6, Hanc pecudem mutilam parabimus quieto cæli statu:nam procelloso atque imbrifero cornuta semper.
Arcus imbrifer. Tibull.lib.1.eleg.4.
Austri imbriferi.Ouid.13.Metam.
Hyems imbrifera.Silius lib.3.
Ver imbriferum.Virg.1.Georg.

Imberbis,& hoc imberbe {ἀγένειος} Sine barba. Cic.1. de Nat.deor. Isto enim modo dicere licebit Iouem semper barbatum, Apollinem semper imberbem.
Imberbis & Bene barbatus,contraria.Cic.2.in Catil.
Adolescentulus imberbis.Cic.pro Domo sua.
Iuuenis imberbis.Horat.de Arte. Idem 2.epist.1.

Imbibo,imbibis,pen.corr.imbibi,imbibitum {ἐμπίνω} imbíbere,Idē quod haurire, vel exhaurire significat, quod & ebibere dicitur. Plin. lib.24.cap.15,Radix eius imponitur carbonibus cupressi : atque is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tussi. De chamæleuce.
¶Imbibere animo,per metaphoram apprehendere significat.Cic. 2.Vert.An iste vnquam de se bonam spem habuisset,nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset?
Opinionem imbibere,Vide OPINIO.
¶Imbibere,pro In animum inducere,Sibi persuadere. Cicero pro Quintio, Quòd si facere nolit,atque imbiberit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere,&c. Lucret.lib.3,
Qui petere à populo fasces,fœdáque secures
Imbibit,&c. Plura de hoc verbo lege apud Antonium Muretum lib.1.Variar.lect.cap.5.

Imbrex, huius imbricis,penult.corr.masc.vel.f.g. Tegula curua atque oborta,quæ tectis applicari solet , vt per eam defluat aqua. Plin. lib. 17.cap.24,Seruarique inter duos imbrices. Colum.lib.9. cap.13,Imbricibus infusum præbeant libandum. Plaut.Milite,9,Quòd meas confregisti imbrices & tegulas,&c. Vitruu.lib.5.c.10. Alij imbricem definiunt canalem in tecto, per quem defluit aqua:ab imbre deducto nomine.
Imbrex porci. Martialis lib.2.37,
Quicquid ponitur,hinc & inde verris,
Mammas suminis,imbricémque porci,
Communémque duobus attagenam,&c.

Imbricium,imbricij,Idem quod imbrex.Martial.lib.2 35,
Quum sint crura tibi,similent quæ cornua Lunæ,
Imbricio poteras Sexte lauare pedes. Alij vulgò sic legunt,
Quum sint crura tibi,simulent quæ cornua Lunæ:
In rhytio poteras Phœbe lauare pedes. Putant autem rhytium esse genus vasis. Eustachius enim in 23.Iliados dicit rhyton,& per diminutionem rhytion , vas fuisse incuruum , & cornu simillimum: atque ab aliis κέρας , hoc est cornu appellari. Meritò ergo Martialis Phœbum,cuius crura cornibus Lunæ perquam similia erant,monet vt pedes in rhytio lauet. Alij legunt, In rhytio poteras Phœbe,&c.

Imbrico,imbricas, penult.corr.imbricâre,In modum imbricis facere, & quasi imbricibus tegere. Plin.lib.11.cap.1,Aut superne tantum imbricatis flexibilibus vertebris. Sidonius, Tegulis imbricatur. Vitruuius lib. 2, Incerta verò cæmenta alia super alia sedentia inter se imbricata,non speciosam, sed firmiorem, quàm reticulata, præstant structuram.Imbricata,inquit Budæus,appellat inter se hærentia,imbricum modo.
Imbricatum conchæ genus vndata distinctione.Plin.lib 9.33.
Imbricata asperitas.Plin.lib.11.cap.37,Lingua leonibus ac pardis, omnibúsque generis eius,etiam felibus, imbricatæ asperitatis, & limæ similis,attenuánsque lambendo cutem hominis.
Imbricati vngues simiæ,Vide VNGVIS.

Imbricatim,penul.prod.Aduerbium,Imbricis modo.Plin.lib.9.cap.33, de concharum generibus,Iam distinctione virgulata,crinita, crispa, cuniculatim,pectinatim,imbricatim vndata.

Imbricus.Imbrifer,Vide IMBER.

IMBRVS {ἰμβρος} Insula Thraciæ , Mercurio sacra, quem vocant Imbranum. Oppido quoque in ea nomen est Imbrus, vt ait Stephanus. Vulgò hodie dicitur *Lembro*.

Imbrius,Adiect. {ἰμβρειος.} vt Terra imbria.Ouid.1.Trist.eleg.9.

Imbuo, imbuis, imbui, imbutum, penult.prod. {πραγματεύομαι,παρασκεύω} imbúere,Inficere,seu immergere. Colum.lib.10,Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit , vt insistentes apes, quasi per ὑφονεμ succum euocent.Horat.1.epist.2,
Quo semel est imbuta recens,seruabit odorem
Testa diu.
Imbuere aram.Virg.1.ecloga,
-illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Hoc est perfunder, madefaciet,Seruius.
Imbuere gladium scelere. Cicero 2.Philipp. Quum autem semel gladium scelere imbuisset , nulla res ei finem cædendi, nisi defatigatio & facietas attulisset.
Tela imbuta veneno.Ouid.4. Trist.eleg.1.
Tellus imbuta scelere.Catull.Argon.aut.59.
Vestis imbuta sanguine.Ouid.9.Metam.
Imbuta Appia via sanguine latronis.Cic.pro Milone.
¶Inter imbuere & initiare hoc interest,quòd Initiare ad sacra pértinet:Imbuere ad prophana. Plin.lib.8.cap.45, Optimè cum domito iuuencus imbuitur.Hoc est domatur,docetur.
Sacramento imbutus.Tacit.lib.17.Miles vrbanus longo Cęsarum sacramento imbutus,& ad destituendum Neronem,&c.
Imbuere & instituere.Cic.2.de Orat.Sin fit is qui & doctrina liberaliter institutus,& aliquando iam imbutus vsu.
Imbutus ad.Cic.in Orat.Ad quam non docti,sed facti : non instituti,sed imbuti sumus.
Alloquio imbutus. Plin.lib. 6. cap.22, Sex mensium tempore imbutus alloquio.
Amoribus imbutus aulæ.Stat.11. Thebaid.
Imbuere ingenium artibus,Id est instituere,ornare. Plaut. Trin. 5. Cicero 1.Offic.Parentum præceptis imbuti,ad eorum consuetudinem morémque deducimur.
Imbuere animos errore. Liuius 9.belli Macedon. Et apud Ciceronem 3.Tuscul.Imbui erroribus. Item 1. de Finibus , Imbutus superstitione.
Fauore imbutus.Tacit.lib 18.
Formidine imbutus.Horat.1.epist.6.
Leuiter literis imbutus.Quintil.lib.1.cap.2.
Literulis Græcis imbutus.Horat.2.epist.2.
Imbutú odio bellum , Hoc est asperſum & referrum, aut flagrans. Cic.pro Domo sua. Idem pro Fonteio,Sed totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est.
Imbui opinionibus. Cic.Attico,lib.14.311,Nam de puero Clodio tuas partes esse arbitror, vt eius animum tenerum, quemadmodum scribis,his opinionibus imbuas,vt ne quas inimicitias residere in familiis nostris arbitretur.
Imbuit mentem deorú opinio. Cic.1. Tusc.Vt porrò firmissimum hoc afferri videtur,cur deos esse credamus, quòd nulla gẽs tam fera, nemo omnium sit tam immanis , cuius mentem non imbuerit deorum opinio.
Imbuere pectora pietate aliqua.Liuius 1.ab Vrbe.
Sermonibus aures alicuius imbuere.Tacit.lib.20.
Imbuere se studiis ab ineunte ætate.Cic.pro Deiotaro, Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat.
Vitiis aliquem imbuere.Quintil.lib.1.cap.1.
¶Imbui castrensibus stipendiis , Primis annis castrensia stipendia emereri.Plin.epist.167.
Amicitiæ religiosa superstitione imbutæ.Quintil.lib.1.cap.2.
Præda imbui.Tacit.lib.19.

Imbutus

Imbutus rudimentis militiæ cum aliquo actæ. Paterculus libro 2. sub finem.

Imburum.Varro lib.4.de Lingua Latina,Imburum,inquit,fictum ab vrbo , quod ita flexum vt redeat sursum versus , vt in aratro , quod est vrbum.

I M I

Imitor, penult. corr. imitaris {ζηλόω, μιμέομαι , μιμοκλέω} imitári, Est mores aut aliam rem ab aliquo gestam effingere , quod à Græco deducitur μιμέομαι. Plin. epist. 150, Quam sanè, quum componerem illos,habui in manibus, non vt æmularer (improbum enim, ac penè furiosum) sed tamen imitarer & sequerer , quantum aut diuersitas ingeniorum maximi & minimi , aut causæ dissimilitudo pateretur. Plautus Cistel.2,
Imitari atque exprimere.Cic.in Orat.Quem si imitari atque exprimere non possimus.
Imitari & adumbrare. Cicero 2.de Orat.Heroum veteres casus fictósque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo.
Prosequi atque imitari.Cic.de Claris Orat.Cotta cum verbis,tum sono ipso subrustico prosequebatur atque imitabatur antiquitatem.
Imitari alas auium.Plin.lib.12.cap.6,Id est simile esse alis auium.
Imitari chirographum alterius,Effingere & adulterare. Suetonius in Tito,cap.3. Cic.3. de Nat. deorum, Chirographum sex primorum imitatus est.
Gestum imitari alicuius.Lucret.lib.4.
Gaudia falsa imitari. Tibul.lib.3.eleg.7.
Imitatur sermones hominis turdus. Plin.lib.10.cap.42, Agrippina turdum habuit imitantem sermones hominum.
Voces alicuius imitari.Propert.lib.1.eleg.12.
¶Imitari,pro Simulare. Tacit.lib.1,Quanquam mœstitiam imitarentur,contumaciæ propiores.

Imitatus,penult.prod. {ὑποκριτικός} Participium passiuè sumptum.Cic. de Vniuersit. Quum autem ingressa est imitata & effecta simulacra, bene agi putat si similitudinem veri consequatur.

Imitatio,Verbale {μίμησις,μίμημα.} Cic.14.Philip.Excellentium ciuium virtutem imitatione dignam non inuidia putarent.
Supra imitationem positus:Id est,quem præ excellētia nullus imitando consequi poterit.Seneca epist.71.
De imitatione,consule Quintilianum lib 10.cap.2.
Callidissima simplicitatis imitatio.Quintil.lib.4.cap.2.

Imitator,penult.prod. {μιμητὴς,ζηλωτὴς} Aliud verbale. Martialis lib.1. 123,Siquis erit recti custos,imitator honesti. Cic.3 de Legib. Etenim tantum mali est peccare principes (quanquam est magnum hoc per seipsum malum) quantum illud , quòd permulti imitatores principum existunt.
Maiorum imitator. Cic.3.Philip.O ciuem natum Reipub.memorem sui nominis,imitatorémque maiorum!
Imitator & narrator facetus.Cic.3 de Orat.
Doctus imitator.Horat.de Arte.
O imitatores seruum pecus.Horatius lib.1.epist.20. Vt enim serui non audent vestigia dominorú deserere,ita imitatores ne latum quidem vnguem ab eo quem imitantur discedere volunt.

Imitatrix,penult.prod. {μιμητὶς} Verbale fœm.g.Cic.1.de Legibus,Penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni voluptas.

Imitabilis , & hoc imitabile , penult.corr. {μιμητὸς} Quod quis potest imitari. Cic.in Orat.Nam orationis subtilitas imitabilis illa quidem videtur esse existimanti,sed nihil est experienti minus.
Decipit exemplar vitiis imitabile.Horat.1.epist.20.

Imitamen, penult. prod. imitaminis, neut. gen. {μίμημα} Verbale. vt Prisci facti imitamina.Ouid.4.Fast.

Imitabilior, Comparatiuum. Plin.lib.37. cap.8, Neque est imitabilior alia mendacio vitri.De smaragdo loquitur.

Imitamentum,Aliud verbale {μίμημα.} Idem quod Imitamen.Gell.lib. 7.cap.5,Quasi Orestis amplexus oppleuit omnia,non simulacris,neque imitamentis,sed luctu atque lamentis veris & spiritibus.
Imitamenta doloris. Tacitus lib.3,Meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lachrymas,vel doloris imitamenta.
Trilitiæ imitamenta. Tacit.lib.13,Cæterum peractis tristitiæ imitamentis,curiam ingressus,&c.

I M M

Immaculo,immaculas,penult.corr.immaculâre,Idem quod simplex Maculo,nisi fiquid augmenti addat præpositio. Firmicus lib.4.cap. 16,Vt disciplinæ huius secreta nullus inuidiæ liuor immaculet. Idē lib.6. cap.17, Quam pestiferum misera contagione vitium immaculet. Et cap.33,Notis quibusdam totum corpus immaculant,aut albis varietatibus dedecorant.

Immadeo, immades, penult. corr. immadui {ἀκρατομαι} immadére, Madidum esse. Plin.lib.17. cap.5, Quum à siccitate continua immaduit imbre. Idem lib. 20. cap.22, Semen ac radix quum immaduere musto,conteruntur.
Genæ immaduerunt lachrymis.Ouid.1.Trist.eleg.8.
Terra immaduit.Ouid.6.Metam.

Immanis, & hoc immane, penult. prod. {ἄγριος,ὠμὸς,ἀπηνὴς} Minimè bonum,nocens & ferum.Virg.lib.4.Georgicorum,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella,&c. Cic. de Rep. lib.4, Quid Perieta sensit,vt loquitur, est homo impurus : sin aliter, quod malo,oratio est tamen immanis. Idem ad Quint.frat.lib. 1.1, Quòd si te fors Afris,aut Hispanis,aut Gallis præfecisset,immanibus ac barbaris nationibus,&c.
Immane & Mansuetum,contraria. Cicero 1.de Inuentione,Primò propter insolentiam reclamantes , deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes , ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos.
Importuna & immanis natura. Cic.3. Verr. Idem de Arusp.resp. Videbam illud scelus tam importunum , audaciam tam immanem adolescentis furentis.

Immanis *belua*.Cic.7.Verr.
Cœptis immanibus effera.Virg.4.Æneid.
Duricia immanis patientiam imitatur.Cic.in Partit.
Fera immanis.Ouid.8.Metam.
Immanis ac fera & barbara gens.Cic.1. Tusc.
Gloria immanis falsi.Stat.5.Sylu.3.
Immanis & ferus hostis.Cic.4.Verr.
Ingenium immane scelerum.Claud.2.in Ruff.
Nefas immane.Virg.6.Æneid.
Scelus immane.Lucret.lib.5.
Vitium immane.Horat.2.Serm.sat.4.
¶Immanissimus quisque voluptatem sequitur.Cic.in Partit.
Animo immanis.Ouid.8.Metam.
Scelere ante alios immanior omnes.Virg.1.Æneid.
¶Immane,ingens,magnum,inquit Festus.Virg.1.Æneidos,
-posuítque immania templa.
Ambitus immanis. Cic.Q.frat.lib.2.16, Ambitus redit immanis, nunquam fuit par.
Antrum immane.Virg.6.Æneid.
Armenta immania.Virg.4. Georg.
Argentum immane.Stat.6.Thebaid.
Corpus immane.Virg.3.Æneid.
Membra immania Ouid.12.Metam.
Moles immanis.Virg.9.Æneid.
Immanis numerus annorum. Varro 3. de Re rust. cap. 1, Quod tempus si referas ad illud principiú quo agri coli cœpti sunt,atque in casis & tuguriis habitabant , nec murus nec porta quid effet sciebāt, immani annorum numero vrbanos agricolæ præstant.
Immanis pecunia.Cic.pro Rosc.Comœdo. Et ad Attic.lib. 2. 24, Qui immanes pecunias paucis dederunt.
Immane pondus. Plin. lib.17.cap.10,Contra immane pondus attollere se non valet.
Quæstus immanes. Cic.5.Philipp. Quid illi immanes quæstus,ferendine,quos M.Antonij tota exhausit domus?
Vulnera immania.Stat.5.Thebaid.
¶Immanis , pro Ingenti , etiam in laudem accipitur. Ouidius 9. Metamorphoseos,
Nam quanquam ipsius datis hoc immanibus actis,
Obligor ipse tamen.
¶Immania saxa à Virgilio 5. Æneidos , dicuntur pro asperis & horrendis.
¶Immane, Fœdum. Accius Andromeda,Immane te habet templum obuallatum ossibus. Nonius.
Immane dictu. Sallustius de Repub. ord. ad Cæsarem. Id est incredibile.
¶Immane,pro Immane dictu,vel incredibile dictu. Horat.1.Carminum,ode 27,
Vino & lucernis Medus acinaces.
Immane quantum discrepat. Sallustius libro 2, Immane quantum animi exarsere.

Immanitas,penult.corr.fœm.gen. {ἀπάνθρωπος} Sæuitia.Cicero de Amicitia , Quinctiam siquis asperitate ea est,& immanitate naturæ, congressus vt hominum fugiat, atque oderit,&c. Idem 1.Officior. Quo est detestabilior illorum immanitas , qui laceraverunt omni scelere patriam.
Ferarum immanitas.Seneca Medea,6.
Immanitas , est excessus fortitudinis , & veluti stupor aduersus tormenta. Cic.in Partit. Nam & prudentiam malitiæ, & temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis. Gellius libro 11.cap.5, vtitur. Budæus.
Immanitas barbara.Cic.2. Tusc.Ex poeta.
Immanitas verborum.Cic.4.de Finibus.
¶Immanitas pretij, Plin.lib.35. cap.11,Nec vllius in pictura velocior manus fuit : artis verò tantum,vt immanitate pretij antecederet celeberrimos eadem ætate imaginú pictores.Ex vetusto codice nunc legimus,vt multum manipretio antecederet,&c.

Immansuetus,penult.prod. {ἀνήμερος} contrarium Mansueto.Cic.2. de Legibus , Ipsíque in hominibus nulla gens est neque tam immansueta,neque tam fera,quæ non,etiam si ignoret qualem habere deum deceat,tamen habendum sciat.
Ingenium immansuetum & ferum.Ouid.15.Metam.
Immansuetissimus.Ouid.epist.17.
At tu de rapidis immansuetissime ventis,&c. ad Boream.

Immarcesco,immarcescis,immarcui {σήπομαι} immarcéscere,Corrumpi.Horat.lib.2.Serm.sat.7,
Nempe immarcescunt epulæ sine fine petitæ,&c.

Immaturus,penult.prod.A dictiuum {ὠφύης,ἄωρος} Non maturus: & propriè de fructibus aut frugibus dicitur , quum ante tempus colliguntur.Plin.lib.2.cap.13,Quo apparet aut aliud esse, aut colligi immaturum.
Immaturus amor. Liuius 1. ab Vrbe,Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum, inquit, oblita fratrum mortuorum,viuíque,oblita paternæ.
Immaturum consilium,Quod ante tempus datur. Liu.2.bel.Pun. Se quæ consilia magis res dent hominibus,quàm homines rebus,ea ante tempus immatura non præcepturum.
Filius immaturus obit.Horat.2.Serm.sat.8.
Iter immaturum mortis.Propert.lib.3.eleg.7.
Immatura mors , Qua quis constitutum vitæ tempus , & confectam ætatem senio eripitur ac moritur.Cic.2.Philipp. Idem de Claris Orat. Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ Latinæque literæ fecerunt.

Immaturitas, penult.corr.immaturitatis {ἀωρία.} vt apud Suetonium in Augusto,cap.34,Immaturitas sponsarum,quæ nondum coniugio aptæ erant.
¶Immaturitas,per translationem.Cicero pro Quintio,Quid hæc

festinatio,quid hæc immaturitas tanta significat?

Immaturè,penult.prod.Aduerbium,Ante tempus.Paulus in l.Si absente.D.De usufr uct. Syluam cæduam etiam si intẽpestiuè cæsa sit,in fructu esse constat, sicut oliua immaturè lecta, vt fœnum immaturè cæsum,in fructu est.

Immediate, penult. prod. Aduerb. {ἀμέσως} Citò ac celeriter. Gell. lib.20.cap.10, Incuriosè & immediatè, ac propè etiam subrusticè, ex ipso loco ac tempore hybernarum vigiliarum, Atticas noctes inscripsimus.Rectius boni codices nó immediatè:sed immeditatè habent.

Immedicabilis, & immedicabile, penult.corr. {ἀθεράπευτος, ἀίατος} Quod sanari non potest medicaminibus.Ouid.2.Metamorphoseos, Vtque malum latè solet immedicabile cancer Serpere.

Ira immedicabilis.Silius lib.1.

Malum immedicabile.Ouid.2.Metam.

Telum immedicabile.Virg.12. Æneid.

Immeio,immeis,imminxi,immictũ,immeiere. Perf.sat.vlt.ad finem, Quum morosa vago singultiet inguine vena,
Partitiæ immeiat vuluæ. Hoc est, semen quasi vrinam effundat in vuluam nobilis puellæ.

Immemor,penult.corr.immemoris,pen.etiam corr.om.g. {ἀμνήμων} Qui non meminit. Genitiuo iungitur aliquando. Terent.Andr.3.1, Num immemor es discipli? Cic.de Claris Orat.Magna hæc immemoris ingenij signa. Idem ad Atticum, lib. 4. 75, In alia incidi non immemor istius mandati tui.

Meriti tanti non immemor vnquam.Virg.9.Æneid.

Oblitus & immemor.Cic.pro Sylla,Adeóne vobis alienus à sanitate, adeò oblitus constantiæ meæ, adeò immemor rerum à me gestarum esse videor?

¶Immemor beneficium,passiuè. Terent.Andr.1.1,Isthæc commemoratio, quasi exprobratio est immemoris beneficij. Cuius nemo meminerit,inquit Donatus.Ego potius interpretarer,eius qui beneficij non meminit.

¶Immemor, Obliuionem inducens. ab affectu. Silius lib. 16, Et Theron potator aquæ sub nomine Lethes,
Quæ fluit immemori perstringens gurgite ripas.

Immemorabilis,& hoc immemorabile,pen.corr. {ἀμνημόνευτος} Cuius nulla debeat esse memoria. Plaut.Capt.2, Neque spurcidici insunt versus immemorabiles.

Spatium immemorabile,Id est.maximum. Lucret.lib.4.

Immemoratus,penult.prod.Adiectiuum {ἀμνημόνευτος.}
Immemorata ferês,Id est noui aliquid apportãs. Horat.1.epist.20.

Immensus, Adiectiuum {ἄμετρος, ἀμέτρητος, ἀδιόριστος} Quod præ magnitudine mensurari non potest. Plin. lib.8. cap.28, Quod persequi immensum est. Plinius Iunior epist.157,Arduum,immensum etiam tuo ingenio.

Immensus est tractus quo veniunt.Plinius lib.10.cap.23.

Ex ingenti quodam oratorem, immensóque campo in exiguum gyrum compelli.Cic.3.de Orat.

Aer immensus & infinitus.Cic.1.de Nat.deor.

Æuum immensum.Lucret.lib.5.

Clamorem immensum tollit.Virg.3 Æneid.

Cupido immensa laudum.Virg 6.Æneid.

Immensa,infinita,immoderata cupiditas.Author ad Herennium, libro 2.

Dolor immensus.Seneca Thebaid 2.

Finibus immensis ingenij describere aliquam artem. Cicero 1.de Oratore.

Fletus immensus.Ouid.10.Metam.

Immensa gula.Sallust.in Ciceronem.

Immensum iter.Liuius 1.bel.Pun.

Labor immensus.Ouid.1.Metam.

Mare immensum.Cic.1.Tusc.

Opes immensæ.Ouid.6.Metam.

Pondus immensum.Horat.1.Serm.sat.1.

Immensum est referre,&c. Plin.lib.22.cap.23. ad finem, Quas habeat vtilitates admistum aliis,immensum est referre.

Immensæ quæstionis est, vtrum si recipiatur poetica fabulositas. Plin.lib.7.cap.28.

Obseruata sunt hæc tempore immenso.Id est infinito.Cicero 1.de Diuinatione.

Terræ immensæ.Ouid.4.Trist.eleg.2.

Vorago vitiorum immensa.Cic.5.Verr.

¶Immensum terrarum imperio adiectũ.Plin.lib.18.cap.3.Substantiuum est,nisi subaudias SPATIVM.

Ardet in immensum geminatis ignibus Ætna.Ouid.2.Metam.

Attolli immẽsum. Tacit.lib.5,Nuntiauere accolæ Euphraten nulla imbrium vi sponte & immensum attolli.

Viuere immensum. Tacit.lib.3.

¶Immenso,ablatiuus. Plin.lib.9. cap.40,Qui ista mercantur immenso.Sub.pretio.

Immenso plus. Plin.lib.20.cap.9,Syluestris siue erraticæ immenso plus effectus laudat Caro.De brassica.

Immensitas, penult.corr. immensitatis {τὸ ἄμετρον} Infinitas. Cic.2. de Nat.deor. vt Immensitates camporum.

Immensitas latitudinum,longitudinum,altitudinum. Cic.lib.1.de Natura deorum.

Immeo, immeas {εἰσέρχομαι} immeâre, Idem quod meare: nisi aliquid addat præpositio.Plinius lib.8. cap.25,Itaque & delphini immeantes Nilo,quorum dorsum,tanquam,&c.

Immeans,Participium. Plinius lib.11.cap.39,Setas suum obstare tenuitati immeantis spiritus.

Immerens,penult.corr.immerentis,om.gen. {ἀναίτιος} Qui non meruit. Plin. epist.9. lib.3, Honestissimum credidi non premere immerentem.Horat.2.Carm.ode 13,

Te triste lignum,te caducum
In domini caput immerentis.

Immerenter,Aduerbium {ἀναιτίως.} Valerius lib.6.cap.2,Inserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis, quæ à Philippo rege temulento immerẽter damnata,Prouocaré,inquit, ad Philippum,sed sobrium.

Immeritus,penult.corr.Adiect.Idem quod immerens.

Premere immeritos.Ouid.2.Trist.

Immerita gratia,passiuè,Quæ non debetur illi cui refertur.Liu.4. ab Vrbe. Martialis lib.7.31,
Et rapit immeritas sordidus vnctor opes.

Immeritum, immeriti,Substantiuum n.g.Plaut.Asin.12,

Cur tu obsecro immerito meo me morti dédere optas? Hoc est, nullo meo merito.

Immerito,pen.corr.Aduerbium,Hoc est indigné. Terent.Heeyra,2.1, Méque abs te immeritò esse accusatam postmodum rescisses. Cic. 2.de Orat.Ex re,si crudelis,si infanda, si præter opinionem, si immeritò.si misera,&c.

Immeritissimo, penult. corr. Superlatiuum aduerbium, teste Donato. Terentius Phorm.2.1, Iandudum te,omnes nos accusare audio Immeritò, & me omnium horum immeritissimó.

Immergo,immergis,immersi, immersum, immérgere {ἐμβάπτω} Intus mergere, & veluti in profundum obruere.Virg.3.Æneidos,

-vastóque immergite ponto.

Immergitur amnis.Plin.lib.4.cap.11, Nãque Thracia altero latere à Pontico littore incipiens,vbi Ister amnis immergitur,vel,&c.

Immergere se aliquò,pro Clàm & furtim intrare.Plaut.Rud.10, Et aurum & argentum fuit lenonis ibidem:credo
Aliquem immersisse se,atque eum excepisse.

Immersit se aliquò in ganeum.Plaut.Menæh.16.

Immergere se in voluptates. Liu. 3.bel.Pun.Et eò impensius, quò auidius ex insolentia in eas se immerserant.

Immergere se penitus in consuetudinem alicuius blanditiis,Se insinuare,& conciliare sibi eius amorem. Cic. pro Cluentio, Qui vt se blanditiis & assentationibus in Asinij consuetudinem penitus immersit, Oppianicus continuò sperare cœpit hoc se Aulio, tanquam aliqua machina admota,capere Asinij adolescẽtiam,& fortunas eius patrias expugnare posse.

Immersabilis,& immersabile, penult.corr. {ἐμβαπτὸς} ab Immersio,as, frequentatiuo.Horat.1.epist.2.de Vlysse,
-aduersis rerum immersabilis vndis.

Immetatus, penult. prod. {ἀόριστος} Non metatus: à metor metaris. Horat.3.Carm.ode 24.

Viuunt & rigidi Getæ,
Immetata quibus iugera,&c.

Immigro,immigras,pen.corr. {μετοικίζω,μετοικίω} immigrâre,In domum aliquam habitandi gratia se conferre. Cic.1.Tusc.Neque ea planè videt animus,quum repentè in tam insolitum,támque pertertbatum domicilium immigrauit. Idem 13.Philipp.Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrabit.

Irruere,aut immigrare in locum aliquem. Cic.de Claris Orat.Sic tamen vt ea non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres.

In suas ædes ex templis immigrare.Cic.pro Domo sua.

¶Immigrauit auaritia & luxuria in Remp.Liu.1.ab Vrbe.

Immigrare in ingenium suum. Plaut. Mostel.3. Id est,Pro animi sententia viuere.

Immigrare in vestigia & sedes nobilium.Plin.in Paneg.

Immineo, immines, penult.corr. imminui {ἐφεδρεύω, ἐπίκειμαι} imminère,ab in,& maneo compositum,Instare,impendère significat.Cic. 1.Tusc.Mors quæ propter incertos casus quotidie imminet. Plin. epist.119. libro 6, Ad hoc stipatum tribunal, atque etiam ex superiore Basilicæ parte,qua fœminæ,qua viri,& audiendi,quod difficile: & quod facile,videndi studio imminebant.

Impendère & imminere. Cic.pro Domo sua, Impendebat fames, incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis.

Instare & imminere. Cæsar 1.bel.Ciuil. Instabat agmen Cæsaris, atque vniuersum imminebat.

Imminent in fortunas nostras,Id est impendent & cogitant de inuadendis fortunis:vel occasionem quærũt occupandi fortunas. Cic. 7. Philipp. Idem pro Domo sua, Qui imminere iam cupiditate videntur in tribunitiam potestatem.Id est, inhiare.

Imminebat in occasionem opprimendi ducis exercitúsque.Liuius 5.bel.Pun.

Quæ imminent,non videre:aut quæ videmus,dissimulare. Cic.1. in Catilin.

Imminet bellum ab Tarquiniis. Liu.2.ab Vrbe,Quum haud cuiquam in dubio esset bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem spe omnium seruis fuit.

Imminere sibi putat periculum.Plin.in Paneg.

Imminet his aer.Ouid.1.Metam.non ita procul ab initio.

Imminere animis in propinquã spem. Liu.10.bel.Pun.Ij quoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia,& victoriæ spes,quo magis in propinquam eam imminebant animis, eo curæ intentioris erat.

Imminere exitio alterius, Paratum esse ad exitium alteri inferendum.Ouid.1.Metamorphoseos,

Imminet exitio vir coniugis,illa mariti.

Imminent duo reges toti Asiæ,Cic.pro Lege Manilia.

Rebus imminere,Occasionem quærere occupandi imperij. Tacitus, Ferebatur Antæum & Ostorium imminere rebus: & sua Cæsarísque fata scrutari auaritia. Budæus.

Ius legationis imminere.Cic.Verrin.3.

Imperio imminere. Cic.pro Corn. Balbo, Duris enim quondam temporibus Reipub. nostræ quũ præpotens terra marique Carthago nixa duabus Hispanijs huic imperio immineret,&c.

¶Imminere,pro Obseruare & captare. Liuius,Fama autẽ erat defectioni Campanorũ imminẽtes admoturos castra. Curtius,Imminénsque Dario, iter ad Euphratem pronuntiari iussit. Id est,Darium inuasurus,

inuasurus, impeturus, aggredi festinans. Budæus. Idem lib.5,Ipse currum sequebatur,occasioni imminens alloquendi eum.

¶Alieno imminere, pro Appetere rem alienã dixit Sene.in epist.2. Emptioni. Tranquillus, Quem tamen, quòd imminere emptioni publicanos videbat,liberto suo addixit.

Immines annotator conuiuis,pro Astas & ades.Plin.in Paneg.

Imminens,pen.corr.imminentis, participium {ἐπικείμενος.} Cicero pro Domo sua, Sed homo ad cædem imminens, meum nomen operis ediderat.

Imminenti auaritia esse. Cic.4.Verr.Nam ipsum Verrem tantum semper auaritia hianter, atque imminenti fuisse, ingenio, & cogitatione nulla, vt quicquid sua sponte faciebat, item vt vos Romæ cognouistis,eripere potius,quàm fallere videretur.

Gestus imminens.Cic.2.de Orat.

Imbres imminentes. Horat.4.Carm.ode 27.

Imminuo,imminuis,imminui,imminutum, pen.prod. {ἐλαττόω, σμικρύνω} imminúere, Diminuere,Attenuare.

Dolor se imminuit.Ouid.epist.21.

Imminuere & Amplificare, contraria. Cic.4. Acad.Vereor interdum ne talium personarum,quum amplificare velim,minuam ipsam gloriam.

Imminuere & immutare. Cicero pro Lege agraria, Hic quod populi proprium semper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutauit.

Imminuere authoritatem suam. Cic.ad Att.lib.1.13.

Violare atque imminuere ius & officium. Cic. pro Sext.Rosc.

Imminuere laudem alicuius. Cic. ad Dolabellam in Epistolis ad Atticum, lib.14.315.

Imperiũ,vel ius imperij imminuere,Vide Imperium, in IMPERO.

Imminuere liberatem ciuium Romanorum.Cic.pro Lege Manil.

Imminuere maiestatem Pop.Rom.Vide MAIESTAS.

Magistratum imminuere, Vide Magistratum,in MAGISTER.

Imminuere pudicitiam virginis, Violare & infringere. Plaut. Cistel.2.

Imminuere summam,quod & Demere de summa dicitur. Cicero 5.Verr.

Imminuere de voluptate. Cic.1.de Orat.

¶Imminuere caput alteri,pro Comminuere & confringere.Plaut. Mostell.4.

Imminutus,pen.prod.Participium {ἐλαττωθείς.} vt Imminuta libertas. Cic.pro Lege Manilia.

Attenuatum, atque imminutum bellum expectatione Pompeij. Cic.pro Lege Manilia.

Imminuta atque debilitata cupiditas.Cic.12.Philipp.

Existimatio atque authoritas nominis populi Romani imminuta. Cic.Verr.6.

Imminuta virtus. Cic.Attico,lib.1.11, Dolor accessit viris bonis, virtus non est imminuta. Sic ad eundem, lib.3.66, Imminuta constantia.

Imminutio, Verbale {ἐλάττωσις} Cicero 5.de Finib.Nam si prauitatem imminutionémque corporis propter se fugiendam putamus,&c.

Dignitatis imminutio. Cic.Pulchro,lib.3 8.

Imminutionem in centone nuptiali Ausonius usurpauit pro primo congressu cum vxore,quòd tum virginitas imminuatur.

Immisceo,immisces,immiscui,immistum,vel immixtum {ἐμμίγνυμι} immiscêre, Idem quod miscere: nisi quid accipiat vehementiæ ab ipsa compositione. Liu.3 ab Vrbe, Et immisti turbæ militum togati,&c. Sic.lib.10.Immistus turmæ.

Immiscere se alicui bello. Liu.5.ab Vrbe,Falisci propria etiam causa infesti,quòd Fidenati bello se iam antea immiscuerant,&c.

Immiscere se colloquiis. Liu.1.bell.Pun.Quum se immiscuissent colloquiis Montanorum,edoctus interdiu,&c.

Immiscere se cum aliquo. Liu.lib.5.Decad.5.Victoria Pop. Rom. lætari eum regem:mirum non esse, qui sortem omnem fortunæ regnique cum rebus Romanis immiscuisset.

Armis mediis se immiscuit. Virg.11.Æneid.

Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni, Virg.1.Georg.

Spiritus immistus nebulis. Senec.Troade,5.

Nocti se immiscuit atræ.Virg 4.Æneid.

Immiscere se rei alienæ culpa est,ait Pompon.de Verb.signific.

Summis immiscuit ima. Ouid.7.Metam.

Immiserabilis,pen.corr.Adiectiuum {ἀοίκτιστος} Indignus misericordia,Cuius nemo deberet misereri,Acron & Porphyr. vt Pubes captiua immiserabilis.Horat.3.Carm ode 5.

Immisericors,pen.corr.om. gen. {ἀνοικτίρμων, ἀνελεήμων} Sine misericordia. Cicero 2. de Inuentione, Ipsum immisericordem, superbum fuisse.

Immisericordia {τὸ ἀνοικτίρμον.} Liu.7.bell.Maced. Plus ira, quàm immisericordia,in causa eorum valebat:quia non vt hostibus,&c. In vetustioribus codicibus legitur misericordia.

Immisericorditer,pen.corr.Aduerbium {ἀνοικτῶς.} Terent. Adelph.4.5,
-factum à vobis duriter,
Immisericorditérque.

Immitis,& hoc immite,pen.prod.om.gen. {ἀμείλιχος,ἀπήμερος} Asper, sæuus,crudelis.Virg.1.Æneidos,

-immitis Achilli. Suet.de Tib.Cæsare,cap.59,

Asper & immitis,breuiter vis omnia dicam?

Immite & turbidum cælum. Plin.epist.107.

Corda immitia. Silius lib.4.

Dolor immitis.Senec.Octauia,2.

Edictum immite & minax. Ouid.2. Trist.

Facta immitia. Ouid.2.de Arte.

Fuga immitis. Seneca in Medea,6.

Immite pectus, Catul.Argonaut.59.

Immite pelagus, Procellosum. Apul.Erat enim turbidum & immite pelagus.

Immitia poma, Cruda & immatura. Plinius, Immitia adhuc& cruda poma.

Rescriptum immite. Tacit.lib.5.

Vua immitis, Id est acerba,immatura Horat.2.Carm.ode 5.

Vulnera immitia. Ouidius de Nuce.

Immitto,immittis,immisi,pen.prod.immissum {ἐάω,ἐφίημι, ἐμβάλλω, ἐπαφίημι} immittere, Notæ significationis. Plin.epist.157, Dices immissa terris noua flumina.

Lentum filis immittitur aurum. Ouid.6.Metam.

Immittere ad. Cic.5.Verr.Segestam item ad immunem ciuitatem Venerius Symmachus Decumanus immittitur. Hoc est,mittitur.

Immittere ad spoliandum. Cic.6.Verr.Eóne tu seruos ad spoliandum fanum immittere ausus es?

Immittere aliquos in bona alterius, vel in Rempublicam. Cicero 3.Verr. Et si non putas cautum: scilicet tu Prætor in mea bona quos voles immittes? me ad meas fortunas defendendas accedere nõ sinas? Idem Attico,lib.1.11, Bis absolutum esse Lentulum, bis Catilinam,hunc tertium iam esse à iudicibus in Rempub.immissum.

Immittere in forum sicarios. Cicero pro Sextio. Et ad Atticum, libro 14 306, Seruíque & egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Hîc significat Cum pernicie mittere, stimulare, vrgere, incitare.

Immittere se in medios hostes, Irruere & sese prorumpere. Cic 1. Tusc. Rursus pro Fonteio,Qui se armatus sæpe in hostium manum multitudinémque immiserit.

Immittere se in voluptates,pro Immergere. Liu.lib.3.bel.Pun.

Corpus immittere in vndas. Ouid.epist.2.

Immittere dolorem. Cic.3.de Nat.deor.Neque enim quem Hippocratis Iambus læserat,aut qui erat Archilochi versu vulneratus, à deo immissum dolorem,non conceptum à seipso continebat.

Immittere equum ad legionem. Galba ad Ciceronem, libro 10. 30,Repentè equum immisi ad eam legionem tyronum quæ veniebat ex castris. Hoc est,subiectis calcaribus equum incitaui, & me propripui versus legionem,&c.

Immittere iniuriam in aliquem. Cic. in Parad.Iactam & immissam à te nefariam in me iniuriã semper duxi, peruenisse ad me nunquam putaui.

Immittere perturbationes. Cic.3.Tusc.His autem perturbationibus quas in vita hominum fluititia quasi quasdam furias immittit atque incitat,omnibus viribus atque opibus repugnandum est.

¶Immittere aliquid in aures suas. Plaut. Epid.7. Idem Capt.11, Ne tu quod fabuletur, in aureis immittas tuas. Id est,ne auscultaueris quod dicit.

¶Immittere, pro eo quod vulgò *fibrmare* aliquem dicimus. Sallust. in Catil. Alij Tarquinium immissum à Cicerone aiebant, ne Crassus more suo, suscepto malorum patrocinio, Rempublicam conturbaret.

Immittere habenas,Vide HABENA.

¶Immittere rudentes, Funes nauium extendere & apparare ad nauigandum.Plin.epist.157.

In flumen publicum immittere. Vlpianus in l. vnica.D. Ne quid in flumine publico,inue ripa eius fiat, Ait Prætor: in flumine publico, inue ripa eius facere, aut in id flumen ripámve eius immittere, quo aliter aliqua fluat,quàm priore ætate fluxit,veto.

¶Immittere vitem ad vuas pariendas. Varro libro 1. de Re rust. cap.31.

¶Immittere,est tigna vel trabes ædificij eò extendere, vbi requiescant,siue in pariete communi, siue in proprio. Iabolenus in l. Malum.D.De verb.signif.

Immissus, Participium {ἐνειμένος.} vt Canes immissi ceruis. Virgil. 3, Georg.

¶Immissa barba,pro Prominenti & longa.Virg.3.Æneidos,
Respicio,dira illuuies immissáque barba.

Immissio, Verbale. {ἔνεσις} Cicero de Senect. Sarmentorúmque ea quam dixi aliorum amputatio, & aliorum immissio.

Immo, seu potius {μᾶλλον δὲ,μᾶλλονγοῦν} Imò,Coniunctio: quæ apud veteres significabat prorsus, quasi ex infimo. Nunc verò significat quin potius. Varro, Non humanitas, immò sæuitia est lædere innocentem. Terent.Adelph.5.3,

Cum prima luce ibo hinc.M.immò de nocte censeo. Plautus Amphit.4,

Quod apud hasce ædes negotium est tibi? S.immò quod tibi est?

Immò,secundo loco positum. Plaut.Milite,20,

Scies immò hodie meum factum,faxo pòst dices magis. Plinius epistol. 44.

Immo. Terent.And.1.1,

Nempe vt curentur rectè hæc. S.r.immo aliud. Videtur immo exponendum esse pernon & sed:vt Immo aliud, id est nõ istud volo quod dicis:sed aliud volo.

Immo certé. Terent.Eunuch.4.7,

-credín? G.immo certé.

Immo enim. Terent.Phorm.2.2,

Immo enim nemo satis pro merito gratiã regi refert. IdemAndr.5.1, Dum studeo obsequi tibi,penè illusi vitam filiæ.

S.Immo enim quammaximè abs te postulo,&c. In his & similibus vacat enim,sicut in sed enim,quia enim.

Immo enimuero. Terent.Eunuch. 2.3,

Incommodè hercle. CH.immo enimuero infœliciter.

Immo etiam. Terentius Andr.4.2,

Verum vis dicam? D.immo etiam.

Immo etiam, pro eo quod barbarè dicitur, *Sed quod plus est.* Terent.And.4.1,

-nec te quiuit hodie cogere illam vt duceres.

P.Immo etiam, quo tu minus scis ærumnas meas,&c.

Immo verò. Cic.in Partit.Omnibúsne igitur ex his locis argumẽta sumemus? C.P.Immo verò scrutabimur.

Immo, post negatiuam dictionem. Terent. And. 1. 2,
Qui hoc? intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? D. immo calliḋé.
Causa igitur non bona est? immo optima. Cic. Att. lib. 9. 175.

Immobilis, & hoc immobile, pen. corr. {ἀκίνητος} Quod non potest moueri. Plinius libro 11. capite 37, Aures homini tantum immobiles.
Immobilibus oculis contueri solem. Plin. lib. 7. cap. 2.
Res immobiles. Macer in I. penult. in princip. D. qui satisḋare coganter, Sciendum est, possessores immobilium rerum satisḋare non compelli.
Solo hæret immobilis. Virg. 7. Æneid.
Scopulis immobilior. Ouid. 13. Metam.

Immoderatus, pen. prod. {ἄμετρος} Adiectiuum, contrarium Moderato, Intemperans, nimius, immodestus. Cicero ad Atticum, lib. 13. 283, Alexandrum postquam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse.
Immoderata intemperantia. Cic. 1. Acad.
Immoderata mulier. Cic. pro Cælio.
Immoderata oratio. Cic. in Orat.
Immoderato potu atque pastu. Cic. 1. de Diuin. Ea pars animi, &c. immoderato obstupefacta potu atque pastu, &c.
Res immoderata cupido est. Ouid 4. de Ponto, eleg. 15.
Immoderata tempestas. Cic. pro Sext. Rosc. Ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut, &c.

Immoderatio, Denominatiuum {ἀμετρία} Vt Efferri immoderatione verborum. Cic. pro Sylla.
Immoderationes tyrannicæ. Firmicus lib. 1. cap. vltimo, Constantinus ad liberandum orbem à tyrannicis immoderationibus electus est.

Immoderatè, pen. prod. Aduerbium {ἀμέτρως} Non moderatè, extra modum, immodicé.
Immoderatè facere. Cic. 2. Tusc. An temperantia sinet te immoderatè facere quicquam?
Immoderatè profusa vox. Cic. 2. de Nat. deor.
Immoderatè ferre res secundas. Cic. 1. Offic. Nam vt aduersas res, sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est.
Immoderatè & intemperatè viuere. Cic. de Vniuersit.

Immodestus, Adiectiuum {ἄμετρος, ἀκόλαστος, ἄφρων} Non temperatus, immoderatus. Terent. Heaut. 3. 3,
Vel heri in conuiuio quàm immodestus fuisti.
Immodesti mores. Plaut. Curc 4,
Hoccine fieri vt immodestis hic te moderêre moribus?
Profusum & immodestum iocandi genus, cui opponitur Ingenuũ & facetum. Cic. 1. Offic. Ipsúmque genus iocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuum & facetum esse debet.

Immodestia, immodestiæ {ἀφροσύνη, ἀσχημοσύνη} Immoderatio, intemperantia. Plaut. Amphit. 4. Hæc heri immodestia coegit me. Idẽ Merc. 3, Incogitantia, excors immodestia.

Immodestè, Aduerbium {ἀσυντόνως} Immoderatè. Liu. 2. belli Pun. Immodicè immodestéque gloriari.

Immodicus, pen. corr. Adiect. {ἄμετρος} Multus & nimius. Columel. lib. 1. cap. 3. Suáque lege C. Licinius damnatus est, quòd agri modum quem in magistratu rogatione tribunitia, promulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset. Sic Plin. lib. 9. cap. 30, Assiduitate furti immodici.
Amore immodico victus. Ouid. 2. Fast.
Frigus immodicum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.
Labor immodicus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5.
Immodica oratio, Nimium longa vt fastidium pariat. Plinius epist. 18.
Rixæ immodicæ. Horat. 1. Carm. ode 13.
¶Immodici, Nimis multi. Martial. lib. 2. 89, Atriáq; immodicis arctat imaginibus.
Immodicus gloriæ C. Marius. Paterculus lib. 2.
¶Immodicus libidinis, Nimia libidinis cupiditate ductus. Colum. lib. 7. cap. 6.
Iræ immodicus. Stat. 1. Theb.
Lætitiæ immodicus. Tacit. lib. 15.
Mœroris immodicus. Tacit. lib. 15.

Immodicè, pen. corr. Aduerbium {ἀμέτρως} Nimis vel intemperatè. Colum. lib. 2. cap. 16, Magísque conducere agricolæ frequenter id potius quàm immodicè facere.
Immodicè ferre aliquem casum, pro Immoderatè. Cic. 4. Tusc.

Immodulatus. Adiectiuũ {ἀνάρμοστος} pro Aspero: vt Poëmata immodulata. Horat. de Arte poetica.

Immolitus, Adiectiuum, pen. prod. {ἄτυκτος} Idem quod ædificatus. Liuius 9. bel. Maced. Aquam publicam omnem in priuatum ædificiũ aut agrum fluentem ademerunt: & quæ in loca publica inædificata, immolitáve priuati habebant, intra dies triginta demoliti sunt. Immolita sunt, inquit Turnebus, quæ quis vi piam molitus est.

Immolo, immolas, pen. corr. {θύω, σφάζω, ἱερουργέω} immolare, Sacrificare, & quasi mola inspergere. ex in, & mola: Festus, Immolare, est mola, id est farre molito, & sale hostiam fusam sacrificare. Virg. lib. 12. Æneidos,
-Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat. Cicero 2. de Diuinatione, Quid quum pluribus diis immolatur, qui tandem euenit vt litetur aliis, aliis non litetur?
Agno immolato aram spargere. Horat. 4. Carm. ode 11.
Libidinosus immolabitur caper. Horat. Epod. 10.
Immolare homines. Cic. pro Fonteio.
Immolare hostias. Cic. 3 Tuscul.

Immolator, pen. prod. Verbale {θυτήρ} Qui immolat & sacrificat. Cicero 2. de Diuinatione, Hæc decessio capitis, aut accessio, subitóne fieri potest, vt se exta ad immolatoris fortunam accommodent?

Immolatio, Aliud verbale fœminininum {ἱερουργία} Cic. 1. de Diuinat.

Immorior {ἀποθνήσκω} à quo immortuus, Idem significat quod mortuus. Plin. lib. 29. cap. 4, Nam quum immortuus est in vino. De stellione.
Immori, cum datiuo. Plin. lib. 7. cap. 43, Quod dissimulauerit, & supremo somno eius (cui immortuus quodammodo est) credamus ab vno illo inuidiam gloria victam.
Fortiter Euxinis immoriemur aquis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7.
Ferro immori. Senec. Herc. OEtheo, 7.
Hastæ immoritur. Valer. 6. Argonaut.
Studiis immori. Horat. 1. epist. 7.

Immortuus, Nondum mortuus. Cicero ad Attic. lib. 1. 9, De immortuis reliquiis coniurationis. Hoc est, non planè mortuis, sed reduuiuis, & quotidie pullulantibus: perinde quasi excisa sit arbor, nó prorsus euulsa.

Immoror, penult. corr. immoraris {ἐγχρίζω, ἐμμένω} immorári. Morarem trahere. Columel. libro 8. cap. 5, Incubantibus autem gallinis iuxta ponendus est cibus, vt saturæ studiosius nidis immorentur.
Immorari honestis cogitationibus, Versari, diu & multum temporis insumere in cogitatione rerum honestarum. Plin. epist. 8.
Terrenis immorari. Quintil. lib. 2. cap. 16, Quis nescit ignes, aquas, sine quibus nulla sit vita, & (ne terrenis immorer) solem, lunámque præcipua siderum, aliquando etiam nocere?

Immortalis, & hoc immortale, penult. prod. {ἀθάνατος, ἄμοιρος, ἀκήρατος.} Terent. Eunuch. 2. 2,
Dij immortales, homini homo quid præstat?
Immortales atque beati, Id est diui. Lucret. lib. 5.
Mortalis & Immortalis, contraria. Cicer. 1. Offic. Vt fortuna nonnunquam tanquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videatur.
Æuum immortale. Lucret. lib. 1.
Animi omnium immortales, sed fortium bonorum diuini. Cic. 2. e Legibus.
Deus immortalis. Horat. de Arte poetica.
Immortalia facinora, Immortalia opera, Quæ nullo tempore sunt intermoritura. Plaut. Mostel. 9. Liu. 1. ab Vrbe, His immortalibus ediditis operibus, quum ad recensendum exercitum concionem in campo ad Capræ paludem haberet, &c.
Herbæ immortales. Claud. de Nuptiis Honorij.
Immortalis memoria. Cic. pro Corn. Balbo.
Reddere immortalem alicuius memoriam. Cic. 2. Offic.
Mens immortalis. Lucret. lib. 3.
Mors immortalis. Lucret. lib. 3.
Quæstus immortalis. Cic. in Pisonem, Quo quidem in spectaculo mira Reipub. æquitas erat, vter eorum periisset, tanquam lanista, in eiusmodi pari lucrum fieri putabat: immortalem tamen quæstum si vterque eecidisset.
Tributa immortalia. Tacit. lib. 20.

Immortalitas, pen. corr. immortalitatis {ἀθανασία} Cic. de Amic. Nisi enim (quod ille minimè putabat) immortalitatẽ optare vellet, &c. Terent. And. 5. 5,
-nam mihi immortalitas
Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio interesserit.
¶Cedit nulla re nisi immortalitate cælestibus beata vita. Cic. 2. de Nat deor.
Commendare immortalitati, Vide COMMENDO.
Non est lugenda mors quam immortalitas consequatur. Cicero de Senectute.
Æternitatem & immortalitatem, non vtius diei gratulationem alicui donare. Cic. in Pisonem.
Mandare aliquid immortalitati. Cicero pro Domo sua. Vide MANDO.
Memoria immortalitatis memoriam aliquorum prosequi. Cicero 2. Philipp.
Immortalitatis esse & Ætatis, contraria. Cic. 4. Philipp. Sunt enim facta eius immortalitatis, non ætatis.
Tradere immortalitati scripta alicuius. Cic. 3. de Orat.
¶Immortale, pro Immortaliter: vt Flos immortale virens. Valer. 7. Argonaut.

Immortaliter, pen. corr. Aduerbium {ἀθανάτως} Perpetuó. Cicero ad Qu. frat. lib. 3. 17, Quod scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Immortuus, Vide IMMORIOR.

Immotus, pen. prod. Adiectiuum {ἀκίνητος, ἀσάλευτος} à moueo, Quod non mouetur. Virg. lib. 3. Georgicorum,
Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu
Vipera delituit.
Fides immota. Valer. 3. Argon.
Lumina immota tenere. Virg. 4. Æneid.
Mens immota manet. Virg. 4. Æneid.
Fixum, immotúmque animo sedet. Virg. 4. Æneid.

Immugio, immugis, pen. prod. immugiui vel immugij, immugitum {ἐμμυκάομαι} immugire, Idem quod mugire, & sonitum qualem boues emittere solent, edere. Virg. 3. Æneidos,
-curúsque immugit Ætna cauernis.
Mare totum immugit. Senec. Hippol. 10.
Mœsto immugit regia luctu. Virg. 11. Æneid.

Immulgeo, immulges, immulsi vel immulxi, immulsum vel immulctum {ἀπομέλγω} immulgère, Mulgendo & sugendo, lac ex mammis exprimere. Plinius libro 28. capite 7, Item mammarum collectionibus cum thure, oculo abictu cruore fusfuso, & in dolore, aut epiphoris, si immulgeatur, plurimum prodest. De lacte. Virgilius 11. Æneidos,
-& lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens hubera labris.

Immundus, Adiectiuum {ἀκάθαρτος} Impurus, Impolitus. Terent. Heaut. 2. 3,
-pannis

-pannis obsita,
Neglecta, immunda illuuie.
Contactu immundo fœdant omnia. Virg. 3. Æneid.
Fimus immundus. Virg. 5. Æneid.
Immundæ fortunæ. Plaut. Cistel. 2, Immundas fortunas meas æquum est squalorem sequi.
Immundus homo, Sordidus, iniquinatus. Plaut. Mostel. 3,
Homo indiligens cum pigra familia,
Immundus, instrenuus.
Immundus lapsus. Plin. lib. 14 cap. 19, Aut supernè deciduo immundiore lapsu aliquo polluto.
Pauperies immunda. Horat. 2. epist. 2.
Immunda segnities. Colum. lib. 9. cap. 5, Neque ea curatorẽ fraudulentum tantùm, sed etiam immundæ segnitiæ perosa est.
Sues immundi. Virg. 1. Georg.
Nil immundius hoc, nihil est immundius illo. Catul. de Æmyl. 92.

Immunditia {ἀκαθαρσία}

Immunis, & hoc immune, penult. prod. {ἀτελής, ἀδεσπόζεσ, ἀφορολόγητος} Dicitur, vt ait Festus, qui nullo fungitur officio, liber ab onere publico: Qui vel ætate vel alio priuilegio præstare munia non tenetur. Virg 4. Georgicorum,
Immunísque sedens aliena ad pabula fucus.
Immunis non est virtus: Id est, non est otiosa, semper aliquid agit. Cic. de Amicit. Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ etiam populos vniuersos tueri, eísque optimè cõsulere soleat.
Immunis & Vectigalis, contraria. Cicero 3. Offic. Melius hi quàm nos, qui piratas immunes, socios vectigales habemus.
Agri immunes. Cic. 2. Philipp.
Immunes agros, liberósque arare. Cic. 4. Verr.
Immunes & liberæ ciuitates, Quæ nullum vectigal pendunt. Cic. 5. Verr. Quinque præterea sine fœdere immunes ciuitates ac liberæ, Centuripina, Halesina, &c.
Conditione commodiore sunt prædia immunia, quàm illa quæ pensitant. Cic. 3. de Lege agraria.
¶Immunis, cum genitiuo. Ouid. 3. Metamorphoseos,
Nullum passa iugum, curuíque immunis aratri.
Belli immunis. Virg. 12. Æneid.
Boni alicuius immunis, Id est expers. Ouid. 4. Trist. eleg. 2.
Immunis huius mali: Hoc est, Suspicione vacans aut carens. Ouid. lib. 8. Metamorphoseos,
-vobis immunibus huius
Esse mali dabitur.
Manus immunis, Id est innoxia. Horat. 3. Carm. ode 23.
Operum immunes famulæ. Ouid. 4. Metam.
Scelerum immunis. Stat. 5. Theb.
¶Immunis, cum ablatiuo: vt Immunis militia. Liuius 1. ab Vrbe. Plinius libro 17. cap. 24, Caprificus omnibus immunis est quæ adhuc diximus. Id est, caret malis prædictis, non inarescit, non sentit tabem.
Metu immunis. Senec. Hippol. 10.
¶Immunis, Improbum aliquid significat, authore Festo. Plaut. Immune est facinus. Ego existimarim legendum & apud Festum & apud Plautum immanis, per a primam vocalem.
Immunitas, pen. corr. {ἀτέλεια, ἐξουδία} Exemptio, & vacatio munerum & onerum. Cic. 1. Philipp. Num immunitates datæ? Idem 2. Philipp. Nequa post Idus Martias immunitatis tabula, néve cuiusquam beneficij figeretur.
Immunitas & libertas alicuius prouinciæ. Cic. pro Fonteio.
Dare immunitatem. Cic. ad Cassium, lib. 12. epist. 1, Tabulæ figuntur, immunitates dantur.
Munerum immunitatem alicui dare. Cic. 4. Acad.
Habere immunitatem, Vide HABEO.

Immunificus, pen. corr. Adiect. {ἀδέηρος.} Plaut. Trinum. 6, -ciui Immunifico scis quid cantari solet, Quod habes ne habeas.

Immunitus, Adiectiuum, penult. prod. {ἀπρόβλωτος} Non munitus. Cicero pro Cecinna, Si via sit immunita, iubet qua velit, agere iumentum.
Immunita castella. Liu. 2. bell. Pun. Edictóque proposito, vt quibus oppida castellaque immunita essent, in loca tuta commigrarent.
Vrbs immunita. Ouid. 10. Metam.

Immurmuro, immurmuras, pen. cor. {ἐμμορμύρω} immurmurâre: vt Agmen totum immurmurat. Ouid. 3. Metam.
Sub lingua immurmurare aliquid. Persius. 2.
Syluis immurmurat Auster. Virg. 4. Georg.

Immusculus, li, pen. corr. Auis est, authore festo, quam alij regulum, alij ossifragam dicunt.

Immustulus, fine Immissulus {φίψ} Ales ex genere aquilarum est, sed minorum virium quàm aquila: quæ volucris raró & non ferè præter quàm vere apparet: quia æstum, algorémque metuit. Appellatur autem ita, quòd subitò & inexpectata se immittat. Hactenus Festus. ex cuius verbis, non immustulus, sed immissulus scribendum potius videtur: siue immussulus: nam ab immittendo deducit. Plin. lib. 10. cap. 7, Sanqualem auem atque immussulum augures Romani in magna quæstione habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrantur esse, & sanqualem ossifragæ. Hic Plinius vocare videtur immussulum auem, quam Festus immusculum vocat, & ossifragam.

Immutesco, immutescis, immutui {καφάσκω} immutéscere, Mutum fieri, tacere. Quintil. lib. 10. cap. 3, Non ergo putemus semper optimũ esse quod lateat, ne immutescamus alioqui.
Ruptis immutuit ore querelis. Stat. 5. Theb.

Immuto, immutas, pen. prod. {ἀναλλάσσω} immutâre, Idem quod mutare, siue Aliud pro alio dare. Plaut. Epid. 13,
-hic sunt quadraginta minæ.
Siquid erit dubium, immutabo. Idem Milit. 8.

Immutare se, vel immutari. Plautus Trucul. 6. Terent. Phorm. 1. 4,
-non possum immutarier. Idem And. 1 6,
Id mutauit, quoniam me immutarum videt.
Conuerti & immutari. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Neque permanendum in vna sententia conuersis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis, sed temporibus assentiendum.
Alienare à se aliquem, & se illi immutare. Cic. Licinio, lib. 5. 8, Sed quędam pestes hominum laude aliena dolétium, & te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.
Immutari ex amore. Terent. Eunuch. 2. 1,
Di boni quid hoc morbi est? adeóne homines immutarier
Ex amore, vt non cognoscas eundem esse?
Immutari imperio. Cic. de Amic. Atque hoc quidẽ videre licet, eos qui anteà commodis fuerunt moribus, imperio potestate, prosperis rebus immutari, sperni ab iis veteres amicitias, indulgere nouis.
Mouere & immutare. Cic. 2. de Diuinat. Vim quandam esse aiunt signifero in orbe qui Græcè ζωδιακὸς dicitur, talem, vt eius orbis vnaquæque pars alia alio modo moueat immutétque cælum.
De institutis priorum immutat successor aliquid. Cic. pro Flac.
Figuram alicuius immutare. Ouid. 7. Metam.
Immutatur ingenium egestate. Terent. And. 1. 5. Plaut. Curcul. 3,
-neque vero, neque iubeo, quando te
Video immutatis moribus esse here, atque ingenio.
Immutare ingenium moribus. Plaut. Trinum. 4.
Immutare mores. Cic. 2. de Legibus, Quarum mores lapsi ad mollitiem, pariter sunt immutati cum cantibus, &c.
Immutare se in re aliqua. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9, Si quibusdam in sententiis paulum me immutassem.
Sensus immutare. Lucret. lib. 5.
Ad literam vẽbum immutare. Cic. 1. de Orat. At vtrunque genus continet verbi ad literam immutati similitudo.
Immutare vestitum. Plaut. Amphit. 9,
Ilico Amphitruo fio, & vestitum immuto meum.
Immutare voluntatem. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7.
Immutare vultum. Terent. Hecyra 3. 3,
Sed continuò vultum earum sensi immutari omnium,
Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum.

Immutatus, pen. prod. Participium {ἀναπεμπάζωσις} Sueton. in Claudio, cap. 29, Suppositos aut etiam palàm immutatos datorum officiorum codicillos.
Immutata forma. Terent. Heaut. 2. 4,
Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt.
Hæc vbi immutata est, illi suum animum aliò conferunt.
Immutatis literis. Cic. 2. de Nat. deorum, Vt Portunus à portu, sic Neptunus à nãdo paululum primis literis immutatis. Sic apud eundem in Orat. Verborum ordinem immuta, &c.
Verba immutata. Cic. in Orat. Vide Translata verba, in VERBVM.
Voluntas immutata. Cic. in Philipp. Suspicionem multis attulit immutatæ voluntatis.

Immutabilis, & hoc immutabile, pen. corr. {ἀμεταβλητος, ἀμετάπτωτος, ἀμεταπτόητος} Quod nullo modo mutatur. Cic. 2. Acad. Quam interdum eandem necessitatem appellant: quia nihil aliter possit atque ab ea constituta sit, inter quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni.
Pondus immutabile adest verbis sanctis. Stat. 1. Theb.

Immutabilitas, penultima corr. immutabilitatis {ἀπραξία} Cicero de Fato, Sed in factis immutabilitatem apparere, in futuris quibusdam, &c.

Immutabiliter, pen. corr. Aduerbium. Celsus, l. 99. Quidquid D. de verborum obligat. Si immutabiliter verum fuit, te Capitolium non ascendisse.

Immutatio, Verbale {ἀναλλαγή} Cic. 2. de Leg. Negat enim mutari posse musicas leges sine immutatione legum publicarum.
Immutatio ordinis. Cic. 3. de Orat.
Trãslatio & immutatio. Cicero in Oratore, Et quanquam translatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores.
Verborum immutationes. Cic. in Bruto, Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus vtantur.

Imo, Vide IMMO.

IMOLA {φόρος πυρηλίου} Vrbs in Æmilia, quæ olim Forum Cornelij dicebatur, Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

Impacatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀδάμαστος} Non pacatus. Virgil. 3. Georgicorum,
Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.
Odia impacata. Claud. 2. in Eutrop.

Impactio, Impactus. Vide IMPINGO.

Impages, impagis, pen. prod. fœm. gen. {ἁρμογή.} Festus, Impages dicuntur quæ à fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant, à pangendo, id est figendo. Vnde poetæ pangere versus dicuntur: & agricolæ pangere plantas, id est infigere.

Impalleo, impalles, impallui {πελεμάω} impallère: Idem quod pallere. Stat. 6. Thebaid. Euentu impalluit ipse secundo.

Impancro, impancras, impancrâre, est inuadere, verbum à Græco tractum, quasi πὰν κρέας consumere. Varr. Ecclesiam, In regiam arcam impancrarunt. Nonius.

Impar, imparis, pen. corr. om. gen. ablatiuo impari, & aliquando impare, metri causa {ἀνισοειδὴς, ἀνόμοιος.} Virgil. in Pharmaceutria,
-numero deus impare gaudet.
Impar sumptui. Vlpian. in l. Sed an vltrò D. De neg. gest.
Impar, Non par, sed inæquale. Virg. 4. Georgicorum,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis. Vbi Seruius, Imparibus armis, Inæquali consilio: nam apes laborantes consumit.
Impar beneuolentia. Cic. Licinio. lib. 5. 8, Quos quidem ego ambo vnicè diligo: sed in Marco beneuolentia impar.
Certamen impar. Ouid. 11. Metam.

Fata imparia. Virg. 12. Æneid.
Fortuna est impar animo. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9.
Interuallis imparibus cõiungi, & pro rata portione distingui. Cic. in Somn. Scipionis, Hic est, inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium efficitur.
Impar numerus. Cic. 4. Acad. Illos qui omnia sic incerta dicunt, vt stellarum numerus par an impar sit, nescíatur, quasi desperatos aliquos relinquamus.
Imparia numero ouа. Varro 3. de Re rust. cap. 9.
Toga impar, Quæ malè rotunda est, *Malarrondie*. Horat. lib. 1. epist. 1. paulò ante finem,
-si toga dissidet impar,
Rides. Dissidet, id est non æqualis sedet in humeris.

Impariter, pen. corr. Aduerbium {ἀνίσως} vt Versus impariter iuncti. Horat. de Arte poetica.

Imparatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀπαίδευτος} Notæ significationis. Cic. 3. Tusculana,
Ne me imparatum cura faceraret repens. Ex Euripide. Terentius Phorm. 2. 1,
Vt ne imparatus sim quum adueniat Phormio.
Paratus & Imparatus, contraria. Cic. pro Milone, Quanquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros.
Imparatus arma sumpsit. Cic. 1. Tusc.
Imparati cum à militibus, tum à pecunia. Cic. Att. lib. 7. 134.
Imparatissimus omnibus rebus. Cæsar 1. bell. Ciuil.
Imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur Antonius. Cic. de Claris Orat.
In malis imparatus. Cic. Att. lib. 9. 176.
Longum est imparatis breue tempus. Cic. 3. Philipp.
Inermem & imparatum aliquem gladiis adoriri. Cic. pro Sextio.
Pectus non imparatum ærumnis. Senec. Hipp. 10.

Imparens, pen. prod. imparentis, om. gen. {ἀπείθαρχος} Non parens, siue obediens. Festus,

Impartio, Vide IMPERTIO.

Impasco, impascis, impaui, pen. prod. impastum {ἐπόψω} impáscere: vel Impascor, impasceris, impasci, Idem quod pascere, siue pasci. Columel. lib. 6. cap. 5, In ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus. Idem lib. 2. cap. 18.

Impastus, Participium à pascor passiuo {ἄβοτος} Non pastus. Virgil. 9. Æneidos,
Impastus, ceu plena leo per ouilia turbans, &c.
Turba impasta luporum. Silius lib. 7.

Impatibilis, & hoc impatibile, penult. corr. {ἀπαθὴς} Quod ferri non potest, siue tolerari. Plaut. Amphit. 15,
Cladésque exanclarem impatibiles.
Impatibilis cruciatus, Impatibilis dolor. Plin. lib. 25 cap. 5.
Impatibilis morbus, Intolerabilis. Plin. lib. 20. cap. 10.
Impatibilis pœna. Cic. 2. de Finib.
Impatibilis valetudo. Plin. lib. 20. cap. 18.

Impatiens, impatientior, impatientissimus {ἀνήμων} Nullius laboris aut doloris patiens. Iungitur genitiuo. Plin. lib. 8. cap. 10, Iidem impatientes frigoris. De elephantis.
Impatiens vetustatis. Plin. lib. 21. cap. 16.
Impatiens tarditatis. Plin. lib. 10. cap. 62, Vipera singulos diebus singulis parit, viginti ferè numero. Itaque cæteræ tarditatis impatientes perrumpunt latera occisa parente.
Animus impatiens, & non tractabilis. Ouid. 1. de Remed. amor.
Impatientissimum frigorum pisum. Plin. lib. 8. cap. 12.
Impatientiores hyemis intubi. Plin. lib. 19. cap. 8.
Iræ impatiens. Ouid. 13. Metam.
Mollis, & laboris impatiens. Ouid. 3. Trist. eleg. 2.
Viæ impatiens. Ouid. 6. Metam.

Impatientia, impatientiæ {ἀνημοσύνη} Plinius lib. 11. cap. 23, Fieri autem primò papiliones paruos nudósque, mox frigorum impatientia villis inhorrescere.

Impatienter, Aduerbium {ἀνημόνως} Ægrè & molestè. Plin. epist. 7. lib. 2, Amaui consummatissimum iuuenem tam ardèter, quàm nunc impatienter requiro.

Impassibilis, penult. corr. Adiectiuum. Qui non est passioni obnoxius. Irenæus.

Impauidus, pen. corr. Adiectiuum {ἄφοβος} Qui nihil timet. Plin. lib. 28. cap. 19, Et pellis asinina iniecta impauidos infantes facit.
Ianitor impauidus. Strat. 6. Theb. de Cerbero.
Impauidum pectus. Liu. 1. bel. Pun.
Impauidus somni. Silius lib. 7,
Impauidus somni seruat pecus.
Impauidus frangit relum. Virg. 12. Æneid.
Sui impauidus. Claud. de piis fratribus, 42.

Impauidè, pen. corr. Aduerbium {ἀφόβως} Audacter, Intrepidé. Liu. 10. bel. Pun. Nec locuta est ferociùs, quàm acceptum poculum nullo trepidationis signo dato impauidè hausit.

Impeccabilis, & hoc impeccabile, pen. cor. {ἀναμάρτητος} Quod peccare non potest. Gellius lib. 17. cap. 19, Is erit pleraque impeccabilis, vitámque viuet tranquillissimam.

Impecto, impectis, impectere, Vetus verbum, Verberare. Varro, Itáque impectentes à se eiiciunt fucos. Sic pectere pro impetere & verberare à comicis sæpe legitur. Quid si potius impectantes legas, pro pectere & verberare cupientes, desiderandi forma, vel frequentandi, pro sæpe pectentes atque pungentes. Nam vt fictum pro fixo à Varrone dicitur, & à veteribus Grammaticis obseruatur, quidni pectum pro pexum ab eodem dicetur, à quo pecto, pectas: quũ præsertim pro pexus pectitus à Columella dicatur. Sic à lego lecto dixit Horatius, à scribo scripto. Quidam insectantes legunt, quod nõ est ineptum, sed vetus lectio est impectantes. Turnebus.

Impedo, impedas, pen. corr. {ἐμποδίω} impedáre, Pedaminibus fustinere. Columel. lib. 4. cap. 16, Quum mensem tricesimum excesserit, posita vinea, id est tertio autumno, vehementioribus staturninibus ſtatim impedanda est. Vnde Impedata vitis ab eodem dicta, quæ pedamentis fulta est.

Impedio, impedis, pen. cor. impediui, impeditum {ἐμποδίζω, ἀναχαιτίζω, κωλύω} impedire, Implicare, inuoluere, ac propriè de pedibus dicitur, sed ad alia transfertur. Terent. And. 3. 5,
-videʼn' me tuis consiliis
Miserum impeditum esse? Plaut. Ruden. 2,
Sed dum alios seruat, se impediuit.
Impedire se, & implicare. Cic. 4. Verr. Sin illud dices, te Heraclij voluntate ab lege recessisse, ipse te impedies, ipse tu tua defensione implicabere. Vide IMPLICO.
Impedire & Expedire, contraria. Cic. pro Rab. Posth. Sapientis est, quum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire.
Impedire & Adiuuari, contraria. Cic. de Claris Orat. Quum præsertim non modò nunquam sit aut illius à me cursus impeditus, aut ab illo meus: sed contrà semper alter ab altero adiutus & communicando & mouendo & fauendo.
Impedire in re aliqua. Cæs. 1. bel. Gall. Si ipse Pop. Rom. non præscriberet, quemadmodum suo iure uteretur, non oportere, se à Pop. Rom. in suo iure impediri.
Impedire & alligari in re aliqua. Cic. ad Attic. lib. 9. 169, Cedendũ enim celeriter est, ne fortè qua in re impediar atque alliger.
Impediuit ipsus sese in plagas. Id est, irretiuit, & sese retibus implicuit. Plaut. Milit. 2. 1.
Equitatum alicuius impedire. Cæs. 2. bel. Gall. Quò facilius finitimorum equitatum, si prædandi causa ad eos venisset, impedirent.
Impeditum impedire. Cicero Dolabellæ in Epist. ad Att. lib. 15 328, Stultissimis interrogationibus aliquorum causam impedire. Cic. de Arusp. resp.
Mentem dolore impedire. Cic. pro Cælio.
Impedire cornua nouis sertis. Ouid. 2. Metam.
Impediunt curæ. Terent. And. 1. 5,
Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt:
Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitatio.
Impedire iter. Cic. ad Attic. lib. 8 162, Vt te mecum coniungeres, prius quàm Cæsar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset. Cæsar 1 bel. Ciuil. Impedire exitus.
Nauigationem impedit ventus. Cæs. 5. bel. Gall.
Impedire nuptias aliquem. Terent. Phorm. 2. 4,
Quanta me cura & sollicitudine afficit
Gnatus, qui me & se hisce impediuit nuptiis.
Impedire & tardare profectionem alicuius. Cic. Cæsari, lib. 7. 5.
¶Impedire vxorem alterius impudicitia, pro Sordidare, Inquinare, Ad probrum ducere. Sic enim exponit Marcellus illud Plauti, Amphit. 16,
-qui domi vxorem meam
Impudicitia impediuit, per quem teneo thesaurum stupri.
¶Impedire, Obstare nequid fiat, impedimento esse. Plinius epist. 262, Vereor enim ne in alterutram partem ignorantia lapsus, aut illicita confirmem, aut necessaria impediam.
Perturbare & impedire rationem belli prope iam explicatam. Cic. de Prouinc. Consul.
Impedire quominus. Cic. de Sene. Nec ætas impedit quominus & cæterarum rerum & in primis agri colendi studia teneamus, vsque ad vltimum tempus senectutis.
Impedire ne. Cic. de Fato, Casus quidam ne facerem, impediuit.
Nihil impedio. Cic. 1. Offic. De rebus ipsis vtere tuo iudicio: nihil enim impedio.
Nihil impedit quominus. Cic. 1. de Finib. Quúmque nihil impedit quominus id quod maximè placet, facere possimus.
Quæ obstant & impediunt remouere. Cic. 4. Acad.
Impedire ab. Plin. lib. 10. cap. 63, Non impedit partus quasdam ab opere. De equabus loquitur.
Ab delectatione omni negotio impediri. Cic. pro Murena.
Lacrymæ, dolórque impediunt loqui. Ouid. 9. Metam.
Impedire amplexu aliquem. Ouid. 2. Metam.
Impediri fletu. Cic. ad Atticum, lib. 3. 50.
Impedior luuore. Brutus ad Cic. lib. 11. 10, Quod isti ne faciãt, summa malevolentia & luuore impediuntur.
Malis domesticis impediri. Cic. pro Sextio.
Impediri ætate & morbo. Cic. 5. Verr. Et 1. de Finib.
Impediri negligentia, studiis, occupationibúsve. Cicero 1. Officiorum.
Impediri occupatione, Vide OCCVPO.
Pudore impediri. Cic. 4. de Finib. Tum ego, Non me hercule solere remeré contra Stoicos: non quo illis admodum assentiar, sed pudore impediorita multa dicunt quæ vix intelligam.
Impediri religione, Detineri, arceri. Sulpit. ad Cic. lib. 4. 12. Cæs. 5. bel. Gal. Partim quòd insuetus nauigandi mare timeret, partim quòd religionibus sese diceret impediri. Cic. 6. Verr.
Impediri vinculis. Cic. 1. de Diuinat.
¶Fræuis impediuntur equi. Id est fræuantur. Ouid. 2. Fast.

Impeditus, pen. prod. {ἐμπόδιος} Nomen ex participio: vt Impeditissimæ syluæ. Cæsar 8. bel. Gall.
Animus libidini deditus, amore, desyderio, cupiditare, sæpe nimia copia, inopia etiam nonnunquam impeditus. Cic. pro Cælio.
Iter impeditum. Strat. 4. Sylu. 3.
Impedita nomina apud Ciceronem sunt, quæ non sunt expedita. Vide Expedita nomina, in NOMEN.
Impeditior pugna. Liu. 4. bel. Pun.
Impedita studia. Plin. epist. 150.
Tempora Reipublicæ impedita. Cic. in Pisonem.
¶Irretitus, impeditus, constrictus, quibus opponitur Promptus. Cicero

Cic. pro Milone, Quid minùs promptum ad pugnam, quàm penula irretitus, rheda impeditus, vxore penè constrictus esse?
Vinctus, constrictus, & impeditus. Cic. de Arusp. resp.
Impeditissimus ad iter faciendum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13.
Occupatum impeditúmque hunc amores tenent. Cic. pro Cælio.

Impeditio, Verbale {ἐμπόδισμός} Detentio, occupatio. Cic. 1. de Diuinat. Viget enim animus in somniis, libérque sensibus ab omni impeditione curarum iacente & penè mortuo corpore.

Impedimentum {ἐμπόδιον} Aliud verbale, Dicitur quo quis impeditur, vt non perficiat quod cupit. Terent. And. 4. 2,
Proinde hinc vos amolimini. nam mihi impedimento estis.
¶Inferre moram & impedimentum alicui. Cic. 1. de Inuent.
Legitimum impedimentum, Vide LEX.
Impedimentum pati. Plin. epist. 12. lib. 2. Vide PATIOR.
Esse impedimento. Cic. pro Corn. Balbo. Et ad Attic lib. 10. 108, Superabat impedimenta naturæ, diligentia, industriáque Demosthenes. Idem 1. de Orat.
¶Impedimenta, in exercitu dicuntur res quæ conducuntur in expeditione necessariæ. Et non solùm farcinæ, sed etiam iumenta, impedimẽta dicuntur. vt docet Frontinus in libro Strategematon, scribens fuisse interfecta à Perreio impedimenta in magna aquarum & pabuli inopia. Curtius, Magno consilio tacturam farcinarum, impedimentorúmque contempsit. Cæsar 1. bel. Gal. Alteri ad impedimenta & carros suos se contulerunt. Cic. 6. Verr. Etiam erat inimica improborum, quæ C. Catonis illius, qui Consul fuit, impedimenta retinuit.
Abdere impedimenta. Cæsar 7. de bel. Gal.
Collocare impedimenta. Cæsar 2. de bel. Gall.
Ditipere impedimenta. Cæsar 2. de bel. Gall.
Exuere impedimenta. Cæsar 7. de bel. Gall.
Potiri impedimentis. Cæsar 2. bel. Gall.
Recipere impedimenta. Cæsar 7. de bel. Gall.
Reliquere impedimenta. Cæsar 3. de bel. Gall.

Impello, impellis, impuli, pen. corr. impulsum {ὠθίζω, ὠθέω, μείω, ἐπιῤῥώννυμι, ἐπιτείνω, ἐπείγω} impéllere, Inducere, incitare vel vrgere, præsertim magna vi. Virgil. 4. Æneidos,
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos. Cic. pro Cluentio, Præcipitátem igitur impellamus, inquit, & perditum prosternamus.
Impellere atque hortari, pro Incitare aliquem ad aliquam artem. Cic. 1. de Orat.
Impelli atque incendi ad aliquid faciendum. Cic. de Clar. Orat.
Impelli vt. Terent. And. 3 2,
Non impulit me hæc omninò vt crederem. Cic. de Senect. Nec me solùm ratio ac disputatio impulit vt ita crederem.
Impellere ad scelus. Cic. pro Rosc. Amerino, Luxuries igitur hominem nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt.
Ad nullam rem vnquam impelletur. Cic. 4. Acad.
Impellere seruum ad accusandum dominum. Cic. pro Deiot.
Ad bellum barbaros impellere. Cic. pro Sylla.
Ad facinus non videtur hominem illum impulsura vtilitas. Cic. Bruto, 6.
Ad iniuriam faciendam animum alicuius impellere. Cic. pro Flac.
Ad iram impellere. Horat. de Arte.
Ad quoduis maleficium hominem impellit auaritia. Author ad Heren. lib. 2.
Impellere in fraudem. Cic. pro Milone. Et pro Deiotaro, Se à te corruptum, tuis promissis in fraudem impulsum esse confessus est?
Impelli in fugam. Cic. pro Rab. perduel. reo.
Impellere in eam mentem. Cic. pro Milone, Postremò nisi eum dij immortales in eam mentem impulissent, vt homo, &c.
Impellere in sermonem. Cic. 2. de Orat. Si cognossemus quæ te causa in sermonem impulisset.
Impellere in spem. Cic. in Catil. Qui etiam nõnullos agrestes homines tenues, atque egentes in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt.
Impellere in spem certissimam Consulatus. Cic. ad Brutum, 10.
Impellere animos in spem metúmque. Liu. 7. bel. Pun.
Natura impellimur, vt prodesse velimus quàm plurimis, in primísque docendo, rationibúsque prudentiæ tradendis. Cic. 3. de Finib.
Cuncta impellere pugnâ. Valer. 5. Argon.
Impetus animorum impellere, & Reflectere, contraria. Cic. 2. de Oratore.
Sensus impellere. Lucret. lib. 4.
Impellere volũtatem quo velis, & Vnde velis deducere, contraria. Cic. 1. de Orat.
¶Impellere plaustrum in terram. Cato cap. 5, Terram cariosam caueto ne ares, néve plaustrum, néve pecus in eam impellas. Plin. lib. 17. cap. 5, Catonis verba referens sic habet, Cato breuiter atque ex suo more vitia determinat, Terram cariosam caue: néve plaustro, néve pecore impellas.
¶Impellere, Contorquere. Virgil. 1. Æneidos,
-cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus. Quasi in rem quæ facilè ediditui. Seruius.
Zephyris impellentibus vndas. Virgil. 4. Georg.
¶Impellere, Labefactare. Plin. lib. 33. cap. 11, Immenso & Achaicæ victoriæ momento ad impellendos mores.
¶Impellere mugitibus auras. Ouid. 3. Metam.
¶Impellere, Loco pellere. Liuius, Impulsa frons prima: & trepidatio subsidiis illata.

Impulsus, Participium {ὠθισμένος} Terent. And. 1. 1,
-hac fama impulsus Chremes,
Vltrò ad me venit.
Conscientia ad fatendum impulsus. Quintil. lib. 5. cap. 15.
Furiis impulsus. Virgil. 10. Æneid.
Impulsa acies, Vide ACIES.
Chordas tentauit impulsas pollice. Ouid. 10. Metam.
Sagitta neruo impulsa per nubem. Virgil. 12. Æneid.
Impulsum bellum. Lucan lib. 5, -nobis victoria turbam
Non dabit: impulsi tantum quæ præmia belli
Auferat. Translatio sumpta à calumnia, quæ quum semel concussa fuerit, facilè euertitur: Impulsi igitur, id est præcipitis & quasi peracti. Budæus. Cicero affectum bellum vocat.

Impulsus, huius impulsus {ὠσμός, ἔπαφος} Cic. 2. de Nat. deor. Is autem ardor non alieno impulsu, sed sua sponte mouetur. Cæsar 5. bel. Gal. Ne ciuitas eorum impulsu defeceret.
Impulsu tuo, suo, vestro, Hoc est, ductu & suasu atque horationibus. Cic. pro Rosc. Amer. Idem 3. Verr. Impulsu tuo & tua crudelitate fecisset.
Impulsu vestro loquor. Cic. 3. de Orat.
Impulsu Pisonis Consulis. Cic. ad Attic. lib. 1. 9.
¶Impulsus seutorum. Cic. pro Cecinna, Etsi non solùm impulsu seutorum, neque conflictu corporum, neque, &c.
Impulsu primo moueri. Cic. 1. Tusc. Id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne cælum, omnísque natura consistat necesse est, nec vim vllam nanciscatur, qua primo impulsu moueatur.

Impulsio, Verbale {ὠσία.} Cic. 2. de Inuent Impulsio est quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur: vt amor, iracundia, ægritudo, &c.
Inductio & impulsio in hilaritatem. Cic. 3. de Orat.

Impulsor, impulsoris {ὠστής} Qui incitat & impellit ad aliquid faciendum. Terent. Eunuch 5 6,
Here, ne me spectes: nec impulsore hæc non fecit.
Suasor & impulsor profectionis meæ. Cic. Attico, lib. 16. 334.
Impulsor atque adiutor. Cic. de Prouinc. Consul.

Impulstrix, ab impellendo Nonius dici probat eadem forma, qua tonstrix, curatrix, affestrix, &c.

Impendeo, impendes, impendi, impensum {ὑπερέχω, ὑπερκρέμαμαι} impendere, pen. prod. Est aliquid supra caput (vt ait Valla) veluti casurum pendère. vt Nubes impendent. Cic. 1. de Finibus, Accedit etiam mors, quæ quasi saxum Tantalo, semper impendet. Idem 5. Tusc.
Impẽdebat mons altissimus, vt facilè perpauci prohibere possent. Cæsar 3. bel. Gal. Montésque qui impenderẽt, à maxima multitudine Sedunorum ac Veragrorum teneri.
Impendère, per translationem. Cic. de Amic. Hæc ita multa quasi fato impendère amicitiis: vt omnia subrerfugere, non modò sapientiæ, sed etiam fœlicitatis diceret sibi videri.
Impendere & imminere. Cic. pro Domo sua, Impendebat fames, incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis.
Adesse & impendère. Cic. ad Plancum, lib. 4. 14, Vt ea quæ partim iam adsunt, partim impendeant, moderatè feramus.
Adesse atque impendere mala videntur. Cic. pro Quintio.
Quæ aderant iam & impendebant depellere. Cic. pro Milone.
Impendere fatum aliquod, aut instare iam planè, aut certè iam appropinquare Cic. 2. in Catil.
Quid illi impendeat, ex aliqua re suspicari. Cic. pro Cluentio.
Acerbitas impendet omnibus. Cic. Cælio, lib. 2. 15.
Arbor impendet ædibus, & in ædes. Vlp. in l. 1. D. de arbor. cædend.
Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet.
Contentio impendet. Cic. Attico, lib. 2. 37.
Magnæ impendent discordiæ. Cælius Ciceroni, lib. 8. 14.
Impendent formidines ab nostris magistris. Cic. 7. Verr.
Tanta malorum impendet *ἰλιὰς*. Cic. Attico, lib. 8. 155.
Iudicia reliqua impẽdent, nondum est planè expeditum. Cic. Att. lib. 4. 85.
Impendent te mala. Terent. Phorm. 1. 4,
Ira nunc imparatum subitò tanta te impendent mala. Id est, propediem euentura tibi sunt.
A superis nulli impendent metus. Cic. 1. de Nat. deor.
Impendet procella Reip. Cic. de Arusp. resp. Tum vidi ac multò antè perspexi, quãta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella Reipublicæ.
Infiniti sumptus impendent in hos exercitus, quibus defendimur. Cic Bruto, 18.
Inuidiæ tempestas quanta nobis impendet. Cic. 1. in Catil.
Impendet belli timor. Cic. Cælio, lib. 2. 10.
¶Impendet negotium, Vrget, instat. Cic. ad Attic. lib. 2. 34.
Impendet cura pectori meo. Plaut. Epid. 3.

Impendens, Participium {ὑπερκρεμάμενος} Plin. lib. 18. cap. 35, Quinimmo & harundinem nonnisi impendente pluuia feri iubent. Sic Impendens dolor. Cic. 1. de Finib.
Impendentium montium altitudines. Cic. 2. de Nat. deor.
Ruina impendens Ouid. ad Liuiam.

Impendium, Impendiosus, Vide IMPENDO.

Impendo, impendis, impendi, impensum {ἀναλίσκω, ἀναλίσκομαι} impendere, pen. corr. In aliquam rem insumere. Plin. epist. 249, In aquæductu domine, Nicomedenses impenderunt HS. XXX. CCC. XXIX. qui imperfectus adhuc relictus.
Impendere de suo. Liu. 6. ab Vrbe.
Biennium impendere alicui rei. Quintil. ad Tryphonem, Quibus componendis (vt scis) paulo plus quàm biennium impendi.
Curam impendere alicui rei. Colum. in Præfat. lib. 1, Torgeneribus ficorum sic vt rosariis impẽderet curam, quam à plerisque etiam maiora negligantur.
Laborem impendere studiis. Plin. epist. 49.
Impendere laborem in fœdere faciendo. Cic. 7. Verr.
Opus impendere verbis, pro Operam dare. Seneca epist. 76.
Operam impendere intra tectum. Colum lib. 12. cap. 1.
Impendere duplicem operam. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 11. Vide OPERAM.
Pecuniam impendere in res aliquas. Cic. 6. Verr.

Studia iuuenibus erudiendis impendere. Quintil. in Prooem. lib. 1.
Sumptum impendere ad incertum casum. Cic. 5. Verr. Ad incertum casum & euentum certus quotannis labor & certus sumptus impenditur.
Tempus studiis impendere. Plin. epist. 106. lib. 6.
Vitam impendere famæ. Stat. 5. Sylu. 1.
Tota volumina in disputationem impendere. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Impensus, Participium {δεδεπανημένος.} vt Impensum pretium. Cic. ad Att. lib. 14. 309. Scribis enim esse rumores, me ad lacum quod habeo vēditurum, minusculam verò villam vtique Quinto traditurum, vel impenso pretio, quò introducatur, vt tibi Q. filius dixerit, dotata Aquilia. Cæs. 4. bel. Gal. Quinetiam iumentis, quibus maximè Galli delectātur, quæque impenso parant pretio, Germani importatis non vruntur. Id est soluto, vt quibusdam placet. Alij magno interpretantur. In Ciceronis exemplo Paulus Manutius interpretatur, impenso, non soluto.
Ætas impensa labori. Lucan. lib. 2.
Preces impensæ, pro vehementibus, apud Sueton. in Tiberio.
Libido impensa. Lucret. lib. 5. Id est, magna.
Impensa voluntas, vt Propensa. Prima eius oratio fuit excusantis, quòd tanto minoribus copijs ipse veniſſet, quàm pro opinione hominum, id fuæ impensæ erga eos voluntatis maximum debere iudicium esse.

Impensus, Nomen ex participio {δαπανητὸς} Actus affluens, quasi in quem multæ impensæ fiunt. Plaut. Capt. 13,
Væ misero illi, cuius cibo ille factus est impensior.
¶Impensus, Grauis, intolerabilis, molestus. Plaut. Bacch. 7,
Pol quidem, meo animo, ingrato homine nihil impensius est.
Cura impensior, Hoc est maior, vehementior. Ouid. 2. Metam.
Damnum impensius. Gell. lib. 20. cap. 1. Hoc est, maius.

Impensa, impensæ {δαπάνη, χρημάτων} Sumptus. Cælius ad Ciceronem, lib. 8 1, Ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam. Cicero 5. Verr.
Magna impensa.
Ingentes impensæ, Vide INGENS.
Largior impensa. Colum. lib. 2. cap. 2. non ita procul à fine.
Leuis impensa. Ouid 2. de Arte.
Profundæ impensæ. Claud 3. Paneg.
Cruoris impensa. Ouid. 8 Metamorphoseos,
-melius sine cæde, moráque,
Impensáque sui poterit superare cruoris.
Impēsas agere in rem aliquam. Cic. Anteq. iret in exil. Qui neque tanta valetis authoritate, neque tātorum officiorum impensam egistis in patriam.
Ad impensas angebatur regis animus, Vide ANGO.
Impensas facere. Cic. Anteq. iret in exil. Iure igitur quoniam & maior impensa in patriam officij facta est, quàm in priuata sit defensione, &c.
Parcere impensæ, Vide PARGO.
Cœnarum impensis venari suffragia. Horat. 1. epist. 20.
¶Impensa, Beneficium. Martial. lib. 1. epigr. 4,
Impensis vitam principis annumeres.

Impensè, Aduerbium {σφόδρα} Valde, admodum. Plaut. Epid. 11, Est impensè improbus. Terent. Adelph. 5. 9, Impensè cupere. Gell. lib. 18. cap. 7, Iulius Paulus poeta vir bonus, & rerum, literarúmq; veterum impensè doctus. Terent. Eunuch. 3. 1, Impensè inuidere. Liu. 10. bel. Maced. Impensè regnum affectare.

Impensus {σφοδρότατος} Abundantius, vberius. Plin. lib. 6. epist. 30, Quo impensius rogo vt timori meo quotidie singulis, vel etiam binis epistolis consulas. Liu. 4. ab Vrbe, Multo impensius accendi.
Impensius vror. Catul. ad Lesbiam, epig. 67.

Impendium, impendij {δαπάνη} Idem significat quod impensa. Plin. Iunior lib 4. epist. 13. ad Corn. Tacitum, Ego mihi curam tantùm & impendium vendico. Idem lib. 10. epist. 17, Nunc Reip. Prusensium impendia, reditus, debitores excutio. Cic. de Claris Orat.
Sine impendio. Cic. pro Quintio, Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio.
Conferre impendia in educationem. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Deducere impendia ex dote. Neratius in l. quod dicitur. D. de impensis in rebus dotalibus factis.
Ad assem impendium reddere, Vide AD præpositionem.
Impendium, ait Varro de Ling. Lat. lib. 4. sub finem, quod in sorte accedebat, appellatum est: quæ vsura dicta est, quòd ad sortem vsu accederet. Hæc ille. Cic. de Clar. Orat. Seremus igitur aliquid tanquam in inculto & derelicto solo, quod ita diligēter colemus, vt impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris, modò idem noster animus efficere possit quod ager, qui quū multos annos quieuit, vberiores efferre fruges solet. Hoc est, vt interpretatur Corradus, munus quod largè & liberaliter nobis dedisti, vsura quadam maius facere, & ita tibi reddere possimus. Idem ad Att. lib. 6. epist. 1, Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius: itaque aut tutela cogito me abdicare, aut (vt pro Glabrione Scæuola) fœnus & impendiū recusare. Quem locum sic interpretatur Manutius: Pro Glabrione pupillo tutor Scæuola fœnus & impendium recusauit aduersus creditores pupilli. ita ego alterum duorum faciam, vt tutelam regis mihi à Senatu traditam renuntiem ac deponam: aut aduersus eius creditores fœnus & impēdium recusem. Corradus verò sic: P. Mutius Scæuola M. Acilij Glabrionis auus, quum ipsum Glabrionem socordem videret, fœnus & impendium recusauit, vtilitatem & damnum reiecit. Hoc est, vt aiunt, se nec bene nec malè interposuit.
¶Impendia, Tributa quæ principi penduntur à populo. Statius 3. Sylu. 3, -partæque per omnes
Diuitiæ populos, magnósque impendia mundi. De Hetrusco loquitur, cui mandata erat Imperatorij ærarij cura.

Impendiosus, pen. prod. {δαπανηδὴς} Qui plus æquo impendit, & consumit quàm par est. Plaut. Bacchid. 7,
Nimio præstat impendiosum te, quàm ingratum dicier.

Impendiò, Aduerbium intendendi {πλεῖστον} Idem quod impensè, valde, apprimè. Gell. lib. 1. cap. 2, Sed loquacior impendiò & promptior.
Idem lib. 11. cap. 18, Quoniam videbantur impendiò acerbiores.
Impendiò magis, pro Multo magis. Terent. Eunuch. 3. 5,
-impendiò magis animus gaudebat mihi. Cic. Attico, lib. 10. 195, At ille impendiò nunc magis odit Senatum.
Impendiò minus. Plaut. Aulul. 3,
Atque ille verò minus minúsque impendiò
Curare, minúsque me imperrite honoribus.

Impenetrale, pen. prod. {ἄδυτον} inquit Festus, cuius vltimum penetrale intrare non licet.

Impenetrabilis, & hoc impenetrabile, pen. corr. {ἀπρόσιτος} Quod penetrari non potest. Liu. 2. bel. Pun. Et quum auersi, ac diuersō latè agmine à tam multis simul venientibus haud sanè impenetrabiles essent, in littus passim naues egerunt.
Armis impenetrabilis. Stat. 3. Thebaid.
Mens impenetrabilis iræ. Sil. lib. 17.
Pudicitia impenetrabilis. Tacit. lib. 4.
Impenetrabilis ferro silex. Liu. 6. bel. Maced.
Impenetrabile tergus ad. Plin. lib. 8. cap. 25.

Impennatas {ἀπτέρους} agnas in Saliari carmine veteres pro spicis vsurpantur, quæ non habent aristas. agnas enim nouas voluerunt intelligi. Festus.

Impensa, impensæ, Vide IMPENDO.

Impensibilis, & hoc impensibile, pen. corr. {ἀκατανόητος} Idem quod inconsyderabilis. Gell. lib. 11. cap. 5, Omnisúmque rerum fidem veritatémque, mistis confusísque signis, veri atque falsi, ita impensibilem videri aiunt, vt quisquis homo est, &c. Alia exemplatia habent incomprehensibilem.

Impensus, Impense, Vide IMPENDO.

Imperator, Imperatrix, Vide IMPERO.

Imperceptus, Adiectiuum {ἀκαταλήπτος.} Gell. lib. 14. cap. 1, Minora maioribus imperceptiora.

Impercito {ἀνύω} Id est parcito, futurum ab imperatiuo. Festus.

Impercussus, Adiectiuum {ἄλυτος.} vt Pedes impercussos mouere, Id est sine strepitu. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

Imperditus, pen. corr. {ἀόλητος} Adiectiuum. Virgil. 10. Æneidos,
Et vos ô Graiis imperdita corpora Teucri. Vbi Seruius, Imperdita corpora Graiis, Quos Græci perdere nequiuerunt.
Pectora imperdita. Stat. 3. Thebaid.

Imperfectus, Adiectiuum {ἀτελὴς, ἀκατάρτιστος} Nōdum absolutus & perfectus. Virgil. 3. Æneidos, -pars imperfecta manebat.
Opus imperfectum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.
Sermonis verba imperfecta. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.

Imperfossus, Adiectiuum {ἀκατόρυκτος} Non perfossus. Ouid. 12. Metamorphoseos, -manet imperfossus ab omni
Inque cruentatus Ceneus Elateius ictu.

Imperiosus, Vide IMPERO.

Imperitus, pen. prod. Adiectiuum {ἀπαίδευτος, ἀμέτοχος} Non expertus, inquit Donatus. Infcius, ignarus, rudis, indoctus. Plaut. Trinum. 10, -pernoui
Equidem Lesbonice imperitum tuum ingenium admodum. Terentius Eunuch. 5. 2,
Non adeo inhumanō ingenio sum Chærea,
Neque tam imperita, vt quid amor valeat, nesciam.
Imperitus & Callidus, contraria, quemadmodum Rudis & Astutus. Cic. pro Rosc. Comœdo.
Imperitū vulgus, Imperita multitudo. Cic. 3. Verr. Vt nomine ipso & memoria patris, animos imperitæ multitudinis cōcitarem. Plin. lib. 34. cap. 14, Quod imperitum vulgus appellat ferrum viuum.
Imperitus & indoctus. Cic. in Partit. Sin apud indoctos imperitósque dicemus.
Imperitus rerum. Terent. And. 5. 4,
-rúne hic homines adolescentulos,
Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?
Homo omnium rerum imperitus, quærit quid sit ad perpendiculum. Cic. 3. Verr. Idem 4. Tusculanarum,
Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimet. Ex vetusto poeta.
Sermo imperitus. Cic. in Orat.
Imperitos expérsque linguæ Græcæ. Plin. lib. 29. cap. 17.
Imperitus ad eam rem. Plaut. Milit. 12,
Adsunt fabri, architectíque, eam quidem ad rem haud imperiti.

Imperitia, imperitiæ {ἀπαιδευσία, ἀμετοχία.} Plin. lib. 17. cap. 2, Contra Circium serere imperitia existimatur.

Imperitè, pen. prod. {ἀμαθῶς} imperitius, imperitissimè, Aduerbium, Indoctè. Cic. de Claris Orat. Dicebat enim L. Scipio non imperitè. Idem pro Corn. Balbo, Quid enim potuit dici imperitius, quàm fœneratores populos fieri fundos oportere? Ibidem, Sed quàm est illud imperitissimè dictum de populis fundis, quod commune liberorum est populorum, &c.

Imperito, Imperium, Vide IMPERO.

Imperiuratus, penult. prod. Adiectiuum {ἀώμοτος} Non peieratus. vt Amnis aquæ imperiuratæ, id est Styx, per quam dij iurātes nunquam peierabant. Ouid. in Ibin.

Impero, imperas, penul. corr. {ἀρχῶ, ἄρχω, ἀρχηγετῶν, κελεύω, ἐπιτάσσω, προστάττω} imperāre, Iubere. Dictum ab In, intentiua particula, & Paro, quasi statim paro, vel prorsus paro. Terent. And. 3. 2,
Non imperabar coràm quid opus facto esset puerperæ. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10, Sed tamen omnia mihi imperas.
Imperare, plus est quàm Iubere. Terent. Eunuch. 2. 3, Iubeo, cogo, atque impero. Vbi Donatus, Euidenter plus esse Imperare, quàm iubere.
¶Imperare, pro Parēre. Sallust. in Iugurtha, Igitur Iugurtha vbi armis virisque & pecunia spoliatus est, dum ipse ad imperandum Tisdrum vocaretur, rursus cœpit flectere animum suum, & ex mala conscientia digna timere. Ad imperandum, passiuè dixit, id est ad parendum,

parendum, & ad imperata Metelli facienda. Cic. ad Pætum, libro 9. epist. 25, Nunc ades ad imperandum, vel ad parēdum potius sic enim antiqui loquebantur. Id est, ades, vt tibi imperem.
Imperare & Obedire, contraria. Cic. 2. Tusc. Hæc vt imperet illi parti animi quæ obedire debet, id videndum est viro. De virtute.
Imperare & Parēre, contraria. Cic. 2. Tusc. Reliquum est vt rute tibi imperes, quanquam hoc nescio quomodo dicatur, quasi duo simus vt alter imperet, alter pareat: non inscitè tamen dicitur.
Qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est: & qui modestè paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. Cicero 3. de Legibus.
Parcius imperare. Stat. 1. Sylu. 5.
¶Imperare animo nequiui, quin prius quàm perirem, cur perituros essem, scirem. Liu. 4. bel. Maced.
Aruis imperat agricola. Virgil. 1. Georg. Seruius, Aruis imperare, Id est, vt tantum ferant quantum desyderat agricola.
Cupiditatibus imperare, cui contrarium est Seruire cupiditatibus. Cic. de Amicit. In talibus ea, quam iandudum tractabamus, stabilitas amicitiæ confirmari potest, quòm homines beneuolentia coniuncti, primùm cupiditatibus iis quibus cæteri seruiūt, imperabunt.
Dolori imperare, Vincere dolorem, & patienter ferre. Plinius epist. 172.
Omnibus gentibus & nationibus terra marísque imperare. Cic. pro Lege Manilia.
Fortiter imperat iræ. Ouid. 9. Metam.
Excruciatum imperare alicui lacrymis. Plaut. Cistel. 2. Id est, excruciare lacrymis.
Liberis imperare: Id est, regere liberos, inquit Donatus. Terent. Adelph. 1. 1.
Nobismetipsis vt imperemus quum præcipitur, hoc præcipitur vt ratio coerceat temeritatem. Cic. 2. Tusc.
Sibi imperare. Terent. Eunuch. 2. 2,
-imperaui egomet mihi Omnia assentari.
Imperare sibi silentium. Plin. lib. 28. cap. 6.
Vrbi imperare. Lucan. lib. 2.
¶Imperare tributum dicitur princeps, quando subditos imperio cogit ad dandas pecunias, tributū, milites, & id genus. Plaut. Epid. 5, At tributus quum imperatus est, negant pendi potesse. Sic Imperare pecuniam, Cic. 7. Verr. & 4. Bitus ad Ciceronem, lib. 11. 10, Sed neque Cæsari imperari potest, nec Cæsar exercitui suo. Cic. pro Lege agraria, Imperabitur aliquid muneris, non recusabunt.
Imperare arma. Cæsar 1. bel. Ciuil. Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, pecuniæ, &c.
Imperare equites ciuitatibus. Cæsar 6 bel. Gal.
Pro portione aliquibus frumentum imperare. Cic 7. Verr.
Frumentum in cellam. Cic. 1. Verr. Queritur tota Sicilia C. Verrem ab aratoribus, quum frumentum sibi in cellam imperauisset, &c.
Munus aliquod imperare. Cic 7. Verr
Naues imperare. Cic. 7. Verr. Superiorum Prærorum consuetudo quum hæc fuisset, vt naues ciuitatibus, certúq; numerus nautarum, militúmque imperaretur & maximæ & locupletissimæ ciuitati Mamertinæ nihil horum imperauisti.
Obsides imperare. Cic. pro Lege Manilia, Idem Creticis, quum ad eum vsque Pamphyliam legatos deprecatorésque misissent, ispem deditionis non ademit, obsidésque imperauit.
Imperare obsides ciuitatibus. Cæsar 7. bel. Gal.
Pecuniam ad. Cic. 4. Verr. Singulis Censoribus denarij trecenti ad statuam Prætoris imperati sunt.
Pecuniam in remiges imperare. Cic. pro Flacco.
Imperare cœnam famulo. Cic. pro Rosc. Amerino, Nonnunquam etiam puerum vocaret, credo cui cœnam imperaret.
Imperare nuptias alicui. Quintil. lib. 7. cap. 2.
¶Imperare, pro Velle. Terent. Andria,
Animo iam nunc otioso esse impero. Vbi Donatus, Impero pro volo. an vr statim fiat tanquam illud quod imperauī? Et impero dixit superbè summum enim indicium securitatis est superbia.
¶Imperor, pen. corr. Passiuum. Horat. 1. epist. 5,
Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non
Inuitus. Ratum est.
Malo imperari, quàm eripi mortem mihi. Seneca Thebaid. 1.

Imperatus, pen. prod. Participium {προστεταγμένος.} Vnde Imperato ablatiuus, pro Quum imperatum esset.
Imperata facere. Cæsar 2. bel. Gal.
Imperata facere, datiuo iūctum. Liuius, Qui quum in pace essent, imperatáque prioribus Consulibus fecissent.

Imperatiuè, Aduerbium, Vide Precatiuus, in PRECOR.

Imperito, imperitas, pen. corr. {ἀσχημονῶ} imperitāre, Frequētatiuum. Plaut. Capt. 5,
Quod antehac pro iure imperitabam meo.
Imperitare & Seruire, contraria. Horat. 2. Serm. satyr. 7,
Tu mihi qui imperitas, aliis seruis miser.
Equis imperitare. Horat. 1. Carm. ode 15.
Reges magnis qui gentibus imperitarunt. Lucret. lib. 3.
Magnis legionibus imperitare. Horat. 1. Serm. satyr. 6.
Rem æquam imperito. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Imperitandi parum prudentes. Colum. lib. 13. cap. 1.
Imperitando, seruiendóque vicissim. Plin. lib. 6. cap. 29.

Imperator, pen. prod. imperatoris {βασιλεὺς, αὐτοκράτωρ, στρατηγὸς, ἀρχηγὸς} Qui imperat. Plaut. Capt. 6,
Equidem, si perinde, vt ipse fui imperator familiæ, &c.
Imperatores, Ductores exercituum & præfecti copiarum militarium dicuntur apud historicos. Cicero pro Sexto Roscio, Solent hoc boni imperatores facere, quū prælium committūt. vt in eo loco, quò fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent. Idem 4. Philip. Sipontinus, Imperatores dicebantur, qui Senatus & Populi Romani iussu vel ductabant exercitus, vel prouincias administrabant, & sin-

guli duos legatos habebant, interdum plures. Plin. lib. 7. cap. 26, enumerans Pompeij laudes, Toties imperator antè quàm miles.
Imperator & administrator belli gerendi. Cic. 1. de Orat.
Imperator & miles. Cic. 2. Tusc. In primis laudabat illud quòd diceret, eosdem labores non esse æquè graues imperatori & militi, quòd ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorium.
Castrorum imperator, dúxque hostium. Cic. 1. in Catil.
Victor & imperator omnium gētium Populus Romanus. Cic. pro Domo sua.
Bonus & fortis imperator. Cic. 2. de Orat.
Exercitui præpositus est callidus & sapiens imperator. Cic. 1. de Inuent.
Inuictissimus imperator. Cic. 6. Verr.
In summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, authoritatem, fœlicitatem. Cicero pro Lege Manilia.
Imperator vitæ & necis. Plin. lib. 29. cap. 1, de medicis, Palámque est, vt quisque inter istos loquendo polleat, imperatorem ilico vitæ nostræ necísque fieri.

Imperatrix, pen. prod. imperatricis, Verbale fœmininum {βασίλισσα, ἡγεμονὶς.} Cic. pro Cælio, Deinde fortes viros ab imperatrice in insidiis atque in præsidio balneatum locatos.
Imperatrix Italia. Plin. lib. 26. cap. 3.

Imperatorius, Adiectiuum {στρατηγικός, βασιλικὸς} Quod ad imperatorem pertinet. vt
Imperatoria donatio. Cic. 5. Verr.
Imperatorius labor. Cic. 2. Tusc.
Imperatoria laus. Cic. 4. Acad.
Imperatorium ius. Cic. 3. Verr. P. Seruilius quæ signa atque ornamenta ex vrbe hostium & virtute capta, belli lege atque imperatorio iure sustulit, ea Pop. Romano asportauit.

Imperium, imperij {στρατηγία, βασιλεία, ἐπιτροπεία, ἡγεμονία} Iussus & veluti præceptum imperatoris. Virgil. 1 Æneidos,
-tempestatésque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat. Idem, Imperio læti parent.
Satis pro imperio, quisquis es. Id est imperiosè, Donatus. Terent. Phorm. 1. 4.
Arbiter imperij. Ouid. 5. Trist. eleg. 3.
Durities imperij. Tacit. lib. 17.
Imperium facile in bonis. Plaut. Milit. 10,
Facile est imperium in bonis.
Lenia imperia. Horat. 1. epist. 19.
Lusorium imperium, Vide LVDVS.
Perseuerum imperium. Tacit. lib. 15, Idque pluribus probabatur qui in tāta vitiorum dulcedine summum imperium nec restrictum, nec perseuerum volunt.
Precarium seni imperium, & breui transiturum. Tacit. lib. 17.
Restrictum imperium. Tacit. lib. 15.
Imperium est in te mihi: Hoc est, tibi imperare possum. Plautus Menæch. 2. 2.
Imperium tuum est apud nos. Plaut. Milit. 16. Hoc est, meminimus quid tu nobis imperaueris.
¶Abnuere imperium, Vide ABNVO.
Accipere imperia. Tacit. lib. 18. Vide ACCIPIO.
Accipere imperium. Liuius, Perculsæ ciuitates minores imperiū acceperunt. Impositō stipendio paruerunt.
Capessere imperia, Vide CAPESSO.
Imperium alicuius demutare. Plaut. Menæch. 17,
Sed quis hic est, qui capillo me hinc de curru deripit,
Imperium tuum demutat, atque dictum Apollinis? Id est, contra imperium tuum agit.
Detrectare imperium. Curtius lib. 9, Oppidani detrectabant imperium, & clauserant portas. Id est, abnuebant, respuebant.
Eiurare imperium. Tacit. lib. 19, Præuenerat rumor eiurari ab eo imperium.
Imperium exequi, pro Facere quod est imperatum. Plaut. Amphitryone 4,
Nunc pergam heri imperium exequi, & me domum capessere.
Flectere durum mollibus imperiis. Horat. 1. Carm. ode 1.
Frangere imperium. Horat. 1. Carm. ode 35.
Habere imperium in belluas. Terent. Eunuch. 3. 1,
Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas?
Negligere imperium alicuius, Vide NEGLIGO.
Obtemperare imperio alicuius, Vide OBTEMPERO.
Parēre imperio. Virgil. 4. Æneid.
Rumpere imperium alicuius. Seneca Herc. fur. 1.
Rupto imperio. Tacit. lib. 13, Sed rupto imperio, postquam paucæ è proximis Castellis turmæ, &c.
Imperiis alterius seruire. Plaut. Trinum. 6,
Tuis seruiui seruitutem imperiis, & præceptis pater.
Sub alicuius imperio esse. Terent. Heaut. 2. 2,
Mater, sub imperio cuius est, mala.
¶Imperium, pro Dominio. Virgil. 1. Æneidos,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris. Cic. 1. de Lege agraria, His insignibus, atque insulis imperij venditis, &c.
Inimicissimus huic imperio, Vide INIMICVS.
Imperium sine fine. Virgil. 1. Æneid.
Continens imperium, Vide CONTINEO.
Infinitum imperium, Vide INFINITVS.
Labaos imperium. Claud. de bello Get.
Solenne imperium. Virgil. 12. Æneid.
¶Abrogare imperium, Vide ABROGO.
Absistere imperio. Tacit. lib. 8, Non tamen ita infregit animos eorum, vt absisterent imperio. Vide ABSISTO.
Agitare imperium, Vide Agitare, pro Administrare, in AGO.

Amittere imperium, Vide AMITTO.
Consociare imperium, Vide CONSOCIO.
Degustare imperium. Tacit. lib. 5, Et tu Galba quandoque degustabis imperium.
Elaborato à parentibus imperio contentus, Id est, magnis laboribus quæsito & parto.
Explere imperio triginta magnos orbes. Id est regnare annos triginta. Virgil.1.Æneid.
Fulgens imperio Africæ. Horat.3.Carm.ode 16.
Mandata & commissa imperia, Vide MANDO.
Fræna imperij moderari. Ouid.2.de Ponto, eleg.9.
Galliæ imperio potiri. Cæsar 1.bel.Gal.
Regere imperium. Virgil.1.Æneid.
Æternis imperiis res hominum gerere. Virgil.1.Æneid.
Tenere summam imperij. Cæsar 3.de bel.Gal.
Terminare imperium Oceano. Virgil.1.Æneid.
Tradere summam imperij. Cæsar 7.de bel.Gal.
Tractare imperium, Regere, administrare. Iustinus lib.1.de Semiramide, Hæc nec immaturo ausa tradere imperium, nec ipsa palàm imperium tractare, &c.
Comitia imperij transigit. Tacit.lib.17.
¶Imperium, Potestas. Vlpian.de iurisd.om.iud. Merum est imperium, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos, quod etiam potestas appellatur.
Consulare imperium, Vide CONSVL.
Accipere imperium in Hispaniam. Liu.Decad.3.lib.6, Adeo perditas res, desperatúmque de Repub.esse, vt nemo audeat in Hispaniam imperium accipere.
Duro imperio habitus populus. Tacit.lib.12, Móxque vulgus duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat.
Dura imperia exercere. Virgil.2.Georg.
Imminuere imperium. Liu.Decad.1.lib.8, Iussis ante tempus Consulibus abdicare se magistratu, quò maturius noui Consules aduersus tantam molem belli crearentur: religio incessit, ab eis quorum imminutum imperium esset, comitia haberi. itaque interregnum initum. Imminutum imperium dicit eorum, qui iussi erant magistratu se abdicare.
Imperij ius imminuere. Cic. Verr.6, Tritici modiûm LX.M. empta Populo Rom. dare debebât & solebât: abs te solo remissum est: Resp. detrimentum cepit, quòd per te imperij ius vna in ciuitate imminutum est.
Immutari imperio, Vide IMMVTO.
Inhibere imperium, Vide INHIBEO.
Iussi inire suffragium, ad vnum omnes non centuriæ modò, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispaniam iusserunt. Liu.Decad.3.lib.6.
Regium imperium pati. Seneca Medea, 4.
Pati imperium, Vide PATIOR.
Imperium alicuius perferre. Cæsar 5.bel.Gal. Tantum se eius opinionis deperdidisse, vt Pop. Romani imperia perferrent, grauissimè dolebant.
Proferre imperium suum, Id est ostendere potêtiam & vires suas, vel prorogare, dilatare, ampliare. Ouid.5.Metam. Tacit.lib.1.
Summo in imperio esse. Cic.2.de Finib. Virginem filiam sua manu occidit potius quàm ea P. Claudij libidini, qui tum erat summo in imperio, dederetur.
Cum imperio esse dicebatur apud antiquos, cui nominatim à Pop. Rom. dabatur imperium. Cum potestate esse, dicebatur de eo qui à populo alicui negotio præficiebatur. Hæc Festus. Cic.6.Verr. Quæ dico signa, antè quàm abs te sublata sunt, nemo Messanam cum imperio venit quin viderit. Vide CVM.
Cum imperio esse, Extra Vrbem manere. nam Vrbem ingredientes imperium deponebant. Cic. Attico, lib.7.epist.3, Nam quod putas vtilius esse, vel mihi quòd tutius sit, vel etiam vt Reipublicæ prodesse possim, me esse cum imperio: id coràm considerabimus quale sit.
Imperium, maius est quàm iurisdictio. Paul. in l. ea quæ magis. D. ad municipales, Ea quæ magis imperij sunt, quàm iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest.
Imperium apud Iurisconsultos duplex est. Vlpian. in l. imperium. D. de iurisd. omn. iud. Imperium aut merum, aut mistum est. Merum imperium est, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. Mistum est, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit: vt iurisdictio, iudicis dandi licentia.

Imperiosus, penul.prod. Adiectiuum {ὑπερήφανος} Qui imperium habet. Cic. in Orat. Cognoscat etiam rerum gestarum & memoriæ veteris ordinem, maximè scilicet nostræ ciuitatis, sed & imperiosorum populorum, & regum illustrium. Id est, qui multum imperarunt, apud quos maxima fuerunt imperia.
Imperiosa Dictatura. Liu.7.ab Vrbe, Eodem tenore duos insequêtes Consulatus gessit: eodem hæc imperiosa Dictatura geretur.
Æquor imperiosius. Horat.1.Carm.ode 14. Violentum, & cui obsisti non possit.
¶Imperiosus, Qui nimis seuerè imperat, quasi ostentator imperij. Cic. 2. de Finib. Verum randem censes Torquate imperiosum illum, si, &c. Plaut. Asin. 9, Nimis imperiosus est.
Imperiosus sibi, Qui sibi ipse imperat, qui vitæ suæ modum habet. Horat.2.Serm.satyr.7,
Quisnam igitur liber est sapiens, sibíque imperiosus.
Coniux imperiosa. Ouid. in Ibia.
Consul imperiosus. Cic. Post red. in Senatu.
Dura domina, imperiosa, vehemens cupiditas. Cic. in Parad.
Fames imperiosa. Ouid. ad Pisonem.
Imperiosissima & superbissima familia. Liu.9.ab Vrbe.
Imperiosa inedia. Plin.lib.29.cap.1.
Nimis imperiosi Philosophi est, vetare meminisse. Cic.2.de Finib.
Vis imperiosissima. Quintil.lib.6.cap.3.

Impermissus, Adiectiuũ {ἀπαράτητος} Illicitus: vt Gaudia impermissa, id est illiciti concubitus. Horat.3.Carm.ode 6.

Impersonalis, & hoc impersonale, pen. prod. {ἀπροσώπως} Vox est à Grammaticis ficta: quibus verbum impersonale dicitur, quod non habet personas. Vide Priscianum & alios Grammaticos.

Impersonaliter, pen.corr. Aduerbium. Florentinus in l.siue. D.de stipul. seruo. Siue mihi, siue sibi, siue conseruo suo, siue impersonaliter dari seruus meus stipuletur, mihi acquiret.

Imperspicuus, Adiectiuum, Incognitus, dubius, nõ perspicuus. Plin. Iunior lib.1.epist. Neque enim minus imperspicua, incerta, fallaciáque sunt iudicum ingenia, quàm tempestatum terrarúmque.

Imperterritus, penul corr. Adiectiuum {ἄφοβος} Qui nulla re terretur. Virgil.10. Æneidos,
-manet imperterritus ille.
Imperterritus equum impellebat. Sil.lib.7.
Mens imperterrita. Sil.lib.11.

Impertio, impertis, impertiui, impertitum {μεταδίδωμι} impertire, actiuum: vel Impertior, deponens. Impendere, partem dare, communicare, participem facere. Ex In & Partior compositum.
Calorem impertire. Cic.2.de Nat.deorum, Iam verò reliqua pars mundi ea & ipsa tota natura feruida est, & cæteris naturis omnibus salutarem impertit & vitalem calorem.
Diem festum alicui impertire. Cic.4. Verr. Tu Syracusanis vnum diem festum Marcellis impertiri vetuisti, per quos illi adepti sunt vt cæteros dies festos agere possint.
Dolorem suum alicui impertire. Cic.4 Verr. Verùtamen dolorem suum nemini impertiebat, Prætoris iniurias tacitè, hospitis placidè ferendas arbitrabatur.
Fortunas aliis impertiri. Cic.de Amicit. Quod faciendum, imitandúmque est omnibus, vt siquam præstantiam virtutis, ingenij, fortunæ consequuti sunt, impertiant eam suis, communicentque cum proximis.
Laudem impertire. Cic.pro Lege Manilia, Atque vt omnes intelligant, me L. Lucullo tantum impertiri laudis, quantum, &c.
Prudentiá suam ad salutem alicuius impertire. Cic.ad Att. lib.3.15, Nunc Pomponi quoniam nil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam, quòd aut in meipso, &c.
Salutem impertire. Cic.ad Attic.lib.2.27, Teréntia delectata est tuis literis: impertit tibi multam salutem.
Studium Philosophiæ impertire. Cic. 5. de Finib. In primísque vt aliquid suorum studiorum Philosophiæ quoque impertiat.
Tempus alicui rei impertire. Cicero, Huic rei aliquid temporis impertias.
¶Aliquem honoribus impertire. Plaut. Aulul.3,
Atque ille verò minus, minúsque impendio
Curare, minúsque me impertire honoribus.
Aliquem malis impertire. Terent. Adelph.3.2,
Sed cesso heram hoc malo impertire propere?
• Aliquem osculo impertire, Oculari. Sueton. in Nerone, cap.37.
Aliquem salute impertire, Salutare. Terent. Eunuch.2.2,
-plurima salute Parmenonem
Summum suum impertit Gnato.
Alterum rem aliquam impertire. Plaut. Milit.5,
-ar me impertí quod commentus es.
Alteri de re aliqua impertire. Cic.2.Offic. Sepe idoneis hominibus indigentibus, de re familiari impertiendum est, sed, &c.
¶Impertiri, passiuè. Cic.3.in Catil. Atque etiam viro forti Collegæ meo C. Antonio laus impertitur. Sueton. in Claud. Cæsar, cap. 4, Nec dubium est quid post hæc Augustus constituerit, & reliquerit eum nullo, præter auguralis sacerdotij, honore impertitum.

Imperturbatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀτάραχος} contrarium est Turbato. Plin.lib.2.cap.23, Imperturbata lux.
Ore imperturbato bibere venenum. Ouid.in Ibin.

Imperuius, Adiectiuum {ἀδιάβατος.} vt Amais imperuius, non vadosus. Ouid.9.Metam.
Freta imperuia. Valer.lib.4.Argon.
Itinera imperuia. Tacit.lib.3.

Impesco, impescis, impescere, Est (authore Festo) in lætam segetem, pascendi gratia immittere.

Impetigo, pen.prod. impetiginis, f.g. {λειχὴν} Fœdario cutis, serpens cum pruritu, quam alij scabiem siccam, asperam, & prominentem intelligunt. Alij morbum similem scabiei squammosum, corpúsque dehonestantem. Ab impetu nomen deductum. Plin.lib.23.cap.7, Hyberna caprificus in aceto cocta & trita, impetigines tollit.
Serpens molliter impetigo. Firmic.lib.6.cap.31.

Impetiginosus, pen.prod. Qui impetigine laborat. Vlpian. in l. Pomponius. D. de Ædil. edict. Trebatius ait, impetiginosum morbosum non esse: si eo membro vbi impetigo est, æquè rectè vtatur.

Impeto, impetis, pen. corr. impetiui, impetitum, pen. prod. {ἐπιβάλλω} impétere, Inuadere, adoriri. Apuleius, Iurgiis me oppido impetens. Varro 3. de Re ruftica, cap. 16, Itaque impetentes à se eiiciunt fucos, quòd hi, &c.
Flammis & sagittis impetens Cupido. Seneca Hippol.3.

Impetus, huius impetus, pen. corr. {ἐπιβολὴ, ἐφοδιασμὸς, ὁρμὴ, πρόσταξις, ὁρμὴ} Inuasio cum tumultu. Plin. de Viris illustr. Quum Tarquinios in vrbem restituere tentaret, & primo impetu Ianiculum cepisset.
Impetus animi. Cic.ad Plancium, lib.10.5, Vt tota mente, omnísque animi impetu in Remp. incumbas.
Impetus animi & voluntas. Cic.3.de Orat.
Non rectus animi impetus est libido. Cic.2.de Inuent.
Incursio atque impetus armorum. Cic.pro Cecinna.
Famæ impetus. Tacit. in vita Agricolæ.
Libidinum. Cic.1.de Finib.
¶Pituitæ. Celsus, Ante febrem si ex somno oculi caligant, aliquis impetus pituitæ timeri potest.

¶Acres

¶Acres & vehementes impetus. Plinius Iunior libro 2.epist 11.ad Arrianum, Adnotatum est experimentis, quòd fauor & misericordia acres & vehementes primos impetus habent, paulatim consilio & ratio ne quasi restincta consident.
¶Acer impetus. Lucret.lib.6.
Non auspicati impetus. Horat.3.Carm.ode 6.
Cæcus animi impetus, Vide CAECVS.
Efferæus impetus. Seneca Agamemn.12.
Furentes ac violenti impetus. Cic.2.de Arusp.resp.
Naturalis impetus. Quintil.lib.1.cap.3.
Impetus repentinus. Cic.pro Rosc.Amer.
Sæuus impetus. Horat.3.Carm.ode 1.
Sceleratus impetus delendi imperij. Cic.pro Cælio.
Violentus impetus. Seneca. Thebaid.2.
Viuidus impetus. Horat.4.Carm.ode 4.
¶Locus abuuit impetum, Vide ABNVO.
Abstrahere ab impetu, Vide ABSTRAHO.
Eunt equi quà impetus illos egit. Ouid.2.Metam.
Impetum & quandam commotionem animi affectionémq; suam verbis & sententiis amplificare. Cic.2.de Inuent.
Impetum capere in aliquem. Plin.lib.9.cap.30, In naufragos, vrinantésve impetum capit.
Impetus vlcerum coercet calx. Plinius libro 36.cap.24.
Colligare impetum furentis, Vide COLLIGO.
Comprimere impetum. Cicero de Arusp.resp. Omnem impetum gladiatoris, ferociámque compressi.
Continere impetum militum, Vide CONTINEO.
Contundere impetum alicuius, Vide CONTVNDO.
Conuertere impetum suum, Vide CONVERTO.
Horribiles impetus hostium deprecari. Cic.pro Fonteio.
Vasto impetu diruere aliquid. Horat.4.Carm.ode 14.
Discutere impetum. Plin.lib.22.cap.25, Farina ex hordeo & cruda & decocta, collectiones impetúsque discutit. Tradit Hermolaus impetus Plinio vocari, quas Inflâmationes & collectiones dicimus, Græci Phlegmonas.
Dare impetum in aliquid. Tacit.lib.2, Primus Cæsar cum prætoriis cohortibus capto vallo dedit impetum in syluas.
Impetum dare, Adoriri, aggredi. Liuius 2.ab Vrbe, Et ad alterum cornu Ebutius Magister equitum in Octauium Mamilium impetum dederat.
Impetum dare, pro Incitare. Quintil.lib.10.cap.3, Quod non tam moram faciet, quàm nouos impetus dabit.
Impetum excipere. Cæsar 1.bel.Gall. At Germani celeriter ex consuetudine sua, phalange facta, impetus gladiatorum exceperunt.
Feros impetus exuere. Seneca Thyeste, 2.
Impetum facere, Inuadere & adoriri. Cic.pro Roscio Amer. Vos autem maximè debetis in eos impetum facere qui merentur.
Impetum facere in agros inimicorum. Liu.1.ab Vrbe.
Impetum facere in bona & fortunas alicuius. Cic.3.Verr.
Impetum facere in tabulas. Cicero 6.Verr. Admonitu ipsorum Syracusanorũ impetum in eas tabulas facio, in quibus singula perscripta erant.
Inanem impetum facere. Cic.pro Domo sua.
Feruntur omni impetu ad voluptatem belluæ. Cic.1.Offic.
Feruet impetus morbi articularis. Plin.lib.31.cap.vlt.
Prædonum impetus in tuas fortunas fieri nolo. Cicero Marcello, libro 4.7.
Frangere impetum alicuius. Cic. Lentulo, lib.1.5.
Furit impetus Ætnæ. Lucret.lib.2.
Habere impetum. Quintil.lib.2.cap.13, Cursum habent quædam & impetum.
Habent suos impetus animalia. Cic.2.Offic.
Animorum impetus impellere. Cic.2.de Orat.
Incurrere cæco impetu in aliquem. Cic.1.de Finibus.
Inhibere impetum. Seneca Medea, 6.
Langueścit impetus fumæ. Tacit. in vita Agricolæ, Donec impetus famæ, & fauor exercitus languescerent.
Impetus recentes vulnerum lenire. Plin.lib.22.cap.22.
Mollire impetum, Vide MOLLIO.
Moueri veréque impetum cæli admirabili cum celeritate videmus. Cic.2.de Nat.deor.
Opprimi violentiæ impetu. Cic. Antè quàm iret in exilium.
Percellere impetu aliquem, & irruere in eum. Cicero pro Domo sua.
Propulsare impetum. Cic.pro Murena.
Rapit impetus illuc Thesea magnanimum. Stat.12. Thebaid.
Reflectere impetum. Cic.2.de Orat.
Impetum, tela, & incursum aliquorum refugere. Cicero pro Cecinna.
Reprimere impetum, ardorémque restinguere. Cic. in Bruto.
Impetus Marcelli resederunt. Cælius Ciceroni, lib.8.2.
Retardare animos & impetus alicuius. Cic.1.Verr.
Fuit impetus illi in medios rogos ire. Ouid.11.Metam.
Sumere impetum. Quintil.lib.10.cap.3.
Sustinere impetum. Celsus lib.2.cap.15.
Trahi impetu ad aliquid. Plinius Iunior libro 1.epist.8.ad Saturninum, Tantóque laudabilior munificentia nostra videbatur fore, quòd ad illam non impetu quodam, sed consilio trahebamur. Id est, non inconsideratè & sine ratione.
Impetu magis quodam animi vti quàm cogitatione. Cicero Attico, libro 11.213.
¶Impetus in oratione, pro Vi & contentione ac vehementia. Cic. in Orat. Aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit. Et pro Deiotaro, Ad omnem impetum dicendi contentionémque leuiora.
Dicendi impetus. Quintil.lib.3.cap.8.
Augeri impetu. Quintil.lib.1.cap.1, Ideóque laude crescit, & impetu augetur, & aliquid magnum agere gaudet. De pueris.
Dicere impetu. Quintil.lib.2.cap.11, Igitur & impetu dicere se, & viribus vti gloriantur.
¶Impetu vno. Plin.lib.14.c.22, Tribus cõgiis epotis vno impetu.
¶Impetus, Humana cupiditas. Ouid.5.Fastorum,
-fiquid fert impetus, ora.
Omne feres. Hoc est, si quid cupis.
Impetum capere alicuius rei faciendæ. Sueton. in Augusto cap.42, Impetum se cepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quòd earum fiducia cultura agrorum cessarat. Tacit. lib. 15, Et cepisse impetum Subrius Flauius ferebatur, in scena canentem Neronem aggrediendi.
¶Impetus, pro magnitudine & mole. Lucretius,
-quantum cæli tegit impetus ingens. Et eodem libro,
Aut hominem tanto membrorum esse impete natum. Id est tanta magnitudine & mole & vastitate membrorum. Turnebus.

Impete, penul. corr. {ἐφόδῳ} ablatiuus, pro impetu, ab antiquo nominatiuo impes, Idem. Lucret. lib.1,
Quamlibet in partem trudunt res antè, ruúntque
Impetibus crebris.
Impete magno comburens flamma. Lucret. lib.6.
Recto impete perfringit nubem vis venti. Lucret. lib.6.
Vasto impete fertur. Ouid.3.Metam.

Impetuosus, penult. prod. Adiectiuum ¶ {ὀξυθύμως} Qui magno impetu fertur. Plin.lib.35.cap.10, Impetuosus animus.

Impetritum, penult. prod. à verbo Impetrire, idem valet quod Impetratum, author Festus. Plautus in Asinaria, Act.2. scen.1, Auguratum est, impetritum est, quæuis admittunt aues. Valerius Maximus libro 1.cap.1, Prisco etiam instituto rebus diuinis opera datur, quum aliquid commendandum est, precatione: quum exposcendum, voto: quum soluendum, gratulatione: quum inquirendum, vel extis, vel fortibus, impetrito: quum solenni ritu peragendum, sacrificio. Pro impetrito, vulgò corruptè legitur impertito. Cic. de Diuinatione, libro 2, Concedam hoc ipsum si vis, etsi magnam iacturam causæ fecero, si vllam esse conuenientiam naturæ cum extis concesserо. Sed tamen eo concesso, qui euenit vt is qui impetrire velit, conuenientem hostiam rebus suis immolet? quo loco vulgata lectio habet impetrire. Huc spectant & Auguria impetrativa, de quibus suo loco diximus.

Impetro, imperras, penult. corr. {πυγχάνω} impetrare, Ex in & patro compositum, significat obtinere & exorare. Plaut. Capt.4, Quod quidem ego nimis quàm cupio vt impetret.
Impetrare & exorare. Plaut. Casin.5,
Quid si ego impetro atque exoro à villico, causa mea
Vt eam illi permittat?
Postulare siue orare, & impetrare. Plaut. Capt.9, Vt quod me orauisti, impetres. Terent. Andr.2.5,
Facis vt te decet, quum istuc quod postulo, impetro cum gratia.
Deferre aliquid alicui & impetrare. Cic. Planco, lib.13.30, Omnia quæ potui in hac summa tua gratia ac potentia à te impetrare, si petissem, vltrò te ad me detulisse putabo, si hanc rem impetrauero.
Minus honestè impetrare. Cic. Attico, lib.7.135.
Facile ab vno de alio impetrare. Cic. Attico, lib.15.325.
Impetrare ab aliquo, vt verum esse concedat. Cic.4.Acad.
Impetrare æquum. Plaut. Curcul.2,
-neque quicquam quo
Æqui bonique ab eo impetrare.
Ciuitatem ab aliquo impetrare. Cic. Acilio, lib.13.37.
Exceptionem ab aliquo impetrare. Cic.4.Acad.
Pacem impetrare. Horat.2.epist.1.
Quietem studiis impetrare. Quintil. in Procem. lib.1.
Impetrare precibus salutem. Brutus Ciceroni, 16.
Impetrauit ex pœnitentia veniam. Plin. epist.3:8, Quanuis suspectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret.
Veniam exilij impetrat. Tacit. lib.12.
Impetrare veniam metendi. Plin. lib.12.cap.19.
Voluntate impetrare aliquid. Terent. Adelph.3.4,
Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.
¶Impetrare, cum ablatiuo, & præpositione A vel AB. Valer. lib.4.cap. de Abstinentia, A seruis vix impetrari potest, ne eam supellectilem fastidiant. Id est, hoc non possunt domini à seruis impetrare.
¶Impetrassere, pro Impetrare veteres dixerunt. Plaut. Aulul.27,
Et istud confido à fratre me impetrassere.

Impetratus, penult. prod. Participium: vt Reditus impetratus Augusti. Horat.4.Carm.ode 2.

Impetrabilis, & hoc impetrabile, penult. corr. Quod facilè impetrari & obtineri potest. Liuius 5. belli Punici, Omnia & impetrabilia & tuta.
Impetrabilis dies, In quo quis quid facilè impetrat & obtinet. Plautus Epid.8,
-pro dij
Immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum,
Vt facilem, atque impetrabilem.
Impetrabilis orator, Qui facillimè quod vult, impetrat. Plautus Mostel.16,
Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis.
Votum impetrabile. Propert.lib.4.eleg.1.

Impetratio, Verbale. Cic.ad Attic.lib.11.228, Illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere.

Impetratiuus, penult. prod. Adiectiuum. vt Impetratiuum augurium. Vide Augurium, in AVGVR.

Impetuosus, Impetus, Vide IMPETO.

Impexus, Adiectiuum {ἀκτένιστος} Non pexus: vt Barbæ impexæ. Virg.3.Georg.
Antiquitas tristis & impexa. Tacitus in dialogo de Oratore. Hoc est inculta.

Canities impexa.Stat.3.Thebaid.
Comæ impexæ.Ouid.3.Fast.

Impiatus,Vide IMPIVS.

Impico,impicas,penul.corr. {πισσόω} impicare,Pice illinere Colum. lib.12. cap. 29, De lacu quamrecentissimum addito mustum in amphoram nouam,eámque oblinito & impicato diligenter.

Impiger,impigra,impigrum,penult.corr. {ἄοκνος} Non piger,sed diligens & strenuus. Horat.1.epist.1,Impiger extremos currit mercator ad Indos.
Impiger ad labores belli.Cic.pro Fonteio,Virum ad labores belli impigrum,ad pericula fortem,&c.
Impiger in. Cic.7. Verr. Dabat se labori atque itineribus,in quibus vsque eò se præbebat patientem atque impigrum, vt eum nemo vnquam in equo sedentem videret.
Ales impiger.Stat.1.Thebaid. Mercurium sic vocat Iupiter.
Ibam comes impiger.Stat.3.Sylu.2.
Ductor impiger.Lucan.lib.1.
Mentis impigræ experientia.Lucret.lib.5.
Impigra militia. Liuius 3. ab Vrbe, Cohortes inde Latinæ Hernicæq; ab Senatu gratiis ob impigrã militiam actis,remissæ domos.
Impigrum vrbanæ militiæ virum dixit Corn. Tacit.lib.3.

Impigrè,penult.corr.Aduerbium {ἀόκνως} Diligenter.Liuius 2.ab Vrbe,Impigrè secuti sunt. Plaut.Rud.22.

Impigritas,penult.corr.impigritatis,pro Impigritia.Cic.de Repub.lib. 3.Nunquam viri fortissimi fortitudinis,impigritatis,patientiæ.

Impilia, Significant coactilia, qualia pedibus inuoluendis calceandisque adhibebantur.Hęc vox apud Vlpianum extat,qui impilia vestis loco esse dicit: & apud Hesychium, qui ναικὰ esse refert. ναικὰ, inquit, τὰς πίλους καὶ τὰ ὑμάτια. Hæc sic inuoluunt pedes vt vesti cedant. Nam tegendis obuoluendisque pedibus è coacta lana fiebant. Latius tamen patere videntur posse Hesychio authore, quàm vt tantùm pedum operimenta complectantur. Hinc Plinij quidam sic feliciter emendatur locus,vbi sic legi debet, Theophrastus author est esse bulbi genus, &c. eámque partem qua vescantur, esse laneam naturam, ex qua impilia vestésque quædam conficiantur. Mapalia hucusque lectum est,nullo sensu. Turnebus.

Impingo, impingis, impegi,penult. prod. impactum {προσπελάζουσι, προσελαύνω,ἐπικέλλω} impingere, ab in & pango:Impellere & illidere, atque in faciem aut oculos iactare. Cic. 3. Tusc. Quidẽhuic calix mulsi impingendus est,vt plorare desinat.
Beneficium impingere. Seneca de Beneficiis libro 1.cap.1, Gratus aduersus eum quisquam esse potest, qui beneficium aut superbè iniecit,aut iratus impegit?
Caput parieti impingere.Plin.epist.60. Virg.5.Æneidos,
Exanimata sequens impingeret agmina muris.
Impinges me in magnam litem & molestiam.Seneca epist.118.
Compedes alicui impingere, pro Compedibus obuincire. Plautus Capt.12,
Abducite istum actũtum ad Hippolytum fabrum:
Iubere huic crassas compedes impingier. Id est,astringi.
Culpam in aliquem impingere,Reiicere & conferre.Plaut.Milite, 12. Seneca lib.1.de Ira,Quid opus est se in columnas impingere?
Dicam impingere, Vide DICA. Terent.Phorm.2.3.
Epistolam alicui impingere. Cic.ad Atticum,lib.6.111,Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Bruti,rem illam suo periculo esse. Scilicet pro ipso Scaptio deprecantis. *Il me met au nez, Il me fert on me bat de la lettre de Brutus.* Id est,inuito mihi reddit,& in hoc me offendit. Budæus.
Quid si filius meus fustem mihi impingere velet?Cælius ad Ciceronem,lib.8.8.
Laqueum impingere. Seneca de Tranquil.vitæ, cap.10,At in aliquod genus vitæ difficile incidisti: & tibi ignoranti vel publica fortuna,vel priuata laqueum impegit, quem nec soluere possis, nec abrumpere.
Nauem impingere, Id est impellere aut agere in arenam aut scopulos. Quintil.lib.4.cap.1.
Pugnum impingere.Plaut.Bacchid.18. Et Rud.18.
Venenum impingere.Seneca epist.120.
Vulnus impingere.Plaut.Amphit.16,
-cicatricem in dextro musculo ex illoc vulnere,
Quod mihi impegit Pterela.
¶Impingi,passiuum,pro Immergi,& in profundum demitti. Plin. lib.10.cap.38.de auium volatu,Iaculantur sese in sublime,in rectum, in pronum. Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has,illas salire.
¶Impingi,pro Impelli. Seneca libro 1.de Ira, Irasci dicit, impingi, incitari.

Impactus,Particip. {προσπελασθείς.} vt Fores impactæ.Lucan.lib.5.
Impactus saxo,pro Impegit ad saxum.Liu.lib 8.
Impacti in aduersos turbine pugnæ Eumach* & Clytias.Sil.lib.4.
Impacti fluctus.Plin.epist.117.lib.6.
Impactus insulis fluuius. Plin.lib.5. cap.9,Subinde in insulis impactus,totidem incitatus irritamentis,postremò incluſus montibus.
Impactus in carcerem. Vlpianus in l. In eos. D. De custodia & exhib.reor.
Nauis in scapham impacta. Vlpianus in l. Quemadmodum. §.Si protectum. D. Ad legem Aquiliam, Si nauis tua impacta in meã scapham damnum mihi dedit,quæritum est quæ actio mihi competat.
Res impactæ dicuntur, quæ impetu inter se concurrunt. Seneca 2. Nat. quæst. Cum coitu nubium vehementer impactarum à latere eliditur.
Scyphus Marco Agrippæ à temuleto Cicerone Marci filio impactus.Plin.lib.14.cap.22. *Il luy en bailla parmi les iones.*

Impactio, Verbale. Seneca 2.Nat.quæst. Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilem impactionem nubium.

Impio,impias, Vide IMPIVS.

Impius,Adiectiuum {ἄθεος,ἀθέατος,ἀσεβὴς,δεισιδαίμων} Crudelis,A pietate remotus. Terent.Eunucho,4.3,Vbi ego illum scelerosum,miserum, atque impium inueniam?
Impius & conscleratus. Cic.in Pisonem,Me tamen fugerat deorum immortalium has esse in impios & conscleratos pœnas certissimas constitutas.
Piorum & impiorum rationem habent dij.Cic.2.de Legibus.
Impius, pro Parricida dicitur ab Oratore per antonomasiam. Quintil.lib.8.cap.6.
Impius & Religiosus,contraria.Cic.pro Fonteio.
Ætas impia.Horat.Epod.16.
Arma impia.Virg.6.Æneid.
Domus impia.Ouid.8.Metam.
Facta impia.Lucret.lib.1.
Fama impia.Virg.4.Æneid.
Fraus impia. Cic.1.de Diuinat.Est enim periculum,ne aut neglectis his,impia fraudeaut susceptis,anili superstitione obligemur.
Furor impius.Virg.1.Æneid.
Gens impia.Virg.1.Georg.
Lingua impia deos læsit. Tibul.lib.3.eleg.4.
Pectora impia.Horat.Epod.5.
Religio impia Persarum.Catull.in Gellium,epigr.85.
Venena impia.Ouid.2.Amor.eleg.8.
Verba impia in deos dicta.Tibul.lib.1.eleg.3.
¶Impia herba vocatur incana, rorismarini aspectu, thyrsi modo vestita atque capitata.Inde alij ramuli assurgunt sua capitella gerentes,ob id impiam appellauere, quoniam liberi super parẽtem excellant. Alij potius ita appellatam, quòd nullum animal eam attingat, existimauere.Plin.lib.24.cap.19.

Impiissimus,Superlatiuum.Martianus in l.His verbis.§.1.D.De hęred. instit.Filius meus impiissimus,malè de me meritus.

Impietas, penult.corr. impietatis {ἀσέβεια, ἀθεότης, δεισιδαιμονία} Nequitia, peruersitas,atque propriè eorum est, qui piè, hoc est iustè & sapiẽter agere non didicerunt. Cic. 1. de Finibus,Etsi verò impietas molita quidpiam est,quanuis occultè fecerit, nunquam tamen confidet id fore semper occultum.
Impietas & scelus. Cic.4.de Finibus,Sed nihil est quod tam miseros faciat quàm impietas & scelus.
Furens impietas.Seneca Octauia.7.
Habere aliquem socium impietatis.Ouid.4.Metam.

Impiè,Aduerbium {ἀσεβῶς} Inhumaniter.Cicero 5.Tusc.l.Vituperare quisquam inquam vitæ parentem,& hoc parricidio se inquinare audet? & tam impiè ingratus esse,vt &c.
Impiè facere. Quintil.lib.6.cap.2,Tu impiè fecisti,quum exhæredationem meruisti.

Impio,impias {μιαίνω} impiare,Fœdare,maculare.Plaut.Rud.5, -si erga parentem
Aut deos me impiaui. Id est,Si impius fui erga parentes.

Impiatus , penultima producta , Adiectiuum {μιαιφόνος} Sceleratus,inquit Festus.
Impiatus,Maculatus. Apul. Cruore humano aspersum atque impiatum.
Thalami impiati facinore.Seneca Hippol.12.

Implacabilis,& hoc implacabile,pen.corr. {ἀμείλικτος,ἀπαραίτητος} Qui placari non potest. Cicero ad Quintum frat.lib.1.1,Nam si implacabiles iracundię sint,summa est acerbitas:sin autem exorabiles, summa leuitas.
Implacabilis terror.Cic.2. Tusc.
Ira implacabilis.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.
Implacabilem , inexpiabilémque sese præbẽre alicui. Cicero in Pisonem,Si aspernaretur amicitiam meam,seséque mihi implacabilem, inexpiabilémque præberet, tamen ei quum tantas res gessisset, gereréque quotidie,non amicus esse non possem.
Quod implacabilis Quinto Fabio fuisset.Liuius 8.ab Vrbe.

Implacabiliter,pen.corr. Aduerbium {ἀπαράτως} Tacit.lib.1,Scaurum, cui implacabilius irasceb atur,silentio tramisit.

Implacatus,penult.prod. Adiectiuum {ἀίλατος} Non placatus:vt Gula implacata.Ouid.8.Metam.

Implacidus, penult.corr.Adiectiuum {ἀμείλικτος} Non placidus,vt Diuûm implacidissimus Mars.Stat.9.Thebaid.
Genus implacidum Genauni.Horat.4.Carm.ode 14. Id est implacabiles. Acron.

Implecto , implectis , vnde Implexus {ἐμπλέκω,ἐμπλοκή} Participium, significat implicatum, & inuolutum, vt ait Festus. Plinius libro 25. capite 7, Folliculis cum semine inter se implexis. Idem libro 33.capite 1, Est quidem apud eundem Homerum virorum crinibus aurum implexum.
Cæruleos implexæ crinibus angues Eumenides.Virg.4.Georg.
Implexæ manus.Seneca de Benefic.lib.1,Quare tres Gratiæ,quare sorores sint,& quare implexis manibus. Id est implicitis,cõsertis.
Fatum nihil aliud est,quàm series implexa causarum. Seneca De Benef.lib.4.cap.7.
Implexus, huius implexus , Verbale masculgen. pro Complexu. Plin.lib.2.cap.65,Vt quum terra arida & ficca constare per se ac sine humore non posset,nec rursus stare aqua nisi sustinente terra,mutuo implexu iungerentur.
Implexus brachiorum cancellatus. Plin.lib.9.cap.51,Polypus fœmina modò in ouis sedet, modò cauernam cancellato brachiorum implexu claudit.

Impleo, imples, impleui, impletum , penult. prod. {πλήθω, ἐμπίπλημι ἐμπλήθω, μεστόω, πιμπλάω} implẽre , Notæ significationis. Plinius libro 14.capite 63,Canes implentur vno coitu. Hoc est grauidæ fiunt & prægnantes.
Implere,cum genitiuo.Virg.1.Æneidos,
Implentur veteris Bacchi, pinguísque ferinæ. Liuius 1.ab Vrbe, Adolescentem suæ temeritatis implet.

Implere

Implere,cum ablatiuo.Virg.1.Æneidos,
Impleuíque mero pateram. Plaut.Merc.16,
Quæ suspicione impleuit me indignissimè. Idem Casin. 3, Ego te impiebo flagris.
Implere ad summum.Colum.lib.12.cap.36.
Impudentiæ est ,id profiteri quod non possis implere. Id est perficere,præstare.Cic.pro Cluent.
¶Implere acta.Suetonius de Claris Rhetorib.Susceperit eas partes, actáque ita impleuit, vt Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se dimittere.
Æuum actis implendum, non segnibus annis.Ouid.ad Liuiam.
Amaritudinem inimici implere.Plin.epist.153,Vix dum conticueramus,& Massa questus Senecionem non aduocati fidem,sed inimici amaritudinem impleſſe:impietatis reum postulat.
Impleuit annos centum.Plin.lib.7.cap.48.Hoc est compleuit.
Animus implet id,quod deest naturali possessioni.Ideo si thesaurũ in fundo meo positum sciam:cõtinuò me possidere, simul atque possidendi affectum habuero, Neratius & Proculus aiunt. Paulus in l.3. §.Neratius.D.de acquir.possess.
Annos suos fœliciter implere.Ouid.epist.7.
Impleuit annum septimum & sexagesimum. Plinius Iunior libro 1.epist.
Auras vlulatibus implet.Valer.8.Argonaut.
Aures implere sermonibus.Ouid.12.Metam.
Aures auditoris implere.Cic.in Orat.Qui quanquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures measitæ sunt auidæ & capaces,&c.
Cælum questibus implere.Virg.9.Æneid.
Cælum votis implere. Tibul.lib.3 eleg.3.
Conuiuia implere variis dictis.Ouid.13.Metam.
Cursum implere vitæ.Plin.lib.7 cap.16.
Delationes implere. Vlpian.in l.Is qui reus. D.de publicis iudiciis, Inchoatas planè delationes ante damnationem implere eis , & post damnationem permissum est.
Deos implere questibus.Valer.2.Argonaut.
Diem sermonibus implere.Ouid.7.Metam.
Implere expectatione. Liuius 6.bel.Maced.Nicander eo ipso tempore ab rege Antiochio veniens , impleuit expectatione vana multitudinem,terra marísque patari bellum.
Faculates equestris ordinis implere. Plinius Iunior lib.1. epist.19. ad Romanum.
Fata implere suæ ætatis.Ouid.epist.6.
Fidem implere.Plinius Iunior libro 3.epist.14.ad Acilium, Ille,siue quia non sentiebat,siue quia non sentire simulabat,immobilis & extentus fidem peractæ mortis impleuit : tum demum quasi æstu solutus effertur.
Fidem implere.id est se liberare. Vlp. in l. Si fideiussor conuentus. §.vltimo, Fideiussor , si solus tempore liberatus , tamen soluerit creditori : rectè mandati habebit actionem aduersus reum. quanquam enim iam liberatus soluit : tamen fidem impleuit, & debitorem liberauit.
Finem vitæ sponte,an fato impleuit. Tacit.lib.2.
Fœminas implere.Colum.lib.7.cap.6. Plin.lib.8.cap.44,Fœminas à partu optimè septimo die impleri obseruatum est, mares fatigatos melius implere.
Formidinis implere. Liuius 10.ab Vrbe, Errórque vtilis Romanis oblatus,fugæ formidinisque Samnites impleuit.
Horror asper me impleuerat.Silius lib.8.
Hostes fama implere. Liuius 7.bel.Macedon.Id proculdubio iam nuntiantes , non suos modò , sed etiam hostes fama Romani auxilij aduentantis impleuerunt.
Locum aliquem clamore implere.Virg.3.Æneid.
Delciis implere locum.Ouid.3.Amor.eleg.13.
Locum principem implere.Tacit.lib.4.
Magnitudinem suam anno implere.Plin.lib.9.cap.36.
Mandatum implere.Paulus in l.Inter causas.§.1.D.Mandati,Inter causas omittendi mandati etiam mors mandatoris est. nam mandatum soluitur morte.Si tamen per ignorantiam impletum est,competere actionem vtilitatis causa dicitur.
Meritis implere aliquem.Ouid.2. Amor.eleg 3.
Munia Consulatus solus impleret. Tacit.lib.3.
Numeros principis implere.Ouid.ad Liuiam.
Numerationem residuę pecuniæ implere.Papinianus in l.1.ff.Qui potiores in pignor.habean.
Imago impleuit oculos.Silius lib.3.
Officium suum implere. Plin.lib.10.epist.47.ad Traianum, Vereor enim ne aut excesssisse,aut non implesse officij mei partes videar. Vide Defunctorie,in DEFVNGOR.
Populares laudibus & meritis Scipionis implere.Liuius 6.bel.Pun.
Possessionem diutinam implere. Iulianus in l.Qui fundum.§.1.D. Pro emptore.
Potestatis suæ implere omnia.Liu.3.ab Vrbe,Ne ita omnia Tribuni potestatis suæ implerent, vt nullum publicum consilium sinerẽt esse.
Prodigium implere.Plin.lib.10.cap.18.ad finem.
Professionem suam implere. Iabolenus in l. Arrianus. D. De iure fisci.
Promissum implere.Plin.Iun.lib.2.epist.12.ad Arrianum.
Quum sese regum sanguine implerint.Cic.2.de Lege agraria.
Satisfdationem implere.Papin.in l.2.D.De custodia reorum.
Sinum implere lachrymis.Virg.4.Æneid.
Solennia accusationis implere.Modest.in l.Cum Titia.D.De accusationibus. & Papin.in l.Miles §.Quidam.D.Ad leg.Iul.de adulter.
Sortem implere.Curt.lib.3.Sortem vel elusit,vel impleuit.
Spei implere.Liuius 5.belli Macedon. Quem aduenientem extemplo spei impleuit.
Spem implere quam quis de nobis concepit.Plin.epist.10.

Superstitione implere. Liuius 1.bel.Pun. Impleuerat eã res superstitione animos , proníque & ad nuntianda & ad credenda prodigia erant.
Tempus implere. Cic.ad Atticum.lib.6.116,Etsi annuum tempus prope,tamen emeritum habebamus.
Terrore impleuit Africa.Silius lib.17.
Is vomens fruſtis esculentis totum tribunal impleuit.Cic.2.Philip.
Neptunus ventis impleuit vela secundis.Virg.7.Æneid.
Venditionem implere. Paulus in l.Si quis alienam rem.D.De acst. empti & vend.
Verba implere lachrymis.Ouid.epist.6.
Vestigia implere,pro Assequi. Plin.lib.8.epist.13,Vides quem sequi, cuius debeas implere vestigia.
Vicem alterius implere.Plin.epist.92.
Vices implere pro alio.Claud.4.Paneg.
Vim & naturam alicuius rei implere. Plin.lib.31. cap.6, Sextarius salis cum quatuor aquæ sextariis , salissimi maris vim & naturam implet.
Tuis oraculis Chrysippus totum volumen impleuit. Cicero 2. de Diuinatione.
Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes.Ouid.2.Fast.
Vsucapionem implere. Paulus in l.Cum miles.D.Ex quibus causis maiores.
Veterum implerat generoso semine.Ouid.9.Metam.
¶Implere de. Cic.4.Academ. De quibus rebus voluminã impleta sunt non à nostris solùm,sed etiam à Chrysippo.
¶Implere vlnas hominum quatuor. Plin.lib.16.cap.40, Quę arboris crassitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat.
Implere libram. Plin.lib.18. cap.10.Rarò modius grani non xvi. libras implet.

Implico,implicas,penult.corr.implicui & implicaui,implicitum,pen. corr. & implicatum {ἐμπλέκω, ἐγχείμαθα} implicare,Inuoluere, innectere. Seneca epist.22,Quod malè implicuisti,soluas potius,quàm abrumpas.
Implicatum in. Varro 2.de Re rust. cap. 7, Non angusta iuba,cerebra,fusca, subcrispa, subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem cernicis,&c. De equis.
Acies totas implicuere inter se. Virg.11.Æneid.
Collo implicuit brachia.Ouid 1.Metam.
Colla laqueis implicusse iuuat. Ouid.epist.2.
Sertis implicare comas. Tibul.lib.3.eleg 7.
In complexum alicuius implicari. Catul.in Epithal.Mallij,22.
Crinem implicat auro. Virg.4.Æneid.
Auster rates implicuit. Stat.11. Thebaid.
¶Implicare transfertur ad alia. Liuius 7. belli Pun. Eum primò incertis implicantes responsis , vt metus tormentorum admotus fateri vera coegit , edocuerunt , literas se ab Asdrubale ad Annibalem ferre. Id est , incertis fermonibus eum fruſtrãtes,dum nunc hoc, nunc illud respondereut.
Implicari. Pompeius ad Lentulum in Epist. ad Atticum, lib.8. 16t, Quod veritus sum , factum est , vt Domitius implicaretur , vt neque ipse satis firmus esset ad castra faciendo.
Implicatus ad seueritatem.Cic.pro Rosc.Amer.Ideo quòd tametsi veritatis erat amicus,tamen natura non tam propensus ad misericordiam,quàm implicatus ad seueritatem videbatur.
Coniuncti inter se & implicati.Cæsar 7.bel.Gal.Quini erant ordines coniuncti inter se atque implicati.
Impedire & implicare se. Cicero 4.Verrina,Sin illud dices,te Heraclij voluntate ab lege recessisse, ipse te impedies, ipse te tua defensione implicábere.
Implicitum esse cum aliqua re & cohærere.Cic.pro Lege Manilia, Hæc fides,atque hæc ratio pecuniarum quæ Romæ,quæ in foro versatur,implicita est cum illis pecuniis Asiaticis,& cohæret.
Amicitiis nouis implicati. Cic Attic.lib.2 14.
Angoribus & molestiis implicari animi.Cic.5. Tusc.
Implicata res controuersis.Cic pro Quintio.
Implicata criminibus auaritia.Cic.in Pisonem.
Implicari erroribus.Cic.4 Tusc.
Erroribus seuis vrbem implicat.Valer.3.Argonaut.
Illaqueatus omnium legum periculis , irretitus odio bonorum omnium,implicatus expectatione supplicij.Cic.de Aruspic.resp.
Implicari familiaritatibus alicuius. Cic.pro Corn.Balbo, Et erat æqua lex, & vobis Iudices atque omnibus qui nostris familiaritatibus implicantur,vehementer vtilis,&c.
Implicari certo genere,cursúque viuendi.Cic.1.Offic.
Implicatum teneri legibus. Cicero 5.Verrina, Tu qui omnibus legibus implicatus tenebare,ibidinem tibi tuam pro lege esse voluisti?
Litibus atris implicitus.Horat.de Arte.
Implicari maleficio.Cic.pro Cælio.
Molestus multis implicari.Cic.5.Tusc.l.
Implicari morbo,Detineri. Liu. 3.ab Vrbe,Intra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit.
Implicitus in morbum. Liuius 3.bel.Pun. Q.Mutium non tam in periculosum , quàm longum morbum implicitum , diu ad belli vim sustinendam inutilem fore.
Molestis,operosísque negotiis implicari.Cic.1.de Nat.deor.
Negotiis hæreditariis implicari. Iulianus in l. Si in testamento, in fine.D.Si quis omiss.caus.testamenti.
Qui contrahendis negotiis implicantur.Cic.2 Offic.
Nullis occupationibus implicatus deus.Cic.1.de Nat.deor.
Implicari & constringi multis officiis.Cic.1.Acad.
Vltro & citro , vel vsu diurno , vel officiis implicari. Cicero de Amicitia.
Multarum ætatum oratoribus implicari. Cic.de Claris Orat.Atque ita diu vixit,vt multarum ætatum oratoribus implicaretur,multum etiam in causis versaretur.

Permistè cum aliis implicari. Cic. 1. de Inuent.
Muliebribus religionibus implicari. Cic. pro Domo sua.
Voluptas penitus in omni sensu implicata insidet. Cicero 1. de Legibus.
Seueritate iudicum implicari, & frequentia populi circunretiri. Cicero 7. Verr.
Implicare se societate omnium. Cic. 2. de Finibus.
Vim suam cum naturis hominum implicant dij. Cic. 1. de Diuin.
Implicita viseo fuga. Martial. lib. 1. 11.
¶ Implicare, Ornare. Plaut. Implicat ad speculum caput. Afranius Brundusio, In parte inferiore hic implicabatur caput, fateor.

Implicitus, penult. corr. siue implicatus, penult. prod. Participium { ἐμπεπλεγμένος. } Cicero ad Appium Balbum. libro 6. 12. Etenim omnes Cæsaris familiares satis opportunè habeo implicatos consuetudine.
Idem 1. Officiorum, Quæ quatuor quanquam inter se colligata sunt, atque implicata.
Casus libertatis controuersiæ implicitus. Paulus in l. finali. D. Si ex noxali causa agatur, Sed si statuliberum sisti promissum sit, in eadem causa sisti videtur, quanuis liber sistatur, quòd implicitus ei casus libertatis fuerit.
Viæ implicitæ errore. Lucan. lib. 8.
Limo implicitus. Claud. 2. in Eutrop.
Morbo implicitus. Lucret. lib. 6.
Controuersia iuris ciuilis negotio alicui implicita. Cicero 2. de Inuent. Negotialis est quæ in ipso negotio iuris ciuilis habet implicitam controuersiam.
Implicatum folium. Plin. lib. 21. cap. 17, Iasione vnum folium habet, sed ita implicatum, vt plura videantur.
Inscitia implicata, impudentia est. Cic. 2. Philipp.

Implicaturus, penult. prod. Participium { ἐμπλέξων. } vt Serta implicitura comas. Ouid. 3. Fast.

Implicito, implicitas, pen. corr. Frequentatiuum { ἐμπλέκομαι. } Plin. lib. 9. ad Caninium, epist 210, Varios orbes implicitat expeditq;. De delphino. Alia exemplaria habent implicat.

Implicatio, Verbale { ἐμπλοκὴ. } Cic. 2. de Natura deorum, Huic adde neruos à quibus artus continentur, eorúmque implicationem corpore toto pertinentem.
Implicatio rei familiaris. Cicero pro Sextio, Aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint quàm suo deflagrare.

Implicitè penult. corr. Aduerbium { ἐμπεπλεγμένως. } Cic. 2. de Inuentione, Absoluta est quæ ipsa in se, non vt negotialis implicitè & absconditè, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

Imploro, imploras, penult. prod. { αἰτιάομαι } implorâre, Propriè est cum fletu rogare, quod est vapulantis. Festus. Terent. Adelph. 3. 4, -certè Hegio. H. hem,
Illæc fidem nunc vostram implorat Demea.
Implorare & appellare. Cic. pro Quintio, Qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est?
Implorare & obtestari. Cic. 7. Verr. Cæteros item deos deásque omnes imploro atque obtestor, quorum templis, &c.
Appellare, nominare, implorare. Cicero 7. Verr. Et ita me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans, filij nomen implorans, &c.
Implorare & supplicare. Cic. 1. de Orat. Nemo est questus, nemo Rempublicam implorauit, nemo supplicauit.
Implorare & testari. Cicero pro Sylla, Implorarem sensus vestros, vniuscuiusque indulgentiam in suos testarer, &c.
Appellare, obtestari, improbare aliquem. Cic. pro Flacco.

Auxilium implorare. Virg. 4. Æneid.
Auxilium alicuius implorare & flagitare. Cicero pro Rabirio perduel. reo.
Implorare auxilium ab aliquo. Cæsar 1. bel. Gall. Neque auxilium à Pop. Rom. imploraturos.
Precari, venerari & implorare deos immortales. Cic. 2. in Catil.
Implorare fidem alicuius. Cic. pro Roscio Amer. Vestrámne, qui summam potestatem habetis, hoc tempore fidem implorem? Idem 4. Verr. Sopatrus implorare hominum atque deûm fidem, vt cum consilio cognosceret.
Implorare fidem, dignitatem, religionem alterius in aliquo negotio. Cicero. 5. Verr.
Hominem aliquem implorare. Cicero 6. Verrina, Quid aut his respondere honestè potes, aut illi facere, nisi vt te ac fidem tuam implorent?
Iura libertatis & ciuitatis implorare. Cic. 3. Verr.
Implorare memoriam alicuius. Cic. 4. Academ. At ille Heracliti memoriam implorans, quærere ex eo, &c.
Misericordiam & fidem alicuius obtestari & implorare. Cicero pro Murena.
Implorare & exposcere misericordiam alicuius. Cic. pro Milone.
Implorare & vsurpare nomen ciuitatis. Cic. 7. Verr. Quum implorarent sæpius, vsurparéque nomen ciuitatis, crux, crux inquam infœlici &ærumnoso, qui nunquâ istam potestatem viderat, cõparabatur.
Numina implorant magno que estu. Valer. 3. Argonaut.

Imploratus, penult. prod. Participium { αἰτιασάμενος. } vt Prece Pollucis implorata. Catull. ad Mallium, epigr. 63.

Imploratio, Verbale { αἴτησις. } Liu. 2. bel. Pun. Nec enim inde votis aut imploratione deûm, sed vi ac virtute euadendum est.
Omnium deorum & hominum & ciuium & sociorum imploratio. Cic. 2. de Orat.
Acerba imploratio & vox miserabilis. Cic. 7. Verr.

Implumis, & hoc implume, penult. prod. { ἄπτερος } Quod plumis caret. Plin. lib. 10. cap. 3, Halizetus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, &c.
Pulli implumes. Horat. Epod. 1.

¶ Implumis, Pilis carens. Plinius libro 8. capite 55, Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superfœtat, aliud educans, aliud in vtero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.

Impluo, impluis, impluì, vel impluui, impluitum, pen. prod. { ἐπιῤῥυῆναι } implúere. Columel. lib. 2. cap. 8, Tremellius quidem asseuerat, prius quàm impluuerit, ab auibus, aut formicis sata edi, vbi æstiuis feremtatibus ager aret. Alij codices habent impluerit.
Impluere in aliquem locum. Plinius lib. 2. cap. 96.
Impluit malum cæteros & cæteris. Plaut. Mostel. 12,
Atque vt vetem verberari, si huic imperabo, propè
Tectum habebo: malum, quom impluit cæteros, ne impluat mihi.
Hoc est, in me tota res cadat, & in caput meum ruat.

Impluuium, huius impluuij { ὑπαίθριον, ὑπαιθρεῖον } Locus (vt inquit Varro) in medio domus relictus, vt lucem caperent deorsum, quò impluebat. Vide COMPLVVIVM. Plaut. Milite 5. Terent. Eunucho, 3. 5,
Venisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. Cic. 3. Verrina, Ne hæc quidem duo signa pulcherrima quę nunc ad impluuium tuum stant, &c.
Ad impluuium locare aliquid. Cicero 3. Verr. Ostendam in ædibus priuatis longa difficilísque vectura, columnas singulas ad impluuium HS. quadragenis millibus non minus magnas locatas.
¶ Impluuium, Quò aqua impluit, collecta de tecto. Compluuium, quò de diuersis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Festus.

Impluuia, huius impluuiæ { μαστὸν } Vestis erat, inquit Perottus, quæ sacerdotes per imbrem vrebantur: *pluuiale* nunc vulgò appellatur. Varro, Salium quoque sereno tempore impluuia amictum fuisse criminabantur.

Impluuiatus, penult. prod. Color, quasi fumato stillicidio impletus inquit Nonius. Vnde impluuiata, genus vestimenti, à colore, de quo Plaut. Epid. 5,
Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?
E. Impluuiatam, vt isthæc faciunt vestimentis nomina:
Vt impluuium erat induta.

Impolitus, penult. prod. Adiectiuum { ἄξεστος } contrarium Polito, Rudis. Cicero de Prouinciis Consularibus, Impolitæ verò res & acerbæ fierunt relictæ.
Impolitus & rudis. Cic. de Claris Orat. Significat enim quandam formam ingenij, sed admodum impolitam atque rudem.
Hebes & impolitus. Cic. 2. de Orat. Genus hoc eorum qui sibi eruditi videntur, hebes & impolitum.

Impolitia, huius impolitiæ { ἀκαιρία } Ruditas & inelegantia. Gell. lib. 4. cap. 12, Siquis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, impolitiæ notabatur. Id verbum significat quasi tu dicas incuriæ.

Impolite, pen. prod. Aduerbium { ἀκόσμως } Ineleganter. Cic. 1. de Orat. Quum sæpissime tibi Senatus breuiter, impolitéq; dicenti, maximis sit de rebus assensus, &c.

Impolitias Censores facere dicebantur, inquit Festus, quum equitibus abnegabant, ob equum malè curatum.

Impollutus, penult. prod. Adiectuum { ἀμίαντος } Non pollutus: vt Fides impolluta. Silius lib. 13.

Impomenta, quasi Imponimenta, quæ post cœnam mensis imponebant. Festus.

Impono, imponis, pen. prod. imposui, impositum, pen. corr. { ἐπιτίθημι, ἀποτίθημι, ἐπιτιθέναι, ἐγχειτρίνω } impónere, Supra ponere, vel intus ponere. Virg. 1. Æneidos,
-molémque & montes insuper altos
Imposuit. Idem lib. 4,
Vidit, thuricremis quum dona imponeret aris. Plaut. Aulul. 13,
-hæc imponentur in foco nostro, lari,
Vt fortunatas faciat gnatæ nuptias.
Imponere aliquid alicui cum fide. Cic. pro Roscio Amer. Quod si perferre non potero, opprimi me onere officij malo, quàm id quod cum fide mihi semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere.
Imponere alteri, & Sibi sumere, contraria. Cic. pro Murena, Nunquam iste plus militi laboris imposuit, quàm sibi sumpsit.
Arces imponere montibus. Virg. 6. Æneid.
Imponere argentum in stipendium. Liuius 2. bel. Maced. Carthaginienses eo anno argentum in stipendium impositum primum Romam aduexerunt.
Calculum, Rationem subducere. Colum. libro 5. cap. 1, Sed aliud existimant professioni suæ conuenire, aliud eorum qui iam extructa metiuntur, & impositio calculo, perfecti operis rationem computant.
Claues alias portis. Liu. 7. bel. Pun. C. Terentius vt Aretium cum legione venit, claues portarum quum magistratus poposcisset, negantibus iis comparere, fraude amotas magis ratus quàm negligentia interceidisse, ipse alias claues omnibus portis imposuit.
Clausulam disputationi. Colum. lib. 3. cap. 19, Antè quàm disputationi clausulam imponamus, dicendum est, &c.
Cognomen vel nomen alicui. Plin. lib. 5 capite 1. Et lib. 14. cap. 3, Est & nigra aminea, cui Syriacæ nomen imponunt.
Coloniam in agro Samnitium. Liu. 8. ab Vrbe, Ægrè pati ciuitatem Samnitium, quòd Fregellas ex Volscis captas, dirutásque à se restituerit Romanus Populus, coloniámque in agro Samnitium imposuerit.
Consulem populo, Per vim & tyrannidem collocare in Consulatu. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13.
Coronam alicui. Cic. 2. de Legib.
Imponere diadema. Cic. 2. Philipp.
Imponere dignationem imperatoris alicui. Tacit. lib. 17.
Dominum aliquibus imponere. Cic. 13. Philipp. Nam si ipse seruire poterat, nobis dominum cur imponebat?

In ceruicibus

In ceruicibus aliquorum sempiternum dominum imponere. Cic. 1. de Nat. deor.
Exercitum Brundusij imposuit. Cic. 2. de Diuinat.
Exitum alicui rei, aut sermonibus. Liuius 7. bel. Macedon.
Fastigium operi. Cic. 3. Offic. Sed quoniam operi inchoato, propè tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus.
Fenestras & ostia imponere in aliena ædificia. Iulianus in l. Habitator. D. De rei vindicatione.
Finem bello. Stat. 8. Thebaid.
Finem bello vel curis. Plin. de Viris illust. Virg. 7. Æneid. Sic imponere finem spei suæ, Liuius 5. ab Vrbe.
Finem luctibus. Ouid. 15. Metam.
Formam operi. Seneca epist. 66.
Frumentum. Hirtius ad Ciceronem in epist. ad Atticum, libro 15. 325, Frumẽtum imponere, quæ est alia Dionis legatio, aut quod munus in Republica sordidius?
Plurimas iniurias alicui. Cic. 6. Verr. Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliásque imposuisti.
Laborem alteri. Cic. pro Murena, Nunquam iste plus militi laboris imposuit, quàm sibi sumpsit.
Sibi laborem. Cæsar 3. belli Ciuil. Tantúmque studium infamiæ arcendæ, vt nemo aut Tribuni aut Centurionis impetum desyderaret, & sibi quisque etiam pœnæ loco grauiores imponeret labores.
Legem alicui, Imperare, præcipere. Cic. ad Attic. lib. 7. 134, Vni Fauonio leges ab illo nobis imponi non placebat, sed, &c.
Sibi leges, Seipsum cohibere & sibiipsi imperare. Cic. 4. Acad. Cur has igitur sibi tam graues leges imposuerit, &c.
Leges imponere alicui. Virg. 1. Georgicorum,
Continuò has leges, æternáque fœdera certis
Imposuit natura locis.
Leges populo. Cic. 1. de Legibus, Si xxx. illi Athenis leges imponere voluissent, &c.
Per vim leges imponere Reipub. Cic. 6 Philipp.
Manum imponere rei alicui, pro inchoare eam. Ouidius 4. Tristium, elegia 1.
Manum extremam imponere alicui rei. Virg. 7. Æneidos,
Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum. Seruius, Quod superest perficere. Et est translatio à pictura, quam manus complet atque ornat extrema.
Imponere summam manum alicui operi. Plinius lib. 36. cap. 5.
Summam manum imponere in re aliqua. Quintilianus in Proœmio libri 1.
Manum supremam bellis imponere. Ouid. 1. de Remed. amor.
Minsterium. Liuius 2. ab Vrbe, Direptis bonis regum, damnati proditores, sumptúmque supplicium: conspectus eo, quòd pœnæ capiendæ ministerium patri de liberis Consulatus imposuit.
Modum prosperæ pugnæ. Liu. 1. bel. Maced.
Imponere modum tempori. Liuius 4. ab Vrbe, Maximam autem eius custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent: & temporimodus imponeretur, quibus iuris imponi non posset.
Modum suo dolori. Plinius lib. 9. ad Quadratum epist. 190.
Multam. Liuius 10. ab Vrbe, Multa præsens quingentûm milium æris in singulas ciuitates imposita.
Necessitatem. Cicero pro Sylla, Atque hoc vos Iudices testor, mihi de memetipso tam multa dicendi necessitas quædam imposita est ab illo.
Alicui necessitatem quandam nitoris imponere. Plin. epist. 118.
Nomen alicui. Ouid. 9. Metam.
Nomen vitio. Cic. 2. de Orat. Itaque quòd vim huius mali Græci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. Idem 4. Verr. Honesta nomina turpissimis rebus imponere.
Onus alicui imponere, pro Dare prouinciam alicuius rei, & committere aliquid negotij faciendum. Terent. Andr. 5. 3, Tibi pater me dedo: quiduis oneris impone, impera. Cic. ad Atticum, lib. 9. 175, Sed vereor ne Pompeio quid oneris imponam.
Nimis imprudenter in amicitia onus imponere. Cecinna Ciceroni, libro 6. 7.
Onus simultatis. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 5, Causa ferò perorata, sententias se rogaturũ negauit, ne quod onus simultatis nobis imponeret.
Imponere onus & Recipere, contraria. Cicero in Orat. Volo enim mihi tecum commune esse crimen: vt si sustinere tantam quæstionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. Quintil. in Proœm. lib. 1, Plus, quàm imponebatur, oneris suscepi.
Ostia imponere, Vide paulo antè, Fenestras & ostia, &c.
Partes alicui. Cic. ad Attic. lib. 18. 202, Partes mihi Cæsar has imposuit, ne quem omnino discedere ex Italia paterer.
Duriores partes alicui imponere. Cic. pro Murena.
Personam alicui, Hoc est, Alicuius loco alium sufficere. Cicero 4. Verrina. Idem 2. pro Lege agraria, Vos mihi Prætori biennio antè Quirites, hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, vt quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum vna tuerer. De Pompeio.
Imponatur honestæ ciuitati turpissima persona calumniæ. Cicero 4. Verrina.
Plagam mortiferam Reipub. imponere. Cic. pro Sextio.
Plus aliquid imponere quibusdam populis, quàm ferre possunt. Cic. 6. Verr.
Portam in aliquam regionem. Liuius 4. bel. Macedon. Partem muri versam in agros egregiè munitam habebant, vna tantum in eam regionem porta imposita.
Præsidium ciuitati, Hoc est, Præsidio munire. Liuius 4. bel. Pun. Q. Fabius ex authoritate Senatus Puteolos, per bellum cœptum frequentari emporium, communit, præsidiúmque imposuit.
Pretium. Cicero 4. Verr. Iidem seipsos à teipso pretio imposito redemerunt. Sic apud Quintilianum lib. 12, Grauiora iusto imponere pretia melli.

Plagiario pudorem. Martial. lib. 1. 48.
Regem alicui regioni. Liu. 10. bel. Maced. Nam etsi in Romanis tantum momenti esse credebam, vt quem vellent, imponerent Macedoniæ regem.
Imponere aliquem in regnum alterius. Liuius 7. belli Maced. Masinissam non in patrio modò locasse regno, sed in Syphacis à quo antè expulsus fuisset, regnum imposuisse.
Sarcinam alicui. Plaut. Mostel. 6,
-hinc speculator procul,
Vnde aduenienti sarcinam imponam seni.
Seruitutem fundo. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17, Calutis ziebat aqua dẽpta, & eius aquæ iure constituto, & seruitute fundo illi imposita, tamen nos pretium seruare posse si vendere vellemus.
Silentium alteri. Sueton. de Claris Rhet.
Stipendium. Liuius 8. bel. Maced. Vbi cum resistentibus pugnando, pacem petentibus stipendium imponendo, Byzantium quum peruenissent.
Testem. Cic. pro Cecinna, Fictus testis subornari solet, & imponi falsæ tabulæ.
Triburum. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Vectigal. Cic. pro Lege agraria.
Villicum imponere aliquem, aut pecori præficere. Cic. pro Plancio.
Vim alicui. Cic. 4. Verr. Si me saluum esse vis, mihi impone istam vim, vt omnino mihi non liceat polliceri.
Virum imponere tori mundo. Lucan. lib. 3.
Vocabulum alicui. Tacit. Cui, vt degeneri, Pseudophilippi vocabulum imposuim.
Vocabula rebus imponens. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Graue vulnus imponere. Celsus libro 5. cap. 26. De glutinatione vulnerum.
Vulnera Reipub. Inferre vulnera, & lædere atque offendere Rempub. Cicero 4. de Finibus, Quæ hic Reipub. vulnera imponebat, eadem ille sanabat.
¶ Imponere in collum, in manum, in nauim. Plautus Persa, 18, Hanc in collum, nisi piget, nostrum impone. De crumena. Idem Bacchid. 1. Liuius 3. belli Punici, Imponere in nauem. Et libro 5. ab Vrbe, Imponere in plaustrum. Et Cicero 1. Tusc. Imponere in rogum.
In aliquam causam aliquem imponere. Cælius Cic. lib. 8. 17.
In eculeum imponere aliquem. Cic. 5. Tusc.
Imponere aliquem in equum. Liuius 5. bel. Maced.
In naues exercitus imponere. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14.
Imponere in aliquem onus. Plaut. Bacchid. 8.
¶ Imponere alicui, pro Decipere, & subauditur FRAVDEM. Quintilianus in Corpore deiecto, Spes tibi perpetuę laudis imposuit. Cicero ad Quintum fratrem, lib. 2. 10, Cui tamen egregiè imposuit Milo noster.

Impositus, penult. corr. Participium { ἐπιτεθεὶς. } Plin. lib. 15. cap 30, Fluuio Tyberi imposita iuxta nonum lapidem Flaminia via.
Necessitudinibus publicis impositus, Vide post NECESSE.
Stratis impositus. Strat. 2. Sylu. 1.
Clitellæ boui sunt impositæ. Cic. Attico, lib. 5. 103.
Corona imposita capiti. Propert. lib. 4. eleg. 2.
Iuuenes impositi rogis. Virg. 4. Georg.
Mens cunctis imposita manet. Stat. 1. Thebaid.
Nomen impositum ab re. Lucret. lib. 6.
Onus impositum ferre. Ouid. 15. Metam.
¶ Impositus pro Præfecto apud Sallustiũ in Iugurtha, Simul Consul, quasi nullo imposito, omnia prouidere, apud omnes adesse, &c.

Impositus, huius impositus { ἐπίθετος. } Plin. lib. 24. cap. 4, Vlcera cõmanducatu impositúque efficacissimè sanari. Ex vetusto codice legitur commanducato impositóque.

Impositio, Verbale { ἐπίθεσις. } Plin. lib. 27. cap. 13, Succus eius lacteus in gummi spissatus, vel semen, impositione spicula è corpore eiicit.
Impositio verborum Varroni est, quam Græci ὀνοματοθεσίαν vocãt, ea nomina intelligenti quæ primùm rei alicui significandæ imposita sunt, quorum multa iam non comparẽt, quum tamen ab iis alia profecta in vsu fortasse sint. Impositiones enim nomina primitiua appellat, à quibus oriuntur declinationes, id est deriuatiua. Varro lib. 6. de Lingua Latina, Duo igitur omnino verborum principia, impositio & declinatio: alterum vt fons, alterum vt riuus. Monuit Turnebus.

Imposititius, Adiectiuum { ἐπίθετικὸς } Quod impositum est: vt Seruitus causa est imposititia, hoc est non naturalis. Vlpianus in l. De pupillo. §. Sextus Pedius. D. de Noui operis nuntiatione, Sextus Pedius definit noui operis nuntiationis triplicem esse causam: aut naturalem, aut publicam, aut imposititiã, &c. Et paulo pòst, Imposititiam, quum quis postea, ius suũ diminuit, alterius auxit: hoc est postea quàm seruitutem ædibus suis imposuit, conera seruitutem fecit.
Can: hari impositirij, per quos aquæ saliunt. Paulus in l. Cætera. §. 1. D. De legat. 1.
Imposititia nomina, quæ à natura imposita sunt, vnde alia deriuantur. Ex Varrone.

Impositiuus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 28. cap. 4, Pythagoræ inuentis non temerè fallere, impositiuorum nominum imparem vocabulum numerum, clauditares, &c.

Impostor, impostoris { φένακι } Versutus & fallax homo.
Verbum impostorum. Vlpian. in l. 1. §. Medicos. D. de Variis & extraordinariis cognitionibus, Non tamen si incantauerit, si imprecatus est, si (vt vulgari verbo impostorum vtar) exorcizauit. Budæus. Quædam exemplaria malè legunt in posterum.

Impostura, impostura, penultima producta { φενακισμὸς } Fallacia, versutia: ab eo dicta quòd adulterinas merces pro veris supponat. Vlpianus in l. certia. D. de Crimine stellionatus, Siquis impostura fecerit, aut collusionem in necem alterius, stellionatus potest postulari. Ex Budæo.

Imporco, imporcas, imporcare, Porcas in agro facere. Colum. lib. 2.

cap.10,Et similiter quum semẽ crudo solo ingesserimus,inarabimus, imporcatúmque occabimus.

Imporcitor,imporcitoris,qui porcas in agro facit arando. Festus.

Importo,importas {εἰσαγωγίζω} importare,Inferre.Cic.2.de Orat.Modo enim huic ista sunt importata. Cæsar 8.bel.Gall.Sylueſtribus angustíſque itineribus frumentum importare in oppidum instituit.

Importare adiumenta,Iuuare & conferre.Cicero 1.de Orat.Plura proferre possum detrimenta publicis rebus,quàm adiumenta per homines eloquentissimos importata.

Important enim ęgritudines anxias atque acerbas,animósque affligunt & debilitant metu.Cic.4.Tuscul.

Calamitatem conseruatoribus suis importare.Cic.pro Sextio.

Cladem importare.Lucret.lib.3.

Clades discordia ciuilis importat.Liu.4.bel.Pun.

Contagionem importare. Plin.lib.26.cap.1,Quum in Asia apparuisset,inde contagionem eius importante.

Fœcunditatem importare alicui,vel rabiem. Plin.lib.14.cap.18,Sũt & in vino prodigia,Dicitur in Arcadia fieri,quod fœcunditatem fœminis importet,viris rabiem.

Infamiam importare.Martianus in l.Ictus.D.De iis qui notant.infam. Ictus fustium infamiam non importat:sed causa, propter quam id pati meruit:si ea fuit,quæ infamiam damnato irrogaret.

Incommodum importare. Cic.2.Offic.Perdo fidémque siquid importetur nobis incommodi,propulsemus.

Mala casus importat.Cic.5.Tuscul.

Multum calamitatis importare.Cic.5.Verr.

Odium importare libellis.Horat.1.epist.13.

Periculum importare.Liuius 9.bel.Macedon.Patres pauor ingens cepit,cum publico nomine,nequid cæ coniurationes,cœrúsque nocturni fraudis occultæ, aut periculi importarent , tum priuatim suorum quisque vicem,&c.

Pestem importare. Cic.pro Deiotaro, Aut cum summo dedecore miserrimam pestem importaturam esse regibus.

Solicitudines importare.Cic.1.de Finibus, Eásque ipsas solicitudines,quibus eorum animi noctésque diésq; exeduntur, à diis immortalibus suppliciũ causa importari putant.

Suspicionem aliquam alicui importare.Cic. Tironi,lib.16.21.

Importatus,penult.prod.Participium {εἰσαγωγικόν.} Cæsar 5.belli Gall. Ære vruntur importato.

Importanda longè {εἰσαγωγικὰ μακράν.} Varro 1. de Re rust.cap.16,Fructuosior sit fundus,quàm si longè sint importanda.

Importunus, pen.prod. Adiect. {ἄκαιρος} Quod caret portu : hoc est quiete:vbi nullus portus est,ait Seruius. Virg.lib.11.Æneidos,

Bellum importunum,ciues,cum gente deorum,

Inuictíſque viris gerimus. Festus,Importunum, in quo nullum est auxilium,velut esse solet portus nauigantibus.

¶Importunus,Vrgẽs,Molestus,Qui aliquid facit præter rationem loci,seu temporis,aut personarum.Plaut.Merc.3.

Leno importunus,&c. Idem Asin.3.

Faceor eam esse importunã atque incõmodam. Terent.Heaut.1.2,

Imò ille fuit senex importunus semper: & nunc,&c.

Importunum tempus,Incommodum.Cic.2.de Orat.

¶Importunus,Crudelis,Effrænatus,Quietis impatiens.Cicero in Ant. Non possum æquo animo videre tam importunos,tam scelerato hostes. Cic.pro Cluentio,Repentè est exorta mulieris importunæ nefaria libido.

Importunus & crudelis. Cic.pro Cluentio, Furere crudelis atque importuna mulier, sibi,&c.

Cyclops alter multo importunior.Cic.7.Verr.

Importunissima bellua.Cic.6.Philipp.

Clades ciuitatis importuna.Cic.de Claris Orat.

Corda importuna domare.Silius lib.11.

Importuna crudelitas. Cic.de Prouinc.Consul.Propter illud insigne scelus eorum,& importunam in me crudelitatem.

Fata importuna.Ouid.10.Metam.

Importunissimus gladiator.Cic.pro Murena.

Importunissimus hostis.Cic.in Catil.

Importunum ingenium,Friuolum & leue. Plin.lib.36.cap.6, Sed quisquis primum inuenit fecare , luxuriémque diuidere , importuni ingenij fuit.

Importunissimæ libidines.Cic.6.Verr.

Importuna mors.Ouid.3.Amor.eleg.8.

Immanis atque importuna natura.Cic.3.Verr.

Pauperies importuna.Horat.3.Carm.ode 16.

Importunum scelus.Cic.de Arusp.resp.

Importunus & amens tyrannus.Cic.7.Verr.

Vultus importunus. Cicero Post reditum in Senatu,Omnia flagitia latére posse arbitraretur , si modò vultum importunum in forum detulisset.

Importunè , penult. prod. Aduerbium {ἀκαίρως} Præter temporis , aut decoris atque honestatis rationem.Cic.4.Academ.Confidere suis testibus,& importunè insistere. Plin.lib.7.cap.12, In quo perquam importunè fortuitum hoc quoque fuit.

Importunitas,penult.corr.huius importunitatis {ἀκαιρία} Quæ (vt ait Donatus) nec loci nec tẽporis habet cõmoditatem. Terent.And.1.4, -importunitatem spectate aniculæ,&c.

Animi importunitas.Cic.pro Cluentio.

¶Importunitas pro effrænata incontinentia & libidine præcipiti. Cic.de Senect.Importunitas autem & inhumanitas,omni ætati molesta est. Budæus.

Importunitate incredibili & audacia homo. Cicero 4. Verr. Iste quanquam est incredibili importunitate & audacia , tamen subitò destitutus pertimuit.

Tanta sceleris inauditi importunitas.Cic.pro Sylla.

Importunitas, Detestandum atque execrandum facinus. Cic.pro Cluẽtio,Huius importunitatem matris à filij capite depellite. Idem

in Pisonem. Idem de Amicit. Quanquam miror,in illa superbia & importunitate.

Importuosus,penult.prod.Adiectiuum {λιμενώρυξ} Quod est sine portu. Plin.Iunior lib.6.epist.31.in fine,Littus importuosum. Sallust.in Iugurtha, Quem locũ Catabathmon incolæ appellant:mare sæuum & importuosum,& ager frugum fertilis.

Mare importuosum. Tacit.lib.12.

Impos, huius imporis, penult.corr. om.gen. {ἀκρατὴς,ἀκράτορος} Qui animum suum in potestate non habet,inquit Festus.Et qui non est sani animi;authore Donato.Plaut.Casin.15.Eripite quęso isti gladium, quæ sui est impos animi. Idem Trinum.4, Te in manus argentum homini adolescenti,animi impoti?

Impositio,Impositus,Vide IMPONO.

Imposibilis,& hoc imposſibile, penult.corr. {ἀδύνατος} Quod fieri non potest. Quinil.lib.5.cap.10,de argumento,Non enim longum tantum,sed etiam impossibile. Idem lib.10.cap.13.

Impossibilis conditio.Iulianus in l.Impossibilis. D.De verb.oblig. Et Pomponius in l.Cum in secundo.D.De iniust.rupto,&c.

Impossibile est. Vlpianus in l.1.D.De fluminibus,ne quid,&c. Impossibile est,vt alueus fluminis publici non sit publicus.

Impostor,Impostura,Vide IMPONO.

Impotens,penult.corr.impotentis,om.gen. {ἀκρατὴς,μάλακος,ἀπρὸς} Nimis potens,inquit Donatus.

Impotentissimus tyrannus à Quintiliano dicitur. Decemuiri, quorum principatus erat immoderatus, à Liuio impotentes domini nuncupantur.

Ferociores impotentioréſque reddit victoria.Cic.Marcel.lib.4.9.

Impotentissimus homo,Sceleratissimus. Cic.5.Philipp.Aduolabat ad vrbem à Brunduſio homo impotentissimus, ardens odio, animo hostili in omnes bonos cum exercitu Antonius.

Impotens,iracundus,contumeliosus,superbus.Cic.5.Philipp.

Amore impotente deperit.Catul.ad libellum,epigr.33.

Animus impotens.Cic.de Aruſp.resp. Seneca Herc.fur.6.

Impotenti esse animo. Terent.Andr.5.3.

Adeón' impotenti esse animo,vt præter ciuium

Morem,atque legem,&c.

Aquilo impotens,Hoc est,Valde potens,Vide AQVILO.

Impotens dominatus, Superbus. Cicero Lepido,Sin ista pax perditorum hominum in possessionem impotentissimi dominatus restitura est.

Dominatio impotentissima.Liu.lib.4.Decad.4.

Superba & impotens fortuna,Prosperitas superbos faciens & impotentes. Seneca Agamemn.4.

Furor impotens.Seneca Agamemn.5.

Lætitia impotenti efferri.Cic.5.Tuscul.

Motus animi impotentes.Cic.in Partit.

¶Impotẽs,Debilis,& denictus,authore Donato.Terent.Heaut.2.3, Ego te autem noui quàm esse soleas impotens.

Impotens & infans homo.Cic.1.de Finibus,Neque homini infanti aut impotenti iniuste facta conducunt.

Ad salutem innocentium,ad opem impotentium,ad auxilium calamitosorum hæc valeant.Cic.pro Murena.

Impotens iræ. Liuius 9. belli Pun. Pleminius impotens iræ, neglectam ab Scipione,& nimis leuiter latam suam iniuriam ratus,&c. Sic impotens animi. Curtius lib.8.Hoc est non potens iræ & animo suo moderari.

Amoris impotens. Tacit.lib.20.

Doloris impotens. Valer.Max.lib.4.cap.6.de C.Plancio.

Impotentia,impotentiæ {ἀδυναμία,ἀδυνατία,ἀκαλλία} Infirmitas,ait Donatus. Terent.Adelph.4.3,

Omnes quibus res sunt minus secũdæ, magis sunt nescio quo modo Suspitiosi,ad contumeliam omnia accipiunt magis

Propter suam impotentiam:se semper credunt negligi.

Impotentia animi. Cicero 4.Tusculana,Item inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem,tum libidinem dicimus,impotentiam quandam animi à temperantia & moderatione plurimum diſſidentem.

¶Impotentia,Valida immoderatáque potentia. Cic.lib.5.Tuscul. Qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla impotentia efferãtur. Ex vetusto codice legendum impotenti lætitia. Sisenna,Lætitia nimia,atque impotentia animi commotus.

Dictorum atque factorum impotentia.Cic.4.Tuscul.

Ob scelera animíque impotentiam,& superbiloquentiam,impendêre Tantalo apud inferos saxum faciunt poetæ.Cic.4.Tuscul.

Impotentia,à Seneca Fortunæ ascribitur. Quinetiam Sueton.scribit Cæsarem edere solitum voces impotentiæ.

Impotenter,Aduerbium {ἀκρατῶς.} Quintil.lib.1.cap.3 Nequid impotẽ,nequid impotenter faciat,monendus est puer.

Impotenter se gerere. Vlpianus in l. Nec quicquam.in fine. D.De offic.Proconsul.

Impotenter regnare,Iniustè & impiè.Hirtius lib.4.bel.Alex.Cuius nomine diu regnasse impotenter Ganymedem docuimus.

Impotentius regi. Liu. 7.belli Pun.Eodem versi elephanti,qui primo impetu turbauerant antesignanos , & iam signa mouerant loco: deinde crescente certamine & clamore, impotentius iam regi,& inter duas acies versari,velut incerti quorum essent.

Impransus,Adiectiuum {ἀνάριστος} Qui nondum pransus est.Plautus Sticho,9, Quàm mox cocta est cœna?impransus ego sum. Horat.2. Serm. sat. 22, Verùm hic impransi mecum disquirite. Ibidem sat.3, Impransus magister.

Impræsentiarum,Aduerbium {ἐν τῷ παρόντι} De tempore quod fuit, quod est,quod erit dicitur. Rarius tamen de præsenti. Cato de lege oleæ legendæ , Extra quam siquem socium impræsentiarum dixerit. Vlpian.in l.1. D.de Tabulis exhibẽdis, Siquis fortè confiteatur penes se esse testamentum:iubendus est exhibere. & tempus ei dandum est vt exhibeat, si non potest impræsentiarum exhibere. Hæc Budæus.

C.Fannius

C.Fannius apud Priscian.lib.13.cap. De casibus, Quum in vita agenda didicimus multa,quæ impræsentiarum,&c.

Impræstabiles qui sint apud Firmicum lib.8.cap.29.videndum.

Imprecor,penult.corr.imprecaris {ἐπαρῶμαι, καταράσομαι} imprecári: Idem quod precari significat : & in bonum & in malum solet accipi. Sæpius tamen in malam partem accipitur. Quintilian.Declamat.15. Plin.lib.8.cap.7,Diráſque Pompeio quas ille mox luit,pœnas imprecaretur. Virg.4.Æneid.Littora littoribus contraria,fluctibus vndas, Imprecor.

Impressio,Vide IMPRIMO.

Imprimis,Vide In primis,in IN.

Imprimo,imprimis,penult.corr.impressi,impressum {ἐντυπόω} imprímere,Premendo immittere & efformare. Cic.1.Tuscul.An imprimi quasi cæram animum putamus,&c.

Imprimere corpus. Plinius libro 8. capite 26, Atque vbi acutissimum videt stipitem , imprimens corpus , venam quandam in crure vulnerat.

Imprimere repulsu dentium dicitur serpens venenum. Plinius libro 11.capite 37,Vipera prægnans veneno,impresso dentium repulsu,virus funditin morsus.

Imprimere sigilla annulo.Cic.4.Acad.

Imprimere totam Italiam vestigiis flagitiorũ,Vide FLAGITIVM.

Imprimere literam humi,Infigere.Cic.1.de Diuinat.

Signum imprimere pecori.Virg.1.Georg.

Impressit parieti tabulas.Plin.lib.35.cap.4.

Imprimere vestigium. Cic.pro Cecinna, Nisi ex eo loco vbi vestigium impresserit,deinci neminem posse.

Imprimere vaguem.Plin.lib.8.cap.16,Ex omni vulnere,sine vngue impresso,sine dente,ater prosluit sanguis.

Imprimere vulnus,Inferre. Columel.libro 7.cap.11, Quum duobus vulneribus impressis per vnanquanque plagam singuli testiculi exprimuntur.

¶Imprimitur animo oratio. Plin.epist.20.lib.1. ad Cornel.Tacit. Nam plerisque longiore tractatu vis quædam & pondus accedit : vtque corpori ferrum , sic oratio animo, non ictu magis, quàm mora imprimitur.

Imprimi in animum.Cic.4.Acad.Quũ visa in animos imprimuntur,non vos id dicere inter ipsas impressiones nihil interesse,&c.

Imprimere in animo atque in mente.Cic.4.Acad.

Imprimere dedecus Reipub. Cic.5.Philipp.Vt hos Iudices legere auderet,quorum lectione duplex imprimeretur Reipub.dedecus.

Maculam imprimere laudibus alicuius.Seneca Herc.OEth.11.

Notionem deorum impressit in omnium animis natura. Cic.1.de Natura deorum.

Imprimere è vero. Cic.4.Acad.Si enim mihi cum Peripatetico res esset,qui id percipi posse diceret quod impressum esset è verò : nequè adhiberet illam magnam accessionem quomodo imprimi non posset à falso,cum simplici homine simpliciter agerem.

¶Imprimere,pro Notare,meraphoricãs.Cic.2.Philip.Horum flagitiorum ipse vestigiis omnia municipia , præfecturas , colonias, totam denique Italiam impressit.

Imprimere & signare aliquid.Cicero de Fato, Sic visum obiectum imprimet illud quidem,& quasi signabit in animo speciem suam.

Memoriam publicæ recensionis tabulis publicis imprimere. Cic. pro Milone , Eum qui ædem Nympharum incendit , vt memoriam publicæ recensionis tabulis publicis impressam extingueret,&c.

Vestigius aliquid imprimere. Cic.Rufo,lib.5.20, Quæ quum viderem tot vestigiis impressa,vt in his errari non posset, non adscripsi id quod tua nihil referebat.

Impressus, Participium {ἐντυπωθείς.} vt Sulcus altius impressus. Cicero 2.de Diuinat.

Crater impressus signis.Virg.5.Æneid.

Visum impressum effictúmque.Cic.4.Academ.

Impressio,impressionis,Verbale {ἐντύπωσις,εἴσρυσις} Impetus:quod quasi per impressum terrorem fiat.Vnde Impressionem facere in hostes. Varro lib.2.de Re rust. Hostes se arbitrati occasionem habere victoriæ,impressionem facere cœperunt in castra. Liuius 1. Decad. lib.2, Postquam impressionem sensere ex aduerso factam , & ante oculos micare gladios. Idem 1.Decad.lib.3.

Dare impressionem. Liuius 4.ab Vrbe, Hæc locutum redintegrato clamore secuti dant impressionem , qua Posthumius cohortes obiecerat.

Vi atque impressione euertere aliquem. Cic.Metel.lib.5.2,Neque illi quicquam deliberatius fuit quàm me, quacunque ratione posset, non iudicio,neque disceptatione,sed vi atque impressione euertere.

¶Impressio,pro Violento imperio. Cic.pro Flacco,Nõ igitur impressio,non occasio,non vis,non tempus,non imperium, non secures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt.

¶Impressio vocum.Cicero 1.Academ.Vim in manibus,claritatem in voce,in lingua etiam explanatam vocum impressionem. Idem 3. de Orar.

Impressor. Hermolaus Barbarus ad Antonium Caluum patritium Venetum , de suis in Plinium annotationibus. Peruenit quidem res ad vmbilicum , sed nullus tamen dies est quo non aliqua fiat accessio: nũc cum impressoribus agitare cœpi lentè, de-industria rẽ differens, vt diutius in fermẽto sit. Bembus de Terentianarum fabularum argumentis,Fidémque mihi dedit,se impressoribus mandaturum,vt ea in vulgus darent.

Improbabilis,Vide IMPROBVS.

Improbus,penult.corrup. Adiectiuum {κακόηθης, πονηρὸς, μοχθηρὸς} Non probus, Malignus & nequam. Plautus Pseud 4, Verum ita vos ellis perditi, negligẽtes,ingenio improbo. Terent.And.1.2, -tum siquis magistrum cepit ad eam rem improbum, &c. Cic.de Amicitia, Talis improborum consensio,non modo,&c.

Insignite improbus,Vide INSIGNIS.

¶Improbus,Sæuus.Virg.10.Æneidos,

-lauit improba teter

Ora cruor. Lucilius libro 30,

Improbior multo quàm de quo diximus anté:

Quanto blandior,hoc tanto vehementius mordet. Nonius.

Fortuna improba.Virg.2.Æneid.

Hyems improba.Ouid.1.Trist.eleg.10.

Rabies improba ventris.Virg.2.Æneid.

¶Improbus, Turpis.Lucil.lib.30,

Omnes formosi,fortes,vbi ergo improbus est? Hęc Nonius. Plaut.

Improbiorem non vidi faciem mulieris.

Improbus amor.Virg.4.Æneid.

¶Improbus,Audax, apud Quintil.lib.11. cap.vlt. Perfricare frontem,& quasi improbam facere.Id est inuerecundam.

¶Improbus.Magnus:Virg.1.Georg. -labor omnia vincit Improbus. Vbi Seruius,Improbus, vel magnus, vel nulli probabilis.nullus est enim amator laboris.

¶Improbus , Insatiabilis , Damnosus. vt Improbus anser. Virgilius 1. Georgic. Seruius, Improbus , insatiabilis , nulli probandus. Plautus Epid.2,

2. Ædepol facinus improbum.

¶Improbus aliæ rei.Plaut.Milite,10,

Qui nisi adulterio studiosus,nulli aliæ rei est improbus. Id est nulli alij rei malæ dat operam nisi adulterio.

Carmina improba.Ouid.2.Trist.

Mala & improba defensio.Cic.4.Verr.

Diuitiæ improbæ.Horat.3.Carm.ode 24.

Improba fi a.Martial.lib.13.57.

Improba merx,Iniusta,vel in qua nullũ est lucrum. Plaut.Milit.10, Sicuti merci pretium stat,pro virtute vt væneat:

Quæ improba est.pro mercis vitio dominum pretio pauperat.

Improbum os, Dicax, iniuriarum plenum. Suetonius de Claris Grammar.

Improbi postes.Plaut.Mostel.10.

Improbum testamentum,Id est iniquum,iniustum.Cic.3.Verr.Iure,legibus,authoritate omnium qui consulebantur, testamentum P. Annius fecerat non improbum,non inofficiosum,non inhumanum.

Verba improba.Ouid.5.Fast.

Improbulus,pen.corr.Diminut.Audaculus {ὑπερμεγεθὴς.}Iuuen.sat.5, -finge tamen te

Improbulum,superest illi qui ponere cogat.

Improbè,penult.corr.Aduerbium {πονηρῶς} Peruersè.Plaut. Trinum.4, Siquid scis me feciſſe inscitè aut improbè. Cic.5. Verr. Est aliquid quod improbius fieri potest?

Improbè dare , & iniustè adimere. Cicero 2. Officiorum , Nec si plures sunt ij quibus improbè datum est , quàm illi quibus iniustè ademptum est.

Improbè facere.Cic.3.Verr.

Improbissimè comparauit prædam.Cic.7.Verr.

Improbissimè aliquem tractare,Vide Tracto,in TRAHO.

Improbitas,penult.corr. {πονηρία} Malignitas.Plin.lib.2.cap.23. Cic. 4.Verr. Ex multis similibus ea fumam quæ maximè improbitate excellere videbuntur.

Improbitas cordis humani,Audacia.Plin.lib.2.cap.23.

Prodiga improbitas.Iuuen.sat.10.

Robusta improbitas.Cic.2.Philipp.

Improbitate & vitiis omnibus notus,Vide NOSCO.

Absoluere improbitatis,Vide ABSOLVO.

Certare cum alterius improbitate,Vide CERTO.

Improbo,improbas,penult.corr. {κακοηθιζόω, πανουργία} improbâre, Improbum & malum facere. Plautus Merc.2.4,

Qui bonosunt genere nati,prăditi ingenio malo,

Suapte culpa ex genere capiunt genus.ingenium improbant.

¶Improbare testamentum,Ratum ac firmum non tenere.Plinius epist.17.lib.8.ad Rufinum.

¶Improbare,Damnare,Reiicere,Refellere. Cicero 4.Academic. Plerique tamen definitiones ipsarum etiam euidentium rerum non improbant.

Improbare & Approbare,contraria. Cic.4.Academ.Vt aut approbet quid,aut improbet.

¶Improbare,Irritum facere. Cic.4.Verr.Res Sopatro facilis videbatur, & quòd erat innocens , & quòd Sacerdotis iudicium improbare istum ausurum non arbitrabatur. Budæus.

Improbaturus,penult.prod. {κατδικασόμενον.} Horat.Epod.5, Per hoc inane purpuræ decus precor,

Per improbaturum hæc Iouem.

Improbatio, Verbale {κατδικασία.} Author ad Herenn.lib.2,Hæc & ad improbationem,& approbationem testium pertinebunt.

Improbabilis, & hoc improbabile , penult.corr. {κατδικαστὸς} Quod probari non potest.Cic.4.Academ.Quamobrem siue tu probabilem visionem,siue improbabilem,&c. Celsus in Procem.lib.1, Rationes improbabiles.

Improbro,improbras,pen.corr. {ὀνειδίζω} improbrâre, Probro afficere.Plaut.Trucul.6,Rus tu improbras,vt nacta es hominem, quem pudeat probri?

Improcerus,penult.prod.Adiectiuum {ἀμικὴς} Non procerus.Gellius lib.4. cap. 19, Aduertimusque hinc elici tarditatem, corpora eorum improcera fieri.

Improfessus , Participium sine verbo {ἀπειπάμενος.} Martianus in l. Interdum.5.Idem etiam.D.de Publicanis,Siquis improfessus fuerit , & probetur in commissum cecidisse , & aut vxorem corrupisse domini dicatur , aut aliud quid grauius admisisse , vt cognoscat Procurator.

Improlis , & Improlus , penult. prod. Qui nondum adscriptus est in ciuitate. Festus.

Impromiscuus, Adiectiuum {ἄμικτος.} Gell. lib. 12. cap.4, Suauitas tam impromiscua,támque ab omni fuco remota est.

Impromptus, Adiect. {ἀπρόοπτος} Prompto contrarium. Liuius 7. ab Vrbe, Qui infacundior sit, & lingua impromptus.

Impropero, improperas, penult. corr. {ὀνειδίζω} improperâre, Est crimen vel aliquid aliud obiicere. Plaut. Rud. 16, Vi agis mecum. D. etiam vim improperas flagitij flagrantia?

¶Improperare, pro Intrò properare, properanter ingredi. Plin. lib. 36. cap. 13, Inq; basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quò siquis improperaret sine glomere lini, exitum inuenire nequeat.

Improperatus, penult. prod. Nomen {ἀσπόνδητος} Non properatus, non festinus. Virg. 9. Æneidos,

Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Improperata refert.

Improprius, Adiectiuum {ἄτοπος} Minimè proprius. Quintil. lib. 8. cap. 2, In hac autē proprietatis specie quæ nominibus ipsis cuiusque rei vtitur, nulla virtus est, atque ei contrarium est vitium, id apud nos improprium.

Impropriè, Aduerbium {ἀλόγως} Gell. lib. 17. cap. 1, Vt scribere ausi sint M. Ciceronem parum integrè, atque impropriè atque inconsyderatè locutum. Plin. lib. 8. cap. 10, Mandunt ore: spirant & bibunt, odorantúrque haud impropriè appellata manu.

Improsper, improspera, improsperum, penult. corr. Cic. lib. 1. de Finibus, sub finem, Infantes, pueri, mutæ etiam bestiæ penè loquúntur magistra ac duce natura, nihil esse prosperum nisi voluptatem, nihil improsperum nisi dolorem. Alij legunt, nihil asperum.

Improsperè, penult. corr. Aduerbiū {δυσμενῶς} Non prosperé. Colum. lib. 1. cap. 1, Vbi quid perperam administratum cesserit improsperè, vitatur quod fefellerat.

Improtectus {ἀπροστατευτος} Non protectus, non defensus. Gell. lib. 13. cap. 26, Nequa in re aduersa & repentina incursio imparatis, improtectísque nobis oboriatur.

Improuidus, pen. corr. Adiectiuum {ἀπρονόητος} Incautus, Qui non præuidet quod futurum est. Cicero de Legibus, Necessitas quædam fatalis improuidas hominum mentes occupauit.

Improuidus & incautus. Liuius 2. bel. Pun. Itaque vt improuidos, incautósque vniuersō simul effuso terrore opprimeret, &c.

Consilij improuidus. Tacit. lib. 19.

Rudis & improuidus mali. Plin. lib. 36. cap. 3. Liu. 6. bel. Pun. Improuidus futuri certaminis Romanus veniebat.

Pectora improuida. Virg. 2. Æneid.

¶Improuida tela & cæca, passiuè: quæ non præuidentur. Plinius epist. 87. lib. 4.

Improuidè, penultima correpta, Aduerbium {ἀπρονοήτως} Incautè & clám. Liuius 7. bel. Pun. Neque pro veteris prudentia ducis, tam improuidè se Collegámque, & totam penè Rempublicam in præceps dederat.

Improuisus, penult. prod. {αἰφνίδιος} Quod non est præuisum, inopinatum, subitum, repentinum.

Improuisum & inopinatum. Cic. 1. Acad. Nonnunquam quidem eandem fortunam, quòd efficiat multa improuisa hæc, nec opinata nobis, propter obscuritatem ignorationémque causarum.

Noua res atque improuisa pupilli calamitas nuntiatur, &c. Cicero 3. Verr.

Vis improuisa lethi. Horat. 2. Carm. ode 13.

Improuisor, & hoc improuisus {αἰφνιστήτωρ.} Tacit. lib. 2, Quo improuisior, grauiórque pestis fuit.

Improuisè, penult. prod. Aduerbium {ἐκ τοῦ ἀφανοῦς} Ex-improuiso, Ex inopinato. Plaut. Truc. 11, Qui amat, nequit quin nihili sit, atque improuisè partibus expelat.et.

Improuiso, Aduerb. {αἰφνίως.} Idem. Cic. 12. Philip. Cur hoc tempore? cur tam improuiso? cur tam repentè pacis est facta mentio?

Improuiso id fecerat. Liu. 7. bel. Pun.

Improuiso accessit aliud incommodum, Cæsar 3. bel. Ciuil.

Improuiso oppressit tyrannum. Cic. 2. Offic.

De-improuiso, & Ex-improuiso, Vide DE & EX.

Imprudens, penult. prod. imprudentis, omnis generis {ἄφρων, ἀνόητος, ἀπρόμαθης} Non prouidens, Insciens. Cicero pro Roscio Amerino, Hæc omnia, Iudices, imprudente L. Sylla facta esse certò scio. Terentius Hecyra, 5. 4,

-plus hodie boni
Feci imprudens, quàm sciens ante hunc diem vnquam. Idem Eunucho, 3. 1,

Dolet dictum imprudenti adolescenti & libero.

Imprudens & insciens, Idem significant. Præterea sciens & imprudens, contraria sunt: vt vides in præcedentibus exemplis.

Imprudens culpa peccaui mea. Plaut. Epid. 14.

Non imprudens aduersabar. Plaut. Menæch. 9.

Imprudentem opprimere. Terent. And. 1. 3. Hoc est, Clàm & præter alicuius opinionem adoriri.

Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti. Propert. lib. 1. eleg. 19.

¶Imprudens, cum genitiuo: vt Imprudens negotij, hoc est ignarus. Columel. in Procem. Tota vita vellent imprudentes negotij sui conspici.

Imprudens ætatum. Quintil. lib. 1. cap. 1, Non sum adeò ætatum imprudens, vt instandum teneris protinus acerbè putem.

Antiquitatis imprudens consuetudo. Colum. lib. 3. cap. 18.

Imprudens maris. Liu. 4. bel. Maced. Commercio eorum Hispani imprudentes maris gaudebant.

Imprudens harum rerum. Terent. Eunucho, 1. 2,

-emit eam dono mihi,
Imprudens harum rerum, ignarúsque omnium.

Religionis imprudens. Liuius lib. 9. Decad. 4, Templum Cereris imprudentes religionis, cum cætera turba ingressi sunt.

Imprudentia, imprudentiæ {ἀσοφία, ἀζυλία} Inscitia, error, inscientia. Cic. 2. de Inuent. Imprudentia est quum scisse aliquid, is qui arguitur negat. Ibidem, Imprudentia in purgationem conferturcuius partes sunt inscitia, casus, necessitas: & in affectionem animi.

Adiicere oculorum imprudentiam, Vide ADIICIO.

Per imprudentiam in oratione sæpe versus dicimus. Cic. in Orat.

Labi in imprudentiam, Vide LABOR.

Peccare imprudentia. Terent. in Prologo Eunuchi,

Si id est peccatum, peccatum imprudentia est Poetæ.

Quod sæpe per imprudentiam fit. Cic. 4. Verr.

Imprudentia teli emissi, Id est quum telum manu fugit. Cic. 3. de Oratore.

Imprudenter, Aduerbium {αἰσύντως, ἀξύλως} Insciè, & per imprudentiam. Terent. Andr. 1. 1,

-interea hæc soror,
Quàm dixi, ad flammam accessit imprudentius. Cic. 1. Acad.

Impubes, impubis, penult. prod. {ἀθέλης, ἀήλικος} vel Impubis, & hoc impube, vel impuber, impuberis, omnis generis, Qui nondum lanuginem emisit, quę pubis dicitur: vel qui nondum ad pubertatis annos peruenit. Plin. lib. 23. cap. 7, Corticem eius impubescentem, puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus. Virgil. 9. Æneid. Impubes malæ. Cic. in Catil. Filiúmque eius impuberem ligatum à Prætore missum in carcere necandum esse dixit.

Anni impubes. Ouid. 9. Metam.

Corpus impube. Horat. Epod. 5,

Impube corpus, quale posset impia.

Mollire Thracum pectora.

Genæ impubes. Ouid. 3. Metam.

Puer impubes. Ouid. 2. Fastorum,

Nam puer impubes, & adhuc non vtilis armis,
Vnus de Fabia gente relictus erat.

Impubescens, impubescentis, Adiectiuum {μήπω ἡβῶν} Nondum lanuginem emittens, quod tam de plantis & arboribus dicitur, quàm de ipsis animalibus. Plin. lib. 23. cap. 7, Corticem eius impubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus, &c.

Impudens, penult. corr. impudentis {ἀναίσχυντος, ἀναιδὴς, ἀναίσθητος} Quem nihil pudet, inuerecundus, perfrictæ frontis. Cic. 4. Academ. Vtrum igitur nos impudentes, qui labi volumus: an illi arrogantes, qui sibi persuaserint scire se solos omnia?

Impudens audacia. Terent. Heauton. 2. 3.

Impudens intemperantia adolescentium. Cic. 1. Offic.

Impudens luctus. Cic. 3. Tusc. Est autem impudens luctus mœrore se conficientis, quòd imperare non liceat liberis.

Impudens mendacium. Cic. pro Cluentio.

Impudens oratio. Terent. And. 4. 1,

Tum impudentissima eorum oratio est.

Os impudens. Terent. Eunucho. 3. 5,

Tum equidem istud os tuum impudens, videre nimium vellem.

Impudentia, huius impudentiæ {ἀναίδεια, ἀναισχυντία} Inuerecundia. Cicero 5. Verr. Quid ad hanc impudentiam addi potest? Sic 1. de Diuinatione. Plinius lib. 11. cap. 52, Candidi pars extenta, notam impudentiæ habet.

Impudentia impudica. Cic. de Arusp. resp.

Nanciscì impudentiam, Vide NANCISCOR.

Impudenter, Aduerbium {ἀναιδῶς.} Terent. Andr. 4. 5, Mirum verò, impudenter mulier si facit meretrix.

Peruersè & impudenter. Cicero de Amicit. Sed plerique peruersè, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt.

Impudenter rogare, & Impudentissimè postulare. Cicero 1. Offic. Et ad Atticum, lib. 7. 128.

Impudicus, Adiectiuum, penult. prod. {ἀσώτης} Impurus, minimè pudicus. Cic. ad Octauium, Audiet Marius impudico domino paiére nos, qui ne militem quidem habere voluit, nisi pudicum.

Omnes impuri, impudicíque. Cic. 2. in Catil.

Complexi mulieres impudicas. Cic. 2. in Catil.

Caput impudicum. Seneca Hippol. 5.

Impudica impudentia. Cic. de Arusp. resp.

¶Impudicus, Temerarius, & qui nullo pudore ducitur. Plautus Rudente, 10,

-& facinus impudicum, &c.

Impudicitia, impudicitiæ {ἀσωτία, etc.} Cic. ad Octauium, Et nomen nobile conscelerarum impudicitiæ dedisset.

Conuicia impudicitiæ. Quintil. lib. 4. cap. 2, Nónne optimè patronus occurrat prius conuitiis luxuriæ, petulantiæ, impudicitiæ, quàm veneficij?

Impudicatus, Adiectiuum, Stupratus, inquit Festus.

Impugno, impugnas {πορσπολεμέω, ἀντιπολεμέω} impugnâre, Oppugnare. Plaut. Milite 5, -ad eum

Vineas, pluteósque agam: res parata est, impugnandóque
Capere certa res est.

Impugnare terga hostium. Liu. 2. ad Vrbe.

¶Impugnare, per translationem, pro Aduersari: vt Impugnare dignitatem alicuius. Cæsar 8. belli Gall. Cicero ad Atticum, libro 6, Quid esset mihi faciendū de relinquendo, eæ me pungebant. Cælius ad Ciceronem, libro 8. 11, Pompeius tanquam Cæsarem non impugnet, sed quod illi æquum putet, constituat, ait Curionem quærere discordias. Horat. 2. epist. 1,

Nostra sed impugnat, nos nostráque liuidus odit.

Impugnare & Defendere, contraria. Liu. 5. ab Vrbe, Vtrum enim defenditis, an impugnatis plebem?

Causa meritum impugnans. Ouid. 5. Metam. Vide CAVSA.

Impugnare morbum, Profligare. Plin. lib. 26. cap. 12, Fit verò & citra febres, impugnatúrque centaurio maiore (vt diximus) poro.

Impugnatus, penult. prod. Participium {κατατολεμηθείς} Victus. Plin. lib. 5. cap. 24, Primo hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert. De Euphrate fluuio & Tauro monte.

Impugnatio, Verbale {ἐφεπολέμησις.} Cic. ad Attic. lib. 4. 72, Ipse domum P. Syllæ pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat.

Impulsio, Impulsor, Impulsus, Vide IMPELLO.

Impunè,

Impunè, Impunis, Impunissimè, Impunius, Vide IMPVNITVS.

Impunitus, Adiectiuum, pen. prod. {ἀτιμώρητος} Non punitus, inultus, liber, solutus pœnis. Cic. 7. Verr. Possemus hanc iniuriam ignominiámque nostris Rom. inultam impunitámque dimittere?

Impunita scelera. Cic. 2. Offic.

Iniuria impunita. Cic. 6. Verr.

Libertatem omnium rerum impunitatem tenet virtus. Cicero 1. de Oratore.

Scelera multorum impunita ferre. Cic. 2. de Offic.

Impunita ac libera vexatio & direptio sociorum tibi fuit. Cicero 1. in Catilin.

Impunitior. Horat. 2. Serm. sat. 7,

-qui tu impunitior, illa,
Quæ paruo sumi nequeunt, quum obsonia captas?

Impunis, & hoc impune, pen. prod. Illæsus, sine pœna. Solinus cap. 40, Getulæ etiam mulieris nomen Iubæ libris comprehensum est, quæ obtestata occurrantes feras, impunis rediit.

Impunitas, pen. corr. huius impunitatis {ἀτιμωρησία} Licentia, venia, libertas. Liuius 9. bell. Pun. Et qui Mutentulo præter impunitatem sua omnia cum side restitui sponderent.

Impunitas & licentia. Cic. 1. de Finib. Quæ libido se non proripiet ac proiiciet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia?

Spes impunitatis, maxima est illecebra peccandi. Cic. pro Milone.

Diuturna impunitate furor alitur. Cic. pro Sextio.

Impunitas à sermone. Cic. pro Rabir. Posth. Quorum impunitas fuit non modò à iudicio, sed etiam à sermone.

Impunitas flagitiorum. Cic. in Pisonem.

Peccatorum impunitas. Cic. 4 Tusc.

Scelerum impunitas Cic. pro Domo sua.

Iuuenilis quædam impunitas & licentia dicendi. Cicero de Claris Orat.

Garriendi impunitas. Cic. 1. de Nat. deor.

Impunitas summa medico tantum, hominem occidisse. Plin. lib. 29. cap. 1.

Libertatem & impunitatem adipisci. Liu. 2. ab Vrbe, Aut libertatem, aut certè impunitatem adepta.

Consequi impunitatem. Cic. pro Plancio, Mihi non sumo tantum, Iudices, neque arrogo, vt C. Plancium suis erga me meritis impunitatem consecuturum putem. Hoc est, quòd propter sua erga me merita, impunitatem, hoc est libertatem consequatur sui flagitij, & impunitus recedat.

Impunitatem concedere, Vide CONCEDO.

Dare impunitatem peccatorum alicui. Cic. 4. Tusc.

Veniam & impunitatem dare. Cic. 8. Philipp. Cæteris autem si errorem suum deposuerint, & in Reipub. gratiam redierint, veniam & impunitatem dandam puto.

Habere impunitatem & licentiam. Cic. pro Milone, Quem si vicisset, habiturus esset impunitatem & licentiam sempiternam.

Impunè, pen. prod. Aduerbiū {ἀτιμωρητί} Sine pœna, sine damno vel periculo. Cic. 2. de Fin. Id Sextilius factum negabat, poterat autem impunè. quis enim redargueret?

Impunè minax. Horat. 2. epist. 1.

Abire impunè. Terent. Eunuch. 5. 2,

Credín' te impunè abiturum?

Impunè facere. Terent. Adelph. 5. 3,

Hoc licet impunè facere huic, illi non licet.

Fallere aliquem impunè. Ouid. 3. Amor. eleg. 3.

Impunè ferre. Cic. Sulpitio, lib. 14. 78, Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecen multorum numerorum tractauit, quū multos libros surripuisset, nec se impunè laturum putaret, auffugit.

Impunè habere. Terent. Eunuch. 5. 7,

Siquidem istuc impunè habueris. Hoc est, Impunitatem consequeris.

Licet impunè. Tibull. lib. 1. eleg. 9.

Ludificari aliquem impunè. Tacit. lib. 3, Irritum, fessúmque Romanum impunè ludificabatur.

Impunè est. Plautus Merc. 20,

Id si resciuit vxor, impunè est viro.

Vt impunè in otio esse possemus. Cic. 2. de Lege agrar.

¶Impunius, Magis impunè & liberè, ac cum minori periculo. Terent. Heaut. 3. 2,

Nec quum malefacerem, crederem mihi impunius licere. Cicero 6. Verr. Ille ciuis Rom. quòd erat, impunius id se facturum putauit.

¶Impunissimé. Plaut. Pœnulo, 5,

-nam impunissimè
Tibi quidem hercle vendere hasce ædes licet.

Impurus, pen. prod. Adiectiuum {αἰσχρός, βέβηλος, μιαρός} contrarium est Puro.

Impurus, Improbus. Terent. Adelph. 2. 1,

O hominem impurum. hiccine libertatē aiunt æquam esse omnibus?

Idem Heautontimor. 4. 1,

Sed hāc erat anus Corinthia haud impura.

Impurus, Qui aliquo vitio notatus est, sordidus & contaminatus. Cic. lib. 4. de Repub. Sed iuuentuti nostræ minimè audiendus: quippe si ita sensit, vt loquitur, est homo impurus. Idem de Amicitia, Sed impuri cuiusdam, aut ambitiosi, &c. Idem, In illa terra atque impura legatione vim attulisse existimatis? Idem 3. Verr. Impura adolescentia.

Impurus & impudicus. Cic. 2. in Catil.

Impurus & sceleratus. Cic. Attic. lib. 9. 188. Ego illum malè sanum semper putaui, nunc etiam impurum, & sceleratum puto.

Omnium bipedum & quadrupedum impurissimus. Cicero pro Domo sua.

Turpis & impurus. Cic. 5. Verr. Quocum inire coniuuium nemo vnquam nisi turpis, impurúsque voluisset.

Adulterium impurum. Catul. de coma Berenicis, epigr. 61.

Historia impura. Ouid. 2. Trist.

Lues impura. Cic. de Arusp. resp.

Luculenta, impura, inuisa persona. Cic. pro Rosc. Com.

Impuratus, pen. prod. Adiectiuum {βεβηλωτὸς} Idem quod impurus. Terent. Phorm. 4. 3,

Impuratus me ille vt etiam irrideat? Ibidem, 5. 8,

Tum hunc impuratum poterimus nostro modo Vlcisci.

Impurè, pen. prod. Aduerbium {μιαρῶς} Iniquè & flagitiosè. Cicero 3. de Finibus, Quis animo æquo videt eum quem impurè ac flagitiosè putent viuere? Sic pro Domo sua, Impurissimè, teterrimèque violare.

Impurè & terrè aliquid facere. Cic. 1. de Diuin.

Impuritas, pen. prod. impuritatis {μιαρία} Infamia. Cic. 2. Philipp. Quū omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino lustrísque confectus.

Imputo, imputas, pen. corr. {ἐφεγκλίσω, προσλογίζομαι} imputâre, Ad significationem exprobrantis accedit, sed citra reprehensionem. Quintil. Declamat. 13, Imputa nobis propitios ventos, & secundum mare, ac ciuitatis opulentæ liberalitatē, quæ tantum frumenti vendidit, quantum duobus populis satis esset.

Eadem alicui imputare. Quintil, lib. 5. cap. 10. Id est an ei cædes impurandā sit, à quo iurgium cœpit.

Nihil inuicem imputare. Vide INVICEM. Plin. lib. 8. cap 17.

Imputare, est odiosa commemoratione exprobrare beneficium. sic accipitur apud Plin. in Paneg. Suet. in Nerone, Quum crimen quidam vltro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter ei non possent, nisi morte, succurrere.

¶Imputare, Supputare & numerare aut subducere rationem. Hac significatione posuit Seneca epist. 8, Hoc non imputo in solutum de tuo tibi. Vlpianus, Præterea si matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eum posse. sed est verius nōnisi per quem egenti dedit, imputare eum oportere. Hoc est quod vulgò dicitur, *deducere in suis rationibus*. Colum. lib. 1. cap. 7, Et maximè vexant ferui qui seruos elocant, eosdémque & cætera pecora malè pascunt, nec industriè terram vertunt, longéque plus imputant seminis iacti, quàm quod seuerint.

¶Imputare aliquid alteri, Assignare, tribuere, attribuere. Plinius in Panegyr. Gessisti alterum Consulatum, scio. illum exercitibus, illum prouinciis, illum etiam cæteris gentibus poteris imputare: non potes nobis.

Imputare magno. Senec. in Consol. ad Martiam.

¶Imputare ciuitati terna millia, Imperare & imponere. Plinius iunior ad Traianum.

¶Imputare, sine adiecto, Quæsito prætextu excusare. Tacit. lib. 19, Intererat Vitellium vinci, sed imputare persidiam non possunt, qui eum Vespasiano prodidere, quum à Galba defecissent.

Sibi imputent, cur minus idoneum fideiussoré acceperint. Vlpian. in l. 1. §. Item quæritur. D. De separation.

Imputatus, pen. prod. Adiectiuum, Quod non est putatum, hoc est purgatum. & propriè de vineis dicitur. Plin. lib. 14. cap. 12, Eadem lege ex imputata vite libari vina diis nefas statuit, ratione excogitata, vt putare cogerentur.

Imputator, Verbale {ἐφεγκλήτωρ.} Senec. de Benef. Multi sunt tam prauæ naturæ, vt malint perdere quæ præstiterunt, quàm videri recepisse, superbi & imputatores.

Imputresco, imputrescis, imputrui {κατασήπομαι} imputrescere, Idem quod putrescere, vel intus putrescere. Colum. lib. 6. cap. 17, Nam animal ipsum oleo mersum necatur: & quum imputruit, conteritur.

Imus, ima, imum {κατώτατος} Propriè dicitur quod est infimum, & profundum. Virg. lib. 6. Æneidos,

Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo. Cic. in Somn. Scip. Nam terra noua immobilis manens ima sede semper hæret.

Summus & Imus, contraria. Cicero pro Rosc. Comœd. Nónne ab imis vnguibus vsque ad verticem summum ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur?

¶Imus Acheron, Vide ACHERON.

Ima auris, Inferior pars. Plin. lib. 11. cap. 45, Est in aure ima memoriæ locus.

In imo corde. Virg. 10 Æneid.

Ab imis faucibus in distributione vocem adhibere oportet. Author ad Herennium, lib. 3.

Fundus imus. Virg. 2. Æneid.

De gradu imo tollere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 35.

Manes imi. Virg. 4. Æneid.

Gemitum dat pectore ab imo. Virg. 1. Æneid.

Imo à pectore vel de pectore fundere preces. Virg. 6. Æneid. Imo pectore videtur significare ex intimo & profundo animi affectu.

Imus pes, Extrema pars pedis. Plin. lib. 11. cap. 45, Est bisulcus discrimine exiguo pes imus vestigio carnoso.

Imæ radices montis. Cæsar 8. bell. Gall.

Ab imis radicibus eruere segetem. Virg. 1. Georg.

Sensibus imis reponere aliquid. Virg. eclog. 3.

Imus sonus. Plin. lib. 10. cap. 29, Modulatus editur sonus, summus, medius, imus.

Ima de stirpe recisum. Virg. 12. Æneid.

Sub ima tellure. Virg 6. Æneid.

¶A vertice ad imos talos. Horat. 2. epist. 2.

Ima pedis. Virg. 3. Georg.

Imum vmbræ angustissimum. Plin. lib. 2. cap. 11.

Ima petere. Ouid. 2. Metam. Ima petunt pisces.

Ab imo suspirare. Ouid. 3. de Arte.

I N

In, præpositio {ἐν, εἰς, ἐπὶ, κατὰ} Accusatiuo & ablatiuo iungitur, variáque significat.

In,interpositum suo casui.Cic.de Amic.Quo in genere,sperare videor. Ibidem,Quibus in ipsis inest causa cur diligantur.
Accingi in aciem,Vide ACIES.
Audere in aciem,Vide ACIES.
Deduci in aciem. Tacit.lib.18,E parte Othonis,prima adiutrix,nõ antè in aciem deducta.
Ire in aciem,Vide ACIES.
Venire in aciem,Vide ACIES.
Demissus in adulationem,Vide ADVLOR,& DEMITTO.
In ægritudine has ædes emit.Hoc est ægrè & iniquo animo.Plaut. Mostel.10,
Ha,caue ne illi obiectes nunc,in ægritudine
Te has em sse.
In ære alieno esse. Cic.6.Verr.At hominem video auctionem fecisse nullam:vendidisse præter fructus suos nihil vnquam:non modò in ære alieno nullo,sed in suis nummis multus esse ac semper fuisse.
In ætate.Plaur. Trinummo,3,
Næ amicum castigare ob meritam malam noxiam,
Immane est ferinus,verùm in ætate vtile & conducibile.
In æuo nostro. Plinius lib.2.cap.25,In nostro verò æuo circa beneficium,quo,&c. Id est nostro tempore.
In æternum.Plin.in Paneg.Quos quidem,non in præsens tantum, sed in æternum repressisti.
In agendo. Terent.Prolog.Adelph 24,
Senes qui primi venient,hi partem aperient,
In agendo partem ostendent. Idem Adelph.5.7,
In apparando consumunt diem.
In alio facere. Gell.lib.20.cap.1, Quæ ita acerbitas est si idem fiat in te, quod tute in alio feceris? Vbi videtur esse dicendum in alium. Sed vtrunque dici rectè potest,Vide In eo.
Inuadere in aliquem. Tacit.libro 1, Vt hi mox in hostem inuaderent.
In aliquo referam gratiam. Plaut.Rud.14,
-da mihi vestimenti aliquid aridi,
Dum mea arescant,in aliquo referam gratiam tibi.
In ambiguo esse. Plaut. Trinum.8,
-etsi admodum
In ambiguo est etiam nunc quid de hac re fiat.
In amiciriam & in amicitia alicuius esse. Cic.1.Verr.Clarissimi viri nostræ ciuitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimúmque ducebant,ab hospitibus,clientibúsque suis, ab exteris nationibus,quæ in amicitiam Pop.Rom.ditionémq; essent, iniurias propulsare. Plin.epist.5.lib.3,Nec in officiis vllis,nec in amicitia principum fuisse.
In animis nostris & iudiciis es.Plin.in Paneg.
In animo est antè fato cedere, &c. Liu.6.bell. Pun. Itaque quibus vestrum antè fato cedere, quàm hæc tot & tam acerba videant, in animo est iis apud me hodie epulæ instructæ paratæque sunt. Id est, placet, & sic cogitant sue proponunt.
In annum, vel In vnum annum, In spatium vnius anni. Cato de Re rust.Si quid desit in annum vt comparetur. Cic.4.Verr. Ei locus illi,atque honos in illum annum ita deberi putabatur. Liuius ab Vrbe condita,Designati consules in eum annum fuerant.
In annos singulos,Singulis quibusque annis. Cic.4.Verr.Syracusis lex est de religione,quæ in annos singulos Iouis sacerdotem sortito capi iubeat. Liu.1.ab Vrbe.
In ante diem. Cic.1. in Catil.Dixi ego idem in Senatu cædem te optimatum contulisse in ante diem quintum Calendarum Nouembris. Idem ad Atticum, lib.2.35, In ante diẽ decimumquintum Cal. distulit. Vide ANTE.
In apertum proferre,vel referre. Id est,vulgare in publicum.Cic. in Parad. Hoc tamen opus in apertum vt referas,nihil postulo.
In Apulis natus. Plaut.Milite,10,
Pòst.Ephesi sum natus:non enim in Apulis,non sum in Vmbria.
Vti re aliqua in argumentum. Quintil.lib.3 cap.7, Vt qui Romulum Martis filium,educatúmque à lupa dicat, in argumentum cælestis ortus vtatur his?
Promptus in arma. Tacit.lib.20.
In armis erant. Liu.2.ab Vrbe.
In articulo ipso temporis.Cic.pro Quintio.
In assem. Columel.lib.2.cap.13, Vt sit in assem Autumnalis fatio modiorum ducentorum quinquaginta. Hoc est in totum.
In aurem dicere.Plin.lib.7.cap.53, Necnon & proximo anno, dum Consulari viro in aurem dicit eques Romanus.
In aurem aliquid dare, Vide DO,das.
In authoritatem scientiæ est,neminem docere. Plinius lib.25.cap. 1.Neminem docere,in authoritatem scientiæ est.
¶Corrupta ciuitas in Barbarum. Tacit.lib.5. Idem lib.20,Aucto in Barbarum cognomento. Accusatiuus MOREM,non est in codice Budensi,nos quoque sustulimus,ait Rhenanus.
In bonis.Inter bonos.Cic.de Amic.Sed hoc primum sentio,nisi in bonis, amiciriam esse nõ posse. Idem 4.Acad.Cui præter honestum nihil est in bonis. Id est, nullum aliud bonum esse existimat præter honestatem.
In breui dicere, pro Breuiter. Quintil.lib.9.cap.4, Hæc arbitror vt in breui de ordine fuisse dicenda.
¶Ire in cædes. Tacit.lib.13, Ibatúrque in cædes, nisi Afranius Burrus,& Anneus Seneca obuiam issent.
In cælo esse,Vide CAELVM.
In capita,In singulos,singulatim. Liu.2.ab Vrbe, Extulit eũ plebs sextantibus collatis in capita. Id est,quisque contulit sextantem.
Dare aliquid in casum. Tacit.lib.1, Fixúmque Tiberio fuit, non omittere caput rerum,neque se,rémque publicam in casum dare.
In cibo & vino, Id est super cibum. Cic.in Pisonem,Verum audis in præsepibus,audis in stupris,audis in cibo & vino. Budæus.
In cœnam,Pro cœna. Terent.Andria,2.2,

Olera,& piscículos minutos ferre obolo in cœnam seni. Gell.libro 2.cap.24.
In cœnas singulas.Gell.lib.2.cap.24,Non amplius in singulas cœnas sumptus effecturos.
In cogitando,Dum cogito. Plaut.Sticho,23,
Atque in cogitando mœrore angor:nam iam propemodum
Ostendit suam sententiam.
In cognoscendo. Terent.Eunuch.5.2,
In cognoscendo tute ipse aderis Chærea.
In commune conferre. Cic.4.Verr.Vt iidem pro parte in commune Siciliæ conferrent,etiam id contulerunt.
Congredi in commune. Tacit.lib.18.
In commune consulere : Ex æquali prouidere, inquit Donatus. Terent.And.3.3,
-id oro te,in commune vt consulas:
Quasi illa tua sit,Pamphilúque sim pater.
In commune consultare. Plin.epist.16.ad Tacitum.
In commune dicere. Plin.lib.23.cap.1, Reliqua in commune dicentur.
In commune loqui,pro Colloqui. Plin.epist.87.
In commune metuo. Plaut.Asin.7,
-vinctos nescio quos ait,
Non placet. metuo in commune nequam fraudem frausus sit.
In commune vocare honores. Liu 6.ab Vrbe, Hoccine est in cõmune honores vocare, vt duos plebeios fieri Consules liceat, duos patricios non liceat?
In concubinatum dare sororem. Plaut. Trinum,10,
-ne m.hi hanc famam differant,me
Germanam meam sororem in concubinatum tibi fine dote
Dedisse magis,quàm in matrimonium.
In confesso est,Vide CONFITEOR.
In conspectum aspice. Plaut.Persa,14, Age illuc aspice de procul in conspectum.
In continenti,Vide Continens in CONTINEO.
In contrarium,In oppositum,vel opposito. Plinius libro 11.cap.44, Similiarum genera habent crura in contrarium inflexa. Liuius 5. ab Vrbe.
In controuersiam esse, dixit pereleganter Ciceronísque modo Petronius, pro Controuersum & litigiosum esse. Neque enim, inquit, res quæ viderentur in controuersiam esse, sed longè aliud quæri. Turnebus.
In controuersiam venire. Quintil.lib.7.cap.3,A quo factum sit, in controuersiam venit.
In crastinum vocare : Id est, Vt die crastino veniatis. Plautus Pseud.23,
-verùm si voltis applaudere,
Atque approbare hunc gregem & fabulam,in crastinum
Vos vocabo. Idem Sticho,10, In crastinum diem prospicere.
In creditum ire. *Faire prest & credit & fayure la foy d'autruy. Et se dit des choses qui se prestent, consistans en poids,nombre ou mesure, lesquelles ne se rendent en mesme espece,sans suffis en rendre de pareilles en nombre, poids,ou mesure.* Paulus in l. Mutuum. §. Mutui datio. D. de rebus credit. Si cert.pera.
Abire vel ire in creditum. *Quand le vendeur ou celuy qui preste deliure la chose vendue ou prestee, se fiant à l'acheteur du prix, ou que pareille espece luy sera baillee,ou autre chose equipollente,pour celle qu'il a prestẽ, & non celle mesmes qu'il a baillé.* Vlpian.l.procuratoris. §. Sed & si dedi mercem. D.de Tributor.act. & l.Mutuum.§.Mutui datio.D. de rebus credit. Si cert.pera.
In crepidis,pro Crepidatus. Suet.in Cæsare Caligula,cap.52.
In culpa inuenire aliquem. Terent.Hecyr.3.1,
Tum matrem ex ea re,aut me vxorem in culpa inuenturũ arbitror.
In culpa esse,Vide CVLPA.
In culpas cadere. Gell.lib.4.cap.9,ex Nigidio, Idcirco in culpas cadunt.
In culpam dicere, Hoc est, in vituperium. Gell.lib.4.cap.9, Cur inquam ista nunquam in culpam,sed in laudem dicuntur?
¶In deliciis habere,Vide HABEO. Plaut. Asin.16,
-egón' vt non domo vxori mææ
Surripiam in deliciis pallam quam habet,atque ad te deferam?
In denegando,Dum denegatur. Terent.And.4.1,
Tmò id genus hominum est pessimum:in
Denegando modò quis pudor est paululum.
In dialogos includere. Cic.Att.lib.13.27б,Sic enim constituebam, neminem includere in dialogos,eorum qui viuerent.
In diem,In longam dilationem. Terent.Eunuch.5 7,
Sed in diem istuc Parmeno est fortasse quod minitate. Vide DIES.
In qua die. Terent.Eunuch 3.3,
Postremò,& qua in die parua periisset soror.
In diem viuere, Idem quod extempore viuere, neque habita dicrum aut horarum ratione. Cic.2.Philipp.Non solùm de die, sed etiã in diem viuere. Idem 5.Tusc.Nos in diem viuimus. Sallust.Panem in diem mercari. Liuius de bell.Punico,In diem rapto viuit. Ibidẽ, Nihil ex raptis in diem commeatibus superabat. Id est, Nihil superabat ex his quæ capiebat in singulos dies.
In diem abiit. Terent.Phorm.5.2.
In diem determinare. Plin.lib 8.cap.25, Depascitur segetes destinatione antè(vt ferunt) determinatas in diem,& ex agro ferentibus vestigiis,ne quæ reuertenti insidiæ comparentur.
In diem aliquid petere, In spatium vnius tantum diei. Ouid.2. Metamorphoseos,
-currus petit ille paternos,
Inque diem alipedum ius & moderamen equorum.
In hunc diem conuiuam quærere,id est,Pro die. Plautus Sticho,8. Idem Stcho,9,
Nam illi heri me vocauerant in hunc diem.
In hunc diem,Pro Vsque in hunc diem. Plaut.Pseud.13,

Neu

Neu fidem ei haberem:nam eum circumire in hunc diem,
Vt me,si posset, muliere interuorteret.
In eum diem.Plautus Casina,13,
Hominem amatorem vllum ad forum procedere
In eum diem,cui quod amat,in mundo fiet.
In dies,Per singulos dies. Plaut.Persa,15,
Nam ego hodie compẽdi feci,duo panes in dies. Interpretes legũt NON,pro DVO, & non panes in dies, id est non paruam vtilitatem sum consecutus. Cic.1.Philipp.Nam quum serperet in Vrbe infinitum malum,idque manaret in dies latius,&c. Virgil.eclog.10,
Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas,&c.
In dies singulos,& In singulas horas. Cic.Torquato, Illa in dies singulos magis, magísque opinio hominum confirmatur. Liuius, Vt in singulas horas capite dimices tuo.
In his diebus. Plaut.Capt.4,
-nam illum confido domum
In his diebus me reconciliassere.
In diebus pauculis. Plaut.Trucul.12. Terent.And.1.1,
Ferè in diebus paucis quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur.
In difficili est. Hoc est,difficilis. Scæuol.in l.Gallus.D.De liber. & posthum. Ille casus in difficili est, si filium habeas, & nepotem nondum natum instituas,ísque nascatur viuo patre suo, ac mox pater decedat. Sunt qui iunctim legant indifficilis, interpretantúrque valde difficilis. Liuius Decad.1.lib.3, Adeò moderatio tuendæ libertatis, dum æquari velle simulando ita se quisque extollit, vt deprimat aliũ, in difficili est.
In disciplinam tradere puerum, hoc est vt doceatur. Suetonius in Neron.cap.7, Anneóque Senecæ iam tunc Senatori in disciplinam traditus.
In diuersum,Seorsum,separatim. Plin.lib.10 cap.33, Perdix aucupem iamiam prehensurum effugiens, spémque frustrãs, donec in diuersum abducas à nidis.
In diuersum sterni. Columel.lib.3.cap.15,In hanc mensuram scrobibus depressis,viui radices ita ponuntur, vt à media scrobe singulæ & in diuersum sternantur.
In diuitias adoptauit,hoc est,Hæredem constituit. Plaut.Pœnulo, 14. Idem Cistel.7,
Nempe istic est,qui Alcesimarcho filiam suam despondit in diuitias maximas. Id est,despondit adolescenti ditissimo.
In diuitiis esse,pro Esse diuitem. Plaut.Trinum 10,
-hoc non conuenit
Me qui abusus sum tantam rem patriam.porrò in diuitiis
Esse,agrúmque habere,egère illam autem & me meritò oderit.
In domo, pro Domi. Quintil.lib.5.cap.10, In domo furtum factũ ab eo qui domi fuit.
In dorem esse,& doti esse. Iulianus in l.Quemadmodum.D.de Iure dotium,Si debitori suo nuptura,ita dorem promiserit, Quod mihi debes,aut fundus Sempronianus doti tibi erit:verum mulier volet, id in dorem erit. Idem l.Vir ab eo.eod.tit.
In dubio est animus vel vita. Terent.And.1.5,
Dum in dubio est animus,paulo momẽto huc illuc impellitur. Hoc est,incertus est animus. Ibidem,2.2,
Mea quidem hercle certè in dubio est vita. Hoc est,in periculo.
In dubio fuit verum. Liu.3.ab Vrbe.In dubio fuit verum L.Mamilius Tusculanus dux,an P.Valerius & C.Claudius COSS.Romanam arcem liberarent.
Ponere in dubio. Hirtius 6.bell.Hispan.Nostri lætari,nonnulli etiam timere, quòd in eum locum res fortunæque omnium deducerentur,vt quicquid post horam castris fieret, in dubio poneretur.
¶In eo,pro In eum. Cic.Fortes in eo Quirites. Id est,in eũ. Quæ locutio & similes, dictæ sunt secundum antiquos, apud quos præpositiones communes indifferenter, id est nulla lege seruata ponebantur. Seruius in artem Donati.
In exitu est iam meus Consulatus : Hoc est, Absolui tempus Consulatus mei. Cic.pro Murena. Liu.5.bell.Pun.Iam ferme in exitu annus erat. Hoc est ferè erat absolutus.
In exemplis est, Vide EXEMPLVM.
In exemplum aliquid tueri vel assumere. Quintil.lib.10.cap.2,Rustici probatam experimento culturam in exemplum tuentur.
In expedito esse,In promptu. Quintil.lib.10.cap.7,Promptũ hoc, & in expedito positum,exercitatione sola continetur.
In expectatione esse omnium rerum quid in Gallia,&c. Planc.ad Cic.lib.10.4,Sum in expectatione omniũ rerum,quid in Gallia,&c.
In expectatione esse, Expectari. Plaut.Milit.18,
Vide ne sis in expectatione,ne illam animi excrucies. Id est, ne diutius immoreris,festina:vide ne te expectet.
¶In fabulis esse,pro Traduci sermone hominum. Suet.in Cæsare Augusto,cap.70,Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit.
In facili. Liu.3.ab Vrbe,Et compulsos in cauas valles, quum exitus haud in facili essent. circunueniunt.Admonet Sigonius, in veteribus libris legi,quum exitus haud inde faciles essent.
In familiaribus alicuius esse. Cic.ad Trebatium,lib.7.7, Perfice vt sis in Cæsaris familiaribus.
In futurum. Plinius iunculus lib.18.cap.15, Terra in futurum proscinditur.
In præsens & In futurum, contraria. Liu.10.bell.Pun.Omnia exposuit ordine Patribus, ingenti omnium & in præsens lætitia, & in futurum spe.
¶In genua astat. Plautus Casina, 23,
Continuò in genua astanti pectus mihi pedibus percutit.
In gloria esse:hoc est in pretio & honore. Plin.lib.11.cap.42,Transmaria verò caseus Bythinus ferè in gloria est.
In gloriam referre aliquid. Liu.8.bell.Maced.Et aurium fastidium aberat : quia pro periculo, non in gloriam referebantur. De Scipione causam dicente.

In gratia pecuniáque magna fortunatum esse.Gell.lib 16.cap.19.
¶In hoc factum est : hoc est ob hoc,& ad hoc. Columel.libro 7. cap.8,Et sub vmbra cratibus in hoc factis, ita ordinatur, ne alter alterum casus contingat.
In hoc,vt. Vlpian.in l.Argumento. sub finem.D.De aur. & arg.legat. Si lapilli in hoc sint soluti, vt recomponantur : ornamentorum loco sunt.
In hæc verba. Liuius 5.bel.Pun.Priore carmine Cannensis prædicta clades in hæc ferme verba erat.
In hoc similis alicui. Cic.4. Acad.Democritus in hoc huic similis, huberior in cæteris.
In hoc sumus sapiẽtes,quòd naturam optimam ducem, tanquam deum sequimur.Cic.de Senect. Hoc est in hac parte.
In hac parte.Plin.lib.10.cap.63. Quantum in hac parte multo nocentiores,quàm feræ sumus?
In honore hominum,& in honore famæ esse.Plin.in Paneg.
In honore mensarum est burco accipitrum genus. Plinius lib.10. capite 49.
In horam viuere. Cic.5.Philipp.At ij qui in horam viuunt, non modò de fortunis & de bonis ciuium, sed ne quidem de vtilitate sua cogitauerunt.
In hora vna aliquid facere. Plaut.Pseud.23. Cic.ad Cassiũ,lib.15. 16.Ego si semper haberem,cui darem,vel ternas in hora darem.
In horas expectare. Plin.epist.16.lib.3, Si valere est, suspensum & anxium viuere,expectantem in horas.
In horas clauũ mutare,pro Sæpissime. Horat.2.Serm.sat.7. Quasi tu dicas,In singulis horis.
¶In istac. Terent.Adelph.5.9,
Habeat,in istac finem faciat.
Depicta tabula in imaginem rei. Quintil.lib.6.cap.1.
In immensum, Immensè. Plin.lib.16.cap.1. Liu.4.ab Vrbe, In æternum Vrbe condita,& in immensum crescente.
In incertum,Incertò. Liuius 4.ab Vrbe, Et L.Minutius præfectus annonæ,seu refectus,seu quoad res poscerent,in incertum creatus.
In incerto res est sita. Plaut.Capt.11, -mihi
Res omnis in incerto sita est.
In re incipiunda. Terent.Phorm.1.4,
Meministin' olim vt fuerit vestra oratio,
In re incipiunda ad defendendam noxiam?
In infinitum extendere epistolam. Plin.epist.15.lib.5.
In ingressu,Dum ingredior,vel accedo ad aliquem locum. Plinius epistol.234.
In insidiis esse,Facere insidias. Terent.Phorm.1.4,
-ego in insidiis hic ero
Succenturiatus,siquid deficies.
In integro res est. Cic.ad Rusum,lib.5.20, De Tribunorum militarium congressibus,res est in integro. Id est,nihil adhuc actum est, & res adhuc est integra.
In integro res nobis erit,Res nostra bene se habebit. Cicero Cassio,lib.15.6, Quare si iam biennium aut triennium est, quum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis, in integro res nobis erit.
In integrum restitutus. Cic.pro Cluentio.
In inuidia & in odio esse apud aliquem.Cic.7.Verr.
In itinere. Terent.Heaut.2.3,
-hoc ipsa in itinere alteræ
Dum narrat,fortè audiui. Id est inter eundum.
In itinere est Antonius,Id est venit. Brutus Ciceroni,lib.11.
In iugerum,In iugera singula,pro singulis iugeribus. Cic.5.Verr.
¶In latenti. Pompon.in l.2.§.Iuris ciuilis scientiam.D.de orig.iuris. Cæteri autem adhuc vel in latenti ius ciuile retinere cogitabant, solúmque consultatoribus potius, quàm discere volentibus se præstabant.
In laudem dicta,Vide In culpam.
In legem,pro Vice legis. Seneca de Benefic.Sua illis in legem æterna est voluntas. Sic In patrimonium,& in gloriam, apud eúdem, Ne in patrimonium quidem est, nedum in gloriam, incendium extinxisse quod feceris.
In loco,id est Opportunè,& captato (vt aiunt) tempore. Terent. Adelph.2.2,
Pecuniam in loco negligere,maximum interdum est lucrum. Horat.4.Carm.ode 12,
Dulce est despere in loco. Cic.Antè quàm iret in exilium. Fidei conducit,in loco debitum retribuere.
In loco fratris amare. Terent.And.1.5,
Si te in germani fratris dilexi loco,
Sine hæc te solum semper fecit maximi.
In beneficij loco petere aliquid ab altero. Cic.5. Verr.Atque hoc in beneficij loco petitũ est ab Apronio, vt iugera singula ternis medimnis decidere liceret.
In loco posita ædilitas: hoc est,cui debuit, data. Cic.7.Verr.Ex his ego rebus omnibus Iudices, ita mihi deos omnes propitios esse velim,vt tametsi mihi iucundissimus est honos populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum solicitudinis & laboris, vt hæc ipsa ædilitas,non quia necesse fuerit, alicui candidato data, sed quia sic oportuerit, rectè collocata, & iudicio digno populi in loco posita esse videatur.
In locum alterius Consulatum petere. Cic.11.Philipp.Qui se Consulatum in Bruti locum petere profitetur?
Peruadere in aliquem locum. Tacit.lib.17, Piso in ædem Vestæ peruasit.
In longum trahere. Plin.lib.10.cap.29,Nunc continuo spiritu trahitur in longum,nunc variatur inflexo.
In lucem semper Acerra bibit:hoc est,totam noctem, & vsque ad sequentem diem. Martial.lib.1.112.
In lucem cœnat Sertorius.Martial.lib.7.9.

Effusi in luxum, & epulas, & nocturnos cœtus. Tacit.lib.20.

¶In manibus est res. Cicero Attico, lib 6.114. Non quo me aliquid iuuare posses, quippe res enim est in manibus: tu autem abes longè gentium.

In manibus esse vel habere, Tractare & diligenter videre. Cicero Attico, lib.4 82, De libris Oratoriis. factum est à me diligenter, diu, multúmque in manibus fuerunt. Idem de Amic. Sed adfuistis, & est in manibus oratio. Idé in Bruto. Sed ecce in manibus vir & præstantissimo ingenio, & flagranti studio, & doctus à puero C. Gracchus.

In manibus res esse aliqua dicitur, pro Versari & incumbere in ea. Plin. epist. 193. Non vacat, quia vindemiæ in manibus. Liu. 4. ab Vrbe, Quum tantum belli in manibus esset.

Quam spem nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breuiter iam iudices exponam. Cic. 2. Verr.

In manu mea est, Hoc est, in potestate mea est. Cic. pro Quintio. Liu. ab Vrbe condita, Vt sua cuique Respub. in manu esset. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6, Quàm velis eum obligare, in tua manu est. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 2, Verùm hæc non sunt in nostra manu.

Victoria in manibus est: Hoc est, facilis & in promptu. Liuius 5. bell. Macedon. Consul obtestabatur milites, vt paululum adniterentur: victoriam in manibus esse. Hoc est velut iamiam teneri.

In manu & tutela habere. Liu. de bell. Maced. Et vos in manu & tutela, non in seruitio debeteis eas habere.

Agas quod in manu est. Plaut. Mostel. 6.
Quò eueniat, diis in manu est. Plaut. Mostel. 8.

In manum dare. Terent. Phorm. 4 3,
-eho die quid velis dari
Tibi in manum, vt herus desistat litibus. Id est, Quid tibi vis dari. Vide DO.

In materiam adhærescere. Cic. pro Domo sua, Nónne prouidendum Senatui fuit, ne in hanc tantam materiam seditioni s, ista funesta fax adhæresceret?

In me. Terentius Eunuch. 5. 9,
-nam in me planè di potestatem suam
Omnem ostendere.

In medio, Corám. Terent. Adelph. 3 4,
-mater virginis
In Medio est, ipsa virgo, res ipsa.

In medium relinquere. Gell. lib. 6. cap. 14.

In memoriam redire & egredi, pro Meminisse. Plaut. Capt. 19,
Nunc demum in memoriam redeo quum mecum cogito:
Nunc ædepol demum in memoriam regredior audisse me
Quasi per nebulam, Ægionem meum parrem vocarier.

In memoriam sempiternam orbis terræ aliquid spargere. Cicero pro Archia.

In mente est mihi, Hoc est succurrit mihi, & nunc recordor. Plaut. Bacch. 2,
-non omnis ætas Lyde, ludo conuenit,
Magis vnum in mente est mihi nunc, satis vt commodè
Pro dignitate obsonij hæc concurret coquus.

In mentem nunc mihi fuit. Plaut. Bacch. 4.

In mentem venit. Terent. Eunuch. 3. 2. Cic. In mentem tibi non venit causam publicam sustinere.

In meridiem spectat: Id est ad meridiem conuersum est. Cato.

In metu esse. Terent. Phorm. 1. 2,
-nescis quo in metu, & Quanto in periculo sim.

In militem, in capita, in naues, & similia. Quod aliàs diceretur, pro quolibet milite, &c. Varro de Re rust. In centum sues, decem verres satis esse putant. Liuius ab Vrbe, Frumentum Melianum assibus in modios æstimatum plebi diuisit. Liuius, Singulis in militem tunicis imperatis. Idem de bell. Maced. Quod pretium in capita statuisset. Virg. 5. Æneidos,
Bina boum vobis Troia generatus Acestes
Dat capita in naues.

In modum seruorum obedire. Corn. Tacit. lib. 1, Cur paucis Centurionibus, pauciores Tribunis in modum seruorum obedirent?

Peto à te maiorem in modum, vel humanitatis tuæ, vel mea causa, vt, &c. Cic. Bruto, lib. 11. 22. Idem Memmio, lib. 13. 2.

In modum peregrinum, & in modum seruilem, pro Quemadmodum peregrini & serui solent. Plaut. Trinum. 11. Liuius 2. bell. Maced. In seruilem modum lacerati atque extorti.

In modum perpetuum perij. Plaut. Mostel. 8.

In modum amici, Tanquam amicus. Sueton. de Claris gram. Sic Liu. 5. ab Vrbe, Vaticinantis in modum cecinit.

In monendo. Plaut. Bacchid. 1,
Pol magis metuo, in monendo ne mihi defuat oratio.

In mora Tribuni erant. Liu. 3. ab Vrbe.

In more est, De more & consuetudine. Plin. lib. 16. cap. 4.

In morem. Virgil. 8. Æneidos, Pellibus in morem cincti. Alio loco dicit De more.

In morte, Dum moritur. Plaut. Menæh. 9,
Qui in morte regnum Hieroni tradidit.

In multum velociores. Plin. lib. 10. cap. 36. ad finem.

In mundo esse, antiqui dicebant, pro Paratum esse & in promptu. Plaut. Asinar. Act. 2. scen. 1,
Aut mihi in mundo sunt virgæ, aut artienſi Sauriæ. Id est, mihi paratæ, aut Sauriæ. nimirum vt illis cædar, aut Sauria. Meminit Charisius lib. 2, his quidem verbis, In mundo, pro palàm, & in expedito, ac citó. Plaut. Quia sciebam pistrinum in mundo fore. Cæcilius quoque. & quæ sequuntur. Porrò locus Plauti à Charisio indicatus, in multis codicibus sic perperam legitur, in Pseudol. Act. 1. scen. vltima, Pistrinum ineundum scibâ, si id faxem, mihi. Et versu mox sequéte, Non à me scibas pistrinum ineundum tibi, Quum ea mussitabas? quum vtrobique pro ineundum legendum sit, in mundo: vt etiam habet Plautus ab Ioachimo Camerario felicissimè multis in locis castigatus. Quòd si quæras quæ sit origo huius sermonis, fortasse à mundo mulicbri id ductum est. Mulieres enim quæ ad cultum corporis faciunt, in promptu habent: condúntque omnia in arcula diligenter, vt præstò semper sint, quum vti velint.

¶In noctes singulas. Plaut. Trucul. 6,
-quid maceria illa ait, in horto
Quæ est, quæ in noctes singulas látere sit minor, qua is ad vos
Dámni permensus viam est?

In nominando. Varro 1. de Re rust. cap. 9, In ea enim & lapis, & arma, & cætera eius generis sunt in nominando comprehensa.

In nouissimis esse, Inter vltimos, & quod vulgus dicit, *de vltimis*. Cic. pro Rosc. Comœd. Itaque perbreui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos.

In noxa, vel noxia esse. Terent. Phorm. 2. 1,
-haud ita est,
Hic in noxia est. Id est, hic peccatum illud commisit. Liuius 7. bell. Punic. Comprehensi omnes qui in noxa erant.

In numerum ludere. Virg. ecloga 6,
Tum verò in numerum Faunósque feráſque videres
Ludere, tum rigidas notare cacumina quercus. Seruius, Hoc est saltare ad modum rhythmi & cantilenæ.

In numerato pecuniam habere. Vlpian. in l. Magis §. Non passim. D. de rebus eorum qui sub, &c. Quærere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus.

In numerato habere, Id est in promptu. Quintil. lib. 6. cap. 3.

¶In obliquum alios sequi. Liu. 8. bell. Pun.

In obscuro est. Martianus in l. Si seruus. D. de fideicommissariis libertatibus, Sed si in obscuro sit, qua mente post libertatem legauerit eundem seruum: in obscuro libertatem prælualere. Id est, in dubio.

In occasum est sol. Columel. lib. 12. cap. 15, Quum sol in occasum fuerit, erigantur.

In occulto agere, Clám. Plaut. Trinum, 10,
N. hil ego in occulto agere soleo: meus vt animus
Est eloquar. Id est, palam omnia facio, nihil clám.

In oculis quidem exercitus quid ex eo est consecutus? Cicero 1. de Finibus.

In oculis habitare, pro Versari in publico, vertit Budæus. Cicero pro Plancio, Nam posteaquam sensi Populum Romanum aures habetiores, oculos acres atque acutos habere: desisti, quid de me audituri essent, cogitare: feci vt postea quotidie me præsentem viderent: habitaui in oculis, pressi eorum neminem à congressu meo.

In oculis esse. Cic. pro Plancio, Sed vt redeam ad Plancium, nunquam ex vrbe abfuit, nisi fortè lege, necessitate. non valuit rebus isdem, quibus fortasse nonnulli: at valuit assiduitate, at valuit seruandis amicis, valuit liberalitate: fuit in oculis, petiuit, est vsus ratione, &c.

In odiis resident mores pristini. Plaut. Trucul. 2.

In odio esse. Cic. 7. Verr. Videmus quanta sit in inuidia, quantóque in odio apud quosdá homines nobiles, nouorum hominum virtus & industria.

In odio, aliter. Plin. lib. 6. cap. 27, Ibi mortalium soli aurú in odio contrahunt: id defodiunt, ne quo cui sit in vſu.

In omnia. Patercul. lib. 2, Accepta in Germania clades sub legato M. Lolio, homine in omnia pecuniæ quàm rectè faciendi cupidiore.

In opere faciundo. Terent. Heaut. 1. 1,
Ac enim dices, me quantum hic operis fiat, pœnitet.
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis, plus agas.

In orbem se tutari: hoc est, in gyrum, & circulum aut circuitum. Liu. 4. ab Vrbe, Tumulo quodam occupato in orbem se tutabantur.

In orbem, Vicissim, alius post alium. Liuius 5 ab Vrbe, Senæ horæ in orbem operi attributæ sunt, nocte ac die nunquam antè omissum, quàm in arcem viam facerent. Id est quisque sex horas laboraret sua vice. Ibidem lib. 3, Vt vnus fasces haberet, & hoc insigne regium in orbem suam cuiusque vicem per omnes iret.

In ordine. Plaut. Casin. 2. 2,
Omnem in ordine rem facère. Id est eo ordine quo acta est.

In ordinem redigi vel cogi. Liu. lib. 12, Tribuni plebis in ordinem redacti. Vide COGO.

In ordinem reponere. Colum. lib. 9. cap. 12, Reponat in ordinem reliquorum alueorum.

In os, pro In faciem. Senec. de Benefic. 7, Si in ora parentum filios iugulat.

In ore est omni populo, Fama est, vulgare est. Terent. Adelph. 1. 3.

¶In pariundo. Terent. And. 4. 5,
-dis pol habeo gratias,
Quum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ.

In parte causæ. Plin. epist. 5, Nitebamur nos in parte causæ sententia Meti Modesti optimi viri. Vulgus, *In vna parte processit* dicit.

In parte laboris ac periculi fuisse. Liuius in Præfatione belli Macedon. Me quoque iuuat, velut ipse in parte laboris ac periculi fuissem, ad finem belli Punici peruenisse.

In partem: hoc est, Pro sua parte. Plaut. Asin. 12,
Age sis, tu in partem nunc iam hunc delude, atque amplexare hanc.
Liuius 6. ab Vrbe.

In partem, cui opponitur In totum. Vlpian. in l. 2. D. De noxal. act.
Si fuerit alienatus seruus in totum, vel in partem.

In partem dimidiam decoquere. Colum. lib. 12. cap. 24. Quod vulgus practicorum dicit *ad partem dimidiam*.

In vtranque partem. Cic. 4. Academic. Item ea quæ interrogati in vtranque partem respondere possumus, sequentes, &c.

Venire in partem alicuius rei. Quintil. in Procem. lib. 1.

In pancos dies tolerabilis, Paucis diebus. Liu. ab Vrbe cond. Obsidio in loco nudo, atque inopi, vix in pancos dies tolerabilis erat.

In pedes, In fugam. Terent. Eunucho, 5. 2,
-interim
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam

Venit: vbi vidi, ego me in pedes, quantum queo,

In angiportum quoddam defertum. Idem Phorm. 1. 4,

Atque hinc me conijcerem protinus in pedes.

In pedes nasci, Vide NASCOR.

In pedem, Id est, pro singulis pedibus. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17, Is se ternis nummis in pedem tecum transegisse dicebat.

In pedes soleas inducere. Cic. 2. de Inuent. Quidam iudicatus est parentem occidisse: ei statim, quo effugiendi potestas nõ esset, ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt.

In perendinum, Perendie, die sequenti crastinum. Plautus Trinummo, 17.

In periculum legis includi. Cic. pro Cluétio, Nec nunc quicquam agitur, mihi credite Iudices, & prospicite id quod prouidendum est, nisi vt Equester ordo in huiusce legis periculum includatur.

In perpetuum, contrarium habet In tempus. Plin. epist. 53, Hic numerosissimæ causæ terminus fuit, quibus absolutis, pluribus damnatis, atque etiam relegatis, aliis in tempus, aliis in perpetuum. Cic. 3. Verr. Idcirco tibi amicum in perpetuum fore putasti?

In perpetuum, pro Omnino. Cicero ad Atticum, libro 12. 24, Apud Apuleium (quoniam in perpetuum non placet) in dies vt excuſer, videbis.

In plenum, Summatim. Plin. lib. 12. cap. 16, In plenum autem probatio est minutis glebis.

In plenum, pro Plenè, omninò, perfectè. Caius in l. Neratius. D. De condict. indebiti.

In portu sum, id est in tuto. Cic. ad Varronem, lib. 9. 6, His tempestatibus ea propè solus in portu.

In posterum, id est, Postero tempore. Cicero de Amicitia, Quúmque plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat omnibus, quòd bona spe præluceat in posterum.

In posterum tempus. Cic. 2. de Nat. deor. Defectiones Solis & Lunæ cognitæ, prædicataque in omne posterum tempus, quæ, quantæ, quando futuræ sint.

In posterum, & In præsens, contraria. Cicero ad Brutum, Vt & in præsens sceleratos ciués timore ab impugnanda patria deterrerem, & in posterum documentum statuerem, nequis talem amentiam vellet imitari.

In posteritatem, pro In posterum. Cic. in Catil. Quanta tempestas inuidiæ nobis, si minus in præsens tempus recenti memoria scelerũ tuorum, at in posteritatem impendeat!

In potestate alicuius esse. Cic. ad Metellum, lib. 5. 4, Quòd si mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo.

In potestatem esse. Cic. pro L. Manilia, In prædonum potestatem fuisse scias. Vbi ex vetusto codice legitur in potestate.

In potiundo. Terent. Heaut. 2 3,
Tuum esse in potiundo periculum non vis. Hoc est, vt ea potiaris.

In præsentia, Nunc temporis. Terent. Phorm. 5. 2,
Prouisum est ne in præsentia hæc hinc abeat. Idem Adelph. 2. 2,
-verùm ego nunquam adeò astutus fui,
Quin quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia. Cicero Att. lib. 8. 163. Idem 5. de Finib. Sed quoniam non possunt omnia simul dici, hæc in præsentia nota esse debebunt.

In præsentia, & Post, opponuntur. Cic. 7. Verr. In præsentia, inquit Cleomenes, quoniam ita necesse est: sed pòst aliquid videbimus, ne iste nobis obstare possit.

In præsens, Idem. Plin. in Paneg. Quos quidem non præsens tantùm, sed in æternum repressisti. Gell. lib. 12. cap. 11, Quum emere vellet in palatio domum, & pecuniam in præsens non haberet.

Lætus in præsens animus. Horat. 2. Carm. ode 16.

In præsenti Cicero dixit de tempore in quo loquebatur: vt Græci ἐν τῷ παρόντι. is ad Cælium ita scribit lib. 2. 9, Hæc ad te in præsenti scripsi, vt speres te assequi id quod optas.

In præteritum laudare. Quintil. lib. 7. cap. 5.

In pretio esse. Horat. de Arte poet.

In primis, Ante omnes, vel ante omnia, vel vnum ex primis. Terent. Eunuch 3. 1,
Audieras? o. sæpe, & fertur in primis. Cicero in Verrem, Homini in primis gloriosissimo respondet. Idem ad Tironem, lib. 16. 5, Omnes cupimus, ego in primis, quamprimum te videre.

In primis, venerare deos. Virg. 1. Georg.

In principibus, pro Inter primos. Cic. ad Lent. lib. 1. 7, Quem tamen illi esse in principibus facilè sunt passi, euolare altius certè noluerunt.

In principio. Terent. Phorm. 2. 1,
Sed quid ecſſas hominem adire, & blandè in principio alloqui?

In priuato. & In publico, contraria: pro Priuatim & publicé. Liu. 9. bell. Maced. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant: vt ipsi in priuato animaduerterent in eas: si nemo erat idoneus supplicij exactor, in publico animaduertebatur.

In probro esse. Terent. Phorm. 5. 4,
Quin si hoc celetur, in metu: sin patefit, in probro sim.

In procliue. Lucret. lib. 2,
Et procursus item in procliue volubilis exstat.

In procliui quod est facere. Terent. And. 4. 2,
-sed si id non poterit:
Id faciam, in procliui quod est, per me stetisse vt credat.

In promptu. Ouid. 1. de Remed. amoris,
In promptu causa est, desidiosus erat. Id est, manifesta est, & patet.

In promptu est & patet. Cic. 1. de Orat. Sed quum illa pateant, in promptúque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint, &c.

In propatulo positum, Palám. Liu. 5. ab Vrbe. Idem 4. bell. Pun. Apparata conuiuia omnibus in propatulo ædium fuerant.

Iam in propinquo certamen erat. Liu. 6. ab Vrbe.

In proximo. Terent. Heaut. 1. 1,
Inde adeò quòd agrum in proximo hic mercatus eè.

In proximum Senatum differre. Plin. epist. 35.

In publico omnes porticus commensi sumus. Plaut. Mostel. 11.

In publico pernoctare, Vide PERNOCTO.

In publico & in foro: In secreto & intra parietes contineri, contraria. Liu. 5, bell. Nec iam in secreto modo atque intra parietes ac portes contemnebantur Romani ritus, sed in publico etiam ac foro, Capitolióque mulierum turba erat, nec sacrificantium, &c.

In publicum proponere. Cic. 2. de Lege agraria, Aliquando tádem me designato lex in publicum proponitur.

In publicum, auxilium polliceri. Quintil. lib. 10. cap. 7.

In publicum redigere bona. Proscribere, & in publicum vendere. Liu. 2. ab Vrbe, De bonis regiis, quæ reddenda antè censuerant, res integra refertur ad Patres. Illi victi ira vetuere reddi, venuere in publicum redigi: diripienda plebi sunt data, vt, &c.

In punctum, pro In singula puncta. Suet. in Nerone, cap. 30, Quadragenis in punctum H-S. aleam lusit.

¶In quem sumus, Inter quos sumus. Cic. Att. lib. 10. 203, Quid enim dicam de hac iuuentute? ea verò, quæ mihi quidem qui illum amo, sunt his ipsis malis, in quem sumus, miseriora, non sunt ab obsequio nostro.

In querelis mens. Plaut. Menæh. 14,
Qui aut fœnore, aut periuriis páratam rem habent,
Mens in querelis.

In quinquennio pecuniam consumi. Cic. 4. Verr. Non opinor id ages, vt ista pecunia in quinquennio consumatur in statuis.

¶In rationem eandé scriptæ epistolæ. Id est, In eandem formam, eiusdem sententiæ ac sensus. Cic. ad Att. lib. 1. 7, Et mea sponte faciebam antea, & pòst duabus epistolis tuis perdiligenter in eandem rationem scriptis, magnopere sum commotus.

In reliquum tempus. Cic. pro Lege agrar. Deinde etiam in reliquú tempus diligentissimè sancit, vt, &c.

In remedio esse. Plin. lib. 8. cap. 16, Gustatus deinde sanguinis in remedio est.

In rem præsentem olim tum veniebant, quum locum oculo ac digito designare volebant: vt hodie quum aut iudex pronuntiat, aut inter litigantes conuenit, agrum quem controuersum facere volumus, aut reo designari, aut testibus per inquisitorem demoustrari certis finibus circunscriptum: videlicet vt ille deliberare de re controuersa possit, cedere néve vindicanti debeat, hi vt certi sint testimonij sui. Cicero 1. de Orat. An verò si de re ipsa, si de finibus, quú in rem præsentem non venimus. Idem pro A. Cecinna, Placuit Cecinnæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniretur. Budæus.

In rem præsentem perducere. Plinius epist. lib. 3. Non potui te magis in rem præsentem perducere. Id est, non potui planius omnia vt acta sunt, scribere, vt perinde omnia teneres, atque si in re præsenti fuisses. Quintil. libro 6. cap. 2, de affectibus, Quarum rerum ingens plerunque vis est, velut in rem præsentem animos hominum ducentium Budæus.

In rem præsentem excurrere. Plin. epist. 225.

Quemadmodum in rem præsentem venire dicebãt, ita in re præsenti disceptare. Liu. 4. bell. Maced. Qui inter Carthaginienses & regem in re præsenti disceptarent.

In re præsenti; E re nata, quod dicitur. Plaut. Casin. 10,
In re præsenti, ex copia piscaria
Consulere licebit quid emam. Idem Amph. 4,
Nam ego fui illic in re præsenti, & meus, quum pugnatum est, pater.

Id est præsens aderam.

In re præsenti, pro Tunc. Quintil. lib. 6. cap. 3, Occisum hominem queror, nõ omnia quæ in re præsenti accidisse credibile est, in oculis habebo?

Velut in re præsenti aliquid constituere. Quintil. lib. 7. cap. 11. Illa potentissima est, quæque verè dicitur œconomica totius causæ dispositio. quæ constituti nisi velut in re præsenti non potest.

In re mea est, In rem & vtilitatem meam. Plaut. Trucul. 18,
In re mea triduum hoc saltem, dum aliquo miles circunducitur.

In re ipsa. Terent. Hecyr. 5. 2,
Philippe nostras mulieres suspectas fuisse falsò
Nobis, in re ipsa inuenimus Id est certó.

In eam rem siquid habebo, tibi quoque etiam proderit. Plautus Trucul. 18.

In rem esse. Tacitus, Coloniam copiis validam auferre Vitellio, in rem famámque videbatur.

In rem nostram est: Id est, in nostrá vtilitatem. Plaut. Pers. 16. Terent. And. 3. 3,
Si in rem est vtrique, vt fiant: accersi iube. Idem Hecyr. 2. 2,
Quod si tu idem faceres, magis in rem & nostram & vostrá id esset.

In rem ventris. Plaut. Persa, 10,
Verum hercle magis in ventris rem videbitur. Hoc est, pro saginando ventre.

In rem iurare. Vlpianus, in l. 1. D. Quar. rer. act. non dat. Si fideiussor iurauit, si quidem de persona sua tantùm iurauit, quasi non esset ipse obligatus: nihil reo proderit. Si verò in rem iurauerit, dabitur exceptio reo quoque.

In rem concepta actio, vel scripta, Quæ licet naturâ sit in personam, cum actione tamen in rem hoc habet commune, vt contra quencunque, ad quem res de qua fit quæstio venerit, detur. Vlpianus in l. Hac stipulatione. D. Vsufructuarius quemadmodum caueat, Et quum in rem sit doli mali mentio concepta, omnium dolum comprehendere videtur successorum & adoptiui patris. Idem in l. Metum. §. fin. D. De eo quod metus causa gestum erit, Sed est verius quod Marcellus notat, etiam aduersus reum competere actionem hanc, quum in rem sit scripta.

In rerum natura aliquid constare. Cic. de Amic. Agrigentinũ do-

ctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt,quæ in rerum natura, totóque mundo constarent, quæque mouerentur,ea contrahi e amicitiam,dissipare discordiam.

In respectum. Senec. de Benefic.lib.4.cap.32, In illius respectum, iste populo præfidcat: non quia scit aut potest, sed quia alius pro eo meruit.

In ridiculo haberi,Ludibrio esse. Plaut.Pœn.18,
Neque ab iuuentute ibi in ridiculo habitæ.

In ridiculo esse. Plaut.Casin.22,
Ita nunc pudeo, atque ita nunc pauco, atque ita in ridiculo sumus ambo.

¶In saginam se conijcere,Ventri indulgere.Plaut.Trinum 10,
-in saginam
Herus se conjecit meus:credo ad summos bellatores
Acrem fugitorem fore,& capturum spolia.

In salute alicuius saluere. Plaut.Trucul.6.

In senecta.Plaut.Milite.10,
Eam me pudet tibi in senecta obiicere solicitudinem.Hoc est,te tam senes sue quem sis tam senex.

In senioribus est, Hoc est, inter grauiores & seniores. Plautus Casi-a,2,
Antiquam eius edimus comœdiam,
Quam vos probastis qui estis in senioribus.

In sententiam eam dicere. Cic.Att.lib.2.37, Hæc & in eam sententiam quum multa dixisset,aiebat illum,&c.

In sententia eadem esse. Cic.ad Tironem,lib.16.3, Approbaui tuũ consilium,neque nunc muto,si tu in eadem es sententia.

In seruitute habere. Plaut.Pœn.19,
In seruitute hic habuit duas filias tuas.

In serum pro In vesperum. Suet.in August.cap.16,Nec multò pòst nauali prælio apud Actium vicit,in serum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit.

In singula iugera centenos sextarios efficiant. Columel.lib.3. capite 3.

In singulas ciuitates imposita pecunia.Liu.ab Vrbe,Mulcta quinquagenum æris in singulas ciuitates imposita.

In singulis stipendiis. Plaut.Epid.2,
Id modò videndum,vt materies supperat seruariis,
Si in singulis stipendiis ad hostes exuuias dabit.

In singulos H-S.quinquagenis. millibus damnari mauulcis? Cic. 5.Verrina.

In singulos modios.Cic.1.Verr.Pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse.

In sodalibus illis es. Plaut.Perſ.16,
-tu in illis es decem sodalibus,
Te in exilium ire hinc oportet.

In solatio esse,Solari & gaudere. Plaut.Amphit.8 12,
-& domum Laudis compos reuenit,in solatio est.

In solutum accipere, Id est vice solutionis. Senec.de Benefic.

In solem aliquid proferre. Columel.lib.9.cap.13, Quum clementia dei suaserit in solem proferre.

In sole pyra ponere donec arescant. Columel.lib.12.cap.14.

In somnis,Inter somniandum. Plaut.Amphit.7,
Ibi fortè istum si vidisses quendam in somnis Sosiam.

In somnis,Id est per somnos,vt Seruius ait,hoc est inter dormiendum.Virg.2.Æneidos,
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi.

In speciem, D ssimulanter, & veluti per speciem tantum. Liuius 10 belli Punici,Ducentes paucos in speciem captiuos. Idem 4. ab Vrbe condita.

In speciem,& Reipsa,contraria. Liu.3.ab Vrbe,D.laraq; in speciè actione,reipsa sublata,Consules extemplo accersiti.

Præclara classis in speciem, sed inops & infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum. Cic.7.Verr.

In spem. Liuius 2.ab Vrbe,Multóque plures, vt in spem vniuersæ prædæ,flumen traiciunt.

In spem venire. Cic. ad Varronem,lib. 9.1,In spem tamen venio aduentum tuum appropinquare.

In spe esse. Liuius 5.bell.Maced.Ii post deportatos ex Græcia exercitus, primò in spe fuerant,& Antiochum in vacuam Europæ possessionem venturum.&c.

In studia mittere quempiam aliquó. Patercul.lib.2, Apolloniam eum in studia miserat. Hoc est,ad incumbendum studio literario.

In summa,Summatim,breuiter. Plin.epist.96, In summa non profuturum ei si donasse.m, profuturum si cessisse.m. Idem epist.94,lib. 6,In summa, nosti facetias hominis. Cicero ad Qu.frat.lib.2.16,In summa,quatuor sententiis,&c.

In summo beneficio. Cic.5.Verr.Hoc vix ab Apronio in summo beneficio,pro iis qui etiam tum incolumes erant,impetratum est.

In omni summa. Cic.ad Qu.frat.lib.3,Et in omni summa, vt mones,valde me ad otium pacémque conuerto.

In summum euadere.Liuius 5.ab Vrbe,

In superuacuum. Seneca,de Ira. Id est frustra.

In suspenso relinquere. Plin.epist.248.

¶In tam breui spatio. Terent.Heaut.5.2, Vt pater
Tam in breui spatio omnem de me eiecerit animum patris?

In tantum. Plin.lib.8.cap.16, Et male credi libertas ei, cui in tantum cessisset etiam feritas.

In tantum,in quantum. Plin.in Paneg.ad finem, Si denique in tantum diligo optimum principem,in quantum inuisus pessimo fui.

In tantum, vt. Plinius lib.10.cap.53, Aliquæ in tantum, vt effœtæ moriantur.

In talibus viris. Cic.de Amic.Nam hæc quidem in talibus viris quid attinet dicere?

In te est mihi salus,Plaut.Pseud.3.

In te copia est sodali tuo. Plaut.Epid.7.

In te,Contra te. Plaut.Trinum 4,
Hæc cum audio in te dici,excrucior miser.

In tempore aduenire,Id est opportunè.Plaut.Cap.13. Liuius 4.ab Vrbe,Aut in tempore pugnam iniisse.

In ipso tempore. Terent.And.3 2,
Atque adeò in ipso tempore eccum ipsum obuiam Chremetem. Idẽ Hecyr.4 4,

Opportunè te Phidippe in ipso tempore ostendis.

In tempus. Plin.epist.49, Mox quasi alio die studebat in cœnæ tempus. Cic.Att.lib.2.34,Nam & eiusmodi sunt ij versus,vt in tempus ab inimico Pompeij scripti esse videantur.

In præsens tempus, pro Nunc. Cic.1.in Catil.Video si mea voce ire in exilium animum induxeris,quanta tempestas inuidiæ nobis: si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Budæus.

In omne tempus. Cic.Luceio,lib.5.15, Dicerem iucundius: nisi id verbum in omne tempus perdidissem.

In tormentis esse. Plin.epist.176, In tantis tormentis eram, quum scriberem hæc.

In totum,Omnino. Plin.in Præfat.Et ne in totum videar Græcos infectari,ex illis nos velim,&c.

In totum, & In vniuersum,fermè pro eodem. Quintil.de Proœmio, Aristoteles quidem in totum id necessariũ apud iudices negat.

In tranquillo esse. Terent.Eunuch.5.9,
-tum autem Phædriæ
Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo.

In transcursu, Obiter. Plin.lib.3.cap.5, Nec ignoro ingrati ac segnis animi existimari posse meritò, si breuiter atque in transcursu in hunc modum dicatur terra.

Tractare aliquid in transitu. Quintil.lib.6.cap.2, Et eorum non simplex natura,nec in transitu tractanda.

In triduo hoc,In spatio tridui.Plaut.Perſ.2. Plin.lib.9.cap.51,Cæteræ fœminæ in triduo excludunt,si mas attigit.

In turpissimis rebus habere. Cæsar 6.bell.Gall.Intra annum verò vicesimum fœminæ notitiam habuisse,in turpissimis habent rebus.

In tunicis albis venerunt. Plinius epistol.147. Id est tunicis albis induti.

In tussiendo,Per tussim. Plaut.Asin.13,
-ne sic tussiat,
Vt cuiquam linguam in tussiendo proferat.

In tuto res est. Plaut.Merc.7. Terent.Heaut.4.3,
Nam amici quoque res est videnda in tuto vt collocetur.

In turum eduxit legiones. Plaut.Mostell.15.

¶In verba certa dare recuperatores. Cic.5.Verr.Quærebant quæ in verba recuperatores darent:respondebat,si pateret aduersus edictũ feciſſe,quæ in iudicio dicturum esse dicebat.

In veritate, pro Verè. Vlpian.in l. Hæres institutus.D.De acquir. hæreditate, Non poterit adire hæreditatem, etsi eius conditionis sit, vt in veritate testari poterit. Idem in l. Quæ vtiliter. D. De negotiis gestis, Quanuis animo gerendi fororis negotia id fecit: in veritate tamen filiorum defuncti gessit.

In vero. Vlpian.in lege Qui cum tut. §. vlt. D. De transact. Qui per fallaciam cohæredis,ignorans vniuersa quæ in vero erant.

In vesperum parata. Plaut.Mostell.9,
Parata res mala est in vesperum huic seni.

In via.Plaut.Menæch.9,
Ne vxor cognoscat te habere,si in via conspexerit.

In vicem succedere. Plin.lib.11.cap.37, Sed exempta modicè non sunt letalia,in vicem eorum succedente corporea cicatrice.

In vicino sunt terræ. Plin.lib.2.cap.16.

In viros duidere: hoc est in singulos viros, vel viritim. Plautus Aulul.5.

In vitam vti cibo. Patercul.lib.2.C.Cæsar semper & somno & cibo in vitam,non in voluptatem vtebatur.

In vnguem committi. Celsus lib. 8.cap.1.de futuris quibus connectuntur ossa capitis, verba faciens. Ex his cæteræ quidem futuræ in vnguem committuntur. Quid autem sit in vnguem committi sic explicat Galenus lib.De ossibus,cap.1, Sutura, compositio quædam est,ad consuturam rerum (vtpote quæ in capitis ossibus habetur) similitudinem. Hanc nonnulli dum explicare student, serratam compagem structuramque, alij in vnguem commissuram esse definiunt. Sed illi nobis, vt puto, patefaciunt atque in memoriam reuocant, quú serræ inter se contrario occursu congrediuntur: hi verò, quæ in vnguem cõmitti dicuntur,quum gibbæ videlicet partes ad vnguium figuram structæ,in sinus quibus aptè excipi possunt,subeunt. Idem De vsu partium lib.9,sub initium,Ossium quæ ad futuræ generationem adaptantur, vtrunque eminentiam habet & cauitatem, non vna serie,sed sicu alternantes.Est autem eminentia quidem,figura vnguibus digitorum potissimùm adsimilis. Cauitas verò, sedes est, huiusmodi figuræ commensurata. Vtrunque igitur os suis cauitatibus alterius eminentias excipiens, totam figuram articulationis efficit,duabus serris ex aduerso in sese ad dentes in vnguem compositos ingredientibus simillimam. Paulo pòst, Quin & vestimenta ex pluribus pannis laceris consutis compositionem hanc comparans, haudquaquam aberraueris:vnde & veteres (vt ego arbitror) suturas ipsas appellarunt:quod nomen in hunc vsque diem retinent. Virgil. lib.2.Georgicorum,
Indulge ordinibus:nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret. Seruius, In vnguem, id est ad perfectionem. Et est translatio à marmorariis, qui iuncturas vnguibus probant.

In vniuersum, pro eo quod est generaliter. Quintil. Verùm antè quàm de singulis loquar, pauca in vniuersum de varietate opinionũ dicenda sunt.

In volatu pascitur hirundo,Volando. Plin.lib.10.cap.24,Ea demũ sola

sola auium non nisi in volatu pascitur.

In vulgus fama pessima. Liu.3.ab Vrbe, Sepultus ingenti militum mœstitia,pessima decemuirorum in vulgus fama est.

In vulgus gratum. Cic.ad Atticum, lib.2.37, Quod egregiè non modò iis qui vtuntur opera, sed etiam in vulgus gratum esse sentimus. Hoc est vulgo gratum.

¶In,pro De. Cic.ad Trebatium lib.7.epist.16, Deinde quòd in Britannia non nimis philotheoron te præbuisti, planè non reprehendo.Id est,De Britannia: quantum ad Britanniam : vel in expeditione & negotio Britanniæ. neque enim Trebatius in insulam Britanniam nauigarat. id quod docet ipse Cicero libro eodem epist.10. his verbis, Tu in re militari multò es cautior, quàm in aduocationibus: qui neque in Oceano natare volueris studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios. In Britannia igitur, id est,quod ad profectionem in Britanniam pertinet.

¶In,componitur cum omnibus literis tam vocalibus, quàm consonantibus.sed quando vocalibus iungitur,vel c,d,f,g,h,n,q,s,t, sem per remanet n.vt inauris,ineo,initio,inops,inuoco, incedo, induco,infero,ingero,inhibeo,innuo,inquiro,insisto, intueor. Quando verò cum b,m,& p,mutatur n.in m : vt imbibo, immunis, impono. Cum l, & r,mutatur n,in l,vel in r,vt illudo,irruo.

Inabruptus,Adiect. ἀῤῥηκτος Quod non est abruptum, aut quod abrumpi non potest. Stat.5.Sylu.1,
Nec mirum si vos collato pectore mistos
Iunxit inabrupta Concordia longa cathena.

Inaccessus,Adiectiuum ἀπρόσιτος Ad quem non acceditur, vel accedi non potest. Plin.lib.10.cap. 12,Deserta incolit: nec tantum desolata,sed dira etiam & inaccessa.

Aditus inaccessi. Silius lib.3,
Rumpit inaccessos aditus,atque ardua primus
Exuperat. De Hannibale superante Alpes.

Inaccessus,Ad quem nullus debeat accedere.Virg.7.Æneidos,
Diues inaccessos vbi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu. Seruius.

INACHIA ἡ Ἰνάχεια Vocatur tota Peloponnesus, non solùm Argos. Stephanus.

¶Inachia, Puellæ nomen adamatæ ab Horatio, cuius ipse meminit Epod.11,
Hic tertius December,ex quo destiti
Inachiã furere,syluis honorem decurit. Et ode sequente.

INACHVS Ἴναχος pater Iouis vel Ius, qui primus apud Argiuos regnauit,& Inacho fluuio nomẽ dedit: vnde & poetæ fluuium ipsum Iouis parrem vocant, & regem faciunt Argiuorum, de quo Strabo lib.8. De Inacho rege meminit Horat.2.Carm.ode 3,
Diuésne prisco natus ab Inacho,&c.
Antiquus.Senec.Thyest.4. Volucer.Senec.Herc.OEth.2.
Fabula est apud Ouid.1.Metam.& apud.Virg.7.Æneid.

Inachides,Patronym. Ἰναχίδης Ouid.1.Metam.Non tulit Inachides.
De Epapho, qui ex Ioue vel Ide natus erat. Stat.pro gentili posuit, libro 3, -trepidi de fcdibus astant
Inachidæ. Id est Argiui.

Inachis,Patronymicum fœm. Ἰναχὶς Propert.lib.1.eleg.3,
Sed sic intentis hærebam fixus ocellis,
Argus vt ignotis cornibus Inachidos. Id est Ius filiæ Inachi.Ouid.
1.Metamorphoseos, -inque nitentem
Inachidos vultus mutauerat ille inuencam.
Ripæ Inachidæ. Ouid.1.Metamorphoseos,
Venit & ad patrias,vbi ludere sæpe solebat
Inachidas ripas. Posuit pro gentili Inachias ripas.

Inachius,Adiectiuum Ἰνάχειος Virg.3 Georgicorum,
Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.
Vrbes Inachiæ.Stat.1.Thebaid.
Littus Inachium.Ouid.5.Fast.

In aduersum ἐπὶ τὰ πρόσθιον pro In parte aduersa,vice aduerbij fungitur.Cæsar 5.bell.Gall.L.Cotta legatus omnes cohortes,ordinésque adhortans,in aduersum os funda vulneratur. Columel.lib.4.cap.25.

Inadulabilis,pen.corr.Adiectiuum ἀκολάκευτος Nõ obnoxius adulationi. Gell.lib.14.cap.4,Ex imaginis autem istius significatione intelligi voluit iudicem, qui iustitiæ antistes est, oportere esse grauem, sanctum,seuerum,incorruptum,inadulabilem,&c.

Inædifico,inædificas.pen. corr. ἐνοικοδομέω Inædificãre, Idem quod ædificare significat. Cæsar 1.bel.Ciuil.Portas obstruit,vicos, plateásq; inædificat,fossas transuersas viis perducit.

Locum inædificare. Scæuol.in l.vlt.D.de pign.action.Quum eum locum inædificare veller.

Inædificata & immolita ædificia.Liu.9.bell.Maced.

¶Inædificare,pro Simul ædificare & construere. Plin.lib.10. cap. 3,Inædificatur nido lapis aëtites, quem aliqui dixere gagatem. Hoc est,in nido ædificatur.

¶Inædificare,Quod ædificatum erat destruere. Cic.de Aruſp.resp. A Sexto Serrano sanctissima sacella suffossa, incensa, inædificata, oppressa,summa denique turpitudine esse fœdata nescimus?

Inæqualis,& hoc inæquale, pen.prod. ἄνισος, ἀνώμαλος Notæ significationis.

Autumni inæquales. Ouid.1.Metam. quia Autumnus modò frigidus est,modò calidus:ideò morbosus.

Inæqualis mensa. Martial.lib.1.51,
Pinguis inæquales onerat cui villica mensas.

Inæqualis tõsor,Qui inæqualiter tondet. Horat.lib.1.epist.1.paulo anrè finem. Vide Tonsor in TONDEO.

Inæquo,inæquas ἀνισόω Inæquãre, Complanare, adæquare. Cæs.1. bel.Ciuil.Fossas transuersas viis perducit, atque ibi sudes, stipitésque præcutos defigit. Hæc leuibus cratibus terráque inæquat.

Onus inæquatum. Tibul.lib.4.ad Messalam,eleg.1.

Inæqualitas, penult.corr. inæqualitatis ἀνισότης, ἀνωμαλότης Columel. lib.3.cap.12,Opus est inter has inæqualitates magno temperamento.

Inæqualiter,penult.corr.Aduerbium ἀνίσως Columel.de Arboribus, cap.7,Et eodem ferro acuto plagam emendes,sicubi inæqualiter findi videbitur. Liuius 8.bell.Pun.Clauos secum ferreos portantes,quà per inæqualiter eminentia rupis poterant,scandunt.

Inæquabilis, & hoc inæquabile, pen.corr. ἀνώμαλος Idem quod inæqualis:vt Inæquabilis locus campester. Varro 1.de Re rust.cap.6.

Inæquabilis percussus venarum,Vide PERCVTIO.

Inæquabili varietate distinguere.Cic.in Partit.

Inæquabiliter, pen.corr.Aduerbium ἀνωμάλως Varro 3.de Re rustic. cap.9, Ob quam rem oua aut inæquabiliter matures cunt, aut consenescunt.

Inæstimabilis,& hoc inæstimabile,pen.corr. ἀνεκτίμητος Quod æstimari non potest. Liuius 5 bell.Maced. Quòd è grege se imperatorũ, velut inæstimabilem secreuisset.

Æstimabile & Inæstimabile,contraria. Cic.3.de Finib.Æstimabile esse dicitur (sic enim vt opinor appellamus) id quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, vt selection- dignú propterea sit, quòd aliquid pondus habeat dignum æstimatione, quam illi ἀξίαν vocat:contráque inæstimabile,quòd sit superiori cõtrarium.

Inæstimabile gaudium.Liu.9.bel.Pun.

Inæstimatus,ta,tum,pen.prod.Non æstimatus. Vlpian.in l.Plerunque. D.De iur.dot. Quoties non æstimatæ res in dotem dantur.& meliores & deteriores mulieri fiunt. Si prædijs inæstimatis aliquid accesserit,hoc ad compendium mulieris pertinet.

Inæstuo,inæstuas ἐνκυμαίνω Inæstuãre, Idem quod æstuare, aut valde æstuare.Horat.Epod.11,
Quòd si meis inæstuet præcordiis
Libera bilis,&c.

Inaffectatus, pen. prod. Adiectiuum ἀσπουδάστως Non affectatus. Quintil.libro 11, Quia mirè simplicitas illa & securitas inaffectatæ orationis tenues causas decet. Plinius in Paneg.Inaffectata veritas verborũ. id est, naturalis & aperta. veritas enim fuco caret, & prætextu verborum.

Inaffectata iucunditas. Quintil.lib.10.cap.1, Quid ego commemorem Xenophontis illam iucunditatem inaffectatam?

Inalbesco,inalbescis ἐπιλευκαίνομαι Inalbéscere,Album fieri.Celsus in secundo, Venæ sub lingua inalbescunt.

Inalgesco,inalgescis ἐπιψυχόμαι Inalgéscere, Idem quod algescere. Celsus lib.3.cap.3, Frigus voco, vbi extremæ partes membrorũ inalgescunt: horrorem,vbi totum corpus intremit.

Inalienatus. pen.prod.Adiectiuum,Incorruptus. Scribonius Largus, Adiicitur propolis inalienatæ,synceræ,& bonæ selibra.

INALPINI,pen.prod. ἀνάλπιοι Dicuntur, qui Alpium initia & veluti fauces incolunt. Plin.lib.3.cap.4.ad finem , Adiecit formulæ Galba Imperator ex Inalpinis Auanticos atque Ebrodunticos. Quanquam pro incolis Alpiũ videtur accipere, cap.5.10, Alpes populiq; Inalpini variis nominibus:sed maximè capillati. Vtitur & Brutus ad Ciceronem lib.11.epist.4.

Inamabilis, & hoc inamabile, pen.corr. ἀπόθητος Qui non potest amari, in quo nihil est propter quod ametur. Vide Gellium libro 2. cap.6. & Macrob.lib.6.Saturn.cap.7. Plaut.Bacchid.14,
Incredibilis,impos animi,inamabilis,illepidus viuo. Plin.epist.187, Quanquam id genus operis inamabile,inamœnum,magísque laboribus ruris,quàm voluptatibus simile.

Feritas inamabilis.Ouid.1.de Ponto,eleg.7.
Locus inamabilis.Ouid.5. Trist.eleg.8.
Regnum inamabile.Ouid.14.Metam.
Ridere inamabile. Ouid.3.de Arte amandi.

Inamarescо,inamarescis ἐπιπικραίνομαι inamarésсere, Amarum fieri.Horat.5.Serm.sat.2,
Nanque inamarescunt epulæ sine fine petitæ.

Inambitiosus, pen.prod. Adiectiuum ἀφιλόπτωτος, ἀφιλόδοξος Ouid. 11.Metamorphoseos,
Secretos montes & inambitiosa colebat Rura.

Inambulo,inambulas,pen.corr. ἐμπεριπατέω inambulãre,Significat spatiari,& spatia ambulando conficere. Cic.1.de Orat.Neque is cõsistens in loco,sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo. Idem Att.lib.6.113,Ante lucem inambulabam domi. Plaut.Asinar.12, Inambulandum est.

Quiescere & Inambulare,contraria. Cic.6. Verr.Eò quum venio, Prætor quiescebat,fratres illi Cybiratæ inambulabant.

Cum aliquo in porticu inambulare.Cic.2.de Orat.

In viridi,opacaque ripa inambulare.Cic.1.de Leg.

Inambulatio ἐμπεριπάτησις Verbale.Cic.in Bruto, Non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio. Catullus ad Flauium,epigr.6,
-tremulíque quassa lecti
Argutatio,inambulatióque.

Inamœnus,Adiectium ἀφαρπτός Ouid.10.Metamorphoseos,
Perfephonen adiit,inamœnáque regna tenentem.
Feritas inamœna viæ.Stat.2.Sylu.2.

Inanimalis,& hoc inanimale, pen.prod.Macrob.lib.4.Saturn.cap.6, Est & ille locus ad permouendum pathos, in quo sermo dirigitur, vel ad inanimalia,vel ad mutа.

Inanimus,pen.corr.Adiectiuum ἄψυχος Quod non habet animum, vel anima caret, & non viuit. Cicero 2. Offic. Partim sunt inanima,vt aurum,argentum. Idem 7.Verr. Tamen omnia muta atque inanima.

Inanima caro. Plin.lib. 7.cap.15.

Inter inanimum & animal quid interfit, ostendit Cicero 4.Acad. Deinde (inquit) quum inter inanimum & animal hoc maximè interfit,quòd inanimum nihil agit,animal agit aliquid.

Inanimatus,pen.corr.Adiectiuum ἄψυχος Idem quod inanimus. Cic. in Topic.Animata inanimatis anteponantur.

Inânis,& hoc inane,pen.prod. κενὸς, ἀνάπλεως, φορτίδες τοιοῦτος Vacuus. Plaut.Perſ.10,

Non ego inimicitias omnes pluris æstimo,
Quàm mensa inanis si nunc apponatur mihi.
Inanis atque inops, Pauper. Plaut. Bacchid. 9. Cicero pro Cluent.
Quum domi suæ miserrimus & inanissimus tãtum nummorum positum videret.
Inanis accedit. Id est, nihil secum affert. Plaut. Pseud. 5,
Nihilne te mei miseret? B. inanis accedas?
Dicta non sonant: at ego te viuum, saluúmque vellem. Sic Cic. ad Att. lib. 14 301, Inanes redierunt.
Inanis incedit, N. hil fert aut portat. Plaut. Amph. 4. Idem Asin. 12,
Eho baiulabo: tu, vt decet dominum, ante me ito inanis.
Inanem ex aliquo loco profugere. Cic. 3. Verr.
¶ Ager inanis. Cic. 5 Verr.
Artus inanes. Ouid. ad Liuiam.
Corpus inane. Ouid. epist. 21.
Nuda & inanis domus, cui opponitur Exornata & instructa. Cic. 4. Verrina.
Inanis equus, Cui nemo insidet. Cic. 4. Verr.
Horrea inania. Ouid. 1. Trist. eleg. 8.
Inanis locus. Cic. 7. Verr. Quem postea quàm inanem locum offenderunt, & Prætorem commouisse ex eo loco castra fensérunt.
Inanis nauis. Cic. 7. Verr. Inanem te nauem esse in Italiam deducturum.
Nubila inania. Virg. 4. Georg.
Inanes ostreæ, Quæ parum aut nihil habent succi inclusi in ipsis cochleis. Plin. lib. 9. cap. 31, Huic solertia est, inanium ostrearum testis se condere. De pinnothero.
Simulacra inania. Ouid. 3. Metam.
Vas inane quum dicimus, non ita loquimur vt physici, quibus inane nihil placet, sed ita vt, verbi gratia, sine aqua, sine vino, sine oleo vas esse dicamus. Cic. de Fato.
Vmbra inanis. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.
¶ Bella inania gerens. Silius lib. 1. Id est simulacra pugnæ.
Causas nequicquam nectis inanes. Virg. 9. Æneid.
Spes fallaces, cogitationes inanes. Cic. pro Milone.
Inane crimen. Cic. 4. Verr. Crimen huiusmodi nisi literis confirmetur, inane esse dicet?
Cupiditatum inanium nec modus vllus, nec finis inueniri potest. Cic. 1. de Finib.
Curæ inanes. Lucret. lib. 5.
Decus inane. Horat. Epod. 5.
Doli frangentur inanes. Virg. 4. Georg.
Inanis elocutio, ac penè puerilis. Cic. 1. de Orat.
Fletus inanes. Virg. 4. Georg.
Ira inanis. Virg. 10. Æneidos,
Dij Iouis in tectis iram miserantur inanem. Vbi Seruius, Generaliter dicit omnem iram bellicam. vbi enim tam inanis iracundia est quàm in bello, vbi vt pereamus irascimur?
Lætitia tumefactus inani. Propert. lib. 3. eleg. 6.
Ludus inanis. Virg. 4. Georgicorum,
Instabiles animos ludo prohibebis inani. Id est leui.
Metus inanis. Lucret. lib. 3. Id est vanus.
Munus inane, Non profuturum. Virg. 6. Æneidos,
-& fungar inani
Munere. Seruius.
Nomen inane. Horat. 1. epist. 18.
Operam inanem sumere. Horat. de Arte poetica.
Pictura inanis. Virg. 1. Æneidos,
-animum pictura pascit inani.
Promissum inane. Ouid. 3. Fast.
Sagina inanis. Quintil. lib. 2. cap. 15, Et verum robur inani sagina mentiantur.
Falsa & inania humana somnia esse. Cic. 2. de Diuinat.
Spe multum captus inani. Virg. 11. Æneid.
Inani & tenui spe consolari. Cic. pro Qu. Rosc.
Inane studium. Virg. 2. ecloga,
-ibi hæc incondita solus
Montibus & syluis studio iactabat inani.
Studia inania, & fluxa. Tacit. lib. 3.
Inane tempus. Virg. 4. Æneid.
Inania verba. Virg. 10. Æneidos,
-dat inania verba,
Dat sine mente sonum, gressúsque fingit euntis.
Verba inania fingis. Propert. lib. 3. eleg. 20.
Visiones inanes. Cic. 4. Acad.
Voces inanes fundere. Cic. 5. Tusc.
Inanes, à Latinis plerunque intelliguntur homines ieiuni animi & laudis ambitiosi & honoris cupidi: quòd enim iis carere videãtur, & vacui esse, auidè quo carent confectari putantur. Nam si laude & gloria satiati plenique essent, non tanto ad eam animi sitim explendam studio raperentur. Tacitus, Dein postquam inanem animum spe & cupidine impleuerat. Et Horatius de his qui poematũ recitatione gloriam quærunt. Inanes hoc iuuat. Et Persius de iis qui scribenda oratione soluta, aut condendo carmine famam ingenij ftultè ambiunt, aut ineptæ eloquentiæ & eruditionis nomen captãt, & à vera laudis via aberrant:
-ô quantum est in rebus inane. Turnebus.
¶ Inanis, cum genitiuo. Ouid. epist. 3,
Sanguinis atque animæ corpus inane fuit.
Inanissimus prudentiæ, hoc est prudentia omnino vacans. Cicero pro Murena, Posteà verò peruulgata, atque in manibus iactata & excussa, inanissima prudentiæ reperta sunt.
¶ Inanis, cum ablatiuo. Cic. ad Att. lib. 2. 23, Nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re vtili & suaui venerat.
¶ Inane, Leue & non cõstans. Cicero Bruto, 3, Nihil est in me inane, neque enim debet. Budæus.

Nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacuum. Cicero 1. de Nat. deorum.
¶ Inane, penult. prod. Substantiuum, pro aere, cælo. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Sustulit, & celeri raptas per inania vento
Imposuit cælo.
Magnum inane. Virg. eclog. 6.
Profundum inane. Lucret. lib. 2.
Inanitas, pen. cor. Vacuitas. Plaut. Casina, 19, Mihi inanitate iandudum intestina murmurant. Cic. de Fato, Quum duo indiuidua per inanitatem ferantur.
¶ Inanitas, Vanitas. Cic. 3. Tuscul. In summa inanitate versatur.
Inanitas & error. Cic. 1. de Finib. Vt sapiens solum amputata circunciſáque inanitate omni & errore, naturæ finibus contentus sine ægritudine possit & sine metu viuere.
Oris inanitas. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Inaniter, pen. corr. Aduerbium {κενῶς, ματαίως.} Cic. 4. Tusc. Quum autem inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest.
¶ Inaniter, pro Frustra. Ouid. 2. Metamorphoseos,
-& medicas exercet inaniter artes. Horat. 2. epist. 1,
-meum qui pectus inaniter angit.
Inaniter moueri. Cic. 4. Acad.
Inaniloquus, pen. corr. Adiectiuum {κενολόγος.} Qui inania loquitur & vana. Plaut. Pseud. 5.
Surdus sum profectò, inaniloquus es.
Inaniæ, inaniarum, pro Vacuitatibus {κενότητες.} Plaut. Aulul. 5,
Nam hîc apud nos nihil est aliud quæsti furibus,
Ita inaniis sunt oppletæ atque araneis.
Inanio, inanis, pen. prod. inaniui, inanitum {κενόω.} inanire, Vacuare. Plin. lib. 20. cap. 3. Herbacea arefacta, per se inanit aluum. De cucurbita. Idem lib. 21. cap. 20.
Inapertus, Adiectiuum {ἀνύποπτος.} Non patens, non expositus. vt Senectus inaperta fraudi. Silius lib. 7.
Inapparatio {ἀδιασκευασία.} cui contrariũ est Apparatio. Author ad Herenn. lib. 2., Si præterea ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio; ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio demonstrabitur fuisse.
Inardeo, siue Inardesco, inardescis, inarsi {ἐκφλέγω.} inardescere, Idem quod ardescere significat. Hoc est, igne, calore consumi. Cic. 2. de Orat. Dicere enim aiunt Ennium, Flammam à sapiente facilius ore inardente opprimi, quàm bona dicta teneat.
Inardescit solis radiis nubes. Virg. 8. Æneidos,
-qualis quum cærula nubes
Solis inardescit radiis, longéque refulget.
Inarsit. Horat. Epod. 3.
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosius.
Inaresco, inarescis, inarui {ἀποξηράνομαι.} inarescere, Idem quod suum simplex: nisi aliquid addat præpositio. Colum. lib. 4. cap. 24, Nec patiantur ante maturitatem fructum inarescere. Plin. epist. 17. lib. 2.
Inarescens ficus à rore. Colum. lib. 12. cap. 15.
Lacrymæ inarescunt. Quintil. lib. 6. cap. 1, Nihil facilius quàm lacrymas inarescere.
Inarefactus, Participium ab Inaresio. Plinius lib. 32. cap. 10, Ad sanguinem sistendum & ranarum illinunt cinerem vel sanguinem inarefactum.
Inargentatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀπάργυρος} hoc est argento coopertus & illinitus aque obuolutus. Plin. lib. 21. cap. 2, Paulatímque & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatẽ nominatis: mox & corollariis postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.
Inargutus, pen. prod. Adiectiuum. Vlpian. in l. Hoc senatusc. ſultum. D. de vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur, Quæ sententia mihi non inarguta videtur.
Inargutè, pen. prod. Aduerbium {ἀκομψότατα.} Non astutè. Gell. lib. 11. cap. 13, Tunc Sulpitius Apollinaris renidens, Non me hercle inargutè, inquit, nec incallidè oppositi hoc Tullianum.
INARIME, pen. corr. {ἔκπυρα, ἠφαίστεια.} insula in ora Campaniæ prope Neapolim: & vt ait Plin. lib. 3. cap. 6, in Puteolano sinu, Ænaria à statione nauium Æneæ vocitata. Vulgò *Ischia* ab oppido cui coxendicis similitudo, vt docet Hermolaus. Inarime verò ab Arimis, siue populis, siue belluis, ita prisca Hetruscorum lingua simias dictante, quas Græci pithecos vocant: vnde nomen insulis Pithecusis, vt Straboni placet, ex historia fabulosa quam refert Ouid. 14. Metamorphoseos,
Inarimen, Prochitémque legit, &c. Quanquam Plinius libro 3. cap. 6, ait, Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à similarum multitudine, vt aliqui existimauere, sed à figlinis doliariorum. πίθος enim dolium Græcis dicitur.
Tyrrhena Inarime. Senec. Herc. OEth. 9.
Inaro, inaras, pen. corr. {ἀναρῶ} inarâre, Idem quod arare, & summa diligentia excolere. Varro 1. de Re rust. cap. 23, Si ager macrior est, pro stercore inarare solent.
Inarare arbores. Columel. lib. 2. cap. 2, Nemorosi, inquit, fruticosíque tractus duplex cura est: vel extirpandis radicitus arboribus & remouendis: vel si raræ sint, tantùm succidendis, incendendísque, & inarandis. Plin. lib. 18. cap. 14, Inarari protinus solum opus est.
¶ Tellus inarata. Horat. Epod. 16,
Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata florer vsque vinea. Inarata, non arata. Imputata, non putata. Fortunatarum insularum est periphrasis.
Terra inarata. Virg. 1. Georg. Id est, non arata.
¶ Inarare, pro superare, siue arata terra operire. Colum. lib. 2. cap. 5, Disectum deinde protinus simum inarari & obrui conuenit. Ibidem, cap. 9, Ibi columbinum stercus, vel (si id non est) folia cupressi, si cõuenit spargi, & inarari. Rursus cap. 19, Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus. Et cap. 16. Lupinum quum agricola exili loco circa idus Septembris sparserit & inarauerit, idque tempestiuè vomere vel ligone succiderit, vim optimæ stercorationis exhibebit.
Inartificialis, pen. prod. Adiectiuum. Quintil. lib. 5. cap. 1, Ideóque illas ἀτέχνους, id est inartificiales: has ἐντέχνους, id est artificiales vocauerunt.
Inartificialiter, pen. corr. Aduerb. Vide ARTIFICIALITER. Quintil. lib. 2. cap. 17, Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem.
Inascensus {ἀνάβασις} pro non ascensu. Plin. in Paneg. Iam toties procedere in rostra, inascensúmq; illum superbiæ principum locum terere, &c. Id est, nunquam ab aliis superbis principibus ascensum vt ius publicè diceremus.
Inaspectus, Adiectiuum {ἄθεατος} Non conspectus, non visus. Stat. 1. Thebaidos,
-imaque recessu
Sedis inaspectos cælo radiísque penates Seruantem.
Inastatus, pen. prod. {ἀνοπός} Idem quod astatus. Plin. lib. 28. cap. 8, Glaucomata verò iecinoris recentis inastati sanie, cum despumato melle inunctis. Et cap. 10, Quidam & ipsum arundine exenteratum inueteratúmque bibendum dedêre. Alij in cibo in ligneis verubus inastatum.
Inassuetus, pen. prod. Adiectiuum {ἀσύνηθες} Idem quod insuetus, inusitatus. Ouid. 4 Fastorum,
Panditur interea Diti via: nanque diurnum
Lumen inassueti vix patiuntur equi.
Manu inassueta agere aliquid. Ouid. 1. de Arte amandi.
Inattenuatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀλέπτωτος} Non attenuatus aut imminutus. Ouid. 8. Metamorphoseos,
-sed inattenuate manabat
Tum quoque dira fames, implacatæque vigebat
Flamma gulæ.
Inaudax, Adiectiuum {ἄτολμος} Timidus. Horat. 3. Carm. ode 20,
Dura paulo pòst fugies inaudax
Prælia raptor.
Inaudio, inaudis, inaudiui, inauditum {κατακούω} inaudire, semper ab antiquis videtur vsurpatum de rebus occultis, vt sic Inaudire, id audire quod occultè agitur. Plaut. Aulul. 7,
Credo ego iam illum inaud sse mihi esse thesaurum domi.
Inaudire de re aliqua. Plaut. Mostel. 8. Cicero Pansæ, Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primùm inaudieram. Idem, ad Atticum, lib. 6. 111, Nunquid de quo inaudisti?
Inauditus, pen. prod. {ἀκήκοος, ἀδίήκοος} Nomen, Non auditum, inusitatum, nouum. Liu. 5. bel. Maced. Et multa nomina gentium inauditarum.
Pars altera inaudita. Senec. Medea, 4.
Inaudita magnitudo, Incredibilis & admodum magna. Plinius lib. 9. cap. 30.
Inaudita Græcis sors ista. Cic. 2. de Diuinat.
Inauditum omni memoria. Cic. in Vatinium, Fecerísse quod in hac Repub. non modò factum antè nunquam est, sed in omni memoria inauditum?
Inauditum nomen imponere alicui rei. Cic. 3. de Finib.
Inaudita & inusa. Cic. de Arusp. respon.
Inauditum & nouum. Cic. 1. de Orat.
¶ Inauditum damnari, id est, Indicta causa damnari. Suet. in Galba, cap. 14, Quosdam claros ex vtroque ordine viros suspicione minima inauditos condemnauit.
Inauditus & indefensus. Tacit. lib. 17, Inauditi, atque indefensi tanquam innocentes perierant.
Inauditiuncula, inauditiunculæ, pen. corr. Diminutiuum {ἀκροαμάτιον.} Gellius lib. 5. cap. 21, Habebárque nonnullas disciplinæ grammaticæ inauditiunculas, partim rudes, inchoatásque, partim non probas.
Inauguro, inauguras, pen. corr. {οἰωνίζομαι} inaugurâre, Idem quod Augurium capere. Liu. 2. ab Vrbe, Palatinum Romulus, Rhemus Auentinum ad inaugurandum templa capiunt.
¶ Inaugurare, Dedicare, consecrare. Cic. 2. Philipp. Quid igitur ces sas? cur non inaugurares sume diem, vide qui te inauguret.
Inaugurare locum, Augurio decernere & quasi dedicare. Liu. 3. ab Vrbe, Eo magis quòd & augures iussos adesse ad Regilli lacum fama exierat: locúmque inaugurari, vbi auspicato cum populo agi posset.
Inaugurare. Claud. 4. Paneg.
Qualis erit terris quem mons Euandrius offert
Romanis auibus, quem Tybris inaugurat annus.
Inaugurari in locum alterius. Liu. 10. bel. Pun.
Inauguratus, pen. prod. Aduerbium {οἰωνιστικῶς.} Id est, captato augurio. Liu. 1. ab Vrbe, Id quia inaugurato Romulus fecerat. &c.
Inauris, huius inauris. f. g. {ἐνώτη} Ornamentum aurium, quo mulieres antiquè vtebantur. Plaut. Epid. 13, Non meministi me inaurem ad te afferre natali die? Idem Menæch. 12. Inaures da mihi.
Inauritus, pen. prod. Adiectiuum {ἐνώτιος.} Gell. lib. 7. cap. 6, Quædam animalium alia alio carent: & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritáve. Id est sine auribus.
Inauro, inauras {χρυσόω} inaurâre, Auro tegere.
Inaurari ab aliquo. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 13, Puto te malle à Cæsare consuli, quàm inaurari. Horat. 1. epist. 12, -vt te
Confestim liquidus fortunæ riuus inaurer.
Inauratus, pen. prod. Participium {χρυσωθείς} Auro intectus, vt Inaurata statua. Cic. in Pison. Et 4. Verr.
Inaurata extrinsecus columna. Cic. 1. de Diuinat. Item, Romulus in Capitolio inauratus. Cic. 3. in Catil.
Crater inauratus, Ouid. 2. Fast.
Palla inaurata indutus. Author ad Heren. lib. 4.
Pellis arietis inaurata. Cic. 1. Tusc. Ex quodam poeta.

Inaurator, pen. prod. inauratoris, Verbale. Firmicus lib. 3. cap. 4. in fin.,
Iupiter faciet aut aurifices, aut ex auro vestes pingentes, aut inauratores.
Inauspicatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀπάλαστος} Non auspicatum & infœlix. nempe quod fit auspicio non prius captato. Plinius lib. 28. cap. 2, Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominamur: recedente aliquo ab epulis, simul verri solum, aut bibente conuiua, mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur. Id est infœlicissimum.
Inauspicatò, Aduerbium {ἀπαισίως.} Cic. 1. de Diuinat. Qui quum tabernaculi vitio cepisset imprudens, quòd inauspicatò pomœrium transgressus esset, comitia Consulibus rogandis habuit.
Inauspicatò, pro Infœliciter aliquando accipitur.
Inausus, Adiectiuum {ἀπόπειρος} Non ausus, & quod quis non auder. Senec. Thyeste, 1, Ac me innocentem facias: & inausa audeat.
Inausum. Senec. epist. 92, Et sciat nihil esse fortunæ inausum. Virg. 8. Æneid. At furiis Caci mens effera, nequid inausum
Aut intentatum scelerísve dolive fuisset.

I N C

Incæduus, Adiectiuum {ἄτμητος} Quod non cæditur. Ex in & cæduus. Seruius, Intonsi montes, syluosi, incædui. Ouid. 2. Fast. Lucus incæduus. Vide Inciduus, in INCIDO, pen. prod.
Incalesco, incalescis, incalui {ὑποθερμαίνομαι} incalescere, Calidum fieri. Plin. lib. 14. cap. 21, Item vasa incalescentia operculáque sudantia. Ouid. 2. Metam. Incaluit, sumpsitque nouas feruoribus iras.
Incalescere vino. Liu. 1. ab Vrbe. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Incalusque deo, quem clausum pectore habebat. De Baccho in vtero Semeles.
Animi incaluere. Ouid. 2. Metam.
Incalescens spuma. Plin. lib. 9. cap. 51.
Incalescens tempus. Columel. lib. 2. cap. 4, Pingues campi, qui diutius continent aquam, proscindendi sunt anni tempore iam incalescente.
Virtus incaluit. Lucan. lib. 6.
Incalfacio, incalfacis, pen. corr. {ὑποθερμαίνω} incalfácere, Calidum facere, Calefacere. Ouid. 4. Fastorum,
Quantum si culmos Titan incalfacit vdos.
Incallidus, pen. corr. Adiectiuum {ἀξύνετος} Non astutus. Cicero 1. de Inuent. Quum à summis viris maximè res administrarentur, arbitror alios fuisse non incallidos homines, qui ad paruas controuersias priuatorum accederẽt. Tacit. lib. 3, Quum incallidus alioqui, & facilis iuuenta, senilibus tum artibus veteretur.
Iudex incallidus. Ouid. epist. 24.
Incallidè, penult. corr. Aduerbium {ἀμελετήτως.} Cicero 3. Offic. In his tamen tribus generibus quoquomodo possunt, non incallidè tergiuersantur.
Incalo, incalas, pen. corr. {ἐγκαλῶ} incalare, Vocare. Festus.
Incandesco, incandescis, incandui {ἐκπυροῦμαι} incandéscere, Vehementer incendi, inflammarique. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Non secus exarsit, quàm quum balearica plumbum
Funda iacit, volat hoc, atque incandescit eundo. Virgilius 3. Georgicorum,
-torótque Autumni incanduit æstu. Vbi Seruius, Exarsit prima Autumni parte.
Ara incanduit ignibus. Ouid. 12. Metam.
Incanto, incantas {ἐπάδω, γοητεύω} incantâre, Verbis solis, vel etiam rebus quibusdam adiunctis, aliquid supra naturam moliri. Plin. lib. 28. cap. 2, Qui malum carmen incantasset.
Vincula incantara. Horat. 1. Serm. sat. 8.
Incantatio, Verbale {ἐπῳδή} Actus ipse incantandi.
Incantamentum {γοητεία} Idem. Plin. lib. 28. cap. 2, Ex homine remediorum primũ maximæ quæstionis, & semper incertæ est, valeántne aliquid verba & incantamenta carminum.
Incanus, pen. prod. Adiectiuum {ἐπιπολῆς} Idem quod canus, aut valde canum significat, teste Seruio. Plaut. Rud. 4.
Ecquem tu hîc hominem crispum, incanum videris. Virgilius 3. Georgicorum,
-barbas incanáque menta.
¶ Incanæ herbæ. Columel. lib. 8. cap. 2. Plin. lib. 24. cap. 19, Herba impia vocatur incana rorismarini aspectu.
Incanesco, incanescis, incanescere {ἐπιπολιάζω} Canum fieri. Virgilius 2. Georgicorum,
-armísque incanuit albo Flore pyri.
Spumis incanuit vnda. Catul. Argon. 59.
Incassum, Aduerbium {ματαίως, ψευδῶς.} Virg. 7. Æneidos,
Turne tot incassum fusos patiere labores? Vbi Seruius, Incassum, tractum est à cassibus, id est retibus. Idem in tertium Georg. Hinc est quod & incassum dicimus, id est sine causa, quasi sine cassibus, sine quibus venatio est inanis.
Incassum tela iactare. Liu. 10. ab Vrbe.
Ignis incassum furit. Virg. 3. Georg.
Incastigatus, penultima prod. Adiectiuum {ἀνέλεγκτος.} Horat. 1. epistol. 10,
Nec me dimittes incastigatum, &c.
Incauo, incauas, penult. corr. {ἐγκαλύπτω} incauâre, Idem quod canare, aut excauare. Columella lib. 4. cap. 25, Nam quum in aduersum pressa manu defecare quid debet, cultro vtitur: quum autem retrahere, sinu: quum allæuare, scalpro: quum incauare, rostro.
Incautus, Adiectiuum {ἀβλαβής, ἀπαμβλύνετος} Qui sibi cauere nequit. Liu. 1. ab Vrbe, Nam ne errarent, manere his bellum, quod positum simuletur, & per occasionem eum incautos inuasurum.
Incautus, Prouidens & præcauens, contraria. Cicero pro Plancio, Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimouere potuerunt, prouidentem antè & præcauentem nunquam certè mouebunt.
Prudẽs, acutus, minimè incautus patronus in causis cognoscẽdis, componendísque diligens. Cic. de Claris Orat.

Ingenium incautum. Ouid.4.de Ponto,eleg.14.
Pectore incauto lapſus ſpiritus. Ouid.3.de Arte amandi.
Vulgus incautum. Virg.3.Georg.
Oppreſſus ab hoſte incautus aliquis. Cic.11.Philipp.
¶Incautus,cum genitiuo. Horat.1.Serm.fat.1,
-haud ignara,ac non incauta futuri. De formica.
Incautior. Liu.10.bel.Pun.Neque prudentiorem, neque conſtantiorem Maſiniſſam quàm Syphacem eſſe, etiam ab iuuenta incautiorem,certè,&c.
¶Incautum,Paſſiuè,pro eo quod nō cauetur. Tacit.lib.1,Conſultátq; ex duobus itineribus breue & ſolitum ſequatur, an impeditius, & intentatum,eóque hoſtibus incautum.
Incautè,Aduerbium {αὐϑικαῶς} Improuidè,imprudenter. Cic.ad Att. lib.7.129,Niſi ego inſanio,ſtultè omnia & incautè agi iudico.
Incautè & inconſultè. Liu.4.ab Vrbe, Primo prælio quod ab Sempronio incautè inconſultéque commiſſum eſt,&c.
Incautiùs. Liuius 9.bel. Maced.Sed dum incautius ſubit muros, ictus ex vulnere,poſt dies paucos moritur.
Incautius apud aliquem cœnare. Plin.iunior lib.1.epiſt.15, ad Erutium, Potes apparatius cœnare apud multos,nuſquam hilarius, ſimplicius,incautius. Id eſt.liberius,& vbi minus cauendum ſit quid inter cœnandum dicas aut facias,
Incedo,incedis,penult.prod. inceſſi, inceſſum {βαίνω,βαδίζω} incédere, Eſt ingredi,ſed propriè cum quadam pompa & faſtu. Virgilius 1. Æncidos,
Aſt ego quæ diuūm incedo regina,&c. Liu.lib.2,Ipſe en ille noſtris decoratus inſignibus,magnificè incedit. Plaut.Curcul.7,
Conſtant,conferunt ſermones inter ſe,tanquam drapetæ,
Obſtant,obſiſtunt, incedunt cum ſuis ſententiis. Plin.lib.15.cap.29, Laurea coronatus inceſſit.
Incedere magnificè per ora hominum. Salluſt. in Iugurtha, Neque eos qui ea fecêre pudet, aut pœnitet: ſed incedunt per ora veſtra magnificè, ſacerdotia & Conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes.
Honore claro incedere. Lucret.lib.3.
Incedere magno comitatu, ſplendido cultu, nō eſt fortunæ meæ.
Iſta diuites poſſunt. Satis eſt ſi viuimus. Senec.lib.6.Controuerſ.
¶Incedere,Venire,& accedere. Plaut.Moſtel.4.
Sed éſtne hic meus ſodalis qui huc incedit cum amica ſua? Terent. Eunucho 5.3,
Virum bonum eccum Parmenonem incedere video.
Inanis incedit, Vide INANIS.
¶Incedere,Ambulare. Plin.in Paneg.Incedebas pedibus, incedis. Liu.de ſecundo bello Punico, Quum ſignis prima luce motis ſegniter agmen incederet.
Facilius autem ad inuētionem incedet animus,ſi geſti negotij,&c. Cic.2.de Inuent.
Regina inceſſit ad templum. Virg.1.Æneid.
Incedere ad vrbem. Liu.6.bel.Maced.
Incedere per vias. Plaut.Merc.7.
Incedere via. Plaut.Curcul.2.
Durius incedere. Ouid.1.de Remed.amor.
Lenis incedas. Horat.3.Carm.ode 18.
Molliter incedit. Ouid.2.Amor.eleg 4.
Paſſu inerti incedere. Ouid.2.Metam.
Paſſu tardo incedere. Ouid.10.Metam.
Summiſſius primò, deinde preſſius, pòſt ſenſim incedere. Cicero in Orat.
Turpe incedere. Catul. de Acme.39.
Veſtigia eadem incedere. Senec.lib.6.Controuerſ. Quarē, inquit, me ſequeris per publicum? Facinus indignum commiſſum eſt: diues & pauper eadem veſtigia inceſſimus.
Incedat pedes: hoc eſt pedeſter & ſine equo. Liuius 8.bel.Pun. Iraque iret alter Conſul ſublimis curru multiiugis, ſi vellet, equis: vno equo per vrbem verum triumphum vehi: Neronémq; etiam ſi pedes incedat, vel parta eo bello,vel ſpreta eo triumpho gloria, memorabilem fore.
Longo ordine incedunt gentes. Virg 8.Æneid.
Nuntij incedunt vndique. Tacit.lib.11.

Inceſſus,huius inceſſus {βάσις,βάδισμα,βάδισμα.} Incedere eſt ambulare: inde inceſſus,ſiue tardus,ſiue feſtinus,ſiue commotus, incompoſitus immoderatúſque. Propriè tamen ſublimior quidam & faſtum præ ſe ferens. Hactenus Valla lib.5. Cic.2.de Finib.Quod ſi vultum tibi,ſi inceſſum fingeres,quo grauior viderēre,non eſtes tui ſimilis. Virg.1. Æneidos,
Et vera inceſſu patuit dea.
Inceſſus omnibus animalibus certus & vniuſmodi, & in ſuo cuique genere. Plin.lib.10.cap.38. Hoc eſt greſſus.
Citus inceſſus, Vide CITVS.
Fractus inceſſus. Quintil.lib.5.cap.9.
Rarus inceſſus,nec ita longus. Cic.in Orat.De geſtu oratoris.
¶Exprimere inceſſum alicuius. Ouid.11.Metam.
Fingere vultum & inceſſum. Cic.2. de Finib.
Tacito inceſſu progreſſus. Virg.12.Æneid.

Inceſſo,inceſſis,inceſſi vel inceſſiui,inceſſitum, pen.prod. {παραγίγνομαι} inceſſere,à ſupino verbi Incedo formatum,hoc eſt Ingruo & cuenio. Columel.lib.3, Et quum Autumnus inceſſerit. Idem lib.12.cap.17, Pluuiæ inceſſerunt.
¶Inceſſere {βάλλειν,τύπτειν} Aggredi,inuadere. Feſtus, Inceſſere,Immittere,ac iactu vel verbis petere.
Inceſſere hoſtes iaculis & ſaxis,aut pilis. Liu.8.ab Vrbe. Et 7.bell. Maced.
Aſperè aliquem inceſſere. Quintil.lib.5.cap.7, Probos quoſdam & verecundos non aſperè inceſſere profuit.
Inceſſo illius malè gratiam. Plaut.Ciſtel.20,
Illius ego iſtam inceſſo malè gratiam.

Bello inceſſere aliquem. Stat.1.Sylu.4.
Dictis inceſſere aliquem. Ouid.13.Metam.
Iaculis inceſſitur index. Ouid.3.Amor.eleg.12.
Lapidum iactu inceſſere aliquem. Ouid.13.Metam.
Leuibus,& friuolis aliquem inceſſere. Quintil.lib.7.cap.3, Satius eſt omni ſe anteactæ vitæ abſtinere conuitio, quàm leuibus, aut friuolis,aut manifeſtō falſis rumoribus reum inceſſere.
Monitis amaris inceſſere aliquem. Silius lib.3.
Pœnis inceſſere gentem. Stat.1. Theb.
Verbis amaris inceſſere aliquem. Silius lib.11.
¶Inceſſit admiratio quòd pugnam non inirent. Liu.7.ab Vrbe.
Inceſſit homines admiratio. Liu.9.ab Vrbe, Quæ vbi dixit,tanta ſimul admiratio miſeratióque viri inceſſit homines,vt,&c.
Inceſſit eum cupido. Liu.4 bel.Pun.Ipſum ingens cupido inceſſerat Tarenti potiundi.
Inceſſit mihi cupido, &c. Valer.Max. Nec mihi cuncta complectendi cupido inceſſit.
Cupido aliquem inceſſit adeundi templum Veneris. Tacit.lib.17.
Grauis cura Patres inceſſit. Liu.Decad.3.lib.3.
Diſcordia inceſſit regibus. Virg.4 Georg.
Inceſſere aliquem dolis, Adoriri & aggredi per fraudem. Plautus Amphit.15,
Oſtendam quid ſit herum fallere minis,& dolis inceſſere.
Inceſſit fames. Colum.lib.9 cap.14.
Inceſſit ambos inopia. Salluſt.in epiſt.Mithridatis,Reſtituto deinde apud Gaberam exercitu, & variis inter me atque Lucullum prælijs,inopia rurſus ambos inceſſit.
Inceſſebat enim deterrimo cuique licentia. Tacit.lib.3.
Metus. Liu.Decad.1.lib.3.Ingens metus inceſſerat patres.
Inceſſit mœſtitia animos. Liu.9.bel.Pun.
Inceſſit morbus in caſtra. Liu.9.bel.Pun.
Inceſſit mos vt, Hoc eſt,inualuit aut inuectus eſt. Salluſt.de Rep. ord.ad Cæſarem, Quoniam is inceſſit mos,vt homines adoleſcentuli ſua atque aliena conſumere, nihil libidini, atque aliis rogantibus denegare,pulcherrimum putent.
Fœdum anni principium inceſſit. Tacit.lib.4.
¶Inceſſit procella,pro Ingruit. Columel.lib.2.cap.21, Si verò procellæ ventorum, aut turbines inceſſerint, maior pars ad terram deſluit.
Inceſſit dein religio. Tacit.lib.3.
Inceſſit te religio. Terent.And.4.4,
Noua nunc religio vnde te iſthæc inceſſit, cedo? Seneca libro Controuerſ.6, Arellius Fuſcus,&c. diues & pauper eadem veſtigia inceſſimus.
Rumor inceſſit. Tacit.lib.1, Quippe rumor inceſſerat.
Sed.tio inceſſit. Tacit.lib.1, Quum Pannonicas legiones ſeditio inceſſit.
Spes inceſſerat. Tacit.lib.1.
Inceſſit hominibus ſterilitas annonæ. Columel.libro 2.cap.10, Famem quoque ſi ſterilitas annonæ inceſſit hominibus,commodè propulſat.
Tenebræ inceſſunt. Tacit.lib.15.
Terror inceſſit. Liu.Decad.1 lib.2, Tantus terror Tarquinium atque Hetruſcos inceſſit,vt omiſſa irritare,&c.
Timor aliquem inceſſit. Liu.lib.7.Decad.4.
Inceſſit eos timor,ne. Liu.1.ab Vrbe,Timor deinde Patres inceſſit, ne ciuitatem ſine imperio vis aliqua externa adoriretur.
Valetudo aduerſa eum inceſſit. Tacit.lib.3,Quoties valetudo aduerſa Flaminem Dialem inceſſiſſet.

Inceſſi,infinitiuum {ἐπεξέρχεσθαι} Virg.12.Æneidos,
Regina vt rectis venientem proſpicit hoſtem,
Inceſſi muros,&c. Hoc eſt inuadi. Seruius.

Inceſſio,inceſſionis, Verbale. Cic.Attic.lib.12.epiſt.4. ſub finem, Mihi etſi Calendæ vitandæ fuerunt, inceſſionúmque archetypa fugienda, conficiendæque tabulæ: tamen,&c. Inceſſionum archetypa, id eſt origo & prima cauſa vituperationum.

Incelebris,pen.corr. Adiectiuum {ἄδοξος} vt Vallis incelebris,apud Silium lib.8.

Incendo,incendis,incendi,incenſum {ἐμπυρόω,κάω,πίμπρημι,ἐκπρήθω} incéndere, Inflammare. Plaut.Menæchmis 9, Sternite lectos, incendite odores.
Agros incendere. Virg.1.Georg.
Nulla mens poteſt incendi, niſi ipſe ad eam ardens acceſſeris. Cic. 2.de Orat.
Inflammari nauem,incendíque iuſſit. Cic.7.Verr.
Odores Galbaneos incendere. Virg.4.Georg.
Thura & odores incendere. Cic.6.Verr.
¶Incendere aliquem, per tranſlationem dictum: vt Incendere iră, amore,&c. Terent.Phorm.1.4,
Loquárne? incendam, taceam? inſtigem.
Capere & incendere aliquem. Cic.Luceio,lib.5.12, Genus enim ſcriptorum tuorum etſi erat ſemper à me expectatum: tamen vicit opinionem meam: méque ita vel cepit,vel incēdit, vt cuperem quàm celerrimè res noſtras monumentis commendari tuis.
Incendit eos qui audiunt. Cic.4.de Finib.
Incendere & Sedare,contraria. Cic.3.de Legib.
Amore incendi. Cic.ad Qu.frat.lib.3.17.
Animum incendit amore. Virg.6.Æneid.
Animum dictis incendit. Virg.4.Æneid.
Incendere bonorum animos. Cic.ad Att.lib.2.3.
Incendere incendunt cælum. Id eſt implent. Seruius. Virgilius 10. Æneid.
Cupiditatem alicuius incendere. Cic. Trebonio,lib.15.21.
Incendere cupiditatem & arrogantiam alicuius. Cicero Bruto,4. & ad Quint.frat.lib.3.17,Amore incendi.
Incendi deſyderio. Cic. in Orat.

Dolore acri incenſa. Virg.11.Æneid.
Inflammari & incendi ad cupiditates facibus corporis. Cicero 1. Tuſculanarum.
Furiis incenſa. Virg.4.Æneid.
Incenduntur omnes gloria ad ſtudia. Cic.1.Tuſcul.
Incendi ira, Vehementer iraſci. Plaut.Aſin.9. Terent.Hecyr.4.1, Aderam,cuius conſilio ea par fuerat proſpici,
Quamobrem incendor ira.
Placatus,& Ira incenſus,contraria. Cic.Attic.lib.6.113.
Querelis incendere aliquem. Virg.4.Æneid.
Incenſus eſt ſtudio vtriuſque veſtrum. Cic.1.de Orat.
Incenſi ſtudio quod ad agrum colendū pertinet. Cicero pro Roſc. Amerino.
Incenſi ſuſpicione, rem in medium vocare cœperunt. Cicero pro Cluentio.
Pudor incendit vires. Virg.5.Æneid.
¶Incendere in ſe odia, Concitare in ſe aliorum inimicitias. Cic. ad Atticum,lib.9.170.
In aliquem incendi. Cic.Lentulo, lib.1.9.

Incenſus,Participium {ἐμπυρισμένος} vt
Ad Rempublicam bene gerendam incenſus imperator. Cicero de Prouinc.Conſul.
Inimicitiis incenſa contentio. Cic.de Opt.gen.Orat.
Pectus incenſum amore. Virg.3.Æneid.
Officio incenſa voluntas. Cic.Cecinnæ,lib.6.6.

Incenſio, Verbale {ἐμπίρασις.} Cic.pro Sylla,Incenſione vrbem,interneccione ciues,vaſtitate Italiam,interitu Rempub.liberauit.
Incenſio Capitolij. Cic.in Catil.

Incendium,incendij {ἐμπρησμός,ἅμπρησις,πυρέκτασις} Inflammatio. Plin. lib.12.cap.19 Donec id delubrum incendio conſumptum eſt.
Tanquam aliquod incendium improbitatem reſtinguere. Cic.3. Verr.Communi præſidio tālis improbitas, tanquam aliquod incendium,reſtinguenda eſt.
Belli incendia, Id eſt vis. Virg.1.Æneid.
Clara incendia. Virg.2.Æneid.
Mitia incendia. Ouid.1.Faſt.
Sæua incendia. Virg 9.Æneid.
Tumultus militaris incendium. Paterculus lib.2,Druſus qui à patre in idipſum plurimo quidem igne emicans incendium militaris tumultus miſſus erat, priſca antiquáque ſueritate vſus eos coërcuit.
¶Ardere continenti incendio, Vide CONTINEO.
Compeſcere incendia, Vide COMPESCO.
Conſumi incendio, Vide CONSVMO.
Facere incendium. Cic.in Parad. Vide FACIO.
Abſtruſo incendio flagrare. Vide Abſtruſus, in ABSTRVDO.
Ventus glomerat incendia. Virg.2.Georg.
Inflammari incendiis cupiditatum, Vide INFLAMMO.
Miſcere incendia. Virg.2.Æneid.
Offerre incendium, Vide OFFERO.
Incendia vires poſuere. Virg.5.Æneid.
Incendium ex amore, Ardor. Plaut.Aſin.16,
-nam ni impetro,
Regem perdidi,ex amore tantum eſt homini incendium.
Incendium meum ruina reſtinguam. Catilina apud Salluſtium. Vide Ruina in RVO.
Animorum incendia reſtincta. Cic.in Oratore, Facile eſt enim verbum aliquod ardens (vt ita dicam) notare, ſíque reſtincti is iam animorum incendiis,irridere. Senſus eſt: Multa dicuntur,quum animi vel ira, vel miſericordia, vel alio affectu aliquo concitati ſunt, quæ tranquillo & quieto animo non dicerentur. Itaque facit improbè, qui ſedatus animis irridet ea,quæ in perturbatione dicta fuerunt. Metaphora eſt ab igne ſumpta. Sic enim etiam animus dicitur inflammatus ira,cupiditate, odio: quoniam ira nihil aliud eſt quàm feruor ſanguinis in corde, ſicut cēſet Ariſtoteles lib.2.de Anima, Et omnes animi permotiones,quodammodo ſanguinem incendunt.
Malè obrutum reſurrexit incendium. Florus lib.3.cap.21,De bello ciuili Cumano loquitur.
Extincta parum fideliter incendia, maiore flamma reuiuiſcunt. Florus lib.3.cap.5.
¶Incendium, pro Inuidia. Cic. pro Murena; Siquod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. De Catilina. Budæus.
Ardere incendio, Vide ARDEO.
Conflagrare inuidiæ incendio, Vide CONFLAGRO.

Incendiarius {πυρϊκός.} Tacit.lib.15. Item Quint.Decla.9, Morabar inter ſacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus vna laus eſt) homicidas incluſos turpiore cuſtodia. Sueton.etiam vtitur in Vitellio.

Incenſus {ἀτίμητος} Adiectiuum à cenſu, Incenſi, qui in cenſu peragendo cenſeri nolebant: hoc eſt qui non profitebantur. Erat autem mulcta, vt libertate priuarentur. Cicero pro Cecinna, Quum autem incenſum vendidit, hoc iudicat: quum ij,qui in ſeruitute iuſta fuerunt.cenſu liberentur,eum,qui quum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe.

Incentio,Incentiuus. Adiectiuum, Vide INCINO.
¶Incentiuum, pro ſtimulo, ſeu incitatione, propterea quòd milites incentione tubarum ſolent ad prælium incitari. Plin. in Paneg. Non tubæ ſolùm, ſed etiam Spartanæ tibiæ incentiuum aliquod ferunturhabuiſſe.

Inceps,pro Deinceps. Antiquum. Feſtus.

Incepſit {ἄρξατο} Incœperit, Antiquè, inquit Feſtus.

Incepto.Inceptor,Inceptio, Vide INCIPIO.

Incerno,incernis,increui,incretum, pen.prod. {κοσκινεύω,κοσκίνω} incérnere,Purgare,Separare. Cato cap.48, Tum ſemen ſerito cribro tanquam limum,& eo terram cribro incernito. Vitruuius lib.7.cap. 7.Super fricaturam,leuigationibus & polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor.

Incerniculum, incerniculi, pen.corr. {κοσκινίδιον} Inſtrumentum quo frumenta purgantur. Plin.lib.8.cap.44, Decretum fecêre quo cauerētur ne frumentarij negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

Incero,inceras, pen.prod. {κηρόω} incerāre; Aliquid cerā tegere. Iuuenalis Satyr.10,
-genua incerare deorum.

Inceratus, pen. prod. Participium, Cera illitus. Corn.Celſus lib.8.cap. 8,Si plura fragmenta ſunt, excipiēda ſunt ex ferula facto canaliculo, eodémque intus inceratо,ne faſcia diducatur.

Incertus {ἄδηλος, ἀσύμφατος} Adiectiuum notum, In opinione dubia, Non ſibi conſtans. Cic.pro Lege Murena, Nihil eſt incertius vulgo; nihil obſcurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum.
Lubrica & incerta puerilis ætas. Cic.7.Verr.
Incertus animus, Dubius. Terent.Heaut.1.1,
Domum reuertor mœſtus,atque animo ferè
Perturbato,atque incerto,pro ægritudine.
Animi hominum incerti & exitus præliorum. Cic.Bruto,14.
Aura incerta. Ouid.2.Amor.eleg.9.
Incerta beſtia,apud Plautum,quæ nihil certi præſagit.
Ancipites & incerti caſus. Cic.in Orat.
Incerta conſilia. Terent.And.2.3,
Cedo,quid obiurgabit tecum? hîc reddes omnia,
Quæ nunc ſunt certa ei conſilia,incerta vt ſient.
Crines incertos colligere. Ouid.1.Amor.eleg.11.
Errores incerti. Lucret.lib.4.
Euentus futuri temporis incerti. Cic.pro Quintiō.
Incertus armorum exitus. Cic.ad Atticum,lib.7.123.
Exitus pugnarum,Mārſque communis incerti. Cic.pro Mil.
Incertus fons. Plin.lib.6.cap.18, Hanc alij incertis fontibus vt Nilum,rigantémque,&c.
Litus breue & incertum. Tacit.lib.14.
Mars incertus. Tacit.lib.20, Pugnatum longo agmine, & incerto Marte.
Mens incerta. Ouid.9.Metam.
Incertæ nuptiæ. Terent.And.5.1,
-perpulſiſti me vt homini adoleſcentulo,
In alio occupato amore,abhorrenti ab re vxoriā,
Filiam darem in ſeditionem,atque incertas nuptias. Hoc eſt,de quibus non conſtat an firmæ futuræ ſint.
Pede incerto ferebar. Horat.Epod.11.
Pericula incerta. Virg.9.Æneid.
Incerta poſſeſſio. Cic. pro Roſc. Comœdo, Tūm enim propter Reipub.calamitates,omnium poſſeſſiones erant incertæ.
Soles incerti. Virg.3.Æneid.
Tellus incertiſſima regni. Stat.11.Theb.
Vices incertæ. Ouid.3.Triſt.eleg.11.
Vulgus incertum. Virg.2.Æneid.
¶Incertus animi. Terent.Hecyr.1.2,
-ſed poſtquam acrius
Pater inſtat,fecit animi vt incertus foret.
Incertus ſententiæ. Liu.4.ab Vrbe, Non quia incertus ſententiæ fuerit.
Incertus veri. Liu.4.ab Vrbe, Tubero incertus viri eſt.
Salutis incerta. Ouid.epiſt.20.
Suſpenſus & incertus obſcura ſpe pendeo. Cic.de Lege agrar.
Incertus de. Terent.Hecyr.4.3,
Quia de vxore incertus ſum etiam quid ſim facturus. Cic.1. Verr.
Quum incertum ſit de iniuria.
Incertus ſum,Reſponſio. Plaut.Epid.10,
Senex hic vbi habitat Periphanes Platenius?
Incertus ſum.
Incertus eram,vbi eſſes. Cic.ad Attic.lib.1.6.
Incertior multo ſum,quàm dudum. Terent.Phorm.2.4.
Aura quauis incertior. Ouid.4.de Ponto,eleg.3.
Stabile & Incertum,contraria. Cic.in Topic.
In incertum,vel In incerto, Vide IN.
Quicquid incerti fuit nunc liquet. Plaut.Pſeud.11,
Quicquid incerti mihi in animo prius,aut ambiguum fuit,
Nunc liquet,nunc defæcatum eſt.
Incertum vtrum. Plin.epiſt.76,Confeſſus eſt quidam inceſtum,ſed incertū vtrum quia verū erat,an quia grauiora metuebat ſi negaſſet.
Incertum facere de re aliqua. Plin.lib.7.cap.48, De ſpatio atque longinquitate vitæ hominum, non locorum modò ſitus; verùm exempla ac ſua cuique ſors naſcendi,incertum fecere.
Incerta pro certis habere, ſtultum. Cic.de Senect.
Incertum,verè,inanitérve moueatur. Cic.4.Acad.
In dubium,incertúmque reuocare aliqua. Cic.pro Cecinna.
Incertum eſt mihi quid agam,& incertū eſt,abſolutè,pro Neſcio, & ignoro. Plaut.Aulul.2.9, -nunc mihi incertum eſt
Quid agam: abeam,an maneam,an fugiam. Terent.And.1.5,
Incertum eſt quid agam.
Incertum eſt quis deus,&c. Virg.8.Æneid.
Incertū eſt quàm longa noſtrū cuiuſque vita futura ſit. Cic.3.Verr.
Incerto me,Hoc eſt Inſcio & neſciente. Plaut.Aſin.9,
Ego certè,me incerto,ſcio hoc daturum nemini homini.
Incerto ſcio,aduerbialiter,pro Clàm me eſt. Plaut.Epid.10, -poſtquam libera eſt,
Vbi habitet dum incerto ſcio.
Incertum,Subſtantiuum, Id eſt, vt ita dicam, incertitudo. Papinianus in l. Qui ex §.1. D. De bono poſſ.ſecun.tab. Admittenda eſt Iuliani ſententia, qui propter incertum conditionis, etiam prioris eſſe peti bonorum poſſeſſionem reſpondit.

Incerto,incertas {ἀδηλέω} incertāre,Incertum reddere. Plaut.Epid.11, -longa dies animum incertat meum,
Sin ea eſt quam incerto animo,hanc congrediar aſtu.

Incestо, Incessus, Vide INCEDO.

Incestus, huius incestus, masc.gen. vel Incestum, incesti, neut.gener. {μιαιφόνος, φονερός, ἀνοσιουργός} Quasi non castum & pudicum. Nonius, Incestum, dicitur flagitium in affines admissum. Festus, Incestus à Græco trahitur. nam illi facinus dicunt aniceston. Cestus, cingulum erat Veneris, quo vtebatur ad honestas nuptias. Ideò incestum dicitur, quòd à sacrato illo Veneris cingulo non fertur. Cic.4. Tusc. Omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior, vt si iam ipsa illa accusare nolis, stupra dico, & corruptelas & adulteria, incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo. Suetonius in Nerone, cap.5, Maiestatis quoque & adulteriorū, incestique cum sorore Lepida sub excessu Tiberij reus, mutatione temporum euasit. Idem in Domitiano, cap.8, Incesta Vestalium virginum variè ac seuerè coercere.

Oratio nobilis Curij de incestu pro Seruio Fuluio. Cic. de Claris Oratoribus.

Committere incestum. Quintil. lib. 4. cap. 6.

Liberare aliquem incesto. Cic. in Pisonem.

Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto. Cic. 2. de Leg.

¶Incestum neutro genere ferè legitur apud Iurisconsultos. Papinianus in l. Si adulterium. §. Stuprum. D. Ad Legem Iuliam de Adulteriis, Incestum autem, quod per illicitam matrimonij coniunctionem admittitur. Budæus.

Incestus, Adiect. {ἀνόσιος} Id est pollutus. Propertius lib 3. eleg. 11, Scilicet incesti meretrix regina Canopi. Plin. in Paneg. Stuprorum, incestarúmque noctium conscij. Cic. pro Cælio, Ideo aquam adduxi, vt ea tu incestе vterêre.

Aues incestæ. Stat. 9. Theb.

Facies incesta. Lucan. lib. 10.

Incesto flagitio polluere, pro Flagitio incestus. Cic. pro Domo sua, Istius qui non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio, & stupro polluit, ceremonias, &c.

Nuptiæ incestæ. Tacit. lib. 11.

Incestæ nuptiæ confirmari non solent. Papinianus in l. Si adulterium. §. Stuprum. D. ad Legem Iuliam de Adulteriis.

Os incestum. Cic. 11. Philipp. Quum verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerasset.

Prædo incestus. Stat. 1. Achill. Paridem intelligit.

Incestus sermo, pro fœdo & lib. dinoso. Liu. lib. 8, Primo pellicere eum sermone incesto conatus est, &c.

Stuprum incestum. Cic. de Aruſp. resp.

Incesta Vestalis. Plin. lib. 28. cap. 2.

Virilitas incesta. Tacit. lib. 5, Arguitur pleraque, C. Cæsarem quasi incestæ virilitatis dixisse.

Incestè, Aduerbium {ἀνοσιουργῶς} Fœdè, turpiter. Cic. pro Cælio, Ideo aquam adduxi vt tu ea incestè vterêre. Lucret. lib. 1,

Sed casta incestè nubendi tempore in ipso Hostia concideret.

Incesto, incestas {μιαίνω, φονεύω, ἀνοσιουργέω} incestâre, Polluere. Plaut. Poen. 16,

-earum hic alteram effictum perit,

Neque eam incestauit vnquam. Virg. 6. Æneidos,

-totámque incestat funere classem.

Filiam incestare. Tacit. lib 5, Post quos Sex. Marius Hispaniarum ditissimus, deferrur incestasse filiam, & saxo Tarpeio deiicitur.

Gremium incestare parentis. Stat. 1. Theb.

Thalamos nouercæ incestare. Virg. lib. 10,

Anchemolum thalamos ausum incestare nouercæ.

Incestificus, pen. corr. {ἀνοσιουργός} Senec. Thyest. 1,

-ego castam manum

Nefandus, incestificus, execrabilis Attrecto?

Inchoo, inchoas {ἄρχομαι, καταρχομαι} inchoâre, Incipere. Virgil. 3. Georgicorum,

Te sine nil altum mens inchoat.

Cædes inchoata. Senec. Medea, 12.

Inchoare & Perficere, siue Absoluere, siue Cõficere, cõtraria. Cic. 4. de Finib. Potest ab alio inchoatum accipere & absoluere. Idem 1. Acad. In qua quod inchoatum est, neque perfectum.

Inchoare lites dicitur annus. Iuuenalis sat. 16,

Expectandus erit qui lites inchoet, annus.

Inchoare philosophiam. Cic. 1. Acad.

Spem longam inchoare, pro Spem in longum protendere. Horat. 1. Carm. ode 4.

Inchoare virtutem. Cic. 5. de Finib. Et induxit in ea quæ inerant tanquam elementa virtutis, sed virtutem ipsam inchoauit.

Inchoare & informare oratorem perfectum. Cic. in Orat.

Inchoare libros, & Conficere, contraria. Cic. Meos libros quos expectas inchoaui, sed conficere non possum his diebus.

Præclarè inchoata multa, perfecta non planè. Cic. de Clar. Orat.

Inchoata atque rudia pueris exciderunt. Cic. 1. de Orat.

Mancum atque inchoatum. Cic. 2. Offic.

Inchoata maturitas. Plin. lib. 15. cap. 1, Primum omnium cruda, atque nondum inchoatæ maturitatis.

¶Inchoare, Perficere. Virg. 6. Æneidos,

Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. Vbi Seruius, Inchoat, perficit: & est verbum sacrorum.

¶De scriptura siue orthographia verbi inchoo, sic Seruius in tertium Georg. Apud Latinos nullum verbum est quod ante o finalem, habeat o: excepto inchoo: quod tamen maiores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant incohoo. Tria enim habebant nomina in quibus c literam sequeretur aspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher: è quibus pulcher tantum hodie recipit aspirationem.

¶Inchoo, inquit Festus, videtur ex Græco originem trahere: quòd Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit chaos.

¶Inchoo, ch, aspiratú habere, Iulio Modesto & aliis placet, quòd componatur à Chao, quod dixerunt rerum initium. Refert tamen Diomedes, quanuis locus apud eum corruptissimè legatur, lib. 1. vbi de Præteritis meminit, Verrium Flaccum probauisse, cui & Tranquillus accesserit, vt posterema syllaba huius verbi aspirationem reciperet, quòd esset à nomine Cahum, quo apud veteres Mundus significabatur, deducta appellatione à Cohibendo, quòd omnia cohiberet intra sese, vnde etiam v aspirationem habebat. Quæ vox & funiculum significabat, qui cohiberet, id est colligaret timonem buris cum iugo. Hanc sententiam & Probus in Catholicis duabus regulis fulcit. Altera, quòd post c literam h Latina verba non regunt, exceptis nominibus tribus, Pulcher, orchus, lurcho. Altera, quòd neque a litera, neque o ante alteram o in Latinorum verborum prima persona reperiatur: quanuis Plautus Reboo Græcè dixerit à βοᾶν. Quam opinionem Iouianus Pontanus agnouit lib. 2. de aspiratione.

Inchoatus, pen. prod. {ἀτελὴς} Imperfectus. Cic. 2. de Nat. deor. Atque etiam si à primis inchoatisque naturis ad vltimas perfectásque volumus procedere.

Inchoatiua {ἀρκτικὴ} verba pete à Grammaticis, Prisciano, Diomede, Perotto, Valla, & similibus.

Incido, incidis, incidi, incisum, pen. prod. {τέμνω, κόπτω, ὑποτέμνω, κατακόπτω, ἐκκοπτέω, ἐκτρώγω} insidere, Ex in & cædo compositum, Idem quod cædere, & in partes diuidere ac secare. Virg. 3. ecloga,

Atque mala vites incidere falce nouellas. Plin. lib. 12. cap. 14, Quũ incidant eas arbores.

Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. Cic. Anteq. iret in exilium.

Venas incidere. Tacit. lib. 16, Neque tamen præceps vitam expulit, sed incisas venas, vt libitum obligatas, aperire rursum, & alloqui amicos.

¶Incidere, Insculpere etiam significat: variéque construitur.

Incisum marmori. Suet. de Claris gramm. Plin. in Paneg. Quod ego titulis omnibus speciosus reor, quando non trabibus, aut saxis nomen tuum, sed monumentis æternæ laudis inciditur.

Incidere in re aliqua. Cic. de Senect. Notum est eorum carmen incisum in sepulcro. Idem in Pisonem, Idémque vt esset, quod in basi trophæorum incidi, inscribique posset.

Incisum ac notatum in monumentis rerum gestarum. Cicero pro Fonteio.

Incidere in ære. Cic. 6. Verr. Idem 4. Verr. Incisum in tabula ænea. Idem pro Corn. Balbo, Quod quidem nuper in columna ænea meminimus post restitutã & perscriptum fuisse.

Incidere in æs. Cicero Philipp. 2, Quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit? & in æs incidi iubebitis? Sueton. in Cæsare, Ac mox lege in æs incisa.

Nomina ciuium in tabula incidere. Cic. Acilio, lib. 13. 37.

Fagi incisæ mea nomina seruant. Ouid. epist. 5,

Marmora incisa notis. Horat. 4. Carm. ode 8.

Incisa tabula his literis, Iupiter, &c. Liu. 6. ab Vrbe.

Incidere leges. Cic. pro Milone, Incidebantur iam domi leges quæ nos nostris ferus addiceret.

Leges incidere ligno. Horat. de Arte.

Incisum grandibus literis nomen in basi. Cic. 6. Verr.

Verba incidere ceris. Ouid. 9. Metam.

¶Incidere, pro Abscindere & præcidere. Cic. 2. de Orat. Inciditur enim omnis iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas affertur. Budæus.

Inciditur enim omnis iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas affertur. Budæus.

Ludum incidere. Horat. 1. epist. 14.

Neruos virturis incidere. Cic. 1. Acad.

Neruos Populi Romani incidere. Cic. 2. pro Lege agrar.

Poema ad Cæsarem, quod composueram, incidi. Cicero Quinto fratri, lib. 3. 17.

Incidere sermonem, Intercidere, vel concidere, aut interturbare. Liu. 2. bell. Maced. Quibus longiorem exorsis orationem breuis interrogatio, cessurúsne iis tribus verbibus esset, sermonem incidit, quũ mandatum sibi de his nominatim negarent quicquam.

Incisa spes, Quæ decidit, & qua frustramur. Liu. 3. ab Vrbe, Itaque spe incisa prius, quàm prædicta dies adesset, Appius mortem sibi consciuit. Ibidem, lib. 2, Spe omni reditus incisa.

Singultus verba incidens. Stat. 9. Theb.

Incisio, huius incisionis {τμῆσις, τόμος} Columella libro De Arboribus, cap. 8, Infra incisionem & alligaturam, falce acuta, leuiter vitem vulnerato ex vtraque parte, vt his potius plagis humor defluat, quàm ex incisione abundet. Sed hæc lectio vitiosa est. nam legendum est, Infra insitionem, & ex insitione.

Incisio apud Oratores. Cic. in Oratore, Dicendúmque, quantos circuitus facere deceat: déque eorum particulis, & tanquam incisionibus differendum est. Particulas & incisiones circuituum seu periodorum vocat, quæ & membra & incisa, siue cola & commata dicuntur.

Incisura, huius incisuræ, pen. prod. {τμὴ} Ipsa incisio. Plin. lib. 11. cap. 39, Pili recisi non vt herba ab ipsa incisura augentur.

Incisuræ etiam dicuntur in manibus quæ vulgò *linea* vocantur. Plin. lib. 11. cap. 52, Contrà longæ esse vitæ incuruos humeris, & in manu vna duas incisuras longas habentes.

Incisus, pen. prod. Participium {τετμημένος} Plin. lib. 11. cap. 37, Incisa cornua nascentium in diuersas partes torquentur.

Carmen incisum in sepulcro. Cic. de Senect.

Elogium in sepulcro incisum. Cic. in Pisonem.

Incisum, pen. prod. {τμῆμα, κόμμα} oratores vocant sensum non expleto numero concluſum, quod plerisque pars membri esse videtur. vt Domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas. Fiunt etiã singulis verbis incisa: vt, Diximus, testes dare volumus. Incisum est, Diximus. Membrum est sensus numeris concluſus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens. id enim, O callidos homines, perfectum est: at remotum à cæteris, vim non habet, vt per se manus, & pes, & caput. Hæc ex Quintil. Cic. in Orat. Quæ nescio cur quũ Græci

Græci κόμματα & κῶλα nominant, nos non rectè incisa & membra dicamus. Omnis oratio diuiditur à Græcis in periodos, cola, & commata. Periodus est absoluta & perfecta in oratione sententia. Colon pars est periodi. Latinè putat Cicero bene mẽbrum dici posse. Comma denique membri pars est, & sectio quædam: incisum Cicero nominat. Ergo si Latinis verbis vti voluerimus, dicemus, Omnem orationem ex comprehensionibus, membris, & incisis constare. Comprehensio est continuatio verborum, donec sententia perficiatur: vt, Etsi vereor Iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem timere: minimè quidem deceat, quum T. Annius Milo ipse magis de Reip. salute, quàm de sua pe turbetur, me ad eius causam parem animi magnitudinem afferre non posse: tamen hæc noui iudicij noua forma terret oculos, qui quocunque inciderint, veterem consuetudinem fori & priſtinum morem iudiciorum minimè vident. Membrum est pars comprehensionis. vt, Etsi vereor Iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem timere. Incisum est pars membri. vt, Etsi vereor Iudices, ne turpe sit. Quemadmodum autẽ in tres has partes omnis oratio diuiditur, ita tria sunt etiam signa, quibus distinguantur. Nam comprehensio in puncto signatur, hoc modo. membrum verò in ipsa comprehensione duobus signatur punctis, hoc modo: sed extra cõprehensionem vno tãtùm notatur. Incisum semicirculo in fissitram partem vergente signatur, hac ratione, .

Incisus, huius incisus, penult. prod. {τμητὸς} Plin. lib. 16. cap. 12, Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur.

Incisim, pen. prod. Aduerbium {τμηδὸν} Per incisiones, Minutatim. Cic. in Orat. Hæc quidẽ duo binis pedibus incisim, déinde membratim, Tu dicere solebas, factam esse Rempub.

Incisim aut membratim aliquid efferre. Cic. in Orat.

Incisim & membratim tractata oratio Cic. in Orat.

Incise, Aliud aduerbium {κατὰ κόμματα} Idem. Cic. in Orat. Quo autem pacto deceat incisè, membratímve dici, iam videmus.

Incisus, Adiectiuum {ἄκοπτος} Quod incidere vel cædere non licet. Ouid. 2. Fastorum,

Monte sub Exquilio multis incisuus annis,

Iunonis magnæ nomine, lucus erat. Alij scribunt Incæduus.

Sylua incisua. Ouid. 3. Amor. eleg. 1,

Stat vetus & multos incisua sylua per annos.

Incido, incidis, incidi, pen. corr. {μπτω} incassum, incidere, Ex in & cado compositum, Idem significat quod simplex. Plin. lib. 2. cap. 27, Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt arbitror: verùm hæc ideò facta, quia incasura erant illa.

Ad terram incidit. Virgil. 12. Æneid.

¶Incidere, Quasi casu venire, aut de improuiso labi, præsertim quando construitur cum accusatiuo & præpositione in: vt, Incidi in latrones. Cic. Curioni, lib. 2. 6, Quod in id Reipub. tempus non inciderit, sed veneris. Idem 1. Tuscul. In ieiuorum ferrum & manus incidisset.

Incidere in æs alienum, *Debitorem alterius fieri*, quod dicitur. Cic. in Catil. In tantum æs alienum incidernnt.

Incidere in amorem, pro Amatorem fieri. Cic. 1. de Inuent. Nemo potest vno aspectu, neque præteriens in amorem incidere.

Incidere in contentionem. Cic. de Amic. Quòd si longius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionem incidissent.

In imperiorum, honorum, gloriæve cupiditatem incidere. Cicero 1. Offic.

Incidere in diem. Cic. ad Attic. lib. 9. 172, Si enim rectè ambulauerit is qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Id est, eodem die quo sperabas.

Incidunt in eum diem mysteria, hoc est eo die. Cic. ad Attic. lib. 6. 112, Faciéſque me in quem diem Romana incidant mysteria, certiorem. Id est quo die agentur.

In discrimen. Cicero ad Atticum, lib. 7. 121, Nunc incido in discrimen ipsum.

In errorem incidere. Quintil. lib. 2. cap. 15,

Eunti, & in euntem, Occurrere alicui ex insperato. Cic. ad Attic. lib. 12 214, Is dicitur incidisse in euntem iam in Asiam. In emẽdationibus codicibus legitur, Is dicitur vidisse an euntem, an in Asia. Idẽ 4. Verr. Sane homini præter opinionem improuiso incidi.

In febriculam incidere. Cic. Ap. Pulchro, lib. 10. 21.

In foueam quoniam incidit bellua, obtuatur. Cic. 4. in Catil.

In fraudem. Terent. Heaut 3. 1,

In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa incides.

In furorem & insaniam incidere. Cic in Pisonem.

In lapidem, Offendere. Varro 3. de Re rust. cap. 14, Ita vt in aliquẽ lapidem incidat, ac latè dissipetur.

In libros alicuius. Cicero 2. de Legib. Nam eorum ego in libros incidi.

In eum locum vt. Terent. Phorm. 1. 3,

-ego in eum incidi infelix locum,

Vt neque mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia.

In luctum. Cic. 1. Offic. Quo impetrato in maximos luctus incidit.

In malum. Terent. And. 4. 5,

Iocularium in malum insciens pene incidi.

In manus hostis. Cic. pro Cecinna, In manus eorum incidere non est satis?

Ex aliquo sermone in memoriam & recordationem aliquorum incidere. Cic. de Clar. Orat.

In mentionem rei alicuius. Cic. 1. Verr. Sic breuiter, quoniam non consulto, sed casu in eorum mentionem incidi: quasi præteriens satisfaciam vniuersis.

De improuiso in milites incidere. Cic. pro Rosc. Amer.

In morbum, Morbo laborare. Cic. de Senect. Quinetiam ætas illa multò plures, quàm nostra, mortis casus habet: facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrotant, tristius curantur.

In nomen alicuius. Cic. pro Rosc. Com. Nónne quotiescunque in causa in nomen huius incidisti, toties hunc & virum bonum esse dixisti, & honoris causa appellasti?

In patrocinium alicuius incidere. Quintil. lib. 7. cap. 3, Fuerunt autem tales nostris etiam temporibus controuersiæ: atque aliquæ in meum quoque patrocinium inciderunt.

In sermonem. Cic. ad Attic. lib. 16. 333, Ego enim in varios sermones incidebam.

In suspicionem regni appetendi. Cic. pro Milone.

In vitium. Cic. 4. de Finib. Nam si omnino nos negligimus; in Aristonea vitia & peccata incidemus.

¶Incurrere atque incidere in aliquem. Cic. pro Plancio.

In aliquem incidere & complecti. Cic. pro Plancio.

¶Incidit in idipsum quod timebat. Cic. 4. Acad. Ex veruſto exemplari legitur Induit.

¶Incidit mihi in mentem hæc res. Terent. Phorm. 1. 3,

Quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. Cic. 4. de Finib. Quod cuique in mentem incideret, & quodcunque tanquam occurreret.

Ratius in iudiciis incidunt. Cic. 2 de Inuent.

Incidit aliud ex alio, Aliud ex alio depetidet & euenit. Terentius Heaut. 3. 3.

Incidit amori nostro calamitas. Terent. Heaut 2. 4,

Hoc beneficio vtrique ab vtrisque vero deuinciminí,

Vt nunquam vlla amori vestro incidere possit calamitas.

Pierius menti calor incidit. Stat. 1. Thebaid.

Incidunt causæ, Quod ineptè dicunt *Casus contingunt*. Cicero 3. Officior. Sed incidunt sæpe cautæ, quum repugnare vtilitas honestati videatur.

Nouus incidit error. Properr. lib. 1. eleg. 12,

Flamma incidit in segetes. Virgil. 2. Æneid.

Incidit cerui cibus iugum. Colum. lib. 2. cap 2.

Nihil mali ciuitati incidit, quod non impendere illi tantò antè viderint. Cic. 1. de Orat.

Incidit mentio de Philippo & Romanis. Liu. 2. bel. Maced.

Incidit animis meus tacitus, Hoc est, clàm metuebant. Liu. 9. bel. Pun. Non metu modò omni, qui tacitus insidebat animis, liberauit eos, sed lætitiam ingentem fecit, quòd, &c.

Incidit pestilentia grauis per vibem. Liu. 7 bel. Pun.

Incidere rebus, pro Temerè & fortuitò, non consilio in res ferri. Seneca epist 87.

Incidere ruinæ capitibus nostris. Liu. 1. bel. Pun.

Saxum ex spelunca in erura eius incidit. Cic. de Fato.

Sermones varij incidere nobis. Catullus de Varro, epigrammar. 10.

Incidit sermo de Catulo. Plin. epist. 87.

Incidit mihi suspectio. Terent. And. 3. 2,

Renuntiatum est. nam qui isthæc tibi incidit suspectio?

Incidit suspicio de me. Terent. Adelph. 4. 4,

Nunc suspicio de me incidit, neque ea immerità?

Softrata credit mihi, me psaltriam hanc emisse.

Incidunt sæpe tempora, quum ea quæ maximè videntur digna esse iusto homine, eóque quem virum bonum dicimus, &c. Cicero 1. Offic.

Incidit terror exercitui. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Manibus tremor incidit vinctis. Horat. 1. epist. 17.

¶Incidit sæpe vt, Sæpe euenit, Fieri fit. Cic. de Amic. Nam vel vt non idem expediret vtrique, incidere sæpe, vel vt de Repub. non idem sentirent.

Rarò incidebat vt secundæ classis vocarentur. Liu. 1 ab Vrbe.

Quum inciderit vt id aprè fieri possit. Cic. 1. de Finib.

Incidit infeliciter vt talem ciuem amitteremus. Liuius 8. belli Macedon.

Siquis eiusmodi fortè casus inciderit vt id faciendum sit. Cic. 3. de Finib.

Fortè ita incidit vt comitiis perfectis nuntiaretur, &c. Liu 6 bel. Pun. Et lib. 8.

Fortè ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio iungerentur. Liu. 1. ab Vrbe.

Incasurus, pen. prod. Participium. Plinius lib. 2. cap. 27, Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt, arbitror: verùm hæc ideò facta, quia incasura erant illa.

Incidens, penult. correp. incidentis, Adiectiuum, Quod incidit. siue eadit. Plinius libro 11. capite 37, Pupillæ obiter incidentia facilè declinant.

Incidens portis exercitus, Hoc est, Incurrens in eum locum quo portæ erant. Liuius 5. ab Vrbe, Quum fuga trepidum, plenum vulnerum, ac pauore incidentem portis exercitum viderint, &c.

Inciens {inquit Festus, propinqua partui dicitur, quòd incitatus sit fœtus eius.

Incile, incilis, pen. prod. n. g. {λιμνοχόη} Locus depressus, vt ait Vlpianus. D. de riuis l. 1, ad latus fluminum: ex eo dictus, quòd inciditur. Inciditurenim vel lapis, vel terra: vnde primùm aqua ex flumine agi possit, &c. Item ex quocunque riuo aqua irrigandi cau a deducatur, incile dicitur, locus per quem primùm deducitur. Hæc Siponti nus. Colum. lib 5. cap. 9, Si olea in eluo sit, incilia excitentur, quæ limosam aquam ad codicem deducant.

Ducere incile. Vlp. D. ne quid in flumin. public. &c. l. vaic. §. 2, Similimodo & si incile ducat, aut alio loco fiat, aut si alueum mutet fluminis, hoc interdicto tenebitur.

Prima incilia & principia fossarum. Vlpianus in l. 1. D. de aqua quotidiana & æstiua, Caput aquæ illud est, vnde aqua nascitur: si ex fonte nascatur, ipse fons: si ex flumine vel lacu, prima incilia, vel principia fossarum, quibúsque ex flumine vel ex lacu in primum riuum compelli possent.

Inciles canales, inquit Festus, in quos aqua confluit, in viis lapide straris, ab eliciendo dicti.

Inciliæ {διάφυσις} authore Festo, fossæ quæ in viis fiunt ad deducendam aquam, siue deriuationes de riuo communi factæ.

Incilo, incilas, pen. prod. {ἐπιτρέπω} incilâre, pro Increpare vel improbrare, dicebant veteres. Actius, Qui me incilant probris, sermone indecorant. Lucret. lib. 3, Iure (vt opinor) agat, iure increpet, incilétque. Vide Nonium.

Incingo, incingis, incinxi, incinctum {καταζώννυω} incingere, Idem quod cingere, vel circunligare. Liuius 8. ab Vrbe, Ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit.
Lauro incingi. Ouid. 14. Metam.
Capilli incincti philyra. Ouid. 5. Fast.
Mitrâ canos incincta capillos. Ouid. 3. Fast.
Vrbes incingere mœnibus. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.
Pellibus incinctæ ambæ. Virgil. 4 Georg.
Mercator incinctus tunica. Ouid. 4. Fast.
Aras incinxit verbenis. Ouid. 7. Metam.
Pictis incinctæ vestibus horæ. Ouid. 5. Fast.

Incino, incinis, pen. corr. incinui, incentum {ἐπαυλέω} incinere, Simul canere, vel modulanter sonare. Propertius,
-seu varios incinit ore modos. Gell. lib. 1. cap. 11, Et frequentamenta quædam varia tibicen incineret.

Incentio, huius incentionis, f. g. {ἐπαυλησις} Cantio seu cantilena, vel harmonia vocum ac tibiarum. Gellius refert lib. 4. cap. 13, Democritum docere plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum.
Incentio, Incantamentum quod vocis modulatione fiebat. Gell. lib. 16. cap. 11, Vt serpentum virulétorum domitores sint, & incentionibus herbarúmque succis faciant medelarum miracula.

Incentiuus, penult. prod. Adiectiuum {ἐπαυλητικός.} vt Tibia incentiua, apud Varronem, quæ à dextra canit: sicut succentiua, quæ à sinistra succinit: ait enim lib 1. de Re rust. cap. 2, Et vt dextra tibia alia quàm sinistra, ita vt tamen sit quodammodo coniuncta, quod est altera eiusdem carminis modorum incentiua, alia succentiua. Ibidem pastorum vitam vocat incentiuam, quia vetustior: agricolarum succentiuam, quia recentior. quam rem comprobat authore Dicæarcho homine doctissimo. Sic ergo vitæ pastorali succinit agricolatio, vt inferior, sicut tibia sinistra, dextræ foraminibus.
¶Incentiuus, Incitatiuus, propterea quòd incentione tubarum soleant milites ad prælium incitari. Firmicus libro 1. cap. 3, Hinc intelligi datur, stellarum quidem esse, quod patimur, & quod nos incentiuis quibusdam stimulat ignibus: diuinitatis verò esse animi, quòd repugnamus.

Incipio, incipis, pen. corr. incœpi, incœptum {ἄρχομαι, κατάρχομαι, ἀπάρχομαι, ἔξαρχοποιέω} incipere, Noræ significationis, & à capio deriuatur: vel vt aliis placet, à cœpi defectiuo. Plaut. Pœn. 16, Incipere multo est quàm impetrare facilius. Terent. Adelph. 2. 2, Perij hercle, hac spe illi hoc incœperunt.
Æstas prima incœperat. Virgil. 3. Æneid.
Amor incipiens. Ouid. 2. de Arte amandi.
Incipit annus vicesimus. Plaut. Capt. 18,
Quàm diu id factum est? 1. hic annus incipit vicesimus.
Annus incipit à frigoribus. Ouid. 1. Fast.
Barba erat incipiens. Ouid. 12. Meram.
Incipit febris. Cic. ad Atticum, lib. 7. 128, Diem tuum ego quoque ex epistola quadam quam incipiente febricula scripseras mihi notaueram.
Ver incipit. Cic. 7. Verr. Quum rosam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur.
Incipiente vere pariunt. Plin. lib. 10. cap. 32.
¶Incipiunt postulare, poscere, minari. Cic. 5. Verr.
Incipere à. Plin. lib. 14. in Prœm. Vnde autem potius incipiemus, quàm à vitibus?
Abruptè aliquid incipere. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Amicitiam. Terent. And. 3. 3,
Per ego te deos oro, & nostram amicitiam Chreme,
Quæ incœpta à paruis, cum ætate adcreuit simul.
Cursuram. Plaut. Trinum. 13,
Sed quis hic est, qui huc in plateam cursuram incipit?
Facinus. Plaut. Trinum. 13,
-magnum
Facinus incipis sic petere.
Honorem. Plaut. Milit. 1,
Magnum illic honorem incipis, si magna munis mœnia.
Iter. Plaut. Cas. 3, 10,
Sospes iter incipe hoc, vt viro tuo semper sis superstes.
Quum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent. Cic. 3. in Catil.
Huic incipio sententiæ diffidere. Cic. 4. Tusc. Et apud eundem,
Incipio sperare.

Incipiendus, Participium {ἀρκτέος.} Ouid. 5. Fast. A tantis princeps incipiendus erat.
In re incipienda, Vide IN.

Incœptus, Aliud participium {κατάρχω.} vt Laborem incœptum decurrere. Virgil. 2. Georg.
Iter incœptum celerant. Virgil. 8. Æneid.
Opus incœptum destituere. Ouid. 3. Amor. eleg. 11.
Ritè incœpta sacra. Virgil. 4. Æneid.
Sermo incœptus. Virgil. 6. Æneid.

Incœpto, incœptas {ἄρχομαι, πείρομαι} incœptare, Frequentatiuum ab incipio, vel à cœpi defectiuo. Terentius Heaut. 4. 4, Quid incœptat? Idem Phorm. 4. 3.
Incœptare facinus. Terent. Heaut. 3. 3,
Vah video quod incœpret facinus.
Incœptare fabulam. Terent. And. 5. 4,
Et istæc vna parua virgo. tum ille egens, fortè applicat.

Primùm ad Chrysidis patrem se. 5. fabulam incœptat. c IN. fine.
Incœptare iter. Plaut. Trucul 4,
Sed quid ais? quid vis istic? quò iter incœptas? quis est
Quem accersis?

Incœptu, Supinum {ἄρχομαι.} Terent. Phorm. Turpe incœptu.

Incœptum, incœpti, Institutum, principium. Terent. And. 1. 5, Hocciae Incœptum, aut incœptum? Plin. lib. 4. cap. 4, Incœpto inest humanum factum, aut incœptum? Plin. lib. 4. cap. 4, Incœpto infausto. Cic. in Catil. Cuius ego non modò factum, sed incœptum vlum, conatúmve contra patriam deprehendero.
Iuuenilia incœpta. Ouid. epist. 17.
¶Abire incœpto, Vide ABEO.
Abire longius incœpto, Vide ABEO.
Absistere incœpto, Vide ABSISTO.
Absistere incœptis. Sil. lib. 11.
Desistere incœpto. Virgil. 1. Æneid.
Peragere incœptum. Virgil. 4. Æneid.
Magni incœpti perræsus. Virgil. 5. Æneid.
Præuènit incœptum eorum Marcellus. Liuius 3. Decad. lib. 4. De Nolanis.

Incœptor, incœptoris, Verbale, Qui incipit. Terent. Eunuch. 5. 9,
-ô Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium
Inuentor, incœptor, perfector.

Incœptio, incœptionis, Aliud verbale, Principium. Terent. And. 1. 3,
Nam incœptio est amentium, non amantium. Cic. 4. Acad. Tam prælari operis incœptio.

Incise, Incisim, Incisio, Incisum, Incisura, Incisus, Vide INCIDO, incidis, pen. prod.

Incita, incitæ, pen. corr. fœm. gen. {πενία} Paupertas, indigentia. Plaut. Trinum. 8,
Hem nunc hic cuius est? vt ad incitas redactus. Budæus in Annot. prior. Antiqui, ait, ad incitas redactos dicebant, vel etiam ad incitat. Hem nunc hic cuius est? vt ad incitas redactus. Budæus in Annotationes, si Isidoro credimus, id est ad vltimum inopiæ. Quod prouerbij à calculis lusoriis deductum est, qui loco cieri nequeunt.

Incito, incitas, pen. corr. {παροξύνω, παροτρύνω, ἐπείγω, ὁρμάω} incitâre, Commouere, compellere, incendere: ab in, & cito citas. Cæs. 3. bel. Gall. Sed multa tamen Cæsarem ad bellum incitarant.
Incitare ad scribendum. Cic. ad Papyrium, lib 9 16.
¶Incitatus, Equus quidam fuit hoc nomine nobilissimus & velocissimus, circensibus curriculis & palmarum frequentia celebratissimus, circensibus curriculis & palmarum frequentia celebratissimus, aureum obiiceret, & vinum aureis pateris propinaret, sanctè; adiurarer per salutem & fortunam suam, se eum Consulem factu-rum. Martialis,
Sed quum sponsio fabulæque lassæ
De Scorpo fuerint & Incitato.
Incitare & commouere. Cic. 2. de Orat. Facilius est enim currentem (vt aiunt) incitare, quàm commouere languentem.
Incitare contra. Cic. 4. Acad. Qui si rudique omnes conuenerint, facilè contra vos inceitabuntur.
Incitari in studia. Trebonius ad Ciceronem, lib. 12. 16, Ne putes in Asia feriatum illum ab his studiis in quæ tua cohortatione incitatus, futurum.
Ad studium & laborem incitandi iuuenes. Cic. 1. de Orat.
Sedare animos, & Incitare, contraria. Cic. in Orat.
Celeritatem incitat exercitatio eloquendi. Cic. 1. de Orat.
Cupiditate faciendi aliquid aliquem incitare. Cic. de Clar. Orat.
Incitare currentem. Cic. 3. Philipp. Quorum consiliorum Cæsaris, & me authorem & hortatorem & esse & fuisse fateor. quanquam ille non eguit consilio cuiusquā, sed tamen vt dicitur, currentem incitauit.
Incitare equos. Cæsar 4. belli Gallici, Incitato equo se se hostibus obrulit.
Equo incitato se in hostes immittere. Cic. 3. de Nat. deor.
Incitare mentes, & Reflectere, contraria. Cic. 1. de Orat.
Vmbra vana metum incitat. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7.
Motus silentio incitari non posse. Cic. de Somnio Scip.
Incitantur veterani in eum. Cic. Cassio, lib. 12. 2.
Incitant me spe non dubia. Cic. ad Attic. lib. 10. 197.
Incitare se in alteram partem. Cic. ad Atticum, lib. 2. 21, Quòd si ita eam me partem incitarem, profectò iam aliquam reperirem resistendi viam,
Incitat auiditatem hæc herba: Prouocat, & irritat appetitum ciborum; cui opponitur Inhibere auiditatem. Plin. lib. 20. cap. 7, Nec vllæ res in cibis auiditatem incitat, inhibétque eadem.
Saliens incitat vnda sitim. Ouid. 2. de Remed. amor.
¶Beneficiis alicuius & amore incitari. Cic. Lentulo, lib. 1. 7.
Natura incitari ad aliquid agendum. Cic. 3. de Finib.
Voluptate corporis incitari. Cic. de Senect.

Incitatus, pen. prod. Participium, siue Nomen ex participio {παροξυσμός, παροξύνω.}
Incitatus celeritate & studio. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Incitatus ira aut aliqua perturbatione. Cic. 1. Offic.
Iracundia incitatus populus. Cic. pro Domo sua.
Incitatus mente. Cic. 4. Acad. Et tamen isti Physici raro admodum quum hærent aliquo loco, quasi mente incitati.
Gradu incitato accurrit. Seneca Troade, 10.
Populum incitatum mitigare. Cic. 1. de Orat.
Studium incitatum ad inueniendum veritatem. Cic. 5. Tusc.
Incitata aduersa ratione voluntas. Cic. 4. Tusc.
¶Incitatū pro vehementi. Cic. in Bruto, Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. Idē, Incitata & volubilis, nec ea redundās tamē.
Incitatus furor. Cic. 4. Academica,
Nónne ibidem incitato furore,
Vnde hæc flamma oritur. Ex poeta.
Incitatissima conuersio totius mundi. Cic. in Somn. Scip. Hic verò tantus est totius mundi incitatissima conuersione sonitus, vt eum aures hominum capere non possint.

Incitatio,

Incitatio, huius incitationis {παροξυσμός} Instigatio, commotio. Cic. 4. Acad. Qui ne nunc quidem putat, quum ille sol qui tanta incitatione fertur, vt celeritas eius quanta sit ne cogitari quidem possit.
Languentis populi incitatio, & Effœnati moderatio, contraria. Cic. de Orat.
Aeris incitatio, Vide AER.
Acri & vehementi incitatione inflāmatur animus. Cic. 2. de Orat.
Diuina mentis incitatio. Cic. 1. de Diuinat.
Incitatio orationis. Cicero 1. de Orat. Sic euoluit oratio, vt eius vim atque incitationem aspexerim: vestigia, ingressumque vix viderim.

Incitatè, pen. prod. Aduerbium {παροξύντως.} Cic. ad Atticum, lib. 2. 39, Quas Numestio literas dedi: sic te his euocabam, vt nihil acrius, neque incitatius fieri posset.

Incitamentum, huius incitamenti {παροτρυντήριον} Quod commouet, incitat & accendit ad aliquid faciendum. Cic. pro Archia, Hoc maximum & periculorum incitamentum est & laborum.
Incitamentum, ad vincendum. Liu. 1. bel. Pun.

Incitabulum, huius incitabuli, pen. corr. {ὁρμητήριον} Idem. Gellius lib. 15. cap. 2, Fomitem esse quendam dicens, & incitabulum ingenij virtutisque. Antiquum.

Incitus {παροξυσμός} Verbale pro incitatione. Plin. lib. 2. cap. 45, Qui sine assiduo mundi incitu, & contrario siderum occursu, nascuntur, siue hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus, &c.

Incitus {παρόρμησις} Compositum ex in & citus: Idem quod velox & celer. Cic. de Nat. deorum,
Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt
Delphini. Ex Accio. Lucret. lib. 6,
-validi vis incita venti.

Inciuilis, & hoc inciuile, Asper, violentus. Cornel. Tacit. Egit inciuilius, Id est violentius, acerbius, fœuius, & tyranni more. Ciuilis enim dicitur qui fœuus non est, sed moderatus, parísque cum cæteris iure viuit: inciuilis qui se pro principe & imperatore non gerit, sed superbus, & arrogans est & tyrannus. Tacitus, Nam iuueni ciuile ingenium, mira comitas, & diuersa à Tiberij sermone, & vultu arrogantibus & obscuris. Turnebus.

Inclamo, inclamas, penult. prod. {ἐπιβοάω} inclamâre, Clamore accersere, Vocare. Valerius Maxim. lib. 1, Perterritus deinde tam tetro viso & nomine horrendo seruos inclamauit: fefellitátque est, &c. Cic. ad Atticum, lib. 2. 33, Sed ita te para, vt si inclamaro, aduoles. Lucretius lib. 3,
Non merito inclamet magis, & voce increpet acri?
Inclamare aliquem. Ouid. 3 Fastorum,
Inclamátque suos, auxiliúmque vocat.
Inclamare aliquem magna voce. Liu. 8. ab Vrbe.
Inclamare nomine. Liu. 6. bel. Pun. Turbam nomine inclamat.
Inclamare alicui. Liu. 1. ab Vrbe, Et dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis, vti opem ferant fratri, iam Horatius cæso hoste victor secundum pugnam perebat. Ouid. 1. Amor eleg. 7,
Nónne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ.
Inclamatus à puero. Plin. lib 9. cap. 8.
¶Inclamare aliquem, Conuitiis & maledictis insectari, inquit Festus. Plaut. Asin. 11,
Nimis ægre risum continui, vbi hospitem inclamauit,
Quòd se absente mihi fidem habere noluisset. Ouid. lib. 2. Fastor.
Fit sonus, inclamat comites, & lumina poscit. Hoc est obiurgat.

Inclamito, inclamitas, pen. corr. {ἐπιβοάω} inclamitâre, Frequentatiuū. Plaut. Epid. 14, Etiam inclamitor quasi seruos.

Inclareo, inclares, pen. prod. inclarui, inclarere, vel Inclaresco, inclarescis, inclarēscere {ἐκφαίνω} Clarum fieri, manifestum, & notum. Plin. in Panegyr. Nec dignitate nuptiarum magis, quàm his artibus inclaruisse. Suet. de Clar. Gramm. Verrius Flaccus, docendi genere maximè inclaruit.
Artes plurimis inclaruere exemplis. Plin. lib. 7. cap. 37.
Maximè inclaruit discipulo Niceæ Athenienſi, qui diligentissimè mulieres pinxit. De Euphranore pictore. Plin. lib. 35. cap. 11.
Inclaruit in auro cælando. Plin. lib. 33. cap. 12. Et lib. 7. cap. 21, Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit.

Inclemens, pen. prod. inclementis {αἰσπετικός} contrarium est Clementi: Hoc est, Durus & asper. Liu. 8. ab Vrbe, Extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.

Inclementia, inclementiæ {αἰσπετόκαια} Duritas. Virgil. 2. Æneidos, Verùm inclementia diuûm
Has euertit opes. Idem 3. Georgicorum,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis. Vbi Seruius. Inclementia, inexorabilitas & duritia.
Grauis inclementia fati. Stat. 1. Sylu. 4.

Inclementer, Aduerbium {αἰσπετικῶς} Duré. Liuius 2. bel. Pun. Nihil inclementer in Varronem dictum, nisi id modò, mirati se, &c. Plautus Pseud. 3,
Cur inclementer dicis lepidis literis? Id est, quare iraceris istis literis? Idem Pœn. 19.
Inclementius, Immitius. Terent. in Prologo Eunuchi,
Tum siquis est, qui dictum in se inclementius
Existimat esse, &c.

Inclino, inclinas, pen. prod. {ἐπικλίνω, ἐγκλίνω} inclinâre, Inflectere.
Iuuen. sat. 9,
-atque ipsos etiam inclinare maritos.
Inclinare animum. Liu. 9. bel. Pun. Hæc animum inclinant, vt cum modico potius quàm cum magno præsidio equitum ad Scipionem quoque posteà veniſſe Masinissam credam.
Inclinat animus. Liu. 7. ab Vrbe, Hos vt sequar inclinat animus.
Inclinare animum ad rem aliquam. Liu. 10. bel. Maced. In præsentia placet omni ope in Romanos accendi regem, impellíque ad consilia belli ad quæ iam sua sponte animum inclinasset.
Ortus inclinauerat astra. Astrorum lucem imminuerat & hebetauerat: vel astra cæso depulerat. Stat. 12. Thebaid.
Inclinare vel inclinari dicitur acies, quando ita vrgetur ab hostibus, vt iam deficiens incipiat cedere, atque in fugam conuerti. Liu. 1. ab Vrbe, Vt Hostibus cecidit, cōfectim Romana inclinatur acies. Ibidem, lib. 2, Tum demum impulsi Latini, perculsáq; inclinauit acies.
Dicimus nos inclinare in iis rebus, in quibus acquiescimus. Seneca in Consol. ad Albinam, Quasi data opera, in id tempus conjectis malis tuis, vt nihil esset, vbi se dolor tuus inclinaret.
Acies inclinabant. Sil. lib. 15.
Arbor vento inclinata in tuum fundum. Pompon. in l. vlt. D. de arbor. cædend.
Domus inclinata. Virgil. 12. Æneid.
Fata ducum inclinant. Lucan. lib. 3.
Inclinat se fortuna vt. Cæs. 1. bel. Ciuil. Tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac se fortuna inclinauerat, vt nostri magna inopia necessariarum rerum conflictarentur. Cic. Inclinante deinde se fortuna ad causam plebis, nuntij veniunt.
Inclinata & propè iacens fortuna. Cic. Cælio, lib. 2. 15.
Oppida inclinata. Ouid. 15. Metam.
Inclinata res: cui Integra opponitur. Cic. ad Attic. lib. 10. 19, Scribendum ad te existimaui, & pro nostra benevolentia petendum, ne quò progrederēris inclinata iam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses. Legitur & proclinata.
Res inclinata est, laboratur vehementer. Cic. Lentulo, lib. 1. 1. Id est, spectat ad malum exitum, & ruinam veluti minatur.
Inclinata Respub. Quæ iam declinare cœpit. Cic. ad Brutum, 18. 2, Respondi id quod sentiebam & dignitati & existimationi tuæ maximè conducere, te primo quoque tempore ferre præsidium labenti & inclinatæ penè Reipub.
Inclinat sententia, Hoc sentit, huc tendit, eò vergit vt, &c. Liu. 2. bel. Maced. Inclinauit sententia, fuū in Thessalam agmē dimitteret.
Inclinabant eò sententiæ, vt dum, &c. Liu. 7. bel. Pun.
Inclinauit eò sententia quòd tutius, &c. Liu. 8. bel. Pun. Illa dubitatio erat, singulēne cohortes, an vniuersi ad stipendium petendum irent: inclinauit eò sententia, quòd tutius censebant vniuersos ire.
Inclinantur opes ad Sabinos. Liu. 1. ab Vrbe, Quanquam inclinari opes ad Sabinos, regas inde sumpto, videbantur.
Inclinare ad consilium adiuuandum. Cic. ad Att. lib. 12. 247, Tuum enim illud desperatum denique intelliges, & quid inclinent ad hoc meum consilium adiuuandum.
Inclinare in consilium, Id est, descendere in sententiam. Liu. 10. ab Vrbe, In hoc consilium maximè inclinant: legatos tamen ad Annibalem mittendos censent.
Inclinare culpam in collegam suum, Deriuare. Liu. 5. ab Vrbe, Vbi quum omnem culpam in Collegam inclinaret, accitī Virginium ex castris, &c.
Cursum inclinat. Ouid. 2. Metam. de Mercurio volante.
Inclinare eloquentiā, pro Imminuere. Quintil. lib. 10. cap 1, Quinetiam & Phalereum illum Demetrium (quanquam is primus inclinasse eloquentiam dicitur) multum ingenij habuisse & facundiæ fateōr. Vide Orationem inflectere, in INFLECTO.
Genua inclinarat arenis. Ouid. 11. Meram.
Inclinare in fugam. Liu. 4. bel. Maced. Tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt.
Inclinat fuga. Liu. 1. ab Vrbe, Quò postquam inclinauit fuga, alij arma, &c,
Ad Stoicos inclinare. Cic. 3. de Finib.
Paulum timore inclinari. Cic Att. lib 4. 53.
Inclinare in vitium. Plin. lib. 14. cap. 20, In vitium inclinantis experimentum est laminæ plumbeæ mutatus in eo colos.
¶Inclinare oculos moruis, Id est claudere: quod facere morientibus chari vel propinqui solebant. Propertius,
At mihi non oculos quisquam inclinauit enutis:
Vnum impetrassem te reuocante diem. Fortè inclamauit non ineptè legeretur.
Meridies inclinat. Horat. 3. Carm. ode 28.
Inclinat se sol. Liu. 9. ab Vrbe, Et prius sol meridie se inclinauit, quàm telum hinc atque illinc emissum est.
Inclinatum fretum æstu, hoc est, Pacatum mare. Liu. 9. bel. Punici, Quum primum æstu fretū inclinatum est, naues mari secundo misit.

Inclinans, penult. prod. Participium {ὀπτικλινόμενος} vel Nomen ex participio: vt
Inclinans ad crocum vel in luteum colorem, Hoc est, tendens & ferè similis. Plin. lib. 27. cap. 12.
Inclinantem erigere, Stantem inclinare, contraria. Cic 2. de Orat.

Inclinatus, penult. prod. {ὀπτικλινής} Participium, siue Nomen ex participio: vt
Inclinatus ad causam plebis, Id est promptus. Liu. 3. ab Vrbe, Nihil magnopere ad patrum aut plebis causam inclinati, otium domi ac foris habuere.
Inclinatus animo. Seneca de Benef lib. 2. cap. 12.
Inclinatior ad pacem animus. Liuius 4 bel. Macedon. Et libro 3. ab Vrbe.
Spes inclinata dicitur in aliquam partem, vbi de ea bene speratur. Liu. lib. 5, Teri tempus neutrò inclinata spe.
Ceruix inclinata. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Dies inclinatus in tempus pomeridianum. Cic. 3. Tusc.
Inclinatus morbus, Qui iam ad sanitatem spectat. Plin. lib. 23. cap. 4, Lethargicis magis auxiliare, & inclinato morbo.
Inclinata onera à pauperibus in diuites. Liu. lib. 1. ab Vrbe.
Inclinata vlulantíque voce canere. Cic. in Orat.
Inclinatæ vires. Liu. Nullo dum certamine inclinatis viribus. Id est, integris adhuc & nullo certamine debilitatis.

Inclinatus, huius inclinatus, pen. prod. {κλίσις} pro terminatione Grammatici. Gell. lib. 3. cap. 12, Neque aliud est quod simili inclinatu dicatur. Id est terminatione. De biboſus loquitur.

Inclinatio, Verbale {ὑπόκλισις, ὄγκλισις.} Plinius de lignis sectilibus loquens, libro 16. cap. 43, Qua de causa alterna inclinatione égerunt fœobem.
Corporis inclinatio. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Fortis, ac virilis laterum inclinatio. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Inclinationes rerum & temporum dicuntur conuersiones, quando Reipub. constitutio tenorem suum iam non amplius seruat, sed ad mutationem spectare videtur. Cic. 5. Philip. Minimis momentis, P. C. maximæ inclinationes temporum fiunt. Et 5. de Finib. Hoc amplius Theophrastus, quæ essent in Repub. inclinationes rerũ, & momenta temporum, quibus esset moderandum.
Inclinatio animorum plebis ad sustinendam inopiam, &c. Liu. 4. bel. Pun.
Temporis inclinatione & perleui sæpe fortunæ momento vectigalia Populi Rom. pendêre. Cic. 2. de Lege agrar.
Causæ inclinatio. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Repentina voluntatum inclinatio. Cic. pro Murena.
Voluntatis inclinatione propendêre in aliquem. Cic. 2. de Orat.
Inclinatio ad meliorem spem. Cic. pro Sextio.
Inclinatio cæli, Quam quidã aspectum & horizonta vocant. Gell. lib. 14. cap. 1, Procedat, inquit, hæc disciplina sanè, sed sub ea modò inclinatione cæli, sub qua tunc Chaldæi fuerunt.
¶Inclinationes cæli, Vide Declinatio mundi, in DECLINO.

Inclinabilis, & hoc inclinabile, pen. corr. Seneca epist. 95, Nulla res magis animos honesta induit, dubiósque & in prauum inclinabiles renocat ad rectum, quàm bonorum virorum conuersatio.

Inclinamentum, inclinamenti {ὑπόκλισις} Pro declinatu vel deriuatione vel terminatione. Gell. lib. 4. cap. 9, ex Nigidio, Hoc, inquit, inclinamentum semper huiusce modi verborum, vt vinosus, mulierosus, religiosus, &c.

Includo, includis, inclusi, pen. prod. inclusum {ὀγκλίω, κατακλείω} includere, Intus claudere. Cic. de Senect. Nam dum sumus inclusi in his compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur.
Omnia animalia in mundo inclusit Deus. Cic. de Vniuers.
Includam orationi meæ. Cic. Att. lib. 1. 8, τοποθετήσω quam postulas Miseni & Puteolorum, includam orationi meæ.
Includere in carcerem. Cic. 7. Verr. Includuntur in carcerem condemnati.
In carcere includere. Cic. ad Attic. lib. 2. 16, Itaque nunc Consule in carcere incluso.
Includere aliquem in dialogos. Cic. ad Attic. lib. 13. 276, Sic enim constituebam, neminem includere aliquem in dialogos, eorum qui viuerent. Vide IN præpositionem.
Includi in periculum legis. Cic pro Cluent. Nec nunc quicquam agitur, mihi credite Iudices, & prospicite id quod prouidendum est: nisi, vt Equester ordo, in huiusce legis periculum includatur.
Actionem oratoris includere. Plin. Iunior lib. 2. epist. 11, ad Arrianum, Huius actionem vespera inclusit: Hoc est, actioni finem imposuit.
Includere se domi. Cic. 7. Verr.
In prædonum hostiúmque custodias aliquẽ includere. Cic. 7. Verr.
Cælum ignauos inclusit nubibus æstus. Ouid. 7. Metam.
Dolor inclusit lacrymas. Stat. 12. Thebaid.
Opinionem aliquã in definitiones aliquas includere. Cic. 4. Tusc.
Populos includere septis. Ouid. 1. Fast.
Includere verba versu. Cic. 3. de Orat.
Includere viam, Quod & præcludere & claudere dicitur. Liuius 7. bel. Pun. Non antè apparuere quibus obuiis ab iugo ipso consurgendum erat, quàm circuière qui ab tergo includerent viam.
Includere vocem. Liu. 2. ab Vrbe, Consuli primò tam nouæ rei ac subitæ admiratio includerat vocem. Hoc est ademerat.
Vocem includit dolor. Cic. pro Rab. Posth Iam indicat tot hominum fletus, quàm sis charus tuis, & me dolor debilitat, includíque vocem.
¶Includere & insculpere gemmam. Vlpian. in Litem quæritur. §. si gemma. D. locati, Si gemma includenda aut insculpenda data sit, si quidem virtio materiæ factum sit, nõ erit ex locato actio: si imperitia facientis, erit.
Includere gemmã auro, & Excludere, contraria, Vide EXCLVDO.
Smaragdi auro includuntur. Lucret. lib. 4.
Speciem sui similem inclusit clypeo Phidias. Cic. 1. Tusc.
Illigare & includere. Cic. 6. Verr. Tum illa ex patellis & thuribulis quæ vellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, vt ea ad illam rem nata esse diceres.

Inclusus, pen. prod. Participium {κατακλειόμενος.} vt
Inclusus angustiis tẽporis & iuris: Hoc est, obrutus & immersus. Liu. 4. bel. Pun. Nullis neque temporis, neque iuris inclusum angustiis quo minus ita omnia gerat administrétque, vt tempora postulabunt belli.
Inclusa in vno cubiculo ambitio. Cic. 4. Verr.
Pisces inclusus aqua. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.
Vua plena inclusa mero. Ouid. 5. Trist. eleg. 4.
In impias fabulas non inelegans ratio physica inclusa est. Cic. 2. de Nat. deor.
Verba a inclusa modis. Stat. 4. Sylu. 4.
Inclusa sunt mihi medullis. Cic. ad Attic lib. 15. 323.

Inclusio, Verbale {κατάκλεισις.} Cic. in Vatin. M. Bibulum, cuius inclusione contentus non eras, interficere volueras.

Inclytus, Adiectiuum, pen. corr. {κλυτὸς} Gloriosus, excellens, atque insignis, quíque veluti fulgore quodã famæ resplender. Plaut. Mil. 18,
-vetu inclytus apud mulieres.
Armis inclytus. Virgil. 6. Æneid.
Factis inclytus. Ouid. 12. Metamorphoseos.
Acta viri multum inclyta cantu Mæonio, Stat. 1. Achill.
Dux inclytus. Virgil. 6, Æneid.
Genus inclytum altis titulis. Seneca Herc. fur. 6.
Gloria inclyta famã. Virgil. 2. Æneid.
Inclyta iustitia, religióque ea tempestate Numæ Pompilij erat. Liuius 1. ab Vrbe.
Mœnia inclyta bello. Virgil. 2. Æneid.
Inclytum diuitiis templum. Liu. 6. bel. Pun.
Virtus inclyta. Seneca Herc. OEth. 17.

Incoactus, Adiectiuum {ἀκὼν} pro voluntario. Seneca epist. 67, Omne honestum iniussum incoactúmque est, syncerum, & nullo malo mistum. Sic Valer. lib. 4. cap. 7, Incoactam voluntatem esse in amicitiis contrahendis.

Incoctilis, Vide INCOQVO.

Incœnis, & hoc incœne {ἄδειπνος} Qui non cœnauit. Plautus Casina, 17,
-illæc autem senem
Incœnem extrudere cupiunt ex ædibus,
Vt ipsæ solæ ventres distendant suos.

Incœno, incœnas {ἀδειπνέω} incœnare, pro cœnare, apud Tranquillum in Tiberio, cap. 39, Incœnante eo, complura & ingentia saxa fortuito supernè delapsa sunt.

Incœnatus, pen. prod. Adiectiuum {ἄδειπνος} Idem quod incœnis. Plaut. Aulul. 12,
Superi incœnati sint, & cœnati inferi. Cato cap. 156, Qui potutus erit, lauet calida, bibat aquam mulsam, cuber incœnatus.

Incœptio, Incœpto, Incœptor, Incœptum, Vide INCIPIO.

Incogitans, pen. corr. incogitantis, om. g. {ἀλόγιστος} Temerarius, inquit Donatus. Terent. Phorm. 3. 2,
Adeóne te incogitantẽ atque impudentẽ Phædria, Vt &c. Ibid. 1 3,
Quòd ni fuissem incogitans, &c.

Incogitatus, penultima prod. Adiectiuum {ἀμηχανόφρων} Idem. Plautus Bacchid. 14,
Petulans, protervo, iracundo animo, indomito, incogitato:
Sine modo & modestia sum. Accipitur hic actiuè: sed passiuè apud Senecam, epist. 58, Alacritas incogitata & iniussa.

Incogitabilis, & hoc incogitabile, penult. corr. {ἀνόητος} Idem. Plautus Milit. 9, Nunc demum scio me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem.

Incogitantia, incogitantiæ {ἀλογία.} Plaut. Merc. 3, Incogitantia, excors immodestia.

Incognitus, pen. corr. Adiectiuum {ἄγνωστος} Non cognitus. Cic. pro Cecinna, Dum incognita re iudicare voluisset, &c. Idem 1. Acad.
Quæ esset imbecilla, & cum falso incognitóque communis.
Oculis incognita nostris. Ouid. 2. Metam.
Facinus incognitum. Seneca Medea, 12.
Res incognita turbat animos. Virgil. 1. Æneid.
Incognita nobis vocabula. Cic. 3. de Finib.

Incohibesco, incohibescis {ἐκ ἀσπίζω} incohibéscere. Lucret. lib. 3, de anima,
Aere qui credas posse hanc cohiberier vllo,
Corpore qui nostro rarus magis incohibescit? Hoc est, non cohibet. IN, negat. Cohibescere, idem quod cohibere.

Incoibilis, & hoc incoibile, penult. correp {ἀσύμφυτος} Quod coire & coniungi non potest. Gellius lib. 5. cap. 3, Videt enim cum illo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili facilè atque expedite incedentem. Obsoletum.

Incolo, incolis, pen. corr. incolui, incultum {οἰκέω, οἰκητέον} incólere, Inhabitare. Cic. 6. Verr. Lycij illam, Græci homines incolebant.
Incolere castrum. Cic. 2. Tusc. ex quodam poeta.
Incolere locum aliquem. Cic. 1. Tusc. Et 4. Acad.
Lucos incolere. Lucan. lib. 1.
Lustra incoluêre. Sil. lib. 8.
Incolere sedem Capitolij dicebantur dij Romanorum. Cic. Anteq. iret in exil. Cæteríque dij deæque immortales, qui excelléti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam.
Gens terras incolit. Lucan. lib 9.
¶Incoli locus passiuè dicitur, qui frequentia populi abundat. Cicero 1. de Diuinat. Ex locis quoque ipsis quæ à quibusque incolebantur.
¶Incolere vitam. Terent. Heaut. 1. 1,
-nam vsque dum ille vitam illam incolit

Inopem, carens patria, ob meas iniurias.

Incola, huius incolæ, penult. corr. {ἐνοικος, οἰκήτωρ} Qui in aliena regione, vel vrbe, aut Rep. habitat, quasi ciuis aut municeps: vt ait Valla lib. 4. Bud. Incola, qui in alienam ciuitatem domicilium transfert. Cic. 1. Offic. Peregrini autem atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, &c.
Aquarum incolæ bestiæ nantes. Cic. 5. Tusc.
Incolam & ciuem totius mundi arbitrabatur. Cic. 5. Tusc.
Nouus incola. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Pauper incola. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.
Turba incola. Ouid. 3. Fast.
¶Incola, pro Habitatore. Cic. 2. de Nat. deor. Sunt enim ex terra homines, non vt incolæ atque habitatores, sed, &c. Bud.
Incola alicuius loci. Cic. 5. de Finib.
Incolæ Orientis. Plin. lib. 2. cap. 70.
¶Incola arbor, incola pisces: Plin. lib. 12. cap. 3, Sed quæ ex his in incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas. Id est, quæ coluntur & seruntur apud nos. Idem lib. 9: cap. 17, Admouítque sibi gula sapores piscibus satis, & nouum incolã mari dedit, nequis peregrinas aues Romæ párere miretur.

Incultus, inculta, incultum {ἀήργατος} Horridum & inhabitabile. Cic. 1. de Nat. deorum, Terræ regiones inhabitabiles & incultæ. Sic apud eundem de Claris Orat. Serere in inculto & derelicto solo.
Ager incultus. Cic. pro Rosc. Com.
Inculta & syluestris via. Cic. de Claris Orat.
Incultæ partes mundi, Inhabitatæ & desertæ. Cic. 1. Tusc. Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore.

¶Capilli

¶Capilli inculti. Ouid. epist. 9.
Inculcum corpus, Inornatum. Cic. pro Lege agraria, Vestitu obsoletiore, corpore inculto & horrido, capillatior quàm anté.
Inculta oratio, Inculta scripta, impolita & incompta. Cicero 3. de Orat. Vt caueatis ne exilis, ne inculta sit vestra oratio, ne vulgaris, ne obsoleta.
Nulla pars Philosophiæ inculta & deserta est. Cic. 3. Offic.
Horrida, inculta, abdita & opaca pictura: cui opponitur Nitida, læta, colluítrata. Cic. in Orat.
Versus inculti. Horat. 2. epist. 1.
Subhorridus & incultus vir. Cic. de Claris Orat.
Horridus, incultus, mœstus vir. Cic. Post red. in Senatu.
Vita inculta & deserta ab amicis non potest esse iucunda. Cic. de Amicit.
Sentes inculti. Virgil. eclog. 4.
Squalor incultus. Seneca Hippol. 6.
Rusticana illa atque inculta parsimonia. Cic. pro Quintio.
Inculta & horrida vita, cui opponitur Delicata. Cic. pro Roscio Amerino.

Incultus, Substantiuum, cõtrarium Cultui. Liu. lib. 2. Decad. 5, Suos honores partim defectos per incultum ac negligentiam, partim hostiliter sublatos esse. Seneca autem epist. 5.

Incultè, Aduerbium {αἰσχρολόγως} Horridè, inornaté. Cic. de Clar. Orat. Et dicere non incultè solebat.
Incultè & horridè aliquid dicere. Cic. in Orat.
Incultè atque horridè viuere. Cic. pro Quintio, Vixit enim semper incultè atque horridè: natura tristi ac recondita fuit.

Incolumis, & hoc incolume, pen. corr. {ἀσῶλης, ἄτυπος} Sanus & saluus. Terent. Heaut. 1. 2,
Quid reliqui est quin habeat, quæ quidem in homine dicũtur, bona, Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias? Idem. And. 3. 5,
Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si denuo hoc malum.
Saluus & incolumis. Cic. 4. de Finib. Vt se & saluum in suo genere, incolumémque vellent.
Quibus incolumibus & domi dignitas, & foris authoritas retineretur. Cic. pro Roscio Amerino. Hoc est superstitibus & viuis.
Incolume & saluum aliquid per alium retinere. Cic. 1. Verr.
Conseruare incolumem, Vide CONSERVO.
Incolumem se ad suos recipere. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Gratulor incolumi. Ouid. epist. 6.
Ædes incolumes, pro integris & non ruinosis dicit Vlpianus in l. qui bona fide. §. quum inter. D. de dam. infect. Quanuis possit quis dicere, non vitio incolumium ædium hoc factum, si aliæ in eas incidentes ei damni causam præbuerint. Budæus.
Incolume argentum. Plaut. Pers. 5,
Nimis tu facerè loquere, atque tibi ego omne argentum actutum
Incolume redigam.
Capite incolumi esse. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Integros & incolumes ciues seruare. Cic. 3. in Catil.
Saluæ & incolumes ciuitates. Cic. 2. de Diuinat.
Corpus incolume. Lucret. lib. 1.
Famam tueri incolumem. Horat. 1. Serm. satyr. 4.
Grauitate incolumi iocum tentauit. Horat. de Arte.
Incolumes & beatos liberos suos nemo est qui non cupiat. Cic. 1. de Inuent.
Raris incolumis. Ouid. 2. Trist.
Splendorem à calamitate iudicij incolumem retinere. Cicero pro Plancio.
Incolumis status, Sanitas & prosperitas. Sueton. in Nerone, cap. 54, Sub exitu quidem vitæ palàm vouerat, si sibi incolumis status permansisset, prodituru m se parta victoria ludis, etiam hydraulam, & choraulam, & vtricularium, ac nouissimo die histrionem saltaturum.
Virtutem incolumem oderunt inuidi. Horat. 3. Carm. ode 24.
Vox incolumis. Lucret. lib. 4.

Incolumitas, pen. cor. incolumitatis {σῶσις, σῳότης.} Cic. Trebiano, lib. 6. 10, Itaque siqui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est de tua incolumitate. Incolumitas (inquit Cic. 2. de Inuent.) est salutis tuta atque integra conseruatio. Idem 5. de Finib. In quibus numerant incolumitatem, conseruationémque omnium partium.
Mundi incolumitas. Cic. 2. de Nat. deor.
Incolumitatem & salutem alicuius deserere. Cic. Anteq. iret in exilium.
Habere ab aliquo incolumitatem. Brutus Ciceroni, 16.
Incolumitatem deditis polliceri. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Incolumitatem præstare. Hirtius ad Ciceronem, in Epist. ad Attic. lib. 15. 325.
Incolumitatem & libertatem retinent ciuitates. Cic. 2. de Inuent.

Incomes, pen. corr. huius incomitis {ἄπομπος} Sine comite dicitur, authore Festo. Antiquum est.

Incomitatus, penult. prod. Adiectiuum, Idem {ἀνυμφοστόμπος.} Cic. 1. de Orat. Cuius artem quum indoctam esse atque incomitatam & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti.
Funera incomitata. Lucret. lib. 6.
Virtus incomitata externis bonis. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.

Incomitas, huius incomitatis {ἀνυμφοστομία.} Varro 2. de Re rust. cap. 10, Necnon etiam hoc quas virgines ibi appellant, nonnunquam annorum viginti, & quibus mos eorum non denegauit ante nuptias vt succumberent quibus vellent, & incomitatis, vt vagari liceret, & filios haberẽt à quibus vellent. Vbi Calepinus, sed fœdissimè lapsus, legit incomitas.

Incomitio, incomitias {ἀνυμφοστολέω} incomitiáre, Significat (inquit Festus) tale commissum facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conuentum venire. Plaut. Curcul. 8,
Quod insigne habeo, quæso ne me incomities. Antiquum.

Incommendatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀσύστατος} Quod libidinosè violatur tanquam expositum sine commendatione. Ouid. 11. Metamorphoseos,
Nil illis veritum est, incommendatáque tellus, &c.

Incommodum, huius incommodi, penult. corr. {ἀνωφελία, ἀσύμφορον, ἄχρεον} Damnum, detrimentum. Cic. 1. de Finib. Itaque non ob ea solùm incommoda quæ eueniunt improbis fugiendam improbitatem putamus. Idem de Amicit.
Expers incommodi. Cic. in Verr.
Integer & sincerus ab incommodo. Cic. Famil. 13.
¶Incommodum, Malum, periculosum. Terent. Hecyr. 3. 4,
Non hercle Parmeno verbis dici potest
Tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est.
Non erat incommodum te nullam rationem referre. Cic. ad Caninium, lib. 2. 16.
¶Nisi tibi incommodum est, Hoc est molestum. Plaut. Mostel. 10.
¶Accedit incommodum, Vide ACCEDO.
Accedit nobis illud quoque incommodum. Cic. pro Quintio.
Accipere incommodum, Vide ACCIPIO.
Affici incommodo. Cic. 1. Offic.
Incommodis & difficultatibus affici. Cic. 1. Verr.
Angi incommodis, Vide ANGO.
Cadit incommodum, Vide CADO.
Capere incommodum, Vide CAPIO.
Multa senem circunueniunt incommoda. Horat. de Arte.
Committere incommoda sua legibus, Vide COMMITTO.
Commoueri te incommodo valetudinis tuæ nolo. Cicero Attico, lib. 7. 227.
Conciliare incommoda alicui. Lucret. lib. 3.
Contrahi incommodis amici, Vide CONTRAHO.
Debilitata multis incommodis veritas. Cic. pro Quintio.
Dare incommoda. Cic. 5. de Finib.
Incommodo detrimentóque suo dolere. Cic. de Clar. Orat.
Facere suo incommodo aliquid. Cic. Attico, lib. 12. 25ẽ.
Ferre incommoda alicui, pro Incommodare. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2, Atque ita mihi dicebat Flauius, scripturn in ea epistola, quam tuam esse diceb at, te aut quasi amicis tuis gratias acturum, aut quasi inimicis incommoda laturum.
Incommoda, atque iniurias viri omnes ferre, & tegere contumelias. Terent. Hecyra, 1. 2.
Plus adiumenti quàm incommodi habet locus. Cic. 2. de Orat.
Impendere incommodum. Cicero, Negas præcipuum mihi vllum incommodum impendere.
Importare incommodum, Vide IMPORTO.
Inuecta incommoda per aliquem, Vide INVEHO.
Leniunt incommoda vitæ commodorum compensatione sapientes. Cic. 1. de Nat. deor.
Patiens incommodi, Vide PATIOR.
Reiicere, diminuere, deuitare incommodum. Cic. 2. de Inuent.
Mederi incommodis. Cicero, Aliqua ex parte his incommodis mederi fortasse potuisset, &c.
Refutare incommodum. Cicero, Mihi credite hoc in vno incommodum confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem: etsi initio non fuerit refutatum, &c.
Medicinam reperire incommodis, Vide MEDICO.
Sarcire incommodum. Cæsar, Acceptum incommodum virtute farcietur.

Incommodus, pen. cor. Adiectiuum {ἀσύμφορος} Quod damnum adfert, vel molestum est. Terent. Hecyr. 3. 4,
Asin' tu tibi hoc incommodum euenisse iter?
Incommodus & Gratus, contraria. Cic. 5. Verr. Non potest reprehendi illa æstimatio, quæ aratori non modò incommoda non est, sed etiam grata est.
Incommoda vxor & importuna. Plaut. Asin. 3,
Fateor eam esse importunam, atque incommodam.
Rebus incommodis subleuare aliquem. Cic. pro Cluentio.

Incommodè, pen. corr. Aduerbium {ἀσυμφόρως} Cum damno & incommodo: hoc est molestè. Terent. Hecyr. 3. 3,
Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum. Idem Eunucho, 2. 3, Incommodè hercle.
Optimè & Incommodè, contraria. Cic. de Amicit. Quamobrem cum illo quidem (vt suprà dixi) actum optimè est, mecum autem incommodius.
Non incommodè opus efficere. Colum. lib. 12. cap. 5, Idque non incommodè opus efficit, nisi quòd frequenter vitiatur.
Accidisse mihi non incommodè visum est. Cic. Q. fratri, lib. 1. 2.
Venire non incommodè ad aliquem. Cic. Attico, lib. 7. 128.
Incommodissimè nauigare. Cic. ad Attic. lib. 5. 96.

Incommoditas, penult. corr. incommoditatis {τὸ ἀσυμφορον, ἀχρεία} Damnum, molestia. Terent. And. 3. 3,
Nempe incommoditas denique huc omnis redit.
Incommoditas temporis. Liu. 10. ab Vrbe, Romæ tum desyderio viri, tum incommoditate temporis tristis nuntius fuit, vt, &c.

Incommodo, incommodas, penul. corr. {βλάπτω, ζημιόω} incommodãre, Damnum inferre. Terent. And. 1. 1,
Magis id adeò, mihi vt incommodet,
Quàm vt obsequatur gnato. Cic. pro Quintio, Vt quum ipsi alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere possit.

Incommodatio, Verbale {ζημίωσις} pro Incommoditate. Cic. ad Attic. lib. 1. 12, Atque in ista incommodatione alienati illius animi & offensi, illud inest tamen incommodi, &c.

Incomparabilis, & hoc incomparabile, pen. corr. {ἀσύγκριτος.} Plin. lib. 7. cap. 25, Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi sublimitas. Id est, cui comparari alia non potest. Quintil. lib. 1. cap 3, Sed præster alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, vt doctissimum atque incomparabilem magistrum domi habeat.

Incompertus, Adiectiuum {ἀδίηκτος} Incognitus, & de quo nullam

certitudinem habemus. Plin.lib.34. cap. 13, Origo atque natura eius incomperta est mihi. Idem libro 4. capite 13, Incomperta magnitudinis.

Incompertum aliquid dicere. Liu 9 ab Vrbe.

Vetustate incompertum. Liu.4.ab Vrbe.

Incompertum. Liu. 8. bel. Pun. Id vtrum parum ex interuallo sit conspectum,an dolus aliquis suspectus fuerit,incompertum est.

Incompertum habere. Plin.lib.12.cap.8, Qualis sit ea,incompertum habeo.

Incompletus, pen. prod. Adiectiuum,Non completus Firmicus lib. 5. cap.2, Et qui semper imperfecta incompletáque sua consilia derelinquant.

Incompositus,pen.corr.Adiectiuum {ασυνθετος}Composito contrarium,Inornatus & inelegans atque incomptus. Liu.4.ab Vrbe, Tempanij oratio incomposita fuisse dicitur,&c.

Moribus incompositus. Quintil.lib.4.cap.5.

Incompositum agmen.Liu.5.ab Vrbe.

Motus incompositos dare. Virgil.1.Georg. Saltationem nulla ex arte venientem. Seruius.

Pede incomposito currunt versus.Horat.1.Serm.satyr.10.

Incompositè,pen.corr. Aduerbium {ασυνθετως} Inelegantèr. Liu.5.bell. Pun.Et in hostem negligenter & incompositè venientem incurrunt. Hoc est sine ordine.

Incomprehensibilis,& hoc incomprehensibile,pen.corr. {ακαταληπτος} Quod comprehendi & constringi non potest. Plin. epist. 20, Vt est in disputando incomprehensibilis,& lubricus, ita eludit. Celsus in Præfat.lib 1,Quoaiam incomprehensibilis natura sit. Id est,comprehendi & intelligi non possit.

Incomprehensibilis arenæ parnitas.Colum.lib.10.in Procem.

Incomptus, Adiectiuum {ακομος} Inornatus. Cic. ad Attic. lib. 2.16, Quanquam tua illa,legi enim libenter,horridula mihi atque incompta visa sunt. Idem in Orat. Si hæc subtilis oratio etiam incompta delectat.

Decor incomptus.Seneca Hippol.5.

Capilli incompti.Horat.1.Carm ode 12.

Caput incomptum.Horat.Epod.5.

Inconcessus {ακαταχωρητος} Adiectiuum,à Concedo,concedis,Negatus & prohibitus. Quintil.lib. 10. cap. 2, Quum totum exprimere quem elegeris,penè sit homini inconcessum. Virgil.1.Æneidos,

Pergama quum peterent,inconcessósque hymenæos.

Ignibus inconcessis astonitæ puellæ.Ouid.10.Metam.

Voluptas inconcessa placet.Ouid.3.Amor.eleg 4.

Inconcilio, inconcilias {παρεπω,ακαταστατω} inconciliare, Turbare. Plaut. Bacchid.11,

Ipse quod in se fuit,accuratum habuit,quod posset mali

Facere in me,inconciliare copias omnes meas.

Inconciliare sibi aliquem,Facere sibi inimicum.Plaut.Trinum.4,

Inconciliastin' eum qui mandatus est tibi? illum qui mandauit,eum Exturbasti ex ædibus?

Inconciliare.Plaut.Persa,23,

-quia non inconciliat,quũ te emo. Hîc putarim significare quod Festus ait significasse apud antiquos,Per dolum decipere : nisi potius significet Controuersias facere,& quod vulgus vocat *Disconciliare*.

Inconciliatè, pen. prod. Aduerbium {ακαταστατως} Perperam, inconsultè. Plaut.Mostel.8,

Ne inconciliatè quid nos porrò postules. Id est,Nequid nos roges, vnde efficiamur tibi inimici.

Inconcinnus, Adiectiuum {αἰδιάτητος, ἀκομψος} Quod concinno contrarium est. Gellius lib. 16.cap.5, Ea fermè omnia inconcinna atque absurda visa sunt. Cic.2. de Orat. Nam qui aut tempus quid postulet non videt,&c. aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est,is ineptus dicitur.

Asperitas agrestis & inconcinna.Horat.1.epist.19.

Personámque feret non inconcinnus vtranque.Horat.1.epist.18.

Inconcinniter, penult.corr.Aduerbium {αἰδιάτως} Inornatè,incomptè, impolitè.Gel.lib.10.cap.17,Vertíque in eam rem quam tum agebat, non inconcinniter.

Inconcussus,Adiectiuum {ἀσείστος.} Stat.5.Sylu.1,

Florebant hilares inconcussíque penates.

Inconditus,pen.corr. {ἀτακτος}ex In & Condo compositum, Inordinatus,incompositus, Inordinatè compositus. Plin.epist. 190, Ac primis quidem diebus redditæ libertatis, pro se quisque, inimicos suos duntaxat minores incondito,turbidóque clamore postulauerat,simul & oppresserat. Liuius 1.Decad.lib.4,In aliquem carmina incondita canere.

Inconditæ blanditiæ.Plin.lib.8.cap.5.

Incondita carmina.Liu 4.ab Vrbe.

Incondita consuetudo dicendi.Cic.3.de Orat.Idque princeps Isocrates instituisse fertur, vt inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa (quemadmodum scribit discipulus eius Naucrates) numeris astringeret.

Corpora incondita,Id est insepulta.Lucan.lib.6.

Inconditus fremitus.Plin.lib.9.cap.13.

Genus dicendi inconditum.Cic.de Clar.Orat.

Incõditum ac penè ridiculum omne ius ciuile præter Romanum. Cic.1.de Orat.

Incondita loca,Inconscripta.Salluſt.in Iugurtha,At illi quibus vires aderant,ruere cuncti ad portas, inconditas tenére. Virg.2.eclog,

-ibi hæc incondita solus

Montibus & syluis studio iactabat inani. Vbi Seruius, Incondita, incomposita,subitò dicta,agrestia : vel sanæ mentis dicta verba. Vel incondita,inconscripta: vt Salluſt.in Iugurtha,&c.

Incondita,inermísque multitudo.Liu,lib.2.bel.Maced.

Inconditus motus Plin.lib.8 cap.2.

Orator inconditus.Cic.in Orat.

Incondita turba hominum.Liu.2.bel.Pun. Et lib.5.

Verbis inconditis sententiam aliquam efferre.Cic.in Orat.

Ne sparsi & inconditi sine ordine, sine signis, omnibus portis excurrerent,obsistendo. Liu.9.bel.Pun.

¶Inconditus,Non conditus ad diuturnitatem.Colum.lib.3. cap 2. statim ab initio , Ad eam non expedit instituere vineta, nisi quum tam subu-banus est ager, vt ratio postulet incõditum fructum mercantibus velut pomum vendere. Inconditum, *Non serré pour garder, mais comme il vient de la vigne.*

Incondité,pen corr.Aduerbium {ασυνθετως} Incomposité,inordinaré. Cic.lib 3.Offic.Dicam vt potero: inconditè fortasse,sed tamen vt res possit intelligi.

Rudis hæc inconditè fundit.Cic.3 de Orat.

Inconditè & monstruosè aliquid cogitare.Cic.2. de Diuinat.

Inconfessus,Adiectiuum {αἰσχυντηλος.} Ouid.2.Metamorphoseos, Seruandum dederat,sed enim inconfessa quid esset.

Inconfusus.pen prod.Adiectiuum,Non confusus.Claud.in 4. Paneg. de sexto Honorij Consulatu,

Hîc & belligeros exercuit area lusus.

Armatos hîc sæpe choros,certáque vagandi

Textas lege fugas,inconfusósque recursus,

Et pulchras errorum artes.iucundáque Martis

Cernimus insonuit quum verbere signa magister.

Incongelabilis,& hoc incongelabile, pen.corr. {ἀπηκτος} Quod non potest congelari. Gell.lib.17. cap. 8, Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur,mare omne incongelabile sit.

Incongruens, huius incongruentis, om. gen. {ἀναρμοστος} Quod non congruit,aut concordat ei rei de qua agimus.Plin.epist.74,Dissoluta atque incongruens sententia. Gell.lib.2.cap.5,Est enim pleraque & sibi & nobis incongruens.

Inconnluens,pen. prod. om. gen. {ἀπτωτος} Non motans palpebras. Gellius lib.2.cap 1, Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox à summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens.

Inconscius, Adiectiuum {ἀσυνειδὴς} Conscio contrarium est. Liu.1. bel. Pun. Alcon inconscius Saguntinis, precibus aliquid moturus ratus,quum ad Annibalem nocte transisset.

Inconsequentia, huius inconsequentiæ {ἀκολουθία.} Quintil.lib 8. cap.6,Multi enim quum initium à tempestate sumpserunt, incendio aut ruina finiunt,quæ est inconsequentia rerum fœdissima.

Inconsiderantia,Vide INCONSIDERANS.

Inconsolabilis,pen.corr. Adiectiuum {ἀπαραμύθητος.} Ouid. 5. Metamorphoseos, contemptáque fontis

Iura sui mœrens,inconsolabile vulnus

Mente gerit tacita.

Inconspicuus,Adiectiuum. Florus lib.4.cap.2, Non inconspicua tamen morte omnium.

Inconspretus, pen. prod. Adiectiuum, Quod non improbarum est. Festus.

Inconstans, inconstantis, com. gen. {ἀστατος, ἀσύστατος} Qui non sibi constat,leuis,mobilis,volubilis,qui tum hoc,tum illud dicit. Plinius libro 18. capite 35, Si id in pluribus partibus fiet,inconstantes ventos effundent.

Ridiculè videri inconstans in aliqua re.Cic.pro Rosc.Comœdo.

Inconstantes literæ. Cic. Planco, lib.10.16, Quum is frigidas sanè & inconstantes recitasset literas Lepidi.

Inconstantia,inconstantiæ {ἀστασία} Leuitas.Cic.4.Acad. Quãuis igitur fuerit acutus vt fuit, tamen inconstantia eleuatur authoritas. Id est minoris fit,vt ait Budæus.

Inconstantia totius sententiæ.Cic.4 Acad.

Inconstantiam mensuræ diuersitas authorum facit. Plinius lib. 6. capite 26.

Muratio consilij,& inconstantia. Cic. ad Attic. lib. 16. 334, Nemo doctus vnquam mutationem consilij,inconstantiam dixit esse.

Inconstantia mutabilitásque mentis.Cic.4.Tusc.

Varietas & inconstantia,& crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio.Cic.pro Domo sua.

Ab inconstantia & temeritate seiungi non potest fortuna. Cic. 3. de Nat.deor.

Fama inconstantiæ pertimescenda.Cic.Lent, lib 1.9.

In maxima inconstantia,veritatis ignoratione, versantur vulgi opiniones.Cic.1.de Nat.deor.

Inconstanter, Aduerbium {ἀστατως} Leuiter. Cic. in Partit.Si aut ambiguè,aut inconstanter,aut incredibiliter dicta sunt.

Inconstanter loqui.Cic 4.Acad.

Inconstanter & turbidè in motu esse perturbationem. Cicero 4. Tusc.ul.Intelligatur igitur perturbationem, iactantibus se opinionibus,inconstanter & turbidè in motu esse semper.

Membra inconstanter iactando fatigat.Lucret.lib 3.

Inconstantissimè dicta.Cic.2.de Finib.

Inconsuetus,pen.prod.Adiectiuum {ἀσυνήθης}Non assuetus.Sil.lib.11, -stupet inconsuetus opimæ

Sidonius mensæ miles.

Inconsultus,Adiectiuum nomen {ἄβουλος} Imprudens, Inconsideratus,& nullius consilij,vel qui omnia agit sine cõsilio Cic.pro Deiot. Homo incõsultus & temerarius hęc non videbat. Quintil.Declam. 19,O inconsultam muliebrem sempèr amentiam!

Si inconsultus hoc fecit , & Si optimo consilio vsus sit , contraria.

Triphonius in l.non solum.§.fed & is.D.de ritu nupt.

Inconsultũ consilium,Imprudẽter administratum. Plaut.Milit.10, Nam bene consultum , inconsultum si sit, inimicis vsu esse potest. Liu.3.bel.Pun.

Turba inconsulta ruit.Lucan.lib.1.

Ex inconsulto arma posuit Sil.lib.8.

¶Inconsultus, Participium,à quo consiliũ non est petitum. Varro, Etenim inscio atque incõsulto domino, serui sæpe ex agro discedũt.

¶Inconsultus,Cui non est datum consilium.Virgil.3.Æneidos,

Inconsulti

Inconsulti abeunt, sedémque odere Sibyllæ. Vbi Seruius, Inconsulti, inscij rerum, ignari,sine consilio. Et consultus est, qui consultur: inconsultus, qui non accipit consilium.

Inconsultè, Aduerbium {ἀβούλως} Sine consilio,imprudenter. Sallustius, Inconsultè,ac veluti per dementiam cuncta simul agebant. Cic.1.de Nat.deor.Quàm inconsultè ac temerè dicantur. Cæsar 1.bel.Ciuil. Quòd eo incitati studio inconsultius processerant.

Inconsultò, Aliud aduerbium. Vlp.in l.1.§.& ideo.D.de his quæ in test. del.Proinde etsi inconsultò superscripsit inducisse se,manebunt.

Inconsultus,huius inconsultus {ἄξυνετος} Plaut.Trinum.4,

-me absente, atque insciente,inconsulto meo,

Ædes vænales hasce inscribit literis.

Inconsumptus,Adiect. {ἀδιάφθορος.} Ouid.7.Metamorphoseos, Inque manu thuris pars inconsumpta reperta est?

Tibi iuuenta inconsumpta,Tu puer æternus.Ouid.4.Metam.

Inconsyderans,pen.corr. Adiectiuum {ἀβούλητος} Idem quod inconsultus:qui non consyderat quomodo quidque agendum sit. Cic.2.de Diuinat. Nos autem ita leues atque inconsyderantes sumus. In vetusto codice legitur inconsyderati.

Inconsyderatus, pen. prod. Adiectiuum {ἄσκοπος} Idem significat, vt apud Ciceronem in Tusc.ul.Temerarius & inconsyderatus.

Inconsyderata cupiditas. Cic. pro Quintio, O rem incredibilem! O cupiditatem inconsyderatam!

Temeraria & inconsyderata fama popularis.Cic.3.Tusc.ul.

¶Inconsyderatior , Comparatiuum. Quintil. lib. 2. cap. Quid sit Rhetorice , & quis eius finis: Iuuenili calore Polus inconsyderatior.

Inconsyderantia, huius inconsyderantiæ {ἀλογία} Inconsulta ratio. Cic. ad Q. frat. lib.3. 24, Cuius in hoc vno inconsyderantiam & ego sustinebo vt potero. Sueton.in Claud. Cæsare,cap 39, Inter cæteras, in eo mirati sunt homines & obliuionem & inconsyderantiam.

Inconsyderatè,penult.prod.Aduerbium {ἀλογίστως} Inconsultè, temerè. Cic.1.Offic.Nequid temerè ac fortuito,inconsyderatè, negligentérque agamus. Gell.lib.17. cap.1, Vt scribere ausi sunt M.Ciceronem parum integrè,atque impropriè,atque inconsyderatè locutum.

Incontaminatus,penult.prod.Adiectiuum {μίαντος} Contaminato contrarium. Varro de Re rust.cap. 9, Similes facie non his villaticis gallinis nostris, sed Africanis aspectu ac facie incontaminata. Liu. 4.ab Vrbe,Nequid synceri,nequid incontaminati sit.

Incontentus, Adiectiuum {ἀσυνέντατος} à verbo Tendo, tendis , Contento contrarium:Hoc est,quod non est tensum,sed laxum. Cic.4.de Finib.Æquè enim contingit omnibus fidibus, vt incontentæ sint : illud non continuò, vt æquè incontentæ.

Incontiguus, Qui tangi non potest. Arnobius lib.7. Aduersus gentes, Sed si Deus nullius est corporis , omnique & incontiguus tactu, qui fieri potest,&c.

Incontinens,pen.corr.huius incontinentis,om.gen. {ἀκρατὴς} Quod continere non potest. Plaut.Asin.16,

At nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortales prætij,

Madidum,nihili,incõtinentem,atque osorem vxoris suæ. Plin.lib. 8.cap 43,Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit,&c.

Incontinens,cum genitiuo.Seneca 3.Nat.quæst.Nihil est tam violentum & incontinens sui.

Tityus incontinens,Hoc est libidinosus.Horat.3.Carm.ode 4.

Incontinenter , Aduerbium {ἀκράτως} Immodestè & sine continentia. Cic.3.Officiorum, Si omnes deos hominésque celare possimus, nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè , nihil incontinenter esse faciendum.

Incontinentia,huius incontinentiæ {ἀκράτεια,ἀκρασία} Contrarium continentiæ:Hoc est immodestia & intemperantia.Cic.pro Cælio,Multa de incontinentia,intemperantiáque disseruit.

Incontinentia vrinæ,Profluuium.Plin.lib.28.cap.8,Vesicam in vino potam contra vrinæ incontinentiam. Hoc est spõtaneam vrinæ emissionem. Idem lib.32. cap.5, Vrinæ incontinentiam Hippocampi in cibo sumpti emendant.

Incontinenti,Aduerbium. Id est confestim. Vlpian. in l. 2. §. vtrum.D. quemadmod.testam.aperiant. Vtrum autem incõtinenti potestatem inspiciendi vel describendi præbebit: an , &c. Vide continens , in CONTINEO.

Inconuenies, om. gen. {ἀσχημὼν} Indecens. Quintil.lib.1.cap.9,Est enim solœcismus in oratione comprehensionis vnius sequentium ac priorum inter se inconueniens positio. Cassius ad Ciceronem, lib.12.13,Hæc nouissima nostra facta non subita,nec inconuenientia, sed similia illis cogitationibus quas,&c. Seneca de Vita beata,Desinant igitur inconuenientia inter se iungere , & voluptati virtutem implicare. Id est dissentanea.

Incoquo,incoquis,pen.corr. incoxi,incoctum {συνεψω} incóquere, Simul coquere.Plin.lib.12.cap 3,Hæc est autem,cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis , commendandi halitus gratia.

Incoquere,pro Coquere.Plinius lib. 9. cap. 30, Vnum hoc animalium nisi viuum feruenti aqua incoquatur , fluuida carne non habet callum.

Incoquere cum aqua. Colum.lib.8. cap.5, Cauea cum marre clauendi sunt,& farre ordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino refperso modicè alendi.

Incoqui sole. Plin.lib.12.cap.17, Tradidere ladanum glomerari in puluerem,& incoqui sole.

Radices incoquere odorato Baccho.Virgil.4.Georg.

Succos atros incoquit.Ouid.7.Metam.

¶Incoquere aliquãdo significat Coquendo applicare.Nam quum metallum aliquod deplumbamus,vel deargentamus,vel deauramus, incoquere dicimur. vnde Vasa ænea plumbo vel stanno ad ignem illita,vt eduliis saporem gratiorem reddant, incoctilia dicuntur. Plin. lib. 34. cap. 17, Album plumbum incoquitur æreis operibus Galliarum inuento , ita vt vix discerni queat ab argento : eáque incoctilia vocant. Deinde & argẽtarium incoquere simili modo cœpere equorum maximè ornamentis,iumentorúmque iugis.

Incoctus, Participium {συνεψηθεὶς,ὀπτηθεὶς} Simul coctus. Plinius libro 18.capite 11, Candorem autem ei pro creta lactis incocti mistura confert.

Cruor incoctus herbis.Horat.Epod 3.

Incoctæ mulieres dicebantur plus æquo calamistris vstæ.Festus.

Incoctum generoso pectus honesto.Perf.Satyr.2.ad finem.

Spicula incocta cerastis.Sil.lib. 15.

Vellera incocta Tyrios rubores.Virgil.3.Georg.

Incoctum aliquid dare.Plaut.Milit.5.

¶Incoctus,Valde coctus.vt Incocti corpora Mauri : Hoc est nigri, & adusti Solis ardoribus , habentes corpora valde cocta Sole. Silius libro 17.

Incoctile,incoctilis;pen. corr. {συνεψητὸς.} Vide paulo antè Incoquere.

Incordio, incordias, incordiare, In cor immittere, & suadere. Plaut. Cistel.2,

Si me absente Alcesimarchus veniet,nolito acriter

Eum inclamare , & vtvt me erga'st meritus , tamen incordies. Antiquum.

Incorporalis, & hoc incorporale, pen. prod. Adiectiuum {ἀσώματος} Quod non habet corpus. Quintil.lib.5.cap.10, Ius,quòd sit incorporale,apprehendi manu non posse.

Incorporale. Seneca epist. 91, Deinde à corporibus se ad incorporalia transtulit.

Incorporalitas, pen. corr. huius incorporalitatis,fœm. gen.Macrob.in Somn. Scip.lib.1.cap 5, Occurrit prima perfectio incorporalitatis in numeris. Et alibi frequenter.

Incorporeus,Aliud adiectiuum {ἄσωμος} Quod forma & corpore caret. Cic.3.de Finib.Omnis ista incorporearum rerum æstimatio. In nonnullis legitur, ista rerum in corpore harum æstimatio. In aliis , in corpore istarum æstimatio. Gel.lib.5.cap.15,Corpúsne sit vox,an incorporeum : hoc enim vocabulum quidam finxerunt proinde quòd Græcè dicitur ἀσώματον.

Incorporo,incorporas,pen.corr.incorporáre. Solinus cap.35,Regionem partim tenent barbari,quibus per artifices plagarũ figuras,iam inde à pueris variæ animalium effigies incorporantur.

Incorrectus , Adiectiuum {ἀδιόρθωτος.} vt Opus incorrectum. Ouid. 3.Trist.eleg.14.

Incorruptus.Adiectiuum {ἄφθορος} Plin.lib.13.cap.9,Nec minus spina celebratur,quoniam incorrupta etiam in aquis durat.

Animus incorruptus.Cic.1.Tusc.ul.

Custos incorruptissimus.Horat.1.Serm.satyr.6.

Incorruptior custos canis.Colum.lib.7.cap.12.

Incorruptum genus disciplinæ.Liu.1.ab Vrbe.

Integritas Latini sermonis incorrupta.Cic de Clar.Orat.

Incorrupta contra omnia vitia materia.Plin.lib.13.cap.16.

Incorrupta opinio,Firma & integra. Matius ad Ciceronem, lib.11. 28, De qua etsi non dubitabam , tamen quia maximi æstimabam, vt incorrupta maneret,laborabam.

Sanitas incorrupta.Cic.de Opt gen.orat.

Succus sanguinis incorruptus.Cic.de Clar.Orat.

Incorruptus atque integer testis.Cic.1.de Finib.Si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat , id est incorruptis atque integris testibus,&c.

Virgo incorrupta.Cic.in Orat.

Incorrupta vox bene iudicantium.Cic.3.Tusc.ul.

Purus & incorruptus : Vitiosus & corruptus,contraria. Cicero de Clar. Orat. Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinem vitiosam & corruptam pura & incorrupta consuetudine emendat.

Incorruptè, Aduerbium {ἀφθόρως.} vt Incorruptè atque integrè iudicare: hoc est iustè & sine fauore. Cic. 1. de Finib. Idem pro Marcello, Incorruptius de aliquo iudicare.

Incoxo,incoxas{ἐνεργάζω} incoxãre,In coxam sedere.Pacuuius,Adeò incoxanti mihi pes obstupuerat. Pomponius Pannuceatis , Neque interim cacandi causa vnquam incoxaui nate. Nonius.

Increbresco , increbrescis , increbrui vel increbui , remoto r post b {ἀναβρυκάομαι} increbréscere,Diuulgari,palàm fieri.Plaut.Merc.21, Nam vbi mores deteriores increbrescunt in dies,&c.

Increbrescit fama vel rumor,hoc est Augetur & innotescit. Liu.7. ab vrbe,Gallici quoque belli fama increbrescebat. Idem 4.bel.Pun. Quum increbresceret rumor bellum in Sicilia esse.

Nomen latè increbrescit Latio.Virgil.8.Æneid.

Iam apud Oratores ipse numerus increbruit.Cic.in Orat.

Increbuit res prouerbio. Liu. 8. ab Vrbe , Inde rem ad triarios redisse,quum laboraretur,prouerbio increbruit.

Increbruit sermo,& increbuit apud.Cic.de Opt.gen.orat. Idem in Orat.Nunc apud oratores iam ipse numerus increbruit.

Aura increbuit.Horat.2.Serm.satyr.5.

Increbuit Auster , Hoc est auctus est , & vehementior factus est. Cæsar 3. bel. Ciuil. Et quum iam nostris remissiore vento appropinquassent,idem Auster increbuit,nostrísque auxilio fuit.

Ventus increbrescit : cura vt valeas. Cic.ad Trebat.lib.7.21. Hoc est,vehementius perflat.

Vndæ magis increbrescunt.Catul.Argon 59.

Increbuit consuetudo, Hoc est inualuit. Cic.14. Philipp.At siquis Hispanorum aut Gallorum,aut Thracum mille aut duo millia occidisset, non eum hac consuetudine , quæ increbuit, Imperatorem appellaret Senatus?

Increbuit disciplina. Cic.4.Verr. Vt proximè ad nostram disciplinam illam veterem , non hanc quæ nunc increbuit , videantur accedere.

Pugna aduersa increbrescit.Sil.lib.10.

Incredibilis,& hoc incredibile,penult.corr. {ἄπιστος,ἀπίθανος} Quod credi non potest. Terent.Eunuch.5.9,

Di vestram fidem,incredibilia Parmeno modò quæ narrauit.

Incredibilis fuit.Plaut.Bacch.14. Id est non creditur mihi.

Incredibilis celeritas. Cic.7.Verr.Hæc Centuripina nauis erat incredibili celeritate velis. Idem ad Attic. lib. 5.104, Itaque incredibilem in modum concursus fiunt ex agris.

Cruciatus incredibiles. Plin.Iunior libro 1.epist.12, ad Calestrium Tironem.

Eloquentiam incredibilem consequi.Cic.2.de Orat.

Furor incredibilis & singularis.Cic.pro Sylla.

Memoria incredibilis.Plin.Iunior,lib.2.epist.3.

Modo incredibili consentire.Horat.2.Carm.ode 17.

Petuersitas incredibilis.Cic.Lentulo,lib.1.7.

Credibilis & Incredibilis res,contraria.Cic.2.de Inuent.

Singularis & incredibilis virtus.Cic.Attico,lib.14. 313. Idem 1.de Orat. Antonij incredibilis quædam & propè singularis & diuina vis ingenij.

Incredibile & falsò memoriæ proditum omnibus hoc videbatur. Cic.pro Lege Manilia.

Incredibile est quæ ego illos scio oppositos Gallorum castris in æstiuis feciſſe.Cic.Tironi,lib.16.27.

Incredibile auditu à Cicerone dictū, &c. Cic.7.Philip. Quæso vos Patres Conscripti, vt primò si erit vel acerbum auditu, vel incredibile à M. Cicerone esse dictum, accipiatis siue offensione quod dixero.

Incredibile memoratu est,quàm facilè coaluerint.Sallust.in Catil. Id est,incredibile dictu.

Incredibile & probabile. Cic. in Parad. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile.

Incredibilitas,Vide INCREDVLITAS.

Incredibiliter,penult. corr. Aduerbium {ἀπίστως.} Cic.de Senect.Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector,&c.

Incredulus,pen.corr.Adiectiuum {ἄπιστος.} Horat.in Arte,

Quodcunque ostendis mihi sic,incredulus odi. Quintilian. lib.10,

Veluti increduli quidam,& de ingenio suo pessimè meriti. Hoc est, Qui difficillimè assentiuntur.

Incredulitas, pen.corr. incredulitatis {ἀπιστία.} Martianus in l. Mariti lenocinium. D. ad leg. Iuliam de adulteriis, Tunc autem puniendus est maritus cius quum excusare ignorātiam suam non potest,vel adumbrare patientiam præxeru incredulitatis. Pandectæ Florentinæ, & Haloander habent,incredibilitatis.

Incrementum,Vide INCRESCO.

Increpo,increpas,pen.corr.increpui,increpitum,pen.corr. {ἐπιτιμῶ, ἐπιπλήττω,χρεπαμάνουσι,ἐπιτιμάομαι.} increpâre, Sonare, & crepitum vel sonum emittere. Virgil.9.Æneidos,

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro

Increpuit. Plaut.Amphit.14,

Si minusculo digito increpuerint fores. Liu. 1. ab Vrbe, Ve primo statim concursu increpuere arma, micantésque fulsere gladij, horror,&c.

Increpui hybernum,& fluctus moui maritimos. Plaut.Rud.2. Id est,sonitum dedi ventorum,vt hyberno solet fieri tempore.

Ictu verberis increpuit. Ouid.14.Metam.

Stimulo tardos increpuisse boues, Ineitasse. Tibul.lib.1.eleg.1.

Vada increpuit lacus carinæ, Percussit. Ouid.1. Trist.eleg.2.

Lyram increpuisse digitis. Ouid epist.3.

Iupiter atras increpuit nubes. Ouid.12.Metam.

Increpuit suspicio, Audita est,vel relata est,per translationem. Cic. pro Murena, Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes ilico notæ coniecesunt.

¶Increpare,Reprehendere, sed veluti cum crepitu, hoc est verborum pedūmve strepitu. Et tunc increpui & increpaui facit, vt nonnulli volunt. Plaut. Amphit.17,

Totus timeo,ita me increpuit Iupiter. Cic. ad Q.fratrem, lib. 2. 7, Quum illius in me perfidiam increparet.

Increpare aliquem auaritiæ. Sueton. in Caligula, cap. 39, Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinij adhibuit: modò auaritiæ singulos increpans, & quòd non puderet eos locupletiores esse, quàm se.

Increpabantur hæc in eum. Sallust. de Rep. ord. ad Cæsarem, An illa quæ paulò ante hoc bellum in Cn.Pompeium, victoriámque Syllanam increpabantur, obliuio abstulit?

Increpare probris. Liu.3.bel.Pun.Annibal multo grauioribus probris increpabat,&c.

Increpando exercitum. Liu.2.ab Vrbe.

Increpare hostem. Liuius, Et vanis animis minísque increpant hostem.

Voce acri increpare aliquem. Lucret.lib.3.

¶Increpare,Accusare. Cic.Hortensio,Tum Pseudomenus,Et soritam,& totam dialecticam aut illudis,aut increpas.

Ætatem alicuius increpare. Cic.in Sallust.

Increpare arrogantiam alicuius. Cic.4.Acad.

Fugam alicuius increpare. Cic.2.de Orat.

Moras alicuius increpare. Ouid.epist.1.

A cunctis increpor. Ouid.3.Metam.

Increpitus,pen.corr. Participium {ἐπιτιμηθείς.} Obiurgatus. Liu.3. belli Ciuilis, Qui post classem ad Iberum per pauorem defertam grauiter increpiti,&c.

Increpito,increpitas,pen.cor. {ἐπιπλήττω} increpitâre,Frequentatiuum, Arguere, Conuitiari, inquit Festus Clamare, maledicere, insultare, vt ait Nonius. Virgil.lib.10.Æneidos,

Hostis amare quid increpitas,mortémque minaris? Cæs.2.bel.Gal.

Increpitare atque incusare reliquos Belgas,qui,&c.

Socij increpitant. Virgil.3.Æneid.

Audentius increpitans hostem. Stat.11.Thebaid.

Increpitare aliquem moræ. Sil.lib.8.

¶Increpitare. Virg.lib.4.Georgicorum, Æstatē increpirans seram. Id est,conquerens de tarditate æstatis.

Increfco, increscis, increui, incretum, pen. prod. {ἐπιδίδωμι,ἐπαυξάνω} increscere, Valde siue magis crescere. Liu.lib.1,Carcer ad terrorem increscentis audaciæ media vrbe immiuens foro ædificatur. Quintil. lib. 8. cap. 4. Hoc genus increscit, ac fit manifestius, si amphora verba cum ipsis nominibus, &c. Sueton. de Clar. grammat. Post hoc magis ac magis & gratia, & cura artis increuit. Plin.epist. 12. lib.1, Increuerat valetudo,quam temperantia mitigare tentauit. Celsus, Nam modò increscere morbos, modò consistere, modò minui. Virgil.3.Æneidos, -hic confixum ferrea texit

Telorum seges, & iaculis increuit acutis,

Increscit audacia. Liu.1.ab Vrbe.

Barba increscit genis. Lucan.lib.2.

Increscente certamine. Liu.10.ab Vrbe.

Dolor increuit. Ouid.9.Metam.

Increscentibus variè maculis ac verrucis. Plin.lib.37.cap.12.

Incrementum,incrementi {ἐπίδοσις} Augmentum. Quintil.lib.8.cap.4, de amplificatione, Incrementum est potentissimum, quum magna videntur etiam quæ inferiora sunt. Cic. 2. de Finibus, Negat enim summo bono afferre incrementum diem.

Fluuij incrementa. Lucan.lib.4.

Incrementum vrbis. Liu. 1. ab Vrbe. Sic Magnum Iouis incrementum,apud Virgil.eclog.4.

Incremento augeri. Liu.4.ab Vrbe. Vide AVGEO.

Incremento ingenti res auctæ. Liu.1.ab Vrbe.

Incrementum capere, Vide CAPIO.

Dare incrementum alicui rei. Quintil.lib.3. cap.2, Huic studium, & incrementum dederit vtilitas.

Omnia incrementa sua sibi debuit M.Cicero. Patercul.lib 2.

¶Incrementa,semina vnde aliquid crescit. Ouid.3.Metamorphoseos, -motæque iubet supponere terræ

Vipereos dentes,populi incrementa futuri.

Incruentus, Adiectiuum {ἀδάματος.} vt Victoria incruenta, in qua nullus cruor effusus est,nulli aut pauci occisi sunt. Liu.7 bel. Punici. Idem 7.ab Vrbe, Nec Romanis incruenta victoria fuit, quarta pars militum amissa.

Incruento milite victoria. Liu. 8. ab. Vrbe,Haudquaquam tamen incruento milite suo.

Incruentatus, pen. prod. Aliud adiectiuum {ἀιμάσσων.} Tacit. lib. 20. Disseserant obsessores, mistus ex Cattis, Vsipiis, Mattiacis exercitus,fœtiatæ prædæ,nec incruentati. Vide IMPERFOSSVS.

Incrusto,incrustas {πλακόω} incrustâre,Crustam ducere, siue crustam applicare. Varro 3.de Re rust.cap.14,Has quoque saginare solent,ita vt ollam cum foraminibus incrustent sapa & farre.

Parietem incrustare. Procul.in l.quidam.D.de seruitur.vrb.præd.

Syncerum cupimus vas incrustare. Horat.1.Serm. satyr.3. Id est, virtutem quasi vitium interpretamur. Budæus.

Incrustatio,incrustationis {πλάσματος} Verbale,Crustæ parieti,aut pauimento,aut vasi applicatio.

Incrustationem materiariam,Galli *Lambrissuram* vocant. Budæus.

Incubo, incubas,pen. corr.incubui,incubitum,pen.corr. & incubaui, incubatum,pen.prod. {ἐπιπάθω,ἐπικαθέζομαι,ἐπικάθημαι,ἐπικλίνομαι} incubâre,absolutè,vel cum datiuo,significat intus,siue super cubare. Plaut. Curcul.2, -hic leno ægrotus incubat. Virgil.lib.4.Æneidos,

Incubusque toro,dixitque nouissima verba.

Incubant ab omnibus spondis transuersæ, præclaræ contubernales. Quintil.lib.4.cap.2.

Incubare stramentis. Horat.2.Serm.satyr.3.

Incubaui,Præterit. Plin.lib.11.cap.16,Nam nisi incubauere,fauos liuidos faciunt. De apibus.

¶Incubare propriè, inquit Seruius, dicuntur ij qui dormiunt ad accipienda responsa. Virgil.7.Æneidos,

Pellibus incubuit stratis,somnóque petiuit,&c. Plaut.Curcul.6,

Nanque incubare te sarius fuerat Iouī. Hoc est, dormire in Capitolio,vt responsa possis accipere.

¶Incubare pecuniæ alicui spe atque animo, pro Inhiare, & eam vehementer cupere. Cic. pro Cluentio, Hic ille planus improbissimus quæstu iudiciatio pastus,qui illi pecuniæ quam condiderat,spe iam atque animo incubaret,contrahit frontem.

Auro defosso incubare. Virgil.2.Georg.

Diuitiis soli incubuere repertis. Virgil.6.Æneid.

Thesauris incubare, Occupare & supprimere thesauros. Quintil. lib.10.cap.1,Qui autem sciuerit quo quæque sint modo dicenda, nisi tāquam in procinctu parata quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam,velut thesauris clausis incubabit. Id est,quos habeat quidem in sua potestate,sed non explicet ad vsum aliquem.

¶Incubare, pro Incumbere. Liu. Decad.1. lib.5,Incubans cortici, secundo Tyberi ad vrbem defertur.

¶Acies incubuit,Vide ACIES.

Mens incubuit dolori. Ouid.4.Trist.eleg 3.

Nox ponto incubat. Virgil.1.Æneid.

Metus incubat amens. Lucan.lib.2.

¶Incubare ouis vel pullis dicitur gallina. Colum.lib.8.cap.5. Ibidem, cap.8,Nec minus in agros emittāt matrices quæ ouis vel pullis incubant.

Incubare oua noctibus, Id est fouere. Plin.lib.9.cap.10. Varro de Re rustica,Negant plus vigintiquinque oua incubare.

¶Incubare super. Seneca de Vita beata,Super circense tomentum per futuras veteris lintei effluens, incubabo.

Incubare,absolutè positum,& subauditur OVA vel OVIS. Colum. lib.8.cap.5,Gallinæ incubare cupiunt ab Idib.Ian.

Incubari, passiuum. Plin.lib.10. cap.54, Oua incubari intra decem dies ædita vtilissimum. Ibidem, Quarto die post quam cœpere incubari.

¶Incubare, Assiduum esse,& frequentem in aliquo loco: atque in malum sumitur. Apuleius lib.7, Tabernulam quandam vitatis maris fluctibus,incubabat.

¶Incubare,Curam habere. Tralatio ab auibus,quæ incubatu fouēt oua,&

ouua, & excludunt fœtus. Apul.lib.4.Metamorphoseos,

Aureos folles incubabat.

¶Incubare,Per translationem dicitur,per vim rem alienam tenere. Seruius in illud 1. Æneidos,

-Ponto nox incubat atra. Nox enim alienum tempus inuaserat. Sic qui iure quid non possidet,sed per vim & iniuriam,incubare dicitur: quòd qui sic possident,in loco assidui sunt,& velut cubāt.

Asconius, Cuius debeat esse possessio, cur prætor dicat, si possessor est? quasi iam probauerit possessorē esse eum, qui incubabit. Quum igitur Dionysum Macrobius appellat Siculæ incubatorem aulę,violentum quendam possessorem exprimit. Vide paulo pōst.

Incubito, incubitas, penult.corr. {ἐπινυκτερεύω} incubitâre. Colum.lib. 8.cap.14,Cellas in quibus incubitant,siccissimas esse oportet. De anseribus.Plin.lib.8.cap.42.

Incubatus, huius incubatus, penult. prod. {ἐπωοκμός.} Plinius libro 10.capite 54, Si incubatu tonuerit, oua pereunt. Id est,quum gallina incubat ouis.

Incubatio,Idem {ἐπώασις.} Plin.lib.10. capite 56, Rara incubatio ouis noxia.

Incubitio,incubitionis,Idem {ἐπώασις.} Plin.lib.10. cap.54,Incubitioni datur initium post nouam lunam.

Incubitus,huius incubitus,pen.corr.Idem {ἐπωοκμός,ἐπωνασμός.} Plin. lib.10.cap.54,Quædam autem & citra incubitum sponte naturæ gignunt. Idem lib.8.cap.36.

Incubitus dextri lateris, Dum aliquis cubat supra dextrum latus. Plin.lib.28 cap.4.

Incubator,penul.prod huius incubatoris. Verbale,masc.gen.Macrob. in Somnio Scipionis, lib.1.cap.10,Dionysius aulæ Siculæ inclementissimus incubator. Hoc est,iniustus possessor,& qui per vim regnum Siciliæ occupabat.

Incumbo,incumbis,incubui,incubitum,penul.corr. {ἐγκεκυμμαι,ἐπίκειμαι,ἐπικλίνομαι,ἐφίσταμαι,κατέδραμον,ἀπορέω} incúmbere, Inniti,& inhærere. Virg.eclog 8,

Incumbens tereti Damon,sic cœpit,oliuæ. Plin.lib.2.cap.64,Nanque in illo caua in se conuexitas vergit, & cardini suo,hoc est terræ, vndique incumbit.

Aratris incumbere. Virg.1.Georg.

Baculo incumbens. Ouid.1.Fast.

Incumbunt tecta centenis columnis. Martialis,lib.5.13,

Attua centenis incumbunt tecta columnis.

Gladio incumbere. Author ad Herennium,lib.1.

Humero alicuius incumbere. Virg.5.Æneid.

Lecto incumbens. Ouid.11.Metam.

Toro incubuit. Virg.4.Æneid.

Incumbere gladium,Idem quod incumbere in gladium, vel incidere. Plaut. Casina,6,

Si fors autem decolassit,gladium faciam culcitram,

Eúmque incumbam.

In gladium incumbere. Cic.2.de Inuent.

Incumbere in scuta. Liuius 5.belli Maced. Densis tamen ordinibus nunc alij in alios,nunc in scuta incumbentes sustinebant impetus Romanorum.

Incumbere illi,& non in illum. Quintil.lib.9.cap.3. Si antiquum sermonem nostro cōparemus, penè quicquid iam loquimur, figura est: vt Huic rei inuidere:non vt omnes veteres, & Cicero præcipuè, hanc rem:& Incumbere illi,non in illum.

¶Incumbere ad bellum omni studio, Omni diligentia curare res bellicas. Cic.pro Lege Manilia, Quare videte num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum eius cum Repub.defenduntur.

Incumbere in bellum animo & opibus. Cæs.7.bel.Gall. Omnésq; & animo & opibus in id bellum incumberent.

Incumbere in causam communem, Est pro vitili parte tueri causam communem. Cic.4. Philipp. Incumbite in causam Quirites,vt facitis. Nunquam inter Senatum & vos consensus maior in vlla causa fuit. Idem ad Attic.lib.3. 55, Atque vtinam ipse Varro incumbat in causam,quod profectò,cum sua sponte,tum te instante faciet.

In cupiditatem incumbere. Cic.Attico,lib.2.31.

Incumbere in curam. Cicero ad Plancum, lib.10.3. Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationem,quæ tibi summam dignitatem & gloriam afferat.

Incubuit autem in eas disputationes, vt doceret nullum tale esse visum à vero,&c. Cic.4.Acad.

Incumbere ad laudem. Cic.Planco,lib.10.10,Mi Plance,incumbe toto pectore ad laudem.

Incumbere ad,vel in perniciem alicuius. Cic.pro Murena, Quid, Sergium Galbam (nam traditum memoriæ est) nónne proauo tuo fortissimo atque florentissimo viro M. Catoni incumbenti ad eius perniciem Populus Romanus eripuit? Idem Catoni, Incumbit in eius perniciem.

Incumbere in Remp.Studere & vacare Reip.Cic.ad Plancum,lib. 10.5. Ibidem,1.6, Monere te atque hortari, vt in Remp.omni cogitatione,curáque incumberes.

Incumbere ad salutem Reip. Cic.4. in Catil. Quare p. c. incumbite ad salutem Reipub. circunspicite omnes procellas quæ impendent,nisi prouidetis.

Incumbere ad vel in studia. Cic.ad Attic.lib.2.3, Quare incumbamus,ô noster Tite,ad illa præclara studia. Idem 1.de Orat.

Incumbere ad voluntatem. Cic.ad Attic.lib.1.14,Pompeius verò ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. Id est volebat perferre legem agrariam.

Eò maximè incumbis. Cic.11.Philipp.

¶Incumbit defensio mortis hæredi. Vlp.in l.Necessarios.§.fin.D. Senatusc.Syllaniano,&c.

¶Incumbere nobis dicitur,quod nos onere suo grauat. Tacitus libro 14, Cætera inuidiam mouent, quæ quidem infra tuam magnitudinem iacent,sed mihi incumbunt.

¶Acrius incumbere. Virg.4.Georg.

Hæc doce,hæc profer,huc incumbe. Cic.pro Plancio.

Labori incumbere. Silius lib.4.

Incumbe toto animo & studio omni in eam rationem qua adhue vsus es. Cic.ad Q.frat.lib.1.1.

Neruis cunctis incumbere. Ouid.3.de Ponto,eleg.1.

Pectore toto incumbere. Ouid.3.de Ponto,eleg.1.

Omni studio, virtute, authoritate ad Rempublicam conseruandam incumbere. Cic.pro Sylla.

Incumbere ceris & stylo. Plin.lib.7.ad Suram,epist.147.

Possessioni incumbere. Diocletianus & Maximianus in l. Consentaneum. C. Quomodo & quando iudex, A quo ter citatus,si contumaciter præsentiam sui facere neglexerit: non abs re erit,vel ad cogendum eum,vt sese repræsentet:vel possessionem bonorum,cui incumbit,ad te transferre, & aduersarium petitorem constituere: vel auditis defensionibus tuis id quod iuris ratio exegerit iudicare. Quo loco,quid sit animo & corpore,vel animo tātum possessioni incumbere,notatur. Budæus.

¶Incumbere cum aliquo in rem aliquem. Cælius ad Ciceronem, lib.8.11, De prouinciis in quam adhuc incubuisse cum Senatu Pompeius videtur,vt Cæsar ante Idus Nouembres decedat.

¶Incumbit illi spes, Id est imminet, aut manet illum. Sueton. in Tib. Cæsare, cap.15, Ac multo magis postquā Agrippa abdicato atque fepositō,certum erat vni spem successionis incumbere.

¶Incumbere, Violenter incidere, & irruere. Quintil.lib.5.cap.9. Cic.pro Plancio,Potius quàm ab ipsis,qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Budæus.

Æstas incumbens scopulis. Etiam saxa caloribus penetrans. Seruius. Virg.2.Georg.

¶Incumbere,pro Inclinare in aliquam partem. Plaut.Aulul.25,

-hoc ferui officium reor,

Retinere ad salutem,non eum,quò incumbat,eò impellere.

Ad lenitatem nimiam, ambitionémque incumbunt mores. Cic. Q.frat. lib.1.1, Præsertim quum ij mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint. Id est gratiosam indulgentiam. Budæus.

Ad bonum virum,repentina voluntatum inclinatio incubuit. Cic. pro Murena.

Volunt idem omnes ordines,eodem incumbunt municipia. Cic. 6.Philipp.

Incunabula,penul.corr.incunabulorum,neut.gen. {κατάδεσις} Idem quod simplex cunabula. Plaut. Trucul.19,

-fascius opus est,puluinis,

Cunis,incunabulis. Cic.pro Rosc.Amer.

Incunabula,pro Initijs posita. Cic.in Orat. Non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere.

Vitæ incunabula. Firmicus lib.1.cap.3,Illum in primis vitæ incu-

nabulis constitutum, inter initia vagientis infantiæ, fugientis animæ deserit vita.

Incunabula & rudimenta virtutis. Cicero in Salustium, An vllum existimas posse fieri ciuem egregium, qui non his artibus & disciplinis sit eruditus? an vlla alia putas rudimenta & incunabula virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur?

Dicendi incunabula. Quintil. in Procem. lib. 1.

Ab incunabulis nostræ veteris puerilisque doctrinæ. Cicero 1. de Oratore.

Vestigia atque incunabula deorum. Cic. 6. Verr. In his locis vestigia ac propè incunabula reperiuntur deorum.

¶ Incunabula, pro loco vbi nati vel educati sumus, sine pro natalibus & origine generis. Cic. ad Attic. lib. 2. 20, Ego verò in montes patrios, & ad incunabula nostra pergam.

Iouis incunabula Creete. Ouid. 8. Metam.

Incuratus, penult. prod. Adiectiuum { ἀκήδευτος, ἀπαμέλητος. } Horatius 1. epist. 17,

Stultorum incurata pudor malus vlcera cælat.

Incuria, huius incuriæ { ἀμέλεια, ἀπραγμοσύνη } Negligentia, inquit Festus. Cic. de Prouinciis Consul. Miserandum in modum milites Pop. Rom. capti, necati, deserti, dissipati sunt incuria, fame, morbo, vastitate consumpti.

Desertos opis expertes, incuria mactat. Lucretius libro 6. Horatius de Arte,

Offendar maculis, quas aut incuria fudit, Aut, &c.

Vituperanda est rei maximè necessariæ tanta incuria. Cicero de Amicitia.

Incuriosus, penult. prod. Adiectiuum, Negligens. Gellius lib. 2. cap. 28, Quippe M. Cato vir in cognoscêdis rebus multi studij, incerta tamen causa & incuriosa, super ea re opinatus est.

¶ Incuriosus, pro Vacuus cura. Tacitus libro 2, Dum vetera extollimus, recentium incuriosi. Et lib. 4, Et princeps proferendi incuriosus erat.

Ætas incuriosa. Tacit. in vita Agricolæ,

Vigiliæ incuriosæ. Tacit. lib. 21, Nauibus remeabat difiecto agmine, incuriosis vigiliis.

Incuriosus proximorum. Plin. lib. 8. epist. 20. Tacit. lib. 19, Summi diseriminis incuriosus.

Incuriosè, penult. prod. { ἀμελῶς, ἀκηδίως } Negligenter. Gell. lib. 2. cap. 6, Reprehendunt quasi incuriosè & abiectè verbum positum.

Agere pueritiam incuriosè. Tacit. lib. 17, Nanque Otho pueritiam incuriosè, adolescentiam petulanter egerat.

Incuriosius agere. Tacitus lib. 20, Cęsæ cohortes eorum in vico Marcoduro incuriosius agentes.

Incurro, incurris, incurri, incursum { ἐπιδρέμω, ἐπιτρέχω, ἐμπίπτω, ἐπιτίθεμαι } incúrrere, Contra aliquem currere, vel incidere & concurrere in aliquem. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Eo prælio præcipua equitum gloria fuit, vtrinque ab cornibus positos, quum iam pelleretur media peditum suorum acies, ita incurrisse ab lateribus ferunt, vt, &c.

Incurrere in hostes, Intrò currere, & magno impetu ferri in aliquem. Salustius, Postquam Catilina fusis copias, fęque cum paucis relictum vider, memor generis atque pristinæ dignitatis, inter confertissimos hostes incurrit: ibique pugnando confoditur. Martialis libro 1. 38,

Pectore nec nudo strictos incurris in enses.

Desuper incurrere, præliantibus aliis. Tacit. lib. 2, Soli Cherusci iuga insedere, vt præliantibus Romanis desuper incurrerent.

Incurrere & offendere in tenebris. Cicero ad Varronem, libro 9. 2, Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat.

Incurrere in aduersam hostium aciem, Vide ACIES.

Incurrit ager in agrum. Cic. 2. de Lege agraria, Quum à maioribus vestris P. Lentulus, princeps Senatus, in ea loca nullus esset, vt & priuatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemeret.

Incurrere in aliquem, Incidere ex insperato. Cicero ad Atticum, libro 2. 27. Emerseram commodè ex Antio in Appiam ad Tres tabernas ipsis Cerealibus, quum in me incurrit Roma veniens Curio meus.

Incurrere & incidere in aliquem. Cic. pro Plancio.

Incurrere, præter spem: Inuadere, ex destinato. Cicero pro Sextio, Neque quenquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, vt in eum non inuasisse, sed incurrisse videamur.

Cæco impetu in aliquem incurrere. Cic. 1. de Finibus.

Incurrere in aliquem verbis, pro Inuehi. Trebonius Ciceroni, lib. 12. 16, Deinde quum magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis, quàm nobis? quum etiam, si odio par fuerit, in eos quos læsit, tamen certè non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret.

In crimen incurrere. Cic. pro Plancio, Si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiúmque grati.

In difficultatem incurrere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 2, Nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem.

In domum atque famam alterius incurrere. Cic. pro Cælio.

In loca incurrere, pro Facere incursus in loca. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10, Aut Apennino, Alpibúsque se teneat, & decursionibus per equites quos habet multos, vastet ea loca in quæ incurrerit:

In memoriam communium miseriarum incurrere. Cic. de Claris Orat. Incurro in memoriam cõmunium miseriarum, quarum obliuionem quærens, hunc ipsum sermonem produxi longius.

In memoriam notam incurrere. Cic. de Claris Orat.

Incurrere in morbos, in damna, in dedecora. Cic. 1. de Finibus.

In mucronem incurrere. Cic. pro Cecinna.

In vnam nauim multæ classes armatæ incurrunt. Cic. pro Sextio.

In oculos incurrere. Cic. Attico, lib. 12. 242, Quid enim mihi foro,

sine iudiciis, sine curia, in oculos incurrentibus iis, quos æquo animo videre non possum? Est propriè in oculos incurrere, oculis admoueri non intentis, & cum quadam offensione. Quintilianus libro 7. cap. 2, Alij vitantes, ea, quæ in oculos incurrunt, exquirenda putant.

Incurrere oculis, Idem. Seneca lib. 1. de Benefic.

In odia hominum incurrere. Cic. 1. Offic. Primùm improbantur ij quæstus, qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt fœneratorum. Id est quæ homines oderunt.

In ordinem incurrere. Quintil. lib. 1. cap. 5.

In apertam perniciem incurrere. Cic. 3. de Nat. deor.

In prælia incurrunt tauri. Virg. 12. Æneid.

Incurrere in varias reprehensiones. Cic. 1. de Finibus.

Casus in sapientem potest incurrere. Cic. 5. Tusc.

In tempora aliqua incurrere. Cic. Q. frat. lib. 3. 2.

Incurrit febris in tempus exercitationis. Celsus lib. 3. cap. 15.

Incurrit in voces maleuolorum nostra laurus. Cic. Cælio, lib. 2. 15, Sed incurrit hæc nostra laurus nõ solùm in oculos, sed iam etiam in voculas maleuolorum. Id est, malè loquuntur de ea malcuoli.

Incurrere in vrbanitatem facetosam hominum. Cic. 2. de Finibus, Quos quidem dies quemadmodum agatis, & in quãtam hominum facetosam vrbanitatem incurratis, non dico nihil opus est hiisbus.

Incurrit suspicio fraudis, absoluté. Papinan. in l. Ab hærede. D. De separationibus.

Incurrit hic & alia inspectio. Triphonius in l. Bona fides. §. 1. D. Depositi vel cont.

¶ Incurrere Circẽsibus natalem alicuius. Sueton. in Tiberio, cap. 26. Id est in eum diem incidere. Budæus.

Incurrere in diem, Cic. ad Attic. lib. 7. 127, Tua λῦσις quem in diem incurrat nescio.

¶ Acies incurrunt. Silius lib. 4.

Armis densis incurrimus. Virg. 2. Æneid.

Hastis aduersis incurrere. Virg. 11. Æneid.

Vrsi incurrunt armentis. Ouid. 7. Metam.

Incurritur, Impersonale { ἐμβάλλεται. } Iuuenalis sat. 6, Si nihil est, seruis incurritur.

Incursarus { ἐμποδίσιος } erat, tenuit vestigia tellus. Ouid. 5. Metam.

Incursio, Verbale { ἔπιδρομὴ } Occursatio rerum inter sese. Cic. 1. de Nat. deor. Quum sine vlla intermissione pulsetur, agitetúrque atomorum incursione sempiterna.

¶ Incursio militum in agros hostium. Cic. pro Cecinna, Incursio atque impetus armorum. Cæsar 5. bel. Gall.

Incursionem facere, Facere impetum. Liuius 1. ab Vrbe, Antennatium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit.

Incursio fidibinis, Impetus. Cic. pro Cluentio, Ergo adhuc Iunij iudicium video esse eiusmodi, vt incursionem potius seditionis vim multitudinis, impetum tribunitium, quàm iudicium appellandum putem.

Incursus, huius incursus { ἔπιδρομὴ, ἔφοδος. } Plin. libro 8. cap. 42, Vnde equis tolutim carpere incursus traditur arte.

Luporum incursus. Virg. 3. Georg.

Incursus militum. Cic. pro Cecinna, Impetum armati Antiochi, cæterorúmque tela & incursus refugit.

Vis & incursus pluuiarum, Impetus & vehementia. Columel. lib. 4. cap. 17, Nam vbi magna vis & incursus est pluuiarum procellarúmque, &c.

Incursus solis. Colum. lib. 1. cap. 6, Nec aresc̃re ventis sinunt, aut solis incursu patiuntur exuri.

Grauis incursus. Tacit. lib. 4, Non grauis, nec vno incursu consectandum hostem.

Incursus omni de parte timendi. Ouid. 4. de Ponto, elegia 14.

Sustinere incursus. Ouid. 3. Metam.

Vndarum incursu sonat vnda. Ouid. 11. Metam.

Incursim, Aduerbium, Celeriter. Cæcilius Fallacia, Nullus sum, nisi meam rem iam omnem propero incursim perdere. Nonius.

Incursio, incursas { ἐπιδρομάζω } incursare, frequentatiuum, Currendo petere & offendere. Plaut. Aulul. 7,

Asini me mordicibus scindant, boues incursent cornibus. Ouid. 2. Metamorphoseos,

-atque sub æthere fixis

Incursant stellis.

Fortius incursant Tyrij. Stat. 8. Thebaid.

Incursare aciem. Tacit. lib. 19, Nutantem aciem victor equitatus incursat.

Incursare agros, dicuntur milites, quum per agros currentes, impetum in hostes, aut vicinas vrbes faciunt. Liuius Decad. 1. libro 5, Volsinienses superbia elati, vltrò agros Romanos incursauere. Id est prædati sunt.

Incursare in aliquem. Plautus Bacchid. 23, Arietes truces nos crimus, iámque in vos incursabimus.

Incursare aliquem pugnis. Plaut. Pœnul. 13,

Is autem porrò verberat nos, incursat pugnis, calcibus.

In fortunas omnium incursare. Author ad Herenn. lib. 4.

Incursare aduersis cornibus. Plin. lib. 9. cap. 31, Dimicant inter se arietes aduersis cornibus incursantes.

Incursat color alij colori, Contendit & pugnat sue certat. Plin. lib. 28. cap. 8, Cor annexum in lana ouis nigræ, cui nullus alius color incursauerit, & primo partu genitæ, quarranas abigere dicitur.

Incursabit in te dolor meus. Cic. ad Attic. lib. 12. 256.

Incursans, incursantis { ἐπιδρομάδιος } Quod incursat. Plinius libro 11. capite 37, Natura oculos composuit lubricos propter incursantia, & mobiles.

Incursito, incursitas, penult. corr. incursitare. Seneca 2. de Ira, Multa caligine incursitantem, vastantem, fugantémque. Ibidem, Properanti in multos incursitandum est. Significat offensare.

Incursatus

Incursatus, Passiuum. Liuius libro 4. belli Punici, Agméque Romanum impunè incursatum ab equitibus hostium fuerat. Id est incursione vexatum.

Incuruus, Adiectiuum { ἐπικαμπὴς, ἐπίκυρτος } Idem quod curuus. Terentius Eunucho, 2. 3,

Incuruus, tremulus, labijs demissis. Plin. lib. 18. cap. 19, Arator nisi incuruus præuaricatur.

Incuruus humeris. Plin. lib. 11. cap. 52, Aristoteles longæ esse vitæ ponit incuruos humeris.

Incuruæ arbor. Plin. lib. 12. cap. 25.

Incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum. Cicero 1. de Diuinatione.

Carina incurua. Ouid. 15 Metam.

Metæ incuruæ. Stat. 5. Sylu. 2.

Incuruo, incuruas { κυρτόω, ἐγκάμπτω } incuruãre. Plin. lib. 16. cap. 42, Robur, olea incuruantur, cedúntque ponderi. Cicero 2. de Finibus, Incuruatum bacillum.

Arcus incuruant validis viribus. Virg. 5. Æneid.

Membra incuruata. Ouid. 6. Metam.

Incuruesco, incuruescis { κυρτόομαι } incuruéscere, Curuari. Cic. 1. Tusc. Ramos baccarum habentium in curuescere. Ex poeta. Incuruiscere legit Nonius.

Incus, incudis, penult. prod. fœm. gen. { ἄκμων } Instrumentum fabrorum ferrariorum super quod aliquid cuditur. Plin. lib. 33. cap. 4, Incudibus non resistit. Cicero 1. de Nat. deor. Ex quo efficiuntur hæ rerum formæ atque figuræ, quas vos effici posse sine follibus & incudibus non putatis.

Gladios parante incude. Iuuen. sat. 10.

Medius incudibus ablarum opus. Ouid. 1. Trist. eleg. 6.

Duris incudibus impositi enses. Virg. 2. Georg.

Incudi reddere versus, per translationem: Hoc est emendare & expolire. Horat. in Arte poetica,

Et malè tornatos incudi reddere versus.

Tundere incudem. Cic. 2. de Orat. Si quidem nunc planè rudem institui ad dicendũ velim, his potius tradam assiduis vno opere eandem incudem diem noctémque tundentibus, qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa (vt aiunt nutrices) infantibus pueris in os inserant.

Incuso, incusas, penult. prod. { μέμφομαι, ὑπονοέω } incusãre, Reprehendere alterius mores, & plerunque cum querela, quòd ab illo iniuria sis affectus, vt ait Valla lib. 6, reprehendens Seruium. Terentius Heauton. 5. 2,

Quid me incusas Clitipho? Idem Phorm. 3. 1,

Equidem here nos iamdudum hic te absentẽ incusamus qui abieris.

Cæsar 1. bel. Gall. Omniúmque ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus vehementer eos incusauit. Sic lib. 2, Increpitare atque incusare reliquos Belgas, qu. se, &c.

Incusabo te probri. Plaut. Trucul. 4,

-quia qui

Alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet.

Voce magna incusat Latinum. Virg. 12. Æneid.

Querelis incusat fata Stat. 1. Achill.

Intemperiem cæli incusantes. Corn. Tacit.

Incusatio, Verbale { μέμψις. } Cic. 3. de Orat. Quorum partim habent vitiorum & peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem aut querelam, &c.

Incustoditus, penult. prod. Adiectiuum, Non custoditus { ἀφύλακτος. }

Martialis libro 1. 118,

Incustoditis & apertis Lesbia semper

Liminibus peccas.

Boues incustoditæ. Ouid. 2. Metam.

Ouile incustoditum. Ouid. 1. Trist. eleg. 5.

¶ Incustoditus, aliter. Plinius Iunior libro 6. epist. 29, Tuitus sum Iulium Bassum, vt incustoditum & minus cautum, ita minimè malum. Incustoditum, id est simplicem, improuidum.

Incusus, penult. prod. { ἐγκέλευστος } Adiectiuum ab incudo. Virgilius 1. Georgicorum,

-lapidémque reuertens

Incusum. Seruius, Id est manualem molam cudendo asperatam.

Incutio, incutis, penult. corr. incussi, incussum { ποσεδάλλω, ἐμβάλλω, ἐπιτίθημι, ἐπιφέρω } incútere, Ex in & quatio, quatis, significat Iniicere, & cum quodam impetu proiicere.

Incutere scipionem eburneum in caput alterius. Liu. 5. ab Vrbe.

Incutere pedem terræ. Quintil. lib. 2. cap. 13, Iam collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cædere, mirè ad pullatum circulum facit. Id est ferire terram pede.

Incutere colaphum. Iuuen. sat. 9,

Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo.

Incutere pollicem limini. Plin. lib. 7. cap. 53, Q. Æmylius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cubiculi.

¶ Incutere, ad inanimata transfertur. Cic. de Vniuersit. Rursúsque emersi errorem incutiant rationis expertibus.

Desyderium vrbis incutere alicui. Horat. 1. epist. 14.

Metum incutere. Liu. 2. ab Vrbe.

Morbum incutere amicis. Plaut. Trinum. 4,

Omnibus amicis morbum incuties tu grauem, vt te videre,

Audiréque ægroti sient.

Morbos incutere alicui. Lucret. lib. 6.

Negotij aliquid incutere alicui. Horat. 2. Serm. sat. 1.

Nuntium alicui incutere. Liuius 2. ab Vrbe, Postem iam tenenti eos. fœdum inter precationem dẽum nuntium incutiũt, mortuum eius filium esse, &c.

Pauorem incutere. Liuius 7. belli Pun.

Pigritiam incutere. Liuius 1. bel. Maced. Quod promptiores ad subeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum pigritiámque incussit.

Padorem incutere alicui. Horat. 1. epist. 19.

Religionem incutere. Liu. 9. bel. Pun. Ibidem, lib. 2, Claudiúsque Consulis primo Punico bello memorata naualis clades religionem animo incussit.

Terrorem Patribus incutere. Liu. 3. ab Vrbe. Et lib. 7.

Timorem incutere. Cicero 2. de Orat. Item timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus.

Vim ventis incutere. Virg. 1. Æneidos,

Incute vim ventis, submersásque obrue puppes.

Voluntatem incutere. Patercul. lib. 2. sub finem, Rectè faciendi omnibus aut incussa voluntas, aut imposita necessitas.

Incussus { ἐμβλητος } Participium, siue Nomen ex participio. Plin. libro 22. capite 14, Medetur cum mica salis, contusis, incussísque, inustis, & ftrumis.

I N D

Indago, indagas, pen. prod. { ἰχνεύω, ἰχνηλατέω, ἀκριβάζομαι, ἀκακίνω, ἐξευρίσκω } indagãre, Ab in & ago compositum, d interposito euphoniæ gratia, Venatorum more inquirere. Plaut. Merc. 12,

-eo si pacto posset indagarier

Multos. Cic. in Orat. Reprehendent quòd inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus.

Indagare, inuenire, & veluti ex tenebris eruere. Cicero de Lege agraria.

Indagare & odorari. Cic. 4. Verr. Hæc verò eius erat ars & malitia miranda, quòd acutissimè tota prouincia quid cuique esset necesse, indagare & odorari solebat.

Indagare & patefacere indicia. Cic. pro Milone, Quum illa indicia communis exitij indagaui, patefeci, protuli, extinxi, omnes in me vnũ vim redundant ex illo foate dolores?

Omnibus vestigijs indagare aliquid. Cic. Attico, lib. 2. 2, De Publio quę ad me scribis, sanè mihi iucunda sunt: eáque etiam velim omnibus vestigiis indagata ad me afferas, quum venies.

Indagatio, Verbale { ἴχνευσις. } Cicero 4. Academic. Indagatio ipsa rerum, &c.

Indagatio & inuentio veri. Cic. 1. Offic.

Indagator, penult. prod. { ἰχνευτὴς } Aliud verbale masc. Columel. libro 9. capite 8, Sed indagatorem conueniet matutina tempora vestigandi eligere.

Indagator aquarum. Colum. lib. 2. cap. 2.

Indagatrix, penult. prod. Verbale fœm. { ἰχνεύτις } Cic. 5. Tusc. O vitæ philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum.

Indaganter, Aduerbium { ἰχνευτικῶς. } Columel. lib. 5. cap. 1, Boni venatoris est, indaganter quam plurimas feras capere.

Indago, penult. prod. indaginis, fœm. gen. { ἰχνηλασία } Inuestigatio, inquisitio, propriè venatorum. Plin. lib. 9. cap. 7, In qua sententia fuisse Aristotelem video, & ea multis persuasisse doctrinæ indaginibus.

¶ Indago, Series plagarum in varros seu furcas venatorias subrectarum, saltúsque cingentium. Virg. 4. Æneidos,

-saltúsque indagine cingunt. Cæsar 8. bel. Gall. Syluis vndique impeditissimis, aut altissimo flumine vel indagine munitũ. De quodam campo. Lucan. lib. 6,

Et syluas, vastáque feras indagine claudit. Hic (inquit Budæus) Lucanus per metaphoram indaginem vocauit fossam, & turrium munitarum seriem.

Armata indagine lustrare omnem prospectum. Stat. 12. Theb.

¶ Indago, per translationem. Tacitus lib. 13, Romæ testamenta & orbos velut eius indagine capi. Id est captatorem esse orborum, ita vt nullus captiones eius inuadat. De Seneca. Hæc Bud.

Indagine pœnarum cingi, Id est ambiri, vel septo, & velut cancellis. Plinius in Paneg. 56, de delatoribus loquens in insulas deportatis à Traiano, Quos quidem non in præsens tantùm, sed in æternum repressisti, mille pœnarum indagine inclusos. Id est, sanctorum sueriissimarum terrore à delationibus coercitos cohibitósque. Budæus.

Inde, Aduerbium de loco { ἔνθεν. } Terent. Andr. 2. 2,

Etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Ibidem, 5. 1, -redeo inde iratus atque ægrè ferens. Liuius lib. 1, Primò in Macedoniam veniisse, inde in Siciliam quærentem sedes delatum. Plaut. Pseud. 9, Quia videre inde esse. Cic. ad Attic. lib. 9. 190, Qui autem veniunt inde, id modò nuntiant. Id est, illinc.

Inde, ad res relatum. Plaut. Amphit. 4,

Cadus erat vini, inde impleui cinneam. Id est ex illo dolio. Cicero 1. de Inuentione, Si vnde necesse est, inde initium sumetur. De narratione breui.

Inde, ad personam relatum. Plaut. Curcul. 15. Terent. Adelph. 1. 1, -vxorem duxit: nati filij

Duo, inde ego hunc maiorem adoptaui mihi.

¶ Inde, pro Ob id, ob eam rem, propterea. Terent. Heauton. 1. 1,

Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est,

Inde adeò, quòd agrum in proximo hic mercatus es. Plinius epist. 125. lib. 7, Incredibile est quanto desyderio tui tenear. In causa, amor primùm: deinde, quòd non consueuimus abesse. inde est, quòd magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo: inde, quòd, &c.

¶ Inde, pro Deinde. Liu. 1. ab Vrbe, Crimini maximè dabant Numitoris agros ab is impertum fieri, inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum prædas agere.

Quid tum inde? Cic. pro Murena.

¶ Abs te inde. Plaut. Pseud. 19,

Minæ viginti sanæ ac saluæ sunt tibi

Hodie, quas abs te inde est institpulatus Pseudolus.

¶ Inde ab ineunte ætate cum animo depugnat suo, vel ab incunabulis. Plaut. Trinum. 6. Liu. 4. ab Vrbe, Et iam inde ab incunabulis imbutum odio Tribunorum.

Iam inde ab initio minimè lætus nouæ origine vrbis. Liuius 1. ab Vrbe.

Inde vsque. Cic. pro Archia, Quod longissimè potest mens mea

respicere spatium præteriti téporis,& pueritiæ memoriam recordari vltimam,inde vsque repetens,hunc video mihi principem,&c.

Indebitus,penult. corr. Adiectiuum {ἀόφειλετος.} vt Fletus indebitus nato. Seneca Herc. OEtheo,514,

-indebito nato quidem

Compesce fletus mater Alcidæ inclyti.

Indebitam pecuniam per errorem promisisti.eam,qui pro te fideiusserat,soluit. Celsus in l.47.D. De conditione indebiti.

Præmia magna quidem,sed non indebita posco. Ouid.epist.15.

Indebitum,indebiti,penult.corr. Substantiuè,Non debitum. Paulus in l.Si procurator. D. De condit.indebit. Si procurator tuus indebitum soluerit,& id tu ratum habeas,&c.

Indebitè,pen.corr. Aduerbium. Paulus in l. Cum de indebito quæritur. D. De probat. N.si euidentissimis probationibus in scriptis habitis, ostendere paratus sit,sese hæc indebitè promisisse.

Indebitò,Aliud aduerbium. Vlp.in l. Cum duo pro reo. D. De condict. indeb. Quibus personis tria indebitò soluta sunt.

Indecens,penult.corr.indecentis,om.gen. {ἀπρεπὴς, ἀσχήμων.} Quod non decet,vel est præter decorum. Martial.lib.5.14,

- Oculóque ludos spectat indecens vno.

Indecentissimus. Seneca de Benef.lib.1. cap.9, Indecentissimum sponsaliorum genus est adulterium.

Indecenter,Aduerb. {ἀπρεπῶς.} Plaut. Merc.18,Nec tolerant,vt æquum est,parres:sed clamant,indecenter obstrepunt.

Indecet {οὐ πρέπει.} Plin.Iunior epist.1. lib.3, Nam iuuenes adhuc confusa quædam.& quasi turbata non indecent.

Indeclinabilis,& hoc indeclinabile, penult.corr. {ἀπτωτος.} Quod declinari,vel vitari non potest. Gell.lib 6.cap.2, Fatum,est sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum.

Indeclinabilis iustitia,apud Senec.epist.78. Item epist. 67, Indeclinabilis animus,pro Constanti & qui nunquam variat.

Indeclinatus,penult.prod. {ἀκλινὴς.} Ouid.4 de Ponto,eleg 10,

Hæc tibi qui præstas indeclinatus amico.&c.

Indeclinata amicitia,Constans. Ouid.4. Trist.

Indecoris,& hoc indecore,penult.corr. {ἀσχήμων.} Vel indecor,indecoris, pro Indecoro, apud antiquos, Nonio teste, reperitur. Accius Athamâte,Cuius sit vita indecoris, mortem fugere turpe haud conuenit. Virg.12. Æneidos,

Nec genus indecores. Idem lib.7,

Non crimus regno indecores,&c. Seruius,Aut sistole est:aut certè dicimus nominatiuum non inueniri,vt in multis nominibus.

Indecorus,indecora,indecorum. penult.prod. {ἀσχήμων.} Decoro contrarium,vt

Indecora lasciuia ludere. Plin.libro 18.cap.35. Cicero 1. Officiorum,Et iusta omnia decora sunt:iniusta contrà,vt turpia,sic indecora. Sic 3.de Finibus, Si nihil malum, nisi quod turpe, inhonestum, indecorum,prauum,&c.

Indecorus quæstus. Liuius 1.bel.Pun.

Indecorus visus. Plin.lib.13.cap.12.

Indecore,penult.prod. Aduerbium {ἀσχημόνως.} Turpiter. Cic.1. Offic. Cauéque nequid indecorè, effœminatéve faciat. Ibidem, Vt easi non decorè,at quàm minimè indecorè facere possimus.

Indefatigabilis,penult.corr. Seneca lib.2.de Ira, Alius contentus breui somno,vigiliam indefatigabilem extendit.

Indefensus, Adiectiuum {ἀνυπερασπίστος.} Non defensus, Sine defensione. Liuius 4.ab Vrbe,Suos increpas clara voce. Hic præbituri (inquit) vos telis hostium estis indefensi,inultiq? Plin.lib.18. cap.7,Indefensi quippe membranis continentur.

Indefessus, Adiect. {ἀκμήτης.} Non fatigabilis. Ouid.9. Metamorphoseos, -ego sum indefessus agendo.

Indefinitus,penult.prod. Adiectiuum {ἀόριστος.} Obscurus & perplexus. Gell.lib.16.cap.4,Indefinitus,inexplicabilisque sermo fier.

Indefletus,pen prod. Adiect. {ἀδάκρυτος.} Ouid.7. Metamorphoseos, Qui lachryment desunt,indefletæque vagentur

Natorum matrúmque animæ,iuuenúmque senúmque.

Indeflexus, indeflexa, indeflexum {ἀκλινὴς.} Quod non flectitur. Plinius in Paneg. Iam firmitas,iam proceritas corporis,iam honor capitis.& dignitas oris,ad hoc ætatis indeflexa maturitas.

Indetectus,pro Non detecto. Ouid.1.Metamorphoseos,

Siqua domus mansit,potuitque resistere tanto

Indetecta malo.

Indelebilis, penultima correp. Adiectiuum {ἀνεξάλειπτος.} Ouid.15. Metamorphoseos,

-nomenque erit indelebile nostrum.

Indeliberatus,pen.prod.Adiect. {ἀπροαίρετος.} Plaut.Curcul.15,

-prò deûm atque hominum fidem,

Hoccine pacto, indemnatum atque intestatum me arripi? Id est, nulla sententia in me lata. Cic.7.Verr. Vt quam damnatis seruis crucem fixeras,hanc indemnatis ciuibus Romanis referuares?

Indemnis,Immunis à damno. Senec.de Vita beata, Liber eris,tutus, indemnis, nihil frustra tentabis, nihil prohibeberis. Idem epist.9, Qui per ferrum,& ruinas,& ignes illæsus & indemnis euasit? Vlp. in l.Bona fide.D.De noxal.action. Vel officio iudicis consequetur,vt indemnis maneat.

Indemnitas, penult.corr.indemnitatis {ἀζημία.} Damni vitandi ratio. Papin.in l.Fideiussor.D. De negotiis gest. Fideiussor imperitia lapsus, alterius quoque contractus qui personam eius non contingebat,pignora vel hypothecas suscepit: & vtranque pecuniam creditori soluit,existimans indemnitati suæ confusis prædiis consuli posse.

Indemnitatem alicui repromittere. Vlpian.in l. Quanuis.§.1. D. Ad senatusconsultum Velleianum.

Indemnitatis cautionem alicui præbere. Papin.in l.Liberto.§.Inter negotia.D. De negotiis gestis.

Pro indemnitate à debitore præstanda est idonea cautela. Pomponius in l.Quanuis.D.De pignorat.actione.

Indemnitas locatori seruetur in id quod eius interest. Paulus in l. Dominus.D. Locati.

Indemnitas tibi præstetur eius,quod expendisti. Vlpian.in l.Si pecuniam.§.1.D.de cond.causa data.

Indeploratus, penult. prod. Adiectiuum {ἀκλαυτος.} Idem quod indefletus. Ouid.3, Trist.eleg.3,

Sed sine funeribus caput hoc,sine honore sepulcri,

Indeploratum barbara terra teget. Idem 11 Metam.

Indeprauatus, penult. prod. Qui non corrumpitur. Seneca epist. 77,Si via indeprauata virtus est,& sui iuris permanet,solum bonum est virtus.

Indeprecabilis,& hoc indeprecabile, penult.correp. {ἀπαραίτητος.} Quod nullis precibus potest exorari. Gellius,

Et pœna indeprecabilis subeunda esset.

Indeprehensibilis,penult.corr. Quintil. Declam.4,Nec per varias ambages,indeprehensibilem spargit errorem. Idem Declam.8,Inenarrabile,indeprehensibile est.

Indeptus. Vide INDIPISCOR.

Indesertus, Adiectiuum {ἀοίκητος.} Ouid.2. Amor. eleg.9, Indeserta meo pectore regna gere.

Indeses,penult.prod.indesidis {ἀδρανὴς} contrarium Desidi. Gellius lib.7.cap.22,Id profectò existimâdum est non omnino inculpatum, neque indesidem visum esse, cuius corpus in tam immodicum modum luxuriasset.exhuberassétque.

Indesinenter, Aduerbium {ἀδιαλείπτως} pro Semper, & continuè. Varro 2.de Re rust.cap.9,Et si alter indesinenter æger est,ne sine canegrex sit.

Indespectus.Non despectus,non visus. Lucan.lib.6,

Indespecta tenet vobis qui tartara.

Indetonsus,Adiectiuum {ἀκειρύκομος.} Ouid.4.Metamorphoseos, Additur his Nyseus,indetonsúsque Thyoneus. Hoc est intonsus.

Indeuoratus. penult.prod. Non omnino deuoratus. Martial.lib.7. epigr.19.in Sanctram,Indeuorato capite turturem truncum.

Indeuotus,penult.prod.Iustinianus in l.Siquis argentum.§.vlt.C.De donationibus, Ne non solùm indeuotus, sed etiam impius donator intelligatur.

Indeuotio, Vlpianus in l. 1. in fine. D. De penu legata, Puto tamen sic voluntatem testatoris sequendam, vt tota summa illico postquam cessauerit hæres dare penum vxori, præsteturhæredis indeuotione coercenda. Iustinianus in l.Siquis argentum. §.vltimo.C.De donationibus, Tantámque indeuotionem quibusdam quasi legitimis protegere velamentis.

Index,huius indicis,penult.corr.Vide INDICO, indicas.

INDIA {ἰνδία} Regio Orientalis,Asiæ terminus. Pompon.scribit tantum spatium litoris occupare, quàtum per sexaginta dies noctésque velificantibus cursus est. Tradunt in ea fuisse quinque millia oppidorum. Ab Indo flumine sic appellata, in quem ab Occidentali plaga desinit. Hęc à Meridiano mari incipiés,adusque Solis Occasum porrigitur,& à Septentrionibus vsque ad Curnusium mótem prouenit. Gemmis abundat.capricanes & elephantos procreat,arbores habet semper frondentes,tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cinnama ad nos mittit. Indi propè gentiú soli nunquam emigrauere finibus suis. Illic binæ æstates,lenes aurę, temperies cæli,hubertas soli, aquarum abundantia: quæ omnia faciunt vt maiora in India quàm in cæteris regionibus nascantur animalia. Virg.1 Georg. India mittit ebur.

Indiæ nomine antiqui latissimè sunt abusi,vt qui Æthiopes etiam eo significarẽt:vt vsque coloratis amnis deuectus ab Indis. Et.Imbellem auertis Romanis arcibus Indum. Parthum enim significat, credo quòd Parthis India etiam parẽret, & in eorum præsidiis Indi militarent. Higinus, Iouis in India Thebas, Thebaidos nomine nutricis suæ, quæ hecatompylæ nominatur, ideò quòd centum portas habent. Hic Higinus Indiam etiam appellauit superiorem Ægyptum Æthiopiæ finitimam, in qua erant Thebæ. Hæc Turnebus.

Vasta & agrestis India Cic.5. Tuscul.

Decolor India. Seneca Hippol.3.

Dives India. Horat.3.Carm.ode 24.

Tosta India Catull. de Acme & Septimio,epigr.42.

Indus {ἰνδὸς} Qui est ex India.

Dentes Indi,Id est elephantini. Ouid.8.Metam.

Colorati Indi. Virg.4.Georg.

Nigri Indi. Ouid.1.de Arte.

Odorati Indi. Silius libro 17,Hoc est,à quibus odores & aromata afferuntur.

Sitientes Indi. Virg.4.Georg.

In Indos petere, Vide Ad Seras,in præpositione AD.

Indicus,penult.corr.Adiectiuum {ἰνδικὸς} Qui ex India est.

Indicos elephãtos, maximos interpretatur Seruius apud Terent. in Eunucho,Elephantis quem Indicis præfecerat.

Aqua Indica. Ouid.1.de Ponto,eleg.6.

Indicatio,Indicatura,Indicatus,Indicium, Vide INDICO, indicas.

Indico, indicas, penult. correp. indicâre {μηνύω, κατηγορέω, ἐκφαντίζω, ἐπιφέρω, καταφήνω, γνωρίζω} Propriè est ostendere, patefacere. Terentius Andr.1.1,

-ibi tum exanimatus Pamphilus

Bene dissimulatum amorem & celatum indicat. Ibidem,5.3,

Vide num eius color pudoris signum vsquam indicat?

Exitus rei hoc indicabit. Cic.3.de Legibus.

Epularum solennium fides ac tibię,Saliorúmque versus indicant. Cic.3.de Orat.

Verba apertè indicant. Cic.Bruto,5.

Mores indicat vultus. Cic.1.de Legibus.

Clarius indicare. Horat.4.Carm.ode 8.

Consilium

Consilium suum temerarium indicare. Plancus Cic.lib.10.21.

Posteris nostris orationes alicuius indicare. Cicero de Claris Oratoribus.

Signis indicare quid velis. Ouid.15.Metam.

Quod in primis te celatum volebam, indicabo. Cicero Quinto fratri,lib.3.21.

Indicare in vulgus,nefas est. Cic.de Vniuersit.

Res ipsa indicat,Id vel ex re ipsa apertissimum est. Terent. Adelph. 3.2. Idem Eunucho.4.4,

Credis huic quod dicat? PY. quid isti credam res ipsa indicat.

Indicare iter. Liuius 8.ab Vrbe.

¶Indicare,Exponere. Plin.lib.12.cap.15,Prius Arabiæ diuitias indicare conueniet.

¶Indicare,Accusare. Donatus,Indicat is qui de se volens aliquid, & de aliis etiam prodit. Terent. Eunucho,5.7,

An pœnitebat flagitij te author quod feci?set

Adolescens,ni miserum insuper etiam patri indicares? Cic.3.Tusc.

Zeno proponatur Eleates, qui perpessus est omnia potius, quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret.

Indicare se & induere. Cic.pro Murena. Atque ille vt semper fuit apertissimus,non se purgauit,sed indicauit atque induit.

De aliqua re indicare. Cic.pro Flacco.

Indicare de. Salustius in Catil. Is quum diceret se indicaturum de coniuratione. De Tarquinio loquitur.

Rem omnem dominæ suæ indicauit puer. Cic.pro Cluent.

Sine timore indicare aliquid. Cic.3.in Catil.

Malitiam suam indicare. Cic. Varroni,lib.9.7.

Se alicui indicare. Cic.de Claris Orat. Et 1.de Finibus.

Indicasse reum (inquit Vlp.in l.Indicasse.D. De verb.signific.) est

Detulisse,arguisse,accusasse, conuicisse.

Coniurationem indicare. Cic.1.de Diuinat.

¶Indicare {πωλεῖσθαι} Æstimare est, pretium rei vænalis statuere. Est autem venditoris,sicut liceri emptoris. Plaut. Persa,16,

Indica,fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est. Ibidem 16, -tanti indica. Apul.lib.1,Et percõtato pretio,quòd centum nummis indicaret,aspernatus,cẽtum viginti denarios præstinaui. Cic. 3. Offic. Q. quidem Scæuola filius, quum postulasset, vt sibi fundus, cuius emptor erat,semel indicaretur.

Indicatus,pen.prod.Partic. {μεμυημένος} Patefactus, ostensus,accusatus.

Indicatus smaragdus sex aureis denariis, Quod barbarè *appretiatus* dicitur. Plin.lib.37.cap.1.

Index,indicis,penult.corr.com.gen. {μηνυτὴς} Is vel ea,qui vel quæ aliquid indicat vel accusat. Asconius scribit indicem esse,qui factoris, cuius ipse est cõscius,laterbras indicat impunitate proposita. Cic.pro Cluent. Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio:index Aiulius ex altera parte coràm tenetur. Plaut. Merc.3, Per me percõtatus sum,fuéq; indice aliquo. Plin.epist.117, Alij ab indice nominati,se esse Christianos dixerunt,& mox negauerunt.

Falsus index. Cuius falsum est indicium & accusatio. Sallustius in Catilin. De Tarquinio.

Accedere aliquem indici. Vide ACCEDO.

Index & vestigium alicuius rei. Cic.7.Verr. Cuius rei neque index neque vestigium aliquod,neque suspicio cuiquam esset vlla.

Index animi. Plin.lib.8.cap.16, Leonum animi index cauda, sicut & equorum aures.

Imago animi vultus est,indices oculi. Cic.in Orat.

Libertatis index tabella. Cic.2.de Lege agrar.

Index librorũ {πινακίδιον} Pro iis quas *tabulas* vulgò vocamus. Cicero ad Atticum,lib.4.73, Etiam vellem mihi mittas de tuis libriolis duos, &c. issque imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant,quos vos Græci (vt opinor) σιλλύβους appellatis. Gell. lib.20.cap.11,Neque item desunt qui indices libris suis fecerunt.

Librorum indicibus decipi. Cic.2.de Orat.

Index morborum, ferè est arteriarum pulsus, Hoc est,signa morborum ex pulsibus cognoscuntur. Plin.lib.11.cap.37.

Orationis indicem vocem habemus. Cic.1. Offic.

Index pectoris color & macies. Ouid.9.Metam.

Voluntatum erga me vestrarum index vox. Cic.2.de Lege agrar.

¶Herculis indicis fanum nominatum. Cic.1.de Diuinat.

Sine duce,sine indice peruenire ad aliquid. Cic.3. Verr. Verum admonitus, an tentatus, an qua est iste sagacitate in his rebus, sine duce vllo,sine indice peruenerit ad hanc improbitatem,nescio.

¶Index etiam lapidis nomen. Ouid.2.Metamorphoseos,

-periuráque pectora vertit

In durum silicem,qui nunc quoque dicitur index.

¶Index,secundus à pollice digitus. Horat.lib.2.Serm.sat.8,

-qui siquid fortè lateret,

Indice monstraret digito.

Indicium,indicij {μήνυσις,μήνυμα} Detectio alicuius criminis,siue accusatio. Cic.pro Cluent. Tu periculum capitis,tu indicium sceleris, tu fortunas alterius literis conscriptas in iudicium affers?

¶Indicium, Signum,argumentum:vt Specimen hoc virtutis, hoc indicium animi. Cic. Post red. in Senatu.

Insigne tuæ erga me beneuolentiæ indicium. Cicero Trebatio, libro 7.6.

Coniurationis indicium. Cic.2.de Diuinat.

Doloris præsentis indicium. Cic.Octauio. Aliàs Iudicium

Communis exicij indicia afferre. Cic.pro Domo sua.

Mali indicium. Ouid.ad Liuiam,

Clariora indicia naturæ. Cic.5.de Finibus.

Ad nominis indicia,& sempiternum generis sui dedecus, aliquid constituere. Cic.in Pisonem.

Notæ scelerum & indicia parricidiorum. Cic.pro Sylla.

Argumenta & indicia sceleris. Cic.3.in Catil.

Scelerum indicia ostendere,& periculorum signa patefacere. Cic. de Arusp.resp.

Monumentum positum vt esset indicium oppressi Senatus. Cic. pro Domo sua.

Indicia & vestigia omnia veneni in illius mortuæ corpore fuerunt. Cic.pro Cluent.

Defixum ad memoriã omnium gentium sempiternam indicium. Cic.pro Domo sua.

Ex indicio nihil periculi. Terent. Heaut.3.1,

-celem tam insperatum gaudium,

Quum illi nihil periculi ex indicio stet?

Indicio esse. Terent. Heaut.2.4,

Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua. Cicero pro Domo sua, Quæ domus erat ipsa indicio tui crudelissimi,&c.

Indicio de se esse. Terent. in Prologo Adelph.4,

Indicio de se ipse erit,vos eritis iudices,

Laudine an vitio duci factum oporteat. Vbi Donatus, Indicio erit.pro Index erit.

Per indicium enuntiata res. Cæsar 1.bel.Gall. Ea res,vt est Heluetiis per indicium enuntiata, moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt.

Indicij partem accipere. Cicero pro Roscio Amerino,Si eum qui indicij partem acceperit, oculis cernetis, poteritisne dubitare Iudices,qui indicarit?

Edere indicium,Vide EDO, edis.

Chirographa,testificationes,indicia,quæstiones rem manifestam deferunt. Cic.de Claris Orat.

Indicium facere,Signum dare,vel per signum ostendere. Terent. Adelph.4.4. Idem Hecyra,4.1,

Nunc res indicium hæc facit,quo pacto factum voluerit.

Postulare indicium. Cic.1.Verr. Quapropter si tibi indicium postulas dari quòd tecum vnà fecerit, concedo:si id lege permittitur. Quod profiteri Asconius eo loco dixit. Budæus.

Indicium profiteri, Vltrò esse, consortésque criminis deferre. Martianus in Pandectis, ad legem Corneliam de Sicariis.l.1, Quive quum magistratus esset,publicóve iudicio præsset,operam dederit, quo quis falsum indicium profiteretur, vt quis innocens conueniretur. Budæus.

Tristi indicio seruatus. Stat.3. Thebaid.

¶Indicium,pro eo quod tibi datur vt indices. Vlpianus in l.Idem. §. Si tibi. D. De cond. ob turp. cau. Si tibi indicium dedero vt fugitiuum meum indices. Et paulo pòst, Sed si ipse fur indicium à me accepit,&c.

Indicatio,indicationis {τίμησις} Æstimatio ac probatio alicuius rei,siue *appretiatio* quam vocant. Plaut. Persa,16,

Indica,fac pretium. D. tua merx est,tua indicatio est. Plinius libro 22.cap.24.

¶Indicatio,pro Affirmatoine. Vlp.in l.Iulianus.§.1.in fine D. De act.empt.& vend. Quoniam qui scit,præmonere debuit furem esse: hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem.

Indicatura,indicaturæ,penult.prod.Idem. Plin. in Præfat. Nec fiducia operis hæc est,sed indicatura.

Indicatura dolorum. Plin.lib.29. cap.1,Ne auariciam quidem arguam, capacésque nundinas pendentibus fatis, & dolorum indicaturam,ac mortis arram,aut arcana præcepta. De medicis.

Indico, indicis, penult. prod. indixi, indictum {κατηγορέω, ἐπιτιμάω, καταμηνύω} indicere, Denuntiare aliquid:vt Indicere bellum. Plinius de Viris illustrib. Tullus Hostilius, quia bonam operam auerfum Sabinos nauauerat,rex creatus,bellum Albanis indixit. Cicero 1. Officiorum, Ex quo intelligi potest nullum bellum esse iustum,nisi quod aut rebus repetitis geratur,aut denuntiatum antè sit, & indictum.

Indicendi belli formulam pete ex Liuio lib.1.ab Vrbe.

Bellum indicere populis. Ouid 6 Metam.

Bellum indicere voluptatibus, per translationem dictum: Hoc est, pugnare aduersus voluptates. Cicero de Senect. Quòd fiquem etiam ista delectant (ne omnino bellum indixisse videar voluptati, cuius est etiam fortasse quidem naturalis modus) non intelligo, ne in istis quidem voluptatibus ipsis carere sensu senectutem.

Bellum indicere ventri. Horat.1.Serm.sat.5.

Sibi bellum indicere, Sibiipsi noxium esse, vel sibiipsi noxam inferre. Cic.5.de Finibus, Velut qui ipsi sibi bellum indixissent, cruciari dies,noctes torqueri vellent.

Tibia indixit choros. Virg.11. Æneid.

Cœnam indicere,Iubere sibi cœnam apparari. Martial.lib.11.50, Indixit cœnam dives amica tibi. Sueton. in Nerone cap.27, Indicebat & familiaribus cœnas. Hoc est denuntiabat.

Concilium indicere, Concilij diem dicere & proponere. Liuius 1. ab Vrbe, Principibus longè ab domo excitis, ipsum qui concilium indixerat,nõ adesse. Cæsar 6.bel. Gall. Concilio Galliæ primo vere (vt instituerat) indicto,&c.

Diem indicere pugnæ. Liuius 10.ab Vrbe.

Ferias indicere. Liuius 3. ab Vrbe, His auertendis terroribus in triduum feriæ indictæ, per quas omnia delubra pacem deûm expoſcentium virorum mulierúmque turba implebantur.

Forum indicere. Virg.5. Æneid.

Funus indicere, Euocare homines per præconem ad funus. Sueton. in Cæsare, Funere indicto rogus extructus est.

Funus indicere Reipub. Cicero pro Domo sua, Video enim quosdam clarissimos viros, principes ciuitatis, aliquot locis indicasse, te cum plebe iure agere potuisse.qui etiam de me ipso,quum tua rogatione funere elatam Rempub. esse dicerent, tamen id funus,etsi miserum atque acerbum fuisset, iure indictum esse dicebant. quod de me ciue ac de Repub. bene merito tulisses, funestum tu indixisse Reipublicæ quod saluis auspiciis tulisses,iure egisse dicebant, Vbi figuratè significatur, exilium Ciceronis funestum & exitiale fuisse Reipub.

Honores indicere. Virg 3. Æneid.
Templis indicit honorem. Virg. 1 Æneid.
Ieiunia indicere. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Inimicitias indicere. Cic. de Prouinc. Consul. Etenim si iis, qui hæc omnia flamma ac ferro delere voluerunt, non inimicitias solùm, sed etiam bellum indixi atque intuli.

Indictæ inimicitiæ: cui Tacitæ opponitur. Cic. 7. Verr. Etenim tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quàm indictæ & apertæ.

Iustitium indicere. Cic. 5. Philip. Liuius lib. 10. ab Vrbe cond. His nuntiis Senatus conterritus, iustitium indici; delectum omnis generis hominum habere iussit. Id est primam iuris cessationem, inquit Budæus.

Leges indicere. Propert. lib. 4. eleg. 9.

Sibi legem innocentiæ indicere. Cic. 5. Verr. Legem enim sibi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutúmq; omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt.

Lux indicitur. Ouid. 1. Fastorum,

Ter, quater euolui signantes tempora fastos:
Nec sementina est vlla reperta dies.

Tum mihi (sensit enim) lux hæc indicitur inquit
Musa, &c. Sic idem 2. Fastorum,
Curio legitimis tunc fornacalia verbis
Maximus indicit, nec fiata sacra facit.

Indicitur mercatus. Cic. 4. Verr. Tanto mercatu Prætoris indicto, concurritur vndique ad istum Syracusas.

Mortem indicere. Tacitus lib. 15, Ergo regredi, & indicere mortem iubetur.

Mulctam indicere. Plin. lib. 18. cap. 3. Cautum quippe est, ne bouem prius quàm ouem nominaret, qui indiceret mulctam.

Nuptias indicere. Quintil. lib. 7. cap. 5, Virginis causas abdicationis, dementiæ, male tractationis, orbarum nuptias indicentium.

Odium indicere pecuniæ. Seneca de Benefic. lib. 2. cap. 17.

Spectacula indicere. Liuius 1. ab Vrbe, Indici deinde finitimis spectaculum iubet.

Supplicationem indicere. Cæsar 7. bel. Gall. Huius anni rebus cognitis, Romæ dierum viginti supplicatio indicitur.

Tributum indicere populo. Liuius 4. ab Vrbe, Postremò indicto iam tributo, edixerunt etiam, &c.

Indictus, Adiect. {ἐπιτακτὸς} Quod est solenniter promulgatum.

Dapes indictæ. Ouid. 4. Fast.

¶Indictus, Non dictus. Terent. Phorm. 5. 8,

Non. volo: volo, nolo: nolle, cedo, cape:
Quod dictum, indictum est: quod modò erat ratum, irritum est. Liuius 5. ab Vrbe. Virg. 7 Æneidos,
Nec tu carminibus nostris indictus abibis. Nomen est ex participio factum per compositionem: neque enim dicimus indico dunta-xat in hac significatione.

Indictum ore alio. Horat. 3. Carm. ode 25,

Dicam insigne, recens, adhuc
Indictum ore alio.

Indicta causa damnari dicitur, qui caussam non dixerunt, neque se defenderunt, absentésque sententiam passi sunt. Budæus. Cic. 1. de Legibus, Vt Dictator quem vellet ciuium indicta causa impune posset occidere. Idem 2. Verr. Indicta causa damnatu & electi. Liuius lib. 3, Quod si indicta causa in vincula ducatur.

Causa indicta animaduertere in aliquem. Cic. Metel. lib. 5. 2.

Indicta causa ciuem condemnari. Cic. pro Rab. perduel. reo.

Indictio, Verbale: Genus pensitationis, vt inquit Asconius Pedian. in 4. Verr. Omne genus, inquit, pensitationis in hoc capite positum est, Canonis, Oblationis, Indictionis. De hoc titulus est de indictionibus lib. 10. C. Vide CANON.

Indictiuus, penult. prod. Adiectiuum {ἐπαγγελτικὸς} Quod indictum est: vt Funus indictiuum, ad quod per præconem euocabantur, vt ait Festus.

Inidem, penul. corr. {ἀὐτὸ} Aduerbium de loco, compositum ab inde & idem, Ex eadem parte, siue ex eodem loco. Cicero pro Sexto Roscio Amer. Si per alios fecisse dicis, quæro seruósne an liberos? quos homines? Indidémne Ameria, an hosce ex vrbe sicarios? Idem 1. de Diuinat. Indidémque eadem quæ oriuntur de integro atque eodem occidunt. Ex Pacuuio.

Indifferens, penult. corr. indifferentis, om. gen. {ἀδιάφορος} Res media. Cic. 3. de Finibus, Itaque id definimus, quòd sit indifferens cum æstimatione mediocri, quod enim illi ἀδιάφορον dicût, id mihi ita occurrit vt indifferens dicerem. Seneca epist. 83, Indifferentia voco, nec bona, nec mala: vt paupertatem, &c.

Indifferens homo, Qui non discernit, neque est difficilis aut morosus in re aliqua. Sueton. in Iulio Cæsare, cap. 53, Nam circa victum Caius Oppius adeo indifferentem docet, vt quondam ab hospite conditum oleû, pro viridi appositum, aspernantibus cęteris solum etiam largius dicat appetisse.

Indifferens dolor apud Stoicos. Gell. lib. 12. cap. 15.

Indifferentia, indifferentiæ {ἀδιαφορία} Similitudo, affinitas, conuenientia. Gell. lib. 13. cap. 3, Hoc ego scripsi de vtriusque vocabuli indifferentia. Ibidem, cap. 21.

Indifferenter, Aduerbium {ἀδιαφόρως} Indiscriminatim. Paulus in l. Ne quis. D. De custod. reor. Si quos ex iis qui in ciuitatibus sunt, celeriter & sine causa solutos à magistratibus cognoueris: vinciri iubebis, & iis qui soluerint, multam dices. Nam quum scierint sibi quoque molestiæ futurum magistratum, si facilè soluerint vinctos: non indifferenter de cætero facient.

Indifferenter ferre, pro Súsque déque. Suet. in Domitiano, cap. 23, Occisum eum populus indifferenter, miles grauissimè tulit.

Indifficilis, penult. corr. pro Valde difficilis. Scæuola in l. Gallus. §. Ille casus. D. De lib. & posth. Ille casus indifficilis est, si filium habeas, & nepotem nondum natum instituas, issq; nascatur viuo patre suo,

ac mox pater decedat. Budæus. Exemplaria correctiora legunt, Ille casus in difficili est.

Indigena, indigenæ, penult. corr. om. gen. {αὐτόχθων, ἐγχώριος, ἐπιχώριος} dicitur qui non aliunde in aliquam patriam venit, sed ibi natus est, quasi inde genitus. Vide ADVENA. Liuius 1. bel. Pun. Nec maiores eorum indigenas, sed aduenas Italiæ cultores, &c. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Suspicit, indigenæ Sidonida nomine dicunt.
Deus indigena. Ouid. 6. Metam.
Fauni indigenæ. Virgilius,

Hæc nemora indigenę Fauni Nymphæque tenebant. Vbi Turnebus, Etsi hoc, inquit, de diis illorum locorû dicitur, quum tamen eos indigenas dicat, ad eorum sententiam respexit, qui autochthones, id est aborigenes & terrigenas se censebant, vt Athenienses, Argiui, Arcades, Thessali. Censorinus hoc confirmat: Denique, inquit, hoc etiam vulgo creditum est, vt plerique genealogię authores sunt, quarundam gentium, quæ ex aduentitia stirpe non sunt, principes terrigenas esse, vt in Attica, Arcadia, Thessaliáque, eósque autochthones vocitari, vt in Italia poeta cecinit Nymphas indigenásq; Faunos nemora quædam tenuisse, non difficilis rudis antiquorum credulitas recepit. Turnebus.

Populi indigenæ, Latij. Lucan. lib. 2.
Indigena vinum. Plinius libro 14. capite 6, Dixisse hospiti de indigena vino.

Indigenitalis, & hoc indigenitale, penult. prod. {αὐτοχθόνιος} Verbum obsoletum. Cicero 3 de Oratore, Vel sæpe sine coniunctione verba nouantur * vt ille sensus difertus indigenitalis, vt Baccarum hubertate incurruescere.

Indigeo, indiges, penultima correp. indigui {δεῖσθαι, δέομαι, σπανίζω} ind gére, Ex in & egeo compositum, & interposito euphoniæ causâ: idem quod Egeo significat, & nunc genitiuo, nunc ablatiuo iungitur.

Genitiuo. Plaut. Ciste. 2,

Suíque omnium rerum nos indigere.
Maximè ind gere, Vide MAGIS.
Ablatiuo. Valer. Max. lib. 7, Malo virum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem.

Adiumento aliquo indigere ad. Cic. 5. de Finibus, Animum autem reliquis rebus ita perfecit vt corpus, sensibus enim ornauit ad res percipiendas idoneis, vt nihil, aut non multum adiumento vllo ad suam confirmationem indigeret.

Indigere alicuius. Terent. Andr. 5. 3. Cic. de Amicit. Quid enim erat Africanus indigens mei?

Non tam artis quàm laboris indigent vocis & spiritus, & totius corporis, & ipsius linguæ motus & exercitationes. Cicero 1. de Oratore.

Auxilij tui indiget. Plaut. Rud. 16,
-mulieres
Duæ innocentes, intus hîc sunt, tui indigentes auxilij.

Indiget celeritatis. Cicero 6. Philipp. Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis. Hoc est celeritate opus habet.

Cohortatione te puto non indigere. Cassius Cic. lib. 12. 11.
Consilij tui indigeo. Cic. Attico, lib. 12. 25.
Consolatione aliorum indigere. Seruius Cic. lib. 4. 5.
D. fensionis indiget. Cic. pro Roscio Amer.
Exercitationis indiget. Cic 3. de Finibus.
Bona existimatione indiget mea adolescentia. Cicero pro Roscio Comœdo.

Maioris ingenij ad consolandum, & ad ferendum singularis virtutis indigent communes miseriæ. Cic. Torquato, lib. 6. 4.

Sermonis tui sum indigens. Plaut. Rud. 23.

Singularis virtutis ad ferendum, miseriæ indigent. Cicero Torq. libro 6. 4.

Vsus indiget horum. Virg. ecloga 2.

Indigeo addiscere. Gellius libro 4. capite 1, Sed hoc planè indigeo addiscere.

Indigetur, penult. prod. {ὑποπτεῖται} Impersonale, dixit Plin. lib. 30. cap. 27, Nunquam conspectis, nisi quum præsidio earum indigetur.

Indigens, penult. corr. Participium {ἐνδεὴς} vt Benignè facere indigentibus. Cic 2. Offic.

Ferre opem indigentibus. Cic. 2. de Finibus.

Indigentia, huius ind gentiæ {πενία} Egestas, penuria, & carentia. Cic. de Amicitia, Amare enim nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæsita.

Indigus, penult. correp. Adiectiuum {ἄπορος} Qui indiget re aliqua. Plin. lib. 40, Stipendiorum indiga.

Indigus ensis. Silius lib. 2,

Agmina vastabat claua, nihil indigus ensis.

Indigus opis. Virg. 2. Georgicorum,
-haud opis indiga nostræ. Lucretius lib. 1.

Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri. Id est nostri indigens.

Indiges, penultima correpta, indigetis, penultima correpta {ἥρως, θεός} Deus ex homine factus. Quo nomine dictus est Æneas, quum pugnans cum Mezentio nusquam apparuisset, inquit Festus. Alij indigetes dicunt esse deos tutelares, quorum nomina vulgari non licet. Liuius 8. ab Vrbe, Lares dui Nouensiles, dij indigetes, dui, quorum est potestas nostrorum hostiúmque, &c. Virgilius 12. Æneidos,

Indigetem Æneam scis ipsa, &c. Idem 1. Georgicorum,
D j patrij indigetes. Vbi Seruius, Patrij dij, inquit, sunt qui præsunt singulis ciuitatib': vt Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Indigetes autê, propriè sunt dij ex hominibus facti, quasi in dus agentes. Abusiuè autem omnes dij generaliter possunt dici Indigetes, tanquam nullius rei egentes. Hactenus ille. Vide Macrobium lib. 1. de Somnio Scipionis, cap 9.

Indigestus,

Indigestus, Adiectiuum {ἀδιάτακτος} Digesto & ordinato contrarium. Plin. lib. 13. cap. 15, Materia surda, & indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta. Hoc est, lignum nullis venis distinctum & variegatum.

Moles rudis indigestáque. Ouid. 1. Metam.
Indigestum est & crudû quod egeritur. Macrob. lib. 7. Saturn. c. 7, de menstruis mulierum loquens. Indigestum, id est non coctum.

Indigestè, Aduerbium {ἀδιατάκτως} Inordinatè & incompositè. Gell. lib. 20. cap. 11, Quas breuiter, & indigestè, & inconditè, annotationibus, tractationibus, lectionibúsque variis feceramus.

Indigito, indigitas, penult. corr. {ὀνομάζω} indigitâre, Quasi indicitare, & veluti digito ostendere: ab indico, vel à digitis deductum. Et significat voco, nomino, & quasi per nomen ostendo. Macrobius Saturnal. 1. cap. 17, Nanque virgines Vestales ita Apollinem indigitant, Apollo medice, Apollo pæan. Idem, Nam ita ab incolis indigitantur.

Indigitamenta, indigitamentorum, Libri pontificales, qui & nomina deorum, & rationes ipsorum nominum continent. Festus, Indigitamenta, incantamenta, vel indicia.

Indignor, indignaris {ἀγανακτῶ, δυσχεραίνω, δυσκολαίνω} indignári, Irasci. Cic. 1. de Inuent. Duodecimus locus est, per quem indignamur, quòd nobis hoc primis acciderit. Ouid. 9. Metamorphoseos,

Venerat huc Dryope sacrorum nescia: quóque
Indignêre magis, Nymphis latura coronas.
Indignamur siquis nostrum interrit. Seruius Cic. lib. 4. 5.
Indignari de tabulis. Cicero pro Quinto Rosc. Quidam legunt indagare.

Indignor, cum accusatiuo. Quintil. lib. 1. cap. 3, Quidam imperia indignantur: quosdam continer metus.

Pontem indignatus Araxes. Virg. 8. Æneid. ad finem.
Preces indignari. Stat. 2. Sylu. 1.
Indignor, cum infinitiuo. Lucanus lib. 8,
-atque indignatus apertum,
Fortunæ præbere caput.

Indignans, Participium {ἀγανακτῶν} vt Freta indignantia. Ouidius 11. Metamorph.

Corda indignantia longam Pacem. Stat. 3. Thebaid.
Fortuna indignans. Stat. 2. Sylu. 2.
Ore indignanti fœna recusarat. Ouid. 3. Fast.
Venti indignantes. Virg. 1. Æneid.
Verba indignantia. Ouid. 6. Metam.

Indignans, Nomen, Qui facilè indignatur. Colum. lib. 8. cap. 17, Quum sit mollissimum genus, & feruituris indignantissimum. de Mulis. Id est, impatientissimum.

Indignatus, penult. prod. {ἠγανακτικὸς} Aliud participium: vt Procellæ indignatæ. Stat. 3. Sylu. 2.

Æquor indignatum magnis stridoribus. Virg. 2. Georg.

Indignatio, indignationis {ἀγανάκτησις} Ira. Iuuen. sat. 1, Si natura negat, facit indignatio versum. Cic. 1. de Inuent. Indignatio est oratio per quam conficitur vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur. Plin. lib. 7. cap. 44, Nescio morum glorię, an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam celeratam Catinii audaciam semper fuisse inultam.

Liberrima indignatio. Horat. Epod. 4.

¶Adducere ad indignationem, Vide ADDVCO.

Conuertere in se indignationem alicuius. Plin. lib. 9. cap. 30, Conuertit in se custodum indignationem assiduitate furti immodici.

Erumpit indignatio. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Erumpens animo ac pectore indignatio. Patercul. lib. 2.
Mouere indignationem. Vide MOVEO.

Indignabundus, Indignans {ἀγρολοιπὸς} Liuius 8. bel. Maced. Quum illa muliebriter indignabûda nihil de communi filia secum consultatum adiecisset.

Indignus, Adiectiuum {ἀνάξιος, ἀπάξιος} Non dignus. Horatius 2. Serm. sat. 2,

Cur eget indignus quisquam te diuite?
Indignos & immerentes exanimat. Lucret. lib. 2.
Percûnt indignos claro plangore lacertos. Ouid. 4. Metam.
Indignissimus, Omnium maximè indignus. Liu. 4. ab Vrbe, Itaque sicut priore anno per indignissimos ex plebeis candidatos, omnium etiam dignorum cædium fecerant.

Indignissimus tanto nato Stat. 11. Thebaid.
Indignus qui hoc committas. Terent. Eunucho, 5. 2,
-si ego digna hac contumelia
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Cicero 6. Verrina, Hic verò tantum dolore afficior, vt nihil mihi indignius ferendum videatur.

¶Amore indigno deceptus. Virg. eclog. 8.
Calamitates hominum indignorum sublenare. Cic. 4. Tusc.
Indigna homine dubitatio. Cicero de Amicitia. Terentius Adelph. 3. 3,

Hæccine flagitia facere te hæc te admittere
Indigna genere nostro? Cic. 1. de Finibus, Tamen eiusmodi esse iudico, vt nihil homine videatur indignius.

Indignum facinus. Terent. Andr. 1. 1,
Venit Chremes postridie ad me, clamitans
Indignum facinus, comperisse Pamphilum
Pro vxore habere hanc peregrinam. Hoc est, abhorrendum, & quod minimè fieri debuit.

Indignum illi facis: Hoc est quod ipse non commeruit. Plautus Mostel. 10.

Indignum se agere aliquid. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Ferre indigna. Silius lib. 11.

¶Indignum, Crudele, fœdum, impium, inquit Donatus. Terentius Eunucho, 5. 5,

Quæ futura esse exempla dicût in eum indigna. Virg. 2. Æneidos,
-quæ causa indigna serenos
Fœdauit vultus?

¶Indignum, per parenthesin, loco interiectionis. Ouidius 5. Metamorphoseos,

Isset, & (indignum) scelerato profuit ara.

¶Forma indigna est perire situ. Ouid. 2. Amor. eleg. 3.
Hyemes indignæ. Virg. 2. Georg.
Manibus indignis pulsata. Propert. lib 1. eleg. 15.
Indignum in modum. Liuius 9. bel. Pun. In legatum imperum lictoribus prius indignum in modum multatis faciunt.
Morte indigna peremptus. Virg. 6. Æneid.
Necem indignam pati. Ouid. 10. Metam.
Indignas turres dixit Ennius, pro magnis.

Indignè, Aduerb. {ἀναξίως} Inhonestè atque impiè. Plaut. Ciste. 7,
-non enim hic, vbi ex Tusco modo
Tute tibi indignè dotem quæras corpore. Vatinius ad Cic. lib. 5. 10, Indignéque mi Cicero, oppidum captum, & iam bellum confectum relinquere sum coactus. Terent. Adelph. 3. 2,

Cui miseræ indignè per vim vitium obtulerat. Id est, impiè & crudeliter, vt ait Donatus. Ibidem, 1. 2,
-eripuit mulierem
Quam amabat: clamant omnes indignissimè

Factum esse.

Eget nunc indignè, quondam fœlix. Cic. Antequàm iret in exil.
Eripere indignissimè vniuersæ ciuitati aliquem. Cic. pro Cælio.
Ferre indignè aliquid. Cic. 6. Verr. Hîc verò tâtum dolore afficior, vt nihil mihi indignius ferendum videatur.

Necari indignissimè. Cic. 7. Verr.

Indignè pati aliquid, pro Molestè ferre. Cicero 7. Verr. Huc Tertia illa perducta per dolum atque insidias ab Rhodio tibicine, maximas in istius castris effecisse turbas dicitur, quum indignè pateretur vxor Cleomenis Syracusani, nobilis mulier, itémque Æschrionis honesto loco nata, in conuentum suum mimi Isidori filiam venisse.

Indignitas, penult. corr. huius indignitatis {ἀναξία} Indecentia. Liuius 2. ab Vrbe, Egóne has indignitates diutius patiar, quàm necesse est Cicero pro Murena, Neque tamen satis fleuerê pro rei indignitate decreuit.

Indignitas calamitatis. Cicero 7. Verrina. Et 3. Verrina, Indignitas iniuriæ.

Calumniæ indignitas. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Exponere rei indignitatem. Cic. Anteq. iret in exilium.
Indignitatem ac molestiam adeundi atque conueniendi alicuius perferre. Cic. Ligario, lib. 6. 14.

Atrocitatem, aut indignitatem, aut omnino culpam facti alicuius augere. Cic. 2. de Inuent.

¶Indignitas etiam hominis, pro dedecore vel abiectione dicitur. Cic. in Pisonem, Fruar hac tua indignitate.

¶Indignitas, pro Infamia & obscuritate nominis. Cic. in Vatinij, Habeat hoc præmium tua indignitas, vt adolescentiæ turpitudo obscuritate & sordibus tuis obtegatur. Budæus.

Indigus, Vide INDIGEO.

Indiligens, penult. corr. om. gen. {ἀμελὴς} contrarium est Diligenti. Plaut. Mostel. 3,

Atque vbi illò immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia. Idem Bacchid. 4,

Vide quæso nequis tractet illam indiligens.
Nimium indiligens, Vide post NIMIS.
Indiligens, cum genitiuo. Gellius lib. 15. cap. 28. Corn. Nepos, & rerum memoriæ non indiligens, & M. Ciceronis.
Indiligentior. Plin. lib. 13. cap. 12, Deprehenditur etiam odore quum fuerit indiligentior.
Indiligens hortus, Negligenter curatus. Plinius libro 19. capite 4, Sic statim faciebant iudicium, nequam esse in domo matremfamiliâs (etenim hæc cura fœminæ dicebatur) vbi indiligens esset hortus.

Indiligentia, huius indiligentiæ {ἀμέλεια} Negligentia. Plaut. Persa, 16. Cicero ad Q. fratrem, lib. 1. 2, Ac si omnium mecum præcepta literarum repetes, intelliges esse nihil à me, nisi orationis acerbitatem & iracundiam, etsi fortè rarò literarum missarum indiligentiam, reprehensam.

Per indiligentiam neglecta prædia. Plin. lib. 14. cap. 4.
Veri indiligentia. Tacitus lib. 20, Gaudio, clamoribúsque cuncta miscebant, indiligentia veri, & adulandi libidine. Id est quòd forent indiligentes in perscrutanda veritate rei.
Damnatus indiligentiæ, Vde DAMNO.

Indiligenter, Aduerb. {ἀμελῶς} Negligenter. Terent. Phorm. 5. 5,
-quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur. Cicero ad Atticum, libro 16. 333, De Xenone coràm cognoscam: quanquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter factum.

Indipiscor, indipiscis, vel Indipiscor, indipisceris, pen. corr. {κτάομαι, τυγχάνω} indipisci, deponens, Assequi, adipisci, inquit Festus. Plaut. Asin. 7,

Nam si huic occasioni tempus se subduxerit,
Nunquam pol indipiscet quadrigis albis posthea. Idem Stich. 9,
-senex
Quidem voluit, si posset indipisci de cibo. Idem Aulul. 16.

Indipisci dolorem in cogitando. hoc est, Cogitationibus nimiis in dolorem incidere. Plaut. Trinum. 5,

Multas res simul in meo corde verso, multum in cogitando
Dolorem indipiscor, egomet me concoquo & macero & defatigo.

¶Indipisci pugnam, Pugnare, Inire prælium. Gell. lib. 1. cap. 11, Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, nô fidicularum, tibiarúmque concentu, verùm conspiratu tacito nitibundos.

Indipisci animo, Memoria comprehendere. Gell. lib. 17. cap. 2.

Indeptus, Participium {πεπαίμενος.} Liuius 6. bel. Pun. Nec dirimi ab se hostem paterentur, quam quis indeptus nauem erat, ferrea iniecta manu. Lucret. lib. 3.
Quod simul atque hominem lethi secura quies est
Indepta atque animi natura, animæque recessit. &c.
Indepto, indeptas {περιεκτάμενη} indeptare, Frequentatiuum. Varro, Nec partem aliquam indeptauit hæreditatis.
Indirectus, Adiect. {ἀδιάπαυτος} Incompositus & inornatus. Quintil. lib. 5. cap. 13. Indirecta ferè, atque vt sic dicam, clamosa est actio.
Indiscretus, penult. prod. Adiectiuum {ἀδιάκριτος} Ex in, & discretus participio à discerno, compositum: Discreto, contrarium significat, hoc est maximè coniunctum. Plin. lib. 9. cap. 35, Intantum, vt nulli duo reperiantur indiscreti vnde nomen vnionum Romanæ scilicet imposuere deliciæ.
Indiscreta lux: Hoc est minimè discreta, & inseparata. Plinius libro 7. cap. 60, Tunc Scipio Nasica Collega Lænatis, primus aqua diuisit horas æquè noctium ac dierum, idque horologium sub tecto dicauit anno vrbis D. X C V. tandiu Pop. Rom. indiscreta lux fuit.
Arma indiscreta maniplis. Silius lib. 8.
Indiscretus cibus. Plin. lib. 11. cap. 53.
Indiscreta agricultura. Varro 3. de Re rust. cap. 1.
Indiscretæ effigies. Plin. lib. 7. cap. 1.
Indiscretæ similitudinis imagines. Plinius lib. 35. cap. 10. Imagines adeo similitudinis indiscretæ pinxit, vt, &c. Hoc est adeo non differentis.
Indiscreta propè specie similes. Plin. lib. 7. cap. 12.
Indiscriminatim, penult. prod. {ἀδιακρίτως} Aduerbium, ex in & discrimen compositum, Indifferenter significat, & sine discrimine. Varro de Lingua Latina, lib 18, Quibus nos in hoc libro, perinde vt nihil interfit, vtemur indiscriminatim.
Indisertus, Adiectiuum {ἄλαλος} Diserto contrarium. Cic. de Claris Orat. Et T. Annium Luscum huius Q. filij collegam non indisertum dicunt fuisse. Idem 3. de Finibus, Vt interpretes indiserti solent.
Idem 3. de Orat. Malim equidem indisertam prudentiam, quàm stultiram loquacem.
Indisertè, Aduerbium, Sine aliqua eloquentia. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 5, Orationem meam collaudauit satis multis verbis, non me hercule indisertè. Seuerus Antistius.
Indispensatus. penult. prod. Silius libro 16,
Indispensato lassantem corpora nisu. Id est immoderato.
Indispositè, Aduerbium, pro Inordinatè. Seneca epist. 125, Mutæ animalia perturbatè & indispositè mouentur.
Indissociabilis, penult. corr. Adiectiuum. Lactant. De opific. Dei, lib 10, Indissociabilem prætenderent vnitatem.
Indissolubilis, & hoc ind. soluibile, penult. corr. {ἄλυτος} Quod dissolui, siue rumpi non potest. Cic. de Vniuers. Sed quoniam orti estis immortales, vos quidem esse ind. soluibiles non potestis. Plinius libro 11. capite 24, Araneus maculas ex angusto dilatans indissolubili nodo implicat.
Indissolutus, penult. prod. Adiectiuum {ἀδιάλυτος} Non dissolutus, colligatus. Cic. de Vniuersis. Hæc sunt indissoluta me inuito: quanquam omne colligatum solui potest.
Indistinctus, Adiectiuum {ἀδιάκριτος} Confusus. Quintil. lib. 8. cap. 2, Neque inordinata, neque indistincta. Gell. lib. 13. cap. 29, Indistincta nanque sient & confusa.
Corollis indistinctis plexi flores. Catul. Argonaut. 59.
Indistinctè, Aduerbium {ἀδιακρίτως.} Gell. lib. 20. cap. vlt. Indistinctè atque promiscuè adnotabam.
Indistrictus, Adiectiuum {ἀδιάστρεπτος} Non districtus. Ouidius 2. Metamorphoseos,
-tamen indistrictus abibo. Id est inuulneratus, illæsus.
Inditus, Vide INDO.
Indtuiduus, Adiectiuum {ἄτομος} Quod diuidi non potest. Cic. 4. Acad. Cur enim, inquies, quum ex illis indiuiduis vnde omnia Democritus gigni affirmat. &c. Idem 1. de Finibus, Ille atomos quas appellat, id est corpora indiuidua.
Mors indiuidua. Seneca Troade, 5.
Indiuiduitas, penult corr. Tertullianus aduersus Praxeam.
Indiuiſus, penultima producta, Adiectiuum {ἀδίαιρετος} Quod non est diuisum.
Indiuisæ vngulæ, Quæ fissæ non sunt. Varro 2. de Re rust. cap. 7. 2. Plin. lib. 11. cap. 45.
Honos indiuisus. Silius lib. 8.
Indo, indis, indidi, penult. corr. inditum {ἐπίθημι} Indere: Ex in & do compositum, quasi Intus dare & imponere. Plaut. Casin. 5,
-di me & te infœlicitent, si ego in os meum
Vini guttam indidi. Idem Milite. 8, Inde ignem in aram.
Indere catenas captiuis. Plaut. Capt. 4. Idem Menæch. 3. 3,
-qui catenis vinciunt,
Et qui fugitiuis seruis indunt compedes.
Indere cicatrices in scapulas alicuius. Plaut. Asin. 11,
Qui sæpe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt.
Indere fenestras domui ventus dicitur. Plaut. Rud.
Indere aliquid in aurum, argentũ, aut æs publicum, quo id peius fiat: Id est immittere, immiscere. Vlp. in l. 1. D. Ad legem Iul. pecul.
Indere limina ferrea. Plaut. Persa, 16.
Indere nomen alicui. Plaut. Rud. 22. Idem Merc. 9,
Quod nomen tibi dicam esse? P. Pasicompsæ.
Quod nomen tibi dicam esse? p. Pasicompsæ.
Indere nomen inditum est. Liuius 9. bel. Pun. Inde Salinatori Liuio inditum cognomen. Liuius 1. ab Vrbe, Ab inopia Egerio inditum nomen.
Nouos ritus, contrariósq; ceteris mortalibus indidit. Tacit. lib. 21.
Indere titulos. Gell. lib. 20. cap. 11. Titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt.
Inditus, penult. corr. Participium {ἐπιτεθειμένος} vt Castella rupibus indita. Tacit. lib. 4.

Lecticæ inditus. Tacit. lib. 3. Igitur inditus lecticæ, & à Tribuno Prætoriæ cohortis deductus est.
Vincla indita. Tacit. lib. 11. Vinclisque inditis in vrbem raptus, neque data Senatus copia intra cubiculum auditur.
Indoctus, Adiectiuum {ἀπαίδευτος, ἀμαθὴς} Docto contrarium. Plautus Trinum. 10,
-indoctus quàm docte facis.
Non admodum indoctus. Cic. 1. de Finibus.
Nimium indoctus, Vide NIMIS.
Indoctus, imperitúsque, Vide IMPERITVS.
Rabula, indoctus, inurbanus, rusticus. Cic. de Claris Orat.
Indoctum & agreste genus hominum, cui opponitur Expolitum. Cic. in Partit.
Leuissimum & indoctissimum genus. Cic. 2. de Diuinat.
Manus indoctæ, ac rusticæ. Quintil. lib. 1. cap. 11, Vt recta sunt brachia, ne indoctæ, rusticæve manus.
Indocti mores. Plaut. Bacchid. 22, -ego
Longè anteeo stultitia, & moribus indoctis.
Rudis & indocta oratio. Cic. 3 de Orat.
Canere indoctum. Horat. 2. epist. 2.
Vulgus indoctum. Ouid. 5. Metam.
Indoctè, Aduerbium {ἀπαιδεύτως.} Cic. 2. de Nat. deor. Quæ qui videat, non indoctè solùm, verumetiam impiè faciat, si deos esse negat.
Indocilis, & hoc indocile, penult. correp. {ἀδίδακτος} Quod doceri non potest. Seruius, Indocile est, quod penitus non potest discere. Plin. lib. 10. cap. 45, E volucribus, hirundines sunt indociles. Sic Cicero 4. Academ.
Indocilis & tardus. Cic. 1. de Natura deorum. Dictum est omnino de hac re alio loco diligentius: sed quia nimis indociles quidam tardíque sunt, admonendi videntur sæpius.
Indocilis Achilles, Vide ACHILLES.
Animi indociles. Ouid. 3. Fast.
Indocile, pro Indocto. Virg. 8. Æneidos,
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit, legésque dedit.
Indocilis cæli agricola. Plin. lib. 18. cap. 25.
Indociles arbores nasci. Plin. in Procem. lib. 14, Externæ arbores indociléſque nasci alibi quàm vbi cœpere.
¶ Indocilis, pro Naturali, quod arte caret. Ouid. 3. Trist. eleg. 12,
Indocilisque loquax gutture vernat auis. Ibidem, lib. 4. eleg. 1.
Indociles vias currit lympha. Id est quas nemo illi monstrauit.
Indoleo, indoles, penul. corr. indolui {κατανύσσομαι} indolère, siue Indoleſco, indoleſcis, indoléſcere. Cic. 2. Philipp. Quis qui non indoluerit, tam serò se, quem hominem secutus esset, cognoscere?
Indoluit facto. Ouid. 4. Metam.
Malis alicuius indoluisse. Ouid. 2. Trist.
Indoleo, genitiuo iunctum. Ouid. 2. Metamorphoseos,
-successorúmque Mineruæ Indoluit
Indolentia, indolentiæ {ἀλγηδών} Quum sine dolore sumus. Cic. 2. Officiorum, Vt qui rem expectandam, vel voluptate, vel indolentia metiuntur. Idem 2. de Finib. Voluptatis nomine nonnunquam vtitur pro indolentia. Sæpius tamen vacuitatem doloris vocat quàm indolentiam. Budæus.
Indoloria, indoloriæ, Idem. Sidonius Apollin. Lecturus es hîc nouum verbum, id est essentiam: necnon indoloriam nominauit, addens: licet enim nouis rebus noua nomina imponere: & rectè dixit, &c. Hæc Sidonius de Cicerone loquens, in cuius tamen libris indolentiam non indoloriam reperimus.
Indoles, indolis, penult. corr. fœm. gen. {φυή, φύσις} ab Inoleſco fit per interpositionem d. In pueris quidem atque adoleſcentibus est significatio quædam futuræ probitatis. Cic. ad Brutum, 3. 1, Cæsaris verò pueri mirifica indoles virtutis.
Bona spes, & indoles magna in adoleſcentibus. Cicero 2. de Finibus. Idem Lentulo, libro 1. 7, Lentulum eximia spe, summæ virtutis adoleſcentem.
Virtutis indoles. Cic. libro 3. Offic. Itaque his omnes in quibus est virtutis indoles, commouentur.
Ad virtutem indoles. Cicero in Orat. Præterea ad virtutem maior indoles.
Indoles, in viris est signum præsentis virtutis. Cic. 5. Verr. Fac enim fuisse in isto C. Lælij, M. Catonis materiem atque indolem.
Specimen indolis dare. Plin. epist. 7. lib. 2. Idem epist. 11. lib. 3. Idq; primum nonnullius indolis dedi specimen.
Lætæ indolis adoleſcens. Gellius libro 19. capite 9. Adoleſcens è terra Asia, de Equestri loco, lætæ indolis, moribúsque & fortunis bene ornatus.
Felix indoles. Seneca Troade, 6.
Læta indoles. Quintulianus libro 2. capite 4, Melior autem est indoles læta.
Magnæ indolis exordia. Stat. 1. Achil.
Nutrita indoles sub fastis penetralibus. Horat. 4. Carm. ode 4.
Necas rectam indolem. Seneca Hippol. 4.
Indoles industriæ est in eo. Plaut. Trinum. 6,
Qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industriæ.
Indolem ingenij nostri noui. Plaut. Milite, 12,
Si non nos materiarius remoratur, quod quidem opus est,
Noui indolem nostri ingenij, citò erit parata nauis.
¶ Indoles, Incrementum, industria. Festus.
¶ Indoles, Præstantia, seu generositas quædam virtutis atque animi. Liuius 1. ab Vrbe, Tantúmper tutela muliebri (tanta indoles in Lauinia erat) res Latina, & regnum autum paternúmque puero stetit. Lucanus lib. 5,
Indole si dignum Latia, &c.
¶ Indoles, in malum. Liuius 1. bel. Pun. de Annibale, Cum hac indole virtutum ac vitiorum sub Asdrubale meruit. Hoc est natura propensa ad bonum & malum.

Segnis

Segnis indoles. Tacit. lib. 12.
¶ Indolem frugum & seminum conseruare. Liuius. Sicut in frugibus, pecudibúsque non tantum semina ad seruandam indolem valent. &c.
Indomitus, pen. corr. Adiectiuum {ἀδάμαστος, ἀμαιμάκητος} Quod domari non potest, & mitescere. Plaut. Bacchid. 14,
Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato:
Sine modo & modestia sum. Varro 1. de Re rust. cap. 5, Indomiti boues. Et Indomitus iuuencus, Colum. lib. 6. cap. 2.
Equus indomitus. Horat. 2. Serm. satyr. 2.
¶ Indomitus Achilles, Vide ACHILLES.
Bellum indomitum. Seneca Agamemn. 7.
Indomitæ & effrænatæ cupiditates. Cic. 3. Verr.
Greges indomiti. Tibul. lib. 2. eleg. 4.
Igne indomito carpitur. Ouid. 10. Metam.
Ferocia & indomita ingenia Gallorum. Liu. 1. bel. Pun.
Indomita & effrænata libido. Cic. pro Cluentio.
Licentia indomita. Horat. 3. Carm. ode 24.
Mare indomitum. Tibul. lib. 2. eleg. 3.
Indomiti oculi, Effrænati & leues. Plaut. Bacchid. 20,
Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui:
Perfuasum est facere, cuius nunc me facti pudet.
Rabies indomita. Horat. Epod. 12.
Vires indomitæ. Virgil. 5. Æneid.
Vndæ indomitæ. Horat. 4. Carm. ode 14.
¶ Indomitus, Magnus. Virgil. 2. Æneidos,
Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? Seruius.
Indomabilis, & hoc indomabile, pen. corr. Idem quod Indomitus {ἀδάμαστος.} Plaut. Casin. 19,
Ædepol, næ tu si esses equus, esses indomabilis.
Indormio, indormis, indormiui, indormitum, pen. prod. {ὑπνῶ μᾶλλον, ὑπνωμώδης} indormire, Idem quod dormire, significat præ nimio studio & cura in re aliqua: aut è contrario, negligentius aliquid agere, quasi quis dormiat quum illud agit.
Cubilibus vnctis indormit. Horat. Epod. 5.
Congestis vndique saccis Indormis. Horat. 2. Serm. satyr. 1.
Indormire desidiæ. Plin. Iunior lib. 1 epist. 2, ad Arrianum.
¶ Indormire, pro Cessare & tardum esse. Cicero ad Q. fratrem, libro 2. 16, Sic ego quoniam in isto homine colendo tam indormiui diu, &c.
Indormire causæ, Remissius & segnius tractare negotium. Cic. 2. Philipp. Edormi crapulam inquam, & exhala: an faces admouendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem?
Indotatus, indotata, indotatum, pen. prod. {ἀπροίκιστος} Dotato contrarium. Terent. Adel. 3. 2, Primùm indotata est. Idem Phorm. 5. 8,
-vos me indotatis modò
Patrocinari fortasse acbitramini.
Corpora indotata, Id est nullis sepulturæ honoribus affecta. Ouid. 7. Metamorphoseos,
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos.
Indotatâ artem dore verborũ locupletare & ornare. Cic. 1. de Orat. Cuius artem quum & indotatam esse atque incomitatam & incompram videres, verborum candore locupletasti & ornasti.
Indu & Endo, præpositiones antiquæ, quæ valent In: vt Induperator, indupeditus, indu statu, indu mari apud Lucretium, pro Imperator, impeditus, in statu, in mari. Et testamentum endo procinctu, & endoitium, pro in procinctu, & initium, de quibus lege Festum. Sic & apud Lucilium,
Quàm lepidè lexes compostæ, vt tesserulæ omnes
Indu pauimento, atque emblemmate vermiculato. Sic enim legendus ac scribendus secundus versus, vt monuit Lambinus, non vt vulgò, Arte pauimento, &c.
Indubito, indubitas, pen. corr. indubitaui {ἀνθιστάζω} indubitâre. Stat. 3. Sylu. 5, -sed ingratus qui plura adnecto, tuísque
Moribus indubito.
Indubitatus, pen. prod. Adiectiuum {αἰνδιάσαστος, ἀναμφισβήτητος} Certus: & de quo dubitari non potest. Quintil. lib. 9. cap. 4. In iis verò quæ indubitata sunt, breuior.
Indubitata spes. Plin. lib. 31. cap. 3.
¶ Indubitatior, Comparatiuum. Vlpian. l. vnic. D. Ne quid in flum. publ. &c. Semper certior est naturalis fluminum cursus æstate, quàm hyeme. nec ad instantem æstatem. sed ad priorem hoc interdictum refertur: quia illius æstatis fluxus indubitatior est.
Indubitabilis, & hoc indubitabile, penult. corr. {ἀναμφίλογος, ἀναμφισβήτητος} Idem. Quintil. libro 4. capite 1, In genere causæ indubitabili, &c.
Indubitatè, Aduerbium. Vlp. in l. quòd si nolit. §. si ancilla. D. de Ædil. edict. Sed si fortè vsus fructus proprietati accreuit, indubitatè hoc quoque restituetur ei.
Indubitanter, Aduerbium {ἀναντιῤῥήτως} Certò. Plin. lib. 18. cap. 11, Quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit. Vlpianus in l. 2 §. si consultò. D. de bonor. possess. secund. tabul. Si consultò sit inductum nomen hæredis: indubitanter probatur bonorum possessionem expetere eum non posse. Idem in l. quia autem. §. non simpliciter. D. siquis omissa causa testamenti, &c. Certè si vacantia bona quis possederit, & quadriennium præterierit; indubitanter conueniri poterit ex hac parte edicti.
Inducíæ, induciarum {σπονδή, εἰρήνη, ἀνοχή} Cessatio belli in aliquot dies. Cic. 1. Offic. Vt ille qui quum centum x x x. dierum essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quòd dierum essent pactæ, non noctium induciæ. Liu. 4. ab Vrbe, Inducias annorum octo impetrauerunt. Idem lib. 1, Valuíque apud Veientes pacta cum Romulo inducíarum fides. Gell. lib. 1. cap. 25, Inducias sic dictas arbitrantur, quasi inde vti iam. Id est, quòd post eas ita fit licitum bellare, vti iam priusquam indictæ forent. Quod etymon si ve-

rum est, per t scribendum est Indutiæ, Alij tamen per c scribunt: censéntque sic dictas, quòd sint inter duces indictæ belli feriæ. Aurelius autem Opilius in primo librorum quos Musæum inscripsit, Induciæ, inquit, dicuntur, quum hostes inter sese vtrinque vtroque alteri ad alteros impunè & sine pugna ineunt. Inde ab eo, inquit, nomen esse factum videtur, quasi initus, atque introitus.
Induciæ litium. Plaut. Amphit. 4. Terent. Eunuch. 1. 1,
In amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ,
Suspiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rursum. Hæc eadem citantur à Cicerone lib. 4. Tusculanarum.
Agitare inducias. Salluſt. in Iugurtha, Deditionis mora induciæ agitabantur.
Exire inducias, Est inducias finiri atque atque terminari. Liu. 1. ab Vrbe, Iam induciæ exierant. Ibidem, lib. 8, Tempus inducíarum cum Veienti populo exierat.
Facere inducias. Cic. Attico, lib. 15, Inducias quas scribis, non intelligo fieri posse.
Inire inducias. Plin. in Panegyr. Ac ne inducias quidem nisi æquis conditionibus inibant.
Manent inducíæ, Vide MANEO.
Pactæ inducíæ, Vide Pactus in PACISCOR.
Pangere inducias, Vide PANGO.
Induco, inducis, induxi, pen. prod. inductum {ἐπάγω, εἰσάγω, εἰσπράττω, εἰσάγω} indúcere, Introducere. Plaut. Trucul. 10,
Quis homo est qui inducit pompam tantam? Plin. de Viris illustr. Aquam Anienem in vrbem induxit. Plaut. Milit. 5, -tace
Dum in regionem æstutiarum mearum te induco.
Inducere in prælium cohortes. Liu. 4. bel. Maced.
Inducere in pugnam equites. Liu. 10. bel. Pun.
Inducere exercitum in hostes. Liu. 3. bel. Maced. Id quoque inter scriptores ambigitur, vtrum in Bojos prius, an Insubres Cósul exercitum induxerit: aduersámque prosperá pugna obliteraucrit.
Inducere exercitum in agrum. Liu. 8. ab Vrbe.
Inducere legiones in aciem, Vide ACIES.
Messorem inducere aruis. Virgil. 1. Georg.
Inducere munus, &c. Id est ornare, metaphora sumpta à parietibus, qui noua inductione exornantur.
Inducere oues & armenta in rura. Varro libro 1. de Re rustica, capite 2.
¶ Inducere parietes, pro Incrustatione ornare. Seneca epist. 116, Miramur parietes tenui marmore inductos, quum sciamus qualeſi quod absconditur.
¶ Inducere scuta pellibus, pro Operire & munire. Cæsar lib. 2. belli Gall. Scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quæ subitò (vt temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerunt.
¶ In amorem inducere aliquem. Catul. ad Alphenum, epig. 28.
Inducere se in captiones. Cic. 2. de Diuinat. Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis?
In errorem. Cic. de Claris Orat. Ita laudati quosdam oratores, vt imperitos posses in errorem inducere. Idem in Pisonem, Cur non hunc audistis tam doctum hominem, tam eruditum, prius quàm in istum errorem inducerem ini?
In iter. Quintil. in Procem. lib. 8, Iidem primo solum iter credant esse in quod inducentur.
Aliquem in memoriam rei alicuius. Plaut. Persa, 16,
-non vides nolle eam loqui,
Ne suarum se miseriarum in memoriam inducas?
In rationem pecuniam aliquam. Cic. 3. Verr. Tutores pecuniam Prætori si pupillæ omnia dedissent, grandem præsertim, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum sine periculo suo dare possent, non videbunt.
Regem in regnum. Plin. epist. 7. lib. 2, Regem vi & armis induxit in regnum.
In spem. Cicero 2. Officiorum, Quæ te malùm, inquit, ratio in istam spem induxit, vt eos tibi fideles putares, quos pecunia corrupisses?
Spes inducta rapinæ. Ouid. de Nuce.
In viam. Varro 3. de Re rust. cap. 2, Sed oro te, inquit, me induce in viam disciplinæ pastionis, &c.
¶ Inducere aliquem, Decipere. Labeo in l. si de dote. D. de iure dotium, Quid enim si socer specie futuræ dotis induxerit generum: & quum scitet se præstare dotem non posse, id egerit, vt genero insidiaretur.
¶ Inducere aliquid, Introducere. Cic. 2. de Diuinat. Qua ergo ratione hæc inducis, eadem illa possunt esse quæ tollis.
Ambitionem inducere in curiam, Inuehere & adducere. Cicero 11. Philip.
Morem. Plin. epist. 14. lib. 2, Primus hunc audiendi morem induxit Larcinus Licinius.
Nouos mores induxit Erinnys. Stat. 2. Thebaid.
Seditionem in ciuitatem, Inferre & concitare. Cic. 1. Offic. Qui autem parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam.
Inducere nomen fictæ religionis. Cic. ad Lent. lib. 1. 4, Hæc tamen opinio est Pop. Rom. à tuis atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis: non tam vt, &c.
¶ Inducere aliquem loquentem, quod & Introducere dicitur. Cic. 3. Offic. Hinc ille Gyges inducitur à Platone.
¶ Inducere calceum alicui. Plin. lib. 2. cap. 7. Sueton. in Augusto, cap. 9, Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero inducerentur: vt dirum. Subaudi obseruabat.
¶ Inducere colorem alicui picturæ, quod barbari *Dare colorem* dicunt. Plinius libro 35. capite 10, Huic picturæ quater colorem induxit, subsidio iniuriæ & vetustatis, vt decedente superiore, inferior succederet.

Inducere exordium. Cic. de Vniuersit. Sic animus à medio profectus extremitatem cæli à suprema regione rotũdo habitu circunieçit, seséque ipse versans diuinius, sempiternæ, sapientíssque vitæ induxit exordium.
Formam aliquam inducere membris. Ouid. 7. Metam.
Inducere cuti nitorem, Adferre. Plin. lib. 24. cap. 8, Humor in folliculis arboris huius nascens, cuti nitorem inducit, faciémque gratiorem præstat. De vlmo.
Crepuscula inducunt noctem. Ouid. 5. Fast.
Nubes inducere terris. Ouid. 2. Metam.
Senectus inducit rugas. Tibul. lib. 2. eleg. 2.
Tenebras inducere terris. Ouid. 2. Metam.
¶Inducere, Persuadere, illicere, adducere, impellere. Cic. 2. Philip. Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, elusus, inductus. Idem pro Rosc. Comœdo, Quem ego vt mentiatur, inducere possum: vt peieret exorare facilè potero.
Induxerit eum L. Saturnini familiaritas vt amicitiam patriæ præponeret, idcircóne, &c. Cic. pro Rabirio.
Inducebar orationibus tuis. Cic. 2. de Legib.
Adolescẽtulus corruptus & nequam ab hominibus inductus. Cic. pro Rosc. Amer.
Inducere aliquem promissis. Cic. pro Rosc. Amerino, Pretio, gratia, spe, promissis induxit aliquem.
Induci. Tibul. lib. 1. eleg. 6, ad Amorem,
Semper, vt inducar, blandos offers mihi vultus.
Inducere animum vt, vel Inducere animum ne, siue vt ne, & aliquando cum infinitiuo, id est Sibi persuadere. Plaut. Milit. 18,
Induxi animum ne oderim item, vt aliàs quãdo oraſti. Idẽ Cistel. 8,
Quanquam inuita te carebo, meum animum ego inducam tamen,
Vt illud, quod tuam in rem bene conducat, consulam. Terentius Andr. 5. 1,
Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere. Idem Hecyra, 1. 2, -quod ego nunquam credidi
Fore vt hac ille viua posset animum inducere vxorem habere. Idem Andr. 3. 3,
Si istuc animum induxti esse vtile:
Nolo tibi vllum commodum in me claudier. Idem in Prologo Heautont.
Mea causa, causam hanc iustam esse animum inducite. Cicero 1. in Catil. Vtinam tibi istam mẽtem dij immortales donarent, etsi video, si mea voce ire in exilium animum induxeris. Idem 5. Tuscul. Inducant animum, illa quorum splendore capiũtur, vires, valetudinem, pulchritudinem, diuitias, honores, opes cõtemnere. Horat. 1. Serm. satyr. 3.
Inducere animum ad meretricem, Amorem inclinare. Terentius Hecyra. 4. 4,
Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuum.
Inducere in animum, Sibi persuadere. Terent. Adelph. 4. 3,
Nunquam te aliter, atque es, in animũ induxi meum. Plaut. Rud. 2,
Atque hoc in animum scelesti inducunt suum,
Iouem placare se posse omnibus hostiis.
Inducere ad misericordiam. Cic. de Claris Orat.
¶Inducere, Obliterare, abrogare, vt quum Senatusconsulta inconsultius facta, contrariis Senatusconsultis antiquabantur. Cic. Attico, lib. 1. 15, Inducendi Senatusconsulti maturitas nondum est. Ibidem, 12. 12, Asiani, qui de Censoribus conduxerunt, questi sunt in Senatu se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: vt inuceretur locatio postulauerunt. Ibidem, lib. 13. 272, Igitur consyderemus: etsi nomina iam facta sunt, vel inducí, vel mutari possunt. Et alibi, Multa inquit & deleta & inducta & subscripta inierant. Est igitur inducere propriè, ducto per ceras stylo tegere & interlinere, & memoriam scriptorum obliterare. Inducere sentẽtiam aut decretum, vulgò *ad nihilum ponere* dicimus. Ex Budæo.
¶Inducetur vobis ager magno pretio: Hoc est Magno vobis constabit & æstimabitur. Cic. pro Lege Agraria, Hic ager omnis, quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Id est, plebi Romanæ acquiretur, ait Lauredanus. Ibidem, Vt iidem partim inuidiosos agros à Syllanis possessoribus, partim desertos ac pestilentes, à vestris necessariis, à vosmetipsis emptos, quanti vellet is, Pop. Rom. induceretis.
¶Inducere nouercam filiæ. Plin. epist. 119, Nam fœmina splendidè nata, nupta Prætorio viro, exheredata à Prætorio viro, intra vndecim dies, quàm ille nouercam ei, amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat.
¶Inducere aliquem, pro Decipere, quod etiam Seducere dicitur. Cic. pro Rosc. Amerino, Nouem homines honestissimos eiusdem muneris, legationis, officij, mandatorúmque socios induxit, decepit, destituit, aduersariis tradidit, omni fraude, & perfidia fefellit. Idem 3. Offic. Quid est enim aliud quàm viam erranti non mõstrare (quod Athenis execrationibus sancitum est) si hoc non est emptorem patiruere, & per errorem alterũm inducere?
¶Inductum solum pro æquato. Plin lib. 20. cap. 82. Budæus.
¶Inducere rotam, Circunuoluere & agitare: qui ludus, puerorum erat. Martial. lib. 14. 173,
Inducenda rota est: das nobis vtile munus.
¶Inductum, & quasi deuium loqui. Plin. epist. 101. lib. 5.
¶Inducere, fructum dicuntur arbores, Emittere & producere. Colum. lib. 5. cap. 9, Plerunque etiam locis siccis & humidis arbores musco infestantur: quem nisi ferramento rescecueris, nec fructum, nec lætam frondem olea inducet. Id est producet.
¶Inducere, Reponere. Cic. 3. Verr. Atqui in illis columnis dico esse, quæ à tuo redemptore commotæ non sint: dico esse ex qua tantum tectorium vetus deletũ sit, & nouum inductum. Hoc est, trulla illitum & impositum.
Tedæ inductæ sulphure, Id est illitæ. Ouid. 7. epist. 5.
¶Inductus argumentis, Persuasus. Plin. lib. 7. cap. 43.

Inductus coniectura. Plin. lib. 28. cap. 1.
Inductus consuetudine ac familiaritate, Cic. pro Quintio.
Inducti his initiis, omnia vera diligimus. Cic. 2. de Finib.
Inductum pecunia aliquid facere. Cic. 2. de Inuent.
Inductus falsa spe pollicebar. Cic. pro Plancio.
¶Inductus, pro Ascititio, vel longè accersito. Plin. epist. 68, Neque enim coniectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, quum hoc instititio & inducto tam præclara opera perfeceris. Idem epist. 62, Possint videri accersita & inducta.
¶Inductus, Deletus, Cancellatus. Vlpianus in l. 1. D. de his quæ in testam. delent. Quæ in testamento legi possunt, ea inconsultò deleta & inducta, nihilominus valent: consultò, non valent. Id verò quod non iussu domini scriptum, inductum, deletúmve est, pro nihilo est.
Inductio, Verbale {εἰσαγωγή.} Cic. 2. de Nat. deor. Nos aquarũ inductionibus, terris fœcundiratem damus.
¶Inductio, Argumenti genus apud rhetores, quum per interrogationem similium cogimus aliquem aliquid fateri, veluti manu in id, quod volumus, eum ducentes. Quod est pomum generosissimum? nõne quod optimum? cõcederur. Qui equus generosissimus? nónne qui optimus? Et plura in eundem modum. Tum id subiungitur, cuius rei gratia rogatum est, Quid homo, nónne is generosissimus qui optimus? Fateri hoc, illis concessis, proculdubio oportebit. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Inductio, inquit Cic. 1. de Inuent. Est oratio quæ rebus non dubiis captat assensionem eius quicum instituta est. Idem in Topic. Hæc ex pluribus peruenient quò vult, appellatur inductio, quæ Græcè εἰσαγωγὴ nominatur. Idem 3. de Orat.
Inductio animi, Persuasio. Cic. 2. Tuscul. Idem ad Quint. fratrem, lib. 1. 1, Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi & voluntate.
Inductio animi, pro beneuolentia. Cic. Famil. epist lib. 1.
¶Inductio, pro Litura. Vlp. in l. 1. §. & ideo D. de his quę in test. del.
Lituras, inductiones, superinductiones ipse feci.
Inductus, huius inductus {εἰσαγωγὴ} Aliud verbale. Author ad Herenn. lib. 2, Si maximè ita sit, num ea re concedi reo conueniat, quod alieno inductu fecerit. Cic. pro Vareno, vt citat Quintil libro 5. cap. 10, Optio vobis datur vtrum veliris casu illo itinere Varenum vsum esse, an huius persuasu & inductu.
Indugredi, pen. corr. {εἰσέρχεσθαι} Antiqui dicebant merri causa pro Ingredi: sicut Induperator, pro Imperator, Indupeditus, pro Impeditus. Lucret. lib. 1,
-viámque
Indugredi sceleris. Sic lib. 4.
Indulcitas, indulcitatis, Antiquum. Cæcil. Syracus. Tanta huic inuasit in corda indulcitas. Nonius.
Indulgeo, indulges, indulsi, indultum {ἐνδιδόναι, συγχωρεῖν, χαρίζεσθαι, ἐπιτρέπειν, ὑπείκειν} indulgẽre, Obsequi, inseruire, & facilè concedere. Valla, Indulgere est concedere, & vt sic dicam, obsequenter delicatéque tribuere. Terentius Heaut. 4. 8, Nimium illi Menedeme indulges. Ibidem, 5. 2,
Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio
Quæ propior esset te, indulgebant, tibi dabant.
¶Indulgere, Donare, concedere, permittere. Plin. epist. 291, Indulsit balneum fieri. Hoc est, facilè concessit vt balneum fieret.
¶Indulgere, pro Ignoscere barbari vtuntur: sed rectissimè ignoscimus culpam iam factam: Indulgemus vel concedimus vt culpa admittatur.
Indulge sanè vanæ rei: ignoscẽ: libenter se orbitas decipit. Quintil. Declamat. 10.
¶Indulgere filio vestitu nimio. Terent. Adelph. 1. 1,
-cur tu his rebus sumptus suggeris?
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.
¶Indulgere alicui. Cæs. 1. bel. Gall. Huic legioni Cæsar & indulserat præcipuè, & propter virtutem confidebat maximè.
¶Indulgere alicui in re aliqua. Cell. lib 3 cap. 6, Necesse est tamen, quanto facilius sani famem quàm fitim sustinent, tantò magis ægris in potione quàm in cibo indulgere.
¶Indulgere, est etiam Operam dare: & ferè in malum accipitur. vt Indulgere lusibus, nugis, ludo, & friuolis intentum esse.
Abdomini indulgere, Vide ABDOMEN.
Amicitiis nouis indulgere, Parare nouos amicos. Cic. de Amicit. Atque hoc idem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, spernique ab his veteres amicitias, & indulgere nouis.
Amori indulgere. Ouid. 9. Metam.
Animo suo indulgens, Id est obsequens Ouid. 12. Metam.
Indulgent animis, & nulla quid vtile cura est. Ouid. 7. Metam. Hoc est, faciunt quicquid ipsis libet.
Choreis indulgere, pro Chorizare, & choreis exerceri. Virgilius 9. Æneid.
Desyderio alicuius indulgere. Plin. epist. 240.
Dolori indulgere. Plin. epist. 104. lib. 5, Sed quid ego indulgeo dolori? Id est doleo, & me affligo. Seneca, Non potes illorum dolori obstare, si tuo indulseris. Budæus.
Eloquentiæ indulgere. Quintil. lib. 10. cap. 1, Minus indulsere eloquentiæ Stoici veteres.
Furori alicuius indulgere. Id est, obsequi ardentissimo eius amori. Ouid. 9. Metam.
Gaudio indulgere, Obtemperare. Plin. epist. 110, In infinitum epistolam extendam, si gaudio meo indulgeam.
Gymnasiis indulgere, Frequentem & assiduum esse. Plinius epistol. 257.
Hospitio indulgere. Virgil. 4. Æneidos,
Indulge hospitio, causásque innecte morandi. Id est Da operam, vt ait Seruius.

Iræ indulgere. Liuius 3. bel. Pun. Sed ante omnia ita vos iræ indulgere oportet, vt potiorem ira salutem atque vtilitatem vestram habeatis.
Iuri nostro libentius indulgebit iudex. Quintil. lib. 7. cap. 6.
Lacrymis indulsit. Ouid. 9. Metam.
Luctibus indulgere. Lucret. lib 3.
Luxuriæ indulgere, Dare operam voluptatibus. Sueton. de Claris Grammat. Luxuriæ ita indulsit, vt sæpius in die lauaretur.
Offensæ vel vtilitati suæ indulgere. Quintil. lib. 11. cap. 1.
Peccatis amici indulgere. Cic. de Amicit. Molesta veritas est, si quidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitiæ: sed obsequium multo molestius est, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.
Petitionem hæreditatis indulget Prætor. Vlpian. in l. 1. §. vlt. D. si pars hæreditatis, Interdum Prætor incertæ partis hæreditatis petitionem indulget.
Precibus alterius indulgere, Concedere quod petit. Plin. Iunior lib. 4. epist. 15, ad Fundanum.
Studio suo aliquid indulgere. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Suffragio alicuius indulgere. Plin. epist. 80, Si denique precibus meis tu potissimus aditor accesseris, cuius Senatus & suffragio libentissimè indulgeat, & testimonio plurimum credat.
Tempestas indulget imbribus. Lucret. lib. 1.
Valetudini indulgere, Habere rationem valetudinis. Cic. Tironi, lib. 16. 18, Indulge valetudini tuæ.
¶Indulgere, cum accusatiuo, Antiqué. Terent. Heaut. 2. 1,
Eiiciunda hercle hæc mollities animi, nimis me indulgeo.
Abolitionem reorum publicè indulgere. Modest. in l. Titius. D. ad Senatusc. Sullanum Turpillianum, Modestinus rescripsit, abolitionem reorum, quæ publicè indulgetur, ad hoc genus criminis non pertinere.
Indulsit se videndum tibi. Stat. 4. Sylu. 6.
Nomen oratoris malis moribus indulgere. Quintil. lib. 2. cap. 17, Atque ita quidem, vt appareat hæc aduersus eos quoque frustra excogitata, qui malis moribus nomen oratoris indulgent.
Indulgere sese, De meretricibus, quum sese permittunt, & vtendas efferunt amatoribus. Iuuenal. satyr. 2,
-ardenti sese indulsisse tribuno. Budæus.
¶Indulgeor, Passiuum. Gell. lib. 20. cap. vlt. Ipse autem ad hoc scripsi, vt liberis quoque meis parata ẽtiusmodi remissiones essent, quãdo animus eorum interstitione aliqua negotiorum data laxari, indulgeríque potuisset.
Indulgens, Qui indulget, Nomen ex participio. Plin. lib. 17. cap. 10, Nutriceum indulgentiorem esse quàm matrem sæpe conuenit. Cic. ad Attic. lib. 10. 196, Vellem suscepisses iuuenem regendum, pater enim nimis indulgens quicquid ego astrinxi, relaxat. Lucan. lib. 7,
-fegnis pauidúsque vocatur,
Ac nimium patiens fœceri Pompeius, & orbis
Indulgens regno. Id est nimium intentus: & incumbens. Budæus.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Horat. 2. Carm. ode 2.
Indulgens in aliquem. Liu. 3. Decad. lib. 2, Præter exemplum ciuitatis minimè in captiuos iam inde antiquitus indulgentis. Cic. lib. 3. Offic. Qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus & seuerus in filium.
¶Indulgens, Cui indulgetur. Quintil Declam. 10, Fili indulgentissime vidi te, nec semel vidi. Vide Vallam lib. 1. cap. 30.
Indulturus, pen. prod. Participium. Vlp. in l. 1 §. de his autem. D. de separat. Qui separationem indulturus est.
Indulgenter, Aduerbium {φιλοτέκνως} Licentiosè, & nimium liberè, Cominter & blandè, vel molliter. Cic. ad Attic. lib. 9. 180, Illud me præclarè admones, quum illum videro, ne nimis indulgẽter, & vt cum grauitate potius loquar. Idem 2. de Finib. Quid si etiam bestiæ multa faciunt duce sua quæque natura, partim indulgẽter vel cum labore, vt in gignendo, in educando, &c.
Indulgenter aliquem habere. Liu. 6. bel. Maced. Philippus Athamànum præcipuè captiuis indulgenter habitis, vt per eos conciliarent gentem.
Indulgentia, indulgentiæ {φιλοστοργία} Mollis permissio & educatio. Quintil. lib. 1. cap. 3, Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Balbus ad Cic. in Epist. ad Attic. lib. 9. 179, Et hoc Cæsarem pro sua indulgentia in suos probaturum putamus.
Indulgentia, Permissio. Plin. epist. 240, Id itaque indulgentia tua restituere desyderant.
Indulgentia intempestiua. Seneca lib. 2. de Benef. cap. 15, Quicquid illi accidere optant, in id horum intempestiua indulgentia impellit atque instruit.
Nocet indulgentia nobis. Ouid. 2. Amor. eleg. 19.
Abolere crimina reorum indulgentia. Modest. in l. Lucius. D. ad Senatusconsultum Turpillianum.
Cæli indulgentia. Virgil. 2. Georg.
Indulgitas, pen. corr. pro Indulgentia. Sisenna, Bassus assidua indulgitate victus. Antiquum.
Induo, induis, indui, indutum, pen. prod. {ἐνδύειν, περιβάλλειν, ἀμφιέννυμι, ἀπόλλυμι} indiuere, ab Intus deducitur, quasi intuo. Alij à Græco δύω, quod ingredior significat, deducunt. Vnde ἐνδύω, quod est induo.
Induo vestem. Terent. Eunuch. 4. 4. Ibidem, 5. 7,
-vbi vestem vidit
Illam esse eum indutum pater?
Induor vestem, Passiuum. Plaut. Epid. 5. Virgil. 2. Æneidos,
-deinde comantem
Androgei galeam, clypeúsque insigne decorum
Induitur.
Induere sibi vestem. Plaut. Casin. 15,
Occisissimus sum omnium qui veniunt, loricam induam
Mihi optimum esse opinor.

Induere se veste. Terent. Eunuch. 4. 4,
Chæreáne tuam vestem detraxit tibi?
D O. Factum. P H. & ea est indutus? D O. factum.
Vestes induit meis humeris, Ouid. 20. epist.
Induere annulum. Plin. lib. 33. cap. 1. 2. & 7. Cic. 3. Offic. Annulúmque aureum in digito: quem vt detraxit, atque ipse induit, &c.
Induere arma. Virgil. 9. Æneid.
Arma fulgentia induit. Virg. 11. Æneid.
Induitur etiam pedibus aurum. Plin. lib. 33. cap. 3.
Induere calceum. Plin. lib. 28. cap. 4, In calceamentum dextri pedis antè quàm induatur.
Induere compedes. Plin. lib. 33. cap. 12.
Induere duritiam contra sensum. Plinius, &c. Aiunt verbera subituris potum ex vino, duritiam quandam contra sensum induere. De crucẽ semine.
Galeam induitur. Virgil. 2. Æneid.
Lugubria induere. Ouid. 11. Metam.
Munia ducis per eos dies induit. Tacit. lib. 1, de Agrippina Germanici Cæsaris vxore.
Induere fictam orationem personis. Fabius lib. 4. cap. 1,
Pectora induere telis. Ouid. 2. Amor. eleg. 10.
Soccis se induere Cic. 3. de Orat.
Spoliis raptis indutus. Virgil. 10. Æneid.
Torquem cruici fuæ induere. Plin. de Viris illust.
Tunicam induere. Cic. 2. Tuscul.
¶Induere soleas iumentis. Plin. lib 33. cap. 111.
Induræ forma hominum belluæ. Cic. pro Sylla. Belluæ quædam illæ ex portentis immanes ac feræ, forma hominum indutæ exitterũt.
Induere postes pice, pro Illinere. Plaut. Mostel 10,
Atque etiam nunc satis sunt boni, si sunt induti pice.
¶Arbor indut frondes. Ouid. 7. Metam.
Arbos induerat se pomis. Virgil. 4. Georg.
Induit se nux in florem, Hoc est, floribus vestitur & ornatur. Virg. 2. Georg: eorum,
Contemplator item, quum se nux plurima syluis
Induet in florem. Id est, quando conuertetur in florem. Cic. 2. de Diuinat. loquens de anhelitibus terræ, Quum autem se in nubem induerint, eiúsq; tenuissimam quanque partem cœperint diuidere, &c.
Indui fructu, dicuntur palmites arborum, quum fructibus onusti sunt. Columel. lib. 5. cap. 5, Quia quòd pars palmitis præcipitata est, fructu induitur.
Vuis induunt se vineæ, Id est onerant, vestiunt. Colum. lib. 4. cap. 24, Nàm ita se induunt vuis, vt maturitatem nequeant capere.
Indui segetibus dicitur terra, quum frumentis onusta est. Plin. in Paneg. Tantis segetibus induebatur, vt cum feracissimis terris, quasi nunquam cessura certaret.
Animum bonis artibus non induerat. Tacit. lib. 15.
Plurimum adulationis Seleucenses induẽre. Tacit. lib. 5.
Authoritatem induit vera sententia. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Diem induere. Tacit. lib. 5, Qualem diem Tiberius induisset, pari habitu.
Induere duritiam contra sensum. Plin. lib. 20. cap. 13.
Formam mortalem induitur Phœbus. Ouid. 11. Metam.
Habitum, ac voces dolentum simulatione magis, quàm libens induebat. Tacit. lib. 4.
Imaginem mortis induere, Dormire. Cic. 1. Tusc. Habes somnum imaginem mortis, eámque quotidie induis.
Sibi ingeniũ nouum induere. Liu. 3. ab Vrbe, Regimen totius magistratus penes Appium erat fauore plebis: adeóque nouum sibi ingenium induerat, vt plebicola repentè, omnísque auræ popularis curator euaderet pro truci fœuóque insectatore plebis.
Iras induere sibi. Sil. lib. 1.
Mores pudicos & seueros induere. Plin. lib. 28. cap. 8.
Nomen aliquod induere sibi. Cic. 2. de Finib. Si voluptatis causa eum Gallo apud Anienem depugnauit, prouocatus, & ex eius spoliis sibi & torquem & cognomen induit, &c.
Falsos pauores induerat. Tacit. lib. 20.
Fictam orationem personis induere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Personam alterius induere, Quod barbarè *in persona alterius loqui* dicitur. Quintil. lib. 6, Orbum agimus & naufragum, & periclitantẽ: quorum induere personas quid attinet, nisi affectus assumamus?
Personam philosophi induere, & sibiipsi hoc nomen inscribere. Cic. 5. Tuscul.
Personam iudicis induere, Quod vulgò *Representare* dicitur. Cic. 3. Offic. Ponit enim personam amici, quum induit iudicis.
Propriis personis induere. Quintil. lib. 4. cap. 1, Declamaturus autem maximè positas in affectibus causas, propriis personis debet induere.
Falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Proditorem & hostem induere. Tacitus lib. 16, Nisi contra institutum, & ceremonias maiorum proditorem palàm, & hostem Thrasea induisset.
Seditionem induere. Tacit. lib. 2, Qui, ne bellum tolerarent, seditionem induerunt.
Simulationem ingenij alicuius induere. Liu. 1. ab Vrbe, Comes his additus L. Iunius Brutus Tarquinia sorore regis natus, iuuenis longè alius ingenio, quàm cuius simulationem induerat.
Societatem alicuius induere. Tacit. lib. 12, Quorum rex Hyliares societatem Meherdatis palàm induerat.
Speciem iudicij induere non poterat. Tacit. lib. 15.
Speciem latronis induere. Liuius 10. belli Macedon. Nunc non insidiatoris modò, sed latronis manifesti & percussoris speciem induit.
Spiritus hostiles induere. Tacit. lib. 20, Galbam & infracta tributa hostiles spiritus induisse.
Vetustatem induere. Plin. lib. 23. cap. 1, At nos ediuerso fumi amaritudine vetustatem indui persuasum habemus.

Vultus seueros induere. Martial. lib. 2,
Vultus tu indue magis seueros,
Quàm coniux Priami, nurúsque maior.
Induere sibi animi sui vultum. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 2.
¶In mentes hominum induit cum audiendi quadam illecebra apologos Æsopus. Gell. lib. 2. cap. 29. Legitur & Induxit.
Induere aliquem in vultus ac terga ferarum. Virgil. 7. Æneidos,
Quos hominum ex facie dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
Induit se Reipub. Seneca 1. de Clement. Id est implicuit.
Induere se acutissimis vallis aut stimulis, Hoc est, inopinatum se conijcere in vallos. Cæsar 7. bel. Gal. Quini erant ordines coniuncti inter se, atque implicati, quò qui intrauerant, seipsi acutissimis vallis induebant: hos cippos appellabant.
Indui in pœnas. Quintil. lib. 12. cap. 1. Qui in grauissimas frequérer legum, semper verò malæ cõscientiæ pœnas à semetipsis improuiso rerum exitu induantur. Alij legunt inducantur.
Induere se in laqueos, pro Immittere & conijcere. Cic. 4. Verr. Hic videte in quot laqueos se induerit: quorum ex nullo se vnquam expediret.
In id ipsum se induit quod timebat Philo. Cic. 4. Acad. Philo autem dum noua quædam commouet, quòd ea sustinere vix póterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicébantur, & apertè mentitur, vt est reprehensus à patre Catulo, & (vt docuit Antiochus) in id ipsum se induit quod timebat. Id est, vt ipse dicit, eò quò minimè vult reuoluitur. Budæus.
In fraudem indumus nos. Lucan. lib. 4.
Indui sua confessione. Cic. 7. Verr. Sua confessione induatur ac iuguletur necesse est. Quasi dicat, Sua confessione conuincatur.
¶Induere se re aliqua, & Expedire. Cic. 4. Verr. Videte vt dum expedire sese vult, induat.
At quemadmodum sese induit priore actione? Cic. 7. Verr.
Indutus, pen. prod. Participium {ἐνδεδυκὼς.} vt
Vestes indutæ. Virgil. 3. Georg.
Indutus, huius indutus, pen. prod. {ἔνδυτος} Verbale. vt
Gerere vestem indutui. Tacit. lib. 16, Nisi ea, quam indutui gerebat, veste detergeret.
Indumentum, huius indumenti {ἱμάτιον, ἔνδυμα, ἔνδυσις} Id quo induimur. Gel. lib. 16. cap. 19, Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum eiaculauerat, extitisse. Cic. 1. de Nat. deor. Quod quum efficere vultis, indumenta tamen corripitis. Legendum ex antiquo codice in dumeta.
Inducula, huius inducularum, pen. corr. {ἐνδυτάριον.} Plaut. Epid. 5,
Quid erat indutæ an regillam inducularn, an mendiculam?
Induperator, pen. prod. {αὐτοκράτωρ} pro Imperator, apud poetas, per eam figuram quæ Epenthesis dicitur. Cic. 1. de Diuinatione,
Omnibus cura viris, vter esset induperator. Ex Ennio. Iuuenalis satyra 4,
Quales tunc epulas ipsum gluttisse putemus induperatorem?
Indupedior, indupediris {κωλύομαι} indupediri: vt
Materies indupedita. Lucret. lib. 1. Idem lib. 4,
Et multo citius, quanto minus indupediri
Pauca queunt.
Induro, induras, pen. prod. {σκληρύνω} indurare. Durum facere. Plin. lib. 8 cap. 52, Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutóque se tergorantes. De suibus. Idem lib. 15. cap. 17. Punica, aqua marina ferueute indurari oportet.
Niues indurat Boreas. Ouid. 6. Metam.
Indurata glacies, Quæ induruit, & concretione durior facta est. Liu. 2. bel. Pun.
Ora indurata cornu. Quid. 14. Metam. De mutato in auem.
Robora indurata flammis Stat. 4. Thebaid.
Induratus timor. Liu. 30. bel. Pun. Induratus præter spem resistendo, hostium timor.
Induratior, & hoc induratius, Comparatiuum. Seneca de Ira, libro 1. cap. 11, Quid Germanis induratius ad omnem patientiam, vt quibus magna ex parte non tegumenta corporum prouisa sunt, &c.
Indurandus est animus, & à blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Seneca epist. 52.
Indureo, indures: siue Indurésco, indurescis, indurui {σκληρύνομαι} indurescere, Durum fieri. Colum. lib. 2. cap. 21, Antè quàm ex toto grana indurescant. Sic lib. 12. cap. 15, Antè quàm indurescant fictilia. Plin. lib. 16 cap. 7. Indurescunt in modum gallæ.
Indurescere in prauum. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Corpus induruit vsu. Ouid. 5. Trist eleg. 2.
INDVS, Indi {ἰνδός} fluuius à quo India nominata est: quem in iugo Caucasi montis, quod vocatur Paropamissus, aduersus Solis orum effusum aiunt, in se que x ix. annues recipere. Huius fluuij méminit Cicero 2. de Nat. deor. Et Plin. lib. 6. cap. 20. Hic ab incolis dicitur Sandus.
Indusium, indusij {χιτωνίσκος} Quasi intusium, super quo mox subucula sumebatur. Varro Intusium dicit, quum ait, Vnum quod foris, à palàm palla: alterum quod intus, à quo intusium.
Indusiarius, indusiarij, Qui indusia conficit. Plaut. Aulul. 15,
-patagiarij, indusiarij, Flammearij, violarij.
Indusiata, indusiatæ, vel incusiata, pen. prod. Idem quod indusium. Plautus Epid. 5,
Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt noua,
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum, cæsicium,
Indusiatam, patagiatam, calculam, &c.
Industria, industriæ {ἐπιμέλεια, σπουδή, ἀγχίνοια} Animi promptitudo & sagacitas, siue habilitas ad aliquid faciendum. Donatus, Industria, scientia, & prouidentia: ea enim quæ discimus, & scimus, operatione genita & industria quadam scimus. Etiam pro ingenij siue artis exercitatione accipitur. Plaut. Mostel. 6,
Iuppiter supremus summis opibus atque industr iis me

Periisse, & Philolachetem cupit herilem filium. Plin. epist. 51. lib. 3,
Ex Proconsulatu Asiæ gloriam reportauerat, maculam veteris industriæ laudabili otio abluerat. Cicero, Vt industria nostra tuæ morem geramus voluntati. Cic. 5. Verr. In quo meam industriam ac diligentiam spectari volo? Virgil. 3. Georgicorum,
Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quàm Venerem, & cæci stimulos auertere amoris.
Industriam dici putat Sext. Pompeius à verbo Struo, quod antiqui dicebant addicere (fortè legendum adicere, vel adiicere) augere. Industria enim auget quod ingenium excogitauit. Pontanus ab induendo deducit, quòd ea sit quasi quidam habitus vsu indutus.
Industria in agendo. Cic. pro Lege Manilia, Illæ sunt virtutes imperatoriæ, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo.
Industria ad aliquid faciendum. Terent. in Prolog. Adelphorum,
-facite æquanimitas
Poetæ ad scribendum augeat industriam.
Industria & conatus. Cic. 2. Verr. Ibidem, 7, Hominum nobilium nõ ferè quisquam nostræ industriæ fauet.
Industria ac diligentia. Cic. 5. Verr. In quo meam industriam ac diligentiam spectati volo?
Agilis industria, Vide AGILIS.
Antelucana industria. Cic. 4. Tusc. de Demosthene, Qui dolere se dicebat si quando antelucana victus esset industria.
Militaris industria, Vide MILES.
Industriam ponere. Cic. Famil. 3.
Industri iam langueſcere. Cic. in Orat. Aut langueſcat industria.
Augere industriam, Vide AVGEO.
De-industria aliquid facere, Dedita opera, vel data opera. Terent. Andr. 4. 5;
Paulum interesse censes, ex animo omnia
Vt fert natura facias, an de-industria? Cic. 1. Offic.
Ex-industria, Idem. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Industria, Ablatiuus, Idem quod De-industria. Plaut. Trucul. 3,
-atque hæc celamus nos damna industria, quum iam rem
Fidémque, nósque nosmet perdimus.
Industrius, Adiectiuum {ἔμπειρος, ἐπιτήδειος} Diligens, Qui multæ industriæ est, & prompto ingenio ad aliquid faciendum. Cic. 5. Verr. Nympho est Centuripinus, homo nauus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. Idem 2. Tusc. Itaque industrios homines illi studiosos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laboriosos.
¶Industrium (inquit Festus) antiqui dicebant Indostruum, quasi quicquid ageret, intrò strueret, & studeret domi.
Vigilans homo & industrius. Cic. Attico, lib. 8. epist. 13, Acer & industrius vir in rebus gerendis.
Industrior, Comparatiuus. Plaut. Mostel. 3,
-quo neque
Industrior de iuuentute erat arte gymnastica, disco, hastis, pila,
Cursu, armis, equo, &c.
Industriè, Aduerbium {ἐπιμελῶς} Ingeniosè. Quintil. lib. 5. cap. 12, Fortiter & industriè tutatus contra piratas, &c. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Industrius, Comparatiuum aduerbij industriè. Cic. pro Domo sua, Quis apud Populum Romanum de illius dignitate industrius, quis Senatui fæpius dixit?
Induuium, induuij {φλοιὸς} pro cortice arboris, quo ipsa induitur. Plin. lib. 13. cap. 4. Vtilem sibi arborisque induuiis circulum mira pernicitate tum homine subeunte. De palmis.
Inebrio, inebrias {μεθύω} inebriare. Plin. lib. 12. cap. 22, Palma quæ vocatur adipsos, vescentes inebriat. Idem lib. 17. cap. 26, Quoniam inebrians radicibus nocent. Iuuenal. Satyr. 10,
-& miseram vinosus inebriat aurem.
Inebræ aues, quæ in auguriis aliquid fieri prohibẽt, & prorsus omnia inebria appellantur, quæ tardant vel morantur agentem. Festus.
Inedia, inediæ {λιμός} Fames & rẽpus quo quis ab edendo abstinuit. Cic. 5. de Finib. Vigiliis & inedia necatus. Plin. lib. 11. cap. 54, Homini non vtique septimo letalis inedia.
Imperiosa inedia, Vide IMPERO.
Sustinere inediam. Celsus lib. 1. cap. 3.
Ineditus, penult. corr. Adiectiuum {ἀνέκδοτος.} vt Causa inedita, Vide CAVSA.
Ineffabilis, & hoc ineffabile, pen. corr. {ἄρρητος, ἀπαίδευτος, ἀνεκφώνητος} Quod effari non possis, aut exprimere. Plin. lib. 28. cap. 2, Non est facilè dictu, externa verba, atque ineffabilia derogent fidem validius, an Latina inopinara, &c. Idem in Præfat. 5. lib.
Inefficax, pen. corr. inefficacis, pen. prod. om. gen. {ἀδύνατος.} Plin. lib. 27. cap. 12, Inefficacius quàm superiora. Idem lib. 34. cap. 11, Fit & ex candido ære squama, Cypria longè inefficacior.
Exceptio inefficax. Modestinus in l. si mulier. D. de iure dotium.
Studia inefficacia. Firmic. lib. 5. cap. 15. Et lib. 6. cap. 10.
Ineffigiatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀπρόσωπος} Informe, quod non est factum ad aliquam effigiem, vel nullam alicuius rei formam aut effigiem refert. Gell. lib. 17. cap. 10, Nanque vt illa bestia fœtum ederet ineffigiatum informémque, lambendóque id postea, quod ita edidisset, conformaret & fingeret.
Inelaboratus, pen. prod. Adiectiuum {ἀκατέργαστος, ἀνυπόστατος} Quod artificio non satis excultum est, & vitio datur. Quintil. lib. 4. cap. 1, Nec tamen deducta semper atque circunlita, sed sæpe simplici ac inelaboratæ similis, nec verbis vultúque nimia promittens, &c. De oratione proœmij. Alij legunt illaboratæ. Item circunlata.
Inelegans, pen. corr. Adiectiuum {ἀμουσοεπὴς, ἀπειρόκαλος} Eleganti contrarium. Plin. lib. 37. cap. 10, Carmen dicatum Veneri, non inelegans. Idem lib. 21. cap. 25, Vestes tuetur odore non ineleganti. De heliochryso. Cic. de Clar. Orat. Inerátque ingenium satis acre, & orationis non inelegans copia.
Deliciæ illepidæ atque inelegantes. Catul. ad Flauium, epig 6.
Inelegantes,

Ineleganter, Aduerbium {ἀμούσως.} Cic. 2. de Finib. Primum diuisit ineleganter.
Ineluctabilis, & hoc ineluctabile, penult. corr. {ἀκαταπάλαιστος} Quod vitari non potest, hoc est domari, & luctu euinci. Virg. 8. Æneidos,
-& ineluctabile fatum,
His posuere locis. Id est, insuperabilis vis fati. Idem 2. Æneidos,
Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.
Cœnum ineluctabile. Statius 9. Thebaid. Id est, è quo nequeas emergere.
Ineluctabilis fatorum vis. Patereulus lib. 2.
Ineloquens, penult. corr. Eloquenti contrarium. Lactant. De opificio Dei, cap. vltim. M. Tullius eloquentiæ ipsius vnicum exemplar, ab indoctis & ineloquentibus, quia pro vero nitebantur, sæpe superatus est.
Inemendabilis, pen. corr. Adiectiuum {ἀνεπανόρθωτος} Quod emendari non potest: vt Prauitas inemendabilis. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Inemor, inemoreris, inemori, pen. corr. Horat. Epod. 5,
Quod posset infossus puer
Longo die bis térque muratæ dapis
Inemori spectaculo. Hoc est emori in spectaculo, &c.
Inemptus, Adiectiuum {ἀπρίατος} Non emptus. Martial. lib. 1. 172, Saltus aprum, campus leporem tibi misit inemptum.
Inemptæ ruris dapes. Colum. lib. 11. cap. 3. Virgil. 4. Georg.
Inenarrabilis, & hoc inenarrabile, pen. corr. {ἀδιήγητος} Admirabile, & quod enarrari non potest. Plin. lib. 8. cap. 7, Sed Pompeiani amissa fugæ spe misericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes, supplicauere. Et lib. 10. cap. 2.
Inenarrabilis subtilitas. Plin. lib. 21. cap. 1.
Munus inenarrabile. Martial. lib. 2. 10.
Inenarratus, penult. prod. Adiectiuum {ἀνεκδιήγητος.} Gell. libro 11. cap. 6, Quod inenarratum relinquamus.
Inenodabilis, & hoc inenodabile, pen. corr. {ἀδιάλυτος.} Cic. de Fato, Nec quum hæc ita sint, est causa cur Epicurus factum extimescat, & ab atomis petat præsidium, cásque de via deducat, & vno tempore suscipiat res duas inenodabiles.
Ineo, inis, iniui, initum, pen. cor. {εἴσειμι, εἰσπίνω, εἰσέρχομαι} inire, Ingredi. Plautus Casin. 16, Si tu iubes, inibitur tecum. Id est ingrediatur tecum. Idem, Inire domum. Plinius in Paneg. Tentoria. Cicero pro Corn. Balbo, Qui si suis decretis legibúsve sanxissent nequis suorum ciuium castra imperatorum Pop. Rom. iniret. Tacitus lib. 3, Vt ouans iniret. Item lib. 5, Inire curiam. Et lib. 13, Stationem. Et lib. 15, Spectaculum.
Taurus init cælum. Ouid. 5. Fast.
Iniit te vnquam febris? Id est, Nunquámne te corripuit febris? Plautus.
Æstimationem inire. Seneca de Benef. lib. 5. cap. 8, Horum quomodo iudex inibit æstimationem, quum sermo & dubitatio, & vultus meriti gratiam destruat?
Animum inire societatis. Pompon. in l. plane. D. pro socio.
Beneficium inire, Comparare. Terent. And. 5. 1,
Imò enim quammaximè abs te postulo, atque oro Chreme,
Vt beneficium verbis inirum dudum, nunc re comprobes.
Causam aut rationem alicuius rei inire. Liu. 4. bel. Maced. Atque ego nonnullarum cupiditatum ne causam quidem aut rationem inire possum.
Certamen inire. Cic. 4. de Finib. Virgil. 5. Æneid.
Communionem sagatiam inire. Vlpianus in l. cum duobus. D. pro socio.
Connubia famulæ inire. Ouid. 2. Amor. eleg. 7.
Consilium inire de re aliqua. Plaut. Pseud. 7. Cic. ad Pætum, lib. 9. 24, Nam & Aquini & Frabateriæ consilia sunt inita de me.
Consilium cum aliquo inire, pro Capere consilium. Cic. ad Brutum. Liuius ab Vrbe cond. Qui regni recuperandi consilia inissent. Cæs. 3. bel. Gall. His initis consiliis oppida muniunt.
Consilium multæ calliditatis inire. Ouid. 3. Fast.
Consortium inter fratres initum. Vlpianus in l. cum duobus. D. pro socio.
Consulatum inire, Ingredi dignitatem Consularem. Cæsar 1. bel. Ciuil. Qua ex die Consulatum iniit Lentulus.
Conuiuium inire, pro Ire ad. Cic. pro Rosc. Amer. Conuiuia cum patre non inibat: quippe qui ne in oppidum, &c. Idem 5. Verrina, Quocum inire conuiuium nemo vnquam nisi turpis impuráque voluisset.
Cubile alicuius inire, pro Cum vxore eius dormire. Cic. de Aruſp. respons. Quum vxorem sororémque nõ discernis, quum quod ineas cubile non sentis.
Cursum inire. Cic. pro L. Manil. Vnde illam tantam celeritatem, & tam incredibilem cursum initum putatis? Virgil. 5. Æneid.
Dapes inire cum aliquo. Stat. 1. Sylu. 6.
Domos ignotas inire. Ouid. 3. Fast.
Fœdus inire. Propert. lib. 4. eleg. 4.
Gratiam ab aliquo inire. Plaut. Ciſtell. 2,
Ego vos amo, & eo à me maximâ inistis gratiam. Cic. Seruio Sulp. lib. 4. 2, Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur. Idem 6. Verr.
Gratiam apud aliquem inire. Liu. 6. bel. Maced. Apud regem gratiam initam volebant.
Gratiam cum bonis omnibus inire. Cicero ad Atticum, lib. 7. 128, Quod ille si faciat, iam cum bonis omnibus summam ineat gratiam.
Gratiam inire, præpositionibus subintellectis. Cic. ad Attic. lib. 1. 9, Intellexi hominem moueri, vtrum Crassum inire eam gratiam, quam ipse prætermisisset: an esse, &c. Idem 1. Offic. Sin erunt merita, vt non ineunda, sed referenda sit gratia. Terent. Adelph. 5. 7,
Ego lepidus ineo gratiam. Vbi Donatus, Ineo gratiam, in gratiam eo, hoc est, amicos comparo.
Falsam gratiam inire. Terent. Heaut. 2. 3,

Perge obsecro te, & caue ne falsam gratiam
Studeas inire.
Honorem inire, pro Suscipere, & incipere administrationem alicuius magistratus. Sueton. in Iulio Cæsare, Inito honore, primus omnium instituit, vt, &c.
Imperia alicuius inire, Id est seruire alicui. Stat. 1. Achilleidos,
-non colla iugo, non aspera præber
Ora lupis, dominísque negat captiuus inire Imperia.
Inducias inire, pro facere inducias. Plin. in Paneg. Ac ne inducias quidem, nisi æquis conditionibus inibant.
Interregnum inire. Liu. 10. ab Vrbe. Ibidem, lib. 5, Auspicia de integro repeterentur, & interregnum iniretur.
Limen vitæ inire. Id est gigni. Lucret. lib. 3.
Magistratum inire. Cic. 2. de Finib. Et 3. Verr. Posteaquam Verres magistratum iniit, &c. Id est, Insignia magistratus cum imperio assumpsit, inquit Budæus.
Mensuras agrorum inire. Colum. lib. 5. cap. 3, His igitur velut primordiis talis ratiocinij perceptis, non difficulter mensuras agrorum inibimus.
Munus alicuius inire. Virgil. 5. Æneid.
Negotiationem inire. Pompon. in l. si negotia. D. de negot. gest.
Nexum inire, Vinciri, deuinciri, illigari, & detineri. Liu. 7. ab Vrbe. Vide Nexus in NECTO.
Numerum inire, Numerare, & quod dicitur, *Facere numerum*. Plin. epist. 193. Liu. 8. bel. Maced. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit.
Pastum inire. Plaut. Persa, 9,
Quid iam? s A. quia boues bini hîc sunt in crumena. T. emitte sodes,
Ne enicet fames, inire pastum. Hoc est, fine eos pascere.
Pericula præliorum inire. Cic. 1. de Diuinat. Quum periculis præliorum inirem audacius. De Decio.
Pœnam suam inire. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Pugnam & prælium inire. Plaut. Amphit. 16.
Prælia inire. Virgil. 4. Georg.
Inire prælium: opponitur Finire prælium, Liu. ab Vrbe, Hoc vltimum vtrinque initum finitúmque est prælium.
Rationem inire, pro Viam & modum aliquid agendi quærere. Terent. Heaut. 4. 2,
Quid agam? aut quid cõminiscar? ratio de-integro ineunda est mihi.
Rationem inire, & viam reperire, qua possis aliquò peruenire, &c. Cic. 5. Verr. Mihimet ineunda ratio, & via reperienda est, qua ad Aprouij quæstum, siue adeò qua ad iltius ingẽtem immanémque prædam possim peruenire.
Rationem inire de commodis militum augendis. Cic. 5. Philip. De agro Campano separatim cognoscerent, inirẽntque rationem de cõmodis militum veteranorum augendis.
Rationem inire quemadmodum vel quomodo. Cicero ad Atticum, lib. 12. 24 f. Idem ad Sulpitium, libro 13. 29, Adiuues, ineásque rationem quemadmodum ea mulier Romam perducatur. Id est considereres.
Rationem inire vt. Cic. ad Rufum, lib. 5. 20, Nam & Volusij liberandi meum fuit consilium: & vt multa tam grauis à Valerianis prædibus, ipsíque T. Mario depelleretur, à me inita ratio est.
Rationem inire, pro Subducere. Cato de Re rust. Vbi ea cognouit, rationem inire oportet operarum, dierum, &c. Cic. contra Rullum,
Inictur ratio quæstus de vestra pecunia.
Rationem inire, pro Capere consilium, vel ratiocinari. Cicero 3. de Natura deorum, Medea modò & Atreus commemorabantur à nobis heroicæ personæ inita subductáq; ratione, nefaria scelera meditantes.
Rationem inire vtrum. Liuius 8. bel. Pun. Sed vix rationem inire posse, vtrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum.
Aliquid inire cum ratione, Id est æstimare, intelligere, inquit Donatus. Terent. Phorm. 2. 2,
Hæc cum ratione ineas, quàm sint suauia, & quàm cara sint.
Sedes lucidas inire. Horat. 3. Carm. ode 3.
Societatem inire cum aliquo. Plancus ad Cic. lib. 10, 8, Vt potius cum pluribus societatem defendẽdæ libertatis iniremus, quàm cum paucioribus, &c.
Inire somnum. Virgil. eclog. 1,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.
Inire suffragia, significat Coire & congregari ad suffragia ferenda. Liu. 3. ab Vrbe.
Thalamum inire. Ouid. 4. Metam.
Thalamos pudicos inire. Ouid. 3. Metamorphoseos, -multi
Nomine diuorum thalamos inière pudicos.
Tribunarum inire, vt Magistratum inire. Cic. 3, de Legib. Idem ad Attic. lib. 11. 217.
Viam inire, pro Ingredi. Propert. lib. 2. eleg. 34. Cic. pro Murena, Inite viam. præsto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret, redire viam, eodem duce redibant.
Vias ignotas inire. Ouid. 2. de Remed. amor.
Viam inire, qua commodè aliquid exequare, pro Inire rationem. Liu. 1. ab Vrbe, Ineamus viam aliquam, qua sine magna clade, sine multo sanguine vtriusque populi decerni possit. Idem 5. bel. Maced. Via fraudis inita.
¶Inire, Id est Inchoare, exordium accipere. Virgil. 4. eclog,
Téque adeò decus hoc æui, te Consule inibit Pollio. Seruius.
¶Inire, pro Coire, siue concumbere. Plin. lib. 8. cap. 44, Atcerísque vtrunque genus ab altero narrant, nisi in infantia eius generis, quòd ineant lacte hausto.
Ineor, iniris, penult. prod. Passiuum. Plin. lib. 10. cap. 63, Ineuntur à partu sexto mense.
Iniens, ieuntis {ἰσχάδες} Participium absolutè positum, maioribus rebus adhibetur: vt Ineunte ætate, &c. Ratissimum autem in nominatiuo legitur.

Ineunte adolescentia, Id est initio adolescentiæ. Cicero de Senect.
Sunt puerilitæ certa studiarum igitur ea desyderant adolescentes? sunt & ineuntis adolescentiæ: num ea iam constans requirit ætas, quæ dicatur media?
Ineunte ætate. Cic. 1. Offic. Ineuntis enim ætatis inscitia, senum constituenda & regenda prudentia est.
Ab ineunte ætate, Idem. Cic. pro Corn. Balbo, Et ab ineunte ætate, relictis rebus suis omnibus in nostris bellis, nostris cum imperatoribus esse versatem: nullius laboris, nullius prælij expertem fuisse. Idem pro Deiotaro, Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat.
Ex ineunte æuo. Lucret. lib. 2.
Ineunte Ianuario cura vt Romæ sis. Cic. Att. lib. 1. 1. Alia exẽplaria habent Ianuario mense, vt &c.
Ineunte vere, Ineunte æstate. Cic. de Senect. Itaque ineunte vere, in iis quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur. Cæs. 2. bel. Gall. Iis nuntiis, literisque commotus Cæsar: duas legiones in citeriore Gallia conscripsit, & ineunte æstate in vlteriorem Galliam qui deduceret, Q. Pedium legatũ misit.
Ab ineunte vita. Gell. lib. 14. cap. 1.
Inito, initas, pen. corr. initare, Frequẽtatium ab Ineo. Diomedes, Ineo, inis, inito dicimus. Pacuuius, Loca arida initas.
Initus, huius initus, pen. corr. masc. gen. {σωνδυασμὸς} Coitus. Plin. lib. 8. cap. 42. de equis, Nec tamen quindecim initus eiusdem anni valet tolerare. Ibidem, capite 44, Et quæ non primo initu generare cœperit.
¶Initus, Ingressus, introitus: à verbo Ineo, quod valet ingredior. vt Inire magistratum, Inire viam, &c. Lucret. lib. 1,
-tuúmque
Significant initum percussa corda tua vi. Lambinus.
Ineptus, Adiectiuum {ἀϊσυνετώδης, ἀπαιδεύτως, ἀβούλως} Non aptus. Cicero 2. de Oratore, Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quòd non sit aptus, ſdque in sermonis nostri consuetudine perlatè patet. Nam qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur. Donatus Ineptum dici ait, quod à quouis reprehendi potest. Terent. Adelph. 1. 1,
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Non ineptus, Vide NON.
Causa inepta. Terent. And. 1. 5,
-censén' vllum me verbum potuisse proloqui:
Aut vllam causam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui.
Chartæ ineptæ. Horat. 2. epist. 1.
Labor ineptus. Plin. epist. 9.
Lenitas inepta. Terent. Adelph. 3. 3.
-inepta lenitas
Patris, & facilitas praua.
Lusus inepti. Ouid. 2. Trist.
Negotium ineptum & Græculum. Cic. 1. Tusc.
Risu ineptorum ineptior nulla est. Catul. in Egnat. epigr. 37.
Via inepta, Incommoda, difficilis. Cic. ad Attic. lib. 16. 337, Longum sanè iter, & via inepta.
Ineptum est de tam perspicua istius impudentia pluribus verbis disputare. Cic. 3. Verr.
Insolens & ineptum. Cic. in Orat. Hoc esse Atticum in Lysia, non quòd tenuis sit atque inornatus, sed quòd nihil habeat insolens aut ineptum.
Ineptum id dicitur, quod est alienum à re, à persona, à causa, à loco, à tempore, à modo.
Ineptio, ineptis, ineptiui {ἀπαιδία} ineptire, Facere aut dicere quod neque loco, neque tempori, neque rebus, neque personis conueniat. Terent. Phorm. 2. 3,
-non agam? imò non desinam,
Donec perfecero hoc. P. ineptis. Idem Adelph. 5. 8.
Ineptia, ineptiæ {ἀπαιδευσία, ἀσυνεσία} quod in plurali sæpius reperitur, tam verborum, quàm factorum est. Terent. Phorm. 4. 3,
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias. Plaut. Merc. 3.
Ineptia, stultitiáque adeò, & temeritas. Cicero ad Appium, lib. 3. 7.
Quæso etiámne tu has ineptias, &c. Idem 1. Tusculan. Ineptiæ pene aniles.
Lectores ineptiarum. Catul. ad Aurelium, epigr. 16.
Facere aliquid ineptiarum. Catul. ad Flauium, epigr. 6.
Ineptè, Aduerbium {ἀσυνέτως} Minus aptè, & imprudenter. Plautus Mostel. 7,
Interdum ineptè stultus es. Cic. 1. Tusc. Ineptè sanè. quis est enim, &c. Idem 1. Acad. Nam etsi non sus Mineruam, vt aiunt, tamen ineptè quisquis Mineruam docet.
Moliri alsiquid ineptè. Horat. de Arte.
Ineptitudo, pro Ineptia. Cæcilius ἀσυνεξίη, Qui homo ineptitudinis cumulatus, cultum oblitus est. Nonius.
Inequito, inequitas, pen. corr. inequitare. Macrob. lib. 7. cap. 15, Quæ ergo coniicit de carne lurulenta, audet inequitare Philosophiæ, de incorporeis & verè diuinis certa ratione tractanti. De medicina loquitur.
Inequitabilis, & hoc inequitabile, penul. corr. Non equitabilis. Curtius lib. 8, Imber violentius quàm aliàs fusus campos lubricos & inæquitabiles fecerat.
Inermo, inermas {ἀοπλίζω} inermare, Armis spoliare. Festus.
Inermis: & hoc inerme {ἄοπλος, ἄνοπλος} Qui armatus non est. Sisenna Histor. lib. 4, Plerique inermes in castra perfugiunt. Cic. ad Brut. 10, Perterritos, inermes, sauciosque non sunt nostri iuces persecuti.
Inermis & Armatus, cõtraria. Cic. Anteq. iret in exil. Cedam inermis armatis, inno cens nocentibus, &c.
Arcus inermis. Stat. 1. Sylu. 2.
Dextra inermis. Virgil. 11. Æneid.
Hostis inermis. Propert. lib. 4. eleg 1.
Vulgus inerme. Ouid. 3 de Arte.
¶Inermis ac nudus in disserendi arte, per translationem. Cicero 1. de Finib.
Amor inermis. Tibul. lib. 2. eleg. 6.
Inermus, Adiectiuum {ἀσπαστικὸς} Idem. Cic. ad Brutum, lib. 11. 12, Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis, perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. Sallust. in Iugurth. Neque quenquam decere, qui manus armauerat, ab inermis pedibus auxilium petere. Sic enim legit Nonius, capite De mutata declinatione.
Omnia cedebant armatis nuda & inerma. Lucret. lib. 5.
Vulgus inermum. Virgil. 11. Æneid.
Inerro, inerras {πλανάομαι} inerrare, Idem quod errare. Plin. lib. 1. epist. 6, ad Cornelium Tacitum, Experieris non magis Dianam montibus, quàm Mineruam inerrare.
Ignis inerrat ædibus. Stat. 1. Sylu. 5.
Inerrans, inerrantis, om. gen. {ἀπλανὴς.} Inerrãtes stellæ, quæ & fixæ dicuntur, quòd suo loco moueri non appareant. Cicero 2. de Nat. deor. Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretam & liberam.
Iners, inertis, om. gen. {ἀπόνοτος, ἀπεπήμων, ἀσφάλμων} Qui sine arte est, Ignauus. Cic. 2. de Finib. Sed lustremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes à maioribus nominabantur. Terent. And. 3. 5,
-atque hoc consiteor
Iure obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nulli consilij Sum.
Iners, Otiosus, ignauus, qui nihil operis & artis facit. Virgilius 1. ecloga,
Libertas: quæ sera tamen respexit inertem.
Iners & ignauus. Cic. 4. Verr. At homo inertior, ignauior, magis inter mulieres nequam, quàm impura inter viros muliercula, &c.
Iners membris, Debilis. Plin. lib. 8. cap. 21, Iuxta hanc fera appellatur catoblepas, modica alioquin, cæterisque membris iners, caput tantùm, &c.
Inertes opera amici. Plaut. Bacch. 11.
Iners ad repugnãdum. Plin. lib. 9. cap. 6, Ille ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, & pondere suo oneratæ.
Iners in Venerem. Columella libro 6. cap. 27, Quòd si admissarius iners in Venerem est, odore perfricatur, deterſis spongia fœminæ locis.
Non inertissimus homo, Vide NON.
Æras iners, Senectus. Ouid. 4. Trist. eleg. 7.
Anima iners. Ouid. 13. Metam.
Annus iners. Ouid. 1. Fast.
Brachia inertia. Ouid. 5. Metam.
Bruma iners. Horat. 4. Carm. ode 7.
Caro iners. Horat. 2. Serm. sat. 4.
Corda inertia. Virgil. 9. Æneid.
Corpora inertia. Virgil. 2. Æneid.
Frigus iners Ouid. 8. Metam.
Ignauum atque iners genus interrogationis. Cic. de Fato.
Glacies iners. Horat. 2. Carm. ode 9.
Glebæ inertes, Pigræ, nihil producentes. Virgil. 1. Georg.
Humor iners, cui Profluens opponitur. Virgil. 4. Georgicorum,
In medium seu stabit iners, seu profluet humor.
Ingenium iners. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.
Lucus iners, Quietus. Stat. 10. Thebaid.
Oculos stupor vrget inertes. Virgil. 3. Georg.
Iners & desidiosum otium. Cicero 2. de Lege agraria, Itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam, ratione & consilio maiores nostri ad inertissimum & desidiosissimum otium perduxerunt.
Pectus iners. Ouid. 5. Trist. eleg. 7.
Pondus iners. Ouid. 1. Metam.
Inertes querelæ, Languidæ. Liuius 1. ab Vrbe, Mouet tum patris mœstitia, tum Brutus castigator lacrymarum atque inertium querelarum.
Sal iners. Plin. lib. 31, Refrigerandóque salem faciunt inertem nec candidum.
Segnitia inertissima. Cicero 1. de Finib. Rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidij delicatissimi.
Senectus iners. Seneca Herc. fur. 9.
Iners, ignaua, somniculosa senectus. Cic. de Senect.
Somni inertes. Ouid. 2. Amor. eleg. 10.
Tempus abibit iners. Ouid. 3. de Arte.
Terra iners. Horat. 3. Carm. ode 4.
Truncus iners iacui. Ouid. 3. Amor. eleg. 6.
Versus inertes. Horat. de Arte.
Vita iners. Tibul. lib. 1. eleg. 1.
Inertia, huius inertiæ {ἀβρώνια} Modò pro ignorãtia artis. Vide Virtutibus affectus animus, in AFFICIO, modò pro otio, modò pro ignauia vsurpatur. Colum. in Præfat. lib. 2, Non igitur fatigatione, quemadmodum plurimi crediderũt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus benignè nobis atua respondent. Cic. pro Rosc. Com. Non propter inertiam laboris, sed, &c. Idem lib. 1. de Orat. Duo illa relinquamus, ſdque largiamur inertiæ nostræ.
Inertia, ignauia, desidia, luxuria. Author ad Heren. lib. 1.
Inertiæ opponuntur Artibus. Cicero in Partit. Animi autem, aut quemadmodum affecti sunt, virtutibus, vitiis, artibus, inertiis: aut quemadmodum commoti cupiditate, metu, voluptate molestia.
Laboris inertia. Cic. pro Rosc. Com.
Mollis inertia. Horat Epod. 14.
Sepulta inertia, Horat 4. Carm. ode 9.

Strenua inertia, Diligentia sine arte, & imprudens. Horatius 1. epist. 11.
¶Accusare inertiam, Vide ACCVSO.
Afferre inertiam, Vide AFFERO.
Segnitiem hominum atque inertiam castigare. Cic. 1. de Orat.
Fuga laboris inertiam coarguit, & desidiam. Cic. pro Murena.
Condemnare aliquem inertiæ. Cic. 1. de Orat.
Nequitiæ & inertiæ se condemnare. Cic. 1. in Catil.
Inerticulus, penult. corr. {ἀμαθύστατος.} Plin. lib. 14. cap. 2, Inerticulam è nigris appellauere, iustius sobriam dicturi, inueterato præcipuè commendabilem vino, sed viribus innoxiam. De vite. Columel. lib. 3. cap. 2.
Ineruditus, pen. prod. Adiectiuum {ἀπαίδευτος} Non eruditus. Suet. de Claris Gramm. Præterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem. Cic. 4. Acad. Modò nequis illud tam ineruditum, absurdúmque respondeat.
Inesco, inescas {δελεάζω} inescãre, Decipere. Translatio à piscibus & auibus, quæ propriè inescari dicuntur, hoc est, oblata esca decipi. Terent. Adelph. 2. 2, Nunquam rem facies, abi nescis inescare homines, Sannio. Liuius 2. bel. Pun. Annibal id damnum haud ægerrimè pati, quin potius credere velut inescatam temeritatem ferocioris Consulis.
Ineuitabilis, & hoc ineuitabile, penult. corr. {ἀδιάδρατος, ἀπαραίτητος, ἀφυκτος} Quod vitari non potest. Plin. in Paneg. Magnum & ineuitabile, ac toties cuique experiendum malum.
Ius rigidum, & ineuitabile mortis. Ouid. ad Liuiam.
Numen ineuitabile. Stat. 9. Thebaid.
Inexaminatus, pen. prod. Adiectiuum, Non examinatus. Firmic. lib. 1. cap. 2, Inexaminatæ partis allegationes.
Inexaturabilis, pen. corr. Adiectiuum {ἀπόρεστος} Insatiabilis. Virgil. 5. Æneid. Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus.
Inexcitabilis. & hoc inexcitabile, pen. corr. Seneca epist. 84, Oppressus inexcitabili somno.
Inexcogitatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀδιανόητος} Quod excogitatum & præmeditatum non est. Plin. lib. 36. cap. 15.
Inexcultus. Adiectiuum {ἀδιακόσμητος.} Gellius lib. 13. cap. 22, M. Catone, Consulario & Censorius, publicis iam priuatisque opulentus rebus, villas suas inexcultas & rudes, nec tectorio quidem prælitas fuisse dicit.
Inexcusabilis. penult. corr. Adiectiuum {ἀσυγγνώστος.} Ouid. 7. Metamorphoseos,
Gratia dijs, fœlix, & inexcusabile pectus.
Onera inexcusabilia. Vlpianus in l. si fideicommissum. D. de iudiciis.
Inexercitatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀμελέτητος} Exercitato contrarium. Cicero de Senect. Quibus qui splendidè vsi sunt, hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse: nec tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. Sic 2. Tusculan. Inexercitatum militem.
Hebes & inexercitatus. Cic. 2. de Orat. Omnium cæterarum rerum oratio mihi crede ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium literarum & politioris humanitatis experti.
Inexercitus, pen. corr. {ἀμελετητὸς} Idem. Cic. 5. Tusculan. Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philosophum, &c. Ex vetusto codice legitur non ignobilem Exercitum philosophum.
Inexhaustus, Adiectiuum {ὑπεκπίλητος} Quod expleri non potest, & exhauriri. Cic. 3. de Finib. Erat enim, vt scis, in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat. De Catone.
Inexhausta metalla, Quæ exhauriri non possunt præ abundantia. Virgil. 10. Æneidos,
-aſt Illua trecentos
Insula, inexhaustis Calybum generosa metallis.
Inexorabilis, & hoc inexorabile, penult. corrtep. {ἀπαράτητος, ἀλύτως} Quod exorari non potest. Cicero ad Quint. fratrem, libro 1. 2, In literis mittendis (vt sæpe ad te scripsi) nimium te inexorabilem præbuisti.
Fatum inexorabile. Virgil. 2. Georg.
Inexorabilis iudex. Cic. 1. Tusc.
Inexorabilis res. Liu. 2. ab Vrbe, Leges, rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem, &c.
Inexpectatus, penult. prod. {ἀπροσδόκητος} Expectato contrarium est. Quintilian. lib. 9. cap. 2, Illis non accedo qui schema esse existimant, etiam siquid nobis ipsis dicamus accidisse inexpectatum. Alia exemplaria habent inopinatum.
Hostis inexpectatus in armis adest. Ouid. 12. Metam.
Inexperrectus, Adiectiuum {ἀϋπνωτος.} Ouidius 12. Metamorphoseos,
Sopitus venis & inexperrectus Aphypnas.
Inexpertus, Adiectiuum {ἄπειρος} Id est intentatum, & nulla experientia probatum. Virgil. 4. Æneid. Nequid inexpertum frustra moritura relinquat.
¶Inexpertus, Actiuè. Horat. 1. epist. 19,
Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus meruit. Hoc est iis qui experti non sunt, qui periculum non fecerunt.
Siquid inexpertum scenæ committis. Horat. de Arte.
Relinquere aliquid inexpertum. Virgil. 4. Æneid.
Inexpertus, cum datiuo. Liuius lib. 3. bel. Pun. Exercitum in rectis habuit aduersus omnia mala sæpe ac diu durantem, bonis inexpertum atque insuetũ. Item cum accusatiuo, media præpositione. Idẽ lib. 6. ab Vrbe, Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto.
Inexpiabilis, & hoc inexpiabile, pen. cor. {ἀνοσιώτατος} Quod expiari non potest. Cic. 2. Tusc. Tum è Pontificio iure de cæremoniis sepulchrorum intelligi licet: quas maximis ingeniis prædití nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent.
Implacabilis, & inexpiabilis. Cic. in Pisonem, Si aspernaretur amicitiam meam, seseque implacabilem inexpiabilémque præberet. Pro inexorabili & inexplicabili. Budæus.
Inexpiabile bellum. Cic. de Arusp. resp. Ac penè huius imperij pestibus bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum. Inexpiabile, pro pertinaci. Budæus.
Inexpiabiles fraudes. Cic. 1. Tusc.
Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem. Liu. 9 bel. Maced.
Inexplanatus, penult. prod. Adiectiuum {ἀνεμφάλωτος.} vt Inexplanata lingua, hoc est Impedita, neque agilis, neque etiam complanata; vt apertè proferre possit. Plin. lib. 11. cap. 37.
Inexplebilis, & hoc inexplebile, pen. corr. {ἄπληστος} Quod expleri non potest. Cic. 5. Tusc. Quid verò illum, quem libidinibus inflammatum & furentem videmus, omnia tabidè opperentem cum inexplebili cupiditate.
Inexplebilis potu. Plin. lib. 11. cap. 25, Itémque quum sitiunt inexplebiles potu.
Inexplebilis virtutis, verǽque laudis homo. Liu. 8. bel. Pun.
Inexpletus, pen prod. Adiectiuum {ἀπλήστως.} vt Cædes inexpletæ. Stat. 8. Thebaid. Id est nondum completæ.
Bustum inexpletum. Insatiabile. Lucan. lib. 2.
Lacrymans inexpletum. Virgil. 8. Æneid. Hoc est, inexpleibiliter. nomen pro aduerbio. Seruius.
Inexplicabilis, & hoc inexplicabile, pen. cor. {ἀδιεξίτητος} Quod explicari non potest. Plin. lib. 23. cap. 1, De generibus singulis disserere, immensum, & inexplicabile est.
Inexplicabilis viarum error. Plin. lib. 36. cap. 13.
Inexplicabile iter. Plin. lib. 5. cap. 5, Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit.
Laquei inexplicabiles. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Series inexplicabilis. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Inexplicabiles viæ continuis imbribus. Hoc est, vnde sese quis facilè extricare non queat. Liu. 10. bel. Maced.
Inexplicitus, pen. corr. Adiectiuum {ἀδιάκριτος} Intricatus, inuolutus, obscurus, & qui facilè explicari non potest. Martial. lib. 9. 50,
Democritos, Zenonas, inexplicitósque Platonas.
Inexploratus, pen. prod. {ἀδιάβατος} contrarium Explorato. Liu. 6. bel. Pun. Non altitudo mœnium, non inexplorata stagni vada &c. Plin. lib 35. cap 6, Apportarur & Indicũ ex India, inexploratæ adhuc inuentionis mihi. De atramento.
Inexploratè, siue inexplorato, pen. prod. Aduerbium {ἀδιερευνήτως} Incertò, sine exploratione atque indagatione. Gell. lib. 5. cap. 19, Sed arrogationes non temerè, nec inexploratè committuntur. Liu. 6. ab Vrbe, Inexplorato pabulatum cohortes misere.
Inexpugnabilis, & hoc inexpugnabile, penult. corr. {ἄμαχος, δυσπάρωτος} Quod expugnari non potest. Liuius 2. ab Vrbe, Ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore. Cicero 5. Tusculan. Volumus enim eum qui beatus sit, turum esse, inexpugnabilem, septum, &c.
Cor inexpugnabile telis. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.
Pectus inexpugnabile amori. Ouid. 11. Metam.
Probationes inexpugnabiles. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Inexputabilis, penult. corr. Adiectiuum {ἀνεξεθμητος} Quod exputari vel numerari non potest. Colum. lib. 9. cap. 4, Verùm ex cunctis quæ proposui, quæque omisi, temporis compendia sequens (nam inexputabilis numerus erat) saporis præcipui mella reddit thymus.
Inextinctus, Adiectiuum {ἀσβέστως} Qui non extinguitur. Ouidius 6. Fastorum,
Ignis inextinctus templo cælatur in illo, &c.
Libidinis inextinctæ homo. Ouid. 1. Fast.
Inextinguibilis, & hoc inextinguibile. Idem. Varr. Cato, vel de liberis educand. Malè enim consuetudo diu importata est inextinguibilis. Nonius.
Inextirpabilis, & hoc inextirpabile, pen. corr. {ἀνεκρίζωτος} Quod extirpari & erui non potest. Plin. lib. 15. cap. 20, Radices multæ atque altæ, & ideo inextirpabiles.
Inextricabilis, & hoc inextricabile, penul. corr. Quod extricari non potest: aut vnde quis extricare se non potest. Plin. lib. 36. cap. 13, Inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem. Virgil. 6. Æneidos,
Hic labor ille domus, & inextricabilis error.
Inextricabilia vitia stomachi. Plin. lib. 20. cap. 21, Semen stomachi inextricabilia vitia sanat.
Inexuperabilis, pen. corr. Adiectiuum {ἀδάπτος} Quod superari non potest. vt
Inexuperabilis vis fati, Liu. 8. ab Vrbe.
Inexuperabiles Alpes. Liu. 5. ab Vrbe, Alpes inde oppositæ erant, quas inexuperabiles visas haud equidem miror, nulla dum via superatas.
Inexuperabilis, pro inuicto. Seneca 19. epist. Is qui philosophiam in remedium suum exercuit, ingens fit animo, plenus fiduciæ, inexuperabilis.
Infabre, pen. corr. {ἀκαταπράκτως} Aduerbium, contrarium habet Affabre, quod Politè & elegãter significat. Liu. 6. bel. Maced. Aureos torques transtulit MCCCLXX, ad hæc auri pondo CCXLV. argenti infecti factíque in Gallicis vasis non infabre suo more factis, duo millia CCCXL. pondo, &c.
Scalptum infabre. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Infabre, Fœde: vt Affabre, Pulchre. Pacuuius, Barbaricam pestem nauibus nostris obtulit noua figura factã cõmissam infabre. Nonius.
Infabricatus, pen. prod. {ἀκαταπόνιστος} Fabricato contrarium. Virgil. 4. Æneidos,
Frondentéque ferunt ramos, & robora syluis
Infabricata, fugæ studio.
Infacetus, pen. prod. Adiectiuum {ἀκαριῶν} Faceto contrarium. Plaut. Trucul. 8,

Quid tam infacetus Lemno adueniens?
Non infacetus homo. Cic 3. Offic.
Non infacetus lepôre. Plin lib. 37. cap. 1.
Non infacetum mendacium Cic. pro Cælio.
Solum infacetum. Catul in amicam Formiam, epig. 40.

Infaceriæ, infacetiarum {ἀβλαβῶς πλαίσια.} vt
Pleni infacetiarum annales. Catul. in Annales Volusij, 34.

Infacundia, huius infacundiæ. Gell. lib. 11. cap. 16, Tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia. Id est imperitia dicendi.

Infacundus, Adiectiuum, Inelegans. Liu. 4. ab Vrbe, Et Tribunus plebis vir acer, nec infacundus nactus inter aduersarios, &c.
Infacundior homo. Liu. 7. ab Vrbe.

Infamis. & hoc infame, penult. prod. {δυσώνυμος, ἀνυπόπτως} Quasi sine fama, turpis, qui malè audit. Cicero 6. Verrina, Quo in oppido mulras familias totas in perpetuum infames tuis stupris flagitijsque fecisti.
Homines cæteris vitiis atque omni dedecore infames. Cic. pro Cluentio.
Infamem facere. Terent. Heaut. 5. 4,
-ea causa magis
Patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri.
Infames frigoribus Alpes, Horrendæ & pertimescendæ propter frigora. Liu. 1. bel. Pun. Ob id meritum commeatu copiáque rerum omnium & vestimentis est adiutus, quæ infames frigoribus Alpes præparate cogebant.
Infamis annus pestilentia Liu. 8. ab Vrbe, Illud peruelim (nec omnes authores sunt) proditum falso esse: venenis absumptos, quorũ mors infamem annum pestilentia fecerit, sicut proditur.
Carmen infame. Ouid. 1. de Remed. amor.
Infamis ac nefaria cura. Cic. 1. Verr. Ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria.
Genus infame Danai. Horat. 2. Carm. ode 14.
Ludi infames. Propert. lib. 3. eleg. 14.
Infame nomen. Plin lib. 33. cap. 3.
Infame os Antonij, Turpe & immundum. Cic. 11. Philipp.
Terræ infames cædæ. Ouid. 13. Metam.
Vita infamis. Lucret. lib. 3.
¶Infamis dictus est ab antiquis digitus medius propter ignauiam, quoniam indigere videatur aliorum defensione. Perf. sat. 2,
Infami digito lustralibus ante saluis Expiat.

Infamia, infamiæ {βλάσφημος} Nota, macula, probrum, nota turpitudinis. Terent. And 2. 6,
-caute nec vnquam infamiæ
Ea res sibi esset. Sueton. de Claris Gramm. Sed maximè flagrabat libidinibus in mulieres vsque ad infamiam oris. Cic. 5. Verr. Nihil ad tuas aures de infamia tua peruenisse.
Metus infamiæ. Tacit. lib. 20.
Intactus infamia, Vide INTACTVS.
Temporis infamia. Ouid. 1. Metam.
Inueterata infamia. Quintil. lib. 6. cap. 5. Ex Cic. Cluentiana.
Mendax infamia, Horat. 1. epist. 17.
Verus infamia est in saxo. Ouid. 2. Metam.
In infamiam accedere. Paul. Trinum. 4.
Aspergere infamia. Cic. Qui istius facti non modò suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus.
Attingit eum infamia, Vide ATTINGO.
Auertere ab infamia, Vide AVERTO.
Irrogare infamiam. Papinian. in l. ex ea causa quæ infamiam non irrogat. D. de postulando. Vlp in l. quid ergo. §. ex compromisso. D. de iis qui notantur infamia. Rursus ibidem in fine.
Notari infamia. Vlp. in l. 2. in princ. D. de iis qui notantur infamia. Et in l. furti §. 1. D. eod. tit. Rursus in l. parentes. D. eod. tit.
Laborare infamia. Vlpianus in l. furti. §. 1. D. de iis qui notantur infamia.
Importare infamiam Martianus in l. ictus. D. de iis qui notantur infamia. Ictus fustium infamiam non importat: sed causa, propter quam id pati meruitsi ea fuit, quæ infamiam damnato irrogaret.
Conflare infamiam. Cic. pro Cluent.
Concipere infamiam. Cic. 1. Verr.
Delere infamiam, Cic. 1. Verr.
Esse infamia, Esse in infamia, Esse infamiæ. Cic. ad Attic. 2. Et Terent. in And.
Eximere aliquem infamiæ, Vide Pœnæ eximere, in EXIMO.
Fugere vel effugere infamiam. Cic. Famil. 1.
Habere infamiam. Cic. pro Flacco.
Malignum infamiæ vulnus infligere. Firmic. lib. 6. cap. 10.
Inurere infamiam alicui, Vide INVRO.
Leuare esse infamia, Vide LEVO.
Liberare infamia, Vide LIBERO.
Pulsari infamia. Firmic. lib. 5. cap. 1, Matrimonium contrahet cum muliere vidua, vel quæ publica pulsetur inuidia.
Spargere aliquem infamia. Firmic. lib. 6. cap. 14.
Subire infamiam. Cic. ad Q. frat.

Infamo, infamas, pen. prod. {ἀτιμόω, πανδημαγωγέω} infamâre: Ignominiam vel notam inurere, ignominia notare. Quintil lib. 10. cap. 1, non procul à fine, Deinde quum se iactarer, eodem modo dicere Senecam, infamabat. Seneca, Desinant denique infamare nos tanquam incredibilia iactantes.
Infamare patricidij. Quintil. 8. Declamat.
Animum infamare timore. Ouid. 3 de Ponto, eleg. 6.
Funera infamantia bellum. Stat. 9. Thebaid.
Fertum infamare veneno. Sil. lib. 3.
Officia alicuius infamare. Quintil. lib. 2. cap. 15, Qui quum longè sit à voluntate infamãtium oratoris officia, finem artis temere comprehendit.
¶Infamare, Diuulgare. Liuius 10. belli Macedon. Infamandæ rei causa ianuam obseurari iubet.
¶Infamare ag um. Colum. lib. 1. cap. 7, Ita fit, vt & actor & familia peccent, & ager æpius infametur. Hoc est vt agro imputetur peccatum familiæ. Idem lib. 9. cap. 8, Nõ sunt degeneres intermiscendæ, quæ infament generosas.
Infamatur vierque, Id est infamia notatur. Paulus in l. non est. D. de ritu nuptiarum.

Infamatus, pen. prod. {ἀτιμωτὸς} Participium. Ouid. 14. Metamorphos.
Et procul insidias, infamataque relinquunt
Tecta deæ. Infamatam deam, Circen vocat.

Infandus, Adiectiuum {ἄῤῥητος} Arduum quiddam atque inenarrabile, & quod vix fari quis possit. Terent. Eunuch. 4. 3,
Perij, obsecro tam infandum facinus mea tu, ne audiui quidem.
Martial. lib. 9. 10,
Immatura dabant infandas corpora pœnas.
¶Amor infandus. Virgil. 4. Æneid.
Cædes infanda. Liu 4. ab Vrbe, Infandæ colonorum cædis & defectionis authores.
Casus infandus. Virgil. 8. Æneid.
Dies infanda. Virgil. 2. Æneid.
Dolor infandus. Virgil. 2. Æneid.
Ignes infandi. Virgil. 1. Æneid.
Labores infandi. Virgil. 1. Æneid.
Res infanda & crudelis. Cic. 2. de Orat. Ex aduersario, iisdem locis ferè contraria. Ex re, si crudelis, si infanda, si præter opinionem, si immerito, si misera, si ingrata, &c.

Infandum {ῥῆτον} Interiectio, quemadmodum Malum, & similia poni solent. Virgil 1. Georgicorum,
Infandum: sistunt amnes, terræque dehiscunt.
¶Infandum, Aduerbium. Virgil. 1. Æneidos,
Nauibus (infandum) amissis vnius ob iram
Prodimur. Infandum, pro Infandè: nomen pro aduerbio. Potest tamen hoc loco etiam esse interiectio dolentis. Seruius.

Infans, infantis, com. gen. Substantiuum {βρέφος, ὑποκόριστος, νήπιος} Puer qui nondum fari cœpit. Cic. 3. Verr. Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit.
Ab infante, Vide AB.
Animosus infans. Horat 3. Carm. ode 4.
Crissus. Iuuenal. sat. 13.
Generosus. Stat. 4. Sylu. 7.
Infans incertus. Liu. 1 bel. Maced. In Sabinis incertus infans natus masculus an fœmina esset.
Parui infantes. Lucret. lib. 1.
Æditus in lucem iacuit sine viribus infans. Ouid. 15. Metam.
Continere infantem aluo, Vide CONTINEO.
Expressus infans omnibus membris. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Infestat infantes æditos pœnilunium, Vide INFESTVS.
Remouere infantem, A lacte depellere. Plin. lib. 28. cap. 7.
Vagitat infans. Stat. 4 Sylu 8.
Illa Hortensiana omnia fuere infantia. Cic. Attico, lib. 10. epist vlt.
Sensus est: Quum omnia promisisset Hortensius, nihil præstat, more infantium.
¶Infans, De brutis & auibus etiam dicitur. Plin. Quadrupedes infantes suos cognoscunt. Idem lib. 10. cap. 61.
¶Infans, omi. gen. capitur pro paruo. Plin. lib. 22. cap. 22, de bolero, Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti. Ouid. in Ibin,
Gutturáque imbuerant infantia, lacte camino. Idem 4. Fastorum,
Tutus vt infanti vagitat ore puer.
Pullus infans. Plin. lib. 10. cap. 33, Ipsum verò nihil mollibus plumis floccisque construunt tepefaciendis ouis, simul ne duras in infantibus pullis.
¶Infans, Nõ facundus, orationis facultate destitutus. Cic. de Clar. Orat. Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. Idem pro Cluentio, Tum verò ita sum perturbatus, vt omnia timerem: si nihil dixissem, ne infantissimus: si multa in eiusmodi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer. Idem ad Q. frat. lib. 3. 20, Omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribúsque infantius: nihil illo consilio sordidius.
Infans historia. Cic. de Claris Orat.
Infantes ac insipientes homines: quibus opponuntur Magni ac diserti. Cic. 1. de Inuent.
Pudor infans. Horat. 1. Serm. sat. 6, Verecundia enim nos elingues facit. Porphyr.
¶Infans, Interdum infandus est. Accius, Priusquam infans facinus oculi vescuntur mei. Sic & nefantia pro nefandis Lucilius posuit, hoc versu,
Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luuit. Turnebus.

Infantia, infantiæ {νηπιότης} Ætas puerilis & inadulta. Plinius lib. 9. cap. 8, Atque etiam gestant fœtus in infantia.
Infantia dicitur quum quis rem aliquam nouit, & eam dicendo non potest explicare. Cic. Att. lib. 4. 8, Quomodo ergo absolutus omnino παραπέμμα accusatorum incredibilis infantia, Id est L. Lentuli, L. Ter. quem fremunt omnes prætaticarum. Idem in Orat. Res autem sic se habet (vt breuissimè dicam quod sentio) compositè & aptè sine sententiis dicere, infantia est: sententiosè autem, sine verborum & ordine, & modo, infantia. Idem in Topic. Poristæ eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam.
Solumus infantiam delciis. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Ab infantia, Vide AB.
Infantia nasi, Vide NASVS.
Infantia pomi. Plin. lib. 15. cap. 19, Mox lacteum humorem, hoc est infantiam pomi absumunt.

Infantaria, infantariæ {ἀσπιδίσκος} pro Puerpera. Martial. lib. 4. 43, Et quod mireris magis, infantaria non est. De Basta.

Infarcio, infarcis, infarsi, infartum {ἐμπλήθω, συμφέρω, ἐνθύω} infarcire, Implere. vt Parietes infarcire, apud Plin. lib. 35. cap. 14. Columel. lib. 12.

lib. 12. cap. 53, Et maximè in eas partes quibus ossa relicta sunt, largum salè infarcito. Id est indito. Tiãquillus, Mori inedia destinantio, per vim ore deducto infarciri cibum iussit. Budæus hic infercire legit.
Infarcire verba, Inculcare, & sine ordine inserere. Cic. in Orat. Quæ vitia qui fugerit, vt neque verbum ita traiiciat, vt id de industria factum intelligatur: neque infarciens verba, quasi rimas expleat, &c. In vetusto exemplari legitur inferciens verba.

Infatigabilis, pen. corr. {ἀκάματος} Qui non defatigatur, vt Infatigabilis cursus. Plinius lib. 28. cap. 19, Dentes quidem eorum maximi, equis quoque adalligati, infatigabilem cursum præstare dicuntur.

Infatuo, infatuas {μωραίνω} infatuâre, Reddere stultum & fatuum. Cic. pro L. Flacco, Habebat enim rhetor iste adolescentes, &c. neminem quidem adeò infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. Idem 3. Philip. Vt hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica.
Adulatio infatuat. Senec. epist. 60.

Infaustus, Adiectiuum {ἀπάλαιστος} Infœlix, infortunatus. Ouid. 14. Metamorphoseos,
Bella infausta gerunt, multúmque ab vtraque cruoris
Parte darur.

Infector, Infectus. Participium, Vide INFICIO.

Infectus. Adiectiuum {ἀῤῥαγὲς, ἀδρανὲς} Non factus. Ex in & factus compositum. Plaut. Amph. 10, Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat. Ibidem, 7, Vtinam di faxint infecta dicta recte veniant tua. Id est, Vtinam quæ dicis non eueniant
Infectum argentum, Signato opponitur. Liu. 4. bell. Maced. Argenti infecti tulit in ærarium quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo, & signati bigatorum x VII millia viginti tria.
Cursu infecto deposcit præmia. Propert. lib. 2. eleg. 26.
Infectum damnum. Cic. in Topicis, At siquis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, nõ debebit præstare quod fornix vitij fecerit.
Infecta dona facere. Plaut. Mostel. 4. Id est irrita, reuocare donationem. Budæus.
Facta infecta loqui. Stat. 3. Thebaid.
Fœdus infectum. Virg. 12. Æneid.
Facta & infecta opera. Cato cap. 2, Vbi eognouit quomodo fundus cultus siet, operáque quæ facta, infectáque sient.
Infecta pace, Non facta. Terent. Eunuch. 1. 1,
Infecta pace, vtrò ad eam venies, indicans
Te amare, & ferre non posse.
Pensa infecta reponunt. Ouid. 4. Metam.
Sacra infecta relinquunt. Ouid. 6. Metam.
Scelus infectum. Virg. 6. Æneid.
¶Diffingere, infectúmque reddere. Horat. 3. Carm. ode 29.
Infecta facere, Quod factum est corrumpere. Plaut. Casin. 2. 0.
Infectum fieri non potest. Plaut. Aulul. 2. 6,
Quid vis fieri? factum est, illud fieri infectum non potest. Terentius Phorm. 5. 9.
Infectum reddere quicquid fieri non oportuerit. Plinius in Paneg. Intercedere iniquitatibus magistratuum, infectúmque reddere quicquid fieri non oportuerit.
Pro infecto esse. Liuius 9. ab Vrbe, Nemo quenquam deceperit, omnia pro infecto sint, recipiant arma quæ per pactionem tradiderunt.
Infectum volet esse dolor quod suaserit. Horat. 1. epist. 2.
Infectum, Sallustius nouo quodam modo non quod factum non est, sed quod fieri non potest dixit. Eius verba sunt, Sed rex nihil iam infectum Metello credens. Id est, nihil esse putans quod non efficere Metellus posset. Hæc Turnebus.

Infelix, Vide INFOELIX.

Infensus {μανιζω} Adiectiuum ab Infero, ait Sipontinus, significat eum qui ira in alium elatus est, & odium gerit. Terent. Andr. 1. 3, Me infensus seruat, nequam faciam in nuptiis fallaciam. Plautus Merc. 18, Verùm si non amant, oderunt, molesti itidem atque difficiles, garruli, osores, infensi, iracundi, sibi fussque inuidi. Suet. in Vitell. Nullis tamen infensior quàm vernaculis.
Infensus & inimicus. Cic 1. Verr. Iam nunc timeo quidnam pro offensione hominum qui illi inimici, infensíque sunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum, dignum eloqui possim.
Infenso atque inimico animo ire in aliquem. Cic. 4. Verr.
Dictis infensus amaris. Stat. 2. Theb.
Ignem infensum corripit. Virg. 5. Æneid.
Infensa atque inimica natura hominum generi. Cic. 4 Tusc.
Valetudo infensa. Tacit. lib. 14, Vitat comitantes, rarus per vrbem, quasi valetudine infensa.

Infenso, infensas {ἐχθαίρω} infensâre, Verbum apud Tacitum lib. 13, pro Infensum habere, Vt quasi infensantibus deis exitio tradi crederetur.
Infensare, pro Infestare. Tacitus lib. 5, Adequitare castris, infensare pabula.

Infer, pro Infra, Antiquè {κάτω.} Cato de Re rust. cap. 149, Vbi pyrus florere cœperit, prato irriguo: vbi Super, inférque vicinus permittet, tum decedito. Putarim tamen & Super & Infer adiectiua esse: vt sit Infer, infera, inferum: Super, supera, superum: pro Inferior & Superior. Vicinus infer, Cuius pratum est infra tuum, siue sub tuo.

Inferiæ, inferiarum {ἐπιτάφια, χοαὶ ἐνάγισμα} sunt (ait Seruius) sacra mortuorum quæ inferis soluuntur. Virg. 1. 10. Æneidos,
Viuentes rapit inferias quos immolet vmbris. Sueton. in Cal. Inferiásque his annua religione publicè institut. Cic. 3. de Nat. deorum, Tertius est ex Idæis digitis, cui inferias afferunt.
Dare inferias manibus. Ouid. 5. Fast.
Ferre inferias alicui. Virg. 9. Æneid.
Mittere inferias extincto alicui. Ouid. 11. Metam.

Sacrare vmbris æternas inferias. Stat. lib. 3.

Inferior, Vide INFERVS.

Infernas, infernatis, pen. prod. sicut Supernas, om. gen. {ἐμφερόμενος} Plin. lib. 16. cap. 39, Et ideo Romæ infernas abies supernari præfertur. Vitruuius, Infernatia ligna sunt quæ ex Apẽnino, parte qua inferum mare spectat, cæduntur: supernatia è diuerso.

Infernus, Adiectiuum {ὑπόγειος} vt Infernus fluctus, quasi intimus & profundus. Plin. lib. 2. cap. 47, Quoniam ille infernus fluctus ex imo maris spirat.
Aquæ infernæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 4.
Inferni dij, quibus Superi opponuntur. Liu. 1. bel. Maced.
Pars inferna. Cic. 2. de Nat deorum, Hic sese infernis è partibus erigit Hydra. Ex quodam poeta.
Rex infernus, Pluto. Virg. 6. Æneid.
Sedes inferna. Ouid. 3. Metam.
Inferna stagna. Liu. 8. ab Vrbe.
Tenebræ infernæ. Horat. 4. Carm. ode 7.
Valles infernæ. Ouid. in Ibin.
Infernæ vmbræ. Martial. lib. 1. 120.

Infero, pen. corr. infers, intuli, pen. corr. illatum, pen. prod. {ἐπιφέρω} inferre, Intrò ferre, siue portare. Plaut. Curcul. 2,
Me inferre Veneri noui iam lentaculum.
In ærarium inferre. Paulus in l. Senatus. D. De contrahenda empt. & venditione. Senatus censuit, ne quis domum villámve diueret, quo plus sibi acquireretur, néve quis negotiandi causa eorum quid emeret vendéret ve: pœna, in eum qui aduersus Senatusconsultum fecisset, constituta, vt duplum eius, quanti emisset, in ærarium inferre cogeretur: in eum verò qui vendidisset, vt irrita fieret venditio.
Fisco inferre quingentos solidos. Macer in l. Imperatores. D. De iure fisci. Hermogenianus in l. Aufertur. eod. tit.
Inferre in ignem. Cæsar 6. bell. Gall. Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica & sumptuosa: omniáque quæ vius cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia.
In pauperiem. Plaut. Trucul. 1, 1,
-velut meretrix meum horum miserum sua blanditia inculit in
Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, amicis.
Inferre se in templum, vel in vrbem. Cic. in Vatinium, Tu in templum Castoris te cum C. Fidulo atraro, cæteríque tuis furiis funestum intulisti. Idem in Pisonem, Triennio post Macedonicus Imperator in vrbem se intulit, vt nullius negotiatoris obscurissimi reditus vnquam fuerit desertior.
¶Inferre se, pro Cum impetu irruere. Liu. 2. ab Vrbe, Adeò concitato impetu se inuelerant Herusci, vt funderent ipso incursu Arcinos. Sic lib. 4, Et ipse princeps calcaribus subditis euectus, effræno equo in medios ignes infertur. Idem 3. bell. Maced. Inferentem se ferociter hostem, &c.
Per medios infert se. Virg. 1. Æneid.
Inferre se, pro Incedere, & composito quasi gradu cum fastu ambulare. Vel etiam simpliciter ingredi & intrare. Plaut. Milit. 14. Idem Persa, 23,
Hui babæ, quàm basilicè te intulisti, & faceté.
Equus se infert campo. Virg 2. Georg.
Inferre & intrudere se. Cic. pro Cecin. Versabatur quoque eo tempore in his rationibus auctionis & partitionis: atque etiam se ipse inferebat & intrudebat, & in eam opinionem Cesenniã adducebat, vt mulier, &c. Id est, *Ingerebat*, vt vulgò dicunt. Budæus.
¶Inferre, de mortuis dicitur. Cic. 2. de Legib. Iam tanta est religio sepulcrorum, vt extra sacra & gentem inferri fas negent. Vlpianus in l. 2. D. De religiosis & sumptibus funerum. Qui mortuum in locum alienum intulit, tenebitur in factum actione. Idem in titulo De mortuo inferendo. l. 1, Qui inferendi mortuum ius habet, non prohibetur inferre.
¶Inferre abortum. Plin. lib. 8, cap. 47, Tonitrus solitariis ouibus abortus inferunt. Hoc est, Causam esse abortus. Vide ABORIOR.
Inferre actionem cum aliquo, est agere aduersus aliquem. Paulus in l. Ex facto. §. vlt. D. De peculio.
Inferre verecundiam alicui. Liu. lib. 5. bell. Maced.
Inferre arma, pro Belligerare. Liu. 1. ab Vrbe, Quum bellum vtrinque summa ope pararent, vertíque in eo res videretur vtri prius arma inferrent, occupat Tullus in agrum Sabinum transire.
Bellum, Idem. Cic. 1. de Diuinat. Iouem imperauisse, vt Italiæ bellum inferret.
Bellum contra patriam. Cic. 2. Philipp.
Cæcitarem. Plin. lib. 12. cap. 8, Irem laurino folio & ibi spina tradita est, cuius liquor aspersus oculis, cæcitatem infert omnibus animalibus.
Calamitatem ciuitati. Cæsar 2. bell. Gall. Qui huius consilij principes fuissent, quòd intelligerent quantam calamitatem ciuitati intulissent, in Britanniam profugisse.
Caritatem annonæ. Plin. lib. 18. cap. 28, Quæque nunquam annonæ intulere caritatem.
Causam, Afferre excusationem. Cæsar 1. bel. Gall. Quorum alius alia causa illata, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse diceret, petebat vt eius voluntate discedere liceret.
Inferre causam alicui, pro Dare occasionem. Hirtius de bello Hispaniensi, lib. 6, Propter pecuniæ magnitudinem aliqua ei inferebatur causa, vt eo de medio sublato, ex eius pecunia, latronum largitio fieret.
Certamen alicui, vt aliquid fiat. Liu. 4. ab Vrbe. Consulibus, Tribunisque pleb. certamen intulerunt, vt pars Quæstorum ex plebe fieret.
Cladem. Liu. 9 bel. Pun. Omnibus pacis modo iniuriosè agentibus magna clades illata.
Classes Oceano. Lucan. lib. 10.
Crimen alicui, Criminari. Cic. 7. Verr. Quum ipse prædonum socius putaretur, aliis proditionis crimen inferret.
Crimina inferre & Diuere, contraria. Author ad Herennium lib. 4,

Accusatoris officium est, inferre crimina: defensoris, diluere & propulsare.

Detrimentum, pro Damno esse. Cæsar 2.bel.Ciuil.Magnísque vltro illatis detrimentis,eos qui eruptionem fecerant, in oppidum reiiciebant.

Dolorem. Plin.lib.24.cap.9.

Faces tectis,incendere tecta. Cic.in Parad.Nisi fortè quum parietes disturbaras,aut quum tectis sceleratas faces inferebas,meorum aliquid ruere,aut deflagrare arbitrabare.

Famem ciuibus. Cic.ad Att.lib.9.18i,Me meis ciuibus famem,vastitatem inferre Italiæ.

Fraudem.Liu.7.bel.Pun.Ibi duo duces sagaciter moti sunt,alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem.

Gradum. Liu.9.ab Vrbe, Is nouus terror additus quum ex parte vtraque circunuasisset aciem,& ad terrorem hostium legiones Rom. redintegrato clamore intulissent gradum.

Gradum inferunt,quasi recentibus auxiliis aucti. Tacit.lib.19.

Hostem se alicui, Virg.10.Æneid.

Ignominiam. Liu.4.bell.Maced.

Se in periculum capitis. Cic.pro Corn.Balbo, Nequis se pro nostro imperio periculum capitis,atque in vitæ discrimen inferret.

Iniuriam sociis. Cæsar 1.bel.Gall. Et libro 2. Cicero 1.Offic.Sed iniustitiæ genera duo sunt: vnum, eorum qui inferunt: alterum, eorum qui ab iis quibus infertur,si possunt, non propulsant injuriam.

Litē. Papinian. in l.2.D.Ne de statu defunct. Præscriptio quinque annorum, quæ statum defunctorum tuetur,specie litis ante mortem illatæ non sit irrita.

· Litem capitis in aliquem. Cic.pro Cluent.

In clarissimum solem lumen inferre.Quintil.lib.5.cap.12.

Mala.Plin.lib.14.cap.22, Approbauit planè quanta per temulentiam mala terrarum orbi intulisset.

Manus alicui, Idem quod Afferre manus. Cic. in Parad. Et æquè peccare se si priuatis,ac si magistratibus manus inferantur. In veteri exemplari legitur Adferant. Plin.epist.190.

Turba manus armatas in illum intulit.Ouid.in Ibin.

Memoriam sempiternam in domum suam.Cic.2.Offic.

Mentionem,pro Mentionem facere.Liu.4.ab Vrbe,Et mentio primo senssim illata à Tribunis, vt alterum ex plebe Consulem liceret fieri.

Metum, Incuere timorem. Liu.6.bel.Pun.Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat, quàm apud ciues, sociósque: & diuinatio quędam futuri,quo minus ratio timoris reddi poterat,eò opportunè maiorem inferens metum.

Mœstitiam.Cic.1.Tusc.

· Moram. Cæsar 3.bell.Ciuil.Neque verò Pompeius cognito consilio eius, moram vllam ad insequendum tulit. Id est, moram nullam fecit.

Morsus alicui. Ouid 11.Metam.

Mortem,Occidere. Plin.lib.27.cap.2.

Necem.Plin.lib.10.cap.74,Aspidem necem intulisse catulo author est Philarchus.

Oculos in Remp. Cic.pro Fonteio, Age verò nunc inferte oculos in curiam,introspicite penitus in omnes Reipub.partes.

Odium. Tacit.lib.15,Et Lucanus Anneus, Plautiúsque Lateranus Consul designatus viuida odia intulere.

Pedem. Cic.pro Cecinna, Verum pedem quum intulero, atque in possessionem vestigium fecero,tum expellar,atque deiiciar:&c.

Inferunt pedem, vrgéntque, & impulsos semel terrore eodem agunt quo cœperunt. Liu.10.ab Vrbe.

Pedem in ædes inferre. Plaut.Amphit.8,

Neque meum pedem huc intuli etiam in ædeis.

Periculum. Cic.pro Cluentio, Et penitus perspicere deberis quid mali, quantum periculi vaicuique nostrum inferre possit vis Tribunitia,&c.

Inferre periculum capitis. Cic.2.Offic.

Prælium in castra. Liu.4.ab Vrbe, Dictator prorupto vallo iam in castra prælium intulerat.

Probrum castis,labem integris, infamiam bonis. Cic.pro Cælio.

Quæstionem. Papinianus in l.2. D. Ne de stat. defunct.Non esse libertatis quæstionem filiis inferēdam, propter patris vel matris memoriam post quinquennium à morte non retractatam,conuenit.

Rationibus. Columel.lib.1.cap.7,Nam & ipsi diripiunt, & ab aliis furibus non custodiunt. sed nec conditum cum fide rationibus inferunt:ita fit vt actor & familia peccent.

Sermonem in. Cic.1.Offic. Turpe enim, valdéque vitiosum, in re seuera conuiuio dignum aut delicatum inferre sermonem.

Sermonem de re aliqua. Cic.1.de Orat.Ibi vt ex pristino sermone relaxarentur animi omnium,solebat Cotta narrare,Crassum sermonem quendam de studio dicendi intulisse.

Signa. Cæs.2. bel. Gall.Signa inferre, & manipulos laxare iussit.

Signa patriæ. Cic.pro Flacco, Damnatus est is qui Catilinā signa patriæ inferentem intreemit.

Spem.Cæsar 2.bel.Gall.Huius aduentu spe illata militibus, ac redintegrato animo,&c.

Stuprum reginæ,pro Stuprare. Cic.3.Offic.

Stuprum puluinaribus Bonæ deæ. Cic.de Aruſp.resp.

Stuprum in domum aliquam,pro Vxorem alicuius stuprare. Cic. in Parad. Quancunque in domum stuprum intulerint, eandem esse labem hbidinis.

· Sumptum ciuibus, hoc est, Sumptibus vexare, & onerare ciues. Cic.pro Flacco, Pro quo quum à P.Varino Prætore pecuniam accepisset,celauit suos ciues,vtróque iis sumptum intulit.

Supplicia vrbibus hostium. Cic. de Aruſp.resp.Supplicia neque à sociorum mœnibus prohibere, neque hostium vrbibus inferre potuerunt.

Suspicionem. Cæsar 3.bell.Ciuil.Ex fremitu equorum illata suspicione,ad suos se recipere cœperunt.

Terrorem,pro Terrere. Cic.pro Milone, Satis declarat se non terrorem inferre vobis.

Terrorem intulerat Ioui. Horat.3.Carm.ode 4.

Tributum studio alterius. Columel.lib.1.cap.1, Nec minori fide pro virili parte tributum nobis intulerunt Lysimachus & Cleobulus. Paulo antè dixerat, Aliquod stipendium nostro studio contulerunt.

· Inferre verecundiam alicui. Liu.lib.5.bell.Maced.Aduentum eius & maiestatem ad verecundiam inferēdam Romanis maiorem vim habituram quàm arma.

Vestigia aliquò. Lucret.lib.6.

Vim & manus alicui. Cic.in Catil.Iam mihi Consuli hoc ipso in templo iure optimo Senatus vim & manus intulisse.

Vulnera alicui, Vulnerare. Cæsar 5.bell.Gall.Multis vltro vulneribus illatis. Sic lib.2.bell.Ciuil.Multa nostris de improuiso imprudentibus atque impeditis vulnera inferebant.

¶Inferre,Soluere. Scæuola in l. De accessionibus.D.De diuer.tēp. præscrip.Iam enim illo in tempore, quo contrahebat, videri te concessisse venditionem,si pecuniam non intulisses.

Illatus, pen.prod.Participium,Vide in superioribus exemplis.

Illario, Verbale ἀπὸ τοῦ ἐμπορεύομαι. Vlpian.in l. 2. D.De religiosis & sumptibus funerum, De ea autem illatione Prætor sensit, quæ sepulturæ causa fit.

Inferus,infera,inferum,pen.corr. ἀπὸ τοῦ κάτω. Ab infra dictum est, teste Sipontino, Quod infra est:vt Inferum limen. Plaut.Merc.21, Varro, Nubes aquali frigido, velo leues cæli cauernas aurea subduxerant, aquam vomentes inferam mortalibus. Cic. 1. Tusc.Eadémque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit, vt omnia supera infera,prima vltima,media videremus.

Inferi, inferorum ἀπὸ τοῦ κάτω. Qui infra alios sunt posiri & siti. Cic.pro Cluent. Núc quidem quid tādem illi mali mors attulit? nisi fortè inceptis,ac fabulis ducimur, vt existimemus illam apud inferos impiorum supplicia perferre, ac plures illic offend.sse inimicos, quàm hic reliquisse. Plaut.Aulul.12,

-siquid coxerint,

Superi incœnati sint,& cœnati inferi.

Inferior,& hoc inferius ἀπὸ τοῦ κατώτερος,σάτατος, κατωδικός, πάλαι. Cōparatiuum ab inferus. Cic.4.Tuscul.Inferior ambulatio.

Inferior & superior cæteris rebus. Cic.1. Verr.Tu quum omnibus rebus inferior fis, hac vna in re te mihi anteferri putas oportere, quòd Quæstor illius fueris. ego, si superior cæteris rebus esses, te hanc vnam ob causam accusatorem repudiari putarem oportere.

Inferior belli laude. Cic.1.Offic.Timotheus Cononis filius, qui quum belli laude non inferior fuisset, quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriam adiecit.

Multo inferior Martē & armis. Propert.lib.2.eleg.9.

Ætas inferior. Cic.4.Acad. Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi,Chrysippo,reliquísque inferioris ætatis?

Inferiores virtute casus ducere.Cic.de Amic.Hanc esse in re sapientiam existimant, vt omnia tua in re posita esse ducas, humanósque casus virtute inferiores putes. Id est, minoris facere casus quàm virtutem.

Inferiore genere orto cedendum putauit. Cic.Anteq.iret in exil.

Inferius. Ouid.2.Metamorphoseos,

Infestiúsque suis fraternos currere Luna

Admirātur equos.

· Cælum fidet inferius mari. Horat.Epod.5. Hoc est,descendet inferius quàm sit mare.

Inferius maiestate. Corn. Tacit.lib.3, Tiberius atque Augusta publico abstinuere,inferius maiestate suā rati,si palam lamentarentur.

Infimus, infima,infimum, pen.corr. ἀπὸ τοῦ κατώτατος. Superlatiuum. Plaut. Curcul.9,In loco infimo boni homines atque dites ambulant.

Infimi hominēs,Id est contempti,nullo in honore habiti, vel abiectæ conditionis Terent.Eunuch.3.2,

Tace tu,quem ego esse puto infra omnes infimos

Homines. Cic.3 de Legib.Homo omnium infimus & sordidissimus.

Infimus ciuis. Cicero 5.Verr.cui contrarium est Summus: vt pro Fonteio,Non modò cum summis ciuitatis nostræ viris, sed cum infimo ciue Romano quisquam amplissimus Galliæ comparandus est.

Aduersus infimos etiam iustitia seruanda. Cic.1.Offic.

Infima fortuna homines. Cic.5.de Finib.

Ab infima plebe completi gradus cēplorum. Cic.ad Att.lib.4.70.

De gente infima. Horat.2.Carm.ode 3.

Infimo loco natus. Cic.pro Flacco, Siquidem infimo loco natum, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem: tamen.&c.

· Infimis precibus aliquid petere, Quibus nos infimos facimus & abiicimus,vt quod petimus, facilius impetremus. Liuius 9.bell.Pun. Ab eo supplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat,quatuor millia Maurorum impetrauit.

Infimum & Summum, contraria. Cic.1.de Finibus, In quò nihil æquè nec summum, nec infimum, nec medium, nec vltimum, nec extremum sit.

Infimares, pen.prod. Qui sunt infimæ sortis. Charisius lib.1, Inuenimus optimates, & infimates legimus. Plautus in Sticho, Act.3.scen. vltima, -summates viri

Summi accūbent,ego infimatis infimus. Vt enim hic & hæc nostratis,& hoc nostrate,ita hic & hæc infimatis, & hoc infimitate, dixere vetcres. Dicimus autem summates, summæ conditionis, & potentiæ viros:infimates,infimo loco natos.

Infericio,siue Inferuesco, inferuescis, inferbui ἀπὸ τοῦ ζέω. Inferuescere, Idem quod feruere. Cato cap.108,Facito bis aut ter inferueat. Idem cap.90. Et far parum facito,& fabæ tertia pars vt inferuescat. Horat. 2.Serm.sat.4.

Hoc

Hoc vbi confusum sectis inferbuit herbis, Coryciópue,&c.

Inferuefacio, cis, inferuefeci, inferuefactum ἀπὸ τοῦ ζωπυρέω. Inferuefácere. Columel.lib.9.cap.12,Omnia eadem æquis ponderibus in vnum ligata, & fictili vase cum aminæo vino inferuefacta. Idem lib.12. cap.17.Liquatúmque acetum inferuefaciant.

Inferuefio,pen.prod.inferuefis,pen.indiff.inferuefieri,pen.cor.Scribon. Larg. cap. vlt. Posteróque & tertio die quum inferuefiunt, reconduntur.

Infestiuus, pen.prod. Adiect. ἀπὸ τοῦ ἄστεως. Infacetus, iniucundus. Gell. Homo subagresti ingenio & infestiuo.

Infestus,Adiect. ἀπὸ τοῦ πολεμίως, χαλεπῶς, κακῶς πάσχω. Qui alicui malum infert:& est plus quàm inimicus, iámque aduersus eum fertur. Plaut. Casin.15,

-nunquid mihi quoque minatur?

P. Tibi soli infesta est plus quàm cuiquam.

Infestum ferri in suos. Cic.pro Rosc.Amer.Is qui ardens auaritia feratur infestus in suos.

Infestus aut inimicus. Cic.5.Verr.Quis hunc audet dicere aratoribus infestum aut inimicum fuisse?

Habere aliquid infestum, pro Infestare. Liu.lib.9.Decad.4, Qui vias latrociniis,pascuáque publica infesta habuerant.

¶Acies infestæ,Vide ACIES.

¶Infestus,Passiuè, Qui infestatur,& cui malum infertur. Liu.2.ab Vrbe,Breuíque adeò infestum omnem Romanum agrum reddidit, vt non cætera solùm ex agris,sed pecus quoque omne in vrbem compellcretur.

Infestus ager ab nobilitate, Vide AB.

Amor infestus.Catul.ad Iuuentium.epigr.94.

Animo infesto reprehendere.Brutus ad Cic.16, Benefacta pro debitis exigimus: quæ alter euenīunt,vt decepti ab his, infesto animo reprehendimus.

Arma infesta. Ouid.5. epist.19.

Clamor infestus & inimicus. Cic.3 Verr.Clamore Populi Romani infesto atque inimico excitatum.

D.ctis infectis discerpere aliquem. Catul.de coma Beren.61.

Enses infesti.Stat.1.Achil.

Fortuna inf.sta,cui Prospera opponitur. Cic.ad Octauium.

Hostes infesti. Ouid 1.Amor.eleg.9.

Itinera infesta. Cæsar 8. bell.Gall.Infestíque itineribus commeatus complures qui comportabantur in hyberna Romanorum,intercipiebantur. Sic 3. bell. Ciuil. Sic Infestum mare, Cicero Attico, libro 9.

Latrones infesti.Horat.2.Serm.sat.1.

· Mare infestum habere.Latrociniis mare infestare. Cicero lib.3.de Rep.Nam quum quæreretur eo quo scelere impulsus mare haberet infestum vno myoparone,Eodem,inquit,quo tu orbem terræ.

Crudelis & infesta huic mater. Cic.pro Cluent.

Oculis inf.stis conspici. Cic.1.in Catil.

Odium infestum. Cic.5.Verr.Qua de causa excitatum esse dicamus in aratores tam infestum odium atque tantum?

Prouincia infesta, Non ab hostibus aut prædonibus tuta. Cicero 2.de Inuent.Quòd tamen excursionibus & latrociniis infestam prouinciam redderent. Budæus.

· Quietem infestam facere alicui. Lucret.lib.5.

Infestior saltus. Asin.Poll.ad Cic.lib.10.31,Nam saltus Castulonensis qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est.ramen,&c. Hoc est,periculosus.

Senectus infesta, Molesta & grauis. Liu.1.ab Vrbe, Tum verò in dies infestior Tulli senectus,infestius cœpit regnum esse.

Signa infesta dicuntur quæ aduersum rendūt: hoc est vexilla in hostem cuntia,vt molestiam inferant. Hæc Valla lib 4. Cæs.6.bel.Gall.

· Illi vbi præter spem quos fugere credebant, infestis signis ad se ire viderunt. Sic Liu 4.ab Vrbe.

Tela infesta.Virg.5.Æneid.

Terra infesta colubris. Ouid.4.Metam.

· Vulnere infesto insequi aliquem.Virg.2.Æneid.

¶Infestus etiam dicitur cui infesti sunt inimici: qui in discrimine versatur,& infidis. Cic.pro Rosc.Amer.Filij vita infesta, sæpe ferro atque insidiis appetita. Sic Catul.ad Gell.epig.111.

Infesta salus alicuius, cui infesti sunt inimici, vt ait Gell.Cicero pro Plancio, Dolebam Iudices, & acerbè ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior,quòd is meam salutem atque vitam sua benevolentia præsidio,custodiáque texisset.

¶Infestum,à Festinando dici putat Nigidius, Qui enim instat (inquit) alicui,eúmque properans vrget, opprimeréque eum studet festinátque:aut contrà,de cuius periculo & exitio festinatur: is vterque infestus dicitur,ab instantia atque imminentia fraudis, quam vel facturus alicui, vel passurus est. Ex Gellio, libro 9.cap.12.

Infesto,infestas ἀπὸ τοῦ ἐνεδρεύω. infestāre,Crebris incursibus molestiam inferre,vt ait Valla. Plin.lib.7.cap.2, Quos à gruibus infestari Homerus quoque prodidit. De Pygmæis.

Charybdis infestat aquas. Ouid.2. Amor.eleg.11.

Infestare,pro Vitiare. Plin.lib.15, Arborem ipsam fertilitate consumimusco præterea rubro infestari. Budæus.

Infestare rudes animos superstitione. Colum.lib.11.cap.1.

Infestantur vinera Austris & Euris. Colum.lib.3.cap.12.

Infestat infantes editos plenilunium. Plin.lib.7.cap.6.

Infestatur Asia angustiis.Plin.lib.6.cap.11.

Infestē, Adverb. ἀπὸ τοῦ ἐνεδρεύω. Noxiē.Liu.6.bel.Pun.

Infibulo,infibulas,pen.corr. ἀπὸ τοῦ ἐμπορπάω,περονάω. infibulāre. Celsus lib. 7.cap.25,Infibulare quoque adolescentulos quidam valetudinis causa consuerunt. Eiúsque hæc ratio est. Cutis quæ super glandem est, extenditur: notarúrque vtrinque à lateribus atramento, quà perforatur, deinde remittitur. Si super glandem notæ reuertuntur, nimis apprehen.tum est, & vltrà notari debet. Si glans ab his libera est, is locus idoneus fibulæ est.Tum quà notæ sunt, cutis acu filum ducen-

te transuitur, eiúsque fili capita inter se deligantur, quotidíque id mouetur,donec circa foramina cicatriculæ fiant. Vbi hæ confirmatæ sunt, exempto filo fibula additur: quæ quò melior,eò leuior est. Hactenus Celsus. Infibulabantur etiam comœdiarum actores, & adolescentes, cōseruandæ vocis gratia, quæ post expertam venerem tum asperior fieri, tum rauescere & mutari solet. Martial.libro 7. epigram.81,

Menophili penem tam grandis fibula vestit,

Vt sit comœdis omnibus vna satis.

Hunc ego credideram (nam sæpe lauamur in vno)

Sollicitum voci parcere Flacce suæ.

Dum ludit media populo spectante palæstra

Delapsa est misero fibula: verpus erat. Vnde est illud Iuuenalis, Satyra sexta,

Soluitur his magno comœdi fibula. Cui succinit Martialis libro 12. epigram.nono,à fine, De fibula. Hinc etiam Refibulare, huiusmodi fibulam soluere. Videmus hodiéque ab Hispanis & Italis infibulari equas,vt à coitu arceantur. *Boucler.*

Inficetiissimè.pen.cor.Aduerb.Plin.lib.35.cap.4, Hinc enim ille Crassi oratoris lepos agentis sub veteribus quum telitis compellatus insitarer:Dic ergo Crasse qualem me reris. Talem inquit, offendens in tabula pictum inficetissimè Gallum exserentem linguam. Quid autem vocarit Plinius inficetissimè pingi, licet colligere ex verbis ipsius Crassi eandem historiam narrantis lib.2.de Orat.Demonstraui, inquit, digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico sub nodis distortum,exerta lingua,buccis fluentibus. Risus est commotus, nihil tam Mancæ simile visum est.Quintil.lib.6 cap.4.

Inficias, & Inficiator, Vide INFICITOR.

Inficio,inficis,pen.corr.infeci,infectum ἀπὸ τοῦ βάπτω,παραβάπτω. inficere, Intingere, imbuere. Plin.lib.7.cap.15, Ad omnem contactum adhærens, præterquàm filo quod tale virus infecerit. De menstruis mulierum. Ibidem,capite 56, Inficere lanas Sardibus Lydi. Sub.inuenerunt.

Æquor infecit sanguine. Horat.3 Carm.ode 6.

Sanguis infecit aquas. Ouid.epist.9.

· Arcus cœlum inficit longo curuamine. Ouid.7.Metam.

Capillos nigro colore inficiunt siliquæ eruī. Plin.lib.22.cap.25.

· Senecta infecit caput. Tibull.lib.1.eleg.8.

Cultros inficit sanguine.Ouid.15.Metam.

· Volumina fumi infecere diem. Ouid.13.Metam.

Gladios inficere sanguine. Horat 3.Carm.ode 13.

Cortex nucis inficiens manus. Ouid.de Nuce.

Ora pallor albus inficit. Horat.Epod.7.

Rubor igneus inficit ora. Lucan.lib.5.

Inficere pocula veneno,Quod barbari dicunt *Venenare*, vel *intoxicare*. Virg.2. Georg.

Inficere tabe inuidiæ.Ouid.2.Metam.

Inficere artibus,pro Imbuere. Cic.3 de Finib. Sed tamen iam puer infici debet his artibus,quas si dum est tener,combiberit, ad maiora veniet parator. Budæus.

Inficere ac flectere. Cic.1.de Legib.Qui teneros ac rudes quú acceperunt,inficiunt & flectunt vt volunt.

Inficere peregrinis moribus,opinionum prauitate,& similibus.Liuius, Hoc luxu & peregrinis infecti moribus. Id est imbuti & vitiati. Cic.3.Tuscul. Idem ad Att.lib.1.8,Sed vereor ne hoc quod infectum est,serpat longius. Id est,in quinatum, contaminatum. à labe metaphora deducta, quæ ex oleo facta, serpit latè in ea re quam semel infecit.

Deliciis,otio,languore,desidia animum inficere. Cic.5. Tuscul.

Infectus, Participium ἀπὸ τοῦ βάπτομαι. Tinctus.Plinius lib.11.cap.37,Mulieribus etiam palpebræ infectæ quotidiano: tanta est decoris affectatio,vt tinganrur oculi quoque.

Infectum mare,Venenatum. Sueton.in Calig.Inuenta & arca ingens variorum venenorū plena,quibus mox à Claudio demersis infecta maria traduntur non sine piscium exitio.

Tela infecta sanguine. Stat.9.Theb.

Infectus, huius infectus ἀπὸ τοῦ βάπτω. Plinius lib.8.cap.48, De reliquarum infectu,suis locis dicemus.

Infector, Verbale ἀπὸ τοῦ βάπτω. Qui lanas inficit, & imbuit aliquo colore. Plin.lib.20.cap.7, Quarto infectores lanarum vtuntur, quod glastum vocant.

Infector succus, Quo lanæ vel quidpiam aliud tingitur, & inficitur.Plin.lib.11. cap.2.

Inficior,inficiaris ἀρνέομαι,ἀρνοῦμαι. inficiāri, Negare dicto,non facto, inquit Valla lib.6. Cic.pro Cluentio, Quis tum posset arguere ab Oppianico tēratum esse iudicium pecunia? quis id hoc tempore inficiari posset? Idem 3.in Catil.Nam quum id posset inficiari, reperiebat præter opinionem omnium confessus est. Idem pro Cluentio,Florio legatum ex testamento inficiatum est. Idem 6. Verr.Earum autem rerum nullam sibi iste neque inficiendi rationem, neque defendendi facultatem reliquit.

Nec tuus est genitor nos inficiatus amicos. Ouid.1.de Pont.8.

Pars est inficiata notitiam mei.Ouid.4.de Ponto,eleg.6.

Pretium rex inficiatur. Ouid.11.Metam.

Amor inficiandus. Ouid.2.Amor.eleg.17.

Fama inficianda tuis factis. Ouid.9.epist.1.

Inficias ἀρνητὸν εἶναι. tantum accusatiui casus, & pluralis numc. solùm cum e o, is iungitur sine præpositione,vt Ire inficias,Negare. Terēt. Adelph.3.2,

Si inficias ibit,testis mecum est annulus quem amiserat. Gell.lib.16. cap.19.Nautas stupefactos conuictósq; inficias irē nō quisse. Quintil.lib.3.cap.7,Nec inficias eo esse quasdam,&c.

Inficiator, pen.prod. inficiatoris. Verbale ἀρνητὴς. Qui negat se vel debere quod actor petit,vel commisisse quod accusator obiicit.Cic.1. de Orat.Quod petitoris causa comparatum esse non intelligebat: vt si ille inficiator probasset iudici antè petitam esse pecuniam, quàm

esset cœpta deberi. Vnde status coniecturalis dicitur inficialis, in quo semper reus inficiatur. Hæc Valla lib. 6. Cic. in Catil. Hosce ego nó tam milites acres, quàm inficiatores lentos esse arbitror. Idem pro Flacco. Martial. lib. 1. 98,

In ius ô fallax atque inficiator eamus.

Inficiatio {ἐξάρνησις} Aliud verbale. Negatio. Cic. 2. de Orat. Sic in Partit. Primus ille status rationem habet iniqui criminis, ipsam negationem inficiationémque facti.

Nuda inficiatio. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Inficialis, & hoc inficiale, pen. prod. {ἀρνητικός} vt inficialis status, Quo itur inficias, & negantur obiecta, Vide INFICIATOR. Cic. in Topic. Iraque aut inficialis, aut coniecturalis prima appellatur.

Infidelis, Vide INFIDVS.

Infidus, Adiectiuum, pen. prod. {ἄπιστος, ἀπιστόδε} à Fido, fidis deriuatur, quod habet primam longam, significat autem cum cui non est fidendum. Cic. de Prouinc. Consul. Cæteræ partes à gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certè immanibus & barbaris.

Fidus & Infidus, contraria. Cic de Amic. Tum quum exul esset, se intellexisse quos fidos amicos habuisset.

Infidum fœdus. Liu. 7. ab Vrbe, Et propter Latinorum insidum iam diu fœdus, Priuernates, &c.

Mare infidum. Lucret. lib. 2.

Infidi fratres. Virg. 2. Georg.

Infida pax. Liu. 9. ab Vrbe, Ad Æquos inde veteres hostes, cæterum per multos annos sub specie infidæ pacis quietos versa arma Romana.

Proditio infida. Ouid. 3. de Arte.

Infida sedes & instabilis. Plin. lib. 36. cap. 15, Super omnia erit populi furor, sedere aut stam infida, instabilisque sede.

Infida regni societas. Liu. 1. ab Vrbe.

Infidus socius. Liu. 4. bel. Pun. Et 2. ab Vrbe, Infida seruitia.

Vir infidus. Propert. lib. 1. eleg. 6.

Vulgus infidum. Horat. 1. Carm. ode 35.

Infida omnia atque infesta facere. Liu. 1. ab Vrbe.

Infidelis, & hoc infidele, pen. prod. {ἄπιστος} Qui non stat promissis, & promissam fidem non exoluit, quin potius violat. Plaut. Asin. 11,

Vbi fidem fraudaueris, vbi hero infidelis fueris. Liu. 3. bell. Pun. Sociis superbis atque infidelibus.

Allobrox nouis rebus infidelis. Horat. Epod. 16.

Infidelis & Firmus amicus, contraria. Cic. ad Catonẽ, lib. 15. 4, His ego subsidiis ea sum consecutus quæ nullis legionibus consequi potuissem, vt ex alienissimis socius amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem.

Arbitræ non infideles meis rebus. Horat. Epod 5.

Infidelitas, penult. corr. huius infidelitatis {ἀπιστία} Fides violata, perfidia. Cæsar 8. bell. Gall. Infidelitatem eius sine vlla perfidia iudicauit comprimi posse. Cicero pro Milone, Quantæ infidelitates in amicis.

Infigo, infigis, pen. prod. infixi, infixum {ἐμπήγνυμι} infigere, Intus figere: vt

Infigere ictus corpori. Cic. 2. Tuscul.

Infigere gladium hosti in pectus. Cic. 4. Tusc.

Sagitta infigitur arbore, pro In arbore. Virg. 5. Æneid.

Infigere sagittarum venabula præterreuntibus. Plin. lib. 8. cap. 8.

Inculcare & infigere aliquid. Plin. epist. 20, Pręuaricatio etiam cursim & breuiter quæ sint inculcanda, infigenda, repetenda.

Positum & infixum in re aliqua. Cic. pro Cluent. Hoc quod in cõmunibus hominum sensibus, atque in ipsa natura positum atque infixum est.

Infixum est animo, Id est, Vehementer inhæret memoriæ. Quintil. lib. 1. cap. 14, vbi de lectione pueri.

Infixus, Partic. {ἐμπαγής, ἐμπηκτός.} vt Aculeus infixus, Vide ACVLEVS.

Infixus animus in patriæ charitate. Cic. ad Brutum.

Infixus animo hæret dolor. Cic. 2. Philipp.

Hostis infixus mœnibus. Silius lib. 11.

Intenta & infixa mens in eas res. Cic. 1. de Nat deor. In eas imagines mentem intentam, infixámque nostram intelligentiam capere, quæ sit & beata natura & æterna.

Infixa in tergis hostium pila. Liu. 7. bel Pun.

Infixa animis religio. Liu. 9. bell. Pun.

Infixa memoriæ res. Liu. 3. ab Vrbe, Eò se rem vetustate obliteratam, cæterùm suæ memoriæ infixam afferre.

Telum infixum educere. Ouid. 13. Metam.

Vulnus infixum stridet sub pectore. Virg. 4. Æneid.

Hærent infixi pectore vultus. Virg. 4. Æneid.

Infimus, Vide INFERVS.

Infindo, infindis {ἐνσχίζω} infindere, Idem quod simplex. Virgilius ecloga 4,

Omnia, quæ iubeant telluri insindere sulcos. Sic 5. Æneid.

Infidibulum, infidibuli. Turnebus, Infidibula ab infundendo nomen sunt adepta, quibus tanquam infunduntur vasa angusti oris, vt vrcei, vel dolia per tectorium, vt humor aut vinum infundatur: ea melius censeo infundibula vel infudibula appellari. Hæc ille.

Infinitus, pen. prod. Adiectiuum {ἀπείρατος, ἀπέρητος, ἀπέρατος, ἀπέρωτος} Finito contrariam habet significationem. Cic. pro Roscio Comœdo, Qui tantas & tam infinitas pecunias, non propter inertiã laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit.

Infinita altitudine spelunca. Cic. 6. Verr.

Infinitum genus inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripiendam Cic. 4. Verr.

Infinitum imperium, id est sine exceptione, vel maximum & quasi perpetuum. Cicero 4. Verr. Postquam M. Antonij infinitum illud imperium senserant. Budæus.

Labor rerum forensium infinitus. Cic. 1. de Orat.

Infinitæ quæstiones. Cic. 4. Acad.

Spatium infinitum. Lucret. lib. 2.

Infinitum tempus ætatis. Cic. 1. de Finib. Nec maiorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse, quàm ex hoc percipiatur quod videamus esse finitum.

Spes infinita. Cicero pro Deiotaro. Vide Persequi spem infinitam, in SPES.

Versus infinitus apud Ciceronem in Oratore, est, cuius omnia verba concussione vocalium implicantur, & nulla suum finem habent, quæ res maximè hiulcum versum facit. Exempli gratia profert Cicero hunc anapæsticum.

Frugifera & ferta arua Asiæ tenet.

Ex infinito contractum tempore bellum. Lucret. lib. 2.

Ab infinito. Plaut. Mostel. 10.

Ad infinitum. Plin. lib. 13. cap 9, Siccatus durescit ad infinitum.

In infinitum. Vide IN.

Abire in infinitum, Vide ABEO.

¶ Infinitior, Cõparatiuus. Cic. in Topic. Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam ruorum à fonte deductio.

Infinité, pen. prod. Aduerbium {ἀπειρέσιμε} Sine modo & ratione aut mensura. Cic. in Parad. Illi aurata tecta in villis, & sola marmorea facienti, & signa, tabulas, supellectilem, & vestem infinitè concupiscenti, &c.

Infinitè secari atque diuidi possunt. Cic. 1. Acad.

Infinito {ἀπειρέσιτος} ablatiuus vice aduerbij. Plin. lib. 25. cap. 8, Procedente persuasione illa, quicquid in Creta nascitur, infinito præstare cæteris eiusdem generis alibi genitis.

Infinitas, pen. corr. infinitatis {τὸ ἄπειρον} Vniuersitas, generalitas, vel perpetuitas. Cic. 4. Acad. Is enim infinitatem naturæ dixit esse, è qua omnia gignerentur. De Anaximandro.

Infinitatem assignare, Vide ASSIGNO.

Infinitio, onis. Cicero 1. de Finib. Infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo est. Id est infinitas, siue infinitudo. Budæus.

Infinitiuus, pen. prod. {ἀπαρέμφατος} dictio ficta, Grammaticis peculiaris: de qua abundè Priscianus, & omnes alij Grammatici.

Infinituus modus dicitur qui nec personis aliquibus nec numeris finitur.

Infinitiuus modus aliquando sine alterius verbi adminiculo poni solet. Virg. 1. Æncidos,

-méne incepto desistere victam? Subintelligitur autem, Verémne ita est.

Infinitiuus, pro Indicatiuo. Terent. Eunuch. 3. 1,

-inuidere omnes mihi,

Mordere clanculum. Id est inuidebant.

Infinitiuus, cum verbo LICET, vel EST, in sermone generali positus. Gell. Multos videre est pecuniæ cupidos. Hoc est, multi videri possunt. Cicero 1. Offic. Videre etiam licet plerosque non tam natura liberales, quàm quadam gloria inductos, vt benefici videantur, facere multa.

Infinitiuus passiuus post verba NOLO, VOLO, MALO, sæpius atque multo vsitatius in persona quam is collocatur. Quintil. Nec mihi vnquam tanta fuit cura breuitatis, vt non ea quæ credibilem faciunt expositionem, inferri velim. Cicero, Pluribus nominibus vnam rem declarari volo.

Infinitiui futurum actiuum. Plaut. Milit. 15,

Hercle credo te facturum impetratum ire. Id est, te impetraturum.

Infirmus, Adiectiuum {ἀδύνατος, ἀκρατέστατος} Quod firmo contrarium est, hoc est imbecillis & debilis. Cic. 1. Acad. Et simul assidamus, inquam, si videtur. Sanè istud quidem, inquit. Sum enim admodum infirmus.

Infirmissimus ac desperatissimus homo. Cic. in Pison. Nunc etiam in hac quotidiana, assidua, vrbanáque vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domestícam, operam forensem, consilium, auxilium, authoritatem, sententiam Senatoriam nobis, aut verius dicam, cuiquam ei infirmissimo ac desperatissimo ante latura?

Impares & infirmi. Quintil. lib. 4. cap. 1, Si nos infirmos, & impares agentium contrà ingeniis dixerimus.

Infirmi ad resistendum. Cæsar 3. bell. Ciuil.

Sum paulo infirmior. Horat. 1. Serm. sat. 9.

¶ Actor infirmus. Quintil. lib. 6. cap. 1, Quẽ melius infirmus actor tacitis iudicum cogitationibus reliquisset. De affectu.

Ætas infirma. Ouid. 6. Fast.

Infirmus animus pueri. Terent. Hecyr. 3. 1,

Pueri inter sese quàm pro leuibus noxis iras gerunt.

Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.

Artus infirmos baculo sustinet. Ouid. 6. Metam.

Caput infirmum. Horat. 1. epist. 17.

Leuissimæ & infirmissimæ causæ. Cic. pro Cluent.

Cibus infirmus, Pauci nutrimenti. Celsus lib. 2. cap. 18. per totum.

Inops & infirma classis, propter dimissionem propugnatorum atque remigum. Cic. 7. Verr.

Corpus infirmum. Ouid. 19. epist. 48.

Lacerti infirmi. Ouid. 10. Metam.

Mens infirma. Ouid. 18. epist. 2.

Infirmæ nuptiæ, Friuolæ & quæ duraturæ non sunt. Terentius Phorm 5. 1,

Quod vt facerem, egestas me impulit, quũ scirem insirmas nuptias Hasce esse.

Infirma & nugatoria res ad probandum. Cic. pro Cecin.

Infirmi saporis vinum, Ingeneroſum, debile, & quod linguam non ferit, aut penetrat. Colum. de Arb. cap. 3, Montibus cliuíque difficulter vineæ conualescunt: sed firmum probúmque saporem vini præbent. Humidis & planis locis robustissimæ, sed infirmi saporis vinũ, nec perenne faciunt.

Senecta infirma. Tibull. lib. 1. eleg. 4.

Infirmissimum tempus ætatis. Cic. 4. Acad.

Infirma valetudo. Cic. pro Cluent. Et 2. de Legib.

Vires

Vires infirmæ. Tibul. lib. 4. ad Messalam.

Ætate affecta, & viribus infirmis homo. Cic. 6. Verr.

Infirmitas, pen. corr. infirmitatis {ἀδύνατος} Imbecillitas, debilitas. Cic. de Senect. Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum.

Infirmitas corporis. Cic. de Claris Orat.

Iufirmitas Gallorum, Inconstantia. Cæsar 4. bel. Gall. Iis de rebus Cæsar certior factus, & infirmitatem Gallorum veritus, quòd sunt in consiliis capiendis mobiles, & nouis plerunque studentes.

Infirmitas nuptiarum. Terent. Hecy. 1. 2,

Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?

Infirmitas oculorum. Plin. epist. 141, Pareo Collega clarissime, & infirmitati oculorum vt iubes consulo.

Infirmitas valetudinis. Cic. 1. Offic.

Infirmitas virium, Impotentia. Cæs. 7. bel. Gall.

Puerilis infirmitas. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Commendare alicuius infirmitatem. Quintil. libro 4. cap. 1, Ipsius autem litigatoris persona tractanda varie est. nam tum dignitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas.

Infirmitate impeditus. Id est morbo. Vlpian. in l. si cui. in fine. D. ex quib. caus. maior.

Onerare infirmitatem discentium. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Separare infirmitatem à robustioribus. Quintil. libro 2. cap. 2. De pueris, ac adolescentibus loquitur.

Vltima infirmitas corporis. Cels. lib. 2. cap. 6.

¶ Infirmitas, pro Timore. Cecinna Ciceroni, lib. 6. Fam. epist. 7, Solutum existimatur, alteri maledicere: tamen cauendum est ne in petulantiam incidas. Impeditum, seipsum laudare, ne arrogantiæ vitium subsequatur. Solùm verò liberum, alterũ laudare. de quo quicquid detrahas, necesse est infirmitati, aut inuidiæ assignetur. Vide totam epistolam, & sic interpretaberis.

Infirmè, Aduerbium {ἀδύνατα} Imbecilliter, impotenter. Cic. Senatui, lib. 15. 1. His rebus allatis, etsi intelligebam socios infirmè animatos esse, & nouarum rerum expectatione suspensos, &c.

Infirmo, infirmas {ἀδυνάω} infirmare, Debilitare, infirmum reddere, & etiam refellere: vt Infirmare argumenta & rationes alicuius. Cicero de Diuinat. Idem ad Atticum, lib. 6. 111, Cæteri infirmant πολιτικῶς Platonis.

Confirmare & Infirmare, contraria. Cic. in Part. In confirmandis autem nostris argumentationibus, infirmandísque contrariis, sæpe erunt accusatori, &c.

Infirmare & tollere. Cic. 4. Acad. Hoc quũ infirmat, tollítque Philo, iudicium tollit incogniti & cogniti.

Infirmare ac diluere aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat: ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum.

Infirmare fidem testis ad iudicem, Infirmum reddere, & ostendere periurum esse testem. Cic. pro Rosc. Com.

Legatum infirmare. African. in l. si seruus legatus. § si seruus alienus. D. de legat. 1.

Legem infirmare. Quintil lib. 7. cap. 2, Quoramus ergo, num infirmari in aliqua parte lex possit. Liu. lib. 4. bel. Maced. Vt vnam tollendo legem, cæteras infirmetis.

Infirmare legem, pro Authoritatem adimere. Liuius libro 4. belli Macedon.

Infirmare testes. Cic. pro Cecinna.

Transactio infirmatur. Vlpian. in l. eleganter §. item. D. de condict. indebiti.

Infirmare veritatem, Veritati contradicere. Cic. pro Quintio:

Infirmatus, pen. prod. Participium. Hermogen. in l. aufertur. D. de iure fisci. Infirmato contractu.

Infirmatio, Verbale {ἀδύνασις} Confutatio. Cicero 1. de Inuent. Iudicatio est, quæ ex infirmatione & confirmatione rationis nascitur, controuersia.

Infirmatio rerum iudicatarum. Cic. pro Lege agraria.

Infit {ἄρχεται} Defectiuum verbũ, pro Incipit, vsurpatur, authore Festo. Plaut. Aulul. Insit tibi postulare plorans, eiulans, &c.

¶ Infit, pro Inquit {φησί.} Liu. 1. ab Vrbe, Ibi infit annum se tertium & nonagesimum agere. Hæc Budæus. Virgil. 5. Æneidos,

Isque his Æneam solatus vocibus infit.

Infixus, Vide INFIGO.

Inflammo, inflammas {ἀνάπτω, ἐκκαίω} inflammare, Incendere. Cic. 6. Verr. Quam quum inuestigare & conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse tædas iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erumpunt. De Proserpina.

Inflammare & incendere. Cic. 7. Verr. Classem pulcherrimam Pop. Rom. in litus expulsam & eiectam, quum primum adueperasceret, inflammari, incendíque iussit.

¶ Inflammari, per translationem, Passiuè, pro Vehementer appetere, & desiderare aliquid. Cic. de Amicit. Honores verò quorum cupiditate quidam inflammantur, quàm multi ita contemnunt, vt nihil inanius esse, nihil leuius existimet.

Amore magno inflammatus. Virgil. 3. Æneid.

Inflammari cupiditate aliquid auferendi. Cic. 6. Verr.

Inflammari furoribus. Cic. 3. de Legib.

Inflammari incendiis cupiditatum. Cic. 5. de Finib.

Inflammantur rabie equi: hoc est ardent. Plin. lib. 25. cap. 8.

Inflammari scelere & furore. Cic. 7. Verr.

Inflammari spe potiendi. Cic. 1. de Finib.

Inflammatum studium. Cic. pro Lege Manilia.

Inflammare & augere. Cic. 1. de Finib. Quas nulla præda vnquam improbè parta minuit, sed auget potius atque inflammat.

Inflammatus ad gloriam. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7, Omnem gloriam ad quam à puertitia inflammatus fuisti, omni cura atque industria consequare.

Inflammare animum alicuius. Cic. 7. Verr. Neque cuiusquam ad inflammandos vestros animos eloquentia requiratur.

Animum inflammauit amore. Virgil. 4. Æneid.

Inflammare animum alicuius in aliquem. Hoc est augere & impellere. Cic. 4. Verr. Eum autem inimicissimi Sthenij domum suam inuirant, vt animum eius in Sthenium inflammarent ementiendo aliquid & criminando.

¶ Inflammare inuidiam, pro Augere. Cic. 2. Verr.

Inflammare odiis. Stat. 3. Thebaid.

Inflammatio, Verbale {φλόγωσις, φλεγμονή.} vt Inflammationes mammarum, quas Græci phlegmonas vocant, nempe quando propter nimiũ humorem collectum in aliqua parte, veluti cuiusdam ignis ardor sentitur. Plin. lib. 20. cap. 21.

Leuare inflammationes. Cels. lib. 2. cap. 26.

Occupat inflammatio. Cels. lib. 6. cap. 6.

Remittit se inflammatio. Cels. lib. 4. cap. 5.

Reprimere inflammationem. Cels. lib. 7. cap. 24.

Super inflammationem. Celsus lib. 5. cap. 26, Nam modò super inflammationem rubor ambit.

Inflatio. Inflatus, Vide INFLO.

Inflecto, inflectis, inflexi, inflexum {κλίνω, στρέφω} inflectere, Idem quod flectere, vel intus flectere. Cæsar 1. bel. Gall. Quum ferrum se inflexisset.

Inflectere ad. Cic. 7. Verr. Vbi primùm ex alto sinus ad vrbem ab litore inflectitur.

Radices in nodum inflectere, Incuruare. Columella libro 5. capite 6.

Capita inflectentes. Catul. Argon. 59.

Colla inflectere ad aliquid. Propert. lib. 4. eleg 9.

Cursus inflectitur in, Hoc est declinat, & delabitur. Plin. lib. 6 cap. 17, A Caspio mari Scythicóque Oceano, in eam cursus inflectitur, ad Orientem conuersa litorum fronte.

Oculos aliquorum inflectere. Cicero ad Quirites post redirum, Frater erat vnus, qui suo sqiallore vestros oculos inflecteret. Id est conuerteret ad se.

Vestigium cursus sui inflectere, A cursu suo declinare. Cic. 2. de Nat. deorum, Nam quum duo sint genera siderum, quorum alterum spatiis immutabilibus ab Ortu ad Occasum commeans, nullum vnquam cursus sui vestigium inflectat.

Inflectere leuiter potius quàm corrigere. Cicero pro Murena, Vt leuiter inflectendus potius, quàm corrigendus esse videaris.

Lacrymis inflectere aliquem. Stat. 8. Thebaid.

Inflectere ius gratia. Cic. pro Cecinna, Quod enim est ius ciuile, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit?

Orationem inflectere. Cic. de Clar. Orat. Hic primus inflexit orationem, & eam mollem, tenerámque reddidit. De Demetrio Phalereo. Translatio est ab iis, qui res altas inflectunt. Sic Demetrius orationem, quæ grauis & sublimis antè fuerat, inflexit.

Sensus alicuius inflectere. Virgil. 4. Æneid.

Voces inflectere cantu. Tibull. lib. 1 eleg. 7.

Inflexus, Participium {στραμμένος.} vt Inflexus remus. Cic. 4. Acad.

Aratrum inflexum. Virgil. 1. Georg.

Incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum. Cic. 1. de Diuin. Vide LEVIS.

Ceruix inflexa. Virgil. 3. Æneid.

Cornu inflexum. Ouid. 4. Fast. Catul. Argon. 59.

Inflexa in se cornua. Plin. lib. 8. cap. 15, Cornibus ita in se inflexis, vt non sint vtilia pugnæ.

Genu inflexum. Propert. lib. 3. eleg. 9.

Inflexa puppis. Plin. lib. 9. cap. 30.

Sonus inflexo spiritu variatus: cui opponitur Continuus. Plinius libro 10. cap. 29, Nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo.

Inflexa iuxta tempora supercilia deprimere significant. Plin. lib. 11. cap. 52. Hoc est ad tempora prominentia.

Inflexa ad miserabilem sonum vox, Hoc est conuersa. Cicero 2. de Orat.

Inflexus ictus. Plinius libro 11. capite 25, Ferit & obliquo ictu, & inflexo. De scorpione.

Inflexio, Verbale {στραμμός.} Cic. de Vniuers. Omnis enim orbis eorum quasi helicis inflexione vertebat.

Inflexio laterum, Vide LATVS.

Inflexibilis, & hoc inflexibile, penultima correp. {καμπύλος} Quod inflecti non potest. Plinius libro 7. cap. 19, Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torutatémque naturæ duram & inflexibilem.

Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) leuat vrina capræ auribus infusa. Plin. lib. 28 cap. 12.

Inflexibilis obstinatio. Plin. ad Traianam, lib. 10. epist. 101.

Infletus, pen. prod. Adiectiuum, Non fletus. Valer. Flacc. Argon. lib. 6, de saxo in caput Monesi vibrato,

Flexit ad ignotum caput inflectúmque Monesi. Ignobilem signat Monesum, & obscuro loco natum: vt per defletos duces, nobilitate insignes.

Infligo, infligis, penult. prod. infixi, inflictum {προστρίβομαι, προσβάλλω, ἐμβάλλω, ἐμφορέω} infligere, Ex in & figo antiquo verbo, quod significabat Sternere. Est autem Incutere, siue Inferre.

Infligere colaphum, quod & infigere & Impingere dicitur. Plinius lib. 8. cap. 36. Legitur in vetusto codice, inf. acto colapho.

Infligere plagam. Cic. in Vatinium, Si ad cætera vulnera, quibus putasti Rempub. deleri, hanc quoque mortiferam plagam infixisses auguratus tui.

Infligere sibi turpitudinem. Cic. in Pison. Vt mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem infixerint.

Grauiores infligere vsuras. Paulus in l. Caius. D. de vsuris & fruct. & caus.

Infligere vulnus. Cic. in Pisonem, Quæ meus discessus Reipubl. vulnera infixit?

Inflo, inflas {φυσάω, ἐμφυσάω, φυσίαω, χρηστολογέω} inflare, Turgefacere. tractum à folle, qui flatu turgescit. Vnde inflare dicitur tibicen, buccinam, vel calamos, pro Tibia canere, vel calamis. Cic. 4. Acad. Et simul inflauit tibicen, à perito carmen agnoscitur. Sic Varro 3. de Re rust. cap. 13, Vidisti ad inflatam buccinam certo tempore apros & capreas conuenire ad pabulum. Virgil. eclog 5,

Tu calamos inflare leues, ego dicere versus.

Exanimat lentus spectator, sedulus inflat. Horat. 2. epist. 1.

Inflare ambas buccas, Iratorum proprium. Horat. 1. Serm. satyr. 1,

-quin illis Iuppiter ambas

Iratus buccas inflet?

Carbasus inflatur Austro. Virgil. 3. Æneid.

Audierant inflari classica. Virg. 2. Georg.

Inflare sonum, Inflatione calami aut fistulæ sonum emittere. Cic. 3. de Orat. Quem seruum sibi ille habuit ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula, qui flatet occultè post ipsum quum concionaretur, peritum hominem, qui inflaret celeriter eum sonum quo illum aut remissum excitaret, aut à contentione reuocaret.

Venas inflauit libido. Horat. 1. Serm. satyr. 2.

Venas inflatus hesterno saccho. Virgil. 6. eclog.

Crescentem tumidis insta sermonibus vtrem. Horatius 2. Serm. satyra 5.

¶Inflare, Intrò flare, siue flando iniicere. Cato de Re rustica, cap. 97. de modo palumbi farciendi, Palumbum recêtem vt prensus erit, ei fabam coctam tostam primùm dato, ex ore in eius os inflato item aquam.

¶Inflare vehementius dicitur orator, per translationem. Cic. 1. de Legib. Fannij autem ætate coniunctus Antipater paulò inflauit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palæstra.

Inflat animos rumor, Auget, & excitat. Cic. in Pisonem, Quo in oppido, quum tibi spe falsa, quòd Q. Acharium nõ esse successurum putares, animos rumor inflasset, quo te modo, &c.

Inflare spem, Augere. Liu. 5. bel. Maced. Et quibus mendaciis de rege, multiplicãdo verbis copias eius, erexerat multorum in Græcia animos, iisdem & regis spem inflabat, &c.

Inflatum esse. Liu. 5. bel. Maced. Mentiendo inuicem, iactandóque vires, quas non haberent, inflasse vana spe, atque inflatos esse.

Inflatus, Participium {πνευματώδης.} vt Inflatus spe atque animis. Cic. pro Murena, Quum contento cursu, acerrimis ducibus, hostiũ classis Italiam spe atque animis inflata petereret.

Inflatus iactatione seueritatis. Liu. 9. bel. Pun.

Inflati lætitia atque insolentia impij ciues. Cic. 14. Philipp.

Inflatus animus, Elatus, superbiens. Cic. 3. Tusc. Sic igitur inflatus & rumens animus in vitio est.

Capilli inflati. Ouid. 3. de Arte.

Colla inflata tumescunt. Ouid 6. Metam.

Inflatus aquis fluuius. Liu lib. 3. bel. Pun.

Inflarus, huius inflatus, pen. prod. {φυσίωσις.} Cic. 4. Academic. Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt, aut Andromacham. Sic 2. Tusc.

Recipiunt inflatum aures. Cic. de Claris Orator. Sic oratori populi aures tanquam tibiæ sunt: eæ si inflatum non recipiunt, aut si auditor omnino tanquam equus non facit, agitandi finis faciendus est.

Inflatus diuinus, pro Afflatu & inspiratione. Cic. 1. de Diuin. Tum aliquo instinctu inflatúque diuino futura renuntiat. Budæus.

Inflabilis, & hoc inflabile, penult. corr. Lactantius de opific. Dei, cap. 11, de pulmone, Ideóque ne plenum quidem viscus effecit, sed inflabile, atque aeris capax, vt paularim spiritum reciperet. Id est quod inflari possit.

Inflatio, Verbale {φύσα, ἐμφύσημα} Flatuum in corpore generatio. Cic. 1. de Diuinat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putarur, ne faba vescerentur, quòd habet inflationem magnam is cibus, tráquillitati mentis quærenti vera contrariam.

Inflatio ventris. Colum. lib. 6. cap. 6.

Residet inflatio. Cels. lib. 4. cap. 5, Cibis deinde calidis, neque inflantibus, eodémque modo calidis potionibus: primò aquæ pòst vbi resedit inflatio, vini austeri.

Influo, influis, influxi, influxum {εἰσρέω, ἐπιῤῥέω} inflúere, Intus fluere. Varro 1. de Re rust. cap. 13, Itaque periti (qui possunt) vt eò aqua influat, eo nomine faciunt.

Influit fluuius in Pontum: & sine præpositione, Influit Pontum. Cic. 1. Tusc. Apud Hypanin fluuium, qui ab Europæ parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quæ vnum diem viuant. Idem 1. de Diuinat. Fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque amnes mare influxerint.

¶Influere, per trãslationem, Cum ingenti tumultu & magna multitudine ingredi. Cic. de Prouinc. Consul. Influẽtes in Italiam Gallorum maximas copias repressit.

¶Influere in animos, Infundi & demitti. Cic. 2. de Legib. Assentior enim Platoni, nihil tam facilè in animos teneros atque molles influere, quàm varios canendi sonos.

Influere nobis bonum dicitur, quod vltrò venit. Seneca epist. 51.

Sensim influere. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Dolor influit menti. Ouid. ad Liuiam.

Influere in animos hominum, pro *Insinuare se in gratiam hominum*. Cic. 2. Offic. Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, vt in vniuersorum animos tanquam influere possimus.

Influere in aures populi. Cic. de Amic. Quibus blanditiis C. Papyrius Consul nuper influebat in aures concionis, quum ferret legem de Tribunis plebis reficiendis.

Influens {ἐπιῤῥέων} Participium, siue Nomen ex participio. Plin. lib. 31, cap. 4, Mutant saporem & influentes riui.

Fortunæ influentis dona. Seneca Thyeste, 6.

Influentia negotia, Cõfertim siue simul & hubertim tuentia. Plin. in Paneg.

Influxus, huius influxus, Verbale. Firmic. lib. 1. cap. 1, Si ex solis stellarum influxibus pendeamus. Et alibi frequenter.

Infodio, infodis, pen. corr. infodi, pen. prod. infossum {κατορύττω} infódere, Intus fodere. Cato cap. 3, Vinea, si macra erit, sarmenta sua concidito minutè, & ibidem inarato aut infodito.

Infodere corpora terræ. Virgil. 11. Æneid.

Vnguibus infodiunt fruges. Virgil. 4. Georg.

Infodere sulcum. Colum. lib. 3. cap. 13.

Infossus, Participium {κατορυγμένος.} Plin. lib. 13. cap. 13, Maioræ etiamnũ miraculo, quòd tot infossi duraueruntannis.

Puer infossus humo. Horat. Epod. 5.

Infossa cerebro vulnera. Stat. 8. Thebaid.

Infœcundus, Adiectiuum {ἄσπορος} Fœcundo contrarium, Non ferax, Sterile. Plin. libro 11. cap. 54, Oua incubari intra decem dies ædita vtilissimum est. vetera aut recentiora infœcunda. Columella lib. 2. capite 4. Infœcundior materia. Et Plinius lib. 12. cap. 10, Infœcunda folia.

Fons infœcundus. Ouid. 3. Trist eleg 14.

Natura infœcunda. Stat. 3. Sylu. 1.

Semina infœcunda. Virgil. 2. Georg.

Infœcunditas, pen. corr. infœcunditatis, fœm. gen. {ἀσπορία} Sterilitas. Colum. in Procem. lib. 1, Sæpenumero ciuitatis nostræ principes audio culpãtes, modò agrorum infœcunditatem, modò cæli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem.

Infœlix, infœlicis, penul. prod. om. gen. {κακοδαίμων, δύστηνος, δύσποτμος, δύστυχος} contrarium Fœlici, Miser, calamitosus. Terent. Eunuch. 2. 2, At ego infœlix, neque ridiculus esse, neque plagas pati

Possum. Ibidem, 5, 5,

Prò fidem deûm facinus fœdum: ô infœlicem adolescẽtulum. Idem Adelph. 4. 2,

Næ ego homo sum infœlix.

Infœlix & ærumnosus Cic. 7. Verr.

Animi infœlix. Virgil. 6 Æneid.

Cura infœlix. Ouid. 2. Trist.

Dolor infœlix. Ouid. 4. Trist. eleg. 8.

Infœlix ingenium. Plin. in Præfat. 17, Obnoxij profectò animi & infœlicis ingenij est, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere.

¶Infœlix, Aduersus. Virgil. lib. 7. Æneid. Quæ potui infœlix. Id est aduersa, Troianis irata. Seruius.

¶Infœlix, Non fœcundus, inquit Seruius. Virgil. eclog. 5,

Infœlix lolium, ac steriles dominãtur auenæ. Cic. pro Rab. perduel. reo, Caput obnubito, arbori infœlici suspendito.

Tellus infœlix frugibus. Virgil. 2. Georg.

¶Infœlix fama. Virgil. 12. Æneidos,

Hinc totam infœlix vulgatur fama per vrbem. Seruius, Infœlix fama, rerum infœlicium nuntia.

Infœlicitas, penult. corr. {κακοδαιμονία, δυστοκία, δυστοκχία, δυστυχία, ἀσυμφορία} Aduersa vel incommoda fortuna, Calamitas. Terentius Adelph. 4. 2,

Quid hoc (malùm) infœlicitatis? nequeo satis decernere. Cic. 2. de Finib. Beate autem viuere, alij in alio, vos in voluptate ponitis: item contra omnem infœliciratem in dolore.

Damnare infœlicitatis tempora, Vide DAMNO.

Infœliciter, pen. corr. Aduerbium {δυστυχῶς.} Terent. Eunuch. 2. 3,

-dum sequor hanc, fit mihi obuiam.

P. Incommodè hercle. C H. imò enimuero infœliciter. Liuius lib. 1. ab Vrbe.

Infœlicito, infœlicitas, pen. corr. infœlicitare, Infœlicem & miserum facere. Plaut. Casin. 5,

-dij me & te infœlicitent, si ego in os meum

Vini guttam iudidi.

Informidatus, pen. prod. Non formidatus, abs quo nihil periculi timetur. Sil. lib. 15,

Hinc tacitè nectens informidatus adire, &c. Hinc, ea parte qua decedebat æstus maris, Nectens, cogitans. Informidatus, quia non timebant Carthaginienses ab illa vrbis parte, propter mare: & ideò Scipio informidatus illac irrupit in vrbem.

Informis, & hoc informe {ἄμορφος, δύσχημος} Sine forma. Plinius libro 7. capite 15, Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens.

Informis res, & Formata, contraria. Author ad Herennium, libro 4.

Informes aluei. Liuius libro 1. belli Punici, Alueos informes, nihil, dummodo innare aquæ, & capere onera possent, curantes, raptim faciebant.

Informe cadauer. Virgil. 8. Æneid.

Exitus repentinus, & informis. Tacit. lib. 5. non procul à siue.

Hyemes informes. Horat. 2. Carm. ode 10.

Limus informis. Virgil. 6. Æneid.

Nota informis. Propert. lib. 1. eleg. 5.

Regna informia. Lucan. lib. 2. Chaos intelligit.

Situs informis. Horat. 2. epist. 2.

Informo, informas {ὑποτυπόω, σχηματοποιέω, μορφόω, διατυπόω, ὑποχρέφω} informãre, Rem aliquam inchoare, nec omnino perficere, sed principium operi quodammodo informe & impolitum dare: vt si aut figulus vasculum fingere, aut faber statuam dolare cœperit. Budæus, Informare rem aliquam, hoc est summaria descriptione designare. Virgilius 8. Æneidos,

His informatum manibus iam parte polita

Fulmen erat. Cicero in Oratore, Referamus nos igitur ad eum quem volumus inchoandum, & eadem eloquentia informandum. Ibidem, At ego in summo Oratore fingẽdo talem informabo, qualis fortasse

fortasse nemo fuit. Idem 4. de Finib. Quódq; dicitis informari non posse virtutem, si quicquam nisi quod honestum sit, numeretur.

Informare, Verbum est à formis deductum: & est, quum quid non perfectè formatum, sed in aliquam formæ similitudinem est redactum.

Informare areas. Colum. lib. 11. cap. 3.

Informabitur in eam crassitudinem. Colum. lib. 2. cap. 2, Sarmentis connexus velut funis informabitur in eam crassitudinem.

Informare deos coniectura. Cic. 1. de Nat. deor. Magnam turbam congreget ignotorum deorum, atque ita ignotorum, vt eos ne coniectura quidem informare possimus, quum mens nostra quiduis videatur cogitatione posse depingere.

Effigiem informat Latiam. Sil. lib. 17.

¶Informare, Est certam motum formam animo imprimere. Cic. pro Archia, Nam vt primùm ex pueris excessit Archias, atque ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit. Budæus.

Oratorem informare. Quintil. in Procem. lib. 1.

Animus bene à natura informatus. Cic. 1. Offic. Vt nemini parère animus bene à natura informatus velit, nisi præcipienti aut docenti, &c.

Informata cogitatio, apud Ciceronem 1. epist ad Attic. coniectura significat, præsertim quum initio epistolæ Cicero scribat, Quod coniectura prouideri possit. Nam cogitatio informata, est cogitatio in animo formata, & quædam informatio, quæ est φαντασία, quam vulgò imaginationem vocant. Turnebus.

Informatio, Verbale {ὑποτύπωσις} Notio à natura animo impressa, hoc est, præsentio & prolepsis, quasi præsumpta notitia, & anticipata. Cic. 1. de Nat. deorum, Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est anticeptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari potest.

Informatio verbi. Cic. in Partition. Ita primus ille status, & quasi conflictio cum aduersario, coniectura quadam: secundus autem definitione, aut descriptione atque informatione verbi, &c. tractandus.

Inforo, inforas, pen. corr. {ἀγορεύω} inforãre, à foro compositum, significat Dicere, seu in forum diuulgare, aut in forum vocare. Plaut. Curcul. 8,

Licéne inforare, si incomitiare non licet? c. non inforabis

Me quidem: non mihi placet tuum profectò nec forũ nec comitium.

¶Inforare, Perforare, à foro, foras. Plin. lib. 17. cap. 14, Timebant prisci truncum findere. Mox inforare ausi medio. Ipsíque medullæ calamum imprimebant, vnumi inserentes.

Infortunatus, penul. prod. Adiectiuum {δύστηνος} Calamitosus, ærumnosus. Terent. Eunuch. 2. 3, O infortunatum senem. Cic. ad Attic. lib. 2. 39.

Infortunata radiatio. Firmicus lib. 6. cap. vltimo, Præsertim si eos maleuolæ stellæ minaci & infortunata radiatione respiciant.

Infortunium {ἀτυχία, ἀτύχημα, δυστυχία} Calamitas, ærumna.

Crassum infortunium, Vide CRASSVS.

Mediocre infortunium, Vide MEDIOCRIS.

¶Infortunium ferre. Terent. Adelph. 2. 1,

Si attigisses, ferres infortunium.

Infortunium habere, Calamitosum esse. Liu. 1. ab Vrbe, Ne id quidem Turnum tulisse taciturnum ferunt: dixisse enim nullam breuiorem esse cognitionem, quàm inter patrem & filium: paucisque transigi verbis posse: ni pareat patri, habiturum infortunium esse.

Inuenire infortunium, Vide INVENIO.

Tua me infortunia lædent. Horat. de Arte.

Mactare infortunio, Vide MACTO.

Multare infortunio, Vide MVLTA, multæ.

Infortunitas, pen. corr. {δυστυχία.} Gell. lib. 6. cap. 1, Itidem sunt bona & mala. fœlicitas & infortunitas, dolor & voluptas. Inusitatum.

Infossus, Vide INFODIO.

Infra, Præpositio {ὑπο, ὑπόκατω} accusatiuo casui seruiẽs, cui contrarium est Supra. Plaut. Trucul. 7,

Sed affério aperiri fores: quæ absorbẽt quicquid venit infra pessulos. Colum. lib. 8. cap. 5.

Infra & supra. Cicero 4. Academic. Supra infra, dextra sinistra, ante post.

¶Infra, ad personã refertur, siue ad dignitates. Terent. Eunuch. 3. 2, Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos

Homines. Id est, Quem ego posthabeo etiam infimis.

Infra ætatem. Liu. 8. bel. Pun. Sic senem se perfunctum, & me infra ætatem filij sui posuit.

Infra censum & ingenium alicuius. Horat. 2. Serm. satyr. 1.

Infra se putare vel iudicare aliquid. Plin. in Paneg.

Multo infra, pro Minoris pretij. Plin. lib. 19. cap. 3, Nascitur in Perside largè, sed multò infra Cyrenaicum.

¶Infra, ad numerum referri sunt qui dicant, quòd apud Plinium, lib. 10. cap. 54, legatur, Oua incubari infra decem dies edita vtilissimum: vetera aut recentiora, infœcunda. Quo loco vetera exemplaria legũt, intra: tametsi & lib. 18. cap. 26, quoque legatur, In eum diem ternadena subiicito ætate tota, hyeme pauciora, nõ tamen infra nouena. Idem lib. 30. cap. 13, Vulnera recentia conglutinant terreni, adeò vt neruos quoque abscissos illis solidari infra septimum diem persuasum sit. De verbibus loquitur.

¶Infrà, Aduerbium est quando sine casu ponitur. Plaut. Trucul. 3,

Infrà sin iecit rete, piscis ne effugiat cauet.

Infrà quàm, vt suprà quàm. Cic. 2. de Nat. deorum, Ipsius autem partes eæ quæ sunt infrà quàm deuoratur, dilatantur: quæ autem suprà, contrahuntur. Ita legit Budæus. Alia exemplaria habent infra id quod.

Infractio, Infractus, Vide INFRINGO.

Infræno, infrænas {ἱππαπτέω} infrænãre, Propriè est equis frænа imponere. Liu. 7. bel. Maced. Pauci stabant impauidi equi, eos ipsos non sternere, non infrænare, aut ascendere facilè poterant.

Currus infrænãt alij. Virg. 12. Æneid. Currus, id est equos. Seruius.

Infrænare nauigia anchoris, pro Cohibere & detinere ne longius progredi possint. Plin. lib. 9. cap. 31, Quod vbi videre nautici, statim pluribus anchoris nauigia infrænant.

Infrænare & domare. Plin. lib 32. cap. 1, Infrænat impetus, & domat mundi rabiem nullo suo labore, non retinendo, aut alio modo quàm adhærendo. De echinoide pisce.

Infrænatus, pen. prod. Participium {ἱππαπτικός.} Liu. 7. bel Maced. Non stratos, non infrænatos magna pars habebant equos. Hoc est non frænatos, seu frænis munitos.

¶Infrænati equites, Quorum equi frænos non habent. Liu. 1. bell. Pun. Quocunque circuntuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris: veteranum peditem, generosissimarum gentium equites frænatos & infrænatos.

Manipuli infrænati. Sil. lib. 4.

Infrænus, Adiectiuum {ἀχάλινος} Sine fræno.

Infrænus cursus, per translationem. Colum. lib. 10.

Infragilis, pen. corr. Adiectiuum {ἀῤῥηκτος} Quod frangi non potest. Ouid. 1. Trist. eleg 4,

Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset,

Pluráque cum linguis pluribus ora forent.

Animum infragilem tenere. Ouid. ad Liuiam.

Infragilis adamas. Plin. lib. 20. in Procem.

Infrangibilis, pen. corr. Adiectiuum, Qui frangi nequit. Seneca de Vita beata, Quum tibi dicam, summum bonum est infrangibilis animi rigor & prouidentia, fubilitas, sanitas, libertas, decor: aliquid vltra quæris?

Infremo, infremis, pen. cor. infremui {ἐμβρέμομαι} infrémere. Sil. lib. 3,

Nec bellum raptis tam dirum mille carinis

Acrius infremuit, trepidúmque exterruit orbem.

Infrendeo, infrendes, infrendui {ἐμβρύχω} infrendêre, Valde frendere, Propriè significat dentes præ nimia ira concutere & inuicem collidere. Virgil. 3. Æneidos,

Dentibus infrendens gemitu, graditúrque per æquor

Iam medium.

Infrequens, pen. corr. om. gen. {ἄπυκνος, σπάνιος} Parum frequẽtatum. vt Infrequens forum, In quo pauci conueniunt.

Infrequens Senatus, Paucorum Senatorum conuentus. Liu. 3. ab Vrbe. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 14, Nam pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coegisset.

¶Infrequens, Qui non frequentat. Vnde Infrequens miles dicitur à Festo, Qui diutius abest à signis. Plaut. Trucul 3,

Quin vbi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum.

Plin. de Viris illustr.

Inf. equens sum Romæ. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 2, 4, Et sum equidem, vti scribis, & Romæ, & in prædiis infrequens.

Cultor infrequens deorum. Horat. 1. Carm. ode 24.

Infrequens interdictum. Vlpian. in 1. 1. D. de migrando.

¶Infrequens, cum genitiuo. Gel. lib. 13. cap. 23, Infrequẽs sum vocum Latinarum.

Infrequentia, huius infrequentiæ {σπανία} Raritas & paucitas. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 18, Summa infrequentia, quum vellet exire, à COSS. retentus est. Liu. 2. ab Vrbe, Nec agi quicquam per infrequẽtiam poterat Senatus.

Infrico, infricas, penul. corr. infricaui, & infricui, infricatum {ἐπιτρίβω} infricãre, Idem quod fricare, & fricando contundere, vel fricando etiam illinere. Dicimus autem Infricare vas cinere, & Cinerem infricare vasi. Colum. lib. 12. cap. 30, Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato & oblinito. Plinius lib. 30. cap. 3, Et ideo tolerabilius est passeris pullorum fœmentis crematorum cinerem ex aceto infricare.

Infricatus, pen. prod. Participium {ἐπιτριπτός.} Plin. lib. 26 cap. 8, Et infricata polemonia, aristolochiæ decocto foliis.

Infrigo inf. igis, pen. prod. infrixi, infrictum {ὑπαναλίσκω} Simul frigo, vel in patella, aut alio quouis instrumento. Plin. lib. 20. cap. 13, Dederunt & cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum. Ex vetusto tamen codice legitur infractam. De rura.

Infringo, infringis, infregi, pen. prod. infractum {κατακλάω} infringere, Idem quod frangere, & frangendo commiuere. Plin. lib. 22. cap. 6,

Ne insidens ales infringat.

Lilia infringere. Ouid. 10. Metam.

Lingua infringitur. Lucret. lib. 3.

Lumbos & latus infregi liminibus. Horat. Epod. 11.

Vestes infringere. Ouid. 9. Metam.

¶Infringere aliquem, per translationem. Cic. ad Att. lib. 7. 12, 2, Ego autem quum sciam quàm sis fortis, vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat.

Animos infringere. Liu. 8. bel. Maced. Non tamen ita infregit animos eorum, vt absisterent imperio.

Colaphum infringere. Terent. Adelph. 2. 1,

Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi. Vbi Donatus, Vt illudens hoc feciſſe Æschinus videatur, cum sonitu se colaphizatum significat. Infregit autem, illisit, infixit: vt sit sensus, Infixit homini misero plusquam quingentos colaphos.

Conatus aduersariorum infringere, Amoliri. Cæs. 2. bel. Ciuil. Cæsar habita concione Cordulæ, omnibus gratias generatim agit, ciuibus Romanis, quòd, &c. Gaditanis, quòd conatus aduersariorum infregissent.

Deos infringere humili precatu. Stat. 1. Achill.

Difficultatem montis infringere. Colum. lib. 2. cap. 4.

Infringere digitos lyræ, musico plane verbo in Achilleide dixit Papinius, pro Digitos flexibiles & faciles docilésque modorum lyræ reddere. Turnebus.

Dignitatem alicuius infringere. Cic pro Corn. Balbo, Est enim labes huius seculi quædam, & macula, virtuti inuidere, velle ipsum fiorem dignitatis infringere.

Ius infringere. Tacit. lib. 4, Nec infringendum Consulis ius, cuius vigiliis niteretur.

Spem infringere. Cic. in Orat. Quare non est, cur eorum qui se studio eloquentiæ dediderunt, spes infringatur, aut lãguescat industria.

Id est, valde frangatur.

Vim militum infringere. Cæsar 3. bel. Ciuil. Vt primus excursus, visque militum infringeretur, aciéisque distenderetur, &c.

Vires alicuius infringere. Propert. lib. 1. eleg. 13.

Grauiter infringendo. Lucret. lib. 6.

Infractus, Participium {ἔσπασμένος.} Colum. lib. 8. cap. 17, Nuces digitis infractæ sunt dandæ.

Infractus, Valde fractus. Virgil. 12. Æneidos,

Turnus vt infractos aduersa Marte Latinos

Defecisse videt. Seruius tamen maiorem esse sensum contendit, si infractos intelligamus pro robustis & validis: hoc est qui prius solebant infracti esse.

Æuo infracto. Sil. lib. 15.

Non infractus animus: cui opponitur Confirmatus. Cic. Post reditum ad Quirites, Eum tamen vidi, quum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renouato. Budæus hic legit, non modo infracto animo, vt infractus non fractum significet.

Ira infracta constitit. Ouid 6. Metam. Hoc est, valdè fracta.

Loquela blanda infracta. Lucret lib. 5.

Minæ infractæ. Sil. lib. 7. Insanæ, & nihil minus quàm fractæ Annibalis comminationes.

Infracta oratio. Liu. 8. bel. Maced. Et oratio fuit summissa & infracta, extenuantis opes suas, vrbiúmque suæ ditionis egestatem querentis.

Infracta res. Cic. ad Attic. lib. 9. 18i, Tum poterimus deliberare, non scilicet integra re, sed certè minus infracta, quàm si vnà proieceris te.

Veritas pluribus modis infracta. Tacit. lib. 17.

Torpent infractæ ad prælia vires. Virgil. 9. Æneid. Hoc est, antea infractæ, nunc tamen torpent. Seruius.

Virtus infracta. Stat. 2. Achil. Valdè fracta.

¶Infractus, Non fractus. Plin. lib. 8. cap. 50, Mares quàm maximè simos, longis auriculis infractísque, armis quàm viliosissimis probãt. N. si fortè infractas auriculas intellexeris, nõ erectas, pendulas, quasi fractæ sint.

Infractio, Verbale {ἰσπάκτος.} vt Infractio animi, pro Inconstantia, vel fractione. Cic. 3. Tusc. Verisimile est igitur in quem cadit ægritudo, in eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem.

Infrio, infrias {ἐπαλέω} infriãre, Idem quod friare, & in minutas partes comminuere. Colum. lib. 8 cap. 5, Atque ita paulum triti salis vulneribus infriatur. Idem lib. 7. cap. 5, Superfusóque aceto, vel æris ærugine infriata.

Infrons, infrondis, Adiectiuum. vel hic & hæc Infrondis, & hoc infronde. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10,

Hic agri infrondes, hic spicula tincta venenis. Hoc est, agri sine frondibus & arboribus.

Infructuosus, penul. prod. Adiectiuum {ἄκαρπος} Quod fructum non fert. Colum. lib. 11. cap. 2, Post quem diem sera & infructuosa fit huiusmodi rerum cultura. Idem lib. 8. cap. 4, Infructuosas vites, fecundas sic facito.

Infructuosæ preces, Vanæ, frustra factæ, & ex quibus nihil ei qui rogat fructus aut vtilitatis prouenit. Plin. epist. 176.

Infrunitus, pen. prod. Adiectiuum {ἄφρων} Insipiens ac stolidus, qui nulli vsui est. à Græco deducta dictio: nam Græci ἄφρονα dementem dicunt. Ruell. lib. 2. cap. 40, Vnguêtum in lenticula, Prouerbium est, in eos iactari solitum, qui nullo rerum discrimine quas agunt aut dicunt, pari nixu cuncta moliúntur: quos, vt apud Senecam & Gelium, infrunitos appellarius, Græcè cacozelos & apirocalos. Seneca de Vita beata, vsurpat pro stolidè iactabundo, Alterum, inquit, infruniti est animi, alterum timidi ac pusilli.

Infuco, infucas, pen. prod. {ἐμφυκόω} infucãre, Fuco tingere. Cic. 3. de Orat. In scriptis & in dictis non aurium solùm, sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur.

Infucare aliquid, Tegere ita fallaciam vt non deprehendatur. Plaut. Milit. 9,

Nunc pol ego metuo ne quid infucauerit.

Infula, huius infulæ, pen. corr. {μίτρα} fascia in modum diadematum, vt inquit Seruius in decimum Æneid. à qua dependent vittæ ab vtraque parte. Festus, Infulas, sacerdotum flamioum vocabant antiqui. Alij scribunt infulas, filamenta alba esse, quibus templa ornabantur: & moris fuisse, vt nubentes, prius quàm maritidomum ingrederentur, infulis postes ornarent. Cic. 3. de Orat. Pamphilúmque nescio quem sinamus in infulis tantam rem, tanquam pueriles delicias depingere. Idem 6. Verr. Præsto mihi sacerdotes Ceteris cum infulis ac verbenis fuerunt. Liuius, Velata nauis infulis & ramis oleæ, Scipioni occurrit in portu Carthaginis.

Velamenta & infulæ. Tacit. lib. 9, Mox velamenta & infulas pro muris ostentant.

Infula virgineos circundata comptus. Lucret. lib. 1.

Lanea dum niuea circundatur infula vitta. Virgil. 3. Georg.

Coronarum infulæ. Firmicus lib. 5. cap. 1, Faciétque claros, & coronarum infulis adornatos.

Infulcio, infulcis, infulcire, pro Ingerere. Seneca epist. 115, Non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire.

Infulgens {ἐπιστίλβων} Participium sine verbo, Idem quod fulgens. Catul. Argon. 59,

Sæpe pater diuûm templo infulgente reuisens, &c.

Infumo, infumas, penul. prod. {ὑπακπνίζω} infumãre, Ad fumum siccare. Plautus,

Atque hilas infumatas, & fumen. Plin. lib. 28. cap. 9, Et infumata pilis oculorum medetur. De ceruſa.

Infumibulum, infumibuli, Vide INFVRNIBVLVM. nam aliqui apud Plinium non Infurnibulum, neque infundibulum, sed infumibulum legunt.

Infundo, infundis, infudi, infusum, pen. prod. {ἐγχέω, εἰσχέω, ἐπιχέω, ἐπεμβάλλω, ἐπιβάλλω, ἐπιχύνω, κατάχυσις} infúndere, Intus fundere.

Poculum infundere alicui. Horat. Epod. 5.

Infundere faucibus. Colum. lib. 6. cap. 6.

Infundere in naribus, & in vas. Colum. lib. 6. cap. 4. Cic. 1. Tusc. Vtrum capacitatem aliquam in animo putamus esse, quò tanquam in aliquod vas ea quæ minimus, infundantur?

Infundere per nares. Colum. lib. 6. cap. 5.

Infundere in alienum genus. Cic. de Claris Orat. Quum homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus.

Infundere orationem in aures alicuius. Cic. 2. de Oratore, Vt illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere.

Infundere vitia in ciuitatem. Cic. 3. de Legib. Quo perniciosius de Repub. merentur vitiosi principes, quòd non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem.

Infundere alicui venenum. Cic. 11. Philip. At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit.

Infundere cribro, pro In cribrum. Seneca de Benef 7.

¶Infundere, Supra fundere. Virgil. 1. Georgicorum,

Certatim largos humeris infundere rores.

Infusus, pen. prod. Participium {ἐγχυτός.} Plin. lib. 20. cap. 13, Infuso in aures succo.

Collo infusus amantis. Ouid. epist. 2.

Infusa terræ maria. Plin. lib. 32. cap. 11.

Mens infusa per artus. Virgil. 6. Æneid.

Pax infusa per æquora. Sil. lib. 7.

Infusus populus. Virgil. 5. Æneid.

Infusus sol. Virgil. 9. Æneidos,

Iam sole infuso, iam rebus luce retectis. Infusus sol, subauditur terris.

Infusus, huius infusus, pen. prod. m. g. {ἔγχυσις.} Plin. lib. 24. cap. 6, Sonitus aurium emendar infusu, strumas illitu.

Infusio, Verbale, Idem {ἐπίχυσις.} Plin. lib. 20. cap. 21, Vuluas & cibo & infusione mollit in oleo.

Infundibulum, pen. corr. n. g. {χώνη} Instrumentum quo in vasa infundimus liquores. Colum. lib. 3. cap. 12, Raram supra modum velut per infundibulum transmittere imbres.

Infundibulum. Vitruuius lib. 10. cap. 10, vocat illud quod paulatim frumentum molis suggerit. Budæus.

Infurnibulum, pen. corr. n. g. Pala qua panes in furno disponuntur.

Infurnibulum apud Plinium lib. 24. cap. 15, in quibuldam exemplaribus legitur, Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Vbi Hermolaus, per infurnibulum: Veteres codices per infundibulum. non displicet per infurnibulum: quia Græci hoc genus hauriendi fumi nidorisque hypocapnismon appellant.

Infusco, infuscas {ὑφαίνω} infuscãre, Fuscum reddere. Plin. lib. 9. cap. 29, Infuscata aqua absconditur, Id est obscurata & turbida facta, vel turbata. Idem lib. 2. cap. 51, Quæ humida, non vrunt, sed infuscant. De fulminibus.

Infuscatum & nigrum. Colum. lib. 11. cap. 2, Naturalis autem maturitas est, si quũ expresseris vinacea, quæ acinis celantur, tam infuscata, & nonnulla propemodum nigra fuerint.

Sanie infuscatur arena. Virgil. 3. Georg.

Infuscare vellera. Colum. lib. 7. cap. 3.

Maculis infuscet vellera pullis. Virgil 3. Georg.

Infuscari barbarie, Coinquinari. Cic. de Clar. Orat. Sed omnes tum ferè, qui nec extra vrbem hãc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.

Infuscare pectus illuuie scabrum. Cic. 3. Tusc. Ex quodam poeta.

Infuscatus maleuolentia, Deprauatus, corrupercatus. Cicero pro Plancio, Laudanda est, vel etiam amanda vicinitas retinens veterem illum officij morem, non infuscata maleuolentia, non assueta mendaciis, non fucata, non fallax, &c.

Infuscare saporem, Corrũpere & deteriorem reddere. Colum. lib. lib. 12. cap. 19, Nec omnino quicquam permiscendum, quo naturalis sapor eius infuscetur.

Infuscare sonum. Plin. lib. 10. cap. 29, Modulatus æditur sonus, promittitur renocato, infuscatur ex inopinato.

Infuscare vinum, pro Aqua diuere Plaut. Cistel. 2.

Infuscus, Adiectiuum {φοινός} Idem quod fuscus. Colum. lib. 9. cap. 10, Quidam etiam infusci atque hirsuti reperiuntur.

Ingemino, ingeminas, pen corr. {ἐπαναπαύω} ingeminãre, Idem quod simplex, nisi quid addat compositio, vt frequentius geminare significet. Virgil. 1. Georgicorum,

Tum liquidas cerui pressо ter guttere voces

Aut quater ingeminant.

Hostiles ingeminauit opes. Ouid 6. Fast.

Ingeminare, Neutrum. Virgil. 1. Georgicorum, ingeminant Austri, & denssissimus imber. Seruius ingeminant pro ingemmantur positum esse asserit.

Clamor ingeminat. Virgil. 5. Æneid.

Curæ ingeminant. Virgil. 4. Æneid.

Ingeminatus, pen. prod. Participium {ἀνάπλασμένος} vt Nobilitas ingeminata. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.

Ingemo, ingemis, pen. corr. ingemui, ingemitum, pen. corr. {στενάχω, κατασείω} ingemere, Idem quod gemo. Virgil. 1. Georg. Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere.

Agris

Agris ingemere, In agris gemere præ labore. Tacit. in lib. de moribus Germanorum, ad finem, verba faciens de Fennis, qui solo venatu aluntur.

Laboribus ingemens. Horat. Epod. 5.

Propriis ingemuisse malis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.

Nemo moriturо ingemit. Seneca Herc. Oethæo, 13.

Iacentem ingemuere Inachidæ. Stat. 9. Thebaid.

Solum ingemuit. Ouid. 14. Metam.

Ingemiſco, ingemiſcis, ingemui {συνάχω} ingemíscere, Idem quod primitiuum. Cic. 2. Tusc. Quem vidit nemo vlli ingemiscentem malo. Ex quodam poeta. Idem 1. de Orat. Vide INCLAMO.

Ingenero, ingeneras, pen. corr. {ἐμφύομαι} ingenerãre, Notæ significationis. Cic. 5. de Finibus, Et illum appetitũ rerum à natura accommodatarum ingeneratum putauerunt omnibus qui continentur ea commendatione naturæ, qua seipsi diligunt.

Deus ingenerat iras. Stat. 4. Thebaid.

Ingenerantur hominibus mores à stirpe generis vel ex his rebus, pro Creantur. Cic. pro Lege agrar. Non ingenerantur hominibus mores tam à stirpe generis seminis, quàm ex his rebus, quæ ab ipsa natura loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur, & quibus viuimus.

Ingenerat amorem in eos, &c. Cic. 1. Offic.

Ingenerauit natura societatem vtrisque. Liuius 5. ab Vrbe.

Ingenerata familiæ tuæ frugalitas. Cic. pro Sextio.

Ingenerasco, ingenerascis, ingenerascere, Idem quod Ingenero, à quo descendit, vt à Labo, Labasco, ab Integro, Integrasco, &c. Lucr. lib. 3, Et iam cætera de genere hoc, cur omnia membris

Ex ineunte æuo ingenerascunt, sinque gignuntur.

Ingenitus, Vide INGIGNO.

Ingenículus, ingeniculi, penult. corr. qui Græcis Engonasis dicitur. Firmicus lib. 8. cap. 17. *L'agenouillé.* Vide ENGONASIS.

Ingenium, ingenij, à gignendo {φύσις, ἀφ' ἧς γίνεται} Propriè natura dicitur cuique ingenita. Plaut. Bacchid. 5,

Imò ingenium auidi haud pĕrnoram hospitis. Terent. And. 1. 1,

Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi. Vbi Donatus, Ingeniis, hominibus. Idem Heaut. 1. 1,

Ingenio te esse in liberos leni puto.

Ingenium patris habet quòd sapit: Id est moribus aut prudentia similis est patri, siue patrem refert moribus. Plaut. Pœn. 18.

Ingenio suo viuere. Liuius 3 ab Vrbe, Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit, suo iam inde viuere ingenio cœpit.

¶Ingenium cœnæ, pro Artificioso vel ingenioso apparatu Plin. in Paneg. Ergo non aurum, nec argentum, nec exquisita ingenia cœnarum, sed suauitatem tuam miramur.

¶Ingenium, Vis quædam naturalis nobis infira, suis viribus præualens ad inueniendum quod ratione indicari possit. Cic 5. de Finib. Prioris ingenij est docilitas, memoria: quæ ferè omnia appellantur vno ingenij nomine.

Feruidus ingenio. Ouid. 14. Metam.

Mobilissimus ingenio. Tacitus lib. 17, Is mobilissimum quenque ingenio, &c.

Sæuior ingenio. Ouid. 1. Metam.

Acies acris ingenij, Vide ACER adiectiuum.

Acumen ingeniorum, Vide ACVMEN.

Experientis ingenij est amor. Ouid. 1. Amor. eleg 9.

Feruidus ingenij. Silius lib. 17.

Præcox genus ingeniorum. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Gratia ingenij. Quintil. in Procem. lib. 1. Hoc est laus.

Igniculi ingenij. Quintil. in Procem. lib. 6.

Lumen ingenij, Eloquentia. Cic. in Bruto, Vt hominis decus ingenium, sic ingenij ipsius lumen est eloquentia.

Imbecillitas ingenij. Plin. Iun. lib. 4. epist. 18. ad Antonium.

Magnitudo ingenij. Cic. 4. Academ.

Monumenta ingeniorum. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Natura humani ingenij: Quintil. in Procem. lib. 1.

Succus ingenij. Quintil. in Procem. lib. 1.

Tarditas ingenij. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Turpitudo ingenij. Patercul. lib 2.

Vela ingenij. Plin. lib. 4. epist. 20. ad Nonium, Tu ingenij simul doloríque velis latissimè vectus es.

Ambiguum ingenium. Plin. Iun. lib. 4 epist. 2, Erat puer acris ingenij, sed ambigui, Id est tam ad malum quàm ad bonum vergentis.

Vena benigna ingenij. Horat. 2 Carm. ode 18.

Velocis ingenij vigor. Ouid. 8. Metam.

Virtutes ingenij. Quintil. in Procem. lib. 6.

¶Ingenium abruptum. Vide ABRVMPO.

Acre ingenió. Cic. in Orat. Ité Vir acerrimo ingenio. Vide ACER.

Acutum ingenium, cui contrarium est Retusum. Cic. 1. de Diuin. Vide ACVO.

Aprius ingenium flammis. Ouid. 14. Metam.

Bonum, Vide BONVS.

Cæleste. Ouid. 1. de Arte.

Candidum. Horat. Epod. 11. Tacit. lib. 5.

Capax. Ouid 8. Metam.

Confirmatum & corroboratum. Vide CONFIRMO.

Contusum. Plin. lib. 8. epist. 14. ad Aristonem.

Copiosissimum, Vide COPIA.

Dium. Ouid. 2. Trist.

Diuinum, Cic. 4. Academ.

Dulcissimum. Plin. lib 8. epist. 12. ad Minutianum.

Durum. Horat. 3. Carm. ode 21.

Eminens. Quintil. in Procem. lib. 6.

Excelsum ingenium. Plin. Iun. lib. 2. epist. 13, Ingenium excelsum, subtile, dulce, facile, eruditum in causis agendis.

Exercitum adulatione ingenium. Tacit. lib. 20.

Eximium ingenium. Cic. 5. Tusc.

Expertum ingenium. Tacit. lib. 20.

Ferax ingenium. Cicero in Orat. Nihil enim feracius ingeniis, his præsertim quæ disciplinis exculta sunt. Ingenia feracia vocat Cicero, quæ multa facilè solent excogitare, quale fuit ingenium Archiæ poetæ, de quo ita idem Cicero: Quoties ego hũc vidi quum literam scripsisset nullã, magnum numerũ optimorum versuum, de iis ipsis rebus quæ tum agerẽtur, dicere extemporè quoties reuocatum, eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis?

Ingenium rapido feruentius amni. Horat. 1. Serm. sat. 10.

Fortius ingenium. Ouid. epist. 18.

Ingenium fortunatius arte. Horat. de Arte.

Fractum & contusum. Plinius libro 8. epist. 14. ad Aristonem.

Gnauum ingenium. Liuius Decad. 1. lib. 3.

Grande doloris ingenium. Ouid. 6. Metam.

Grande ingenium. Martialis lib. 2. epigr. 44. in Sextum,

O grande ingenium mei sodalis.

Hebetatum ingenium, fractum, cõtusum, tardum. Plin. Iunior ad Aristonem lib. 8. epist. 9.

Huberius. Ouid. 2. Trist.

Ignotum. Tacit. lib. 20.

Illustre. Tacit. lib. 20. Cic. pro Cælio.

Imbecillum. Quintil. lib. 2. cap. 8.

Immansuetum. Ouid. 15. Metam.

Immemor. Cic. in Brutum.

Imperspicua, incerta, faliaciáque sunt iudicum ingenia. Plin. Iun. lib. 1. epist. 20. ad Cornel. Tacit.

Importunum, Vide IMPORTVNVS.

Indocile. Seneca Thyeste, 3.

Iners. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.

Infœlix, Vide INFOELIX.

Ingens. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Inhumanum. Terent. Eunucho, 5. 2.

Inquietum, Vide INQVIETVS.

Insanabile, Vide INSANVS.

Insanum ingenium. Plin. Iun. lib. 4. epist. 7. ad Lepidum.

Integrum, Vide INTEGER.

Inuerecundum, Vide INVERECVNDVS.

Iucundum & elegans ingenium. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Leue ingenium. Terent. Heauton. 1. 1.

Liberale, Vide LIBER.

Liberius ingenium, quàm virginem decet. Liuius 4. ab Vrbe.

Limatius ingenium. Plin. Iun. lib. 1. epist. 20. ad Corn. Tacit.

Magnum. Cic 4. Academ.

Maium. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Medium, Vide MEDIVS.

Mediocre, Vide MEDIOCRIS.

Memorabile, Vide MEMOR.

Mite. Ouid. 15 Metam. Iuuenal. sat. 4.

Mobile ingenium. Plin. Iunior lib. 2. epist. 13, Est alioqui Regulo tam mobile ingenium, vt plurimum audeat, plurimum timeat.

Molle. Ouid. epist. 21.

Multiplex. Cic Attico, lib. 6. epist. 2. de Q. Fratris filio.

Obnoxium, Vide OBNOXIVS.

Oratorium ingenium. Cicero in Bruto, Quanquam iis quidem non omnino ingenium, sed oratorium ingenium defuit. Quod autem sic oratorium ingenium, ipse libro 1. de Oratore ita quasi describit: Animi, atque ingenij celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum ornandúmque sint vberes, & ad memoriam firmi, atque diuturni.

Par. Cic. pro Corn. Balbo, Vide PAR.

Parium. Horat. 1. epist. 3. Vide PARVVS.

Peracre. Cic. 3 De Orat.

Perelegantis ingenij vir Hesiodus. Patercul. lib. 1.

Pingue. Ouid. 11. Metam.

Præsum hominis ingenium. Plin. Iunior lib. 3. epist. 9. ad Minutianum, non ita procul à fine.

Probabile. Cic. in Bruto.

Promptum ad asperiora ingenium Druso erat. Tacit. lib. 1.

Pudicum ingenium. Terent. Hecyra, 1. 2.

Pulcherrimum ingenium. Plin. lib. 8. epist. 12. ad Minutianum.

Pusillum ingenium. Martialis lib. 9. epigr. 51. in Gauram,

Ingenium mihi Gaure probas sic esse pusillum,

Carmina quòd faciam quæ breuitate placent.

Rectum vtroque vorsum ingenium. Plaut. Capt. 7.

Rude ingenium. Quintil. lib. 1 cap. 2.

Sæuum ingenium Plin. Iunior lib. 4. epist. 22. ad Sempronium.

Solers ingenium. Seneca Thebaid. 1.

Subactum ingenium. Cic. 2 de Orat. Subacto mihi ingenio opus est: vt agro non semel arato, sed nouato & iterato, quo meliores fœtus possit & grandiores ædere.

Tardum ingenium. Cic. 2. de Orat.

Tortuosum ingenium. Cic de Amicitia, Neque enim fidum potest esse multiplex ingenium, & tortuosum.

Varium & flexibile ingenium. Plin. Iunior lib. 1. epist. 16, Laudabam Saturnini ingenium, etiam antequam scirem quàm varium, quàm flexibile, quàm multiplex esset.

Velox, ac mobile ingenium. Quintil. lib. 6. cap. 4. Iuuen. sat. 3.

Venerabile ingenium. Iuuenal. sat. 15.

Abundare ingenio. Cic. Famil. 4.

¶Æquare ingenium. Quintil. lib. 1. cap. 4. Vide ACVO.

Æquiparans ingenium mores. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5.

Alere ingenium. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Assequi ingenium, Vide ASSEQVOR.

Auferre famam ingenij. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Certare ingenio. Lucret. lib. 2.

Claudicat ingenium. Lucret. lib. 3.

Vires ingenij comminuere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.
Conferre ingenium, Vide CONFERO.
Consumere ingenium in Musicis, Vide CONSVMO.
Recta ingenia debilitat verecundia, perueršа confirmat audacia. Plin. Iunior lib. 4. epist. 7, ad Lepidum.
Ab ingenio alicuius declinare, Vide DECLINO.
Deficit ingenium. Ouid. 2. Fast.
Liuor detrectat ingenium Homeri. Ouid. 1. de Remed. amor.
Ab ingenio alicuius dissidere. Ouid. epist. 7.
Vela dare ingenio. Ouid. 3. Fast.
Esse plenum ingenio. Cic. Sic adolescens ingenij plenus.
Exercere ingenium multiplici, variáque materia. Quintilianus libro 2. cap. 4.
Facere ingenium alicui. Propert. lib. 2. eleg. 1.
Mala fregerunt ingenium meum. Ouid. 3. Trist. eleg. 14.
Habere ingenium in numerato. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Multum ingenij habere ad fingendum. Cic. pro Fonteio.
Iactandi ingenij gratia. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Clarissimum deinde Homeri illuxit ingenium, sine exemplo maximum. Paterc. lib. 1.
Oracula inuestigata ingeniis. Ouid. 15. Metam.
Imbuere ingenium artibus, Vide IMBVO.
Immutare ingenium moribus, Vide IMMVTO.
Immutatur ingenium coactum egestate, Vide IMMVTO.
Induere sibi ingenium nouum, Vide INDVO.
Ingurgitare ingenium poculis, Vide INGVRGITO.
Laborare ingenio, Vide LABORO.
Manent ingenia senibus, Vide MANEO.
Labores minuunt ingenium. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.
Ab arte mollitur ingenium. Ouid. 3. de Arte.
Ingenium mala sæpe mouent. Ouid. lib. 2. de Arte. Hoc est, Pericula reddunt hominem iniurioſum.
Noscere ingenium, Vide NOSCO.
Ornatus bono ingenio, Vide Ornatus in ORNO.
Ingenium & naturam pueri perspicere. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Seruire ingenio. Propert. lib. 1. eleg. 7.
Subdere stimulos ingenij. Ouid. 5. Trist. eleg. 1.
Ingenium substitit malis. Ouid. epist. 21.
Ingenia ita mihi sunt. Plaut. Cistel. 5,
Ita mihi ingenia sunt, quod lubet, non lubet iam id continuó. Id est, ita ingenium mihi varium est.
Ingenio diuino esse. Cic. 4. Acad.
Tractare ingenia. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Valere ingenio. Quintil. lib. 1. cap. 8. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.
¶Ad ingenium redire, siue reuerti. Terent. Hecyra, 1. 2,
-si mihi fidem
Das te taciturum, dicam. PH. ad ingenium redis. Vbi Budæus ex Donato, A se discesserat seruus loquax, qui aliquantisper tacere abstinuerat. Cic. 1. Verr. Rediit ad se.
¶Ingenium soli, siue terræ. Plin. lib. 14. cap. 1, Succíque tantum gratia ex his pluribus modis ad cæli mores solíque ingenia.
Ingenia lactis & proprietates. Gell. lib. 12. cap. 1.

Ingenioſus, penult. prod. Adiectiuum {εὐφυὴς, ἀγχίνους, δαίδαλος} Ingenio optimo & alacri præditus. Cic. 5. de Finibus, Prioris generis est docilitas, memoria: quæ ferè omnia appellantur vno ingenij nomine: eáſque virtutes qui habent, ingenioſi vocantur. Idem pro Cluent.
Homo in primis ingenioſus, & in dicendo exercitatus.
Ingenioſior. Cic. pro Roſc. Comœdo, Quo quiſque est solertior, & ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius.
Ingenioſus ad rem aliquam. Ouid. epist. 2.
Furtum ingenioſus ad omne. Ouid. 11. Metam.
Ager ingenioſus ad segetes. Ouid. 4. Fast.
Egestas ingenioſa. Claud. de raptu Proserp.
Ingenioſus in. Martial. lib. 1. 29,
Improbè facit, qui in alieno libro ingenioſus eſt.
In meas pœnas ingenioſus eram. Ouid. 2. Trist.
In suam culpam ingenioſus. Ouid. 2. Trist.
Res ingenioſa eſt. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Ingenioſa gula. Martial. lib. 13. 62,
Paſcitur & tenebris, ingenioſa gula eſt.
Ingenioſa miracula fecit natura. Plinius libro 7. cap. 2.
Vox mutandis ingenioſa sonis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.

Ingenioſè, penult. prod. Aduerbium {εὐφυῶς} Subtiliter, & cum ingenio. Cic. 1. de Inuent. Nam satis in ea videtur ex antiquis artibus ingenioſè & diligenter electas res collocaſſe. Plinius lib. 15. cap. 13, Nec aliud pomum ingenioſius geminatum eſt.

Ingeno, ingenis, Idē quod Ingigno. Verbū eſt antiquū. Lucret. lib. 3, Ex ineunte æuo ingenerascunt, inque genuntur.

Ingens, huius ingentis, om. gen. {ὑπερμεγέθης, παμμεγέθης, πανάριθμος, πανάπλατος} Dicitur, vt inquit Feſtus, augendi conſuetudine, vt Inclamare, Inuocare. Quia enim gens, populi eſt magnitudo, ingentem per compoſitionem dicimus valde magnum.
Acernus ingens. Virg. 1. Georg.
Ingens Achilles, Vide ACHILLES.
Amore ingenti perculſus. Virg. 2. Georg.
Ingens animus, Fortis, magnus & conſtans. Plin. in Paneg. Sic apud Horat. lib. 2. Serm. sat. 7, Ingens virtus atque animus.
Animos ingentes tollere. Virg. 2. Georg.
Arbos ingens. Virg. 2. Georg.
Argentum. Virg. 1. Æneid.
Argumentum. Virg. 7. Æneid.
Bellum. Virg. 1. Æneid.
Cædes. Virg. 9. Æneid.
Cauerna. Virg. 2. Æneid.
Clamor. Virg. 9. Æneid.
Concurſus. Virg. 5. Æneid.

Confidentia. Terent. Andr. 5. 3.
Corpus. Virg. 1. Æneid.
Curæ ingentes. Virg. 1. Æneid.
Dolor. Virg. 5. Æneid.
Facinus. Terent. Adelph. 4. 7.
Flagitium. Horat. 2. ſerm. ſat. 4.
Fletus. Virg. 5. Æneid.
Fragor. Virg. 8. Æneid.
Gaudium. Plin. lib. 7. cap. 42.
Genus ingens à proauis. Virg. 12. Æneid.
Gladius. Tacitus in vita Agricolæ.
Gloria. Virg. 2. Æneid.
Ingentes gratias agere. Terent. Eunucho, 3. 1,
Magnas verò agere gratias Thais mihi? G. Ingentes.
Ignis. Plaut. Capt. 13.
Ingentes impenſæ, quæ & ſumptoſæ dicuntur: hoc est magni sumptus. Liuius 4. bel. Macedon. Et quæ ſtratæ ruinis atque incendiis erant, ingentibus impenſis ædificauerit.
Iras ingentes concipit. Ouid. 1. Metam.
Lætitia. Virg. 3. Æneid.
Luctus. Virg. 6. Æneid.
Machina. Horat. 2. epist. 2.
Metus. Virg. 6. Æneid.
Moles. Virg. 5. Æneid.
Murmur. Ouid. 7. Metam.
Ingentis nominis rex. Liuius 10. bel. Pun.
Obſidio. Virg. 8. Æneid.
Paratus. Tacit. lib. 18.
Ingens pecunia, Multa & numeroſa. Cic. pro Lege agrar. Hic ager omnis, quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.
Pluuia. Virg. 1. Georg.
Pudor. Virg. 10. Æneid.
Rus. Virg. 2. Georg.
Saxum. Virg. 6. Æneid.
Sonitus. Virg. 2. Georg.
Ingentis ſpiritus vir. Liuius 1. bel. Pun. in Præfat.
Stridor. Virg. 7. Æneid.
Ingens teſtis factus inimici. Plin. lib. 7. cap. 30.
Vagitus. Virg. 6. Æneid.
Ventus. Virg. 1. Georg.
Virtus. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Vitium. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Vmbra. Virg. 2. Georg.
Vox. Virg. 1. Georg.
¶Animi ingens. Tacit. lib. 1. Sed fœmina ingens animi.
Animis ingens. Virg. 11. Æneid.
Armis ingens. Virg. 11. Æneid.
Corpore ingens. Virg. 11. Æneid.
Eloquio ingens. Stat. 1. Sylu. 4.

Ingenuus, Adiectiuum {εὐδιάθετος, γνήσιος, ἐλεύθερος} Qui in libertate natus eſt. Et ab ingenuorum antiquitate, vt Boethius in Topica Ciceronis lib. 3. inquit, gentilitas ducitur. Plaut. Pœn. 14,
Quia Adelphaſium, quam herus deamat tuus, ingenua eſt. Terentius Phorm. 1. 3,
Vt ne addam, quòd ſine ſumptu, ingenuam, liberalem nactus es.
Ingenuus, relatiuum eſt libertini. Plaut. Milite, 10, Ingenuam an libertinam? Liuius 3. ab Vrbe.
Amor ingenuus. Horat. 1. Carm. ode 27.
Animo ingenuo facere aliquid. Catul. ad Mallium, epigr. 63.
Artes ingenuæ, ſiue diſciplinæ: Id eſt liberales, & ingenuis, hoc eſt liberis dignæ. Cic. 2. de Finibus, Sunt iſta Græcorum: quanquam ab his philoſophiā & omnes ingenuas diſciplinas habemus. Idem,
Vt omittam has artes elegantes & ingenuas.
Color ingenuus. Propert. lib. 1. eleg. 4.
Corpus ingenuum. Ouid. epist. 5.
Crines ingenui. Stat. 2. Sylu. 1.
Crux ingenua, Quæ ingenuo animo & libero ſuſcepta eſt. Martialis lib. 10. 82,
Per gemitus noſtros, ingenuáſque cruces, Parce precor laſſo.
Facies ingenua, quæ & liberalis dicitur: hoc eſt elegans. Plautus Pœnulo, 16,
Facies quidem pol ingenua eſt.
Facta ingenua, Viris ingenuis digna: hoc eſt nobilia. Plautus Milite. 13,
Vah, egóne vt ad te ab libertina eſſe auderem inſernuntius,
Qui ingenuis factis reſponſaret?
Genæ ingenuæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Ingenua gula, ironicé, Martial. lib. 6. 11, Non minus ingenua eſt & mihi Marce gula.
Pudor ingenuus. Catull. in Epithal. Mallij. 56.
Puer ingenuus. Horat. 3. Carm. ode 24.

Ingenuitas, pen. corr. ingenuitatis {εὐδιάθετος} Liberalitas, nobilitas, honeſtas. Cic. 3. Verr. Veſtitus enim neminem cōmouebat is quem illi mos & ius ingenuitatis dabat. Id eſt, ius natalium, vt in eo qui liberis parentibus ortus eſt. Idem 2. de Orat. Præſtet idem ingenuitatem & ruborem ſuum verborum turpitudine & rerū obſcœnitate vitanda. Hoc eſt, honeſtatem & verecūdiam homine libero dignam. Idem 3. Verr. pro conditione hominis ingenui, Detrahes ornamenta non ſolùm fortunæ, ſed etiam ingenuitatis?
Præ ſe ferre probitatem quandam & ingenuitatem. Cic. 1. Acad.

Ingenuatus, pen. prod. Adiectiuum {ἐλευθεριστικὸς} Ingenuitate præditus. Plaut. Milite, 10,
Itidem diuos diſperiſſe vitam humanam æquum fuit:
Qui lepidè ingenuatus eſſet, vitam lōginquam darent. Antiquum.

Ingenuè, Aduerbium {ἐλευθερίως} Liberè ac ſimpliciter: vt Ingenuè loqui

loqui: id eſt vt liberum hominem decet, nihil timidum, nihil habens ſeruile.
Aperte atque ingenuè fateri. Cic. ad Metellum, lib. 5. 2, Quòd me abs te cupiſſe laudari, aperte atque ingenuè confitebar.
Ingenuè educatus, liberaliter, vt liberum decuit. Cic. 3 de Finibus, Quis autem honeſta in familia inſtitutus, & educatus ingenuè, non ipſa turpitudine, etiam ſi eum læſura non ſit, offenditur?

Ingero, ingeris, pen. corr. ingeſſi, ingeſtum {ἐπιχώννυμι, ἐπιπροΐημι, ἐπιπροΐσσω} ingérere. Imponere, infundere. Plaut. Pſeud. 4, Tu qui vnam habes, aquam ingere: face pleni ahenum ſit citó. Colum. lib. 5. cap. 9. Deinde ingerēdi minimi lapides, vel glarea miſta pingui ſolo.
Ingerere ſe: Id eſt affectare aliquid. Plin. in Paneg. Præfectum Prætorij non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere. Budæus.
Periclis ſe ingeri. Silius lib. 10.
¶Ingerere cibum, vel potionem ęgroto, pro Porrigere. Celſus, Et ingerere cibum faſtidioſis. Idem, Febricitāti cuidam & magna ſiti affecto aquam frigidam ingeſſit. Budæus.
Conuitia ingerere alicui. Horat. 1. Serm. sat. 5.
Dicta in dolium pertuſum ingerere, prouerbialiter dictum, quaſi operam ludere. Plaut. Pſeud. 5, In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.
Dicta in aliquem ingerere, pro Maledicere & conuitiari. Plautus Aſinaria, 16, -nunc vxorem me eſſe meminiſti tuam?
Modò quum dicta in me ingerebas, odium, non vxor eram. Sic Liuius 2. ab Vrbe, Ingerere probra.
Ligna ingerere foco. Tibul. lib. 2. eleg. 1.
Mala multa in aliquem ingerere. Terent. Andr. 4. 1,
Ingeram mala multa: atque aliquis dicat, Nihil promóueris.
Oſculum ingerere alicui. Suet. de Claris grammat.
Pugnos in ventrem aliculus ingerere, Inferre violenter, & pugnis percutere. Terent. Phorm. 5. 8.
Niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere.
Ingerere primordia, Vide PRIMORDIVM.
Sacrilegium ingerere, Inferre. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 4.
Scelus ſceleri ingerit. Seneca Thyeſte, 8.
Semen ſolo ingerere, Seminare. Columel. lib. 2. cap. 10, Et ſimiliter quum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus.
Tela ingerere. Liuius 4. bel. Pun. Poſtremò vt ſui vulnere intacti tela in hoſtem ingererent.
Thura ingerere aris. Plin. lib. 12. cap. 14, Alexandro magno in puertia ſine parſimonia thura ingerenti aris, &c.
Verba & vocem ingerere. Liuius 3. ab Vrbe, Quid tandem priuatæ res veſtræ, quo in ſtatu ſunt? iam vnicuique ex agris ſua damna nunciabantur. quid eſt tandem domi, vnde ea expleatis? Tribuni vobis amiſſa reddent ac reſtituent? vocis verborúmque, quantum volētis, ingerent, & criminum in principes.
Vulnera ingerere. Tacit. lib. 19. Et ingeſtis vulneribus concidit. Pro, inflictis.
¶Ingerere, Iácere. vt Ingerere lapides, tela, ſaxa. Plin. lib. 10. cap. 1, de ſtruthiocamelis, Vngulæ iis cerunis ſimiles, quibus dimicant, biſulcæ, comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus.
¶Ingeſtum, pro eo quod violēter oblarum eſt. Tacit. lib. 1, Nomen patris patriæ Tiberius à populo ſæpius ingeſtum repudiauit. Alibi dixit, Ingeſtis pilis, pro infixis: vbi vulgò legitur, infeſtis pilis.
Humo ingeſta contumulari. Ouid. in Ibin.
¶Ingerere, In memoriam reuocare. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 12, Ingratis quoque, memoria cum ipſo munere incurrit, vbi ante oculos eſt, & obluiſci ſui nō ſinit, ſed authorē ſuum ingerit & inculcat.
Nomina aliorum alicui ingerere. Tacit. de Oratoribus, Quorum nomina prius parentes liberis ſuis ingerunt? Sub. quàm Oratorum.

Ingeſtabilis, & hoc ingeſtabile, penult. corr. {ἐδέσματος} Quod geſtari non poteſt. Plin. lib. 7. cap. 6, Ingeſtabile onus crurum, & inguinum leuis tumor.

Ingigno, ingignis, ingenui, ingenitum, penult. corr. {γίγνομαι} ingígnere, Vnà & ſimul gignere. Cic. 5. de Finibus, Siue vt doctiſſimis viris viſum eſt, maior aliqua cauſa atque diuinior hanc vim ingenuit, ſiue hoc ita ſit fortuitō.
Natali & ingenia ſterilitate laborantibus. Colum. lib. 3. cap. 7.
Ingenitum corpori eorū virus exitiale ſerpentibus. Plin. lib. 7. c. 2,
Nobilitas ingenita. Ouid. ad Piſonem,
-ingenitæ ſtat nobilitatis in illo
Pulcher honos, & digna ſuis natalibus ora.

Ingitas, ingitatis, Quaſi indigitas, paupertas, inquit Perottus. Plaut. Pœn. 14, Profectò ad ingitatem lenonem rediget, ſi has adduxerit. Exemplaria quæ vidimus, legunt incitas.

Inglomero, inglomeras, penult. corr. {ἐγκυλίω} inglomerâre, Idem quod ſimplex. Stat. 1. Thebaidos,
-ſed plurimus Auſter
Inglomerat noctem, tenebroſa volumina torquet.

Inglorius, Adiectiuum {ἄδοξος, ἀδίδοξος} Qui nullam laudem aut gloriam ſua virtute aut fortitudine conſecutus eſt, & veluti ignobilis. Virg. 9. Æneidos,
Enſe leuis nudo, parmáque inglorius alba. Idem 4. Georg.
Inglorius militiæ. Tacit. Nec ipſe in gloria militiæ. Sil. lib. 12,
-inglorius auſi. Id eſt qui efficere quod tentabat non potuit.
Inglorius & ignobilis. Cic. 3. Tuſc. Quòd inglorius ſit atque ignobilis ad ſupremum diem peruenturus.
Honoratus & Inglorius, contraria. Cic. 1. de Legibus, Propter honeſtatis & gloriæ ſimilitudinem, beati, qui honorati ſunt, videntur: miſeri autem qui ſunt inglorij.
Vox ingloria. Stat. 5. Sylu. 3.
¶Inglorius, Indecorus. Lactantius in illud Stat. Thebaid. 9,
comantem
Perſtrinxit galeam, conuulſæ cuſpide longè
Diffugere iubæ: patuſtque in gloria caſſis.

Ingluuies, ingluuiei, fœm. gen. {λαιμαργία} Ventris rapacitas, voracitas. Terent. Eunucho, 5. 4,
Harum videre ingluuiem, ſordes, inopiam. Virg. 4. Georgicorum,
-hic piſcibus atram
Improbus ingluuiem, raniſq; loquacibus expler. Vbi Seruius, Ingluuiem, Ventris rapacitatem. Quidam legūt capaciratem per c tertiam literam in prima ſyllaba. Horat. 1. Serm. ſat. 2,
Hunc ſi perconteris, aut cur, atque parentis
Præclaram ingrata ſtringat malus ingluuie rem.
¶Ingluuies, pro Gurgulione. Apuleius libro 1. Aſini aurei, Reſtis ad ingluuiem adſtricta, ſpiritus officia diſcluderet. Gulam ſeu gurgulionem intelligit, ſiue aſperam arteriam, qua ſpiritus ab ore in pulmones, atque inde rurſum in os & in nares vltrò citróque ſemper commeat.
¶Ingluuies, pro Sinu gutturis accipitur, in quem aues recentes cibos demittunt, & condunt. Columel. lib. 8. cap. 5, de gallinis, Nam ſi vacua non eſt ingluuies, eruditatem ſignificat: abſtinerique debent, dum concoquant.
¶Ingluuies, pro copia & affluentia. Firmicus libro 4. capite 18, Publicis cuſtodiis, vel carceribus, aut carcerarum nexibus faciet obligatos, ita vt eos infenſa criminum deturper ſemper ingluuies. Sed forrè vetuſto more ſcriptum erat inluuies, quod nunc ſcribimus illuuies: atque per ignorantiam ex inluuies factum ingluuies.

Ingrandeſco, ingrandeſcis, ingrandui {ἐπιδίδωμι} ingrandeſcere, Grandem fieri. Colum. lib. 11 cap. 3, At circa Calendas Martias, locis apricis, licet portum (ſi iam ingranduit) transferre. Idem libro 2. cap. 10, Quę vt celeriter prodeat, & ingrandeſcat, antè quàm ſeratur, ſimo arido permiſceri debet.

Ingratus, penult. prod. {ἀχάριστος, ἀγνώμων} Adiectiuum, paſſiuæ ſignificationis, Quod non eſt gratum & acceptum. Donatus, Ingrata quę ab inimicis fiunt, ac recuſantibus.
Ingrata amaritudo. Plinius libro 15. capite 25, Minus quinquennium eſt, quòd prodiere quæ vocant laurea, non ingratæ amaritudinis.
Ioci non ingrati. Ouid. 3. Fast.
Onus ingratum. Catul. ad Mallium, epigr 63.
Ingrata oratio, cui opponitur Iucunda. Quintilianus libro 8. capite 3.
Ingrati ſaporis caſeus. Colum. lib. 7. cap. 8.
Superbia ingrata Veneri. Horat. 3. Carm. ode 10.
Tempora ingrata. Horat. 1. epist. 1.
Ingratum virus. Plin. lib. 10. cap. 26.
¶Ingratus, actiuæ ſignificationis, Qui non meminit accepti beneficij, nec gratiam vllam habet. Terent. Andr. 1. 5,
-adeóne me ignauum puras,
Adeóne porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, &c. Cic. de Amicit. Propterque inuidiam in exilium miſſus eſſet, ingratæ patriæ iniuriam non tulit, quam ferre debuit. Martial. lib. 1. 10,
Læſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum.
Ingratus animus. Seneca epiſt. 1.
Ingratius. Cic. ad Attic. lib. 8. 148, Nihil cognoui ingratius, in quo vitio nihil mali non ineſt.
Ingratus aduerſum deos. Gell. lib. 4. cap. 18, Non igitur ſumus aduerſum deos ingrati.
Ingratus in aliquem. Cic. 1. de Nat. deor. Quum Epicurus in Democritum ipſum quem ſecutus eſt, fuerit ingratus.
¶Ingratus, Inuitus, & coactus, inquit Donatus. Terent. Eun. 2. 1, Opus faciam, vt defatiger vſque: ingratus vt dormiam.
Ingratior. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 27, Vix labra diduxit, & ingratior quàm ſi tacuiſſet, fuit.

Ingratè, penult. prod. à Aduerbium {ἀχαρίστως} Plin. lib. 27. cap. 2. Quòd ſiquis, illa fortè ab homine excogitari potuiſſe credit, ingratè deorum munera intelligit.
Ferre aliquid ingratè. Tacitus lib. 17, Oppreſſa Capitonis conſilia ingratè tuliſſet.
Non ingratè nominando M. Varronem. Plin. lib. 18. cap. 3. Id eſt libenter.

Ingratis, penult. prod. Aduerbium {ἀκόντι} Præter gratiam & meritum, Non vltro, inquit Donatus. Plaut. Caſin. 15,
Atque ingratis quem non volt, ei nubet hodie. Terent. Heaut. 3. 1,
-ea coacta ingratis
Poſt illa cœpit victum vulgò quærere.
Libenter & Ingratis, contraria. Cic. 6. Verr. Reticebunt quæ poterunt libenter: dicent quæ neceſſe erit, ingratis. Vetus exemplar ſcriptum habet gratis.

Ingratiis {ἀκόντι} ablatiuus aduerbialiter poſitus. Aliquando adiungitur TVIS, & dibitur ingratiis tuis. Plaut. Curcul. 2,
Tamen eſt eundum, quòd imperauit ingratiis. Idem Caſin. 7,
Vobis inuitis, atque amborum ingratiis
Vna libella liber poſſum ego fieri. Idem Merc. 8,
Nimium multum ſcis. R. tuis ingratiis.

Ingratitudo {ἀχαριστία, ἀγνωμοσύνη} à Cicerone nō dicitur. Maluit enim Græcè dicere, ad Atticum ſcribens, libro 8, his verbis, Sed meruiſſe illum de me puto, vt ἀχαριστίας crimen ſubire non audeam. Budæus. Sabellicus hac voce frequenter vſus eſt libro 7. Exemplorum cap. 2. cui titulus eſt, De ingratitudine. Eraſmus quoque in prouerbio, Ingratitudo vulgi. Et in alio prouerbio, Nemo benemerito bouem immolauit, præter Pyrrhiam.

Ingratificus, penultima correpta, Adiectiuum {ἀχαρις} Idem quod ingratus. Cicero pro Sextio, O ingratifici Argiui, inanes Graij, immemores beneficij.

Ingrauo, ingrauas, penult. corr. {ἐπιβαρύνω} ingrauâre, Grauem facere, vel corrúpere, & quaſi grauiter afficere. Plin. lib. 19. cap. 8, Poſteà iiſdem fruticibus vruntur, ſi non fœnitia hyemis ingrauat, quando impatientiſſimum eſt frigorum.
Puppem ingrauat. Stat. 5. Thebaid.

Ingraueſco,ingraueſcis {βαρύω} ingraueſcere, Valde grauem,& moleſtum fieri.Plin.lib.31.cap.7, Vix credibili pondere ingraueſcat.

Ingraueſcit in dies malum.Cic.ad Brutum.

Leuari ſiue releuari,& Ingraueſcere,contraria.Cic.de Senect.Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingraueſcunt:animi autem ſe exercendo leuantur.

Ingraueſcentem morbum præuidere.Cic.2.de Diuinat.

Ingraueſcere furore.Cic.ad Attic.lib.10.195, Alter ardet furore & ſcelere,nec remittit aliquid,ſed in dies ingraueſcit.

Ingraueſcit annona,Carior fit. Cic.pro Domo ſua,Nam quó ingraueſceret annona,vt iam planè inopia ac fames timeretur.

Ingraueſcens,ingraueſcentis {βαρύνων} vt Ingraueſcens ætas,id eſt ſenectus. Cic.de Amic.Mutari etiam mores hominum ſæpe dicebat: aliàs aduerſis rebus,aliàs ætate ingraueſcente.

Ingredior,ingrederis,penult.corr.ingreſſus ſum {βάω, εἰσβάινω,ἐπεισβάινω, εἰσέρχομαι, ἐπεισβάω} ingredi, penult.corr. Intrare. vt Ingredi forum, vel in forum.

Ingredi intra. Cæſar 5.bel.Gall. Noſtróſque intra munitiones ingredi prohibebant.

Ingredi in fundum.Cic.pro Cecinna.

Ingredi in conſpectum populi.Plaut.Amphit.8,

Nihil te pudet ſceleſta populi in conſpectum ingredi?

Ingredi in viam.Plaut.Pſeud.15,

· Ingredere in viam dolis,& ego hìc in inſidiis ero.

Ingredi in ſycophantiam.Plaut.Pœn.9,

-mortales malos

Vt ingrediuntur doctè in ſycophantiam.

Ingredi per ſcenam.Plin.lib.7.cap.20.

Ingreditur colles.Ouid.14.Metam.

Ingredi iter.Cic.12.Philip.Quid cenſetis,quum iter ingreſſus ero, longum præſertim,nullâſue inſidias pertimeſcendas?

Ingredi iter pedibus. Cicero de Senectute, Quum ingreſſus iter pedibus ſit,in equum omnino non aſcendere : quum equo, ex equo non deſcendere. Columella libro 1.capite 3,Non ægre iter pedibus ingredi.

Ingredi mare pedibus. Liu. in Præfat.belli Macedon. Iam prouideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur , quicquid progredior, in vaſtiorem me altitudinem, ac velut profundum inuehi.

Hàc ingreſſa vias.Stat.4.Sylu.4.

¶Ingredi,Incedere,non ad locum,ſed in loco. Virg.lib.3.Georg. Continuò pecoris generoſi pullus in aruis

Altius ingreditur. Cic.Attico,lib.2.38, Si dormis, expergiſcere: ſi ſtas, ingredere : ſi ingrederis, curre : ſi curris, aduola. Vide ALTVS. Plin.lib.9. cap.31, Ingredi eſt his in orbem volui. Idem lib.8.cap.5, Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur.

Ingredi tardè. Plin.lib.11.cap.51,Qui celerius fari cœpêre,tardius ingredi incipiunt.

Campo ingreditur.Virg.10.Æneid.

Curru ingredi.Ouid.13.Metam.

¶Ingredi dicere aut facere,pro Aggredi & incipere.Cic.ad Attic. lib.15.326. Ea negabam oportere præterita, aſſentiebar tamen:quanquam ingreſſus eſſem dicere quid oportuiſſet. Idem 2. de Diuinat.

· De diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere.

Ingredior ad. Cic.ad Curionem,lib.2.2,Sed aliter atque oſtenderem facio, qui ingrediar ad explicandam rationem ſententiæ meæ. Idem de Orat.Ad dicendum. Ibidem,Ad ſtudium. Idem de Fato,

· Timidè ingredior ad hoc genus diſputandi.

In cauſam ingredi.Cic.pro Plancio,Qua volui ianua ſum ingreſſus in cauſam.

In orationem ingredi. Cic.7.Philipp.Magna ſpe ingredior in reliquam orationem P.C. quoniam,&c.

In ſpem Reip.recuperandæ ingredi. Cic.5.Philipp.Quoniam ingreſſi in ſpem Reipub.recuperandæ ſumus. Idem 2.in Catil.Quibus

· ego ducibus in hanc ſpem ſententiámque ſum ingreſſus.

In vitam ingredi. Cic.de Claris Orat. Equidem etſi doleo,me in vitam paulo ſerius tanquam in vitam ingreſſum.

Conſilium ingredi.Hirtius ad Cic.in Epiſt.ad Atticum,lib.15.325, Fruſtra verò qui ingrediar matris conſilium, quum veatur precibus. Vetus lectio ſic habet : Fruſtra verò quid ingrediar? Matris conſilio quum veatur,vel etiam precibus,quid me interponam?

Conſulatum ingredi. Quintil.lib.6.cap.1.

Diſputationem ingredi.Cic.pro Cecinna,Qui quum iſtam diſputationem mecum ingreſſus eſſet.

Fatis ingreſſus iniquis.Virg.3.Æneid.

Ingredi iter,per tranſlationem. Cic.3 de Orat.Quò nunc me vertam?quod iter incipiam ingredi?Ex quodam poeta.

Orationem ingredi.Cic ad Atticum,lib.15.326,Quam orationem quum ingreſſus eſſem,Caſſius interuenit.

Studia ingredi. Quintil.lib.1.cap.16,Nam iiſdem ferè annis aliarum quoque diſciplinarum ſtudia ingredienda ſunt.

Veſtigiis patriis ingredi. Cicero in Somnio Scipionis , Quanquam à pueritia veſtigiis ingreſſus patriis & tuis , decori veſtro non defui.

Viam viuendi ingredi.Cicero in Offic.Quod tempus à natura ad deligendum quam quiſque viuendi viam ſit ingreſſurus,datum eſt.

Vulgarem viam ingredi. Quintil. in procem.lib.1.

Vitam ingredi. Cic.4.Academ.Officia deſcribas,quam vitam ingrediar,definias.

Ingrediens,Participium {εἰσβάων.} vt Iter ingrediens,Silius lib.15.

Ingreſſio,Verbale {εἴσοδος} Cicero 4. Tuſculana,Cuius vt arma ſumpſit,ingreſſio lectitam attulit ſociis,terrorem autem hoſtibus. Idem 5.Philippica.

¶Ingreſſio,Initium. Cic in Orat. Ac video hanc primam ingreſſionem meam, nó ex Oratoris diſputationibus ductam,ſed è media philoſophia repetitam,hoc eſt, diſputationis initium. Nam ingredi

propriè dicuntur infantes, quum ſe pedibus ſuis ſuſtinere & ambulare incipiunt. vnde ſæpenumero verbum hoc pro Incipio ponitur: vt Ingreſſio & Ingreſſus pro alicuius rei initio ſeu principio.

Ingreſſus,huius ingreſſus.maſc.gen. {πορεία} Inceſſus.Cic.1.de Nat. deor.Ingreſſus,curſus,&c.

Plani ingreſſus.Silius lib.10.

¶Veſtigiis odorari ingreſſus hominis improbi.Cic.in Piſonem.

Veſtigia & ingreſſus orationis.Cic.1.de Orat.

¶Ingreſſus,Initium. Quintil.lib.9.cap.4,Si pars poſterior in clauſula deprehendatur,rurſus prior ingreſſu. Idem lib.10.cap.1.

In ingreſſu, Vide IN præpoſitionem.

Ciuilis & humanus dicendæ ſententiæ ingreſſus. Quintil.lib.3.c.4.

Opportunus ingreſſus.Quintil.lib.2.cap.4.

Ingruo, ingruis, ingrui, penult.corr. {ἐπικεῖμαι} ingrúere , Simul & confertim,veluti gruum more inuadere.Virg.12.Æneidos,

Ingruit Æneas Italis,& prælia miſcet. Plaut.Amph.4,

Crebri hoſtes cadunt,noſtri contrà ingruunt.

Ingruente æſtate.Colum.lib.11.cap.3.

Ingruente fato.Liuius 5.ab Vrbe.

Ingruit frigus.Colum.lib.4.cap.29.

Horror ingruit armorum.Virg.2.Æneid.

Imber ferreus ingruit.Virg.12.Æneid.

Ingruit metus,Imminet,impêdet,accedit,prope eſt.Plin.lib.9.cap. 30. Liuius 6.ab Vrbe,Aliam in partem terror ingens ingruerat.

Ingruunt morbi gentibus vniuerſis.Plin.lib.7.cap.50.

Ingruens periculum. Liuius 5.ab Vrbe, Hæc precatus ſuperante multitudine,ab omnibus locis vrbem aggreditur,quo minor ab cuniculo ingruentis periculi ſenſus eſſet.

Vis ingruit.Quintil.lib.3.cap.8.

· Vitibus ingruit vmbra.Virg.2.Georg.

Ingruere in.Liu.4.ab Vrbe,Primò in agreſtes ingruerant morbi.

Idem 6.bel.Pun.Eadem in viros ingruit fortuna.

· Ingruentes ſolis radios ſentit luna.Plin.lib.2.cap.18.

Inguen,inguinis, pen.corr. neut.gen. {βουβών} Pars corporis quæ circa pudenda. Sueton.in Nerone, Virorum ac fœminarum ad ſtipem deligatorum inguina inuaderet. Liuius 7. ab Vrbe, Vno alteróque ſubinde ictu ventrem atque inguina auſt.

Obſcœnum inguen. Horatius 1.Serm.ſat.8.

Candida inguina.Virg.6.ecloga.

¶Inguen,pro inguinis tumore videtur poſuiſſe Lucilius,qui βουβὼν & à Græcis dicitur.Eius verba ſunt,

Inguen ne exiſtat,papulæ,tama,ne boa noxit. Turnebus.

Febris ex inguine,id eſt,febris ex bubone , vel tumore præter naturam in inguine.Celſus lib.3.cap.5.in principio.

Inguinaria, inguinariæ , penult. correp. {βουβώνιον} Herba inguinum doloribus vtilis. Plin.lib.26.cap.9,Inguinaria (quam quidam argemonen vocant) paſſim in vepribus naſcens,vt profit inguinibus,in manu tantum habenda eſt.

Ingurgito,ingurgitas, pen.corr. {ἐμφορέομαι, ἀφυπνόω} ingurgitâre, Eſt ſe cibo aut potu intemperâter obruere. Cic.2.de Finibus,Nolim enim mihi fingere aſotos, vt ſoleatis , qui in menſam vomant, & qui de conuiuiis auferantur,crudíque poſtridie ſe rurſus ingurgitent.

Ingurgitare ingenium poculis.Gell.lib.15.cap.2.

Ingurgitare in ſe merum.Plaut.Curcul.3.

Ingurgitare ſe cibis. Cic.in Antonium , Idem quum ſe cibis ingurgitauiſſet.

Ingurgitare in ſe in flagitia,pro Immergere. Cic.in Piſonem, Nunquam te in tot flagitia ingurgitaſſes.

Ingurgitare ſe in philoſophiam.Gell.lib.5.cap.16.

Ingurgitare ſe in copias alicuius. Id eſt,auidius ſe ingerere,vt ſolent famelici & voraces.Cic.2.Philipp.

Ingurgitare humor dicitur,quum nimia abundantia terram proluit.Plin.lib.17.cap.2,Ergo humor ex his non vniuerſus ingurgitans diluénſque,ſed quomodo ſtitur diſtillans , velut ex vbere alit omnia quæ non inundat.De niuibus.

Inguſtabilis , & hoc inguſtabile , penult.corr. {ἄγευστος} Quod guſtari non poteſt : vt Inguſtabilis fons. Plin.lib.2.cap.106. Idem lib. 16.cap.26. Fœmina poſt Autumnum fert baccas acerbas & inguſtabiles cunctis animantibus.

Inguſtatus,penult.prod. {ἄγευστος} Participium ſine verbo, Non guſtatus.Horat.2.Serm.ſat.8,Vt vel continuò patuit,quum paſſeris,atque Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi.

Inhabilis,& hoc inhabile,pen.corr. {ἀνεπιτήδειος} Non aptus.Colum, lib.2.cap.1,Progenerandis eſſe fœtibus inhabilem.

Inhabilis ad agendum.Caius in l.1.in fine.D.Quod cuiuſque vniuerſit.nomine.

Inhabilis ad conſenſum.Liuius 6.bel.Pun. Sine concilio publico, ſine imperio multitudinem nullius rei inter ſe ſociam, ad cõſenſum inhabilem fore.

Inhabilis magnitudinis nauis , quam ſexdecim verſus remorum agebant.Liuius 3.bel.Maced.

Inhabile imperitis telum ad remittendum.Liuius 4.bel.Pun.

Inhabito,inhabitas,penult.corr. {οἰκέω} inhabitâre,Idem quod habitare.Liuius 4.bel.Pun.Procul ij qui inhabitabantur.

Inhabitat animus in oculis.Plinius libro 11.cap.37.

Inhabitabilis,& hoc inhabitabile,pénult.corr. {ἀοίκητος} Quod habitari non poteſt. Cic.1. de Nat.deor. Atqui tegræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus.

Inhæreo,inhæres,inhæſi,inhæſum {προσφύομαι, ἐπιπαραλαμβάνω, σπείρω, κατασφάδω} inhærêre,Idem quod Adhærere.Colum.lib.3,Cacumina deinde oliuæ,ſicut matri inhærent,vtraque parte adradito. Plin.epiſt.111. lib.5,Vt illa patris cerucibus inhærebat : vt nos amicos paternos & amanter & modeſtè complectebatur.

Inhærebat oculis memoria imaginis , Semper præ oculis erat,& verſabatur ob oculos. Plin.epiſt.147.

Studio oneratus inhæſi.Ouid.8.Metam.

Inhærere

Inhærere veſtigiis prioribus. Columel.libro 9.cap.8,Et ſi eandem petit cæli partem, prioribus inhæret veſtigiis.

Inhærere voluptatibus. Cic.1.de Finib.

Inhærere in mentibus.Cic.1. Tuſcul.Sed neſcio quomodo inhæret in mentibus,quaſi,&c. Sic 2.de Orat.Inhærere in rei natura.

Inhærens,Participium {προσφυῶν.} vt Humeris abeuntis inhærẽs.Ouid. 1.Triſt.eleg.3.

Inhæreſco,inhæreſcis {ἐπαναμαλάσσομαι} inhærêſcere , Idem quod Inhæreo. Cic. 3. de Nat.deor.Prouiſum etiam vt ſiqua minima beſtiola conaretur irrumpere , in ſordibus aurium , tanquam in viſco inhæreſceret.

Inhæreſcunt penitus in mentibus.Cic.3.Tuſcul.

Inhalo, inhalas , pen. prod. {ἐμπνέω} inhalâre , Halitum in aliquem emittere. Cic.in Piſonem , Et quum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes , excuſatione te vti valetudinis. Id eſt halitum popinam redolentem in nos exhalaſſes, & effudiſſes.

Inhibeo,inhibes,pen.corr.inhibui,inhibitum,pen.corr. {ἐνέχω, κατέχω} inhibêre,Ex in & habeo compoſitum , Eſt rem incœptam , ne procedat,impedire,authore Valla lib.5. Feſtus,Inhibere, Cohibere.

· Virg.12.Æneid.Parcite iam Rutuli,& vos tela inhibere Latini. Cic. 7.Verrina , Site illius acerba imploratio & vox miſerabilis non inhibebat.

Inhibere quin. Curtius lib.7, Infeſta concio vix inhiberi potuit, quin protinus ſaxa in eum iaceret.

Inhibere quominus,Vetare,arcere,& cohibere. Plinius lib.2.cap. 5.de elementis,Et leuia ponderibus inhiberi quominus euolent.

· Inhibere aluum,Id eſt ſiſtere : cui contrarium eſt Soluere. Plin.lib. 19.cap.8.

Incitare & Inhibere auiditatem,contraria. Plin.lib.20.cap.7, Nec vlla res maiorem in cibis auiditatem incitat,inhibétque eadem.

Inhibere calcitatrus mulæ. Plin.lib.8.cap.44.

Curſus inhibebat equorum. Ouid.ad Liuiam.

Stabilire & inhibere dolores. Plin.lib.20.cap.3.

Fletus alicuius inhibere. Ouid.5. Triſt.eleg.1.

Inhibere frænos. Liu.1.ab Vrbe, Reſtitit pauidus , atque inhibuit frænos.

Mentem inhibere à turpi probro. Carul.in Gellium,epigr.86.

Nauſeas inhibere, Vomitiones ſiſtere & arcere. Plin.lib.20.cap.14, Nauſeas cum ſale & polenta in frigida aqua pota inhibet.

Profluuium ſanguinis inhibere. Plin.lib.28.cap.2.

Venerem inhibere. Plin.lib.20.cap.7, E contrario naſturtium venerem inhibet,animum exacuit.

Vires ſuas inhibere. Ouid.1.de Ponto,eleg.8.

¶Inhibere imperium. Budæus , Qui inhibet remos & telum, manum ſuſpenſam tenet : ſic qui inhibet imperium , quaſi minatur, & multam veluti telum intentum habet. Idem alio loco, Inhibere imperium ſignificat,quaſi poteſtatis & magiſtratus telú ſtringere. Liu. de bel.Maced.lib.7, Et ad populum & in Senatu magnis contentionibus certatum eſt , & imperia inhibita vltro citróque , & pignora capta, & mulæ dictæ,& Tribuni appellati. Plaut.Stich.1,43

-vtrum fontali,

· An Libero imperium te inhibere mauis? Id eſt,Vtrum præeſſe (hoc eſt imperitare) aquæ vel vino miniſtrando. Vel bibere vinum vel aquam. Liu.Decad.1.lib.3. de Decemuiris , Tentationem eam fore abolendi ſibi magiſtratus, ni conſenſu reſiſterent , imperióque inhibendo acriter in paucos præferocis animi , conatus aliorum comprimerent. Budæus.

· Inhibere retro nauem, Eſt quum remiges non tantùm procurſum nauis ſuſtinent & ſiſtunt, ſed etiam repentè retrorſus agunt. id quia ſit naui in puppim retroacta , ideo Græci πρύμναν κρούσαι καὶ ἀνακρούσαι vocant. Luius , Vt quæque roſtrata nauis retrò inhibita, oneratiam poſt ſe trahebat , ſcindi videres vincula. Hinc nauæ inhibere remis dicuntur,quum nauem retrò vertere volentes,currentis impetum,remorum impreſſione retardant. Cic.1.de Orat. Vt enim incitato nauigio, quum remiges inhibuerunt , retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum intermiſſo impetu pulſúque remorum : ſic in oratione perpetua quum ſcripta deficiunt , parem tamen obtinet oratio reliqua curſum,ſcriptorum ſimilitudine,& vi concitata. Inhibere nauigium Cicero exiſtimabat eſſe ἀνέχειν , hoc eſt ſuſtinere & ſiſtere. Alio tamen loco ſe reprehendit , ad Atticum , 13.epiſt. 2. epiſtola,prima eius libri, Inhibere (inquit) illud tuum,quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Eſt enim verbum totum nauticum, quanquam id quidem ſciebam:ſed arbitrabar ſuſtineri remos,quum inhiberi eſſent remiges iuſſi. Id non eſſe eiuſmodi didici heri quum ad villam noſtram nauis appelleretur. Non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant. id ab ἀνοχῇ remotiſſimum eſt. Quare facies vt ita ſit in libro quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni , ſi fortè mutauit. Et poſtea ſubdit,Inhibitio autem remigum morum habet, & vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim. His verbis intelligimus Ciceronem in Academicis , epochen,id eſt aurigæ retentionem quum currum incitatum retinet,hortatu Attici vertiſſe inhibitionem:quum tamen primùm retentionem rectè vertiſſet:poſtea verò mutaſſe,& retentionẽ in libro reponẽdum mandaſſe. Inhibitio autem remigũ motum habet, & vehementiorẽ quendam remigationis nauem conuertentis ad puppim. Ex Budæo.

Inhibere remos,Eſt vltra non progredi , quod minus eſt quàm retro nauem inhibere.Quintil.in Præfat.lib.12,Vnum modò in illa immenſa vaſtitate cernere videmur M.Tullium, qui tamen ipſe, quanuis tanta , támque inſtructa naui,hoc mare ingreſſus, contrahit vela, inhibétque remos.

· Inhibere ſupplicia alicui. Cic. 13.Philipp.Ita ſibi conueniſſe cum Dolabella,vt ille Treboniũ, & ſi poſſet etiam Brutum, Caſſium; diſcruciatos necarer, eadémque ipſe inhiberet ſupplicia nobis. Inhibere ſupplicium,ſic dictum à Cicerone videtur, vt Inhibere imperium. Vetus tamen ſcriptum exemplar habet adhiberet ſupplicia,&c.

Inhibere tela , pro Suſtinere. Liuius Decad.3.lib.10, Speculatoriæ

naues permiſtæ cum hoſtium nauibus , inhibere ſæpe tela cogebant metu,ne ambiguo ictu ſuis inciderent. Budæus.

Inhibitio , Verbale {ἔσχεσις.} Cic.ad Atticum, lib.13.278. Vide Inhibere retro nauem.

Inibi, Aduerbium , pro ſic , & mox antiquis fuiſſe in vſu refert Nonius. Afranius Materteris,Poſtquam ſe vidit inibi eſſe ignotam, parualum ſororibus commendat. Cæcil.Plotio, Libérne es? Non ſum, verùm inibi eſt.

Inhio, inhias {χάω} inhiâre, Valde os aperire.

Inhiare,per tranſlationem,Vehementer aſpirare ad aliquid : quoniam in his quæ cupimus , hiare frequenter ſolemus , vt ait Sipont. Plaut.Stich.10,

Nam illic homo tuam hæreditatem inhiat,quaſi eſuriens lupus. Horat.1.Serm.ſat.1,

-congeſtis vndique ſaccis

Indormis inhians. De auaro.

Gazis inhians. Seneca Herc.fur.3. Cic.3. in Catil. de Romulo, Paruum atque lactantem huberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.

Tonuit inhians tria Cerberus ora.Virg.3.Georg.

· Inhiare aliquem , Vehementer appetere eius aduentum. Plautus Trucul.7.

Inhoneſtus , Adiectiuum {ἀσχήμων} Honeſto contrarium. Terentius Eunuch.2.3,

-illúmne obſecro

Inhoneſtum hominem,quem mercatus eſt here, ſenem mulierem? Cic.ad Qu.frat.lib.1.1,Inhoneſtiſſima cupiditas. Idem 3.de Finib.Niſi quod turpe,inhoneſtum.indecorum.

Exitus non inhoneſtus. Propert.lib.2.eleg.27.

Mors inhoneſta. Propert.lib.2.eleg.9.

Vulnus inhoneſtum. Virg.6.Æneid.

Inhoneſtè,Aduerbium {αἰσχρῶς.} Terent.And.4.6,

Quæ ſe inhoneſtè optrauit parare hìc diuitias. Cic.ad Atticum,lib.2. 16.Accuſauit Naſicam inhoneſtè.

Inhoneſto,inhoneſtas {αἰσχύνω} inhoneſtâre,Dedecorare.Ouid.4. Triſt. eleg.7,

Ne cadar,& multas palmas inhoneſtet adeptas.

Inhonoratus,pen.prod.Adiectiuum {ἄτιμος,ἀτίμητος,ἀγέραστος} Honorato contrarium. Cic.3. Tuſc. Inhonorata vita. Liu. 3. bel. Maced. Inhonoratior triumphus. Sueton.in Claudio Cæſare,cap.11, Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum , ac ſine grata mentione tranſmiſit.

Inhonorata dea. Ouid.8.Metam.

Tranſire aliquid inhonoratum. Quintil.lib.1.cap.5.

Inhonorus,pen.prod.Adiectiuum, Idem {ἄτιμος.} Plin.lib.5.cap.30, Aliæque inhonoræ ciuitates.

Facies inhonora. Silius lib.10.

Sacerdos inhonora. Stat.3.Thebaid.

Inhorreo,inhorres,inhorrui {φρίττω} inhorrêre, Valde horrere. Liu. 8.ab Vrbe, Haud ſecus, quàm vallo ſepta inhorreret acies. Virg.10. Æneid. de apro, Subſtitit, infremuítque ferox , & inhorruit armos. Pro,armis inhorruit,aut certè in armos inhorruit , & ſetas erexit.

Inhorreſco,inhorreſcis {πτοέω} inhorrêſcere , Idem Plin.lib.10.cap. 14,Inhorreſcunt edito ouo, excutiúntque ſeſe. Cic.3.de Orat.Inhorreſcit mare.

Inhorreſcit meſſis ſpicea. Virg.lib.1.Georgicorum,

Spicea iam campis quum meſſis inhorruit,& quum

Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent. Id eſt intremiſcit , ait Seruius.

Agitatus inhorruit aer. Ouid.3.de Ponto,eleg.3.

Inhorruit vnda tenebris. Virg.3 Æneidos,

Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber

Noctem hyemémque ferens,& inhorruit vnda tenebris. Id eſt horridior facta eſt per tenebras. Seruius.

Inhoſpitus,pen.corr. Adiectiuum {ἄξενος} Quod hoſpitio propriú & aptum non eſt ac commodum,vel propter aſperitatem, vel propter incultum loci ſtatum. Vnde

Littora inhoſpita.Ouid.3.Triſt.eleg.11.

Regna inhoſpita. Ouid.11.Metam.

Inhoſpita tecta. Ouid.lib.1.Metam. Virg.4.Æneidos,

Et Numidæ infræni cingunt, & inhoſpita Syrtis. Vbi Seruius , Inhoſpita,Barbara,aſpera. Horat.1.epiſt.14,

-nam quæ inhoſpita,deſerta, & inhoſpita teſqua

Credis,&c. Id eſt aſperrima loca,acceſſu difficilia.

Inhoſpitalis,& hoc inhoſpitale, pen.prod. {ἄξενος} Inhabitabilis. Plin. lib.6.in Præfat.Pontus Euxinus antea ab inhoſpitali ferítate Axenos appellatus eſt.

Caucaſus inhoſpitalis. Horat.1.Carm.ode 22.

Inhoſpitale litus : Id eſt deſertum, incultum , aſperum. Plinius in Paneg.

Inhoſpitales iniuriæ. Plin.lib.9.cap.8, Iniuriæ poteſtatum inhoſpitales ad viſendum venientium , Hipponenſes in necem eius compulerunt.

Inhoſpitalitas , pen. corr. inhoſpitalitatis {ξενία} Hoſpitalitati contrarium. Cic.4. Tuſc. Quæ autem ſunt his contraria, ea naſci putantur à metu,&c. vt inhoſpitalitas eſt.

Inhúber.pen.prod.huius inhuberis,pen.corr.om.gen.Huberi contrarium. Gellius lib.20.cap.7, Quæ quú appoſitæ fuiſſent, & multæ quidem, ſed inhuberes macraque eſſent. De oſtreis loquitur, quas ibidem tenues & exactas eodem ſignificatu vocat , vt pote Luna ſeneſcente captas.

Inhumanus, pen.prod.Adiectiuum {ἀπάνθρωπος} Crudelis, humanitatis expers, & vitæ communis ignarus , Qui communi naturæ ſenſu priuatus eſt,& ab omni humanitate receſſit. Terent.Phorm.3.2, Hicéine? quod homo inhumaniſſimus Pamphilam meam vendidit?

Inhumanus homo.Cicero 4.Verr. Et pro Quintio, Inhumanus

præco. Terent.Eunuch.5.2,
Non adeò inhumano ingenio sum Chærea, &c. Hoc est, Immitis non sum, quantum putas. Donatus.
Inhumanus, Non humanus, sed diuinus. Apul.lib.5.Lauacro pulcherrimo, & inhumanæ mensæ lautitiis eas opipare refici.
Barbaria inhumana. Ouid.3.Trist.eleg.9.
Inhumana crudelitas. Liu.4.bel.Pun.
Inhumana gens. Lactant.lib.4.cap.26.
Agrestis & inhumana negligentia. Cic.1.Offic.
Pars viæ inhumana. Tacit.lib.18, Prætritis arboribus, atque frugibus dira vastitas, nec minus inhumana pars viæ, quam Cremonenses lauro, rosisque constrauerant, extructis altaribus.
Securitas inhumana. Tacit.lib.19.
Inhumana & scelerata vox. Cic.3.de Fin. Sic Inhumanior libido. Liu.1.bel.Maced.

Inhumanè, pen.prod. inhumanius, inhumanissimè, Aduerbium {ἀπανθρώπως} Inciuiliter, imprudenter. Terent.Heaut.5.5,
Enimuero Chremes nimis grauiter cruciat adolescentulum, Nimisque inhumanè. Cic.3.Offic. Inhumanè facere.
Conuitiari alicui inhumanè. Quintil.lib.3.cap.8.

Inhumaniter, pen.corr. Aduerbium, Idem {ἀπανθρώπως} Cic.ad Qu.frat. lib.3.17, Non possum scribere, me miratum esse illum tam inhumaniter fecisse, vt sine meis literis proficisceretur.

Inhumanitas, pen. corr. huius inhumanitatis {ἀπανθρωπία.} Cic.2.Philipp. Sit hoc inhumanitatis tuæ. Idem 1.de Orat. Quod ego non superbia, neque inhumanitate faciebam.
Conuincere aliquem inhumanitatis. Vide CONVINCO.

Inhumo, inhumas, pen. corr. {ἐνταφιάζω} inhumâre, Terræ inijcere, vel in terra recondere, aut humo operire. Plin.lib.17.cap.18, Non inhumare taleas, aut siccare prius, quàm serantur, vulius compertum.

Inhumatus, pen. prod. Non humatus, Insepultus. Cic.2.de Diuinat. Is quum esset proiectus, inhumatus, ab omnibúsque desertus iacêret, amica corpus eius texit pallio.
Corpora inhumata mandemus terræ. Virg.11.Æneid.
Funus inhumatum. Lucan.lib.7.

Inibi. pen.corr. {ἐκεῖ} Aduerbium in loco, quiddam maius quàm Ibi significás. Plautus, Nos domum properamus: vos inibi adeste. Apuleius, Multa inibi dicta fuat, quæ commemorare non est opus. Cic. 14.Philipp. Quod sperare nos quidem debemus, p.c. aut inibi esse, aut iam esse confectum.
Inibi, pro Sic & mox, inquit Nonius. Cæcilius Plotio, Libérne es? non sum: verùm inibi est. Pacuuius, Profectò aut inibi est, aut iam potiuntur frugum.
Inibi. Plaut.Capt.1,
Et inibi emit olim amissum filium. Id est inter illos.

Iniecto, Iniectus, Vide INIICIO.

Iniens, Vide INEO.

Inigo, inigis, pen.corr. inegi, pen.prod. inactum, inígere, Intrò agere, impellere. Varro de re rustic.cap.2, In nutricatu quum párere cœperunt, inigunt in stabula ea quæ habent ad eam rẽ seclusa. De ouibus. Idem lib.3.cap.10, Folia eius decerpentes dant, ne si inegerint vbi nascitur, aut obterendo perdant, aut ipsi cruditate pereant. Voraces enim sunt natura. De anseribus. Inegerint. Hoc est pastum egerint in eum campum in quo Seris herba nascitur.

Iniicio, iniicis, pen.corr. inieci, pen.prod. iniectum {ἐπιβάλλω, ἐμβάλλω} inijcere, Intrò iacere. Plaut. Antequam hæc in domum iniicias. Terent. And.1.1,
Quæ sese voluit in ignem iniicere, prohibui.
Iniicere se in medios hostes. Cic.pro Domo sua.
In agmen medium se iniecit. Virg.2.Æneid.
Iniicere ſs. flammæ, pro In flammam. Plin.lib.8.cap.40, Acceaso regis Lysimachi rogo, iniecit se flammæ. De cane.
Perastutè iniicere, Vide PERASTVTVS.
¶Iniicere ardorem. Liu.5.ab Vrbe, Quum perequitasset aciem promissa repetens, tantum iniecit ardoris, vt non vltra sustinuerint impetum.
Arma regnis. Stat.1. Thebaid.
Beneficium. Seneca de Benefic.lib.1.cap.1.
Brachia collo. Ouid.3.Metam.
Catenas alicui, Incatenare. Cic.7.Verr. Iste hominibus miseris innocentibúsque iniici catenas iubet. Plaut.Capt.12,
Iniicite huic actutum manicas mastigiæ.
Certamen aliquibus, Dare causam vel præbere occasionem certaminis, & contentionis. Liu.4.bel.Maced. Vultis hoc certamen vxoribus vestris iniicere Quirites, vt diuites id habere velint, quod nulla alia possit?
Cogitationem alicui. Cic.ad Atticum, lib.7.123, Quòd si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque approbas, &c.
Contentionẽ. Liu.3.ab Vrbe, Iniecta contentione Duellius, consul. ad subsellia accitos quum interrogasset, &c.
Cunctationem. Liu.5.bel.Maced. In concilio omnium ad bellum extemplò capessendum inclinatæ sententiæ erant: literæ T. Quintij cunctationem iniecerunt, quibus author erat Prætorem, &c.
Cupiditatem hominibus. Brutus ad Cic.lib.11.10, Quantámque cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas.
Curam alicui, Afferre ei solicitudinem. Terent.Adelph.4.5,
Itaque adeò magnam mihi iniecit sua commoditate curam,
Ne forte imprudens faciam quod nolit, sciens cauebo. Horatius 1. Serm.sat.6.
¶Formidinem alicui. Cic.5.Verr.
Fræna iniecit licentiæ. Horat.4.Carm.ode 15.
Frænos furoris, Cohibere furorem. Cicero 13.Philipp. Qui se totius belli fluctibus circumiri, quàm illum aut egredi, aut progredi maluit: Mutinámque illi exultanti, tanquam frænos furoris iniecit,

Frustrationem in aliquem. Plaut.Amph.9.
atque in horum familiam
Frustrationem hodie iniiciam maximam. Id est decipiam eos.
Fugam inimicis, Cogere inimicos in fugam. Plaut.Pseud.8.
¶Ignes Capitolio. Cic.1.de Diuinat. Et Capitolinis iniecit sedibus ignes. Ex quodam poeta.
Iniicio illud, pro eo quod quis dicat, Addo quòd, vel Ad hæc etiã accedit, &c. Varr.1.de Re rust.cap.18, Iniicio illud, quòd modum nec vnum, neque modicum proposuit ducentorum quadragintà iugerum. Ex vetusto codice legitur Mitto illud.
In flammam aliquam. Cic.pro Cluentio, Atque in hanc flammam recentem C. Iunium, qui illi quæstioni præfuerat, iniectum esse memini.
In fraudem. Plaut.Trucul.6.
In morbum. Cic.4.Tusc. Ex poeta Cælio,
Cui in manu sit, quem esse dementem velit,
Quem sapere, quem insanire, quem in morbum iniici.
In sermone, Verbis significare, & sermone indicare. Trebonius ad Ciceronem, lib.12.16, Qui quum mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere, non modò, &c.
¶Laqueum alicui. Liu.1.ab Vrbe.
Iniicere manum, pro Vim inferre. Senec.in Consolat.ad matrem.
¶Manus in aliquem, Prehendere, siue apprehendere aliquem, & violenter corripere. Plaut.Trucul.16,
Post id ego in te manũ iniiciã quadruplus venefica. Cic pro Rosc. Comœd. Ipsa mihi veritas manum iniecit, & paulisper consistere, & commorari cogit. Id est, retinuit me, & subsistere coegit.
Manum iniicere alicui, pro Vindicare. Liu.3.ab Vrbe, Virgini venienti in forum ministet Decemviri libidinis manum iniecit.
Iniicere manum, propriè est verbo antiquo iuris, quoties nulla iudicis expectata authoritate, rem nobis debitam, aut etiam nostram vendicamus. Quintilianus libro 7.cap.8. ad finem, Aut alteri, aut inuicem petrique de iure fit controuersia: vt in re tali, Patri in filium, Patrono in libertum manus iniectio sit, &c. Vlpianus in l. Sed si hac, De in ius vocando. Et Paulus in l. penultima, De seruis exportandis.
Iniicere manum, Latinè dici debet, quod *sisire* appellant Galli. Virgil.10.Æneidos,
Iniicere manum Parcæ. Sic dominus in prædium (vt nunc dicitur) feudarium manum iniicere solet. Budæus.
Iniicitur etiam manus in aliquem, vel in eius bona, vel merces aliquas, quando ille inde abire, vel inde moueri, authoritate aliqua vetatur. Plin.ad Traianum, epist.66, μεταφορικῶς vsus est, quum inquit, Itaque & quieti eius inieci manum, & exegi, vt me in Bithynia consilio instrueret. Quæ verba corruptissimè vulgò leguntur. Otiosum (inquit Plinius) Nymphidium nactus, continuò nauare mihi operam coegi, qualique vsui meo vendicaui, vt me consiliis suis adiuuaret. Budæus.
Mentem alicui vt aliquid audeat, pro In mentem, & in animum inducere. Cicero pro Milone, Cui primùm mentem iniecit, vt, &c. vi irritare, ferróque lacessere fortissimum virum auderet.
Metum alicui, Facere vt aliquis timeat. Cic.4.Verr. Hoc iniecto metu iudicibus, nouo more, nullo exemplo, &c. Liu. Deorum metum populo iniiciendum ratus est.
Metum in pectus alicuius. Plaut.Casina,13,
Iam pol ego huic aliquem in pectus iniiciam metum.
Missilia. Liuius 6.ab Vrbe.
¶Pallium alicui. Cic.3.de Nat.deor. Vide CAVILLARI.
Pauorem. Liu.4.ab Vrbe. Et bel.Pun.8.
Periculum, Vide PERICVLVM.
Periculum mortis. Cic.pro Cecinna.
Plagam. Cic.pro Murena, Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima.
Pontem. Liuius 6.bel.Pun. Quorum corporibus quum completa esset fossa, velut aggere aut ponte iniecto, transitum hostibus dedit.
¶Religionem. Liuius 8.ab Vrbe. Cicero pro Cecinna, Quum Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemuiris religionem iniecisset, non posse sacramentum nòstrum iustum iudicari, &c.
¶Scrupulum homini, In dubium aut dubitationem immittere, vt incertum sit quid agere debeat. Terent.Phorm.5.8. Cic.pro Cluent. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus, & quædam dubitatio, quidnam esset actum.
Spem, Spei & expectationis causas dare. Cicero ad Atticum, libro 10.196, Iniecta autem mihi spes quædam est velle mecum, &c. Terent.Phorm.4.4,
Iniecta est spes patri posse illam excludi.
Studium alicui, pro Inflammare, & impellere atque instigare. Sueton.de Claris Rhet. Cæsar 1.bell. Gall. Multo maior alacritas, studiúmque pugnandi maius exercitui iniectum est.
Suspicionem. Cic.pro Lege Agrar. Quid omnia transmarina vectigalia inuabunt, tenuissima suspicione prædonum aut hostium iniecta?
¶Terrorem alicui. Cic.7.Verr.
Timorem. Liu.4.ab Vrbe. Cic.ad Atticum, lib.5.108, Et Parthis timor iniectus.
Trepidationem. Liu.3.ab Vrbe.
Tumultum ciuitati, Tumultibus ciuitatem vexare. Cic.in Catil. Ne si nihil esset inuentum, temere à me tantus tumultus iniectus ciuitati videretur.
¶Vincula alicui, Ligare. Liu.8.bel.Maced. Quum illi deos & fidem legatorum testarentur, & legati & Prætor summouereț turbas, & protegeret Lacedæmonios, vinculáque iam quosdam iniicientes arceret, crescebat tumultus concitata turba.
Vincula animo alicuius, Animum cohibere & reprimere. Cicero 3.de Finib. Rectè inuictus, cuius etiam si corpus constringatur, animo tamen

mo tamen vincula iniici nulla possint.
Voluptatem. Varro 1.de Re rust.cap.17, Ad iniiciendam voluptatem his præfectura, honore aliquo habendi sunt.

Iniectus, Participium {ἐπιβεβλημένος.} Liu.7.bel.Pun. Raptus ab suis, atque alteri equo iniectus fugit.
Comæ iniectæ collo. Ouid.2.Fast.

Iniectus, huius iniectus {ἐπιβολή.} Plin.lib.8.cap.16, Vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quanuis leui iniectu operto capite, ita vt deuinciatur non repugnans.
Iniectus animi. Lucret.lib.2.

Iniectio, Verbale {ἐπιβάλλω.} vt Manus iniectio. Est autem manus iniectio, ius domini in re capienda & vindicanda quam agnoscit suam. Quintil.lib.7.cap.8. ad finem. Senec.2. de Tranquill. vitæ, Habebat ergo secum Stilpon vera bona, in quæ non est manus iniectio. Loquitur de bonis quæ Fortuna non potest iniecta manu tanquam sua repossere.

Iniecto, iniectas {ἐπιβάπτομαι} iniectâre, Frequentatiuum. Stat.9. Thebaidos,
Ausus erat furtò dexteram iniectâre Leonteus.

Inimicus, inimici, penult. prod. {ἐχθρός, ἀπεχθόμενος} contrarium Amico. Plaut. Pers.10,
Nam inimici famam, non ita vt nata est, ferunt.
Inimicus & hostis. Liuius 9.bel.Maced. Quo in numero me esse apud vos velitis, refert: si tanquam inimicũ & hostem insectari proposítum est, pergite.
Acerrimus inimicus, Vide ACER.
Atrox inimicus. Virg.1.Georg.
Certus inimicus, Vide CERTVS.
Peruicax inimicus. Quintil.lib.5.cap.7.
¶Capere inimicos, Vide CAPIO.
Colligere inimicos, Vide COLLIGO.
Inimicus sibi. Cic.5.de Finib. Necesse est quidem, siquis sibiipsi inimicus est, eum quæ bona sunt, mala putare.
Consilij inimicus. Tacit.lib.17, Consiliúque quanuis egregij, quod non ipse afferret, inimicus.
Inimicior alicui. Cic.Att.lib.9.188. Nunc etiam impurum & sceleratum puto, nec tamen mihi inimiciorem quàm sibi.
Inimicissimus huic imperio. Cic. de Amicit.

Inimicus, Adiectiuum {ἐχθρώδης} Quod ad inimicum pertinet. Vt Inimicus animus. Cic.4.Verr. Quòd eos infenso animo atque inimico veniſſe dicatis.
Amnis inimicus pontibus. Silius lib.3.
Infestus atque inimicus clamor. Cicero 3. Verr. Meminerit se priore actione clamore Populi Romani infesto atque inimico excitatum.
Ensis inimicus. Virg.2.Æneid.
Fames inimica. Ouid.4.Fast.
Fortuna inimica. Virg.5.Æneid.
Gens inimica mihi. Virg.1.Æneid.
Ignis inimicus. Virg.4.Georg.
Lues inimica. Silius lib.17.
Numina inimica. Virg.2.Æneid.
Pectore inimico fatur. Virg.11.Æneid.
Vis inimica propinquat. Virg.12.Æneid
Inimicæ oculis maximè ac dentibus vomitiones, hoc est contrariæ & noxiæ. Plin.lib.11.cap.53.
Inimicior vox. Cic.de Amic. Negabat vllam vocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperire, quàm eius, &c.
Inimicus vultus. Plaut.Capt.11,
Vidén' hunc quàm inimico vultu tuetur?

Inimicissimus, inimicissimi, penult. corr. Substantiuum. Cicero pro Milone, Vbi vidit homo ad omne facinus paratissimus fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum Cõsulem, &c. palàm agere cœpit, & apertè dicere occidendum Milonem.

Inimicitia, inimicitiæ {ἐχθός, ἐχθρόσυνα, ἀπέχθεια.} Cic.4. Tusc. Inimicitia, ira vlciscendi tempus obseruans.
Inimicitiæ sunt inter eos. Terent.And.5.
Graues inimicitiæ. Quintil.lib.6.cap.3.
Iustæ inimicitiæ. Vide IVSTVS.
Mortales inimicitiæ. Cicero pro Rabir. Posthum. Neque me verò pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere.
Truces inimicitiæ. Horat.1.epist.20.
¶Appetere inimicitias, Vide APPETO.
Capere inimicitias in se. Terent.Phorm.2.3,
-ni ita existimassem, nunquam tam graues
Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam.
Capessere. Tacitus libro 5, Nam Trio facilis capessendis inimicitiis.
Communicare, Vide COMMVNICO.
Concipere, Vide CONCIPIO.
Contrahere. Quintil.lib.7.cap.2. Vide CONTRAHO.
Deponere, Vide DEPONO.
Instas inimicitias habere & gerere, Vide INSERO.
Indicere inimicitias, Vide INDICO.
Inimicitiæ indictæ & apertæ. Cic.7.Verr. Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quàm indictæ & apertæ.
Intercedere inimicitias cum aliquo. Cic.pro Cæl.
Persequi inimicitias. Cic.Verr.1.
Ponere vel deponere inimicitias. Cic.ad Atticum.
Subire. Cicero 7.Verrina, Inimicitiæ sunt? subeantur. labores? suscipiantur.
Suscipere. Cic.1.Offic. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolunt.
Venire ad inimicitias. Cic.ad Qu.frat.
Vocare ad inimicitias. Brut. Cic. Famil.2.

Inimico, inimicas, pen.prod. {ἐχθραίνω} inimicâre, Inimicum facere,

Horat.4:Carm.ode 15,
Et miseras inimicat vrbes.

Inimicor, inimicaris {ἐχθραίνω} Deponens, apud Ciceronem de Petitione Consul. Sinautem id neges, statim abalienant se, & inimicantur.

Inimicè, penultima producta, Aduerbium {ἐχθρωδῶς} Hostiliter, aduersus animo & contrario. Cicero 2. Philipp. Ego autem, vide quàm tecum agam non inimicè. Idem 1.de Natura deorum, Inimicè insectari. Idem pro Quintio, Inimicissimè atque infestissimè contendere.

Inimiciter, pen.corr. {ἐχθρῶς} Aduerbium obsoletum. Accius, Placare hostem ferocem, inimiciter accensum.

Inimitabilis. & hoc inimitabile, pen.corr. {ἀμίμητος} Quod quis imitari non potest. Quintil.lib.2.cap.17, Opera quædam nobis inimitabilia. Idem lib.10.cap.2.
Sapor inimitabilis. Quintil.lib.1.cap.10.

Ininde, Aduerbium {ἐκεῖθεν} Ex eo loco. Liuius, Ita exercitus ininde domos abducti. Locus fortasse corruptus.

Iniquus, pen.prod. A dictium {ἄδικος} Non æquatus nec planus: vt Iniquus locus. Liuius 2.ab Vrbe, Cum Æquis pòst aliquanto pugnatum est, inuito quidem Consule, quia loco iniquo subeundum erat ad hostes.
Iniquus assensus. Liu.8.bel.Pun.
¶Iniquus {ἄδικος, παράνομος} Qui contra æquitatem facit, iniurius. Terent. And.1.2,
-sed ea nunc me exquirere,
Iniqui patris est. Idem Heaut.2.1,
Quàm iniqui sunt parres in omnes adolescentes, iudices.
Iniquus, Inimicus. Terent.in Prologo Adelph.2,
Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, & aduersarios
Rapere in peiorem partem, &c.
¶Iniquus, Iratus. Horat.2.Serm.sat.7,
-Vertunis quotquot sunt, natus iniquis.
Iniquo animo ferre, Ægrè ferre. Terent.Eunuch.2.1,
-ego quoque vnà pereo, quod mihi est charius:
Ne istuc tam iniquo patiare animo.
Vitiis iniquus. Horat.1.Carm.ode 2.
Animis certatis iniquis. Virg.10.Æneid.
Casus iniquus. Virg.6.Æneid.
Iniqua conditio. Cicero ad Atticum, libro 8. 159, Mea quæ semper fuerit sententia: primùm de pace vel iniqua conditione retinenda.
Iniquior defensio. Cicero pro Cecinna, Puto teipsum Piso perspicere, quanto ista sit angustior iniquiórque defensio, quàm, &c.
Index iniquus. Ouid.13.Metam.
Legem sancimus iniquam. Horat.1.Serm.sat.3.
Mente iniqua ferre aliquid. Ouid.8.Metam.
Iniqua pondera. Vlpian.in l.Si quis à me. D.De action.empt.
Pretium pietatis iniquum. Ouid.epist.14.
Pugna iniqua, Non æqua & impar, nempe quum pedes contra equitem decertat. Virg.11.Æneidos,
-& vrgetur pugna congressus iniqua.
Iniqui sermones, pro obtrectationibus. Cicero ad Lentulum, lib. 1.9, Quorum iniqui sermones quum ad me per homines honestissimos perferuntur.
Sidus iniquum gentibus. Lucan.lib.10.
Vultu iniquo spectare aliquem. Ouid.1.de Arte.
¶Iniquus, Magnus. Virg.1.Georgicorum,
-iniquo pondere rastri. Seruius.
¶Iniquus, Angustus. Virg.4.Georgicorum,
Verùm hæc ipse equidem spatiis exclusus iniquis
Prætereo.

Iniquare {παραγωμέω} à veteribus dictum. Laberius, Æquum animum indignanti iniquat contumelia.

Iniquitas, pen.corr. iniquitatis {ἀδικία.} Liu.7.ab Vrbe, Si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur.
Contentus iniquitate, Vide CONTINEO.
¶Iniquitas hominum {παραγωμία, παράνομία} Iniuria aut malignitas. Plin.lib.12.cap.19, Id accidérne ob iniquitatem præpotentium, an forte, non satis constat.
Iniquitas temporis, Difficultas & angustia. Cic.pro Rosc.Amer. Sic Liu.5.bel.Maced. Nam si quòd aliquando seruierunt temporum iniquitate pressi, &c.

Iniquè, penultima producta, Aduerbium {παράνομος} Iniustè. Plautus Casina,14,
Aut quod ego vnquam erga Venerem iniquè fecerim?
Iniquè iniurius. Plaut.Epid.11.
Iniquè comparata certatio. Terent.Adelph.2.2,
-nunquam vidi iniquius
Certationem comparatam, quàm quæ hodie ineer nos fuit.
Iniquè comparatum. Cic.pro Cluent. Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est, quòd, &c.
Iniquè pacisci. Cic.5.Verr.
Iniquè facis. Cic.ad Brutũ, At hoc ipsum, inquies, iniquè facis, qui hostilis animi in Rempub. homines, ciues appelles.

Initium, initij {ἀρχή.} Valla, Principium rei maioris, initium vocatur: vt Initium orationis, Quintiliano quoque testante lib.4. cap.1, Terent.And.4.2,
-imò etiam
Narrationis incipit mihi initium. Idem Hecyr.5.3,
Hic adeò his rebus anulus initium fuit inueniundis. Ibidem, 3.3,
Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum.
Initium iræ. Terent.Hecyr.3.2.
Inter initia principatus, Vide INTER.
Illa initia, quæ Græcè elementa dicuntur. Cic.1.Acad.

Abrupta initia. Quintil.lib.3.cap.8. Vide ABRVMPO.
Initia quædá,ac semina sunt cõcessa natura. Quintil.lib.2.cap.20.
Mediocre initium, Vide MEDIOCRIS.
Peritum initium, Vide PERITVS.
Præcedentia initia Quintil.in Proœm.lib.1.
Vltimum initium. Author ad Herennium libro 1, Rem breuiter narrare poterimus, si non ab vltimo initio repetere volemus.
¶Initio,ablatiuus,pro In initio. Cic.Lentulo,lib.1.7,Redeóque ad illud quod initio scripsi.
In initio. Cic.1.de Orat.Adolescentulus verò sic in initio accusationis exanimatus sum,&c.
Ab initio, A prince pio. Cicero ad Brutum,Cui Consuli non animus ab initio,non fides ad extremum defuit.
Ab initio , Id est, ipso iure. Papinianus l.123. D. De verb.obligat. Si flagitij faciendi, vel facti causa concepta sit stipulatio , ab initio non valet. Id est, ipso iure, sic vt nunquam valeat, nec ex ea actio competat.
¶Capere initium. Cæsar 1.bell.Gall. Quintil.libro 2.cap.11 , Iam hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis , ex qua capere initium solent.
Destinare sibi certa initia. Quintil.lib.2.cap.11.
Dare initium alicuius rei. Quintil.lib.3.cap.2.
Ducere initium ex re aliqua. Quintil.lib.2.cap.17.
Ducere rerum initium ac legum suarum alicunde , Incipere. Cicero de Lege agraria. Sic ad Atticum libro 9.180, Nec verò dubito , quia exitiosum bellum impendeat , cuius initium ducetur à fame.
Facere initium,Idem. Cic.14.Philip.Pansa Consul,Imperator initium cum hostibus consiligendi fecerit.
Facere initium à re aliqua. Quintil.lib.4.cap.2.
Inducti his initiis, omnia vera diligimus, V. de INDVCO.
Introducere initium, Vide INTRODVCO.
Obscurissimis initiis natus Saluidienus, parum habebat summam accepisse,ni,&c.Paterculus lib.2.
Oriri initium. Terent.in Hecyr.
Pellere initium sermonis, Vide PELLO.
Ponere initium. Cic.ad Att.lib.11.208 , Vt malè posuimus initia, sic cætera sequuntur.
Proficisci initium.Cic Fam.9.
Quærere initium.Cic.Fam.12.
Restinguere initium belli.Patercul.lib.2,Immanè noui, ac resurrecturi belli ciuilis restinxit initium.
Initium sumere. Quintil.lib.8.cap.6.
Suscipere initium.Cic.Fam.4.

Initia,initiorum {μυστήρια} Cereris sacra dicebantur. Varro de Re rust. lib.3.cap.1, Cui consentaneum est, quòd initia vocantur potissimum ea quæ Cereri fiunt sacra. Cic.2.de Leg.dicit mysteria appellari initia quibus ex agresti vita,exculti ad humanitatem sumus , tanquam ea sint viæ principia.
Initia , Cybeles mysteria & sacra. Atys Cybelem sic alloquitur apud Catullum,58,
-eua Mater initia,&c.
Initiorum dies dicuntur à Liuio , quibus solennia sacrificia celebrabantur, in quibus nefas erat ineſſe non initiatos : Acarnanes (inquit 4. Decad.libro 1.) duo iuuenes per initiorum dies non initiati , templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingressi sunt.
Initiorum dies. Liu.9 bel.Maced.Tres in anno statos dies habuisse,quibus interdiu Bacchis initiarẽtur,&c. & pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum feciſſe. Hinc apparet initia dici pro initiationibus.

Initiamenta , initiamentorum , Religionis prima dogmata. Seneca epistol.91 , Hæc eius initiamenta sunt , quibus non municipale sacrum , sed ingens deorum immortalium templum mundus hic reseratur.
Initiantur coniuges liberis. Quintil.Declam.1.

Initio, initias {μύω,τελέω, ποστελέω, κατοργάω, κατέρχομαι} initiâre, Sacris imbuere. Cic.1.de Nat. deor. Vbi initiantur gentes orarum vltimæ. Ex quodam poeta. Idem 2.de Legib. Plin.libro 30.capite 2,Magicis etiam cœnis eum initiauerat. Cic.1.Tusc.
Initiare,Inchoare & auspicari. Firmicus, Ver initiatur, quum primam Arietis partem Sol fuerit ingressus.
Initiari dicuntur pueri,'quum à lacte & à cunis transeunt , vt cibo firmiori alantur. Nam apud Varronem legitur , Initiari pueros Edulиæ , & Potinæ , & Cubæ , deabus edendi & potandi & cubandi.
Initiare munditiis. Plaut.Casina,6, -postquam amo
Casinam,magis initio munditiis,munditianti deo:
Myropalas sollicito omnes,vbicunque vnguentum'st lepidum.

Initiatus,Inchoatus.Aurelius in l.1.D. De officio præfecti prætorio.His cunabulis prætorio præfectorum authoritas initiata , in tantum meruit augeri,vt appellari à præfectis prætorio non posſit.
Initiatus literis , quemadmodum & sacris. Plin. epist.110. Quintilianus lib.1.cap.3. Id est,quod vulgò dicitur *inauthorari & licentiari*: vt sacris olim Eleusinis , & nunc Christianis , initiati sunt , illis, vt nunc dicitur , conferati , & ad illorum administrationem soleuniter admissi. Sic legibus initiatos , quos *licenciatos* vocant , dicere possumus.

Initus, Vide INEO.

Iniucundus, Adiectiuum {ἀτερπής} Iucundo contrarium. Cic.1.de Finib.Minimè nobis iniucundus labor.
Iniucundus odor.Plin.lib.25.cap.7.

Iniucundè, Aduerbium {ἀτερπῶς.} Cicero ad Atticum, libro 1.15, Quæ res mihi asperius à nobis atque nostris , & iniucundius actæ videbantur.

Iniuncditas, penult.corr. iniucunditatis {τὸ ἀτερπές.} Cicero 2.de Natura deorum,Sed tamen prætereundum est, nequid habeat iniucunditatis oratio.

Iniudicatus , penultima producta , Adiectiuum {ἀδίκητος , ἀκριτός κριτός} Non iudicatus. Gell.libro 13.cap.23 , Decem hominibus vitam eripis , indicta causa , iniudicatis , indemnatis. Idem libro 5. cap.10, Rem iniudicatam reliquerunt, causámque in diem longissimam distulerunt.

Iniuges {ἄζυγος} Boues dicuntur à Festo , qui sub iugo non fuerunt. Nonius , Manilius Chrestus lib. quem de Deorum hymnis scripsit, ait Mineruæ iniuges boues sacrificari, id est iugum nunquam ferentes,illa videlicet de causa, quòd & virginitas iugum nesciat maritale,& virtus nunquam sit iugo prementi subiecta. Hæc Nonius.

Iniungo, iniungis,iniunxi,iniunctum {ἐπιτίθημι, προστάττω} iniungere, Simul iungere : vt Iniungere pondus bobus. Columella libro 7. Idem lib.5,Itaque pingui terra singulis brachiis licebit bina iniúgere flagella.
Iniunxit amicitiam cum eo , Familiaritatem cum eo contraxit, & amicitia cum eo coniunctus est. Plinius de Viris illustribus,Iterum cum Claudio Nerone inimico suo Consul,ne Respub.discordia malè administraretur , amicitiam cum eo iniunxit , & de Asdrubale triumphauit.
¶Iniungere detrimentum Reipub.Inferre damnum , aut addere, quod etiam Facere dicitur , vel Damno augere. Brutus ad Ciceronem,libro 11.13 , Tamen siquo etiam casu Hiſaram se traiecerint , ne quod detrimentum Reipub.iniungant , summa à nobis dabitur opera. Id est,ne damnum inferant Reipub.
Iniungere iniuriam.Liu.3.ab Vrbe.
¶Iniungere,Imponere.Plaut.Bacchid.20,
Quum censuit Macsilochum cum vxore esse dudum militis , ibi me iniunxit solui.
Laborem alicui iniungere. Quintil.in Proœm.lib.1.
Iniungere laborem sibi.Sumere. Plin.epist.143.
Iniungere munus , vel Iniungere onus , Dare prouinciam significat. Liuius 3.ab Vrbe,Comitiorum illi habendorum,quando minimus natu sit,munus consensu iniungunt. Idem 6.bel.Pun.
Iniungere necessitatem,Astringere & cogere. Plin.epist.290.
Iniungere officium. Colum.lib.11.cap.1.
Iniungere pœnam. Vlpian.in l.2.D.De præuari.
Iniungere seruitutem , In seruitutem redigere , & seruos facere. Cæsar 7.belli Gallici, Atque his æternam iniungere seruitutem.
Iniungere sibi tormentum. Plin.in Paneg.

Iniunctus , Participium {προστεταγμένος.} vt Manus iniunctæ pedibus. Senec. Thyest.6. Iabolenus in l.Qui domum.D. Locati,Qui domum habebat, aream iniunctam ei domui vicino proximo locauerat.

Iniuratus,penult.prod.{ἀνώμοτος} Adiectiuum,contrarium est Iurato. Plaurus Amphit.4,
Nam iniurato scio plus crederet mihi,quàm iurato tibi. Cic. pro Cecin.Quum id iurati dicunt,quod ego iniuratus infimulo. Et 3.Of fic.Iuratu lingua,mentem iniuratam gero.
In fua lite iniurato credere, Cicero pro Rosc. Comœd. Tibi verò Piso diu deliberandum & concoquendum est, vtrum potius Chereæ iniurato in fua lite , an Manilio & Luscio iuratis in alieno iudicio credas.

Iniuria , iniuriæ {ὕβρις , ἀδικία} dicta est , quòd non iure fiat. Vlpianus ait in l. 1. D. De iniuria, & famos. libel. Omne enim quod non iure fit , iniuria fieri dicitur. hoc generaliter. Specialiter autem iniuria dicitur contumelia. Interdum iniuriæ appellatione damnum culpa datum significatur : vt in lege Aquilia dicere solemus. Interdum iniquitatem iniuriam dicimus. Nam quum quis iniustè vel iniquè sententiam dixerit : ex eo iniuriam dicam , quòd iure & iustitia caret, quasi non iuriam. Contumeliam autem à contemnendo. Iniuriam autem fieri Labeo ait, aut re,aut verbis. Re,quoties manus inferuntur : verbis autem , quoties non manus inferuntur , sed conuitium fit. Hactenus Vlpianus. Pacuuius,Patior facilè iniuriam,si est vacua à contumelia. Terent.Heaut.5.2,
-matres omnes filiis
In peccato adiutrices,auxilio in paterna iniuria solent esse.
¶Iniuria,passiuè:vt Iniuriæ ciuium, id est quæ ciuibus inferuntur. Cicero 1.de Inuent. Plin.epist.4, Veniebat in mentem priores nostros etiam singulorum hospitum iniurias accusationibus voluntariis executos.
Iniuria , Actiuè ferè vbique occurrit. Columel.lib.3.cap.20, Ne nunc mille tempestatum iniurias persequar. Plinius lib.8.cap.48, de vestibus.
Ab iniuria obliuionis se asserere. Plin.epist.5.lib.3.
Obnoxius iniuriis, Vide OBNOXIVS.
Opportunus iniuriæ , Facilis ad accipiendam iniuriam. Plin.lib.9. cap.31, de cácris , Pinnother autem vocatur minimus ex omni genere,ideo opportunus iniuriæ.
Spretæ iniuria formæ.Virg.1.Æneid.
Sceleris iniuria.Virg.3.Æneid.
¶Atrox iniuria, Vide ATROX.
Brevis iniuria. Ouid.3.Metam.
Grauis iniuria. Vlpianus,l.Sed si vnius. §. Quædam iniuriæ.D.de iniuriis.
Insignis iniuria,Vide INSIGNIS.
Intolerabilis iniuria. Vlpianus in l. 2. D. De iis qui sui vel alie. iur. sunt.
Læues & nullius momenti iniuriæ. Vlpianus in l. Sed si vnius.§. Quædam iniuria D.de iniuriis.
Longa iniuria. Virg.1.Æneid.
Abstinere iniuria. Cicero 3. Offic. Quotus enim quisque reperietur,qui impunitate & ignoratione omnium proposita abstinere possit iniuria? Vide ABSTINEO.
Accipere iniuriam , Vide ACCIPIO. Quintilianus libro 8. capite 5.

Admittere

Admittere iniuriam , Id est facere. Caius in l. si plures serui. D.de iniuriis, Tanto maior iniuria,quanto à pluribus admissa est.imò etiá tot iniuriæ sunt,quot & personæ iniuriam facientium.
Affligi iniuria. Cic.At Lucium Flaccum iudices , si (quod dij immortales omen auertant)grauis iniuria afflixerit.
Afficere iniuria, Vide AFFICIO.
Agere iniuriarum.Quintil.lib.3.cap.6.
Animaduertere iniuriam, Vide ANIMADVERTO.
Circunretit vis atque iniuria quenque.Lucret.lib.5.
Concedere iniuriæ,Cedere periculo & succumbere. Sallust.in Iugurtha, Vtinam emori, fortunis meis honestus exitus esset,ne viuere contemptus viderer,si defessus malis,iniuriæ concessissem.
Confertur iniuria in personam alicuius. Paulus in l. eum qui nocentem.§.si iniuria mihi fiat ab eo.D.de iniuriis.
Conflare iniuriam.Cic.pro Rosc.Amer.
Consociare iniuriam, Vide CONSOCIO.
Consumptus iniuria, Vide CONSVMO.
Contegere factam iniuriam, Vide CONTEGO.
Conterere voluntaria obliuione iniuriam. Cic. Lentulo, libro 1.9, Grauissimas iniurias communis concordię voluntaria quadam obliuione contrieram.
Conueniri iniuriarum. Vlp.in l.iniuriarum actio.§. siquis me prohibeat.D. de iniuriis.& in l.nec magistratibus.eod.tit.
Damnatus iniuriarum, Vide DAMNO.
Iniuriam decernere, Vide DECERNO.
Defendere alicui iniuriam, Vide DEFENDO.
Iniuriam defendere foribus : Id est, prohibere nequod damnum inferatur.Plaut.Mostel.8.
Detrahere ab iniuria.Cic.Famil,5.
Obuiam ire iniuriæ,Periculum præuertere aut præuenire.Sallust. in Iugurtha,Nunc neque viuere libet,neque mori licet,sine dedecore p. c. oro vos per liberos , atque parentes vestros , per maiestatem Pop.Rom.subueníte mihi misero,ite obuiam iniuriæ.
Experiri iniuriarum. Vlp.in l.non solum.§.planè. D.de iniuriis. & in l iniuriarum actio.§.si quis per iniuriam.eod.tit.
Iniuriam facere,Inferre.Terent.Hecy.3.1,
Non maximas,quæ maximæ sunt interdum iræ,iniurias
Faciunt. Ibidem,4.4,
-facis huic adeò iniuriam. Vbi Donatus,Facis iniuriam,pro facis iniustè. Cic. 1. Offic. de iustitia , Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur,&c.
Dare beneficium,& Facere iniuriam,contraria.Antonius Ciceroni in Epist.ad Atticum,lib.10.198,Qui tibi vt beneficium daret,prius iniuriam fecit.
Fit nota iniuria partu.Ouid.2.Metam.
Iacere vel immittere iniuriam in aliquem. Cic. in Paradox. Vide IMMITTO.
Hærere iniuriam in aliquo.Cic.Famil.epist.lib.6.
Imponere iniurias alicui, Vide IMPONO.
Inducere iniuriam testamento aduersus liberos suos. Maximus in l.4. D.de inoffic.testam.
Inferre iniuriam,& Propulsare, contraria. Cic.1.Offic. de iniustitia. Vide INFERO.
Iniungere iniuriam. Cic.3.de Nat.deorum,Ita ab impia temeritate in deos,in homines iniunxit iniuriam. Vide INIVNGO.
Insectari iniuriam alicuius, Vide INSECTOR.
Laborare alterius iniuria, Vide LABOR,laboris.
Lacerare iniuria.Cic.in Verr.
Leuare iniurias, Vide LEVIS.
Lucrificare iniuriam, Vide LVCRVM.
Nasci iniuriam.Cic.ad Q.frat.
Negligere iniurias, Vide NEGLIGO.
Occupare per iniuriam bona alicuius. Vlp.in l. item apud Labeonem.§.si quis bona.D.de iniuriis.
Offerre iniuriam.Terent.Hecy.5.1. Vbi Donatus, Offerimus iniuriam non merenti:Reddimus ei qui meretur.
Pati iniuriam,& Facere,contraria.Vlp.in l.3 D.de iniuriis.Illud relatum peræquè est: eos,qui iniuriâ pati possunt,& facere posse. Paulo pôst , Nanque hi iniuriam pati solent , non facere. Ibidem frequenter.
Persequi iniuriam.Cic.in Verr.Act.1.
Prohibere se,& suos ab iniuria.Cæs.2.bel.Gall.
Propulsare iniuriam.Cic.pro Sext.Rosc.
Prosequatur suam iniuriam,Neratius in l.pater.D.de iniuriis.
Redundat ad dominum iniuria seruo facta. Vlp.in l.item apud Labeonem.§.interdum iniuria.D.de iniuriis.
Remittere iniuriam. Vlpianus in l.sed si vnius.§.si cum ante iudicem.D.de iniuriis.Qui enim accepit satisfactionem,iniuriam suam remisit.Nam etsi nuda voluntate iniuriam remisit:indubitatè dicendum est,extingui iniuriarum actionem non minus,quàm si tempore abolita fuerit iniuria.Paulo pôst,§.filiofamiliâs,Quia remittit atque donat iniuriam.
Reuellere iniurias.Cic.ad Attic.5.
Soluere iniuriam, Vindicare & vlcisci. Sallust.in Oratione Lepidi ad populum.
Subactus iniuria.Liu.lib.5.Decad. Id est coactus.
Teneri iniuriarũ.Vlp.in l.3.D.de iniuriis.& in l.iniuriarum actio. §.si quis de honoribus.eodem titulo.
Vlcisci iniuriam. Cic.6. Verr. A te peto , vt meas iniurias perinde doleas,vt me existimas & dolere tuas,& vlcisci solere.
¶Iniuria, Ablatiuus qui aduerbialiter ponitur pro eo quod est, Sine causa & immeritò. Plaut.Epid.14,
-maxima hercle iniuria
Vinctus asto. Terent.Heaut.3.3,
Syre,pudet me.s.credo : neque id iniuria. Cic.1.in Catilin. Iniuria suspectus ciuibus suis.

Non iniuria, Vide NON.
Iniuria disperire, Iniustè,inæqualiter.Plaut.Aulul.10.
Iniuria tua factum est,Per te.Plaut.Trucul.4.
Non iniuria tibi illud accidit, Non immeritò. Cicero 3.de Natura deorum.
Nec iniuria, Id est non sine causa, non abs re. Cic.ad Q.frat.lib.3. 2,Hoc horret Milo,nec iniuria. Idem pro Rosc.Amer.

Iniurior,iniuriaris,iniuriatus sum,iniuriari, Deponens.Seneca lib.2.de Tranquil.vitæ,Omne fortuitum circa nos sæuit,& iniuriatur.

Iniurius, Adiectiuum {ἄδικος,ἄδικος,ἀδικητός} Nomen est eomicum , quo etiam oratores vtuntur : Id est qui audet aliquid contra ordinem iuris. Sic Seruius. Terent.Heaut.2.3,
-multis modis iniurius
Clitipho est:neque ferri potis est. Idem And.2.3,
Iniquè iniurius, Vide INIQVVS.
Iniurium est:Id est iniquũ,& vim aduerbij habet, inquit Donatus. Plaut.Curcul.2. Terent.Hecy.1.1,
Tamen eandem pol esse omnibus,iniurium est.
s.Iniurium est autem vlcisci aduersarios? Cic. 3. Offic. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebítne eam sapiens si potuerit?Negat:quia sit iniurium.

Iniuriè , Aduerbium antiquum pro iniuriosè. Nævius Lycurgo : Oderunt dij homines.Iniuriosè egóne,an ille iniuriè facimus. Nonius.

Iniuriosus,pen.prod. Adiectiuum {ἀδικητικός, ἀδικητός} Qui infert iniuriam. Cicero 1.Offic. Primùm in eo peccant , quòd iniuriosi sunt in proximos.
Iniuriosus ictus , Damnum inferens & periculosus. Plin. libro 17. cap.24,Aut circunfussor iniuriosi ictu verberauit.
Iniuriosa facinorosáque vita , Plena sceleribus & iniquitatibus, nempe aliis noxia. Cic.1.de Legib. Quòd si pœna,si metus supplicij, non ipsa turpitudo deterret ab iniuriosa facinorosáque vita , nemo est iniustus.
Venti iniuriosi. Horat.Epod.17.
In socios verò ipsos iniuriosum & contumeliosum est.Cicero pro Corn.Balbo.
Iniuriosum est rapto viuere. Seneca epist.71.ad finem.

Iniuriosè,Aduerbium {ἀδικητικός} Perperam.Brutus ad Cicer. 13, Qui si eripuerit se nobis (quod velim temere atque iniuriosè de illo suspicati sint homines)oro atque,&c.
Iniuriosè facere. Vlpian.in l.nec magistratibus.D.de iniuriis, Nec magistratibus licet aliquid iniuriosè facere.
Iniuriosius tractare , Cum iniuria & iniquè. Cic pro Lege Manil. Maiores vestri sæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt.

Iniussus , Substantiuum {ἄνευ τοῦ προστάξαντος} ferè in ablatiuo vsurpatur:vt Iniussu meo vel tuo: Hoc est te non præcipiente. Terentius Phorm.2.1,
Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo? Cic. de Senect. Vetárque Pythagoras iniussu imperatoris , Id est Dei, de præsidio & statione vitæ decedere.

Iniussus, Adiectiuum {ἀπροστάκτως.} Horat.1 Serm.sat.3,
Omnibus hoc vitium est cantoribus,inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniussi nunquam desistant. Hoc est quando non iubentur , neque rogantur.
Iniussa virescunt gramina. Virgil.1.Georg.
Iniussa canere. Virgil. 6.eclog. Non iniussa cano.

Iniustus, Adiectiuum {ἄδικος,ἄδικος,ἀδικητός} Iusto cõtrarium. Terent. Adelph.1.2,
Homine imperito nunquam quicquam iniustius.
¶Iniustus, Qui iustam magnitudinem excedit. Virgilius 3. Georgicorum,
Iniusto sub fasce viam dum carpit. Seruius.
Amor iniustus.Ouid.2. Fast.
Auribus iniustis loqui.Ouid.epist.12.
Bellum iniustum. Ouid.5.Metam.
Iugum iniustum, Quintil.Declamat.13,Cur iniusto quotidie iugo boum colla deteruntur?Id est iniquo & graui.
Ius iniustum.Ouid.5.Trist.eleg.11.
Lex iniusta.Tibul.lib.1.eleg.5.
Nouerca iniusta.Virgil.eclog 3.
Onus iniustum imponere. Cic.in Orat.Id est quod iustam excedit magnitudinem.
Pax iniusta, Vide PAX.
Regna iniusta tenebat.Ouid.5.Metam.
Sententia iniusta.Ouid.11.Metam.
Malefícus vir & iniustus.Cic.5.Tusc.
Iniustum , Meritum & debitum,contraria. Cic.2.de Orat. Me verò iam pertimescente , vt illam non Norbani seditionem , sed illam Pop.Rom.iracundiam,neque eam iniustam,sed meritam ac debitam fuisse defenderes.
¶Iniustus , generaliter pro duro , quod etiam iniquum dicitur. Quintilian. Declamat.13, Cur iniusto quotidie iugo boum colla deteruntur?

Iniustitia,iniustitiæ {ἀδικία} Iniquitas.Terent.Adelph.3.2,
Tot res repentè circunuallant,vnde emergi non potest,
Vis,egestas,iniustitia,solitudo,infamia. Idem Heaut.1.1,
Eum ego eieci hinc miserum iniustitia mea. Vide primum librum Officiorum Ciceronis De iniustitia.
Capitalis iniustitia, Vide Capitalis in CAPVT.

Iniustè, Aduerbium {ἀδίκως} Iniquè. Plaut.Pseud.9.Non soles respicere te,quum dicas iniustè alterè? Cic.2.de Finib.Quàm multa verò iniustè fieri possunt,quæ,&c.

Inlargio, inlargis,inlargire,Idem quod largiri. Cato lege Pœbia, Pecuniam inlargibo tibi. Nonius. Antiquum.

Inlutus,penult.prod. *Non mouillé.* Arnobius lib.1. Aduersus gentes, de

Christo loquês, Qui per altissimos gurgites pedem ferebat inlutum.
Sans se mouiller le pied.

Innabilis. Innans, Vide INNO, innas.

Innascor, innasceris, pen. corr. innatus sum {ἐμφύομαι} innasci, Simul nasci. Cic. lib. 1. Offic. Sed illud odiosum est, quòd in hac elatione & magnitudine animi facillime pertinacia, & nimia cupiditas principatus innascitur. Terent. And. 4. 1,
Tanta vecordia innata cuiquam vt fiet, &c.
Innatum est omnibus id vitium. Terent. Hecy. 4. 1. Id est, hoc omnes habent à nâtura. Cicero 2. de Finib. Innatam esse homini probitatem.
Filix innascitur agris. Horat. 1. Serm sat. 3.
Robora innata rupibus. Ouid. epist. 7.
Innasci, Idem quod nasci aliquando significat. Plaut. Persa, 9,
-vomica est, pressare parce.
Nam vbi quis mala tetigit manu, dolores cooriuntur.
Innatus & insitus, Assumptus & aduentitius, contraria. Cicero in Topic. Specie autem comparantur, vt antepouantur quæ propter se expetêda sunt, iis quæ propter aliud: & vt innata atque insita, assumptis & aduentitiis: integra contaminatis.
Innatus dicitur homo alicui rei, ad quam natura factus est. Seneca de Consolat. ad Polybium, Sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus est tantùm, sed etiam innatus, sic esse fundatum, &c. Potest etiã exponi, Inter liberales disciplinas natus. Hoc est, inter disciplinarum liberalium peritos.
Receptum & Innatum, contraria. Cic. 7. Verr. Reliqua est ea causa Iudices, quæ non iam recepta, sed innata: neque delata ad me, sed in anima sensúque meo penitus affixa atque insita est.
Innatus in nobis amor cognitionis & scientiæ. Cic. 5. de Finib.
Amor innatus habendi. Virgil. 4. Georg.
Insitas, vel potius innatas deorum cognitiones habemus. Cic. 1. de Nat. deor.
Insitam quandam vel potius innatam cupiditatem scientiæ habemus. Cic. 4. de Finib.
Libido innata. Ouid. 6. Metam.
Probitas gratuita homini innata est, non inuitata voluptatibus. Cic. 2. de Finib.
Deis innascitur ratio recta consánsque. Cicero 2. de Natura deorum.

Innato, innatas, pen. corr. {ἐνήχομαι} innarare, Idem quod nato, vel supernato, aut potius intus nato. Colum. lib. 12. cap. 4, Vbi non innatêt, sed semper sint iure submersa. Plin. lib. 8. cap. 40.
Innatare in fluuium. Plin. lib. 8. cap. 40. Cic. 2. de Nat. deor. Itaque quum pisciculi parui in concham hiantem innatauerint,
Innatare vndam. Virgil. 2, Georgicorum,
Necnon & torrentem vndam leuis innatat alnus.
Innatare flumini. Plin. lib. 8. cap. 25. Idem lib. 18. cap. 35, Innatans aquis pluma.
Innatat terræ fluuius. Plin. lib. 5. cap. 9.
Vnda dulcis freto innatat. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10.
Lactuca innatat stomacho. Horat. 2. Serm. sat. 4.

Innauigabilis, & innauigabile, pen. corr {ἐπίπλοος} vt Fluuius innauigabilis, Vbi quis nauigare non potest. Liu. 5. ab Vrbe, Insignis annus hyeme gelida ac niuosa fuit, adeò vt viæ clausæ, Tyberis innauigabilis fuerit.

Innecto, innectis, innexui, innexum {ἐνείρω} innéctere, Nectere, vel circunligare, aut colligare. Virgil. 8. Æneidos,
-tum lactea colla
Auro innectuntur.
Palmas amborum innexuit armis paribus. Virgil. 5. Æneid.
Brachia innectere collo. Stat. 4. Thebaid. ad finem.
Colla innectens ambobus lacertis. Ouid. 11. Metam.
Laqueo fauces innectere. Ouid. 10. Metam.
Columba innexa pedem vinculis. Virgil. 5. Æneid.
Sertis innectunt tempora. Ouid. 5, Trist. eleg. 4.
¶Fraus innexa clienti. Virgil. 6. Æneid.
Caussas innecte morandi. Virgil. 4. Æneid.
Moras innectere. Stat. 5 Thebaid.
Per affinitatem innecti alicui. Tacit. lib. 5, Quia Hyrcanis, Carmanissque per affinitatem innexus erat.

Innitor, pen. prod. inniteris, pen. corr. innixus vel innisus sum {ἐρείδω, ἐπερείδω} innîti, Inhærere, incumbere. datiuo, vel accusatiuo, aut ablatiuo variè construitur.
Inniti, datiuo. Quintil. lib. 6. cap. 2, Omnia curæ tutelæque vnius innixa.
Baculo innitens. Ouid. 14. Metam.
Cubito innixa. Virgil. 4. Æneid.
Arator innixus stiuæ. Ouid. 8. Metam.
Fractæ innititur hastæ. Stat. 12. Thebaid.
Secrera eius innituntur illi. Tacitus lib. 3, Igitur incolumi Mecœnate proximus, mox præcipuus, cui secreta imperatorum inniterentur.
¶Innixus, ablatiuo. Cic. 4. Academica, Intendit crinitus Apollo Arcum auratum luna innixus. Ex quodam poeta.
Innixus hasta. Liuius 4. ab Vrbe, Et ipsa hasta innixus se in pedes excipit.
Hac arte innixus Hercules arces tetigit igneas. Horatius 3. Carm. ode 3.
Humero dextro innixus. Propert. lib. 1. eleg. 19.
¶Innixus in humeris. Cic. de Arusp. resp. Etenim vix hæc, si vndique fulciamus, iam labefacta, vix inquam innixa in omnium nostrũ humeris cohærebunt.
Innixus in aliquem. Plin. lib. 7. cap. 5.

Inno, innas {ἐνάω} innâre, Idem quod nare, siue natare. Cic. 2. de Nat. deor. Quot genera, quámque disparia partim submersarum, partim fluitantium & innantium beluarum.

Innare aquæ. Liu. 1. bel. Pun. Nihil, dummodo innare aquæ & capere onera possent, curantes.
Fluuios innare rapaces Virgil 3 Georg.
Classis innat mare. Seneca Thyeste, 3.

Innans, Participium {ἐνῶν.} Horat. 3. Carm. ode 17,
-& innantem Maricæ
Littoribus tenuisse Lyrim.

Innabilis, & hoc innabile, pen. corr. Ouid. 1. Metamorphoseos,
Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda.

Innocens, penult. corr. innocentis, Adiectiuum {ἀβλαβὴς, ἀνεγκλητος.} Cic. 5. Tusc. Innocens dicitur non qui neminem nocet, sed qui nihil nocet. Terent. Adelph. 2. 1, Obscæro populares ferre misero atque innocenti auxilium.
Innocens & Nocens, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. Innocens si accusatus fit, absolui potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest.
Innocens, integer, religiosus vir. Cic. 6 Verr.
Vir bonus & innocens. Cic. de Claris Orat.
Mulier innocens. Horat. 3. Carm. ode 24.
Epistola innocens. Cic. Trebatio, lib. 7. 19, Epistolam tuam, quam accepi ab L. Arruntio, concidi innocentem: nihil enim habebat quod non vel in concione legi posset.
Innocens ruina. Martial. lib. 1. 78,
Quis curam neget esse te deorum,
Propter quem fuit innocens ruina?
Damnare innocentem. Cic. 1. Tusc.
Innocens, pro Innocuo. Plinius, Innocentior vua, quæ diu pependit. Budæus.
Factorum innocens sum. Tacit. lib. 4.
¶Innocens, pro Innocuo. Plinius libro 23. cap. 1, de vuis, Innocentiores, quæ decerptæ diu pependere: qua ventilatione etiam vtiles fiunt stomacho ægrisque. Horat. 1. Carm. ode 17,
Hîc innocentis pocula Lesbij
Duces sub vmbra.

Innocenter, Aduerbium {ἀβλαβῶς} Innoxiè. Cic. in Sallust. Antè, quàm eos res suæ gestæ, & vita innocentissimè acta commendaut. Plin. lib. 18. cap. 22, Omnia quæ cæduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decrescente luna, quàm crescente fiunt.

Innocentia, innocentiæ {ἀκακία, ἀβλαβωσύνη} Integritas, siue vt Cicero 3. Tusculan. ait, Affectio animi talis quæ noceat nemini. Sallust. Vbi quæ Metellus agebat, ex nuntiis accepit simul, & de innocentia sua certior Romę factus diffidere, ac tum demum veram deditionem facere conatus est.
Singularis integritas atque innocentia. Cic. 1. Verr.
Summa integritate & innocentia vir. Cic. 3. Philipp.
Innocentia mutua, Vide MVTVVS.
Constat de eius innocentia, Vide CONSTO.
Ingenij præsidio, pœna iudiciorum liberare innocentiam. Cic. 1. de Orat.

Innocuus, Adiectiuũ {ἀβλαβὴς} actiuè & passiuè accipitur.
Innocuus, Innocens, qui non nocet. Lucan. lib. 3.
-vt grandine tecta
Innocua percussa sonant. Martial. lib. 7. 11,
Ludimus innocuis verbis.
Genus innocuum. Ouid. 1. Fast.
Iter innocuum. Ouid. 4. Fast.
Opem innocuam monstrare. Ouid. lib. 1. de Remed. amor.
¶Innocuus, Cui nulla fit noxa. Virgil. 10. Æneidos,
-& sedere carinæ
Omnes innocuæ. Idem lib. 7,
-littúsque rogamus
Innocuum. Vbi Seruius, Innocuum, non quod nulli noceat, sed cui vindicato nulli possint nocere. Valla reprehendens Seruium, sic ait, Innocuus, inquit Seruius, est cui non nocetur. Innoxius, qui non nocuit nocere. Vellem exempla recitasset, quibus ostenderet expositionem innocui veram esse. Nanque illud Virgilianum quod eum impulit in hanc opinionem,
Donec rostra tenent siccum, & sedere carinæ
Omnes innocuæ: Non est intelligendum quòd subsederunt tales, vt eis nihil noceretur: sed vel more poetico, quòd nihil peccauerũt, quasi innocentes homines (nocentes enim sunt, quicunque ab honesto recedunt, etiam si nemini noceant) vel quòd non nocuerunt, neque sibiipsis, neque vectoribus, aut nautis. Hæc Valla lib. 6.

Innotesco, innotescis, innotui {ἀπογινώσκω} innotéscere, Notum fieri. Plin. lib. 35. cap. 11, Ctesilochus Apellis discipulus peculiari picturæ innotuit.
Libellis nostris innotuit illa. Ouid. 3. Amor. eleg. 11.
In maius innotescere. Tacit. lib. 20.

Innouo, innouas, pen. corr. {ἱλαρίζω} innouâre, Nouum facere. Cic. in Pison. Quo te modo ad tuam intemperantiam scelerate innouastis? Liuius 1. bel. Pun. Cætera visu quàm dictu fœdiora terrorem innouarunt.

Innoxius, Adiectiuum {ἀναμπώτως, ἀνυπεύθυνος} Obnoxio contrarium est: significat autem innocentem, carentem culpa, inculpatum, siue eum qui minimè nocet. Plaut. Capt. 12,
Decet innocentem seruum atque ingenuum,
Confidentem esse, suum apud herum potissimum. Sallust in Catil.
Ipsi innoxij, florentes, sine metu ætatem agere. Liu. 5. ab Vrbe, Pessimo exemplo innoxij denis millibus grauis æris condemnati sunt.
Innoxior vita. M. Cato, Quantóque suam vitam superiorẽ atque ampliorem, atque antiquiorem in animum inducent esse, quàm innoxiorem. Hoc est minus nocuam.
Innoxius leo, Non nocens. Plin. lib. 8. cap. 10, Iidem satiati, innoxij sunt. De leonibus.
Innoxij saltus, In quibus nullum est periculum. Plin. lib. 3. cap. 5, Tam fertiles campi, tam apríci colles, tam innoxij saltus.

Serpens

Serpens innoxius. Virgil. 5. Æneid.
Verba non innoxia. Virgil. 2. Georg.
¶Innoxius à, vel ab, Passiuè {ἀπαθὴς.} Colum. lib. 2. cap. 10, Sic condita, erit à curculionibus innoxia. Idem lib. 5. cap. 9, Vt sic noxius ab iniuria pecorum. Id est ne lædatur à pecoribus.
Vsurpatur etiam sine præpositione, vtique in significatione passiua. Columel. lib. 12. cap. 44, de malis Granatis seruandis, Præsertim quum liceat etiam detracta arboribus eadem innoxia custodire. Sallust. in Catil. Hi magistratus prouincias aliàque omnia tenere, ipsi innoxij, florentes, sine metu ætatem agere, cæteróque iudiciis terrere. Innoxij, Id est quibus à nemine nocebatur.

Innubilus, penult. correp. Adiectiuum {ἀνέφελος} Idem quod serenus. Lucr. lib. 3,
-sempérque innubilus æther
Integit, &c.

Innubilo, innubilas, pen. corr. innubilâre, Obscurare. Solinus cap. 66, Si purum fuerit quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum: aut pallore languescunt, aut ruffo innubilantur.

Inaubis, & hoc innube, pen. prod. Adiectiuum {ἄφρικτος} Sine nubibus, sudus & clarus. Seneca Herc. OEth. 4,
Nanque vt reluxit pellicis captæ decus
Et fulsit Iolæ: qualis innubis dies.

Innubo, innubis, penult. prod. innupsi, innuptum, innúbere, Propriè significat ad domum viri transire. Vnde & pro transire sumitur. Lucil. lib. 6. Satyr.
Inuadere atque innubere censent. Antiquum.
¶Innubere, pro Nubere. Liu. Decad. 1. lib. 1, Lucumoni contrà omnium hæredi bonorum, quum diuitiæ iam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil, summo loco nata, & quæ haud facilè iis in quibus nata erat, humiliora sineret. Ea quum innupsisset, spernentibus Hetruscis, &c. Hoc est, Lucumoni nupsisset, vel in eius domum transisset.

Innuptus, Participium {ἀγάμητος.} vt Deeus innuptarum. Catullus Argonaut. 59.
Puellæ innuptæ. Virgil. 2. Æneid. Hoc est, non nuptæ.
Innuptæ nuptiæ. Cic. 3. de Orat. Qua tempestate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis. Id est contra ius factis.

Innubus, pen. corr. {ἄγαμος} Qui vxorem non duxit. Innuba, quæ viro non nupsit.
Permaneo innuba Ouid. 14. Metam. De Sibylla, quæ perpetuam virginitatem seruauit.
Laurus innuba. Ouid. 10. Metamorphoseos,
Propter Daphnen virginem in laurum mutatam.

Innumerabilis, & hoc innumerabile, penul. corr. {ἀναρίθμητος} Quod numerari non potest. Cic. 5. Verr. Cognoscite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam.
Multus & innumerabilis. Cic. 2. de Finib. Reperiam multos vel innumerabiles potius, non tam curiosos, nec tam molestos, quàm vos estis, quibus quicquid velim, facilè persuadeam.
Multitudo innumerabilis. Cic. Post red. in Senatu.
Innumerabiles mundi Democrito. Cic. 4. Acad.
Series annorum innumerabilis. Horat 3. Carm. ode 30.

Innumerabiliter, pen. corr. Aduerbium {ἀνεξαριθμήτως.} Lucret. lib. 5,
Aera nunc igitur dicam, qui corpore toto
Innumerabiliter priuas mutatur in oras.

Innumerabilitas, pen. corr. innumerabilitatis {τὸ ἄπειρον.} Cic. 1. de Nat. deor. Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatémque mundorum, eorum, &c.

Innumeralis, pen. prod. Adiectiuum {ἄπειρος} Idem quod innumerabilis, sed antiquum. Lucret. lib. 2,
-cætera, quæ sunt,
Nunc esse vnica, sed numero magis innumerali.

Innumerus, pen. corr. Adiectiuum {ἀνάριθμος} Idem. Plin. lib. 2. cap. 3, Innumeræ rerum effigies. Idem lib. 5. cap. 27, Immensus ipse, & innumerarum gentium arbiter. Cic. 2. de Orat. Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cuius e ludo tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt.
Gentes innumeræ. Virgil. 6. Æneid.
Hoste innumero cinctus Ouid. 5. Trist. eleg. 13.
Numerus innumerus. Lucret. lib. 3.
¶Innumerus, Alia significatione quàm vulgò fertur, vt orationem videlicet denoter, quam prosam vocamus. Apuleius prorsam appellat. In epitaphio enim comici Plauti, quod scribitur, Et numeri innumeri simul omnes collacrymarunt: sententiam esse puto, illius poetæ occasu & interitu non tantùm numeros, id est versus, sed etiam innumeros, id est solutam orationem lacrymas profudisse. Id vt censeam facit Ausonius, in quo innumeros ita accipi reperisse videor in protreptico ad Nepotem,
-cui flexu & acumine vocis
Innumeros, numeros doctis accentibus effer. Hæc ex Turnebo.

Innumerosus, pen. prod. {ἀπείριτος} Adiectiuum, Idem. Plin. lib. 10. cap. 65, Ex omnibus quæ perfectos fœtus, vel tantos & innumerosos edunt, supra cuncta est murium fœtus. Ex vetusto codice legitur, Ex omnibus quæ perfectos fœtus, sues tantum & numerosos edunt.

Innuo, innuis, innui {ἐπινεύω} innúere, Signo capitis quid significare. Cic. pro Murena, Atque ille vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit atque innuit. Exemplar vetus legit Iuuit. Idem ad Allienum, libro 13. 79, Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio & innuo. Ex vetusto codice legendum Munio.
Rogare hospites & innuere. Author ad Heren. lib. 4.

Innutrio, innutris, pen. prod. innutrîui, innutrîtum {ἐκτρέφω} innutrîre, Idem quod Nutrire, vel simul nutrire. Seneca lib. 1. epist. 2, Certis ingeniis immorari & innutriri oportet, si velis aliquid trahere, &c. De lectione variorum authorum.

Innutritus, penultima producta, Participium, vel Nomen ex participio.

Innutriti dicimur alicui rei, in qua educati sumus. Seneca in Consol. ad Polybium, Sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus est tantùm, sed innatus, sic esse fundatum, &c. Plin. epist. 2. 10.

INO, huius inus {ἰνὼ} Cadmi filia, vxor Athamantis regis, quæ à Græcis Leucothea dicitur, teste Cicerone lib. 1. Tusc. Ouid. 4. Metam. refert quemadmodum Ino cum Melicerta filio sese in mare præcipitem dederit, factáque sint ambo dij marini. Idem 6. Fast. Leucothee Graiis, Matuta vocabere nostris.
Flebilis Ino. Horat. de Arte.

Inous, pen. prod. Adiectiuum {ἰνὼς.} Ouid. 4. Metamorphoseos,
-at illi
Inoósque sinus, Athamanteósque pererrant. De serpentibus.

Inoblitus, penult. prod. Adiectiuum {ἀμνήμων} Memor. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15,
Semper inoblita repetam tua munera mente.

Inobrutus, pen. corr. Adiectiuum {ἀκατάπυστος.} Ouid. 7. Metam. Deucalioneas effugit inobrutus vndas. Hoc est non obrutus.

Inobscuro, inobscuras, pen. prod. {ἀδηλοποιέω} inobscurâre, Obscurum reddere, ita vt nulla fere supersit memoria. Cic. 9. Philipp. Cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis, nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio.

Inobseptus, Adiectiuum, Non septus. Lactant. de opific. Dei, cap. 8, Aurium foramina voluit Deus esse nuda, & inobsepta.

Inobsequens, penult. corr. inobsequentis, om. gen. {ἀπειθὴς} Inobediens. Seneca Hippolyt. 10, Inobsequentes protinus fœnis equi Rapuere currum.

Inobseruatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀθεώρητος} Non obseruatus. Martial. lib. 8. 33, Luferat hoc casus, nisi inobseruata maneret. Ouid. 4. Metam.
Inobseruata varietas. Plin. lib. 28. cap. 5.

Inobseruabilis, & hoc inobseruabile, pen. corr. {ἀπαρατήρητος} Quod obseruari non solet, vel etiam non potest. Plin. lib. 2. cap. 17, Cuius est maxime inobseruabilis cursus. Catull. Argonaut. 59, Inobseruabilis error.

Inocciduus, Adiectiuum {ἄδυτος} Non occiduus: vt Visus inoccidui, Id est oculi semper vigilantes. Stat. 6. Thebaid. de Argo.
Axis inocciduus, Polus Arcticus qui nunquam occidit, sed semper apparet. Lucan. lib. 8,
-sed qui non mergitur vndis
Axis inocciduus gemina clarissimus Arcto.
Triones inoccidui. Id est Septentriones nunquam occidentes. Claudianus in Gigantomachia.
Continua & inoccidua vita. Arnobius lib. 2. Aduersus gentes.

Inocco, inoccas {βωλοκοπέω} inoccâre, Significat cooperire, quod fit, quum semen in agro seminatum est, & glebas farculis aut cratibus dissoluimus, vt semen humo contegatur. Columel. lib. 2. cap. 8, Nam semen quod sicco solo ingestum & iam inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo, non corrumpitur. Idem lib. 3. cap. 15, Seritur ergo prius inemundata, inoccatáque, & æquata pastinatione.

Inoculo, inoculas, pen. corr. {ἐνοφθαλμίζω} inoculâre, Significat oculũ vnius arboris alteri adhibere, seu oculum in arbore aperire. Colum. lib. 11. cap. 2, His quidem diebus arbores ficorum inoculantur. Quod genus institionis, emplastratio vocatur.

Inoculatio, Verbale {ἐνοφθαλμισμός.} Colum. lib. 5. cap. 11, Terrium quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolæ emplastrationem: vel vt quidam, inoculationem. Plin. lib. 7. cap. 14.

Inoculator, pen. prod. Verbale {ἐνοφθαλμιστής.} Plin. lib. 18 cap. 33, Hunc caueat insitor calamis, gemmísque inoculator.

Inodoro, inodoras, penul. prod. {ἐυοδμίζω} inodorâre, Odore inficere. Colum. lib. 11. cap. 3, Nam sic sata, & rursus sic recondita existimantur, neque acerrimi saporis existere, neque mandentium habitus inodorare. De alliis.

Inodorus, pen. prod. Adiectiuum {ἄοσμος} Quod est sine odore, Quod odorandi sensu & facultate caret. Gell. lib. 7. cap. 6, Quædam animalium alia carent alio, & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, itaque auriculis: aue Quædam exemplaria legunt Inora. Id est sine ore.

Inoffensus, Adiectiuum {ἀπρόσκοπος} Ad quod quis non offendit.
Iter inoffensum. Tacit. lib. 1.
Inoffensa via, Facilis. Martial. lib. 14. 214,
-inoffensa curret arundo via.
Inoffensas voluptates transmittere, per translationem. Plin. epist. 90. lib. 6. ad Calphurniam.
Inoffensa copulatio vocum, Aures non offendens, non aspera, sed dulcis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Inoffensa tempora à valetudine viuere, Nullo morbo læsa & offensa. Geli. lib. 2. cap. 1, de Socrate.
Vita inoffensa. Ouidius 1. Trist. eleg. 8. Vita citra vllum malum transacta.
¶Pedem inoffensum referre. Id est, qui non offenderit ad lapidem, aut aliud. Tibull. lib. 1. eleg. 7.

Inofficiosus, penult. prod. Adiectiuum {ἀφιλόστοργος} Qui contra officium facit, vel qui nullum officium præstat amico. Cicero ad Atticum, lib. 13. 23, Aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos.
Inofficiosum testamentum, vt ait Paulus Iurisconsul. dicitur quod non ex officio pietatis paternæ confectũ est, filius sine legitima causa exhæredatis. Cic. 3. Verr. Testamentum P. Annius fecerat non improbum, non inofficiosum, non inhumanum.

Inolens, pen. corr. huius inolentis, om. gen. Non olens, Quod nullum spirat odorem. Lucret. lib. 2,
Quod licet ac pollis reperire inolentis oliui
Naturam, nullam quæ inittat naribus aurem.

Inolesco, inolescis, inolui & inolexi, pen. prod. inolitum, penult. corr. {ἀφομώμαι, ὑπηνύομαι} inolêscere, Crescere, inualere. Columel. lib. 5.

cap.10, Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito, & ita librum arboris inolescere finito. Hoc est fucrescere. Virg. 2.Georg. Sil.lib 8,

-quo gurgite tradunt

Duritiem lapidum mersis inolescere ramis. De silaro.

Inoleuit, Actiué.Gel.lib.12.cap.5, Natura omnium rerum quæ nos genuit, induit nobis, inoleusque in ipsis statim principiis quibus nati sumus. Id est inolescit, confirmauit. Budæus.

Inolescendus, Adiectiuum. Macrob.lib.5.Saturn.cap.11, In moribus inolescendis magnam ferè partem nutricis ingenium & natura lactis tenet. Inolescendis videtur dixisse, pro Ingenerandis.

Inominalis, & hoc inominale, pen.prod. Quod est mali ominis. Gell. lib.5.cap.17, Ante diem quoque quartum Calendas, vel Nonas, vel Idus, tanquam inominalem diem plerique vitant.

Inominatus, pen.prod. Adiectiuum {δύσφημος} Male ominatus, Infœlix. Horat.Epod.16,

Aut pars indocili melior grege: mollis, & expes

Inominata perprimat cubilia. Id est infausta, & nullo fœlici omine fabricata.

Inopaco, inopacas, pen.prod. {ὑποσκιάζω} inopacâre. Opacum reddere, & obscurum. Columel.lib.8.cap.15, Media rursus terrena pars esse debet, vt colocasiis conseratur, aliisque familiaribus aquæ viridibus, quæ inopacant auium receptacula.

Inopia, Vide INOPS.

Inopinans, penul.prod. inopinantis {ἀδοκῶν} Participium sine verbo. Cæs.6.bel.Gall. Multos in agris inopinantes deprehendit. Quintil. lib.5.cap.10, A præparatis inopinantes. Plin.epist.2.lib.3, Inopinantis, nescientis.

Inopinanter, Aduerbium {ἀδόκως} pro Subitò & præter expectationem. Suetonius in Tib. Cæs.cap.60, In paucis diebus, quàm Capreas attigit, piscatori qui sibi secretum agenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, &c.

Inopinatus, pen.prod. Adiectiuum {ἀδόκητος} Non opinatum, improuisum, quod præter spem & opinionem euenit. Cicero 3. Tusc. Hæc enim ferè tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum videri. Quintilian.lib.5.cap.13, Patronus etiam inopinatis frequenter occurrit.

Nouum & inopinatum. Cic. 4. Verr. Noua tibi hæc sunt, & inopinata?

Noua & inopinata causa. Papinian. in l.3.D.de condict.indebit.

Improuisum & inopinatum hoc illi accidit. Cic.4. Verr.

Inopinatum & insperatum. Liu.3.ab Vrbe, Nihil tam nec inopinatum, nec tam insperatum accidere potuit.

Repentina & inopinata, grauiora. Cic.3. Tusc.

Dictu inopinatum & mirabile. Cic.in Parad.

Ex inopinato obseruare. Cic.2.de Nat. deor. Vt in araneolis: aliæ quasi rete texunt, vt siquid inhæserit conficiant: aliæ autem vt ex inopinato obseruant, & siquid incidit arripiunt, idque consumunt.

Inopinata res & recens. Cic.pro Domo sua.

Fraus inopinata. Sil.lib.7.

Inopinata verba, Quæ impræmeditatè & improuisè effluunt. Plin. lib.28 cap.2, Neque est facile dictu, externa verba atque ineffabilia, derogent fidem validius, an Latina inopinata, & quæ ridicula videri cogit animus.

Inopinatè, & inopinatò, pen.prod. {ἀδοκήτως} Aduerbia, Idem quod præter spem. Liu.4.bel.Maced. Qui ad id quod futurum erat, ne inopinatè accideret. Idem 6.bel. Pun. Quum inopinatò in castra Romana Numidæ, Hispanique cum elephantis irrupissent.

Inopinabilis, & hoc inopinabile, pen.corr. {ἄπιστος} Quod quis nunquâ existimasset futurum. Gell.lib.17.cap.12, Infames materias, siue quis mauult dicere inopinabiles. Idem lib.12.cap.18.

Inopinus, pen.prod. Adiectiuum {ἀφύλακτος} Idem quod Inopinatus. vt Dolor inopinus. Stat.1.Thebaid.

Gaudia inopina. Stat.1.Sylu 2.

Quies inopia. Virgil.5.Æneid.

Inopina facies laborum. Virgil.6.Æneid.

Inopportunus, penult.prod. {ἄκαιρος} Opportuno contrarium. Cicero 3.de Orat. Etenim est huic loco nostro sedes non inopportuna sermoni.

Inops, inopis, pen.corr.om.gen. {ἀκτήμων, ἄκληρος, πένης} Pauper, egẽs. Plaut.Trinum.10,

-nolo ego mihi te

Tam prospicere, qui meam egestatem leues: sed vt inops

Infamis've sim. Cic.2 Offic. Nam quum premeretur inops multitudo ab iis qui maiores opes habebant, &c. Vetus exemplar habet in finitio multitudo.

Inops ab amicis, Amicorum auxilio destitutus Cicero pro Domo sua, Tam inops autem eram ab amicis aut tam nuda Respub. à magistratibus?

Inops ad ornandum, & expedita ad inueniendum disciplina Hermagoræ. Cic de Claris Orat.

Inops verbis, Verborum penuria laborans. Cicero de Claris Orat. Non tardus sententiis, non inops verbis, voce canora, facetus satis.

¶Æqui inops. Stat.12.Thebaid.

Inops amicorum. Cic.de Amicit. Quòd si fortè (vt fit plerunque) ceciderint, tum intelligitur quàm fuerint inopes amicorum.

Animi inops. Virgil.4.Æneid. Inops animi est, qui in aduersis citius deficit, nec stabili aliquo potest consilio subuenire. Donatus.

Inops animi, sine animo, sine consilio. Seruius.

Inops auxilij. Liu.3 ab Vrbe.

Inops consilij. Liu 6.bel.Pun. Ouid.9.Metam.

Inops dicendi sapientia. Cic.1.de Inuent.

Fortunæ inops. Tacit.lib.4.

Meritis inops. Ouid.2.Metam.

Terra pacis inops. Ouid.2.de Ponto, eleg 2.

Rationis inops. Stat.1.Thebaid.

Regnorum inopes. Stat.12.Thebaid.

Inops remedij. Plin.lib 16.cap.1, Inopésque remedij illæ.

Versus inopes rerum. Horat.de Arte.

Virorum inopes. Tacit.lib.18.

¶Abundans & Inops, contraria. Cic. de Claris Orat.

Inops & exhaustum ærarium. Cic.5.Verr.

Amicus inops. Horat.1.Serm.sat.2.

Amor inops Lucret.lib.4.

Domus inops. Ouid.8.Metam.

Lingua inops. Cic.3.de Finib. Quod nobis in hac inopi lingua nõ conceditur.

Senectam inopem trahere. Ouid.7.Metam.

Senectæ metuens inopi. Virgil.1.Georg.

Turba inops. Virgil.6.Æneid.

Victus inops, Ouid.1.Metam.

Inopia, inopiæ {ἀκτημοσύνη} Egestas, indigentia. Cic.de Amicit. Humilem sanè relinquunt, & minimè generosum (vt ita dicam) ortũ amicitiæ, quam ab inopia, atque indigentia nasci volunt. Plaut.Merc.3.

Inopia, contumelia, & dispendium.

Inopia & egestas. Cic. 1. de Inuent. Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis.

Inopia & solitudo alicuius. Cic.Q.frat.lib.1.1.

In summa inopia senectus lenis esse non potest ne sapienti quidem, nec insipienti etiam in summa copia non grauis. Cicero de Senect.

Inopia, fames, & summa annonæ caritas. Cic.3.Offic.

Argentaria inopia, Vide Argentarius, in ARGENTVM.

Inopia argenti. Plaut.Rud.10.

Inopia mihi est amicæ. Plaut.Merc.12.

Inopia argumentorum. Cic.pro Rosc.Amer.

Inopia consilij. Cic.ad Attic.lib.6.114, Magna igitur, vt vides, solicitudine afficior, magna inopia consilij.

Criminum inopia summam laudem alicui vitio dare. Cicero pro Rosc.Amer.

Frugum inopia & Copia, contraria. Cic.pro Domo sua.

Inopia frumenti & commeatus. Cæs.3.bel.Gall.

Inopia loci. Liu.1.ab Vrbe.

Rei frumentariæ inopia. Cic.pro Domo sua.

Inopia stipendij. Plin.lib.7.cap.45.

Inopia tecti. Cic.pro Domo sua, Quod facile potuit propter inopiam tecti in foro pernoctans.

¶Incessit ambos inopia, Vide INCESSO.

Leuare inopiam, Vide Leuo, in LEVIS.

Mederi inopiæ frumentariæ, Vide MEDEOR.

¶Inopia & ieiunitas oratori cauenda: Hoc est, cauendum ne inopẽ & ieiunam orationem scribat. Cic.de Claris Orat.

Inopiosus, penultima prod. Adiectiuum {πανσιδέησος} Sine ope. Plautus Pœnul.3,

Sæpe ego res multas tibi mandaui Milphio

Dubias, egenas, inopiosas consilij. Antiquum.

Inoratus, penult prod. Adiectiuum, Non oratus. Cic.pro Rosc.Amer. Ameriam re inorata reuerterunt. De legatis ad Syllam missis. Re inorata, Hoc est apud Syllam non orata, siue Syllæ per legatos non exposita.

Inordinatus, pen.prod. Adiectiuum {ἀδιάτακτος} Quod non est ordinatum, & dispositum. Cic. de Vniuers. Idque ex inordinato in ordinem adduxit.

Inordinati & incompositi milites. Liu.2.bel.Pun.

Inordinati hostes, effusi & fessi. Liu.5.bel.Maced.

Inordinatissimi pili. Plin.lib.22.cap.22.

Inordinata folia sunt pomis. Plin.lib.16.cap.24.

Inorior {εἰλέω} Verbum deponens, Idem quod simplex orior. Tacitus lib.11, Recentia hæc: quid si memoria eorum inoriretur?

Inornatus, pen.prod. {ἄκοσμος, ἀδιάκοσμος, ἀπαράσκευος} Ornato contrarium. Cic.in Orat. Dum intelligamus, hoc esse Atticum in Lysia, non quòd tenuis sit atque inornatus: sed quòd nihil habeat insolens atque ineptum.

Nuda & inornata breuitas. Cic.2.de Orat.

Capilli inornati. Ouid.5.Metam.

Caput inornatum. Tibul.lib.2.eleg.3.

Crines inornati. Ouid.9.Metam.

Nuda atque inornata inuentio. Author ad Heren.lib.4.

Mulier inornata. Cic.in Orat.

Tenuis & inornatus orator. Cic.in Orat.

Verba inornata. Horat.de Arte.

Inornatè, pen.prod. Aduerbium {ἀκόσμως} Author ad Heren.lib.4, Hoc pacto non inornatè poterimus & in laudando & in lædendo aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere.

Inorus, inora, inorum, pen.prod. Sine ore. Qui os non habet, quales Atomos describit Plin.lib.7.cap.2. Et Lucrer.lib.5. Gell.lib.7.cap.6, Quædam animaliũm alia alio carent: & aut cæca natura gignuntur, aut inora, inauritáve. Alij legunt inodora.

Inquam, Vide INQVIO.

Inquantum, Aduerbium {ὅσον, ἐφ' ὅσον, καθ' ὅσον} Id est tantum quàntum. Quintil.lib.2.cap.10, Et declamatio inquantum maximè potest, imitetur eas actiones in quarum exercitationem reperta est. Plinius in Paneg. Audita sunt vota tua, sed inquantum optimo illi & sanctissimo seni vtile fuit.

Inquantum plurimum. Seneca epist.125, Rationem tu ad summum euoca, inquantum potest plurimum crescere.

Inquantumcunque, Aduerbium. Seneca de Tranquil.vitæ, Inquantumcunque illa vel numero vel magnitudine creuerunt, eiusdem naturæ erunt.

Inquies, inquietis, pen. prod. f.g. {ἀπονυχία} Cura, solicitudo, molestia, aut magis propriè vigilia, & quietis nocturnæ carentia. Plinius libro 14.cap.22, Furiales somni, & inquies nocturna. Gellius lib.19.cap.9.

Vt interea

Vt interea labor hic vigiliarum & inquies, suauitate paulisper vocum atque modulorum acquiescerent.

Inquies, inquietis, pen.prod.om.g. Inquietus, qui est sine quiete. Sallust.lib.1.Hist. Humanum genus inquies, & indomitum. Plin.in Præf.Nat.historiæ, Animus inquies pascitur opere. Apul.lib.1, Qua contentione & inquieti procacitate præditus asinus.

Inquietus, penult. product. Adiectiuum {ἀκοίμητος, ἀδιάσχετος} Quieto contrarium, vt Inquietus animus, hoc est Turbulentus. Liuius 1. ab Vrbe.

Inquietus homo, & ad Tribunatum spirans. Liu.3.ab Vrbe.

Inquieta ingenia, & in nouas res auida. Liu.2.bel. Pun.

Inquieta nox, In qua non quieuimus. Liu.5. ab Vrbe, Lux deinde inquietam noctem insecuta est.

Præcordia inquieta. Horat.Epod.5.

Syluas inquietas fecit aper. Seneca Hercul.OEth.12.

Inquiero, inquietas, penult. prod. {ἐκπαλεύω} inquietâre, Molestum esse alicui. Colum.lib.8.cap.5, Ne incubantes nutrices ab aliis auibus inquietentur. Sueton.in Oct. Augusto, cap.53, Nequem officij causa inquietaret. Idem in Calig. cap.59, Satis constat prius quàm id fieret, horrorum custodes vmbris inquietatos. Quintil.lib.11.cap.3, Et mouere, & digito inquietare.

Magistratum inquietans causidicus, Vlpian.in l.1.§ secundo loco. D.de postulando.

Victoriam inquietare. Tacit.lib.19.

Nullis rumoribus inquietare. Plin.Iun.lib.1.epist.9.ad Fundanum.

Inquietari ab aliis quibus debet, non potest is, qui bonis cessit. Vlp. l.4.D.de cessione bonorum.

Inquietatio, Verbale {ἐνόχλησις.} Liu.2.bel.Pun.

Inquietudo, pen.prod. huius inquietudinis, f.g. {ἀνησυχησία.} Seneca de Benef.lib.2.cap.8, Tametsi inquietudinem Tiberius, ne hoc quidem modo, quo purabat, potuit effugere.

Inquilinus, inquilini, pen. prod. {ἔνοικος, μέτοικος} Qui in alieno priuato habitat: propriè tamen in conducto, siue in vrbe, siue ruri, vt ait Valla lib 4. Festus, Inquilinus, qui eundem colit focum, vel eiusdem loci cultor. Sueton. in Claud. Cæs. cap. 44, Inquilini priuatarum ædium, atque insularum. Cic.2. Philipp. At verò te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum. Idem ad Attic.lib.14.305.

Inquilinus aliquãdo accipitur pro cohabitatore. Martial.lib.1.82, Vicinus Nouio, vel inquilinus

Sit, siquis Nouium videre non vult.

Inquino, inquinas, pen.corr. {βεβηλόω, μιαίνω, ῥύπτω} inquinâre, Maculare, Deturpare. Cic. 1. Tusculan. Quibus cæcati velut domesticis vitiis atque flagitiis se inquinassent.

Agros ereptos Reipublicæ turpissimis possessoribus inquinare. Cic.2.Philip.

Amicitiam nomine criminoso inquinare. Cic.pro Plancio.

Amplexus inquinat illa tuos. Ouid.3.Fast.

Aqua turbida & cadaueribus inquinata. Cic.5.Tusc.

Merdis caput inquiner albis. Horat.1.Serm.sat.88.

Largitione comitia inquinare. Cic.de Petitione Consulat.

Inquinatum vitiis factum. Cic.3.Offic.

Famam alicuius inquinare. Liu.9.bel.Pun.

Humanitatem ciuitatis domestica inhumanitate inquinare. Cic. pro Deiotaro.

Veneris inquinat locum. Ouid.14.Metam. De Circe.

Nuptias inquinauere. Horat.3.Carm.ode.6.

Ordinem amplissimum inquinare. Caius in l.1. D. de collusione detegenda. Loquitur de feruis qui se gerunt pro ingenuis.

Libidinibus se inquinare. Cic.1.Tusc.

Segetem inquinare Iolio iniecto. Vlpian. in l. si seruus seruum. §. inquit lex. D.ad legem Aquiliam.

Inquinatum, deformatum, peruersum, conturbatum seruitium. Cic.de Arusp.resp.

Obscurare & inquinare splendorem. Cic.5.de Finib.

Aureum tempus inquinauit ære. Horat.Epod.16.

Vestimenta inquinare. Vlpian.in l.si seruus seruum. §.siquis vestimenta. D.ad legem Aquiliam.

Vita omnibus vitiis inquinata. Cic.pro Rosc.Amer.

¶Inquinare vellus murice. pro Tingere, inficere. Martial.lib.4.4, Quòd bis murice vellus inquinatum.

Inquinatum lauare & purgare. Cato cap 65.

Inquinatus, inquinatior, inquinatissimus {μιαιφονώτατος.} Cic.de Arusp.resp. Fœdior atque inquinatior. Idem pro Flacco, Nihil enim illo inquinatius. Hoc est sordidius & turpius.

Ore, lingua, manu, omni vita inquinatus homo. Cic.pro Cælio.

Sordidissima & inquinatissima ratio. Cic.2.Offic.

Inquinatè, pen.prod. Aduerbium {μεμολυσμένως} Sordidè, turpirer. Cic. de Claris Orat. Itaque diligenter loquendi laude caruit, neque tamen est admodum inquinatè locutus.

Inquinamentum, inquinamenti {μολυσμὸς} Sordes & immunditia. Gell. lib.2. cap.6, Cuius significationis multo assiduóque vsu totum verbum ita contaminatum est, vt iam squalor de re nulla alia, quàm de inquinamentis solis dici cœperit.

Inquio, inquis, inquit: Id est dico {φημί} Verbum defectiuum tertiæ coniugationis: quod in his ferè tantum personis legitur.

Inquio. Cic.2.de Orat. Aucupari verba oportebit, inquio: vt ea, quæ sunt frigidiora vitemus. Ex vetusto codice legitur in quo.

Inquis. Persius Sat.1,

Hoc iuuat, hic inquis, veto quisquam faxit oletum.

Inquit. Iuuenal.sat.3,

-quando artibus inquit honestis.

Communi sensu planè caret, inquimus. Horat.1.Serm.sat.3.

Inquiunt. Cic.6.Verr. Vbi sunt Pamphilæ, inquiunt, scyphi?

Inquisti, Præterito perfecto. Cic.2.de Orat. Tu verò inquisti, molestus non eris.

Inquies, inquiet, in futuro. Cic.4.Verr. Ergo, inquiet aliquis, donauit Pop.Syracusano illam hæreditatem.

Inque, inquiat, Imperatiuo modo, tempore præsenti ad secundam & tertiam personam. Terent.Heaut.4.7, Eccum me, inque.

Inquiat, præsens coniunctiui. Author ad Heren.lib.4. Quid enim tibi vis, aliquis inquiat? Modus potentialis. Id est dicere potest, vel poterit.

Inquito, Futuro imperatiui. Plaut.Aul.30, -ita di faxint, inquito. Antiquum est. Hæc in vsu sunt: reliqua olim lecta, inquimus, inquitis, inquiam, inquite, inquirem, &c.

Inquam, Id est dicebam, vel dixi. Plaut.Capt.8. Terent.And.4.2, Matura. Diam inquam hìc adero. Cic.2.Philipp. Hunc vnum dicẽ, hunc vnum inquam hodiernum diem defende si potes.

Inquiro, inquiris, pen.prod. inquisiui, inquisitum, pen.prod. {ἐξετάζω, μετεύω, μεταδιώκω, διωκίζω, ἐκζητέω} inquisitare, Inuestigare. Cicero 2. Tusculan. Amore mortis inquirens terminum mali. Ex quodam poeta.

Inquirere de, Scisciscitari, interrogare. Cicero 1.Offic. Peregrini autem atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimèque esse in aliena Repub. curiosum.

¶Inquirere, quod *Informationem facere* dicunt, & ferè accusatiuo iũgitur cum præpositione IN. Cic. pro Murena, Scis tu illum accusationem cogitare, inquirere in competitores, testes quærere? Idem 2. Verr. Itaque quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulauissem, inuenit iste qui sibi in Achaiam biduo breuiore diem postularet. Modus est loquendi per compendium, pro eo quod est, Quum ego postulauissem quantum tempus eundi in Siciliam causa inquirendi de Verris criminibus. Ex Budæo.

¶Inquirere in aliquem quid & quomodo. Cicero 2.Offic. In hunc oculi omnium coniiciuntur, atque in eum quid agat, quemadmodum viuat, inquiritur.

Filius ante diem patrios inquirit in annos. Ouid.1.Metam.

Fama torum inquirit in orbem. Ouid. 12.Metam.

Inquirere in patrimonium & vasa. Seneca epist. 1.

Inquirere in se. Cic.in Bruto, de Caluo, Quod dicendi genus quãquam scienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in se, atque ipse sese obseruans, metuénsque ne vitiosum colligeret, etiã verum sanguinem deperdebat. Nimium inquirens in se, quòd nesciret manum de tabula tollere, vt est in prouerbio.

Inquirere vitia. Cic. 11. Philipp. Occulta enim erant vitia non inquirenti.

Inquisitus, penult prod. {ἐξετασθείς} Participium, siue Nomen ex participio. vt

Inquisita & comperta res, Certa & per inquisitionem comperta. Liuius 7.bel.Pun. Tertiam quam ipse pro inquisita ac sibi comperta affert.

Inquisitio, Verbale {ἐξέτασις} Inuestigatio. Cic.1.Offic. In primisque hominis est propria veri inquisitio atque inuestigatio.

Instituti operis inquisitio. Quintil. Tryphoni.

Sagax inquisitio. Firmicus lib.5.cap.13, Sol homines faciet profundæ cogitationis, & qui res magnas & occultas sagaci semper inquisitione perquirant.

Inquisitioni esse. Plaurus,

Sed tu caue inquisitioni ne mihi sis. Id est, Fac te domi inueniam. Budæus.

¶Inquisitio, pro *Informatione* quam vocant. Cicero pro Murena, Non placet mihi inquisitio candidati prænuntia repulsæ. Idem 4.Verr.

Agere inquisitionem, Vide AGO.

Inquisitor, pen.prod. Verbale {ἐξετάστης} Qui inuestigat. Plin.lib.8 cap. 40, Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro retrahens, &c. De canibus.

Inquisitor, Qui inquirit de aliqua re. Cic. 2. Verr. Ille Achaicus inquisitor. Plin.epist.9.lib.3, Norbanum Licinianum legatum & inquisitorem reum postulauit.

Insalubris, & hoc insalubre, pen.prod. {κακυγεὴς} Quod est Salubri contrarium. Plinius lib.18.cap.5, Neque fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum.

Insaluberrimus. Plin.lib.23.cap.1, Vinum si sit fumo inueteratum, insaluberrimum est.

Insanus, pen.prod. insanior, insanissimus {μαινόμενος, μεμηνὼς, μελαγχολικός} Non sanus, qui non est sani consilij, & qui non habet mentem integram. Terentius Eunuch.2.2,

Hic homines prorsus ex stultis insanos facit.

Ibidem, 5.2, Abi hinc insana.

¶Amor insanus. Virg.10.eclog.9.

Insanæ aquæ. Ouid.epist.1,

Obrutus insanis esset adulter aquis.

Cursu insano concita. Ouid.3.Metam.

Fames insana, Vide FAMES.

Forum insanum, Litigiosum. Seruius. Virg.1.Georg.

Iurgia insana. Ouid.1.Fast.

Labori insano indulgere, Magno. Seruius. Virgil.2.Æneid.

Mens insana. Tibul.lib.2.eleg.7.

Sidera insana Capræ, Tempestuosa. Acron. Horat.3.Carm.ode 7.

Vates insana. Virgil.3.Æneid.

¶Insanus, Magnus. Virgil.9.ecloga,

Insani feriant sine littora fluctus.

Turbo insanus. Stat.1.Thebaid.

Vires insanæ Austri. Ouid.12.Metam.

Insanæ substructiones, Magnæ & admirandæ. Plin.lib 36.cap.15.

¶Insanior, Comparatiuus. Cic.6.Verr. Similis istius cupiditas, hoc etiam acrior atque insanior, quòd illa cupiebat, &c.

Vter est insanior horum? Horat.2.Serm.sat.3.

Insanissimus. Cic.pro Rosc.Amer. Hominem longè audacissimum

nuper habuimus in ciuitate, C.Fimbriam, & quod inter omnes constat, nisi inter eos qui ipsi quoque insaniunt, insanissimum.

¶Insanus, Valde sanus, & doctus. Pers. sat. 3,
-& insano multum laudanda magistro.

¶Insanæ vites, Id est triferæ, Plinio dicuntur, lib. 16. cap. 27.

¶Insanùm, Aduerbialiter ponitur pro Valde. Plaut Bacch. 16,
-insanùm magnum molior negotium. Idem Mostel. 11,
Quoiusmodi gynæceum! quam & porticum! r. insanùm bonam.

Insanum dictum, propterea quòd insani omnia vehementer faciant, inquit Varro.

Insane, penult. prod. Aduerbium {μανικῶς} Vehementer, & cum impetu: quia insani omnia faciunt veluti cum quodam furore. Plaut. Milit. Si vnum epityrum edam apud illum esuriens insanè. Ex Varrone.

Insaniter, Aduerbium veteribus vsitatũ, pro insanè. Pompon. apud Nonium, Metuo illum, iocari nescit, ludit nimium insaniter.

Insanio, insanis, insaniui {μαίνομαι, παραπαίω, φρενάζω} insanire, Desipere, & insanum fieri. Terentius Adelph. 2. 1, Minimè miror, qui insanire occipiunt ex iniuria. Idem Eunuch. 3.5, Sanus sim, ánne insaniam.

Insanire amore alicuius. Plin. lib. 10. cap. 37.
Amoribus insanire. Horat. 1. Serm. sat. 4.
Insanire & furere. Cic. 6. Verr. Vt sine vlla dubitatione insanire omnibus, ac furere videretur.
Nisi ego insanio: Id est, Nisi valde aberro, & à communi sensu sum alienus. Cic. ad Attic lib. 7. 129, Adhuc certè (nisi ego insanio) stultè omnia, & incautè.

¶Insanire, Carmen componere: quòd poetæ dum carmina conscribunt, furore corripi dicantur. Virg. 3. eclog. Insanire libet. Vnde insani dicuntur poetæ. Ex Seruio.
Insanire insaniam hilarem. Seneca de Vita beata.

Insaniens, insanientis, Participium {μαινόμενος.} Terent. Adelph. 4.2, Verum venit pòst insaniens.
Sapientia insaniens. Horat. 1. Carm. ode 34.

Insaniturus, pen. prod. {μανιώδης.} Cic. ad Att. lib. 13. 284, Othonem vincas volo: nec tamen insaniturum illum puto.

Insania, insaniæ {μανία, φρενοβλάβεια, φόρτος} Dementia. Plaurus Aulul. 24, Laruæ hunc, atque intemperiæ insaniæque agitant senem. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 1, Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias.
Amabilis insania. Horat. 3. Carm. ode 4.
Leuis insania. Horat. 2. epist. 1.
Summa insania. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Ad insaniam, Vide A D.
¶Abesse ab insania, Vide A B S V M.
Adiuuare insaniam alicuius, Vide A D I V V O.
Ad insaniam concupiscere, Vide A D præpositionem.
Connectere insaniam, Vide C O N N E C T O.
¶Insania villarum, pro Luxuria, & nimis sumptuosa ædificatione. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17, Ea villa quæ nunc est, tanquam philosophia videtur esse, quæ obiurget cæterarum villarum insaniam. Vnde Insanæ substructiones.
¶Insania orationis, cui Sanitas opponitur. Cic. in Brut. Insulsitatẽ enim & insolentiam, tanquam insaniam quandam orationis, oditi: sanitatem autem & integritatem, quasi religionem & verecundiam oratoris probat. Insaniam dixit, quasi insanitatem.

Insanitas, pen. corr. insanitatis, Idem {παραπληξία.} Cic. 3. Tuscul. Insipientia autem quasi insauitas, quæ est insania, eadémque dementia. Ibidem, lib. 3.

Insanabilis, & hoc insanabile, pen. corr. {ἀθεράπευτος} Quod sanari non potest. Cicero pro Sextio, Ego verò si mihi vni pereundum fuisset, ac non accipienda plaga mihi insanabilis illa mortifera, quam Reip. imposuisset.
Caput insanabile. Horat. de Arte.
Insanabilis contumelia. Cic. in Orat. Parcet & amicitiis & dignitatibus, vitabit insanabiles contumelias.
Dolor insanabilis. Quintil. in Procem. lib. 6.
Insanabile ingenium, Quod corrigi & emẽdari non potest. Liu. 1. ab Vrbe, Nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, tu tuo supplicio doce humanũ genus ea sancta credere, quæ à te violata sunt.

Insatiabilis, & hoc insatiabile, pen. corr. {ἀκόρεστος} Quod satiari non potest.
Lupi insatiabiles. Ouid. in Ibin.
Insatiabilis animus. Liu. 4. ab Vrbe.
Insatiabilis cupiditas veri videndi. Cic. 1. Tuscul.
Insatiabilis voluptas. Cic. 4. de Finib.
¶Insatiabile, Quod nõ satiat. Cic. 2. de Nat. deor. Quorum omniũ incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur. Ibidem, de Sole & sideribus, Nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior, & ad rationem solertiámque præstantior. Budæus.

Insatiabiliter, pen. corr. {ἀκορέστως} Aduerbium. Plin. epist. 183, Quos ego quum recordor in re inani, frigida, assidua tam insatiabiliter desidere, capio aliquam voluptatem, quòd hac voluptate non capiar.
Insatiabiliter aliquem deflere. Lucret. lib. 3,
At nos horrifico cinefactum te prope busto
Insatiabiliter deflebimus.

Insatiatus, pen. prod. Adiectiuum. Stat. 6. Thebaidos,
-eternim insatiatus eundi
Ardor, & hyberno par inconstantia ponto.

Insatiuus, pen. prod. Adiectiuum, Quod non seritur. Plin. lib. 19. cap. 12, Hoc insatiuis, rumex vocatur, nascitúrque fortissimum. Sed rectius legitur distinctim, in satiuis. Illic enim sylueſtri opponitur satiua.

Insaturabilis, & hoc insaturabile, penult. correp. {ἀκόρεστος} Quod saturari non potest. Cicero pro Sextio, Libelli pro vino etiam sæpe oppignerabantur, manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant.

Insaturabiliter, penult. corr. Aduerbium {ἀκορέστως.} Cic. 2. de Nat. deor. Ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annísque præteritis insaturabiliter expletur.

Inscendo, inscendis, inscendi, inscensum {ἀναβαίνω} inscéndere, Idem quod Ascendere significat.
Inscendere currum. Plaut. Menæch. 17. Idem Asin. 12, Inscéde actutum. Idem Amphit. 4,
-quadrigas si nunc inscendas Iouis,
Atque hinc fugias.
Inscendere in arborem. Plaut. Aulul. 22,
-atque inscendam aliquam in arborem,
Indéque obseruabo aurum vbi abstrudat senex. Idem Asin. 13,
Neque in lectum inscendat proximum.
Inscendere supra. Cato cap. 127, Supra pilam inscendat, & saliat decies, & deambulet.

Inscendor, inscenderis, pen. corr. Passiuum {ἀναβαίνομαι.} Gell. lib. 5. cap. 2, Haud vnquam sese ab alio inscendi, nisi à rege passus sit. De Bucephalo Alexandri equo.

Inscius, inscitius, Adiectiuum {ἄγνωτος} Ignarus, inquit Donatus. Cic. Att. lib. 7. 12. 2, Discedere à puero inscientẽ me? Plaut. Trinum. 4,
-me absente, atque inscienteinconsulto meo,
Ædes vænales hasce inscribit literis.

¶Iusciens, Inscirus, stultus. Terent. Phorm. 1. 2,
Quid istuc? o. scies: modò vt tacere possis. D. abi sis, inscients. Vbi Donatus, Nunc pro inscito posuit: vel inscientem modò stultum dicit, aliàs ignarum.

¶Inscients, Imprudens, Id est per imprudẽtiam. Terent. Heaut. 4. 1,
-si peccaui, mi Chreme,
Inscients feci. c. id equidem ego, etiam si tu neges certò scio,
Te inscientem atque imprudentem dicere, ac facere omnia. Idem And. 4. 5,
Ioculatium in malum inscients penè incidi. Cic. ad Tironem, lib. 16. 21, Hæc introducta consuetudine sæpe inscientibus nobis & conantibus obrepit.

Inscientia, inscientiæ {ἄγνοια} Ignorantia. Cic. pro Sylla, Vos denique in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. Idem 1. de Diuinat. Inter pretium inscientia.

Inscienter, Aduerbium {ἀγνοοῦντως} Id est per imprudentiam, siue ignorantiam. Cic. in Topic. Vt si partiri velis tutelas, inscienter facias, si vllam prætermittas.

Inscitus, pen. prod. Adiectiuum {ἄδουλος} Inelegans & malè compositum, quod displicet. Terent. Hecy. 5. 1,
Nam si id nunc facis, facturáve es, bonas quod par est facere, inscitũ
Offerre iniuriam tibi me immerenti, iniquum est. Plautus Menæchmis, 9,
Mulier hæc stulta atque inscita est. Idem Rud. 15,
Mirum atque inscitum somniaui somnium. Idem Trucul. 4,
Verum esse insciti creᵭimus, næ vt in æstu motuantur iræ.
Inscitior. Plaut. Cistel. 10,
Sed nónne ecastor ego sum multo inscitior, &c. Cic. 2. de Diuinat.
Quid inscitius autem est quàm, &c. Id est absurdius.
Inscitissimus. Plaut. Mostel. 16, Sed tu ist.c quid confugisti in aram hanc inscitissimus?

Inscite, pen. prod. Aduerbium {ἀμαθῶς} Imperitè, incomptè, impolitè, inelegantèr. Plaut. Trinum. 4,
-siquid scis me fecisse inscitè, aut improbè. Columel. lib. 5,
Nam id plurimum refert, inscitè non facere. Cic. 3. de Finib. Inscitè autem medicinæ & gubernationis vltimum cum vltimo sapientiæ comparatur.

Inscitia, inscitiæ {ἀμαθία, ἀνεπιστημοσύνη} Ignorantia, imprudentia, ab In & Scio compositum. Cæs. 3. bel. Gall. Pelles pro velis alutáque tenuiter confectæ, siue propter-lini inopiam, atque eius vsus inscitiam. Terent. Heaut. 4. 1,
O Iuppiter, tantam inesse animo inscitiam?
Inscitia, vt opponitur Scientiæ, siue cognitioni. Tacit. lib. 11, Isque illi finis inscitiæ erga domum suam fuit. Idem lib. 15, Sed quo fidem inscitiæ pararet.
Inscitia, pro Imperitia. Tacit. lib. 17, Inscitiam potius legienum, quàm audaciam increpans.
Legum inscitia. Horat. 2. Serm. sat. 1.
Rerum inscitia. Horat. 1. epist. 3.
Inscitia veri. Horat. 2. Serm. sat 3.
Capitalis inscitia, Vide Capitalis, in C A P V T.
Debilis inscitia. Pers. sat. 5.
Ex inscitia laborare, Vide L A B O R, laboris.
Inscitia temporum. Plin. lib. 7 cap. 48.

Inscius, Adiectiuum {ἀνεπιστήμων} Qui nescit. Cic. 4. Acad. Quam si subtraxeris, quî distingues artificem ab inscio?
Inscius de malitia alterius. Triphonius in l. bona fides. D. depositi. Latro. spolia mihi abstulit, depositumque apud Seium inscium de malitia deponentis. vtrum latroni, an mihi restituere Seius debeat?
Inscia ac temeraria turba. Liu. 4. bel. Pun.
Inscij quid in Heduis gereretur. Cæsar 7. bel. Gal.
Inscius omnium rerum. Cic. de Clariis Orat.
Acti inscius. Ouid. epist. 8.
Æui venturi inscius. Virgil. 8. Æneid.
Armorum inscius. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Malorum inscius. Stat. 4. Thebaid.
¶Inscius, accusatiuo iunctum. Turpil. Epiclero, At enim scies quæ fuisti inscius. Nonius.

Inscribo, inscribis, pen. prod. inscripsi, inscriptum {ἐπιγράφω} inscríbere, Intus scribere. Cic. ad Attic. lib. 4. epist. 1, Etsi omnia aut scripta esse à tuis arbitror, aut etiam nuntiis, ac rumore perlata, tamen ea inscribam breui, quæ te puto potissimum ex meis literis cognoscere. Inscribam, sub. in his literis.

Inscribere

Inscribere in libro sua nomina. Cic. 1 Tuscul. Quid nostri philosophi? nónne in his ipsis libris quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? Et Cassio, libro 12, In statua, quam posuit in rostris, inscripsit, Parenti, optimè merito. Tibul. lib. 4. ad Messalam, Vt nostrum tantis inscribam nomen in actis.
Inscribere aliquid aliquo nomine. Plin. in Paneg.
Inscribere in fronte. Cic. 1. in Catil. Sit denique inscriptum in fronte vniuscuiusque ciuis quid de Repub. sentiat.
Inscribere in animo orationem aliquam. Cicero 2. de Orat. Vt illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere.
Inscribere corpus, pro Dilacerare vel notare, & vulnerum notas imprimere. Plautus,
Corpus tuum vulneribus inscribam. Plin. lib. 22. cap. 1, Barbarorum fœminæ marésque etiam apud Dacos & Sarmatas corpora sua inscribunt, Hoc est, signa quædam suis corporibus imprimunt, quo venustiores appareant.
Inscribi dominum alicui rei. Seneca epist 99.
Mea dextera letho Inscribenda tuo est. Ouid. 10. Metam.
Inscribere se medicum monumento suo. Plin. lib. 29. cap. 1.
Inscripsit sacrum semiusto stipite nomen. Lucan. lib. 8.
Lapis inscriptus notis. Tibull. lib. 1. eleg. 3.
Puluis inscribitur hasta. Virgil. 1. Æneid.
Sua quenque inscribit facies. Ouid. 6. Metam.
Inscripta epistola patri. Cic. ad Attic. lib. 6. 114, Q. Cicero puer legit, vt opinor, & certè epistolam inscriptam patri suo: soler enim aperire, ídque de meo consilio, siquid fortè sit quod opus sit sciri.
Flores inscripti nomina regum. Virgil. 3. eclog.
Inscripsere deos sceleri. Ouid. 15. Metam.
Inscribitur Panathenaicus, Vulgus *intitulatur* dicit. Cic. de Senect.
Idem 1. Tusc. In illo libro qui inscribitur Memnon.
Libri falsò inscripti. Quintil. lib. 1. cap. 24.
Inscribere ædes literis, Scripto ædibus affixo vænales proponere. Plaut. Trinum. 4,
-quia rure dum sum,
Ego vnos sex dies, me absente, atque inscienteinconsulto meo,
Ædes vænales hasce inscribit literis.
Inscripsi ilico ædes mercede. Terent. Heaut. 1. 1.
¶Inscribere, pro Ob. ædere. Seneca de Vita beata, Inscribunt deinde sapientiam vitiis, absconenda profitẽtur. Id est dant illis sapientiæ titulum. Sic de Breuitate vitæ, Inscribere deos vitiis. Ouid. 15. Metam. Inscribere deos sceleri.
Inscriptus, Participium {ἐπιγεγραμμένος} Supra scriptus. Liu. 2. ab Vrbe, Signum inde factum esse, & inscriptum. Ex Cassia familia datum.
¶Inscriptus, Non scriptus. Varro de Re rust lib. 2. cap. 1, Ne si inscriptum pecus pauerit, lege Censoria committat multam. Quintil. lib. 3. cap. 8, Alia esse scripta, & alia inscripta.
Inscripti maleficij actio. Ea vt opinor maleficij erat legibus nominatim distincta, non comprehensi, neque cauti, cuius tamen actio dabatur: Quæ quidem Græcorum moribus videtur comparata fuisse, non Romanorum: apud quos scholasticum & declamatorium erat, non in Repub. vsitatum. Huius rei mentio est apud Hesychium & Suidam. Ex his intelligetur nullo negotio iocus & frustratio Senecę, testium declamatorem irridentis, vbi ait, Deinde libuit Ciceroni de Cestio in foro satisfacere: subinde nactus eum in ius ad Prætorẽ voco, & quum quãtum volebam iocorum conuitiorúmque effudissem, postulaui vt Prætor nomen eius reciperet lege inscripti maleficij. Tanta illi perturbatio fuit vt aduocationem peteret, &c. Hæc Turnebus.

Inscriptum, Inscripti {ἐπίγραπτον} Breue quiddam in chartula scriptum, cuiusmodi solẽt dare Præfecti vrbium iis qui merces exportant. Lucilius, Facit idem quod illi qui inscriptum è portu exportãt clanculum, he portorium dent. Aliis inscriptum est, quod in portu apud publicanum mercator aut institor non est professus, ideóque in scriptura publicani non est perscriptum, in commissúmque incidit.
Inscriptum, pro Inscriptione. Gell. lib. 20. cap. vlt. Quædam alia inscripta nimis lepida, multáſque prorsus concinnitates tedolentia.

Inscriptio, Verbale {ἐπιγραφή, ἐπιλογεῖον} Modò titulus, modò nota. Plin. lib. 29. cap. 1, Hinc illa infœlicis monumenti inscriptio, turba se medicorum periisse. Idem lib. 7. cap. 58, Indicio erit tabula antiqui æris cum inscriptione tali.
Inscriptiones frontis, pro Stigmatibus Seneca de Ira.
Speciosissima inscriptio. Paterc. lib. 2, Eóque nomine decreta ei cũ speciosissima inscriptione operum ornamenta triumphalia.

Inscrutor, pen. prod. inscrutaris vel inscrutare, inscrutári. Macrob. lib. 7 Saturn. cap. 1, Si Homeri latentem prudentiam inscrutaris altius.

Insculpo, insculpis, insculpsi, insculptum {ἐξεκολάπτω, ἐγχαράσσω} insculpere, à Scalpo, scalpis, deriuatur, non à Sculpo, quod nõ dicitur. Diomedes, Calco facit Inculco, non Incalco: scalpo, insculpo: quare Gẽma scalpta dicendum est, non sculpta: adiecta in præpositione, facit insculpta. Hactenus Diomedes.
Insculpere, Incidere significat, in argento, ære, aut alia quauis materia signare. Plin. epist. 159, Placuit ære signari omnes honores fastidiosissimi mancipij, quósque repudiasset, quósque quantum ad decernentes pertinet, gessisset, incisa & insculpta sunt publicis, æternísque monumentis.
Insculptum in columna. Plin. lib. 36. cap. 5, Sunt certè etiamnum in columnarum spiris insculpta nominum eorum argumenta, rana, atque lacerta.
Insculptum monumento. Plin. lib. 7. cap. 20, Et alia mirifica facere, quæ insculpta monumento eius spectantur.
Postibus insculpunt cornua. Ouid. 15. Metam.
Saxo insculpere aliquid. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Literas tabellæ insculpere. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Insculptum in animo: Hoc est infixum & firmum. Cic. 2. de Nat. deorum, Omnibus enim innatum est, & in animo quasi insculptum, esse deos. Idem 4. Academ.

Inseco, insecas, pen. corr. insecui, insectum {ἐκτέμνω, κατατέμνω} insecáre, Secare, siue intus secare. Colum. lib. 12. cap. 47, Quidam oliuam non contundunt, sed acuta arundine insecant.
Insecare vineam. Colum. lib. 4. cap. 15, Sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturæ vsque ad medullam.

Insectus, Participium {ἐκτεθείς} Dissectus. Plin. lib. 10. cap. 37, Quod auro insectis alarum articulis quæsiere aliqui, non, &c.
Dentes insecti pectine. Ouid. 6. Metam.
Insecta animalia {ἔντομα ζῶα} terrestria, vt scolopendræ, stelliones: alia volucria, vt apes, vespæ: alia vtroque modo, vt formicæ: alia & pennis & pedibus carentia, vt tineæ quæ in homine nascuntur, tricenum aliquando pedum, aliquando & plurium longitudine. & Dicta sunt autem insecta ab incisuris quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum sunt, nunc alui. Hæc Sipontinus ex Plin. libro 11. cap. 1, vbi plura.

Insecabilis, & hoc insecabile, pen. corr. {ἄτομος} Quod secari & diuidi non potest, quales sunt atomi. Quintil. lib. 2. cap. 17, Ne hi quidẽ qui ignem aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt. Idem libro 3. cap. 3.

Insector, insectaris, Vide I N S E Q V O R.

Insedatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀτάραχος} Non sedatus, turbulentus, commotus. Cic. in Partit. Simúlque altitudo animi in capiendis incommodis, & maximè iniuriis, & omne quod est eius generis, graue, insedatum, turbulentum.

Insedabilis, & hoc insedabile, pen. corr. Vnde aduerbium
Insedabiliter {ἀπαύστως} Sitis arida corpora mersans. Lucret. lib. 6.

Insedi, insessum, Vide I N S I D E O.

Insemino, inseminas, pen. corr. {διασπείρω} inseminare, Inserere. Gell. lib. 19. cap. 5, Qui aquam niualem frugibus sanè & arboribus fœcundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse, tabem & morbos sensim atque in diem longam visceribus inseminate.

Insenesco, insenescis, insenui {ἐγηράσκω} insenéscere, Diutissimè immorari, quasi ségi in eo ætatem consumere, & senem fieri. Quintil. lib. 10. cap 3, Singulis actionum partibus insenescere.
Negotiis insenescere. Tacit. lib. 3, Quum plerisque iisdem negotiis insenescerent.

Insensibilis, & hoc insensibile, pen. corr. {ἀναίσθητος} Quod non sentitur. Gellius lib. 17. cap. 10, Inenarrabile esse ait & propemodum insensibile.

Insensilis, & hoc insensile, penult. correp. Idem {ἀναίσθητος.} Lucretius libro 2,
-necesse est
Ex insensilibus tamen omnia consiteare
Principiis constare.

Inseparabiliter, pen. corr. Aduerbium. Macrob. in Somn. Scipionis, lib. 1. cap. vlt. Singula quæ inseparabiliter inuoluta rerum necessitas in se vinxit.

Insepultus, Adiectiuũ {ἄθαπτος} Non sepultus. Cic. pro Milone, Frangetis impetum viui, cuius vix sustinetis furias insepulti? Idem 4. Catilin. Cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos aceruos ciuium.
Membra insepulta. Horat. Epod. 5.
Mors insepulta, vbi arcetur sepultura is, qui supplicio est affectus. Seneca de Tranquil. vitæ.
Pater insepultus. Seneca Thebaid. 1.
Insepulta sepultura. Cic. 1. Philip. Nam quum serperet in vrbe infinitum malum, sídque manaret in dies latius: iidémque bustũ in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam effecerãt, &c. Cæsaris funus vocat insepultam sepulturam, propterea quòd raptim ac turbulentè, non more modóque factum erat. Sepultura autem significat humationem, atque actum ipsum sepeliendi: funus aliàs, & propè exequias ipsas, vt hoc loco, & lib. 2. de Legib. Nec de mortui laude, nisi in publicis sepulturis dici licebat.

Insequor, penult. corr. insequeris, insequutus sum {ἐφέπομαι} insequi, Idem significare videtur quod Statim sequi. Virg. 1. Æneid. Insequitur clamórque virum, stridórque rudentum. Cic. 1. Tuscul. Nónne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens nec opinantis insecuta est senectus? Vbi ex vetusto codice rectius legitur assecuta. Sic de Clar. Orat.
Fugientem insequitur. Ouid. 11. Metam.
Cineres atque ossa alicuius insequi. Virgil. 5. Æneid.
Conuellere vimen insequor, Id est insto. Virg. 3. Æneid.
Pergam atque insequar longius. Cic. 5. Verr.
Casus per tanta pericula insequitur. Virgil. 1. Æneid.
Fortuna insequitur viros. Virgil. 1. Æneid.
Languor insequitur. Lucret. lib. 3.
Nimbus insequitur. Virgil. 4. Æneid.
Insequitur suspicio. Cic. 1. de Finib. Plerunque improborum facta primò suspicio insequitur, deinde sermo.
¶Insequi, pro Persequi & insectari. Cic. pro Rosc. Amerino, Quid vis amplius? Ecquid insequeris? quid oppugnas? Quintil. libro 12. capite 10.
Insequi clamore ac minis. Cic. pro Cluentio.
Insequi contumelia. Cic. ad Attic. lib. 14. 312, Sed homines beneuoles, qualescunque sunt, graue est insequi contumelia.

Insequens, penult. correp. Participium {ἑπόμενος.} Cic. ad Augustum, Quæ non insequens hora antecedente calamitosior Populo Romano illuxit?
Insequens annus Posthumium Cominium & T. Largium Consules habuit. Liu. 2. ab Vrbe.
Insequens dies. Liuius 2. ab Vrbe, Iter in insequentem diem pronuntiari quum iussisset, prima luce classico signum profectionis dedit.

Insecutus, penult prod. Participium {ἑπόμενος.} Plinius libro 7. cap. 11,

Rursus in alia quæ septem measium edito puerperio, insecutis mensibus geminos enixa est.
Insequenter, Aduerbium {ὑποκαθίως.} Gell.lib.10.cap.29, Obscurè & insequenter particula illa posita.
Insector, insectaris {κατατιθάσω} insectâri, Frequentatiuum, Persequi. Cic.pro Fonteio, Insector vlcrò, atque insto accusatori iudices: insector inquam, ac flagito testes.
Insectari aliquem hasta vel lapidibus. Plautus Capt.11, Nam istic hastis insectatus est domi matrem & patrem. Idem Rud.20.
Insectari aliquem maledictis, Lacessere, & conuitiis afficere. Cic. 2.de Finib. Sit ista in Græcorum leuitate peruersitas, qui maledictis insectantur eos qui de veritate dissentiunt.
Insectari iniuriam alicuius. Cicero ad Atticum, lib. 5. 105, Ibi forum agit, quum ego sum in prouincia: quam eius iniuriam non insector.
Non equidem insector. Horat. 2. epist. 1.
Terram insectari rastris, Sarrire. Virgil. 1. Georg.
Insecto, insectas {θάκω} in voce actiua legitur apud Plautum Captiuis 11,
Iam illic nos insectabit lapidibus, nisi illunc iubes
Comprehendi.
Insectatio, Verbale {διώξις.} Liu. 1. ab Vrbe. Ibid. lib. 3, Sine insectatione potestatis. Quintil lib. 5. cap. 7, Quod insectationis genus est permistum defensioni legimus in orationibus plurimis.
Inhumana fortunæ insectatio. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Abstinere insectatione, Vide ABSTINEO.
Inserenus, penult. prod. Adiectiuum {ἀνάρσιος} Nubilus. Statius 1. Sylu. 6,
Non tantis Hyas inserena nymbis
Terras obruit, aut, &c.
Insero, inseris, pen. corr. inseui, pen. prod. insitum, pen. corr. {ἐγκεντρίζω, ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω, ἐμφυτεύω} inserere, à Sero compositum, quandoque pro semino siue plauto accipitur. Virgil. 1. eclog Insere nunc Mœlibœe pyros.
Inserere frumentum arboribus: Hoc est inter arbores frumentum seminare: qui mos adhuc apud Italos durat. Colum. lib. 5 cap 7, Arboribus rumpotinis si frumentum non inseritur, in veranque partem viginti pedum spatia interueniunt.
¶Inserere, Scisso trunco, surculum fœcundæ arboris in sterilem imponere. Varro de Re rust. lib. 1. cap 40, Si in pyrum syluaticam inseueris pyrum quanuis bonam, &c. In quancunque arborem inseras, si eiusdem generis est, &c.
Inserere vitem. Colum. de Arboribus, cap. 8.
Inserere arbori. Colum. lib. 5. cap. 11, Omnis surculus omni arbori inseri potest.
Inserere hortos. Colum. lib. 3. cap. 21.
Inserere loca de. Colum. de Arboribus, cap. 8, Humida loca, de vua alba: sicca, de nigra inserito.
Vitiorum aliqua inseuit tibi natura. Horat. 1, Serm. sat. 3.
Insitus, pen. corr. Participium, Innatus, ingenitus.
Mala insita fert pyrus. Virgil. 2. Georg.
Insitum & innatum animis. Cic. 4. de Finib. Habere etiam insitam quandam vel potius innatam cupiditatem scientiæ.
Insitus menti amor cognitionis. Cic. 4. de Finib.
Insitus vrbi ciuis. Sallust in Ciceronem.
Insita feritas. Liu. 4. bel. Maced.
Horror insitus mortalibus. Lucret. lib. 5.
Insitas inimicitias habere & gerere cum nomine Pop. Rom. Cic. pro Fonteio.
Insitum in natura malum. Cic. 5. Vert.
Insitus vitio genti mos, inter latrocinia militiam exercendi. Liu. 8. bel. Pun.
Naturalis & insita in animis nostris inest notio. Cicero 1. de Finibus.
Insita penitus opinio, & vetusta. Cic. pro Cluent.
Doctrina vim promouet insitam. Horat. 4. Carm. ode 4. Id est naturalem, ait Acron.
Insitus, huius insitus, pen. corr. {ἐγκαινισμὸς} Idem quod Insitio. Plinius lib. 14. cap. 3, Et hactenus publica sunt genera: cætera regionum locorumque, aut ex his inter se insitu mista.
Insitum, insiti, pen. corr. Surculus ipse ex vna arbore resectus & in aliam implantatus. Columel. lib. 4. cap. 29, Tum quod ex insito profundit, subligandum, ne vento surculus motus labefactetur, explantetur teneat pampinus. Idem de Arboribus, cap. 26, Postea paleato luto bene subacto oblinito totam plagam, & spatium quod est inter surculos, vique eò, vt duobus digitis insita extent.
Insitio, insitionis {ἐμβάπτισις.} Colum. lib. 5. cap 11, Tria genera porrò insitionum antiqui tradiderunt: vnum, quo resecta & fissa arbor resectos surculos accipit. Ouid. 1. de Remed. amoris,
Veneris insitio, fac ramum ramus adoptet.
Consitiones & insitiones delectant. Cic. de Senect. Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricultura solertius.
Insititius, Adiectiuum {ἐμβατευτικὸν} Quod est insitum.
Insititius, & inductus sermo, Non natiuus, sed aliunde accersitus, cui Patrius opponitur. Plin. epist. 68.
Insitiuus, pen. prod. Adiectiuum {ἐμβατευτικὸς} Quod inseritur. Gellius lib. 12. cap. 1, Corpúsque & animum benignè ingeniis primordiis inchoatum, insitiuo, degenerísque alimento lactis alieni corrumpere. Cic. pro Sextio, Quúmque insitiuum Græcchum contra vim multitudinis incitatæ censu probibuisset.
Insitiua pyra. Horat. Epod. 2.
Insitor, pen. corr. insitoris {ἐμβατευτὴς} Qui inserit. Plinius lib. 18. cap. 33, Hunc caueat insitor calamis.
Insero, inseris, pen. corr. insetui, insertum {ἐμβάλλω, ἐντίθημι} inserere, Immittere, imponere, immiscere. Columel. lib. 6. cap. 4, Nausea discuritur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis faucibus inseras.
Insertus per. Plinius libro 10. cap. 57, Penna per transuersas inserta nares.
Grana ciceris in acum inserere. Quintil lib. 2. cap. 2, Qualis illius fuit, qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continuò & sine frustratione inserebat. Hoc est immittebat.
Inserere in os pueris cibum. Cic. 2. de Orat. Qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima'máia (vt aiunt nutrices) infantibus pueris in os inserant. Terent. Heaut. 3, 3.
-videń' ego te modo manum in sinum huic meretrici
Insererè?
Inserere caput in tentorium. Liu. lib. 8. ab Vrbe.
Inserere collum in laqueum. Cic 6. Verr.
Subtegmen inseritur acutis radiis. Ouid 6. Metam.
Inserere alicui rei. Plin. lib. 31. cap. 4, Quædam terræ imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro, quod admirandis suis inseruit Cicero, siccitate lutum fieri prodens, imbre pulueren.
Vitæ inserere aliquem. Stat. 5. Sylu. 5.
Bellis ciuilibus se inserere. Ouid. 3. Metam.
Conditio inseritur stipulationi, Id est ponitur in stipulatione. Iulianus in Limpossibilis D. de verb. obligat.
Inserere consilium aliquod, Addere, adiungere. Plautus Pœnulo 14,
Et illud autem inserendum est consilium vernaculum.
Inserere deos minimis rebus. Liu. 7 bel. Pun. Cum iis (adeò minimis etiam rebus praua religio inserit deos, mures in æde Iouis aurum rosisse.
Inserere expostulationem suam. Liu. 5. bel. Maced. Admissi plures dum suas quisque nunc querelas, nunc expostulationes inserit, æqua iniquis miscentes, è disceptatione altercationem fecerunt.
Inseritur huic loco fabula. Liu. 5. ab Vrbe.
Locos inserere moris est. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Historiæ turpes inseruisse iocos. Ouid. 2. Trist.
Laudem ac vituperationem inserere. Quintil. lib. 2. cap. 1, Nónne laus, ac vituperatio certaminibus illis frequenter inseritur?
Locus insertus. Quintil. lib. 2. cap. 4, Quòd vix vllus est tam communis locus, qui possit cohærere cum causa, nisi aliquo propriæ quæstionis vinculo copulatus: appareátque eum non tam insertum, quàm applicitum.
Opinionem inserere, Vide OPINIO.
Oscula inserere. Ouid. 3. Amor. eleg. 6.
Insertæ fenestræ. Virgil. 3. Æneidos,
-qua se
Plena per insertas fundebat Luna fenestras. Insertas, aut elatratas: aut non serras: vt sit quasi inseratas, Id est non clausas. Et dictú quomodo asprósque molares, pro asperos, &c. Seruius.
Prædia agris inserta. Plin. epist. 63.
Insertim, Aduerbium, Lucret. lib 2,
Contemplator enim quum solis lumina cúmque
Insertim fundunt radios per opaca domorum, &c.
Inserto, insertas {ἐνίστημι} insertare, ab Insertum formatum. Virgil. 2. Æneidos,
Hîc ferro accingor rursus, clypeóque sinistram
Insertabam aptans, méque extra tecta ferebam.
Dextras insertare catenis. Stat. 12. Thebaid.
Inserpo, inserpis {ἐμπίζω} insérpere, Idem quod Serpere & obrepere. Stat. 1. Thebaidos,
-iam somnus auaris
Inserpit curis.
Inseruio, inseruis, inseruiui, inseruitum, pen. prod. {ὑπηρετέω, ἐκπιέω, ὑπηρέτημι, χαρίζομαι} inseruire, Notæ significationis. Cic. 1. Offic. A quo enim plurimum sperant, etiam si ille his non eget, tamen ei potissimum inseruiunt.
Peruigil inseruibat equo. Sil. lib. 7.
Inseruire suis commodis, suæ vtilitati consulere. Cic. 2. de Finib. Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus, & magnam indolem, quos suis commodis inseruituros, & quicquid ipsis expediat facturos arbitramur?
Famæ inseruire. Tacit. lib. 13.
Inseruire honoribus, Dare operam honoribus acquirendis. Cicero 2. Offic. Postea quàm honoribus inseruire cœpi, méque totum Reipub. tradidi.
Valetudini inseruire. Cic. ad Tironem, lib. 16. 17, Valetudo tua me valde solicitat, sed inserui & fac omnia.
Inseruire aliquem. Plaut. Mostel. 4,
Non meretricem est, vnum inseruire amantem.
Inseruitum est. Cic. Appio, lib. 6. 12, Sed nihil est à me inseruitum temporis causa.
Insessus, Vide INSIDEO.
Insibilo, insibilas, pen. corr. {ἐπισυρίττω} insibilâre, Idem quod Sibilare, vel spirare. Ouid. 15. Metamorphoseos,
Qualia succinctis, vbi trux insibilat Eurus.
Membris insibilat ignis. Sil. lib. 12.
Insiccatus, penultima producta, Adiectiuum {ἀνάξηρος.} Statius 3. Thebaidos,
Vulneráque ista ferens putri insiccata cruore,
Protinus ire peto.
Insicium, Vide INSITIVM.
Insidens, pen. corr. ab Insideo participium: siue Insidens, pen. prod. ab Insido, Vide INSIDEO, & INSIDO.
Insideo, insidés, pen. corr. insedi, pen. prod. insessum {ἐνκαθέζομαι, ἐνίζω, ἐνκαθίζω} insidére, Super aliquid stare. Cic. 2 de Natura Deorum, insidebant igni. insidére, Super aliquid stare. Cic. 2 de Natura Deorum, insidebant igni. Nec longè absunt ab hac vi dij penates, siue penu ducto nomine, &c. siue ab eo, quòd penitus insident, ex quo etiam penetrales à poetis vocantur.

Insidere

Insidere equo. Plin. de Viris illust. Liuius 7. ab Vrbe, Equo deinde quàm poterat maximè exornato insidentem, armatum se in specum immisisse.
Toro insidere. Ouid. epist. 19.
Insidere in sella. Plin. lib. 11 cap. 37, Cæsari Dictatori quo die primú in sella aurea insedit, sacrificanti bis in extis defuit.
¶Insidet pedibus dolor. Plin. epist. 12. lib. 1. Cicero 5. Verr. In quibus si ex ipsorum domestico incommodo nullus dolor insideret, tamen esset illa, &c.
Insidet cogitatio. Cic. Luccio, lib. 5. 13. Quæ cogitatio quum mihi non omnino excidisset (etenim penitus insederat) vi tamen, &c.
Insidet crimen in animo. Cic. pro Deiotaro, In exulcerato animo facilè fictum crimen insideret.
Desyderium insidet nobis. Lucret. lib 3.
Insidet inuenè & medullis feruor. Cic. 4 Tusc. Quum autem hic feruor, concitatióque animi inueterauerit, & tanquam in venis medullísque insederit. Hoc est, inhæserit penitus.
Insidet pax. Cic. Antè quàm iret in exilium, Quum iam domesticis pax non insideat, sed publicè prouidenti eripiatur?
Insidet suspicio. Cic. pro Milone, Quæ si non probaret, si tibi ita penitus insedisset ista suspicio, nullo vt cuelli modo posset, &c.
Insidere portentis. Plin. lib. 11. cap. 49, Ceu planè visenda res esset, principem terrarum insidere portentis.
Insidere in animo. Cic. pro Corn. Balb. Etenim ei succedo orationi, quæ non præteructa sit aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit.
Insidere in mente. Cic. in Orat. Sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia.
Macula quæ penitus iam insedit, atque inueterauit in Pop. Rom. nomine. Cic. pro Lege Manil.
Insidet in memoria mea penitus. Cic. 2. de Orat. Nihil quisquam vnquam me aud. ere egit orator, quod non in memoria mea penitus insederit.
¶Insidere, Aliquem doloso expectare: vel locum aliquem occupare: vt Insidere arcem militibus. Liu. 6. bel. Pun. Quingentis militibus arcem insedit.
Agrósque vacuos, & militum vsui sepositos insedere. Tacit. lib. 13.
Syluarum anfractus cæcis insederat armis. Silius lib. 5.
Aram insederant. Tacit. lib 4.
Arcem Capitolij insedit. Tacit. lib. 19.
Insidere cineres patriæ. Virg. 10 Æneidos,
Non satius cineres patriæ insed. isse supremos?
Claustra terræ, ac maris insed. isset. Tacit. lib. 2.
Insidere collem. Plin. lib. 5. cap. 13. Ioppe insidet collem præiacente saxo, in quo vinculorum Andromedæ vestigia ostendunt.
Effugia insederant. Tacit. lib. 3.
Insidere itinera. Liu. 5. bel. Punic. Quà fugam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere iubet.
Iuga insidere. Tacit. lib. 2, Soli Cheruisci iuga insedere.
Insidere locum aut templum. Liu. 1. bel. Pun. Mago locum monstrabit, quem insideatis. Plin. in Paneg. Quem locum deus ille tam præsens ac manifestus insedit.
Insidere loco. Virg. 11. Æneidos,
Arripuísque locum, & syluis insedit iniquis. Vbi Seruius, Insedit, proprie: nam Insidere, est dolosè aliquem expectare: vnde & Insidiæ nominatæ sunt.
Molibus villarum insidere. Tacit. lib 4.
¶Insidere, pro Insidiari. Lactantius De opificio Dei, cap. 1, Aduersarius noster saluti insider.
Insideri, Passiuè {ἐνεδρεύομαι.} Liuius 5. bel. Pun. Viæque omnes hostium præsidiis insiderentur.
Insidens, penult. corr. {ἐνκαθήμενος} Participium. vt Insidens equo. Liu. 7. bel. Pun.
Insidens cura assidua. Liu. 1. ab Vrbe.
Insidentia mala. Cic. 4. Tusc.
Insessus, Participium {ἐνεδρεύσας} Insidiis occupatus. Liu. 7. ab Vrbe, Consul exercitum incautè in saltum caua valle peruium, circáq; insessum ab hoste induxit.
Humus insessa tanto pondere. Stat. 1. Sylu. 1.
Insidiæ, insidiarum {ἐνέδρα, ἐπιβουλία, ἐπιβουλὴ, λοχισμὸς} Dolosa expectatio ad aliquem aggrediendum. Cæsar 2. bell. Gall. Insidias veritus. Cic. 3. Offic. Súntne igitur insidiæ, tendere plagas?
Insidiis, pro Ex insidiis, vel per insidias. Cic. ad Att. lib. 13. 268, Marcellus insidiis interfectus est.
Incautus insidiis, pro Ad insidias. Tacit. lib. 11, Si præuenirēt Claudium, vt insidiis cautum, ira iræ properum.
Iter per insidias. Ouid. 2. Metam.
Maris insidi insidiæ. Lucret. lib. 2.
Irritæ, & degeneres insidiæ. Tacit. lib. 11, Nec irritæ, aut degeneres insidiæ fuere aduersus transfugam, & violatorem fidei.
¶Absunt insidiæ à vatibus, Vide ABSVM.
Nimis insidiarum adhibere, Vide NIMIS.
De insidiis aliquid agere, Dolosè & insidiosè. Cicero 1. Offic. Qui nihil ex occulto, nihil de insidiis agendum putant.
Ex insidiis. Cic. in Orat. Non ex insidiis, sed apertè ac palàm elaboratur. vt verbis, &c.
Ex insidiis occupare. Plaut. Asina. 16,
Aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant.
Capere ex insidiis, Vide CAPIO.
Circunuenire per insidias, Vide CIRCVNVENIO.
Capi insidiis. Virg. 1. Georg.
Collocare insidias alicui. Cic. pro Milone, Clodius ante suum fundum Miloni insidias collocauit.
Comparare insidias alicui per aliquem. Cic. pro Cluentio.
Componere insidias alicui. Tibull. lib. 1. eleg 6.
Consurgere ex insidiis, Vide CONSVRGO.
Disponere insidias. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Excipere insidiis aliquid. Virg. eclog 3.
Lupus insidias explorat ouilia circum. Virg. 3. Georg.
Insidias facere. Terent. Eunuch. 3 3. Cic. ad Senat. lib. 15. 2. Ita mecum locutus est, vt nullas insidias neque vitæ suæ, neque regno diceret se aut intelligere fieri, aut etiam suspicari.
Habere insidias. Cic. in Offic. Paci quæ nihil habitura sit insidiarú, semper est consulendum.
Incidere in insidias. Cic. Fam. 7.
Instruere insidias alicui. Catull. ad Aurelium, epigr. 18.
Instruere insidias in aliquo loco. Cic. pro Cluent.
Ex insidiis interiit Alexander Phæreus. Cic. 2. Offic.
Per insidias interficere aliquem. Cic. pro Domo sua.
Intrare insidias, Vide INTRO.
Locare insidias alicui, Vide Loco in LOCVS.
In insidiis viri fortes locati ab imperatrice. Cic. pro Cælio.
Meditari insidias alicui. Virg. eclog. 5.
Moliri insidias auibus. Virg. 1. Georg.
Niti insidiis, Vide NITOR.
Opponere alicui insidias, Vide OPPONO.
Insidias alicui parare. Plaut. Pœnul. 7,
Ei paratæ vt sint insidiæ de auro & de seruo meo.
Parare insidias vitæ alicuius. Cic. pro Sext. Rosc.
Parare insidias & tecta arma. Ouid. 2. Fast.
Patefacere insidias. Cic. Rex mihi patefactis insidiis non egere exercitu Pop. Rom. visus est.
Petere aliquem insidiis. Ouid 9 Metam.
Ponere insidias, Insidiari, & moliri insidias. Cic. 2. de Lege agrar.
Ifti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeij dignitatem.
Ponere in insidiis: Hoc est in loco vbi insidiæ factæ sunt. Cicero pro Deiot. Quidè ille signa ænea in insidiis posuerat?
Struere insidias. Tacit. lib. 2. Ouid. 1. Metam.
Subactus insidiis. Virg. 12. Æneid.
Subincere insidias. Quintil. lib. 5. cap. 7.
In insidiis esse, Vide IN.
Tendere insidias alicui. Cic. pro Qu. Rosc. Comœd.
Insidior, insidiaris {ἐνεδρεύω, ἐπιβουλεύω, λοχάω, παρατηρέω} insidiâri, Insidias parare & instruere. Martial. lib. 12,
Si te delectant animosa pericula, Tuscis
(Tutior est virtus) insidiemur apris. Cic. in Orat. Non enim id agit, vt insidietur & obseruet, sed fauet.
Hostibus insidior. Ouid. 13. Metam.
Lupus insidiatus ouili. Virg. 9. Æneid.
Insidiari tempori. Liu. 3 bel. Pun.
Insidiosus, pen. prod. Adiectiuum {ἐπιβουλικὸς} Insidiis plenus, fallax. Cicero 4. Verr. Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior vnquam?
Insidiosissima conditio. Plin. lib. 29. cap. 1, In qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt.
Facies insidiosa oculis. Ouid. epist. 21.
Loca insidiosa. Caius in l. Qui peritorio. §. Qui. D. De rei vendicatione, Culpæ autem reus possessor est, & qui per insidiosa loca seruú misit, si is periit.
Insidiosius latro. Martial. lib. 14. 20.
Quies insidiosa. Stat. 1. Sylu. 4.
Verba insidiosa. Ouid. epist. 19.
Insidiosè, pen. prod. Aduerbium {ἐπιβούλως} Dolosè, fraudulenter. Cic. 3. Offic. Ratio ergo hoc postulat, nequid insidiosè, nequid simulatè, nequid fallaciter.
Sceleratissimè & insidiosissimè tractare aliquem. Cic. ad Qu frat. libro 1. 3.
Insidiosè spem falsam ostendere. Cic. pro Rosc. Amer.
Insidianter, Aduerbium, Idem. Iustinus lib. 6, Sed Lacedæmonij securi, insidianter absentiam Arcadum speculati, castellum eorum expugnant. Aliqui legunt, insidiantes.
Insidiator, pen. prod. Verbale {λοχήτης, ἐπίβουλος} Qui tendit insidias. Cicero pro Milone, Insidiatori verò & latroni quæ potest afferri iniusta nex?
Insidiator viæ. Cic. in Catil.
Fugere insidiatorem. Horat. 2. Serm. satyr. 5.
Insido, insidis, pen. prod. mutatur præteritum à Sedeo, propter significationis affinitatem, insedi, insessum {ἐνίζω, ἐνίζανω} insídere, Idem quod simplex fido, Deorsum descendere. Virg. 6. Æneidos,
Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena
Floribus insidunt varijs, &c.
Insidere memoriæ. Quintil. lib. 10. cap. 7.
Insidor, pen. prod. insideris, pen. cor. insessus sum, insidi, Onerari. {ἐπεξέρχομαι.} Stat. 2. Thebaidos,
Stat sublimis apex, ventósque, imbrésque serenus
Despicit, & tantum fessis insiditur astris.
Insidens, pen. prod. Participium {ἐνίζων.} Plin. lib. 21. cap. 19, Cauendus in his situs celeriter insidens.
Insignis, & hoc insigne {ἀνάσημος, ἔπισημος, παράσημος, ἐπώνυμος} à Signo deriuatur, quasi aliquo signo ab aliis discretus, & separatus. Festus, Insignes appellantur boues, qui in femine & in pede album habent, quasi insigniti.
Insignis maculis. Virg. 3. Georgicorum,
Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo.
¶Insignis, per translationem, Clarus dicitur, præstans, nobilis: quasi ob notam aliquam, siue bonam siue malam conspiciendus. Insignis enim (vt ait Festus) tam ad laudem, quàm ad vituperationem inflecti potest. Accipitur & pro magno.
Insigne ad decus & ad gloriam. Cicero 3. de Finibus, Is cui contingit vtiure laudetur, habet insigne quiddam ad decus & ad gloriam.

Insignis ad deformitatem, hoc est Insigniter deformis. Cic.3.de Legib.Insignis ad deformitatem puer, breui tempore creatus, multóque terrior,& fœdior natus est.

Insignis auro & purpura. Liuius 4.bell.Maced. Virg.4.Æneidos,
-ostróque insignis & auro
Stat fonipes.

Bellis insignior. Claud.1.Paneg.

Dies insignis duplici clade. Liu.6. ab Vrbe.

Crinibus insignis Phœbus.Ouid.1.Amor.eleg.1.

Facie insignis. Virg.9.Æneid.

Forma insignis Euryalus.Virg.5.Æneid.

Nequaquam tam genere insignes, quàm vitiis nobiles. Cic.De petition.Consular.

Prodigiosa corpora & monstris insignia. Quintil.lib.1.cap.1.

Insignis homo omnibus notis turpitudinis. Cic.pro R.ab.

Insignes amoris notis epistolæ.Cic.ad Att.lib.1.8, Purè loquuntur, cum humanitatis sparsæ sale,tum insignes amoris notis.

Equus insignis phaleris. Virg.5.Æneid.

Vir insignis pietate.Virg.1.Æneid.

Titulis insignis auorum. Lucan.lib.8.

Versibus insignem te puderesse meis. Propert.lib.3.eleg.24.

Vitiis insignis. Ouid.4.de Ponto,eleg.13.

¶ Camœna insignis.Horat.1.Carm.ode 12.

Facta insignia.Ouid.epist.3.

Furor insignis equarum. Virg.3 Georg.

Improbitas insignis.Cic.2.de Orat.

Impudentia insignis.Cic.6.Verr.

Insigne indicium. Cic.ad Trebatium,lib.7.6,Cum aliquo insigni indicio meæ erga te beneuolentiæ.

Insignis iniuria.Cic.pro Cecinna, Quid tu tam insigni accepta iniuria postulabis?

Laude insigni ferre aliquem.Virg.1.Æneid.

Malefacta insignia. Lucret.lib.3.

Metus insignis.Lucret.lib.3.

Miseria insignis. Cic.de Orat.

Insigne odium. Cic.ad Att.lib.14.3ii, Accedit vt ne in ipsum quidē Clodium,meum insigne odium fuerit vnquam.

Insigne atque illustre periurium. Cic.de Aruspic.responsa.

Insignis res ad maximam laudem.Cic.in Orat.

Insignis res ad memoriam crudelitatis.Cic.pro Domo sua.

In re tam insigni,támque atroci.Cic.pro Cecinna.

Insigni & nota re aliquid notare. Cic.2.de Orat.Hoc insigni aliqua & nota re notari volo.

Insigne studium alicuius erga alterum. Cic.2.de Finib.Cuius quātum studium, & quàm insigne fuerit erga me tempori bus illis quæ nota sunt omnibus,scire necesse est vtrunque vestrum.

Temeritas insignis. Cic.Academ.1.ad finem.

Clara & insignis virtus viri alicuius posteris. Cic. de Amic.Virtutem enim semper amaui illius viri, quæ extincta non est:nec mihi soli versatur ante oculos,qui illam semper in manibus habui,sed etiam posteris erit clara & insignis.

Insignis & illustris visus. Cic.1.de Nat.deor.

Vitium insigne. Cic.ad Q.frat.lib.1.epist.1,Caueamus quantū efficere & consequi possumus, vt nequod in nobis insigne vitium fuisse dicatur.

¶ Insigne, pro facinore aliquo insigni, magno & nobili. Terent. Eunuch.5.6,
-nam iam diu causam quærebat senex
Quamobrem insigne aliquid faceret.

Insigne,insignis,Substantiuum {παράσημον,σύμβολον} Notam & signum significat.Plin.lib.7.cap.19, Sed hæc parua naturæ insignia in multis variè cognoscuntur.

Indicium & insigne fortunæ. Cic.3. Verr. Quod ornamentum puritiæ pater dederat, indicium atque insigne fortunæ, hoc ab isto prædone ereptum esse,grauiter & acerbè homines ferebant.

Morbi insignia. Horat.2.Serm.sat.3.

Quod insigne erat, Id est quod vulgus dicit, *Quod signum erat.* Cæsar 2.bel.Gall.Vexillum proponendum, quod erat insigne quum ad arma concurri oporteret. Cicero 3.de Orat.

Insigne ad memoriam. Liu.4.bel.Pun.

Insigne,& quod frequentius dicitur,insignia,insignium, dicuntur ea quæ in vestibus,vexillis, & huiusmodi insignita sunt: aut ipsæ vestes,vexilla,& alia quæ fiunt aut feruntur, ita ab aliis discreta vt nosci possint cuius sint,& ad quos pertineant, vt vestes militares, & insignia militaria, regalia,consulariáve, quibus acies ab acie, eques ab equite, rex & consul à viro priuato cognosci debet. Virgilius 2. Æneidos,
Mutemus clypeos, Danaúmque insignia nobis
Aptemus. Cic.Appio,lib.3.13.Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt. Sallust.Cum fascibus atque aliis imperii insignibus ad Manlium in castra tendit. Mos fuit antiquorum,vt bene meritis insignia tribuerent magistratuum. Vnde scribit Tacitus decreta fuisse Narcisso Quæstoria insignia à Claudio Cæsare. Ab eodem insignia Prætoriæ Crispino decreta fuerunt. Verùm enimuero huiusmodi imaginum iura, ac nobilitatis insignia damnatione reorum amittebantur:quod Cicero docet in Oratione pro Sylla.

Insignia in vnaquaque dicuntur re, quæ maximè conspicua sunt. Cicero in Oratore, de translationibus loquens, Eadem ratio est horum quæ sunt orationis lumina,& quodam modo insignia. Idem in 1.de Natura deorum,solem,& lunam,stellásque insignia mundi vocat. Budæus.

Superbum insigne belli. Virg 8 Æneid.

Capitis summi præclarum insigne. Lucret.lib.5.

Vittæ tenues insigne pudoris. Ouid.1.de Arte.

¶ Insigne,est id quod in cono galeæ erigitur,vt crista. Ennius,
-inde volans secum abstulit hasta Insigne,&c.

Insigne regni,Dicitur vestis regia, atque adeò diadema regium cū ipsis lictoribus & apparatu regio. Cic.3.Philipp.Esset enim ipsi certè statim seruiendum, si Cæsar ab eo regni insigne accipere voluisset. Liu.1.ab Vrbe,Insignia imperij.

Barbara insignia. Ouid.3.de Ponto,eleg.4.

Decorum insigne. Virg.2. Æneid.

Regium insigne. Tacit.lib.5.

Insignio,insignis,insigniui,insignitum,pen.prod. {ἐπισημαίνω, ἐπισημαίνομαι,παρασημαίνω, ἐπιφαρασσίζω} insigniare, Signis notare, vel distinguere. Author ad Herennium,lib.4,Si qua re deformabimus,vt si cruentam, aut cœno oblitam,aut rubrica delibutam inducamus, quo magis insignita sit forma.

Auro insignibat clypeum. Virg.7.Æneid.

Insignire annum cladibus. Tacitus. pro Insignem facere.Bud.

Insignire aliquem. Plin.lib.8.epist.22.ad Geminium.

Insignitus,penultima producta, Participium {ἐπίσημος} siue Nomen ex participio.

Insignitæ notæ veritatis. Cic.1.de Diuinat.Sed tribus modis censet deorum appulsu homines somniare: vno, &c. Altero quòd plenus aer sit immortalium animorum, in quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant.

Insignitior,& hoc insignitius. Tacit.lib.4,His partæ victoriæ spes, etsi cedant,insignitius flagitium.

Insignita, insignitorum, n.g. Plin.lib.27.cap.4, Oculorum vitia omnia sanari ea conuenit, priuatim prurigines & scabiem genarum. item insignita ac liuida,illita cum melle. Ibidem,cap.12.

Insigniter, pen.corr.Aduerbium {ἀκριβῶς} Clarè, apertè, summè,admodum. Apuleius,Homo insigniter malus. Plaut.Casina,2,5,
Mihi quidem ædepol, insigniter facta est magna iniuria. Cic.2.de Orat.Nec improbum notari, ac vituperari sine vitiorum cognitione, satis insigniter atque asperè posse. Idem in Partitionibus, Parentibus, amicis, hospitibus præcipuè atque insigniter diligendis. Idem 3. Philipp. Quis autem rex vnquam fuit tam insigniter impudens?

Insignitè,pen.prod.Aduerbium {παρασήμως} Cum notæ indicio.Plaut. Menæch.2,2,
-neu sinas in me insignitè fieri tantam iniuriam. Idem Rudēte,2,4,
Imò hercle insignitè iniquè.

Insignitè improbus, pro Insigniter, & cum quadam exuperantia aliorum improbitatis. Cic.pro Quintio,Neque tamen quisquam inuentus est tam insignitè improbus,qui,&c.

Insignitius,Cōparatiuum. Liu.8.ab Vrbe,Quo insignitius omissa res Æmylio superioris anni Consuli exprobraretur. Sigonius dicit in vetustis libris legi,insignius.

Insile,insilis,pen.corr.n.g.Lucret.lib.5,
Textile post ferrum'st,quia ferro tela paratur:
Nec ratione alia possiunt tam læuia gigni
Insilia,ac fusi,radij,scapíque sonantes. Vbi interpres, Insilia, sunt, vt arbitror,suspendicula, seu mauis appellare perpendicula, quæ telam examinant dem ssam. Insilia dicta, quoniam applausa pectine tela, resultant & subsiliunt. Sunt qui instrumentum ligneum pedibus textricis supposium intelligant:cuius duo complanata ligneola resurgunt alternis,& residentlicia telæ contrahi & aperiri cogentes.

Insilio, insilis, pen. corr.insiui, insiliui vel insilij, insultum {ἐπιπηδάω, ἐφάλλομαι, ἐπάλλομαι} insilire, Ex in & salio, Quasi celeriter salire. Plaut.Rud.10,
E naui timidæ ambæ in scapham insiluimus, quia videmus,&c.
Insilire,datiuo. Lucan.lib.3,
Insiluit solo nocturnus pondere puppi.
Tergo alicuius insilire. Ouid.12.Metam.
Vndis insilit.Ouid.8.Metam.
Insilire in equum. Liu.6.ab Vrbe.& lib.8.
Insilire in cruciatum. Plaut.Milite,6.
Insilire saltu.Plin.lib.8.cap.16.

¶ Insilire, cum accusatiuo sine præpositione.Suet.in Claudio,Qui feros tauros per spatia Circi agunt,insiliúntque defessos.

Insultura,huius insulturæ,pen.prod. {ἐπιπήδημα.} Plaut.Milite,6,
-tu sali solus:
Nam ego istam insulturam, & desulturam nihi moror.

Insulto, insultas {ἐπιπηδάω, πατρεβάρω, ἐφοδεύω, ἐπαγέρω} insultare, Frequētatiuum à salio,quasi Sæpius & cum impetu subire. & modò datiuo, modò accusatiuo iungitur.Virg.3.Georgicorum,
-equitem docuere sub armis
Insultare solo,& gressus glomerare superbos.
Floribus insultant hœdi. Virg.4 Georg.
Iacenti insultare. Ouid.2. Trist.
Insultare malis,rebúsque ægrescere lætis. Stat.2. Theb.

¶ Insultare alicui, pro Irridere, & contumeliosius in aliquem aut dicere aliquid,aut facere. Suet.in Cæsare. Cic.7. Verr.Num tibi in calamitate insultare,&c.

Capiti insultans. Virg.8.Æneidos,
-neque finitimo Mezentius vnquam
Huic capiti insultans,tot ferro sæua dedisset Funera.
Moribus duris insultare alicui. Propert.lib. 2.eleg.5.
Insultare bonos,Impetū facere in bonos, vel irridere eos. Sallust.
Multos à puritia bonos insultauerat. Sic Seruius interpretatur in decimum Virgilij.

Insultare fores calcibus. Terent.Eunuch.2.2,
-sine biduum hoc præteream,
Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus:
Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.

Seguitiam alicuius insultare. Tacit.lib.4, Qui nunc patientiam senis,& segnitiam iuuenis iuxtà insulret.

Insultare in omnes.Cic.2.de Nat.deor.

Insultare,absolutum.Virg.10.Æneidos,
Cernis vt insultent Rutuli? Id est per cauillationem irrideant, vt Seruius

Seruius interpretatur. Liu.6.ab Vrbe, Etiam minimè toleranda superbia insultat.

Insultans,Participium {ἐπιμαίνων.} vt Fremit æquore toto insultans sonipes.Virg 11.Æneid.

Equis insultans. Lucret.lib.3.

Insultatio,Verbale {ἐπιπήδημα.} Quintil.lib.8.cap.5, Non tam probatio,quàm exercema quasi insultatio.

Insimul,penult.corr.Aduerbium {ἅμα} significat Vná.Stat.1.Sylu.6, Et gentes alis insimul togatas. Rarum est & infrequens.

Insimulo,insimulas,pen. corr. {ὑποκρίνω,ὑποπτεύω,ὑποπτάσσω} insimulare,Idem quod simulo.Cic.3.Offic.
-solus neglexit fidem,
Fugere insimulauit,ne quo iret:institit. Ex quodam poeta. Idem 4. Verr.Insimulant homines fraudandi causa discessisse.

¶ Insimulare. Accusare. Festus, Insimulare, Crimen in aliquem configere.Cic.pro Sylla,Syllam interea nemo insimulauit,nemo nominauit. Terent.Heaut.1.2,
Quod illum insimulant durum,id non est.
Criminibus falsis insimulasse virum. Ouid.epist.6.
Insimulare aliquem auaritiæ. Terent.Phorm.2.3. Cic.3. Verr.Verrem insimulat auaritiæ & audaciæ.
Insimulare flagitij. Cic.ad Att.lib.10.208. Fraudis, Liu.4.bel.Maced. Probri, Cic.2.Philipp. & Plaut.Amphit.5. Proditionis, Cæsar 7.bel.Gal. Cupiditatis, Cic.6.Verr.
Peccati.Cic.3. Tuscul.
Repetundarum insimulari.Quintil.lib.4.cap.2.
Insimulare falsō. Cic.7. Verr.
Apertè insimulare. Cic.pro Cluent.
Insimulari crimine. Liu.4 bel.Pun.
Insimulare aliquem facinus. Plaut.Amphit.8,
Nimis ecastor facinus mirum est,qui illi colubitum siet
Meo viro,me insimulare falsum facinus tam malum.

Insimulatio, Verbale {ἐπίπλασις.} Cicero 7.Verrina,Primum insimulatio est repentina, capitalis, atque inuidiosi criminis. Idem pro Fonteio, In falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur.

Insinuo,insinuas {ἐγκαταζεύγνυμι, παρεισδύνομαι, παρεισάγω} insinuare, In sinum immittere.

Opes alicui insinuare.Propert.lib.3.eleg.9.

¶ Insinuare,Immittere, quasi sinu accipi. Sisenna lib.4.Histor.Agmen perturbatum peditis insinuat,ac loco commouent.

Sol æstum insinuat per septa domorum. Lucret.lib.6.

Insinuare se in equitum turmas. Cæsar 4.bel.Gall.

Insinuare se mala. Cic. ad Brutum, 16, Ne defatigere,neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis: futura quoque, nisi antè sit occursum,explores,ne se insinuent.

Dolorem oculis quæ gignunt insinuando. Lucret.lib.4.

Insinuare aliquem alteri.Sueton.de Claris grammat.

Insinuare aliquem animo alterius. Plin.in Paneg.

Insinuare se,subaudita præpositione ad,vel in.Cic de Amicit.Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiosè cauendum est. De assentatore loquitur.

Blandiri,& suppliciter se insinuare. Cic.1.de Orat.Idque cum argumentis docuerat, quòd ita nati essemus, vt & blandiri & suppliciter insinuare iis à quibus esset petēdum, & aduersarios minaciter terrere possemus,& rem gestam exponere,&c.

Insinuare se ad amicam alterius. Plaut.Milite,4.

Insinuare se in amicitiam alicuius, Non rectà, sed per quosdam sinus & quasi diuerticula latenter in amicitiam ingredi. Plaut.Cistel. 2,Inde in amicitiam insinuauit cum matre, & mecum simul. Tertio antè versū dixerat,Obsecro quo is homo insinuauit pacto ad rē? vtro bique subaudiendus videtur accusatiuus, se. Insinuauit,id est inflexit se ad te,sinque tuos amores est ingressus.

In consuetudinem alicuius se insinuare. Cicero Figulo, libro 4.13, Nam & complectar eius familiarissimos, qui me admodum diligunt, multúmque mecum sunt, & in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit,insinuabo.

Insinuare se in causam. Cic.2.de Orat.Deinde vt in iis locis, quos proponam paulo pòst, peruoluatur animus, vt se penitus insinuet in causam,vt sit cura & cogitatione intentus. Id est, vt interiora causæ perspiciat,pernoscátque. Budæus.

Insinuare se in familiaritatem alicuius. Cic.5. Verr.Videtis vt moueat Apronium,quibus rebus ac muneribus insinuet in familiaritatem Metelli?

Insinuare se in quammaximè familiarem vsum. Liuius 10.bel.Macedon. In præsentia dat ei, vt per omne obsequium insinuaret se in quammaximè familiarem vsum, vt elicere omnia arcana, &c. posset.

Insinuare se in philosophiam. Cic.5.Tuscul. Etsi Zeno Cittieus aduena quidam, & ignobilis verborum opifex, insinuasse se in antiquam philosophiam videtur.

Insinuare se in sermonem aliquorum. Cicero 2.de Lege agraria, Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem, ac darem, celabar,excludebar.

Insinuat suspicio animis. Liuius 10.bell.Macedon. Id est subiecrat animos.

¶ Insinuatis manibus, apud Hermolaum, pro In sinum compressis,teste Budæo.

¶ Insinuat, pro Insinuatur.Virg.2.Æneidos,
Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor. Seruius.

Insinuatio, Verbale {παρεμφασις, ὑφοδος} Pars orationis, Id est callidus & subtilis aditus ad persuadendum, vt ait Seruius in vndecimum Æneid. Cicero 1.de Inuentione,Insinuatio est oratio quadam dissimulatione & circuitione obscurè subiens auditoris animum. Vide Quintil.lib.4.

Insipo,insipas {ἐκπαίσσω} insipare,Idem esse & desipere. Farinam iaceré pulti,inquit Festus. Apud eundem,insipere pro eodem significato legitur. Cato cap.83,Ita insipato in aulam nouam.

Insipidus, penultima correpta, Adiectiuum {ἄσταπος} Sine sapore. Gellius libro 6.capite 1, ex Chrysippo, Nihil est prorsus,inquit, insipidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent itidem mala.

Insipiens,insipientis,o.g. {ἄφρων} Sapienti contrarium. Cic.2 de Finib.Quid turpius quàm sapientis vitam ex insipientiū sermone pendēre? Idem de Amicitia, Neque quicquam fortunato insipiente intolerabilius fieri potest.

Seclum insipiens. Catull.in amicam Formiani,epigram.4.

Insipientia,insipientiæ {ἀφροσύνη,ἀφροσία} Imprudentia,dementia Plaut. Amphit.3,
Iusta autem ab iniustis petere,insipientia est.

Insipienter, Aduerbium {ἀβούλως} Imprudenter. Cic.de Senect.At speraт adolescens diu se victurum,quod sperare idem senex non potest, insipienter sperat. qui enim,&c.

Insisto, insistis, instit,pen.corr. {ἐνίστημι,ἐπίκειμαι,ἀφίσταμαι} institum, insistere, Significat consistere. Plinius lib.34. capite 8, Proprium eiusdem vt vno crure insistere:qui signa,excogitasse,vt ait Varro. Hoc est, firma tenerent.

Ramis tremulis insistens. Sil.lib.7.

Insistere in. Cicero 4. Academ. Sin autem vsque ad nouem, vbi gratia, sine dubitatione respondes pauca esse, in decimo insistis,&c.

Insistere digitis. Plin.lib.10.cap.47.

Insistere hastæ, Id est inniti. Plin.de Viris illust.

¶ Insistere, Obfirmare animum. Terent.Hecyra.3.5,
Verùm vide ne impulsus ira,prauè insistas.

¶ Insistere, pro Cohærere. Quintilian.lib.8.cap.5, Vnde soluta ferè oratio è singulis non membris, sed frustis collata, structura caret: quum illa rotunda, & vndique circuncisa insistere inuicem nequeant.

¶ Insistere, pro Resistere, & quasi sistere gradū.cui opponitur Procedere & progredi Cic.5.Verr.Quot vultis esse in vno furto peccatorum gradus? vt si singulis insistere velim, progredi iste non possit. Idem in Orat.Sæpe accidit, vt aut citius insistendum sit, aut longius procedendum. Ex Budæo.

Ne insistas credere huic, Hoc est Ne verbis illius pergas credere. Plaut.Capt.11.

¶ Insistere,Vrgere, perseuerare, Grauiter laborare, donec quid sit absolutum. Cæsar 3. bel.Gall.Neque satis Bruto, qui classi præerat, vel Tribunis militum, Centurionibusque,quibus singulæ naues erāt attributæ, constabat quid agerent, qua ratione pugnæ insisterent. Alij legunt,aut quam ratione pugnæ insisterent. Terent.Phorm.1.4, Aut qua quærere insistam via?

Insisto huic rei, Id est ea re vti soleo,& acquiesco. Celsus,Ob quæ competit illa quidem non oportere negligere, sed iis quoque insistere. Budæus.

Insistere argumentari. Columel.lib.3.cap.10, Nec ego abnuerim in hoc me institisse argumentari.

Insistere curæ rerum. Plin.lib.28.cap.1.

Rebus magnis insistere. Tibullus lib.4.ad Messalam,eleg.1.

In re aliqua insistere.Quintil.lib.3.cap.6.

Insistere in gloria.Cic.pro Sextio, Tum in tanta gloria insistentes, vt eis omnia humana leuiora videri debeant,&c.

Insistere mente & animo in rem aliquam. Cæsar 6.belli Gall:ci, Hac parte Galliæ pacata.totus & mente & animo in bellū Treuerorum & Ambiorigis insistit.

Insistere limen,Ingredi. Virgil.6.Æneid.Vbi Seruius,Insisto illam rem dicimus,non illi rei:quod qui dicunt,decipiuntur propter Insto illi rei.

Insistere munus. Cic.3.de Oratore,Quonam igitur modo tantum munus insistemus, vt arbitremur, &c. Id est instituemus, inquit Budæus.

Insistere negotium aliquod, Persequi. Plaut.Milit.12.

Insistere res in. Cic.6.Verr.Insistebat in manu Cereris dextra simulacrum pulcherrimè factum Victoriæ. Id est erat.

Spei insistere. Tacit.lib.18.

Studiis suo nixu insistere.Quintil.lib.1.cap.12.

Insistere vestigiis. Cic.3.de Oratore, Quibus vestigiis primùm insistiti,in iis ferè soleo perorare.

Insistere vestigiis alienis: Id est, inhærere, & sequi aliena vestigia. Quintil.in Proœm.lib.3.

Insistere vestigiis laudum suarum. Liu.5.ab Vrbe.

Insistere in vestigio. Cic.3.de Oratore, Vestigium illud ipsum in quo ille postremum institisset.

Insistere vestigia,pro Firmare.Virg.11.Æneidos,
Vtque pedum primis infans vestigia plantis
Institerat,iaculo palmas armauit acuto.

Insistere viam,& insistere iter,Proficisci & ambulare. Plaut.Milit. 10. Terent.Eunuch.2.3,
Vbi quæram? vbi inuestigem? quem perconter?quam insistam viam?
Viam insistere agendi aliquid.Virg.3.Georg.

Insistere viis aut ingredi. Cic.pro Cælio, Et interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset.

Institio,institionis, Verbale, Progressioni opponitur. *Arrest.* Cicero Tusculan.1, Aut qui errantium stellarum cursus, progressiones, institiones notauit? Vbi malè quidam legunt institutiones. Vocat enim Cicero stellarum institiones, quum omnino non moueantur, sed ad quoddam tempus insistunt, siue consistunt. id quod ipsemet testatur libro 2.de Natura deorum, his verbis, Isdémque spatiis hæ stellæ quas vagas dicimus, circum terram feruntur, eodémque modo oriuntur & occidunt. quarum motus tum incitantur, tum retardantur,sæpe etiam insistunt.

Insitio, Insitītius, Insitum, Insitiuus, Vide INSERO, inseui.

Insociabilis, & hoc insociabile, penult. corr. {ἀκοινώνητος} Quod coniungi non potest. Plin.lib.16.cap.43, In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter se & cum aliis insociabili glutino, sicut robur.
Indomita & insociabilis gens. Liu.7.bel. Maced.
Regnum insociabile. Tacit.lib.13.
Insociabilis omnibus. Liu.7.bel.Pun.

Insolabiliter, penult.corr.Aduerbium {ἀπαραμυθήτως} Horat.lib.1. epistol.14,
Fratrem mœrentis rapto & de fratre dolentis
Insolabiliter.

Insolatio, Insolatus, Vide INSOLO.

Insolens, pen.corr.huius insolentis, o.g. {ἀλαζὼν} Insuetus, qui id de quo dicitur, facere non soleat. Donatus.
Insolens, Insolitus, insuetus. Terent.And.5.4.
Quid tu Athenas insolens? Salluſt Insolens vera accipiendi.
Ignarus & insolens. Cic.1.de Orat.
Insolens verbum, Quo non vruntur Latini authores. Gell.lib.1. cap.10, Vt tanquam scopulum fugias inauditum, atque insolens verbum. Quintil.lib.4.cap.1.
Insolens rerum aliquarum. Cic.1.de Orat. Deprehensum equidem me, inquit Antonius, planè video atque sentio, non solùm quòd ea requiruntur à me, quorum sum ignarus atque insolens, &c.
Bellorum insolens. Tacit.lib.17.
Animus contumeliæ insolens. Tacit.lib. 18.
Insolens infamiæ semper in laude versatus. Cicero Attico, libro 2. 36, Itaque ille amicus noster insolens infamiæ, semper in laude versatus. Vbi interpres, Id est insolitus infamiam audire.
¶Insolens {ἀλαζών} Arrogans, Inèperans, qui modum & rationẽ excedit, Immodestus, Immodicus, Immoderatus. Donatus, Insolens, & arrogans intelligitur. qui præter legem agit humanam & naturalem, insolens dicitur. Cic.pro Marcello, In victoria, quæ natura insolens & superba est. Idem de Senect. Nec erat ei verendum, ne vera de se prædicãs, nimis videretur aut insolens, aut loquax.
Achilles insolens, Vide ACHILLES.
Exercitus insolens. Horat.1.Carm.ode 16.
Fastidium insolens. Cic.1.de Finib.
Insolens hostis. Cæs.1.bell.Ciuil.
Lætitia insolens. Horat.2.Carm.ode 3.
Ludus insolens. Horat.3.Carm.ode 29.
Insolens ostentatio. Cic.in Parad.
Insolens in re aliena. Cic.pro Rosc.Amer. Qui in sua re fuisset egentissimus, erat (vt fit) insolens in aliena, &c.
Insolentissimus, Superlat. Cælius ad Ciceronem, lib.8.12.
Insolentissimi homines, summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantiana iurant.
Nomen insolentissimum. Quintil.in Procem.lib.1.

Insolenter, Aduerbium {ἀλαζόνως} Cic.1.de Inuent. Deinde natura eius euenire vulgo soleat, an insolenter ac raro.
Insolenter, Arrogãter & superbè: vt Insolenter se efferre. Cicero 4. Tusc.ul. Et ad Atticum, lib.1.11, Insolenter gloriari.
Superbè & insolenter. Liu.2.ab Vrbe, Tandem superant externa: adeò superbè, insolentérque hostis eludebat.
Insolenter & arroganter. Plin.lib.35.cap.10.

Insolentia, huius insolentiæ {ἀῤῥησία} Insuetudo, res non consueta & solita. Cic.1.de Orat. Sed mehercule istius disputationis insolẽtia, atque earum rerum, quæ quasi traduntur in arte insititia.
Insolentia sermonis. Liu.7.bel. Maced. Et offenderunt aures insolentia sermonis.
¶Insolentia, Nouitas. Cic.pro Deiotaro, Moueor etiam loci ipsius insolentia. Et pro Cælio, Fama adolescentis paulum hæsit ad metas notitia noua mulieris, & insœlici vicinitate & insolentia voluptatum. Budæus.
¶Insolentia {ἀλαζονία} Arrogantia, superbia. Cic.1.Tusc.ul. Quæ quidem cogitans soleo sæpe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturæ cognitionem admirantur.
Ex arrogantia odium, ex insolentia arrogantia. Cicero 1. de Inuentione.
Insolentiam & iactationem hominum ferre, Vide IACTO.
¶Insolentia, Nimij sumptus & immodici, qui scilicet in cœnas fiunt, & res alias. Cic.Epist.Famil.lib.9.epist.20, In Epicuri nos aduersarij nostri castra coniecimus, nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, quam in sumptum habebas.

Insolidum, siue Insolido, pen.corr. {εἰς ὁλόκληρον} Integrè. Senec.de Benefic.lib.3.cap.4, Præsentia nondum tota insolido sunt: potest illa casus aliquis incidere. Ni fortè legendum quis putet, in solido. hoc est firma & certa.
Debere insolidum pecuniam. Iabol. De duobus reis. l. secunda.
Obligari insolidum. Vlpian. De duobus reis. l. His verbis.
Spondere insolidum. Iulian. De duobus reis. l. Reos.

Insolitus, penult.corr.Adiectiuum {ἀσυνήθης} Non suetus. Virgilius 1. Georgicorum,
-insolitis tremuerunt motibus Alpes. Vbi Seruius, Insolitis aut nouis, id est nunquam antea in Alpibus factis, aut magnis & maioribus solito.
Rarum & insolitum. Plin.in Paneg.
Clamor insolitus. Stat.1. Thebaid.
Eloquium insolitum. Horat.de Arte.
Rem insolitam apportare auribus. Lucret.lib.5.
Insolita ratio dicendi. Cic.pro Lege Manil.
Insolita victoria. Cic.pro Lege Manil.
Insolitus ad laborem exercitus. Cæsar 3.bel.Ciuil.
Insolitas fœminas prodire cogis in conuentum. Cic.3.Verr. Cur pudentissimas electissimásque fœminas in tantum virorum conuentum insolitas inuitásque prodire cogis?
Insolitus rerum bellicarum. Salluſt.in Iugurtha, Pars dolere pro gloria imperij, pars insolita rerum bellicarum timere libertati.

Insolitè, pen.corr. Aduerbium {ἀσυνήθως} Gell.lib.1.cap.2, Intempestiuè ac insolitè differebat. Quidam legunt insubide differebat.

Insolum veteres, pro Insolitum dixerunt. Afranius Crimine, Orbitatem senectuti tuæ malam merui, quod insolũ non venit cæco ac demẽti.

Insolo, insolas, pen.prod. {ἀναξηραίνω} insolãre, Ad solem siccare. Columb.lib.4.cap.17, Nam & sic facilius insolatur humus, & fructus percoquitur. Id est solem admittit.

Insolatus, pen.prod.Participium {ἀναξηρασμένος.} Columel.lib.5, Super hoc materiæ quæ fructum habent, melius conualescunt, & vuæ commodius insolitæ percoquuntur.
Insolati dies & repidi, apud Columellã, Illustres, quibus sol lucet. Columel.lib.11.cap.3. Budæus.

Insolatio, Verbale {ἀναξηρασία.} Plin.lib.21.cap.14, Candidissima verò fit, post insolationem etiamnum recocta. De cera.

Insolubilis, & hoc insolubile, pen.corr. {ἄλυτος} Ab in, & soluo quasi quod diffugari non potest. Quintil.lib.5.cap.9, Vbi est signum insolubile, ne lis quidem est.
Insolubiles causæ sunt, quæ mutuis inuicem nexibus vinciuntur: & dum altera alteram facit, ita vicissim de se nascuntur, vt nunquam à naturalis societatis amplexibus separentur. Macrob. in Som. Scip. lib.1.cap.vlt.
Insolubile indicium, Necessarium, quod vrget hominem, apud Quintilianum. Budæus.
Insolubile, Quod pensari non potest. Senec.de Benef.4, Dicetis beneficium debitum insolubile esse.

Insolutus, pen.prod. Adiectiuum, pro Non soluto. Senec.De Benef.lib. 2.cap.26, Inde est vt omnia meruisse se existimet, & insolutum accipiat, nec satis pro suo pretio æstimarum putet.

Insomnium, insomnij {ἐνύπνιον} Quod per somnium videmus, vt ait Seruius. Tibull.lib.3.eleg.4,
Dij meliora ferant, nec sint insomnia vera. Cic.de Senect. Caret ergo etiam vinolentia & eructuate, & insomniis.
Falsa insomnia. Virg.6.Æneid.
Exercent rapidam truculenta insomnia mentem. Silius lib.10.
Vexant me insomnia. Ouid.3. Trist.eleg.8.

Insomnia, insomniæ {ἀγρυπνία} antiquis dicebatur pro vigilia. Cæcilius Plotio, Consequitur comes insomnia: ea porrò insaniam affert. Donatus in illud Terentij ex Eunuch.2.1,
Aut mox noctu te adigent horsum insomnia. Legitur, inquit, & adiget: vt sit Insomnia, numeri singularis.

Insomnis, & hoc insomne {ἀγρυπνος, ὕπνος} Quod est peruigil. Tacit. lib.1, Apud Romanos inualidi ignes, interruptæ voces, atque ipsi passim adiacerent vallo, oberrarent tentoriis, insumnes magis quàm peruigiles.
Noctem insomnem ducere. Virg.9.Æneid.
Oculi insomnes. Stat.3.Thebaid.

Insomniosus, pen.prod. Adiectiuum {ὑπνηλικὸς} Qui insomniis torquetur. Cato cap.157, Omnis qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies.

Insono, insonas, pen.corr. insonui {ἐνηχέω} insonãre, Idem quod simplex. Lucan.lib.1,
Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes, &c.
Calamis agrestibus insonat. Ouid.11.Metam.

Insonus, pen.corr. Adiectiuum {ἄψοφος} Quod est sine sono ac strepitu. Apuleius, Insono vestigio me perducit. Antiquum.

Insons, insontis, om.gen. {ἀναίτιος, ἀναίτητος} Qui extra culpam est: innocẽs, inquit Festus. Liu.4.ab Vrbe, Etiam si regni crimine insons fuerit. Plaut. Amphit.9. Liu.4.bel. Maced. Insons publici consilij:
Fraterni sanguinis insons. Ouid.13.Metam.
Amicij insontis casum indignabar. Virg.2.Æneid.
Casas insontes cremare. Ouid.3. Trist.eleg.10.

Insopitus, pen.prod. Adiectiuum {ἀϋπνωτος} vt Insopitus draco. Ouid. 7.Metamorphoseos,
-cur non tauros, exhortor in illum,
Terrigenásque feros, insopitúmque draconem? Hoc est insomnem.

Insortitus, pen.prod. Adiectiuum. Plaut. Casin.7,
Si non impetrauit, spicula etiam insortita sunt mihi.

Inspectio, Inspecto, Inspectus, Vide INSPICIO.

Inſperans, penultima producta, Adiectiuum {ἀνελπίζων} Qui non sperat.
Insperante te atque inuito. Terent.And.3.4,
-in nuptias conieci herilem filium:
Feci hodie vt fierent insperante hoc, atque inuito Pamphilo.
Insperanti mihi cecidit vt in istum sermonem dilaberemini. Cic.1. de Orat.

Insperatus, pen.prod. Adiectiuum {ἄελπτος} Quod non sperabatur: vt
Insperatum gaudium. Terent.Heaut.3.1,
-celem tam insperatum gaudium,
Quum ille nihil periculi ex iudicio siet?
Insperatum consilium. Cic.4.Philipp.
Insperatum nec opinatum malum. Cic.3. Tusc.ul.
Insperata occasio. Terent.Eunuch.3.5, -an ego occasionem
Mihi ostentatam, tam breuem, tam optatam, tam insperatam
Amitterem?
Insperatæ repentinæque pecuniæ. Cic.2.in Catil.
Tellure insperata potiti. Virg.3.Æneid.
Insperatissimus, Superlatiuum. Plaut.Pœn.17,
O mi here salue, Hanno insperatissime mihi, tuíque filius.

Ex-insperato, Aduerbium {ἀπροσδοκήτως} Præter spem & opinionem. Plin. lib.25.cap.2, Seruatúsque est ex-insperato.

Insperabilis, & hoc insperabile, pen.corr. {ἀέλπιστος} Quod sperati vix potuisset. Gell.lib.4.cap.18, Pacémque & victoriam vobis peperi insperabilem.

Inſpergo, inſpergis, inſperſi, inſperſum {ἐπιπάσσω} inſpérgere, Idem quod Aſpergere, & liquorem aliquem ſpargendo abluere, & humectare. Cic.2.de Diuinat. Cor eſt in extis, iam abſcedet ſimul ac molam & vinum inſperſeris.
Inſpergere oleam ſale. Cato cap.65.
Inſpergere potioni. Plin.lib.12.cap.17.
Næui inſperſi egregio corpore. Horat.1.Serm.ſat.6.

Inſpergendus, Participium. Columella libro 11.cap.2, Hoc eodem tempore, ſtercoris pars in prata digerenda, pars olei, & cæteris arboribus inſpergenda.

Inſpicio, inſpicis, penult.corr.inſpexi.inſpectum {ἐισοράω, ἐπισκοπέω} inſpícere, Ex In, & Specio antiquo verbo, Intrò aſpicere ſignificat. Plaut.Aulul.3, Credo aurum inſpicere volt, ne ſurreptum ſiet.
Inſpicere marſupium. Plaut. Menæch.7.
¶Inſpicere, Penitus cognoſcere, & obſeruatione accurata proſequi, Rem diligenter conſyderare & æſtimare. Plaut.Moſtel.8, Cupio hercle inſpicere has ædes. Sic inſpicere agrum, apud Colum.libro 1.cap.3. Inſpicere prædium, apud Ciceronẽ Epiſt.Fam.lib.9.epiſt.7. Et inſpicere hominem propius, à Plinio dicitur epiſt.99.lib.10, Inſpicere vitas hominum, apud Terent.in Adelphis 3.3. Cic.2.Philipp.
Viſne igitur te inſpiciamus à puero? Ex Budæo.
Inſpicere hortos. Cic.ad Attic.lib.12.238, Eſt igitur animus in hortis: quos tamen inſpiciam quum venero.
Inſpice maius opus. Ouid.2. Triſt.
Inſpicere aliquem experimentis, Experientia probare & cognoſcere. Colum.lib.1. cap.8, Eligendus eſt ruſticis operibus ab infante duratus, & inſpectus experimentis.
Fides inſpicienda duro tempore. Ouid.1. Triſt.eleg.4.
Inſpicere ſententiam alicuius, pro Anxiè attendere quid velit. Plautus Mulite.4,
Ego quoniam inſpexi mulieris ſententiam,
Cepi tabellas, conſignaui clanculum.
Inſpicere in ſpeculum. Terent.Adelph.3.3,
Nihil prætermitto, conſuefacio: denique
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, vitas omnium
Iubeo: atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.

Inſpectus, Participium {ἐισωμένος.}
Inſpectæ ſunt apud portitores. Plaut. Trinum.11.
Inſpecta omni re. Plaut. Aulul.2.

Inſpecturus, penult. prod. {ἐισοψόμενος} Participium futurum. Virgilius 2.Æneidos,
Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros
Inſpectura domos, venturáque deſuper vrbi.

Inſpector, Verbale {ἐισοπτικὸς} Qui rem aliquam vænalem pro poteſtate cognoſcit. Hæc Budæus. Plin.lib.37.cap.7, Accedit religio narrata à ſiderum cognitione ab inſpectoribus, quoniam ferè ſtellarum hyadum & numero & diſpoſitione ſtellantur.

Inſpectio, Aliud verbale {ἐισόψεσις.} Columel lib.1. cap.4, Nam prima inſpectione neque vitia, neque virtutes abditas oſtendit. Hoc eſt, primo oculorum intuitu.
Inſpectio, Diligens rei alicuius conſyderatio. Cic.2.Philipp.
Nos enim obnunciationem ſolùm habemus: Conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem. Id eſt cognitionem & iudicium.
Ira Budæus. Ex veruſto codice legitur, nunciationem & ſpectionem.
Abſtinere inſpectione, Vide ABSTINEO.
In inſpectione poſitæ artes. Quintil.lib.2.cap.18.
Conſtare inſpectione. Quintil.lib.2.cap.17.
¶Inſpectio, pro ſimpli intuitu oculorum. Quintilian. lib. 5. cap.5. Theoricas artes intelligit, quibus opponuntur practicæ. Inſpectio ipſa ſæpe etiam falſum deprehendit.

Inſpecto, inſpectas {ἐισοράω} inſpectãre, Frequentatiuum, Attentè & cum diligentia intueri. Plaut.Pœn.9,
Illinc procul nos iſtuc inſpectabimus. Cic.ad Brutum, 4, Quod vtinam inſpectare poſſis timorem de illo meum.
Inſpectare de tegulis. Plaut.Milite, 5.
Inſpectauit per impluuium. Plaut.Milite, 5.
Inſpectare populo. Cic.6.Verr. Hinc illa crux, inquam, ciuem Romanum iſte multis inſpectantibus ſuſtulit. Idem 1. de Diuinat. Inſpectante & rege & populo.
¶Inſpectare principem aliquem, pro Cuſtodire. Sueton. in Cæſare, Sunt qui putent conſilium eum nouiſſimo illo Senatuſconſulto, ac iureiurãdo etiam cuſtodias Hiſpanorum cum gladiis inſpectantium ſe remouiſſe.

Inſpectatio, inſpectationis, Verbale. Seneca Natur. quæſt.lib.6, Quorum eſt adeò mihi dulcis inſpectatio, vt quamis, &c.

Inſpico, inſpicas, pen.prod. {ἐπισκόπω} inſpicãre. Virg.1.Georgicorum,
-ferróque faces inſpicat acuto. Vbi Seruius, Acuto ferro incidit ad ſpeciem & imaginem ariſtarum.

Inſpiro, inſpiras, penult.prod. {ἐμπνέω, ἐπιπνέω, ἐμφυσάω} inſpirãre, Intus ſpirare, Ventum ſeu ſpiritum infundere. Colum.lib.1.cap.66, Sed granaria ſcalis adeãtur, & modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. Hoc eſt, verſus Aquilonem aperiantur, vt ſint perflatiles. Quintilianus libro 10. capite 3, Inſpirantes ramis arborum auræ volucrúmque cantus.
Tacitum inſpirat amorem. Stat.1.Sylu.2.
Occultum inſpires ignem. Virg.1.Æneid.
Venenum inſpirant morſibus. Virg.4.Georg.
Viribus inſpirare. Quintil.lib.2. cap.5, Quanta deinceps in diuidendo prudentia, quàm ſubtilis & crebra argumentatio, quibus viribus inſpiret.
Inſpirare alicui literæ, Gell.lib.2. cap.3, dixit, quod Aſpirare literam dici conſueuit.

Inſpoliatus, penult. prod. Adiect. {ἀνυπόδυτος} Spoliato contrarium. Quintil.lib.7.cap.2, Hominem occiſum eſſe conſtat, non in ſolitudine, vt à latronibus ſuſpicer: non prædæ gratia, quia ſpoliatus eſt: non hæreditatis ſpe, quia pauper fuit. odium igitur in cauſa.

Inſpuo, inſpuis, inſpui, inſputum, penult. prod. {ἐμπτύω} inſpúere, ſuper aliquid ſpuere. Plin.lib.31. cap.9, Datúſque lingendus, & oculis iumentorum inſpuitur. De ſale.
Inſpuere in frontem mediam hominis. Seneca de Ira.

Inſputo, inſputas, penult.prod. {ἐμπτύομαι} inſputãre, Frequentatiuum, Sputo aliquem fœdare. Dicimus autẽ Inſputare aliquem & alicui. Plaut.Capt.11, Et eum morbum mihi eſſe, vt qui me opus ſit inſputarier. Et paulo pòſt, Quibus inſputare ſaluti fuit, atque iis profuit.

Inſtabilis, Inſtans, Inſtanter, Vide INSTO, inſtas.

Inſtar, Indeclinabile {ἰσάκις} Ad æquiparationem, vel magnitudinem, vel menſuram. Virg.2. Æneidos,
Inſtar montis equum diuina Palladis arte
Ædificant. Columel.lib.2. cap.5, In campo rarius, in colle ſpiſſius acerui ſtercore inſtar quinque modiorũ diſponentur. Id eſt ad menſuram. Liuius, Initio milites Cannenſes dati duarum inſtar legionum. Id eſt, circiter.
¶Inſtar, Ad ſimilitudinem. Cicero M. Catoni, lib.15.4, Fugeranam autem, quę fuit non vici inſtar, ſed vrbis, &c. Plin. in Paneg. Ciuitáſq; Romana inſtar erat odij & diſcordiæ, & orbitatis, quum clariſſima pignora ſalua ipſorum pietate diſtraherer.
Exhorruit æquoris inſtar. Ouid.4.Metam.
Deorum inſtar. Tacitus lib.3, Igitur C. Ceſtius Senator diſſeruit, principes quidem inſtar deorum eſſe.
Inſtar mortis. Cic.2. Offic. Patrocinio verò ſe vſos, aut clientes appellari, mortis inſtar putant.
Inſtar vitæ. Cic.ad Varronem, lib.9.6, Equidem hos tuos Tuſculanenſes dies inſtar eſſe vitæ puto.
Inſtar voluminis erat epiſtola. Cic.Attico, lib.10.195, Ea verò epiſtola, quæ voluminis inſtar, erat ſæpe legenda, ſicuti facio, &c.
¶Inſtar, in nominatiuo eleganter poſitum. Iuſtinus libro 4, Mittitur Philippus ſolus, ſed in quo inſtar omnium auxiliorum erat. Id eſt, ſed qui ſolus tantum potuit, quantum omnes auxiliari.
Item pro exemplari. Virg.6.Æneidos,
-quantum inſtar in ipſo eſt? Vlpianus De noui operis nuntiatione. l. Stipulatio, Si proponatur inſtar quoddam, & quaſi facies quædam operis facta.
Inſtar admittit nonnunquam præpoſitionem AD, & ſignificat Ad ſimilitudinem. Apul.lib.9.Metamorph. Ad inſtar ſcoparum. In eodem, Iſte quoque ad inſtar infœliciſſimi ſui filij iugulum ſibi multis ictibus contrucidat. Pacuuius apud Authorem ad Herenn. lib. 2, Fortunam inſanam eſſe & cæcam & brutam perhibent philoſophi: Saxíque ad inſtar globoſi prædicãt eſſe volubilem. Vetera exemplaria legunt, Saxóque inſtare globoſo prædicant volubili.

Inſtauro, inſtauras, penult.prod {ἐπανανεόω, ἀνακαινίζω} inſtaurãre, Renouare, & quaſi inſtar alterius facere. Feſtus, Inſtaurari, ab Inſtar dictum: quum aliquid ad priſtinam ſimilitudinem reficitur. Cic.pro Roſc.Amer. Cauete per deos immortales Iudices, ne noua & multo crudelior per vos proſcriptio inſtaurata eſſe videatur.
Inſtaurare epulas. Virg.3.Æneid. Id eſt, denuo imponere.
¶Inſtaurare, pro Apparare, & Inſtruere interdum accipitur. Plin. lib.31.cap.2, In villa ſua Academia nomine, Cicero monumentum ſibi inſtaurauerat. Cic.ad Attic.lib.1.8, Idque ſacrificium quum Virgines inſtauraſſent, &c. Budæus.
Inſtaurare tunicam aduerſus hyemem. Plin.lib.11.cap.23, Papilliones aduerſus hyemem tunicas ſibi inſtaurant denſas. Id eſt faciunt & parant, inquit Budæus.
Renouare & inſtaurare. Cicero 2. Verr. Idem de Aruſpicum reſponſis, Quorum de ſententia illa eadem renouata atque inſtaurata celebrantur.
¶Acies inſtaurare. Virg.10. Æneidos,
Inſtaurant acies Vulcani ſtirpe creatus
Cæculus, &c. Seruius, Antè ſuſas acies accipimus ex eo quod dixit Inſtaurant.
Animum. Virg.2. Æneidos,
Inſtaurati animi regis ſuccurrite tectis.
Bellum, aut pugnam, Inſtruere, vel denuo pugnare. Iuuen.ſat.15,
-& infeſtis pugnam inſtaurare ſagittis. Liuius lib. 4. Cic.de Prouinc.Conſul. in Piſonem & Gabinium, Periculum ſi ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus.
Cædem. Cic.pro Domo ſua, Et tibi & gladiatoribus tuis inſtaurandæ cædis poteſtatem non feciſſe. Hic Budæus Inſtaurare pro Facere interpretatur, & apparare.
Choros inſtaurat. Virg.4.Æneid.
Diem donis. Virg.4.Æneidos,
Aut ante ora deũm pingues ſpatiatur ad aras,
Inſtaurátque diem donis. Seruius, Inſtaurat ideo, quia iam ſuprà ſacrificauerat.
Epulas certatim inſtaurant. Virg.7.Æneid.
Funus. Virg.3.Æneidos,
Ergo inſtauramus Polydoro funus.
Honores inſtaurat. Virg.5.Æneid.
Honos inſtauratur. Silius lib.13.
Iter inſtaurabat ad Argos. Stat.2. Thebaid.
Ludos inſtaurare. Liuius Decad.4.lib.2.
Sacrum inſtaurari imperat. Stat.11. Thebaid.
Vias inſtaurare. Stat.5. Thebaid.

Inſtauratio, Verbale {ἐπανάληψις.} Cic.de Aruſp.reſp. Et mentes deorum immortalium ludorum inſtauratione placantur?

Inſtauratitius dies, ludis Circenſibus additus. Macrobius libro 1. Saturnal.cap.11.

Inſtauratiuus, pen.prod. Adiectiuum {ἐπανακτικὸς.} Cic. 1. de Diuin. Itaque ludis intermiſſis inſtauratiui conſtituti ſunt.

Inſterno, inſternis, inſtraui, inſtratum, pen.prod. {ἐπιστρώννυμι} inſtérnere, Sternere, operire, ſuperextẽdere. Sueton. in Claud. Cæſare, cap.18, Arctiore autẽ annona ob aſſiduas ſterilitates decẽtus quondã medio foro, à turba, conuitiſq; ac ſimul fragminibus panis.

ita instratus, vt ægrè, nec nisi postico euadere in palatium valuerit.
Insternere super. Liuius 10.bel.Pun. Tabulásque super instrauit, vt peruium nau um ordinem faceret.
Pelle leonis insternor. Virg.2.Æneid.
Terræ insterni, pro Sepeliri. Stat.3. Thebaid.
Instratus ornatu regio. Plinius libro 8.cap.42.
Tori instrati super pelle leonis Silius lib.7.

Instratum, instrati, penult.prod. { στρῶμα } Omnis vestis stragula insternendi causa parata, inquit Vlp.in l.instrato. D.de Verb.& rer.signif. Vide Vallam lib.6.cap.46.

Instigo.instigas, pen.prod. { παροξύνω, παροτρύνω, ὑποθύω } instigáre, à Stigo verbo, τὸ στίζω deducto, quod est Pungo: & significat Incitare, & quasi obiurgatione quadam impellere. Terent.Phorm.5.8,
Non hercle ex re istius me instigasti Demipho. Idem.Andr.4.2,
Age si hic non insanit satis sua sponte, instiga.
Variis instigar vocibus alas Virg.11.Æneid.
Sequentem instigant studiis. Virg.5.Æneid.
Instigare aliquem in alterum. Liuius 3 belli Macedon. Infensi & irati Romanos in Annibalem & ipsos causam odij quærentes instigabant.
Instigari sermonibus alicuius. Colum.lib.11.cap.1.
Instigante deo, numine, &c. Admonente & suadente, aut impellente. Cic. in Pisonem, An tu eras Consul, quum in palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus iniectis instigante te? Liuius 10.ab Vrbe, Hæc precatus velut instigante dea, & ipse Collegæ, & exercitus virtutem adæquauit ducis.

Instigator, instigatoris. Papin.in l. Ob hæc. D.De iis qui no.insa. Callido testamento videris accusationis instigator fuisse.

Instigatio, Verbale { παροξυσμός } Author ad Herennium, Amplificatio, est res quę per locum communem instigationis auditorum causa sumitur.

Instigatus, huius instigatus, pen.prod. Vlp.in l.1 §.Sed & si.D.Si quad. paup. Sed etsi instigatu alterius fera damnum dederit.

Instillo, instillas { ἐπιστάζω, ἐπιστάζομαι, ἐπιτίθημι, ἐπιχέω } instillare, Intrò stillare. Cic.de Senect. Nanque hæc quoque nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Plin.lib.20.cap.1, Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur.
Sensim instillatus humor. Quintil.lib.1.cap.2.
Merum instillar in ignes. Ouid.epist.18.
Mero instillato restituenda lingua. Ouid.3. Trist.eleg.3.
Instillant guttæ saxa. Cicero 2. Tuscul. Guttæ quæ saxa assiduè instillant Caucasi. Ex Æschylo. Id est guttatim cadunt super saxa.
¶ Instillare aliquid alicui, per translationem, pro In animum immittere, & leniter infundere. Cicero ad Atticum, libro 9. 175, Attulit hubertimas tuas literas, quæ mihi quiddam, quo starem, instillarunt.
A contraria aure instillare, Vide A & AB præpositiones.
Præceptum instillare auriculis. Horat.1.epist.8.

Instillatio, Verbale { ἐπιστάλαξις } Infusio stillatim & guttatim facta. Plin. lib.29.cap.6, Aures purgat fel pecudis cum melle: canini lactis instillatio sedat dolorem.

Instimulo, instimulas, penult.corr. { κεντρίζω } instimulare, Instigare, & stimulis quibusdam impellere. Ouid.6. Fastorum,
Dissimulata deam Latias Saturnia Bacchas
Instimulat fictis insidiosa sonis.
Verbis instimulat eum. Ouidius 14. Metamor. Marcellus in l. 3 D.De inofficioso testamento, Quod plerunque accidit, quum falso parentes instimulati, liberos suos testamento vel exhæredant, vel prætereunt.

Instinctus, A dictum { ὑπόθεσις } ab Instingo inusitato verbo, Incitatus, instigatus. Liuius lib.4 His cursor vocibus instinctos milites in prælium ducit. Cicero 7. Verr. Quodam furore & audacia instinctum.
Murmure incerto instinctus. Quintil.lib.2.cap.11, Aut murmure incerto, velut classico instincti, concitatissimũ corporis motum non enuntiandis, sed quærendis verbis accommodant.
Furore særo mens instincta. Lucan.lib.5.

Instinctus, huius instinctus { ὑποθυσμός } Instigatio, & quam Inspirationem diuinam vocant. Cicero 1. Tuscul. Sine cælesti aliquo mentis instinctu. Idem 1.de Diuinatione, Quæ instinctu diuino afflatúque fundantur.
Instinctu, instatúque diuino futura prænuntiare. Cic.1.de Diuin.
Instinctu alicuius facere, Suasu & impulsione. Plin.in Paneg. Multa fecimus sponte, plura instinctu quodam & imperio.
Auaro cupiditatis instinctu res alienas rapere. Iulius Firmicus libro 3.cap.6.

Instinctor, instinctoris { ὑποτής } Tacit.lib.17, Nec deerat inquit Ptolemæus, sceleris instinctor. Hoc est, impulsor.

Instipulor, pen.corr. instipularis { ἐπερωτάω } instipulári, Per interrogationem stipulari. Fiebat enim stipulatio per interrogationem, vtpote, Promittis mihi te daturum viginti minas? Alter respondebat, promitto. alioqui non erat rata promissio. Plaut. Pseud.19,
Minæ viginti sanæ, ac saluæ sunt tibi
Hodie, quas abs te inde est instipulatus Pseudolus. Idem Rud.31, passiuè,
Ni dolo malo instipulatus sis. Sic enim exponit Priscianus lib.8.

Instita, institæ, penultima correpta, fœm. gen. { κλείσιον } Tenuissima erat fasciola, quæ stolæ extremitatem ambibat: dicta τὸ κλείειν στόλον, quòd togæ subsuebatur, qua honestæ matronæ vtebantur. Horatius 1.Serm.sat.2,
-sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas
Quarum subsuta talos tegat instita veste.
Longa instita. Ouid.1.de Arte,
Este procul vittæ tenues, insigne pudoris:
Quæque tegis medios instita longa pedes.

Institio, Vide INSISTO.

Institor, penult.corr. institoris, masc.gen. { κάπηλος, παλιγκάπηλος } Negotiator appellatus ex eo est (vt ait Vlpianus in l.3. D. De Institoria actione) quòd negotio gerendo insistat. Nec multum facit, tabernæ sit præpositus, an cuilibet alij negotiationi. Labeo, Sed etiam eos institores dicendos placuit, quibus vestiarij, vel lintearij dant vestem circumferendam & distrahendam, quos vulgo circuitores appellamus. Sed etiam mulliones quis propriè institores appellet. Item fullonum & sarcinatorum præpositus: sed & tabularij quoque, loco institorum habendi sunt. Sed & si tabernarius seruum suum peregre mitteret ad merces comparandas & sibi mittendas, loco institoris habendum Labeo scribit. Iuuen. sat.7,
Institor hybernæ tegetis, niuisque caduci. Liuius 6.ab Vrbe, Vbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorũ maxime, & institorum, opificúmque retenta. Martial.lib.7.60, Institor temerarius.
Mundus demissis institor in cunicis. Propert.lib.4.eleg.2.
Discinctus institor. Ouid.1.de Arte.
Institor vestis dicitur Vergiliarum sidus, quòd mense Nouembri, quum earum occasus est, ex hoc sidere cõiecturam hyemis faciunt: nam si nubilus fuerit Vergiliarum occasus, pluuiosam hyemem denuntiant: ideóque negotiatores statim augent lacernarum pretia, quo genere vestium pluuio tempore vtimur. Si verò sereno tempore occiderint, asperitas hyemis denuntiatur: iccirco reliquarum vestium pretia accendunt. Sic institor vestis videtur hoc sidus esse, quòd vt pluris minorísve vendatur vestis, efficiat. Sipontinus.
Institor eloquentiæ. Quintil.lib.8.cap.3. Id est, Venditor, ostentator, & mercator. Budæus. Idem Quintil.lib.11.cap.1, Commoneatur ne quisquam eius fortuna quem tumidum ac sui iactantem, & ambitiosum institorem eloquentiæ in aucipiti sorte videat.

Institorius, Adiectiuum { καπηλικὸς } Quod ad institorem pertinet. vt Ars institoria. Sueton.in Claud. Cæsare, cap.27, Dispositæ per littora & ripas diuersoriæ tabernæ parabantur, insignes ganeæ, & matronarum institorias operas imitantium, atque hinc inde orantium vt appelleret.
Institoria actio dicitur, qua dominus institorem conuenit, vel pro institore conuenitur. Vlpianus in l. Quicunque. D. de Institoria actione, Si libidinarius (quem Græci κτενεῶνα vocant) seruum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriam actionem, quanuis & furti & iniuriarum actio competeret.

Institrix, penul.corr. huius institricis, pen.prod. { κάπηλος } à Plauto vocatur ancilla, quæ pro domina negotiatur. Sipontinus.

Instituo, instituis, institui, institutum, pen.prod. { προτιθέναι, ἐπιτίθημι } instituere, Ex In & Statuo, significat idẽ quod ipsum Statuo. vel Decerno. Terent.Phorm.4.2, Petam hinc vnde à primo institui. Cicero 4.Verr. Tu qui instituerat in eos animaduertere, qui perperam iudicassent.
¶ Instituere accusationem, Est iudicium dictare, Actionem vel crimen intendere. Vlp.in l.Si maritus. D. ad legem Iuliam, de Adulteriis, Si maritus præuenerit, accusaréque instituerit, tempora non cedunt patrijquia accusationem instituere non potest. Budæus.
Accusatores & testes instituere. Cic.pro Cluent.
Instituere actionem. Cic.ad Attic.lib.7.123. Nunc aueo scire quid hominis sit, & quarum rerum actionem instituat. Id est, quid velit, siue cogitet facere. Alij legunt, auctionem.
Actiones instituere. Vlpianus in l.Pomponius. §.1. D. de Procuratoribus.
¶ Instituere { ἄρχεσθαι, εἰσάγειν } Incipere. Terentius in Prologo Eunuchi, 19,
Quæ proferentur pòst, si perget lædere
Ita vt facere instituit. Cic.in Verrem, Verum vt institui dicere. Id est cœpi. Idem pro Cluentio, Quęso vt me Iudices, sicuti facere instituistis, benignè, attentéque audiatis.
Instituere & Perficere, contraria. Cic.4.de Finibus, Phidias potest à primo instituere signum, idque perficere.
Suscipere, instituere, & perficere aliquá rem. Cic. Luceio. lib.5.12.
¶ Instituere actionem, Proponere. Vlpianus in l. De eadem. D. De except. rei iud.
Sic instituere actionem, Citare. Iustin.l.4. Tit. de pœna tem. litig.
Instituere amicitiam cum aliquo, quod & Inchoare dicitur. Cic. ad Sulpitium, lib.13. 18, Nam & amicitia peruetus mihi cum eo est, vt primùm in forum veni, instituta.
Instituere sibi amicos: quod aliàs Facere vel acquirere dicitur. Cicero 6. Verr. Fecisti item vti prædones solent: qui quum communes hostes sint omnium, tamen aliquos sibi instituunt amicos, quibus non modò parcant, verumetiam præda quos augeant.
Amphora cœpit institui. Horat. de Arte, 25.
¶ Instituere { προσάγειν } animum ad cogitandum, pro Applicare, & quod vulgus *ponere* dicit. Terent.Phorm. 2.1, Ita fum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.
Argumenta in corde instituere, Proponere apud te, & apparare quid dicturus sis. Plaut. Mostel.3,
Recordatus multum, & diu cogitaui, argumentáque multa
In pectus institui ego, atque in corde meo.
Astutiam, Adornare fallaciam & instruere. Plaut. Epid.8,
-verùm nunc ego astutiam hanc institui:
Deueniam, &c.
Sibi certamen cum aliquo instituere. Hoc est, proponere sibi aliquem, cum quo aut verbis aut re ipsa decertare velimus. Cic.1. Acad. Cum Zenone, inquam, vt accepimus, Archesilas sibi omne certamẽ instituit, non pertinacia aut studio vincendi, &c.
Ciuitates instituere, & leges scribere. Cic.1.de Orat.
Collegium, Pro eo quod *Fundare* dicunt. Plin. epist.250.
Consuetudinem, Quod dicitur aliàs Facere amicitiã. Cic. ad Attic. lib.1.1, Et postea prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longè refugit.
Cursum. Terent.Phorm.5.6. Cic.pro Lege Manil. Non auaritia ab instituto

ab instituto cursu ad prædam aliquam reuocauit, non libido ad voluptatem, &c.
Dapes instituere. Virg.7. Æneidos,
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ,
Instituúntque dapes, & adorea liba per herbas
Subiiciunt epulis.
Delectum militum. Cæsar 1.bel. Ciuil. Cæsar conquiri milites, qui ab eo discesserant, delectúmque instituit iubet.
Diligentiam instituere. Cic. Tironi, lib.16.20.
Epulas instituunt. Silius lib.11.
Exemplum. Plin.epist.94.
Hæredem, Creare & facere. Cic.pro Cecinna. Probauit omnibus M.Curium, qui hæres institutus esset, ita, &c. Vide HAERES.
Hæredem ex asse instituere, vel omnibus bonis. Plinius epist.96. Plin.lib.7.cap.36.
Historia institui nisi præparato otio non potest, nec exiguo tempore absolui. Cic.1.de Legibus.
Instituere in animo, Statuere, Deliberare. Terent. Adelph.1.1,
Vah, quenquámne hominem in animo instituere,
Aut parare quod sit charius, quàm ipse est sibi?
Iter instituere, Aggredi. Cato Ciceroni, lib.15.5, Instituto itinere securitatem diligentiámque sociis & Reip. præsta.
Iter instituturum rumpere. Horat.3. Carm.ode 27.
Legem iniquam & miseram cõditionem periculis hominum instituere. Cic. pro Murena.
Litem instituere. Triphonius in l.Filius. D. De inoffic.testam.
Ludos instituit celebri certamine. Ouid.1.Metam.
Mercatum domesticum rerum aliquarum instituere. Cicero 3. Philippica.
Naues instituere, Adornare, & præparare, aut ædificare. Cæsar 5. bel. Gall. Labieno scribit, vt quamplurimas posset, his legionibus, quæ sunt apud eum, naues instituat.
Nauem instituere, aliter, pro Authorem esse nauis faciendæ. Plin. lib.7.cap.56, Quinqueremem instituit Nesichithon Salaminius.
Negotium, Aggredi opus. Plaut. Pœn.14.
Nuũdinas. Plin.epist.99.lib.5.ad Valerianum.
Officinam alicubi instituere. Cic.6. Verr.
Opus. Quintil.lib.6.cap.4, Neque enim de risu, fide vrbanitate est opus instituendum. Hoc est, proponere & incœptum.
Orationem cum aliquo, Sermonem ad aliquem conuertere. Cic. 5. de Finib. Audiatur, inquit, Luci: tecum enim, vt ait Theophrastus, mihi instituenda oratio est.
Oratorem autem instituimus. Quintil. in Prooem. lib.1.
Instituere ornithobosicum, Vide ORNITHOBOSCIVM.
Pœnam in aliquem instituere. Cic.pro Domo sua.
Portorium vini instituere. Cic.pro Fonteio.
Quæstionem in re aliqua. Quintil.lib.7.cap.2, Si vnum respondeamus, videndum est, in re quæstionem instituamus, an in scripto.
Sibi quęstum, quod & Facere quęstum dicitur, & Aliquid sibi proponere ad quęstum faciendum. Cic.pro Quintio, Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset siue impendio.
Rationem. Plaut. Stich.o.7,
-si tu hanc rationem instituis,
Amicam ego habeo Stephanium, &c.
Rationem alicuius negotij instituere. Cæsar 1.bel. Ciuil. In præsentia simílem rationem operis instituit.
Instituere regnum. Plaut. Rud.22.
Instituere sermonem, absolutè, vel cum aliquo: Hoc est incipere colloqui, cõferre, vel sermonem habere. Cæsar 5.bel. Gall. Longióraq; consulto ab Ambiorige instituitur sermo. Cic.2.de Orat. Quum mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audientibus esset de te institutus, &c. Idem 2. Tuscul. Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus, & à tali quodam ductus exordio.
Sumptus instituere. Cic.pro Flacco.
Tabellarios certos instituere. Cic. Terentiæ, lib.14.18.
Textrinam alicubi instituere. Cic.6. Verr.
Turorem filiorum orbitati instituere. Cic.1.de Orat.
Vestigia retro instituit. Lucret. lib.4. Hoc est retrocedit.
Vineam nouellam instituere. Columel.lib.5. cap.5. non procul à fine. *Planter vne vigne.*
Sapienter vitam instituere, Disponere & formare. Terent. Andr. 1.1, Sapienter vitam instituit.
Vitem instituere, pro Conserere. Sueton. de Claris Grammaticis, Et agrós adeò coleret, vt vitem manu eius institutam satis constet CCCLXV. vasa ed. disse.
¶ Instituere, Absolutè apud Iurisconsultos pro Arbores vel vineas in aliquo loco ponere, vt hic, In conducto fundo si conductor sua opera aliquid necessariò vel vtiliter auxerit, vel ædificarit, vel instituerit. Turnebus.
¶ Instituere { κατηχεῖσθαι, παιδεύειν, παιδοποιεῖν } Docere, instruere. Cic.pro Quintio, Qui apud te esset educatus: quem tu à puero instituisses, vt nobili ne gladiatori quidem hæreret.
Aliquem instituere, & ei præcepta dare. Cic.pro Quintio.
Artem aliquam instituere. Cic.1.de Orat.
Instituere & imbuere aliquem. Cic.10. Philipp.
Adolescentem instituere. Cic.pro Cælio.
Rudem ad dicendum instituere. Cic.2.de Orat.
Ad lectionem aliquem instituere. Quintil.lib.1.cap.7.
Ad scenam aliquem instituere. Cic.de Claris Orat.
Instituere atque erudire ad turpitudines. Cic.5. Verr. Eos instituere atque erudire ad maiorum instituta atque ciuitatis disciplinam, non ad tuas turpitudines debuisti.
Literis Græcis instituere. Cic.de Claris Orat.
Institui lyra. Quintil.l.b.1.cap.27, Socrates iam senex institui lyra non erubescebat.

Institutus, penult.prod. Participium { κατηχούμενος, εἰσαγόμενος } Statutum, decretum significat. Plaut. Pseud.10,
Iam instituta, ornata cuncta in ordine habeo.
Malè instituta ratio exitú reperire non potest. Cic.1.de Nat.deor.
Diuinitus multa à maioribus inuenta atque instituta sunt. Cicero pro Domo sua.
¶ Institutus, Eruditus. Cic.3.de Finib. Instituti à natura. Quintil. lib.2.cap.11, Bene instituto ac fatis exercitato.
Diligentia alicuius bene institutus aliquis. Cic.de Claris Orat.
Doctrina liberaliter institutus. Cic.2.de Orat.
¶ Institutus, Inceptus. Cic.pro Domo sua, Neque instituras cæremonias persequi. Idẽ pro Cluent. Nihil tam remotũ ab accusatione quàm Cluentius & natura, & voluntate, & institura ratione vitæ.

Institutum, huius instituti, pen.prod. { προαίρεσις, ἕξις } Valla. Quintil. lib.1.cap.2, de Chrysippo, Nam is, quanuis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque iam informandam quàm optimis institutis mentem infantium iudicat. Id est, Cur autem ad literas nõ pertineat ætas, quæ ad mores iam pertinet? Institutis, id est præceptis. Apud Valerium Maximum ritus est, De institutis antiquis: quasi de moribus antiquis.
Instituto Platonis, More Platonis, vel secundum Platonis doctrinam. Cic.1. Acad. Illi autem qui Platonis instituto, in, &c.
Consuetudo & institutum. Cic.ad Attic. lib.4. 87, Puto re existimare me nunc oblitum consuetudinis atque instituti mei, ratius ad te scribere quàm solebam.
Leges & instituta iuris publici. Cic. de Claris Orat. Idem in Pisonem, Qui eius ciuitatis, in qua in principum numero voluisse esse, non leges, non institutæ, non mores, non iura noritis? Cæsar 1.bel. Gall. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt.
More institutóque maiorum. Cic.pro Murena.
Præcepta & instituta philosophiæ. Cic.1.Offic. Te abundare oportet præceptis institutísque philosophiæ.
Instituta & rationes meæ. Cic. Cælio, lib.2.12, Genus institutorum & rationum mearum, dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione prouinciæ.
Alienum institutis meis. Cic. Sextio, lib.5.17, Non putaui esse alienum institutis meis hæc ad te scribere.
Meretricium institutum. Cic. pro Cælio, Siqua mulier sit huiusmodi, qualem ego paulo antè deferipsi, tui dissimilis, vita institutóque meretricio: cum hac, &c.
Nefarium institutum. Cic.2. Verr. Innumerabiles pecuniæ ex aratorum bonis nouo nefarióque instituto coactæ.
Nefandum institutum, Vide NEFANDVS.
¶ Institutum, pro Incœpto. Plinius, Hęc sunt rerum principia & instituta naturæ.
¶ Abduci ab instituris suis pecunia. Hoc est, à proposito, & sententia. Cic.6. Verr. Veruntamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab institutis suis magnitudine pecuniæ.
Institutum vitæ capiendum. Hoc est, viuendi ritus siue ratio & modus. Cic.4 de Finibus.
Consequi institutum, Vide CONSEQVOR.
Decedere instituto. Tacit.lib.7. Vide DECEDO.
Instituto suo facere aliquid. Cic.ad Thermũ, lib.13.56, Nobis autem in hac causa nihil aliud opus est, nisi te ius instituto tuo dicere.
Formare mentem institutis. Quintil.lib.1.cap.2.
Insumere instituta. Tacit.lib.5, Instituta Parthorum insumit.
Perficere institutum. Cic.2. de Diuinat. Vide PERFICIO.
Resumere instituta. Tacitus lib.20. Instituta, cultúmque patrium resumite.
Perpolire instituta. Cic. Luceio, lib.5 12.
Tenere aliquod institutum in omnibus. Cic.6. Verr.
Vti instituto suo. Cæsar Oppio in Epist. ad Att. lib.9.177, Scilicet & meo instituto vsus sum. Hoc est, Feci quemadmodum cõsueueram.

Institutio, Verbale { παίδευσις } Doctrina, Institutio. Cic.1.Offic. Magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur.
Institutio & disciplina. Cic.4. Academ. Sunt enim mihi nota, propterea quòd earum ipsarum rerum, de quibus agimus, prima institutio & quasi disciplina illo libro continetur.
Puerilis institutio. Quintil.lib.1.cap.1.
Præceptum & institutio. Cic.3.de Orat. Iisdem præceptis atque in vna institutione formari.
Rationem institutionémque suam conseruare. Cic.ad Att. lib.1.12.
Secta & institutio. Cic.7. Verr. Horum nos hominũ sectam atque institutionem persequimur. Vetus exemplar habet Institura.
Institutio Stoica. Seneca de Benef. lib.2.
¶ Institutiones, Pluraliter, Vide Institutum, ex Valla.
¶ Institutio operis, Propositum & intentio. Plin. lib.16.cap.4, Longum est, nec ex institutione operis, differere quisnã Romanorũ primus acceperit. Vetus codex habet, nec institutio operis. Cic.1. Offic. Omnis enim, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci. Id est, præceptio & propositum de aliqua re agendi, vel Disputatio & tractatio.

Instito, instas, institi, institum, penult.corr. { ἐπείγομαι, κατεπείγω } instáre, Vrgere, Insectari. Cic.5. Verr. Institit, oppressit, nõ remisit. Idem 3. Verr. Cædere tanuam saxis, instare ferro: ligna & sarmenta circundare. Liuius 7.bel. Pun. Seu vicit, ferociter instat victis: seu victus est, instaurat cum victoribus certamen.
Acrior instat. Virg 3 Georg.
Cupidius instare, Vide CVPIDVS.
Impensius instant Ouid.7. Metam.
Lenius instando tædia colle tui. Ouid.1.de Arte.
Vi instat. Virg.2. Æneid.
Instare & premere. Martialis lib.7.96,
Instent mille licet, premántque curæ,
Nostris carminibus tamen vacabit.
Instare res aliqua dicitur, quando vrget. Cic.3. Tusc. Sed id aliàs: nunc quod instat. Virgilius in Bucolicis, Desine plura puer, & quod

nunc instat agamus. Hoc est, quod maximè necessarium est.

¶Instare, datiuo iunctũ, significat molestius & vrgentius & (quod dicitur) instanter aliquem solicitare. Cic. pro Quintio, Verùm quoniam tibi instat Hortensius vt eas in consilium.

Euincúntque instando, vt literæ sibi ad Tarquinios darentur. Liuius 2. ab Vrbe.

Alicui rei instare. Quintil. lib. 7. cap. 3, Patronus verò quoties potest, instabit huic loco, vt nihil credibile sit factum esse sine causa.

Famæ instandum. Tacitus in vita Agricolæ.

Instare funeri. Plinius libro 7. capite 52, E duobus fratribus Equestris ordinis Corsidio maiori accidisse, vt videretur expirasse, apertóque testamento recitatum hæredem minorem funeri institisse interim eum, &c.

Furto feruidus instat. Virg. 9. Æneid.

Animus maioribus instat. Ouid. 2. de Arte.

Instare operi, Aliquod opus diligenter curare vt fiat. Virgilius l. b. 1. Æneidos,

Talis erat Dido, talem se læta ferebat
Per medios instans operi, regnísque futuris. Plin. in Paneg. Et inde offensæ, gratiæque pariter securi, instant operibus, adsunt exercitationibus: arma, mœnia, viros aptant.

Instare vestigiis alterius, pro Imitari. Plin. epist. 97. lib. 6, Etsi qui audiebant, me æmulari, meis instare vestigiis videbantur.

Instare vestigijs alicuius, Quod barbari dicunt *Sequi de prope*. Liu. 7. bel. Pun. Marcellus vestigijs instabat. &c.

Instare sequi vestigiis. Liuius 7. b. l. Pun. Marcellus vbi lux fugam aperuit, sociis cũ præsidio modico Numistrone relictis, præpositoq; his L. Furio Purpurione Tribuno militum vestigijs institit sequi.

Instare vt. Cic. ad Attic. lib. 2. 16. Ita vulgò qui instabant, vt darem sibi quod ornarent, iam exhibere mihi molestiam destiterunt. S. c lib. 3. 55, Te instante facient.

Instare ne. Plaut. Casin. 7,

Non me hercle opinor posse, ita vxor acriter
Tua instat ne mihi detur.

Instare vnum vt. Terent. Heauton. 5. 1,

Magis vnum etiam instare ve conficerentur nuptiæ.

Instare vsqueadeo donec. Plaut. Cistel. 7.

¶Instare aliquem ad Prætorem. Plaut. Curcul. 8,

Si magis me instabunt ad Prætorem, iústiorem.

Instare iter, Arripere. Plaut. Cistel. 10,

Quíve sustulit & verum hac, an illac iter institit?

Instare viam. Plaut. Asin. 3,

Estne hoc vt dico Litane? L. rectam instas viam. Id est, sic res habet vt dicis.

¶Instare, absolutè, pro Instabant. huic R. sistere opponitur. Salustius, Veterani virtutis pristinæ memores, cominus acriter instare, illi haud timidi resistunt.

¶Instare factum, Contendere rem sic se habere vt dicimus. Plaut. Mercat. 5. Terent. Andr. 1. 1,

Ego illud sedulò negare factum: ille instat factum.

Instat ire ad eum. Id est perseuerat. Plaut. Milite, 10.

¶Instare, Adesse, Propinquum vel proximum esse. Salust. in Catil.

Consul optimum factu ratus, noctem quæ instabat, antecapere, nequid eo spatio nouaretur, &c. Cæsar 1. bel. Gall.

Instare & imminere. Cæsar 1. bel. Ciuil. Instabat agmen Cæsaris, atque vniuersum imminebat.

Instans bellum. Cic. 11. Philipp.

Instant à me tibi bona, Proximum est vt ego te diuitem faciam. Plaut. Persa, 5,

-ita me di ament,
Vt ob istam rem tibi multa bona instant à me.

Cædes instant miseris. Virg. 8. Æneid.

Dies instabat. Lucan. lib. 1.

Instant magnificentissimi ludi. Cic. in Pisonem.

Instat periculum. Lentul. ad Cicer. lib. 12. 14, Et nunc non minora pericula Reip. à Dolabella instarent, quàm ab Antonio.

Quibus ego cõfido pœnas aut instare iam planè, aut certè appropinquare. Cic. in Catil.

Instat propè. Terent. Adelph. 3. 2,

Quem neque fides, neque iusiurandum, neque illum misericordia
Repressit, neque reflexit: neque quòd partus instabat propè,

Senecta instans. Horat. 2. Carm. ode 14.

Instat telum. Plaut. Pœn. 1 4,

Prius quàm vnum iniectum telum est, tum instat alterum.

Instans, instantis, omnis gen. {ἐπικείμενος, ἐπιφορὰ} Quod imminet, & præsens est. Cic. 4. Tuscul. Quæ enim venientia meruuntur, eadem efficiunt ægritudinẽ instantia. Id est, præsentia, vrgentiáque. Quintil. lib. 5. cap. 10, Præteritum, instans, futurum.

Instantia, huius instantiæ {ἔντασις} pro Continua intentione & assiduitate. Gell. lib. 6. cap. 2, Peccata quoque hominum, & delicta non subsistenda, neque condicenda sunt ipsis, voluntatibúsque eorum, sed necessitati cuidam & instantiæ quæ oritur ex fato. Id est, vrgenti necessitati, & quasi violentæ impulsioni. l. fin. §. fin. de pig. act.

¶Instantia in oratione, pro Vehemẽtia vel elatiore stylo. Plin. epist. 103, Hæc vel maximè vi, amaritudine, instantia: illa tractu & suauitate atque etiam dulcedine placet.

Instanter, Aduerbium {ἐντατικῶς} Hoc est perseueranter. Quintil. lib. 9. cap. 4, Vbicúque acriter erit & instanter, pugnacitérq; dicendum, membratim, cæsímque dicemus.

Instanter petere. Id est, enixè, magna cõtentione. Plin. Iun. ad Falconem, lib. 7. epist. 22, Minus miraberis, me tam instãter petisse, vt in amicum meũ conferres Tribunatũ, quum scieris quis ille, qualísque.

Instabilis, & hoc instabile, penult. corr. {ἀστατὸς, ἀβέβαιος} Quod suo loco stare non potest. Plin. lib. 36. cap. 14, Rursus in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, &c.

Animi instabiles. Virg. 4. Georg.

Instabilis homo, Inconstans, leuis. Liuius 1. bel. Pun. Quippe vbi pedes instabilis ac vix vado fidens vel inermi equite equo remerè acto peruerti posset.

Instabilis hostis ad cominus conserendas manus. Liu. 7. bel. Pun.

Locus instabilis. Ouid. 6. Metam.

Regnum instabile. Seneca Thyeste, 3.

Instabilitas, penult. corr. instabilitatis {τὸ ἀστατὸν} Inconstantia. Plin. lib. 24. cap. 17, Hanc autem à regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda instabilitatémque mentis. Hoc est, turbationem, vel alienationem mentis.

Instito, instas, penult. corr. {εἰσιστᾶν} institare, Sæpe contrà stare, repugnare. Cæsar lib. 1, Id conspicati Heluetij, qui in montem sese receperant, tursus institare, & prælium redintegrare cœperunt. Alij codices habent Instare.

Instratum, penult. prod. {στρῶμα} Vide INSTERNO. Liuius 4. belli Maced. Instrato omne vestimentum contineri quod inicitur, Labeo ait. Vlpian. in l. Instrato. D. de Verb. & rerum sig.

Instragulum, pen. corr. {ὑπόστρωμα} Idem quod stragulũ. Cato cap. 10.

Instrenuus, Adiectiuũ {ἀσθενὴς} Strenuo contrarium: quasi Minimè generosus, ignobilis, indiligens, & ad res gerendas minimè promptus. Plaut. Mostel. 3,

Atque vbi illò immigrat nequam homo, indiligens, cũ pigra familia
Immundus, instrenuus, huc iam ædibus vitium additur.

Instrenuus animus. Terent. Heauton. 1. 1,

Ambo accusandi: sesi illud incœptum tamen
Animi est pudentis signum, & non instrenui.

Instrepo, instrepis, penult. corr. instrepui, instrepitum {ὑπηχῶ} instrepere, Idem quod strepere. Liuius 4. ab Vrbe, Vnde si quid instrepat terroris, sine Patricio magistratu placere Remp. opprimi. Vetus exemplar habet increpet.

Instrepit axis, pro Stridet. Virg. 3. Georgicorum,

Pòst valdo nitens sub pondere fraxinus axis Instrepit.

Dentibus horrendum instrepit. Claud. 8. in Paneg.

Instridens, penult. prod. Silius Ital. lib. 14. 88,

Fax nidore graui fœdauit cominus auras
Ambusto instridens pelago. Id est, in mari stridens. ardebãt enim naues prælio nauali succensæ.

Instringo, instringis, instrinxi, instrictum {ὑποσφίγγω} instringere. Catul. de Lesbia, epigr. 71,

Quin te animo affirmas, téque instringísque, reducísque,
Et dius inuitis desinis esse miser? Videtur hic idem significare quod dissoluo.

Instringo, Vehementer & arctè stringo. Quintilianus in Ægro redempto, Iacet inter vincula, quibus instringat adhuc recentem pirata captiuum.

Instructio, Instructor, Instructus, Instrumentum, Vide INSTRVO.

Instruo, instruis, instruxi, instructum {κατασκευάζω, διατυπόω, ἐξαρτύομαι, κατηχῶ} instruere, Significat proprie Apparare, componere, struere, machinari.

Instruere accusationem, vel actionẽ, vel litẽ, Est literis ac testibus, cæterísq; ad probandum necessariis eam adornare, muniréq;. Vnde instrumentum litis vocat Quintil. quicquid ad instruendam litem, id est causam pertinet, Budæus. Cic. pro Cluent. Hoc enim ipsum iudicium, hoc periculum, illa accusatio, omnis testium copia quæ futura est, à matre initio est adornata, à matre hoc tempore instruitur.

Instruere aciem. Cic pro Murena, Tu actionem instituis: ille aciem instruit.

Armis instruit socios. Virg. 8. Æneid.

Calumniam instruere alicui. Vlp. in l. 1. D. De iure patron. Et si calumniam aliquam eis instruxit, vel delatorem subornauit.

Cœnam, Apparare. Gell. lib. 2. c. 24, Verba Lælij hæc sunt, quibus indicat hœdum, qui ad epulas fuit allatus, dimissum, cœnámque ita vt lex Licinia sanxisset, pomis, oleribúsque instructam.

Consilia. Terent. Phorm. 2. 2,

Cedo senem: iam instructa sunt mihi corde consilia omnia.

Copias instruere. Cæsar 7. bel. Gall.

Dolis instructus. Virg. 2. Æneid.

Domum. Cic. 6. Verr. Non enim te instruere domum tuam voluerunt in prouincia, sed illum vsum prouinciæ supplere.

Epulas. Liuius 5. ab Vrbe.

Instruendæ fraudi aliquanto intentior. Liuius 3. bel. Pun.

Hortos, Comparare in hortis necessaria. Plin. epist. 17. Cicero 3. Offic. Emit homo cupidus & locuples tanti quanti Pythius voluit, & emit instructos. De hortis.

Insidias. Cic. pro Cluent.

Insidias mihi instruens. Catul ad Aurelium, epigr. 18.

Iter ad bonam famam. Plin. in Paneg. Non instruendum illis iter ad bonam famam, sed non deferendum: non submouenda adulatio, sed non reducenda est.

Legiones. Plaut. Amphit. 4,

Nos nostras more nostro, & modo instruximus
Legiones: item hostes contrà suas instruunt. Terent. Eun. 4. 7,

Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.

6. Illuc est sapere: vt hosce instruxit.

Instruere locum insidiis. Liuius 6. ab Vrbe.

Mandatis aliquem instruere. Liu. 4. Decad. lib. 4, non ita procul à fine, Aristonem quendam Tyrium aduenam, instructum mandatis ab Annibale, & ab Antiocho rege, venisse.

Materiam instruere falsò fabricando. Vlpian. in l. 2. §. Diem autem. D. Quemad. testam. aperiant.

Mensas instruere epulis. Ouid. 8. Metam.

Naugia. Columel. lib. 5, Nonnulli strenuè fabricant naugia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministríque. Id est armant, vel muniunt.

Opus

Opus instruitur. Ouid. 4. Fast.

Ornamenta alicui. Plaut. Milite, 15,

Aurum, ornamentáque quæ illi instruxisti, ferat.

¶Instruere discipulos lectione orationũ. Quintil. lib. 2. cap. 5, Orationum lectione susceptos à se discipulos instruxerit.

Arte instruere aliquem. Ouid. epist. 15.

Cultibus instruere aliquem. Ouid. 2. Fast.

Scientia aliquem instruere. Quintil. in Procœm. lib. 1.

Instruere studiosos scientia aliciuius rei. Quintil. in Procœmio lib. 1, non procul à fine.

Instruere Oratorem, Docere orationis conscribendæ rationem. Quintil. lib. 10. cap. 1, Instruamus qua in oratione, quæ dicere, facere, quàm optimè, quàm facillimè possit. Idem lib. 4 cap. 2, Iudex notitia rerum instruendus videtur. Id est, docendus, vt ait Budæus.

Instruere ignorantiam alicuius. Plin. epist. 317.

Docere & instruere. Seneca lib. 8. epist. 1, ad Lucilium, Illa quæ me docet & instruit facies à qua peritur imitatio, Idea est, Vide IDEA.

Notis secretis aliquem instruere, *Luy bailler des enseignes secrettes*. Liu. 4. Decad. lib. 4. non procul à fine, Aristonem Annibal Carthaginem cum mandatis mittit: edit nomina eorum, quibus conuentis opus esset. Instruit etiam secretis notis, per quas haud dubiè agnoscerent sua mandata esse.

Instruere ad omne officij munus. Cic de Senect.

Instrui consiliis idoneis ad negotium. Cic. ad Attic. lib. 5. 93.

Instructus, Participium {κατασκευασμένος} siue Nomen ex participio.

Liberaliter instructus, Vide LIBER, liberi.

Instructus artibus ingenuis {πεπαιδευμένος} Hoc est bene edoctus & institutus. Cic. 1. de Orat.

Instructus & ornatus plurimis & grauissimis artibus. Cicero 2. de Finibus.

Instructus & munitus ad rem aliquam. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1, Nos quemadmodum instructos, & quibus præsidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari.

Instructus ad perniciem. Terent. Heaut. 3. 1,

-nam vt tu scias
Quàm ea nunc instructa pulchrè ad perniciem siet, &c.

Instructus ad cædem. Liu. 4 bel. Pun.

Instructus ad mortem contemnendam. Cic. 2. de Finib.

Instructus in. Quintilianus lib. 5. cap. 7, Ex antecedentibus & iunctis & insequentibus trahenda esse argumenta qui acceperit, prorsus in hoc sit instructus, vt quid in quaque causa dicendum sit, ex his sciat.

Ferro instructi. Virgil. 12. Æneid.

Eques instructus spiculis Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.

Instructus telis exercitus Cæs. 3. bel. Ciuil.

Instructum & paratum contiuium omnibus rebus. Cicero 6. Verrina.

Instructiores peditum copiæ. Liu 7 bel. Pun.

Instructior doctrinis. Cic. 1. de Finib.

Instructior paterfamiliàs. Vlpianus. D. lib. 33. titulo De fundo instructo, Supellex, cæteráque sigua agro fuerunt, quo instructior esset paterfamiliàs, instrumento fundi non continentur.

Mediocriter instructus à doctrina, Angustius instructus à natura. Cic. in Bruto, Crassus igitur mediocriter à doctrina instructus, angustius etiam à natura, labore & industria, & quòd adhibebat ab obtrectandis causas curam etiam & gratiam, in principibus patronis aliquot annos fuit.

Instructior à philosophia, à iure ciuili, ab historia. Cic. de Claris Orator.

Vitiis decem instructior Horat. 1. epist. 19.

Instructissimus vir. Cic 1. de Orat.

Instructissimus artibus. Brutus Attico, in Epist. ad Brutum.

Instructus, huius instructus {κατασκευὴ} Apparatus. Cic 3. de Orat. Riuis est diducta oratio, non fontibus: & quocunque ingrediatur, eodem est instructu, ornatúque comitata.

Instructio, Verbale, Constructio {ἐξάρτυσις.} Traianus ad Plin. epist. 241, Si instructio noui balinei oneratura vires Prusensium non est, possumus desyderio eorum indulgere.

Instructio exercitus, Instructio militum. Cic. 2. de Nat. deor. Et pro Cecinna, Neque coniectione telorum, sed sæpe clamore ipso militum, aut instructione aspectúque signorum magnas copias pulsas esse & vidimus & audiumus.

Instructor, Aliud verbale {ἐξαρτύτης} Qui parat & instruit. Cic. Post reditum in Senatu, Hi sunt conditores, instructoréque conuiuij.

Instrumentum, huius instrumenti {σκεύη, σκεύασις, ὄργανον, ἐργαλεῖον} Omne illud quo quis ad operandum vtitur: Apparatus item quo fundus, taberna, & id genus alia instruuntur. Cic. pro Domo sua, In fundum autem vicini Consulis, non instrumentum aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur. Et 4. Acad. Totius belli instrumento & apparatu. Idem 6. Verr. Hostium spolia, monimenta imperatorũ, decora atque ornamenta fanorum, posthac his præclaris nominibus amissis in instrumẽto ac supellectili C. Verris numerabuntur. Suet. de Augusto, Et Alexandria capta, nihil præter ealicem ex instrumento regio retinuerit. Sic apud Iureconsultos titulus est De fundo instructo, & instrumento legato.

¶Instrumentum significat etiam subsidium ad aliquid agendum.

Instrumentum causarum & generum omnium. Cicero 2. de Oratore.

Artis instrumentum. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Instrumenta multa habet homo ad adipiscendam sapientiam. Cic. 1. de Legib.

Subsidia & instrumenta. Cicero 2. in Catil. Quum industriæ subsidia atque instrumenta virtutis in libidine audaciáque consumerentur.

Instrumentum à natura. Cic. 3. de Orat. Ad quorum intelligentiam à natura minus habent instrumenti.

Naturæ instrumenta. Cic. de Clar. Orat. Instrumenta naturæ vocat, acumen, gestum, & reliqua id genus, quæ à natura potius, quàm ab arte proficiscuntur: quæ Caio Pisoni à natura adfuisse testatur ibidem.

Instrumentum in bonis artibus comparandis. Cic 2. de Fin.

Firmare, vel desiderare instrumenta. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Instrumentum imperij. Tacit. lib. 20, Nullum maius boni impetij instrumentum, quàm bonos amicos.

Instrumentum regni. Brutus Ciceroni, 4. Idem ad Brutum, 15, Sed instrumentum regni delatum ad Lepidum & Antonium. Id est copiæ (vt vulgus loquitur) Cæsaris. Budæus.

Instrumentum tribunatus. Cic. pro Milone, Exhibe quæso Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse è domo, &c. vt præclarum inde munus ac instrumẽtum tribunatus ad aliquem deferre possis.

Instrumentum triumphi. Cicero ad Attic. lib. 7. 128, Soluendi sunt nummi Cæsari, & instrumentum triumphi eò conferendum.

Instrumentum venatorium intelligitur apud Plin. lib. 3. epist. antepenultima ad Caluisi. Rufum, pro iis omnibus quæ ad venationem requiruntur.

¶Instrumenti nomine, aliquando intelligitur monumentum scripturarum, ad res gestas pertinentium. Suet. in Vespasiano, cap. 8. Instrumentum imperij, pulcherrimum ac vetustissimum confecit: quo continebantur penè ab exordio vrbis Senatusconsulta, plebiscita de societate & fœdere ac priuilegio cuicunque concessis.

Instrumenti malè concepti tenor, Vide Tenor, in TENEO.

¶Instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt quibus causa instrui potest.

Litis instrumentum, Vide LIS.

Necis instrumenta ferrum ignéque. Ouid. 3. Metam.

Anilia instrumenta. Ouid. 14 Metam.

Mendicum instrumentum, Vide MENDICVS.

Perniciosa instrumenta. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Instudiosus, pen. prod. Adiectiuum, Non studiosus. Apuleius in Apologia prima, Medicinæ neque instudiosus, neque imperitus.

Instupens, pen. corr. instupentis, om. gen. {ἀνεπίπληκτος} Idem quod stupens, aut valde stupidus, & sensus expers factus. Plinius lib. 28. cap. 4, Salpe torporem sedari quocunque membro instupente, siquis in sinum expuat.

Insuasum, huius insuasi, pen. prod. n. g. appellabant antiqui colorem, inquit Festus, similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio in vestimento albo. Plaut. Trucul. 6,

Quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam.

Insuauis, & hoc insuaue, pen. prod. {ἀηδὴς} Quod suaui contrarium est, hoc est Asperum, austerum. Cic. de Amic. Insuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundissima fuisset, nisi aliquem cui narraret, habuisset. Idem 2. de Orat. Qui vitam insuauem sine his studiis putaretis.

Insuauis odor. Colum. lib. 12. cap. 52.

Insubidus, pen. corr. {ἀνόητος.} Gell. lib. 17. cap. 19, Sed ne nos, id est nomen Latinum, tanquam profectò vastos quosdam, & insubidos, ἀναφροδίτους condemnetis.

Insubide {ἀνοήτως} Aduerbium est, quo vtitur Gellius lib. 1. cap. 2, Multa atque immodica de philosophiæ doctrinis intempestiuè atque insubidè disserebat. Id est præcipitanter, prius quàm subiret, aut in mentem veniret quid diceret. Macrob. lib. 7. Saturnalium, cap. 14, Ipsam verò videndi naturam non insubidè introspexit Epicurus. Id est non dormitanter, non negligenter.

INSVBRES, pen. corr. {ἄνυδροι} Galliæ populi qui Mediolanum condiderunt: de quibus Strabo lib. 5.

Insubtilis, & hoc insubtile, penult. prod. Papinianus in l. cum filiofamiliàs. D. de legat. 1, Denique Iulianus non insubtili ratione motus respondit, &c.

Insubtiliter, penult. corr. Aduerbium, Non subtiliter. Vlpianus in l. 1. §. si ex fundo. D. de hæred. instit. Marcellus non insubtiliter non putat hodie hoc procedere.

Insubulum, insubuli, n. g. Textoris instrumentum, authore Isidoro: sic dictum quòd infrà & suprà sit, vel quia insubulatur. Lucretius libro 5,

Nec ratione alia possunt tam læuia gigni
Insubula, ac fusi, &c.

Insucco insuccas {ἐμπλάττω} insuccare, Imbuere, seu inficere, & succo aliquo vel humore intingere. Colum. lib. 7. cap. 5, Fracta pecudũ, non aliter quàm hominum crura sanantur, inuoluta lanis oleo atque succo insuccatis. Et lib. 7. cap. 4, Insuccanda oleo lana.

Insuesco, insuescis, insuesci, insuetum, pen. prod. {ἐθίζομαι} insuescere, Idem quod consuescere. Terent. Adelph. 1. 1,

Nam qui mentiri, aut fallere insueuit patrem, &c.

Insuescere frui parta victoria. Liu. 5. ab Vrbe. Lucret. lib. 4,

Vt facilè insuescat secum vir ducere vitam.

Insuescere, cum datiuo. Colum. lib. 6. cap. 47, Cui parcui deinde quum decem diebus insuerit equa.

Insuescere corpori meretricis, pro Consuetudinem stupri habere, Tacitus, Duas pellices quarum corpori insuescebat. Budæus.

Insuescere pecus amurca. Columel. lib 6. cap. 4, Maximè tamen habet salutaris amurca, si tantundem aquæ misceas, & ea pecus insuescas, &c.

¶Insuesco, actiua significatione. Horat. lib. 1. Serm. saty. 4,

insuetit pater optimus hoc me
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.

¶Insuesci, Passiuum Columel. lib. 11 cap. 3, Atque vbi cœperunt aliquod incrementũ habere, sic insuesci debẽt, vt in id spatium quod sulcis interiacet, inclinentur.

Insuetus, pen. prod. Adiect. {ἀσύνηθες} Tam de re, quàm de homine dicitur.

Insuetum iter, Per quod transire non sumus soliti. Virg. 6. Æneid. Idem eclog. 1,

Non insueta graueis tentabunt pabula fœtas.
Manus insuetæ operi. Tibul. lib. 1. eleg. 4.
Insueta solicudo. Liu. 3. ab Vrbe.
¶Insuetus homo alicui rei, Qui non consuenit. Aliquãdo genitiuo iungitur. Liu. 8. bel. Pun. Vt non Syphacem modò barbarum, insuetũmque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facundè alloquendo sibi conciliarit.
Insuetus & nouus mos. Cic. ad Attic. lib. 4. 70. Quo s. c. recitato, continuò populus more hoc insueto & nouo, plausum eo nomine in recitando dedisset, habui coacionem. Vetus exemplar scriptum habet insulso more.
Insuetus contumeliæ. Cic. ad Attic. lib. 2. 36.
Insuetus laboris. Cæsar 7. bel. Gal.
Insuetus moris alicuius. Liu. 6. ab Vrbe.
Insuetus pugnæ. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Insuetus vera audire. Liu. 1. bel. Maced.
¶Insuetus, cum gerundio, vt Insuetus nauigandi. Cæsar lib. 5. bel. Gallici.

Insuefacio, insuefacis, insuefeci {ἐθίζω.} insuefácere, Consuefacere.

Insuefactus {ἐθισθεὶς} Assuefactus. Cæs. 4. bel. Gal. Notissimis locis audaces & rela conicerent, & equos insuefactos incitarent.

Insula, insulæ, pen. corr. {νῆσος} Terra quæ undique aquis includitur, propriè autem in mari. Quidam à salo appellatas insulas volũt, quòd in salo, id est mari sitæ sunt.
Corrosæ insulæ, Vide CORRODO.
Oce. lus insularum Sirmio. Catul. ad Sirmionem, epig. 29.
Odoríferæ insulæ, Vide ODOR.
Tenera insula. Cic. Attico, lib. 6 epist. 2, Quid tandem isti, mali in tam tenera insula non fecissent? Tenera, id est imbelli, & deliciis potius quàm armis dedita.
Adnatæ insulæ, Vide ADNATO.
Insulæ dictæ sunt propriè domus quæ non coniũguntur communibus parietibus cum vicinis, circuitúque publico aut priuato cinguntur, à similitudine videlicet earum terrarum quæ fluminibus aut mari imminent, sitúque in salo: à Græcis, ἀπὸ τοῦ σάλου dicitur. Hactenus Festus. Cic. pro M. Cælio, Nunc demum intelligo P. Clodij insulam esse vænalem, cuius hic in ædiculis habitet decem vt opinor, millibus. Vlpian. in l. stipulationes non diuiduntur. D. de verb. obligat. Planè si insulam fulciri quis stipulatus sit, non est expectandum vt insula ruat. Paulus in l. nam salutem. D. de officio Præfecti vigilum, Effracturæ sunt plerunque in insulis horreíque, vbi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt. Budæus.

Insularius, insularij {πανδοχεύς.} Pomponius in l. si ita. de Vsu & habitatione, Dominus proprietatis etiam inuito vsufructuario vel vsuario fundum vel ædes per saltuarium vel insularium custodire poterit. Intelligit insulæ custodem.

Insularis, & hoc insulare, pen. prod. {νησιωτικὸς} Quod est insulæ, & ad insulam pertinet. Plinius, Qui primus insularem morbum in vrbem inuexit. Ammianus Marcellinus, Nec strepente vllo, nec obsistente insulari, pœna multati sunt.

Insulsus, Adiectiuum {ἄλατος, ἄνοστος} Fatuus. Donatus, Insulsus sine sale & sapientia, aut sine saltu & facilitate. Plaut. Rud. 13. Terent. Eunuch. 5. 9,
Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctésque & dies. Cic. 2. de Orat. Sed qui eius rei rationem quandam conati sunt, artémque tradere: sic insulsi extiterunt, vt nihil aliud eorum, nisi ipsa insulsitas rideatur. Idem 1. Tusc. Sed tu mihi videris & Epicharmi acuti, nec insulsi hominis, vt Siculi, sententiam sequi.
Insulsa gula. Cic. ad Attic. lib. 13. 286, O gulam insulsam: pudet me patris.
Insulsa efflagitatio, Inepta & imprudens. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 24, Ad cogitationem Consulatus bimestris summo cum terrore hominum, & insulsa cum efflagitatione transtulerit.

Insulsitas, penul. corr. insulsitatis {ἀφυΐα} Ineptia. Cic. Attico, lib. 13. 284, De hortis ex tuis literis cognoui, & Chrysippo in villa, cuius insulsitatem bene noram, video nihil, aut pauca mutata. Insulsa placere non solent. rectè igitur & venustè insulsitatem tribuit villæ, quæ nihil haberet, cur placere posset. Insulsum enim est, nullo sale conditum. Sic pro Rabirio Posth. Iam nostris insulsitatem Græcorum.

Insulsè, Aduerbium {ἀφυῶς} Imprudenter & inepté. Cic. ad Cæsarem Iuniorem, lib. 2, Sed ita locutus insulsè est, vt mirum Senatus conuitium exceperit. Idem 2. de Orat.

Insulto, insultas, Insultatio, Insultura, Vide INSILIO.

Insum, ines, ineſt {ἔνειμι} inesse, In aliqua re esse. Plaut. Rud. 24,
Credo ædepol inesse auri & argenti largiter.
Insumus. Lucret. lib. 3,
Nec deuitari lethum pote quin obeamus.
Præterea, versamur ibidem, atque insumus vsque.
Inest in. Terent. Eunuch. 1 1,
In amore hæc omnia insunt vitia: iniuriæ, &c. Idem And. 5. 2,
Tristis seueritas inest in vultu, atque in verbis fides. Cic. de Amicitia, Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligantur.
Inest pictura in hac tabula. Terent. Eunuch. 3. 5.
Inest hîc. Plaut. Rud. 22,
Thesaurum hîc ego inesse reor. Sic Amphitr. 8.
Insunt signa. Terent. Adelph. 5. 3,
-multa in homine Demea
Signa insunt, ex quibus coniectura facile fit.
¶Inest huic. Martial. lib. 14. 150, Is mihi candor inest. Plin. lib. 10. cap. 36, Columbis inest quidam gloriæ intellectus.
Inest nobis spes. Plaut. Capt. 5. Plin. in Paneg. Cui plus inuidiæ, quàm pulchritudinis inest.

Insumo, insumis, pen. prod. insumpsi, insumptum {ἀναλίσκω, διαναλίσκω} insúmere, Impendere, Consumere. Cic. ad Attic. lib. 5. 105, Nos tamen

etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in prouincia nos gerimus, vt nullus teruntius insumatur in quenquam.
Curam insumere ad speculandum Plin. lib 9. cap. 46.
Operam insumere. Cic. 5. Verr. Quantam igitur illi spem prædæ propositam arbitrantur fuisse, qui tantum præsens lucrum, nulla opera insumpta, contempserit atque despexerit?
Operam fiustra insumere. Liu 10. ab Vrbe.
Sumptus in rem aliquam insumere. Cic. 2. de Inuent. In hominem autem, quibus rationibus vixerit, quid sumptus in eam rem aut laboris sumpserit, &c.
¶Insumo, Idem quod Sumo, Assumo: vt Insumere mentes dignas cœptis. Stat. 12. Thebaidos,
Terrarum leges, & mundi fœdera mecum
Defensura manus, dignas insumite mentes
Cœptis.
Nubila insumpsere latus montis, Id est occuparunt, insederunt. Stat. 2. Thebaid.

Insuo, insuis, insui, insutum, pen. prod. {ῥάπτω} insúere, Idem quod suere significat. Varro 2. de Re rust. cap. 9, Quæ intra capita insuitur pellis mollis.
Auro insuto graues vestes. Ouid. 3. de Arte.
Terga boum plumbo insuto, ferróque rigebant. Virgil. 5. Æneid.
¶Insutus culeo, & Insutus in culeum. Valer. Max. lib. 1. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2.
¶Insuere, per transtationem, pro Coniungere. Liu. 10. bel. Maced. Lepidus molem ad Tarracinam ingratum opus, quòd prædia habebat ibi, priuatámque publicæ rei impensam insuerat, &c.

Insuper, pen. corr. Coniunctio {ἐπὶ τούτοις} Id est Præterea. Cic. Cassio, lib. 15. 16, Nam ne te fugiat, latus insuper Epicurus. Terentius Eunuch. 4. 3,
Quinetiam insuper scelus, postquam iudificatus est virginem,
Vestem omnem miserè discidit. Ibidem, 5. 7,
An pœnitebat flagitij, te authore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam parri indicares?
¶Insuperhabere, pro Negligere, ea forma qua dicimus Posthabere. Papinianus in l. hæredem. D. de his quæ vt indignis auferuntur, Hæredem, qui sciens defuncti vindictam insuperhabuit, fructus omnes restituere cogendum existimaui. Sic enim habent Pandectæ Florentinæ. Nõ ignoro tamen Haloandrum alicer & legere & distinguere. Idem in l. sunt personæ. D. de religiosis, & sumptibus funerum, Eadémque sunt in socio, qui in fundum communem inuito socio mortuum inferre vult. Nam propter publicam vtilitatem, ne insepulta cadauera iacerent, strictam rationem insuperhabemus, quæ nonnunquam in ambiguis religionum quæstionibus omitti solent. Sic habent Pand. Flor.
¶Insuper, pro Super, vel Desuper, Colum. lib. 12. cap. 39, Tum insuper cannas ponere. Lucret. lib. 6,
Aut vbi per magnos montes cumulata videbis
Insuper esse aliis alia.
Imposita insuper Ætna. Virgil. 3. Æneid.
Insuper, pro Deinceps, vel continue sue continenter. Sueton. in Vitellio, Mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios Consulatus, Censurámque gessit.
Insuper quàm, vt præter quàm. Liu. 3. bel. Punici, Illa insuper quàm quę pacta essent, facinora Capani ediderũt: nã præfectos socium, &c. Budæus.
Insuper his, pro Præter hæc. Virgil. 9. Æneidos,
Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.

Insuperabilis, & hoc insuperabile, penul. corr. {ἀδάματος, αἰωνίζωτος} Quod superari non potest, & domari. Plin. epist. 22, Rogasque vt medicos consuleremus de summa valetudinis: vt si esset insuperabilis, sponte exiret è vita.
Genus insuperabile bello. Virgil. 4. Æneid.
¶Insuperabile, Quod perfici non potest præ altitudine, aut locorum difficultate. Liu. Decad. 3 lib. 1, Constabat non tam bello motos, quàm longinquitate viæ, insuperabilique Alpium transitu.

Insurgo, insurgis, insurrexi, insurrectum {ἀναίρω, ἀναστατόω, ἀνίστημι} insúrgere, Contrà surgere. Virgil. 9. Æneid.
Insurgere altius. Quintil. lib. 8. cap. 4.
Altior insurgens. Virgil. 11. Æneid.
Regnis alicuius insurgere. Ouid. 9. Metam.
¶Insurgere, Incumbere. Virgil. 5. Æneidos,
-nunc nunc insurgite remis
Hectorei socij.
Inuigilare & insurgere alicui rei. Plin. Iunior in Paneg. Capessere quasi communis imperij curas, inuigilare publicis vtilitatibus & insurgere.

Insusurro, insusurras {ψιθυρίζω} insusurrare, In aures leniter obstrepere, & veluti cum quodam susurro. Cic. 4. Acad. Verum quoniam non solum nauta significat, sed etiam Fauonius ipse insusurrat, nauigandi nobis tempus esse, &c.
Insusurrare in aurem alterius aliquid. Cic. 3. Verr. A qua muliere quum erat ad eum ventum, & in aurem eius insusurratum, aliàs reuocabat eos, &c.
Insusurrare alteri, Aliquid in aurem insufflare. Cic. 5. Tusc.
Insusurrare crebro cantilenam suam alteri. Cicero ad Atticum, libro 1. 14, Atqueita (tametsi iis nouis amicitiis implicati sumus) vt crebro vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam, &c.

Insuscèptus, Adiectiuum {ἀδήκητος.} Ouid. ad Liuiam,
Dixit, & iratus vota insuscepta reliquit.

Insutus, Vide INSVO.

Insyncerus, pen. prod. Adiectiuum {ἄτυφος} Quod est syncero cõrarium. Gel. lib. 5. cap 3, Is Protagoras insyncerus quidem philosophus, sed acerrimus sophistarum fuit.
Cruor insyncerus. Virgil. 4. Georg.

Intabesco,

Intabesco, intabescis, intabui {ἀφανίσκομαι} intabéscere, Idem quod tabescere. Colum. lib. 4. cap. 3, Nouella verò dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad vltimam redigitur maciem, & sic intabescit, vt nullis deinceps impensis recreari possit.
Cera intabescit igne leui. Ouid. 3. Metam. in fabula Narcissi.
Cibo interminato rabuissent pupulæ Horat. Epod. 5.
Glans plumbea intabescit. Ouid. 14. Metam. Id est liquescit.
Pruinæ maturinæ intabescunt Sole repente. Ouid. 3. Metam. in fabula Narcissi.

Intactus, Adiectiuum {ἄθικτος, ἄθιγος} Non tactus, integer, immaculatus, impollutus. Liu. 5. ab Vrbe, Integri intactíque fugerunt.
Intactus infamia. Liu. 8. bel. Maced. Infamia intactum, inuidia qua possunt, vrgent.
Intacti religione animi vir, Quem nulla religio tangit. Liuius 5. ab Vrbe.
Intactus à sibilo, Nunquam exsibilatus aut explosus. Cælius ad Ciceronem, lib. 8 2, Hoc magis animaduersum est, quòd intactus à sibilo peruenerat Hortensius ad Senectutem.
Boues intactæ. Horat. Epod 9.
Carmen intactum Græcis, Satyra. Horat. 1. Serm. satyr. 10.
Iuuencæ intacta ceruice. Virgil. 4. Georg.
Intactum à vexatione corpus, Nulla vexatione corruptum aut offensum. Liu. 7. ab Vrbe.
Grex intactus, Indomitum armentum. Seruius. Virgil. 6. Æneid.
Intactum omnibus pomum, Quod à nemine gustatur. Plin. lib. 12. capite 10.
Virgo intacta manet. Catul. in Carm. nupt. 57.

Intactilis, & hoc intactile, pen. corr. {ἀθικτὸς} Id est Tactum refugiens, siue quod tangi non potest. Lucret. lib. 1,
Sin intactile erit nulla de parte quòd vllam
Rem prohibere queat per se transire meantem.

Intaminatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀμίαντος} Idem quod Incontaminatus. Horat. 3. Carm. ode 2,
Virtus repulsæ nescia sordidæ,
Intaminatis fulget honoribus.

Intantum, & inquantum {τόσον, ἐφ' ὅσον, ἑσσατος.} Seneca de Benef. lib. 2. cap. 23, Quomodo puero intantum producenda notitia est muneris sui, inquantum delectarura est cui datur, ita accipienti adhibenda concio est. Virgil 6. Æneidos,
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
Intantum spe tollet auos.

Integer, integra, integrum, pen. corr. {ὁλόκληρος, ἀκέραιος, ἀμίαντος, πρωτεῖος} Incorruptum, inuiolatum: vt Integrum templum omni opere. Cic. 3. Verr.
Integer opponitur Trunco. Plin. lib. 7, Ex integris truncos gignit, itémque ex truncis integros. Budæus.
Integra filia. Plaut. Truculent. 17.
Virgines integræ. Catul. in Epithal. Mallij, 56.
Integer homo & sanctus. Cic. 1. de Orat. Quúmque illo nemo neque integrior esset in ciuitate, neque sanctior, &c.
Integer, innocens, religiosus. Cic. 6. Verr.
Homo integer & castissimus. Cic. 2. de Inuent.
Bonus & integer vir. Cic. pro Murena.
Integer & Contaminatus, contraria. Cic. in Topic.
Integer & purus. Cic. 1. Tuscul.
Rudis discipulus, & integer. Cic. 3. de Nat. deor.
¶Æui integer. Virgil 9. Æneid. Ouid. 9 Metam.
Integer animi. Cic. in arte Rhetorica, Integer animi fuisse demonstratur.
Annorum integer Stat. 1 Thebaid.
Mentis integer. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Vitæ integer. Horat. 1. Carm. ode 22.
Integer pudore. Martial. lib. 6.
Integer à, Vide in A præpositione.
Integer ab labore, Non fatigarus. Cæsar 3. bel. Gall.
Integer & honestus in omnibus vitæ partibus. Cic. pro Fonteio.
¶Integer, est qui nondum se attrinxit: cui integrum est rei arbitrium. Cic pro Flacco, Et ego me ad id quod attulerit, integrum cõseruabo. Budæus.
Integrum se seruare, pro Neutri parti se adscribere. Cic. ad Attic. lib. 7. 144, Quòd me amicissimè admones, vt me integrum quoad possim seruem, gratum est.
¶Integer, Validus, firmus, vegetus, sobrius: cuius contrarium est Fessus, saucius, viriatus, languidus, vinosus. Cic. pro L. Murena, Integrorum & fortunatorum promissis saucios & miseros credere non oportere. Cæsar in Commentariis, Quum crebro integri defessis succederent. Ibidem, Non facilè recentes atque integros sustinebant. Ibidem, Integros defatigatis submittens. Corn. Celsus, Corruptum corpus fit, an integrum.
Vt integrum se, saluúmque seipsum velit, mouet infantem natura. Cic. 2. de Finib.
¶Ex vera atque integra Græcia. Cic pro Flacco.
Florentes atque integros populos vici. Cic. pro Plancio.
Integerrimi & parati populi. Cic. pro Domo sua, Quum Gabinio integerrimas paratissimásque gentes ad diripiendum tradidisses.
Integerrimi diuina pace populi. Liu. 6. ab Vrbe.
¶Integra ætas, Adulta, florens. Terent. And. 1. 1,
Egregia forma, atque ætate integra.
Libero & integro animo causam alicuius defendere. Cicero pro Sylla.
Noua atque integra audacia, Recens nata. Plaut. Casin. 15.
Integra causa. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5, Itaque Alexandrina causa, quæ nobis adhuc integra est, videtur ab illo planè esse deposita. Terentius Heeyra, 1. 2,
Aliàs vt vti possim causa hac integra. Id est, non dicta, vt ait Donat.
Causam integram alicui reseruare. Cic. Valerio, lib. 13. 4.

Coniuges integras ab alterius petulantia conseruare. Cic 2. Verr.
Integrum corpus, & Vitiosum, contraria. Cic. 1. de Diuinat.
Decor integer æui. Stat. 5. Sylu 2.
Exercitus integer, Infractus & sanus. Plaut. Persa. Lepidus ad Ciceronem, lib. 10. 35, Equitatum habet magnum. nam omnis ex prælio integer discessit.
Existimatio integra. Cic. pro Quintio, Tamen dum existimatio est integra, facilè consolatur honestas egestatem.
Fontes integri. Horat. 1. Carm. ode 26.
Mens integra. Horat. 1. Carm. ode 31.
Integrum ingenium. Sallust. in Iugurtha, Non Græca facundia, neque vrbanis munditiis sese exercuit: ita inter bonas artes integrũ ingenium breui adoleuit.
Opes integræ & Accisæ, contraria. Vide OPES.
Integra & infracta res. Cic. Attico, lib. 9. 181.
Integra res, cui Peracta opponitur. Plin. epist. 48. Cic. ad Attic. lib. 4. 84, Sed hæc mallem integra re tecum egisse.
Integra res, cui Perdita opponitur. Cic. 5. Verr. Vtrum est æquius Decumanum petere, an aratorem repetere? iudicium integra re, an perdita fieri?
Integer sanguis, Purus. Plaut. Merc. 10. Virgil. 3. Æneidos,
-vos ô quibus integer æui
Sanguis ait, solidóque suæ stant robore vires.
Vitiosus & Integer sanguis, contraria. Corn. Celsus, Si sanguis crassus, & niger est, vitiosus est: si rubet & pellucet, integer est.
Sensus integer. Cic. 1. Acad.
Signa integra. Cic 3. in Catil.
Integri testes. Cic. 1. de Finib.
Integra valetudo, Sana. Cic. 2. de Finib.
Vita integerrima. Cic. pro Plancio.
¶Integrum & illibatum, Vide ILLIBATVS.
Integra omnia principi relinquere. Plin. epist. 126.
In integrũ restituere. Terent. Phorm. 2. 4. Cic. 7. Verr. Vt damnati in integrum restituantur, vincti soluantur.
Integrum est, In arbitrio est & potestate. Cic. 14. Philip. At non est integrum: constituta legitio est. Quid autem integrum non est sapienti, quod restitui potest?
Non est integrum mihi tuo consilio vti. Cic. in Pisonem.
Si integrum daretur, eam sententiam diceret. Cic. in Partit.
In integro esse res dicitur. Cic. 3. de Orat. Idem 4. Verr. Quum tibi in integro tota res esset. Id est, in potestate, ita vt adhuc possit vel fieri, vel omitti.
In integro esse causa dicitur: cui Dubia opponitur. Cic. ad Attic. lib. 11. 223, Suspicor enim cohæredes dubiam nostram causam putare, & eorum in integro esse. Vetus exemplar pro eorum, legit eo rem in integro, &c.
¶Ab integro, Aduerbium, Denuo, inquit Seruius. Virgil. eclog. 4, Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
De-integro, Vide DE.
De integro alicui gratulari. Cic. Attico, lib. 13 298.
De-integro scribere epistolam. Cic. Attico, lib. 13. 283.

Integellus. Diminutiuum. Catul 15. ad Aurelium,
Vt si quicquam animo tuo cupisti,
Quod castum expeteres, & integellum.

Integro, integras. pen. corr. {πρωτόω} integrare, Rursus inchoare, innouare. Virgil. 4 Georgicorum,
-ramóque fedens miserabile carmen
Integrat. Liu. 5. ab Vrbe, Simul ab religione animos remiserunt, integrant seditionem Tribuniplebis. Ibidem, lib 9, Cædem. Et lib. 3, Pugnam. Sic lib. 1, Lacrymas.
Aciem integrare, Vide ACIES.
Bellum integrabat Enyo. Stat. 8. Thebaid.
Integrare animum admiratione, aut risu renouare. Cic. 1. de Inuentione, Sic animus defessus audiẽdo, aut admiratione integratur, aut risu renouatur.

Integrasco, integrascis {πρωτόομαι} integráscere, Integrari, ad integrum redire, repeti, instaurari, vt ait Donatus. Terent. And. 4. 2,
Videre ait te cupere. s. ah perij, hoc malum integrascit.

Integrè, pen. corr Aduerbium {ὁλοκλήρως} Purè, syncerè, castè. vt
Integrè viuere. Cic. 4. de Finib.
Incorrupte atque integrè iudicare. Cic. 1. de Finib.
Castè integréque versari in periculis priuatorum. Cic. pro Lege Manilia.
Acta integerrimè vita. Cic. in Sallust.

Integritas, penult corr. integritatis {ὁσιότης, ἀκακοήθεια} Innocentia. Cic. 3. Verr. Mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate pudicitiáque existimari.
Integritas atque innocentia singularis. Cic. 1. Verr.
Fraus & Integritas, contraria. Cic. 2. de Orat. Eadem facultate & fraus hominum ad periciem, & integritas ad salutem vocatur.
Integritas & continentia. Cic. Q. fratri, lib 1. 1.
Integritatis & fidei testimonium dedit Cato. Cic. Attico, lib. 7. 122.
Vitæ anteactæ integritas. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Cautior & diligentior integritas. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1.
Incorrupta sermonis Latini integritas Cic. de Clar. Orat.
Integritatis & elegantiæ alicuius laudator. Cic. Attico, lib. 6. 113.
Integritas corporis, Valetudo. Cic. 5. de Finib. Quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta.

Intego, integis, pen. corr. intexi, intectum {ἐπικαλύπτω} intégere, Tegere. Plaut. Rud. 4,
Villam integundam intelligo totam mihi.
Integere habitabiles casas. Plin. lib. 9. cap. 10.
Integebantur porticus lignis coniunctis inter se. Cæsar lib. 2. belli Ciuilis.
Intecta stramento tecta. Liu. 7. bel. Pun.
Integi vallo. Liu. 7. ab Vrbe. Vetus exemplar habet tegi.

Crines integr it cæſſide.Stat.4.Thebaid.

Integumentum, integumenti {ἱμάτιον} Quo quid integitur. Liu 10. bel.Maced.Deorum capita quæ in lectis erant,auerterũt ſe, lanáque cum integumentis,quæ Ioui appoſita fuit,decidit.

Inuoluera & integumenta. Cic.1. de Orat. Sic modò in oratione Craſſi diuitias ac ornamenta eius ingenij per quædam inuoluera atque integumenta perſpexi. Id eſt velamenta.

Integumẽta flagitiorum. Cic. pro Cælio,Huc vnius mulieris libidinem eſſe prolapſam , vt ea non modò ſolitudinem ac tenebras, atque hæc flagitiorum integumenta non quærat, ſed in turpiſſimis rebus,&c.

Frontis integumentum. Cic.Poſt red in Senatu.

Diſſimulationis integumentis euolutus.Cic.2.de Orat.

Integumenta vocabantur , & tegmenta , operimenta ſcutorum & ſagmenta. Plautus,

Nequam eſſe oportet ſcutum , integumentum improbum eſt. Sic legit Turnebus.

Integro.Integraſco,Integrè,Integritas,Vide INTEGER.

Integumentum,Vide INTEGO.

Intelligo,intelligis,pen.corr. intellexi, intellectum {νοῶ,συνίημι,φρονίζω,συμβάλλω} intelligere. Ex Inter & Lego, quasi in interioribus legere. Significat Videre & mente percipere. Cic.ad Tironem,lib.16.22, Tu iſtic, ſiquid librarij mea manu non intelligent, monſtrabis. Antiqui intellego ſcribebant per e ſecundam vocalem in penultima.

Intelligere animum alicuius.Terent.Heaut.3.1,

Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit,

Prius proditurum te tuam vitam.&c.

Intelligere colloquia alitum,Vide COLLOQVIVM.

Intelligere gratulationem dicuntur ſimiæ. Plin.lib.8. cap.54, Tractaríque gaudent,ſimiles gratulationem intelligentis.

Intelligere ſententiam alicuius.Terent.And.1.3,

Enimuero Daue,nihil loci eſt ſegnitiæ,neque ſocordiæ,

Quantum intellexi modò ſenis ſententiam de nuptiis.

Intelligere in re aliqua.Cic.6.Verr.

¶Intelligere,Percipere.Terent.Eunucho,5.2,

Tum pol tibi ab iſto hera cauendum intelligo.

Clarius aliquid intelligere.Quintil.lib 2.cap.5.

¶Intellextín,pro Intellexiſtíne?Terent.And.1.2,

Quid? hoc intellextín'? an nondum etiam ne hoc quidem?

Lepidè intelligere, Vide LEPIDVS.

Intellexi minus.Terent.Eunuch 4.5, -niſi quia

Correxit miles,quod intellexi minus. Vide PARVVS.

Multum intelligo,Vide MVLTVS.

Nihil intelligo,Vide NIHIL.

Intellexi ſatis.Terent.Adelph.3.2.

Intelligo de geſtu , Id eſt Ex ipſo geſtu compertum habeo quid velis. Cic.in Vatinium. Volo etiam audire de te,quo tãdem Senatuſconſulto legatus ſiſde geſtu intelligo quid reſpondeas.

Intelligere ex. Cic de Nat.deorum,Sed ea magis ex aliorum contentione,quàm ipſa per ſeſe cognoſci atque intelligi poteſt.

Intelligere in. Cic.6.Verr.Tametſi non tam multum in iſtis rebus intelligo,quàm multa vidi.

Intelligere malè,vel nihil. Cic.Attico, lib.16 319, Malè eum credo intellexiſſe,ſi quiſquam malè intelligit.potius nihil intellexiſſe.

Intelligendi diſciplina, Vide Vera & abſoluta eloquentia,in ELOQVOR.

¶Intelligitur,pen.corr. Impersonale. Cic.1.de Finibus,Ex quo intelligitur nec intemperantiam proprer ſe fugiendam eſſe. Idem 4. Academ.

Intelligitur id.Cic.de Amicit.Id ſi minus intelligitur,&c.

Non intelligitur quando obrepat ſenectus , Id eſt Vix ſentitur, haud animaduertitur,aut percipitur.Cic.de Senect.

Intellecturus,pen.prod. Participium {νοήσων.} vt

Aures intellecturæ.Ouid.3.Triſt.eleg.14.

Intellectus,Aliud participium {νενοημένος} Perceptus,cognitus, compertus:frequentiſſimum eſt.

Intellectus , huius intellectus {νόος, νόημα, σύνεσις} Cognitio & notitia. Plin.lib 8 cap.16,de leonibus,Credit Libya intellectum peruenire ad eos precum. Quintil. lib.2.cap. 6, Quia facilior eorum intellectus videbatur.

Intellectus diſciplinarum , Cognitio & ſcientia. Quintil. libro 1. capite 11.

Intellectus ſaporum,Perceptio & ſenſus.Plin.lib.11.cap 37.

Intellectus acrimoniæ Plin.lib.19.cap.8.

Communis intellectus.Quintil.lib.2.cap.8

¶Amittere intellectum,Non intelligere. Seneca de Benef. libro 3. capite 17.

Capere intellectum alicuius rei.Quintil.lib.1.cap.1.

Intellectu conſequi, Intelligendo ãpprehendere. Quintil.libro 2. capite 5.

¶Intellectus,pro Significatione. Quintil.lib.7.cap.5, Ad intellectũ id nomen referentes Latini(ad verbum tranſlatum non inuenio) abſolutum appellant.

Habere duplicem intellectum.Quintil.lib.2.cap.14.

Intelligens, pen. corr. Participium {συνίων,γνούς,σοφὸς} ſiue Nomen ex participio,Sciens,ſapiens,doctus,prudens.Terent.Eunuch.2.2,

Dij immortales homini homo quid præſtat,ſtulto intelligens

Quid intereſt?

Doctus & intelligens exiſtimator.Cic.de Claris Orat.

Ingenioſus & intelligens. Cic. 6. Verr. Quæ non modò iſtum hominem ingenioſum & intelligentem,verumetiam quenuis noſtrum, quos iſte idiotas appellat,delectare poſſent.

Intelligens iudicium, Quod eſt ſanum,quódque ex re bene intellecta procedit.Cic.de Opt.gen.Orat.Qui teretes aures habent,intelligénſque iudicium.

Intelligẽs in hac re.Cic.6.Verr.At ita ſtudioſus eſt huius præclaræ

exiſtimationis,vt putetur in hiſce rebus intelligens eſſe.

Intelligens voluptatum. Cic.2.de Finib. Erat & cupidus voluptatum,& cuiuſuis eius generis intelligens & copioſus.

Intelligens principis , Compertum habens principis ingenium. Plin.epiſt.113.

Intelligentiæ,intelligentiæ {ἐπιστήμη,γνῶσις} Intellectus,prudentia. Cic. 2. Offic.Explica atque excute intelligentiam tuam,vt videas quæ ſit in ea ſpecie forma & notio viri boni. Idem 1.de Legib.

Simulatio intelligentiæ. Cic 3. Offic. Nec vlla pernicies vitæ maior inueniri poteſt, quàm in malitia ſimulatio intelligentiæ: ex quo iſta innumerabilia naſcuntur , vt vtilia cum honeſtis pugnare videantur.

Iuris Ciuilis intelligentia.Cic.de Clar.Orat.

Rationis & intelligentiæ particeps pars animi.Cic.1.de Diuinat.

Animalis intelligentia,Vide ANIMAL.

Difficilis erat animi,quid aut qualis eſſet intelligẽtia. Cic.1.Tuſc.

Vitioſa intelligentia.Cic.5.Tuſcul.

Prudentia & Intelligentia,Idem.Cic.2.Offic.

¶Ad commune iudicium popularéque intelligentiam aliquid accommodatè definire.Cic.in Orat.

Anteire omnes intelligentia.Cic.de Clar.Orat.

Cadere in intelligentiam,Vide CADO.

Intelligentiam rei alicuius habere Cic.Philip.9.

Adumbratas omnium rerum quaſdam intelligentias animo ac mente concipere.Cic.2.de Legib.

Concluſit intelligentiã in animo,& animam in corpore Deus.Cic. de Vniuerſ.

Ratione & intelligentia continentur ideæ.Cic.in Orat.

Ab intelligentia ſenſúque imperitorum longiſſimè diſiunctum,id maximè excellit.Cic.1.de Orat.

Communis intelligentia nobis notas res efficit , eáſque in animis noſtris inchoauit,vt honeſta in virtute ponantur,in vitiis turpia.Cic. 1.de Legib.

Fretus intelligentia alicuius. Cic.1.de Nat.deor.Tamen fretus intelligentia veſtra diſſero breuius quàm cauſa deſyderat.

Intendere & infigere intelligentiam in rem aliquam. Cicero 1. de Nat.deor.

Ponere in audiendi faſtidio intelligentiam.Cic.de Opt.gen.Orat.

Intelligenter, Aduerbium {σωφρόνως} quod vulgus barbarorum dicit *intelligibiliter*. Plinius libro 5.epiſt.16.ad Marcellinum,Quàm ſtudioſè, quàm intelligenter lectitabat. Cic.in Partit. Sumũtur autem etium rerum gratia:vt amicè,vt intelligenter,vt attentè audiamur.

Intemerandus, Adiectiuum {ἀμίαντος} Non violandus , aut contaminandus:& refertur ad res ſacras.Valer.5.Argonauticũ,

-an Martia templa Intemeranda minus?

Intemeratus, pen. prod. Adiectiuum {ἀμίαντος} Non turbatus.Virgil.3. Æneidos, -& munera libo

Intemerata fides. Vbi Seruius,Intemerata,rite perfecta : vt ſi leniter eſt fundendum vinum, aut mola iniicienda, ſic fiunt,vt ratio exigit ſacrificij:aliter ſi fiant,temerata ac turbata ſunt ſacra.

Intemerata fides, Id eſt non violata.Virgil.2. Æneid.

Intemperans , pen. corr. intemperantis {ὑπερπονηρὸς,ἀκρατὴς} Adiectiuum,cõtrarium eſt Temperanti, Immoderatus,intemperatus,qui ſe in omni libidine effundit. Cic. de Senect. Libidinoſa etenim & intemperans adoleſcentia,effœtum corpus tradit ſenectuti.

Intemperans in alicuius rei cupiditate.Cic.ad Attic.lib.13 282.

Adoleſcentia intemperans,Vide ADOLEO.

Intemperans vir,& impudica mulier.Cic.5.Verr.

Intemperans & ignauus.Cic.1.de Finib.

Intemperantis enim arbitror eſſe , ſcribere quod occultari velit. Cic.1.Acad.

Auidus atque intemperans plebeiorum animus Liu.4.bel.Pun.

Intemperantia, intemperantiæ {ἀκρασία,ἀκολασία} Intemperies, incontinentia,inſolentia.Cic.pro Cælio,Is multa de incontinentia intemperantiáque diſſeruit.

Immoderata intemperantia. Cic.1. Academic.Et omnium perturbationum arbitrabatur eſſe matrem immoderatam quãdam intemperantiam.

Intemperantia libidinis coercet.Plin.lib.25. cap.9.

Intemperantiam ſic definit Cicero 4.Tuſcul.Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam , quæ eſt à tota mente ac à recta ratione defectio , ſic auerſa à præſcriptione rationis , vt nullo modo appetitiones animi nec regi , nec contineri queant.

Impudens intemperantia adoleſcentium,Vide IMPVDENS.

Intemperantia riſus.Plin.lib.11.cap.37.

Intemperantia ægri.Quintil.lib.2.cap.17.

Intemperanter, Aduerbium {ἀκρατῶς} Immodeſtè, inconſtanter.Cic.1. Philip. Nimis iracundè hoc quidem & valde intemperanter. Idem 5. Philip. Ne honoribus noſtris elatus , intemperantius ſuis opibus vtatur.

Intemperatè,pen.prod.Aduerb. {ἀκολάστως} Inſolenter.Cic. de Vniuerſ. Qui autem immoderatè & intemperatè vixerit,eum ſecundus ortus in figuram mulicbrem transferet.

Intemperatus, Adiectiuum {ἀκόλαστος} Temperato contrarium: vt Intemperatiſſimæ perpotationes,apud Ciceronem in Piſonem. Et intemperatiſſima pecus, Ibidem. Idem de Amicit. Intemperata quædam beneuolentia.

Intemperia , inquit Nonius , pro Intemperantia apud veterem authoritatis obſcuræ.Has eius intemperias in maritum. Hæc ille.

Intemperiæ , intemperiarum {δυσοχεσίαι} Deæ quædam eſſe credebantur , quæ vim nocendi & intemperantius fæuiendi poteſtatem haberent.Plaut. Amphit.15,

Di voſtram fidem , quæ intemperiæ noſtram agunt familiam. Ibidem,16,

Quæ hoſpes intemperiæ,vt tu meum verberes?

Intemperies,

Intemperies {ἀκρασία} pro Intemperantia : vt Intemperies cæli, Intemperies ſolis , quam vulgus *indiſpoſitionem* vocat. Columel.lib.11. cap.2, Quoniam immaturis vuis omnia eadẽ poſſint accidere , propter intemperiem ſolis aut anni. Idem lib.1.in Præfat.Noxia frugibus intemperies cæli.

Intemperies amici, Immodeſtia. Cic.ad Att.lib 4.75, Sed me hercule incipiendo refugi,ne quòd videor ſtultè illius amici non intemperiem tuliſſe , rurſus ſtultè iniuriam illius faciam illuſtrem , ſiquid ſcripſero.

Intempeſtus , Adiectiuum {παράκαιρος} Concubius , vt Intempeſta nox.Feſtus.

Intempeſtam noctem dicimus,pro incertiore tempore , quia non tam facilè noctis horæ,quàm diei poſſint intelligi. Varro de Lingua Lat.lib.4 , Inter veſperuginem & iubar dicta nox intempeſta , vt in Bruto Caſſij,quod dicebat Lucretia , Nocte intempeſta noſtram deuenit domum. Intempeſtam Ælius dicebat , quum tempus agendi eſt nullum. Hactenus Varro. Virg.1.Georgicorum,

-aut intempeſta ſiles nox. Vbi Seruius, Intempeſta,inactuoſa, alta.denſa,craſſa,qualis eſt intempeſtas. Idem 3.Æneidos,

Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat. Vbi Seruius,Intempeſta, Media : hoc eſt nimium obſcura. Intempeſta, dicta eſt nox media. Inactuoſa, carens actibus , per quos tempus dignoſcimus. Ait enim Lucretius,quia per ſe tempus non intelligitur niſi per actus humanos. Medium autem noctis tempus actu caret. Ergo intempeſta, quaſi inactuoſa , quaſi ſine tempore : hoc eſt ſine actu , per quem dignoſcitur tempus. Vnde eſt, Intempeſtiuè veniſti, id eſt ἀκαίρως. [Ergo intempeſta dicitur,quia caret tempore. Hactenus ex Seruio. Cic. 6.Verr.Repentè nocte intempeſta ſeruorum armatorum fit concurſus atque impetus.

Intempeſtæ Grauiſcæ. Virg.10.Æneidos,

Et Pyrgi veteres,intempeſtæque Grauiſcæ. Seruius , Grauiſcanum oppidum, alij intempeſtum dicunt ventis & tempeſtatibus carens: quod nulla poteſt ratione contingere. Intempeſtas ergo Grauiſcas accipiamus peſtilentes , & ſecundum Plinium in Nat. hiſtoria , & Catonem in Originibus : vt intempeſtas intelligas ſine temperie, id eſt tranquillitate. Nam vt ait Cato,ideo Grauiſcæ dictæ ſunt , quòd grauem aerem ſuſtinent.

Intempeſtas,huius intempeſtatis {δυσκρασία} Idem quod intemperies: vt Intempeſtas cæli,hoc eſt iniuria. Plin.lib.18.cap.6.

Intempeſtiuus,pen.prod.Adiectiuum {ἄκαιρος,ἐξώριος} Quod eſt opportuno contrarium. Cic.de Amicitia , Nunquam intempeſtiua , nunquam moleſta eſt amicitia.

Intempeſtiua epiſtola, Quæ præter temporis occaſionẽ venit.Cic. ad Attic.lib.4 83, Si nihil habebis , tamen ſcribas aliquid. nunquam enim mihi tua epiſtola aut intempeſtiua,aut loquax viſa eſt.

¶Intempeſtiuus , pro Ominoſo, & malè portenti. Plin.lib.18.cap. 35,de indiciis tempeſtatum , Anſeres continuo clangore intempeſtiui,pecora exultantia, & indecora laſciuia ludentia , eandem ſignificationem habent. Budæus.

Intempeſtiuè,pen.prod.Aduerbium {ἀκαίρως,ἀκαίρως} Importunè. Columel.in Proœm.lib.1,Et ne ſingulos intempeſtiuè nunc perſequar,&c. Cicero 1. Offic.Ne ſi iraſcamur , aut intempeſtiuè accedentibus , aut impudenter rogantibus , in moroſitatem inutilem & odioſam incidamus.

Intempeſtiuè mouere vulnus , Hoc eſt non opportuno tempore. Ouid.4.de Ponto,eleg.10.

Intendo,intendis,intendi,intentum & intenſum {ἐπιτείνω,ἐντείνω,σφίγγω,κατατείνω} intẽdere , Porrigere , extendere , & tendendo explicare. Cicero 7. Verr. Tabernacula quemadmodum conſueuerat temporibus æſtiuis,quod antea iam demonſtraui, carbaſeis intenta velis collocari iuſſit in litore.

Intendere arcum, cui contrarium eſt Remittere. Plinius libro 11. capite 49.

Intendere arcum in aliquem , per tranſlationem : Hoc eſt,inuehi. Cicero pro Sextio , Fuerat ille annus , tanquam in Reipub. magno metu & multorum timore intentus arcus in me vnum.

Arcum intendebat Apollo.Virg.8.Æneid.

Intendere baliſtam in aliquem. Plaut.Bacchid.15.

Intendere digitum ad fontes. Cic.1.de Orat.

Intendere dextram ad ſtatuam. Cic.ad Atticum,lib.16.339.

¶Intendere, Continuare,Proſequi.Plaut.Milit.7.

Pergín' ſceleſte intendere,& hanc arguere? Liu.7.ab Vrbe.

¶Intendere alicui rei,Attendere.Plin.epiſt.272.

Intendit vt.Quintil.lib.10.cap.1,Nunc genera ipſa lectionum quæ præcipuè conuenire intendentibus vt Oratores fiant exiſtimem,perſequor. Hoc eſt contendentibus,annitentibus.

Aliquid intendere. Quintil.lib.3.cap.6.

¶Intendere aciem , Attentius conſpicere aliquid. Cicero 4.Acad. Neque quicquam interiectum eſt quod obſtet: ſed intendi acies longius non poteſt.

Aciem acrem in omnes partes intendere. Cic.4.Tuſcul.

Actionem. Quintil.lib.3.cap.8, Vt non videatur iure actio intendi. Cic.pro Milone,Diem mihi,credo,dixerat,multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat.

Actionem intẽdere alicui. Vlpianus in l.Siquis.6.Si filius.D. Quod quiſque iuris.

Animum intendere , cui contrarium eſt Relaxare. Plin.epiſt.124. Cic.in Hortenſio,Quæro,non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem.

Animum ad ſcribendum , pro Vehementer applicare. Plinius lib. 7.ad Suram , epiſtol.147. Liuius 1.ab Vrbe, in Præfat.Ad illa mihi pro quiſque acriter intendat animum , quæ vita , qui mores fuerint.

Animum aliquò,quod & Aliquò tendere dicitur. Cic.2.Ver.Quibus rebus,quid ipſe ſperet,& quò animum intendat,facile perſpicio. Hoc eſt, vt vulgò loquimur , *ad quem finem tendat , quem finem reſpiciat, quam tutentionem habeat.*

Animum in regnũ,Dare operam regno adipiſcendo. Saluſt.in Iugurth.In regnum Adherbalis animum intendit.

Animum ſtudiis & rebus honeſtis,Vehementer operam dare.Horat.1.epiſt.2,

-ſi non

Intendas animum ſtudiis & rebus honeſtis.

Animum intendit ſatis Arachnes. Ouid.6 Metam.

Animum in rem aliquam. Liu.3.bel.Pun.

Animum vltrà intendere. Quintil. lib.7.cap.2.

Animo. Cicero 10. Philipp.Si enim C. Antonius quod animo intenderat,perficere potuiſſet. Id eſt,quod propoſuerat apud ſe , quod cogitarat.

Intendi animo in rem aliquam. Liuius Decad.1.lib.1,in Horatiorum cum Curiatiis conflictu , Itaque erecti ſuſpenſique in minimè gratum ſpectaculum animo intenduntur. Id eſt , intenti ſunt. Budæus.

Ardorem exercitus intendere.Augere.Tacit.lib.12.

Aures ad verba alicuius. Ouid.4.de Ponto,eleg.4.

¶Bellum in aliquem,Eo modo quo intendere accum vel baliſtam in aliquem dicimus. Liu.1.bel.Pun.

Cauſam intendere.Vlpianus in l.Iulianus.§. Quantum. D. Ad exhibendum, Vt quis copiam rei habens poſſit exequi actionem quam deſtinauit,in nullo cauſa quam intendit,læſa.

¶Cogitationes ad rem aliquam., Liu.10.bel.Maced.

Conſyderationem in rem aliquam. Cic. 2.de Inuent. Nunc in alteram conceſſionis partem conſyderationem intendemus.

Conſilium, pro Moliri,Studioſè parare,vel proponere. Terentius And.4.4,

Repudio conſilium quod primùm intenderam. Vbi Donatus,Verbum à venatoribus tranſlatum , qui retia intendunt ad feras capiendas.

Crimen in aliquem, Hoc eſt criminari. Liu 9.ab Vrbe.

Crimen intendere alicui. Paulus in l. Lucius.D. De iis qui notant. infam. Lucius Titius crimen intendit Seio quaſi iniuriam paſſus.

Cupiditates. Tacit.lib.17, Quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipſa Galbæ facilitas intendebat. Hoc eſt, augebat.

Curam alicui rei, Diligenter curare. Plin.lib.8.cap.17.

Curam in. Liu.7.bel.Maced.Omiſſa igitur in præſentia mentione pacis,totam curam in belli apparatum intendit.

Eruditionem ſuam. Plin.epiſt.147.

Fallaciam in aliquem. Terent.Heaut.3.2.

Falſum. Cic.pro Flacco.

Formidinem. Tacit.lib.18. Hoc eſt,faciebat,vel augebat.

Formulam alicui. Suet.in Vitell.Quum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti , iniuriarum formulam quaſi calce ab eo percuſſus intendiſſet. Budæus.

Fugam. Liu.7.ab Vrbe.

Fugam ad mœnia. Lucret.lib.4.

Gloriam. Tacit.lib.12. Id eſt augere.

Hæreditatem ſuam eſſe intendit,vel totam,vel pro parte. Caius in l.Licet.D. De petit.hæred.

Intendere in. Cicero 4.Acad.Aduerſantur enim primùm , quòd parum deſigunt animos , & intendunt in ea quæ perſpicua ſunt, vt, &c.

In omnes occaſiones rei gerendæ.Liu.6.bel.Pun.

In aliquem intendere. Tacit.lib.3, Et quanquam tranſoſſo oculo, aduerſum os in hoſtem intendit.

Iter. Liu.1.bel.Maced.Alam equitum ad explorandum quonam hoſtes iter intendiſſent,miſit.

Iter cœptum in Italiam. Liu.1.bel.Pun.

Iter ad Prætorem. Liu.6.bel.Maced.

Laborem & ſtudium:cui contrarium eſt Releuare. Plin.in Paneg. Itaque perinde ſummis,atque infimis charus:ſic imperatorem, commilitonémque commiſcueras: vt ſtudium omnium , laborémque, & tanquam exactor intenderes , & tanquam particeps , ſociúſque releuares.

Laborem ſuum in aliquid. Quintil.lib.2.cap.11.

¶Intendere leges , pro earum ſeueritatem augere , cui opponitur Mitigare. Plin.epiſt.74.

¶Intendere duas manus , pro Tendere manus ad deos inuocandi cauſa. Senec.1.de Clement.

¶Intendere iungitur aliquando accuſatiuo,præpoſitione intercedente. Senec.lib.1.Natural.quæſt. Quid ſit deus, totúſne in ſe intendat,an ad nos aliquando reſpiciat.

Intendi animo. Liu.lib.1.

¶Intendere,ſine adiecto,pro Contendere. Liu.ab Vrbe,lib.8, Senatu, quia id in ſummis imperiis non obtinuiſſet , minus in Prætura intenderet.

Intendere id dicimur,quo velut in ſcopum tendimus. Quintil.lib. 1.cap.10,Illud vtique proprium ad efficiendum quod intendimus.

¶Intentio , pro Actione. Vlpian.in l.1. §. 1. D. Si menſor falſum mo.&c. Si autem ex locato fuerit actum : dicendum erit nec tenere intentionem.

Intentio dominij. Papin.in l.1. §. Quũ prædium.D.De pignor.& hypot.Quoniam quæſtio pignoris ab intentione dominij ſeparatur.

Perdere intentionem. Vlpian.in l.Iulianus.§.Quantum.D.Ad exhibendum.

Limam alicuius intendere.Vide LIMA.

Litem alicui , Litis periculum alicui comminiſci , & moliri litem. Cic.1.de Orat.Et quum vniuerſi in te impetum feciſſent , tum ſingulæ familiæ ſtem tibi intenderent.

Luſus principis intendere. Tacit.lib.13. Id eſt adiuuare, augeréq; vt ait Beatus Rhenanus.

Manus. Ouid.8.Metam.

Metum. Tacit.lib.1, Spem offerunt,metum intendunt.

Nerũos intendere,& Remittere,contraria. Plin.lib.26.cap.10.

Numeros neruis. Virg.11.Æneid. Vbi Seruius,Numeros intendere neruis, Rhythmos facere intentione neruorum. nam nunc sunt rhythmi:vt Numeros memini,si verba tenerem. Hoc ergo dicit, Secundum chordas verba componebat.

Oculos.Plin.lib.2.epist.vltima. Vide OCVLVS.

Odium. Tacit.lib.13.

Officia. Salust.in Iugurth.Præterea commeatus spe amplior, quia Numidæ, sicuti plerique in noua deditione,officia intendant,

Periculum, pro Minari. Cicero pro Roscio Amer. Idem pro Quintio, Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur.

Periculum iudicij. Cicero de Aruſp.respõſis,Itaque hominem furentem, exultantémque continui, simul ac periculum iudicij intendi: duobus incœptis verbis omnem impetum gladiatoris,ferociámque compressi.

Se ad firmitatem. Cicero 2.Tusculanarum, Nec verò vnquam ne ingemiscit quidem vir fortis ac sapiẽs, nisi fortè vt se intendat ad firmitatem.

Acrius se ad aliquid intendere. Quintil.lib.4.cap.4.

Se aduersarium in aliquem. Cælius ad Ciceronem, lib.8.4,In euitandis iis consiliis, qui se intenderant aduersarios in eius Tribunatum. Id est, qui se acriter exhibuerant, & non obscurè ostenderant se aduersarios.

Intendere se animus dicitur in multa. Quintil.lib.10.cap.3.

Se in rem. Quintil.lib.4.cap.1.

Acriter se in illud tenue discrimen grammaticus intendat. Quintil.lib.1.cap.5.

Se esse illum. Terent.Eunuch.3.3,

Nisi illa fortè,quæ olim periit paruula

Soror,hanc se intendit esse,vt est audacia. Id est nititur, conatur se assimulare illam esse quam dicunt.

Sensus ad res percipiendas. Cic.4.Acad.

Vela. Virg.3 Æneid.

Intendere vera,adgerere falsa. Tacit.lib.2.

Vim rebus. Quintil.lib.10.cap.7.

Vim præfecturæ modicam antea,intendit. Tacit.lib.4.

¶Intendere, Obiicere. cui contrarium est Depellere. Quintil.lib.3.cap.4,Nec inuenitur ex his vlla,in qua non laudare aut vituperare, intendere quid vel depellere debeamus.

¶Intendere, Tendere aliquò. Terent.And.2.2,

Sed vbi quæram? aut quò nunc primum intendam? c.cessas alloquiũ

¶Intendit petere Apuliã. Liu.7.bell. Pun. Numidis paucis,qui in vallo portísque se ostenderent, relictis,profectus Apuliam petere intendit. Id est, in Apuliam pergit.

¶Intendere,Augere. Celsus,Atque hæc ipsa & intendi & leniri possunt. Tacit.lib.2, Languescet alioqui industria, intenderur socordia. Hic Intendere & Languescere opponuntur.

¶Intendere, Aduersari, Contra tendere. Cicero ad Lentulum,epistol.2. Proxima erat Hortensij sententia, cui Lupus Tribunus plebis, quòd ipse de Pompeio retulisset, intendere cœpit. Id est valde repugnare, & quasi aduersando insistere,aut instare.

¶Intendere vincula collo,pro Ligare. Virg.2.Æneid. Seruius.

Intendere locum sertis:Circuniligare serta per aliquem locum,honoris & decoris gratia. Virg.4.Æneidos,

Intendítque locum sertis. Seruius,Intendit,ligat:vt

-& stupea vincula collo

Intendunt. Et est hypallage,pro Intendit serta per locum.

Intendens, Participium {ἐντείνων} siue Nomen ex participio. Liuius 1, ab Vrbe,Quò quum primis se intendentibus tenebris peruenissent, pergunt inde Collatiam.

Intensus,siue Intentus {ἐντεταμένος,ἐντατὸς} Participium, siue Nomen ex participio, Porrectus. Cicero 3.de Oratore, Voces, vt chordæ sunt intentæ.

Intentus animus. Cic.4. Tusc.Enitar quidem,sed intento opus est animo,ne omnia dilabantur,si vnum aliquod effugerit.

Intentus cogitatione animus & cura. Cicero 2.de Orat.Peruoluatur animus,vt se penitus insinuet in causam, vt sit cura & cogitatione intentus,diligentia est.

Intentus arcus. Plinius libro 8.cap.8,Intentos ingentes arcus defigunt humi.

Brachia intenta remis. Virg.5.Æneid.

Cithara omnibus neruis intenta. Quintil.lib.2.cap.8.

Intentissima cura,Diligens & attentissima. Quintil.lib.10.cap.1.

Intentior custodia. Liu.9.bel.Maced.Vt intentiore eum custodia asseruarent.

Intentus & infestus exercitus. Salust.in Iugurth. Deinde ipse paucis diebus intento atque infesto exercitu in Numidiam procedit.

Labor intentus. Ouid.1.de Ponto,eleg.6.

Mens intenta malis. Ouid.4.Trist.eleg.1.

Intentis oculis contemplari: Hoc est defixis. Cic.pro Flacco.

Oculos intentos voluens. Virg.7.Æneid.

Intentis alimentorum pretiis. Tacit.lib.17. Hoc est auctis.

Intentior sermo,Vehemẽs, altus, & qui voce altiore & admodum intẽta fit. Cic.1.de Orat.Multíq; oratores fuerunt,&c.qui omnia sermone conficerent paulo intentiore: nunquam lateribus aut clamore contenderent.

Intenta tela in patriam, Id est tendentia. Cicero de Prouinciis Consularibus.

Hærent intenti vultus. Silius lib.3.

¶Intentus, pro Attento & diligenti. Liu.3.ab Vrbe, Operi certè, id quod constat,agresti intentus,&c.

Intenti expectant signum. Virg.5.Æneid.

Intentus ad. Cic.11.Philipp. Quanuis enim intentus animus tuus sit,C.Pansa,sicut est, ad fortissimum virum & omnium clarissimum liberandum,&c.

Ad curas intentus. Tacit.lib.20, Nomen sedémque Cæsaris Domitianus acceperat,nondum ad curas intentus.

Intentus in. Luius.4.ab Vrbe. Qui postquam intentos homines in euentum periculi alieni, pro se incautos, neglectis vigiliis statione búsque est adortus,&c. Sic intenta mens in imagines,C.cero 1.de Nat.deorum.

Intentus aliquo negotio. Salust.in Catil.Verùm enimuero, is mihi viuere demum atque frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus,præclari facinoris,aut artis bonæ famam quærit.

Paci intentus. Lucan.lib.3.

Intentus, huius intentus {ἔντασις} pro intentione & expansione: vt Intentus palmarum, cuiusmodi fieri videmus in seditione & discordia, aut reclamatione alicuius turbæ: cuius non solùm voces, sed etiam manus intensæ conspiciuntur in eum quem explodere & eiicere cupiunt. Cic.pro Sextio,Voces quidem & palmarum intentus,& maledictorum clamorem omnes profuderunt.

Intensio,siue Intentio. Verbale {ἔντασις,ἐντείνω} Extensio. Colum.lib.6. cap.6,Cruditatis signa sunt crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi,neruorum intentio,hebetes oculi.

Intentio corporis. Cic.1.Tusc.

Intentio vocis,Quæ & vociferatio dici potest, cui Remissio vocis opponitur. Quintil.lib.1.cap.17.

Intentio & Remissio animi,contraria. Cic.2. Tusc.Vt onera contentis corporibus facilius ferũtur,remissis opprimunt:similimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum: remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere.

Intentio lusus. Liu.4.ab Vrbe.

¶Intentio, Voluntas. Quintil.lib.7.cap.6, Est enim duplex eius disceptationis conditio: quòd aut intentio, aut præscriptio habet controuersiam.

¶Intentio,Mens, animus, phantasia: est animaduersio & diligentia qua animus,ad quod intenditur,dirigitur.Plin.iun.lib.2.epist.5.ad Lupercum,Rogo intentionem scribẽtis accommodes. Quintil.lib. 8.cap.2,Acris iudicis intentio.

Silentium intentionis. Quintil.lib.4.cap.2.

Diuidere animi intentionem. Quintil.lib.1.cap.1.

Intentio operis,Propositio & deliberatio siue conceptio. Quintil. lib.10.cap.3.

¶Intentio, Diligentia. Plin.epist.10.lib.2, Vt tantum curæ intentionísque suscipere & possint & velint.

Perpetua discentis intentio. Quintil.lib.1.cap.2.

¶Intentio, Animaduersio & consyderatio intenta. Quintilianus lib.8.cap.2,Nec sit tam longus sermo, vt eum non prosequi possit intentio.

Laxare intentionem. Id est remittere. Plinius iunior lib.4.epistol. 13. ad Cornel. Tacitum, Ipse pauculis adhuc diebus in Tusculano commorabor, vt opusculum quod est in manibus, absoluam. Vereor enim ne sit hanc intentionem iam in fine laxauero, ægrè resumam.

Audit discipula intentione magna,& reddit. Plinius lib.10.cap.29. de philomela.

Recens audientium intentio. Quintil.lib.4.cap.1.

Intentione diligenti notare. Plin.lib.9.cap.59. Id est Diligenter obseruare.

Accommodare intentionem, Vide ACCOMMODO.

¶Intentio apud Oratores, Oratio crimen delictúmve alicui obiiciens. Quintil.lib.3.cap.11, Officiis constat duobus, intentionis & depulsionis. Cic.1.de Inuent.

Remittere intentionem iudicis. Quintil.lib.4.cap.1.

Nonnulli obseruant, vt intensio per ſ scribatur, quum extẽsionem & porrectionem,& etiam diligentiam significat:Intentio autem, per t,quum animaduersionem:quum tamen perinde sit, & confundatur vt plurimum hæc differentia.

Intentè,intentius,intentissimè {ἐντόνως} Aduerbium, Diligenter, & cũ cura & animaduersione diligenti. Plin.epist. 4. Non me hercule tam mea sunt,quæ mea sunt,quàm quæ tua:hoc tamẽ differunt, quòd solicitius & intentius tui me,quàm mei excipiunt.

Audire aliquem intentè,ac modestè. Quintil.lib.2.cap.2.

Intentius se excusare. Tacit.lib.3, Tum audita amborum verba, intentius excusante se Lepido,&c.

Intento,intentas {σοι,τείνω,ἐντείνω,ἀπατεῶ} Intentãre, Frequentatiuum. Frequentius porrigere, & extendere significat: vt Intentare manus in aliquem. Liu.3.ab Vrbe, Virginius intentans in Appium manus, Icilio,inquit,Appi,non tibi,filiam despondi.

Intentare manus alicui, pro Iniicere, in malum. Hirt.6.bel.Hisp. Eum qui legatos iugulasset, lapidare, & ei manus intentare cœperunt.

Voces alicui intentare. Tacit.lib.3.

Intentare aliquid alicui. Cic. pro Rosc.Amer.Explicet suum volumen illud, quod ei planum facere possum Erucium conscripsisse, quod aiunt illum Sext.Roscio intentasse,& meditatum esse,se omnia illa pro testimonio esse dicturum.

Intensare,significat etiam Minari. Virg.1.Æneidos,

Præsentémque viris intentant omnia mortem.

Intentare & minari. Cic.5.Tusc.

Actionem intentare. Vlpianus in l.3.§.Si filius. D. Quod quisque iuris, &c. In iis actionibus, quas ex persona eius intento. Sic habet Haloander. Pandect.Florent.legunt intendo.

Intentare arma Latinis. Liu.6.ab Vrbe, Sic,Sicam intentare.Cic. pro Milone.

Crimen inuicem intentant. Quintilianus libro 3. capite 10. Vide INVICEM.

Faces intentat Tisiphone.Stat.11.Thebaid.

Periculum intentare, Vide PERICVLVM.

Intentare imperium Romanum, pro Denuntiare periculum ab imperio Romano,seu vindictam. Liu.lib.2.Decad.5.

Intentatio,

Intentatio,Verbale. Senec.2.de Ira,cap.4. Ne nos oscitatio aliena solicitet, nec oculi ad intentationẽ subitam digitorum comprimantur. Id est,comminationem.

Intentatus, Participium {πεφυτευμένος.} vt Intentati gladij. Liuius 9. ab Vrbe, Gladij etiam plerísque intentati, & vulnerati quidam,necatíque.

Intentatus, Participium sine verbo, à tento tentas {ἀπόπειρατος} Non tentatus,hoc est non expertus. Virgil.10.Æneidos,

-hæc intentata manebat

Sors rerum. Martial.lib.2.14,

Nil intentatum Scilus,nil linquit inausum.

Nil intentatum nostri liquere poetæ.Horat.de Arte.

Intentatus & nouus amicus. Cic.de Amicit. Nemo est qui non quocum consueuit,libentius vtatur,quàm intentato & nouo. Quod ex vetusto codice legitur,nemo est qui non eo quo consueuit, libentius vtatur,quàm intractato & nouo.

Intepeo,intepes,pen.cor.intepui {χλιαίνομαι} intepẽre, siue Intepesco, intepescis, intepéscere, Incalescere, vel tepidum fieri.Propert.lib.4. eleg.1,

Et lacus æstiuis intepet Vmber aquis.

Comæ intepuere radiis. Ouid.5.Fast.

Serata intepuere tuis membris. Ouid.epist.10.

Inter,Præpositio {μεταξύ} accusatiuo casui seruiens, ferè significat aliquorum medium:vt Inter te & me est murus.

Inter alias,Id est plus cæteris. Plaut.Pœnulo,18,

Sicut hodie nos inter alias præstitimus pulchritudine. Plin.lib.13. cap.2,Inter omnes. Liu.6.bel.Pun.Inter cæteras.

Inter agendum,Id est dum agis. Virg.eclog.9. Seruius.

Inter cæsa & porrecta, Vide CAEDO.

Inter causas. Celsus, Estque inter causas timoris, si sensus in vulnere rodentium non est. Id est,causa est vna timoris.

Inter cœnam,pro In cœna,vel Tempore cœnæ. Cicero 2.Philipp. Si hoc tibi inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidísset. Idem Trebatio,libro 7.23, Illuseras heri inter scyphos quod dixeram.

Inter conuentum,pro In conuentu. Sueton.in Galba.cap.5.

Inter tot dies, Inter tot annos, A tot diebus, à tot annis. Plautus Trucul.13. Cic.pro Lege Manilia,Quare nolite dubitare,quin huic vni credatis omnia,qui inter annos tot vnus inuentus sit,quem socij in vrbes suas cum exercitu venisse gaudeant.

Inter hæc,pro Interea. Liu.4.bel.Pun.

Inter homines esse. Cic.1. Tuscul.Abiit ad deos Hercules,nunquá abiisset, nisi quum inter homines esset, eam sibi viam muniuisset.

Inter illud gaudium repentè mortuus est. Gell.lib.3.cap.15.

Inter initia principatus,Inter initia belli: Hoc est,dum bellum inciperet, dum princeps creatus esset, In initio, Plinius epist.249. Plinius lib.7.cap.3.

Inter initia,Primis diebus,primis annis,primo tempore. Plin.lib. 11.cap.48, Hæc de causa inter initia pasci, nisi submissis genibus non possunt. Columel.lib.2.cap.11.

Inter ista: Id est, cum hoc, vel præterea. Plin.epist.307, Gabium Bassum domine præfectum oræ Ponti integrum,probum,industriũ, atque inter ista reuerentissimum mei,expertus,&c.

Inter manus. Cic.7.Verr.Itaque erant exitus eiusmodi,vt alius inter manus è conuiuio tanquam è prælio auferretur.

Inter moras, Interea temporis. Plin.lib.9.ad Quadratũ,epist.190. Inter moras, Consul citatis nominibus,& peracta discessione, mittit Senatum.

Inter nos concertatio comparata iniqué. Terent.Adelph.2.2.

Nósque inter nos esse complexos narrabat. Cic.1.de Diuinat.

Inter nos dictum fuit. Terent.Adelph.5.3. Cic.ad Atticum,lib.2. 19,Serapionis librum ad me misisti: ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partem vix intelligo.

Inter nos ludamus. Plaut.Sticho,14.

Inter nos sordemus alteri. Plaut.Trucul.8.

Inter opus. Tibullus lib.2.eleg 7,

Crura sonant ferro,sed canit inter opus.

Inter paucos. Liuius Decad.3.lib.2. Hæc est nobilis ad Trasymenum pugna,atque inter paucas memorata Populi Romani clades.

Inter paucos dies. Liu.3.bell.Pun. Vetus exemplar habet intra paucos dies.

Inter pœnam gratulari. Suet.in Tiberio Cæsare,cap.60.

Inter præcipua seculi ornamenta. Plin.epist.165.

Inter primas. Plin.lib.12.cap.1.

Inter rem istam agendam. Plaut.Cistel.10.

Inter se fallaciam fingunt. Terent.And.1.3.

Inter se amant. Cic.ad Qu.frat.lib.3.19, Valent pueri, studioſé discunt,& nos & inter se amant.

Inter sese fabulantur. Plaut.Epid.5.

Inter se amplexari. Plaut.Milite,22.

Inter se iurare,pro Coniurare, Vide IVRO.

Inter se loqui. Cic.2.Verr.Sic honestissimi homines inter se & mecum loquebantur, Vide LOQVI inter.

Inter se distantes ternis pedibus. Columel.lib.5.cap.6.

Inter se ne contingant,curato. Colum.lib.5.cap.10.

Inter se dissimiles. Quintil.lib.9.cap.4.

Inter se cornibus pugnant. Varro 2.de Re rust.cap.3.

Inter se foliis strepiant. Virg.1.Georg.de coruis.

Inter spem metúmque tot populos suspensos animi habetis. Liu. 8.ab Vrbe.

Inter tempus. Liu.2.ab Vrbe, Quum inter omne tempus pater, vultúsque & os eius,spectaculo esset,&c.

Inter triennium continuum. Plaut.Sticho,4.

Inter vias aliquid agere, Inter ambulandum, vel in ipsis publicis viis. Terent.Eunuch.4.2.

Inter viam,Idem.Cic.Attic.lib.4.epist.3.non procul à fine,Si se in-

ter viam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone video. De Clodio loquitur.

Inter vina,Id est inter bibendum. Horat.1.epist.7.

Inter vos bene dicatis. Plaut Milite,20.

Vobis inter vos coniuncta voluntas. Cic.1.Verr.

Inter ipsos mutuò. Quintil.lib.10.cap.2.

¶Inter,Inuicem. Virg.11. Æneidos,

Conuersíque oculos inter se,atque ora tenebant.

¶Inter, In medio. Gellius lib. 13. cap.16, Inter os & offam.Quod in prouerbium abiit de re quæ præter spem euenire dicitur. Quale est etiam illud,Multa cadunt inter calicem, supremáque labra. Gellius ibidem.

¶Inter falcarios, pro Illuc vbi sunt falcarij. Cic.1.in Catil.Dico te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscurè) in M. Leccæ domum.

¶Inter, postpositum suo casui. Cic.de Amicit.Quæ si quos inter socieras aut est,aut fuit, aut futura est,&c. Liu.lib.8.Decad.3, Quos inter belli causa esset.

¶Bonis inter bonos necessaria amicitia. Cic.de Amicit.

Interalbico,interalbicas,pen.corr. {ὑπολευκαίνομαι} interalbicãre, Ad albi colorem tendere,& ad album accedere. Plin.lib.37.cap.10, Leucochrysos sic chrysolitho interalbicante.

INTERAMNIA {ἀνταμμία} Ptolemæo lib.3.cap.1,Prægutiorum ciuitas in Italia.Vulgò *Teramum*.

Interanea,interaneorum, plur.num.n.g. {ἐντέδρα} Ab intra fit: & significat intestinum, quòd intra corpus conditum sit. Plin.Medelæ sunt innumeræ ad interanea. Colum.lib.9.cap.14, Quidam exemptis interaneis occisas aues intus includunt, quæ tempore hyberno plumis suis delicescentibus apibus præbent teporem.

Adaperire interanea, Vide ADAPERIO.

Interarescо,interarescis {διαξηραίνομαι} interarẽscere.Cic.5.Tusc.Nihil enim interarescere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum in quibus vita beata consistit. Alij legunt inueterascere.

Interbibo,interbibis,penult.corr.interbibi, interbibitum, pen.corr. {διαπίνω} interbíbere, Totum bibere, vel penitus exhaurire. Plaut. Aulul.20,

-præterea tibicinam,

Quæ mihi interbibere sola,si vino scateat,

Corinthiensem fontem Pyrenen potest. Significant enim hæc verba penitus quid fieri,inquit Donatus.

Interbito, interbitas {ὑπάγομαι} interbitãre, Interuenire. Verbum antiquum,compositum ab inter, & verbo frequentatiuo Ito,itas,interposita litera b,causa euphoniæ. Plaut.Mostel.15,

Hic ego tibi præsidebo,ne vlla interbitet quæstio.

Intercalo,intercalas,pen.corr. {ἐμβάλλω,παρεμβάλλω} intercalãre, Interserere,seu interponere. Cato cap.150,Si intercalatum erit Calend. Maiis, agros XXX. ne amplius promittat. Cic.ad Atticum,lib.5.96, Memento curare per te & per omnes nostros,in primis per Hortensium,vt annus noster maneat suo statu,nequid noui decernatur.Hoc tibi ita mando,vt dubitem,an etiam te rogem, vt pugnes ne intercaletur. Id est,ne interponatur nouus annus.

¶Intercalare, Differre. Liu.9.ab Vrbe, Sed si me audiatis, prius quàm dedantur,hic in comitio virgis cæsos, hanc iam vt intercalatæ pœnæ vsuram habeant. Hæc Budæus.

Intercalaris,& hoc intercalare, pen.prod. {ἐμβόλιμος} Quod interseritur,vt Mensis Februarius, intercalaris dicitur, quòd ei dies vnus interseritur. Diéſq; ipse insititius, intercalaris Latinè dicitur, & Græcè ἐμβολιμαῖος,atque etiã ἐμβολισμοῦ eadem ratione: & ἐμβολισμὸς intercalatio. Gell.D.De verborum & rerum significatione.l.Quum bis sexto, Nam id bidum pro vno die habetur, & posterior dies intercalatur, non prior. Sensus huius loci est, Etiamsi bissextili anno & intercalari die natus est minor, id est sexto Calend. Martij, qui dies est quartus & vicesimus Februarij, nihilominus maiorem cẽseri anno quinto & vicesimo, eodem die & momento: quippe sextus dies Calendarum pro vno die cedit. Posterior enim dies Calendarum intercalatur, id est posterior dies bidui (quod biduum pro sexto die Calendarum cedit) intercalari, inseríque fingitur, non prior, sicque cum priore in vnum diem confundi. Ex Budæo. De intercalatione vide Petrum Nannium lib.5. Symmicton, & libros doctorum hominum scriptos de correctione anni.

Intercalaris annus,quem Bissextilem dicimus. Plinius libro 2.cap. 47, Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire easdem vices quadriennio exacto, Eudoxus putat, non ventorum modò, verùm & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri eius semper intercalari anno Caniculæ ortu. Budæus.

Intercalaris dies. Plin.lib.2.cap.8.

Intercalaris mensis, Macrobio dictus, non modò is qui intercalatur,sed etiam in quo intercalatur.

Intercalares Calendæ. Cic.pro Quintio,Die Neui diem. Ante v. Calendas intercalares. Bene agis. Idem ad Ligarium, lib.6.14, Ego idem tamen quum ad quintum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Cæsarem. Calendas Martias, vt opinor significauit. Omni enim intercalationi,inquit Macrobius, lib.1.Saturn.cap.13.mensis Februarius deputatus est,quoniam is vltimus anni erat. Budæus. Locus tamẽ hic variè legitur,ab aliis Ad II. Calẽd.ab aliis ad VI. Vide Sebastianum Corradũ,& Amerpachium.

Intercalares versus, inquit Seruius, vocantur qui frequenter in poemate interponuntur: vt apud Virgilium 8.ecloga,

Ducite ab Vrbe domum mea carmina,ducite Daphnim. In rhythmicis autem lusiunculis,quas *balladas* nostri vocant, sunt huiusmodi clausulæ sæpius repetitæ. Budæus.

Intercalarius, Adiectiuum {ἐμβολιμαῖος} Idem quod Intercalaris. Liu. de L. Scipione, libro 7.bell. Maced. Triumphauit mense intercalario pridie Calendas Martias. Cicero 4. Verr. Tunc Cephaleditani decreuerunt intercalarium quadraginta quinque dies longum,

vt reliqui menſes in ſuam rationem reuerterentur. Budæus.

Intercalarij quadrantes diei & noctis. Plin.lib.18.cap.25.

Intercapedo,pen.prod.intercapedinis, f.g. {διαχώρησις} Eſt tempus interceptum, inquit Feſtus: quũ ſcilicet mora eſt ad capiendum: Interuallum. Cic.filius ad Tironem,lib.16.21, Itaque me iam non pœnitebat intercapedinem ſcribendi feciſſe. Sueton.in Octauio,cap.38, Equitum turmas frequenter recognouit poſt longam intercapedinẽ, reducto more tranſuectionis.

Intercapedo moleſtiæ. Cicero 1.de Finibus, Alij audaces, proterui,iidem intemperantes & ignaui , nunquam in ſententia permanentes: quas ob cauſas in eorum vita nulla eſt intercapedo moleſtiæ. Id eſt vacuitas,inquit Budæus.

Intercedo,intercedis,pen.prod.interceſſi, interceſſum {ὑπεραμῦναι} intercédere,Medium eſſe : & tam de loco & de tempore , quàm de alia re quacunque dicitur. Cæſar 5.bell.Gall.Longius proſequi veritus, quòd ſyluæ,paludéſque interecedebant.

Interceſſit annus. Cic.2.de Finib.Ne id quidem , niſi quum multa annorum interceſſerint millia,vt omnium ſiderum eodem vnde profecta ſint,fiat ad vnum tempus conuerſio.

Interceſſit dies, vel nox. Cicero pro Cluentio , Dies nondum decem interceſſerant , quum ille alter filius infans necatur. Hoc eſt, nondum præterierant decem dies. Idem 4.Verr.Vna nox interceſſerat, quum iſte Dorotheum ſic diligebat, vt diceres omnia inter eos eſſe communia. Idem 1.in Catilinam, Nox nulla interceſſit. Id eſt, eo ipſo die.

Intercedit ſpatium,dum. Cæſar 1.bel.Gall. Tamen ſpatium intercedere poſſet, dum milites , quos imperauerat, conuenirent , legatis reſpondit,&c.

Interceſſit ægritudo huic gaudio , hoc eſt interuênit. Terentius And.5.5,

-nam mihi immortalitas

Parta eſt,ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.

Interceſſit caſus , aut diſſenſio in Reip.partibus. Cæſar 1. bel. Ciuil. Quòd ſæpe in bello paruis momentis magni caſus intercederẽt. Cic. de Amicit. Sin autem morum aut ſtudiorum commutatio quædam (vt fieri ſoler) facta erit,aut in Reipub.partibus diſſenſio interceſſerit,&c.

Contractus intercedit. Modeſt.in l.Cum vitioſe.D.De pignorib.

Intercedit familiaritas. Terent.Phorm.4.1,

Tacebit dum intercedet familiaritas.

¶Intercedit illi tecum amicitia , Intercedit tibi cum illo affinitas, Intercedit tibi mecum neceſſitudo:Hoc eſt,amicitia,affinitas, neceſſitudo inter nos eſt media quædam quæ nos cõciliat. Hæc Valla lib. 3. Cic.1.Verr.Si aut hoc à me Siculi non petiſſent , aut mihi cum Siculis cauſa tantæ neceſſitudinis non intercederet,&c.

Interceſſit ratio cum. Cic.pro Roſc.Comœdo , Si alia de cauſa, quæ ratio tibi cum illo interceſſerat? nulla. addictus erat tibi? non. fruſtra tempus contero,&c.

Intercedit inimicitia,vel ſimultas cum. Cæſar 2.bel.Ciuil.Huic & paternum hoſpitiũ cum Pompeio, & ſimultas cum Curione intercedebat,quò Tribunus plebis legem promulgauerat,&c. Liuius 8.bel. Maced. Tribunus plebis eo tempore T. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitia cum P.Scipione intercedebat.

Intercedit ius ciuile cum genere humano. Cicero 3. de Finibus, Quoniam quæ ea natura eſſet hominis,vt cum genere humano quaſi ciuile ius intercederet : qui id conſeruaret, eum iuſtum: qui migraret,iniuſtum fore.

¶Intercedere contra aliquem , Obſtare,obeſſe. Plin.lib.32.cap.1, de echineide piſce.

¶Intercedere pro alio,hoc eſt Fidem ſuam interponere,ſpondere. Cic.2.Philipp.Filius ſe ad pedes meos proſternens,lacrymans,te mihi commendabat , orabat vt te contra ſuum patrem , ſi feſtertium ſexagies peteret , defenderem : tantum enim pro te interceſſiſſe dicebat. Budæus.

¶Intercedere , pro Extare. Cicero ad Lentulum , libro 1.9, Nullum meum minimum dictum , non modò factum pro Cæſare interceſſit , quod ille non illuſtri gratia exceperit. Idem libro 1. 2. Budæus.

¶Tribuni interceſſerunt, Scipio interceſſit , Cato interceſſit : hoc eſt In mediũ ſe verbis,aut vi oppoſuit. Hæc Valla lib.3. Propriè Tribunorũ erat intercedere. Cæſar 1.bel.Ciuil.Intercedit M.Antonius, Q.Caſſius Trib.pleb. Cic. ad Atticum, lib.1.11,Qui dum veritus eſt ne Fuſius ei legi intercederet,&c.

Intercedit Tribunus plebis ſententiæ,quum opponit ſe,& ſic prohibet nequid ſtatuatur. Liu.lib.8 Decad.4.

Interceſſum eſt authoritati. Cicero ad Lentulum , libro 1. 7, Eáque quæ de ea cauſa ſcripta eſt authoritas (cui ſcis interceſſum eſſe, vt nequis omnino regem duceret) tantam vim habet.

Huic interceditur frequenter. Cic.ad Atticum,lib.1.14.

¶Intercedere per vim ac dolum,quo minus aliquid fiat. Papinian. in l. Virum.D.Siquis aliquem teſta.prohibet.

¶Intercedere , pro Inhibere , & coercere poſſit Gellius , Ne ſibi (inquit) intercedamus,quo minus ſuapte poteſtate vti liceat.

Interceſſio,interceſſionis,Verbale {θέσις} Quam vulgò *oppoſitionem*

Interceſſio,interceſſionis, Verbale {θέσις} Quam vulgò *oppoſitionem* vocamus. Cæſar 1.bell.Ciuil.Refertur ſtatim de interceſſione Tribunorum. Cicero ad Atticum , lib.1.2, Putamus enim vtile eſſe , te aliquando iam rem tranſigere : mea interceſſio parata & eſt,& fuit. Propriè interceſſio, Tribunorum erat. Nam vt Gellius docet lib.12. cap.13,Tribuni plebis antiquitus creati videntur non iuri dicundo, nec cauſis queriliſque de abſentibus noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis quibus præſentes fuiſſent , vt iniuria quæ coram fieret , arceretur. Cic.2.Philipp.Quum auſpicia Augur, interceſſionem Conſul ſuſtuliſſes.

Abiicere interceſſionem,Vide ABIICIO.

Interceſſioni cedere,vel prouocationi, Id eſt non procedere vlra, & admittere oppoſitionem. Budæus.

Interceſſor,huius interceſſoris {ἐφέσιος, διαμαρτύρησις} Is eſt quem *oppoſitorem* vulgus vocat. Cicero libro 3. de Leg.b. Parère iubet interceſſori , quo nihil præſtantius : impediri enim bonam rem melius, quàm concedi malam. Ibidem , Interceſſor rei malæ ſalutaris ciuis eſto.

Abiicere interceſſorem. Cic. ad Plancum,lib.10 12, Hunc quemadmodum fregerim , quantáque contentione Titium interceſſorem abiecerim.

¶Interceſſor,pro Internuntio ſeu interprete in pecunia mutuò accipienda Senec.epiſt.120.

Interceptio,Interceptor,Interceptus, Vide INTERCIPIO.

Intercido, intercidis,intercidi,intercisum, pen.prod. {διακόπτω} intercídere,Ex in & cædo compoſitum,Per medium ſecare. Cæſar lib. 2, Vt ſi poſſent , caſtellum , cui præerat Titurius Quintus legatus, expugnarent , pontémque interciderent. Plinius epiſtol. 108. libro 6, Corrupto enim ſcribæ ſeruo interceperat commentatios , interciderátque.

Ædes vicinas intercidere arcendi incendij gratia. Vlpian.in l.Siquis fumo.D.Ad leg.Aquil.

Rationes alicuius intercidere. Vlpianus in l. 1.in fine. D. De ſeruo corrupto, Vel ſi actori ſuaſit , ſiue verbis , ſiue pretio , vt rationes dominicas intercideret , vel adulteraret : vel etiam vt rationem ſibi commiſſam turbaret.

Intercidere venas. Plin.lib.11.cap.37.

Intercisus,pen.prod.Participiũ {διακοπὲς.} Vnde Interciſa hoſtia,apud Macrobium 1.Saturn.hoc eſt diſſecta.

Dies interciſa. Claud.5.Paneg.

Interciſæ pactiones , Hoc eſt abruptæ , & non integræ. Cicero in Parad. Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis interciſas.

Interciſi dies. Deorum,hominúmque communes, hi in ſe, non in alia diuiduntur. Illorum enim dierum quibuſdam horis fas eſt, quibuſdam fas non eſt ius dicere. Nam quum hoſtia cæditur , fari nefas eſt : inter cæſa & porrecta , fari licet. Macrobius libro 1. Saturn. capite 16.

Interciſio, Verbale {διακοπὴ} vt Interciſio ſtomachi, apud Plin.lib.20. cap.14. quam Dioſcorides lib.3.cap.26,ὀδυνώδεις στρόφους, id eſt morſus & erroſiones ſtomachi vocat.

Interciſè, pen. prod.Aduerbium {διακεκαμμένως} Sectim & per inciſiones. Cic.in Partit.Inuertatur ordo, & idẽ quaſi ſurſum verſus retrórſus dicatur:deinde idem interciſè atque permiſtè.

Intercido,intercidis,intercidi,pen.corr.intercaſum {παρεμπίπτω} intercídere, Ex inter & cado,Inter hæc,ſiue inter illa,aut iſta, ſiue inter ea,deficere:ac petire. Plin.lib.9.cap.51, Ea excludunt quinquageſimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt.

Perire & intercidere. Cic.pro Deiotaro,De Domitio dixit verſum Græcum eadem ſententia qua etiam nos habemus Latinum, Pereãt amici,dum vnà inimici intercidant.

Extare & Intercidere,contraria.Plin.lib.35.cap.8.

Intercidit actio.Papin.in l.Si bona fide. D. De petit.hæred. Si periculum erit ne inter moras actiones intercidant.

Intercidit gratia beneficij. Senec.de Benefic.lib.3.cap.1.

Honos intercidet æuo. Sil.lib.3.

Intercidit legatum.Modeſtin.in l.Legatum.D.De capite minutis, Morte quidem legatarij legatum intercidit , capitis tamen deminutione interueniente perſeuerat.

Libertas intercidit. Id eſt perit. Vlpian.in l.Si debitor.§.vlt.D.De fideicommiſſ.libertatib.

Intercidit memoria. Liu.2.ab Vrbe.

Nomen longis intercidit annis. Ouid.2.Faſt.

Obſides interciderunt. Vlpian.in l.1.D.ad l.Iuliam maieſt.

Quod ſi interciderit tibi nunc aliquid , Id eſt ſi oblitus fueris aliquid. Horat.2.Serm.ſat.4.

¶Intercidere, pro Cadere. Liu.3.ab Vrbe, Quod intercidit , ſpárſum ita iacuiſſe per aliquot dies,vt nihil odor mutarer.

Intercino,intercinis,pen.corr.intercinui, intercentum {μεταῴδω} intercínere, Inter aliquid agendum canere.

Intercinere,per tranſlationem dixit Horatius in Arte,

-neu quid medios intercinat actus,

Quod non propoſito conducat,& hæreat apté. Id eſt,nihil ſcribat, quod non ad propoſitum faciat.

Intercinctus,Participium ab Intercingo. Plin.lib.37.cap.10,Candore intercincto variis coloribus. Gelenius legit interſtincto. Idem lib. 36 cap. 8, Thebaicus intercinctus aureis guttis , inuenitur in Africæ parte Ægypto adſcripta.

Interciſe,Interciſio,Interciſus, Vide INTERCIDO.

Intercipio,intercipis,pen.cor.intercepi,interceptum {μεταλαβεῖν,διαλαμβάνειν,ὑποτίμουμαι,ὑποπτεύω} intercipere, Aliquem inter aliquid agendũ occupare:inquit Sipontinus. Cæſ.5.bel.Gal. Repentino equitum interuentu interciperentur.

Intercipere aliquid. Cic.pro Cluent. Id quum daretur in mulſo, Balburium quendam eius familiarem interceptſſe, bibiſſe: ſtatímque eſſe mortuum.

Iter intercipere. Liu.6.ab Vrbe.

Librum intercipere. Quintil.in Procem.lib.1.

Regnum intercipere. Plin.de Viris illuſt.

Intercipere literas , Interea dum perferuntur , occupare & referare,inſciis illis ad quos mittuntur. Cic.ad Qu.frat.lib.3.24, Ego ad te, ne hæc quidem ſcribo,quæ palàm in Repub.turbãtur, ne cuiuſquam animum meæ literæ intercepræ offendant.

Intercipit oblivio aliquem. Plin.in Paneg.

Res alicuius intercipere.Ouid.9.Metam.

Sermonem medium intercipere,Interpellare. Quintil lib 6.cap.4. Victoriam intercipere alieno labore quæſitam.Plin.de Viris illuſt.

¶Intercipere, Totum capere,inquit Donatus. Terent.Eunuch.1.1,

Nam

Nam quod nos capere oportet,hæc intercipit.

Interceptus mortalitate rex.Præuentus,præpeditus.Plin.epiſt.258.

Sic Intercipi morbo, Colum.lib.9. cap.3.

Interceptio, Verbale {ἀφαίρεσις.} Cic.pro Cluentio, Per quem porrò datum? vnde ſumptum? quæ deinde interceptio poculi?

Interceptor, Aliud verbale {μεσολαβητὴς.} Liu. 4. ab Vrbe , Prædáne interceptorem fraudatorémque etiam malum minari militibus?

Interceptor litis alienæ. Liu.3. ab Vrbe, Clarum hoc fore imagine Scaptij Pop.Rom. quadruplatoris & interceptoris litis alienæ perſonam laturum?

Intercludo, intercludis, intercluſi, intercluſum, penult.prod. {διαπείρω,ἀποκλείω,διείργω} intercludere , Ab iter & cludo , n interiecta litera,euphoniæ cauſa,Iter impedire, quaſi iter cludere, inquit Valla lib.5.cap.69. Cic. ad Terent. lib.14.14, Etiam illud metuo , ne iam intercludamini,vt quum velitis exire,non liceat.

Intercludere,Impedire. Virgil.2.Æneidos,

-ſæpe illos aſpera Ponti

Intercluſit hyems, & terruit Auſter euntes.

Aditum intercludere, Vide Aditus in ADEO.

Aditus ad aliquem intercludere.Cic.pro Roſc.Amer.

Aduentum inimicorum intercludere corporibus ſuis. Cicero in Paradoxis.

Animam intercludere. Tacit. lib.5, Interclusa anima, creditus eſt mortalitatem expleuiſſe.

Anima intercluſa nimia ab dulcedine aquarum.Lucret.lib 6.

Commeatum inimicis intercludere,Impedire,& itinera obſidere, ne inimicis commeatus poſſit deferri.Plaur. Milit.5. Author ad Hennium,lib.1.

Intercludere inimicos commeatibus.Cæſ.3.bel.Gall.In conſuetudine Populi Romani loca capere,caſtra munire,commeatibus intercludere inſiſtunt.

Intercludere aliquem commeatu, & frumento. Cæſar 1.bel.Gall. Eo conſilio vti frumento commeatúque, qui ex Sequanis & Heduis ſupportaretur,Cæſarem intercluderet.

Intercludi frumentaria.Cæſ.1.bel.Gall.

Fugam intercludere, Iter occupare, per quod inimici fugam arripere poſſent. Cic.ad Atticum,lib 7.138, At illum ruere nuntiant, iam iámque adeſſe , non vt manum conferat (quicum enim?) ſed vt fugam intercludat.

Hoſtes intercludere ab oppido & ponte, & commeatu omni. Cæſ. 1.bel.Ciuil. Sic Liu.1.ab Vrbe.

Itinera intercludere. Cæſ.7. bel.Gall. Et 2. bel. Ciuil. Intercludi itinere.

Libertatem intercludere, Prohibere liberum exitum & introitum. Cic. 2. pro Lege agraria , Iidem veſtram libertatem ſuis præſidiis & coloniis interclusam tenebunt.

Perfugium fortunæ intercludere.Cic.7.Verr.

Proſpectu viſus intercludere neſaſto. Stat.6.Thebaid.

Spem commeatus intercludere. Liu 6.bel.Pun.Spem commeatus quoque hoſtibus,ſi nauali prælio poſſeſſionem maris admiſſent, intercluſuri.

Vias omnes ſeditionum intercludere. Cic. pro Rabirio perduellionis reo.

Dolore intercludi , Id eſt impediri. Cicero ad Atticum , libro 8. epiſt.8.

Intercluſio , Verbale {φιλοτιμίαι} Impedimentum, occupatio. Cic.3.de Orat.Clauſulas enim atque interpuncta verborum,animæ intercluſio,atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

Parentheſis intercluſio vocatur à Quintiliano lib.9.cap.3.

Intercolumnium {μεσόστυλον} Spatium quod eſt inter columnas ædificiorum. Cic.ad Q.frat.lib 3.17, Topiarium laudauitis omnia conueſtiuit hedera,qua baſim villæ , qua intercolumnia ambulationis, vt,&c. Idem 3.Verr.

Interconciliare {διαλλάττειν.} Quintil.lib.12.cap.10,In docendo autẽ acumen,in interconciliando lenitas, in mouendo grauitas videatur. Ibidem,Siue aliud interconciliandi præſtare videtur officium.

Interculcare {μεστοπατῶ} Ex calco compoſitum. Colum.lib.12. cap. 43,Et deorſum verſus ſpectantes oliæ componuntur,ita diſtantes,vt interculcari poſſint vinacea.

Intercurro, intercurris, intercurri, intercurſum {διαθέω, παρεμπίπτω} intercúrrere, Interuenire,& intercedere : vt ait Budæus. Cicero 8. Philipp.Pugnatur acerrimè: qui intercurrerent miſimus tres principes ciuitatis : hos contempſit. Liu 5.ab Vrbe. Cic 2.Tuſc.Ergo his laborioſis exercitationibus & dolor intercurrit.

Intercurrunt, cingúntque has vrbes tetrarchiæ. Plinius libro 5. capite 18.

Intercurrens,Participium {παρεμπίπτων.} Plin.lib.12.cap.3, Folium mali Aſſyriæ eſt vnedonis intercurrentibus ſpinis.

Intercurſus, huius intercurſus, Verbale {παρέμπτωσις} Interuentus , interceſſio. Liu.2.ab Vrbe, Cõſulum intercurſu rixa ſedata eſt. Sic 10. bel.Pun. Deinde vt pedes Romanus repentino per turmas ſuas viam danteis intercurſu ſtabilem aciem fecit,&c.

Intercurſus,pro deprecatione. Tacit.lib.18, Quũ intercurſu Tribunorum,Centurionúmque protegitur.

Intercurſus , aliquando etiam pro mediatione accipitur. Liuius lib. 7. Decad. 4, Et impeditus intercurſu ſuorum vſus prælongarum haſtarum.

Intercurſo , intercurſas , intercurſare , Frequentatiuum {παρεμπίπτω.} Plin.lib.29.cap 4, Vnum ſimile formicæ, ſed multo maius, ruffo capite, reliqua parte corporis nigra , albis intercurſantibus reſperſum guttis.

Intercus,huius intercutis,pen.corr. Adiectiuum {ὑπόδερος,ὑπόδερμος} Quod inter earnem & cutem eſt,Inteſtinus. Cicero 3.Offic.Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem , pepigeritque,&c. Vide AQVA.

-Intercutia vitia. Gell.lib. 13. cap.8. Vbi interpres , Per alluſionem

vitia, quæ non foris apparent, ſed penitus ſunt imbibita, intercutia nominat.

Intercubus ſtupris obſtinatis, Cato.

Interdatus, penultima correpta, Adiectiuum {διαδοτὸς.} Lucretius libro 4.

Propterea capitur cibus,vt ſuſtulciat artus,

Et recreet vires interdatus. Id eſt inter corporeos meatus diuiſus.

Interdico,interdicis,penult.prod. interdixi, interdictum {ἀπαγορεύω, ἀπαγορεύομαι,παραγγέλλω,ἀπαγγέλλω} interdícere,Maximè prohibere. Cæſ.5.bel. Gall. Præcipit atque interdicit, præteritis hoſtibus, atque in fugam conuerſis,&c.

Datium cum ablatiuo frequentiſſimè regit. Liu.5.ab Vrbe,Sic vos interdicitis Patribus commercio plebis,ne,&c.

Impersonaliter,ſic. Cic de Senect. Vt quemadmodum noſtro more malè rem gerẽtibus patribus, bonis interdici ſoler. Plin.epiſt.76, Carent enim rogæ iure, quibus aqua & igni interdictũ eſt. Antiqui, quem Romana ciuitate pellebant, aqua & igni interdicebant, communione omni ciuitatis priuatum ſignificãtes:quòd duobus his elementis maximè humana indiget vita.

Paſſiuum,ablatiuum regit.ſic,Interdicor aqua & igni Aut datiũ. Cic.pro Domo ſua, Velitis,iubeatis, vt M. Tullio aqua & ignis interdicatur.

Rurſum actiuum,habet datiuum.Cic.1.de Finib.Sed id neque feci adhuc,nec mihi tamen ne faciam interdictum puto.

Acculatium cum dariuo, ſed rarius. Sueton.in Domit.cap.7, Interdixit hiſtrionibus ſceuam. Liu.4. bel.Maced. Fœminis duntaxat vſum purpuræ interdicemus.

Datium vnicum regit pro Obſto. Cic.4.Verr. Prætor impr obus, cui nemo interdicere poſſit,det quem velit iudicem.

Interdicere,ſubaudito datiuo.Terent.Hecy. 4.1,

Interdico ne exuliſſe extra ædeis puerum vſquam velis.

Interdixit fieri.Terent.Phorm.4 4. Sueton.in Serg. Galba.cap.6, Pari ſeueritate interdixit commeatus petti.

Interdicere de. Plin.lib.29. cap.1, Interdixi tibi de medicis. Cato ad filium. Cic. pro Cecinna, His rebus ita geſtis P. Dolabella Prætor interdixit,vt eſt conſuetudo,de vi hominibus armatis. Interdicere Prætorem de vi,eſt,interdicto de vi conceſſo, iubere eum qui vim fecerat,reſtituere. Budæus.

Interdicere, pro Interdicto vti: & eſt Prætoris. Cic.pro Cecinna, Prætor interdixit,vt vnde deiectus eſſet, reſtitueretur. Id eſt edixit. Vlpian.in l.locum.9. ſiquis dolo.D.de rab. exhibend. Si neque annuerit,inquit, neque celauerit tabulas : ſed idcirco alij tradiderit, ne eas interdicenti exhiberet. Pompon.in l.1.de locis & itine.publ. interdicitur, pro eo quod eſt, interdictum redditur, dixit authore Accurſio. Vlp.in l.2.§. hoc interdictum. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Vt ſiquid illic fieret quod priuato noceret, Prætor interdiceret interdicto ſuo. Alibi idem cum ipſo interdici debere dixit, pro eo quod eſt interdicto agi. Bud.

Interdicere cum aliquo. Vlpian.l.2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Nam ſi ipſe quocum interdixit, fecerit,vel iuſſu eius alius,aut ratum habitum ſit quod fecit,ipſe ſuis ſumptibus debet reſtituere. Idem l.1.D.de vi & vi armata, Quum autem falſus eſt procurator, cum ipſo tantùm procuratore interdici debere Sabinus ait. Sic Paulus l.3.D.vti poſſideris.§. Labeo quoque.

Interdicere aduerſus aliquem. Vlpianus l.1. D. de itinere actúque priuato, Si tibi fundum precariò conceſſero, cui via debebatur: deinde tu à domino fundi precariò rogaueris , vt ea via ad eum fundum vtaris: an noceat tibi exceptio, ſi aduerſus eum velis interdicere , à quo precariò viam rogaſti. Idem lege ſi alius. D.quod vi aut clàm, Quòd ſi tantum noxæ dediſſet , aduerſus dominum operis vtiliter interdici.

Interdicere in aliquem. Venuleius D.de liberis exhibendis.l.vlt.Si filius ſua ſponte apud aliquem eſt, inutile hoc interdictum erit: quia filius magis apud ſe, quàm apud eum eſt, in quem interdicetur.

Interdicere veſtigiis. Plin.lib.17.cap.5, Cato breuiter atque ex ſuo more vitia determinat : Terram carioſam caue, Néve ploſtro, néve pecore impellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tempore reformidari, vt penè veſtigiis quoque interdicat ? Id eſt inhibeat , nequis per eam iter faciat.

Vrbe interdicere. Vlpian.in l.1.§.vlt.D.de offic.Præſect. vrb. Et vrbe interdicere præfectus vrbi , & qualibet alia ſolitarum regionum poteſt : & negotiatione, & profeſſione, & aduocationibus,& foro,& ad tempus,& in perpetuum. Interdicere poterit & ſpectaculis.

¶Interdicere,Contradicere. Plaut. Capt.12, Dum pereas,nihil interdico, dicant viuere. Hoc eſt nihil moror.

Interdictus, Participium, quod prohibitum eſt.Sueton.in Calig.cap.25, Breuíque miſſam facit,interdicto cuiuſquam in perpetuum coitu.

Spes interdictæ. Ouid.10. Meram.

Voluptas interdicta. Horat.1. epiſt 6.

Interdictum,interdicti {παρέγγελμα,παραγγελία} Subſtantiuum, Prohibitio,Vetatio. Interdicta,ſunt formæ & conceptiones verborum,quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri,aut prohibebat : quod tunc maximè faciebat,quum de poſſeſſione inter aliquos cõtendebatur. Cic. pro Cecinna,Ad quæ interdictũm pertineret.

Interdicto duodecim tabularum. Plin.lib.11.cap.37.

Interdicto defeadere poſſeſſionem ſuam. Cicero ad Volumnium, libro 7.33.

Annuum interdictum. Paulus l.pen.D. de interdictis & extraord. action. Ex quibus cauſis annua interdicta ſunt, ex his de eo quod ad eum pertinet eum quo agitur , poſt annum iudicium dandum Sabinus reſpondit.

Duplex interdictum,cui opponitur ſimplex.Paul.l.2.D.de interdictis & extraord.action. Interdictorum quædam duplicia ſunt, quædã ſimplicia. Duplicia dicuntur, vt Vti poſſidetis. Simplicia ſunt, veluti exhibitoria, & reſtitutoria , item prohibitoria De arboribus cædendis,& De itinere actúque. Rurſus ibidem,in fine.

Efficax alicui interdictum. Paulus l. pen. sub finem. D. vti possidetis, Si vicinus meus in parte mea tectoria habeat, & in parte sua : Vti possidetis interdictum mihi efficax est, vt ea tollere compellatur.

Famosum interdictum. Vlpian. l. neque. D. de vi & vi armata, Neque vnde vi, neque aliud interdictum famosum est.

Mistum interdictum, Vide Interdictum quomodo disceruatur ab Edicto.

Noxale interdictum. Paulus l. vlt. D. de interdict. extraord. action. Interdicta noxalia ea sunt, quæ ab delictorum quos in potestate habemus, dantur.

Perpetuum edictum, cui opponitur Annale. Vide Interdictum quomodo discernatur ab Edicto, sub finem. Et Populare interdictū. Vlpian. D. de migrando l. 1. in fine, Hoc interdictum perpetuum est, & in successores & successoribus dabitur.

Personale edictum, Vide Interdictum quomodo discernatur ab Edicto, sub finem.

Populare Interdictum. Vlpian. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum perpetuum & populare est.

Precarium interdictum. Pomponius D. de precario. l. & habet, Quum quis de re sibi restituenda cautum habet : precarium interdictum ei nō competit. Iulianus ibidem, l. duo, Et ideo precario interdicto mihi tenebitur.

Temporarium interdictum. Vlpianus l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, in fine, Interdictum hoc non esse temporarium, sciendum est.

Vtile interdictum. Iulianus l. qui possessionem. D. de vi & vi armata, Si te vi deiecero, illico tu me, deinde ego te : Vnde vi interdictum tibi vtile erit. Paulus l. 3. D. vti possidetis, Item videamus, si proiectum supra vicini solum non iure habere dicatur, an interdictum Vti possidetis sit vtile alteri aduersus alterum. & est apud Cassium relatum, vtrique esse inutile. Sic Celsus l. vlt. D. de itinere actúque priuato. Vlpianus l. is qui in puteum. D. quod vi aut clàm, Euenict, vt in ipsum tutorem curatorémque aut vtilis actio competat, aut etiam vtile interdictum.

Admittere aliquid ad interdictum. Vlpianus l. nam etsi. D. quod vi aut clàm, Nam & si ramos quis de arboribus abstulerit, ad hoc interdictum admittimus hæc ita, si de ædificio tegulas sustulerit. Eodem titulo Venuleius, Quanquam autem colonus & fructuarius fructuū nomine ad hoc interdictum admittantur : tamen & domino id competit, siquid præterea eius interest.

Agere interdicto cum aliquo. Vlpian. l. 3. D. de tabulis exhibendis, Si tabulæ testamenti apud aliquem depositæ sint à Titio : hoc interdicto agendum est & cum eo qui detinet, & cum eo qui deposuit. Idē l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Item Nerua scribit, si tecum interdicto agatur : nihil vltra te facere cogendum, &c. Ibidem non ita procul à fine, Si tamen actor sua impensa arborem tollere paratus fuerit : rectè tecum acturum interdicto de via publica reficienda. Sed si pro derelicto non habeas : rectè tecum agi hoc interdicto.

Acquirere interdictum. Vlpianus l. 1. D. de itinere actúque priuato, Siquis autem, quum putaret fundum ad se pertinere, suo nomine iter fecerit amicus meus : vtique sibi, non mihi interdictum acquisisse intelligetur. Iulianus l. interdictum. D. quod vi aut clàm, Interdictum Quod vi aut clàm per quemuis domino acquiritur, licet per inquilinum.

Cessat interdictum. Vlpianus lege 1. D. quod legatorum, Siquis ex mortis causa donatione possideat, vtique cessabit hoc interdictum. Paulo pòst, Nam & hîc dicendum est, pro ea parte qua hæres est, cessare interdictum. Idem l. 1. D. de fluminibus, ne quid, &c. Si autem flumen priuatum sit, cessabit interdictum.

Competit interdictum. Paulus l. 2. D. de interdictis & extraord. action. Interdicta verò competūt vel hominum, vel diuini iuris causa, & de religione. Paulo pòst, Adipiscendæ possessionis sunt interdicta, quæ competunt his, qui antè non sunt nacti possessionem. Vlpianus l. 1. D. quod legatorum, non procul à fine, Si alter ex hæredibus, iisve ad quos ea res pertinet, voluerit rem à legatario possideri, alter non : ei, qui noluerit, interdictum competere : ei, qui voluit, non competere palàm est.

Competit interdictum aduersus aliquem. Vlpianus l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Aduersus eum qui molem in mare proiecit, interdictum vtile competit ei, cui forte hæc res nocitura sit. Idem D. ne quid in flumine publico, &c. Hoc interdictum cuiusex populo competit, sed non aduersus omnes : verùm aduersus eum qui id egit, vt aliter aqua flueret, quum ius non haberet.

Competit interdictum de, &c. Vlpianus lege 1. ne quid in loco sacro fiat, Hoc interdictum de loco sacro, non de sacrario competit.

Competit interdictum in aliquem. Paulus l. 4. D. de tabulis exhibendis, Si sint tabulæ apud pupillum, & dolo tutoris desierint esse : in ipsum tutorem competit interdictum. Vlpian. D. ne quid in flumine publico, &c. Hoc interdictum & in hæredes competit.

Complectitur interdictum, &c. Vlpian. l. is qui in puteum. D. quod vi aut clàm, Et hoc interdictum complectitur quodcunque aut vi aut clàm factum est.

Comprehendi interdicto. Venuleius l. vltim. D. de cloacis, Quanquam de reficienda cloaca, non etiam de noua facienda hoc interdicto comprehendatur : tamen æquè interdicendum Labeo ait, ne facienti cloacam vis fiat.

Concipere interdictum. Vlpianus l. 1. D. de interdictis & extraord. action. Interdicta omnia, licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsa personalia sunt.

Consequi aliquid ex interdicto. Vlpianus D. quod vi aut clàm. l. semper aduersus. in fine, Quia autem hoc interdictum continet hoc quod interest : siquis aliqua actione fuerit consecutus id quod interfuit opus non esse non factum : consequens erit dicere, ex interdicto nihil eum consequi oportere.

Continere interdicto. Vlpianus l. 2. D. de tabulis exhibendis, Si tabulæ in pluribus codicibus scriptæ sint, omnes interdicto isto continentur.

Continet hanc vel hanc causam interdictum. Paulus l. 2. D. de interdictis & extraord. action. Quædam interdicta rei persecutionem continent : veluti. De itinere actúque priuato. nam proprietatis causam continet hoc interdictum. Sed & illa interdicta quæ de locis sacris & de religiosis proponuntur, veluti proprietatis causam continent. item illa, quæ sui iuris tuendi causa diximus competere : vt non sit mirum, siquæ interdicta ad rem familiarem pertinentia, proprietatis causam, non possessionis habeant. Sic Vlpian. l. 1. D. quod legatorum, in ipso pene legis initio. Idem D. quod vi aut clàm l. semper aduersus. in fine.

Conuenire aliquem interdicto. Triphonius lege penult. D. de vi & vi armata, Quanquam ego moram fecero, quo minus interdicto te conuenirem.

Conueniri interdicto. Vlpianus l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Si fortè in publico fiet opus, quod ad priuati damnum redundet : prohibitorio interdicto potest conueniri. Ibidem, non procul à fine, Idem Labeo scribit, si vicinus fundi sui causa id fecerit, me non posse hoc interdicto conueniri. Idem lege 1. D. de fluminibus, ne quid, &c. Dandam exceptionem ei, qui interdicto conuenitur.

Defendere aliquem interdicto. Vlpian. D. de liberis exhibendis. l. 3, Sed vtique debet esse is, qui eum interdicto defendat.

Deficit interdictum. Vlpian. l. 3. D. de itinere actúque priuato, Itaque qui hoc interdicto vtitur, duas res debet ostendere : & hoc anno se vsum, & ei seruitutem competere. Cæterùm si desit alterutrum, deficit interdictum.

Denegare interdictum. Vlpian. l. 1. D. de aqua cotidiana, Idem Labeo scribit, esti Prætor hoc interdicto de aquis frigidis sentiat, tamen de calidis aquis interdicta non esse deneganda.

Descendere ad interdictum. Vlpian. D. de Saluiano interdicto, lege vlt. In Saluiano interdicto si in fundum communem duorum pignora sunt ab aliquo inuecta : possessor vincet, & erit eis descendendum ad Seruianum interdictum.

Desyderare interdictum. Vlpianus l. 3. D. de libero homine exhibendo, Sed si mulier vel pupillus hoc interdictum desyderent pro cognato, vel parente, vel affine suo sollicitii : dandum esse eis interdictū, dicendum est.

Dare interdictum. Paulus l. 2. de interdictis & extraord. action. Reliqua interdicta rei familiaris causa dantur. Vide Noxale interdictum. Idem Paulus l. vltim. D. quod legatorum, Si legatarius repromissione contentus fuit, dandum est interdictum. Vlpianus lege 1. D. de via publica, Interdictum hoc perpetuò dabitur, & omnibus, & in omnes.

Edere interdictum. Vlpianus l. 3. D. de interdictis & extraord. action. In interdictis exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita sunt, non retro. Paulus l. vlt. D quod legatorum, Sed si fortè factum sit per legatarium, quo minus satisdetur : eo autem tempore quo edit interdictum, satis accipere paratus sit : nō competit interdictum, nisi satisdatum sit. Paulo pòst, Illud enim tempus inspicitur, quo interdictum editur.

Euitare interdictum. Vlpian. l. 1. D. ne vis fiat ei qui, &c. Est in potestate successorum, euitare interdictum, satisdatione oblata.

Expediri interdicto. Vlpian. l. 1. D. vti possidetis, Restituendæ possessionis ordo aut interdicto expeditur, aut per actionem.

Experiri interdicto. Vlpianus lege 3. D. ne vis fiat ei qui, &c. Sed si mulier velit in factum actione vti : ad exemplum creditorum magis, quàm interdicto posse eam experiri, sciendum est. Idem l. 3. D. de tabulis exhibendis, Si hæres scriptus hoc interdicto experiatur, ad hæreditatem referenda est æstimatio. Sic Iulianus l. pen. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat.

Experiri interdicto cum aliquo. Paulus l. quum à te, D. de vi & vi armata, Quum à te vi deiectus sim, si Titius vi eandem rem possidere cœperit : non possum cum alio, quàm tecum experiri interdicto, Papinianus l. quum fundum. D. de vi & vi armata, Eum, qui fundum vindicauit ab eo cum quo interdicto Vnde vi potuit experiri pendente iudicio, nihilominus interdicto rectè agere placuit.

Experiri interdicto in aliquem. Vlpianus D. de libero homine exhibendo. l. 3. sub finem, Si tamen reus condemnatus malit litis æstimationem sufferre, quàm hominem exhibere, non est iniquum, sæpius in eum interdicto experiri, vel eidem sine exceptione, vel alij.

Experiri per interdictum. Vlpian. l. 1. D. de vi & vi armata, Planè si quis velit de possessione quidem rei soli per hoc interdictum experiri, de rebus verò mobilibus ad exhibendum actione : potest habere hoc in suo arbitrio.

Finitur interdictum. Vlpian. l. 1. D. de aqua cotidiana. in fine. Idem l. is qui in puteum. D. quod vi aut clàm. §. si postea.

Habere interdictum. Vlpianus l. 1. D. quod legatorum, Hoc interdictum & hæredem hæredis bonorúmque possessoris habere, rectè propter vtilitatem dicendum est. Idem l. 3. D. de tabulis exhibendis, Si ipse testator, dum viuit, tabulas suas dicat esse, & exhiberi desyderet, interdictum hoc non habebit : sed ad exhibendum erit agēdum, vt exhibitas vindicet. Rursus idem l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Siquis in mari piscari aut nauigare prohibeatur, nō habebit interdictum : sed iniuriarum actione vtendum est.

Locum habet interdictum. Vlpian. l. 3. D. ne vis fiat ei qui, &c. At siquis volet vti interdicto : consequens erit dicere, interdictum locum habere. Idem l. 1. D. de tabulis exhibendis, Siue supremæ tabulæ sint, siue non sint, sed priores : dicendum, interdictum hoc locum habere.

Locum habet interdictum ad. Vlp. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictū etiam ad ea quæ pascuntur in via publica, itinerève publico, & deteriorem faciunt viam, locum habet.

Locum

Locum habet interdictum aduersus. Vlpianus l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Interdictum locum habebit aduersus vicinum tuum. Ibidem, non ita procul à fine, Hoc interdictum locum habere etiam aduersus eum qui dolo malo fecit, quo minus possideret.

Incidere in interdictum. Paulus l. vi facit. D. quod vi aut clàm, Item si prohibiti hæres, vel is qui ab eo emerit, ignorans causam præcedentem, fecerit : dicendum esse Pomponius ait, non incidere eum in interdictum.

Insunt hæc interdicto. Vlpianus l. 1. D. vti possidetis, Perpetuò autem huic interdicto insunt hæc : quod nec vi, nec clàm, nec precariò ab illo possideas.

Interdicere interdicto. Vlpianus l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, quæ publico vsui destinata sunt : vt siquid illic fieret, quod priuato noceret, Prætor interdiceret interdicto suo.

Introducere interdictum. Paulus l. interdictum. D. de precario, Interdictum de precariis meritò introductum est, quia nulla eo nomine iure ciuili actio est.

Ire ad interdictum. Africanus D. de liberis exhibendis, l. penult. Si eum, qui patrem familiàs dicat, ego in mea potestate esse, & iussu meo adisse hæreditatem dicā : tam de hæreditate agi oportere, quàm ad interdictum de filio ducendo iri debere ait.

Mouere interdictum. Vlpianus l. D. de loco publico fruendo, Sed si simul veniant ad interdictum mouendum ipse qui conduxit, & socius eius : magis est, vt ipse conductor præferatur. Idem titulo, Vt in flumine publico nauigare liceat, Siquis velit interdictum tale mouere, vt locus deprimatur pecoris appellēdi gratia : non debet audiri. Idem. D. de libero homine exhibendo. l. 3. sub finem. Et D. de liberis exhibendis, lege tertia.

Obstrictum esse interdicto. Marcellus l. colonus. D. de vi & vi armata, Igitur interdictum Vnde vi colono competiturum : ipsúmque simili interdicto locatori obstrictum fore.

Oppugnat aliquem interdictum. Vlpian. l. 1. D. vti possidetis, Et illud quidem interdictum oppugnat possessorem, hoc tuetur.

Pati interdictum. Vlpianus l. 1. D. de vi & vi armata, Siquis tamen neget se seruum vel familiam defendere : cogēdus est pati hoc interdictum, ad hoc scilicet, vt quod ad eum peruenerit, restituat.

Verba interdicti latè patent. Vlpian. l. si alius. D. Quod vi aut clàm. § notauimus.

Permittitur alicui interdictum. Vlpian. D. de fonte. in fine. Sed & de lacu, puteo, piscina reficiendis, purgandis interdictum competit : & omnibus personis dabitur, quibus permittitur interdictum de aqua æstiua.

Persequi interdicto. Vlpian. D. de ripa munienda, Nam post opus factum, persequendi hoc interdicto nulla facultas supereſt, etiam siquid damni postea datum fuerit : sed lege Aquilia experiendum est.

Pertinet interdictum ad, &c. Vlpian. l. 1. D. de tabulis exhibendis, Hoc interdictum pertinet non tantùm ad testamenti tabulas, verùm ad omnia quæ ad causam testamenti pertinent. Ibidem, in fine, Hoc interdictum ad viui tabulas non pertinet. Idem lege. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum ad ea loca quæ sunt in fisci patrimonio, non puto pertinere. Paulo pòst, Ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, quæ publico vsui destinata sunt. Idem l. 1. D. de fluminibus, ne quid &c. Nec pertinet ad hoc interdictum, si quid in priuato factum sit.

Porrigitur latius interdictum, Vide Scribere interdictum.

Proficiscitur ex hac causa interdictum. Vlpianus l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum ex eadem causa proficiscitur, ex qua & superius.

Proponere interdictum. Paulus l. 2. D. de interdictis & extraord. action. Illa interdicta quæ de locis sacris & de religiosis proponuntur, veluti proprietatis causam continent. Vlpian. l. 1. D. ne vis fiat ei qui, &c. Hoc interdictum summa prouidentia Prætor proposuit. Paulus lege 1. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, In loco publico Prætor prohibet ædificare, & interdictum proponit. Vlpianus ibidem, lege 2, Propterque eam rem hoc interdictum propositum est.

Proponitur interdictum alicui. Vlpianus l. 1. D. de vi & vi armata. in principio, Hoc interdictum proponitur ei, qui vi deiectus est. Etenim fuit æquissimum, vi deiecto iubeniri : propter quod ad recuperandam possessionem hoc interdictum proponitur.

Proponitur interdictum aduersus aliquem. Vlpianus l. 3. D. de vi & vi armata, Hoc interdictum etiam aduersus eum proponitur, qui dolo malo fecit, quo quis armis deiceretur.

Prospicere alicui per interdictum. Vlpianus l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum prohibitorium est : & tam publicis vtilitatibus, quàm priuatorum per hoc prospicitur. Idem l. 1. D. ne quid in flumine publico, &c. Hoc interdicto prospexit Prætor, ne deriuationibus minus concessis flumina exaestant. Idem D. vt in flumine publico nauigare liceat, Hoc interdicto prospicitur, ne quis flumine publico nauigare prohibeatur.

Recedere ab interdicto. Vlpian. l. 3. D. de libero homine exhibendo, Planè si dubitat verum liber an seruus sit, vel facit status controuersiam : recedendum erit ab hoc interdicto, & agenda causa libertatis.

Reddere interdictum. Vlpianus l. 1. D. quod legatorum, Quia autem nonnunquam incertum est, vtrum quis pro legato, an pro hærede, vel pro possessore possideat : bellissimè Arrianus scribit, & hæreditatis petitionem in eum instituendam, & hoc interdictum reddendum, vt siue quis pro hærede, vel pro possessore, siue pro legato possideat, hoc interdicto teneatur. Idem. D. ne quid in flumine publico, &c. Siquid, ne fiat, prospicitur : superiore interdicto erit vtendum. & siquid post interdictum redditum fuerit factum, coercebitur. Idē l. 4. D. de vi & vi armata, Si vi me deiecerit quis nomine municipum : in municipes mihi interdictum reddendum Pomponius scribit, si-

quid ad eos peruēnit. Paulus l. vlt. D. vti possidetis, In summa puto dicendum, & inter fructuarios hoc interdictum reddendum : etsi alter vsumfructum, alter possessionem sibi defendat. Sic Iulianus l. 1. D. de Saluiano interdicto.

Referrur interdictum ad aliquid. Vlpianus l. 3. D. de vi & vi armata, Dicendum est etiam ad eas res referri hoc interdictum debere.

Remitti ad interdictum. Vlpianus l. 1. D. vti possidetis, Tunc si res soli sit, de cuius possessione contenditur, ad hoc interdictum remittentur.

Restitui ex interdicto. Vlpianus l. quæsitum est D. de precario, Ex hoc interdicto restitui debet in pristinam causam.

Restitui per interdictum. Vlpianus. D. ne quid in flumine publico, &c. sub finem, Hoc interdictum restitutorium proponitur. superius enim prohibitorium est : & pertinet ad ea quæ nondum facta sunt. Siquid igitur iam factum est : per hoc interdictum restituetur. Idem l. 1. D. de vi & vi armata, Vt etiam sine culpa eius mortuis hominibus, æstimationem eorum per interdictum restituere debeat.

Retinere possessionem per interdictum. Venuleius l. sed etsi. D. de precario, Sed etsi eam rem cuius possessionem per interdictum vti possidetis retinere possem precario tibi concesserim, teneberis hoc interdicto.

Rogare interdictum. Vlpianus D. de libero homine exhibendo. l. 3. in fine, Hoc interdictum & in absentem esse rogandum, Labeo scribit.

Spectat ad hanc rem interdictum. Paulus l. 2. D. de interdictis & extraord. action. Hæc autem interdicta quæ ad rem familiarem spectant, aut adipiscendæ sunt possessionis, aut recuperandæ, aut retinendæ.

Scribere interdictum. Vlpianus l. 1. D. vti possidetis, Hoc interdictum de soli possessore scriptum est, quem potiorem Prætor in soli possessione habeat. Idem l. & qui aliter. D. quod vi aut clàm, Et quū interdictum sit sic scriptum, Quod vi aut clàm factum est, non ita, Quod vi aut clàm fecisti : latius porrigi id, quàm ad has personas quas supra memorauimus, Labeo putat.

Subuenire alicui per interdictum. Vlpianus l. vltim. D. ne vis fiat ei qui, &c. Per interdictum etiam ei subuenit Prætor, qui damni infecti ab eo in possessionem missus est, ne ei vis fiat.

Sufficit interdictum. Vlpianus l. is qui in puteum. D. quod vi aut clàm, Hoc iure vtimur, vt etsi vi & clàm factum sit, interdictum hoc sufficiat.

Locus est interdicto. Vlpianus l. 1. D. quod legatorum, Illud tenendum est : siue à te, siue ab eo in cuius locum successisti, possideri aliquid cœptum est : interdicto huic locum fore. Rursus ibidem, sub finem legis. Idem l. 1. D. de tabulis exhibendis, Dicendum est interdicto locum fore. Paulus D. quod vi aut clàm l. competit, Potest dici, & fructuarij interesse propter voluptatem & gestationem, & esse huic interdicto locum. Sic Venuleius eodem titulo, l. si vitem meam.

Superiorem esse in interdicto. Paulus l. 3. D. vti possidetis, Ego possideo ex iusta causa : tu vi, aut clàm. si à me possides, superior sum in interdicto. si verò non à me, neuter nostrum vincetur.

Potiorem esse in interdicto. Paulus l. 3. D. vti possideris, Dominus autem soli tam aduersus alium, quàm aduersus superficiarium potior erit in interdicto Vti possidetis.

Tenet interdictum. Paulus in l. vltim. D. quod legatorum, in fine, Item si per bonorum possessorem stetit, quo minus satisdaret, sed modò paratus est cauere : tenet interdictum. Idem l. vlt. D. ne vis fiat ei qui &c. Siue ergo promittat, siue per eum non fiat, quo minus promittat : non tenebit interdictum. Vlpianus l. 1. D. de vi & vi armata, Si fundus à quo vi expulsus sum, mihi restitutus esset : cæteræ verò res quæ vi ablatæ sunt, non restituerentur : hîc dicendum est, interdictum nihilominus tenere : quia verum est, me vi esse deiectum.

Tenetur interdicto colonus venditori. Papinianus l. Quum fundum. D. de vi & vi armata, Placebat, colonum interdicto venditori teneri. Paulo pòst, Et ipsum interdicto colono teneri.

Teneri interdicto. Paulus l. vltim. D. quorum bonorum, Interdicto Quorum bonorum, debitores hæreditarij non tenentur, sed tantùm corporum possessores. Vlpianus l. 1. D. quod legatorum. Qui verò ex causa præceptionis possidet, vtique tenetur hoc interdicto. Idem l. 1. D. ne vis fiat ei qui, &c. Hoc edicto neque pupillum neque furiosum teneri constat. Rursus idem lege. 3. D. de tabulis exhibendis, Si custodiam tabularum ædituus susceperit, dicendum est teneri eum interdicto. Si penes seruum tabulæ fuerint, dominus interdicto tenebitur.

Tribuere interdictum. Vlpianus D. de liberis exhibendis. l. 3, Et ex iisdem causis hoc interdictum tribuendum est, ex quibus causis de exhibendis liberis competere diximus.

Tueri aliquem interdicto. Vlpianus D. vt in flumine publico nauigetur, Ergo & si à municipibus conductum habet : æquissimum erit, ob vectigalis fauorem interdicto eum tueri. Idem l. 1. D. vti possideris, Et illud quidem interdictum oppugnat possessorem, hoc tuetur. Paulo pòst, Interdictum autē, quod est Vti possidetis, possessorem prædij tuetur.

Valet interdictum. Vlpianus l. 1. D. de tabulis exhibendis, Sed & si falsum esse dicatur testamentum, vel ab eo factum qui testamenti factionem non habuerit, dicendum est interdictum valere.

Venire in interdicto. Vlp. D ne quid in flumine publico &c. in fine, In hoc interdicto restitutorio non est iniquum venire (vt Labeo ait) etiam quod dolo factum est, quo minus haberes.

Venire in interdictum. Vlpianus l. 1. D. de vi & vi armata, Et ideo siquid postea desit illic esse, dicendum erit in interdictum venire. Idem D quod vi aut clàm. l. Semper aduersus. ad finem, Culpam quæ que in hoc interdictum venire, erit probandum.

Vti interdicto. Vlpianus l.3.D.ne vis fiat ei qui,&c. At siquis volet vti interdicto, consequens erit dicere, interdictum locum habere. Idem l.3.D.de tabulis exhibendis, in fine, Ideo & si hæres sit, qui interdicto vsus,æstimationem consecutus est: eadem erit æstimationis distinctio. Rursus idem l. 2. Ne quidin loco vel itinere publico fiat, Idem ait, non esse ab re, de ea re interdicto vti. Idem l. si alius. D. quod vi aut clàm, Vtor aduersus te interdicto. Paulo pòst, Et vtaris aduersus me interdicto.

¶Interdictum, pro Minis. Plaut. Asin. 10, Nequeón' ego te interdictis facere manuetam meis?

Interdictio, Verbale {ἀπόρρητ.} Cic. pro Domo sua, Id autem vt esset factum, non adeptione ciuitatis, sed tecti, & aquæ & ignis interdictione faciebant.

Interdiu, Aduerbium temporis {μεθ' ἡμέραν} Id est die, vel per diem, sicut dum dies est: cui opponitur Noctu. Terentius Adelph. 4. 1. Cato de Re rustica, cap. 124, Canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu acriores & vigilantiores sint. Plin. lib. 18. cap. 6, Malum patremfamiliâs, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi intempestate cæli.

Interdius, etiam antiquis dictum est pro eodem. Plaut. Mostel. 7, Sed quid hoc? occlusa ianua est interdius. Idem Asin. 12.

Interdatus, Participium à verbo Interdo, interdas, quod significat interea do. Lucret. lib. 4,

Propterea capitur cibus, vt suffulciat artus:
Et recreet vires interdatus, &c. Id est interea datus. Lambinus.

Interduatim, & Interatim dicebant antiqui, quod nũc Interdum & Interim. Festus.

Interductus, huius interductus {διαστολὴ} pro illis veluti distinctionibus quæ inter sententias à librariis duci solent. Cic. in Orat. Ne infinitè feratur vt flumen oratio, quæ non aut spiritu pronuntiatis, aut interductu librarij, sed numero coacta debet insistere.

Interdum, Aduerbium {ἐνίοτε, ἐνιότη} Nonnunquam. Terentius Eunucho, 2. 3,

Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.

Virgil. 1. Georgicorum,

Interdum aut hederæ pandunt vestigia nigræ. Sic Cic. 4. Acad.

Interea {ἐν τῷ μεταξὺ, ἐν τούτῳ} Aduerbium temporis, Interim, tàtisper, hoc interim spatio. Particula est, vt ait Seruius, quæ negotia semper præteritis futura coniungit. Terent. Hecy. 1. 2,

Quid interea? ibátne ad Bacchidem? Vbi Donatus, Interea, inter eos dies. Virgil. 10. Æneidos,

Interea genitor Tyberini ad fluminis vndam, &c. Vbi Seruius, Interea, dum hæc geruntur. Et omnino sic est apud poetas Interea sicut est apud Sallustium, Eodem tempore. Cic. 4. Verr. Interea dies aduenit, quo die sese, &c.

Interea dum. Terent. Heaut. 4. 7,

Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere. Iedm Eunuch. 5. 2,

-vísne interea dum is venit,
Domi opperiamur potius quàm ante ostium?

¶Interea, Id est tamen. Virgil. 1. Georgicorum,

Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

Quum interea: Id est Quum tamen, indicatiuo iunctum. Cicero pro Cluentio, Quum interea vestigium nullum Cluentianæ pecuniæ inuenitis.

¶Interea-loci, idem significat quod Interea. Donatus, Duæ partes orationis quum coniunctæ vnam fecerint, mutant accentum. Terent. Heaut. 2. 3,

Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea-loci
Collocupletásti te Antiphila. Idem Eunuch. 1. 2.

Interemptio, Interemptus, Vide INTERIMO.

Intereo, interis, pen. corr. interiui vel interij, interitum, penult. corr. {ἀφανίζομαι, πανεκπόλυμαι, ὀλοθρίσκω} interíre, In totũ mori vel emori. Plaut. Amph. 16, Vigilans somnio, viuos & sanus intereo. Cæs. 8. bel. Gall. Multa millia interiísse. Sic interire fame, Cic. Attico, lib. 6. 113. Et 3. bel. Ciuil. Interire naufragio.

Æstas interitura. Horat. 4. Carm. ode 7.
Interire à Cic. 1. Acad. Nihil enim valentius est, à quo intereat.
Morte interire. Ouid. in Ibin.
Naufragus interiit. Ouid. 11. Metam.
Domus interitura. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.
Segetes intereunt. Virgil. 1. Georg.
Sextans tuus ne intereat. Iabolen. in l. si tu. D. de acq. hæred.
Ira interit morâ. Ouid. 1. de Arte.
Verba interitura. Horat. 4. Carm. ode 9.

Interitus, pen. corr. {διαφθορὰς δύε} passiuè, apud Claudium, Pugna acriter commissa, & multis vtrinque interitis.

Interitus, huius interitus, pen. corr. {ἀφανισμὸς, ὀλόλυσις} Mors. Cic. lib. 1. Tusc. Est enim interitus quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Interitus patriæ, Id est euersio. Cic. 5. Tusc. Interitus patriæ, exilium, seruitus, &c.

Acerbus interitus, Vide ACERBVS.
Afferre interitum, Vide AFFERO.
Alienari ab interitu, Vide ALIENO.
Interitu gaudeat illa tuo. Propert. lib. 2. eleg. 9.
Ad interitum redigere aliquid. Lucret. lib. 5.

Interibilis, pen. corr. Adiect. Qui interire potest. Arnob. lib. 2. aduers. gentes, Argumenta quibus animas passiuas atque interibiles inuenitur.

Interitio, interitionis, Idem quod Interitus. Testis est Nonius Marcellus citans hunc Ciceronis locum ex Frumentaria, seu Verr. 5, Quum bis in ea prouincia magnæ fugitiuorum copiæ versatæ sint, tamen aratorum interitio facta nulla est. Quo in loco plerique mendosè legunt internecio, alij internicio.

Interequito, interequitas, pen. corr. {διιππάζω} interequitâre, In medio equitare. Liu. 5. bel. Maced. Obstabant duces, hastilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes, sed interequitantes alarij non patiebantur. Curtius, In conspectu omnium duces interequitans alloquebatur.

Interest {διαφέρει} compositum ab in, re, est, significat vtile esse, vel ad rem pertinet.

Tantum interest subeant radij, an superueniant. Plinius libro 2. capite 16.

Quid ergo interest proferantur nécne? Cic. 3. Verr.

Quid interest vtrum. Cic. 5. Verr. Quid interfuit homo audacissime, vtrum hoc decerneres, an non, &c.

Iungitur omnibus genitiuis, vt Socratis interest, Id est in re Socratis est. Cicero pro Domo sua, Ego verò Reipub. semper interesse putaui, me illius pulcherrimi facti, &c. Plin. lib. 2. cap. 1, Mundi extera indagare, nec interest hominum, nec capit humanæ coniectura mentis.

Minoris vel pluris interesse. Vlpian. in l. vbi exigitur. D. de edendo, Is autem qui in hoc edictum incidit, id præstat quod interfuit eas ipsas, quarum modò mentionem feci, nemo poterit, nisi statuerit nihil esse quod interfit, aut differat aliud ab alio, præter honesta & turpia.

Interest in infinitum, Multum differt. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 6.

Interest quód. Cic. 2. de Finib. Sed hoc interest, quòd voluptas etiã in animo vitiosa res, vt Stoici putant.

Interest inter, quód. Cic. 2. Acad. Nec inter nos & eos qui scire se arbitrantur, quicquam interest, nisi quòd illi non dubitant, quin ea vera sint quæ defendunt: nos, &c.

Interest stulto intelligens. Id est, differt à stulto. Terent. Eun. 2. 2,

Dij immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens
Quid interest?

Interest, sine casu subsequente. Terent. Adelph. 1. 1,

Hoc pater, ac dominus interest. Id est differentia est, vt ait Donatus. Plin. in Præf. 7.

Interest tibi & mihi. Seneca 1. Nat. quæst. Quid vobis & nobis interest, nisi exigui mensura corpusculi?

¶Interest aliquando componitur ab inter & est, & coniugatur, Interfum, interes, interest: & significat præsentem esse. Cicero Lentulo, lib. 1. 6, Quæ gerantur, accipies ex Pollione qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam præfuit. Idem ad Plancum, libro 13. 30, Non modò vt non præesset vlli negotio, sed etiam vt ne interesset quidem.

Datiuo iungitur, vt vides in præcedentibus exemplis. Cic. ad Brutum, lib. 11. 7, Qui nostro sermoni interfuit. Cæs. 7. bel. Gall. Interesse rebus diuinis. Cic. ad Attic. lib. 2. 38, Publicis consiliis. Liu. 2. ab Vrbe, Spectaculo.

Lætus interfis populo. Horat. 1. Carm. ode 2.

Ablatiuo, cum præpositione IN. Cic. 5. Verr. Voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse.

In conuiuio

In conuiuio interfuisse. Cic. pro Rosc. Amerino.

Interesse posteritati suæ, pro Superstitem esse gloriæ quæ mortem sequi solet. Plin. epist. 25.

Interesse nobis dicitur Deus, pro Adesse. Seneca de Prouident. in Præfat. Quum præesse vniuersis prouidentiam probaremus, & interesse nobis Deum.

¶Interesse, In medio esse, vel interiacere, aut interpositum & interiectum esse. Liu. 2. de bel. Pun. Id morari victoriam tati, quòd interesset amnis. Columella, Arbores quæ intersunt, ablaqueabuntur. Plinius, Quod interest tenent Arabes.

Interest triduum. Cic. de Senect. Cuius inter primum & sextum Consulatum sex & quadraginta anni interfuerant.

Interfuerunt decem anni. Cic. 3. de Legib.

Interest inter duos amnes Artemidorus. Plin. lib. 6. cap. 19.

¶Interest, cum infinitiuo. Celsus in l. si Calendis. D. de re iudicat. Tanti æstimanda lis est, quanti interfuit mea Calendis id fieri.

Interfuturus, pen. prod. Participium. Valer. Max. lib. 2. cap. 1, de honore impenso senibus à iuuenibus, Inuitari ad cœnam, diligenter quærebant quinam ei conuiuio essent interfuturi, ne, &c.

Interfacio, interfacis, pen. corr. interfeci, interfactum {μεταξυποτίθεμαι} interfácere. Liuius libro 5. belli Punici, Reliquit tamen modicum præsidium, vt simul interfaciendo muro adiuuaret. Id est, Dum fieret murus.

Interfaris {διαπραγματεύεσθαι, παρενοχλεῖν} interfátur, interfári, Loquẽtem interrumpere. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Prius quàm aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. Ibidem, 7, Consul Classico ad concionem conuocat, orsúsque meritas Decij laudes, interfante ipso Decio, distulit concionem. Virgil. 1. Æneidos, -nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est.

Interfatio, Verbale {διαπραγμάτευσις.} Quintil. lib. 4. cap. 2, Interim expediet narrationes breuiter interfatione distinguere.

Interficio, interficis, penult. corr. interfeci, interfectum {διαχρόσομαι, φονεύω} interfícere, Ex inter & facio, Occidere. Cæsar 7. bel. Gallici, Equitem Romanum qui rei frumentariæ iussu Cæsaris præerat, interficiunt.

Feras interficere. Lucret. lib. 5.

Interficere aliquem vita & lumine. Plaut. Trucul. 10,
Salue, qui me interfecísti penè & vita & lumine. Gell. lib. 12. cap. 7,
Eadem mulier virum & filium eodem tempore venenis clàm datis vita interfecerat. Id est, vita priuarerat.

Interficere aliquem pessumis exemplis. Plaut. Mostel. 4,
Prò Iuppiter: nam quod malum versatur meæ domi. vt dij,
Dæque omnes me pessimis exemplis interficiant.

Interfectus in acie. Cic. 2. de Finib.

Interfectus omni supplicio. Cic. pro Lege Manilia, Vos legatum Pop. Romani omni supplicio interfectum multum relinquetis?

Interficere messes: Id est, perdere & cremare. Virgil. lib. 4. Georgicorum,

Fer rabulis inimicum ignem, atque interfice messes. Sic Nonius. At Seruius, Secundum Pythagoram, inquit, qui habere animam dicit omnia crescentia. Vnde & alibi, Ager aret vitio moriens.

Interfectus vsus ædium, Plautinus sermo, Merc. 2. 1,
Vsus, fructus, victus, cultus iam mihi harunce ædium
Interemptus est, interfectus est, &c.

Interfector, Verbale {φονεὺς.} Brutus Ciceroni, 16, Hic ipse puer quem Cæsaris nomen incitare videtur in Cæsaris interfectores.

Interfieri, pen. corr. {διαφθείρεσθαι} obsoletum verbum, pro Consumi & interire, apud Lucret. lib. 3,

-vt aut putrescat corpore posto,
Aut flammis interfiat, malísve ferarum.

Interfluo, interfluis, interfluxi, interfluxum {μεσορρύω} interflúere, Per medium fluere. Plinius, Flumine medium oppidum interfluente. Idem libro 3. cap. 5, Vtraque ciuitate fœderata, angusto freto interfluente.

Interfluus, Adiectiuum {μεσόρροος} Quod interfluit. Plinius lib. 6. cap. 26, Interfluo Euphrate, Id est interfluente. Solinus cap. 66, Scinditur amne interfluo.

Interfodio, interfodis, interfódere, Idem quod simplex fodere. Lucretius lib. 4,

-quæ quum sint oculis immissa leonum
Pupillas interfodiunt, &c. De gallis & leonibus.

Interfœmineum, interfœminei. Vtitur Apuleius pro genitalibus mulierbribus, quòd inter fœmina sint.

Interfringo, interfringis, interfregi, pen. prod. interfractum {διαῤῥήγνυμι} interfrìngere, Idem quod infringere. Cato cap. 44, Qui locus rectè ferax erit, quæ arida erunt, & siquid ventus interfregerit, ea omnia eximito. Plin. lib. 17. cap. 18.

Interfuro, interfuris, pen. corr. interfúrere. Stat. 1. Achilleidos,

-dúmque arma parantur
Dorica, & alternum Mauors interfurit orbem.

Interfusus, pen. prod. Adiectiuum {μεσοχεῖς.} Plin. lib. 2, Idem Oceanus interfusus, intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiam disperrit. Idem lib. 3 cap. 8.

Nouies Styx interfusa. Virgil. 4. Georg.
Genas interfusa maculis. Virg. 4. Æneid.

Intergero, intergeris, pen. corr. intergessi, intergestum, intergérere. Plin. lib. 13. cap. 12, Diligentior cura, molli panis fermentati colata aqua feruente: minimum hunc modum intergerit. Ex vetusto codice legitur, Minimum hoc modo intergerij atque etiam Nili lenitas superatur. De glutino.

Intergerinus, pen. prod. Adiectiuum.

Intergerini parietes, à Vitruuio appellantur, qui intergerunt, hoc est ferunt & sustinent onera, quos è creta iubet Vitruuius constituere. Dicti intergerini, quòd inter nouos parietes, aut fundamenta pro fultura intergeruntur. Vitruuius, Et catenis colligatæ in eo lo-

co qui finitus erit, constituantur: & intergerinis è creta, beronibúsque ex vlua factis calcetur. Festus, Intergerini parietes dicuntur qui inter confines struuntur, & quasi intergeruntur. Budæus, Huiusmodi paries quem Papinianus concratitium appellat, Latinè propriè intergerinus appellatur, qui à vicinis constructus veluti intergerit, id est communiter gerendo est. Plin. lib. 35. cap. 14.

Interiacco, interiaces, penult. corr. interiacui {μεσόω} interiacére, In medio iacére. Plin. epist. 250, Et duo publica opera quanquam viã interiacente. Rursum Liu. 7. bel. Pun. Interiacebat campus: colles imminebant nudi.

Intériacet Capuam, & Interiacet Capuæ, dicimus. Plin. lib. 5. cap. 4, Et à regione quæ duas Syrtes interiacet. Colum. lib. 11. cap. 3, Vt in id spatium quod sulcis interiacet, inclinentur. De seminibus.

Interiacet hæc inter eam. Plin. lib. 4. cap. 12.

Interibi, pen. corr. {ἐν τούτῳ} Aduerbium idem significans quod Interea. Plaut. Capt. 16, Vos lauate interibi. Gell. lib. 3. cap. 7, Consul interibi dum ea pugna fit, se in locos subducit tutos atque editos. Obsoletum.

Interlicio, interlicis, pen. corr. interlexi, pen. prod. interlectum {παραδέλκω} interlícere, Interaliquid iácere, Interponere. Colum. lib. 1, Vt siqua interiecta sunt stramẽtis aut paleis spinarum vel germinum semina intereant.

Interiicere inter. Cæsar libro 7. bel. Gal. Galli inter equites, ratos sagittarios, expeditósque leuis armaturæ interiecerant, &c.

Interiectus, Participium {παρεῖσδυσις.} Cæsar 7. bel. Gall. Neque inter se contingant trabes: sed paribus intermissæ spatiis, singulæ singulis saxis interiectis, arctè contineantur.

Interiectus inter. Cic. 2. de Nat. deor. Aer autem, vt Stoici disputant, interiectus inter mare & cælum, &c. Idem 2. de Finib. Tu autem inter hæc tantam multitudinem hominum interiectam non vides, nec, &c.

Interiecta & media. Cic. 1. Acad. Iis ipsis alia interiecta & media numerabat.

Interiectus inter philosophos, Id est intermedius, vt ait Budæus. Cic. 1. Offic. Aut interiecti inter philosophos, & eos qui Rempubl. administrarent, delectarentur re sua familiari.

Interiectum interuallum, Interpositum. Cic. 1. Offic. Quæ quasi longo interuallo interiecto videmus.

Nasus quasi murus oculis interiectus. Cic. 2. de Nat. deor.

Interiecto spatio. Liu. 2. ab Vrbe. Idẽ 1. ab Vrbe, Paucis interiectis diebus, Sext. Tarquinius inscio Collatino, cum comite vno Collatiam venit.

Interiectus, huius interiectus, Verbale {παρεμβολὴ.} Cic. 2. de Nat. deor. Interpositu interiectúque terræ. Colum. lib. 3. cap. 21, Si verò interiectibus capere cuiusque generis fructum aueat, &c.

Interiectus temporis. Tacit. lib. 3.

Interiectio, Verbale {παρεμβολὴ} Interpositio, & insertio. Quintil. lib. 4. cap. 2, Ne sententia quidem velut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere dissuaserim, maximè quidem breui interiectione. Idem lib. 8. cap. 2.

Interim, pen. corr. Aduerbium temporis {μεταξὺ} Idem quod Interea. Terent. And. 1. 1,

-funus interim Procedit. sequimur.

Interim, Aliquando, siue interdum. Quintil. lib. 1. cap. 9, Sed quia interim excusantur hæc vitia aut consuetudine, aut, &c. Cic. 2. de Orat. Interim timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus. Sic Budæus. Vetus exemplar habet Item timor.

Interim, pro aliquando, interdum geminatur. Quintil. lib. 1. cap. 3, Interim elabuntur, interim suæ memoriæ intentos à noua inuentione declinant.

Interim, Repentè. Terent. Hecyra, 1. 2,

-primum dies compluscúlos
Bene conueniebat sanè inter eas. interim
Mitis modis odisse cœpit Sostratam. Donatus.

Quum interim, pro Quum tamen. Quintil. lib. 12. cap. 10, Sicut quatuor generaliter vétos totidẽ mundi cardinibus accepimus flare, quum interim plures sint intermedij. Alij codices habent, quum interim plurimi medij. Liuius, Quum interim siquis existimare velit. Sic Cicero pro Sylla, 11. Budæus.

Interim, Discretio est eius rei quæ ad narrationem pertinet. Terentius And. 1. 1,

Curabat vnà funus. tristis interim
Nonnunquam conlachrumabat.

Interimo, interimis, penult. corr. interemi, penul. prod. interemptum {ἀφανίζω, διαφθείρω} interímere, Interficere. Cic. 4. Acad. Interimebat vxorem. Liu. 1. ab Vrbe, Scirpem fratris virilem interimit.

Interimere vitam. Plaut. Casin. 16,
Interimere ait velle se vitam. Antiqué.

Se ipsa interemit Lucretia à filio regis per vim stuprata. Cic. 2. de Finibus.

Interimi veneno. Plin. lib. 7. cap. 13. Et lib. 11. cap. 37.

Interimere & Conseruare, contraria. Cicero 1. de Nat. deorum, Et siquæ interimant innumerabilia sunt, etiam ea quæ conseruent infinita esse debere.

Ad nihilum interimat res. Lucret. lib. 1.
Mors interimit res. Lucret. lib. 2.

Interimit me hæc oratio, Hic sermo me conficit & enecat. Plaut. Merc. 2. 1,

Disperij: nam illæc interemit me modò oratio. Cic. pro Milone, Me quidem Iudices, exanimant & interimunt hæ voces Milonis quas audio assidué.

Interemptus, Participium. Plaut. Mercat. 2. 1.

Interemptio, Verbale {ἀφανισμὸς.} Cic pro Lege Manilia, Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum interemptione patefactum est. Verus exemplar legit internicione.

Interior, Interius, Vide INTRA.

Interitus, Vide INTEREO.

Interiungo, interiunges, interiunxi, interiunctum {διαζεύγνυμι} interiungere, Subsistere. Tractum à curru, cuius rotæ interiecto fune iunguntur, vt quiescat. Martial. lib. 2. 6,

Et quum currere debeas Bouillas,

Interiungere quæris ad camœnas. Aliat. lib. 3. Parerg. cap. 14. interiungere exponit, equos à curru separare.

Interiungere equos, Distungere, vt conquiescant. Martial. lib. 3. 25,

Iam prono Phaethonte sudat Æthon,

Exarsitque dies, & hora lassos

Interiungit equos meridiana. De pigris nauris.

Interiungere dextras. Quod & iungere dextram dextræ dixit Virgilius. Liu. 2 bel. Pun. Tum dextræ interiunctæ, militésque concione dimissa à notis ignotísque benignè atque hospitaliter inuitati.

Interlego, interlegis, penult. corr. interlegi, pen. prod. interlégere, Per interualla decerpere. Palladius in Februario, De malis, Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quæque vitiosa, vt alimentum cæteris succus æquiparet, &c.

Interlino, interlinis, pen. corr. interlini, interliui siue interleui, penult. prod. interlitum, pen. corr. {διαλείφω} interlínere, Atramento, aut aliqua re alia superinducta picturam vel scripturam deletruere. Cic. pro Cluentio, Qui tabulas publicas municipij sua corruptisse iudicatus sit, qui testamentum interlinerit.

Corruptræ, atque interlitæ tabulæ. Cic. 4. Verr.

Delere vel interlinere. Vlpianus, Si vnus rationes hæreditarias deleuerit vel interlinerit. Corruptisse tabellas rectè dicetur & qui eas interleuerit.

Interloquor, penult. corr. interloqueris, interlocutus sum {διαλέγομαι, διαλέπτω} intérloqui, Alio loquente, sermones intermiscere, quasique interturbare loquentem. Terent. Heaut 4. 3,

Antiphila mea nubet mihi. s. siccine mihi interloquere?

¶Interloqui (inquit Sipontinus) est aliquid inter agendum definire. A quo Interlocutoria sententia vocatur, quæ non definit controuersiam (ea enim definitiua dicitur) sed aliquid obiter decernit ad causam pertinens. Gell. lib. 14. cap. 2, Aliter atque aliter eadem in causa, eodémque in tempore sentire, & interloqui videatur.

¶Interloqui, pro sententiam pronuntiare. Paulus in 1. in testamento. D. de fideicommissariis libertatibus, In testamento, quod perfectum nõ erat, alumnæ suæ libertatem & fideicommissa dedit. Quum omnia veluti ab intestato filij egissent: quæsiit Imperator, an ex causa fideicommissi manumissa fuisset? Et interlocutus est, etsi nihil ab intestato pater petiisset: pios tamẽ filios debuisse manumittere eam, quam patet dilexisset. Pronuntiauit igitur rectè eam manumissam, & ideo etiam fideicommissa ei præstanda. Vlpian. in l. 1. D. de constitutionibus Principum, Quodcunque igitur Imperator per epistolam & subscriptionem statuit, vel cognoscens decreuit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit, legem esse constat.

Interlocutio, Verbale {μετάφασις} Sermonis interpositio. Gellius lib. 14. capite 2, An ex vsu, éxque officio sit iudicis rem causámque de qua cognoscit, interlocutionibus suis ita exprimere atque consignare. Quintil. lib. 5. cap. 7, Breui interlocutione patroni refutandus est.

Interlocutio iudicis. Iulian. in l. qui agnitis. D. de except.

Interluceo, interluces, pen. prod. interluxi {διαφαύω} interlucére, In medio lucere, vel intercalucere, aut inter aliquid lucere. Liu. 9. bel. Pun. Duos soles visos: & nocte interluxisse.

Interlúcer, per translationem, pro Interapparet, & interconspicitur. Liu. 1. ab Vrbe, Quibus inter gradus dignitatis, fortunæque aliquid interlucet, posteri fama ferrent.

Corona interlucet non spissa viris. Virgil. 9. Æneid.

Interluco, interlucas, pen. prod. {διαφωτίζω} interlucére, Ramos seu plantas inutiliter pullulantes, cum interuallo resecare. & à luce deductum videtur: quòd quum cæduntur rami, lux fiat ipsi arbori amplior. Plin. lib. 17. cap. 23, Deputãtur cum vite pariter interlucata densitate ramorum, qui sint superuacui.

Interlucatio, Verbale {διαφώτισις.} Plin. lib, 17. cap. 27, Interlucatio arboribus prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Eadem dicitur Collucatio Varroni.

Interlunium, interlunij {νουμηνία} Dicitur id spatium téporis, in quo nec amplius luna vetus apparet, nec adhuc noua videtur, quòd radiis solaribus operta sit suprà, non autem è regione. Plinius libro 16. capite 39, Inter omnes conuenit, vtilissimè in coitu lunæ: quem diem alij interlunium, alij silentis lunæ appellant. Horatius lib. 1. Carm. ode 25,

Thracio bacchante magis sub inter

Lunia vento.

Interluo, interluis, interlui, interlutum, pen. prod. {διαλούω} interlúere, Interfluere. Claud. 1. de Raptu Proserpinæ,

-rupit confinia Nereus

Victor, & abscissos interlu-t æquore montes. De Trinacria.

Pontus interluit vibes. Virgil 3. Æneid.

Interluere manus, Interim lauare. Cato de Re rustica, Manus interluito, postea vinum sumito. Id est, inter duos actus manus lauato. Budæus.

Interluuies, interluuiei, fœm. gen. Solinus cap. 35, Rex vous est vniuersis. Nam quotquot sunt, omnes angusta interluuie diuiduntur.

Intermaneo, intermanes, pen. corr. {διαμένω} intermanére, Ex Inter & maneo, quasi manere inter. Lucan. lib. 6,

-operúmque vt summa reuisar,

Defessus Cæsar mediis intermanet agris. Id est, tanta erat munitionis magnitudo qua Pompeium circunuallauerat, vt quando ipse opera suorum reuisere volebat, defatigatus quiescere cogeretur in mediis agris, nec vno cursu omnem munitionem posset ambire.

Intermedius, Adiectiuum {διάμεσος} Interiectus, interiacens. Cic. in Oratore, Est autem quidam interiectus, intermedius & quasi temperatus, &c. Varro lib. 3. de Re rustica, capite 5, In lateribus dextra & sinistra porticus sunt, primoribus columnis lapideis intermediis a-busculis humilibus ordinatæ.

Intermenstruus, Vide INTERMESTRIS.

Intermeo, intermeas {διαβαίνω} intermeâre, Per medium meare, & fluere. Plin. lib. 5. cap. 30, Longéque clarissimum Asiæ Pergamũ quod intermeat Silenus.

Intermestris, & hoc intermestre {ἐπισάμηνος} Intermestris luna dicitur interlunium, & coitus lunæ. Plin. lib. 16. cap. 39, Idemque mox, Nisi intermestri luna atque dimidiata, ue tangas materiem.

Intermenstruum, intermenstrui {σαμήνιον} Idem. Varro 1. de Re rustica, cap. 37, Quod à noua luna crescit ad plenam, & inde rursus ad nouam lunam decrescit, quoad veniat ad intermenstruum, à quo die dicitur luna esse extrema, & prima.

Intermenstruus, Adiectiuum. Vnde luna intermenstrua. Plin. lib. 18. cap. 32, Maximè intermenstrua, dimidiáque tlercorato. De lunari ratione.

Intermico. intermicas, pen. corr. intermicui {διαλάμπω} intermicâre, In medio splendere. Claud. lib. 1. de Raptu,

-rutilum squammis intermicat aurum.

Interminatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀπέρατος} Quod & interminus dicitur, Sine termino. Cic. 1. de Nat. deor. Confugitis ad deum: cuius operam profectò non desyderaretis, si immensam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis.

Interminor, penult. corr. interminaris {ἀπειλέω} interminári, Valde minari. Terent. Eunuch. 5. 1,

-quid ais sacrilega?

Istuccine interminata fuit hinc abiens tibi? Idem Heaut. 4. 1.

Interminari ne. Terent. And 3 2,

Interminatus fuit ne faceres? num veritus?

Interminari vitam alicui. Plaut. Casina, 15. Id est, se interfecturum minari.

Intermisceo, intermisces, intermiscui, intermistũ vel intermixtum {διαμίγνυμι} intermiscére, In medio miscere. Plinius libro 19. cap. 6, Intermisceri latuciam, quoniam melius prouenit. Colum. lib. 11. capite 3.

Doris amara suam non intermiscet vndam. Virgil. eclog. 10.

Intermisti hostibus. Liu. 10. ab Vrbe.

Turbam indignorum candidatorum intermiscendo dignis. Liu. 4. ab Vrbe.

Intermissio, Intermissus, Vide INTERMITTO.

Intermitto, intermittis, intermisi, pen. prod. intermissum {διαλείπω} intermíttere, Interdum conquiescere, Intermissionem vel intercapedinem facere, non continuare. Cic. 3. de Orat. Continenti & intermisso spiritu. Plin. lib. 10. cap. 46, Bibunt aues suctu ex iis quibus longa sunt colla, intermittentes, & capite resupinato veluti infundentes sibi.

Intermisit dare, Distulit. Cæsar 4. bel. Gal. Ex eo quod obsides dare intermiserant, fore id quod accidit, suspicabantur.

Intermittere & Retinere, contraria. Cic. 2. Offic. Acriores autem motus sunt intermissæ libertatis, quàm retentæ.

Non intermittere. Cic. 1. Tusc. Hîc autem vbi habitamus non intermittit suo tempore cælum nitescere, arbores frondescere.

Non intermittere admirationem. Cic. 5. de Finib. Nec verò intermittunt aut admirationem earum rerũ quæ sunt ab antiquis repertæ, aut inuestigationem nouarum.

Bella diu intermissa. Horat. 4. Carm. ode 1.

Consuetudinem intermittere. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 8, Quod quum ita sit, perficiam profectò, vt longi temporis vsuram, qua earuimus intermissa nostra consuetudine, & gratia, & celebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam.

Curam rerum intermittere. Tacit. lib. 4, At Tiberius, nihil intermissa rerum cura, negotia pro solatiis accipiens, ius ciuium, preces sociorum tractabat.

Diem intermittere. Terent. Adelph. 3. 1,

Nam nunquam vnum intermittit diem, quin semper veniat.

Neque diem neque noctem intermittit, peditatúmque se subsequi iubet. Cæsar 5. bel. Gal.

Iter non intermittere. Cæsar 3. bel. Ciuil. Quòd properans noctem diei coniunxerat, neque iter intermiserat.

Mentionem intermittere. Cic. ad Attic. lib. 5. 96, Dionysium semper equidem, vt scis, dilexi, sed quotidie pluris facio, & me hercule in primis quòd te amat, nec tui mentionem intermitti finit.

Negotia ciuispiam intermittere. Paulus in l. nam & Seruius. D. de neg. gestis.

Officium intermittere. Cic. de Amicit. Nec vllo casu arbitror, hoc constanti homini posse contingere, vt vlla intermissio fiat officij.

Opus intermittere. Cæsar 3. bel. Gall. Eiusmodi tempestates sunt consecutæ, vti opes necessariò intermitteretur.

Otium intermittere. Plin. epist. 15, 1, Eadémque firmitate animi laboribus suffecit, qua nunc otium patitur. Quod quidem paulisper cum magna sua laude intermisit, & posuit.

Prælium intermittere. Cæsar 3. bel. Gal.

Profectionem intermittere. Cæs. 5. bel. Gal. Cæsar intermissa profectione, ac omnibus rebus postpositis, magnam partem equitatus ad eum insequendum mittit.

Studia intermissa longo interuallo. Cic. 1. Tusc. Reduli me Brute te hortante maximè, ad ea studia quæ retenta animo, remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocaui.

Tempus intermittere. Cicero, Etsi ego id tempus intermiseram potius, quàm omiseram. Cæsar 5. bel. Gal.

Intermittere tempus à labore. Cæsar de bel. Ciuil.

¶Intermittere, neutrum, pro Intermitti. Cæs. lib. 1, Reliquum spatium, quà intermittit, mons continet magna altitudine.

Intermissus, Participium {διαλελειμμένος.} vt Intermissus ordo. Plinius lib 37. cap. 12. Et lib. 17 cap. 5, Quoties intermissa cultura quieuit.

Intermissa tecta, Non continuata. Plin. epist. 4, 1, Litus ornant varietate gratissima, nunc continua, nunc intermissa tecta villarum, quæ

quæ præstant multarum vibium faciem.

Verba intermissa. Ouid. 1 Metam.

Intermissus, huius intermissus {διαλελειμμένος} Plin. lib. 10. cap. 29, Lusciniis diebus ac noctibus x v garrulus sine intermissu cantus.

Intermissio, Verbale {διαλελειμμένος} Vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. Cic. 1. de Nat. deor. Nec tamẽ video quomodo vereatur iste deus beatus ne intereat, cuius sine vlla intermissione pulsetur, agiteturque atomorum incursione sempiterna.

¶Intermissionem facere à re aliqua. Cic. 1. Offic. Virtutis enim laus omnis in actione cõsistit: à qua tamen sæpe fit intermissio, multísque dantur ad studia reditus.

Intermissio epistolarum, Vacatio à scribendo. Cic. Trebatio, lib. 7. 13, Neque alia vlla fuit causa intermissionis epistolarum, nisi quòd vbi esses, planè nesciebam.

Intermorior, intermoreris, pen. corr. intermortuus sum {διαποθνήσκω} intérmori, Penitus mori, vel quum aliquid fieret mori. Et de quacunque re dicitur. Cato cap. 161, Nam si defringes, stirpes fient, & intermorientur. Plinius lib. 19. cap. 8, Nam si defringatur, stirpesceret, & intermori.

Intermortuæ conciones. Cic. pro Milone, Declarant huius Ambusti Trib. plebis illæ intermortuæ cõciones, quibus quotidie meam potentiam inuidiosè criminabatur. Id est, languidæ & defectæ. Budæus.

Intermortiũtur officia. Bithynicus ad Ciceronem, lib. 6. 16, Si nullũ officium tuum apud me intermorituruin existimas.

Intermortuus, Adiectiuum, Qui inter mortem vitámque ex dolore procumbit, similis expiranti, & in quo nulla amplius vitæ spes est. Sueton. de Nerone, Postquam Galbam & Hispanias defeciuisse cognouit, collapsus, animóque malè fracto diu & sine voce & propè intermortuo iacuit. Cic. in Pisonem, Quod autem maius indicium expectaris nihil inter vos & Carilinam interfuisse, quàm quòd eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis?

Res intermortua. Ouid. 2. de Ponto, eleg 5.

Intermortuam memoriam renouare, Hoc est perditã & iam abolitam. Cic. pro Murena, Etenim eiusdem animi atque ingenij est, posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere: &, vt Scaurus, memoriam propè intermortuã generis sui, virtute renouare.

Intermortui mores, Perditi, corrupti. Plaut. Trinum. 3.

Intermundium {μεσοκόσμιον.} vt Intercolumnium dixit Cicero, lib. 2. de Finibus, Individua quum dicitis & intermundia, quæ nec sunt vlla, nec possunt esse intelligimus. Idem 1. de Nat. deor. Tanquam modo ex deorum concilio & ex Epicuri intermundiis descendisset. Budæus.

Intermuralis. & hoc intermurale, pen. prod. Liu. lib. 4. Decad. 5. ad finem, Muro vrbis coniuncta procul videtur: diuisa est intermurali amni, & eadem ponte iuncta.

Internascor, internasceris, internatus sum {διαγεννάομαι} internasci, In medio nasci Plin. lib. 18. cap. 16, Internascentésque herbas excludi.

Internatus, penult. prod. {διαγεγεννημένος} Participium ab Internascor. Tacit. lib. 20, Virgulta postremò, & stirpes, & internatas saxis herbas vellentes, miseriarum, patientiæque documentum fuere.

Internata virgulta. Liu. 8. bel. Pun. Angustiæ & internata virgulta ordines ditimebant.

Internatum corpus. Plin. lib. 17. cap. 27, Dilatatæ cicatrices, & internato corpore expletæ.

Interneco, internecas, pen. corr. internecaui, internecatum & internectum {διαφονεύω} internecâre, Simul interficere, & multitudinem totam ferme complectitur. Plaut. Amphit. 4,

Duello extincto maximo, atque internectis hostibus. Cicero 14. Philip. Internecti nota testamenta credo subiiciunt.

Internecida, internecidæ, inquit Isidorus, est qui falsum testamentum fecit, & ob id hominem occidit. Inde internecini actio in iure ciuili, quæ ab Isidoro internecidij vocatur, ab internecida. Internecidij iudicium in eum, inquit alio loco, dabatur, qui falsum testamentum fecerat, & ob id hominem occiderat, accusatorem eius bonorum possessio sequebatur. Internecidij autem significatio est quasi hominis quædam enecatio. Nam præpositionem inter, præponebant. Turnebus.

Internecio, siue Internicio, internicionis {πανολεθρία} Vitæ priuatio, inquit Festus. Liu. lib. 9, Lucerini ac Samnites ad internecionem cæsi. Hoc est, ferè omnes occisi. Cic. ad Attic. lib. 2. 35, Neque enim refisti sine internecione posse arbitrabamur. Idem 5. Verr.

Internecinus, pen. prod. Adiectiuum {πανολέθριος} Quod ad internecionem pertinet. vt Internecinum testamentum, propter quod dominus eius necatus est, inquit Festus.

Internecinum bellum, Quod ad destructionem sit vnius aut alterius partis Liu 9. ab Vrbe, Nullus modus cædibus fuit: deletáque Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, périnde ac si internecino bello certasset. Hîc vetus exemplar legit internecino. Plin. libro 8 capite 24, Habet deinde internecinum bellum cum ichneumone. De aside.

Internecto, internectis, internexui, internexum {διείρω} internéctere, Inter se connectere. Stat. 8. Thebaidos,

-vix magna lauare

Vulnera, & effantes liber internectere plagas.

Internidifico, internidificas, pen cor. Plin. lib. 10. cap. 23, Tertium est earum genus quæ ripas excauant, atque ita internidificant.

Internigrans, pen. corr. internigrantis {διαμελανίζων} Participium sine verbo. Stat. 6. Thebaidos,

-noctémque diémque

Assimulant, maculis internigrantibus albæ.

Interniteo, interniteres, pen. corr. internitui {διαφαύσκω} internitére, In medio nitere vel peculiariter. Plin. lib. 37. cap. 5, Tunc enim tellure internitent, quia iis ventis maximè harenæ mouentur. De gemmis. Curtius, Cæli fulgor tempore æstiuo ardenti similis, internitens. Alibi, Armorum internitentium fulgor.

Internodium, internodij {μεσογάστριον} Spatium inter nodum & nodum. Plin. lib 7. cap. 2, Arundines verò tantæ proceritatis, vt singula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Columella de Arboribus, cap. 3, Breuia internodia.

Longa internodia carrum. Ouid. 11. Metam.

Mollia nodosus facit internodia poples. Ouid. 6. Metam.

Internodius, m. g. Colum. lib. 3. cap. 2, Internodius quoque rarior, largis fructibus à minore superatur.

Internosco, internosceis, internoui, internotum, pen. prod. {διαγινώσκω} internóscere, Discrimen inter duo facere. Plaut. Amphit. 3,

Nunc internosse vt vos possitis facilius, &c. Cic. de Amicit. Secerni autem blandus amicus à vero & internosci tam potest. Idem 2. de Diuinat. Quæ si alia falsa, alia vera, qua nota internoscantur, scire fanè velim.

Internosci à falsis non possunt. Cic. 4. Acad.

Facilè internoscere. Cic. 4. Acad.

Internundinum, Spatium quod inter nundinas est veteres Latini vocauerunt, vt intermenstruum, quod inter menses. Varro, Quoties priscus homo ac rusticus Romanus internundinum barbam tadebat. Lucilius, Paucorum atque hoc pacto si nihil gustat internundinum. Quod Nonius duobus verbis diuisum inter nundinum legit. Turnebus.

Internuntius, internuntij {διάκτωρ} Est, inquit Sipontinus, qui inter alios medius est, ad aliquid tractandum: & modò huic, modò illi per vices nuntiat. Terent. Eunuch. 2. 2,

-eho, numnam tu hic relictus custos,

Nequis fortè internuntius clàm à milite ad istam cursitet? Cic. ad Octauianũ, 16, Quæ quidem si nullo alio, me tamen internũtio celeriter ad illos deferentur. Cæsar 1. bel. Ciuil. Post paulo tamen internuntiis vltro citróque missis, quæ ingerabant de L. Domitij fuga cognoscunt.

Internuntius & interpres. Cic. 13. Philipp. Verum igitur augurem Iouis Opt. Max. cuius interpretes internuntiíq; cõstituti sumus, &c.

Internuntius & minister rei alicuius. Liu. 3. bel. Maced. Seruius erat Zopyrio, totius internuntius & minister rei.

Internuntio, internuntias, internuntiare. Liu. lib. 2. Decad. 5, Paulisper internuntiando cunctatio fuit, vtri transgrederentur.

Intero, interis, pen. corr. intriui, intritum, pen. prod. {τρίβω} intérere, Idem quod terere, vel intus, aut simul terere. Varro 2. de Re rust. cap. 9, Necnon ita pænem ordeaceum dandum, vt nõ potius eum in lacte des intritum, &c. Cato cap. 156, Et eo cyminum interito.

Intristi hoc, tibi omne est exedendum. Vbi Donatus, Parœmia apta parasito, quæ de cibo est. hoc autem inter rusticos de alliato mortario dici soler. Et bene intristi, proprié enim intrita dicitur huiusmodi cibus. Erasmus, Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniam fuerat author consilij de ducenda puella, æquum esse putat vt suo periculo rem item expediat.

Intrita, intritæ, pen. prod. {μυττωτόν} De alliato mortario inter rusticos dici soler teste Donato superiore loco. Plin. lib. 9. cap. 9, de delphinis, Nec piscibus tantùm, sed intrita panis è vino satiantur. Colum. lib. 12. cap. 40.

Aqua intrita facta, Hoc est cum pane vel re alia spissior facta. Varro 3. de Re rust. cap. 9.

¶Intrita, siue Intritum, intriti. Plin. lib 36. cap. 23, Ruinarum vrbis ea maximè causa, quòd furto calcis sine ferrumine suo cæmenta cõponuntur. Intrita quoque quo vetustior, eo melior. Vbi Hermolaus, Intrita videtur esse calx, sed illa maximè quæ non è gleba statim ad opus confertur, sed tempore maceratur, atque fermentescit. Venutur voce illa Varro, Columella, Vitruuius: vt intrita propriè nobilibus rectoriis, calx è gleba vulgaribus (ita enim Iurisconsulti quoque appellant) & vilibus albariis ferè dicata sit. Legitur & Intritum, lib. 35. cap. 13, pro terra ipsa, vnde lateres fingũtur. In quo tamen noscendum INTRITAM eo loco, non INTRITVM in vetustis exemplaribus scriptum fuisse. Hermolaus.

¶Intrita, Catoni alia res est, hoc est emplastrum ad insitionem. Plin. lib. 17. cap. 16, Sed id etiam apud vereres Græcos inuenitur, & apud Catonem, qui oleam sicúmque sic inseri iussit, mensura etiam præfinita secundũ reliquam diligentiam suam: cortices scalpro excidi quatuor digitorum longitudine, & trium latitudine, atque ita coagmentari, & illa sua intrita oblini. Hîc videtur Intrita pro fæce vini poni. Hæc Beroaldus. Ego verò Intritam interpretor lutum, aut terram manibus subactam & molliram. Id quod ex ipsius Catonis verbis facilè colligitur in eo ipso loco quem citat Plinius. Sic enim ait in cap. de Insitione, ad finem, Hæc omnia luto depsito, oblinito, alligato, &c.

Interordinium, interordinij {μεσοστίχιον} Spatiũ quod est inter duos ordines: sicut inter palum, inter columnas, intercolumnium nominatur. Colum. lib. 3. cap. 13, Et si fossore tantum terra verserur, minimum est quinque pedum interordinium, septem maximum. Idem lib. 5. cap. 5, Sed de spatiis ordinum eatenus præcipiendum habemus, vt intelligant agricolæ siue aratro vineas culturi sint, laxiora interordinia relinquenda.

Interpateo, interpates, pen. corr. interpatère. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 15, Propterea tot meatibus distinctus est, & interpatet rimis.

Interpedio, interpedis, pen. corr. interpedire. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12, Calor sensum occupat, & gustatum linguæ feruor interpedit.

Interpello, interpellas {διακόπτω, ἀπορρήγνυμι} interpellare, Loquentem alloqui, & quasi sermonem eius interrumpere, Interfari. Cic. 1. Tusc. Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo.

Odiosè interpellare, Vide ODIVM.

Possessionem interpellare, Id est interrumpere. Triphonius in l. fi fundum. D. de fundo dotali. Iulian. in l. qui fundum. §. procurator. D. pro emptore.

Vigilantem interpellare. Cic. 7. Verr.

Vsucapionem interpellare, Id est interrumpere. Vlpian. in l. 1. §. vlt. in fine. D. vsufructuarius quemadmodum caueat.

Interpellare, Obturbare. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 12, Tu metuis ne me interpelles? primo si in isto essem, tu scis quid sit interpellare, &c. Tu verò vt me & appelles, & interpelles, & obloquare, & collocare velim. Cæsar, Sed interpellatum aduentum Cæsaris profugisse. Id est (inquit Budæus) à conatu & incepto deterritum.

Manumissionem serui interpellare, Id est impedire, prohibere. Iulian. in l. si hominem. D. mandati.

Iurisdictionem alicuius interpellare, Id est impedire. Modestinus in l. neque infantes. D. de fideicommissariis libertatibus.

Interpellare stuprum, Impedire. Liu. 3. ab Vrbe, Vbi tollentes corpus semianime virginis, sponsum aununculúmque in carcerem duci iusserit, stupro interpellato magis, quàm cæde motus.

Interpellare partam victoriam, Impedire, remorari. Cæsar 3. belli Ciuil. Sed siue ipsorum pertubatio, siue error aliquis, siue etiam fortuna partam iam præsentémque victoriam interpellasset, dandam omnibus operam, vt acceptum incommodum virtute sarciretur.

Interpellata dulcedo alicuius. Liu. 9. ab Vrbe, Itaque apud infensos ob interpellatam dulcedinem iræ, confestim oratio habita est, vt doceretur miles, &c. Id est, ob reuocatos à cæde milites. Budæus.

¶Interpellare debitorem, Est appellare, hoc est In iudicium vocare. Pomponius in l. Labeo. D. de nautico fœnore, Si nemo sit qui ex parte promissoris interpellari traiectitiæ pecuniæ possit: idipsum contestatione complecti debere, vt pro petitione id cederet. Bud.

Possessores interpellare debet secundus creditor. Papin. in l. 1. in fine. D. de distract. pignor.

¶Interpellare, Rogare. Valer. Max. lib. 3, Cato rogatus vt socios apud aunnculum adiuuaret, constanti vultu non facturum se respõdit. Iterum deinde, ac sæpius interpellatus, in proposito perstitit. Valla in Raudensem.

Interpellandi locus hîc erat. Horat. 1. Serm. satyr. 9.

Interpellatus, Participium. vt Lucrum interpellatum. Hirtius de bello Alexand. Sibíque quod rapuerant, acceptum ferebant: quod interciderat, aut erat interpellatum, Cassio assignabant.

Interpellatio, Verbale {διάκλησις.} Cic. ad Atticum. lib. 12. 256, Putabam enim commodius re idem istud domi agere posse interpellatione sublata. Idem 2. de Oratore, Etsi, inquit, Antoni minimè impediendus interpellatione iste cursus orationis tuæ. Idem Leptæ, libro 6. 18, Itaque literæ quidem meæ impediuntur, in quibus sine vlla interpellatione versor. Plinius epist. 213, Inopportuna interpellatio.

Interpellator, pen. prod. Verbale, Interuentor, qui interrumpit sermonem, aut aliquid aliud agentem. Cic. 3. Offic. Dictabat se horculos aliquos emere velle, quò inuitare amicos, & vbi se oblectare sine interpellatoribus posset.

Molesti alieni sermonis interpellatores Dialectici. Author ad Herennium, lib. 2.

Interpensiua, pen. prod. apud Vitruuium, Perticarum, tigillorum, asserúmve genera sunt, quæ ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in colliquias deriuandos, vel alium quenuis vsum interlocantur, quasi ea quæ à pendendo Græci appellant κρεμαστήρια. Interpensui verò parietes sunt, qui suprà contignationem struuntur, nec in solo fundamentum habent, sed in pendenti surgunt. Hermol.

Interplico, interplicas, pen. corr. {συμπλέκω} interplicâre. Stat. 4. Thebaidos,

Albáque puniceas interplicat infula cristas.

Interpolo, interpolas, pen. corr. {ἐπισκευάζω, καινίζω, καινοποιῶ} interpoláre, Immutare, inquit Sipontinus, & nouam formam vetustis addere. Dictum quasi interpolire. Ab arte fullonia, quæ poliendo vetera quæque in nouam speciem mutat. Cicero 3. Verrina, Aliquid demendo, mutando, curando ne litura appareat, interpolando. Vlpianus in l. præcipiunt ædiles. D. de ædilitio edicto, Vbique enim curent ædiles, ne emptores à venditoribus circumueniantur, &c. præsumptum est enim ea mancipia, quæ rudia sunt, & simpliciora esse, & ad ministeria aptiora & dociliora: trita verò mancipia & veterana, difficile est reformare. Quia igitur vænalitiarij sciunt facilè decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro nouitiis vendunt. Hermolaus, Interpolare thura, est tudia quum sunt, polire: omniónque verbum illud nouare, mangonizaréque significat. Vnde Vestes interpolatæ, & Mancipia interpolata, in iure Ciuili, quæ quum sint veterana, lenocinio & arte faciem mutant, pro recentibúsque ac nouitiis licentur. Albaria tectoriorum interpolantur, inquit Plinius libro 35. capite 16, hoc est, tectoria quibus propter vetustatem color albus induci solitus exoleuisset, exalbantur, renouantúrque. De quo verbo & Nonius Marcellus pluscula. Aliqui scribunt Interpollo, sed malè. Diuus enim Ambrosius pen. corripuit in illo Iambico dimetro,

Quod nulla nox interpolet. Hymnus incipit, Veni Redemptor gentium.

Renouare, & interpolare. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 14, Quod vult inquam renouare honores eosdem, quominus togam prætextam quotannis interpolet, decernendum nihil censeo.

Interpolatio, Verbale {διάκλησις.} Plin. lib. 13. cap. 12, Hanc excepit Romæ Fanij sagax officina, renuatámque curiosa interpolatione principalem fecit è plebeia.

Interpolis, & hoc interpole, pen. corr. {διακεκριμένως} Quod est interpolatum. Plinius libro 19. capite 2, Est quidem eius natura interpolis, turfúsque quamlibet vetustum nouo miscetur. De sparto. Plautus Mostel. 4,

Nam isthæc veteres, quæ se vnguentis vnctitant, interpoles,
Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corpor. s fu. o occultant.

Interpolum, pen. corr. {αἰσχυντικὸς} Idem. Martianus in l. Labeo libro. D. de contrah. empt. & vend. Si vestim nta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit.

Interpolator, pen. prod. Verbale {αἰσχυντικὸς} Qui antiquas vestes refarcit ac renouat, vt eas facilius vendat.

Interpolatrix, pen. prod. interpolatricis {αἰσχυντικὸς} Mulier quæ idipsum facit quod interpolator. Põponius, Interpolatricem accersire oportet, quæ huic vestem adducat.

Interpono, interponis, pen. prod. interposui, interpositum, pen. corr. {ἐπιτίθημι, παρεμβάλλω, συμπλέκω} interpónere, Notæ significationis. Cic. de Amicit. Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne inquam & inquit sæpius interponeretur.

Interponere accusatorem. Cic. 3. Verr. Interposuistis accusatorem, qui quum ego mihi c & x dies solos in Siciliam postulassem, c & v i i i sibi in Achaiam postularet.

Interponere se audaciæ alterius, Obsistere & reluctari. Cicero 2. Philipp. Quid enim interponerem audaciæ tuæ, quam ne que authoritas huius ordinis, neque existimatio Pop. Rom. neque leges vllæ possent coercere?

Aquam, Immiscere aquam vino Martial. lib. 1. 177.

Interponis aquam subinde Ruffe,
Et si cogeris à sodale, raram
Diluti b. bis vnciam falerni.

Authoritatem. Cic. 13. Philipp. Quòd si authoritatem interponis, sine armis, magis quidem laudo: sed vide ne hoc ipsum non sit necesse.

Cautiones interponere, Id est dare. Paulus in l. omne. D. pro socio.

Condimentis. Plin. lib. 20 cap. 15, Similis autem & huic vsus. Nanque & panibus Alexandrinis subigitur, & condimentis interponitur. Hoc est immiscetur.

Consilium suum consilio alterius. Liu. 5. bel. Maced. Qui cunctatus fuerit, & suum consilium meo interponer, sciat sibi reditum ad penates non esse.

Decretum. Cic. 4. Verr. Quin ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam acceperit.

Dies intercalares mensibus, Hoc est Inserere. Liu. 1. ab Vrbe.

Diebus aliquot interpositis, Hoc est, interiectis. Varro 3. de Re rust. cap. 9. Cic. 2. Verr. Ita prope x t diebus interpositis, tum denique se ad ea quæ à nobis dicta erunt, responsuros esse arbitrantur.

Exceptionem interponere actioni, Id est, exceptionem opponere. Vlpian. in l. 2. in princip D. de exception.

Fidem alicui. Cæsar 5. bel. Gal. Reliquis fidem interponere, iusiurandum poscere, vt quod esse ex vsu Galliæ intellexissent, communi consilio administrarent.

Fidem suam in aliquam rem, Rem aliquam in suam fidem recipere. Cic. pro Rosc. Amerino, Si hanc ei rem priuatim Sext. Roscius mandasset, vt eum Chrysogono tranfigeret atque decideret, inque eam tem fidem suam, si quid opus esse putaret, interponeret.

Iudicium suum, Iudicio comprobare. Cic. Attico, lib. 8. 147. Idem 2. de Diuinat. Quum autem proprium sit Academiæ, iudicium suum nullum interponere, &c.

Iusurandum, Iureiurando affirmare. Liu. 4. bel. Maced. Qui primò iureiurando interposito, de præsidio expellendo cum idoneis colloquutus, dum, &c.

Moram, quod & Moram nectere dicitur: hoc est differre, & morari. Cic. 1. Acad. Quod quum audissemus, nullam moram interponendam putauimus, quin videremus hominem nobiscum, & studiis eisdem, & vetustate amicitiæ coniunctum.

Magnáque fluminis interposita mora. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Nomen alicuius in re aliqua, pro Adumbrare, & accommodare in speciem & in fraudem. Cic. 3. Verrina, Pecatur hæreditas ea, quæ nulla deberur? in prædam Prætoris interponatur nomen ciuitatis? Budæus.

Noctem. Cic. pro Murena, Dies intermissus vnus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia.

Operam suam pro aliquo. Cic. 1. Verr. Pro exterarum nationum commodis inimicitias suscipere: ad periculum accedere: operam, studium, laborem interponere.

Pœnas. Cicero 4. Verr. Iste pœnis, compromissísque interpositis, H-S C C C extorquenda curauit.

Postulatum, pro Postulare. Cic. ad Atticum, lib. 7. 134, Pleriq; negant Cæsarem in conditione mansurum: postulatáque hæc ab eo interposita esse, quominus quod opus esset ad bellum, à nobis pararetur.

Querelas. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 7, Sed res multis querelis de Repub. interponendis nulla transacta est.

Se, pro Immiscere se, vel intermiscere. Cic. in Vatinium, Num quem putes illius rui certissimi gladiatoris similem Tribuni plebis posse reperiri, qui se interponat, quo minus reus mea lege fias? Idem ad Q. frat. lib. 3. 20, De Ascanione tu verò quod voles facies, me nihil interpono.

Sein. Cic. Lepido, lib 10. 27, Itaque sapientius meo quidem iudicio facies, si te in istam pacificationem non interpones.

Non interponere se tum dicuntur iudices, quum aliqua de re iudicare nolunt. Vlpianus in Là diuo Pio. §. sed si emptor. D. de re iudicata.

Se interponere cœpit Senatus. Pomponius in l. 2. §. deinde quia. D. de orig. iuris. *Le Senat commença à s'en mesler.*

Spatium. Cic. pro Cluentio, Vehementes habeat repentinos impetus spatio interposito, & causa cognita consenescat.

Suspicionem. Cæsar 4. bel. Gall. Neque nulla ad id tempus belli suspicione interposita.

Verbum. Cicero pro Quintio, Neque interea verbum vllum interposuit Nævius, aut societatem sibi quippiam debere, aut priuatim Quintium debuisse.

Interpositus, pen. corr. Participium {παρεμβεβλημένος.} Plin. lib. 18. cap. 16, Interpositis quinis diebus. Hoc est, interiectis vel intermissis.

Spatium

Spatium interpositum. Lucret. lib. 4.

Per interpositam personam. Vlpianus l. 1. D. Quarum rerum act. non dat. Etenim parui refert, protinus libertus patrono cogatur da re, an per interpositam fideiussoris vel rei personam.

Interpositus, huius interpositus, penult. corr. {παρεμβολή.} Cic. 2. de Nat. deor. Tum ipsa incidès in vmbram terræ, quum est è regione Solis, interpositu, interiectúque terræ, repentè deficit. De luna.

Interpositio, Verbale {παρένθεσις.} Cic. 1. de Inuent. Quæstionē autem eam appellat, quæ habeat in se controuersiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum, vt Quid sit bonum, &c.

Interposito, pro iis quæ lineis superscribi & interscribi solēt dum aliquid emendatur. Cic. ad Tironem, lib. 16. 22, Vna omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facilè legere soleo, de quadrimo Catone.

Interpremo, interpremis, penult. correp. interpressi, interpressum, {διακόπτω.} interprémere, Intercludere. Plaut. Rud. 16,

Qui facerdotis scelestus fauces interpresserit.

Interpres, interpretis, penult. corr. comm. gen. {ἑρμηνεύς, μεσίτης.} Est (inquit Sipontinus) qui in aliqua re agenda medius est, & veluti conciliator & author. Plautus Curcul. 8, Quod te præsente istic egi, téque interprete. Cic. 5. Verr. A. Valentinus est in Sicilia interpres: quo iste interprete, non ad linguam Græcam, sed ad furta & flagitia vti solebat.

Interpres pacis. Liuius 1. bel. Pun. Se pacis eius interpretem fore pollicetur.

Lingua interpres. Horat. 1. de Arte,

Post effert animi motus interpres lingua.

Malus interpres. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14.

Interpres & nuntius. Cicero Bruto, 10. Improbissimis literis quidam, fallacibúsque interpretibus ac nuntiis impulerunt in spem certissimam Consulatus.

Per amicos & interpretes agere aliquid. Cic. 6. Verr.

¶Interpres, Qui obscura quæque exponit: quòd homines huiusmodi, animos eorum quibus dati sunt interpretes, conciętantur, & inuicem illis exponunt. Plaut. Pœn. 5,

Nam isti quidem hercle orationi OEdipo opus
Est coniectore, qui Sphyngi interpres fuit. Virg. 3. Æneidos,

Troiugena interpres diuûm. Vbi Seruius, Interpres, Vaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat. Sic Augurium, atque extíum interpretes, apud Cic. in Orat.

Interpres curarum. Virg. 4. Æneid.

Hominum, diuúmque interpres. Virg 10. Æneid.

Interpres portentorum Galeotæ in Sicilia nominabantur. Cicero 1. de Diuinat.

Coniector quidam, & interpres portentorum. Cic. 2. de Diuinat.

Somniorum, atque omnium interpretes, coniectores vocamus. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Interpres Iouis & satelles, aquila. Cic. 2. de Diuinat.

Interpretes & internuntij Iouis, augures. Cic. 13. Philipp.

¶Interpretes poetarum, grammatici. Cic. 1. de Diuinat.

Interpres iuris. Cic. in Topicis.

Sanctissimus legum interpres. Iouenal. sat. 4.

Interpres & doctor. Cic. Trebatio, lib. 7. 20, Nullam artem literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse.

Explanationes interpretum. Cic. 1. de Diuinat. Quòd erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum.

¶Interpres, Qui conuertit ex vna lingua in aliam. Cicero de Opt. gen. Oratorum, Nec conuerti vt interpres, sed vt orator, sententiis iisdem, & earum formis tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis.

Fidus interpres. Horat. in Arte.

Interpretor, penult. corr. interpretaris, interpretatus sum {ἑρμηνεύω, μεταφράζω.} interpretári, Exponere, explicare, explanare. Cic. 2. Offic. Nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ.

In diuersum aliquid interpretari. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Beneficium Imperatoris quamplenissimè interpretari. Iabolenus in l. 3. D. De constitut. Principum.

Obscurè dicta interpretari. Quintil. lib. 3. cap. 4.

Interpretari legem, & æquitate explicare. Cic. 7. Philipp.

Interpretari authores. Cic. 1. de Orat. Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi & peruolutandi, & exercitationis causa laudandi, & interpretandi, &c.

Interpretari nomine aliquo, &c. Plin. lib. 13. cap. 22.

Verborum vim interpretari. Cic. de Fato. Et pro Corn. Balbo, Quasi verò prisćum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur.

Interpretari somnium. Cic. 1. de Diuin. Ex quo ita illud somnium esse interpretatum, vt, &c.

Interpretari ad voluntatem. Liuius 9. bel. Macedon. Medio respon so spem ad voluntatem interpretantibus fecerat, cessurum Patrum authoritati esse.

Malè interpretari, pro Malignè accipere. Seneca epist. 64.

Rectè an perperam interpreter, fuerit ista eius deliberatio qui bel lum suscepit. Liuius 1. ab Vrbe.

¶Interpretari, Iudicare. Cic 3. Offic. Reditu enim in castra, liberatum se esse iureiurando, interpretabatur, non rectè. Budæus.

Interpretari de. Cic. Planco in Epistolis ad Attic. lib. 16. 341, Quod si à te erit impetratum, sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, vt tuo summo beneficio me affectum iudicem.

Interpretari pro sua sapientia aliquid. Cicero ad Seruilium, libro 13. 73.

Interpretari grato animo. Cic. de Claris Orat. Hoc est in bonam partem accipere.

Gratè interpretari beneficia ab alio accepta. Plin. Iun. lib. 2. epist. 13. ad Priscum.

Interpretari ex. Cic. de Amicit. Iam virtutem ex consuetudine vitæ sermonísque nostri interpretemur.

Interpretari in mitiorem partem. Cic. pro Murena, Aut mitiorem in partem interpretarēre.

Interpretatur numen suum violari: Id est, Existimat & iudicat. Plin. in Paneg.

Peruersè interpretaris. Plaut. Trucul. 4.

Quum huius verba interpretor: Hoc est, Quantum ex huius verbis colligere possum. Plaut. Bacchid. 13.

Interpretari memoriæ alicuius, Id est reducere in memoriam. Plaut. Epid. 11.

Interpretatio, Verbale {ἑρμηνεία.} Cic. in Partit. Et 1. de Orat. Neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint.

Dura interpretatio. Quintil. lib. 2. cap. 14.

Malitiosa iuris interpretatio, Vide MALVS.

Interpretatio, inquit author ad Herennium lib. 4, est quæ non iterans idem redintegrat verbum, sed id commutat quod positum est, alio verbo quod idem valeat.

¶Interpretatio, Coniectura & iudicium. Liuius 2. ab Vrbe, Non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. Budæus.

Interpretamentum {μεταφορικὸν.} Idem. Gellius, Ex quibus diuersa Latinæ linguæ interpretamenta collegimus. Idem libro 6. capite 2, Interpretamentum obscurius. Idem libro 5. cap. 18, Latinum interpretamentum.

Interpretatus, penult. prod. Participium passiuum {ἑρμηνευθείς.} Expositus, explicatus. Cic. 2. de Legibus, Vesta quasi focus vrbis, vt Græco nomine est appellata: quod nos prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus.

Interpretandus, Aliud participium passiuum, Exponendus, declarandus, explicandus. Iulianus in l. Quum in testamento. D. De hæred. instituend. Hæc verba sic interpretanda sunt.

Interpunctus, Adiectiuum {διάστικτος.} Quod punctis distinctum est. Cic. 2. de Orat. Sed & festiuitatem habet narratio distincta personis, & interpuncta sermonibus. Ibidem, libro 3, Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, sed verborum & sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt.

Interpunctum, Distinctio {διάστημα.} Cicero 3 de Oratore, Clausulas enim & interpuncta verborum, animæ interclusio & angustiæ spiritus attulerunt.

Interpunctio, Idem {διάστιξις.} Cic. pro Murena, Res enim sunt paruæ, prope in singulis literis atque interpunctionibus verborū occupatæ.

Interpurgare {διακαθαίρω} pro Purgare, aut circumpurgare. Plin. lib. 18. cap. 26, Ficus interpurgari, seminaria fieri.

Interputo, interputas, penult. corr. {διακαθαίρω} interpurāre, Quasi per circuitum putare & purgare. Columella libro 3, Sed omnibus annis fodi ante Calendas Martias & interputari oportet. Cato capite 50, Ficos interputato, & in vinea ficos succidito altè, ne eas vites scandant.

Interquestus, Adiectiuum. Liuius Decad. 4. lib. 3, Ætolorum principes interquesti sunt, quòd non idem erga suam gentem Romanorum animus esset post victoriam, qui in bello fuisset.

Interquiescо, interquiescis, interquieui, interquietum, penult. prod. {μεταπαύομαι} interquiéscere, Idem quod quiescere & subsistere paulum, vt mox iterum incipias & pergas. Cato cap. 158, Indidem sume tibi sextarium tepidum: adde vini Coi cyathum vnum: bibe: interquiescet. De aluo deiicienda. Cic. de Claris Orat. Quum hæc dixissem, & paululum interquieuissem, Quid igitur, inquit, &c.

Interrado, interradis, penult. prod. interrasi, interrasum {ἀναξέω} interrádere, Idem quod circumradere. Colum. de Arboribus, cap. 19, Nam si spissè posueris, neque infra quicquam ferere poteris: nec sic ipsæ fructuosæ erunt, nisi eas interráseris. Plin. libro 15. cap. 1, Oleæ attondentur sicut & vites, atque etiam interradi gaudent.

Interradere, pro Limare & polire. Plin. lib. 33 cap. 11, Iam verò mensas repositoriis imponimus, & ad sustinenda obsonia interradimus altera: & interest quàm plurimum lima perdiderit. Idem lib. 35. cap. 1, Interrasum marmor. Budæus.

Interrasilis, & hoc interrasile, penult. corr. {ἀνεξεσμένος} Limatus. Plin. lib. 12. cap. 19, Coronas ex cinnamomo, interrasili auro inclusas.

Interregnum, interregni {μεσοβασίλειον} Appellatur id tempus quo regnum vacat: hoc est, antè quàm in demortui locum nouus rex præficiatur. Vide Liuium 1. Decad. libro 1. Plinius de Viris illust. Post consecrationem Romuli, quum diu interregno seditiones orirentur, &c.

Interregnum, per metaphoram aliquando dictum est, quum loco magistratus interrex creatur. Liuius Decad. 1. lib. 4, Quum sine Curuli magistratu Resp. esset, patritij coiêre, & interregem creauêre. contentio, Consulémne, an Tribuni militum crearentur, in interregno rem complures dies tenuit.

Adducere rem ad interregnum. Cicero Attico, libro 7. epist. 8, Aut si per Tribunos plebis non patiatur, tamen quiescat, rem adduci ad interregnum.

Res fluit ad interregnum, Vide FLVO.

Inire interregnum. Liuius Decad. 1. libro 6, Interregnum iniit P. Cornelius Scipio interrex: & post eum M. Furius Camillus iterum. Is Tribunos militum Consulari potestate creat.

Rem redire ad interregnū. Liuius Decad. 1. lib. 8, Ad interregnum res rediit: dilatisq; aliis atque alia de causa comitiis, quartusdecimus demum interrex Lucius Æmilius Consules creat.

Res spectat ad interregnum. Cic. ad Q. frat. lib. 3. epist. 2, Res videtur spectare ad interregnum.

Res venit ad interregnum. Cic. Att. lib. 9. epist. 11, Permagni eius interest rem ad interregnum non venire.

Interrex, interregis, penult. prod. masc. gen. {μεσοβασιλεύς, αἱρετοβασιλεύς}

Qui regis demortui locum tenet, donec alius substituatur. Cic. 1. de Legibus, Nihilo credo magis illa quàm interrex noster tulit, vt Dictator, quem, &c.

Creare interregem. Liuius Decad. 1. lib. 5, Interrex creatur M. Furius Camillus: qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum Interregem prodidit. ab eo creati sex Tribuni militū Consulari potestate.

Interregem nominare. Liuius Decad. 1. lib. 1, Mortuo Tullo res ad patres redierat, hîsque Interregem nominauerant, &c.

Prodere Interregem. Liuius Decad. 1. libro 4, Modò prohibentibus Tribunis Patricios coire ad prodendum Interregem, modò Interregem interpellantibus, ne Senatusconsultum de comitiis Consularibus faceret.

Interrex (inquit Asconius in Milonianam) comitiorum habendorum causa interdum creabatur: & eius imperij quinque dies tantùm erant. Substituebatur autem illi & alter & tertius, donec creati essent ordinarij Magistratus. Quum enim comitia vsque eò protrahuntur, vt insequens annus sine Consulibus sit, Interregnum dicitur. Liuius Decad. 1. libro 5, Vnam expiationem eorum esse, vt Tribuni militū abdicarent se magistratu, auspicia de integro repeterentur, & Interregnum iniretur. Ea ita facta sunt ex Senatusconsulto. Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Seruilius Fidenas, M. Furius Camillus.

Interregem & ipsum Patritium esse, & à Patritio prodi sine suffragio populi necesse erat. Cic. pro Domò sua ad Pontific. Auspicia populi Romani, si magistratus Patritij creati nō sint, intereant necesse est, quum nnterrex nullus sit, quòd & ipsum Patritium esse, & à Patritio prodi necesse est.

Prodebatur Interrex, vt comitia haberet, quum Reip. causa Consules abessent, vel vitio creati fuissent, nec Dictator comitiorum causa dici potuisset.

Interrex cū insignibus imperij, & lictoribus erat: & quinque diebus finiebatur eius imperium.

Interrex dictus est, quòd esset quasi Rex inter Regem mortuum & successorem, atque idipsum à principio, quum Reges essent: nam postea Interrex etiam dictus, qui esset quasi inter Consules superiores, & futuros.

Interritus, pen. corr. Adiect. {ἄφοβος} Idem quod Imperterritus: vt
Vultus interritus. Quintil lib. 1. cap. 3.
Mens interrita lethi. Ouid. 10. Metam.
Sola est interrita virgo. Ouid. 6. Metam.

Interrogo, interrogas, penult. corr. {ἐρωτάω, ἐπερωτάω, ἐρέσσω, ἐπιστρέφω, ἀνακρίνω, διατρέπω, πευθάνομαι} interrogâre. Petere aliquid ab aliquo noscendi gratia. Plaut. Epid. 5, Ibi illa interrogat illam, Qui scis? qui id dixit tibi?

Interroga si venerit. Plaut. Pœnulo, 10,
Si exierit leno, censeris hominem interrogem,
Meus seruos si ad eum venerit, nécne?

Interrogo an audierim, an viderim. Plin. in Paneg. Cicero in Oratore, Vt interrogando vrgeat, vt rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat.

Interrogabat suos in clamore ipso quis esset qui fame plebem necaret. Cic ad Q frat. lib. 2. 7.

Interrogabat quædam geometrica de dimensione quadrati. Cic. 1. Tusc. Et 2. de Orat. Interrogatus quid latraret.

Interrogare de. Cicero in Partit. Sic ego te vicissim eisdem de rebus interrogem.

Minutatim interrogare, Vide Minutatim, in MINVO.

¶ Interrogassit, pro interrogauerit: verbum XII tabularum. Cic. 3 de Legibus, Quum magistratus iudicassit, interrogassitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.

¶ Interrogare, pro Accusare. Tacit. lib. 13, Sanè pepigerat Pallas, ne cuius facti in posterum interrogaretur. Vnde & Legibus interrogari, pro Postulari. Liuius lib. 8. bel. Macedon.

Interrogatio, Verbale {ἐρώτησις, πεῦσις} Petitio. Cic. de Fato, Rectè genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum est.

Ignauum & iners interrogationis genus, Vide IGNAVVS.

Acuta interrogatio. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Circunspecta interrogatio. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Infidiosa interrogatio. Plin. Iun. lib. 1. epist. 5, ad Voconium, Nec me laqueis tam infidiosæ interrogationis inuolueram.

Opportuna interrogatio. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Longius repetita interrogatio. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Scitæ interrogationes. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Instare interrogationi. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Instare interrogatione. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Interrogatiuncula, penult. corr. {ἐρωτημάτιον} Diminutiuum. Cicero in Parad. Sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod propositum est, efficit. Idem 4. de Finibus, Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.

Interrumpo, interrumpis, interrupi, penultima prod. interruptum {διαῤῥήγνυμι} interrúmpere, Rumpere, vastare, siue per medium rumpere, & effringere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23, Pontes quos feceram, interrupi. Liuius 2. ab Vrbe, Itaque monere prædicere vt Pontem ferro, igni, quacunque vi posset, interrumpant.

Ordinem interrumpere, Cōfundere. Colum. lib. 11. cap. 2, Ne inter hanc quasi turbam operum negligentius olitoris officia describi posse videar, aut nunc ordinem reliquarum culturarum cœptum interrupisse, &c.

Somnos interrumpere. Interturbare. Plin. lib. 28. cap. 4.

Singultus interrumpens pias querelas. Ouid. 11. Metam.

Interrumpere, Aliquid dicentem facientémve impedire. Cæsar 1. bel. Ciuil. Improuiso ad vallum aduolat, colloquia interrumpit, nostros repellit à castris. Idem 3 bel. Ciuil. Mediam orationem interrumpere. Plaut. Trinum. 17, Sermonem interrumpere.

Interrumpere iter amoris & officij. Cic. ad Atticum, lib. 4. 71, Si forte rarius tibi à me quàm à cæteris litere redduntur, peto à te vt id non modò non neglegentiæ meæ, sed ne occupationi quidem tribuas: quæ etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, vt interrumpat iter amoris nostri & officij mei.

Interruptus, Participium {διῤῥηγμένος} Liuius 6. bel. Pun. Ne interrupta Romanis acies videatur.

Amnis interruptus aquis. Lucan. lib. 2.

Interrupta consuetudo longis temporum interuallis, Intermissa. Cic. ad Cassium, lib. 15. 14, Postremò, vt amicitia nostra quæ summis officiis ab vtroque culta est, sed longis interuallis temporum interrupta consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius.

Ignes interrupti. Virg. 9. Æneid.

Itinera interrupta, & imperuia. Tacit. lib. 3.

Pendent opera interrupta. Virg. 4. Æneid.

Interruptæ atque morientes voces. Cic. pro Cælio, Quum me intuens flentem significabat interruptis atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella vrbi.

¶ Interruptum & Continuatum, contraria. Cicero 3. de Orat. Et quod continuatum & interruptum, & imago, & sibijpsi responsio.

Interrupta contexere. Cic. 1. de Legibus, Et ego animi pendēre soleo, quum semel quid orsus, si traducor aliò, neque tam facilè interrupta contexo, quàm absoluo instituta.

Inter quasi ruptra, pro Interrupta quasi. Lucret. lib. 5.

Interruptè, Aduerbium {διῤῥηγμένως} Incisè, vel cæsim, aut diuisè. Cic. 2. de Orat. Erit autem perspicua narratio, si verbis vsitatis, si ordine temporum conseruato, si non interruptè narrabitur.

Intersealmium {μεσοσάλμιον} Budæus, Intersealmia, spatia inter remiges dicta sunt. Bayfius putat esse intersealmiū spatium illud in naui quod est inter scalmum & scalmum. Hac voce vsus est Vitruu. lib. 1. cap. 2, Nauibus intersealmio, &c.

Interscapilium, interscapilij {μεσόμηον} Sipontinus, Scapilium veteres pro tergo vsurparunt: & aliquando pro ipsa scapula. Vnde & spatium quod inter scapulas est, interscapilium nominauere.

Interscindo, interscindis, interscidi, pen. corr. interscissum {διακόπτω} interscíndere, Per medium scindere. Liuius 8. bel. Pun. Arcto freto interscindi. Cic. 2. de Legibus, Nec quia nusquam erat scriptum, vt contra omnes hostium copias in ponte vnus assisteret, à tergóque pontem interscindi iuberet. Gell. lib. 12. cap. 1.

Interscribo, interscribis, penult. prod. interscripsi, interscriptum {διαγράφω} interscríbere, In medio scribere. Plin. lib. 7. epist. ad Tuscum, Poteris & quæ dixeris post obliuionem retractare, multa retinere, multa transire, alia interscribere, alia referibere.

Interseco, interscas, penult. corr. interscui, interscctum, & interscatum {διαφρίζω} interscécare, Per mediū secare. Author ad Herenn. lib. 3, Vt ipsa pronuntiatione res ipsas quas demonstraumus, inserere atque interscecare videamur in animis auditorum.

Intersectio, interscctionis. Verbale. Vitruuius lib. 3. cap. vlt.

Interscpio, interscpis, penult. prod. interscpsi, interscptum {διαφράττω} interscpíre, Veluti sepibus quibusdam intercludere, & iter impedire. Liuius 4. bel. Macedon. Per triduum insequens territauit eos, nunc præliis lacessendo, nunc operibus interscpiendo quædam, ne exitus ad fugam esset. Idem 1. ab Vrbe, Id factum magnæ parti peditum Romanorum conspectum abeuntis Albani exercitus interscpsit.

Interscpire vrbem vallo. L. 5. bel. Pun. Et lib. 4.

Interscptum iter, Occupatum. Cic. pro Corn. Balbo, Ne interseptum sit his iter perpetuò ad hoc amplissimum præmium ciuitatis.

Interscpta foramina. Cic. 1. Tuscul.

Interscro, interseris, penult. corr. interseui, penult. prod. intersitum, penult. corr. {διαφυτόω} interscrere, In medio plantare, seminare, insererе. Colum. lib. 3. cap. 17, Cœquato deinceps pastinato malleolus ordinatiis vitibus interserendus est.

Mediis interserit oscula verbis. Ouid. 10. Metam.

Omnia pomis intersita. Lucret. lib. 5.

Intersita peregrinatio. Plin. epist. 63.

Interscro, interseris, penult. corr. interseui, penult. prod. intersitum, penult. corr. {παρεκβάλλω} interscrere, Interponere. Plin. epist. 63. lib. 3. ad Calpisium Rusum, Prædia agris meis vicina, atque etiam interserta, vænalia sunt. Alij legunt, inserta. Plin. aunnculus libro 28. cap. 19, Vt potioni interseri possint. Vetus codex habet interi.

Intersisto, intersistis, intersistere, pro Resistere in medio spatio. Quintilianus lib. 8. cap. 3, Quia vltima prioris syllabæ litera, quia exprimi nisi labris cocuntibus non potest, aut intersistere nos indecentissimè cogit, aut continuata cum insequente in naturam eius corrumpitur. Item lib. 9. cap. 4, Intersistentes clausulæ.

Intersistit oratio. Quintil. lib 9. cap. 4, Tum vocalium concursus: qui quum accidit, hiat, & intersistit, & quasi laborat oratio.

¶ Intersistitur, Impersonale. Quintil. lib. 9. cap. 4, Tum longè per se, & veluti optimæ syllabæ, aliquid etiam medij temporis inter vocales quasi intersistatur assumen.

Interspiro, interspiras, pen. prod. {διαπνέω} interspirâre, De medio seu per medium spirare. Cato, cap. 112, Manu comprimito acina, vt combibant aquam marinam: vbi impleuerit dolium, operculo opérito, relinquito qua interspiret.

Interspiratio, Verbale {διαπνοή} Cic. 3. de Orat. Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, &c. Plin. lib. 23. cap. 1.

Intersterno, intersternis, interstrauī, interstratum, penult. prod. {διαστρώννυμι} interstérnere, In medio sterneie. Iustinus lib. 1, Hæc Babyloniam condidit, murúmque vrbi cocto latere circundedit, arena, pice, bitumine interstrato. Plin. lib. 29. cap. 2.

Interstinguo, interstinguis, interstinxi, interstinctum {διαστίζω} interstínguere, Per interualla aliqua extinguere. Festus, Ignis Vestæ siquando interstinctus esset, virgines verberibus afficiebantur. Apuleius, Iámque protinus oblisis faucibus interstinguere cum debuisset. Antiquum.

Interstinctus, Participium {διάστικτος} Martianus Capella lib. 1, Dehinc vesti admodum candidæ obducit amictus hyalinos, quos stellātibus oculis

oculis interstinctos crebri vibratus ignium luminabant. Id est Variegatos, distinctos. Budæus. Fortasse legendum intertinctos.

Spatia interstincta columnis. Stat. 3. Syl. 5.

Interstitium, interstitij {διάστημα} Distantia & interuallum. Macrobius, Quum quatuor sint elementa, ex quibus constant corpora, terra, aqua, aer, ignis: tribus sine dubio interstitiis separantur, quorum vnum est à terra vsque ad aquam, &c.

Interstitium lunæ, Dicitur interlunium. Apul. Difficultas itineris, ac globosi sideris interstitium.

Interstitio, interstitionis {μεταπαυσωνή} Cessatio, Vacatio. Gell. lib. 20. cap. 1, Velut quoddam iustitium, id est iuris inter eos quasi interstitionem quandam, & cessationem.

Interstrepo, interstrepis, penult. correp. interstrepui, interstreptum, penult. corr. {διαῤῥοθέω} interstrépere, Strepitum emittere inter alios. Virg. 9. ecloga, Dignā sed argutos interstrepere anser olores.

Interstringo, interstringis, intecstrinxi, interstrictum {διασφίγγω} interstríngere, Idem quod stringere. Plaut. Aulul. 24. Ibo intrò, atque illi tuo socieno iam interstringam gulam.

Interstruo, interstruis, interstruxi, interstructum {διαδομέω} interstrúere. Silius lib. 10,

-Telesinus ad ossa
Illisó saxo, qua spina interstruit artus, Occumbit. Id est, vbi spina, quæ est in medio dorsi artus connectit.

Intersum {παρεῖναι} Vide INTEREST.

Intertaleo, intertaleas, intertaleare, Verbum antiquum, Diuidere. Varro de Re rust. libro 1, Nam etiam nunc rustica voce intertaleare dicitur diuidere, vel excidere ramum ex vtraque parte æquabiliter præcisum, quas alij clabulas, alij taleas appellant. Nonius.

Intertextus, Adiectiuum {διύφαντος} vt Intertexta vestis. Quintil. lib. 8. cap. 5. Neminem decet intertexta plutibus notis vestis.

Flores intertexti hederis. Ouid. 6. Metam.

Telæ intertextæ. Stat. 3. Syl. 5.

Intertignium, intertignij, neut. gen. Interuallum quod est inter duo tigna. Vitruuius lib. 4. cap. 2.

Intertingo, interting s, intertinxi, intertinctum, intertingere. Plinius lib. 36. cap. 8, Thebaicus intertinctus aureis guttis, inuenitur in Africæ parte Ægypto adscriptæ.

Intertrahо, intertrahis, intertraxi, intertractum {μεθέλκω} interträhere, De medio trahere. Plaut. Amphit. 8,

-si stulam iam cœpero
Nunquam ædepol tu mihi quicquam creduis post hunc diem,
Ni illi puteo, si occæpso, animam omnem intertraxero. Hoc est, continua tractione totam aquam penitus exhausero. Animam putei vocat aquam, vt quæ insitar animæ latet intus in puteo.

Intertrigo, penult. prod. intertriginis, fœm. gen. {διάπεμμα} Malum est quoddam quum femina equitatu aliáve simili de causa atteruntur, aduruntúrque. A Græcis παράπεμμα dicitur. Dioscorides autem paratrimma, id est intertriginem vocat, quum pes pedem, vel vngula vngulam terit: vt in genere veterinario contingit, id est iumentis. Columel. lib. 7. cap. 5, Subluuies & intertrigo prce per se liquida, vel alumine, & sulphure atque aceto mistis rite eruentur.

Intertrimentum, intertrimenti {διάτριμμα} Varro lib. 4. de lingua Latina, Detrimentum à detritu dicitur: quòd ea quæ trita sunt, minoris pretij sunt. Ab eadem mente intertrimentum, ab eo quòd duo quæ inter se trita sunt, etiam diminuta sunt. Terent. Heaut. 3. 1,

Nunc quum sine magno intertrimento non potest
Haberi, quiduis dare cupis. Cic. 3. Verr. de æde Castoris quam P. Iunius sartam tectā tradere debebat. Cum eo sine vllo intertrimento (inquit) conuenerat iam quemadmodum traderetur. In impressis libris nutrimento mendosè legitur. Asconius, Detrimentum, vnius partis esse potest: intertrimentum verò dantis & accipientis. Secundum quod Cicero intertrimentum pro communi conficiendi alicuius negotij iactura posuit. Budæus.

Intertrimentum, pro eo quod in vnaquaque re deperditur, ac decedit. Liuius lib. 4 bel. Macedon. In auro verò, in quo præter manus pretiū nihil intertrimenti sit, quæ malignitas est? Id est, nihil iacturæ.

Intertritura, intertrituræ, penult. prod. Idem. Scæuola in l. pignori. §. vlt. D. De pignor. action. Quæro interrituram, quæ ex operis facta est, vtrum Titius debitor, an Seius agnoscere debeat.

Interturbo, interturbas {διαπαράττω} interturbâre, Valde turbare. Terentius Andr. 4. 1, Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? P. interturbat.

Interturbatio, Verbale {διατάραξις} Liuius 3. bel. Pun. Ipsíque valetudinem excusans patri, animi quoque eius mirabilem interturbationem quum quærereт, &c.

Interuaco, interuacas, penult. corr. {διακάπτω} interuacâre, In medio vacuum manere. Columella libro 6. capite 32. Bulbus tripedaneis interuacantibus spatiis obrutus, anno celerius maturam periеam præbet.

Interuallum, interualli {διάστημα, διάλειμμα} Spatium quod est inter palos, vallum castrense constituentes: à quo omne spatium, interuallum est appellatum. Plin. lib. 6. cap. 22, Séprem dierum interuallo tarato. Cæsar 1. bel. Gall. Paribúsque interuallis Harudes, Marcomanos, &c. omnémque aciem suam rhedis & carris circundederunt.

Interuallum annuū regni, Dum vacat regnum per annum. Liu. 1. ab Vrbe, Quinque dierum spatio finiebatur imperiū, ac per omnes in orbem ibat, annuúmque interuallum regni fuit.

Interualla permittere. Plin. in Paneg.

Interuallum fuit. Plaut. Rud. 4.

Eodem interuallo. Cic. 7. Verr. Ne quum in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo pars eius belli in Italiam vlla peruasit. Id est, eodem tempore.

Aeris interuallum. Lucret. lib. 4.

Interualla negotiorum. Paterculus lib. 1, Neque enim quisquam hoc Scipione elegantius interualla negotiorum otio dispunxit: sempérque aut belli, aut pacis seruit artibus.

Siderum interualla. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Interualla requietis habere. Cicero 1. de Finibus, Et ad dolores ita paratus est, vt meminerit maximos morte finiri, paruos multa habere interualla requietis. Hoc est, multas habere horas in quibus quiescere possit æger.

Per interualla, Alternatim. Plin. Iunior de Viris illust. Singulos per interualla interfecit.

Interualli moueri, Per certa horarum & temporis spatia. Cic. 1. Academ. Quæ autem moueantur, omnia interualli moueri.

Interuallis paribus. Plin. lib. 2. cap. 11.

Longo interuallo. Cicero pro Roscio Amerino, Longo interuallo iudicium inter ficarios hoc primum committitur. Id est post longum interuallum.

Longo interiecto interuallo, Vide INTERIICIO.

Tanto interuallo. Cic. ad Cassium, lib. 15. 14. Primum vtte quem iamdiu facio plurimi, tanto interuallo videremi: deinde vt tibi, &c. Id est post tantum interuallum.

Ex interuallo. Vide EX, præpositionem.

Ex tanto interuallo. Liuius lib. 3. Cur ex tanto interuallo rem deuetam vsurparent. Idem 3. ab Vrbe cond. Id est, post magnum interuallum.

Interuallum literarum. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 18, Tu, si interuallum longius erit mearum literarum, ne sis admiratus.

Interuallum deinde haud magnum populationibus fuit. Liuius 1. ab Vrbe. Id est paulo pòst populati sunt.

Interuallo facto. Liu. 2. ab Vrbe, Regnasse deinde Seruium Tullium: ne interuallo quidē facto oblitum tanquam alienum regni Superbum Tarquinium, velut hæreditatē gentis, scelere ac vi repetisse.

Dare alicui interuallum foluendi. Vlpian. in l. si verò. 6. §. post. D. Mand. vel cont.

¶ Interualla Cicero in Oratore vocat syllabarum tempora, breuia, longáque. Numerus ex interuallis conficitur, hoc est ex longis & breuibus syllabis, quę suis temporibus distinctę sunt. Breues enim syllabæ tempus vnum, longæ verò duo habere dicuntur.

Interuallatus, pen. prod. Adiectiuum {διαπεπλεγμένος.} vt Interuallata febris, quam intermittentem & reuertentem vocamus. Gell. lib. 17. cap. 12. Hæc biduo medio interuallata febris.

Interuellio, interuellis, interuelli vel interuulsi, interuulsum {διαπτίλω} interuéllere, Idem quod euellere, vel de de medio vellere. Plinius libro 17. cap. 27.

Omnia poma interuelli melius est. Colum. lib. 4. cap. 33.

Interuellere barbam. Seneca epist. 115, Quod faciunt ij, qui barbam vellunt, aut interuellunt. Id est, aut qui euellunt totam, aut aliquos tantùm pilos, quo rariorem faciant.

Interuenio, interuenis, penult. corr. interueni, penult. prod. interuentum {ἐπέρχομαι, ἐπιπίπτω} interuenire, In medio negotio, quasi ex insidiis superuenire, & opprimere in ipso actu qui rem celatam vellent. Terent. in Prologo Hecyra, 2,

-hæc quum data est
Noua, nouum interuenit vitium & calamitas. Cic. ad Attic. lib. 15. 326, Quam orationem quum ingressus essem, Cassius interuenit.

¶ Interuenio, cum accusatiuo. Tacitus lib. 3, Lepida ludorum diebus qui cognitionem interuenerant, theatrum cum claris fœminis ingressa, &c.

Interuenit maiori minor cogitatio, &c. Liuius 9. bel. Pun.

Interueniunt iræ. Plaut. Amphit. 10,
Iræ interueniunt, redeunt rursum in gratiam.

Interuenit deinde iis cogitationibus auitum malum, regni cupido. Liuius 1. ab Vrbe.

Interuenit nox. Liuius 3. bel. Pun. Plures cecidissent, ni nox prælio interuenisset.

Plangor interuenit omni verbo. Ouid. 11. Metam.

Interuenire cœptis. Liuius 1. ab Vrbe, Muro quoque lapideo circundare vrbem parabat, quum Sabinum bellum cœptis interuenit.

Interuenire malo. Plaut. Milite, 20, -malo ne interueneris quæso, Dum respicit. Id est vide ne dum festinas, accipias malum.

¶ Interuenire, pro Se interponere. Suetonius in Cæsare, Verùm neque Senatu interueniente, & aduersariis magistratibus vllam sō de Repub. facturos pactionem, in citeriorem Galliam rediit.

Cautiones interuenire solent, quum socij diuidunt societatem de eo quod sub conditione debetur. Paulus in l. Quum socij. D. Communi diuidundo.

Si culpa eius nulla interuenerit. Vlp. in l. Qum res. §. Sed si id petatur. D. De legat. 1.

Flumine interueniente via constitui potest, si aut vado transiri potest, aut pontem habet. Paulus in l. vltima. D. De seruitut. rustic. prædiorum.

Fraus venditoris interuenit. Vlpian. in l. Communi. §. vlt. D. Communi diuidundo.

Inimicitiæ capitales interuenerunt inter procuratorem & dominum. Vlp. in l. Filius familiās. §. vlt. D. De procuratoribus.

Negotiis meis vel alterius interuenire. Id est, se immiscere negotiis, vel negotia gerere, seu administrare. Papinianus in l. Seio. D. De annuis legatis. Seio amico fidelissimo, si voluerit, sicut meis interueniebat, eodem modo filiorum meorum negotiis interuenire: annuos senos aureos præstari volo. Scæuola in l. Mœuia. D. eod. tit. Si rebus nepotis mei interuenerit, omnémq; administrationem rerum nepotis mei ad solicitudinem suam reuocauerit.

Prætorem interuenire oportet, si quis impediat eum qui emit, quominus ei res tradantur. Vlpianus in l. At si quis, in princip. D.

de religios.& sumptibus funerum.

Fideiussor interuenit pro alio. Id est fideiubet. Vlp.in l.Quicunque.§.vlt. D. De institoria actione. Item fideiussori quoque,qui pro institore interuenerit,institoria competit.

¶Interuenire,Interesse.Cicero,Quod non esset factum,& ipse interuenissem.

¶Interuentum est alicui de-improuiso,Impersonale. Terentius Heauton.2.3.

Interueniens,Participium {ὑπερχόμενος.} Cic.3. Tuscul.In magna parte vitæ dolore non interueniente.

Interueniente flumine cui nomen est Vior. Hoc est, interlabente vel interfluente.Plin.lib.5.cap.1.

Interuenientibus desertis,hoc est interiectis.Plin.lib.5.cap.7.

Interuentus , huius interuentus {ἐπιλόσπα.} Cicero ad Atticum , libro 16. 336 , Caleni interuentum & Caluennæ caubis. Cæsar 3. belli Gall.Noctis interuentu. Cicero 1.de Natura deorum,Nullo malorum interuentu.

Feriarum interuentu impeditus est actor. Vlp.in l.Sed etsi.§.Si feriæ.D.Ex quib.caus.maiores,&c.

Iudiciis interuentu hæc omnia debent ad effectum perduci.Pomponius in l.Quintus,in fine.D.de annuis legatis. Vlp.in l.Illud.§.1. D.De tributoria actione.

Iuris interuentus. Marcellus in l.2. D. De natalibus restituendis, Interdum etsi serui nati sint, ex postfacto iuris interuentu ingenui fiunt.

Loci sacri & religiosi interuentus , etiam itineris seruitutem impedit.Paulus in l.Seruitutes prædiorum rusticorum.

Tutoris interuentus. Marcellus in l. Seruus decem. D. De solutionibus.

Interuentor , Verbale {ὑπηλθωτὴς} Qui interuenit, & impedit agentem aliquid.Cic.de Fato,Omnis ferè nostra in his deliberationibus consumebatur oratio,idque & sæpe aliàs,& quidam liberiore quàm solebat,& magis vacuo ab interuentoribus die.

¶Interuentor,pro Fideiussore,in l.Licet. De obsequiis à liberis & libertis præstandis , Vlpianus vtitur. & Lampridius in Commodo, Paternum autem (inquit) huius cædis authorem , & quantum vidébatur paratæ necis Commodi conscium & interuentorem. Bud.

Interuenium , interuenij {μεταβλεῖσθαι} Spatium illud quod est inter venas terræ. Vitruuius lib. 8, Sed non per interuenia dilabantur & decrescant. Idem lib.2.cap.6.

Interuerto, interuertis, interuerti, interuertum {ὑποβαλλόμην} interuértere,Callidè furripere:quod plerunque fit,quum rem commodatam,aut depositam,aut creditam,dolo ne restituatur domino,efficimus,authore Valla lib.5. Plaut.Asin.6,Vnde sumam? quem interuertam? Idem Pseudolo,13,

Vt me , si posset,muliere interuorteret. Cic.6.Verr.Candelabrum quod rex Ægypti Ioui Capitolino dono tulerat , à Verre , qui illud commodato à rege acceperat,interuersum esse consequitur. Marcellus Iurisc.in l.Si duo.D.Depositi,Si duo hæredes rem apud defunctum depositam dolo interuerterint.

Dicimus autem Interuertere aliquem simpliciter, & Interuertere aliquem re aliqua, & Interuertere rem aliquam.

Possessionem interuertere.Marcellus in l.Si quis rem,quam.D.De acq.vel amit.possess.

Interuertere,& ad se transferre. Cic.2.Philipp.Ille induxit vt peteret:promissum & receptum interuertit,ad séque transtulit.

Interuerso regali dono. Cic.6. Verr.Qui si intellexerint,interuerso regali hoc dono,grauiter vos tulisse , grata fore vobis Populóque Rom.sua studia ac dona arbitrabuntur. Et pro Domo sua,Ædilitate interuersa.

¶Interuertere,Subuertere,euertere.Paulus in l.Amissione. D. De capitis diminutione , Quæ salua ciuitate accidit per quam publica iura non interuerti constat. Idem in l. Tutelas. D. De capitis diminutione,Legitimæ tutelæ ex xii. Tab.interuertuntur eadem ratione qua & hæreditates. Budæus.

¶Interuertere,pro Decoquere. Tacit.lib.18,Nouies millies sestertiũm pauciſſimis mensibus interuertisse creditur.

Interuigilo, interuigilas, penult. correp. interuigilâre. Seneca epist. 1.libro 12,Somno parcissimo vtor, & quasi interuigilo,satis est vigilare desisse.

Interuireo, interuires, penult. corr. interuirêre. Claudian. de raptu Proserp.lib.2,

Non sic innumeros arcu mutante colores
Inciptens redimitur hyems,quum tramite flexo
Semita diseretis interuiret humida nimbis. Hoc est inter alios colores viret. De arcu cælesti.

Interuiso,interuisis,interuisi, interuisum, pen.prod. {ὑπαναβαίνομαι} interussere,Quasi iterum visere,vel interdum visere.Plaut.Aulul.7,

-nunc hic eam rem volt,scio,

Mecum adire ad pactionem : verùm interuisam domi. Idem Stich.3, -imò interuisam prius domum. Cic.Matio,lib.7.13,Quódq; nos minus interuisis,hoc fero animo æquiore.

Crebrò interuisere. Cic.ad Q.fratrem,lib.3.17, Vrbanam expolitionem vrget ille quidem & Philotimus & Cincius : sed etiam ipse crebrò interuiso:quod est factu facile.

Interula,Plerique omnes dicunt eam esse,quam vulgò *Camisiam*, hoc est tunicam carni proximam appellamus. Huius meminerunt Horatius, & Martialis, & Apuleius lib.8. & Valer.in epist. ad Rufinum, Valerianus Imperator in quadam epistola apud Trebellium Pollionem in vita Claudij , & Aurelianus alter Imperator in alia epistola apud Flauium Vopiscum in vita Bonosi,& Martianus Capella lib.1. vbi scribit Tritoniam Psyche donasse interulam.

Interundo , interundas , interundaui , interundatum , interundare, penult.prod.Solinus cap.27,Hoc fuluum nigrantibus segmentis interundarum, varietate apprimè decet. Hoc est in vndarum figuram distinctum.

Interuomo , interuomis, penult. corr. interuomui , interuomitum, penult.corr. {διαμέω} interuómere,Interscatère. Lucret.lib.6,Quod dulces inter salsas interuomit vndas. Budæus. Hoc est interfundit.

Interusurium,interusurij, Commodum est. vel vsura medij temporis. Vlp.in l.Sed si.§.vlt.D.De pecul.Vt medij temporis interusurium magis creditor consequatur.

Intestatus, penult.prod. {ἀδιάθετος} dicitur non solùm qui mortuus est nullo confecto testamento , sed etiam cuius ex testamento adita non est hæreditas,vt inquit Paulus,de Verb.signif.l.Intestatus.

Intestati propriè appellantur, qui quum possent testamentum facere,testati non sunt. Vlp.in l.1. D. De suis & legitimis hæredibus. Cic.pro Cluent.Haud hæres est Cluentius:intestatum dico esse mortuum. Idem 4.Verr. Iuuenal.sat.3,

-possis ignauus haberi,
Et subiti casus improuidus,ad cœnam si Intestatus eas.

Intestatorum parentum liberi hæredes sunt. Quintil.lib.3.cap.6.

Ab intestato,cui opponitur A testato.In l. Cũ ij.§.Hæc oratio.D. de Transac.Siue à testato factis,siue ab intestato. Sed fortè hæc verba referenda sunt ad defunctum testatum,siue intestatum.

¶Intestatus,Cuius verbis nõ adhibetur fides,quíve testis esse non potest. Pomponius Pictorius, Ipsus cum vno seruo senex intestato proficiscitur. Nonius.

¶Intestatus,Nullis testibus conuictus. Plaut.Curcul.15,Hocceine pacto indemnatum atque intestatum me arripi? Idem Milite,22.

Intestato,Aduerbium {ἀδιαθέτως} Sine testamento. Cic.2.de Inuent.Si paterfamilias intestatò moritur,familia, pecuniáq; eius agnatorum gentiliúmq; esto. Scæuola,l. Titius intestatò moriturus. Sic Paulus,Vt legata quæ ei dederat,intestatò moriens restitueret.

Intestabilis, & hoc intestabile, penult.corr. Plaut.Milite,22,Vt viuam semper intestabilis. Caius in l.Cum lege.D.De testamentis,Quum lege quis intestabilis iubetur esse , eò pertinet ne eius testimonium recipiatur,& eò amplius (vt quidam putant) néve ipsi dicatur testimonium. Vlpianus in l.Is cui lege. D. De testamentis , Siquis ob famosum crimen damnetur , Senatusconsulto expressum est , vt intestabilis sit. ergo nec testamentum facere poterit , nec ad testamentum adhiberi testis.

¶Intestabilis {μισοχθὴς} pro Detestabili. Gell.lib.7. cap.18, Eos tamen qui ad Annibalem hoc rediissent,vsque adeò intestabiles,inuisósque fuisse,vt tædium vitæ ceperint, necémque sibi conscuerint. Vlp.in l.ex Cornelia. D. De iniuriis,Si cõdemnatus sit is qui librum ad infamiam alicuius pertinentẽ scripsit,composuit,edidit,& c.intestabilis ex lege esse iubetur. Plin.lib.30.cap.2,de arte magica,Proinde ita persuasum sit,intestabilem,irritam,inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis vmbras. Horat.2.Serm.sat.3,

-ver ædilis fuerisve

Vestrum Prætor,is intestabilis & sacer esto. Vbi Porphyrio , Antiqui eos quos in testimonium dimitti nolebant , intestabiles vocabant,detestabiles scilicet, quorum testimonium malum & execrandum esset. Ex Budæo. Tacit.lib.15, Intestabilis & conscelleratus. Idem lib.20,Quum interim intestabilior & sæuior exortus est.

¶Intestabilis,cum ablatiuo. Tacit.lib.5.sub finem,Intestabilis sæuitia Tiberius.

Intestabilis & infandus.Plin.lib.28.cap.8.

Intestinus , penult. prod. {ἔνδοθεν , ἐμφύλιος} Adiectiuum, ab Intra, Quod est intimum.

Intestina,Substantiuè dicuntur, quæ interiori corporis parte claudntur,& inferiora sunt,quæ etiam interanea appellãtur. Celsus lib. 4.A visceribus ad intestina vomendum est. Cic.2. de Nat. deor. Ex intestinis autem &aluo secretus à reliquo cibo succus is quo alimur, permanat ad iecur per quasdam à medio intestino vsque ad portas iecoris, sic enim appellant ductus & directas vias , quæ pertinent ad iecur,éque adhæ ent. Medium intestinum vocat Cicero, quod Græci Mesenterium.

Perurere intestina alicuius.Catul.ad Rufum,epigr.72.

Tenent intestina.Celsus libro quarto,capite decimosexto,In hoc vtique adhibere oportet comprimentia,quo facilius tenendi aliquid intestinis vis sit.

Latum intestinum interdum glutinatur.Celsus lib.7.cap.16.

Intestinum tenue.quòd tenuiorem habet tunicam,quàm reliqua intestina.Celsus lib.2.cap.1, Tenuioris intestini morbus,quem ileon nominant.

Intestinum,neutro genere:& Intestinus,masculino dicitur. Plin. lib.11. cap.37. Intestinus enim quibusdam ab ore incipiens, quadam via eodem reflectitur,vt sepiæ,polypo.

Intestinus,Adiectiuum,pro Interiore:vt Intestina pestis,apud Liuium, pro conspiratione maxima & periculosissima. Et intestina discordia, apud eundem lib.9.pro ciuili discordia.

Intestinum odium,Id est odium occultum , vel magnum:hoc est, cor animum premens.Liuius 2.ab Vrbe, Ciuitas secum ipsa discors intestino inter Patres plebémque flagrabat odio.

Intestinum malum.Cic.ad Brutum,10.1, Ingrauescit enim in dies intestinum malum , nec externis hostibus magis quàm domesticis laboramus. Sic intestinus dolor,Sulpitius ad Ciceronem,lib.4.5.

Intestinum opus , Quod factum est ex ligno fabrorum : authore Budæo. Varro lib.3. de Re rust.cap.1, Quum villam haberes opere tectorio, & intestino, ac panimentis nobilibus lithostrotis spectandam,&c.

Intexo,intexis,intexui,intextum {ὑφαίνω} intéxere,Intus texere,inněctere,inuoluere.Virg.lib.3.Georgicorum, -vtque

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Id est,intus texti.Nam in velis ipsi erant picti qui eadem vela portabãt.Seruius. Cic.in Partit. Læta tristibus,incredibilia probabilibus inteximus.

Intexere literas vestibus. Plin.lib.13. cap.11, Et tamen adhuc malunt Parthi vestibus literas intexere.

Frondes canis intexere filis.Ouid.15.Metam.

Facta alicuius intexere charris.Tibull.ad Messalam,lib.4.

Intexere,

Intexere,pro Implicare:& Intextum,pro Implexo. Cic.2.de Nat. deor. Veræque autem crebræ multæque toto corpore intextæ , vim quandam incredibilem artificiosi operis diuinique testantur. De venis & arteriis.

Intexere aliquem. Cic.Attico,lib.13. 269,Scis me antea orationes aut aliquid genus solitum scribere , vt Varronem nusquam possem intexere.Id est,cum loquentem inducere,vt fit in Dialogis. Alibi Includere dixit. Eidem,lib.13.280, Te autem ἀκριβέστατα intexui, faciámque crebrius. De Academicis. Budæus.

Intimus,pen.corr.Superlatiuum ab Intra,Vide INTRA.

Intimo, intimas , penult. corr. {παραγγέλλω} intimâre , Denuntiare. Liu.4.ab Vrbe, Intimasse,filio vt milites scriberet. In vetustissimis codicibus legitur instituisse. Martian.Capella lib.1,Hæc quum Iuno affixa Ioui,acclinatis eius auribus intimaret.

Intimare apud præsidem.l.2. C. De adoptionibus,Adrogatio erenim ex indulgentia principali facta , perinde valet apud prætorem vel præsidem intimata,ac si per populum iure antiquo facta esset.

¶Intimari,pro Ingredi.Solinus cap.45.Ditionis Ægyptæ esse incipit à Syene,in qua fines Æthiopum : & inde vsquedum mari intimatur,Nili nomen tenet.

Intingo,intingis,intinxi,intinctum {ἐμβάπτω} intingere, Madefacere & humectare Plin.lib.20.cap.17,de anisо.Virde,aridúmve omnibus quæ conduntur,quæque intinguntur,desyderatum.

Intingere in acetum. Cato cap.15,Crudam si edas,in acetum intingito,mirificè concoquit. De brassica.

Intingere calamum,de scribente dixit Quintil. lib.10. cap.3. non ita procul à fine,Quod intinguntur calami,morantur manum.

Intinctum arte. Cic.2.de Orat.Alterum quod totum arte intinctum videtur,tamesti artem requirit,tamen prudentiæ est mediocris quid dicendum sit videre.Alij tinctum legunt.

Nutriat intinctos ms sta patella cibos. Ouid.2. Fast.

Intinctus , huius intinctus {ἐμβαμμα} Condimentum ad condienda obsonia , siue liquor in quem reliquos cibos intingimus ad saporis commendationem,ac gulæ irritamentum. Vulgò *salsa* dicitur. Plin. lib.15.cap.29,Eadémque origine aprorum sapor commendatur,plerunque ad intinctus additis myrtis. Idem lib.20.cap.9.

Intolerabilis,& hoc intolerabile,pen.corr. {ἀνήκεστος,ἀνήκεστον} Quod tolerari & ferri non potest.vt Intolerabilis dolor.Cic.4.Acad.

Intolerabile frigus.Cic.pro Rosc.Amer.

Intolerabilis insolentia.Cic.ad Q.frat.lib.1.1.

Mala intolerabilia.Lucret.lib.6.

Intolerabilis fœmina.Liuius 1.ab Vrbe.

Quid peruersius?quid intolerabilius?Cic.4.de Finibus.

Intolerabiliter,penult.corr.Aduerbium {ἀνηκέστως} Colum.lib.1.cap.4, Sunt quædam loca quæ solstitijs minus concalescunt,sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.

Intolerandus,Adiectiuum,Idem quod Intolerabilis {ἀφόρητος.} Cic.7. Verr.O magnum atque intolerandum dolorem.

Immanis atque intolerandæ barbaries.Cic.pro Fonteio.

Intoleranda hyems.Liuius 5.ab Vrbe.

Intolerandæ libidos.Liuius 7.belli Pun.

Intolerans,penult.corr.intolerantis, Adiectiuum {ἀνηκέστων} Qui tolerare non potest. Impatiens, impotens. Liuius 9.ab Vrbe, Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus , quarum nemo intolerantior fuit.

Intolerantior seruitus. Tacit.lib.3,Quanto intolerantior seruitus iterum victis.

Intolerantissima laboris corpora,hoc est impatientissima. Liuius 10.ab Vrbe.

Intoleranter {ἀφορήτως} Intolerantius , intoleranti ssimè, Aduerbium, Impotenter.Cic.2. Tuscul.Intoleranter dolere. Sic 2.de Orat.Intolerantius se iactare. Idem in Vatinium,Et quoniam pœnias aliorum despicis,de tuis diutius intolerantissimè gloriaris.

Intolerantia,intolerantiæ {ἀνηκεστία} Impatientia. Cicero pro Cluentio , Quis eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset? Idem de Lege agraria,Non priuatorum insaniam, sed intolerãtiam regis esse dicetis. Budæus interpretatur intemperantiam , vel insolentiam:vt sit quasi intolerabilitas.

Intondeo, intondes, intondi, intonsum {ἀποκείρω} intondêre , Circuntondêre. Colum. lib.11. cap.3, Vt antè quàm transplantum deponas , omnes radiculas amputes , & fibrarum summas partes intondeas. De porro.

Intonsus,Adiectiuum {ἄκειρος} Non tonsus.Plin.lib.6.cap.28,Arabes mitrati degunt , aut intonso crine barba abraditur præterquam in superiore labro.

Aut intonsi.Ouid.lib.2 Fastorum,

Hoc apud intonsos nomen habebat auos. Veteres enim propter seueritatem hirsuti erant,teste Porphyrione: vnde Catonem intonsum dixerunt.Primus autem tonsorem in Vrbem duxit Scipio.

Capilli intonsi.Horat.Epod.15.

Caput intonsum.Ouid.4.Fast.

Intonsa coma.Cic.3. Tuscul. Ex Accio.

Crinis intonsus.Tibull.lib.1.eleg.4.

Deus intonsus.Ouid.3. Trist.eleg.1.

Intonsi homines & inculti.Liuius 1.bel.Pun. De alpibus.

Intonsæ oues. Colum.lib.7.cap.3, Igitur, vt dixi, miraberis oues intonsas.variam & canam comam improbabis.

Intono,intonas, pen.corr. intonui {ἐκβροντάω} intonâre,Idem quod tonare,& sonum emittere. Cic.1.de Diuinat.Partibus intonuit cæli pater ipse sinistris. Ex quodam poeta.

Intonuit ingenti latratu canis.Plin.lib.8.cap.40.

Hyems intonata bois fluctibus.Horatius Epod.1.Hoc est tempestas sonora.

¶Intonare,Iracundè dicere, & cum quodam vocis impetu loqui. Liuius 3. ab Vrbe. Cic. pro Murena, Iam enim hesterna concione intonuit vox pernicios a designati Collegæ,tui,&c.

Minas intonare. Ouid.1.Amor.eleg.7.

Intonsus, Vide INTONDEO.

Intorqueo, intorques,intorsi, intortum {συστρέφω.στρόφω} intorquêre,Circum torquere & inflectere. Colum.de Arboribus,cap.23,Alio modo quum iam matura mala fuerint , antè quàm rumpantur , petiolos quibus pendent,intorquero.

Intorquere mentum. Cic.2.de Orat.Vt cum Testio Penario mentum in dicendo intorquenti , tum vt diceret siquid vellet , si nucem fregisset.

¶Intorquere , Contra , siue intus torquêre , Iácere. Virgilius 2. Æneidos,

-sacrum qui cuspide robur
Læserit,& tergo sceleratam intorserit hastam. Sic ibidem , Intorquere iaculum. Plin.de Viris illust.

Intorquere telum in aliquem,quod & Contorquere dicitur : hoc est Vibrare.Cic.de Arusp.resp. Siquod in me telum intorserit,statim me esse arrepturum arma iudicium atque legum.

Iaculum intorquens emittit in auras. Virg 9. Æneid.

Intortus,Particip. {ἐνισσόμενος} siue Nomen ex participio:vt Intortus caudex,Hoc est circunflexus vel inflexus.Plin.lib.12.cap.15.

Intorti capilli.Martial.lib.8.34.

Intorta cauda suum,Id est obliquata & inuoluta.Plin.lib.8.cap.51.

Crines intorti.Silius lib.3.

Intortæ fauces.Plin.lib.7.cap.44.

Funes intorti.Ouid.3 Metam.

Intortum circum læuum brachium paludamentum. Liuius 5. belli Punici.

Intorta oratio,pro Obscura,ambigua.Plaut.Cistell.10.

Intortus vertex.Plin.lib.9.cap.33.

Intortè, Aduerbium. Plin.lib.16. cap.16,Sed bruscũ intortius crispum: molluscum simplicius sparsum.

Intra {ἐντὸς,ἔνδον} Præpositio accusatiuo casui seruiens,spatium temporis aut loci significat , teste Prisciano. Lucret. lib.5, Intra castrorum,timuit tentoria ductor. Ab in deriuatur,Intra cubiculum,Intra oppidum:Id est,in cubiculo,in oppido.

Intra quatuor annos,& A quatuor annis,hoc differunt:quòd Intra quatuor annos , Id est quadriennio nondum finito. A quatuor annis,Id est iam elapso tẽpore quadriennij. Cic.2. Verr.Omnia non modò commemorabuntur, sed etiam expositis certis rebus agentur quæ intra decem annos, postea quàm iudicia ad Senatum translata sunt,in rebus iudicandis nefarie flagitioséque facta sunt.

Intra Calendas,intra ferias:Id est,in Calendis,in feriis. Ex Nonio.Vide Gellium lib.12.cap.13.

¶Intra diem mortis vt aliquid fiat,siquis dixerit,ipse quoque dies (inquit Vlpianus) quo quis mortuus fuerit,numeratur,

Intra viginti dies,In spatio viginti dierum.Plaut.Curcul.8. Plin. Iunior epist.32. lib.10, Qui igitur intra hos proximos decem annos damnati.

Intra decimum diem.Liuius 6.bel.Maced.

Intra paucos dies,pro Breui tempore.Liuius 3.bel.Pun.

Intra famam. Quintil.lib.11.cap.3,Hoc tenus si scripta tantum intra famam sunt.Id est, Non respondent famæ,Nihil,aut parum habent famæ.Huius contrarium est, Vltra famam : quod est perquàm multum,plus quàm creditum est.

Esse intra fortunam suam.Propert.lib.3.eleg.8.

Intra hæc enim est omnis vituperatio.Id est,In his cõsistit. Quintilianus lib 6.cap.4.

Rapere aliquem intra iuuentam. Tacit.lib.2,Si fato concederem, iustus mihi dolor etiam aduersus deos esset , quòd me parentibus liberis,patriæ intra iuuentam præmaturo exitu raperent.

Intra legem epulari. Cic.ad Pætum,lib.9 26,Epulamur vnà non modò non contra legem(si vlla nunc lex est) sed etiam intra legem. Id est minus consummus quàm præscripserit lex.

Intra me futurum est,Id est apud me & secreto.Plin.epist.10.lib.3.

Intra modum. Cic.ad Sulpitium,lib.4.4.Modicè hoc faciam, aut etiam intra modum. Id est minus quàm modicé. Hunc locum sic explicat Gellius lib.12.cap.13,Modicè dixerat hoc faciam,Id est cum modo æquo & pari.Deinde quasi hoc displiceret,& corrigere id vellet,addidit,Aut etiam intra modum.per quod minus sese ostendit id factorum esse,quàm quod fieri modicè videretur. Id est,nõ ad ipsum modum,sed retrò paululum,& citra modum. Hæc ille.

Intra loquendi modum,id est Non vltra sermonem. Quintil.lib. 11.cap.De pronuntiatione , Ne dicamus omnia clamosè,quod insanum:aut intra loquendi modum,quod motu caret. Budæus.

Intra silentium se tenere,Idem quod silere. Plin.Iun.libro 4.epist. 17,ad Gallum , Quum fortè de bonis iuuenibus apud Neruam imperatorem sermo incidisset,& plerique me laudibus ferrent, Corelius paulisper se intra silentium tenuit : deinde grauitate quam notas,Necesse est,inquit,&c.

Intra tecta vocare aliquem.Virg.7.Æneid.

Intra terminos.Liuius 4.bel.Maced.Carthaginienses iure finium causam tuebantur,quòd ager intra eos terminos esset.

Intra verba peccare,Id est non vltra verba. Curtius lib.7,Vtinam Philotas quoque intra verba peccasset. Budæus.

¶Intrà sine casu:cui contrarium est Extrinsecus. Colum.lib.12. cap. 43, Hæc vasa & opercula extrinsecus & intrà diligenter picata esse debebant.

¶Intra,pro Inter. Liu.5.bel.Pun.Hæc est nobilis ad Trasimenum pugna,atque intra pauca,memorata Populi Romani clades.

Interior,& hoc interius {ἐνδότερος} Magis intrò vel intra.Cic.5.Philip. In interiore ædium parte totius Reip.nundinæ.

Africam interiorem obtinens.Cic.in Salust.

Domus interior.Virg.1.Æneid.

Interior epistola,hoc est media. Cic.ad Q.frat.lib.3.17, Quòd interiore epistola scribis,&c.

Interiores & reconditæ literæ. Cic.3.de Nat.Plures enim traduns

nobis ij qui interiores scrutantur & reconditas literas, antiquissimũ Ioue natum, sed item, &c.
Medulla interior. Catull. ad Libellum. epigr. 33.
Societas interior & propior. Cic. 3. Offic.
Interior tactus. Cic. 4. Academ. Sic Motus interior, Cicero in Somnio Scipionis.
Tectum interius. Virg. 4. Æneid.
Vicinus interior. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2.
Interior & familiaris vita, Publicæ administrationi opponitur. Sueton. in August. cap. 61.
In promptu & interiora. Cicero 2. de Diuinat. Sed hæc quoque in promptu fuerint, nunc interiora videamus.
Nihil est interius mente. Cic. 3. de Nat. deor.
¶ Interior, pro sinisterior. Virg. lib. 5. Æneidos,
-dum proram ad saxa suburget Interior. Id est sinisterior.
Paulo antè dixerat poeta, Radit iter læuum interior. Seruius. Vide SVBVRGEO.
¶ Interius, Aduerbium. Seneca de Benef. Possim de natura queri, quòd aurum & argentum non interius absconderit.
Oratio ne insistat interius, ne excurrat longius. Cic. 3. de Orat.

Intimus, intima, intimum, penult. coorr. { ἐσχάτιος } Superlatiuum: hoc est Maximè intrò. Cicero 6. Verr. In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum. Plautus Trucul. 11, Traxi ex intimo ventre suspirium.
Angulus intimus. Horat. 1. Carm. ode 9.
Intima nudata. Vlpian. l. 3. D. De arbit.
Intimum odium. Cic. 4. Tusc. Discordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta.
Intima pars vrbis. Cic. 7. Verr. Ibidem, Intimæ ædes.
Pectore vritur intimo. Catull. in Epithal. Mallij, 56.
Præcordia intima, Ouid. 4. Metam.
Intimus sermo. Cic. 2. Tusc.
Intimus tactus. Cic. 4. Academ.
¶ Intimus, Charus, familiaris, qui cum aliquo omni tum officiorum, tum consuetudinis, tum familiaritatis genere est coniunctus. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 4, Intimus, proximus, familiarissimus quisque aut sibi pertimuit, aut, &c.
Aleer ego. Cic. Famil. 7. epist. 5.
Intimus & Alienus, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. Tecti esse ad alienos possimus: intimi multa apertiora videant necesse est.
Intimus sum illi, Id est familiaris, amicus charissimus. Plautus Trucul. 3,
-nam me fuisse huic fateor summum, atque intumum. Cicero in Catilinam.
De tuis vnus. Cicero Famil. 3, Propter memoriam Crassi, de tuis vnus esse.
Intimus es consiliis nostris: Id est, Tibi vni committimus nostra intima consilia. Terent. Andr. 3. 3.
In intimis alicuius esse, pro Valde ab aliquo amari. Cic. ad Attic. lib. 4. 85, Itaque in intimis est meis, quum antea notus non fuisset.
Consiliorum intimum, pro Intimum consilium. Tacit. lib. 15.

Intimè, pen. corr. Aduerbium { ἐνδοτάτω. } Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2, Quarum altera est de Blandenio Teuxide, quem scribis certissimum matricidam tibi à me intimè commendari.

Intrarius, Adiectiuum { ἐνδημικός } Id est intimus. Plautus, Charos mihi, atque intrarios amicos.
Intrata vrbs. Silius lib. 12,
Intratam Senonum capietis millibus vrbem.

Intractatus, penult. prod. Adiectiuum { ἀδιάφορος. } vt Intractatus & nouus equus. Quasi dicas indomitus. Cicero de Amicitia, Atqui in ipso equo (cuius modò mentionem feci) si nulla res impediat, nemo est qui non eo quo consueuit, libentius vtatur, quàm intractato & nouo.

Intractabilis, & hoc intractabile, penult. corr. { ἀμαχήτως. } Plin. lib. 19. cap. 5, Virus illi intractabile est.
Animus intractabilis. Seneca Hipp. 2.
Bruma intractabilis. Vig. 1. Georg. Dura & aspera. Seruius.

Intramuranus, penul. prod. Adiectiuum. Asconius in 4. Verr. Omnis magistratus qui intramuranus non est, nec vrbanus, etiam si administrator eius Romæ est, AD VRBEM dicitur.

Intremo, intremis, penult. corr. intremui { ἐνορμέω } intrémere, Idem quod simplex Tremo: nisi quid vehementiæ ex compositione acceperit. Plinius lib. 2. cap. 8, Intremunt verò & in nauibus posita, æquè quàm in ædificiis.
Palluit, & subito genua intremuere timore. Ouid. 2. Metam.
Aspicis alternos intremuisse pedes. Ouid. 3. Trist. eleg. 1.
Vndæ intremuere. Virg. 3. Æneid.
Hannibalem senectus intremit. Silius lib. 16. Id est timet.

Intremisco, intremiscis { ἐνορμέομαι } intremíscere, Idem. Plinius lib. 2. cap. 79, Neque enim vnquam intremiscunt terræ, nisi sopito mari.

Intrepidus, penult. corr. Adiectiuum { ἀνορμοσιοδιώκτης } Qui nihil timet, Impauidus. Plin. in Præfat. 3, Sed hæc quis posset intrepidus æstimare subiturus ingenij tui iudicium, præsertim lacessitum?
Hyems intrepida. Tacit. in vita Agricolæ.
Intrepida constent verba. Seneca Hippol. 5.
Vultus intrepidus. Ouid. 13. Metam.

Intrepidè, penult. corr. Aduerbium { ἀδεῶς } Sine pauore, audacter. Liu. 6. bel. Pun. Postquam assuetudine quotidiana satis intrepidè visum est fieri, in campum, &c.

Intrico, intricas, penult. prod. { ἐμπλέκω } intricáre, Implicare: cui contrarium est Extrico. Plautus Persa, 1, Atque ita intricatum ludit potans Dorpalum.
Peculium intricare. Vlpianus in l. 1. §. vltimo. D. De seruo corrupt.

Intrinsecus, penult. corr. Aduerbium { ἐσώτερ } Quod barbari *ab intra* dicunt. cui contrarium est Extrinsecus. Columel. lib. 12. cap. 43, Lata vasa in modum patinarum fieri iubebat, eáque intrinsecus & extrinsecus diligenter picari. Sic Plin. lib. 11. cap. 37.

Intrita, Vide INTERO.

Intrò { ἐσω } Aduerbium ad locum, Teren. t. Andr. 3. 2,
Imò abi intrò, ibi me operire.
Abire intrò, Vide ABEO.
Intrò accipere. Plaut. Trucul. 16,
-intrò acceptum quando acceptum est, non potest
Ferri foras.
Intrò adducere, Vide ADDVCO.
Adducere se intrò, Vide ADDVCO.
Intrò ferre cibum. Cic. 7. Verr. Idem pro Flacco, Vt in oppidum intrò ferretur. Quidam coniunctim legunt, Intro ferretur.
Intrò spectare. Plaut. Mostel. 13,
Quid volunt? quid intrò spectant?
Intrò venit. Plaut. Capt. 10.
Intrò ad nos venit errans, Id est, in domum nostram. Terentius Eunucho, 5. 7.

Intro, intras { ἔνειμι, ἐμβαίνω } intrâre, Notæ significationis. Cæsar 7. bel. Gall. Quò qui intrauerant, se ipsi, &c.
Intrare ædem & in ædem. Sueton. in Vespas. Cic. pro Domo sua, In Capitolium intrare. Idem 2. Philip. Tu illud es sanctissimum limen intrare? Supple ausus, quod præcedit.
Domum parua solita est intrare fenestra. Ouid. 6. Fast.
Tot maria intrauit. Virg. 6. Æneid.
Portus intramus amicos. Virg. 5. Æneid.
Vrbem intrare. Ouid 15. Metam.
Intrant vrsos venabula, Hoc est transfigunt. Martial. lib. 14. 30.
¶ Intrare, per transtationem. vt Intrare in familiaritatem alicuius, Hoc est sese insinuare. Cicero ad Quintum fratrem, lib. 1. 1, In prouincia verò ipsa, siquem es nactus qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis antè fuerit ignotus, huic quantum credendum sit, vide.
Intrare in affectum. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Intrauitque animum militaris gloriæ cupido. Tacitus in vita Agricolæ.
Intrare insidias. Cæsar 3. bel. Ciuil. Qui quum essent progressi, primæque turmæ insidias intrauissent, ex fremitu equorum illata suspicione, ad suos se recipere cœperunt.
In mentem iudicis non potest definitio intrare. Cic. 2. de Orat.
Mentes intrauit suspectus humorum. Ouid. 5. Fast.
Intrandum est igitur in rerum naturam. Cic. 5. de Finibus.
Pauidos, & conscientia vecordes intrat metus. Tacit. lib. 1.
Pudor & gloria intrat aliquem. Tacit. lib. 1.

Intratus { εἰσβεβηκώς } Participium præteriti temporis, rarum. Liuius, Ibi rursus syluæ intratæ. Id est In syluas intratum est.

Introdo, introdas, pen. prod. introdâre, pen. corr. Cic. pro Cecin. Atque etiam se ipse inferebat, & introdabat. Hoc est, Vltrò se offerebat, gerendis negotiis. Sic Budæus. Vetus exemplar habet Intrudebat.

Introduco, introducis, pen. prod. introduxi, introductũ { εἰσάγω, εἰσποιέω } introdúcere, Immittere, & intra aliquem locum ducere. Cæsar 2. bel. Gall. Id fieri posse, si suas copias Hedui in fines Bellouacorum introduxerint. Cic. 5. Tusc. Et in domos etiam introduxit.
Introducere prædium in oppidum. Cæsar 1. bel. Ciuil.
¶ Introducere, Ponere, Instituere, Cõstituere, quod & In medium afferre aliquãdo significat, inquit Budæus. Cic. 1. de Nat. deor. Sed illa palmaris quidem, quòd qui non modò natum mundum introduxerit, sed etiam manu penè factum. Idem 4. Acad. Idem 3. Offic. Non videatur debuisse eiusmodi deliberationem introducere, in qua, &c.
Introducere ambitionem in Senatum. Cic. 11. Philipp. Quam ambitionem constantissimus & grauissimus ciuis L. Cæsar in Senatum introduxit? Hoc est, induxit & inuexit.
Sic animas introduxerunt sensibus auctas. Lucret. lib. 3.
Consuetudinem. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 21, Hac introducta consuetudine sæpe inscientibus nobis & cœnantibus obrepit.
Initium. Cicero in Salust. Id vos, si fortè offendimini, iustius huic quàm mihi succensere debetis, qui initium introduxit.
Introducuntur personæ in dialogis. Cic. de Amic. Catonem introduxi senem disputantem. Vetus codex habet induxi.
¶ Introducere, pro Inducere. Cic. ad Atticum, lib. 13 339. Possumus enim, vt sponsores appellemur, procuratorem introducere.

Introductio, Verbale { εἰσαγωγή } Cic. ad Atticum, lib. 1. 11, Iam verò ô dij boni, rem perditam: etiam noctes certarum mulierum atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.
Introductio etiam, vt ait Sipontinus, Institutio, doctrina, & ipsum (vt ita dicam) principium eruditionis, quam Græci ἰσαγωγὴν vocant.

Introeo, introis, introiui, penult. prod. introitum, pen. corr. { εἰσέρχομαι, εἰσδύομαι } introíre, Intrare, ingredi. Terent. Andr. 3. 4, Vt hinc te iussi introire, opportunè hic fit mihi obuiam.
Introire in ædes. Plautus Amphitr. 7. Idem Milite, 16, In alienam domum.
Introire in vrbem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9.
Introire in vitam & Exire de vita, contraria. Cicero de Amicitia, Quamobrem cum illo quidem (vt suprà dixi) actum optimè est, mecum autem incommodius: quem fuerat æquius, vt prius introieram, sic prius exire de vita.
Introire ad aliquem. Terentius Hecyra, 4. 1, Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret exeuntem, aut introeuntem ad amicam.

Introitur, penult. prod. Impersonale { εἰσβάσιμον. } Cato capite 66, Caueat quàm minimum in torcularium & in cellam introeatur. Varro libro 1. cap. 63.
Introitum est in fundum alienum. Vlpianus in l. Lex Cornelia. D. De iniuriis & famosis libellis.

Introitus, penult. corr. Participium. Vlpianus in l. Lex Cornelia. D. De iniur.

& fam. lib. Qui iniuriarũ agere volet ob eam rem, quòd se pulsatum verberatúmve, domúmve suam vi introitam esse dicat, &c.

Introitus, huius introitus, penult. corr. { ἐμβασις, εἴσοδος } Ipse introeundi actus. Cæsar 1. bel. Ciuil. Tamen veritus, ne militum introitu, & nocturni temporis licentia oppidum diriperetur.
Clandestinus introitus, Vide Clandestinus in CLAM.
Notabilis introitus. Tacitus in vita Agricolæ, Ac ne notabilis celebritate, & frequentia occurrentium introitus esset.
Squalens introitus. Silius lib. 13.
Introitu perrumpere corpus. Lucret. lib. 2.
Introitus in causam, Initium causæ, & exordium. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. Etenim post profectionem tuã primus (vt opinor) introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ, &c.
Defensionis. Cic. pro Cælio, Ac mihi quidem videtur Iudices, hic introitus defensionis, adolescentiæ M. Cælij maximè conuenire.
Suspicionis. Cic. 2. Verr. Pòst aperto suspicionis introitu ad omnia intima istorum consilia siue vllo errore peruenimus.
¶ Introitus, Locus per quem introeuntes ingrediuntur. Cæsar lib. 3. bel. Ciuil. Super quas turrim effectam ad ipsum introitum portus opposuit.

Introfero, penult. corr. introfers, penult. prod. introtuli, penult. cor. introlatum, penult. prod. { εἰσπομίζω } introferre, Notæ significationis, quod quidã diuisim malunt legere. Intro ferre. Cic. 7. Verr. Tantum dabis vt cibum tibi introferre liceat.

Introgredior, introgrederis, pen. corr. introgressus sum { εἰσέρχομαι } introgredi, penult. corr. Notæ significationis. Virg. 1. Æneidos,
Post quam introgressi, & coràm data copia fandi.

Introitus, Vide INTROEO.

Intromitto, intromittis, intromisi, pen. prod. intromissum { παρεισάγω, εἰσδέχομαι } intromittere, Notæ significationis.
Intromittere ad, vel in. Plaut. Aulul. 5,
Profectò in ædibus meis me absente, neminem, &c.
Ad bestias in arenam depugnandi causa quempiam intromittere. Vlpian. in l. 1. §. 1. D. De ædilit. edict.
Volo intromitti. Terent. Hecyra, 2. 1,
-non signi sat est,
Quòd heri nemo voluit visentem ad eam intromittere?
Comessatum intromittere aliquem. Cicero Lentulo, libro 1. 9. Ex Terentio.
Intromittere mares in fœminas. Varro 3 de Re rust. cap. 12, Quis item nescit paucos si lepores mares in fœminas intromiserit, breui tempore fore vt impleatur?
Iure amicitiæ intromitti. Cic. pro Sylla. Intromissus meo more & iure amicitiæ meæ in meo lectulo trucidaret.

Introrumpo, introrumpis, introrupi, penultima prod. introruptum { εἰσβιάζομαι } introrúmpere, Quasi cum impetu introire, & erumpere siue prorumpere. Plaut. Amphit. 16,
Certum est, introrumpam in ædibus. Gell. lib. 15. cap. 22, Cerua emissa in cubiculum Sertorij introrupit.

Introrsus, vel Introrsum, Aduerbium { ἐνδοτάτω } Quasi intra versus, vel maximè intrò. Liu. 5 bel. Pun. Clamantibus Tribunis nihil introrsus roboris ac virium esse. Idem 10. ab Vrbe, Cedunt primò incerti fortunæ suæ, & hostem introrsum in media castra accipiunt. Varro 2. de Re rustica, cap. 7, Gradibus rotundis, nec magnis, nec introrsus spectantibus.
Turpis introrsum. Horat. 2. Serm. sat. 1.

Introspicio, introspicis, penult. corr. introspexi, introspectum { εἰσορῶ } introspícere, Introrsus aspicere, diligentissimè videre. Cic. 2. de Diuinat. Negant id esse alienum maiestate deorum, scilicet causas omnium introspicere, vt videant quid cuique conducat.
Introspicere penitus Cic. pro Sylla, Penitus introspicite Catilinæ, Antonij, Cethegi, Lentuli, cæterorũmque mentes: quas vos in his libidines, &c. reperietis?
Introspicite penitus in omnes Reip. partes. Cic. pro Fonteio.
Introspice in mentem tuam ipse. Cic. 2. de Finibus.
Voluntates aliquorum introspicere. Tacit. lib. 1.

Introuoco, introuocas, penult. corr. { εἰσκαλέω } introuocâre, Notæ significationis. Liuius 10. ab Vrbe, Vt quæque introuocata erat centuria. Cic. 7. Verr. Cur ad nos filiam tuam non introuocari iubes. Legitur & Intro vocari disiunctim.

Introudo, introudis, introsi, introsum, penult. prod. { εἰσδύω } intrúdere, Intrò trudere, & quasi vi quadam. Cic. pro Cecinna, Atque etiam se ipse inferebat, & intrudebat, & in eam opinionem Cesenniam adducebat. &c.

Intubus, huius intubi, masc. vel fœm. gen. siue Intubum, intubi, pen. corr. { σέρις } herba est ex cichoriorum genere, quam Græci Seris vocant. Nos ab Intybo corrupto nomine vocamus Endiuiã. Plin. lib. 20. cap. 8, Intubi quoque non extra remedia sunt: Succus eorum cum rosaceo & aceto capitis dolores lenit. Intybum etiam scribitur. Colum. lib. 10,
Iam breue cherophylum, & torpenti grata palato
Intyba. Virg. 1. Georg.
-& amaris intyba fibris. Charisius lib. 1, Intyba neutro genere Virgilius dixit. sed & masculino genere frequenter à veteribus dictum est. Nam Lucilius in 5, deridens rusticam cœnam, enumeratis mulcis herbis, Intybus præterea pedibus perserpit equinis. Et Æmylius Macer -quales seges intybus herbas.
Intybum erraticum Ægyptij cichorium vocabãt, Apud nos quidam ambugiam vocauere. Plin. lib. 20. cap. 8.

Intubaceus, Adiectiuum { σεριτὸς } Quod est ex intubo: vt Intubacea folia. Plin. lib. 27. cap. 12.

Intueor, intueris, intuitus sum { ἐποπτεύω, κατοπτεύομαι } intuéri, Videre, & cominus inspicere. Plin. epist. 31, Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem eius subinde intueri, subinde respicere, sub hac consistere. Plaut. Bacchid. 23,
Videñ' Iimulis vt obsecro intuentur? Terent. Eunucho, 3. 5,
-annuo, terram
Intuens modestè.
Quid vt nouerca me intueris? Horat. Epod. 5.
Pectore intueri aliquem. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10.
Plenius atque apertius aliquid intueri. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Sagaciter intueri. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Acrioribus oculis aliquid intueri. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Intueri animis, Animaduertere. Cic. pro Domo sua, Date hanc Tribun. pleb. licentiam, & intuemini paulisper animis iuuentutem, &c.
Intueri veritatem. Cic. 5. Tusc.
Intueri aliquid acri & intento animo. Cicero 1. de Finibus. Idem 5. Tusc. Qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiosè intuerentur.
Intueri aliquid corám. Cic. de Prouinc. Consul.
Intueri huc atque illuc. Cic. 1. de Orat.
Intuere meipsum qui, &c. Brutus Ciceroni, 13. 3.
Intueri & contemplari aliquem. Cic. pro Plancio.
Aliquid intueri, in eóque defixum esse. Cic. in Orat.
¶ Intueri in aliquam rem. Cic. de Vniuersit. Quot igitur, & quales animalium formas mens in speciem rerum intuens poterat cernere, totidem & tales in hoc mundo secum cogitauit effingere.
Intueri in aliquem. Cic. de Claris Orat. Quum ad te ipsum (inquit, in me intuens) de ratione, &c.
Sed in te intuens Brute doleo, cuius, &c. Cic. de Claris Orat.
Intueri in summos homines, Summorum hominum mores circunspicere. Cicero 1. de Oratore, Ac mihi quidem sæpenumero in summos homines ac summis ingeniis prædítos intuenti, quærendum esse visum est, &c.

Intuendus, Participium passiuum. Paulus in l. Promittendo. in princip. D. De iure dotium, Magis enim res, quàm verba intuenda sunt. & in l. 3 §. In amittenda. D. De acquir. possess.

Intuitus, huius intuitus, penult. corr. { ἐπιστροφὴ. } Quintil. lib. 10. cap. 1. Plin. lib. 16. cap. 10, Abies hilarior intuitu.

Intumeo, intumes, penult. corr. intumui, & Intumesco, intumescis { ἐξογκόομαι } intumescere, Inflari, Conuerti in tumorem. Plinius libro 11. cap. 34, Est animal cuiusdam turpitudinis, infixo semper sanguini capite vuens, atque ita intumescens. Idem libro 2. cap. 81, Intumescens fluctus.
Intumescens locus, Turgens & paululum altus. Columella libro 1. capite 4.
Bilis intumuit sub pectore. Pers. Sat. 5.
Vid: virgineas intumuisse genas. Ouid. 6. Fast.
Humus intumescit viperis. Horat. Epod. 16.
Iræ intumuere. Stat. 1. Thebaid.
Iure quodam potestatis intumescere. Quintil. lib. 1. cap. 1.
¶ Intumescere alicui, pro Irasci. Ouid 4. de Ponto, eleg 14,
Intumuit vati non tamen Ascra suo. ¶ Et per metaphoram, pro Vehementer indignari, & quasi inflari iracundia. Ouidius secundo Fastorum,
Iuppiter intumuit: quáque est non vsa modestè,
Eripit huic linguam.

Intumulatus, penult. prod. Adiectiuum, pro Insepulto. Ouid. epist. 2, Occurrátque oculis intumulata tuis.

Intuor, intueris, penult. corr. intutus vel intuitus sum { κατοπτεύω } intuti, Videre. Plaut. Mostel. 10, Profecto nullam equidem illic corniceem intuor. Antiquum.

Inturbatus, penult. prod. { ἀπόφορος } Non turbatus. Plin. in Paneg. Et sedet inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri oporteret?

Inturbidus, penult. correp. Adiectiuum { ἀδίλωτος } Non turbidus. Tacitus libro 3, Inturbidus externis rebus annus domi suspecta seueritate, &c.

Intus { ἔσω, ἔντω } Aduerbium in loco, & de loco. Plin. lib. 10. cap. 52, Intus omne ouum volucrum bicolor.
Foris & Intus, contraria. Cicero 1. de Finibus, Nec hæ sese foris solùm iactant, nec tantum in alios cæco impetu incurrunt, sed intus etiam in animis incluse inter se dissident atque discordant.
Intus est, Id est in domo. Plaut. Amphit. 3, Nam meus pater intus nunc est.
Intus edocebo. Plaut. Epid. 13.
Intus serua. Plautus Aululatia, 5, Redi nunc iam intrò, atque intus seruа.
¶ Intus, de loco. Plaut. Cistel. 8,
Dic me orare, vt aliquis intus prodeat.
Intus euocato. Plaut. Mostel. 8.
Intus foras euocare. Plaut. Pseud. 9,
Ostium pultabo, atque intus euocabo aliquem foras.
Intus exiit. Plaut. Milite, 16,
-sed vbi ille exierit intus, istic te procul
Ita volo assimulare.
¶ Intus domum nostram, pro Intra. Plaut. Milite, 9,
Continuò vide sitne ista hæc domum vestram intus.
Intus domique: cui opponitur In luce, & oculis ciuium. Cic. de Senect. Nec verò ille in luce modò atque in oculis ciuium magnus, sed intus domique præstantior.
¶ Intus in crumena. Plautus Amphit. 16. Cicero de Vniuersitate, Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat, ex ea parte. &c.
Intus ad. Varro 1. de Re rust. cap. 7, In Gallia transalpina intus ad Rhenum quum exercitum ducerem, &c.
Intus hic cum illa cubat. Plaut. Amphit. 3.
Intus sibi canere. Cic. 2. de Lege agraria, Atque hoc carmen hic Trib. pleb. non nobis, sed sibi intus canit. Prouerbialis locutio de iis qui sibi, non aliis student. Vide Erasmum in Chiliad.
¶ Intus, pro Intrò. Celsus, Inspirandúmque vt ea medicamenta intus compellantur.

Intusium, Vide INDVSIVM.

Intutus, penult. prod. Nomen {σφαλερὸς} A tueor, pro defendo, Non securus, non tutus. Liuius 5. ab Vrbe, Castra Gallorum intuta, neglectáque, ab omni parte nacti, cum ingenti clamore inuadunt. Sic 9. ab Vrbe, Intuta vrbs.

Intutum est scribere stylo, vt vetustissimi prodiderunt. Plin. lib. 37. capite 14.

Intybus, Vide INTVBVS.

Intiado, inuadis, pen. prod. inuasi, inuasum {εἰσβάλλω, ἐπιβαίνω, ἐφορμῶ} inuádere, Aggredi, Impetum facere, inuolare, irruere. Virgilius 2. Æneid. Inuadunt vrbem somno vinóque sepultam. Sic Liuius 1. bel. Maced. Inuasit multitudinem.

Fortissimè inuadere. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Ferro aliquem inuadere. Virg. 6. Æneid.

Inuadere in aliquem. Cic. pro Cluent. Idem pro Cecinna, Vt in Cecinnam aduenientem cum ferro inuaderet.

Leones inuadunt greges. Ouid. 2. Fast.

Ventus inuasit nubem. Lucret. lib. 6.

Magnum aliquid inuadere. Virg. 9. Æneid.

Argentum inuadere. Cic. 3. Verr. Iste quod argenti placuit, inuasit: quæ mancipia voluit, abduxit.

Capillos alicuius inuadere. Propert. lib. 3. eleg. 8.

Castra trepidantia inuadit. Virg. 9. Æneid.

Certamina inuadere. Silius lib. 17.

Inuadere in collum alicuius. Cic. 2. Philipp.

Consulatum inuadere. Plin. de Viris illustr. C. Marius filius viginti quinque annorum Consulatum inuasit: quem honorem tam immaturum mater fleuit.

Corpora inuadunt sopore victa. Ouid. 14. Meram.

In fortunas alicuius inuadere. Cic. 2. Philipp. At quàm insolenter statim helluo inuasit in eius viri fortunas?

Millia tria stadiorum inuadere. Tacit. lib. 11, Ille, vt erat magnis ausis promptus, biduo tria millia stadiorum inuadit.

Negotia alterius inuadere. Caius in l. 4. §. ideo. D. De act. & oblig.

In oculos inuadere. Plaut. Asin. 16.

In oppidum inuadere. Plaut. Bacchid. 15.

In pecunias alicuius inuadere. Cic. 2. Philipp. In multas præterea pecunias alienissimorum hominum electis veris hæredibus tanquam hæres esset, inuasit.

Prælium inuadere. Martial. lib. 9. 57.

Tutus vt inuadat prælia nudus eat:

Pugnam inuadere. Virg. 9. Æneidos,

Aut pugnam, aut aliquid iandudum inuadere magnum,
Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete est.

Viam inuadere, Ingredi. Virg. 6. Æneidos,

Nunc inuade viam, vaginaque eripe ferrum. Seruius.

In vrbes vi inuadere: hoc est, Ingredi vel aggredi. Cicero 3. Verrina, Quas enim sociorum atque amicorum vrbes adisti legationis iure & nomine, si in eas vi cum exercitu imperióque inuasisses, tamen opinor quæ signa, &c.

Vrbem inuadere. Virg. 2. Æneid.

¶ Inuadere vrbem, pro Ingredi. Liuius lib. 10. ab Vrbe, Per cuniculum recenti armati in vrbem ingressi nocte, portam quæ proxima erat, cepere: qua refracta, Consul exercitúsque Romanus sine certamine vrbem inuasere.

Supra modum inuadere. Quintil. lib. 3. cap. 7, Idem præcipit illud quoque quod mox Corn. Celsus propè supra modum inuasit.

¶ Inuasit cupiditas bonorum plerisque, & plerosque. Varro apud Marcellum. Sallustius, Tanta libido cum Mario eundi plerosque inuaserat. Id est incesserat.

Inuasit Cupido homines. Plin. epist. 207.

Inuasit dolor. Terentius Hecyra, 3. 2,

Quid fuit tumultúi? dic mihi, an dolor repentè inuasit?

Inuasit fames Sicyonios. Plin. lib. 36 cap. 4.

Inuasit hoc malum in Rempublicam. Cic. 2. Offic. Modo enim hoc malum in Rempub. inuasit.

Inuasit morbus. Plaut. Asin. 3,

Sed eum morbus inuasit grauis.

Inuasit pestis vitam hominum. Cicero 3. Officiorum, Negárque vllam pestem maiorem vitam hominum inuasisse, quàm eorum opinionem qui ista distraxerint.

Inuasit senectus. Colum. lib. 2. cap. 1.

Inuasit terror. Liu. 4. bel. Pun. Itaque tantus omnes terror inuaserat, vt quidam ex tutoribus, &c.

Vis morbi in corpus inuasit. Liuius 2. bel. Pun. Nec maior in corpus meum vis morbi, quàm in vestras mentes inuasit.

¶ Inuasit in animum. Salust. in Catilin. Tanta vis auaritiæ in animos eorum veluti labes inuaserat.

¶ Inuadere in arcem causæ. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9, Non potui magis in arcem illius causæ inuadere. Id est ingredi.

Inuasit in genua. Plaut. Epid. 14.

Inualeo, inuales, penult. corr. inualui {ἰσχύω} inualêre, Robur ac firmitatem acquirere. Plautus Mostel. 7, Vsque inualuisti TE. vsque, vt vides.

Inualuit consuetudo, hoc est inueterauit. Plin. epist. 88. lib. 6.

Inualesco, inualescis, inualui {ἰσχύω, ἰσχύομαι} inualéscere, Idem. Quintilianus libro 2. cap. 1, Tenuit consuetudo, quæ quotidie magis inualescit.

Inualescere aliquándo significat infirmum ac debile fieri, in desuetudinem venire. Quintil. lib. 10. cap. 2, Quũ verba intercidant, inualescántq; temporibus. Nisi fortè malis exponere INVALESCANT, in vsu sint: vt opponatur huic verbo INTERCIDANT.

Inualetudo, penult. prod. {ἀῤῥωστία} Valetudinis infirmitas, & mala valetudo. Cic. ad Atticum, lib. 7. epist. 2, Inualetudo tua me valde conturbat. Ibidem, epist. 5, Inualetudine tua moueor.

Inualentia, inualentiæ, Idem {ἀῤῥωστημα.} Gell. lib. 20. cap. 1, Vitium aliquod imbecillitatis atque inualentiæ demonstratur. Id est, languorum, aduersæ valetudinis.

Inualidus, penult. corr. A dictiuum {ἄῤῥωστος} contrarium est Robusto & firmo. Plin. lib. 11. cap. 39, Inuentæ tamen quædam desiuuio capitis inualidæ.

Inualidus ad munera corporis, Impotens. Liu. 6. ab Vrbe. Quod vbi videre Camillum iam ad munera corporis senecta inualidum, vadentem in hostes, procurrunt pariter omnes.

Artus inualidi. Ouid. epist. 20.

Auxilium legum inualidum. Tacit. lib. 1.

Corpus inualidum. Ouid. epist. 20.

Inualida herba medica, Hoc est infirmarum virium. Colum. lib. 2. capite 11.

Manus inualidæ. Lucan. lib. 5.

Inualidi milites, Infirmi, & minimè robusti. Liu. 3. bel. Pun.

Robur inualidum. Ouid. 5. Trist. eleg 13.

Inualida sus, Malè valens, morbo affecta. Plin. lib. 8. cap. 5, Index suis inualidæ cruor in radice fœræ dorso euulsæ, caput obliquum in incessu.

Vires inualidæ. Ouid. 1. Trist. eleg. 4.

Inuber, Vide INHVBER.

Inuecho, inuehis, penult. corr. inuexi, inuectum {ἐπάγω} inuéhere, Intrò vehere, cuius contrarium est Eueho. Plin. lib. 6. cap. 19, Alij tellurem exercent, militiam alij capessunt, merces alij suas euehunt, res externas inuehunt.

Inuehi & Emergere, contraria. Cic. 6. Verr. Quum tam multa ex illo mari bella emerserint, tam multa porro in Pontum euecta sint.

Inuehere in ærarium. Cicero 2. Officiorum, Tantum in ærarium pecuniæ inuexit, vt vnius Imperatoris præda finem attulerit tributorum.

¶ Inuehere mala, Importare. Cic. 3. Tusc. Hæc mala, ô stultissimè Æeta, ipse tibi addidisti: non inerant in his quæ tibi casus inuexerat.

Inuecta incommoda per aliquem. Cic. 1. de Inuent.

Inuehere casum. Cic. 4. Tuscul. Vt quencunque casum fortuna inuexerit, hunc aptè & quietè ferat.

Inuehi curru, pro Vehi. Cic. in Somnio Scipionis, Sed quum eris curru Capitolium inuectus, &c.

Inuehi equo. Liuius 8. ab Vrbe, Euidentissimum id fuit, quod quacunque equo inuectus est, ibi haud secus quàm pedtifero sidere icti pauebant.

Inuehi flumine. Cic. 5. de Finibus, Quem Tyberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum quum regem Persen captum adduceret, eodem flumine inuectum?

Inuehi ex alto in portum. Cic. pro Murena.

Inuehere per mare. Plin. lib. 12. cap. 1.

¶ Oceano inuehere, pro In Oceanum vehere. Tacit. lib. 2, Legiones classi impositas per Amisiam Oceano inuexit.

Inuectus portum, inuectus vrbem, pro In portum & in vrbem. Plin. lib. 6. cap. 22. Liuius 4. ab Vrbe, Præpositóque cos. castris, ipse triumphans inuectus vrbem, Dictatura se abdicauit.

¶ Inuehere se, Ingredi. Liuius 6. ab Vrbe, Quantúmque Romana se inuexit acies, tantum hostes gradu demoti.

Inuehi in aciem, Vide ACIES.

Inuehor, inueheris, penult. corr. inuectus sum {ἐπιτίθεμαι, ἐπιτίθεσθαι} inuehi, Deponens, Insectari, maledicis aliquem aggredi, & quodam impetu sermonis in aliquem ferri. Cic. ad Cæsarem Iuniorem, l. b. 3, Itaque in eam palàm vehementer inuectus.

Inuehi & maledicere. Cicero 2. de Oratore, Orat reus, vrgente aduocati, vt inuehamur, vt maledicamus, denique vt interrogemus.

In aliquem inuehi. Quintil. lib. 4. cap. 3.

Insectari & inuehi in aliquem acerbius. Cic. de Amicit.

Acerbè & contumeliosè inuehi in aliquem. Cic. 2. de Orat.

Apertè inuehi in aliquem. Cic. 2. Philipp.

Asperè in aliquem inuehi. Cic. pro Sextio.

Grauiter inuehi. Cic. 3. de Orat.

Vehementer in aliquem inuehi. Cic. 3. de Nat. deor.

In causam aliquorum vehementius inuehi. Cic. 1. de Orat.

Verbis tristibus inuectus. Ouid. 2. Trist.

Inuectus, Participium {ἐποχούμενος} Introvectus vel curru vel equo: vt Triplici triumpho inuectus. Virg. 8. Æneid.

Inuectus, huius inuectus {εἰσαγωγή} Ipse inuehendi actus. Plin. lib. 4. capite 1, Amnis Achelous è Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Ætolia dirimens, & Artemitam insulam assiduo terræ inuectu continenti annectens.

Inuectio, Verbale {εἰσαγωγή} Idem. Cicero 2. Officiorum, Iam verò & earum rerum quibus abundaremus, exportatio: & earum quibus egeremus, inuectio, certè nulla esset, nisi his mutuibus hominum fungerentur.

Inuectio, Insectatio, impetus animi in aliquem. Cic. 2. de Inuent. Clementia, per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur.

Inuectitius, Adiectiuum {εἰσαγόμενος} Quod inuehitur. Plin. lib. 10. cap. 29, Quippe quum Theophrastus tradat inuectitias esse in Asia etiam columbas.

Inuectiuus, penultima producta, Adiectiuum {συκοφαντικὸς} Quod inuehitur: hoc est maledictis insectatur. Vnde inuectiuæ orationes, aduersus aliquem scriptæ, quòd in illius mores, vel ingenium, aut vitam inuehamur.

Inuendibilis, & hoc inuendibile, penult. corr. Plautus in Pœnulo, Act. 1. scen. 2,

Inuendibili merce oportet vtrò emptorem adducere.

Proba merx facilè emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est.

Inuenditus, penult. corr. Adiectiuum, Non venditus. Scævola in l. Seius. D. De fescind. ven. Quæritum est, quum neque fideiussor datus, neque omnis pecunia secundum legem suis diebus soluta sit: an prædia inuendita sint.

Inuenio, inuenis, pen. corr. inueni, pen. prod. inuentum {εὑρίσκω, ἐξευρίσκω, ἀνευρίσκω, καταλαμβάνω} inuenire, Comperire, quasi in aliquid venire. Plaut. Cistel. 10,

Quod quæritabam, filiam inueni meam. Inuenire, inquit Valla, est vel consilio vel casu, siue corporea, siue incorporea reperire. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Et quos non habuit sub nubibus inuenit ignes.

Inueneris, pro Inueniás: hoc est scisciteris. Plaut Bacchid. 18.

¶ Inuenire, Comminisci, excogitare. Terent. Eunuch. 3. 1,

-cæterum Idem hoc tuto melius quanto inuenisses Thraso.

Inuenio quod agam. Plaut. Mostel. 8,

Igitur tum accedam huc, quando quid agam inuenero.

Inueni ad quod perrineat somnium. Plaut. Merc. 5,

Hoc quam ad rem credam pertinere somnium,

Nequeo inuenire.

¶ Inuenitur apud authores, & in authoribus. Liu 3. ab Vrbe. Eodem anno desciisse Antiates, apud plerosque authores inuenio. Plin. lib. 7. cap 16.

Inuenitur inter exempla, Idem. Plin. lib. 14. cap. 13.

¶ Inuenire, Acquirere. Terent. Eunuch. 2. 1, -vtinam

Tam aliquid inuenire facilè possis Phædria,

Quàm hoc perbit. Donatus. Sic Heaut. 5. 4.

¶ Inuenire, Adipisci. Cic. 3. Philip. Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporémq; cordis, cognomen ex contumelia inuenit. Vetus exemplar legit traxerit.

Inuenire ex. Cic. 5. Verr. Iam verò scriba tuus annulo aureo suo, quem ex his rebus inuenit, ista te ratione vti non sinet.

¶ Inuenire, Cognoscere. Terent. Eunuch. 5. 9,

Scis Pamphilam meam inuentam esse? Donatus.

¶ Inuenire aditum ad rem aliquam. Liu. 5. bel. Pun. Aditum sibi ad obsides Tarentinos inuenit.

Argentum. Terent. Phorm. 3. 3,

Vnde ego nunc tam subito huic argentum inueniam miser?

Causam. Terent. Heaut. 5. 2,

Postquam est inuenta vera, inuenta est causa qua te expelleret.

Certum. Cælius ad Ciceronem, Neque certum inueniri poterat.

Id est sciri.

Exitum. Seneca epist. 1.

Facinus, Commisisci. Plaut. Asin. 7,

Tantum facinus modò inuenio ego, vt nos dicamur duo

Omnium dignissimi esse.

Fallaciam. Terent. Heaut. 3. 3, -de fallacia dicis?

Hem inueni nuper quandam.

Finem Liu. 6. bel Pun. Nec postero die res finem inuenit.

Gratiam. Plin. lib. 19. cap. 5, Plurimis modis austeritate victa gratiam inuenit.

Hominem vtilem ad eam rem. Plaut. Epid. 5,

Quem hominem inueniemus ad eam rem vtilem?

Infortunium. Plaut. Amph. 1. 4,

Modo sis, veni huc, inuenies infortunium.

Initium. Terent. Heaut. 5. 4,

Neque quod principium inueniam ad placandum scio.

Labore aliquid Terent. Heaut. 5. 4,

Quæris id quod habes, parentes: quod abest, non quæris, patri

Quomodo obsequare, & vt serues quod labore inuenerit. Id est, acquisierit.

Laudem. Terent. And. 1. 1,

-ita vt facillimè

Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.

Malefacta alicuius. Plaut. Trucul. 16.

Mortẽ suo ictu. Tacit. lib. 1, Vbi infœlici dextera, & suo ictu mortem inuenerit.

Nomina noua. Plaut. Epid. 5,

Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt noua?

Nomen. Plin. in Præfat. 2, Inde nomen diuinum inuenit.

Nomen Latinum non inuenire. Plinius libro 11. cap. 45. Id est non habere.

Obtrectatores. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 9, Scis meam fortunam nescio quomodo facilè obtrectatores inuenire.

Orationem inuenire, Vide ORATIO.

Pecuniam bono modo. Plin. lib. 7. cap. 43, Summũ Senatorem haberi pecuniam magnam bono modo inuenire, multos liberos relinquere.

Perniciem aliis, ac postremum sibi inuenire. Tacit. lib. 1.

Prologum. Terent. in Prol. Phorm.

Nullum inuenire prologum potuisset nouus,

Quem diceret, nisi haberet cui malediceret.

Inuenero quod in te facere sit dignum. Terent. Heaut. 1. 1,

-si id non facis,

Ego quod me in te sit facere dignum, inuenero.

Quomodo. Cic. pro Sext. Roscio, Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat.

Inuenta ratio est, cur pecunia sacrorum molestia liberaretur. Cic. 2. de Legib.

Remedium alicui rei. Terent. Phorm. 4. 3,

Nam hercle ego quoque id quidem mecum agitans sedulò,

Inueni opinor remedium huic rei.

Salutem inuenire fug. 4. Sil. lib. 7.

Spelunca vix ipsis inuenienda feris. Ouid. 1. Fast.

Inuenias vbi habitat. Plaut. Merc. 2.

Æris, auri, argenti venas penitus abditas inuenire, Vide ABDO.

Veniam. Plaut. Rud. 2.

Viam. Terent. Eunucho, 2. 2. Virgil. lib. 4. Æneidos,

Inueni germana viam, gratare sorori.

Fata viam inuenient. Virgil. 10 Æneid.

¶ Inuenire atque deprehendere. Cic. 3. in Catil. Hæc tanta in Rep.

coniuratio manifestò inuenta atque deprehensa est.

In culpa es inuentus. Terent. Hecyra, 3. 1,

Tum matrem ex ea re, aut me vxorem in culpa inuentum arbitror.

Inuenibo, Futurum antiquũ pro Inueniam. Pompon. Buccone adoptato, Sæpe annuit, inuenibit sæpe. Nonius.

Inuenitur, Impersonale. Plin. lib. 10. cap. 21. ad finem, Inuenitur in annalibus, in Ariminensi agro M. Lepido, Q. Catulo cos. in villa Galerij locum gallinaceum.

Inuentus, Participium {εὑρεθείς.} Ouid. 1. Metamorphoseos,

-tu non inuenta, reperta es.

Opes inuentæ sanguine. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.

Inuentus {εὕρεσις} Nomen ex participio. Quintil. lib. 8. in Procœmio, Inuentis vim afferimus.

Inuentum reddere. Terent. Phor. 3 3,

Age age, inuentas reddam. Sub. minas.

Inuento est opus, Opus est vt inueniatur. Plaut. Bacchid. 4,

Quod ames, paratum est: quod des, inuento est opus.

Inuentum, Substantiuum {εὕρεσις} Commentum. Terent. Heaut. 6. 7,

Vt te omnes equidem dij deæque, quantum est Syre

Cum istoc inuento, cúmq; incœpto perdiint. Plin. lib 23. cap. 1, Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimũ est. Vide NOVVS.

Æmuli inuentorum Zenonis, Stoici nominantur. Cic. pro Murena.

Artes, scientiæ, inuenta. Cic. de Senect. Sic mihi persuasi, sic sentio, quum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorum prudentia, tot artes, tantæ scientiæ, tot inuenta, non posse eam naturam quæ res eas continet, mortalem esse.

Memoranda inuenta. Virgil. 4. Georg.

Sicca, ac feuera inuenta. Quintil. lib 2. cap. 4.

Inuentus, huius inuentus {εὕρεσις} Ipse inueniendi actus. Plin. lib. 17. cap. 10, Ex eodem inuẽtu est, furculos absciissos serere. Hoc est, eiusdem inuentionis & artis.

Inuentio, Verbale {εὕρεσις} Idem. Plin. lib. 13. cap. 1, Hæc sunt antiquæ inuentionis genera.

Inuentio atque excogitatio. Cic. 1. Tuscul.

Inuentio, Vna est de quinque rhetorices partibus. Vide Quintil. lib. 3. cap. 3. Vnde etiam extant libri duo Ciceronis de Inuentione.

Inuentiuncula, pen. corr. Diminutiuum {εὑρεσίδιον.} Quintil. lib. 8, Ad hoc plerique minimis etiam inuentiunculis gaudent.

Inuentor, inuentoris, Verbale {εὑρετὴς} Qui inuenit: vt Inuentor olei deus. Cic. 6. Verr. Sic Plin. lib. 25. cap. 8, Inuentor plantaginis.

Rerum inuentor. Lucret. lib. 3.

Salutis inuentor. Stat. 1. Sylu. 1.

Scelerúmque inuentor Vlysses. Virgil. 2. Æneid.

Inuentor & princeps Stoicorum. Cic 4. Acad.

Inuentor veritatis, & quasi architectus beatæ vitæ. Cic. 1. de Finib.

Inuentor voluptatum. Terent. Eunuch. 5 9.

Inuentrix {εὑρετὶς} Aliud verbale fœmin. Plin. lib. 35. cap. 11, Amauit in inuenta Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum.

Princeps & inuentrix belli Minerua. Cic. 3 de Nat. deor.

Carminis inuentrix & author. Ouid. 6. Fast.

Inuentrices doctrinarum Athenæ. Cic. 1. de Orat.

Inuentrix & magistra legum. Cic. 5. Tusc.

Oleæ inuentrix Minerua. Virgil. 1. Georg.

Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix. Quintil. lib. & cap. 15.

Inuentarium, inuentarij. Idem quod repertorium. Vlpian. de Administ. tutor. l. Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgò inuentarium appellatur, dolo fecisse videtur.

Inuenustus, Adiectiuum {ἀχαρις, ἀχάριτος} Est, authore Donato, sine venere, id est sine gratia, quem omnes reſpuant, repudiéntque pulchræ, & quem deformes appetant, cui Disſpliceas obiicitur. Terent. And. 1. 5, Adeóne hominem esse inuenustũ, aut infœlicem quẽquam, vt ego sum? Cic. de Clar. Orat. C. Censorinus Græcis literis tatis doctus, quod proposuerat explicans expeditè, non inuenustus actor, sed inters & inimicus fori.

Inuenustum arbustum. Colum. lib. 5. cap. 6.

Sordida res & inuenusta. Catul. in Asinium, epig. 12.

Illepidum & inuenustum. Catull. de Varri amica, 10.

Inuenustè, Aduerbium {ἀχαρίτως} Incomptè, ineleganter, impolité. Gell. lib. 17. cap. 12, Inibi in eisdem, laudibus non hercle hac ineptiola inuenustè lusit.

Inuerecundus, Adiectiuum {ἀναιδὴς} Verecundo cõtrarium. Sueton. de Claris grammat. At tanto amore erga patronũ memoriam exiit, vt Salustium historicum, quòd eum oris impudici, animo inuerecundo scripsisset. Plaut Rud. 16,

-legirupa, impudens, impurus, inuerecundissimus.

Deus inuerecundus. Horat Epod. 11.

Inuerecũda frons, Quæ & perficta & perfricata dicitur. Quintil. lib. 2 cap. 4.

Inuerecundum animi ingenium. Impudens. Cic. 1 de Inuent. Sin inuerecundum animi ingenium possidet, tamen eum accuses: non enim probus est.

Inuergo, inuergis, inuerxi, inuerctum, secũdum Diomedem {ἐπιχέω} inuérgere, Inclinare. Plaut. Curc. 3,

Ipsum expecto tangere, inuergere in me liquores tuos

Sino ductim. Antiquum.

Frontíque inuergit vina sacerdos. Virgil. 6. Æneid.

¶ Inuergere, pro Infundere. Ouid. 7. Metamorphoseos,

Tum super inuergens tepidi carchesia lactis, &c.

Inuerto, inuertis, inuerti, inuersum {ἐπιστρέφω, καταστρέφω} inuértere, Quasi in contrarium vertere, vt vestem aut pellem. Seu etiam verba præposterè pronuntiare. vt pro lauo, vola. Plin. lib. 32. cap. 2, Infixam homo inuertere se, quoniam sit dorso cultellaro. De Murœna.

In locum annulum inuertere. Cic. 3 Offic. Ibi quum palàm eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, quum in locum annulum inuerterat. De Gyge.

Campum fractis inuertere glebis. Virg. 3. Georg. Hoc est arare.

Inuertere negotium aliquod, Perturbare. Cic. ad Q. frat. lib 3. 18. Quid quæris? probè premitur, nisi noster Pompeius diis hominibúsque inuitis negotium inuertit. Legitur aliàs euerterit.

Inuertere ordinem. Cic. in Partit. Vt quum semel dictum sit directè, sicut natura ipsa tulerit, inuertatur ordo, & idem quasi sursum versus retróque ditatur.

Inuertere scrobes oleis: Hoc est Fodere locum pangendis oleis idoneum. Cato cap. 27.

Inuertere se. Cic. de Aruſp. resp. Videàt ij qui illum Cn. Pompeium inimicum esse gaudebant, ob eámque causam in tot tantísque sceleribus conniuebant, &c. quàm se citò inuerterit. Hoc est mutarit.

Verba inuertere, Vide INVERSIO.

Nos virtutes ipsas inuertimus. Horat. 1. Serm. satyr. 3.

Inuersus, Participium {ἐξεστραμμένος.} vt Inuersa manus. Plinius lib. 11. capite 25.

Inuersa consuetudo. Quintil. lib. 3. cap. 11.

Mare inuersum, Quando quod imum erat, sursum vertitur. Horat. Epod. 10.

Mores inuersi. Horat. 3. Carm. ode 5. Id est, in peius mutati.

Verba inuersa, quæ tracta sunt à proprio naturalísque significatu ad similitudinem aut obscuritatem. Terent. Heaut. Act. 2. scen. 3. non procul à fine,

Ego autem noui, quàm esse soleas importuna,

Inuersa verba, euersas ceruices tuas, &c. Verba significat inflexa, inquit Turnebus, tropóque mutata, quibus amatores plerunque vti solent, quum aut amicam alloquuntur, aut de ea loquuntur. Vitam enim appellant, colostram, cor, delicias. quæ quum temerè effutiant aliúdque agentes, veretur seruus, ne iis prodat amorem suum Cteſipho. Friget quod Terentiani dicunt interpretes, Inuersa, id est præposterè & in contrarium pronuntiata: vt pro lauo, vola.

Inuersio, Verbale {ἀναστροφή} Quod transpositum dicimus. Cic. 2. de Orat. In verbis etiam illa sunt, quæ aut ex immutata oratione ducuntur, aut ex vnius verbi trásilatione, aut ex inuersione verborum. Est autem Inuersio, genus ironiæ, quum contrarium intelligitur, & quum nó recta significatio, sed inuersa accipitur. velut quum apud Ciceronem qui pulchellus dicitur, deformis intelligitur: qui disertus, indisertus. Cicero ibidem, Inuertuntur autem verba, vt Crassus apud M. Perpennam iudicem pro Aculeone quum diceret, adeiat contra Aculeonem Gratidiano L. Heluius Lamia deformis, qui quum interpellaret odioſè, Audiamus, inquit, pulchellum puerum Crassus. Quum essetatrisum, Non potui mihi, inquit Lamia, formam ipſe fingere, ingenium potui. Tum hic, Audiamus, inquit, disertum, multò etiam artiſum est vehementius.

Inuesperascere {ἑσπερᾶσθαι} Vesperum tempus fieri. Liu. 9. bel. Macedonici, Iam inuesperascebat. Tacit. lib. 19.

Inuestigo, inuestigas, penul. prod. {ἰχνεύω} inuestigáre, Quærendo inuenire. Tractum à venatoribus, qui per vestigia feras quærendo inueniunt. Plaut. Rud. 30,

Quid dare velis, qui istæc tibi inuestiget, indicétque. Terentius Heaut. 4. 2,

Nihil tam difficile, quin quærendo inuestigari possiet. Cic. pro Ligario, Sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est quod latebat. Idem 4. de Finib. Vert inuestigandi cupidus.

Inuestigare cum animo. Plaut. Aulul. 29.

Inuestigare de. Plaut. Mercat. 17,

Nihil inuestigo quicquam de illa muliere.

Diligenter de aliquo inuestigare. Cic. Attico, lib. 9. 175.

Inuestigare & consequi. Cic. 2. Verr. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possim.

Inuestigare & comprehendere. Cicero 3. in Catil. Vt & quanta, & quàm manifesta, & qua ratione inuestigata ac comprehensa sint, scire possitis.

Diligentia alicuius inuestigare quod latet. Cic. pro Ligario.

¶Inuestigare, sæpe etiam pro Indagare, & conquirere, diligentérque inquirere ponitur. Plaut. Merc. 12. Cic. 6. Verr. Qui inuestigabant, & perscrutabantur omnia.

Coniurationem inuestigare, Patefacere, opprimere. Cic. pro Sylla. Incredibilis ad inuestigandum canum sagacitas narium. Cic. 2. de Nat. deor.

Inuestigatio, verbale {ἴχνευσις, ζήτησις} Inuentio. Cic. 5. de Finib. Qua ex cognitione facilior facta est inuestigatio rerum occultissimarum.

Inquisitio & inuestigatio. Cic. 1. Offic. In primísque hominis est propria veri inquisitio atque inuestigatio.

Conferre se ad inuestigationem, Vide CONFERO.

Inuestigator, pen. prod. Verbale {ἰχνευτής, ἐξεταστής.} Cic. de Vniuerſ. Acer inuestigator & diligẽs earum rerum quæ à natura inuolutæ videntur. Idem pro Sylla, Ego ille coniurationis inuestigator atque vltor.

Diligentissimus antiquitatis veri inuestigator Varro. Cic. de Claris Orat.

Inuestio, inuestis, inuestiui, inuestitum, pen. prod. inuestíre, Est quasi ornare. Plin. lib. 35. cap. 7, Publicas porticus inuestiuit pictura.

Inuestes {αἰδοῖος} dicimus impuberes, vel imberbes. Pallad. lib. 11. cap. 14, Inuestis puer hoc, aut aliquis satis purus efficiat. Vide Aurea vestis, in VESTIS. Vide & Nonium.

Inueterо, inueteras, penult. corr. {παλαιῶ, παλαιοποιῶ} inueteràre, Ad vetustatem seruare, inquit Budæus. Plin. lib. 23. cap. 2, Aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant, decies deferuescente cortina, atque ita diffundebant, inueterabántque. Idem lib. 19. cap. 6, Quòd si duorius allium cepéque inueterari libeat. Sic Inueteratũ vinum. Plin. lib. 14 cap. 2.

Inueterauit hæc opinio, pro Inualuit. Cic. 2. de Nat. deor. Nec vnà cum seculis ætatibúsque hominũ inueterare potuisset. De diis loquitur. Budæus.

Inueterasco, inueterasceis, inueteraui, inueteratum {παλαιόομαι} inueterascere, Inualescere. Terent. in Prolog. Hecyræ,

Nouas qui exactas feci, vt inueterascerent. Vbi Donatus, Inueterascerent, id est, in cõsuetudinem venirent, spectarentur, amarẽtur.

Inueterascere & corroborari. Cic. 3 in Catil. Memoria vestra Quirites nostræ res alentur, sermonibus crescent, literarum monimentis inueterascent & corroborabuntur.

Inueterauit consuetudo. Cæsar 5. bel. Gal. Atque hanc inueterascere consuetudinem nolint.

Insedit penitus & inueterauit macula in Populi Rom. nomine. Cic. pro Lege Manilia, Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta, quæ penitus insedit atque inueterauit in Pop. Rom. nomine.

Inueterauit nomen eius, hominum sermonibus. Cic. pro P. Sylla, At si tibi nos peregrini videmur, quorum iam & nomen & honos inueterauit, & huic vrbi, & hominum famæ, ac sermonibus: quàm tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti recũ, de honore, & de omni dignitate contendunt? Id est, inualuit & corroboratum est nomen.

Inueterauit opinio, Inoleuit. Cic. 2. Verr. Inueterauit enim iam opinio perniciosa Reip. vobíſque periculosa.

Irroborauit inueteratúsque falsa atque aliena verbi significatio. Gell. lib. 1. cap. 22.

Vlcus inueterascit alendo. Lucret. lib. 4.

¶Inueterascere & extingui. Cic. 5. Tuscul. Nihil enim inueterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum in quibus vita beata cõsistit. Alij legunt interarescere.

Inueterascere dicitur miles in eo loco vbi diu commoratur. Cæs. 1. bel. Ciuil. Quod ferè fit quibus quisque in locis miles inueteruerit, vbi multum earum regionum consuetudine moueatur. Idem 2. bel. Gal.

Inueteratus, Participium, vt Inueteratus dolor. Cic. 3. Tuscul.

Inueterarus & Recens, contraria. Cic. de Senect. Iam omnis conglutinatio recens, ægrè inueterata facilè diuellitur.

Institutum & Inueteratum, contraria. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 9, Nostra non instituta, sed iam inueterata amicitia.

Inueterata inuidia. Cic. pro Cluent. Et 2. Offic.

Inueteratum malum, cui Nascens opponitur. Antiquum. Cic. 9. Philip. Omne malum nascens facilè opprimitur, inueteratum fit plerunque robustius.

Inueterata querela. Cic. de Amicit. Eorum querela inueterata, non modò familiaritates extingui solere, sed etiam odia gigni maxima atque sempiterna.

Inueteratio, Verb {παλαίτης} Vetustas, antiquitas. Cic. 4. Tusc. Inueteratio autem vt in corporibus ægrius depellitur quàm perturbatio, &c.

Inuicem, penult. corr. Aduerbium {ἀνταμοιβαδὶς, ἀνταλλάξ} Id est mutuò. Plaut. Menæch. 1,

Ij se cognoscunt fratres postremò inuicem. Quintilianus, Qui se ardentissimo amore inuicem dilexerunt.

Inuicem intentare crimen. Quintil. lib. 3. cap. 10, Litigatores idem crimen inuicem intentant. Id est, inter se.

Hæc inuicem obstãt. Quintil. lib. 4. cap. 5. Et lib. 8, Dẽsitas earum obstat inuicem. Id est, obstant sibi inuicem, quòd sunt nimis densæ.

Inuicem se mutuis exhortationibus exacuere. Plin. iunior.

Inuicem petitur manus iniectio. Quintil. lib. 7. cap. 8.

Manibus inuicem apprehensis. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Nihil inuicem imputare. Plin. lib. 8. cap. 17.

¶Inuicem, Per vices: vt Loquamur inuicem: Id est, Me loquente vos tacete, vobis loquentibus ego tacebo. Plin. libro 6. cap. 1, Altum quippe cantus, canúmque latratus inuicem au fiuntur.

¶Inuicem, pro Secundo loco, Vicissim, vel contrario. Plin. lib. 2. epist. 11. ad finem, ad Arrianum, Habes res vrbanas: inuicem rusticas ser be. Idem epist. 7. lib. 3, Scribis te absentia mea non mediocriter affici: vnúmq; habere solatiũ, quòd pro me libellos meos tences, sæpe etiam in vestigio meo colloces. gratũ quòd his fomẽtis acquiescis. Inuicem ego epistolas tuas lecturo. Liu. 8. bel. Pun. Requiescat aliquando tandiu vexata Italia: vratur, vastetúrque inuicem Africa.

Inuictus, Adiectiuum {ἀήττητος, ἀνίκητος} Fortis, & qui vinci non potest. Cic. pro Marcello, Rectè igitur vnus inuictus es, à quo etiam ipsius victoriæ conditio, vísque deicta est. Sic in Pisonem, Inuictus ciuis.

Acie inuictus, Vide ACIES.

Cursu inuictus. Ouid. 8 Metam.

Inuictum se à labore præstare: Hoc est Indefessum. Cic. 1. Offic. Nec qui inuictum se à labore præsterit, vinci à voluptate. Vide & vel AB.

Viribus inuicti. Virgil. 6. Æneid.

Adamas inuictus, Vide ADAMAS.

Armis inuictus Annibal. Cic. 3. de Lege agraria.

Arx Capitolij inuictissima. Tacit. lib. 19.

Corpus inuictum à vulnere. Ouid. 12. Metam.

Fortis & inuicta defensio salutis meæ. Cic. Post. red. in Senat.

Inuicti dentes ignibus. Plin. lib. 7. cap. 16.

Dextera inuicta bello. Virgil. 6. Æneid.

Dux inuictus. Ouid. 4. Trist. eleg. 2.

Gentes inuictæ. Virgil. 12. Æneid.

Nomen inuictissimi imperatoris incidatur. Cic. 6. Verr.

Manu inuicta gestare bellum. Ouid. ad Liuiam.

Robur inuictum. Sil. lib. 11.

Virtus inuicta. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.

Inuideo, inuides, pen. corr. inuidi, inuisum, pen. prod. {φθονῶ, βασκαίνω, μισέω} inuidère, De rebus secundis alicuius dolore affici. Cicero 3. Tuscul. Ab inuidendo autem inuidentia rectè dici potest, vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum dictum est à nimis intuendo fortunam alterius. Priscianus IN negatiuè exponit, dicens, Inuideo tibi, quasi non videns tibi fio, hoc est, non ferè te bene agentem video. Plaut. Bacchid. 11,

Nullus

Nullus est qui non inuideat rem secundam obtingere.

Inuidet aut fauet semper dignitatis iniquus iudex populus. Cic. pro Plancio.

¶Inuideo, Datiuo. Cic. 4. Acad. Qui mihi videntur non solùm vitiis, sed etiam mortuis inuidere.

Honori alicuius inuidere. Cic. pro Lege agraria.

Laudi & gloriæ maximè inuideri solet. Cic. 2. de Orat.

Nouitati alicuius inuidere. Cic. Lentulo, lib. 1. 7.

Paribus aut inferioribus maximè inuident homines: quum se relictos sentiunt, illos dolent euolasse. Cic. 2. de Orat.

Inuidet ipsa sibi. Ouid. 2. Fast.

Virtuti inuidere, labes quædam & macula huius seculi est. Cic. pro Corn. Balbo.

¶Inuideo, Accusatiuo iunctum. Ouid. epist. 13, Troadas inuideo. Id est, fortunæ Troianorum.

Inuidere, Datiuo & accusatiuo. Plinius, Neque ego, vt multi, inuideo aliis bonum, quo ipse careo. Cic. 3. Tusc. Vt nobis optimam naturam inuidisse videantur. Liu. 2. ab Vrbe, Inuiderunt laudes suas mulieribus viri Romani.

Fortuna te mihi inuidit. Virgil. 11. Æneid.

Honorem inuidere alicui. Horat. 1. Serm. satyr. 6.

Inuidere in re aliqua. Cic. pro L. Flacco.

¶Inuidere, pro Odisse poniter. Ouid. epist. 1,

Troia iacet, certè Danais inuisa puellis. Cicero, Diis, hominibúsq; inuisus.

¶Inuideor, Passiuum. Horat. in Arte,

-ego cur acquirere pauca

Si possum, inuideor?

¶Inuidetur, pen. prod. Impersonale. Cic. 4. Tuscul Inuidia non in eo qui inuider solum dicitur: sed etiam in eo cui inuidetur. Idem 2. Offic. Non modò non inuidetur illi ætati, sed etiam fauetur.

¶Inuidere, Negare. Plin. lib. 15. cap. 2, Cereri totum in natura conceſſit, oleum ac vinum non inuidit tantum.

Aula inuidenda. Horat. 2. Carm. ode 10.

Inuisus, pen. prod. ab Inuideor, Participium, siue Nomen ex participio {μισηθείς, φθονηθείς} Odio habitus, odiosus, quem animo æquo videre non possumus. Cic. pro Lege Manilia, Ne aut inuisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur.

Inuisus Deo, & à Deo neglectus aliquis. Cic. 2. de Nat. deor. Nec verò ita refellendum est, vt si segetibus aut vinetis cuiusquam, tempestas nocuerit: aut siquid è vitæ commodis casus abstulerit: eum cui quod horum acciderit, aut inuisum Deo, aut neglectum à Deo iudicemus.

Facere aliquem magis inuisum. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Aurum inuisum. Propert. lib. 3 eleg 5.

Caput inuisum. Virgil. 9. Æneid.

Dente inuiso carpere aliquem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.

Hostis inuisus. Ouid. 1. Trist. eleg 8.

Improbitas licet aduersario molesta sit, iudici inuisa est. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Negotia inuisa. Horat. 1. epist. 14.

Lutulenta, impura, inuisa persona. Cic. pro Rosc. Comœdo.

Salus inuisa. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14.

Vita inuisa. Ouid. in Ibin.

Inuisum & odiosum. Plaut. Merc. 3.

¶Inuisior {μισητότερος} Comparatiuum. Inuisissimus, Superlatiuum. Cic. 2. Offic. Quo enim quis versutior & callidior est, hoc inuisior & suspectior, detracta opinione probitatis. Plin. lib. 22. cap. 13, Vrtica quid esse inuisius potest? Plin. Iunior epist. vlt. lib. 2, Cuius marito inimicissimus, ipsi inuisissimus fuerat.

Inuidia, inuidiæ {φθόνος, ἐχθρότης, βδελυρία} Non in eo solùm qui inuidet dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur, vt dictum est ex Cicerone lib. 4. Tuscul. Horat. 1. epist. 2,

Inuidia Siculi non inuenere tyranni

Maius tormentum.

Digna imitatione, noa inuidia, hominum excellentium virtus. Cic. 14. Philip.

Inuidiæ aut odij non dissimilis offensio. Cic. 2. de Orat.

Motus inuidiæ longè omnium acerrimus. Cic. 2. de Orat.

Largitionis regiæ inuidia. Cic. Lentulo, iib. 1. 1, Senatus religionis calumniam, non religione, sed maleuolentia, & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. Id est, odio largitionis pecuniariæ, qua rex Ptolemæus multos Senatores corruperat.

Assidua eminentis fortunæ inuidia. Patercul. lib. 1.

Cæca, Vide CAECVS.

Detestanda. Cic. 1. de Nat. deor.

Infœlix. Virgil 3. Georg.

Inuidiæ liuor, Vide IMMACVLO.

Inuidia maior, Vide Maior, in MAGNVS.

Pestilens. Seneca Hippol. 4.

Inuidiæ stridor. Firmic. lib. 5. cap. 1, A multis tamen inuidiæ stridore pulsabitur.

Tristis. Seneca Octau. 8.

Citra inuidiam, Vide CITRA.

¶Inuidia, Odium, & maleuolentia. Est, inquit Valla, vel dicto vel facto in alterum maleuolentię conciliatio. vt siquis calamitates suas referat, ostendátve, vt authori calamitatũ conciteat odiũ cæterorum: quod dicitur Inuidiam facere, vel vocare, vel adducere in inuidiam. Terent. And. 1. 1, -ita vt

Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Quintil. Nec ei tot scelerum commemoratione concitarem inuidiam.

Decemuiralis inuidia. Cic. in Bruto. hoc est, odiũ quo Decemuiri flagrabant ob Virginiæ mortem, quam pater occiderat, ne ad libidinem Appij in seruitutem traheretur. Sic apud Liuium Decad. 1. lib. 3. vbi de L. Siccio verba facit.

¶Inuidia, Odium publicum, & fama calamitosa, vt Cicero voeat & sensus publicus de aliquo ob sinistram opinionem. Cic. 1. in Catil. Sed siquis est inuidiæ metus, non est vehementius feueritatis ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ ac nequitię pertimescenda. Budæus.

¶Inuidia temporum, Iniuria, malignitas. Plin. lib. 9. epist. 13.

In summam inuidiam adductæ res. Cic. Lentulo, lib. 1. 1.

Æstuare inuidia, Vide AESTVO.

Ardere inuidia, Vide ARDEO.

Assumere inuidiam, Vide ASSYMO.

Attingi inuidia, Vide ATTINGO.

Augere inuidiam. Cic. Verr. 2.

Capere inuidiam, Vide CAPIO.

Colligere inuidiam crudelitatis ex re aliqua. Cic. 7. Verr. Siquid vindicatum seuerè est, vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam.

Commouere inuidiam, Vide COMMOVEO.

Comprimere inuidiam. Cicero, Nec minus virium opus sit in cõprimenda inuidia, &c.

Conciliare alicui inuidiam. Patere. lib. 2. Cæsari magnam inuidiã conciliarat M. Antonius.

Concitare inuidiam. Quintil. lib. 6. cap. 1. Vide CONCITO.

Conferre inuidiam mortis alicuius in alterum. Cic. pro Flacco, Mortis illius inuidiam in Flaccum Lælius conferebat.

Conflagrare inuidia, Vide CONFLAGRO.

Constare inuidiam, Vide CONFLO.

Cumulare sibi inuidiam, Vide CVMVLO.

Decedere inuidiam. Cic. pro Cluentio.

Deonerare ex inuidia. Cic. 1. Verrina.

Detrahere inuidiam alicui. Senec. Troade, 20.

Dissoluere inuidiam criminis vrbanitate. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Eleuare inuidiam. Quintil. lib 5 cap. 13.

Exonerare deos inuidia. Martial. lib. 9. epigr. 88.

Extinguit inuidiam mors, res gestæ sempiternæ nominis gloria nituntur. Cic. pro Corn. Balbo.

Facere inuidiam. D. Brutus Bruto & Cassio, lib. 11. 1. Quintil. lib. 6. cap. 1, Quorum inuidiam gratia, odium turpitudo, iram offensio iudicis facit. Vide FACIO.

Flagrare inuidia, Vide FLAGRO.

Glisciit inuidia crudelitatis. Tacit. lib. 15,

Habere inuidiam. Cic. 6. Verrina, Cogitarsti, si ei reddidisses, te minus inuidiæ habituram. Idem in Oratore, Sed habet nomen inuidiam, quum, &c.

Syllanus ager maximam habet inuidiam. Cic. 2. de Lege agraria, Syllanus ager à cæteris hominibus latissimè continuatus tantam habet inuidiam, vt veri ac fortis Tribuni plebis studiorem vnum perferre non possit.

Incendere inuidia. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Inflammare inuidiam, Vide INFLAMMO.

Laborare ex inuidia, Vide LABOR, laboris.

Obtrectatio inuidiæ solet lacerare plerosque. Cicero de Claris Oratoribus.

Leuare inuidia. Cic. ad Attic. 15.

Liberare inuidia. Cic. Offic. 2.

Lenire inuidiam. Salust. in Catil.

Macerat nos inuidia. Lucret. lib. 3.

Mittere inuidiæ sanguinem. Cic. ad Attic. 1, Missus est inuidiæ sanguis. Id est decessit inuidia.

Mollire inuidiam. Tacit. lib. 4.

Onerari inuidia. Sueton. in Othone, cap. 6.

Opprimi inuidia. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Parare inuidiam alicui ex sua re familiari. Cic. in Sallust.

Pari inuidiam. Ouid. epist. 19.

Placare inuidiam. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

Poni inuidiam, pro Deponi. Cic. pro Cluentio, Sine culpa inuidia ponatur.

Premi inuidia. Cicero, Cum & inuidia & odio populi, tum Gallia premeretur.

Profequi aliquid inuidia, Vide PROSEQVOR.

Pulsari inuidia. Firmic. lib. 5. cap. 3.

Quærere inuidiam in aliquem. Cic. pro Rabir. Posth. Nam in eum cui misericordia opitulari debeat, inuidia quæsita est.

Rapere in inuidiam, quod & Trahere & adducere dicitur: hoc est Facere vt quis cui inuideat. Cicero 3. de Lege agraria, Quid ergo ait Marianus Tribunus plebis qui nos Syllanos in inuidiam rapit?

Redundare inuidia. Cic. in Catil.

Remouere à se inuidiam. Ouid. 12. Metam.

Rumpitur inuidia quidam charissime Iuli. Martial. lib. 9. epig. 99.

Inuidiæ esse alicui. Liu. 4. ab Vrbe, Nactus inter aduersarios superbum ingenium, immodicámque linguam, quam irritando agitandóque in eas impelleret voces, quæ inuidiæ non ipsi tantum, sed causæ atque vniuerso ordini esset.

In inuidia esse, Inuideri. Cic. ad Atticum, lib. 2. 24, Non enim poterimus vlla esse in inuidia spoliati opibus, & illa Senatoria potẽtia. Alia exemplaria non habent præpositionem in.

In inuidia res est. Sallust, in Iugurtha.

Sedare inuidiam. Cic. 2. Verr.

Sustinere inuidiam. Cic 4. Verr.

Subire inuidiam. Cic. 1. Verr.

Inuidiam & offensionem timere. Cic. pro Cluentio.

Transferre inuidiam. Cic. pro Sextio.

Venire in inuidiam. Cicero, In inuidiã porrò magnam illa iudicia venerant.

Insidiarum inuidiam in Clodium vertit. Quintilian. libro 6. cap. 6, Hoc ad inuidiam eius, qui prouinciæ præest spectat, siquis tam impotenter se gerat, vt omnes metuant aduersus eum aduocationem suscipere. Vlp. in l. Nec quicquam. §. sed & si. D. de offic. proconſ. & legati.

Vertere ad inuidiam. Tacit. lib. 13, Ne per tot annos sine querela tolerata, nouis acerbitatibus ad inuidiam verterent.

Vocare aliquid in inuidiam Quintil.lib.6.cap.4. Vide V O C O.

Inuidiola, inuidiolæ, pen. corr. Diminutiuum {φθόνιον.} Cicero, Quum nescio quid inter eos inuidiolæ exortum fuisset. Sipontinus.

Inuidentia, inuidentiæ, ab inuidia differt, vt obrietas ab ebriositate: quippe inuidia est quum inuidetur, hoc est actus ipse inuidendi. Inuidentia verò est ægritudo animi, quæ propter res secundas alterius suscipitur, quæ nullam iacturam afferant inuidenti: nam siquis doleret eius rebus, à quo ipse læderetur, nó rectè diceretur inuidia. Hæc Sipontinus ex 4. Tusc. quæst. Ciceronis.

Inuidus, penul. corr. {φθονερὸς, βάσκανος, φθύμων} Qui actu alicui inuidet. Plaut. Merc. 18,
Iracundi, sibi sussque inuidi. Horat. lib. 1. epist. 2,
Inuidus alterius rebus macrescit opimis.
Virtutis hostis, laudis inuidus. Cic. pro Flacco.
Inuidus, & Fautor laudum alicuius, contraria. Cic. in Orat. Occurrebat enim posse reperiri non inuidos solùm, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam mearum laudum qui non censerent, &c.
Inuidis & obtrectatoribus nomen inductum falsæ religionis. Cic. Lentulo, lib. 1. 4.
Inuidus, malè uolus, liuidus. Cic. 4 Tusc. 1.
Dente mordeor inuido. Horat. 4. Carm. ode 3.
Ambitiosus & inuidus imperator. Cic. pro Murena.
Lingua inuida. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.
Turba inuida. Propert. lib. 3. eleg. 1.

Inuidiosus, penul. prod. Adiectiuum {φθονερὸς} Qui morbo inuidentiæ laborat. Ouid. 15. Metamorphoseos,
Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas,
Omnia destruitis.
¶ Inuidiosus, Passiuè, Cui alij inuident. Cic. Dolabellæ, libro 9. 14, Contingit enim tibi quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis, &c. Plinius lib. 35. cap. 2, Inuentione muneris etiam duis inuidiosus. De Varrone.
Inuidiosus & multis offensus. Cic pro Cluentio.
Inuidiosum ad bonos. Cic. ad Att. lib. 8. 14. 7. Sed sit, deferet triumphum: non accipere ne periculosum sit? an accipere inuidiosum ad bonos?
¶ Inuidiosus, Odiosus & inuisus. Cic. de Amicit. Quare sibi habeat sapientiæ nomen & inuidiosum & obseurum.
Inuidiosus apud bonos. Cic. ad Attic. lib. 2. 34, Sunt enim illi apud bonos inuidiosi, ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam assumpsissem.
Inuidiosior. Cic. 4. Verr. Putabant absentis damnationem, præsertim tantæ pecuniæ, multo inuidiosiorem fore, quàm si præsens damnatus esset.
Inuidiosa res. Cic. 6. Verr. Rem claram esse, & inuidiosam.
Arma inuidiosa. Ouid. epist. 8.
Inuidiosa feri radiabant atria regis. Martial. lib. 1. 2.
Bona inuidiosa. Ouid. ad Liuiam.
Commentum turpe & inuidiosum. Martianus in l. res quæ §. lites. D. de iure fisci.
Inuidiosum crimen. Cic. pro Cluentio, Nullus est locus à me purgandi istius inuidiosi criminis prætermissus.
Inuidiosum iudicium. Cic. pro Cluentio, de iudicio Iuniano, Perinde quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim, inuidiosum illud fuisse iudicium. Id est, inuidia flagrasse, quasi corruptum & nummarium. Budæus. Sic pro Quintio.
Inuidiosum nomen voluptatis Cic. 4. Acad.
Pecunia inuidiosa. Cic pro Corn. Balbo, Tum pecuniam L. Cornelij, quæ neque inuidiosa est, & quantacunque est, vt conseruata magis, quàm corrupta esse videatur.
Possessiones inuidiosas tenere. Cic. 2. pro Lege agraria.
Præmia inuidiosa. Ouid. 13 Metam.
Turba non inuidiosa. Ouid. 3. Fast.
Rapina. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Spes. Ouid. 4. Metam.
Facere inuidiosum. Quintil. lib. 6. cap. 2, Nanque altera inuidum, altera inuidiosum facit.

Inuidiosè, pen. prod. Aduerbium {φθονερῶς.} Cic. 4. Acad. Num minus hæc inuidiosè dicuntur? Hoc est odiosè & inuisè.

Inuigilo, inuigilas, pen. corr. {ἐπαγρυπνέω} inuigilâre, Cum cura & solicitudine vigilare. Colum. lib. 10. cap. 16,
Inuigilare vitis tacito nam tempora gressu
Diffugiunt, nullóque sono conuertitur annus.
Cura inuigilat quieti. Stat. 8. Thebaid.
Curæ inuigilant animo. Stat. 3. Thebaid.
Mens inuigilat curis. Sil. lib. 10.
Inuigilabis hæreditati tibi delatæ à L. Titio. Vlpian. in l. siquis mihi §. pater. D. de acquir. hæred.
Malis inuigilare. Ouid. 4. Fast.
Victu inuigilare. Virg. l. 4. Georg. Victu pro Victui.

Inuinius, Adiectiuum {ἄοινος} Abstemius: quasi sine vino: sicut inuius, sine via. Apuleius lib. vltimo, Neque vllum animal essem, & inuinius essem. Antiquum.

Inuiolabilis, & hoc inuiolabile, penult. corr. Adiectiuum {ἀσύλητος} Quod violari non potest aut vulnerari. Sil. lib. 16,
-velut inuiolabile telis
Seruabant sacrûmque caput.

Inuiolatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀσύλητος} Violato contrarium, Integer, incorruptus, illæsus. Cic. pro Rabirio perduel. reo, Qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Rom. integrum ius libertatis defendo, seruari oportere? Idem pro Sextio, Aut omnino inuulnerati, inuiolatíque vixerunt. Columel. lib. 12. cap. 1, Quæ domum autem inferuntur, diligenter inspicere, ne

delibata sint, & ita explorata atque inuiolata recipere.
Membra violata feris. Stat. 3. Thebaid.
Mens inuiolata mero Sil. lib. 11.
Pudicitia inuiolata. Ouid. ad Liuiam.

Inuiolatè, pen. prod. Aduerbium {ἀσυλήτως} Incorrupté. Cic. de Senect. Memoriam nostri piè inuiolatéque seruabitis.

Inuisitatus, pen. prod. Adiectiuum, pro Nõ visitato. Quintil. Declam. 12, Nullus amœnus portus præteriri titur: nulla celebris ciuitas inuisitata transitur.

Inuiso, inuisi, pen. prod. inuisi, inuisum {ἐπιπλήττω} inuísere, Idem quod viso: nisi quid addat compositio vehementiæ. Cic. ad Attic. lib. 1. 15, Et vt iam inuisas nos, non solùm rogo, sed etiam suadeo.
Inuisere ad Plaut. Stich. 3,
Iam ego adero, ad meam maiorem filiam inuiso domum.
Ambulationem alicuius inuisere. Cic. Attico, lib. 4. 79.
Domum alicuius inuisere. Cic. Attico, lib. 4. 15. Catul. Argon. 59.
Libenter inuisere locum aliquem. Cic. 5. de Finib.
Vir inuisens prælia. Catul. de coma Berenicis, epig. 61.
Vrbes inuisere. Virgil. 1. Georg.

Inuisus, pen. prod. {ἄθεατος} Nomen, Non visus. Cic. de Aruspic. resp. Occulta & matribus nõ inuisa solùm, sed etiam inaudita facta inexpiabili scelere peruertit.

Inuito, inuitas, pen. prod. {παρακαλέω, παρακέλλω} inuitáre, Vocare, Allicere. Terent. Heaut. 1. 2,
Quàm vellem Menedemũ inuitatũ, vt nobiscũ esset hodie amplius.
Inuitare, & allectare. Cic. de Senect. Ad quem fruendum non modò non retardat, verumetiam inuitat atque allectat senectus.
Inuitare, Delectare. Virgil. lib. 1. Georgicorum,
Inuitat genialis hyems, curásque resoluit.
Inuitare animos visu, Oblectare & recreare. Plin. lib. 22. cap. 6, Pinxerat remedia in floribus, vsúque ipso animos inuitarat, etiam deliciis auxilia permiscens.
Animos inuitat pretiis. Virgil. 5. Æneid.
Appetitum animi inuitare & allicere. Cic. 5. de Finib.
Inuitari bonitate. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 13.
Inuitare ad cœnam, & ad epulas, Hoc est conuocare. Cic. 3. Offic.
Et simul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in posterum diem.
Idem ad Trebat. lib. 10. 28.
Inuitare ad occasionem. Plin. lib. 10. cap. 8.
Omnia inuitant culpam. Ouid. epist. 16.
Inuitare domum hominem. Liu. 3. ab Vrbe, Benignè salutare, alloqui plebis homines, domum inuitare, adesse in foro.
Gloria inuitantur præclara ingenia. Cic. Bruto, 15.
Inuitare in hospitium, & hospitio. Liu. 8. bel. Pun. Cic. 12. Philipp.
Possessiones enim sunt P. Clodij, tota familia occurret, hospitio inuitabit propter familiaritatem notissimam.
Liberaliter in aiiquam legationem inuitari. Cic. Attico, lib. 2. 33.
Inuitare ad legendum, Allicere. Cic. 1. Acad.
Inuitari in locum alicuius. Cic. ad Attic. lib. 2. 34, Cosconio mortuo, sum in eius locum inuitatus. id erat vocari in locum mortui.
Inuitare aliquem poculis, Propinare & præbbere. Plaut. Rud. 10,
Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit.
Inuitare aliquem in prædam. Cic. 4. Verr. Sed tu quũ & tuos amicos in prouinciam quasi in prædam inuitabas: ac cum illis, ac per eos prædabare: & eos, &c.
Præmiis aliquem inuitare. Cic. pro Ligario.
Inuitare sese in cœna, Id est repiere. Plaut. Amphit. 4,
Credo equidem dormire solem, atque appõtum probé.
Mira sunt, nisi inuitauit sese in cœna plusculum. Sueton. in Augusto, cap. 77, Postea quoties largissimè se inuitarer, senos sexiãtes non excessit.
Somnos inuitare. Horat. Epod. 2.
Inuitat spes. Plin. lib. 33. cap. 4.
Inuitare tecto ac domo. Cic. 6. Verr. Rex denique ecquis est, qui Senatorem Pop. Rom. tecto ac domo non inuitet?
Vomitiones inuitare. Plin. lib. 22. cap. 24.
¶ Inuitare, cum infinitiuo. Liu. 2. bel. Pun. Nudantes ceruicem iugulúmque & reliquum sanguinem inuitantes haurire.

Inuitatus, pen. prod. {φορτικὸδεῖπνος} Participium. vt Inuitata improbitas paruulo successu. Plin. lib. 2. cap. 23.

Inuitatus, huius inuitatus, pen. prod. {κλῆσις} Illectamentum & inuitamentum, rogatus. Cic. ad Cæsarem, lib. 7. 5, Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, vt initio mea spõte, pòst autem inuitatu tuo mittendum duxerim.

Inuitatio, Verbale, Conuocatio, allectio. Cic. ad Attic. lib. 9. 184, In Eperum verò inuitatio quàm suauis? quàm liberalis? quàm fraterna?
Ad dolendum inuitatio. Cic. 3. Tusc.

Inuitamentum, inuitamenti, Idem {φορεκλητικὸς.} Cic. Hortensio, Voluptates autem nulla ad res necessarias inuitamenta afferunt sensibus. Idem 5. de Finib. Inuitamenta naturæ prima. Liu. 2. ab Vrbe, Largitiones, temeritatísque inuitamenta horrebant.
Inuitamentum ad tempus. Cic. Plancio, lib. 10. 10, Is autem qui verè appellari potest honos, non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium.
Inuitamentum sceleris. Patercul. lib. 2.

Inuitabilis, & hoc inuitabile, pen. corr. {φορεκλητικὸς} Delectabilis, iucundus. Gell. lib. 13. cap. 11, Sermones iucundos, & inuitabiles, & cumquadam illecebra & voluptate vtiles.

Inuitus, pen. prod. {ἄκων, ἀξύνετος, ἀπρόθυμος} Qui per vim aliquid facit, Non libenter, Tergiuersans, Contra voluntatem, Repugnans, Repugnanter, Coactus: cui contrarium est Libens. Plaut. Casin. 6,
Inuitus me vides, viuam tamen.
Inuitissimus, pen. corr. Cic. 4. Verr. Hoc significant, atque adeò apertè ostendunt, sese ad statuas pecuniam metu ac malo coactos inuitissimos contulisse. Idem ad Attic. lib. 16. 337, Et quidem vt à me dimitterem inuitissimus, fecerunt Erotis literæ.

Inuiti

Inuiti per vim atque imperium statuas dederunt. Cic. 4. Verr.
Sapiens nihil facit inuitus, nihil dolens, nihil coactus. Cicero in Paradoxis.
Facere inuiti & recusantes coacti sumus. Cic. 2 de Orat.
Cogendi iudices inuiti, retinendi contra voluntarem. Cicero pro Murena.
Extorquendum ab inuito atque ingratis quod non debet. Cicero pro Quint.
Inuitus facio. Terent. Heaut. 4. 6,
Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet
Quam inuitus facias. Cic. de Senect. Itaque feci non inuitus, vt prodessem multis tuo rogatu.
Non inuitus lego. Cic. 1. de Fin. In quibus hoc primum est in quo admirer, cur in grauissimis rebus non delectet eos patrius sermo, quum iidem fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas non inuiti legant.
Rogare inuitum. Catull. ad Seipsum, epigr. 8.
Vim tulit inuitæ, Ouid. 5. Metam.
Vis trahit inuitam. Ouid. 7. Metam.
Ad aures inuitas peruenit crimen. Ouid. 2. de Arte.
Inuitis diis hominibúsque absolutus. Cic. 3. Verr.
Inuita Minerua aliquid dicere aut facere: Id est Aduersante aut repugnante natura. Cic. 1. Offic. Horat. in Arte,
Tu nihil inuita facies dicéve Minerua.
Oculis inuitis aspicienda. Ouid. epist. 9.
Inuitus huius solutionis. Vlpianus in l. quod seruus. D. depositi. Vel credidit dominum non inuitum fore huius solutionis. Id est domino non inuito fieri hanc solutionem.

Inuitè, pen. prod. inuitius, inuitissimè {ἀκουσίως} Aduerbiũ, Ingrato animo, contra voluntarem. Cic. ad Attic. lib. 8, 147, Inuite cepi Capuam, non quominus illud defugerem, &c. Idem 2. de Orat. Quem ego paulo sciebam, vel prudentius, vel inuitius (nolo enim dicere de homine fastidiosius) ad hoc genus sermonis accedere.

Inuius, Adiect. {ἄβατος} Per quod iri non potest: cui contrarium est
Peruius. Plin. lib. 12. cap. 14, Saba regio vndique rupibus inuia.
Lustra inuia Virgil. 4. Æneid.
Maria inuia Teucris. Virgil. 9. Æneid.
Regna inuia viuis. Virgil lib. 6. Æneid.
Inuij saltus. Liu. 9. ab Vrbe.
Via inuia. Virgil. 3. Æneid.
Inuia, dicuntur loca ad quæ accedi non potest, aut ad quæ, vel per quæ difficillimè acceditur, quæ Græci vocant ἄβατα, quasi inaccessa, vel inaccessibilia. Ouid. 5. Fast. Et non accessis inuia fluminibus.
Dumosa inuia. Sil. lib. 4.
Saxa inuia. Virgil. lib. 1. Æneid.

Inula, inulæ, pen. corr. {ἑλένιον} Herba est, cuius condiendæ rationem docet Colum. lib. 12. cap. 46. Vulgò *Enula Campana.*
Acidæ inulæ. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Amaras inulas coquere. Horat. 2. Serm. sat. 8.
Mollicella inula. Catull ad Thallum, epigr. 22.

Inultus {ἀνεκδίκητος} Impunitus, de quo non est sumptum supplicium. Cic. 1. de Diuinat. Mortem suam ne inultam esse pateretur. Idẽ pro Cluent. Cur hunc esse inultum tandiu sinis?
Impunitum & inultum. Cic. 1. Verr. Vt cæterorum quoque iniuriæ sint impunitæ atque inultæ.
Inultum aliquid auferre. Terent. And. 3. 5.
Iacere inultum, Vide I A C E O.
Pati & relinquere aliquid inultum. Cic. pro Lege Manil.
Nos hæc patiemur inultæ. Ouid. 4. Fast.
Inultum relinquere. Cic. pro Lege Manil. Ius legationis verbo violatum persecuti sunt: vos legatum Pop. Rom. omni supplicio interfectum, inultum relinquetis?
¶ Inultus, Cuius iniuriam aut mortem nemo vlrus est. Liu. Decad. 3. lib. 5, Et ne inultos Imperatores suos iacêre finerẽt, volebat L. Martius P. & Cn. Scipionum à Carthaginiẽsibus occisorum necẽ vlcisci.
¶ Inultus, pro Indemni, vel qui est extra periculũ. Curt. lib. 3, Vnde inultus subeuntem aut prohibere aut opprimere hostem potuisset.

Inumbro, inumbras {σκιάζω} inumbrâre, Tegendo vmbram facere, & quod dicitur Opacare. Virgil. 11. Æneidos,
Instructósque thoros obtentu frondis inumbrant.
Ora inumbrant coronis. Lucret. lib. 3.
Vesperà vniuersum inumbrat. Tacitus lib. 19, Inumbrante vespera vniuersum, Flauiani exercitus 10bur aduenit.
¶ Inumbrare, per metaphoram, pro Tueri ac defendere accipitur, inquit Perottus.
Legatorum dignitas inumbratur. Plin. in Panegyr. Est hæc natura syderibus, vt parua & exilia, validorum exortus obscuret: similiter Imperatoris aduentu, legatorum dignitas inumbratur.

Inunco, inuncas, inuncare {ἐναλείφω} Quasi vnco inuadere & arripere. Lucilius,
-aut qui nummos tristis inunceat. Columel. lib. 7. cap. 3, Tum etiam quotidie minuitur lana: quæ quanto prolixior in pecore concreuerit, tanto magis obnoxia est rubis: quibus velut hamis inuncata, à pascentium tergoribus auellitur.

Inunctio, Inunctus, Vide I N V N G O.

Inundo, inundas {πλημμύρω} inundâre, Crescere & extra alueũ transfundi. de fluminibus autem propriè dicitur, quæ dum vndas suas latius emittunt, omnia deuastant: & absolutè aliquando ponitur. Plinius, Antequam Nilus inundaret. Idem, Agros & sata omnia inundauit. Hoc est, per agros & sata omnia diffusus est, siue in bonum, siue in malum. Cic. 1. de Nat. deor. Vt terra infimum teneat, hãc inundet aqua, superior æther, ignibus altissima ora reddatur.
Inundari sanguine, Obrui & perfundi. Liuius 4. belli Punici, Itaque crastino die aut vestro, aut Æneensium sanguine Æna inundabitur.
Fossæ inundant sanguine. Virgil. 10. Æneid.
Vrna inundare. Valer lib. 1. de Somniis.
Densi inundant Troes. Virgil. 12. Æneid.

Inundatio, Verbale {πλημμυρὶς, πλήμμη} Alluuies. Colum. lib. 3. cap. 11, Vel etiam valles quæ fluminum alluuie & inundationibus concreuerint, aptas esse vineis asseuerat. Plin. lib. 16. cap. 36, Quũ igitur anno permanserit inundatio.

Inungo, inungis, inunxi, inunctum {ἐναλείφω, ἐπαλείφω} inúngere, Idem quod vngere, & oleo leuiter aspergere. Plin. lib. 8. cap. 54, Mira solertia visco inungunt oculos. Idem lib. 18. cap. 30, Sunt qui lentem siccatam oleo inungant.

Inunctio, Verbale {ἐπιπλάσμα} Mollis frictio ex oleo, siue aspersio. Plin. lib. 28. cap. 8, Felle glaucomata & suffusiones corrigi propè creditur, tridui inunctione. Idem libro 20. cap. 5, Magis verò succi inunctione.

Inuoco, inuocas, pen. corr. {ἐπικαλέομαι} inuocâre, Subsidium petere: & propriè ad deum refertur. Cic. 2. de Nat. deor. Apud nostros Iunonẽ Lucinam in pariendo inuocant.
Inuocare aduocatum ad defendendum. Cic. 2. de Orat.
Auxilia libertati inuocat. Tacit. lib. 15.
Blandius alia ad aurum inuocabat. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Inuocare subsidium, Implorare. Cic. Antè quàm iret in exilium, Auxilium ab alienis efflagitabitis, quum ciues vestros desertatis? sociorum inuocem subsidium, quum à ciuibus intercluſum sit præsidium?
Deos inuocare. Ouid. 6. Fast.
In auxilium aliquem inuocare. Quintil. in Procem. lib. 4.

Inuocatus, pen. prod. Adiectiuum {ἄκλητος} Non vocatus. Cæl. ad Cicer. lib. 8. 8, At ego simulatque audiui, inuocatus ad subsellia rei occurro. Cic. 1. de Nat. deor. Quid quod etiam ad dormientem eueniunt inuocatæ?

Inuolo, inuolas, pen. corr. {ἐμπίπτω} inuolâre, Id est volare, aut ad aliquid volare. Colum. lib. 8. cap. 3, Neque enim debent ipsis nidis inuolare: ne dum adsiliunt, pedibus oua confringant.
Inuolare intró. Varro 3. de Re rust. cap. 7, At in villam intrò inuolant columbæ, de quibus merula, &c.
Inuolare in aliquem, Irruere, insilire, violentas manus in aliquem inferre, & quasi volando deprædari. Terent. Eunuch. 4. 3,
-qui nunc si detur mihi,
Vt ego vaguibus facilè illi in oculos inuolem venefico. Ibidem, 5. 2,
-vix me contineo quin inuolem in
Capillum.
Animum cupido inuolat. Tacitus lib. 1, Truces etiam tum animos cupido inuolat.
Inuolare in possessionem. Cicero 3. de Orat. Ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam, abundantes orio nobis occupati inuolauerunt.

Inuolito, inuolitas, pen. corr. {ἐμπαίζω} inuolitâre, Frequentatiuum. Horat. 4. Carm. ode 10,
Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderunt comæ.

Inuolare {ἐπικονέω} A vola deductum, quæ est manus & pedis media pars: significat furari, quum aliquid furtim vola manus subtrahitur, quasi in volam dare. Lucan. lib. 6,
-quid corpore magni
Proiecto rapiat, quod Cæsaris inuolet arrus. Plin. lib 9. cap. 59, Singulos inuolat versus quàm capit. Callist. in l. expugnatur. D. de incendio, ruina & naufr. Vela conscinduntur, aut anchoræ inuolantur de mari. Id est in volam capiuntur, vt ait Budæus.
Euolare & Inuolare, contraria. Varro 3. de Re rust. cap. 11. Colum. lib. 8. cap. 15.

Inuolucris, & hoc inuolucre, pen. corr. {κάπηλος} Quod volare adhuc non potest. vt Auis iuuolucris. Gellius lib. 2, cap. 29, Pulli etiam tunc inuolucres erant.

Inuolucer, inuolucris, & hoc inuolucre, pen. corr. Idem {κάπηλος.} Politianus in Rustico,
-auscultat an intus
Pipiat inuolucer pullus.

Inuolucrum, Vide I N V O L V O.

Inuoluo, inuoluis, inuolui, inuolutum, pen. prod. {ἐκκολάπτω, ἐκτυλίσσω, ἐπισπάω, ἐπιχαλάω, ἐπιχαράσσω} inuoluere, Propriè significat glomerare.
¶ Per metaphorã tamen aliquando, pro Implicare ponitur. Plinius lib. 11. cap. 24, Aranei lacertarum catullos primum inuoluunt.
¶ Inuoluere, Tegere. Virgil. 2. Æneidos,
Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox
Inuoluens vmbra magna terrámque polúmque.
Carmina inuoluere historiis cæcis. Ouid. in Ibin.
Crinem inuoluit cassidi. Silius lib. 7.
Nimbi inuoluere diem. Virgil. 3. Æneid.
Fœno inuoluere aliquem. Ouid. 4. Fast.
Fumo vndique inuoluitur. Ouid. 2. Metam. de Phaethonte.
Virtute mea me inuoluo. Id est mea virtute me munio aduersus fortunam. Horat. 3. Carm. ode 29.
Membrana inuoluat libellum. Tibul. lib. 3. eleg. 1.
Auster aqua inuoluens nauémque virósque. Virgil. 6. Æneid.
Nemus inuolnunt flammis. Virgil 2. Georg.
Inuoluere se literis, quod & Abdere se literis dicitur: hoc est Se totum immergere studiis literarum. Cic. ad Papyr. lib. 9. 20, Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo, aut scribo.
Inuoluere se otio. Plin. epist. 123.
¶ Trabes & saxa inuoluere super aliquem. Ouid. 12. Metam. Hoc est prouoluere.
Obscuris vera inuoluens. Virgil 6. Æneid.
¶ Inuolui, quadrisyllabum, pro Inuolui. Ouid. 9. epist. 18,
Scilicet immanes elisos faucibus hydros,
Infantem candis inuoluisse manum.
¶ Inuoluere, Aliquando imponere. Virgil. 1. Georgicorum,
Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum.

Inuolutus, penult. prod. Participium {ἐνωδύσας.} vt Inuolutum caput, Inuolucris opertum & velatum. Cicero 2. Philipp. Et 6. Verrina, Imperat suis, vt id in Prætorium inuolutum quàm occultissimè deferatur.

Inuolutum bellum pacis nomine. Cic. 7. Philipp. Nec ego pacem nolo: sed pacis nomine bellum inuolutum reformido. *Vne paix fourree.*

Inuoluta obscuritate causa. Cic. 1. de Diuinat.

Inuoluta integumentis nequitia. Cic. in Pisonem.

Inuoluta & recta de fortitudine notio. Cic. 4. Tusc.

Inuoluræ & occulræ res. Cic. 1. Acad.

Occulta quædam & quasi inuoluta aperire. Cic. 1. de Finib.

Inuoluolus, inuoluoli, pen. corr. {ἕλιξ} Idem vermiculus qui & Conuoluolus dicitur, quòd sese foliis arborum & vitium circumuoluat & implicet. Plaut. Cistell. 10,

Sed quidnam amabo? inuoluolum,

Quæ in pampini folio intorta implicat sese. Festus, Inuoluolus, vermiculi genus qui se inuoluit pampino.

Inuolucre, pen. prod. Substantiuum {ἐνωτὸν} Linteum quod tonsores humeris tondendorum inuoluunt, ne capillorum recisamẽta, & præsegmina vestem fordidẽt. Plaut. Capt. 6, Næ is quidem inuolucre iniicere voluit, vestem vt ne inquinet.

Inuolucrum, penult. prod. {ἐνωτὸν} Quicquid aliquid tegit & operit: vt Inuolucrum clypei. Cic. 2. de Nat. deor. Vt clypei causa inuolucrum, vaginam autem gladij, sic pater mũdum cætera omnia aliorum causa esse generata.

Inuoluera & integumenta. Cicero 1. de Orat. Sic modò in oratione Crassi diuitias ac ornamenta eius ingenij per quædam inuoluera atque integumenta prospexi: sed ea quum contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit.

Inuolueris simulationum tegi: hoc est simulatis affectibus. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1, Multis enim simulationum inuolueris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura.

Inurbanus, pen. prod. Adiectiuum {ἀστεῖος, πανοῦργος} Vrbano contrariũ: hoc est Inciuilis, rudis, rusticis moribus præditus. Cic. 2. de Orat. Inopem quendam humanitatis atque inurbanum. Idem de Clar. Orat. Sed omnium oratorum siue rabularum qui & planè indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, &c.

Dictum inurbanum. Horat. de Arte.

Gestus non inurbanus. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Inurbane, pen. prod. Aduerbium {πανοῦργως.} Inciuiliter. Cic. 3. de Nat. deor. Apud quos non inurbanè Stratonicus, vt multa quum, &c. Subaudi, inquit.

Inurgeo, inurges, inurgêre. Lucret. lib. 5,

Cornua nata prius vitulo, quàm frontibus extent.

Illis iratus petit, atque infensus inurget. Hoc est, vrgendo impingit in arbores aut aliud quidpiam.

Inurino, inurinas, pen. prod. {ὑπορθρίζω} inurinâre, Idem quod vrinare, Id est in aquam mergi, & natando emergere. Colum. lib. 8. cap. 14, Lacus piscináque manu fiant, vt sint quibus inurinare possint aues.

Inuro, inuris, penult. prod. inussi, inustum {καίω} inúrere, Ignito ferro imprimere, vt stigma fronti, & equorum coxis, vt cognoscantur à venditore.

Notas & nomina inurunt vitulis. Virgil. 3. Georg.

¶Inurere, Adhibito igni fingere: quod genus picturæ, encaustice dicitur. Plin. lib. 35. cap. 4, Cuius supra caput tabula bigæ dependent: Niceas scripsit se inussisse. tali enim vsus est verbo.

¶Inurere alicui infamiam, per translationem, significat ita imprimere, vt deleri nequeat: vt Inurere ignominiam alicui. Cic. de Prouinciis Consul. Sed fruatur sanè hoc solatio: atque hanc insignem ignominiam, quoniam vni prærer se iusta est, putet esse leniorem.

Inurere dolorem animo alicuius. Cic. 4. Verr. Item 3. Tusc. Proprium est enim irati cupere, à quo læsus videatur, ei quàm maximũ dolorem inurere.

Inurere famam superbiæ alicui, Iniicere notam superbiæ, Superbiæ damnate. Cic. pro L. Murena, Quæ si causa non esset, tamen vel dignitas hominis, vel honoris eius, quem adeptus est, amplitudo, summam mihi superbiæ, crudelitatisque famam inussisset, si hominis & suis & Pop. Rom. ornamentis amplissimi causam tanti periculi repudiassem.

Inurere leges. Cic. pro Milone, Quas ille leges (si leges nominandæ sunt, ac non faces vrbis, & pestes Reipub.) fuerit impositurus nobis omnibus, atque inusturus? Id est, in perpetuam Reipub. ignominiam laturus.

Inurere alicui maculam, Est crimen indelebile sibi contrahere. Liu. lib. 3. de Claudio, Prehensabat singulos, orabátque ne Claudiæ genti eam inustam maculam vellent, vt carcere & vinculis viderentur digni.

Inurere alicui notam Censoriam. Plin. epist. 190.

Inustus, Participium {ἐξεμυσσόμενος.} vt Sanguis inustus vulnere. Hoc est, in ipso vulnere vstus. Aidenti enim titione factum erat vulnus. Ouid. 12. Metam.

Inusta testis candentibus vetus hominis vrina. Colum. lib. 7. cap. 5, In quam demersæ sint & extinctæ testæ præ ardore candentes. *Fervee de briques ardentes.*

Inusitatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀσυνήθης} Insolitus, præter consuetudinem, nouus, inauditus Cic. in Orat. Aut reprehendet quòd inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Idem 3. de Finib. Inusitatis verbis vterentur.

Acies inaudita aote id tempus, inusitaráque. Liu. 4. ab Vrbe.

Inusitata magnitudo. Plin. lib. 8. cap. 48.

Inusitatè, Aduerbium {ἀξιόπιστος} quod & Inusitatò dicitur: Hoc est, præter morem & consuetudinem. Plin. in Paneg.

Absurdè & inusitatè scriptæ epistolæ. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2. Et de Clar. Orat. Inusitatè loqui.

Inutilis, & hoc inutile, pen. corr. {ἄχρηστος, ἀχρεῖος, ἀχρεῖον} Vtili contrarium. Plaut. Pseud. 13, Multiloquum, glorioſum, insulsum, inutilem.

Cic. 1. de Inuent. Is inutilis sibi, pernicioſus patriæ ciuis alitur.

Inutilis ad vsus ciuium. Cic. 1. de Fin. Ab hisque M. Brutus dissentiet, quod & acutum genus est, & ad vsus ciuium non inutile.

Nomen inutile. Horat. 1. Carm. ode 14.

Qui mores aut vtiles, aut inutiles sint. Cic. 2. de Diuin.

Alga inutilis. Horat. 3. Carm. ode 17.

Factu inutile. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Inutilior. Ouid. 13. Metamorphoseos,

-donec solertior isto,

Et sibi inutilior, timidi commenta retexit.

Inutiliter, penult. corr. Aduerbium {ἀχρείως.} Hirtius de bel. Alexand. lib. 4, Multa Romæ malè & inutiliter administrari. Quintilian. libro 2. cap. 4.

Inutilitas, pen. corr. inutilitatis {ἀχρεωσία.} Cic. 2. de Inuent. Ex his illud conficitur, vt apperendarum rerum partes sint honestas & vtilitas: vitandarum, turpitudo & inutilitas.

INVTRIVM, Vindeliciæ vrbs Prol. lib. 2. cap. 13. Vulgò *Ispruck.*

Inuulneratus. pen. prod. Adiect. {ἀτραυματος} Vulnerato contrariũ. Cic. pro Sextio, Aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt.

INVVS, qui & Pan, Vide FAVNVS.

I O

Io, huius Ius {ἰὼ} Filia fuit Inachi, à Ioue adamata, quam ob Iunonis interuentum, ne agnosceretur, in vaccam conuertit, eíq; custodiendæ Iuno Argum præfecit. Deinde interfecto Argo à Mercurio, Isis Ægyptiorum dea facta est, vt scribit Lucian. in deorum dialogis. Vide Ouid. lib. 1. Metam.

Vaga Io. Valer. 7. Argon.

Io {ἰὼ} Dolentis particula est. Tibul. lib. 2. eleg. 4,

Vror, io remoue fœua puella faces.

Io, quandoque exprimit gestientis lætitia affectum. Budæus sacrã esse inuocationem dicit. Ouid. 2. de Arte amandi, Dicite io pæan, & io bis dicite pæan. Plaut. Casin. 19,

Io hymen hymenæe, ô hymen.

Io triumphe. Horat. 4. Carm. ode 2.

Io, irridentis interiectio. Plaut Merc 22,

Nunc domi sic decet, sic fieri oportet. 2. Io quæ insomnia?

Hic homo non sanus est,

IOCASTA {Ἰοκάστη} Filia Creontis, & vxor Laij regis Thebanorum, post cuius necem imprudẽs nupsit Oedipodi filio suo, ex quo suscepit Polyneicem & Eteoclem: qui quum mutuis sese vulneribus occidissent, ipsa quoque se necauit. Stat. lib. 2. Thebaidos,

Regina extulerat norum penetralibus ensem, &c.

Fœua Iocasta. Seneca OEdip. 14.

Iocabundus, Iocatio, Ioculatio, Vide IOCVS.

Iocus, ioci, m. g. {παιδιά, παιδιαὶ, παίγνιον} pluraliter, hi ioci, vel hæc ioca. Iocum vocamus quod est contrarium Serio. Differt autem Iocus à ludo, quòd ludus factis: iocus præcipuè verbis fieri dicatur. Plaut. Sticho. 4, Iocos ridiculos vendo, agite heemini. Cic. ad Attic. libro 14. 312, Itaque ioca tua plena facetiarum, &c.

Iocus non semper fit verbis, sed interdum etiam factis. Vide Fluitare, pro nauigare, in verbo FLVO.

Ioca & Seria, contraria. Cic 2. de Finib. An quicum ioca & seria, vt dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia?

Verba aptа ioco. Ouid epist 21.

Antiqui fabula plena ioci. Ouid. 2. Fast.

Extra iocum. Cic. Famil. 7.

Furtiui ioci. Ouid. 3. de Arte.

Illiberalis iocus, Vide ILLIBERALIS.

Iocus insanus. Claud. in Præfat. lib. 2. in Eutrop.

Lasciuus iocus cuiuspiam cum aliquo, Vide LASCIVVS.

Liberales ioci, V. de LIBER.

Liberior iocus. Ouid. 4. Fast.

Magnus risus iocúsque. Horat. 1. Serm. sat. 8.

Opportunus iocus. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Remoto ioco. Cic. Famil. 7.

Ridens iocus Srat. 1. Sylu. 6.

Sæuus iocus. Horat. 1. Carm. ode 33. Idem 2. epist. 1.

Superbi ioci. Ouid. ad Pisonem.

Iocus venenatus. Ouid. 2. Trist.

¶Iocos admittere, Vide ADMITTO.

Agitare iocos. Ouid. 3. Metamorphoseos,

-vacuáque agitasse remissos

Cum Iunone iocos.

Turpes iocos inserere historiæ. Ouid 2. Trist.

Mouere alicui risum & iocum. Horat. 1. ep. st. 20.

¶Iocus, pro re abiecta ac parui pretij. Vide Ludus & Iocus pro re abiecta, & in LVDVS.

Ioculus, ioculi, penul. corr. Diminutiuum {παιδάριον.} Plaut. Mostell. 11,

Egóne te ioculo modo ausim dicto aut facto fallere?

Ioco, Aduerbium, Per iocum, quod & iocosè dicitur: hoc est festiuè. Terent. Heaut. 3. 2,

Iocóne, an serió illæc dicat, nescio. Idem Eunuch. 1. 2,

Iocosus, pen. prod. Adiect. {παιδιᾶς, παιγνιώδης} Ad ludum pertinẽs. Vnde Iocosas contentiones dicimus, quæ in ludis vel de ludis oriuntur.

Furtum iocosum. Horat. 1. Carm. ode 10.

Iocosa lis. Martial. lib. 1. 20,

Nõ potuit melius litẽ finire iocosam. Id est, iocis & ridiculis plenã.

Ludi iocosi. Ouid. 5. Fast.

¶Iocosum, Festiuum, iucundum, & quod verbo ipso risum mouet, vt Iocosa verba, hoc est leuia, non seria, sed per iocum dicta. Plin. lib. 35. cap. 10, Idẽ iocoso nomine Grylli ridiculi habitus pinxit. Quint. lib. 6 cap. 4, Dictorum vrbanorum alia seria, alia iocosa, alia media.

Sermo tristis & Iocosus, contraria. Horat. 1. Serm. sat. 10.

Verba iocosa. Ouid. 6. Fast.

¶Iocosus homo: hoc est Facetus, lepidus, iocis abundans. Varro 2. de Re

de Re rust. cap. 5, At Quintus Lucius Senator homo quanuis humanus & iocosus.

Hilaris & iocosus. Horat. lib. 1. epist. 19,

Oderunt hilarem tristes: tristémque iocosũ.

Iocabundus, Adiectiuum. Valer. lib. 2. cap. 15, Iuuentus rudi atque incõposito motu corporum iocabunda gestus dedit.

Iocosè, pen. prod. Aduerbium {παιδιᾶς} Festiuè, hilariter. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 14, Eúmque lusi iocosè satis.

Dicere aliquid iocosius. Horat. 1 Serm. sat. 4.

Iocularius {παιζόμενος} Quod ioco dicitur, & ioco dignum est, neque serium est aut graue. Horat. 1. Serm. sat. 1,

Præterea ne sic, vt qui iocularia ridens Percurram.

Iocularium in malum insciens penè incidi. Terent. And. 4. 5. Vbi Donatus, Iocularium econtratio pro graui, & molesto ac nimio. iocularium igitur κατ' ἀντίφρασιν.

Ioculariter, pen. corr. Aduerb. {παιζομένως} Per iocum. Plin. lib. 22. cap. 22, Hæc est quam Aristophanes Euripidi poetæ obiicit iocullariter.

Ioculator, pen. prod. ioculatoris {παίγνιον.} Cic. ad Attic. libro 4. 85, Huic ioculatorem senem illum, vt noras, interesse sanè nolui.

Iocularis, & hoc ioculare, penult. prod. Idem. Terent. Phorm. 1. 2, Ioculari audiam. Cic. de Fato, O licentiam ioculare m. Idem 1. de Legib. Ioculare istud quidem, Pomponi, & à multis sæpe derisum.

Ioculatio, ioculationis. Firmic. lib. 5. cap. 4, ad finem, Ioculationibus dediti, canticis, & voluptatibus.

Iocor, iocaris {παίζω} iocári, Nugas agere: vel facetè, & cum venustate aliqua loqui. Terẽt. Eunuch. 2. 3, Quid agis? iocabar equidem. CH. garris? Cic. 4 de Fin. Habẽt enim accessionẽ dignam in qua laboretur, vt mihi in hoc Stoici iocari videantur interdum quũ ita dicant.

In faciem permulta iocatus. Horat. 1. Serm. sat. 5.

Carum neſcio quid iubet iocari. Catul. ad passerem Lesbiæ, 2.

Iocans, iocantis {παίζων} Ioco aliquid dicens, nec seriò agens. Cicero 4. Acad. Fabricemúsque si opus erit, verbane id sibi (me appellabat iocans) hic licere putet soli.

Mimi obscœna iocantes. Ouid. 2. Trist.

Ioculans, pen. corr. ioculantis, Idem. Liuius 7. ab Vrbe, Inter carminum propemodum incondita quædam militariter ioculantes, Torquati cognomen auditum.

Iocatio, Verbale, Iocosa & faceta narratio aut locutio. Cic. ad Papyriũ, lib. 9. 16, Nunc venio ad iocationes tuas.

IOL, Numidiæ vrbs, quæ postea Colonia Cæsarea dicta est, de qua sic Strabo lib. vlt. scribit, In hac ora ciuitatem fuisse nomine Iol, quam quum Iuba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine Cæsaream vocauit. Cæsarea igitur dicta est nõ ob Claudium, cuius iussu Colonia facta est, sed in gratiam Augusti magis, cuius liberalitate, quum post victum patrem Iubam, Romæ in triumpho ductus esset, miro in eo elucente ingenio, restituerus est in regnum. Vide Melam. Oliuarius dicit nunc vocari *Burgiam.*

IOLAVS, pen. prod. {ἰόλαος} Iphicli filius fuit, à quo Sardinij Iolenses Strab. lib. 5, dicti sunt: quia illam insulam ad pacem reduxit.

Hyantæus Iolaus. Ouid. 8 Metam.

IOLCOS {ἰωλκός} Oppidũ Thessaliæ Pompon. lib. 2. & Plin. lib. 4. cap. 9. Portus Iolciatus. Ouid. 7. Metam.

IOLE, penult. correp. {ἰόλη} Euritij Æoliæ regis filia fuit, quam amauit Hercules.

Ion, Gemma, apud Indos violacea, quæ raro saturo colore lucet. Plin. lib. 37. cap. 10.

ION {ἴων} Poeta Græcus, cuius meminit Plutarchus.

Ion, Xuti filius: à quo Ionia dicta est Atheniensium ciuitas, sicut à Cecrope conditore Cecropia, & à Mopso Mopsopia.

IONIA {ἰωνία} Regio minoris Asiæ, media inter Cariam & Æoliam, ab Ionio Atheniensium duce cognominata, qui eam regionem subegit. Vel à Iano Iaphet filio: vt Iosephus inquit lib. 1. Antiq. cap. 11.

Ionia, Regio est Græcorum, in qua sunt vrbes, Ephesus, Miletus, Priene, Clazomene, &c. Ab Ortu Lycaones & Lydos habet, à Septentrione Æoles, vt à Meridie Cares. Ionię situ describit Plin. lib. 5. c. 29. Dides Ionia. Ouid. 6. Fast.

Mollis Ionia. Propert. lib. 1. eleg. 6.

Ionicus, penult. corr. Adiectiuum {ἰωνικός} Quod est ex Ionia: vt Ionica lingua, inter quinque Græcorum linguas notissima.

¶Ionicus, nullo adiuncto, pro saltatore. Plaut. Sticho,

Qui Ionicus aut cinædicus, qui hoc tale facere possit? Ionicum autem saltatorem ferè molliculum & effœminatum delicatiúsque se mouentem interpretor, vt apud Horatium, Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, &c. Tum quòd Ionum mores & saltationes lasciuiores & teneriores perulantioréſq; erant, tum quòd Sicuti saltationem quandam, vt reor, blandam & voluptariam in honorem Dianæ celebrabant, Ionicam vocatam. Author Turnebus.

¶Ionicus à maiori, Pes est constans ex spondeo & pyrrhichio: vt præconiũ. Ionicus à minori, ex pyrrhichio & spondeo: vt Diomedes. Dicti sunt Ionici, quia Iones populi in carmine iis pedibus vtebãtur.

Ioniacus, penult. corr. {ἰωνικός} Aliud adiectiuum. vt Puellæ Ioniacæ. Ouid. 2. de Arte.

Ionium mare, ab Ionia regiuncula extremæ Italiæ Solinus dictum ait. Parrhasius grammaticus ex Didymi Græci scriptoris authoritate ab Ionio Dyrrhachij filio, quem Hercules ex improuiſo occisum in mare proiecit, vt memoriam eius propagaret, cuius inter alios Appianus nobilis scriptor meminit. Alij ab Ius errore, vt Lycophrõ ait. Vel ab Ionio Illyrico. Vel quòd in eo perierunt Iones. Alij sic scribunt, Ion Italus Adriæ pater fuit, à quo sinus Ionius, qui mox ab Adria dictus est Adriaticus. Ferè constat hoc mare violentum esse, vastum & iactabundum: ac supra fauces Adriatici intra Siciliam & Peloponnesum atque Candiam expanditur. Ideò Græci partim ipsum Siculum, partim Creticum appellant, ab insulis.

Mare Ionium. Virgil. 5. Æneid.

Æquor Ionium nauigat. Ouid. 15. Metam.

Immensum Ionium. Ouid. 4. Metam.

Magnum Ionium. Virgil. 3. Æneid.

Sinus Ionius. Horat. Epod. 14.

Trucis Ionij rabies. Stat. 6. Thebaid.

IOPAS, Iopæ, pen. prod. Rex Afrorum, vnus ex procis Didonis, vt Punica testatur historia. Virgil. 1. Æneidos,

-cithara crinitus Iopas

Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.

IOPPE {ἴοππη} Vrbs Iudææ maritima antiquissima, vtpote quæ ante diluuium sit condita: regia quondam fuit Cephei regis patris Andromedæ, vt scripsit Pomponius Mela lib. 1, & Plin. lib. 5. cap. 13. De huius vrbis situ scripsit Hegesippus lib. 3. bel. Iudaici. Nunc *Iaffa* vocatur. Portus est peregrinorum Hierosolymitanorum, siue portius maris Mediterranei ad Iudæam. Hebraica lingua vocat *Japho.*

IORDANIS {Ἰορδάνης} Fluuius Iudææ eximiæ suauitatis, vt scribit Plinius lib. 5. cap. 5. Vide interpretationem nominum Hebraicorum.

IOS {Ἴος} Insula vna ex Cycladibus, in qua sepultus est Homerus oraculo iubente: quoniam mater eius ex Io esset, ipse certa matre, incerta esset patria. Plin. lib. 4 cap. 11.

Iota, pen. prod. {ἰῶτα} Nomen literæ Græcæ. Cicero 3. de Orat. Quare Cotta noster, cuius tu illa laca Sulpitij noonunquam imitaris, vt iota in literam tollas, & e plenissimum dicas. Martial. lib. 2. 92, Vnum de titulo tollere iota potes.

IOTAPATA, Vrbs in Syria, à conditore sic vocata.

IOVIS, Genitiuus est à Iupiter. Vnde Iouis gemma, candida est, non ponderosa, tenera. Plin. lib. 37. cap. 10.

I P

IPHIANASSA {Ἰφιάνασσα} Melámpodis vxor fuit, & Prœti filia, ob pulchritudinem à Iunone in furorem versa, sed à Melampo sanata.

Iphianassæus, Adiectiuum {Ἰφιανάσσειος.} vt Iphianassæus sanguis. Lucret. lib. 1.

IPHICLVS, pen. corr. {Ἰφικλῆς} Amphitryonis & Alcmenæ filius, vno partu cum Hercule editus, Iolai pater: sepulchrũ habet apud Phenεũ Arcadiæ vrbem, vt scribit Pausanias. Vide Seru. enarrãs hunc locum Virgil. lib 8. Æneidos,

-vt prima nouercæ Monstra manu, &c.

IPHICRATES, pen. corr. teste Æmylio & Plutarcho, vir Athenienſis, non tam magnitudine rerum gestarum, quàm scientia rei militaris nobilitatus.

IPHIDAMAS, penul. corr. teste Homero lib. 11. Iliad. Antenoris filius, corpore lato atque procero, ab Agamemnone in bello Troiano interemptus fuit.

IPHIGENIA. pen. prod. {Ἰφιγένεια} Agamemnonis filia, quam ad placandum numen Calchas mactãdam in sacrificio apud Aulidem censuit. Vide Seruium enarrantem illud Virgilij 2. Æneidos,

Sanguine placastis ventos, &c. Propert. lib. 3. eleg. 7,

Hoc iuuene amisso classem non soluit Atrides,

Pro qua mactata est Iphigenia mora.

IPHIMEDIA, Vxor fuit Aloei, quæ compressa à Neptuno, duos peperit, OEdhum & Ephialtem: qui digitis nouem per singulos menses crescebant. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij 6. Æneidos,

Hic & Aloidas geminos, immania vidi

Corpora. Vide ALOEVS.

IPHINASSA, Vide IPHIANASSA.

IPHINOVS, pen. corr. Vnus ex Centauris.

IPHIS {Ἶφις} Puer liberali specie quum Anaxareten puellam incredibili amore prosequeretur, neque tamen redamaretur ab ea, laqueo se suffocauit, atque onus infœlix elisa fauce pependit, inquit Ouid. lib. 14. Metam.

IPHITVS. pen. cor. Vir fuit Troianus, quem Homerus lib. 8. Iliados, & Virgil. lib. 2. Æneid. maximum armis esse dixit.

IPHITVS, Filius Praxonidis, siue Hemonis, qui primus Olympiada instituit.

IPS, ipos, Vermiculus terræ pilosus, multis pedibus, arcuatim repens, tractúque contrahens se. Alij scolopendram nominant, alij millepedam, alij centipedam. Sipontinus.

Ipse, ipsa, ipsum {αὐτός, αὐτή, αὐτό} & antiquè ipsus, genitiuo ipsius, pen. prod. Terent. And. 2. 3, Ipsius sibi esse iniurius videatur.

¶Ipse, Pronomen demonstratiuũ, aliis pronominibus iunctũ, eorũ accipit significationẽ. vt Ego ipse, Tu ipse. Terent. Adelph. 4 2, Apud ipsum lacum. Idem Adelph. 4. 4, Ipsum id metuo vt credant, &c.

Ipse, absque aliis per eclipsim prolatum, & tamen eorum habens significationem quæ cum eo subaudiuntur. Virgil 2. Æneidos,

-quæque ipse miserrima vidi.

¶Ipse, Relatiuum. Terent. Adelph. 1. 2, -iste tuus ipse sentiet Posterius. Idem Eunuch. 2. 2,

Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis

Vocabula. Ibidem, 3. 3, -ipsa accumbere.

¶Ipse, repetito nomini adiunctum. Cic. ad Attic. lib. 1. 1, Rogauit me Cæcilius vt adessem cõtra Satyrum. Et paulo pòst sequitur, Sanè sum perturbatus cum ipsius Satyri familiaritate, tum Domitij. Hoc est, prædicti vel præfati Satyri.

¶Ipse, emphasim, id est expressionem alicuius rei latentis habet. Vt si dicam, Ipse pater, de quo minus credendum esset, qui hoc fecit. Terent. Adelph. 4. 7, -ipsa si cupiat. Salus,

Seruare prorsus non potest hanc familiam. Virgil. 2. Æneidos,

-& ipse doli fabricator Epeus.

Ipse egomet solui argentum: maiorem quandam vim habet quàm ego ipse. Terent. Adelph. 4. 4,

Tute ipse. Terent. And. 1. 1,

Homo ipse nusquam est. Terent. Eunuch. 3. 4,

Flos ipse. Terent. Eunuch. 2. 3,

Ipse frater. Terent. Eunuch. 5. 2, Adest optimè ipse frater.

Se ipse. Terent. And. 3. 2, Seipsus fallit. Idem in Prologo Adelph.

Indicio de se ipse erit.

Ipsa res. Terent. And. 3. 3. Et Eunuch. 4. 4, Res ipsa indicat. Item, Rem ipsam dic.

Re ipsa mihi dolet. Terent. Adelph. 4.7.
Eccum ipsum video. Terent. And. 3.4. Et Eunuch. 5.1, Habemus hominem ipsum. Et 2.3, Istunc ipsum.
Ipsum me nosti. Terent. Eunuch. 3.5. Teipsum expectabam, Ibidem, 4.6.
In ipsis nuptiis. Terent. And. 5.4. In tempore ipso, Ibidem, 5.6.
¶Ipsior, ipsissimus, Hoc est, Idem ipse. Plaut. Trinum. 13,
-ergo ipsiusne es?
e. Ipsissimus. abi hinc ab oculis.
¶Ipse, Id est Ego. Virgil. 1. eclog. 2,
-& ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Quintil. lib. 11. cap. 1, Ipsos erubescere etiam quum ab aliis laudamur, deceet. Hoc est nos.
¶Ipsiusce, pro Ipsius. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. vlt.
¶Ipse, pro Integer. Cic. Att. lib. 3. epist. 21, Triginta dies erant ipsi, quum has dabam literas, per quos nullas à vobis acceperam. Id est integri.
¶Ipse, pro Spōte sua, per se. Cic. in Bruto, Ipsa enim natura circunscriptione quadam comprehendit concludítque sententiam.
¶Ipsius, pro Suiipsius. Cic. pro Sextio, Quis vnquam Consul Senatum ipsius decretis parère prohibuit? Budæus.
Inter ipsos, pro Inter se. Quintil. lib. 8. cap. 6, Circa quem inexplicabilis & giammaticis inter ipsos, & philosophis pugna est. Idem libro 10. cap. 2, vsus est reciprocè, Diuersa est causarum inter seipsas conditio.
¶Ipsum, pro Res ipsa de qua agimus. Cicero 1. de Diuinatione, Sed idipsum est deos non putare, quæ ab his significantur, contemnere.
Hoc ipsum nihil agere & planè cessare, delectat. Cicero 2. de Oratore.
Hoc est ipsum esse contra se copiosum, disertum. Cicero 2. de Diuinat.
Quod ipsum. Cic. in Somnio Scip. Idem 1. de Orat. Quod ipsum est ramen magnum. Idem pro Lege Manilia, Quorum ipsorum per se res & fortunæ curæ vobis esse debent.
¶Qui ipse tum fuit. Cic. de Clar. Orat.
Qui ipse. Cic. ad Attic. lib 8. 167, Nec me Cōsules mouent, qui ipsi pluma aut folio facilius mouentur.
¶Idem hoc ipsum, maximam emphasis & repetitionis gratiam habet. Cic. 5. Tusc. Nihil grauius, nihil philosophia dignius, nisi idē hoc ipsum honestè, sapienter, iustè ad voluptatem referre.
¶Idem ipse Mithridates. Cic. pro Lege Manil.
Ille ipse. Cic. 2. de Orat. Quærebant ab Annibale, quidnam illē ipse de illo philosopho iudicaret. Idem pro Marcello.
Ille ipse diuinationis author Chrysippus. Cic. 2. de Diuinat.
Illud ipsum quod est optimum. Cic. in Orat.
Illo ipso tempore, illo ipso anno. Cic. Post redit. in Senatu. Et ad Attic. lib. 4. 70, Ipso illo die quo lex est data.
Isti ipsi qui, &c. Cic. 2. Tusc.
Istum ipsum inquam Brute, dico librum. Cic. de Clar. Orat.
Cur Respub. c o s. isto ipso defensa non est. Cicero ad Atticum, lib. 7. 123.
Siquis istas ipsas artes illustrare velit. Cic. 1. de Orat.
Eo ipso die. Cic. 1. Tusc. Idem Cassio, lib. 15. 18, Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset à me, quum iam iretur ad te. Idem, Ea enim ipsa hora acceperam literas tuas.
Iı tamen ipsi dij. Cic de Nat. deor.
Idipsum. Cic. Cassio, libro 15. 17, Atque idipsum facerent commodius, si, &c.
Cum idipsum dicere, nunquam sit non ineptum. Cicero 1. de Orat. Et ad Attic. lib. 7. 131, Nisi fortè idipsum est falsum, discessisse illū, &c.
Hic ipse, & Hoc ipsum. Cic. 2. de Fin. Velut in hoc ipso de quo nūc disputamus. Ibidem, Itaque hic ipse iampridem reiectus est.
Hicce ipse. Cic. 1. de Orat. Sic in orationibus hisce ipsis.
Hocipsum. Cic. ad Attic. lib. 7. 130, Sed ego hocipsum velle miserius esse duco.
Natali suo ipso die. Cic. ad Attic. lib. 4. 70.
Annis ipsis x x. Cic. de Clar. Orat. Cato qui annis nouem post eum fuit Cōsul, &c. mortuus est annis l x x x i i i ipsis ante me Consulē.
Dies ipsi. Cic. ad Attic. lib. 3. 62, Triginta dies erant ipsi quum dabā has literas per quos nullas à vobis acceperam. Eidem, libro 5. 98, Quum ibi decem ipsos fuissem dies.
De ipso dicere modestè, pro de seipso. Cic. pro Corn. Balbo.
Per seipsum. Cic. de Arusp. resp. Hoc quid sit, per seipsum non facilè interpretor, sed ex eo quod sequitur suspicor, &c.

I R

Ir, n. gen. & indeclinabile, Propriè manus concauitas, licet quandoque pro ipsa manu ponatur. Sipont.

Ira, iræ {ὀργὴ, θυμὸς, χόλος, κότος, κοτος} Dictio est ab eo quod est I R E: quòd à se ea qui irascitur & furit. Vnde & qui iram deponit, ad se redire dicitur. Hæc Donatus. Terent. And. 3 3,
Amantium iræ, amoris redintegratio est. Cic. 4. Tusc. Quæ autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, vt ira sit libido puniendi eius qui videatur læsisse iniuria.
Firmissimus ira. Ouid. 7. Metam.
Furens ira. Seneca Here. fur. 9.
Improbus ira. Virgil. 9. Æneid,
Iniqui ira. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Terribilis ira. Virgil. 12. Æneid.
Flagrante ira tumidus. Claud. de Laudibus Serenæ, epig. 22.
Impatiens iræ. Ouid. 13. Metam.
Fluctus irarum. Lucret. lib. 3.
Fræna irarum, Stat. 3. Thebaid.
Stimuli acres irarum. Lucan. lib. 2.
Fulminis ira. Ouid. 15. Metam.
Maris ira. Ouid. 12. Metam.

¶Abiecta ira. Seneca Thyeste,
Acerbæ iræ. Lucret. lib. 5.
Agitata ira magnis causis. Seneca Thyeste, 7.
Ampliores iræ, Vide A M P L V S.
Armigeræ iræ. Stat. 6. Thebaid.
Atræ genis pallentibus iræ. Valer. 2. Argon.
Bellatrix ira. Claud. 2. in Ruffin.
Cælestis ira. Vide C Æ L V M.
Caligantes iræ. Stat. 10. Thebaid.
Capitalis ira. Horat. 1. Serm. sat. 7.
Cruenta ira. Horat. 3. Carm. ode 2.
Feruens oculis dabat ira ruborem. Ouid. 8. Metam.
Flexa ira ad mitius. Ouid. 3. Trist. eleg. 5.
Graues iræ. Horat. 3. Carm. ode 3.
Immedicabilis ira. Sil. lib. 1.
Inanis, Vide I N A N I S.
Inexorabilis. Seneca de Clementia lib. 1. cap. 5.
Ingens. Ouid. 1. Metam.
Iniqua. Ouid. 5. Metam.
Lenta. Ouid. epist. 3.
Magna, Vide M A G N V S.
Manifesta. Ouid. 6. Metam.
Mansuetior. Ouid. 3. Trist. eleg. 6.
Minax. Senec. Agamem. 7.
Mollior. Ouid. 2. Trist.
Præceps. Seneca Hippol. 4.
Rapida. Stat. 3. Thebaid.
Sæua. Virgil. 10. Æneid.
Sanguinea. Valer 7. Argon.
Tenax. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10.
Tristis. Virgil. eclog. 2.
Tumida. Ouid. 2. Metam.
Vasta. Ouid. 10. Metam.
Violenta. Ouid. 8. Metam.
Ira supra modum. Virgil. 4 Georg.
¶Abscedit ira. Terent. Hecy. 5. 2.
Abstinere irarum, Vide A B S T I N E O.
Abundare ira, Vide A B V N D O.
Accedit illi ira, Vide A C C E D O.
Iras accendere. Sil. lib. 17.
Accensus in iram, Vide A C C E N D O.
Accingi ira, Vide A C C I N G O.
Acuunt magnis stridoribus iras. Virgil. 12. Æneid.
Ingentes acuebat iras Seneca Troade, 9.
Dolor addidit iram. Ouid 12 Metam.
Adiicit iram luctibus. Ouid. 2. Metam.
Admouere iras alicui. Stat. 5. Thebaid.
Afficere aliquem dolore, & ira. Tacit. lib. 1.
Aggerare iras. Virgil. 4 Æneid.
Viuaces iras agit animus. Seneca Here. fur. 1.
Asperare iram alicui. us. Tacit. lib. 18, Irent properè, neu remorando iram victoris asperarent.
Strictis mucronibus asperat iras. Claud. de Magnete, epist. 4.
Assurgunt iræ. Virgil. 12. Æneid.
Attollere iras. Virgil. 2. Æneid.
Cadit ira metu. Ouid. 2. Amor. eleg. 13.
Ira cadat nato. Pers sat. 5.
Calet ira Stat. 6. Thebaid.
Cohibere iras Virgil. 12. Æneid.
Colligere iram. Horat de Arte.
Commodare iras alicui. Stat. 4. Thebaidos,
-cui bella fauent, cui commodat iras
Cuncta cohors. Vide Commodo, in C O M M O D V M,
Commota est ira tyranni. Ouid 6. Metam.
Comprimere iras. Seneca Medea, 6.
Concire iram. Terent. in Hecy.
Concitare iram alicui. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14,
At malus interpres populi mihi concitat iram.
Rabida ira concitus. Ouid. 7. Metam.
Concedere in iras, Vide C O N C E D O.
Condere iram. Tacitus libro 2, Adeò iram condiderat, cunctáque eius dicta, factáque quum prohibere posset, scire malebat.
Infracta constitit ira. Ouid. 6. Metam.
Iram alicuius alicui contrahere. Ouid 2. Metamorphoseos,
Non fuerant artes tanti quæ nimihis iram
Contraxere mihi.
Contundere iras, Vide C O N T V N D O.
Coquere iras. Sil. lib 7. Vide C O Q V O.
Crudescunt iræ. Stat. lib. 2. Thebaid.
Cumulatur ira cor. Cic. pro Cælio, Nunc enim mihi animus ardens nunc meum cor cumulatur ira.
Decedet hæc ira, Vide D E C E D O.
Ad acres iras decurrere. Lucret. lib. 3.
Defervescere iram. Cic. Tusc. l. 4.
Deflagrant iræ. Liu. lib. 10. Decad. 4, Sed interdum spes animum subibat, deflagrare iras vestras, purgári suspiciones posse.
Flendo diffundimus iram. Ouid. epist. 8.
Habenas omnes irarum effudit. Virgil. 12. Æneid.
Iram euomere in aliquem, Terent. Adelph. 3 1,
Nihil est quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiā, Vt iram hanc in eos euomam omnem.
Tacitā exæstuat ira. Ouid. 6. Metam.
Indomitas dolor excitat iras. Virgil. 2. Æneid.
Horribiles exercuit iras. Virgil. 3. Georg.
Exercent iras rostris & vnguibus. Ouid. 13. Metam.
Ira deūm Stygiis sese extulit vndis. Virgil. 3. Æneid.

Facere

Facere iram. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Missam iram facere, Vide M I T T O.
Facere aliquid per iram. Cic. 4. Tuscul.
Finire iram. Ouid. 11. Metam.
Veteres finire iras. Ouid. 14. Metam.
Æstu irarum fluctuat. Virg. 4. Æneid.
Frænare nescit iras. Seneca Medea, 11.
Frangere iram. Quintil. lib. 6. cap. 3, Quum odium, irámque frequentissimè frangat.
Gerere iram. Terent. in Hecyr.
Ignescunt iræ, Vide I G N I S.
Accensæ non fortiter imperat iræ. Ouid. 9. Metam.
Tumidæ non imperat iræ. Ouid. epist. 11.
Incendi ira, Vide I N C E N D O.
Trucі ira incendit pectus principis. Seneca Octau. 5.
Stimulis haud mollibus incitat iras. Virg. 11. Æneid.
Incitatus ira. Cic. 1. Offic. Qui iniustè impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus est. Vide I N C I T O.
Indulgere iræ, Vide I N D V L G E O.
Induere iras fibi. Silius lib. 1.
Immanique oculos infecerat ira. Claud. de bel. Get.
Ingenerare iras alicui. Stat. 4. Theb.
Intercedere iram inter aliquos. Terent. in Hecyr.
Ira interit morâ. Ouid. 1. de Arte.
Lenire iram. Quintil. lib. 3. cap. 8, Nam & concitanda, & lenienda frequenter est ira.
Minuere iram, Vide M I N V O.
Amor mistus ira. Ouid. epist. 6.
Moderari iræ. Horat. 1. epist. 2.
Mollire iras, Vide M O L L I S.
Mouere iram alicuius. Senec. Octau. 5.
Occupatus ira. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Oriri iram. Terent. in Hecyr.
Parcere iræ. Virg. 2. Æneid.
Permulcere iras, Vide P E R M V L C E O.
Placare iram deorum sacris. Ouid. 10. Metam.
Ponere iram, & Colligere iram, contraria. Horat. de Arte.
Ponere iras fideliter. Ouid. 6 Fast.
Fræna ponere iræ. Iuuenal. sat. 8.
Furor iráque mentem Præcipitant. Virg. 2. Æneid.
Graues premit iras. Lucan. lib. 2.
Procedunt longius iræ. Virg. 5. Æneid.
Prohibenda maximè est ira in puniendo. Cic. 1. Offic.
Recanduit ira. Ouid 3 Metam.
Recessit ira. Ouid. 12. Metam.
Remittere iras. Virg. 4. Georg.
Reprimere iram. Ouid. 1. Metam.
Residunt iræ. Ouid. 1 de Arte.
Resuscitare iram posita. Ouid. 8. Metam.
Satiare iram. Claud. de bello Gildon. Ouid. 3 Metam.
Sedare iras. Lucan. lib. 10.
Soluere iras, Ouid. 9. Metam.
Subit ira. Virg. 2. Æneid.
Mista ira subridens. Virg. 10. Æneid.
Iræ sunt inter Glycerium & gnatum. Terent. And. 3. 3.
Succensi ira Pœni. Sil. lib. 1.
Sumere nouas iras. Ouid. 2. Metam.
Mollit animos, & temperat iras. Virg. 1. Æneid.
Tenere iram. Ouid. 5. Metam.
Vertere iram in aliquem. Horat. Epod. 5.
Vertere in iram. Liu. lib. 7. Decad. 4, In iram luctus vertit.
Memori te vindicat ira. Ouid. epist. 20.
Vitare iram alicuius. Ouid 3 Metam.
Iracundus, Adiectiuum {ὀργίλος, δύστροπος, κοτόεις} Qui parua, vel nulla causa præcedente irascitur, inquit Donatus: quíque natura ad iram proclivius est, etiam si tunc nulla moueatur ira. Plaut. Merc. 18,
Garruli, osores, insensi, iracundi.
Iracunda secum mussitat. Plaut. Merc. 18,
Video equidem, ausculte mus: nescio quid secum iracunda mussitat.
Adria iracundior. Horat. 3. Carm. ode 9.
Fulmina iracunda. Horat. 1. Carm. ode 3.
Animus iracundus. Plaut. Bacchid. 14,
Petulans, proterua, iracundo animo, indomito, incogitato.
Leones iracundi. Ouid. 15. Metam.
Mens iracunda. Lucret. lib. 3.
Iracundia, iracundiæ {ὀργιλότης} Donatus, Ira de causa est: iracundia de vitio multum irascentis, siue de moribus. Cic. pro M. Marcello, At verò quum aliquid clementer, manuetè, iustè, moderatè, sapienter factum, in iracundia præferrim, quæ est inimica consilio. &c. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 38. Iræ atque iracundiæ conscius sibi, verunque excusauit edicto. Cic. 3. Tuscul. Quanquam ipsa iracundia, libidinis est pars. sic enim definitur, Iracundia, vlciscendi libido.
Iracundiæ adiutor alterius. Terent. Adelph. 1. 2,
-verùm si augeam,
Aut etiam adiutor sim eius iracundiæ, insaniam profectò cum illo.
Iracundia subita. Plin. lib. 10. cap. 43. Hunc iracundia subita incitatus manceps proximæ sutrinæ exanimauit.
Adducere ad iracundiam. Cic. 3. ad Heren.
Iracundia ardere. Terent. Adelph. 3. 2, -ah,
Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.
Augere iracundiam, Vide A V G E O.
Cohibere iracundiam, Vide C O H I B E O.
Continere iracundiam, Vide C O N T I N E O.
Dimittere iracundiam. Cæsar de bel. Ciuil. lib. 1.
Iracundia præsenti exardescere. Cic. Lent. lib. 1. 9, Sed quum me disputantem, non lacessentem læsisset, exarsi non solùm præsenti

eredo ir acundia, sed quum inclusum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset, omne repente apparuit.
Exercere iracundiam. Cic. ad Brutum.
Efferri iracundia. Cic. 2. de Orat.
Inter æstus iracundiæ fluctuare. Macrob. lib. 4. Saturn. cap. 2.
Furere iracundia. Iracundia furere cœpit.
Habere iracundiam. Planc. Cic. Famil. 10.
Inflammari iracundia. Cic. Tuscul. lib. 4.
Remittere iracundiam. Cic. Philipp. 8.
Resistere iracundiæ. Cic. ad Qu. frat.
Mediocrii iracundia iratus, Vide M E D I O C R I S.
Iracundiam omitte. Terent. Adelph. 4. 7,
-iam verò omitte Demea
Tuam istanc iracundiam.
Permotus iracundia, Vide P E R M O T V S.
Iracundiam reprimere. Terent. Adelph. 5. 3,
Tandem reprime iracundiam, & ad te redi.
¶Seruire iracundiæ, pro Obsequi. Non parebo dolori (inquit Cic.) nec iracundiæ seruiam, &c.
Sedare iracundiam. Cic. in Brut.
Iracundè, Aduerbium {ὀργίλως} Cum ira, furiosè, animosè. Cic. 8. Philipp. Nam me tecum iracundè agere dixisti solere, non est ita. vehementer me agere fateor: iracundè nego.
Iracunditer, Aduerbium antiquum, vt refert Nonius, citans Cæcilium Subdititio, Quæso ne temerè hanc rem agas, & ne iracunditer.
Irascor, iraseris, pen. corr. {ὀργίζομαι, θυμόομαι, χολόω, κοτόομαι, μενοινάω} iratus sum, irasci, Ira commoueri, stomachari, succensere. Terent. Adelph. 1. 2,
-Rursum Demea Irascere.
Celer irasci. Horat. 1. epist. 21.
Implicabilius irasci alicui. Tacit. lib. 1.
Molliter irasci alicui. Propert. lib. 1. eleg. 5.
Irascor tibi istud dictum. Plaut. Merc. 19,
Istud dictum tibi non amplius irascor. Id est ob istud dictum.
Irasci vicem alicuius, pro Dolere. Liu. 4. bell. Maced. Remittimus hoc tibi, nostram ne vicem irascaris.
Irascor quòd sim euocatus. Plin. epist. 9. lib. 3.
Irascuntur admonitioni. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Arabioni de Sicio nihil irascor. Cic. ad Att. lib. 15. 329.
Irasci & succensere. Cic. Qu. Rosc. Dij immortales hominibus irasci & succensere consueruut.
Irasci & stomachari. Cic. de Clar. Orat. Sæpe videbam cum irriden tem, tum irascentem, etiam stomachantem Philippum.
¶Irascere, pro Irasci, infinitiuus antiquus. Pompon. Arista,
Noli quæso irascere: more fit moriri suam quisque vxorem vt velit. Ex Nonio.
Iratus, pen. prod. {ὀργιστὸς, ὠργισμένος} Participium, siue Nomen ex participio, Ira commotus. Cic. pro Cælio, Huic homini ego fortasse & pauci deos propitios, plerique autem iratos putabant.
Iratum fore. Cic. ad Att. lib. 13, Pompeij amici nostri negant me ei iratum fore, si ad mea comitia non venerit. Iratum fore dixit, quia non erat in vsu futurum in R V S, hoc est iraturus, vel iraſciturus. Vnde minus purè videtur Seneca lib. 3, de ira scripsisse his verbis, Fugere itaque omnes debebit, quòs iraturos iracundia sciet.
Iratum habere aliquem, pro Alicuius iram in se conuertere. Cic. ad Att. Nolo te illum iratum habere.
Facere iudicem iratum aduersario. Cic. 1. de Orat.
Iratus & offensus alicui. Cui. ad Att. lib. 14. 317.
¶Iratus, pro Abalienato. Cic. Marcellum tibi esse iratum scis.
Propriū est irati, cupere à quo læsus videatur, ei quàm maximum dolorem inurere. Cic. 3. Tuscul.
Mare iratum. Horat. Epod. 2.
Ocelli irati. Ouid. 2. Amor. eleg. 8.
Sitis irata. Propert. lib. 4. eleg. 10.
Venter iratus. Horat. 2. Serm. sat. 8.
¶Iratior, & Iratissimus. Cic. ad Att. lib. 15. 324, Antonio est enim fortasse iratior. Sic 8. Philipp. Cæsar ipse qui illis fuerat iratissimus, tamen propter, &c.
Iratè, penult. prod. Aduerbium {ὀργιστῶς} Hoc est animo commoto. Columel. lib. 7. cap. 12, Satis est scueros esse nec blandos, vt nonnunquam etiam conseruos iratius intueantur, semper excandescant in exteros.
Irenarches, siue irenarcha {εἰρηναρχὴς} dicitur qui ad tollēdas discordias & pacandos ciuium animos in ciuitate præficitur. εἰρήνη pacem significat & quietem. ἀρχὸς, princeps est. Irenarcha igitur est magister & princeps pacis ac disciplinæ publicæ. Martianus in l. Diuus Hadrianus. D. De custod. & exhib. reor. hac voce quinques vtitur.
Irenarchæ (inquit Vlpianus in l. Munerum. D. De muneribus & honoribus) sunt qui disciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiuntur.
IRIA flauia, Hispaniæ Tarraconensis vrbs, Ptolemæo libro 2. cap. 6. *Maria finis terræ* vulgò. Iria etiam, Taurinorum vrbs Ptolemæo, Tria Plinio, hodie Satrirana.
Iris, huius iridis, f. g. {ἶρις} Arcus cælestis. Ab εἴρειν, quod est nuntiare. Nam poetæ deorum nuntiam fingunt. Virg. 9. Æneidos,
Irim de cælo misit Saturnia Iuno.
Iunonia Iris. Ouid. 14. Metam.
Roscida Iris. Virg. 4. Æneid.
Iri, Vocatiuus. Virg. 9. Æneid. Iri decus cæli.
¶Iris, Herba, cuius radix est suauissimi odoris, dicta quidem à similitudine colorum qui in flore sunt, cum ipsa cælesti iride. De hac sic Plinius lib. 21. cap. 7, Illa quoque non omittenda differentia, odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta, vt irin atque salluncam: quanquam nobilissimi sit odoris vtraque. Sed iris radice tantum commēdatur, vnguētis & medicinæ nascens. Et paulo pōst,

Caulem habet cubitalem & rectum. Floret diuersi coloris specie, sicut arcus cælestis, vnde & nomen. Vulgò dicitur *lilium cæruleum*. Columel.lib.12.cap.20.

Irinus, pen.corr. Adiectiuum {ἰρινὸς} Qui ex iride factum est: vt Irinum vnguentum. Plin.lib.13.cap.1.

Irnella, irnellæ, Vasis genus in sacris, inquit Festus.

Irneum, Placentæ genus quoddam, ab irnea, cuius poculi mentio est apud Plautum, vt irnellæ apud Verrium, appellatum. Scribit enim Cato in irnea esse indendum, & in olla coquendum. Monuit Turnebus.

Ironia, ironiæ, penult.prod. {εἰρωνέια} tropus est verbi in contrarium sensum arrepti. Græci enim εἰρωνεῖα τοῦ cauillari dicunt, quum aliud verbis significamus, aliud re ipsa sentimus: vt Cic. pro Rabirio, At credo, quum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione rempub. liberasset, omnia sua secũ vnà moritura arbitrabatur. Non ita est Quirites. Idem 4. Acad. de Socrate. Ita quum aliud diceret, atque sentiret, libenter vti solitus est ea dissimulatione quam Græci εἰρωνείαν vocant. Idem 2. de Orat. Socratem opinor in hac ironia, dissimulatiõq; longè lepõre & humanite omnibus præstitisse. Vide Quintil lib.9 cap.2.

Illa ironia. Cic. in Bruto.

Irpices, Genus ferreorum rastrorum, quod plures habet dentes ad extirpandas herbas in agris. Festus.

IRPINI, pen.prod. {ἵρπινοι} appellari sunt nomine lupi, quem irpum dicunt Samnites: cum enim ducem secuti, agros occupauere. Festus. Hirpinos cum aspiratione vocat Seruius.

Irradio, irradias, pen.corr. {ἀκτινοβολῶ} irrad âre, Illustrare, & quasi intus radiare. Plaut. Faciunt quod cõsueuerunt, irradiant salibus mensam, omnes ad risum prouocant.

Irrasus, pen.prod. {ἀκκειρέμενος} Adiectiuum, Raso contrarium. Plaut. Rud. 30,

Di te ament cum irraso capite.

Claua irrasa. Silius lib.8 Rudis, & impolita.

Irrationabilis, & hoc irrationabile, pen.cor. {ἀλόγιστος, ἀλέκτους.} Quintil.lib.7.cap.4. Falsa est finitio, si dicas, Equus est animal rationale. Nam est equus animal, sed irrationabile. Alia exemplaria habent irrationale. Idem lib.8.cap.6 Secantur hæc in plures, vt à rationali ad rationale, & idem de irrationabilibus. Alij legunt irrationalibus. Sic lib.10 cap.7.

Irrationabilis casus. Quintil.9 Declamat.

Irrauesco, irrauescis, irrauci {ἐπιβαρῶ μέζω} irrauécẽscere, Raucum esse. Cic.1.de Orat. Itaque nos raucos sæpe attentissimè audiri video. tenet enim res ipsa atque causa: at Æsopũ si paulum irraucuerit, explodi. Priscianus legit irrauserit.

Irredituus, penult.prod. Adiectiuum {ἀνακαθάρσιος.} vt Irrediuius pons, apud Catullum ad Coloniam, epigr.17, pro Irreparabili, inquit Budæus.

Irredux, irreducis, penult.corr. {ὁ μὴ κατακαθήμενος.} Lucan. lib.9. Irreducémque viam deserto limite carpit. Hoc est, à qua vix saluus redibit.

Irreligatus, pen.prod. Adiectiuũ {ἄδετος} Idem quod Solutus, & non ligatus. Ouid.1.de Arte,

Vique erat è somno tunica velata recincta

Nuda pedem, croceas irreligata comas.

Irreligiosus, pen.prod. Adiectiuum {ἀσεβὴς} Quod est contrarium Religioso. Plin.epist.112, Sed eam reuerentiam cum literis ipsis, tum scriptis tuis debeo, vt sumere illa, nisi vacuo animo, irreligiosum putem. Liu 5.ab Vrbe.

Irremeabilis, & hoc irremeabile, penult. corr. Vnde remeare non possis.

Error irremeabilis. Virg.5. Æneid. de Labyrintho.

Viæ irremeabiles. Seneca Herc.furen.7.

Vnda irremeabilis. Virg.6. Æneid. de Styge.

Irremediabilis, & hoc irremediabile, pen.corr. {ἀθέρατος} Cui mederi, siue remedium adhibere non possumus. Plin.lib.28.cap.7, E quibus dixisse non pudeat, si in defectu Lunæ Solisve congruat vis illa, irremediabilem fieri. Idem lib.25.cap.13.

Irreparabilis, & hoc irreparabile, pen.corr. {ἀθέρατος} Quod reparari non potest. Virg.3 Georgicorum,

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Irrepertus, Adiect. {ἀνεύρετος} Non repertus. Horat.3.Carm.ode 3,

Aurum irrepertum & sic melius situm

Quum terra celat. Id est nondum repertum.

Irrepo, irrepis, pen.prod. irrepsi, irreptum {παρεισπίπτω, ἐσέρπω, παρεισέρχομαι} irrépere, Latenter more reptilium ingredi. Plin.lib.19.cap.8, Et ecce quum maximè cœpit irrepere. De caprina lactuca.

Irrepit scabies. Colum.lib.7.cap.5, Hæc vbi cœpit irrepere, sic intelligitur, vitio sum locum, &c.

Irrepsit in Italia lues: Hoc est, clàm immissa est. Plin.lib.26.cap.1, Non fuerat hæc lues apud maiores patrésque nostros. Et primum Tiberij Claudij Cæsaris principatu medio irrepsit in Italia.

Irrepere in tabulas publicas, Clàm inuectum & scriptum esse. Cic. pro Archia, Quum cæteri non modò post ciuitatem datam, sed etiã post legem Papiam, aliquo modo in tabulas eorum municipiorum irrepserunt, &c.

Libenter irrepere in opinionem gratiæ alicuius. Cic.de Arusp. resp. Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturũ, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat?

Irrepere in sensus. Cic.in Orat. Sic 3.de Orat. Irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimulatio.

Irrepit nomen in testamenta. Cic.3.Offic. Itaque si vir bonus habeat hanc vim, vt si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere: hac vi non vtatur, &c. Irrepere dixit, pro fallaci quodam commento & obtentu iniquo inter hæredes adscribi.

Vsilitas irrepit. Vlpian. in l. Qui autem. D. De constit. pecu. Siquis constituerit se pignus daturũ, quum vsilitas pignoris irrepserit, &c.

Irreprehensus, Adiectiuum {ἀμώμητος} Sine reprehensione, sine crimine. Ouid.5. Trist.eleg.15,

Nam tua dum strictimus, turpi sine crimine mansit,

Et tandem probitas irreprehensa fuit.

Irreprehensibilis, pen.cor. Adiectiuum, Qui reprehendi non potest. Firmicus lib.1.cap.3, Scipio post peragratam Asiam, Græciam, Bithyniam, Syriámque lustratam, post Dictaturæ irreprehensibiles actus, intra priuatos parietes domesticorum insidiis confectus est.

Irrequietus, pen.prod. Adiectiuum {ἄπαυστος} Quod contrarium est Requieto. Plin.lib.2.cap.3, Æterno & irrequieto ambitu, &c. Martialis lib.4.34,

Discurris tota vagus vrbe, nec vlla cathedra est,

Cui non mane feras irrequietus, aue.

Bella irrequieta. Ouid.2. Trist.

Sors irrequieta. Ouid.2. Metam.

Irrefectus {ἀκμάσιτος.} Horat. Epod.5,

Hic irrefectum fœua dente lupa

Canidia rodens pollicem. Id est valde & sæpius fectum, quod furentium & impatientium est, qui vngues rodere solent. Vel irrefectum, id est non fectum aut purgatum: quod immundæ veneficæ conueniebat.

Irresolutus, pen.prod. Adiectiuum {ἀδιάλυτος} Quod nunquam remittitur. Ouid.1.de Ponto.eleg 2,

At semel intentus neruo leuis arcus equino,

Vincula semper habens irresoluta manet.

Irretio, irretis, pen.prod. irretiui, irretitum {ἐπιβάλλω, σαγηνεύω} irretire, A rete fit, & significat reti inuoluere, & quasi capere, ac detinere. Vnde Irretitus, qui aliqua fraude vel blãditiis, aut dolo, quasi reti captus est. Cic.4. Acad. Quid enim ad illum qui te captare vult, vtrum tacentem irretiat te, an loquentem?

Irretire illecebris, Allectare & detinere. Cic.in Catil. Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non ad audaciã ferrum, ad libidinem facem prætulisti?

Irretitus cantiunculis, Allectus & detentus. Cic.5 de Finibus, Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur: scientiam pollicentur, quam non erat mirum sapientiæ cupido patria chariorem.

Irretiuit veste furiali me insciũm. Cic.2. Tusc.

Irretortus, Adiectiuum {ἀδίνης} pro recto. Horatius 2. Carm. ode 2,

Quisquis ingentes oculo irretorto

Spectat aceruos.

Irreuerenter, Aduerbium {ἀσεβῶς} Sine reuerentia & honore. Plin. iunior lib.2.epist.14.ad Maximum, Cæteri audaces, atque etiam magna ex parte adulescentuli obscuri ad declamandum huc transeunt, tam irreuerenter & temerè, vt mihi Attilius noster expressè dixisse videatur, sic in foro pueros à centumviralibus causis auspicari, vt ab Homero in scholis.

Irreuerentia {ἀσέβεια.} Tacit. libro 13, Quibusdam, coalitam libertate irreuerentiam, eo prorupisse frementibus.

Irreuocabilis, & irreuocabile, pen.corr. Quod reuocari non potest. Plin.epist.51, Cuius tædio ad mortem irreuocabili constantia decurrit, vsque ad supremum diem beatus & fœlix.

Ætas præterita irreuocabilis. Lucret.lib.1.

Verbum irreuocabile volat. Horat.1.epist.19.

Irreuocabile pondus anchoræ, hoc est anchora quæ difficilè retrahi potest. Plin.lib.32.cap.1, Et cogit stare nauigia: quod non vincula vlla, non anchoræ pondere irreuocabili iactæ. De echineide.

Irreuocandus, Aliud adiectiuum. Idem: vt Error irreuocandus. Claud. de bell.Get.

Irreuocatus, pen.prod. Adiectiuum. Idem. Horat.2.epist.1,

Quum loca iam recitata reuolumus irreuocati.

Irreuocatus ab acri cæde. Ouid.11.Metam.

Irreuolutus, pen.prod. Adiectiuum, contrarium Reuoluto. Martial. libro 11.1,

Vadas, & redeas irreuolutus. Id est, non lectus. Librum suum alloquitur.

Irrideo, irrides, pen.prod. irrisi, irrisum, pen.prod. {χλευάζω, πωθάζω} irridère, Ex in & rideo cõpositum, Vehementer ridere, Contemnere & Ludibrio habere. Terent. Haut.5.2,

Irrides in re tanta, neque me quicquam consilio adiuuas? Cicero de Diuinat.lib.2. Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse.

Irridere & contemnere aliquem. Cic.2.de Lege agrar.

Irridere per iocum. Cic.2.de Nat.deorum, Etiam per iocum deos irridens, quum cauea liberati pulli, &c.

Irridere, pro Ridere. Tacit.libro 1, Multum irridentibus, qui ipsi viderant.

Alij irridentes alios. Lucret.lib.4.

Irrisus, pen.prod. Participium {χλευασθείς.} Tacit.lib.4, Ad vana, & toties irrisa reuolutus.

Irrisus, huius irrisus, pen.prod. {χλευασία.} Plin.lib.37.cap.9, Quæ quidem scripsisse eos non sine contemptu & irrisu generis humani arbitror. Tacit.lib.1, Retinenteis centuriones irrisu, & contumeliis, postremò verberibus insectantur.

Irrisui esse: Hoc est ludibrio haberi. Plin.lib.22.cap.5, Imò verò plerisque vtero etiam irrisui sumus, ista commẽtantes, ac friuoli operis arguimur.

Irrisio {χλευασμὸς} Verbale, Subsannatio. Cic.1. Offic. Deforme etiam est de seipso prædicare falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

Irrisor, pen.prod. Verbale {χλευαστὴς.} Cicero in Paradoxis, Veniant igitur isti irrisores huius orationis ac sententiæ, & iam vel ipsi iudicent, &c.

Irridiculè, penultima corr. Aduerbium {ἀκαταγλάστως} Infacetè, ineleganter. Cæsar 1.bell.Gall. Quod quum fieret, non irridiculè quidã ex militibus decimæ legionis dixit, plus quàm pollicitus esset, Cæsarem facere.

Irrigo

Irrigo, irrigas, pen.corr. {ἀρδεύω, βρέχω, ὑγραίνω} irrigâre, Adaquare, & quasi riuos in agrum aut hortum per rigationem vel rigando deducere. Cic.2.de Nat.deor. Ægyptum Nilus irrigat. Ibidem, lib.1, Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit, nutare videtur in natura deorum. Hic per translationem posuit Cicero.

Irrigatus plagis homo. Plaut. Epid.3. Plin.lib.2.cap.6, Quanque sanguine nostro irrigamus, insepultis offibus tegimus.

Irrigare aquam in areas. Cato cap.151, Siquando non pluet, vti terra non sitiat, aquam irrigato leniter in areas: si non habebis vnde irriges, gerito, indutóque leniter.

Genæ irrigantur assiduo rore. Senec. Hippol.4.

Sopor irrigat artus. Virg.3.Æneid.

Quietem per membra irrigat Venus Ascanio. Virg.3.Æneid.

Irrigatio, Verbale {ἀρδεία, ὑγρασία.} Cic.2. Offic. Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas fluctibus, &c.

Irriguus, pen.corr. Adiectiuum {ἐπίρρυτος} Quod irrigatur, vel facilè irrigari potest. Plaut. Trin.3,

Interim mores mali, quasi herba irrigua, succreuerunt vberrimè.

Campi irrigui. Lucan.lib.4.

Corpus irriguum mero. Horat.2.Serm.sat.1.

Hortus irriguus. Horat.2.Serm.sat.4.

Pratum irriguum. Propert.lib.1.eleg.19.

Irrigua fontibus terra. Plin.lib.5.cap.14, Hiericunten palmetis cõsitam, fontibus irriguam.

¶Irriguus, Quandoque in significatione actiua, qui irrigat. Virg. lib.4. Georgicorum,

-irriguúmque bibant violaria fontem. Tibullus lib.2.eleg.1,

Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Irrigua aquarum, Loca per quæ aqua riuos producit ad irrigandum. Plin.lib.6.cap.26. Idem lib.5.cap.4, Diarrhytum à Græcis dictum, propter aquarum irrigua.

Irrisio, Irrisor, Irrisus, Vide IRRIDEO.

Irrito, irritas, pen.prod. {ἐρεθίζω, ἀγείρω, παροξύνω, παροτρύνω, παρορμῶ} irritâre, Frequentatiuum ab Irruo, irruis, per mutationem u in i, euphoniæ causa, Significat prouocare, irámque accendere, impellere, incitare: vel, vt Donatus ait, ducitur hoc verbum à canibus, qui restrictis dentibus hanc literam r, imitantur. Virg.10. Æneidos, Irritátque virum telis, & voce lacessit. Plaut. Amphit.8, Irritabis crabrones. Ibidem.4.

Si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes. Brutus ad Attic. in epist.ad Brutum, 17, Nescio quid scribam tibi, nisi vnum, pueri & cupiditatem & licentiam potius esse irritatam quàm repressam à Cicerone.

Irritare aliquem ad iram. Ouid.8.Metam.

¶Irritare, quouis modo afficere, vt

Segnius irritant animos demissa per aurem. Horat.de Arte.

Exitum irritare. Tacit.lib.13, Non quia ingenij violentia exitum irritauerit.

Irritandæ ad discendum infantiæ gratia. Quintil.lib.4.cap.1.

Pocula irritantia luxum. Silius lib.13.

Vitia irritare vetando. Ouid.3.Amor.eleg.4.

Irritatus, pen.prod. Participium {ἐρεθισθείς.} vt Gens irritata. Ouid.3. Metamorph.

Voluptas irritata. Ouid.2.de Arte.

Irritatus, pro Irato aliquando accipitur. Terent.Phorm. Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.

Irritatus, Nomen ex participio {ἐρέθισμος.} Gellius libro vltimo, cap. vlt. Quo fit quorundam maledicorum hominum fœuitas & murdentia irritatior.

Irritatio, Verbale {ἐρεθισμὸς, παροτρυσμὸς} Accensio. Liu.1. beli.Maced. Et irritatio animorum ea prima fuit.

¶Irritatio, pro Cupiditate. Seneca in Consol.ad Albinam, Inuenio qui dicant naturalem quandam inesse animis irritationem commutandi sedes, & transferendi domicilia.

Irritabilis, & hoc irritabile, pen.corr. {ἐρεθιστὸς} Quod facilè irritatur: cui opponitur Placabilis. Cic.ad Att.lib.1.12, Nam si ita statueris, & irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles, &c.

Genus irritabile vatum. Horat.2.epist.2.

Irritamen, pen.prod. irritaminis, n.g. {ἐρέθισμα} Quo quis irritatur & accenditur. Ouid.12. Metamorphoseos,

Haud secus exarsit, quàm circo taurus aperto,

Quum sua terribili petit irritamina cornu.

Amoris irritamen. Ouid 9. Metam.

Opes, animi irritamen auari. Ouid.13. Metam.

Irritamentum, irritamenti, Idem {ἐρέθισμα.} Plinius libro 5. cap. 9, Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis postremò, &c.

Irritamentum certaminum. Liu.10.bel.Pun. Et 9.ab Vrbe, Paruũ fuit irritamentum.

Opes, irritamenta malorum. Ouid.1.Metam.

Veneris irritamentum. Iuuenal. Sat.11.

Irritus, pen.cor. Adiectiuum {ἄκυρος} Ex in & ratus compositum. Cic. 2.de Legib. Quæque augur, iniusta, nefasta, vitiosa, diráve dixerit, irrita, infectáque sunto. Terent. Phorm.5.8,

Quod dictum, indictum est: quod modò erat ratum, irritum est.

Dicere irrita. Ouid.11.Metam.

Labor irritus anni. Ouid.1.Metam.

Irritus consilij, Qui fruſtrà dedit consilium. Vide Vir vita ac morte consentaneus, in CONSENTIO.

Lingua irrita. Propert.lib.3.eleg.13.

Oua irrita, Sterilia, quæ hypenemia quoque dicuntur, & zephyria. Vide VRINVM ouum.

Irritæ preces, Vanæ, futiles, & incassum rogatæ. Plin.in Paneg. Ac

plerique irritis precibus surdas principis aures adstrepebant. Sic irritæ pœnæ, Plinius lib.2.cap.7.

Promissa irrita linquens. Catull. Argonaut.59.

Spes irrita. Stat.10. Thebaid.

Irritus spei. Curtius lib.6. Hoc est sua spe fruſtratus.

Ad irritum cadit spes. Liu.2.ab Vrbe, Incensus Tarquinius non dolore solùm tantæ ad irritum cadentis spei, sed etiã odio. Vide AD.

Tela irrita. Virg.11.Æneid.

Verba irrita. Ouid.1.de Remed.amor.

Vestigia irrita. Virg.4.ecloga,

Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri

Irrita, perpetua soluent formidine terras.

Legationis irritus rediit. Tacit.lib.20.

Irroboro, irroboras, penult.corr. {ἐπιβώννυμι} irroborâre, Robur & vires augere ac confirmare. Gell.lib.1.cap.22, Irroborauit, inuetéraúsque falsa atque aliena verbi significatio, quod dicitur, hic illi supereſt.

Irrogo, irrogas, penultima correpta {ὑπομιμνήσκω} irrogâre, Infligere, imponere.

Ignominiam irrogare. Papinian. in l. Ob hæc. D. De iis qui notantur infamia.

Infamiam irrogare. Papin. in l. Ex ea. D. De postulando.

Irrogare leges, Imponere, constituere. Cic. pro Domo sua, Vetant leges sacratæ, vetant x II tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari: id est enim priuilegium.

Mortem alicui irrogare. Tacit.lib.4, Sibimet irrogaret mortem, quam patri struxerat.

Irrogare mulctam, Idem quod Dicere mulctam, authore Budæo. Plin. Non modò culpam omnem, sed etiam mulctam irrogauit. Sic Cic. pro Domo sua.

Pœnam irrogare. Quintil.lib.6.cap.5, Mitior solet irrogari pœna verecundiæ.

Pœnam irrogare peccatis. Horat.1.Serm.sat.3,

-adsit

Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas.

Pœnas irrogare sibi ipsi Seneca Hercul.Oeth.7.

Priuilegia irrogare. Cic.3.de Leg.Priuilegia ne irroganto.

Tributum irrogare, cui opponitur Remittere. Plin.in Paneg. His vicesima reperta est, tributum tolerabile, & facile hæredibus duntaxat extraneis, domesticis graue. Itaque illis irrogatum est: his remissum. Sic Hirtius 5. bell. Afric. Tributis vectigalibúsque regiis irrogatis, ex regno prouinciáque facta, &c.

Irrogare labori. Quintil.lib.10.cap.3, Labori non plus irrogandũ est, quàm quod somno supererit, aut deerit. Id est, dandum.

Irrogatus, pen.prod. Participium {ὑποτιμησάμενος.} Tacit.lib.13. Exiliumq; accusatori irrogatum, & tabulæ exustæ sunt.

Irrogatio, Verbale {ὑποτίμησις.} Cicero pro Rabirio, Nam quid ego ad id longam orationem comparem, quod est in eadem multæ irrogatione præscriptum, hũc nec suæ, nec alienæ pudicitiæ pepercisse?

Irroro, irroras, penult. prod. {ἐρσίζω} irrorâre, Rore aspergere, siue madefacere. Columel.lib.12.cap.22, Noctibus autem labrum operire conueniet, ne irroretur. Sic lib.9.cap.14, Irroratis floribus. Dicitur enim, vel aquam irrorare agro, vel agrum irrorare aqua. Ouid. Metam.lib.1. exemplum prioris habet,

Inde vbi libatos irrorauere liquores

Vestibus. Id est, insperſere. Antiqui enim templa ingressuri, dεósque precaturi, prius se aqua aspergebant. quam consuetudinem Deucalion & Pyrrha diis supplicaturi seruarunt.

Ter caput irrorat. Ouid.4.Fast.

Crinem irrorauit aquis. Ouid.7.Metam. Id est aspersit.

Oleo aliquid irrorare. Colum.lib.12 cap.47.

Somnus irrorat quietem oculis. Silius lib.10.

¶Irrorat, Impersonale, vt Ningit, Grandinat. Columel.lib.11.cap. 2, Septimo Idus Decembris aquila mane oritur, Africus, interdum Auster, Irrorat.

Irrubeo, irrubes, pen.corr. irrubui, irrubêre: vel Irrubesco, irrubescis {ἐρυθραίνομαι} irrubéscere, Rubrum fieri. Stat.9. Thebaidos,

-irrubuit cæli plaga fidere místo.

Ignis irrubuit mihi vultibus. Stat.5.Sylu.3. Id est afflauit vultus meos.

Irructo, irructas {ἐπιβδύομαι} irructâre, Ructum emittere. Plautus Pseud.23,

Quid tu (malùm) ergo in os mihi

Ebrius irructas?

Irrugio, irrugis, pen.prod. irrugiui, irrugitum {ἐπιχρεμέτω} irrugíre, Valde rugire. Cuius verbi nullum exemplum legimus præter quàm in literis sacris.

Irrugo, irrugas, pen.prod. {ἐπιρυτιάω} irrugâre, Rugas contrahere. Gellius lib.12.cap.1, Ne æquor illud ventris irrugetur.

Irrumo, irrumas, pen.corr. irrumâre. Vide FELLO, fellas. Est mentulam tanquam mamillam ori alterius inserere. A ruma, id est mamma ductum verbum. Vide SVBRVMVS. Martial.lib.2.epigr.47,

Quæ faciat, duo sunt: irrumat, aut futuit.

Irrumatus, pen.prod. Adiectiuum. Martial.lib.2.epigr.70,

Vndis ne foueris irrumatis. Id est aquis contaminatis ablutione mentularum.

Irrumator, penultima producta, irrumatoris. Verbale. Iulius Firmicus lib 8.cap.20.

Irrumatio, irrumationis. Catullus epigr.18.ad Aurelium,

Tangam te prius irrumatione.

Irrumpo, irrumpis, irrupi, penult.prod. irruptum {εἰσπίπτω, εἰσβιάζομαι, ἐπικλύω} irrumpere, Violenter & cum impetu aliquo ingredi. Terent. Eunuch.5.6,

Cesso huc intrò irrumpere?

Irrumpere in prouinciam. Cicero ad Senatum, lib.15.2, Si ex Syria egredi, atque irrumpere in meam prouinciam conarentur. Cæ-

sar.4.bell.Gal.In castra irruperunt.
Irrumpere in ærarium. Cic.pro Lege agraria.
Irrumpunt in animos nostros intrinsecus imagines. Cicero 4. Academ.
In pectora irrumpat. Quintil.lib.2.cap.5 de Diuisione.
Ad aliquid irrumpere. Quintil.lib.2.cap.1.
Fama irrupit animos populi. Lucan.lib.1.
Fores irrumpere. Lucan.lib.5.
Limina domus irrumpit. Virg 4.Æneid.
Irrumpere oppidum. Cæsar 1. bel.Ciuil.Et quò facilius impetum Cæsaris tardaret, ne sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent,portas obstruit.&c. Plin.lib.35, Hostilius Mancinus qui primus Carthaginem irruperat.
Portas irrumpere apertas. Ouid.15.Metam.
Portas irrupêre patentes. Virg.11.Æneid.

Irrumpens, Participium {εἰσβιαζόμενος.} vt Irrumpens ventus: Hoc est, ita perstans, vt omnia disturpat & confringat. Plinius libro 11. capite 24.
Irrumpens fluuius. Plin.lib.3.cap.1.

Irruptus, Non ruptus. Horat.lib.1.Carm.ode 13,
Felices teret amplius,
Quos irrupta tenet copula, &c. Copula irrupta, id est amoris coniunctio non interrupta, nec rixis aut iurgiis dissoluta.

Irruptio, irruptionis, Verbale, Impetus, incursio. Cic.pro Lege Manilia, Nam quum hostium copiæ non longè absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur.
Irruptionem facere in popinam: Hoc est impetū. Plaut.Pœnulo, 2,
Dum ludi fiunt, in popinam pedisequi
Irruptionem facite.

Irruo, irruis, irrui, irruturum, penult.corr. {εἰσρυέω, ἐπιρρέω, προσπίπτω} irruere, Cum impetu ferri, impetum in aliquem facere. Donatus, Irruere proprie dicuntur, qui cum furore prælium ineunt. Plautus Amphit.4,
Ilico equites iubet dextera irruere. Terent.Adelph.1.2,
Fores effregit, atque in ædeis irruit Alienas.
Irruere in mediam aciem. Cic.2.de Finib.
Irruere in malum. Cic.5.de Finib.Et quid in mala scientes irruunt, tamen se optimè sibi consulere arbitrantur.
Irruere & impetum perferre in aliquem. Cicero pro Domo sua, In quem quisque per homines concitatos irruerit, in quem impetum perculerit. Vetus exemplar habet, quem impetu perculerit.
Irruere in odium, Sponte sese conijcere. Cicero 2.Verr.Et sunt homines, quos libidinis, infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat, qui quasi de industria in odium offensionémque Pop.Rom.irruere videantur.
Irruimus ferro. Virg.3.Æneid.

Irruptus, Vide IRRVMPO.

Irtiola, irtiolæ, penultima correpta, Genus vitis. Columella libro 3. capite 2.

IRVS {ἶρις} Ithacensis mendicus ac turpissimus, vt lib.18. Odysseæ describitur ab Homero, corpore prægrādi, sed debili & fœdo, quem Vlysses post errores domum reuersus pugno interfecit.
Binominis Iri fortuna. Ouid.in Ibin.
Egens Irus. Ouid.epist.1.

I S

IS, Vrbs à Babylone itinere dierum octo distans: apud quam est Is, fluuius, è quo bitumen ad totius Babylonis murum comportabatur. Herodot.lib.1.

Is, ea, id {οὗτος} Pronomen, Eandem significationem habet quam hic, & eundem locum retinet: quibus maximè vtimur si præcedat, aut sequatur qui: vt Qui diuitias cupit, is, vel hic auarus est. Terent. Adelph.1.1, -is adeo
Dissimili studio est iam inde ab adolescentia. Idem Andria, 4.6,
-estne hic Crito sobrinus Chrysidis?
Is est. Idem Eunuch.3.4,
Quisnam hinc à Thaide exit? is est, an non est? ipsus est.
Is, pro Qui. Terent.And.1.3,
-fuit olim quidam senex
Mercator: nauem is fregit apud Andrum insulam. Donatus.
¶Is, pro Talis. Cic.pro Cecinna, Is enim illi fuit Eburius, &c.
Ea memoria erat. Cic.4.Acad.Quúmque esset ea memoria quum antè dixi, ea sæpe, &c.
Ea ætate sum, vt non sit peccato mihi ignosci æquum. Terent. Hecyra, 5.1. Liuius lib.10, Magis credo, quàm Quintum Fabium ea ætate, atque iis honoribus, Valerio subiectum. Hic emphaticès dicitur, vt ait Budæus.
Ea nostra ratio est, vt, &c. Cic.ad Qu.frat.lib.1.1, Atque is dolor est, quòd, &c.
Eo pacto. Terent.And.1.1,
-rem omnem à principio audies.
Eo pacto & gnati vitam scies, & consilium meum cognoscès.
Ea re, Propterea, id est ob eam rem. Cic.Att.lib.8.152, O rem turpem, & ea re miseram: sic enim sentio, &c. Idem 3.Offic.Ea re quia turpe sit, non esse faciendum. Brutus Att.17.6, An hoc ipsum ea re fecit quod illi propter, &c.
¶Ibus, pro iis, antiquum. Plautus Curcul.10, Eodem hercle vos pono & paro: paruissumi estis iibus.
¶Eapse, pro Ea ipsa. Plaut.Ciftel.3,
Puerum, aut puellam alicunde vt reperirem sibi
Recens natum, capse quod sibi supponeret.
¶Et hoc, vel Eid, siue Atque hoc, atque id, & Idque: vehementiam significant. Cicero in Oratore, Excursio moderata, eáque rara. Idem ad Atticum, libro 1.11, Per vnum seruum, & eum ex ludo gladiatorio. Idem ad Atticum, libro 2.21, Et idipsum sine stomacho.
¶Isce, pro Is ipse. Cic.pro Rosc.Amer.Nullū esse ius tam sanctum atque integrum, quod non eiusce vis ac perfidia violaret.

Id, neutrum, Pronomen demonstratiuum. Terent.Adelph.1.1,
In eo me obiecto, solum id est charum mihi.
Id, Ob id. Terent.And.2.4,
Si id succenseat nunc, quia non det tibi vxorem Chremes, &c. Cic. 10.Philipp.Qui id pugnant, id agunt, vt contra Rempub. restituti esse videantur.
Id, pro Hoc. Terent.4.4,
Id modò dic, abisse Dorum.
Id, pro Per id. Terent.Adelph.5 9,
-quæ istæc subita est largitas? D. dicam tibi:
Vt id ostenderem, quòd te isti facilem, & festiuum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono.
Idque, pro Et maximè. Cic.1. Offic.Quanquam te Marce fili annum iam audientem Cratippum, idque Athenis. Idem in Oratore, Quæris igitur, idque iam sæpius.
¶Id quod, pro ideo quòd veteres dicebant. Sic locutus est Terentius in Heautontimorumeno: Id quòd est consimilis moribus, cōuinces facilè ex te natum, & in Hecyra: Illico lætæ exclam-āt, venit, id quòd me repentè aspexerant. & Liuius libro 41, Id quòd erat vetusta coniunctio cum Macedonibus. & Cicero libro 3. ad Quint. fratrem, Teneo ab accusando, vt me hercule, sed tamen teneo, id quòd iudices nullos habemus. Ex P.Manut.commētario ad Quintum fratrem.
Ad id, Vide AD præpositionem.
¶Id ætatis. Plaut.Asin.3,
Neque puduit eum id ætatis sycophantias struere. Id est, in ea ætate, vel tam senem. Cic.Toranio, lib.6.20, Ita viximus, & id ætatis iā sumus, vt omnia quæ non nostra culpa nobis acc.dant, fortiter ferre debeamus. Idem 1.de Orat.
Id authoritatis. Tacitus lib.12, Romanorum nemo id authoritatis aderat.
Id diei veniebam in, &c. Cic.ad Atticum, lib.3 58.Legitur & Eo autem die.
Id honoris, pro Eius honoris. Tacit.lib.16, Postquam id honoris iudicibus, tanquam promptum ad cædes principem accepit. Expone, id honoris iudicibus, subaudi existentibus. Id est quum eo in honore agerent iudices.
Id-locorum, ea ratione dicitur, qua Interea-loci. Plaut.Pœn.3,
Post id locorum tu mihi amanti ignoscito.
Ad id locorum, pro In eo loco. Liu.2.bell.Pun.
Ad id locorum, pro Vsque ad id tēpus. Salust.de Mario. Vide AD.
Id solitudinis repentè erat. Tacit.libro 11. Hoc est, Ea repentè solitudo erat.
Id temporis, pro Id tempus. Cic.1.de Orat.Et nosipsi, quoniam id temporis est, valetudini demus operam. Ibidem, lib.2.
Id temporis, pro Per id tempus, vel eo tempore. Cic.5.de Finibus, Maximè quòd is locus ab omni turba id temporis vacuus esset. Idem Attico, lib.13 288, Venit enim ad me, & quidem id temporis, vt retinendus esset.
Id virium, pro Eæ vires. Tacit.lib.13.
¶Id actūum, vel Id aliquid. Plaut.Amphit.6,
-redibo actūum. A. id actūum diu est. Terent.And.2.1,
Interea fiet aliquid spero. B. id aliquid nihil est.
Id curat scilicet, Ironicè dictum. Terentius And.1.2. Cicero Attico, libro 13.288, Id populus curat scilicet, non mehercule arbitror.
Id demum. Cic.ad Att.lib.8.151, Sic enim sentio, id demum, aut potius id solum esse miserum quod turpe sit.
Id est profectò: id amice dabitur. Terent.Heaut.4 8.
Id est, pro Hoc est, siue hoc significat. Cic.ad Attic.lib.7.12.7, Assentiar Cn.Pompeio, id est T.Pomponio. Eidem, Senatus hodie futurus erat, id est Calend.Octob.
Aliquando pro Id est, Cicero dicit Quod est.vt de Opt.genere Oratore. Purè & emendatè loquentes, quod est Latinè.
Id genus hominum est pessimum, Id genus homines. Terentius And.4.1. Cic.de Orat.Epaminondam atque Annibalem atque eius generis homines nominarem. Idem Attic.lib.13.269, Scis me antea orationes aut aliquid, id genus solitum scribere, vt Varronem nusquam possem intexere.
Idipsum. Sueton.in Nerone, cap.24, Quanuis idipsum in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset.
Incidit in idipsum quod modò timebat, Vide INCIDO.
Id quod, Relatiuum. Liuius, Id quod ex monumentis patet.
Id quod res est cogito. Terent.Adelph.2.1,
Verùm cogito id quod res est, quando eum quæstum occœperis. Vbi Donatus, Id quod res est, Id quod verum est: bona locutio.
Id verò, pro Id certè. Terent.Eunuch.5.4,
-tum hoc alterum
Id verò est quod mihi puto palmarium.
Id verò, ad fœmininum relatum. Cicero pro Quintio, Gratia Sexti Neuij ne P. Quintio noceat. id verò non mediocriter pertimesco.

ISACA {ἴσακος} Fluuius Britanniæ insulæ Ptolemæo libro 2. capite 3. vulgò *Ex*.

ISAEVS {ἰσαῖος} Assyrius rhetor, adolescentiam variis corporis voluptatibus tradidit: deinde vir factus, frugalissimus omnium fuit. Characterem orationis non profusum habuit, sed parcum castigatúmque, ac secundum naturam, qui tantum rebus breuiter enarratis suppeteret. Nam totum quidem argumentum paucis, summáque complecti, ipsius primum inuentum est: vt Lacedæmoniis de ordinibus consultantibus ac solicitis illud Homericum iactauerit, Scutum scuta premunt, galeam galeæque, virum vir. Ex Philostrato.

Isagoge, isagoges, penultima producta {εἰσαγωγή} Latinè introductio dicitur, siue principium: vt quum res à primis initiis & rudimentis tradiur. Latini elementa dicunt. Erat etiam magistratus Athenis, cuius munus fuit audire accusatores. *εἰσαγωγή*. Gellius libro 16, capite 8, Quum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessum fuit adire atque cognoscere quas vocant dialectici *εἰσαγωγάς*.

ISANDRVS {ἰσάνδρου} Filius fuit Bellerophontis, teste Homero.

ISAPIS, penult.prod. {ἴσαπις} Fluuius propinquus Cæsenæ, vt Strabo lib.5. scribit. Lucan. lib.2, Cruentumúmque rapax, & iunctus Isapis Isauro. Sed doctiores legendum putant Sapis.

ISARA, penult.corr. {ἴσαρος} fluuius Galliæ Rhodano se iungens, vbi Cemenus mons Rhodano se applicat. Vide apud Cæsarem, & Plin. lib.3. cap.4. Lucanus libro 1, Hi vada liquerunt Isaræ, qui gurgite ductus, &c.

Isatis, huius isatis, penult. corr. fœm. gen. {ἴσατις} Genus lactucæ in syluis nascens: cuius meminit Plin.lib.20.cap.7, Cuius etiam herbæ aliud genus est quo infectores nostri maximè vtuntur ad lanas tingendas: vocant autem illi vulgò *de la gueſde*. cuius meminit Dioscorides lib 3.cap.206. Vocat autem alio nomine glastem.

ISAVRIA, siue Isaurica {ἰσαυρία} regio est Ciliciæ proxima ad Taurum montē, quam P.Seruilius subegit, qui inde dictus est Isauricus. Hæc Strabo lib.12. Isauri, populi Isauriam tenētes. Et Isaura, Isauriæ, vrbs, vt docet idem Strabo, & Ammianus.
Indomiti Isauri. Claud.1.in Eutrop.

ISAVRVM {ἴσαυρα} Ciuitas Pamphiliæ, à qua Isauricus Seruilius Romanus dictus est qui Isaurum cepit. Ouid.1 Fast. Aphrica victorem de se vocat alter Isaurū. Hic adeò pauper fuit, vt publico funere Rome elatus fuerit. Ammianus Isaura plurali numero dixit, Claudiopolis, inquit, quam deduxit coloniam Claudius Cæsar, Isaura anté. Alij Isauriam fœminino genere protulerunt. Sunt qui dicant Isauriam regiam minoris Asiæ, dictam quòd vndique auraram flatibus pateat, cerúsque metropolim esse Seleuciam.

ISCHALIS {ἰσχαλὶς} Britanniæ insulæ vrbs, vt est author Ptolemæus lib.2.vulgò *Ilchester*.

Ischia {ἰσχία} scribit Iulius Pollux, carnosas post lumbos vtrinque eminentias appellari. quæ verò post hæc increscunt, γλουτοὶ, Latinè nates. Duo illa ossa circa quæ vertura fit, ita distinguuntur, vt dicatur concauum illud superius κοτύλη, Latinè acetabulum: inferius verò ἰσχίον, quod nostri coxendicem dicunt. Quo etiam nomine & neruus ille nominatur, qui coxendicem femori committit. Erit ergo coxendix vertebra coxylæ infixa, quam pyxidem appellant, neruis quibusdam ita illigata, vt facilius coxarum motus atque flexus fiat. Vnde & qui coxendice laborant, Ischiadici vel Ischiaci dicuntur. Plin.lib.3.cap.6, Mox aquam bibere catillo, mirè id prodesse ischiadicis affirmantes.

Ischias, huius ischiadis, penult.corr. fœm.gen. {ἰσχὰς} vel Ischiadicus dolor, siue Ischiacus, Ille est quem medici recentiores *ſciaticam* dicunt. Plinius lib.27. cap.5, Bibitur propter ischiada & ſtrangiuriam è vino.

Ischiacus, siue Ischiadicus, penult.corr. {ἰσχιακὸς, ἰσχιαδικὸς} Qui ischiade morbo laborat. Cato cap.123, Vinum ad ischiacos sic facito. De iunipero, &c.
Ischiadicos dolores & spinæ leuat agaricum potum. Plin.lib.26. cap.7.ad fiaem.

ISCHOMACHE, pen.corr. {ἰσχομάχη} compositum ex ἰσχὺς & μάχη. Quo nomine dicta est Hippodamia, quæ habuit in nuptiis suis pugnam Centaurorum. Hæc fuit Atracij filia, quæ nupsit Pirithoo.
Ischomache, Lapithæ genus Heroinæ. Propert.lib.2.eleg.2.

ISCHOPOLIS, penult. corr. {ἰσχόπολις} Ptolemæo teste, Ponti Cappadocij vrbs iuxta Sidonem. vulgo *Tarpoli*.

ISCIA, insula est è regione Veliæ: alio nomine Oenotris dicta. Plinius lib.3 cap.7.

Iselastica, quæ vox in epistolis Plinij reperitur, certamina sunt quæ à Græcis ἀγῶνες εἰσπρακτικοὶ vocantur: de quibus Sybilla, μέγας γὰρ κῶν εἰσπρακτικὸς ἔσῃ. Eorum autem ludorum & certaminum victores triumphantium more in patriam inuehebantur, & vectigal de publico accipiebant. Vitruuius, Nobilibus athletis qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Græcorum maiores ita magnos honores constituerunt, vti non modò in conuentu stantes cum palma & corona ferant laudes, sed etiam quum reuertantur in suas ciuitates, cum victoria triumphantes, quadrigis in mœnia & in patriam inuehantur, è réque publica perpetua vita constitutis vectigalibus fruantur. Quum igitur quadrigis inuehebātur, dicebantur εἰσελαύνειν, vnde Iselastica nomen deductum. Turnebus.

ISIACVS, penult. correp. {ἰσιακὸς} dictus Isidis sacerdos. Plinius lib. 27.cap.7. Valerius lib.7, Assumpto Isiaci habitu per itinera viásque stipem petens. Sic Sueton.in Domitiano, cap.1, Isiaci celatus habitu, intérque sacrificulos vanæ superstitionis.

ISIS, huius Isis & Isidis, penultima corr. accusatiuum facit Isim {ἶσις} Inachi filia, Io prius dicta. Quæ olim pererrans, quum ad Nili fines peruenisset, Iouis amatoris ope formā vaccæ immutauit, ésque ab Ægyptiis pro dea celebrata. De qua Lucanus lib.8, Nos in templa tuam Romana recepimus Isim. Hoc etiam nomine dicta est insula in sinu Arabico.
Linigera Isis. Ouid.2.Amor.eleg.2.

Isitium, isitij, siue Iscium, isicij. Macrobius lib.7.Saturn. capite 8, Dicas quæso, quæ causa difficile digestu facit isitium, quod ab insectione insitium dictum (amissione enim literæ, postea quod nunc habet nomen obtinuit) quum multum in eo digestionem iuuerit tritura tam diligens, & quicquid graue erat carnis assumpserit, consummationémque eius multa ex parte confecerit. Meminit & Aenobius lib.7.aduersus gentes, sed non exponit quid sit. Iscium (ait Beroaldus in lib.8. Asini aurei) est pulmenti genus ex insectis & minutarim tritis carnibus confectum. Apud Apicium crebra mētio est isitij, & multiformis concinnatio.

ISLANDIA, Vide THVLE.

ISMARVS, penult.corr. in singulari mascul. in plurali Ismara, neutrum {ἴσμαρος} mons est Thraciæ, partim asper & incultus, partim fertilis vinetis & oliuetis, quem Orpheus incoluit, vbi Ismara Ciconum vrbs fuit. Virg.ecloga 6,

Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea. Et rursum 2. Georgicorum,
-iuuat Ismara Baccho
Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum. Lucretius lib.5, Thracen, Bistoniásque plagas, atque Ismara propter.

Ismarius, Adiectiuum {ἰσμάριος} vt Equi Ismarij. Ouid.epist.1.
Gentes Ismariæ. Ouid.10.Metam.

ISMENE, pen. prod. {ἰσμήνη} OEdipi filia, vt asserit Statius, de qua nihil habetur, nisi quòd cuidam Athy iuueni Cyntheo desponsata fuerit, qui ante nuptias à Tydeo occisus est.
Agenorea Ismene. Stat.8.Thebaid.

Ismenis, penultima correpta, fœminino {ἰσμηνὶς.} Ouid.3.Metamorphoseos,
Thuráque dant, sanctáque colunt Ismenides aras.

ISMENIAS, nomen Thebani optimi tibicinis. Apuleius, Nescio, inquit, vt Ismenias tibiis canere, vt Apelles pingere, vt Lisippus fingere. De hoc Plutarchus in Pericle, Quum aud.set Anaxithenes Ismeniam optimum esse tibicinem, respondit, Malus igitur. Nam si probus esset, tibicen non esset.

ISMENVS, penult.prod. {ἰσμανὸς} fluuius est Bœotiæ, ab Ismeno Pelasgi filio cognominatus. Statius lib.1. Thebaidos,
Horruit ingenti venientem Ismenus aceruo. Legitur & Ismenon.
Ripæ Ismeni. Stat.11. Thebaid.
Celer Ismenos. Ouid.2.Metam.

Isocinnamon, pen.cor. Herba quæ & Daphnois dicitur. Plinius lib. 12.cap.20.

Isocolon, pen.prod. {ἰσόκωλον} Græci vocant, quod Latinè compar dicunt Rhetores, quod duabus aut pluribus sententiis breuibus, & inter se paribus exigitur: vt est illud, Nequaquam mihi cum eo res est, qui neque finem habet cupiendi, neque modum statuet vtendi. Nam & multum desyderare, egentis est signum: & nihil parcere, egestatis est initium. Sponti nus.

ISOCRATES, penult.corr. {ἰσοκράτης} Nomen maximi oratoris Græci qui perfectus magister, docuit alios. Cuius domus, cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis, suauissimus orator, & in diuerso genere dicendi nitidus & comptus. Omnes dicendi veneres sectatus est, inuentione facilis, honesti studiosus, in compositione diligens. Cui inuidens Aristoteles, adulescentes & ipse docere cœpit, vt sapientiam cum eloquentia iungeret, dicens, Turpe est tacere, quam Isocrates loquatur. Ad Rempublicam non accessit, neque in concionem ascendit, deficiente pronuntiatione: tum etiam ad eam tuendam inuidiam eorum, qui libenter iis qui eloquentiæ honore præstant, se opponunt. Ciuitatem tamen iuuit: Philippúmque in his quæ ad illum scripsit, Athenienſibus conciliauit. Panægyricus eius omnium pulcherrimus, quem in Olympia habuit, adhortans Græcos contra Asiam mutuis expostulationibus relictis, Gorgiam excitauit, vt idem quoque faceret. Optimæ eius orationes censentur, Archidamus & Amaryrus ad Euthymum. Decessit annos ferè centum natus post Athenienſium cladem ad Cheronæam acceptam, non sustinens nuntium Athenienſium cladis. Ex Philostrato. Isocrates, superioris auditor, ex Apollonia Ponti, orator & ipse nobilis: reliquit orationes quinque, qui & vnā cum claris oratoribus certauit in funere Mausoli Artemisiæ viri. Suidas. Isocrates & Machaon præfecti classis Corinthiorum in bello Peloponnesiaco contra Athenienses, à Thucydide commemorantur.

Isocrateus {ἰσοκράτειος} Adiectiuum. Cic.in Oratore, Placet omnia dici Isocrateo Theopompeóque more.

Isodomon, pen.corr. {ἰσόδομον} Genus structuræ in ædificiis, quasi æqualiter directum. Plin.lib.36.cap.22, Græci è lapide duro ac silice æquo construunt veluti lateritios parietes. Quum ita fecerint, isodomon vocant genus structuræ.

Isonomia, isonomiæ {ἰσονομία.} Cic.1.de Nat.deor. Summa verò vis infinitatis magna ac diligenti contemplatione dignissima est, in qua intelligi necesse est eam esse naturam, vt omnia omnibus, paribus paria respondeant: hanc *ἰσονομίαν* appellat Epicurus, id est æquabilem tributionem.

Isopyron, vocant aliqui phaselium, quoniam eius folium quod est anisi simile, in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthij. Plin.lib.27.cap.11.

Isosceles, figura est trianguli, quod duo tantùm æqualia habet latera. Euel.1.Elemen.

ISPALIS, penultima correpta {ἴσπαλις} Bæticæ Hispaniæ vrbs clarissima, à qua etiam Ispalenſis conuentus Plinio dictus: sicut Cordubenſis, Astigitanus & Gaditanus. Vide Ponponium lib.2. & Strab. libro 3. Romulea cognominata est. Hodie vulgò *Sevilla* dicitur. Vide HISPALIS.

ISPOLVM, Vilumbrorum, qui Vmbris magis Orientales sunt, vrbs, teste Ptolemæo lib.3.cap.1. Ispellum hodie.

ISPORIS, Ptolemæo libro 4.cap.3. vicus Syrtis magnæ. Hodie Naym ciuitas.

ISSA, Insula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, vt Ptolemæus lib. 2.scribit, in qua fuit Issa non ignobilis ciuitas, à qua Issæus adiectiuum.

ISSVS {ἴσσος} Vrbs inter Ciliciam & Syriam, à qua Sinus Issicus. Ptolemæus libro 3.cap.8. Issus seu Issos Ciliciæ, nunc *Iaiaſſa* dicitur, testis Oliuarius in Melam. Sinus Issicus, *Le goulfe de Layaſſe*, vbi Alexander magnus dicitur vicisse Darium.

Iste, ista, istud: genitiuo istius, penult.prod. Dicitur ille qui apud te est, aut de quo loqueris. Terent.Eunuch.4.4,
Mirum ni tu credas quod iste dicat. Cic.Cælio lib. 2.10, Putaréne vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solùm ista vestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia?
Iste, pro Is, vt ἐκεῖνος Græcè. Cicero 3. Verr. Quum edictum totum eorum arbitratu, quādiu fuit designatus, componeret, qui ab isto ius ad vtilitatem suam nundinarentur. Budæus.

¶Istue, pro Istud frequentissimum, maximè apud Comicos. Terentius Heaut.1.1,

Ego istuc ætatis, non amori operam dabam. Id est, quum in ea essem ætate. Idem And.2.2,

-rem tenes

P. Istuc ipsum. D. atque istuc ipsum nihil periculi est. Cic.1.Academ. Istuc quidem considerabo.

¶Ista, pro Hæc. Quintil.lib.11.cap.1, Nos institutionem professi, non solùm scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus.

¶Ista ipsa de re cogitaui. Cic.1.Acad. Itaque non hæsitans respondebo: sed ea dicam quæ mihi sunt in promptu, quod ista ipsa de re, multum, vt dixi, & diu cogitaui.

Istud tuum scelus. Cic.4.Verr. Quare de hospitio violato, & de isto tuo nefario scelere nihil queror.

¶Iste, demonstratiuum. Colum.lib.9.cap.14, Notior est ista vere agricolis concepta opinio.

¶Istud est. Cic.1.Acad. Et simul assidamus inquam, si videtur. Sanè istud quidem, inquit. sum enim admodum infirmus. Id est, istud quod dicis, vt assidamus, faciendum est.

Istò, Aduerbium ad locum. Plin.epist.50, Destino enim, si tamen officij ratio permiserit, excurrere istò.

Istic, istæc, istoc, Iste hic. Terent.Heaut.3.3,

Quid istuc quæso? qui istic mos est Clitipho?

Istæc facie, istæc lege: & Istæc, pro Hæc ista, vel ista hæc. Plautus Rudent 9,

Nullum istæc facie, vt prædicas, venisse huc scimus. Id est, qui talem habeat faciem. Idem Trinum.17,

Istæc lege filiam tuam spondén' mihi? Cic.ad Attic.lib.12.ep41, Primùm tibi persuade me istæc non curare.

Istæc res est, Id est, Sic res habet vt dicis. Plaut.Merc.9.

Istoc modo. Plaut.Trucul 4. Terent.Heaut.4.3,

Atenim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis.

Istoc vilius. Terent.Adelph.5.9,

Redder tibi cito. M istoc vilius. Vbi Donatus, Istoc vilius, quasi, nihil minus, negatio enim est floccum ostendentis, aut quid tale, cum ἐλλείψει. qua subauditur quicquam: & non dabo.

Istuncipsum. Terent.Eunuch.2.3, -illúmne obsecro,

Inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem, mulierem? P. Istunc ipsum.

¶Istic, pro Iste. Plaut.Amphit 15,

Istic iandudum mihi maxima memorauit mira.

Tu istic, pro Tu ipse. Plaut.Amphit.7, Tu istic vbi bibisti?

¶Istace. Cato cap.132, Macte istace dape pollucenda esto.

Istuccine, pen.corr. Terent Eunuch 5.1,

Istuccine interminata sum hinc abiens tibi? Id est, Istúdne.

Istiusmodi, pen corr. Nomen indeclinabile: Hoc est, istius formæ & speciei, vel talis. Plaut.Mostel 9. Cic.6 Verr. Videte maiorum diligentiã, qui nihildũ etiam istiusmodi suspicabantur. Terent.Heaut.2.4,

Et vos esse istiusmodi & nos non esse, haud mirabile est.

Istius modi, di sunctiuum. Plaut.Trinum.8,

Detrudi maleficos æquum videtur qui quidem istius sint modi.

Istic, Aduerbium {αὐδη, αὐτόθι} In loco vbi tu es. Terent. Eunuch.4.6,

Omitteriam istic adeo. Cic. Valerio, lib.1.10, Et ibi malis esse, vbi aliquo numero sis, quàm istic, vbi solus sapere videare.

Istic, In isto negotio. Terent.Aud.2.5,

Neque istic, neque alibi tibi vsquam erit in me mora.

Istic sum, Id est audio, vel ausculto. Terent. Heeyr.1.2. Cicero 5. de Finibus, Istic sum, inquit, expectóque quid ad id quod quæram respondeas.

Istinc {αὐτόθεν} Aduerbium de loco. Cic. ad Attic. lib. 7. 139, De malis nostris tu prius audis, quàm ego: istinc enim emanant.

Istoc {αὐτόθεν} Aduerbium, pro Ab isto loco. Terent.Adelph.2.1,

-accede illuc Parmeno,

Nimium istoc abisti. Vide NIMIS.

Istac {αὐτόσε} Aduerbium per locum. Terent.Heaut.3.3,

Abi sane istac, istorsum, quò vis.

Istorsum, Aduerbium {αὐτόσε} Versus eum locum vbi tu es. Terentius Phorm.5.1,

Concede hinc à foribus paululum istorsum sodes Sophrona.

ISTER, Istri {Ἴστρος} Fluuius Europæ permagnus, quod & Istrum dicitur, quãdo scilicet FLVMEN sequitur, vt ait Probus. Hoc & Asdubanũ, & Danubius vocatur, authore Seruio. Virg.2. Georgicorum,

Aut coniurato descendens Dacus ab Istro. Danubius vocatur Ister ab Aria ciuitate Valachiæ vsque ad Pontũ. Testis Oliuar.in Melam.

Ripa ferox Istri. Ouid.4.de Ponto, eleg 9.

Binominis Ister. Ouid.1.de Ponto, eleg.9.

Prigidus Ister. Ouid.in Ibin.

Gemmifer Ister. Seneca Herc. OEtheo, 5.

Multifidus Ister. Lucan.lib.3.

Opacus vitibus Ister. Claud.2.Paneg.

Rapidus Ister. Claud. de bello Get.

Sæuus Ister. Claud.4.Paneg. Intelligit accolas Istri.

Septemgeminus Ister. Valer.4. Argon. Quia in septem hostia diuiditur.

Toruus Ister. Valer.8. Argon.

Turbidus & torquens flauentes Ister arenas. Virgil.3.Georg.

Isthmion {ἰσθμιον} de quo apud Homerum lib. 8. Odyss. Quo in loco Didymus interpres dicit id idem, quod Peritrachelium, de quo infrà: & in hoc differre ab hormo, de quo suprà diximus, quòd Isthmiõ collum cingat, hormos autem ab eodem demittatur: tanquam videlicet illud sit quod vulgò *collier* vocamus, hoc autem *chaine*. Isthmia ponit Pollux lib.5.cap.16. inter ornamenta muliebria.

Isthmus, isthmi, m.g. {ἰσθμὸς} propriè collum significat. A cuius similitudine terra oblonga & angusta inter duo maria, isthmos etiam dicitur, cui Porthmos, id est freetum, etiam opponitur, maris scilicet inter duas continentes angustiæ. Vnde per antonomasiam isthmus

Peloponnesi dictus inter Ægeum & Ionium mare, quinque millium passuum interuallo, cuius fauces Corinthus obsidet. Plin.lib.4.cap.4, de Peloponneso loquens, Angustiæ, inquit, vnde procedit, isthmos appellatur. Budæus.

Notum est adagium, Isthmum fodis, quum frustra aliquid moliri quempiam significamus: multi enim, vt tanti ambitus molestia carerent, trãsfodere angustias illas conati, re infecta destiterunt, vt Plin. scribit lib.4.cap.4. Strabo, In Isthmo, inquit, Neptuni, quę isthmiũ vocant, templum eminet picearum arborum luco circunclusum, vbi ludos Isthmicos Corinthij celebrare sunt soliti. Hos ludos Theseum instituisse scribit in Thesco Plutarchus. Fuerunt & Isthmia, ludi illic Palæmoni sacri. Meminit horum Statius lib.6. Thebaid.

Bimaris Isthmos. Ouid.7 Metam.

Lacrymabilis Isthmos. Stat.3.Sylu 1.

Isthmiacus, pen. corr. Adiectiuum {ἰσθμιακὸς.} vt Portus Isthmiacus. Stat.2.Sylu.1.

ISTONIVM {ἴστιον} Italiæ oppidum Ptolemæo. Vulgò *Gnasto*.

ISTRIA {Ἰστρία} Italiæ regio, Illyrio cõtermina, quæ in latitudine sexaginta passuum millia, in circuitu centum vigintiquinque millia complectitur: à Phormione, nunc Tisauo fluuio, ad Banaticum sinũ: in quo Arsia amnis decurrens. Istriam ab Illyrio dirimit. Istrorum gentem fama est originem à Colchis duxisse, missis ab Æeta rege ad Argonautas persequendos, qui vt à Ponto intrauerunt Istrum, nec raptores inuenissent, sue metu regis, siue tædio longæ nauigationis, iuxta Aquileiam consedeunt, Istrisque ex amnis nomine quò à mari concesserant, sunt appellati.

ISYS & ANTIPHYS, Priami fuere fi'ij: verùm Antiphus ex Hecuba fuscepta est, quum naturalis esset Isus: vt author est Homerus in Iliade.

I T

Ita {νὴ, ἔτως} Aduerbium respondendi, siue affirmandi. Terentius And.5.2,

-quid istic tibi negotij est? c. mihi'n'is. ita.

Ita Dauus. Horat 2.Serm.sat.7,

Dauúsne? ita Dauus. Sub.est.

Ita est, pro Sic est, respondentis particula. Terent.Eunuch.1.2,

Nam hic quoque bonam magnámque partem ad te attulit. T. Ita est. Non est ita, pro Non est verum. Cic.pro Cluentio.

Ita est, sentio. Plaut.Pseud.7.

Ita est. Plin.lib.13.cap.3, Vtinámque dicere possemus, quis primus instituisset. Ita est, nimirum hac mercede corruptæ terrarum orbem deuicere aquilæ. Idem libro 7.cap.40, Ita est profectò, alius de alio indicat dies, & tamen supremus de omnibus. Locutio est Plinio familiaris.

Ita res est. Terent.Heaut.1.1. Idem And.3.1,

Ita pol quidem res est, vt dixit Lesbia.

Est ita vt dicitur. Cic.6.Verr.

Ita dico. Plaut.Pseud.2.0,

Tuus herus? B. ita dico. B. miles? M. ita loquor.

Ita loquor, Vera prædico, id quod res est dico. Plaut. Mostel.13,

Herus hic noster potat. T. B. herus hic vester potat? D. ita loquor.

Ita loquor. Ita loqui soleo, mos est loquendi meus. Plaut.Aulul.3.1,

-soleo hercle: go nugas Garrire, ita loquor.

Vt ita dicam. Cic.de Amic. Humilem sanè relinquunt, & minimè generosum (vt ita dicam) ortum amicitiæ.

Ita enimuero. Plaut.Amphit.4,

Quid, domum nostram? s. ira enimuero.

Ita inquam Plaut.Amphit.4,

Hæccine tua domus est? s. ita inquam.

Ita profectò. Plaut.Amphit.4,

At mentiris etiam, certo pedibus, non tunicis venis. s. Ita profectò.

Ita prorsus. Cic.2.Tusculana,

Sed tibi hoc video non posse deberi. A. ita prorsus.

Ita verò. Plaut.Menæch.24,

Quid ais tu? Menæchmum opinor te vocari dixeras.

MEN. Ita verò.

Ita aiunt, Ita prædicant. Terent.Heaut.4.8,

Imò hæc, quæ apud te est, Clitiphonis est

Amica. M. ita aiunt. C. & tu credis? M. omnia. Idem Andr. 5.3, Ita prædicant.

¶Ita est homo, pro Ea est natura, Eiusmodi, vel talis est. Terentius Adelph.1.2, -nam ita est homo:

Quum placo, aduersor sedulò, & detorreo,

Tamen vix humanè patitur.

Ita vestra est benignitas. Plaut.Pœn.9.

Ita ingenio fuit, vel Ita ingenium eius fuit. Terent.Phorm.1.2,

Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet. Plautus Sticho, 15.

Ita natio est hominum. Plaut.Menæch.7.

Ita pars liberrinorum est: nisi patrono officit, non satis gratus est. Plaut.Persa, 13.

Ita est amor vt. Plaut.Trinum 10,

Ita est amor, balista vt iacitur, nihil sic celere est, neque volat.

Ita animatus fui vt te hoc donarem, Id est, Sic in animo habebam. Plaut.Amphit.8.

Alij sunt ita vt in rem esse ducunt suam. Plaut.Menæch.2.1.

¶Ita iustum est, si est voluntarium. Cic.1.Offic. Id est, ea conditione & pacto. Idem de Senect.

Ita, vt. Cic.de Amic. Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam sumpta virili toga, vt quoad possem & liceret, à senis latere nunquam discederem.

¶Ita faciam. Terent.Eunuch.3.2. Ibidem, 1.2,

Ita facere certum est: mos gerundus est Thaidi.

Ita res erat, faciundum fuit. Id est in eo statu res erat. Terentius Eunuch.1.18.

Ita

Ita negotium est. Plaut. Persa, 18. Terent. And.4.2,

-quapropter? D. Ita opus est facto.

¶Si ita est, vt. Cic.4. Acad. Hoc autem si ita sit, vt vnum modò sensibus falsum videatur.

¶Ita iudices, ne. Plaut.Curc.15. Terent.Heaut.4.5,

Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas.

¶Ita iustas, quasi pro noxio. Plaut.Merc.15.

¶Ita me deus amet, Sermo optantis est, & etiam cõfirmantis, siue assentientis, fidémve facientis. Terent.Eunuch.3.2,

Ita me di ament, honestus est. Ibidem, 4.1.

Ita me di amabunt, vt nunc Menedemi vicem

Miseret me. Terent.Heaut.4.5. Cic.7. Verr. Ita mihi deos omnes propitios esse velim, vt, tametsi mihi iucũdissimus est honos populi, tamen nequaquam, &c.

Ita te amabit Iuppiter Vt tu nescis. Plaut.Aulul.17.

Ita me Venus amet, vt ego te hoc triduum nunquam sinam. Plaut. Curcul.4.

Ita viuam vt maximos sumptus facio. Cic.Attico, lib.5.103.

Ita me seruet Iuppiter, vt propior illi, quàm ego sum, ac tu, nemo est. Plaut.Amphit.

Ita mihi atque huic sis superstes, vt ex me atque hoc natus es, Terentius Heaut.5.4. Sic,

Di seruent, vt hic pater est vester. Plaut.Pœnul.18.

Ita verò me amabit Iuppiter vxor, vt ego illud nunquam dixi. Plaut.Merc.16.

Ita spero quidem. Terent.And.1.5.

Ita quæso. Terent.Heaut.3.1,

Continuò hic adero. M. ita quæso.

¶Ita non. Terent.Heaut.3.2,

Ita non vt olim, sed vti nunc sanè bona.

¶Ita nunc viget mos: ita nunc seruitium est. Plaut.Curc.7.

Ita nunc nihilominus. Plaut.Pœnul.4,

Dum te expecto, neque vsquam aliam mihi parani copiam,

Neque istuc vsquam apparet, ita nunc nihilominus seruio.

¶Non ita multi fuerunt. Cic.de Clar.Orat. Et 4.Verr. Tadius qui erat reliquus, non ita multum tecum fuit.

Non ita valde de his laboro. Cic.ad Brutum, lib.11.21.

Non ita, Id est Non valde. Terent.in Prolog.Andriæ,

Non ita dissimili sunt argumento. Cic.de Senect. Non ita longa disputatione.

Non multum ita dicendi laude processerat. Cic.de Clar.Orat.

Nec ita multum prouectus, reiectus Austro fum in eum ipsum locum vnde conscenderam. Cic.1.Philip.

Quod si ita fecissent, id nõ ita esse fixũ deberet. Cic.pro Cluentio.

Nec ita multo pòst. Cic. 2. Offic. Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, vt hominum studia cõplectamur, eáque teneamus, dicemus, neque ita multo pòst: sed pauca antè dicenda sunt.

Quo mortuo, nec ita multo pòst in Galliam profecisse. Cic.pro Quintio.

¶Ita subitó. Plaut.Trinum.17, -ita

Subitò est, propere quod eum conuentum volo.

Ita res subita est. Plaut.Curc.7.

¶Ita, pro In tantum, vel vsque adeò, in fine orationis. Terent.And. 2.1, -væ misero mihi, vt animus in

Spe, atque in timore vsque antehac attentus fuit:

Ita postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet. Cicero, Quorum quanta mens sit, difficile est æstimare: ita multa meminerunt. Et alibi itidem, Ita isti fauco sententiæ. Per epiphonema.

Ita vt. Colum.lib.4.cap.2, Quod mergi mox facilè radicantur, ita vt quæque vitis suis, &c.

Ita moratus, vt præ se probitatem quãdam & ingenuitatem ferat. Cic.1.Acad.

Ita magnæ, vt sperem posse auelli, pro Adeó. Terent. Andr. 3.3. Cic.de Amicit. Ab eis ita amantur, vt facilè earum apparet sensus.

Ita non modo, &c. Cic. pro Deiotaro, Dij te perdant fugitiue: ita non modò nequam, & improbus, sed & furuus & amens es.

¶Ita vt fit, Vt ferè fit, vt fieri solet. Terent.Eunuch.4.2,

Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,

Ita vt fit, vbi quid in animo est molestiæ,

Aliam rem ex alia cogitare.

Ita vt ingenium est omnium hominum. Terent.And.1.1.

Ita, vt si esset filia. Terent.Eunuch.1.2. Id est quemadmodum.

¶Ita, quemadmodum. Cic.3. Verr. Quæsturam ita gessit, quemadmodum cognouistis.

Ita, quasi. Cic.pro Quintio, Qua in re ita diligens erat, quasi ij qui magna fide societatem gererent.

¶Ita nati, pro Ad hoc, quod barbari *ad eum finem* dicunt. Cicero de Amicit. Sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, vt inter omnes esset societas quædam.

¶Ita vt erat, Quod barbarè vulgò dicitur, *vt de facto erat*. Cic. de Amicit. Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse perseueraret?

¶Ita, pro Igitur. Cic. 5. Tusc. Ita nobilissima ciuitas Græciæ, & olim potentissima, sepulcrum ciuis sui ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. De Archimedis sepulcro.

Ita, pro Igitur, & in conclusionibus ponitur. Cic.3.de Finib. Ita fit, vt quod bonum sit, id etiam honestum sit. Idem 1. Offic. Ita fit, vt vincat cognitionis studium, consociatio hominum atque communitas. Idem pro Quintio, Ita fit, vt ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, &c.

¶Ita, pro Itaque. Cic. 1. de Nat. deor. Virtus autem actuosa est, & deus vester nihil agens: expers virtutis igitur sit, ne beatus quidé est.

¶Ita fecit, vel plus etiam. Cic.de Amic. Videtis quàm nefaria vox, & hercle ita fecit, vel plus etiam quàm dixit.

¶Itáne, Scisciitantis particula. Terent.Eunuch 5.9,

Quodvis donum, & præmium à me optato: id optatum feres.

C. Itáne? Cic.pro Rosc. Amer. Perditissimi est igitur hominis simul

& amicitiam dissoluere, & fallere eum qui læsus non esset, nisi credidisset. itáne est?

Itáne, Commiserantis. Terent. And.4.5, -saluos sis Crito.

C. Itáne Chrysis? hem. Do narus.

Itáne, Indignationis nota. Terent.And.3.2,

O Daue, itáne contemnor abs te? Vbi Donatus, Indignatio est, ad æstimationem reuocantis eius dicta vel facta, à quo contemnitur quis. Idem And.1.5,

Itáne obstinatè operam dat, vt me à Glycerio miserum abstrahat?

Itáne verò, pro Anne ita est, cedo? Terent.And.5.4,

-fabulam incœptat. C H. sine.

Itáne verò, Interrogatio plena stomachi. Cic.2.de Nat.deor. Itáne verò ego non iustus, qui & Consul rogani, & augur, & auspicato? Idem 7. Verr. Itáne verò, quibus fuit portus apud eum contra quem arma tulerunt, iis apud te, &c.

Itaque, pen.corr. {ἑπομένου, ἄρα, οὖν} compositum ab ita, vnica dictio: pro qua Cicero vtitur dictione Ergo aliquando. Cic.de Amicitia, Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breuiter & commodè dicta memoriæ mandabam. Idem 1.Acad.

Itáque, quum gemina dictio est, accentum habet in penultima, significatque & ita. Terent.And.3.3,

Imò ita volo, itáque postulo vt fiat. Idem Eunuch.1.2,

-reddunt curatura iunceas: C H. Itáne verò? obturbat.

Itáq; ergo amãtur. Vbi Donatus, Itáque, Atque ita fit vt amẽtur. Itaque ergo. Liu.8.bel.Pun. Idem lib.3, Itaque ergo vt magistratu abiere, à Sp. Tarpeio & Æternio dicta dies est Consulibus. Idem lib. 9. Decad. 4.

ITALIA {ἰταλία} Europæ regio, prius Hesperia, ab Hespero Atlantis fratre, qui à fratre pulsus, & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen. Siue (vt Macrobius inquit) ab Hespero stella, quòd Occasui subiecta sit. Inde OEnotria, vel à bonitate vini quod in Italia nascitur (nam Græci οἶνον vinum dicunt) vel ab OEnotrio Sabinorum rege. Postea Italia, ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges posuit. Nam ad eam partem venit, in qua postea Turnus regnauit, & suo nomine appellauit. Virgil.1.Æneidos,

Est locus: Hesperiam Graij, &c. Timæus, & Varro de Re rust. lib.2. cap.1. & cap.5, Columella quoque in Prooem.lib.6, à bobus vocatam dixerũt: quoniam tauri Græca veteri lingua. Itali vocati sunt, à quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Est etiam dicta Ausonia (vt Aristophanes inquit) pars ad Tyrrhenum versa. Estque in forma cruris inter Adriaticũ & Tuscum mare, & à iugis Alpium, dorsóque Apennini porrecta, se paulatim attollens, vsque ad Rhegium vertices. & litora Brutiorum extenditur. In vltimo sui scinditur in duo cornua, quorum alterum Ionium spectat mare, alterum Siculum: in extremitate Rhegium oppidum habens. Eius longitudo ab Augusta Prætoria, quæ in Alpino fine sita est, & per Romam Capuámque porrigitur, vsque ad oppidum Rhegium, Solino teste, decies centena & viginti milia passuum colligit: latitudo verò quadringenta decem vbi maior latitudo: vbi verò minor, centum triginta quinque. Habétque vmbilicum in agro Reatino, quæ dudum ex latere maris superi Rubiconem fluuium pro finibus habuit. Diuiditur autem in sedecim regiones, scilicet Ligutiam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium siue Aprutium, Picenũ, Flaminiam & Æmyliam, seu Romandiolam, Vmbriam (nunc ducatum Spoletanum) Galliam Cisalpinam, Venetiam (nunc Marcham Tarusianam) Lapidiam, & Carniam (nunc Forum Iulium) & Istriam.

¶Italia sic describitur à Siculo Flacco in libro De conditionibus agrorum. Ab Alpibus in mare porrigitur: à tribus lateribus exteras gentes intuetur: à Sicilia vsque ad Galliam omne litus Africum ei est contrarium: sursus à Leucopetra pars, quæ ad mare attingit. Macedoniæ aliquam Epiri partem spectat. Adriaticum verò litus Illyricum contra se habet.

Bellifera Italia. Claud.1.in Eutrop.

Magna Italia. Virgil.4.Æneid.

Potens Italia. Claud.2.in Eutrop.

Italus, Itali, pen. corr. {ἰταλὸς} Qui de Italia est.

Cælum Italum. Horat.2.Carm.ode 7.

Regna Itala. Virgil.3.Æneid.

Gens Itala. Virgil.6 Æneid.

Italicus, pen. corr. {ἰταλικὸς} Aliud adiectiuum. vt Oræ Italicæ. Ouid. 15. Metam.

Italis, Italidis {ἰταλὶς} Patronymicum. vt Matres Italides, Ouid.2.Fast.

Nymphæ Italides. Sil.lib.7.

ITALICA {ἰταλικὰ} Vrbs in Italia, quæ alio nomine Corfinium dicitur, vt ait Strabo. Alia in Hispania, patria Silij Italici.

Italicensis {ἰταλικανὸς} Populus ab Italica Hispaniæ vrbe.

ITALICA, Ciuitas est Bæticæ, Ptolemæo lib.2. cap.4, patria Traiani Cæsaris.

Itaque, Vide ITA.

ITARGVS, Germaniæ fluuius Ouidio, quem alij omnes Visurgin vocant. Sic enim ait,

Decolor infecta testis Itargus aqua. Turnebus.

Item {ὁμοίως, ὡσαύτως} Aduerbium, significans interdum Ita, vel Sic: interdum Autem: interdum similiter.

Item, Autem. Plaut.Aulul.7,

Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem,

Factiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum.

¶Item, Ita, vel sic, siue Iridem. Cic.in Orat. Nam omnium magnarum artium. sicut arborum altitudo nos delectat, radices, stirpesque non item. Idem in Arte Rhetor. Quæ omnia item vti contraria rerum bonarum in rebus vitandis reperiuntur.

Item, pro Sic, in cõparationibus & similitudinibus. Cic.1. de Orat. Nullæ enim lites, neque cõtrouersiæ sunt, quæ cogant homines sicut in foro nõ bonos oratores, itẽ in theatro actores malos perperi. Bud.

¶Item vt, pro Similiter. Plaut. Trucul.5. Cic.in Orat. Ita fit vt non

item in oratione,vt in versu numerus extet. Terent.Phorm.2.3,
Itáne tandem quæso,ciuem item vt meretricem,vbi abusus sis,
Mercedem dare lux iubet ei,atque amittere? Idem.And.1.1,
-item alio die Quærebam.
¶Item, pro Etiam. Cic. de Amicit. Pergratum mihi feceris, spero item Scæuolæ,si,&c. Ibidem, Itaque ex me quærunt, credo ex hoc item Scæuola.
¶Itémque, pro Deinde, vel præterea. Cic. 4. Acad. Itémque si id quod officij sit, non occurrit animo, nihil omnino aget. Idem 3. Verr. Idem 2. de Diuinat. Solis defectiones, itémque lunæ prædicuntur.

Iter,iteris,pen.corr. {πορεία} secundum Priscianum,neut.gen.Viam significat. Lucret.lib.5,
Concussos itere, & labefactos aere multo. Cic.Attic.lib.16.337, In quo flexus est ad iter Arpinas.
Iter(inquit Modestinus in l.iter actum.D. de seruit.rustic.præd.) est quo quis pedes vel eques commeare potest.

Itiner,pen.corr.itineris,n,gen.pro eodem {ἰδιωτικῶς.} Varro,Expectant itiner longo sermone leuare. Plaut.Merc.22,
Incœptum hoc itiner perficere exequar. Lucan.lib.6.
Iter dictum est, quòd vehendo quid teritur. Vel ab eundo,cuius supinum est itum:siue ab ito frequentatiuo.
Iter,de mari etiam dicitur. Terent.Heaut.3.4,
Aín' tu,tibi hoc incommodum euenisse iter?
s.Non herele Parmeno verbis dici potest
Tantum,quàm re ipsa nauigare incommodum est.
Iter diei,pro Spatio quod vno die conficere possumus. Liu.5. bell. Punici, Qui nuntiarent duos COSS. ad Beneuentum esse, diei iter à Capua.
Abest paucorum dierum iter,&c. Vide ABSVM.
¶Iter, itionem significat. Cic.ad Attic. lib.3.47, Sed itineris causa vt diuorterem, primùm est deuium, deinde ab Antronio, & cæteris quatridui.
Ambiguum iter.Pers.satyr.5.
Amœnum,ac molle iter.Quintil.lib.4.cap.2.
Arenosum iter.Plin.Iunior lib.2.epist.17,ad Gallum, Vtraque excipit iter aliqua ex parte arenosum, iumentis paulo grauius & longius, equo breue & molle.
Cæcum iter,Ouid 10,Metam.
Campestre iter,Vide Campestris,in CAMPVS.
Clausum iter vetito.Seneca Herc.fur.4.
Commodum iter.Colum.lib.1.cap.3.
Delicatum iter. Lactant.De opific.Dei,cap.20,Noluit deus hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere peruenire.
Iter deuium,Inaccessum,& à via remotum Cicero ad Attic.lib.14. 306, Tribonius itineribus deuiis proficisceretur in prouinciam.
Durum iter.Valer.1.Argon.
Parum fœlix iter,Ouid.epist.20.
Flexum iter.Lucret.lib.4.
Flexuosum iter.Celsi.lib.8.cap.1.
Immensum iter,Vide IMMENSVS.
Imperuia itinera. Tacit.lib.3.
Inexplicabile iter,Vide INEXPLICABILIS.
Infestum iter viæ.Lucret.lib.5. Vide INFESTVS.
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.Virgil.6.Æneid. Vide INSVETVS.
Interrupta & imperuia itinera.Tacit.lib.3.
Interseptum iter,Vide INTERSEPIO.
Iter irremeabile.Claud.2.in Eutrop.
Leue iter.Ouid.in Ibin.
Longinqua itinera,Vide LONGVS.
Longulum sanè iter,& via inepta.Cic.Attic.lib.13.337.
Modestum iter,apud Plinium in epist.
Molle iter.Quintil.lib.4.cap.2.
Noctiuagum iter.Valer.2.Argon.
Patens iter.Horat.3.Carm.ode 16.
Peruium cunctis iter.Seneca Octau.7.
Ratio,summa,vel tempus itineris.Cic.Famil.3.
Secretum iter.Horat.1.epist.19.
Tenebricosum iter.Carul.de Passere Lesbiæ,3.
Terrenum iter. Plin. lib. 6. cap. 17,Quinque non amplius dierum terreno itinere,ad Phasim,&c.
Transuersis itineribus quotidie castra mouebat.Salust.in Iugurth. de Metello.
Tutum iter & patens.Horat.3.Carm.ode 16.
¶Accelerare iter, Vide ACCELERO.
Agere iter in rectum.Ouid.2.Metam. de volante Mercurio.
Agere longum iter. Plin.lib.8.cap.42, Sarmatæ longinqua itinera acturi,inedia pridie præparant eos.
Altius egit iter.Ouid.8.Metam. de Icaro.
Aperire iter,Vide APERIO.
Auertere iter,Vide AVERTO.
Longum iter carpere.Horat.1.Serm.sat.5. Vide CARPO.
Supremum carpere iter,Mori.Horat.2.Carm.ode 17.
Celerare maximis itineribus. Tacit.lib.20, Vt quammaximis per ripam itineribus celeraret.
Claudere iter alicui.Ouid.8.Metam.
Coarctare iter,Vide COARCTO.
Committere se itinere.Cic.Philipp.12.
Comparare se ad iter,Vide COMPARO.
Componere itinera,Vide COMPONO.
Conferre iter aliquò. Brutus Ciceroni,lib.11.13, Meúmque iter eò contuli. Vide CONFERO.
Conficere iter.Cic.ad Atticum,lib.5.10,Nunc iter conficiebamus æstuosa & puluerulenta via.
Conficere iter pedibus. Cic.in Vatinium, Quum illud iter Hispanense pedibus ferè confici soleat,aut siquis nauigare velit,&c.
Consequi itinere,Vide CONSEQVOR.
Consumere iter in legendo,Vide CONSVMO.
Contenderè iter,Vide CONTENDO.
Continuare iter nocte & die,Vide CONTINVO.
Cõuertere iter aliquò.Cic.Attico,lib.3.43,Vibonem statim venias, quò ego multis de causis conuerti iter meum.
Conuertere iter ad,vel in prouinciam,Vide CONVERTO.
Conuertit iter ad vrbem Lucan.lib.3.
Tutum iter currit classis.Virgil.5.Æneid.
Decedere itinere,Vide DECEDO.
Rapidum iter deflectis.Lucan.lib.3.
Desistere itinere.Cæsar 5.de bel.Gal.
Dimittere iter cœptum.Ouid.2.Metamorphoseos,
Nec cœptum dimittit iter.
Dirigere iter. Plancus ad Ciceronem,lib.10.11, Quum ipse iter ad Mutinam dirigerem,in itinere de prælio facto audiui,&c.
Dirige nauis iter.Ouid.1.Fast.
Doctus iter melius.Horat.de Arte.
In fraudem ducebat iter.Sil.lib.5.
Effectum iam est iter.Ouid.6.Metam.
Emensi iter.Virgil.7.Æneid.
Expedire iter.Liu.lib.8.Decad.4.
Facere iter. Cic.Cn.Magno in Epist.ad Att.lib.8.159, Confestimq; eum Q.fratre & liberis nostris iter in Apuliam facere cœpi.
Iter facere vehiculis. Plin. epist.234, Ita inde postquam vehiculis iter facere cœpi.
Iusta itinera facere.Cic.ad Attic.lib.5 89,Cogitabam sine vlla mora iusta itinera facere.
Ferre iter per medium mare.Virgil.7.Æneid.
Impauidum iter ferre.Stat.1.Thebaid.
Flectere iter.Virgil.7.Æneid.
Frangere iter.Stat.12. Thebaid.
Gubernare iter.Cic.Famil.2.
Habere iter. Cic. Cn. Magno,in epist.ad Attic.lib.8.159, Cæsarem iter habere Capuam. Et ad Q.frat. lib.2.8, Quòd ille in Sardiniam iter habebat.
Impedire iter.Ouid.epist.20. Vide IMPEDIO.
Incedere itineri & prælio.Tacit.lib.1,Incessitque itineri,& prælio. Hoc est,ad iter & prælium.
Incipere iter,Vide INCIPIO.
Incœptare iter, Vide Incœpto,in INCIPIO.
Indicare iter,Vide INDICO.
Inducere in iter,Vide INDVCO.
Ingredi iter.Quintil.lib.3.cap.1.
Ingredi iter pedibus,& Ingredi iter equo.Cic.de Senect.
Insidere itinera,Vide INSIDEO.
Instare iter.Cic.ad Attic.13.
Instauirabat iter ad Argos.Stat.2.Thebaid.
Instituere iter,Vide INSTITVO.
Intendere iter,Vide INTENDO.
Intendere ad Prætorem,Vide INTENDO.
Intendere iter cœptum in Italiam,Vide INTENDO.
Intercipere iter,Vide INTERCIPIO.
Intercludere itinera.Vide INTERCLVDO.
Intermittere iter,Vide INTERMITTO.
Ire iter,vel itinere.Cic.ad Q.frat.
Iungere iter,Vide IVNGO.
Maturare iter.Cæs.1.de bel.Ciuil.
Mittere ex itinere,Vide MITTO.
Moliri iter.Seneca OEdip.13. Vide MOLIOR.
Munire iter,Vide MVNIO.
Obsepire iter alicui,Vide OBSEPIO.
Larum pandit iter.Seneca Herc.fur.9.
Solenne iter parare.Claud.2.in Eutrop.
Patefacere iter.Cic.pro Lege Manil.
Incœptum iter peragunt.Virgil.6.Æneid.
Propositum peragunt iter.Horat.2.Serm.sat.6.
Pergere iter,Vide PERGO.
Petere iter terra.Cic.pro Plancio,Iter à Vibone Brundusium terra petere contendi.
Præcipere iter. Liuius lib.3.Decad.1,Dum præciperent iter nuntij missi in castra. Hoc est, antè caperent. In vulgatis codicibus perperam legitur, præriperent iter.
Vnda præcluserat iter.Ouid.14.Metam.
Prærentare iter corniculis.Plin.lib.9. cap. 32, Iter corniculis prætentant cochleæ.
Procedere iter.Cæs.6.de bel.Gall.
Continuum die, noctúque iter properabat. Tacit.lib. 15, Etsi cœptum iter properasset.
Radit iter liquidum.Virgil.5.Æneid.de columba volante.
Iter nos raptat ad ostia ponti.Valer.2.Argon.
Remensus iter fesso gradu.Stat.3.Thebaid.
Remorari iter alicuius.Ouid.11.Metam.
Repetere iter.Ouid.3.de Arte.
Reprimere iter.Cic.ad Attic.10.
Cœptum iter rumpere.Ouid.3.Amor.eleg.5.
Institutum iter rumpere.Horat.3.Carm.ode 27.
Puppis soluit iter.Stat.5.Sylu.1.
Stratum militari labore iter. Quintil.lib.2.cap.13.
Supprimere iter.Cæs.1.de bel.Ciuil.
Est iter ei in Asiam. Hoc est proficiscendum illi, vel proficiscitur. Cic.ad Att.lib.3.46,Nobis iter est in Asiam maximè Cyzicum.
Esse in itinere. Brutus ad Cicer.lib.11. 20, Hæc quum audissem, & iam in itinere essem.
Per insidias iter est.Ouid.2.Metam.

Tendebat

Tendebat iter ad naues.Virgil.1.Æneid.
Medium tenebat iter classis.Virgil.5.Æneid.
Vertere iter aliquò.Virgil.5.Æneid.
Vertere iter à portu.Ouid.in Ibin.
Vestigare iter. Stat.11.Thebaid.
Vicit iter durum pietas.Virg.6.Æneid.
¶Iter,pro Incœpto & instituto. Cic.ad Q.frat.lib.3.19, Quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illâ disciplinam volo, & ipse puer magis illo clamatorio genere duci & delectari videtur, in quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus. Id est, nostro dicendi genere.
Recto itinere lapsi plerunque diuertunt.Quintil.lib.2.cap.3.
¶Itinera aquarum,pro Meatibus. Colum.lib.8.cap.17, Itineráque si loci natura permittit, omni lateri piscinæ dari conuenit. Id est meatus quibus aqua intret & exeat.
¶Iter pronũ ad honores, Via facilis & compendiosa. Plin.lib.8.ad Fabatum, epist. 10, Quibus videor à meo, tuóque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus.
Manifestum iter ad ingenij lumen ostendit. Quintil. in Proœmio libri 1.
Instruere iter ad bonam famam,Vide INSTRVO.
Amoris iter interrumpere. Cic. Attico, lib. 4. 71, Ne occupationi quidem tribuas: quæ etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, vt interrumpat iter amoris nostri,& officij mei.
Fortuna salutis monstrat iter.Virgil.2.Æneid.
Declive iter senectæ.Ouid.15.Metam.
Vocis iter habere.Ouid.2.Metam.
Vrinæ iter.Celsi.lib.7.cap.25 & 26.
Facere iter sceleri.Ouid.13.Metam.
Pergere iter ambitione,ac periculis vacuum.Tacit.lib.4.

Itero, iteras, penult. corr. {ἐπαναλαμβάνω} iterãre,Rursus aliquid agere,& quasi per iter factum reuerti.Plaut.Pseud.5,
Nolo bis iterare,sat sic longæ fiunt fabulæ. Liu.6. ab Vrbe, Resistere,atque iterare pugnã iubet. Sic Colum.lib.8.cap.8,Iterare dicta.
Aciem iterare, Vide ACIES.
Æquor iterare, apud Horatium lib.1. Carm.ode 7.pro Iterum nauigare. -eras ingens iterabimus æquor. Acron.
Fortuna tristi clade iterabitur.Horat.3.Carm.ode 3.
Cursus iterare.Horat.1.Carm.ode 34.
Iterare verba.Cic.in Partit.
Iterare vitam morte.Plin.lib.7.cap.55.
Vulnera iterata fixi.Stat.1.Sylu.2.
Iteraru ridiculum.Plaut.Casin.22,
Ita ridicula auditu,iteratu ea sunt, quæ ego intus tuli.
Itera dum,pro Itera adhuc,repete,die iterum. Cic.Tusc.1,Itera dum eadem ista mihi: non enim intelligo,quid summum dicas esse, quid breue. Idem ad Attic. lib.14.312. vbi mendosè ab aliquibus legitur Iterandum.
¶Iterare campum,terram,agrum, pro Iterum proscindere siue arare. Verbum agricolis familiare. Columella libro 2.capite 4,Colles pinguis soli, &c. Februario statim proscindendi sunt. Deinde de Aprili medio vsque in solstitium iterandi, tertiandsque. Sic Plinius lib.18.cap.19.
¶Iterare,pro Ire posuit Gellius lib.3.cap.18,Sed eos Senatores,inquit,qui magistratum curulem nondum ceperant,pedibus iterauisse in curiam. Quidam codices legunt itausse: & rectè,vt opinor. Vide Ito,itas,in ITO,is.

Iteratio,Verbale,Repetitio,resumptio. Cic.in Oratore,Itémque siquæ verborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requirent, erunt ab hac summissione orationis alienæ. Idem 3. de Oratore. Quintil.lib. 10. cap. 1, Lectio non cruda,sed multa iteratione mollita.
Iterationes. Quintil.lib.4.cap.2,Nam iterationes quidem, & παυτολογίας, & ἀδιαφορολογίας, quas in narratione euitandas quidã scriptores artium tradiderunt,transeo.
¶Iteratio, Arationis genus. Plin.lib.18.cap.20, Aratione per transuersum iterata,occatio sequitur:vbi res poscit,crate vel rastro, & sato semine iteratio.
¶Iteratio,Oleum secundæ pressuræ. aut ipsa secunda oleari pressura. Colum.lib.12. cap.50,Nam plurimum refert non miscere iterationem,multóque minus tertiationem cum prima pressura.

Iterum,penult.corr. {αὖ, αὖθις, εἰσαῦθις, ἐπὶδευτέρῳ, πάλιν} Aduerbium: Id est,tursus,denuo,iterato. Plaut.Pœnul.16,
Iterum mihi natus videor,quòd te repperi.
Iterum, pro Secundò. Cic. 1. de Inuent. Primò quidem decipi,incommodum est: iterum,stultum: tertiò,turpe. Plin.de Viris illustr. Iterum, & tertiò Consul,multa domi militiæque gessit. Cicero pro Rosc.Amer.Iterum ac tertiò nominaui.
Iterum & sæpius testis est Italia.Cic.pro Lege Manil.
Iterum ac sæpius.Plin.lib.10.cap.12.
Iterum atque iterum fragor intonat ingens.Virgil.8.Æneid.
Iterúmque iterúmque monebo.Virgil 3.Æneid.

Iteratò,pen.prod.Aduerbium,Idem quod Iterum.Vlpian.in l.qui bonis.D.de cessione bonorum.

ITHACA,penult. corr. {ἰθάκη} Ionij maris parua insula,Vlyssis patria. In ea etiam vrbs eiusdem nominis, vt inquit Ptolemæus libro 3. Ibi etiam mons Neritos: à quo tota insula quandoque dicta Neritos fuit. Virgil.3.Æneidos,
-Neritos ardua saxis. Plin.lib.8.cap.58,In Ithaca lepores illati moriuntur. De hac & Cicero lib.1.de Orat.
Sum patria ex Ithaca.Virgil.3.Æneid.
Non est aprus equis Ithacæ locus.Horat.1.epist.7.

Ithacus {ἰθακος} Vlysses dicitur & Ithacensis.Virgil.2.Æneidos,
Hoc Ithacus velit,& magno mercentur Atridæ.
Vlysses Ithacensis.Horat.1.epist.6.

Ithaceſius {ἰθακήσιος} Aliud adiectiuum.vt Sedes Ithacesia.Sil.lib.8.

ITHOME,penult prod.Oppidum in Peloponneso,itémque in Thessalia:vnde Ithomeus Iupiter. Stat.4 Thebaidos,
Planáque Messena,montanáque nutrit Ithome.

ITHONEA, Ciuitas in Bœotia, ab Ithonio Amphyctionis filio, quam alij Ithonem vocant. A qua & Pallas Ithonia est appellata. siue, vt Strabo inquit, ciuitas Thessaliæ ad Amphrisium fluuium sita. Quidam scribunt Itonia.

ITHYRA, penult. prod. {ἴθυρα} Vrbs in Tauro monte Parthiam versus. A qua
Ithyreus,pen.prod.Adiectiuum {ἰθυφάλλος} Lucan.lib.7,
Tunc & Ithyrei,Medíque,Arabésque soluto
Arcu turba minax. Est autem Ithyreus, epitheton arcus. vnde dicimus Ithyreos arcus, & Ithyreas sagittas, id est Parthicos arcus, & Parthicas sagittas, eo quòd Parthi præcipuè arcubus & sagittis vtebantur in prælio. Virgil.2.Georgicorum,
-Ithyreos taxi torquentur in arcus. Lucan.lib.7,
-Ithyreis cursus fuit inde sagittis. Alij scribunt Itureus, alij Ithureus,nonnulli Iturcus.

Itidem,pen. corr. Aduerbium {παραπλησίως} Similiter,eodem modo, quasi iterum idem.Terent.Eunuch.2.2,
Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Cic. 2. de Legib. Q. Quorsum istuc? M. Quia nunc itidem ab eodem & à cæteris diis immortalibus sunt nobis agenda primordia.
Itidem vt.Terent.Eunuch.1.2, -vt
Aut hoc tibi doleret itidem,vt mihi dolet. Idem Heaut.5.4,
Placet non fieri hoc itidem,vt in comœdiis,
Omnia omnes vbi resciscunt.
Itidem quasi.Plaut.Mostel.4. Idem Trucul.3,
-quasi in piscinam
Rete qui iaculum parat,&c. Itidem est amator.
Itidem & sæpe.Plaut.Capt.2,
Imprudens itidem & sæpe iam in multis locis
Plus insciens quis fecit,quàm prudens boni.

Itio,Ito,itas,Itur,Iturus,Itus,itus,itui,Vide EO,is.

ITVRAEA, regio est,à qua Ituræi populi, vt ait Probus, natio Syrtharum. Strabo lib. 17, Montanam, inquit, regionem Ituræi & Arabes habent,malefici omnes. Plin.lib.5,in parte Syriæ,quæ Cœle dicitur, scribit esse Ituræorum gentem. Vide ITHYRA.

ITYRISSA,ciuitas est Hispaniæ citerioris, cuius meminit Mela lib. 3. & Ptolemæus lib.2.

ITYMONEVS,teste Homero,Hyperochi filius,vir in primis strenuus: qui in bello Pyliorum cum Helidensibus ab Nestore iaculo est interfectus.

ITYS {ἴτυς} filius Terei regis Thracum, cõuersus in phasianum auem, dum epulandus patri Tereo à matre Progne apponeretur. Seruius apud Virgil.in Sileno. Vide Ouid.6.Metam.

Itylus,pen.corr. {ἰτυλος} Diminutiuum.Catul.ad Ortalum,epig.60, Daulias assumpti fata gemens Itylí.

I V

Iuba, iubæ {χαίτη} Crines animalium à collo pendentes. Cicero 2. de Nat.deor. Ex quodam poeta, Et Cæsar 1.belli Gall. Iubis equorum subleuati.
Iuba leonis. Plin. lib. 8. cap. 16, Leoni præcipua generositas tunc quum colla armósque vestiunt iubæ.
Iubæ gallinaceorum, pro Plumis quas dum ceruices erigunt, attollere videntur. Colum.lib.8.cap.2, Iubæ deinde variæ, vel ex auro flauæ,per colla cerui césque in humeros diffusæ.
Crispiores iubæ,Vide CRISPVS.
Diuisa iuba.Virgil.3.Georg.
Dextræ iubæ.Ouid.2.Metam.
Effusa iuba.Ouid.2.Amor.eleg.4.
Equinæ iubæ.Ouid.12.Metam.
Ludentes per colla iubæ.Sil.lib.16.
Lunata iuba,Vide LVNA.
Rutila iuba.Catul.de Berecynthia.
Sanguineæ iubæ anguium.Virgil.2.Æneid. Seruius interpretatur aut cristas,aut barbas.
Triplici iuba cristata galea.Virgil.7.Æneid.
Effundere iubam.Virgil.3.Georgicorum,
Talis & ipse iubam cerui ece effudit equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus. De Saturno in equũ mutato.
Iuba fusa,Hoc est ampla.Martial.lib.1.115,
Dum nulla teneri fordent lanugine vultus,
Dúmque decent fusæ lactea colla iubæ.
Ventilat aura iubas.Sil.lib.16.

Iubatus, pen. prod. Adiectiuum {χαιτώδης} Quod iubas habet:vt Iubatus equus.
Iubati angues,Id est cristati & cerui cibus erecti.Plaut.Amphit.17, Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo.
Fera iubata.Seneca Herc.fur.13.
Leo iubatus.Seneca Thyest.8.

IVBA {ἰόβας} rex Mauritaniæ, Pompeij partes secutus, quem Cæsar vicit, eiúsque filium in triumpho duxit. De quo Plutarchus in Cæsare.

Iubar, iubaris, pen. corr. neut. gen. {φῶς, σελάς} propriè stella, quæ ante solis ortum, Lucifer: post solis occasum, Vesper appellatur. ἀστροφέγγες à Græcis dicta. Iubar autem appellatur, quòd iubata appareat: vel quòd (vt ait Festus) splendor eius diffundat in modum iubæ leonis,radios. Virgil.4.Æneidos,
It portis iubare exorto.
Iubar,pro ipso splendore lucis.Ouid.1.Fastorum,
Et tremulum summa spargit in æde iubar. Iubar enim non tantum de solis seu stellæ, sed etiam de cuiuscunque rei splendore dicitur, vt auri,argenti,gemmarum.

Ardens iubar. Seneca Octau. 5.
Cristatum iubar galeæ. Stat. 3. Thebaid.
Flammeum iubar. Seneca Troad. 6.
Nitidum iubar. Ouid. 15. Metam.
Rubrum iubar. Lucret. lib. 4.
¶Iubar, quandoque ad hominis maiestatem trãsfertur. Claud. 2. in Ruffin. Per fratris regale iubar. Hoc est, splendorem regium.

Iubelius, Vide TAVREA.

Iubeo, iubes, iussi, iussum {εκκελεύω, κατακτάω, ἐπιτάσσω, κατακτάω, παραγγέλλω} iubêre, Imperare, Præcipere. Terent. Eunuch. 2. 3.

Iubésne? c H. iubeo, cogo, atque impero.
Iubeo dare. Terent. And. 3. 2, -post deinde
Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui
Date. Cic. 2. de Finib. Iubere dicere qua de re quis vellet audire.
Campos iubet esse patentes. Virg. 5. Æneid.
Pauperies iubet quiduis & facere & pati. Horat. 3. Carm. ode 24.
Silentia iussit dextrâ. Lucan. lib. 1.
Iubeo te. Plaut. Aulul. 4.
Aut si respexis, donec ego te iussero.
Iubere vt Plaut. Amphit. 4.
Iubet sententiam vt dicant suam.
¶Iubere, Decernere, vt ait Festus, & populi est proprié. Liu. 7. bel. Macęd. Senatus eam pacem, ferunandam censuit, & paucos post dies populus iussit. Idem 3. ab Vrbe, Id modò excepêre Patres, ne postea eosdem Tribunos iuberent. Id est, crearent.
Iubere bella. Lucan. lib. 8.
Classica iubere. Lucan. lib. 2,
Iámque secuturo iussurus classica Phœbo.
¶Iubere, Velle. Terent. Eunuch. 4. 7.
Quî scis an quæ iubeam, sine vi faciat? Donatus, Et mirè, non, velim, sed iubeam dixit. iubeam pro velim.
Iubet nos esse sine cura de Clodio. Cic. ad Attic. lib. 2. 39. Et 2. Verr. Cum hoc consistit, hunc amplexatur, hunc iubet sine cura esse. Videtur hîc horrari significare, sicut & apud Quintilianum, Spera tu, iube sperare matrem.
Iubeo te saluere, id est Volo, inquit Donatus. Plaut. Asin. 7. Terentius Andr. 3. 3, Iubeo Chremetem. Donatus, Subaudi, saluere. Horat. 1. epist. 10,
-Fuscum saluere iubemus. Cicero Attico, lib. 4. 83, Dionysium iube saluere.
Iubeto habere animum bonum. Plaut. Persa.
Iuberi ire salutatum. Martial lib. 1. 66. Vlp in l. quoties. §. seruus. D. de hæred. instit. Iuberi adire ab eo potest, cui alienatus est.
Iussitur. Cato cap. 14, Parietes omnes, vti iussitur, calce & cæmentis, &c.

Iussus, Participium {ἐπιτεταγμένος} Martial. lib. 1. 117.
Amissum non flet, quum sola est, Gellia patrem:
Siquis adest, iussæ prosiliunt lacrymæ. Liu. 1. ab Vrbe. Sed aliis alio itinere iussis certo tempore ad regiam venire pastoribus.
Iussus abire. Liu. 3. bel. Pun.
Fames iussa seruire. Lucan. lib. 1.
Fuga iussa. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.
Labores iussi. Ouid 9. Metam.

Iussus, huius iussûsin plurali Iussa, iussorũ {ἐπιτάγμ.} Iussus, Imperium: rarò reperitur, præter quam in ablatiuo iussu. Plaut. Amphit. 3, Iouis iussu venio.

Iussum, iussi {ἐπίταγμα, ἐπίταγμα} Idem. Plaut. Curcul. 7,
Postquam sum tuo iusso prosectus, peruenio in Cariam. Virgilius 8. ecloga, -accipe iussis
Carmina cœpta tuis. Cic. pro Cecinna, Sed quæro abs te, putésne si populus iusserit, me tuum, aut item te meum seruum esse, id iussum ratum atque firmum futurum?
Dura iussa. Ouid. 7. Metam.
Fera iussa imperij mei. Ouid. 2. de Remed. Amor.
Horrida iussa. Virgil. 4. Æneid.
Ingentia iussa. Virgil 7. Æneid.
Haud mollia iussa. Virgil. 3. Georg.
Regalia iussa. Virgil. 1. Argon.
Sæuissima iussa. Valer. 3. Argon.
¶Capessere iussa. Virgil. 1. Æneid.
Exequi iussa alicuius. Virgil. 4. Æneid.
Exuere iussa. Tacit. lib. 11, Ac ne iussa exuerent.
Facere iussa. Virgil. 1. Æneid.
Facessere iussa. Virgil. 4. Æneid.
Flectere iussa alicuius. Virgil. 11. Æneid.
Obtemperare iussis magistri. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.
Parare iussa. Virgil. 4 Æneid.
Pati iussa aliena. Virgil. 1. Æneid.
Patrare iussa. Tacit. lib. 20, Exitium ipsi, regnóque denuntiaret, ni iussa patrarentur.
Peragere iussa alicuius. Ouid. 2. Metam.
Rescindere iussa alicuius. Ouid. 2. Metam.

Iubilum, iubili, pen. corr. {ἰαχμὸς} dicitur id gaudium quod voce exprimitur, nec tamen verbis explicatur. Sil. lib. 14,
Et lætis scopulis audiuit iubila Cyclops.

Iubilo, iubilas, pen. corr. iubilare, Est rustica voce inclamare, inquit Festus.

Iubilatus, est clamor rusticorum, quiritatus vrbanorum, vt ostendit Valla ex authoritate Varronis.

Iucundus, Adiectiuum {ηδυτός, ἡδυπνοὸς, διαιρετὸς, ἡδονὴ, μαλθακὸς} A iuuo, iuuas, tertie Ciceronelib. 2. de Finib. Dicitur autem is qui causa extitit, alteri vt ille gaudeat. Iucundus, inquit Valla, non qui lætus est, sed qui lætitiæ est alteri. Vnde, iucundæ literæ, iucunda oratio, iucundus aspectus. Cic. Attico, lib. 1. 5, Quòd te de Tadiano negotio decidisse scribis, id ego Tadio & gratum esse intellexi, & magnopere iucundum. Idem 4. in Catil. Est mihi iucunda in malis, & grata in

dolore vestra erga me voluntas. Iucunda dixit (inquit Valla) quasi plena lætitiæ & voluptuosa.
Accidunt iucunda. Vide ACCIDO.
Mutare iucunda feueris. Vide MVTO.
¶Iucundi agri & fertiles. Cic. pro Lege agrar.
Aurææ iucundæ Zephyri. Catull. ad Seipsum, epig. 43.
Error iucundus. Ouid. 3. de Arte.
Iucundus homo alteri, Obsequiosus & obtemperans. Cicero pro Sextio, Qui instituta maiorum neglexerunt, & imperitæ atque concitatæ multitudini iucundi esse voluerunt.
Ioci iucundi. Ouid. 2. de Ponto, eleg 4.
Lumen iucundum cæli. Virgil. 6. Æneid.
Munera iucunda. Catul. de coma Berenicis, epig. 61.
Iucundus odor, Gratus & delectabilis. Plin. lib. 12. cap. 4, Vrituebenus odore iucundo. Sic Iucundus sapor, apud eundem libro 10. capite 60.
Paupertas iucunda. Tibul. lib. 3. eleg. 3.
Quies iucunda. Propert. lib. 1. eleg 10.
In rebus iucundis viue beatus Horat. 2. Serm. satyr. 6.
Tempus iucundum agere. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.
Viam iucundam efficere alicui. Ouid. 2. de Ponto, eleg 10.
Vita iucunda, & Vita grauis, contraria. Horat. Epod. 1.
Vita mihi iucundior. Catul. Argon. 59.
Voluptas iucunda. Lucret. lib. 2.

Iucunditas, pen. corr. iucunditatis {τερπνότης, μαλθακία} Delectatio. Cic. 2. de Finib. In eo autem voluptas, omnium Latinè loquentium more ponitur, quî percipitur ea quæ sensum aliquem moueat iucunditas. Hanc quoque iucunditatem, si vis, transfer in animum: iuuare enim in vtroque dicitur, ex eóque iucundum.
Vocis iucunditas, ac claritas. Quintil. in Procem. lib. 6.
Dare se iucunditati. Cic. 1. Offic. Atque etiam quum relaxare animos, & dare se iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerint verecundiæ.
Iucunditate perfundi. Cic. 2. de Finib. Vide PERFVNDO.
Permulcere iucunditate. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Iucunditates, Pluraliter {ἡδυσμάτ.} Cic. ad Attic. lib. 10. 197, Nihil mihi vnquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quàm quòd meam Tullíam suauissimè, diligentissimèque coluisti.

Iucundè, Aduerbium {τερπνῶς} Suauiter, dulciter. Cic. 1. de Finib. Clamat Epicurus is quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse iucundè viui, nisi sapienter, honestè, iustéque viuatur.
Idem pro Deiot. Quum in conuiuio comiter & iucundè fuisses.
Curare corpora iucundé. Lucret. lib. 2.
Iucundè aliquid narrare de aliquo. Cic. de Amicit.
Iucundissimè viuere. Cic. 2. de Finib.
Iucundè clere. Plin. lib. 31. cap. 3, Vnus in toto orbe traditur fons aquæ iucundè oriens in Mesopotamia.

IVDAEA {ἰουδαία} Syriæ regio. Ptolemæus Cosmographiæ lib. 4, Palæstina Syriæ, quæ Iudæa Syria appellatur. Plin. lib. 5. cap. 14, Palæstinam, Samariam, Iudæam, & Idumæam seiungit: Galilæam appellari illic asserens vbi Syriæ iungitur. In occasum autem trans Iordanem. Petream, Arabiæ proximam. Omnia hæc Ptolemæus Palæstinæ subdit, cuius tabulam Asiæ quartam diligenter inspicito.
Dedita Iudæa sacris incerti dei. Lucan. lib. 2.

Iudæus {ἰουδαῖος} Qui ex Iudæa est. Cic. de Prouinc. Consul. Iudæi & Syri nationes natæ seruituti.
Apella Iudæus. Horat. 1. Serm. satyr. 5. quòd pellem in parte genitali non habeat. Porphyr.
Curti Iudæi. Horat. 1. Serm. satyr. 9. Curtos dixit propter virilis membri recisam pelliculam. Porphyr.
Cultáque Iudæo septima sacra viro. Ouid. 1. de Arte.

Iudaicus, pen. corr. Adiectiuum {ἰουδαϊκὸς} Idem. Cic. pro Flacco, Aurum Iudaicum. Iuuenal. Satyr. 14, Iudaicum ius ediscunt.
Superstitio Iudaica. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Velis Iudaicis piugitur. India. Claud. 1. in Eutrop.

Iudex, Iudicatio, Iudicium, Vide IVDICO.

Iudico, iudicas, penult. corr. {κρίνω, διαιρέω, διαιτάω, διαγινώσκω} iudicâre, Quasi ius dicere.
Bre uiter & dilucidè iudicare. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Cominus iudicari. Plin. lib. 11. cap. 42. Vide COMINVS.
Perperam iudicare, Vide PERPERAM.
Incorruptè atque integrè iudicare, Vide INTEGER.
Iudicare animo suo. Terent. Adelph. 5. 6,
-hominem maximi
Pretij esse hodie te iudicaui animo meo.
Iudicare aliquem hostem. Cic. D. Bruto, lib. 11. 7, Quæ suum Consulem hostem iudicauerunt, séque ad salutem Reipub. defendendam contulerunt.
Iudicare aliquem ex ingenio aliorum. Terent. Eunuch. 1. 2,
Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.
Iudicare de aliquo. Cic. de Amicit. Sed vt mihi videris, non rectè iudicas de Catone.
De meo sensu iudico. Cic. 4. in Catil.
Iudicare de aliquo grauius, sic dictum, vt Grauius statuere. Cæsar. Nihil se propter inscientiam leuitatémque vulgi grauius de ciuitate iudicare. Budæus.
Iudicare quid interfit. Cic. de Amic. Concio quæ ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet quid interfit inter populatem, id est inter assentatorem, & leuem ciuem: & constantem, seuerum & grauem.
Iudicare & perpendere. Cic. de Petit. Consul. In iis omnibus generibus, iudicato atque perpendito quantum quisque possit.
Iudicatus sapiens oraculo Apollinis. Cic. de Amicitia, Athenis vnum accepimus, & eum quidem Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum.
Iudicare oculis. Cic. 1. Verr. Nunc verò quum id ita perspicuum sit, vt

sit, vt oculis iudicare possitis, nescio cur hoc mihi detrimento esse debeat.
¶Iudicare, Alicuius causam audire, & pro illa sententiam ferre, & datiuo construitur. Plaut. Menæh. 3,
Nam ego ad Menæhmum nunc eo, cui iam diu
Sum iudicatus, vtero eo vt me vinciat. Hoc est cui sum adiudicatus, siue iudicis sententia addictus.
Iudicare perduellionẽ alicui, pro Aliquem iudicare in causa perduellionis. Liuius 1. Decad. lib. 1, Duumuiros qui Horatio perduellionem iudicent secundum legem, facio.
Iudicare de aliquo, Condemnare. Cic. 5. Verr. Sed hoc mirer, quomodo de quo homine præiudicium noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipso non modò præiudicarit, verùm grauissimè ac vehementissimè iudicarit. Plaut. Rud 2.
Iudicare, cum genitiuo. Gellius lib. 20. cap. 1, Quantæque pecuniæ iudicatæ essent, prædicabatur.
Iudicatus debiti. Gellius libro 1. capite 1. non procul à fine, Confessis igitur æris, ac debiti iudicatis, triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa. Iudicatis, id est condemnatis.
Iudicatus pecuniæ, Multa pecuniaria condemnatus. Liuius 6. ab Vrbe, Centurionem iudicatum pecuniæ quum duci vidisset, medio foro cum caterna sua accurrit.
Iudicare contra. Cic. pro Flacco, Itaque recuperatores contra istũ rem minimè dubiam prima actione iudicauerunt.
Iudicare aliquid ex æquo & bono. Cic. pro Cecinna.
Iudicare de re aliqua inter aliquos. Cic. 1. de Orat.
Iudicare dissoluté. Cicero ad Quintum fratrem, libro 2. 15, Vestra culpa hæc acciderunt Equites Romani: dissoluté enim iudicatis.
Iudicauit iudicium inclytum inter deas tres. Cic. 1. de Diuin.
¶Iudicare, pro Iudices ferre, & iudicium indicere, siue diem dicere, more Græcorum, qui κρίνειν dicunt, pro diem dicere. Liuius 6. belli Pun. Tribuni plebis appellati. Quum collegæ negarent se in mora esse, quominus quod ei more maiorum permissum esset, seu legibus seu moribus malleț, anquireret: quoad vel capitis, vel pecuniæ iudicasset priuato: tum Sempronius perduellionis se iudicare Cn. Fuluio dixit: diémque comitiis à Caio Calphurnio Prætore vrbis petit. Budæus.
Iudicare sub formula, pro eo quod dicunt *Ad rigorem iuris*. Seneca de Clemen. 2, Clementia liberum arbitrium habet, nec sub formula, sed ex bono & æquo iudicat.
¶Iudicassit, pro Iudicauerit, Antiquum. Cic. 3. de Legibus, Quum magistratus iudicassit, interrogassitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.

Iudicatus, penult. prod. Participium {διαγνωθείς} Cic. 4. Verr. Atque vt aliquando de rebus ab isto cognitis iudicatísque, & de iudiciis datis dicere desistamus.
Iudicatum facere, pro Parêre iudicato, siue persoluere quod iudex dependendum esse pronũciauit. Vlpianus de Feriis. l. Quid si feriatis, Et si aliter aduersus ea iudicium erit: nequis iudicatum facere, néve soluere debeat: néve quis ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat. Cic. pro Flacco, Quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Budæus.
Ne iudicatum sit, pro Ne valeat sententia. Vlpianus de Feriis, Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum est ne his diebus iudicium fit, nisi ex voluntate partium. Budæus.
Res iudicata. Cic. pro Sylla, Status enim Reipub. maximè iudicatis rebus continetur.
Homo iudicatus, pro damnato. Liuius lib. 6, Eximendo de neruo ciues vestros, prohibendo iudicatos, addictósque duci. Cic. lib. 2. de Orat. Qui iudicatum duci videt. Id est condemnatum.

Iudicatio, Verbale, Cognitio, iudicatus. Græce κρίσις, Latinè id de quo agitur. Cicero in Topic. Idem 2. de Inuent. Quæstio in coniecturali eadem quæ iudicatio. Quintilianus libro 3. cap. 8, Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri non potuisti. iudicatio est an potuerit. Budæus.
Iudicatio, pro iudicandi facultate. Quintilianus lib. 6. cap. 5, Consilium est ratio quædam altè petita, habénsque in se & inuentionem & iudicationem.
Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Iudicatus, huius iudicatus, penult. prod. {κρίσις.} Iudicatio, iudicandi facultas. Cic. ad Attic. lib. 12. 241, De Corceio & Libone quæ scribis, approbo: maximè quod de iudicatu meo responsum sit.

Iudicatum, penult. prod. Substantiuum {τὸ κριθὲν} Est (vt ait Cic. 2. de Inuent.) de quo iam antè sententia alicuius aut aliquorum constitutum est. Idem pro Flacco, Frater meus pro sua æquitate prudentiáque decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret.

Iudicatò, Aduerbium {σφοδρῶς.} Gell. lib. 14. cap. 1, An ita seriò iudicatóque pronuntiaret.

Iudex, iudicis, penult. corr. {κριτὴς, διαγνώμων, δικαστὴς} dicitur quasi ius dicens populo: hoc est, iuris & æquitatis minister. Cicero pro Sexto Roscio, L. Cassius ille, quem Pop. Rom. verissimum & sapientissimum iudicem putabat, &c.
Neminem voluerunt maiores nostri non modò de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conueniret. Cic. pro Cluent.
Acumen argutum iudicis. Horat. de Arte.
Morum iudex. Iuuen. sat. 4.
Callidus, Vide CALLVS.
Candidus Horat. 1. epist. 4.
Corruptus. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Grauis. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.
Iniquus. Ouid. 12. Metam.
Manipularis, Vide MANIPVLVS.
Numarius, Vide NVMVS.
Obnoxius gratiæ, Vide OBNOXIVS.
Optimus, Vide BONVS.

Pedaneus, Vide PES.
¶Capere iudicem, Vide CAPIO.
Citare iudices, Vide CITO.
Cogendi iudices inuiti, Vide INVITVS.
Constituere iudicem de re aliqua. Cic. pro Domo sua.
Contorquere iudicem ad lætitiam, Vide LAETVS.
Dicere ad iudices, Vide AD præpositionem.
Dare iudicem de re aliqua. Cic. 5. Verr. De conuentu nullum vnquam iudicem nec recuperatorem dedit.
Eligere iudicem, Vide paulo pòst, Sortiri iudicem.
Iratum iudicem facere aduersario, Vide IRA.
Ferre alicui iudicem. Vide FERO.
Ponere iudicẽ. Cic. pro Sylla, Te enim existimo tibi statuisse quid faciendum putares, & satis idoneum officij iudicem posuisse.
Præbere se iudicem acrem vitiorum. Cic. 1. Offic.
Sedere iudicem, Iudicare. Cic. pro Rabir. Posth. Accusaui de peculiis repetundis, iudex sedi, Prætor quæsiui, defendi plurimos.
Sedere iudicem in aliquem, pro Iudicare causam alicuius. Cicero pro Cluentio, A quibus siquis quæreret sedissẽtne iudices in C. Fabritium: sedisse se dicerent.
Sortiri iudicem. Plin. in Præfat. Quamplurimum refert sortiatur aliquis iudicem, an eligat.
Sumere iudicem de re aliqua. Brutus Ciceroni, 6. 4, Flauius noster de controuersia quam habet cum Dyrrhachitis hæreditariam, sumpsit te iudicem.
¶Iudex rerum, pro Æstimatore. Horat. 2. Serm. sat. 7, -at ipse
Subtilis veterum iudex & callidus audis.
Æquus æstimator & iudex rerũ. Cic. 3. de Finib. Vide AEQVVS.
¶Iudex, fœm. gen. Ouid. 2. Metamorphoseos, -de cespite virgo
Se leuat, & Salue nunc, me iudice, dixit.

Iudicium, iudicij {κρίσις, διάγνωσις, διαδικασία, δίκη, ἔλεγχος} Legitimam contentionem significat, & disceptationem, quæstionem, siue litem. Cognitionem item, notionem, & existimationem siue opinionem. Cic. pro Cecinna, Omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt.
Iudicium capitis. Cic. 1. Tusc. His & talibus rationibus adductus Socrates, nec patronum quæsiuit ad iudicium capitis, nec iudicibus supplex fuit.
Iudicium & arbitrium. Cic. pro Quinto Roscio, Aliud est iudicium, aliud arbitrium: iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ.
Capitale iudicium. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Centumuirale, Vide Centumuir in CENTVM.
Constupratum, Vide CONSTVPRO.
Corruptum. Quintil. lib. 2. cap. 12. Vide CORRVMPO.
Damnatorium, Vide DAMNO.
Inuidiosum, Vide INVIDEO.
Numarium, Vide NVMVS.
Prudens syncerúmque iudicium. Cic. in Orat.
Purum iudicium. Cic. de Inuent. lib. 4.
Quadruplex iudicium, idem quod Centumuirale. Plin. Iun. lib. 1. epist. 18, ad Suetonium, Erã in quadruplici iudicio. Idem lib. 6. epist. 33 ad Romanum, Fœmina splendidè nata, nupta Prætorio viro, quadruplici iudicio bona paterna reperebat. Sedebant iudices centum & octoginta: tot enim quatuor consiliis cõscribuntur. Stipatum tribunal atque etiam ex superiore Basilicę parte, quâ fœmineę, quâ viri, & audiẽdi & visendi studio imminebant. Magna expectatio. Secutus est varius euentus: nam duobus consiliis vicimus, totidẽ victi sumus. Quintil. lib. 12. cap. 5, Habuit Oratores ætas nostra copiosiores: sed quũ diceret, eminere inter æquales Trachallus videbatur: ea corporis sublimitas erat. is ardor oculorum, vox quidem non vt Cic. desyderat, penè tragœdorum, sed super omnes quos ego quidẽ audierim tragœdos. Certè quum in Basilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia (vt moris est) cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, & (quod agentibus cæteris contumeliosum fuit) laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.
Recuperatorium iudicium. Cic. de Inuent. lib. 2.
Tacitum iudicij. Cic. Att. lib. 4. epist. 15, Senatus decreuit, vt tacitum iudicium ante comitia fieret, &c. Tacitũ iudicium vocat, quod factum non ederetur. Hoc autem decreuit Senatus, vt qui nullo pudore prohiberentur ab effuso ambitu, largitionem omitterẽt: quum intelligerent futurum, vt irrita esset designatio, si damnati tacito iudicio fuissent. Erat igitur ad cohibendam largitionis impudentiam quasi frænum quoddam taciti iudicij timor.
¶Absoluere se iudicio ab aliquo, Vide ABSOLVO.
Acipere iudicium, pro Defendere. Cic. pro Quintio, Fatetur enim libellos Alphenum deieciſſe, vadimonium promisisse: iudicij quum acciperet in ea ipsa verba, quæ Neuius edebat, non recusasse. Budæus. Vide ACCIPIO.
Accipere iudicium pro aliquo. Cic. pro Quintio.
Adducere in iudicium, Accusare. Cic. de Optimo genere Orat. Hunc igitur Ctesiphonem in iudicium adduxit Æschines. Bud. Vide ADDVCO.
Adesse iudicio & ad iudicium, Vide ADSVM.
Adumbrare iudicium, Vide ADVMBRO.
Iudicium agi dicitur. Plin. lib. 9. cap. 35.
Arcessere aliquem iudicio, Vide ARCESSO.
Auferre iudicio, Vide AVFERO.
Cadere sub iudicium, Vide CADO.
Calent iudicia, Vide CALEO.
Circunueniri iudicio, Vide CIRCVNVENIO.
Claudere iudicium militibus armatis. Quintil. lib. 4. cap. 2, Aut si Cn. Pompeius, qui propter aliquam gratiam iudicium militibus armatis clauserat, tanquam aduersus existimaretur.
Committere iudicium. Cic. pro Sexto Roscio, Iudicium inter sicarios hoc primum committitur.

Maturo iudicio condemnari, Vide MATVRVS.
Constare iudicium. Cic. pro Rosc. Amer.
Constitere iudicio, Vide CONFLIGO.
Confirmare iudicium. Cic. Nunc meum iudicium multò magis confirmo, &c.
Constituere in aliquem capitis iudicium, Vide CONSTITVO.
Contaminare iudicium. Cic. Verr. 1.
Conticere iudicium. Cic. in Pisonem.
Contradictũ iudicium. Vlp. in l. Quũ de cõsuetudine. D. De legib.
Deducere rem aliquam in iudicium, Vide DEDVCO.
Deferre iudicium à subselliis in rostra: Id est, A iudicibus ad populum. Cic. pro Cluent.
Dictare iudicium. Paulus in Lactione. D. Pro socio.
Differre alicuius rei iudicium. Quintil. lib. 2 cap. 4.
Dare iudicium: vt dare actionem. Cic. 4. Verr. Dubium nemini est quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate qui iudicia dant, & eorum qui iudicant.
Dare iudicium in aliquem. Cic. 3. Verr. Et pro Flacco, In Lurgo-nisi libertum iudicium ex edicto dedit.
Edere iudicium. Iulian. in l. Si fine iudice. D. Rem rat. haberi.
Emendare vrbes iudiciis. Quintil. in Procem. lib. 1.
Exercere iudicium Prætor dicitur. Cic. pro Cælio, Omnibus negotiis intermissis, vnum hoc iudicium exerceatur.
Exercere iudicia alicuius rei. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Fit iudicium. Cic. pro Quintio, Prætor iudicium prius de probro quàm de re maluit fieri.
Facere iudicium de aliquo, siue de re aliqua. Cic. ad Atticum, lib. 7, Mihi venit in mẽtem multum fore sermonem, me iudicium iam de causa publica fecisse. Idem Appio, lib. 11. 29.
Intendere iudicium. Cic. de Arusp. resp.
Iudicare iudicium inclytum, Vide IVDICO.
Liberare iudicio. Cic. M. Aquilium, & quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt.
Moliri corruptelam iudicij, Vide MOLIOR.
Mutare iudicium. Sallust. Profectò existimabunt me magis merito, quàm ignominia iudicium animi mutasse.
Occurrere ad iudicium. Vlp. in l. 2. §. 1. D. Si quis cautionibus, Si ad testimonium desyderatus, ad iudicium occũrere non potuit: erit ei subueniendum.
Opprimere iudicio, Vide OPPRIMO.
Iudicio perfundere. Cic. pro Sexto Rosc. Vide PERFVNDO.
Perpetrare iudicium. Tacit. lib. 13, Cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudicium erat.
Pronuntiare iudicium. Cic. in Pisonem, Tum tu ipse de te sententiam tulisti, tum iudicium pronuntiauisti.
Reddere iudicium. Author ad Herenn. Quod genus M. Drusus Prætor vrbanus, quod cum hærede mandati ageretur, iudicium reddidit, Sextus Iulius non reddidit.
Reddere iterum iudicium, De re iudicata iterum iudicare. Terentius Phorm. 2. 3,
At tu qui sapiens es, magistratus adi,
Iudicium de eadem causa iterum vt reddant tibi.
Rescindere iudicium. Cicero, Simulac tute cœperis tua iudicia rescindere, &c.
Silere iudicia. Cic. in Pisonem.
Sistere iudicio, vel in iudicium, Vide SISTO.
Solicitare iudicium alicuius donis. Ouid. epist. 15.
Subscribere iudicium cum aliquo, Vide SVBSCRIBO.
Tollere iudicia. Cic. de Prouinc. Consul.
Venire ad iudicium, vel in iudicium. Vlp. in l. 1. §. Dolum. D. De eo per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistat. Si quis venienti ad iudicium aliquid pronũtiauerit triste, propter quod his necesse habuerit ad iudicium non venire. Paulo pòst: Si ex stipulatu conueniatur de pœna, quòd ad iudicũ venerit. Iulianus in l. 3. eod. tit. Si à fideiussore quinquaginta stipulatus fuero, si in iudicium non venerit, petiturus à reo centum: & dolo Sempronij factum fuerit, ne in iudicium reus veniat: cẽtum à Sempronio cõsequar. tanti enim mea interfuisse videtur: quia si venisset in iudicium, actio mihi centum aduersus eum competebat.
Vocare in vel ad iudicium. Cic. pro Corn. Balbo.
¶ Acre iudicium. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Iudicium acre & certum. Cic. 3. de Orat.
Cælestia iudicia. Quintil. in procem. lib. 4.
Circunspectum iudicium, Vide CIRCVNSPICIO.
Firmius iudicium. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Firma, iámq; extra periculum posita iudicia. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Graue iudicium subire. Claud. in Præfat. de bel. Getico.
Intelligens iudicium, Vide INTELLIGO.
Liberale iudicium. Quintil. lib. 6. cap. 3. Vide LIBER.
Limatum & politum iudicium. Cic. Volumnio, lib. 7. 34.
Nonnullum de suo ingenio iudicium fieri, Vide NONNVLLVS.
Peracre iudicium, Vide PERACER.
Subtile iudicium. Horat. 2, epist. 1.
Syncerum & subtile iudicium. Cic. Catoni, lib. 15. 6.
Varia sunt iudicia: vt in Græcis. Cic. in Orat.
Varia sunt hominum iudicia, variæ voluntates. Plin. Iunior lib. 1. epist. 2. ad Cornel. Tacit.
Falli iudicio. Quintil. lib. 2. cap. 4, Ita & ingenio gaudebant, & iudicio non fallebantur.
Flectere iudicium suum. Brutus ad Ciceronẽ, 16. 19, Si flexerit aduersus alios iudicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio. Vide FLECTO.
Habere iudicia populi. Cic. 1. Philipp. Et populi quidem Romani iudicia multa ambo habetis.
Habere iudicium de aliquo. Cic. ad Attic. lib. 14. 3to, Si bonitas tua responderit iudicio meo quod semper habui de te, gaudebo.

Habere iudicium de, Aliter. Cic. pro Plãcio, Tum hercle me confitear non iudicium aliquod habuisse de Reip. vtilitate. Id est nihil respexisse Remp.
Interponere iudicium. Cic. ad Attic. lib. 8. 14, Scripsíque sedatiore animo, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum.
Interponere alicui rei suum iudicium. Quintil. lib. 1. cap. 7, Iudicium autem suum grammaticus interponat his omnibus.
Permittere omnia iudicio alterius. Vide PERMITTO.
Acri iudicio perpendere aliquid. Lucret. lib. 2.
Præbere iudicia alicuius rei. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Iudicio minus firmo prædirus. Cic. in Orat.
Stare suo iudicio. Cic. 3. Offic. Non enim suo iudicio stetit, sed suscepit causam vt esset iudicium Senatus.
Subire iudicium graue. Cic. 1. de Orat.
Opinio populi & iudicium intelligentium. Cic. de Claris Orat. Qui vulgi opinione disertissimi habiti sint, eosdem intelligentium quoque iudicio fuisse probatissimos.
Emereri hominum iudicium. Quintil. in Procem. lib. 4.
Meo iudicio. Cic. de Claris Orat. Intráque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio est postea consecutus. Id est opinione mea, siue quaratum iudicare possum, & vt sentio.
Meum iudicium fuit, Ita existimaui. Cic. 1. Tusc. Sed meum semper iudicium fuit, omnia nostros aut inuenisse per se sapientius quàm Græcos, aut accepta ab illis fecisse meliora.
Iudicia. Satis est obscura & perturbata indiciaria cognitio. itaque studiosis vtile futurum putamus, si quæ legendis veterum libris obseruauimus, afferantur. sic enim aut tora res parebit. aut certe minus obscura videbitur. Ac primùm illud ponam, decẽ leges à me esse notatas, quæ diuersis temporibus Romæ de iudiciis latæ sint, Semproniam, Seruiliam, Liuiam, Plotiam, Corneliam, Vatiniam, Aureliam, Pompeiam, Iuliã, Antoniam: quibus de singulis agendum est. Ante C. Sempronij Gracchi tribunatum soli senatores, vetustissima, vt opinor, Romuli lege, iudicabant, exceptis caussis, in quibus de pecuniis ob iudicandum captis ageretur. nam de his ad equites quæstio pertinebat. idque non antiquum fuisse, sed tributum esse equestri ordini ætate Ti. Sempronij Gracchi Tiberij, & C. patris, qui etiã senatum, quòd id fieri passus esset, reprehenderit, cum futuras ex eo publicas discordias calamitatésque prædicerer; Appianus historiæ suæ libro 1. scriptum reliquit. C. Gracchus, Tiberij filius, Tribun. pleb. Cn. Domitio Ahenobarbo C. Fánio Nepote coss. legem tulit, quam paucis antè annis frater eius Tiberius ferre conatus erat, vt equites soli iudicarent. sic enim ex Velleio, Pediano, Appiano, Cicerone ipso cognoscitur. Postea Q. Seruilius Cœpio consul, qui postea cum Cimbris malè pugnauit, legem rogauit, vt cum equitibus, qui antea lege C. Gracchi soli iudicauerant, etiam senatores iudicarent: hanc tamen legem, quam & Cassiodorus, & Obsequens, & Cicero ipse latam significant, non multo pòst esse abrogatam, ex eo suspicor, quòd pauci pòst annis C. Norbanum, quo accusante Cæpio damnatus erat, non ab equitibus & senatoribus, sed à solis equitibus esse iudicatum, Cic. lib. 2. de Oratore declarat his verbis, Animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices caussa agebatur, ad Q. Cæpionis odium, à quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam, atque reuocabam. Facit etiam meæ illa ratio, quòd, quum M. Liuius Drusus Tribunus pleb. Philippo & Cæsare coss. legem tulerit, vt cum equitibus senatores iudicarent; quod proximè probauimus: manifestum est, solos equites ante Drusi tribunatum iudicasse. Præterea, scriptum est apud Ciceronem in oratione pro C. Cornelio, non ante legem Plotiam senatores cum equitibus iudicasse. at, legem Plotiam Pompeio, Strabone, & Porcio Catone coss. latã esse, Pedianus docet. ex quo, legis Seruiliæ de communicãdis inter equites & senatores iudiciis nullam habitam esse rationem, ac ne Liuiæ quidem, quæ id sanxit, facile est cognoscere. Post Cæpionẽ M. Liuius Drusus tribunus pleb. eius Drusi filius, quo Tribuno pleb. ad labefactãdam C. Gracchi potentiam senatus vsus erat, L. Marcio Philippo Sex. Iulio Cæsare coss. tulit ad populum vt cum equitibus senatores caussas cognoscerent. cuius legis, Philippo cõsule referente, S. C. sublatis, in eundem, quo antea fuerat, statum re iudiciaria restituta, soli equites ex lege Gracchi iudicarunt. Anno deinde interiecto, M. Plautius Silanus Tribun. pleb. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone coss. qui fuit annus belli Italici secundus, tulit ad populum, vt singulæ tribus è suo numero quinos denos, per annum iudicaturos, suffragio crearent. quo factum est, vt senatores quoque in eo numero essent, & quidam etiam ex ipsa plebe. Pòst victor Sylla, dictator primus Reip. cõstituendæ caussa factus, infensus equitibus, quia pro Cinnanis partibus steterant, legẽ tulit, vt nemo, nisi qui senator esset, iudicare postset. quod ante C. Gracchi tribunatum fieri solitum esse diximus. Sylla mortuo, quod ille sanxerat, per annos xx. seruatum est, hoc est vsque ad Cn. Pompeij & G. Crassi primum consulatum: quo anno L. Aurelius Cotta prætor populum rogauit, populúsq; iussit, vt tres ordines, senatores, equites, tribuni ærarij simul iudicarẽt. tametsi, & centurionibus aditum ad res iudicandas patuisse hac ipsa lege, & sequẽtibus duabus, de quibus dicemus, Pòpeia, & Iulia, census tamen præfinito, Cic. docet in Philippica 1. videtur autẽ Paterculus, nisi mendosi libri sunt, neque tempus, neque sententiam huius legis perfectè nouisse: qui lib. 2. legem à Cotta latam per id tẽpus significet, quo Gabinius Tribunus pleb. rogationem tulit, vt Pompeius cõtra piratas summo cum imperio mitteretur. quod falsum esse constat. nam Gabinius biennio post Pompeij consulatũ, hoc est Pisone & Glabrione coss. eam legem tulit: quod & Velleius ipse asserit, & inde facile licet existimare, quòd, absoluto bello piratico, statim C. Manilius Tribunus pleb. tulit ad populum, vt Mithridaticum bellum Pompeio mandaretur. id Plutarchus Velleiúsque confirmant. Manliam autem legem Cicerone prætore latam esse, luculenta ipsius oratio declarat. porrò Ciceronem gessisse præturam Lepido & Tullo coss. qui fuit annus post Pisonis & Glabrionis consulatum proximus, quis est qui ignoret? restem habemus Pedianum: vt alia, quæ facile probarent, argumenta

menta prætermittam. tulit igitur de piratico bello rogationẽ Gabinius tribun. pleb. Pisone & Glabrione coss. at Cotta, quum rogationem de iudiciis eo anno tulerit, quo designatus ædilis Cicero Verrem accusauit, defendente Hortensio consule designato; planè videtur eo anno tulisse, quo Pòpeius & Crassus consules fuerunt. quod apertè Dio narrat. Hoc de tempore, quod ad sententiam attinet; non video, qui probari possit id, quod idem narrat, Cottam iudicãdi munus inter equites & senatum æqualiter esse partitum; quũ eam potestatem nõ his modò, sed præterea tribunis ærariis esse permissam, sexcenti loci demonstrent: nisi fortè illud, (libenter enim tueor antiquitatem) æqualitatem inter vtrunque ordinẽ partitus est, ideo Paterculus dixit, vt significaret, non solùm senatum, vt antea, sed equestrem pariter ordinẽ pòst legem Aureliam iudicasse: vt ærarios tribunos, qui deinde cum senatoribus & equitibus iudicarunt, etsi non nominauit, non tamen excluisse videatur. quo modo & Cic. lib. 5. in Verrem locutum videmus. ait enim, quũ Cottæ legem significet: Iudicium de iudicibus, & de re futurum est. at quo tempore futurũ est? nẽpe eo, quum populus Rom. aliud genus hominum, atque aliũ ordinẽ ad res iudicandas requirit, nẽpe ea lege de iudiciis iudicibúsq; nouis promulgata. Alium ordinem, dixit, quũ tamen nõ vno de ordine, sed de tribus, hoc est de senatoribus, equitibus, tribunis ærariis in ea lege mẽtio fieret. Eodémq; modo, quum censorum iudicia rescissa esse iudicum sententiis, significare veller, in oratione pro Cluentio loquutus est. Senatores, inquit, equitésq; Romani in cõpluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, fuæ potius religioni, quàm censorum opinioni, paruerunt. & in Diuinatione: Iudicioru leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas postulatur. Pedianus etiam in commentario 2. orationis in Verrem, Cortam, inquit, prætorẽ significat, qui legẽ promulgarat de restituendis equestri ordini iudiciis. quum tamen Cottæ lex non de vno equestri ordine, sed de senatoribus, equitibus, tribunis ærariis mentionem faceret. Plutarchus etiã in Pompeio iudicia ad equites, ait, esse trãslata: quum tamẽ lege Cottæ inter tres ordines essent cõmunicata. Quod siquis putat in vno ordine, quem Cicero ad res iudicandas requiri significat, simul cum equitibus tribunos ærarios intelligi; opinione fallitur. nam senatores, equites, tribuni ærarij, non ordines duo, sed tres à scriptoribus antiquis appellãtur. itaque Pedianus in commentario Cornelianæ, L. Cotta, inquit, lege sua iudicia inter tres ordines communicauit, senatum, equitem, tribunos ærarios: & in commẽtariis duarum orationum, in Pisonem, in extremo; pro Milone, in principio. Lex Vatinia secura est. tulit enim eam, vt opinor, P. Vatinius tribunus pleb. Cæsare & Bibulo coss. qua sententia, nondum inuenire potui: Sed fuisse popularem, quum Vatinius senatũ, senatus illum vehementer oderit, facilè possum existimare. Lex Pompeia, quam tulit Cn. Pòpeius Magnus in consulatu 2, nihil ab Aurelia de tribus ordinibus differebat, nam postea de tribus ordinibus iudicantibus exempla multa sunt, maximéq; apud Pedianum) sed ex amplissimo censu, è centuriis legi iudices iubebat. Iulia, quã C. Iulius Cæsar, rerum potitus, tulit, iudicia ad duo genera iudicum redegit, eque strem ordinem, ac senatorium: tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit. Antonia consularis, M. Antonij, qui 3 vir. fuit, hoc sanxit, vt ad duas iudicum decurias accederet tertia è centurionibus, hoc est, vt cũ equitibus, & senatoribus (tertium enim ordinem, tribunos ærarios lex Iulia sustulerat) centuriones iudicarent. quod genus hominum ne superiores quidem leges, Iulia, Pompeia, Aurelia, iudicandi iure excluserant; sed præscripserant, quo censu eos esse oporteret: sicuti senatoribus quoque, & equitibus, & tribunis ærariis cẽsus erat præfinitus: quum in iudice, vt ait Cic. & fortuna spectari deberet, & dignitas. Antonij verò lex plus æquo impudens & dissoluta, quæ rationem census nullam habuit, omnibus, quicunque ordinem duxissent, iudicãdi potestatem permisit. atque hanc Antonij legem de tribus decuriis nõ esse abrogatã, quum ille hostis iudicatus est, quũ eiusdem legem de sacerdotiis abrogaram esse videam, è Suetonio cognoscitur: qui in Augusto ita scripsit: Ad tres iudicum decurias quartam addidit, ex inferiore censu, qui ducenariorum vocaretur, iudicia: eúrque de leuioribus summis. Hæc de ordine iudicioru, pro variis legibus, vario. De numero autem iudicum, lex Gracchi ccc fecit, omnes ex equestri ordine, totidem, quot antea senatores iudices fuerant: lex Drusi ccc equites, & ccc senatores, numero pari: lex Plautij dxxv: iussit enim ex singulis tribubus, quæ xxxv erant, quinos denos creari: lex Syllæ ccc omnes ex ordine senatorio. lex Aurelia cum lege Syllæ de numero, vt opinor, congruebat, quum in ordinibus differaret. nam libro epist. fam. 8, de iudicibus ccc, quum lex Aurelia seruaretur, mẽtionem fieri video. quod si ita est, auctum deinde numerum esse lege Pompeij, vere dicemus: quia Velleius auum suum inter cccl x à Pompeio lectũ esse narrat, eundémque numerum Plutarchus in Pòpeio tradidit. lex Cæsaris, quam de tribus ordinibus vnum, vt diximus, sustulerit; numerum simul iudicum, vt ego sentio, cõmutauit. lex Antonij quum tertiam decuriam addiderit; satis liquet, eorum, qui res iudicarent, amplorem numerum esse factum, quẽ rursus & ab Augusto esse auctum quum ad tres decurias quartam addidit, facilè cognoscitur. De iudicum ætate lex quem fuisse, ne quis intra xxx ætatis annum iudicaret, facile possum ex eo coniicere, quod Suetonius de Augusto scripsit: Iudices à xxv ætatis anno elegit, id est quinquennio maturius, quàm solebant. Calistratus quidem iurisconsultus, lege Iulia cautum esse, ait, ne minor annis xx iudicare cogeretur, néve minorem annis xx compromissarium iudicem liceret eligere. Sanxit idem eadem lege, vt opinor, de numero patronorum. nam ante L. Domitij Ahenobarbi & Ap. Claudij Pulchri consulatum raro quisquam pluribus, quàm quatuor, patronis vsus erat: his consulibus M. Scaurum, de repetundis accusatum, sex defenderunt. eóque progressa res est, vt eadem caussa post bella ciuilia nonnunquam à duodecim patronis ageretur. cui licentiæ, vt in Pediano scriptum est, C. Cæsar dictator, lege modum imposuit. Et fortasse idem Cæsar, qua in lege de numero patronorum, in eadem tulit de ratione iudicandi, quod

Gellius libro 14. capite 2, significare videtur his verbis: Atque in rerum quidem difficilionibus, comperendinationibúsque, & aliis quibusdam legitimis in rebus ex ipsa lege Iulia, & ex Sabini Massurij, & ex quorundam aliorum iurisperitorum commentariis commoniti sumus. Legimus etiam apud Priscianum de lege Lætoria, quæ minorem annis xxv stipulari vetabat. Addatur aliquid de personis, quæ facinus iudicare possent, & de caussis, in quibus possent, tum de indiciis, déque testimonij dicendi potestate. ac primum illud ponatur, legibus eos iure iudicandi non esse exclusos, quos ignominia censores notassent. id Cicero significat his verbis in oratione pro Cluentio. In omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus caussis aut magistratum capere non licear, aut iudicem legi, aut alterum accusare, hæc ignominiæ caussa præterm issa est. timoris enim caussam, non vitæ pœnam in illa potestate esse voluerunt. & ibidem, paulo pòst: Prætores vrb. qui iure debent optimũ quemque in selectos iudices referre, nunquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse duxerunt. Postea tamen inductum video lege Iulia, vt senatu moti iudicare non possent quod & lege Cassius, de senatoribus, traditum est; & Paulus quoque, vt proxime docebimus, significat. Turpi autem iudicio damnatis adempram esse iudicandi potestatem, idem Cicero in eadem oratione, paulo antè, demonstrat. Quod si, inquit, illud iudicium putaretur: vt cæteri, turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate priuantur; sic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. turpia verò, famosáque iudicia erant, calumniæ, prævaricationis, furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, pro socio, mandati, tutelæ, depositi, & alia quædam à Iuliano memorata digest. lib 3. Famosos etiam, non minus, quàm qui turpi iudicio damnati essent, Pegasus & Nerua filius eos iudicarunt, qui quæstus caussa in certamina descẽdissent, aut propter præmium in scenam prodissent. athletas autem, quia ludicram artem non facere, sed virtutis gratia exerceri viderentur, infamia liberabat Sabinus & Cassius. quæ scripta sunt apud Vlpian. Præterea, quum ab eodem ita traditum sit libro digest. 48, qui iudicio publico damnatus esset, eũ ius accusandi non habuisse, nisi fi libertorum, vel patronorum suorum mortem, vel rem suam exequeretur; cõsentaneum videri potest, eundem iudicandi munere exclusum, quandoquidem ad rationem accedit authoritas. nam ita scriptum postea compari apud Marcellum iurisconsultum. Omnes etiam de vi priuata damnatos iudicare lex Iulia prohibebat. qua de re Martianus his verbis lib. digestorum 48: De vi priuata damnati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur: & cautum est, ne senator sit, aut decurio, aut vllum honorem capiat; néve in eum ordinem fedeat, néve iudex sit. Huc illa pertinent, quæ tradita sunt à Paulo iurisconsulto: quę seruata credimus etiam reip. temporibus. nihil enim à iure, aut æquo dissentiunt. Quidam, inquit, lege impediuntur, ne iudices fiat; quidam moribus: quidam natura. natura, vt surdus, mutus, & perpetuò furiosus, & impubes, quia iudicio carent: moribus, vt fœminæ, & seruis, non quia non habeant iudicium; sed, quia receptum est, ne ciuilibus fungantur officiis: lege, qui senatu motus est. qui verò possunt esse iudices, nihil interest, in potestate, an iuris sint. Cum iudicibus rectè cõmungentur testes. itaque subscribimus ea, quæ de testimonio dicendo idem Paulus tradidit. Lege, inquit, Iulia, & Papia iudiciorum publicorum cauetur, ne cui inuito denuntietur, vt testimonium dicat aduersus socerũ, generum, vitricum, priuignũ. Cassius etiam Longinus, cuius libri non extant; sed eorum testimonio Martianus digest. lib. 1. vtitur; putabat, ei, qui ob cupitudinem senatu motus, nec restituetus esset, non licere neque iudicare, neque testimonium dicere: sequia lex Iulia repetundarum ea fieri vetaret. Calumniæ damnatis publico iudicio quid liceret, satis apertè Papinianus præclara sanè verba demonstrant. Quæsitum, inquit, scio, an in publicis iudiciis calumniæ damnati testimonium iudicio publico perhibere possint. sed neque lege Rhemnia prohibentur: & leges Iuliæ de vi, repetundarum, peculatus eos homines testimonium dicere non vetuerunt. veruntamen, quod legimus, omissum est. non omittetur religione iudicantium: ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonij fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. Mulieribus quoque videtur licuisse testimonium dicere: si quidẽ non licuisse de adulterio damnatis, Paulus indicat his verbis: Ex eo, quòd prohibet lex Iulia de adulteriis testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres testimonium in iudicio dicendi ius habere. Dictum est de iudicio, & testimonio: superest de indicio. Senatori indicium profiteri saluis legibus non licebat. aliis impunitas dabatur, nec tamen omnibus in caussis, sed prodit: onis, manifestatis, & siquid huiusmodi in caussa reperundarum non dabatur: itaque nec per iudices agi solitum esse legimus. Non est ab hoc genere aliena Memmia lex: quæ, si vocarẽtur in iudicium ij, qui reip. caussa abessent, eorum recipi nomina vetabat. itaque C. Cæsar, quum in prouinciam, peracto cõsulatu, abisset, & ab L. Antistio tribuno pleb. Romæ appellatus esset, appellato collegio obtinuit, ne, cum reip. caussa abesset, reus fieret. Non abhorret à legibus de iudicijs lex illa, quam C. Calpurnio Pisone, M. Acilio Glabrione coss, C. Cornelius tribunus pleb. tulit, vt prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent: quum antea, vt quisque auaritia, aut ambitione duceretur, varie ius dicere consuessent. de quo scriptum est apud Pedianum in commentario Corneliane. Sortiebantur autem iudices de tribus ordinibus, id est Senatoribus, equitibus, tribunis ærariis, primum quæstores vrb. deinde prætor vrb. ita fiebat, vt non modò prætorij, verùm etiam consulares interdum vnà cum iis, qui nullos gesserant magistratus, iudicarent. Dies autem, quos reo prætor dabat, vt adesset in iudicio, decem erant. Sic lib. 3. ad Quintum fratrem: Decimus erat Cælio dies. & Pedianus in commẽtario Corneliano, Quum inquit, L. Cassius prætor decimo die, vt mos est, reum adesse iussisset, eóque die ipse non astitisset: circunuenti sunt ante tribunal eius accusatores à notis operarum ducibus. Ex P. Manutij libro de leg. Rom. & ex comm. ad Q. fratrem.

Iudicialis, & hoc iudiciale, penult.prod. {ιρετικὸς, δικαστικὸς} Quod ad iudicium pertinet.
Annus iudicialis, Vide ANNVS.
Iudiciale genus dicendi. Cic. 1.de Inuentione, Iudiciale est quod positum in iudicio habet in se accusationem & defensionem, aut petitionem & recusationem. Idem ad Atticum, libro 2.16. Quintilianus lib.2.cap.1.
Iudiciales causæ. Cic.2. de Diuinat.
Regnum iudiciale, Vide Regnum, in REGO.
Iudiciales suppressiones. Cic.pro Cluentio.
Iudicialis molestia. Cic.ad Atticum, lib.13.64.

Iudiciarius, Adiectiuum {δικαστικὸς} Idem. Quod ad iudicem, siue iudicium pertinet.
Iudiciariæ controuersiæ. Cic.3.Verr. Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur.
Lex iudiciaria. Cic.in Pisonem, Ecquid vides, ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri?
Res iudiciaria. Cic.4.Verr.
Iudiciarius quæstus. Cic.pro Cluentio, Hic ille planus improbissimus quæstus iudiciario pastus, &c.

IVERNIA {ἰουερνία} Plinio Iuuerna, nunc Irlandia dicitur: eis vulgò *Ireland*: Anglorum regi paret. Ptolemæus lib.2.cap.2.

Iugalis, Iugamentum, Iugarius, Iugatus, Vide IVGVM.

Iugerum, iugeri, penultima correpta {πλέθρον, πλέθριον} vel nominatiuo iuger, datiuo iugero, accusatiuo & vocatiuo iugerum, ablatiuo iugero & iugere. Et pluraliter, nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo iugera, genitiuo iugerum, datiuo & ablatiuo iugeris vel iugeribus.
Iugerum vocabatur (inquit Plinius libro 18.capite 3) quod vno iugo boum in die exarari posset. Columella libro 5. capite 1, dicit Gallos semiiugerum, *arepennum* vocare. Varro libro 1. de Re rustica, capite 10, In Hispania vlteriore metiuntur iugis: in Campania versibus: apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare possint. Versum dicunt, centum pedes quoquouersum quadratum. Iugerum, quod quadratos duos actus habeat. Tibull.lib.2.eleg.3, Vt multo innumeram iugere pascat ouem. Iuuenal.sat.9.
Quantum erat exhausti lumbos donare clientis
Iugeribus paucis. Cæsar 1.bel. Ciuil. Militibus in conciene agros ex suis possessionibus pollicetur quadraginta in singulos iugera. cero ad Atticum, libro 2.31.
Iugerum dictum est ab eo quòd erat iunctum. Colum.lib.5.cap.1, Hoc duplicatum facit iugerum: & ab eo quòd erat iunctum, nomen iugeri vsurpauit. De actu quadrato loquitur.
Arat falerni mille fundi iugera. Horat. Epod.4.
Ieiuna soli iugera. Seneca. Herc. OEtheo, 2.

Iugeratim, penult.prod. Aduerbium {κατὰ πλέθρα} Per singula iugera. Columella libro 3.cap.3, Vt primæ vineæ centenas amphoras iugeratim præberent.

Iugis, Vide IVGVM.

Iuglans, iuglandis, fœm.gen.quæ & Nux iuglans dicitur {κάρυον, βασιλικὸν, διὸς, βάλανος} Nonnulli à iuuando, & glande appellatam putant. Alij quasi Iouis glandem existimant vocatam: quòd hæc arbor nuces habeat suauiori sapore, quàm glades. Vide Plin.lib.15.cap.22. Cic.5. Tusc.Instituisque vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent.

Iugo, iugas, Vide IVGVM.

Iugula, penult.corr. Scella Orion, quòd amplior sit cæteris, quasi nux iuglandis, inquit Festus. Plaut.Amphit.Act.1.scen.1, Neque Iugulæ, neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt.

Iugulus, & iugulum, iuguli, penult. corr. {δορὰ, ὠμοπλάτη} dicitur anterior pars colli, vnde vox halitúsque procedit: à iungo, quòd per eam pectori caput iungatur. Et duplicem esse constat. Quintilianus Declamat.9, Iam præbendus erat iugulus, & fundéda vita cum sanguine. Cornel. Celsus, lib.8, A dextro iugulo si id fractum est, ad alam sinistram: à sinistro, ad dextram. Cic.de Fato, Quòd iugula concaua non haberet.
Ensem accipit iugulo. Virg.10. Æneid.
Senilem iugulum confodiam. Lucan.lib.3.
Aperto iugulo cruentauit tecta. Ouid.epist.8.
Demittere cruorem iugulis. Virg.4.Georg.
Dare iugulum cultris. Ouid.in Ibin.
Dare iugulum, & petere iugulum. Cic. pro Milone, Quod si ita putasset, certè optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio non semel ab illo, neque tum primum petitum, quàm iugulari à vobis, quia se illi non iugulandum tradidisset.
Iugulum ferire dixerunt veteres, pro Interficere.
Iugulis ciuitatis intenta tela, pro Imminenti mortis periculo. Cic. in Pisonem, Ego tela extremo mense Consulatus mei intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum nefariis manibus extorsi.
Ostentare iugulum pro capite alicuius, Velle se obiicere periculo capitis pro vita alterius. Cic.ad Atticum, lib.1.11, Me verò teste producto, credo te ex acclamatione Clodij aduocatorum audisse quæ consurrectio iudicum facta sit, vt me etiam circunsteterint, vt aperte iugula sua pro meo capite P.Clodio ostentarint.
Iugulum petere, in agendis causis tunc dicitur orator, quando quod est potentissimum, id inuadit, ac premit validissimè aduersarium, videtúrque illum iugulare argumentis, perinde ac vibratis telis. Quintil.lib.8.cap.6, Nam illa agendis causis iam detrita, pedem conferre, & iugulum petere, & sanguinem mittere, inde sunt, nec offendit tamen.
Resoluere iugulum ferro. Ouid.6.Metam.
Resoluere iugulum mucrone. Ouid.1.Metam.

Iugulo, iugulas, penult.corr. {σφάζω, σφάττω} iugulare, Inferre mortem, & veluti abscisso iugulo vita priuare. Cic.pro Quintio, Iugulare ciuem ne ipse quidem quisquam bonus vult.

Medio iugulaberis ense. Ouid.12.Metam.
Homines iugulare. Horat.1.epist.2.
Iugulant pecudes. Virg.12.Æneid.
Iugularus ab Achille. Ouid.12.Metam.
Iugulare hominem suis verbis, Hoc est Conuincere. Terentius Eunucho, 3.1,
Pulchrè me hercle dictum, & sapienter, papæ,
Iugularas hominem, quid ille? Sic apud Ciceronem, 7. Verrina, Omitto ac negligo cætera, sua confessione induatur ac iuguletur necesse est.
Iugulare hominem suo sibi gladio. Terent.Adelph.5.8. Suo gladio, suóque telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur: aut qui suopte inuento, dolóve capitur. Erasmus, Vide GLADIVS.
Iugulare aliquem gladio plumbeo, Hoc est, futili leuíque argumento quempiam conuincere. Cic.ad Attic.lib.1.11.
¶Iugulare, etiam de morbo & aquis dicitur. Celsus lib.3, Quartana neminem iugulat. Martial.lib.4.18,
Aut vbi mors non est, si iugulatis aquæ?
Iugulare, ad inanimata transfertur. Martialis lib.1.102,
Scelus est iugulare falernum.

Iugulatio, Verbale {σφαγὴ, κοπετὸς} Hirtius 6.belli Hipaniensis, Iugulatione oppidanorum facta.

Iugum, iugi {ἄφεσις, κοπανὸς} Dictum est quòd iungatur, & in arcum arcetur. Est autem proprie montis cacumen. Virgil.ecloga 5, Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit. Cæsar 7. belli Gall. Tandem Germani ab dextro latere summum iugum nacti, hostes loco depellunt.
Accliuum iugum. Ouid.5.Fast. Vide ACCLIVVS.
Aquosa iuga Stat.4.Sylu.6.
Arduo iugo surgit alta rupes. Seneca 1.Thebaid.
Asperum iugum, Vide ASPER.
Continentia iuga, Vide CONTINEO.
Frondosa iuga. Ouid.1.de Remed.amor.
Immensis iugis tumet Ida. Ouid.epist.5.
Saxosum iugum. Ouid.in Ibin.
Spinosi terga iugi. Propert.lib.4.eleg.4.
Circummissus iugo, Vide CIRCVMMITTO.
¶Iugum {ζεῦγος} Ligneum instrumentum quo iunguntur boues, & adinuicem arctantur. Plinius libro 9. cap. 15, Nec nisi boum iugis extractus.
Adamantina iuga, Vide ADAMAS.
Curtum temone iugum. Iuuen.sat.10.
Curua iuga. Ouid.1.de Arte.
¶Demere iuga fatigatis bobus. Horat.3.Carm.ode 6.
Detrectans iuga bos. Virg.3.Georg.
Ferunt iuga tauri. Ouid.epist.6.
Incidit ceruicibus iugum, Vide INCIDO.
Bos nullum passa iugum. Ouid.3.Metam.
Resoluere iugum. Catul.de Berecynth.58,
Vbi iuncta iuga resoluens Cybelea leonibus.
Tauris iuga soluet arator. Virg.ecloga 4.
Iugo subdere. Plin.lib.8.cap.16, Iugo subdidit eos, primúsque Romæ ad currum iunxit M.Antonius.
Iugum subire. Plin.lib.10.cap.45, Leones iugum subeant.
Dubile iugum sustinere. Ouid.3.de Ponto, eleg.1.
Vitare onus iugi. Catul.de Berecynthia, 58,
Veluti iuuenca vitans onus indomita iugi.
¶Iugum, pro pari boum. Cic.5.Verr. Quid qui in singulis iugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, &c.
Iugum aquilarum. Plin.lib.10.cap.4, Ex eo notatum non ferè legionis vnquam hybernasse castra vbi aquilarum non sit iugum. Budæo videtur pro pari accipiendum.
¶Iugum hominum impiorum, per translationem, id est par. Cic. 11.Philipp.de Antonio & Dolabella.
Pari iugo nici, Id est pari labore & concordia. Plin.epist.9.lib.3.
Iugum accipere, hoc est onus, laborem, & prouinciam, imperium ac dominium subire. Liuius Decad.4.lib.7, Concesso verò in Asiam transitu, & non solùm fræuis, sed etiam iugo accepto: quæ disceptatio ex æquo, quum imperium patiendum sit, relicta est?
Abire sub iugum, Vide ABEO.
Acceptare iugum. Silius lib.7. Vide Accepto in ACCIPIO.
Adactus iugo Rhenus, Vide ADIGO.
Ciuitatis iugum deiicere à ceruicibus. Cic.1.Philip. Patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum seruile deiecerant.
Turpi iugo eripere colla. Horat.2.Serm.sat.7.
Exuere iugum. Tacit.lib.20, Quid si Galliæ iugum exuant?
Seruitij iugum ferre. Stat.3.Sylu.4.
Imponere iugum alicui. Ouid.epist.9.
Herili iugo laxatus famulus, Claud.7.Paneg.
Animum iugo premit turpis Cupido. Seneca Agamemn.3.
Famulare collo nobili subeat iugum. Seneca Troade, 8.
Læsuro subrahe colla iugo. Ouid.1.de Remed.amor.
¶Iugum, Sub quo ignominiæ gratia victi hostes mittebantur. Nam fixis in terram duabus hastis, super eas ligabatur tertia, & tunc victi hostes discingebantur, & sub illa transire cogebantur inermes. Hæc ex Festo. Inde subiugare pro debellare, ac subiicere. Cic. Antè quàm iret in exilium, Si omnibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis. Liuius 3.ab Vrbe.
Mittere sub iugum, Vide MITTO.
¶Iugum in vinea dicitur, quum duabus aut pluribus perticis fixis, aliæ super eas alligantur, in quibus vites coniunguntur, & quasi iugum in summitatem quandam faciunt. A quo vites ipsæ, seu vineæ, iugæ dicuntur. Quòd si hastilibus in terra defixis, singulæ transuersæ perticæ in vnam tantum partem ordinis innectantur, vniiugæ vineæ dicuntur: & genus ipsum iugi, canterium rustici vocant. Plinius, Salices quædam in proceritatem magnam emittunt iugis

ingis vincarum perticas. Idem lib.7.cap.21, Simplici iugo constat porrecto ordine, canterium appellant. Colum.lib.12.cap.15. Et Varro 1.de Re rust.cap.8.
¶Iugum vocant (inquit Varro 1.de Re rust.cap.10.) quod iuncti boues vno die exarare possunt.
Arare in singulis iugis, Vide ARO.
¶Iugum, Lignum quo texores telam conuoluunt. Ouid.lib.6.Metam. Tela iugo est iuncta.
¶Iugum {ζυγὸν} pro Libra sidere cæloti. Cicero 2. de Diuinat. L.quidem Tarutius Firmanus familiaris noster, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, verbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus: Romámque in Iugo quum esset Luna, notam esse dicebat. Quem locum velut exponens Solinus, sic ait cap.2, Romulus auspicatò fundamenta murorum iecit duodeuiginti natus annos, vndecimo Calendas Maias, hora post secundam ante tertiam, sicut Lucius Tarutius prodidit mathematicorum nobilissimus, Ioue in Piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra constituris.
¶Iuga, tabellæ nauium, in quibus sedent remiges, quę transtra vocantur. Virg.6.Æneidos,
Inde alias animas quæ per iuga longa sedebant
Deturbat, laxátque foros.

Iugosus, pen.prod. Iugis abundans. Ouid.1.Amor.eleg.1,
Quis probet in syluis Cererem regnare iugosis?
Lege pharetratæ virginis arua coli?

Iugo, iugas {ζυγόω} iugáre, Coniungere, quasi ad vnum iugum alligare. Cic.lib.2. Tusc. Hoc quidem commune est virtutum: omnes enim inter se nexæ & iugatæ sunt.
Iugare aliquam alicui. Virg.1.Æneid.
Puellæ iugare iuuenem. Catul. Argonaut.59.
Fœminæ iugandæ. Horat.in Carm.seculari.
Corda face iugaui. Stat.1.Sylu.2.
Iugatæ virtutes. Cic.3.Tusc.
Iugari vineæ dicitur, quæ in iugum constituuntur. Colum. Sequitur iam adminiculandæ, iugandæq; vineæ cura.

Iugarius {ζευγηλάτης} id est bubulcus: & auriga boum, siue arator, qui iuga ducit & regit. Colum.lib.1.cap.6, Lata bubilia esse oportebit, pedes decem, vel minimùm nouem: quæ mensura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum, laxa ministeria præbeat.

Iugatorius {ζύγιος} Adiectiuum: vt Iugatorius bos, qui iugo subditur. Varro 2.de Re rust.cap.5.

Iugamentum, iugamenti {ζύγωμα} Catoni tam ex materia est, quàm ex structura, cap.17, Iugamenta & antepagmenta quæ opus erunt, ex lapide indito. De redemptore loquens.

Iugalis, & hoc iugale, pen.prod. {γαμικὸς} vt Iugale vinculum, pro copula matrimonij. Virg.4.Æneidos.
Sicui me vinclo vellem sociare iugali.
Iura iugalia. Ouid.7.Metam. Hoc est coniugalia.
Lectus iugalis. Virg.4 Æneid.
Sacra iugalia. Ou.d.7.Metam.
Teda iugali accepta mulier. Ouid.epist.4.
Tori iugales. Stat.3 Sylu.5.
¶Iugales, pro Equis. Virg.7.Æneidos,
Absenti Ænea currum, geminósque iugales.
Socij iugales. Silius lib.16.
Emeritos vertunt ad pascua nota iugales. Claudian. 2. de Raptu. Proserpinæ.

Iuges {ὁμόζυγες} eiusdē iugi pares: vnde & coniuges & seiuges. Festus.

Iugis, & hoc iuge {ἀπαυστὸς} Assiduus, continuus, quasi semper iugo affixus. Plaut.Pseud.3,
Istoccine pacto me adiutas? do id quod mihi est.
Nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo.
Iugis pureus, iugis aqua. Cic.1.de Diuin. Qui quum vidisset exhaustam aquam de iugi puteo, terræmotus dixit instare. Idem 2. de Diuinat. Etiámne futurum esse, aquæ iugis colore præsentium?
Fons iugis aquæ. Horat.2.Serm.saty.6.
Putei perennes iugis aquæ. Horat.1.epist.15.
Iuge auspicium, Vide AVSPICIVM.

Iugiter, pen.cor. {ἀπαυστὶ} Aduerbium. Continué. Plaut.Milit.10,
Venerem, amorem, amœnitatémque accubans exerceo,
Et quidem ædepol omnes mores ad venustatem iugiter.

IVGVRTHA {ἰουγούρθα} rex Numidarum callidus, bellicosus & perfidus, victus tandem à Mario Consule Romano, & Romæ in carcere necatus. Lege Salustium.
Traximus immanem Marij sub vincla Iugurtham. Claud.de bello Gildonico.
Triumphatus Iugurtha. Lucan.lib.2.

Iugurthinus, pen.prod. Adiectium. Quintilian.lib.8.cap.3, Iugurthina historia.

IVLIA, Plinio lib. 4.cap. 34, Norici oppidum. ¶Iulia item, Augusti filia, Solino.

Iulis, dictio trisyllaba, pen.prod. huius iúlidis, f.g. Piscis genus. Plinio, lib.32.cap.9, Optimum è scorpionibus & iulide, & saxatilibus, nec virus respicientibus.

IVLIOBONA, pen.corr. {ἰουλιόβονα} Galliæ Celticæ vrbs, Ptolemæo lib. 2.cap.8. Vulgò *Honfleur*.

IVLIOBRIGA, pen.cor. {ἰουλιόβριγα} Ptolemæo lib.2.cap.6, Hispaniæ vrbs. Vulgò *Logronio*.

IVLIOMAGVS, pen.corr. {ἰουλιόμαγος} Andium ciuitas in Gallia, Ptolemæo authore lib.2.cap.8. Vulgò *Angiers*.

IVLIVM Carnicum {ἰούλιον κάρνικον} Ptolemæo libro 2. capite 14, Vrbs inter Italiam & Noricum. Hodie Golitia, ditionis Austriæ.

IVLIVS {ἰούλιος} dictus est Cæsar, vt quidam tradunt, quòd hoc mense ad quartum Idus Quintiles creatus sit Dictator, seu quòd eo mense natus dicatur. Sed istud quàm alienum sit à veritate, vel hinc constat, quòd in Julij Cæsaris iam vita defuncti honorem, mensi Iulio nomen est inditum. Id quod abundè testatur Macrob.1. Saturn.cap. 12. Habet autem Iuliorum familia nomen ab Ascanio Iulo Æneæ filio. Virg.1.Æneidos,
Iulius, à magno demissum nomen Iulo. Hinc

Iulianus, pen.prod. Adiectium {ἰουλιανὸς} vnde Iuliani milites, apud Suetonium dicti sunt Cæsariani. Et Iuliani anni, quos idem ordinauit. Similiter Iuliana vectigalia, apud Ciceronem 13. Philip. Est & Iulianus nomen proprium.

Iulius, Adiectiuum {ἰούλιος} vt
Sidus Iulium. Horat. 1. Carm. ode 12. Id est Stella Cæsaris, vt ait Porphyrio.
Domus Iulia. Ouid.4.Fast.

Iuleus, pen.prod. {ἰούλειος} Adiectiuum quadrisyllabum. Ouid.6.Fast. non procul à fine, Tempus Iuleis eras est natale Calendis. Hoc est mensis Iulij.
Iuleæ voces quæ sint apud Lactantium in Phœnice, vide Ianum Parrhasium in Claudianum de Raptu Proserp. & Cælium lib.5.cap. 11. Vterque interpretatur suaues & dulces. Turnebus putat Iuleas voces à quinquennali certamine Ioui Capitolino instituto dictas, quod triplex erat, gymmicum, scenicum, musicum, vt Suetonius scribit in Domitiano. Nam quū ab imperatoribus committeretur, qui Iuli à poetis appellantur, vt à Valerio Flacco,
-Phrygios prius indignatus Iulos, Iuleas voces musicas & canoras significare credit, quales musicorum erant in certamine Capitolino. Sic Martialis Iuleam dixit oliuam,
Cuius Iuleæ capiti nascuntur oliuæ. Id est coronæ ab Imperatore datæ. Hæc ille.

IVLVS, penult.prod. {ἴουλος} filius Æneæ, alio nomine Ascanius. Virg. 1.Æneidos,
At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo. Seruius tradit Ascaniū & Mezentiū singulari certamine dimicasse, & occiso Mezentio Ascanium Iulum cœptum vocari à prima barbæ lanugine, quæ ei tempore victoriæ nascebatur.
Dardanius Iulus. Ouid.15.Metam.
Formosus Iulus. Ouid.epist.7.
Pulcher Iulus. Virg.7.Æneid.

Iulus, iuli, pen.prod. Piscis genus est, qui balenis certisque dux est itineris. Hermolaus. Vide Pium in annotation.prior.cap.34.

Iulus, penult. prod. {ἴουλος} Lanugo pomorum & arborum. Plinius libro 16.capite 29, Ferunt & auellanæ iulos compactilt callo ad nihil vtiles. Sunt autem iuli non flores propriè, sed antecedunt, vt in fico grossuli.

Iumentum, iumenti {ὑποζύγιον, κτῆνος, τετράπουν} à iuuando. Cuius appellatione continentur animalia quæ vel sarcinas gerunt, vel curtus trahunt, vel terram excolunt: vt equi, muli, asini, cameli, boues. Columella in præfat. lib.6, Nec tamen vlla regio est in qua modò frumenta gignantur, quæ non, vt hominum, ita armentorum adiumento iuuetur: vnde etiam iumenta nomen à re traxêre, quòd nostrum laborem vel onera subuectando, vel arando iuuarent. Plinius lib.8.cap.18, de camelis, Omnes autem iumentorum in iis terris dorso funguntur. Columel. ferè iumenti nomine intelligit equos, non autem boues. vt lib.1.cap.6, Non altius edita esse præsepia conuenit, quàm vt bos aut iumentum sine incommodo stans vesci possit.
Iumentorum appellatione boues non continentur, sed pecoris, inquit Vlpianus in l. Ædiles aiunt. D. de Ædil.edicto.
¶Iumentum, Quicquid nos iuuat. Liu.4.ab Vrbe, Eò missa plaustra iumentáque alia ab Vrbe, exercitum affectum prælio ac via nocturna excepere. Fortasse hic etiam pro equis accipitur.
¶Iumentum quoque non id solùm significat quod nunc dicitur: sed vectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim nostri iumentum à iungendo dixerunt. Hæc Sext.Cæcilius apud Gellium lib.20.cap.1.

Iumentarius, Adiectiuum. vt Molæ iumentariæ. Iabolenus in l. Dolia. D. De instr.vel instrum. Molas manuarias quidem supellectilis, iumentarias autem instrumenti esse.

Iuncus, iunci, masc.gen. {σχοῖνος} à iungendo dicitur: quòd vsus eius ad iuncturas vtilis est. Plinius lib.21.cap.18, varia iuncorum refert genera.
Fiscella leui derexta est vimine iunci. Tibull.lib.2.eleg.3.
Lucus densus iuncis. Ouid 6.Fast.
Bibulus iuncus, Vide BIBO.
Leuis iuncus. Propert.lib.4.eleg.2.
Limosus iuncus. Virg.eclog.1.
Molli iunco detexere aliquid. Virg.2.eclog.15.
Palustres iunci. Ouid.8.Metam.

Iuncinus, pen.corr. Adiectium {σχοινικὸς} Plin.lib.15.cap.7, Sic & Rhodinum è rosis, Iuncinum è iunco.

Iunceus, Aliud adiectium {σχοινικὸς} Quod ex iunco factum est: vt Iuncea cratis, Plin.lib.21. cap.14. Et apud Columel.lib.12.cap.6, Iuncea sporta.
Vincla iuncea. Ouid.4.Fast.
¶Iuncea virgo, per translationem, Tenuis & flexilis. Terentius Eunuch.2.3,
-deducunt cibum,
Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas. Donatus interpretatur Tenues & pallidas.

Iuncidus, penultima correpta, Adiectiuum, Tenuis, Exilis, qualis est iuncus. Varro de Re rustica libro 1. capite 31, Iuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest eiicere vitem, &c.

Iuncosus, pen.prod. Adiectiuum {σχοινώδης} Iuncis plenum. Plin.lib.18. cap.6, Iuncosus ager verti pala debet.
Litora iuncosa. Ouid.7.Metam.

Iuncetum, iunceti, pen.prod. {σχοινὸς} Locus iuncis consitus. Varro 1.

de Re rustica, Primũ genus quod dixi, maximè quærit salicta, secundum arundineta, tertium iunceta.

IVNGANNY, Ligures, incolæ Al, higi oppidi: distant à Monœci portu stadiis quadringentis octoginta. Perottus.

Iungo, iungis, iunxi, iunctum {ζεύγνυμι, ζεῦγμα} iungere, Copulare, quasi in vnum agere. Datiuo sæpissime iungitur. Plin.lib.11.cap.37, Ceruix articulorum nodis iungitur.

Iungere cum. Cic.2.de Diuinat. Religio quæ est iuncta cum cognitione naturæ.

Iungere cum aliquo alium arctissimo vinculo. Plin.epist.243.

Iungere & copulare inter se. Cic.1.de Orat. An hæc inter se iungi, copulariue possint.

Iuncta charitas inter paucos. Cic.de Amicitia, Ita contracta res est, & adducta in angustum, vt omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungeretur.

Orbiculatim iungere, Vide ORBIS.

Affinitates iungere cum aliquo, hoc est, Affinitate cum eo coniungi. Liu.1.ab Vrbe, Duplex exinde fama est: alij prælio victum Latinum, pacem cum Ænea, deinde affinitatem iunxisse tradunt.

Amores iungere. Tibul.lib.1.eleg.1.

Arma alicui iungere. Liu.1.ab Vrbe, Haud grauatim socia arma Rutulis iunxit.

Connubio iungam stabili. Virg.4.Æneid.

Dextram iungere dextræ. Virg.1.Æneid.

Equos iungere curru. Virg.1.Æneid.

Equum iungere equo alterius. Cæsar 8.bell.Gall.

Fœdera iungere. Liu.7.ab Vrbe, Neque enim fœdere Samnitium, nequa noua iungereris fœdera, cautum est.

Fœdere alicui regi iungi. Liu.6.bel.Pun.

Gradus iungere. Silius lib.4.

Iter iungere. Martial.lib.2.6.

Et quum currere debeas Bouillas,
Iter iungere quæris ad Camœnas. Alij legunt interiungere. Vide INTERIVNGO.

Iungi lateri cuiuspiam. Ouid.2.Metam.

Ad currum iungere leones, Vide AD præpositionem.

Manus iungere & fœdus concipere. Stat.2.Achill.

Oscula iungere. Ouid.2.Metam.

Preces humiles iungere. Ouid.2.de Arte.

Iungere rhedam equis. Cic.Attico, lib.6.12. Et Iungere equos ad currum, Sueton.in Cæsare.

Iungere se viro. Virg.4.Æneid.

Iungere se ad aliquem. Cicer.pro Rosc.Amer. Quo in certamine perditi ciuis erat, non se ad eos iungere, quibus incolumibus & domi dignitas, & foris authoritas retinetur.

Societate gentibus iungi. Liu.6.bel.Pun.

Societatem alicui iungere. Liuius 4.bel.Pun. Per hos iuncta societas Annibali ac Syracusano tyranno.

Tauros iungere. Virg.8.Æneidos,
Queis neque mos, neque cultus erat, nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto.

Tedas iungere. Stat.3.Sylu.4.

Taurus iunxit te mihi. Ouid.1.Metam.

Verba iungere. Martial.lib.6.54.

Verba iungere, pro Componere. Cicero in Topic. Quintilian. lib 9.cap.4.

Iunctus {ἐζευγμένος} Participium, siue Nomen ex participio, vt Iunctus illi cognatione. Liu.5.bell.Pun.

Vetusta amicitia puer puero iunctus. Ouid.4.de Ponto, eleg.3.

Amore iunctus alicui. Ouid.1.de Ponto, eleg.8.

Fœdere aliquo iuncti. Ouid.1.Trist.eleg.7.

Amor legitimo fœdere iunctus. Ouid.2.Trist.

T.Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat perfamiliari hospitio iunctus. Liu.5.bel.Pun.

Iuncta matrimonio puella. Liu.10.bel.Pun.

Iunctum ex horum partibus. Cic.2.de Inuent.

Ex me & ex te iunctus M.Pomponius. Cic.ad Att.lib.4.84.

Iunctus à sanguine materno. Ouid.2.Metam.

Iuncta scelere improbitas. Id est, in qua est scelus. Cic. lib.2.de Oratore, Nam nec insignis improbitas, & scelere iuncta, nec rursus miseria insignis agitata ridetur. Idem in Bruto, Sed est etiam L.Crassi in Cõsulatu, pro Q.Cepionae, defensione iuncta, non breuis, vt laudatio: vt oratio autem, breuis.

Ab vsu modico tibi iunctus. Ouid.2.de Ponto, eleg.5.

Amici iuncti. Horat.1.Serm.sat.3.

Ars iuncta cum viribus. Ouid.8.Metam.

Pòst autem causa fuit propior, & cum exitu iunctior. Cicero de Fato.

In amore iunctæ columbæ. Propert.lib.2.eleg.16.

Iuncta inuidiæ gloria, id est quæ inuidia non caret. Cicero ad Atticum, lib.1.14, Ego autem, vt semel Nonarum illarum Decembrium iunctam inuidiæ ac multorum inimicitiis eximiam quandam atque immortalem gloriam consecutus sum.

Indignatio iuncta conquestioni. Cic.2.de Inuent.

Iunctus mulus à clitellario differt, hoc est mulus qui iugo assueuit. Colum.lib.2.cap.22, Arbores serêdi causa collo, vel mulo clitellario afferre, sed iuncto aduehere non permittitur.

Sedet ignoto iuncta puella viro. Ouid.2.Trist.

Salus nostra iuncta est. Ouid.epist.19.

Sapientia iuncta eloquentiæ. Cic.3.de Orat.

Versus imparites iuncti. Horat.de Arte.

Vineæ mœnibus iunctæ. Id est admotæ. Liu.ab Vrbe, lib.5. Loquitur de tormentis bellicis.

Iunctura, pen.prod. {ζεῦγμα} Coniunctio. Plin.lib.13.cap.15, Maiúsque miraculum in ea est, artis latente iunctura.

Iunctura boum. Colum.lib.2.cap.2.

Genuum iunctura. Ouid 2.Metam.

Iunctura verborum, pro Cõtinuatione & compositione. Quintil. lib 9.cap.4.

Call-da iunctura. Horat.de Arte.

Iunctura, positúráque ligni scitè peritéque facta. Gell.lib.5.cap.3.

Iunctio, Verbale {ζεῦγμα.} Cic.1.Tusc. Est enim interitus quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium quæ ante inter-rum iunctione aliqua tenebantur.

Iunctim, Aduerbium {ζευκτῶν} Sine interuallo. Suet. Magistratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percurrit.

Iuniculus, iuniculi, pen. corr. in vtre dicitur quem draconem alio nomine vocant. Plin.lib.17.cap.22, Nec veterem placet palmitem in lõgum & ad quartum vsque pedamentum emitti, quod alij dracones, alij iuniculos vocant, vt faciant quæ masculeta appellant.

Iunior, Vide IVVENIS.

Iuniperus, iuniperi, f.g pen.corr. {ἄρκευθος} Arbuscula quæ in arenosis frequens nascitur, coma virens perpetua, vnde & topiario operi idonea, & carioſam senectam non sentit. Vide Plin.lib.16.cap.25.

Iuniperi grauis vmbra. Virg.eclog 10.

IVNIVS mensis {πανεμὸς} teste Festo, à Iunone putatur dictus, quem Iunonialem, & Iunonium dicebant. Sed postea deritis quibusdam literis, ex Iunonio Iunius est dictus. Sunt qui putant à Iunio Bruto dictum Iunium. Vide Macrobium 1.Saturn. Alij à iunioribus deriuant: sicut Maium amaioribus. Ouid.6.Fastorum,

Iunius est iuuenum, qui fuit antè senum.

Iunius à iuuenum nomine dictus ad est. Ouid.5.Fast.

Iunius Brutus, Vide BRVTVS.

Iunix, iunicis, pen.prod f.g. {δάμαλις} Teneræ ætatis bos fœmina, quæ iam cessauit vitula esse, nec dum tamen ad summam magnitudinem peruenit. Dicta quasi iuuenca, à iuniore ætate. Pers.sat.2,

Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liquescant. Plautus Milit.6,

Quàm mox ad stabulum iunix recipiat sese pabulo.

IVNO {Ἥρη} Dea creditа est, Iouis soror & coniunx, à iuuando nominata. Iunonis multa sunt nomina. Est enim Curetis, quæ vitut curru & hasta. Virg.1.Æneidos, -hîc illius arma,
Hic currus fuit. Est & Lucina, quæ partubus præest. Terent.3.1,
Iuno Lucina fer opem. Est regina. Virg.1.Æneidos,
Aſt ego quæ diuûm incedo regina. Et quia præest nubentibus, pronuba dicitur. Virg.4 Æneidos,
-& pronuba Iuno.

Iuno couella apud Varronem legitur, quæ dictio quia palato hominum delicatorum non est placita, scribunt Iuno nouella. Atqui quũ veteres ad lunæ cursum menses suos exigerent, & prima Lunæ visitatio, primúmque eius lumen diem Calendarum efficeret, & calendæ essent ipsum nouilunium, dubium non est quin tum & Nonis esset iuna caua. Perfer autem Varrone ipso authore, cauum couum dicebant, vnde couelli diminutio. Ergo Iuno couella, est Iuno lucina, & luna caua. Turnebus.

Inferna Iuno. Virg.6.Æneid.

Magna. Virg.3.Æneid.

Matrona. Horat.3.Carm.ode 4.

Maxima. Virg.4.Æneid.

Omnipotens. Virg.4.Æneid.

Profunda Iuno, Proserpina. Claud.1.de Raptu Pros.

Pronuba. Virg 4.Æneid.

Regia. Virg.1.Æneid.

Saturnia. Virg.3.Æneid.

Sceptrifera. Stat.10.Thebaid.

Iunonius, Adiectiuum {ἡρῷος.} vt Auis Iunonia, Pauo. Ouid.1.de Arte.

Mensis Iunonius. Ouid 6 Fast.

Iunonius puer, dicitur Augustus à Cicerone ad Octauium, Ego ipse Senatum sibi mar us afferre coegi, quum te Iunonium puerum, & matris tuæ parium aureum esse dixi. Id est Martialem & acerrimum propugnatorem libertatis publicæ, quasi Martem quendam iunctum aduersus hostes Senatus, & bonorum. Nam Mars, Iunonis filius fuit.

Templa Iunonia. Ouid.2. Trist.

Iunonicolæ, pen.corr. {ἡρωνδάς} Phalisci. Ouid.6.Fast.

Iunonigena, pen.corr. {ἡρογενὴς} dicitur Vulcanus qui ex sola Iunone natus fuit. Ouid.14.Metam.de amoribus Solis.

Iunonalis, pen.prod. Adiectiuum. Ouid.lib.6.Fastorum,

Iunonale leges tempus, &c. Id est, mensem Iunonium. Alij legunt, Iunonisque leges, &c.

IVNONIS promontorium, apud Melam lib.2.cap.6. ad finem. Nunc vulgò dicitur *Sancta Maria*, vel *El puerto de Sancta Maria*. Testis Oliuariusin Melam.

IVNONIA, maior & minor, Insulæ sunt ex Fortunatis.

IVPITER, pen.cor. {Ζεύς} Iupitris, vel Iupiteris, secundum Priscianum, non Iouis: qui genitiuus, non à Iupiter, sed à nominatiuo Iouis. Nã à principio Iouis appellatus est, à iuuando: postea adiuncto altero vocabulo dictus est Iupiter, quasi Iouis pater. Nam quum pro igne ponatur, nulla res sic foueat omnia, quemadmodum calor. A poetis (inquit Cic.2. de Nat.deor.) dicitur diusim atque hominum pater: à maioribus aurem nostris Optimus maximus. Idem pro Domo sua, Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia Populus Rom.optimum, propter vim maximum nominauit. Idem 3.de Nat.deor. Principio (inquit) Ioues tres numerant ij qui theologi nominantur, ex quibus primum & secundum natos in Arcadia: alterum patre Æthere, &c. Alterum patre Cælo, &c. Tertium Cretensem, Saturni filium, cuius in illa insula sepulcrum ostenditur. Ponitur quandoque pro aere. Horat.1.Carm ode 1,
-mane sub Ioue frigido
Venator, teneræ coniugis immemor. Iuuenalis sat. 5,
-fremeret cæua quum grandine vernus
Iuppiter. Vnde & sub dio dicimus, quum *dia* Iouem vocent Græci, quem

ei, quem omnia esse voluerunt. Vt Valerius Soranus,
Iuppiter omniporens regum rerúmque, deúmque
Progenitor, genitrixque Deûm, Deus vnus & omnes. Alibi pro anima mundi, alibi pro pluuia. Virg.lib.2.Georgicorum,
Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis. Est & Iupiter nomen stellæ illius salutaris, quæ in ordine secunda est. Aliquando per Iouem intelligimus ipsam vim duorum superiorum elementorum quæ actiua est, dum agit in hæc duo inferiora, ad generationem & corruptionem.

Ignis rapidus Iouis, Fulmen. Virg.1.Æneid.

Iouis nutrices quæ fuerint, Vide AMALTHEAE cornu.

Iouis omnia plena. Virg.eclog.3.

Altitonans Iupiter, Vide ALTITONANS.

Æquoreus Iupiter, Neptunus. Claud.8.Paneg.

Altisonus, Vide Altisonus in ALTVS.

Æquus. Horat.1.Carm.ode 28.

Altus. Ouid.2.de Arte.

Arduus. Valer.5.Argon.

Celsus. Valer.4.Argon.

Cornigero de Ioue natus, De Ioue Hamone. Ouid.in Ibin.

Dextro Ioue liber est. Pers.sat.5.

Fulminantis magna manus Iouis. Horat.3.Carm.ode 3.

Gelidus. Claud.5.Paneg.

Humidus. Virg.1.Georg.

Hyberni Iouis fragor. Stat.3. Thebaid.

Inuicti Iouis vxor. Horat.3.Carm.ode 27.

Maximus. Horat.1.Serm.sat.2.

Magni Iouis nuntius. Horat.1.Carm.ode 10.

Nigri Iouis regna, Plutonis. Senec.Herc.OEth.13.

Olympicus, Vide OLYMPVS.

Seueri Iouis vultus. Stat.9.Thebaid.

Stygius Iupiter, Pluto. Virg.4.Æneid.

Summus, vel Supremus. Virg.1.Æneid. Horat.1.Carm.ode 32.

Tonantis annus hybernus Iouis. Horat.Epod.2.

Tremendi solium Iouis, Plutonis. Valer.3.Argon.

Iouem lapidem iurare. Gell.lib.1.cap.21, Quum Phauorino Higini commentarium legissem, atque ei statim displicita esset insolentia & insuauitas amaroris, Iouem lapidem inquit, quod sanctissimum iusiurandum est habitum, paratus ego iurare, Virgilium hoc nunquam scripsisse. Sextus Pompeius Festus lib.10, Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes, Si sciens fallo, tum me Diespiter salua vrbe, arcéque, bonis eiiciat, ve ego hunc lapidem. Liuius Decad.1.libro 1, Patrispatrati ad iusiurandum patrandum, id est sanciendum, creati verba in fœdere faciendo sic exprimit: Audi Iupiter, audi Paterpatrate populi Albani, audi tu populus Albanus: ve illa palàm prima postrema ex illis tabulis cærâve recitata sunt sine dolo malo: vtique ea hic hodie rectissimè intellecta sunt: illis legibus Populus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit publico consilio, dolo malo, tu illo die Iupiter Populum Romanum sic ferito, ve ego hunc porcum hodie feriam: tantóque magis ferito, quanto magis potes polléſque. Idem Decad.3.lib.1, Eáque ve rata fierent fœdera, agnum læua manu, dextra silicem retinens, Rabiosa iurgia vendere. Senec.Herc.furente, 3. De causidicis.

Turbida iurgia racent. Ouid.ad Pisonem,

Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus.

Inter Iurgium & Lis, quòd iurgium leuior res est, siquidem inter beneuolos aut propinquos dissensio vel concertatio iurgium dicitur: Inter inimicos dissensio lis appellatur. Cic.4.de Republ. Admiror nec rerum solùm, sed etiam verborum elegantiam. Si iurgant inquit. beneuolorum concertatio, non lis: inimicorum, iurgium dicitur. Et deinde, Iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Nonius.

Iurgiosus, pen. prod. Adiectiuum {φιλονεικώδης} Contentiosus & litigiosus. Gell.lib.1.cap.17, Mulier morosa admodum fuisse fertur, & iurgiosa. De Xantippe Socratis vxore.

Iuridicus, Iurisdictio, Vide IVS.

Iuro, iuras, iurauí & iuratus sum {ὀμνύω, ὁρκωτὶ, ὀμόσσω, ὁρκίζω, ὁρκωμοτέω} iurare, à iure fit. Nam iurare propriè est quidpiam promittere, adhibitis etiam testibus, ita seruaturum ac si ius esset.

Decies iurasti, Vide DECEM.

Iurare aras, poetice dixit Horatius, pro aris tactis, lib.2.epist.1,

Iurandáque tuum per nomen ponimus aras.

Bellum ingens iuratur. Stat.1.Achill.

Fidem iurata fefellit. Ouid 3.Amor.eleg.3.

Iurare Iouem lapidem. Vide IVPITER.

Maria aspera Iuro. Virg.6 Æneid.

Iurare conceptis verbis, Id est dictaris à deferente iuramentum, & ex arbitrio adiurantis, hoc est adigentis ad iusiurandum, pernotatis. Plaut.Pseud.5. Idem Cistell.2,

At ille conceptis, iurauit verbis apud matrem meam,
Me vxorem ducturum esse.

Iurare alicui, pro In nomen alterius. Plin.in Paneg. Scis tibi vbique iurari, quum ipse iuraueris omnibus.

Iurare per. Cicero pro Rabirio Posthum. Vbi semel quis peieraueriť, ei credi postea, etiam si per plures deos iuret, non oportet.

Per caput hoc iuro. Virg.9.Æneid.

Per sidera iuro. Virg.6.Æneid.

In aliquem iurare, Id est, In perniciem alicuius. Ouid.epist.10,

In me iurarunt omnes, ventúſque, fidéſque.

In facinus aliquod iurare. Ouid.1.Metam.

Iurare in leges alterius, Id est, Iurare se seruaturum leges alterius. Plin.de Viris illust. Cic.pro Cluentio, Multam petiuit, qua lege? quòd in legem non iurasset: quæ res nemini vnquam fraudi fuit. Sic 2. de Finib.

Iurare in litem. Cic.pro Rosc.Comœdo, Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet?

Iurare in verba aliqua. Cæsar 1. bel.Ciuil. Princeps in hæc verba iurat ipse, ad idem iusiurandum adigit Afranium.

Iurare in verba alterius. Liu.8.bel.Pun. Horat.1.epist.1,

Nullius addictus iurare in verba magistri.

Iurare in se. Liu.2.ab Vrbe, Idem deinceps omnis exercitus in se quisque iurat.

Iusiurandum iurare. Cic.epist.Fam.lib.5.epist.2, Magna voce iurauí verissimum pulcherrimúmque iusiurandum, &c.

Iurare morbum, Iurare se malè valere, & morbo laborare. Cic. lib.1.ad Atticum epist.13, Qui denegat, & iurauit morbum, & illud suum regnum iudiciale oppositit. Id est, valetudinem, & simul iuris ciuilis occupationem excusauit.

In rem iurare dicitur aliquis, quum de re in iudicium deducta: In personam, quum de persona sua iurat. Non potest facilius dari exemplum quàm ex textu l.1.§.1. D. Quarum rerum actio non datur. *Iurer de la chose dont est question, ou de sa personne.*

Iurare de persona. *Iurer de son fait, & de ce qu'en peut affermer la personne qui preste le serment.* Vlpian.l.1.D.qua.re.act.non datur.

Iurare in rem. *Iurer ou prester le serment de ce dont est procez simplement, non de son fait seulement.* Vlpian.l.1.D.qua.re.act.non dat.

Iurarunt inter se, pro Coniurarunt. Cato apud Plin.lib.29.cap.1,

Iurarunt inter se Barbaros necare omnes medicina.

Iurare ex sui animi sententia. Cic.4.Acad.

Iurandi formula iuris. Ouidius epistol.20. Id est formula iurisiurandi.

Iurans, Participium {ἐπίορκον.} vt Falsa iurans. Ouid.13.Metam.

Verba iuranta. Ouid.epist.20.

Iuratus, pen.prod. Participium {ὁρκωτὸς, ὁρκωμότης} Qui iurauit. Cic.pro Cecinna, Si enim sunt viri boni, me adiuuant, quum id iurati dicunt, quod ego iniuratus insimulo. Idem 2.Verr.

Iuratus est mihi, pro Iurauit. Plaut.Rud.3,

-num tu iuratus mihi es?

1.Iuratus sum, & nunc iurabo. Lucan.lib.8,

-mihi per Latium iurata tonantem. Id est, quæ iurauit mihi per Iouem Latialem.

Iuratissimus author, Literatus, & quasi iureiurando doctissimus affirmatus. Plin.in Præfat.operis, Vel, iuratissimus (vt alij quidem exponunt) fidelissimus, & cui maximè credi oporteat. Translatum à testibus, quibus nisi iuratis non creditur. Alij sic, Iuratissimos Plinius appellat eos, quibus maximè omnia credenda fuerint & commendanda: vel quibus facilè omnia credas.

¶Iuratus, Passiuè: vt Bellum iuratum. Silius lib.11.

Fœdus iuratum Iouí. Sil.lib.1.

Numina iurata. Ouid.epist.2.

Iuratus Senatus, Iurati iudices. Hoc est iureiurando confirmatus. Plin.lib.7.cap.34. Cicero 4.Academ. Quæque iurati iudices cognouissent, &c.

Iuratò, Aduerbium. Paulus in l.Qui.D.Qui satisf.cog. Qui iuratò promisit iudicio sisti, non videtur peierasse si ex concessa causa hoc deseruerit.

Iurator, pen.prod. Verbale {ὁρκωτὴς.} Senec.de morte Claud. Quis vnquam ab historico iuratores exegit?

Falsus iurator. Macrob.lib.5.Saturn.cap.19.

¶Iuratores, Per translationem spectatores, & velut arbitri & censores fabulæ,quum propriè eo nomine intelligãtur censores, qui eũ quem censebant, iureiurando adigebant. Qui autem iurauit, iuratus dicitur: qui ad iurandum adigit, iurator dici videtur. Plautus Pœnulo,

Nam argumentum hoc hic censebitur:
Locus argumento est suum sibi proscenium:
Vos iuratores estis,quæso operam date. Turnebus.

Iuramentum, iuramenti {ὁρκωμοσία} apud Senecam legitur lib.2 de Clementia, O vocem in concionem omnium mortalium mittendam,in cuius verba principes regésque iuramentum faciant. Id est, in cuius verba principes iurent. Hac dictione vsus est & Vlpianus in lege iusiurandum §. Si de qualitate iuramenti: sicque in Florentinis libris legitur,inquit Budæus.

Iuramentum in litem est, quod defertur à iudice actori super æstimatione rei in iudicium deductæ, ob contumaciam aut dolum rei non restituentis. *Le serment deferé par le iuge sur la valeur de la chose demandee,pour la contumace ou dol du defendeur.*

Iurandũ,iurandi {ὁρκωμόσιον} Idem quod iusiurandum. Plaut.Cistel.5,

Verùm haud metuo ne iurandum nostrum quispiam culpiter.

Iureiurare {ὁρκωμοτέω} Idem quod iurare. Liu.Decad.5.lib.1, Prætores ambo in eadem verba iureiurarunt.

Iurulẽtus,Vide IVS pro liquore.

Ius,iuris,n.g. {ζωμὸς} Liquor eorum quæ coquuntur: & ad coquinariam pertinet. Plaut.Mostel.4,

Ieidem olent,quasi quum vnã multa iura confundit coquus. Terẽt. Eunuch.5.4,

Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent. Cic Appio,lib.9. 20,In ea cœna coquus meus præter ius feruens nihil potuit imitari.

Vocare dicitur coquus in ius. Varr.3.de Re rustic.cap.17, Sic hos pisces nemo coquus in ius vocare audet. Id est, Nemo iis vesci audet. Budæus.

Ius conditum. Cicero 5.Tusculan. Quid victum Lacedæmoniorum in Phiditiis nónne videmus? vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Tum is qui illa coxerat,Minimè mirum, condimenta enim defuerunt.

Mali conditum ius. Horat.2.Serm.sat.8.

Ius nigrum, quod Cicero ait in Lacedæmoniorum Phiditiis cœnæ caput fuisse, à Græcis dicitur esse, qua in consuetudine αἱματὰ vocabatur. Ex quo suspicamur sanguine vel mixto vel incocto atrũ colorem iuris illius redditum fuisse, cuiusmodi ius boculorum videmus. Hocautem in mensa Lacedæmoniorum erat præcipuum, vt senes eo cibo acquiescerent plerunque, vt ait Plutarchus, nec obsonium aliud desiderarent. Author Turnebus.

Tepidum ligurire ius. Horat.1.Serm.sat.3.

Iureus,Adiectiuum, Quod ex iure sit, vt Iurea placenta, quæ è iure rota constat. Plautus,

Quasi iuream esse ius decet collyricum. Subaudiendum est placentam,quasi dicat vt ius collyricum non liquidum sit neque macrum, sed tam crassum & concretum quàm si è iure placenta fieret. Turnebus.

Iurulentus,Adiectiuum {ζωμώδης} Iuris plenum.Cornel. Celsus lib.2.cap. 18,Tum res eadem magis alit iurulenta quàm assa:magis assa, quàm frixa. Celsus,Cibus minimè iurulentus.

Iussulentum {ζωμώδες} formauit Apuleius in Magiæ Apol.sic de Ennio dicens, Ostendit qualiter quisque piscium assus aut iussulentus optimè sapiat.

Iusculum,pen.cor. {ζώμιον} Diminut. Cato cap.156,Postea inde iuscu-

lum frigidum sorbere.

Ius,iuris,n.g. {δίκη,τὸ δίκαιον} Est (inquit Donatus) quod omnia recta & inflexibilia exigit. Terent.Heaut.4.1,

Quid cum illis agas,qui neque ius,neque bonũ, atque æquum sciũt? Vlpian.De iustitia & iure.l.1,Nomẽ iuris à iustitia appellatum. Nam vt eleganter Celsus definit apud Vlpianum in l.1.D.de Iustitia & iure,Ius est ars boni & æqui.

Ius bonum. Plaut.Mostel.8.

Ius bonum dicis,oras,petis. Plaut.Stich.14. Idem Epid.2,

-re volo

Percontari,operam da,opera reddetur tibi.r.ius dicis. Hoc est,æquum est. Idem Rud.24,

Ius oras merum. Cicero 2.Philip.Ius postulas:sed quid ad rem plus ille poterat.

Sine bono iure. Plaut.Bacchid.14,

Sine modo & modestia sum.sine bono iure,atque honore.

¶Abire ab iure,Vide ABEO.

Colere ius,Vide COLO.

Exuere ius fásque. Tacit.lib.19.

Ius tibi est ibi non conueniri. Paul.in l.2. D.Nequis eum qui,&c.

Transcendere fines iuris. Lucret.lib.3.

Violare & imminuere ius atque officium,Vide IMMINVO.

¶Iure,ablatiuus, Id est merito. Terent.And.2.3,

-vt quum velit,tibi iure irasci non queat. Cic.7.Verr. Quamobrem iure injeum animaduerteretur.

Iure ac merito. Iuuenal.sat.2.

Iure damus pœnas. Ouid.4.Trist.eleg.4.

Iure vel iniuria. Terent.And.1.3,

Quo iure,quáque iniuria præcipitem me in pistrinum dabit. Cic.4. Verr.Non quæro iure,an iniuria sint inimici.

Meo iure,tuo iure,suo iure. Terent.Adelph.1.1,

Do,prætermitto:nõ necesse habeo omnia pro meo iure agere. Verba sunt indulgẽtissimi patris. Meo iure,tuo iure,suo iure,verba sunt apud doctos frequentissima, sed certæ cuiusdam significationis. Est enim Meo iure aliquid agere,faceréve,idem quod Mea facultate, vel authoritate, vel concessa mihi omnium consensu, libertate & potestate. Cic.2.de Orat.Duo illa quæ facillima videntur, quoniam quæ difficiliora sunt, non possum, mihi pro meo iure sumo. Idem pro Marcell.Maximam verò partem quasi suo iure fortuna sibi vendicat: & quicquid est prosperè gestum, id penè omne ducit suum. Ac si diceret, Nemo vnquam fortunæ in bello non primas detulit partes. Hæc ex Budæo. Cic.Attico, Itineris nostri causa fuit, quòd non habebam locum vbi pro meo iure diutius esse possem,quàm in fundum Sicæ. Idem de Finibus.

Optimo iure, vel Optima cõditione prædia,Id est vt loquimur,quæ multa priuilegia habent. Cic.2.pro Lege agrar.Optimo enim iure ea sunt profectò prædia,quæ optima conditione sunt.

Complecti aliquem æquo iure. Tacit.lib.2.

Hoc iure sunt Siculi: Hoc est,Hanc iuris & æquitatis rationem & habent,& obseruant. Cic.4.Verr.Siculi hoc iure sunt, vt quod ciuis cum ciue agat,domi certet suis legibus.

¶Concedere de iure,Vide CONCEDO.

Decedere iure,vel de iure suo,Vide DECEDO.

Obtinere iure,Vide OBTINEO.

Ius suum obtinere,Vide OBTINEO.

Ius suum non retinere contra aliquem. Cic.5.Verr.Hoc edicto nõ Siculi, sed isti ipsi Equites Romani qui suum ius retinere se contra Apronium posse erant arbitrati,&c.

Ius est facere, vel faciendi. Vlp.in l.Vti frui.D.Si vsusfructus petatur,&c. Negauit ius esse vtendi fruendi fructuario: vel sibi ius esse prohibendi. Paulus in l.3.D.De seruit.vrb.præd.Ne ius sit vicino inuitis nobis altius ædificare.

¶Ius,Est quod vel natura, vel ciuitas,vel populus,vel gens,vel cõsuetudo iubet. Plaut.Epid.10,

Atque me minoris factum,præ illo,qui omnium
Legum,atque iurium victor, conditos,cluet. Paulus l.Ius pluribus, De iust.& iur.Ius pluribus modis dicitur: vno quidẽ modo id quod semper æquum ac bonum est,ius dicitur, vt est ius naturale. Altero modo quod omnibus aut pluribus in quacunque ciuitate vrile est: vt est ius ciuile. Et paulo pòst, Alia significatione ius dicitur locus in quo ius redditur,appellatione collata ab eo quod fit in eo vbi fit: quẽ locum determinare hoc modo possumus,vt vbicunque Prætor salua maiestate imperij sui,saluóque more maiorum, ius dicere cõstituit, is locus rectè ius appelletur. Hactenus Paulus. Terent.Phorm.5.8,

-in ius ambula.

P.In ius? Donatus,Ad iudicium eamus scilicet: nam ius pro loco est. Cic. Quin te in iure conspicio. Idem 1.de Orat.Nam volitare in foro, hærere in iure, ac Prætorum tribunalibus iudicia priuata magnarum rerum obire.

Adiutorium iuris. Quintil.lib.3.cap.6.

Cunabula iuris,Vide Cunabula,in CVNAE.

Gens iuris expers.Senec.Troad.12.

Fiducia iuris. Quintil.lib 4.cap.2.

Forma iuris,vt Contra iuris formam facta pactio. Vlpian.in l.Iurisgentium.§.Si paciscar.D.De pactis.

Vafri insciti a iuris. Horat.2.Serm.sat.2.

Interpretes iuris. Cic.pro Cecinna.

Nodos iuris soluere. Iuuenal.sat.8.

Nundinatio iuris,Vide NVNDINAE.

Iuris legúmque peritus. Horat.1.Serm.sat.1.

Seruitus iuris. Quintil.lib.2.cap.16.

Studium iuris. Quintil.lib.2.cap.8.

Ius naturale. Vlpianus in l.1.§. Ius naturale. D. de Iustitia & iure, Ius naturale est,quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud nõ solùm humani generis proprium est,sed & omnium animalium quæ in terra, quæ in mari nascuntur, autem quoque commune est. Hinc descendit maris atque fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus,hinc liberorum procreatio,hinc educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia feras etiam bestias istius iuris peritia censeri.

Ius gentium,vt inquit Vlpianus in l.1 D.de Iustitia & iure, est quo gentes humanæ vtuntur:quod à naturali recedere inde facilè intelligere licet:quia omnibus illud animalibus,hoc solis hominibus inter se commune sit. veluti, vt inquit Pomponius l. sequenti, erga deum religio,vt parentibus & patriæ pareamus. Liuius lib.5.ab Vrbe condita, ius humanum vocat. Caius in l.Omnes. D. De iustitia & iure, Quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræquè custoditur, vocatúrque ius gentium: quasi quo iure omnes gentes vtuntur.

Ius ciuile. Vlpianus,l.Ius ciuile.D.de Iustitia & iure, Ius ciuile est quod neque in totum à naturali vel gentiũ recedit, neque per omnia ei seruit. Itaque quum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi,ius proprium, id est ius ciuile efficimus. Papinian.l.Ius autẽ illo titulo,Ius autẽ ciuile est quod ex legibus,plebiscitis, Senatusconsultis,decretis principum,authoritate prudentum venit.

Ius ciuile Papyrianum (inquit Pompon.in l.2. D.de Origine iuris) dicitur non quia Papyrius de suo quicquam ibi adiecit, sed quòd leges sine ordine latas in vnum composuit.

Ius ciuile qui contemnendum putat, is vincula reuellit non modò iudiciorum, sed etiam vtilitatis, vitæque communis. Qui autem interpretes iuris vituperat,si imperitos iuris esse dicit,de hominibus nõ de iure ciuili detrahit. Cic.pro Cecin.

Amplecti ius ciuile,Vide AMPLECTOR.

Ciuilia iura. Horat.1.Serm.sat.9.

Ciuica iura. Horat.1.epist.3.

Ius moribus constitutum, Est ius non scriptum. Iulianus in l.De quibus. D. de Legibus, Inueterata enim consuetudo pro lege non immeritò custoditur: & hoc est ius quod dicitur moribus constitutum.

Famularia iura dare. Id est, leges seruiles, quibus monstratur vt seruos oporteat obedire. Ouid.15.Metam.

Ius honorarium,est viua vox iuris ciuilis, vt ait Martianus l. Nam & ipsum.

& ipsum.D.de iustitia & iure.Vide Ius prætorium.

Ius imperatorium, Vide IMPERO.

Incorporale ius. Quintil.lib.5.cap.10.

¶Ius Italicum, de quo passim in Pãdectis, tit.de censib.nihil aliud est quàm immunitas à tributis. Posteaquam enim Italiæ solum immune factum est,prouinciale autem tributarium, multæ ciuitates in prouinciis ius Italicum impetrauere,vt coloniæ,quæ iuris erant Italici, quas plurimas iurisconsulti commemorant in titulo de censibus. Ex Turnebo.

Legitimum ius, Vide LEX.

Municipale ius, Vide post MVNVS.

Obscurum ius, Vide OBSCVRVS.

Ius oppidanum, Vide OPPIDANVS.

Pontificium ius, Vide Pontificium,in PONTIFEX.

Precarium ius. Tacit.in lib.de Germanis.

Ius prætorium. Papinianus,l ius autem. D. de iustitia & iure, Ius prætorium est quod Prætores introduxerunt adiuuandi,vel suppliendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter vtilitatem publicam, quod & honorarium dicitur,ab honore Prætorum sic nominatum.

Ius priuatum,est (inquit Vlpianus in l.1.§.huius studij.D.de iustitia & iure) quod ad singulorum vtilitatem pertinet. Et paulo pòst, Priuatum ius autem tripertitum est: collectum est enim ex naturalibus præceptis aut gentium,aut ciuilibus.

Ius proprium. Caius in l.omnes.D.de iustitia & iure, Quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est: vocatúrque ius ciuile,quasi ius proprium ipsius ciuitatis.

Ius publicum. Vlp.de iustitia & iure,l.1,Ius publicum est quod ad statum rei Romanæ spectat. Ius publicum videtur esse idem quod ius proprium,apud Terent.in Phorm.2.3,

-etsi mihi facta iniuria est,&c.

P.Ha ha he homo suauis. D.quid est?num iniquum postulo?

Anne hoc quidem adipiscar ego,quod ius publicum est?

Ius sacratum,inquit Turnebus,quod sacramenti militaris religione teneri videbatur. nam iureiurando sacrabatur, Id est fide. Cic.3. Offic.Fide sacratum ius perpetuò falleret.Virgil.Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura.

Sacrum,publicum,priuatum ius. Quintil.lib.2.cap.4.

Signata iura sequi. Lucan.lib.3.

Ius singulare est quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem authoritate constituentium introductum est. Paulus l.ius singulare. D de Legibus.

Ius summum est quod Iurisconsulti strictum ius vocant.Cic.lib.1. Offic. Existunt etiam sæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbium. Idem 7.Verr. Non agam summo iure tecum: non dicam id, quod debeam forsitan obtinere. Vide AGERE summo iure.

Summo iure experiri. Cic.pro Quintio, Siquid in controuersiam veniret,aut intra parietes,aut summo iure experietur?

Contendere summo iure, Vide CONTENDO.

Varium ius. Cic. pro Cecinna, Deinde si de iure vario quippiam iudicatum est,non potius contra Iurisconsultos statuunt,&c.

Vetustum ius.Tacit lib.4.

¶Anceps ius.Horat.2.Serm.sat.5.

Honesti iuris seruator metus.Claud.1.Paneg.

Improba iura.Sil.lib.17.

Inclyta iura.Seneca Troade,7.

Iniustum ius.Ouid.ad Liuiam.

Venerabile ius.Stat.5 Sylu.1.

Abire à iure.Cic.Verr.4.

¶Adire in ius,Vide ADEO.

Adolescit ius. Tacitus libro 20, Prauo certamine legatorum ius adoleuit.

Adducere in ius.Cic.pro Quintio.

Iure agere.Lucret.lib.3.

Assuetus in iura,Vide ASSVESCO.

Calcati iuris nulla restant vestigia.Claud.2.in Eutrop.

Callere iura,Vide CALLEO.

Cedere ius,Vide CEDO.

Ius à maioribus nostris ita comparatum est, vt ciuis Roma. libertatem nemo possit inuitus amittere.Cic.pro Domo sua.

Stricto iure non competebat. Iabolen. in l. Pannonius Auitus. D. de acquir.hæred.

Concedere in ius,ditionémque alicuius.Liuius lib.9.Decad.4.Ita Athamania omnis in ius,ditionémque Philippi concessit.

Concurrere de iure,Vide CONCVRRO.

Noua iura concedere.Ouid.2.de Remed.amor.

Confringere iura,Vide CONFRINGO.

Constituere iura.Lucret.lib.5.

Constituere ius in verbis, Vide CONSTITVO.

Ius cõsulere. Liu.9.bel.Maced. Idẽ,Postea quàm ad magnos honores peruenit,summus imperator, & idem in pace, si ius cõsuleres, peritissimus.

Consulere aliquem iuris.Ouid.epist.19.

Conuenire aliquem in ius, Vide CONVENIO.

Ad extrema & inimicissima iura decurrere. Cic.pro Quintio. Est summo iure vti,siue rigore iuris.

Dare ius.Cic.2.de Legib.

Deducere in ius,Vide DEDVCO.

Vellere ius.Cic.ad Attic.lib.1.

Ius dicere.Est præesse iuri dicendo, & legibus gubernare,ac iustiam ministrare.Plaut.Bacchid.8.

Iturillinc iure dicto. Liu.2.ab Vrbe.

Educere in ius.Cic.Verr.5.

Exequi ius suum.Cæs.1.de bel.Gall.

Ius facere dicitur,quod iuris atque legis vim habet.Vlpianus in l.

non ambigitur.D.de Legib.Non ambigitur Senatum ius facere posse. Hoc est Senatusconsulta pro lege haberi. Verbum est iurisperitis notum. Sic

Ius esto, pro Legis vim atque authoritatem habeat. Cic.3. de Legib.Quódque is qui bellum geret imperassit,ius rarúmq; esto. Verba sunt XII.Tab. Budæus.

Imminuere ius, vel violare.Cic.pro Rosc. Amer.

Firmare ius Tacit.lib.4.

Inflectere ius gratia,Vide INFLECTO.

Infringere ius alicuius. Tacitus lib.4, Nec infringendum Consulis ius.

Intercedit homini cum genere humano quasi ius ciuile, Vide INTERCEDO.

Migrare communi iure,Vide MIGRO.

Mutare ius, Vide MVTO.

Ius vi obrutum.Paterc.lib.2.

Obrerere iura,Vide OBTERO.

Orare ius,Vide ORO.

Persequi ius suum.Cic pro Cecinna.

Peruertere ius.Cic.1.Offic.

Postulare ius.Cic.Philipp.2.

Ius petere ab aliquo iudice,Est in eius esse iurisdictione. Bud.

Ius è cælo petere, Id est iudicium diuinum expectare, & in id intentum esse. Sic Curtius lib.5. Budæus.

Iura petere in Bæticam, Vide Ad Seras aliquid petere, in præpositione AD.

Procurrunt in ius.Horat.1 Serm.sat.7.

Hoc iuris à maioribus prodítum est,&c.Cic.pro Domo sua.

Rapere aliquem in iura.Horat.2.Serm.sat.3.

Reddere ius Prætor quoque dicitur,etiam quum iniquè decernit, relatione scilicet facta non ad id quod ita Prætor fecit, sed ad illud quod Prætorem facere conuenit. Paulus in l. ius pluribus. D. de iustitia & iure. Vide REDDO.

Respondere ius,vel de iure.Cic.1.de Orat.

Pari iure esse cum aliquibus,pro In ordinem redigi. Tranquillus. Budæus.

Ius ab aliqua re stare.Liuius 2.bel.Pun.lib.1.Vicerunt ergo dij hominésque: & id,de quo verbis ambigebatur,vter populus fœdus rupisset, euentus belli, velut æquus iudex, vnde ius stabat, ei victoriam dedit.

Sumere ius ab aliquo. Quintil.lib 1.cap.4, Non propter historias modò,sed verba,quæ frequenter ius ab authoribus sumunt.

Tenere ius suum.Cic.pro Cecinna.

Transire ius ad aliquem dicitur. Quintil.lib.5. cap.10, Quia ad illum ius,ad hunc res transeat.

Vocare in ius. Cic.pro Quintio.

¶Ius,pro Potestate. Plinius libro 2.Nat.hist.cap.7,Imperfectæ verò in homine naturæ præcipua solatia, ne deum quidem posse omnia,&c. nullúmque habere in præterita ius, prætérquam obliuionis. Budæus.

Habere ius in aliquem. Lucan.lib.1.

Haber ius abdicandi.Quintil.lib.3.cap.6.

Perit ius & moderamen æquorum.Ouid.2.Metam.

In ius potestatémque vènire,dixit Liuius.

Ius & arbitrium. Liuius, Quæ ex his habere victori,quibus mulctari eos velit,ipsius ius atque arbitrium esse.

Iuris sui esse,ac mancipij:Id est sui arbitrij,& nemini parère. Brutus Ciceroni,16.7, Quærẽda esse arma putasti,quibus dominari prohiberetur: scilicet vt illo prohibito, rogaremus alterum, qui se reponi in eius locum patereturẽ an vt esset sui iuris ac mancipij Respublica?

¶Rigidum & ineuitabile ius mortis.Ouid.ad Liuiam.

Perdiscere iura beneuolentiæ,Vide PERDISCO.

Naturæ ius nouatum.Ouid.4.Metam.

Resoluere iura pudoris.Virgil.4.Æneid.

Triste ius sepulcri.Ouid.13.Metam.

Coniugialia iura.Ouid.6.Metam.

Connubialia iura.Ouid.epist.6.

Genialia iura.Stat.3.Sylu.3.

¶Ius etiam vocatur quod vim habet sanctionis & legis. Cic. 3. de Legibus,citans verba XII. Tab. Quod is qui bellum geret,imperassitius ratúmque esto. Vlpian. l. 3. D. de leg. Non ambigitur Senatum ius facere posse. Id est Senatusconsulta omnes tenere,qui Romano imperio parent.

Iurisprudentia (inquit Vlpianus in l. iustitia. D. de iustitia & iure) est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

Iusiurandum, iusiurandi & iurisiurandi {ὅρκος,ὅρκιον,ἐπιόρκιον} Est affirmatio religiosa,vt ait Cicero lib.3.Offic. Plaut.Pseud.4,

Qui item vt nos,iureiurando malo quærunt rem. Cæs.1. bel. Ciuil. Sic terror oblatus à ducibus, crudelitas in supplicio, noua religio iurisiurandi, spem præsentis deditionis sustulit. Cic. 3. Officiorum, Nullum enim vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt.

Solenne iusiurandum. Tacit.lib.16.

Iusiurandum in litem, Vide iuramentum,in ITRO.

Accipere iusiurandum, Vide ACCIPIO.

Accommodare iusiurandum, Vide ACCOMMODO.

Addicare aliquem ad iusiurandum, Vide ADDICO.

Adigere iureiurando, siue ad iusiurandum, Vide ADIGO.

Adactum iusiurandum. Vlpian.in l.Iurisgentium.§ item si quis.D. de pactis,Nec iusiurandum de hoc adactum,ne quis agat,seruãdum, Marcellus scribit.

Fidem alligauit iureiurando suam. Seneca Troade,6.

Concipere iusiurandum. Tacit.lib. 20, Senatus inchoantibus primoribus iusiurandum concepit.

Concipere verba iusiurandi. Tacit. lib.20, Et quum cæterà iusiurandi verba conciperent, &c.
Condere iusiurandum, Vide CONDO.
Conseruare iusiurandum, Vide CONSERVO.
Dare iusiurandum. Cic.3.Offic. Iuraúsque se illum statim interfecturum, nisi iusiurandum dedisset, se patrem missum esse facturum.
Deferre iusiurandum. Quintil.lib.5.cap.6.ad finem.
Iusiurandum exigere & reddere. Liuius.Ita & in Achaiam legatos misit, qui iusiurandum in verba Philippi exigerent, simul qui redderent Achæis.
Firmare iureiurando. Cic.2.de Legib. Quum intelligar quàm multa firmentur iureiurando, &c. inter ipsos homines diis immortalibus interpositis tum iudicibus tum testibus.
Interponere iusiurandum, Vide INTERPONO.
Negligere iusiurandum. Cic.de Arusp.resp.
Obstringere aliquem iureiurando. Horat.2.Serm.sat.3. Vide OBSTRINGO.
Offerre iusiurandum, Vide OFFERO.
Iusiurandum offerre & deferre. Quintil.lib.5.cap.6.
Remittere iusiurandum de calumnia parentibus & patronis. Paul. in l. de die. §. vlt. D. qui sat. cogant.
Alieno iureiurando stare, quàm suo mauult. Quintilian. libro 5. capite 6.
Violare fidem. Cic.3.Offic.

Iurisdictio, iurisdictionis, f.g. {διοίκησις} Facultas atque potestas iuris dicendi. Sunt qui scribant iurisditio. Cic. pro Flacco, Prætoræ iurisdictio res varia & multiplex ad suspiciones & simultates non attingitur, &c. Idem ad Q. frat. lib.1.1.
Libera iurisdictio, Vide LIBER.
Abrogare iurisdictionem, Vide ABROGO.
Conficere iurisdictionem, Vide CONFICIO.
Intermittere iurisdictionem Cic.de Arusp.resp.
Iurisdictiones meridionales. Plin.lib.5.cap.28. Legitur aliàs mediterraneas.

Iurisconsulrus, iurisconsulti {γνωμικὸς} Interpres iuris, siue legum. Valla, Alterum quoque compositum (si compositū est) Iurisconsultus, quod etiam dici solet Iureconsultus. Cic.2.de Legib. Sed Iurisconsulti, siue erroris obiiciendi causa, &c. Vide CONSVLO.
Consultus iuris. Horat.de Arte.

Iuridicus, pen corr. Adiectiuum {ἰνδικὸς} Quod secundum ius est: Vnde Iuridicus dies, quo ritè ius dici potest: & Iuridica actio, quæ secundū ius est. Dicitur & quod ius reddit. Plin.lib.3.cap.1, Iuridici conuentus ei quatuor. Id est in quibus iura redduntur.

Iuridicus, Substantiuum {διαιτητὴς.} vt Flentes Eurydicen iuridici sedent. Seneca Herc fur.7.

Iuridicialis, & hoc iuridiciale, pen.prod. {δικαιολογικὸς} Cic.1, de Inuent. Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberatiuam, demonstratiuam, iuridicialem, negotialem. Quintil.lib.3.cap.8, Iuridicialis status.

Iusculum, Vide IVS pro Liquore.

Iussus, Participium à iubeo: & Iussum, iussi, Vide IVBEO.

Iustus, Adiectiuum {δίκαιος} Qui præcepta iuris seruat. Nam à iure dicitur. Plaut. Pseud.5,
Non est iustus quisquam amator, nisi qui perpetuat data.
Annos iustos peragere. Ouid.10. Metam.
Arma iusta mouere. Ouid.2.de Arte.
Bella iusta gerere. Ouid.8 Metam.
Iusta causa. Cic.4.de Finib.
Causa iustissima. Ouid.1.de Ponto, eleg.6.
Iusta dissidia: hoc est æqua & iure facta. Cic.de Amic. Magna etiam dissidia, & plerunque iusta nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectū non esset, postularetur.
Iusti honores, Iure ac meritò collati. Cic.in Verrem, Nam multi sæpe honores diis immortalibus iusti habiti sunt ac debiti, sed profectò iustiores nunquam.
Litem iustam intendere. Lucret.lib.3.
Aspiciunt oculis superi mortalia iustis. Ouid.13.Metam.
Potestas iusta. Horat.2.Serm.sat.7.
Preces iustæ. Ouid.3.Metam.
Querela iusta. Ouid.4.de Ponto, eleg.3.
Iusta seruitus, In qua nihil iniquum iubetur, inquit Donatus. Terent. And.1.2.
Vir iustus & tenax propositi. Horat.3.Carm.ode 3.
¶Iustus, Mediocris, inquit Sipontinus. Vnde Iustam magnitudinem alicuius rei dicimus, quū nec debita minor est, nec modum excedit. Hinc Iusti dies authore Macrobio dicebantur continui x x x dies, quibus exercitu imperato vexillum ruffi coloris in arce positū erat. Erant & iusti dies, x x x dies qui concessi æris & debiti damnatis conquirendæ pecuniæ causa dabantur lege x i i. Tab. authore Gell.lib.19.cap.1. Plaut.Milit.10,
& meæ orationis iustam partem persequi, &c.
Iusti dies. Cic.2.de Legib. Præter Idæas matris famulos, eósque iustis diebus, nequis stipem cogito.
Iusta magnitudo, Iusta mensura, hoc est æqua, & quæ neque maior, neque etiam minor est quàm debeat. Plin.lib.10.cap.53, Post solstitium nata non implent magnitudinem iustam.
Labant curuæ iusto sine pondere naues. Ouid.2.Metam.
Tempus iustum pugnæ. Virgil.10. Æneid.
¶Iustus, pro Magno. Vnde dicimus Iustam rem, hoc est magnam: quemadmodum & Bonam partem, & Iustam partem, Magnam partem. Et Bene doctus, pro Valde. Plin. in Præfat.8, Opere iusto temporum nostrorū historiam orsi. Sic Iustum prælium, Iustum exercitū, historici dicunt, id est magnum. Asconius, Iustas inimicitias, pro magnis, apud Ciceronem exposuit.
Iustum exercitum dicimus, Iustum item prælium, cui Leue prælium opponitur. Liu.Decad.4.lib.9. non ita procul ab initio, Deinde

eos qui in montibus erant adortus, primò leuibus præliis fatigauit: postremò coactos in aciem descendere, iusto prælio deuicit. Iusto pro Pleno intelligo, inquit Budæus: id est quod verè & propriè prælij nomine censeri possit. Sic 6. bel. Pun. de Fuluio perduellionis reo, Prius quàm dies comitiorum aderat, Cn. Fuluius exulatū Tarquinios abiit: id ei iustum exilii esse sciuit plebs. Id est, Plebs decreuit spontaneum exilium Fuluio plenum & verum esse, aut pro pleno & legitimo cedere. Iustum enim est omnibus numeris plenum, quod Græci ἀκριβὲς dicunt. Hactenus Budæus.
Acies iusta. Quintil.lib.3 cap.10. Vide ACIES.
¶Iustus filius, pro vero. Vnde apud Iurisconsultos, Qui filium adoptat, interrogatur an velit eum quem adoptat, iustum sibi filium esse. Id est verum filium. Budæus contrà, Hæc dictio Iustus apud Iurisconsultos frequens, non satis, vt arbitror, intelligitur. Caius in l.2. D. de adoptionibus, de arrogatione loquens, Is qui adoptat, inquit, rogatur, id est interrogatur, an velit eum quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse. Iustum intelligo non verum, vt aliqui censent: sed omnibus partibus, vt ita dicam, filiationis veri filij vicem obtinentem, naturalis & legitimi filij loco sedentem.
Iustus dominus. Hoc est, verus: cui contrarius est Alienus. Cicero 1.Offic. Quare L. Syllæ & Caij Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos, non debet liberalis videri.
Iusta hæreditas. Varro 2. de Re rust. cap 10. In emptionibus dominum legitimum sex ferè res perficiunt, si hæreditatem iustam adiit: si, &c.
Iusta materfamiliàs, & Pellex, contraria. Liu.9 bel. Maced. Nam etsi minor ætate quàm Perseus esset, hunc tamen iusta matrefamiliàs, illum pellice ortum esse.
Iusta vxore nati. Cic.1.Tusc.l. Metellus ille honoratus quatuor filiis, ac quinquaginta Priamus, quibus decem & septem iusta vxore natis, &c.
Iustus miles. Liu.4.bel.Pun. Bona fortísque opera eorum se ad eam diem vsum: neque ad exemplum iusti militis quicquam eis præter libertatem, deesse.
Iustam operam reddere, Id est pensum, opus debitum & consuetum perficere. Colum.lib.6 cap.3.
Iustum testamentum dicitur, quod est solennitet factum. Vlpianus in l.1.D. de excepr.rei iudicatæ.
Iustum vadem, idoneum sponsorem vocabant veteres, inquit Festus.
Iustiore aliquo vti: hoc est, æquiore. faciliore, & tractabiliore. Cic.1.de Finib. Vt propemodum iustioribus vtamur illis qui. Id est videantur nobis iusti.ores.

Iustè, Aduerbium {δικαίως} Iure, rectè, legitimè. Brutus Ciceroni, 4.2, At hoc ipsum inquies, Iniquè facis. imò iustissimè. Idē in Sallust. Id vos si forte offendimini, iustius huic quàm mihi succensere debetis.
Iustè & legitimè imperare. Cic.1. Offic.

Iusto, Ablatiuus vice aduerbij. Quintil.lib 9.cap.4, Membrum longius iusto, tardum: breuius, instabile est.

Iusta, iustorum, neut.gen.plur.num. {ἐναγίσματα} Sunt exequiæ, Id est Sacrificia quæ mortuis impenduntur, quòd iure fierent his qui de nobis viuentes bene meriti fuerant. Cic.pro L.Flacco, Iusta Catilinæ facta sunt. Ouid.2. Fastorum,
Hanc quia iusta ferunt, dixére feralia lucem.
Iusta facere, in præcedentibus exemplis.
Iusta peragere. Plin.lib 2.cap.vlt. Eæ quū secutis diebus iusta peragerent, inueniisse dicuntur in sepulcro epistolam Dionysodori nomine ad superos scriptam.
Iusta persolui patri. Seneca OEdip.14.
Iusta funebria. Liu.1.ab Vrbe.
Iustis exequiarum carere. Cic.2.de Legib. Non solùm vita cruciati atque dedecore, verumetiam sepultura & iustis exequiarum caruerunt.
Iusta funeri paterno soluere. Cic.pro Rosc.Amer. Hunc miserum luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iusta soluisset, nudum eiecit domo, &c.
Iusta funerum reiicere. Cic.2.de Legib.
Reddere iusta funeri. Plin.lib.10.cap.2.
¶Iusta hospitalia. Liuius, Venientibus obuiam cunctus Senatus egressus, iustis omnibus hospitalibus, publicísque & priuatis fungitur officiis.
¶Iusta, pro constituris, quæ necessario præstari debent. Columel. lib.11. cap.1, Item vinearum fossio iisdem locis peragenda, arbustorúmque, siue putatio, siue alligatio sumenda est, quorum iusta certa esse non possunt.
Iusta facere. Colum.lib.2.cap.4, Tum etiam ratio rustici aggrauatur exiguo operis profectu. iusta enim fieri nequeunt quum induxit ager.
Ad iusta perducere, Id est ad iustum laborem, inquit Budæus. Colum.lib.6 cap.14.
Iusta operum peragere. Colum.lib.9.cap.8.
Iusta percipere. Colum.lib.1.cap.8. Quærat an ex sua constitutione iusta percipiant. Id est, si omnino habeant quod eis constitutum est, inquit Budæus.
Iusta reddere, Opus debitum & consuetum perficere. Colum.libro 1.cap.8.
Iusta exigere, inquit Budæus, est summo iure agere cum aliquo.
Persequi & exigere iusta. Colum.lib 12.cap.3.

Iustitia {δικαιοσύνη} est (inquit Cic.5.de Finib.) animi affectio suum cuique tribuens, atque hanc quam dico societatem coniunctionis humanæ, munificè & æquè tuens.
Cura iustitiæ. Ouid.epist.9.
Alienigena iustitia, Vide ALIENVS.
Inclyta iustitia, religióque ea tempestate Numę Pompilij erat, Vide INCLYTVS.
Potens iustitia. Horat.2. Carm.ode 17.

Salubris

Salubris iustitia. Horat.de Arte.
¶Agitare iustitiam, Vide AGITO.
Colere iustitiam. Vide COLO.
Iustitia in mente consedit, Vide CONSIDEO.
Frænare gentes iustitia. Virgil.1.Æneid.
Vires temperare iustitia. Ouid.3.de Ponto, eleg.6.

Iustificus, pen corr. Adiectiuum {δικαιοποιὸς} Qui facit iustitiam. Catul. Argon.59, Iustifica mens deorum.

Iustitium, iustitij, Iurisdictionis intermissio. Liuius, Ac propè iustum iustitium omnium rerum futurum videbatur, donec Consul ad vrbem rediisset. Id est, omnia acta publica esse suspensa. Cic.ad Attic. lib. 4.87, Fauere iustitio, & omnium rerum licentiæ. Gellius lib.20. cap. 1, Velut quoddam iustitium, id est iuris inter eos quasi interstitionem quandam & cessationem.
Ferale iustitium. Lucan.lib.2.
Tristi iustitio clausa fora. Lucan.lib.5.
Iustitium edicere, & intermittere iurisdictionem. Cic. de Arusp. resp. Quæ sunt occultiora, quàm eius, qui in concione ausus est dicere iustitium edici oportere, iurisdictionem intermitti, claudi ærarium, iudicia tolli?
Indicere iustitium, Vide INDICO.
Iustitium remittere, sicut iustitium indicere, teste Budæo: apud Liu.lib. 10.ab Vrbe.
Iustitium per aliquot dies seruatum est. Liu.lib.3.ab Vrbe.

IVTVRNA, Nympha Latina, soror Turni, à Ioue vitiata, cuius meminit Virgil.lib.12. Æneidos,
Discę tuum, ne me incules Iuturna dolorem.

Iuuamen, Vide IVVO.

Iuuenalia, Iuuenalis, Vide IVVENIS.

Iuuencus, iuenci, m.gen. {πόρτις, δαμάλης} & Iuuenca, iuuencæ, à iuuando: qui iam (vt ait Varro) ad agrum colendum iuuare posset. Plaut.Trucul 6,
Vidi equidem iuuencum ex indomito domitum
Fieri, atque alias belluas. Varro 2. de Re rust. cap. 5, Iuuencus & iuuenca.
Fortes iuenci. Virgil.3.Georg.
Laborifer iuuencus. Ouid.15.Metam.
Lunati fronte iuenci. Stat.6.Thebaid.
Petulans iuuencus torua fronte. Seneca Hippol.3.
Pulcher iuuencus. Virgil.5.Æneid.
Rudes operum iuuenci. Ouid.1.Fast.
Toruus iuuencus. Ouid.6 Metam.
¶Consuescere iuuencum aratro, Vide CONSVESCO.
Fessos iuuencos disiungere. Ouid.14.Metam.
Validis terram proscinde iuuencis. Virgil 2.Georg.
Sociare iuuencos impositio aratro. Stat 1.Thebaid.
Cornigeræ iuuencæ Ouid 13 Metam.
Formosa iuuenca. Virgil.3 Georg.
Nitens iuuenca. Ouid 1.Metam.
¶Iuuencus, de homine quoque iuuene. Horat.2.Carm.ode 8,
Te suis matres metuunt iuuencis, &c. Porphyrius, Iuuenci ergo non tantum boues dicuntur, sed homines: quamuis in vsu sit vt non nisi per diminutionem iuuenculos dicamus. Ouid.epist.5, Graia iuuenca venit.
Iuuencæ aues. Plin.lib.10.cap.53.

Iuuenculus, pen.corr. Diminutiuum {ὑποκόριστον.} Catull.ad puerū, epigr. 21, Qui flosculus es iuuenculorum.

Iuuenis, & hoc iuuene, pen.corr. {νέος, νέη} A iuuando, quòd ea ætas maximè sit apta ad laborem tolerandum. Et à Iurisconsultis iuuenes dicuntur, qui adolescentium excesserunt ætatem, quoad incipiant inter seniores numerari. Plin.lib.7.cap.36, Cornelia enim iuuenis est & párere adhuc potest.
Furor iuuenum. Seneca Thebaid.2.
Princeps iuuenum. Ouid.1.de Arte.
Egregius iuuenis. Virgil.5.Æneid.
Feruidi iuuenes. Horat.4.Carm.ode 13.
Ferus iuuenis Seneca Hippol.2.
Imberbis iuuenis. Horat de Arte.
Laudatus iuuenis. Stat.5.Sylu.1.
Proterui iuuenes. Horat.1 Carm.ode 25.
Valens iuuenis. Ouid.15.Metam.
Astringere iuuenem, Vide ASTRINGO.
Fieri iuuenem. Quintil.lib.2.cap.2.
Iunior in comparatiuo facit. Columella Iuuenior dixit lib. 9.cap. 11.de apibus, Iuueniori examini solet accidere. Alia exemplaria habent Iuniori. Plin.lib.18. cap.3, Iuniorum familiæ bubulcum nominauerunt.
Tota anno iunior. Horat.2.epist.1.
Iuniores cerui. Plin.lib.8.cap.32.
Iuuenis, de oue. Colum.lib.7.cap.3, Fœmina post bimatum maritari debet, iuuenísque habetur quinquennis.
¶Iuuenis, adiectiuè, pro Iuuenili. Ouid.7.Metamorphoseos,
& admonitus iuuenes nutricibus annos
Posse suis reddi.

Iuuenilis, & hoc iuuenile, pen.prod. {νεανικὸς, νεαρὸς} Quod ad iuuenem pertinet: vt Ætas iuuenilis. Iuuenile robur, Colum.lib.4.cap.3. Iuuenilis ludus vel iocus, Liu.1.ab Vrbe. & lib.5.
Annis iuuenilibus iuncti Ouid.8.Metam.
Ardor iuuenilis Seneca Octau.4.
Calor iuuenilis, Vide CALOR.
Carmina iuuenilia. Ouid.2.Trist.
Corpus iuuenile. Virgil.5.Æneid.
Decus iuuenile. Ouid.ad Pisonem.
Gratia iuuenilis. Stat.2.Sylu.2.
Incœpta iuuenilia. Ouid.epist.17.
Opus nitidæ iuuenile palæstræ. Ouid.4.Metam.

Vis iuuenilis. Ouid.2.Metam.
Læta & iuuenilia lusi. Ouid.5.Trist.eleg.1.
Iuuenilior. Ouid.14.Metam.orphoseos,
Silenúsque suis semper iuuenilior annis.

Iuuenilitas, iuuenilitatis, pro Iuuentus, Antiquum. Varr. Tithono, Quam dereliquit multicupida iuuenilitas. Ex Nonio.

Iuueniliter, pen.corr. Aduerbium {πικιλῶς} More iuuenum, quemadmodum & Puerilitèr. Cic. de Senect. Quum planè grandis esset, & Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat.
Venatum in syluas iuueniliter ire solebam. Ouid.7.Metam.
Ingenio vti iuueniliter. Ouid.2. Trist.

Iuuenalis, & hoc iuuenale, pen.prod. {νεακὸς} Idem quod Iuuenilis. Plin. libro 33. cap. 22, Quum C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, &c. Inusitatum.
Iuuenalis dies, Iuuenili ætati peculiariter celebrandus. Sueton.de Caligula, Adiecit diem Saturnalibus, appellauítque Iuuenalem.
Iuuenalia, Ludi qui pro salute iuuenum celebrabantur.
Ludi iuuenalium. Tacit.lib.14.

Iuuenesco, iuuenescis {νεανίσκομαι} iuuenéscere, Iuuenem fieri. Plin.lib.21. cap.11, Rosa & quinquennium perfert non recisa, nec adusta. Illo enim modo iuuenescit. Sic lib.8.cap.57, de giribus, Rursus ætate iuuenescunt. Ouid.3.Amor.eleg.6,
Illius à tactu Pylius iuuenescere posset.
Vitulus iuuenescit in herbis. Horat.4.Carm.ode 2.

Iuuenari {νεανίζομαι} dixit Horatius in Arte,
Aut nimium teneris iuuenentur versibus vnquam. Id est iuueniliter loquantur, aut lasciuiant.

Iuuentus, iuuentutis, pen.prod. f.g. {νεότης} Ætas iuuenilis, quæ & Iuuenilitas & Iuuenta dicitur. Salust. Ibique iuuentutem suam exercuit.
Cruda iuuentus. Sil.lib.3.
Docilis iuuentus. Horat.in Carm.seculi.
Effera iuuentus. Virgil 8.Æneid.
Torosa iuuentus. Pers.sat.3.
Acuere iuuentutem, Vide ACVO.
¶Iuuentus, Multitudo iuuenum. Plaut. Mostel.2. Cæs.3.bel.Gall. Nam quum omnis iuuētus, omnis etiam grauioris ætatis, in quibus aliquid consilij aut dignitatis fuit, eò conuenerant, tum, &c. Cic.2. Tusc. Iuuentutem laboribus erudiunt.
¶Iuuentus, Dea quæ præesse putabatur ætati iuuenili. Plin.lib.35. cap.10. Liu.4. Decad. lib.6, Iuuentutis ædem in Circo maximo C. Licinius Lucullus Duumuir dedicauit.

Iuuenta {νεότης} Ætas iuuenilis: &(vt quibusdam placet) dea ipsa melioris ætatis & iuuentutis. Valer.lib.4. Plin.lib.7, cap. 13, Aliis sterilis est iuuenta, aliis semel in vita datur gignere.
Ab iuuenta, Vide A B præpositionem.
Calida iuuenta. Claud.de bello Get.
Dulcis iuuenta. Horat.1.Carm.ode 16.
Audax iuuenta. Virgil.4.Geo.g. Valer.7.Argon.
Lumen purpureum iuuentæ. Virgil.1.Æneid.
Florente iuuenta feruidus. Horat.de Arte.
Imbellis iuuenta Horat.3.Carm.ode 2.
Prima florescente iuuenta. Sil.lib.15.
Pubescens iuuenta. Sil.lib.16.
Rosea iuuenta. Valer.5.Argon.
Senilem iuuentam, præmaturæ mortis esse signum. Plinius libro 7.cap.51.
Viridis iuuenta. Virgil.5.Æneid.
Exercere iuuentam. Catul.in Epithalam.Iuliæ.
¶Iuuenta, Multitudo iuuenum. Martial.lib.2.98,
Quintiliane vagæ moderator summe iuuentæ.

Iuuentas, iuuentatis, pen.prod. {θεὰ} Dea, quæ iuuenturi præesse putabatur Horat.1.Carm.ode 30, ad Venerem,
Et parum comis sine te Iuuentas. Vide Liuium 1.Decad. lib.5, ad finem. Lucret.lib.5,
Tum demum puerili æuo florente, Iuuentas
Occipit, & molli vestit lanugine malas.

IVVERNA {ἰουερνία, ἰέρνη} Insula est, Britanniæ proxima, quæ hodie Hibernia dicitur. Vulgò *Island*, aliis *Irlande*. Iuuen.sat.2,
arma quid vltra
Littora Iuuernæ promouimus. Et Cæsar lib. 6, Hiberniam vocat, dimidio quàm Britannia minorem.

Iuuo, iuuas, iuui, iutum {ἰσχύω, ὠφελέω} iuuáre, Auxiliari, & opem ferre.
Iuuare aliquem consolando, consilio, aut re. Terent. Heaut.1.1, -crede inquam mihi,
Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero.
Iuuare aliquem consilio. Cic.2. Offic.
Iuuare auxilio. Cic.in Topicis, Si consilio iuuare ciues & auxilio æqua in laude ponendum est, parti, &c.
Supplicibus iuuandis assuetus. Ouid.3.de Ponto, eleg.3.
Facundia iuuat causam. Ouid.7.Metam.
Iuuare aliquem apud alium. Cic.ad Attic.lib.16.346, Multum potes nos apud Plancum iuuare.
Iuuare ad beatam vitam. Cic.1.de Finib.
Iuuare, Beneficio & misericordia prosequi. Cic.3.Verr. Legis Corneliæ meminit quæ proscriptum iuuari vetat. Liu. Iuuisse eos omni commeatu classem ostium. Budæus.
¶Iuuat, Impersonale, id est Delectat. Iuuat me, & Iuuat mihi. Plautus Capt.4, Neque vocuam quicquam me iuuat quod eo domi. Idem Cistel.2, Quando ita tibi iuuat, vale atque salue. Terent. Adelph. 2 3, Verumenimuero id demum iuuat, si, quem æquum est bene facere, is facit. Virgil. 4. ecloga. Non omnes arbusta iuuant, humilésque myricæ. Cic. in Verrem, Iuuat me hæc præclara nomina sic concidisse.
Iuuat euadere tot vrbes. Virgil.3.Æneid.
Iuuat indulgere labori. Virgil. 6. Æneid.
¶Iuuari, Passiuum, pro Adiuuari & auxilium suscipere. Plin.lib.17.

cap.24,Quod ſic etiam iuuatur.
Ope admota iuuari.Ouid.1.de Ponto,eleg.4.
Iuuans, Participium {ὠφελῶν.} Cic.ad Trebatium, lib.7.21, Méque diis iuuantibus ante brumam expectabis.
Iuxta {πλησίον} Præpoſitio,Apud ſignificans.Virgil.4.Æneidos,
-humilis volat æquora iuxta. Plaurus,
Iuxta te ſum, te piè tuearis oportet. Sipontinus per ſt ſcribit: neque videt qua ratione per x vulgò ſcribatur.Aliquando ſubintelligitur accuſatiuus.
Furiarum maxima iuxtà accubat.Virgil.6.Æneid.
Iuxta genitorem aſtat Lauinia virgo.Virgil.7.Æneid.
Venire iuxta ſeditionem. Tacit.lib.5,Iiſdem Conſulibus grauitate annonæ iuxta ſeditionem ventum.
¶Iuxta {ἅμα} Simul,coniunctim. Varro,Quum interea lucubrando facere iuxta ancillas lanam.Id eſt,vnà cum ancillis.
¶Iuxta, Secundum,ſiue poſt. Plin.lib.7 cap.45,Iuxta hæc Variana clades. Gell.libro 4.cap.9, Nigidius Figulus homo (vt ego arbitror) iuxta M.Varronem doctiſſimus.Id eſt ſecundum,hoc eſt poſt eum,& eo excepto doctiſſimus.
Iuxta deos, in tua manu poſitum eſt. Tacit.lib.18. Hoc eſt per fauorem deorum.
Iuxta libertatem. Tacit. lib.5,Nam populi imperium,iuxta libertatem,paucorum dominatio regiæ libidini propior eſt.
Iuxtà,Aduerbium {ἰσόπαλιν} Id eſt æquè.ſimiliter,eodem modo.
Spem ac metum iuxtà grauatus.Tacit.lib.5.
Iuxtà,Abſoluté Salluſt.in Iugurtha,Iuxtà boni,malíque,ſtrenui & imbelles multi obtruncati ſunt.Hoc eſt,æquè boni ac mali. Plin.l.b. 9.cap.35,A fœminis iuxtà virſíque geſtarentur.
Iuxtà ac. Cic.in oratione Poſt reditũ,Tum reliquis officiis iuxtà, ac ſi meus frater eſſet,ſuſtentauit. Hoc eſt, Quaſi vel tanquam ſi,vel æquè ac ſi.
Iuxta, cum datiuo, pro Peræquè. Liu.4.bel.Pun. Fabius omittendam rem paruam ac iuxtà magnis difficilem,abſcedendúmque inde cenſebat.Id eſt,non minus quàm ſunt magnæ.
Iuxtà atque. Liu.2.ab Vrbe condita,Abientium bona iuxtà atque interemptorum diuiſa fuerunt.
Iuxtà cum. Plaut.Pſeud.20,
An neſcis quæ ſit hæc res? s.iuxtà cum ignatiſſimis. Id eſt,Tã ſcio, quàm qui maximè ignorant. Ibid.in,15,
Hæccine illa eſt furtiua virgo?r.iuxtà tecum æquè ſcio. Salluſt. in Catil. Nunc verò quo in loco res ſitæ ſunt, iuxtà mecum omnes intelligitis.
¶Iuxta eſſe, pro Familiarem eſſe Suet.in Calig.cap.10, Tantíque in auum,& qui iuxta erant,obſequij,vt nõ immeritò ſit dictum,Nec ſeruum meliorem vllum,nec deteriorem dominum fuiſſe.
Iuxtim,Aduerbium {ἰσοῤῥόπως} ſignificat Propé. Suet.in Tiberio,Magiſtratibus pro Tribunali cognoſcentibus plerunque ſe offerebat conſiliarium: aſſidebátque iuxtim vel ex aduerſo in parte primori. Lucretius lib.4.

I X

Ixia,ixiæ,Genus herbæ.Plin.lib.22.cap.18,Chamæleonem aliqui ixiam vocant. Vide ibidem vtriuſque nominis rationem.
IXION, pen.prod. huius Ixionis, pen.corr. {Ἰξίων} rex Theſſaliæ,à Ioue deorum conuiuio adhibitus, amatam Iunonem de ſtupro interpellauit. Illa confeſſa Ioui eſt, & eius voluntate nubem in ſuam formam conuerſam obtulit,vnde feruntur nati eſſe Centauri.Hæc Seruius. Eadem ferè Lucian.in deorum dialogis.
Audax.Ouid.12.Metam.
Perfidus.Horat.de Arte.
Tortus rota.Virgil.3.Georg.
Orbes Ixionis.Propert.lib.4.eleg.12.
Proles Ixionis Pirithous.Ouid.8.Metam.
Ixioneus,Adiectiuum {Ἰξιονεύς.} vt Orbis Ixioneus.Virg.4.Georg.
Ixionides,penul.corr. {Ἰξιονίδης} Filius Ixionis,qui fuit Pirithous.Propert.lib.2.eleg.1,
Theſeus infernis,ſuperis teſtatur Achilles,
Hic Ixioniden,ille Mencetiaden.

I Y

Iynx {ἴυγξ} iyngis, Auis, quæ vertilla à colli verſura vocatur Ariſtot. lib.2.animal.cap.12.

K

{κάππα} Litera Græcorum eſt,non Latinorum, quam ipſi cappa vocant. Priſcianus libro 1, K (inquit) & q, quanuis figura & nomine videantur aliquam habere differentiam cum c, tamen eandem tam in ſono vocum,quàm in metro continent poteſtatem:& K quidem ſuperuacua eſt. Quintil.lib.1.cap.De orthographia, K quidem in nullis verbis vtendum puto, niſi quæ ſignificat, etiam vt ſola ponatur. Hoc eò non omiſi, quòd quidam eam,quoties a ſequatur,neceſſariam credunt:quum ſit c litera, quæ ad omnes vocales vim ſuam perferat.